DICTIONARIUM HISTORICUM, GEOGRAPHICUM, POETICUM:

Gentium, Hominum, Deorum Gentilium, Regionum, Insularum, Locorum, Civitatum, Æquorum, Fluviorum, Sinuum, Portuum, Promontoriorum ac Montium, antiqua recentioráque, ad Sacras & Profanas Historias, Poetarumque Fabulas intelligendas necessaria, Nomina, quo decet ordine, complectens & illustrans.

Opus admodum utile & apprime necessarium.

A *CAROLO STEPHANO* Inchoatum.

Ad incudem verò revocatum, innumerisque penè locis auctum & emaculatum

PER

NICOLAUM LLOYDIUM,

Collegii *Wadhami* in celeberrimâ Academiâ *Oxonienſi* Socium.

EDITIO NOVISSIMA.

In quâ *Historico-Poetica* & *Geographica* seorsim sunt Alphabeticè digesta; Et Liber totus tum emendationibus, tum additamentis (recentioribus tredecim annorum ipsius *LLOYDII* Elucubrationibus, manûque ultimâ) ita adornatur, ut *Novus* ac planè *alius* videri possit.

CUI ACCESSIT

INDEX GEOGRAPHICUS,

Ubi hodierna & vernacula *Locorum* nomina Antiquis & Latinis præponuntur.

——Ubi quid datur otî
Illude chartis; hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum; cui si concedere nolis,
Multa Poetarum veniat manus, auxilio quæ
Sit mihi, nam multò plures sumus.

Horat. Serm. 1. Sat. 4.

LONDINI:
Impensis *B. Tooke*, *T. Passenger*, *T. Sawbridge*, *A. Swalle* & *A. Churchill.* cIↃ IↃ c Lxxxvi.

REVERENDO ADMODUM IN CHRISTO

PATRI, AC DOMINO,

D. WALTERO,

DIVINA PROVIDENTIA EPISCOPO

OXONIENSI, ET SACELLI REGIÆ

MAJESTATIS REGALIS DECANO.

Dictionarium hocce Poeticum [*Honoratissime Præsul*] *cujus recensionem sub Auspiciis tuis, cum* Wadhami Collegii *regimen sustineres, feliciter aggressus sum, idem nunc ad umbilicum denuò perductum Candori Tuo se quàm libentissimè offert, & quàm humillimè se totum addicit; quippe cui nihil desideratius est, quàm sub Patrocinii Tui vexillo militet, & ut hæ qualescunque lucubrationes meæ ab illo Tui Nominis splendore locum simul & laudem sibi mutuentur. Sed nec ausus fuissem D. T. hâc in parte molestiam creasse, nisi plurimorum ductus exemplo, qui mihi viam præiverunt, quique tenuitatis suæ sibi probè conscii, illorum potissimum tutelam & sperant, & implorant, quorum virtutes, & singularis eruditio cunctis innotuerunt, & passim celebrantur. Neque certè hæc consuetudo omnino est à ratione absona, in quam etiam illud Aristidis apprimè quadrat:* Τὸς μὲν νέως τοῖς Θεοῖς προσήκει καθιερῶν τὸς δ' ἄνδρας ὐλογίμως τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει. *Nimirum hoc voluit prudentissimus Orator:* Deos Templorum Consecratione, Viros vero eximios Librorum Dedicatione esse celebrandos. *Ut enim Religionis nostræ, qua Deo obstringimur, fidem facimus, dum locos illos honoribus afficimus, & cohonestamus, in quibus Nomen ejus passim celebratur & colitur: ita palam facimus quanti Bonos viros æstimemus, cum ad illorum fidem tanquam ad Asylum aliquod confugimus, ut nobis præsidio sint adversus malevolos, & malè feriatos Lucumones, qui cum' ab ingenio suo sint mali, nihil, nisi quod ipsi faciunt, rectum putant; porro etiam id agunt, illisque oblectamento est, aliorum* πρόσωπα *exquirere, & inventa propalare; interim verò dum alios criminantur, dilicta sua vel prorsus oblivisciuntur, vel non omnino animadvertunt. Quod si D. T. Dignitas universis jam diu non innotuisset, hanc ipsam Dedicationem minimè adornassem, neque certè Tibi hac in re Gratitudinis meæ & Observantiæ Officium præstitissem. Dum enim alii in suis hujuscemodi Compellationibus Epistolas suas maximam partem ex encomiis contexunt, iisdemque Patronos suos ornant dicam, an opprimunt? Ego certè me admodum felicem censeo, qui talem Mæcenatem mihimet ipsi cooptaverim, qui, ut nullo Authoris præconio indiget, ita supra omnes laudes ejusdem facilè assurgit; & inde evenit, ut hic meus qualiscunque labor tum honoratior, tum securior proditurus sit. Et nihilo tamen secius, ut cætera taceam, facilè potuissem divulgasse, quantum hoc genus literas olim promoveris, cum alios ad hæc studia accenderis non solummodo hortatu tuo, sed etiam ductu, & exemplo. Etenim Tu, ut hæ politiores literæ in prætio essent, Tu, inquam, tantum non primus feciſti, nempe in* Collegio Wadhamensi, *in quo unâ*

eademque operâ Dulce simul & Utile, scilicet Humaniores literas cum severiore Philosophia suaviter consociasti; siquidem per hanc Rationem nobis acutiorem reddidisti, per illas vero effecisti, ut animi sensa elegantiùs, & ornatiùs eloqui valeamus. Subvereor autem, ne hæc tenuiora sint, quam ut à me hoc loco in memoriam rediguntur; & tamen non est institutum meum grandiora impræsentiarum in publicum protrudere, aut aliquid Sophocleum, *ut cum Tullio loquar,* pangere. *Summa mei voti est, ut hæ laboris mei primitiæ, publici juris jam faciendæ, Tuo Nomine exornentur, candideque à Bonis omnibus accipiantur. Id quod si fiat, beneficium hoc minimè tralatitium D.T. insolidùm debebo.*

Reverendæ admodum Paternitatis Tuæ

Servus humillimus, & Sacellanus

NICOLAUS LLOYDIUS.

DE

DE HAC

Noviſsima Editione Præmonitio.

QUâ de causâ, & ad quem Collimando Scopum, *viz.* omnifariè Doctus, & in Literis ſelectioribus indefeſſæ diligentiæ, Dominus *LLoydius* (ὁ μακαρίτης) laborem hunc planè Herculeum, Dictionarii Poetici abintegro reficiendi, primùm ſuſcepit; ex ipſius Epiſtolâ, *Philologo Lectori*, priori hujus Operis (Anno 1670.) Editioni, præfixa, & hic paginâ ſubſequenti iterum Typis mandatâ, luculenter ſatis apparebit.

Quam feliciter (ſtudio, ingentique labore) ex innumeris Auctorum præſtantiſſimorum monimentis, hanc ſibi commiſſam ſpartam elimavit, ita ut Doctis ubivis Gentium valde arridebat, & ambabus (quod dicitur) ulnis fuerat recepta, nemo paulò Humanior, vel Ignorare poſſit, vel velit diffiteri.

Non latuit nihilominus Virum Clariſſimum, & ad hujuſmodi exantlandos labores natum, *Libros* (ut homines frugi) indies reddi meliores poſſe: Eâ ratione, qui adeo in Re Literariâ promovendâ deſudaſſet, etiam ſuâ dignâ Laude non fruſtrabatur, per tredecim tamen ultimò vitæ elapſos annos, nihil habuit antiquius, quam priora Fundamina locupletando, & Scriptores omnis generis evolvendo, commentandóque, ad ſummum perfectionis apicem efferre.

Propterea, Hanc cum præeunte Editione comparando, *ne pagina* quidem inveniatur, ubi non aliquid inſigne *Specimen* magni *Acuminis*, ſedulitatiſque; Necnon *Judicii* incomparabilis (vel quæ perperàm tradita aut obſcura, exponendo, vel quæ ſuperflua amputando, vel denique deſiderata addendo) videri poſſit.

Ne verò quoad *Virorum* & *Locorum* ſimul Nomina, Confuſio aliqua oriatur, ſejunxit illa, Et *Hiſtorico-Poetica* diſcriminatim à *Geographicis* ſepoſuit.

In Tyronum gratiam, additur *Index Geographicus*, recentiora Regionum, Urbium, &c. Nomina, Antiquis præfigens; Et omnia conſummata adeo & abſoluta ut (ni fallar) nihil quidem ab orbe erudito, aut ingeniis politioribus, deſiderari vel exoptari ultra poſſit.

Hoc denique (Lector benevole!) te admonitum velim, Quod licet Auctorem dum publici Juris facere intentiſſimus erat, ſummo rerum Arbitro ex hâc ad meliorem vitam evocare viſum eſt, Opus tamen ad umbelicum prius deductum & ſuâ (heu verè *ultimâ*) manu exaratum fuiſſe. Si quæ verò σφάλματα Typographica occurrunt, pro tuo candore ea candonabis; utpote quæ pauciſſima & leviſſima fore minimè dubitamus.

DE HAC

Novissima Editione Præmonitio.

LECTORI PHILOLOGO

Gaudere, & bene rem gerere.

ANni jam elapsi sunt complusculi (Lector Humanissime) ex quo Notas quasdam Geographicas in Dionysii Periegesin conscripturus, editiones ejusdem quotquot reperiri potuerint, cum Manuscripto quodam in Bibliothecâ Bodleianâ contuli. In quo opere contexendo, quandocunque Dictionarium, uti vulgò appellant, Poeticum à me consulendum fuit [novissimâ Ferrarii editione nondum publici juris factâ, nec superior editio facilè comparari potuit] illud inquam Dictionarium tot mendis, Typographicis præsertim, scatere animadverti, nec non in ipso opere tam multa desiderari, ut operæ pretium mihi visum fuerit, & quidem ex consilio & hortatu Amicorum, integrum librum sub examen revocare, & paulo penitius introspicere; &, ut quas commentationes in Periegesin istam hinc inde decerpseram, aut in Adversaria mea alibi retuleram, suis locis subinde reponerem. Horum ego monitis in re tam æqua non illibenter obsecutus, ad illud benè & fideliter efficiendum, eandem rationem à me ineundam esse censui, quâ Herculem quondam usum fuisse tradunt Mythologi, cum Augeæ stabulum expurgaret. Quin & hæc ipsa similitudo, si quis comparationem veterum editionum cum hâc novissimâ instituere velit, quàm optimè quadrare videbitur. Ut enim Hercules ille πολυῤῥύμητος flumen Alpheum in bubile prædictum deducendo sordes, & cœnum omne diluit, ac submovit, quod non minora quam tria boum millia, idque trecentis annis, congesserant: pari modo ego animum induxi meum puriora ipsissimorum Authorum fluenta in hunc librum introducere, ad fœdam ejus sterquilinii colluviem auferendam, quæ à singulis hactenus editionibus ferè corruptior evasit. Sed neque existimo me, aut veritatis, aut verecundiæ limites transiliisse, dum lucubrationes hasce meas laboribus Herculeis comparo. Nam, ut cum Toxilo Plautino loquar,

Cum Leone, & cum Excetrâ, cum Corvo, cum Apro Ætolico,
Cum Avibus Stymphalibus, cum Antæo deluctari mavelim,

Quàm cum Dictionario Poetico tot monstrosis, & portentosis mendis referto. Atqui vero hoc quicquid est operis, σὺν Θεῷ, nunc demum absolvitur; & vel ipsa recordatio tam onerosi moliminis mihi perjucunda futura est, utpote quæ tædium suscepti operis universum facile præstabit: & si hoc qualicunque labore commodo publico ullatenus inservire possim, summum voti mei assecutus videbor.

Additamenta quod attinet, quæ in hâc nuperrimâ editione manifestò comparebunt, facile animadvertet lector studiosus ab initio operis usque ad finem deducta. Quid? quod nulla est vel pagella, vel etiam semipagella in toto libro, cui non aliquid vel augmentationis, vel emendationis adjungere mihi necesse videbatur. Quinimò audacter dixerim, aliquammultas istius libri paginas, nec non aliquando integra folia fuisse de novo superaddita, ut lectori conferenti patebit. Hæc autem omnia maximam partem ex probatissimis rei Criticæ authoribus, qui quod sciam usque sunt in manibus, plurimâ diligentiâ delibavi. Adeo ut cum Lucretio jure loquar:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vitâ.

Porro nihil est quod metuam, ne quis mihi plagii dicam impingat; quippe quod alienum opus ad incudem revocare, nihil quicquam de integro in publicum proferre susceperam. Et licèt vulgò dicatur, non esse probi hominis super alius cujusdam ruinas novam fabricam erigere, multo tamen satius est ædes, quæ (ut ait Comicus) perpluunt, sartas tectas reddere, quàm negligentiâ tuâ permittere, ut planè vacuæ sint, & inquilini inanes. Quin & facile credo me non prorsus inanem operam hisce studiis impendisse, si argumentum ipsum, in quo versatus sum, ritè perpendatur; quod luculentius constabit, si seorsim spectetur, quatenus in se triplici discrimine Historiam, Geographiam, & Poesin complectitur.

I. *Primam quod spectat, quàm utilis sit Historia, facilè perspicitur ex variis ejusdem encomiis, quæ passim apud anthores omne genus occurrunt. Nempe Ciceroni, lib. 2. de Oratore,* Historia est Testis Temporum, Lux veritatis, Vita memoriæ, Magistra vitæ, Nuncia veritatis. *Dionysius etiam Halicarnassensis historiam vocat ἀρχὴν φρονήσεως & σοφίας. Ideoque Polybius, ἀνὴρ πολυμαθὴς, uti eum indigitat Ælianus, omnes etiam atque etiam adhortatur, ut hoc Commentariorum genus potissimum elegant, ὡς ὃ μάθημα ἑτοιμότατον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις διδάσκον τὴν τῶν πραγματικῶν πράξεων ὑπόμνησιν. Quinimo ad Philosophiæ plenioris cognitionem utilis est historia. Pulcherrimè siquidem à Dionysio supra memorato dictum est [notante Clarissimo*

rissimo Vossio, cui hac in parte me plurimum debere libens meritoque profiteor] τὴ ἱστορίαν φιλοσοφίαν ἐν ὑποδείγμάτων. *Imprimis vero usus ejus manifestus est in Ethicis, & Politicis; siquidem exempla proponit virtutum, & vitiorum; præmiorum simul & pœnarum, quibus à turpitudine facilius cohibemur, & ad egregia quæque facinora præstanda promptiores efficimur. Hinc Livius in Præfatione Historiæ suæ:* Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi, tuæque Reip. quod imitere, capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. *Idcirco & Polybius initio operis scribit* ἀληθινωτάτην παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν. *Quem quidem Polybium M. Brutus, prudens rerum æstimator, ac præterea acris adeo verborum censor, ut nec ipse Cicero ei in omnibus satisfaceret, tanti fecisse perhibetur, ut etiam ultimis, atque adflictissimis temporibus partim ad solatium, partim ad vitæ institutionem, non modo cum legeret studiosissimè, sed etiam quæ ab eo fusius dicta essent, compendio constringeret. Nec animo solum utilis est historia, sed ad sanitatem corporis etiam aliquando conducit. Alphonsum enim Castiliæ & Siciliæ regem lectione Livianâ valetudini, medicorum judicio deploratæ, restitutum legimus. Et Ferdinandus eorundem regnorum Dominus morbo quodam sontico lectione Qu. Curtii liberatus fuit. Satis multa de Historiæ utilitate mihi dixisse videor.*

II. *Secundo, Geographiam quod attinet, plurimus est in illius laudibus, qui de eadem optimè meruit, Strabo. Ita enim librum suum orditur:* Τῆς δὲ φιλοσόφου πραγματείας εἶναι νομίζομεν, ἑτέραν ἄλλην ἴσως, καὶ τὴν γεωγραφικήν. *Rationem subdit, nempe quod qui primi eam attingere ausi sunt, Philosophi fuerint. Et ibidem:* Τῆς γεωγραφίας ὠφέλεια ποικίλη, ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικά, ἡ δὲ πρὸς τὴν διοίκησιν, &c. *Ideoque Eratosthenis Lux & quasi Oculus dicitur, cujus immortali beneficio effectum est, ut intra privatos nostros parietes Orbem terrarum universum perlustrare, adeoque regiones longe lateque dissitas, quasi cominus intueri valeamus. Anaxagoras quidem Philosophus, cujus rei causa natus esset, interrogatus, respondisse fertur; Conspiciendi Cœli, Solis & Lunæ. Mirum vero, inquit Bertius, quid homini sapienti in mentem venerit, cur Terras & Maria, hoc est humani generis domicilium omiserit, in quo multa non minus memorabilia, cuncta vero longe certiora, sensibusque magis expositа occurrunt, quam in Cœlo & Sole? Hoc enim quasi Theatrum est, in quo Deus mortales ad imaginem suam factos alit, ornat, fovet, beneficiis, præmiisque ad se amandum & colendum invitat, suppliciis vero à peccando absterret. Sane quemadmodum æternitatis imaginem quandam distincta Temporum collectorum observatione consequimur, quæ res ad Chronologiam pertinet: ita Divinam immensitatem Geographiæ notitiâ quasi adumbramus; qua fit, ut domi sedentes, maria, ac terras animo complectamur. Ut particulatim agam, Geographia plurimum facit ad Lectionem Sacrarum Literarum, quæ luculentius intelliguntur, si vel hinc innotescat, in qua parte Orbis fuerit Paradisus, quinam fuerint illarum regionum termini, quæ in illis memorantur, præsertim habito respectu ad Patriarcharum itinera, Prophetarum, Apostolorum, nec non ipsius CHRISTI, quæ haud aliter intelligi possunt, nisi Tabularum Geographicarum, ac Descriptionum subsidio. Præterea utilis etiam est hominibus cujuscunque sortis, viz. 1. Astronomis, qui hujus indicio certiores fiunt de diversis Stellarum aspectibus in variis regionibus, de diversis earundem ἀποτελέσμασι, de Ortu denique & Occasu secundum diversos Horizontas. 2. Deinde Medicis etiam inservit, quibus per hanc internoscitur varia humanorum corporum temperies secundum diversa climata in quibus degunt, ortus & indoles herbarum, & medicamenta, quæ sunt exterarum regionum propria, nec alibi gentium inveniendа. 3. Consiliariis regiis, Legatis & Senatoribus; hinc enim cognitionem istorum populorum hauriunt, quibuscum commercii causa negotium habent, nec non finium, regnorum horum, illarumque regionum quæ sunt illis conterminæ; quæ nisi accuratè cognoscerentur, perpetua bellorum ac discordiarum ansa orietur. 4. Mercatoribus, rei nauticæ studiosis, & militibus, quibus ad negotia ipsorum facilius expedienda nihil magis facit quam perfecta Geographiæ cognitio; quippe quæ plurima suggerit, unde causas tum utilitatis, tum oblectamenti sibi facilius arripere possint. Denique Geographiæ studium efficit, ut ille cui facultates non suppetunt ad exteras nationes invisendas, possit sine periculo vel dispendio cognitionem acquirere particularium descriptionum Imperiorum, Provinciarum, Urbium & Castellorum, illorumque omnium, quæ in illis visuntur cognitu digna, nec non consuetudines, mores, & ingenia gentium exterarum, perinde ac si ipse suis oculis illa loca, quæ ipsi adumbrantur, adspexisset. Hactenus de duabus primis hujus Dictionarii partibus, deque illarum utilitate.*

III. *Tertia & ultima jam nunc venit expendenda, sc. Poetica; quæ tamen reapse duas illas superiores in se complectitur, cum nemo fere sit veterum Poetarum, sive Græci fuerint, sive Latini, qui non scripta sua vel Historia aliqua vel Geographia adsperserit. Nihil opus est, ut in laudem hujus Artis Divinæ me latius effundam, quam nemo paulo humanior unquam vituperarit. Quod hoc literarum genus, præsertim apud Græcos, antiquissimum fuerit, ab*

eruditioribus

eruditioribus quibuscunque in confesso est. Id quod Strabonis auctoritate adstruitur lib. 1. *quo in loco probare nititur, Orationem prosaicam nihil aliud esse, quam Poesios imitationem. Quantam porro dilectationem præstet, nemo ignorat; & nonnulli asserunt, haud aliter esse utilem. Siquidem Torquatus apud Cic. Tusc. Qu. lib.* 1. An tempus, *inquit*, in Poetis evolvendis, ut ego & Triarius, te hortatore, fecimus, consumeret? in quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis delectatio. *Eratosthenes, quoque, Strabone teste, aiebat,* ποιητικὴ πάντα ψυχαγωγίας, ὑ διδασκαλίας. *Etiam Agatharchides, lib. de Rubro mari, cum multa collegisset ex Poetis plane incredibilia & absurda, tandem affirmare non veretur,* ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας ἕξι ζητητής. *Et, ut tralatam hancce à collimando metaphoram paulo ulterius deducam, non alia mens Hermogenis, qui lib.* 1. περὶ ἰδεῶν, *cap.* 6. *ait.* Τὸ πλεῖστον ἡδονῆς ἡ ποίησις ζητεῖται. *Neque omittendus Diod. Siculus, qui initio sui operis scribit,* τὴ ποιητικὴν τέρπειν μᾶλλον, ἤπερ ὠφελεῖν. *Hæc illi. Atqui vero, si Horatium audire libeat, aliarum rerum prudentem satis æstimatorem, is utrumque, commodum simul & utilitatem, poesi tribuere non veretur. Ait enim:*

Et prodesse volunt, & delectare Poetæ,
Et jucunda simul dicunt & idonea vitæ.

Jam vero de Trojani belli scriptore, *inquit:*

Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.

Ideoque Themistius Homerum vocat θεοπάτορα, & ἀρχέγονον τῆς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων. *Sanè Max. Tyrius Poeticen eandem facere videtur cum Philosophiâ:* Χρῆμα, *inquit,* διττὸν μὲν καὶ τὸ ὄνομα, ἁπλῶν δὲ καὶ τὴν οὐσίαν. *Vide sis eum* λογ. κθ. *Quin & Plato, quamvis Homerum è Rep. suâ eliminaverit, tamen primam puerorum eruditionem ab honestis fabulis incipere jubet, lib.* 2. *de Rep.* τὰς δ' ἐγκεκριθείσας μύθους πείσομεν καὶ λέγειν τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσί. *Itaque & Petronii consilium est:*

——Det primos versibus annos,
Mæoniumque bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege mittat habenas
Liber, & ingentis quatiat Demosthenis arma.

Nunc demum existimo me satis dixisse de hujusce Libri tum dignitate, tum utilitate, habitâ singularum ejusdem partium ratione. Ad cujus majorem exornationem Classicos authores universos consului, maxime vero Historiographos, Geographos, & Poetas, Græcos pariter & Latinos, unà cum veteribus eorundem Scholiastis, & Enarratoribus [*in quibus ingens ille & inexhaustus rei Criticæ Thesaurus reconditur*] *quibus insuper adjunxi selectissimos illorum Commentatores, nempe Casaubonum in Strabonem, Salmasium in Solinum, Vossium in Melam, &c. Et quoniam humaniores literæ, maximè vero Antiquitates, & Theologia Gentilium non solummodo continentur in Ethnicis authoribus, qui de iis consultò, ac datâ operâ, scripserunt, sed etiam plurima eorundem apud scriptores Ecclesiasticos occurrunt; idcirco ex illis nonnulla delibavi, nempe ex Justino Martyre, Clemente Alexandrino, Origine, Tertulliano, Arnobio, Minucio Felice, Lactantio & D. Augustino, cujus libri de Civitate Dei literis humanioribus refertissimos esse nemo non videt. His addidi Eusebium in Chronicis, ac de Præparatione, & Demonstratione Evangelicâ, Theodoretum* περὶ προνοίας, *ac de curandis Græcorum Affectibus, S. Cyrillum adversus Apostatam Julianum, in quo opere tantum non universa Theologia Gentilis continetur, denique B. Hieronymum, quem unum, si Erasmo credamus, habet Ecclesiasticus orbis utraque doctrinâ sacra & gentili, uti vocant, juxta absolutum. Id quod etiam luculentius feci usus Lilii Gyraldi Syntagmate Deorum Gentilium, Vossii opere de Idololatriâ, Natali Comite, Eliâ Schedio de Diis Germanis, Seldeno de Diis Syris, &c. In scriptoribus Historicis plurimùm profuere Vossius & Jonsius. In Poetis, idem Vossius, Petrus Crinitus, & Lilius, Gyraldus. In Geographicis ante oculos semper patuit Ferrarius. Stephanum Byzantium, sive potius Hermolaum ejus Epitomatorem, grammaticum C P. authorem post Hesychium miserrimè corruptum, partim aliorum emendationibus, partim propria conjectura fretus locis nonnullis restitui. Utinam vero Æsculapius aliquis medicas ei admoveret manus; næ ille morbum planè sonticum sanaret, & Remp. literariam sibi in perpetuum devinciret. Quoties de Italiâ, Sicilia, aut Germania antiqua agendum erat, Cluverium consului; Cluverium, inquam, cujus laudes, ob ingentem industriam, & planè stupendum laborem, durabunt, & ab eruditis omnibus ore pleno celebrabuntur,*

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet.

Utinam

Ad Lectorem.

Utinam quoque Palmerii Antiquæ Græciæ descriptionem haberemus, cujus spem nobis fecit Vir doctissimus cum Exercitationes suas in optimos fere Authores Græcos ingenti publico rei literariæ commodo nuper ediderit. Bocharti τῶ πάνυ & μονομάχου Etymologias ex linguis Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Phœnicia, vel Punica, &c. petitas, utpote (τὸν ἐμοὶ δοκῶν) veritati maximè consentaneas, suis locis subinde inserui; eas præsertim, quas veterum testimoniis probabiliores reddidit Vir magnus, & in his rebus planè divinus. Ignoscant mihi manes virorum omnium doctissimi, quod falcem meam in illius messem paulo liberius aliquando immiserim. Classicos Authores quod attinet, fusius alibi de iis, uti spero, dabitur dicendi locus, nempe quid scripserint, quando floruerint, unà cum optimis eorundem Editionibus, & Commentatorum Annotatis. Plura his adderem, nisi vererer illud non tam esse operis hujusce rationem reddere, quam Editori περιαυτολογεῖν, & seipsum ultra modum insolenter & invidiose collaudare. Verbo itaque dicam; Si nihil aliud in DICTIONARIO *hocce recensendo præstiterim, illud saltem, quo nomine meliori jure jam nuncupetur, feci* POETICUM.

Vale, mi Lector, &

Æternitatem Cogita.

Crastino S. Barptolemæi
An. Dom. 1670.

LEXICON

LEXICON
Historico-Poeticum.

Aaron, Latine *mons*, sive *montanus*, aut *docens*, vel *concipiens*, filius Amram, frater Mosis, Hebræorum primus Pontifex consecratus, fratris sui verba populo referebat, quod ille balbus esset. Ad Levitici sacerdotii administrationem à Deo per Mosen vocatus est, & confirmatus hoc modo: Cum Israelitarum quidam indigne ferrent, in solum Aaronem collatam sacerdotii dignitatem, præcepit Dominus Mosi, ut à singulis Israelitarum familiarum principibus singulas virgas acciperet, & sua cujusque in virga nomen scriberet, easque Oraculi Tabernaculo reponeret; futurum enim ut quem Dominus virum elegisset, ejus virga fructificaret: quod cum fecisset Moses, postridie Tabernaculum ingressus vidit Aaronis virgam, Leviticæ familiæ principis, fructificasse, floresque edidisse & amygdala peperisse. Num. 17. Philo Judæus Allegorice (uti solet) Mosen menti, Aaronem verbo similem facit. Πάντα δ' ἰαῦτα τὰ λόγῳ συμβέβηκεν, ὃς ἀδιαφὸς ἔοικε τῆς διανοίας. Lib. *Quod deterior potiori insidere soleat.*

Abacuc, Propheta, Lat. *Luctator*, vel *amplexans*. Sacræ literæ non meminerunt, vel quo patre, vel quo genere fuit, vel quo tempore prophetavit. Prædicit excidium Judæorum per Chaldæos, unde constat eum ante tempus Zedeciæ prophetasse; idque vel 1. temp. Manassis; cui favent 1. Locus ejus, sc. inter Nahamum Manassi coævum & Sophoniam, qui sub Josia floruit: 2. ipsum argumentum deplorat enim fas & jura versa, quod nunquam magis quam sub Manasse evenit. Vel, 2. circa temp. Josiæ, in quæ Jeremias incidit, cum quo & rebus & sententiis convenit Habacuc. Græci legerunt, חבקוק, vertunt n. Ἀμβακὺμ vel Ἀββακύμ. Inter illius autem temp. & Danielem in foveam Leonum sub Dario conjectum centum fere anni intercesserunt. Fabulosum itaque quod de Belo & Dracone in Apocryphis refertur. Quam tamen sententiam probat ac tuetur Epiphanius in lib. *De vitis* Prophetarum. Sed ejus libelli veteres non meminerunt, nec satis Epiphanio dignus videtur; & quem Ψευδεπίγραφον esse, sexcentæ mendaciorum nugæ persuadent, quibus ille refertus est.

Abadir, Lapis, teste Prisciano à Saturno pro Jove devoratus. Cum enim esset in fatis, ut Saturnus à filiis suis regno pelleretur, id, ut evitaret, quoscunq; ex Ope uxore partus suscipiebat, devorabat. Eam ob causam Ops Jovem in lucem editum servari cupiens, Saturnum decepit, lapide in os ejus injecto, qui *Abadir* dictus est. Vide *Bætylus*, & Voss. de Theol. Gent. l. 6. c. 39.

Abagarus, Edessenorum (erat ea gens ultra Euphratem) Toparcha. Scribitur etiam *Abgarus* & *Agarus*. Magis tamen placet *Agbarus*. Certe אבגר Arabica vox est, quæ *potentissimum* sign. Vide *Agbarus*, & Valesium ad cap. 3. lib. 1. Hist. Eccl. Eusebii Pamphili.

Abantias, Patronymicum est à nomine *Abas*, quo significatur vel filia, vel neptis *Abantis*. Apud Poetas fere pro *Danae* ponitur, Abantis ex Acrisio nepte, vel pro *Atalanta*, nepte ejusdem ex Jasio. Item *Abantias* Plinio, insula maris Ægæi, quæ Ἀβαντὶς Stephano, & postea *Eubœa* dicebatur; Dionysius vers. 520.

Εὐρώπης δ' ὅτοι μὲν Ἀβαντιὰς ἔπλετο Μάκρις;

Hoc est, Interprete Prisciano,

Europes Macris agnoscit *Abantias* oram.

Abaris, Scytha quidam, Scuthæ fil. Apollinis iter ad Hyperboreos descripsit, & alia multa. Hic ab Apolline sagittam accepit, quam jaculans, & ipse cum eâ ferebatur; itaque populos velocissimè transiens, per eam responsa dabat, unde Ἀιθοβάτης dictus est. Jamblichus Pythagoræ discipulum fuisse asserit. Scripsit Oracula regionum quas peragravit, prædixit iis quoque terræ motus, pestes & similia. Legatus Athenas veniens, ad suos Hyperboreos rediit nihil comedens. Trojanorum Palladii simulacrum ex ossibus Pelopis dicitur fecisse, ut Firmicus habet. Vide plura de eo apud Vossium de P. Græcis, p. 16. & Mauss. ad Harpocrationem, p. 8.

Abarus, Nomen proditoris cujusdam, Arabum primarii, qui M. Crassum, Syriæ Præfectum, expeditionem in Parthos suscipientem, astute in calamitosum excidium compulit. Appianus in Parthicis. *Mezeras* Floro dicitur, l. 3. c. 11. qui Syrum facit. *Ariamnes* à Plutarcho in vitâ Crassi.

Abas, Metaniræ fil. à Cerere in lacertam seu æscalabum conversus, quòd à matre susceptam hospitio molestè tulisset, & rem divinam honori illius institutam irrisisset. Cæl. Rhod. 19. 4. Item fil. Melampodis. Paus. in Att. 3. Comes Æneæ. Virg. Æn. 1. 4. Dux Thuscus, qui Æneæ suppetias tulit, à Lauso interfectus. Virg. Æn. 10. 5. Græcus quidam, qui cum Androgeo eâ nocte quâ incendebatur Troja, occisus fuit à Trojanis. 6. Centaurus, Ixionis & Nubis fil. venator insignis. Ovid. Met. 12. 7. Sophista quidam, qui historicos quosdam commentarios & Rhetoricen scripta reliquit. Suidas.

Abaxea, festa à Dionysio instituta, cumque silentio peracta. Ἀβαξὼ siquidem est silens à βάζω loquor, quod à בטח Vata blateravit. Becman.

Abba Pater. D. Paulus ad Rom. 8. 15. & ad Galatas 4. 6. docet nos per Christi Spiritum similiter Deum compellare, atque invocare Ἀββᾶ ὁ Πατήρ, quomodo Christus ipse Deum vocat Mar. 14. 36. nempe quia in eo adoptamur à patre, & per eum facilem habemus ad Patrem accessum. Cæterum omnes quod sciam Interpretes ita accipiunt hanc compellationem quasi Ἀββᾶ esset vox Syriaca à Christo usurpata in illâ Patris sui invocatione, cui ab Evangelistâ subjecta sit vox Græca πατὴρ, tanquam exegetica illius, quod sæpius alibi fit in aliis vocibus similiter peregrinis. Idem sentiunt etiam de duobus illis locis Paulinis. Sed dilutius videtur ut in ejusmodi blandâ & familiari filii ad patrem compellatione, & vehementi invocatione, voci peregrinæ quidem sed notissimæ, imò verò ne peregrinæ quidem (ut mox ostendetur) subjiciatur ἑλληνικὸς vox alia Græca: Sic enim amittitur atque diluitur vis, gratia, & venustas tam blandæ & familiaris compellationis. Rectius itaque forte videri possit, si dicamus eam esse Græcis notissimam formulam, quâ filii parentes blande & familiariter compellabant; Quod hinc confirmari posse videtur.

Prima vox quam pueri enituntur, quâ patrem compellant, est *papa*, unde & παππάζειν apud Hom. est puerorum patrem παπὰ compellantium, Iliad. ε. Οὐδέ τι μιν παῖδες πεπὶ γούναα παππάζουσι. h. e. uti exponit Interpres, πάππα φωνῆσι, πατέρα καλοῦσι. Hoc Lat. dicunt *pappare*. Pers. Sat. 3.

Et similis Regum pueris pappare minutum
Poscis. ———— ———

Ubi *pappare* est patrem blande & ἑλληνικῶς, *papa* vocare, quod Nobilium maximè & Regum pueri solebant. Inde factum ut in Ecclesiâ Christianâ hâc voce πάππας à Græcis, & *Papa* à Lat. appellati sint, honoris & reverentiæ gratiâ, à Laicis Presbyteri quidem olim omnes, sed potissimum Episcopi, quæ *Papæ* vox postmodum inclinatâ in Ecclesiâ Latinâ tum disciplinâ Ecclesiasticâ tum linguæ puritate, soli Pontifici Romano remansit propria.

Jam quemadmodum infantes primum loqui nitentes πάππα patrem vocabant, sic etiam abjecta primâ litera ἄππα dixere, ut & ἄττα ex πατὰ factum est; nam omnium vocalium A facillime est pronunciatu, consonarum v. labiales primum enitî conantur; itaque ἄππα & ἄττα *Papa* & *Tata* & *Mamma* voces sunt quæ pueris primum loqui incipientibus ultro veluti occurrunt, quibus & Græcorum & Lat. pueri parentibus adblandientes edocebantur eos ὑποκοριστικῶς appellare. De *Papa* jam dictum est; de Ἄττα notum est ex Il. θ'. Φοίνιξ ἄττα γεγεῖς, &c. Verba sunt Achillis Phœnicem seniorem honoris causa patrem vocantis. De *Mamma* atque *Tata* notum est Martialis Epigramma.

Mammas atque Tatas habet Afra, sed ipse tatarum
Dici & mammarum maxima manma potest.

Porro de voce ἄππα quod patrem etiam Græcorum pueris sonaverit, liquet ex vocibus illi affinibus ἀπὸα, ἄπυς, ἀπιὰ & ἀπφίετον, quibus & pueri parentes & frater fratrem, soror sororem

rorem appellabant, Sanè apud Suid. ἄπφα est fratris vel sororis ἀπωμόσιμα, & Eust. notat sororem à sorore vocari ἄπφαν ἀπὸ τοῦ ἀπωμοσιμοῦ, & ἀπφοὺς apud Theocritum est pater. Ἀπφὰ quoque & ἀπφάειν sunt apud Comicos novæ Dianæ ἀπωμοσίσματα, teste Polluce lib. 3. Jam verò literæ tenues aspiratis facilius pronunciantur; prius ergo dictum est ἄππα quàm ἄπφα. Et certè apud Callimachum Hym. in Dian. ver. 6. Diana Jovem vocat ἀππὰ, illic nempe inducitur à Callimacho tanquam virgunculâ ludens adhuc in patris sinu & genis. Unde non immeritò suspicantur Scaliger. ver. 8. ubi dicitur Ἔα πάτερ leg. potius esse Ἀππὰ πάτερ, nam & eo loci nonnulli codd. habent ἄττα, ita ut ἀππὰ & ἄττα idem omnino olim significabant, nempe patrem.

Ab eâ voce ἄππα Latini formarunt *Aba*; atque inde verbum *Abare* apud Auson. (Epist. ad Patrem ex Scaligeri emendatione, juxta vetustissimi cod. fidem) pro ἀπιστεῖν. Et certe vox Lat. *Avus*, pro *Abus* (unde *proavus, abavus, atavus, tritavus*) videtur omnino deducta ab illo antiquo *Aba* vel *Abba*, & hoc ex Græco illo ἀππὰ vel etiam ἄββὰ. Quin & vocem *Abbas, Abbatis* (quâ Cœnobiarchæ in Ecclesiâ Christiana olim vocabantur) nihil est necesse ducere à Syriaca voce אבא cum possit esse Græca ab antiquo illo ἀππὰ vel ἄββὰ. Quin & ratio Grammatices (quæ in Etymis deducendis maximè spectanda est) repugnat ut *Abbas* à Syriaco אבא deducatur neque n. in אבא litera ב geminatur pro daghes, neq; Chaldaicè, neque Hebraicè, neque Arabice vox quæ patrem sig. recipit daghes in ב. Itaque sollicitari injuria videtur Augustini locus, Ep. 178. ubi scribit sanctus Pater *Abba* Græcum esse vocabulum, atque hoc librariorum vitio factum esse putat Erasmus, vel etiam ab aliquo affuta esse Augustino ista existimat. Sed eâ Erasmi conjecturâ nihil falsius est; potuit verè S. Aug. dicere Ἀββὰ Græcum esse vocabulum, *Patrem* illis sonare; etsi in eo fallatur S. Aug. quod dicit Apostolum in illâ formulâ *Abba Pater* duabus esse usum linguis Græca & Latinâ. Vide Cappell. ad Marc. 16. 36.

Abdalonimus, longâ cognatione Sidoniorum stirpi regiæ annexus, sed ob inopiam, suburbanum hortum exiguâ stipe colens, ab Hephæstionis hospitibus, (cui ab Alexandro permissum ut quem eo fastigio è Sidoniis dignissimum arbitraretur, constitueret regem) cæteris prælatus, rex constituitur: cùm forte steriles herbas eligens hortum repurgaret, illi cum regiæ vestis insignibus intrant. Tum rege eo salutato, alter ex his, *Habitus*, inquit, *hic, quem cernis in meis manibus, cum isto squallore permutandus tibi est: ablue corpus illuvie æterniq; sordibus squallidum. Cape regis animum, & in eam fortunam quâ dignus es, istam continentiam profer; & cùm in regali solio residebis, vitæ necisque omnium civium dominus, cave obliviscare hujus status, in quo accipis regnum, imo hercule propter quem.* Aliis studio factum prosequentibus, aliis indignantibus & criminantibus, admitti eum Alexander protinus jussit: diutius contemplatus, *Corporis*, inquit, *habitus famæ generis non repugnat, sed libet scire inopiam quâ patientiâ tuleris.* Tum ille, *Utinam*, inquit, *eodem animo regnum pati possim. Hæ manus sufficêre desiderio meo; nihil habui, nihil defuit.* Magnæ indolis specimen ex hoc sermone Abdalonimi cepit vir maximus. Itaque non Stratonis modo regiam supellectilem attribui ei jussit, sed pleraque etiam ex Persicâ præda; regionem quoque urbi appositam ditioni ejus adjecit. Curt. lib. 4. Justinus autem lib. 11. Paulo aliter. *Insignis*, inquit, *præter cæteros fuit Abdalonimus, rex ab Alexandro Sidoniæ constitutus, quem Alexander, cum operam elocare ad puteos exhauriendos hortosque irrigandos solitus esset, misere vitam exhibentem, regem fecerat; spretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent.* Diodorus Sic. lib. 17. *Ballonymum* vocat, non Sidonis sed Tyri regem constitutum. Aliqui *Abdolominum* vocant. Plut. autem de fortunâ Alexandri 2. 19. corruptissimè legit *Alynomum*. In historia etiam falsus est, nam Paphi regnum accepisse scribit. Cæterum *Abdolonimus* est מבד עלית נים quæ vox linguâ Syriacâ Deorum cultorem significat.

Abdemon, puer quidam, qui solvebat omnia problemata à Solomone proposita, Jos. Ant. 8.

Abdias, qui & *Obadiah* Lat. *servus Domini*, Pater Jesmaia, 1 Chron. 27. 2. Levita, præfectus operis domus Dei, 2 Chron. 34. 3. Dispensator Domus Regis Ahab, 2 Reg. 18. 4. Propheta, coævus Oseæ, Joelis, Amosi, & iis qui sequuntur. Nonnulli post Hebræos vett. putarunt hunc eundem esse cum præfecto Achabi, de quo supra; sed nullo certo nituntur fundamento. Aiunt etiam fuisse Idumæum, & postea Proselytam, sed non temerè credendum est iis qui in comminiscendis fabulis immorantur. 5. Episcopus quidam Babyloniæ temp. Apostolorum, cujus 10 Libri de certamine Apostolorum planè sunt ἀποβολιμαῖοι, quod pluribus Argumentis evincit Vossius de Hist. Gr. l. 2. c. 9.

Abel, per ה in principio, Latine *vanitas*, sive *anhelitus*, aut Syriace *vapor*; filius Adami, à Caino fratre suo interfectus; falsus itaque Josephus ubi ait, σημαίνει δὲ τὸ πένθος. quod autem illic sequitur (nimirum Antiq. Jud. l. 1. c. 3.) verissimum Ἄβελος μὲν γὰρ ὁ νεώτερος δικαιοσύνης ἐπεμελεῖτο, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπ' αὐτῷ πραττομένοις παρεῖναι τὸν θεὸν νομίζων, ἀγαθὸς ἦν βουνόμος. h. e. *Abel justitiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam dabat*; & proinde salvator τὸν δίκαιον eum indigitat, *justum*, Matt. cap. 23. & D. Joannes, 1 Ep. cap. 3. vers. 12. rationem reddens cur frater ejus eum occiderit, ait ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια. *quia opera ejus mala erant, fratris autem ejus justa.* Vide plura apud Philonem. Lib. *De Sacrif. Abelis & Caini.*

Abelardus, vel *Abaelardus*, D. Bernardi σύγχρονος; scripsit opera quamplurima, in uno volumine edita operâ & studio Francisci Amboesii.

Abeliani vel *Abeloitæ*, hæretici in agro Hipponensi sic dicti, erant conjuges, nec tamen consuetudine conjugali utebantur, sed puerum & puellam adoptabant, qui mortuis eâdem conditione succederent, ut narrat Augustinus ad Quod vult Deum. Hæres. 87. Nitebantur loco Pauli, 1 Cor. 7. 9. οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. At cur sic dicti? Ab Abele, inquies. Ita Augustinus cunctanter, & ex relatu aliorum. Quod quis quæso intellexerit, quum his hæreticis non videatur quicquam fuisse commune cum Abele? Fallor, aut eo penetraverat fabula, quæ totum Orientem jam pridem pervagata est, Adamum post Abelis necem ab uxore abstinuisse per annos 130. Ita Judæi doctores. Inde autem Arabicum verbum ex *Abele* factum תאבל *theabbala* est ab uxore continere se. Giggeius תאבל אדם h. e. *Adam ab Evâ se abstinuit ob necem Abelis.* Eodem exemplo *Abelonii* dici potuêre, qui ab uxoribus se continebant. Hoc certo certius, *Punicam declinationem* huic nomini Augustinum tribuisse. Bochart.

Abellio, eo inclinat animus, inquit Cl. Vossius in 2. de Idolol. ut *Abellionem* non alium quam *Solem*, nec aliunde quàm à *Belo* dict. putem. Firmat opinionem meam, quòd & Pamphylii & Cretes, sic dixere. Hesychius Ἀβελίνην, ἥλιον· παμφύλοι. Idem, Ἀβέλιον, ἥλιον. Κρῆτες. Et fortasse *Apollo* ex Cretico Ἀβέλιος; nam vett. Romani *Apello* pro *Apollo*; ut pro *homo, hemo*, pro *bonus*, benus, unde benè.

Abenezra, insignis fuit Philosophus, Astronomus, & Theologus, qui commentaria præclara in tota biblia conscripsit. Commentarium suum in 12. prophetas minores absolvit in Urbe Rhodo, Anno Dom. 1145. mortuus anno ætatis suæ 75. Ob insignem Doctrinam & Sapientiam fuit κατ' ἐξοχὴν dictus חכם *h. e. Sapiens.* Buxtorf. Unde Mayerus in Phil. Sacrâ. *Merito audit Sapientissimus Hæbræorum.*

Aben-nedin, librum de Philosophis Arabibus scripsit, teste Mersennio præfat. in Apollonii Conica.

Abeona, Dea ab antiquis culta, quæ abeundi facultatem præstaret. August. l. 4. & 5. De Civ. Dei.

Aber, Cinæus, vel *Heber* Kenæus sive Kenites (è posteris Hobabi Mosis soceri) tentorium olim haud longè à civitate Azor in valle Sennim versus Vulturnum, 4 à Castro regio, contra Africam autem à castro Zabul, tribus milliaribus, tetenderat: ubi Jael uxor ejus Siseram hospitio exceptum, sopitum interfecit. Brocard. Itin. 3. Jud. cap. 4.

Abgarus, rex Edessenorum in Mesopotamiâ. Exemplar Epistolæ ab eo ad CHRISTUM scriptæ recitant Euseb. Hist. Eccl. l. 1. c. ult. & Cedrenus. Item rex quidam Orientalis, cujus mem. Jul. Capitol. in Antonin. Pio, ubi Casaubonus ait familiare nomen esse regulis Orientis *Abgarum*, vel ut plures Græcorum scribunt Ἀυγαρον. Persidis etiam rex quidam *Abgarus* Spartiano nuncupatur in Severo.

Abidenus, qui & *Abydinus*, de Chaldæorum & Assyriorum rebus scripsit. Voss. Hist. Gr. l. 1. c. 9.

Abillius, qui antè *Aollius*, voce Græcâ, à civium congregatione vocabatur, Romuli ex Hersiliâ Sabina filius; vel ut alii volunt, Hostilii cujusdam ex eadem Hersilia. Plut. in Rom.

Abimelech, Lat. *pater regis*, Gideonis ex concubina filius, cum grandior factus esset propinquorum, (avunculorum præsertim) studio, favore, industriâ, & labore, Sichemitis persuasum est, ut illi principatum deferrent, dederuntque Abimelecho 70 argenti laminas è fano *Baal-berith*: hoc argento egentium, flagitiosorumque colligit manum, & in domum patris sui in Ephrâ sive Ophrâ venit, & metuens, ne si in vivis manerent 70 fratres, imperandi etiam dulcedine tangerentur, & illi insidiarentur, si non omnes, saltem aliqui: eos per satellites, latronesque suos capi jussit omnes, deinde, (quasi facinoris alicujus rei comperti essent) mortis in illos sententiam dedit; sicque demum in uno eodemque supplicii loco, super uno lapide jugulari curavit, & occisi sunt omnes, uno excepto, Jothamo sc. filio minimo, qui absconditus fuit. Nefario hoc parricidio in fratres perpetrato, in urbem Sichem rediit, illorum adhuc calenti sanguine respersus, viros Sichem, & universas familias urbis

bis Millo congregavit, ab iis rex creatus est, regnavitque annis tribus. Tandem inter Regem & Populum immisit Deus malum spiritum, ut mutuis sese scelerati damnis exitiisque conficerent. Incipiunt ergo Sichemitæ Abimelechum detestari, & illi insidias astruere, ab illo vicissim capitur Sichem, occisique quotquot contrariæ partis erant, & urbs penitus excisa, & quidem ita ut totum ejus locum ac solum sale conseretur. Inde venit ad oppidum Thebez, & dum turris (quam oppugnabat, & ad quam confugerant viri omnes ac mulieres) ostium exurere niteretur, à fœminâ, quæ illi fragmen molæ in caput dejecit, oppressus est; sed ne à fœminâ trucidatus diceretur, armigerum suum rogavit, ut gladio eum transfoderet; quod & ille perfecit, Jud. c. 9.

Abimelech, rex Gerar qui Saram, Abrahami conjugem, in uxorem acceperat; ob quod peccatum, Josephus cum totâ familiâ lethali morbo correptum fuisse refert, mortemque illi Deum in somnio denunciasse; hinc bonus ille rex, etsi Ethnicus, ad agnitionem veri Dei venit, Saram antequam ei appropinquasset, Abrahamo restituit, eumque placide objurgatum, singulari munificentiâ regiis donis affecit, hospitium ei liberum in regno concessit, quâcunque regni parte placeret. Oravit autem Deum Abrahamus, & Deus Abimelechum ipsum curavit, uxoremque ejus, ac ancillas, ut parerent; clauserat enim Dominus omnem uterum in domo Abimelechi, Gen. 20. Apparet autem fuisse communem appellationem regum Philistææ gentis. Ideo in titulo, Psalmi 34. nomen Abimelech tribuitur Achis, regi Gath, ad quem fugit David, 1 Reg. 21.

Ablavius, Gothorum historiam composuit. Jorn. l. 4. Vide Voss. Hist. Lat. l. 3. p. 690.

ABRACADABRA, de quo nomine interpretando Wendelinus & Scaliger, forsan etiam Salmasius, & Kircherus frustra laborarunt. An Deum hoc nomine appellari juvat? Aut hoc chartæ inscripto vim suam exerere oportet? Tamen valet ad curandum morbum Hemitritæum, si credas Sereno Sammonico: audi Baronium ad annum 120. num. 13. Habes de his egregium exemplum, apud Q. Serenum Sammonicum, antiquum medicum & Basilidis (Hæretici) ut apparet, sectatorem, qui præcepta medica carmine scripsit Heroico, & ad curandum morbum Hemitritæum his characteribus conficiendum curavit amuletum, ad collum ægrotantis appendendum, continens ABRACA, junctis aliis elementis, quidpiam portentosum ipso sonitu reboantibus, Versus poetæ hi sunt subsequentes.

Inscribes chartæ quod dicitur ABRACADABRA
Sæpius, & subter repetes, sed detrahe summam,
Et magis atque magis desint elementa figuris,
Singula quæ semper rapies, & cætera figes,
Donec in angustum redigatur littera conum.
His lino nexis collum redimire memento.
Talia languentis conducent vincula collo,
Lethalesque abigent (miranda potentia) morbos.

Figura talis esto.

ABRACADABRA
ABRACADABR
ABRACADAB
ABRACADA
ABRACAD
ABRACA
ABRAC
ABRA
ABR
AB
A

Abradaras, rex Susorum fuit, & maritus Pantheæ nobilissimæ matronæ, quam cum à Cyro captam, castè & liberaliter haberi præter spem intellexisset, ad eam accedens quæsivit, quid sibi illa faciendum censeret, quo pro tanti principis beneficio gratiam aliquam referret: cui cum illa respondisset, ut eniteretur se tanto regi quàm simillimum præstare, statim in aciem profectus, strenue pugnans occubuit: cujus corpus ad se delatum cum Panthea aspexisset, acinace seipsam confodit, capite super viri pectus recumbens, ut è jugulo profluens sanguis, mariti vulneribus infunderetur. Xenoph. in Cyropæd.

Abraham, Lat. *pater multitudinis*, Patriarcha, filius Tharæ; *Abram, h. e.* pater excelsus, prius dictus. Natus est post diluvium annis ducentis nonaginta duobus; ante Mosen quadringentis viginti quinque: mortuus est ætatis anno centesimo septuagesimo quinto, eumque Isaacus, & Ismael filii sepeliverunt in duplici cavernâ agri, quem ab Ephrone Hettæo vivus redemerat, Gen. 25. 9. *pater fidelium* vulgò dicitur & *amicus dei*, 2 Chron. 20. 7. Esaiæ 41. 8. & Jacobi 2. 23. Siracides, Ecclus. 44. 19. Ἀβραάμ, μέγας πατὴρ πλήθους Ἐθνῶν, ᾧ οὐχ ηὑρέθη ὅμοιος ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, &c. Vide plura de Abrahamo apud Philonem, Josephum, & Suidam. Fuit autem nomen Abrahæ, ut Euseb. lib. 9. Præp. Evang. testatur, etiam apud Ethnicos celebratum. Nam & Hecatæus librum de Abrahamo nominatim scripsit; quod ipsum signatur à Flavio Josepho, lib. 1. Ant. cap. 7. ubi sic scribit, Ἑκαταῖος βιβλίον περὶ αὐτοῦ (Abrahamo sc.) συνταξάμενος κατέλιπε. Et Alexander Polyhistor, Abrahamum natum ait decimâ post inundationem generatione, in Camarine Babyloniæ urbe, quem alii *Urien* vocant, quod Græcè Χαλδαιόπολιν sonat, (quod me non intelligere profiteor) inventorem apud illos Astrologiæ, justitiâ & pietate tantâ, ut numini gratissimus, jussus sit ab eo in Phœniciam migrare: quam gentem rationem siderum, aliasque magnas, & præstantes artes docuit. Ita facillime regi eorum conciliatus est. Nic. Damascenus libro Historiarum 4, Damasci Abrahamum regnasse scribit profectum ex Chaldæâ cum exercitu. Hinc in Chananæam venisse, quæ & postea Judæa dicta est, magnamq; sui ac diuturnam apud Damascenos reliquisse memoriam, villamque ibi ostendi, quam Abrahami domum nuncupent. Cumque Chananæa fame premeretur, in Ægyptum abiisse, congressumque cum Ægyptiis sacerdotibus, multum eis profuisse, & ad rerum cognitionem, & ad pietatem, rationemque morum & vitæ. Alexander Heliopolin venisse eum perhibet, nec professum se Astrologiæ inventorem, sed à majoribus suis jam inde ab Enocho, traditam sibi per manus. Hæc vox componitur ex *Ab* pater, *Rab* magnus, & *Hamon* multitudo; quia *magnæ multitudinis pater* futurus erat. Sed quia nimis durum, atque asperum nomen esset, si diceremus *Abrahhamon*, elidi-tur ה *B. N* enim ad thema non pertinet; ac euphoniæ causâ pronunciatur & scribitur אברהם *Abraham*: Caninius, Hesychius: Ἀβραμιαῖος, εἷς ὢν Ἀβραὰμ μεγαπαῖος. Idem, Ἀβραὰμ πρέσβης, ἢ πατὴρ μετέωρος· Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν· Vide Rom. 4. 17. ex Gen. 17. 5. Philoni *Abraham* est πατὴρ ἐκλεκτὸς ὄχλου· Putavit siquidem componi ex אב & ברו & המון, quod & πλῆθος, & ὄχλον *Strepitum* sig. Selden de D. Syris, p. 14.

Abraham, vel *Ibrahim*, Bassa, Ottomanni postremi nostrâ memoriâ Turcarum Imperatoris filius: cum repudiatâ matre, in Persiam ad Sultanum concedens, bellum adversus patrem gessit, quo per patris insidias fedato, dum se revocato filio imperii totius habenas traditurum affirmat, dumque patris præcepto filius ad ejus genua devolutus veniam petit, à duobus Janizariis, fortissimo arcûs nervo ad collum devoluto, misere suffocatus est. Hist. Turcica.

Abraham, rex Æthiopiæ, pro deo cultus ab Æthiopibus, ob revelationes quas habuit, inter quas & hæc recensetur, quòd monitus sit à Deo, ut si velit suis hæredibus firmum & tranquillum relinquere imperium, filios omnes, uno natu majore excepto, monti includat, quasi custodiâ asservatos, nec quenquam inde elabi patiatur, nisi quem in successorem eligeret; quam consuetudinem etiam posteri & successores observarunt. Alvarez.

Abraham, Eremita Ægyptius, grandem (jam defessis ætate parentibus) hæreditatem mox habiturus, non expectavit; sed ut nudus discedens, in solitudine sibi cellam constituit: deinde illis vitâ defunctis, cum ad capiendum tantarum opum patrimonium vocaretur, tanti illud fecit, ut pedem loco non efferret: porro per procuratorem ita egit, ne quid sibi reliquum foret, sed rebus divenditis, pecunia omnis pauperibus, viduisque & pupillis divideretur: illi nihil omnino supellectilis erat præter catinum, vestemque cilicinam, & rusticum sagum. Marullus l. 8. Sabellicus 8. 5.

Abrahamus, Marocci rex, pugnâ victus à seditioso quodam Elmahelo, & urbe excluſus, cum nullam salutis, & regni recuperandi spem superesse videret, uxorem charissimam à tergo vehens, equum ex altissimâ rupe præcipitem egit. Leo Africanus, lib. 2. cap. 45.

Abraxas, unus ex Deis, qui ab Hæreticis inducti sunt barbaris & inconditis nominibus, quem Basilides pro numine summo coluit, nomine prorsus fictitio; sed quod literis contineret numerum dierum, quos annus habet absolutus. unde & B.

α.	1.	Hieronymi suspicio erat, Ἀβρασὰξ esse non alium
β.	2.	quam Persarum Mithram, hoc est, Solem, qui
ρ.	100.	annuo cursu hoc spacium conficit. De Basilidis au-
α.	1.	tem hoc numine, sive eo Dæmoniorum princi-
ξ.	60.	pem, sive solem, sive utrumque significavit, vide
α.	1.	Irenæum lib 1. cap. 23. Tertull. De Præscript cap.
σ.	5.	46. Epiphan. Hæres. 24. Hieron. adversus Luci-
365		ferium, & lib. 1. in Amos. Item Augustinum, Theodoretum & Damascenum, in iis quæ de hæreticis tradiderunt.

Abrocomas, vel *Abrocomes* (utroque enim modo legitur Ἀβροκόμας Suidæ, Ἀβροκόμης Herodoto) Darii fil. fuit, atque unus ex præcipuis Persarum Satrapis qui unà cum Xerxe in expeditionem profectus, à Lacedæmoniis cæsus est ad Thermopylas.

Abrodiætus, cognomen Parrhasii, pictoris nobilissimi: La-

tinè *delicate vivens* & *elegans*. Æl. lib. 9. Hiſt. Var. cap. 11. refert eum purpureâ veſte uſum fuiſſe, caput aureâ coronâ redimire ſolitum, ſcipionem geſtare aureis claviculis circundatum, calceorumque anſas ligulis aureis obſtringere, ut non immeritò ſe ἀβροδίαιτον cognominaret. Vide *Parrhaſius*.

Abron, Athenienſis, de ſacrificiis, & feſtis veterum Græcorum ſcripſit. Steph Βάτη, δῆμος Αἰγηίδος φυλῆς ὅθεν ἦν Ἄβρων ὁ Καλλίᾳ ἐξηγητής, περὶ ἑορτῶν, καὶ θυσιῶν γεγραφώς. Scripſit & περὶ Παροιμιῶν: cujus operis idem meminit in *Argos*, *Athenæ*, & alibi ſæpius. Alius fuit *Abron* Phryx aut Rhodius Grammaticus, Tryphonis diſcipulus, qui Romæ Rhetoricam docuit, ſervis parentibus procreatus, ut ex Hermippo tradit Suidas. Alius quoque *Abro* Lycurgi fil. de quo Plut. in X. Orat. Alius item *Abro* Dexippi hoſpes apud eundem in Eroticis.

Abron, Argivus quidam vitæ perditiſſimæ, ſolutiſſimæ, luxurioſiſſimæ; unde Proverb. *Abronis vita*, apud Eraſmum ex Zenodoto. Eſt & *Abro* quidam de quo Plin. 35. 10. *Mirantur*, inquit, *Abronem Samii*, inter opera Apellis numeratur.

Abronicus, nobilis Athenienſis fuit. Lyſiclis fil. cujus fideli, ſtrenuâque operâ uſus eſt Themiſtocles in bello Perſico, & in legatione apud Lacedæmonios. Herod. lib. 8. Thucyd. lib. 1.

Abrotonum, Themiſtoclis Mater, Plut. in Them. Æliano *Abrotonus* vocatur. Locus eſt Var. Hiſt. 12. 43. ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἀβρότονον.

Abſalom, Latine *pater pacis*, *conſummationis*, vel *retributionis*, ſive *patris pax*, *conſummatio*, vel *retributio*; filius Davidis ex Maachâ, filiâ Talmai regis Geſhur, Iſraelitarum ſui temporis formoſiſſimus: fratres ſuos, filios Regios, ad convivium invitat, fratremque Amnonem, propter ſtupratam ſororem ſuam incautum inter vina obtruncat; hinc majora auſus, patrem & regno, & vitâ ſpoliare conatur: prælio autem cum paternis ducibus commiſſo, terga dare compellitur, ramiſque quercûs cæſarie involutus, & capite adhærens, tribus haſtilibus à Joabo perfoditur. Corpus ejus in foveam projectum, lapidibus ſuperinjectis tegitur; carenſque liberis nullam ſui reliquit memoriam, præter columnam à ſuo nomine dictam, quam ſibi vivens in agro ipſe erexerat. 2 Sam. 18. Fuit etiam *Abſalom* pater Mattathiæ & Jonathan, Macc. 1.

Abſyrtus, Æetæ, regis Colchorum, & Hypſeæ filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem ſoror ejus Medea cum Jaſone diſcedens, membratim diſcerptum, circumquaque disjecit, ut ſequentem ſe patrem in colligendis oſſibus occupatum moraretur, ne eam in fugâ retraheret, unde locus ille dictus eſt *Tomos*, i. e. *diſſectio*, & fluvius juxta quem, id fecit *Abſyrtus* vocatus. Sunt tamen qui *Abſyrtum* non ex eâdem matre cum Medeâ, ſed ex Idyiâ, Oceani filiâ natum tradunt. Alii non à ſorore diſcerptum volunt, ſed per Iſtrum flu. cum fugientibus in Illyriam perveniſſe. Fuit inſuper *Abſyrtus*, (teſte Suidâ) Nicomedienſis miles quidam, qui cùm ſub Conſtantino ad Iſtrum militaret, librum utiliſſimum ſcripſit de medicandis equis, & de curâ animalium.

Acacius, Alexandrinus, dux belli ſub Adriano, propter confeſſionem Chriſti de nuce arbore ſuſpenſus eſt. Hiſt. Tripart. 5. 11. Alius etiam hoc nomine martyr, ſub Decio Imperatore.

Acacius, Epiſcopus Cæſareæ in Paleſtinâ, Arrianis favit in Synodo Seleucianâ & Conſtantinopolitanâ. Hiſt. Trip. 5. 34, 35, 36. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 249.

Acacius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir imprimis pius, & Leoni Imperatori gratiſſimus. Suid. Item Rhetor inſignis qui Libanii & Juliani temporibus floruit. Idem.

Acacius, Epiſcopus quidam, Eccleſiæ ſupellectilem argenteam, aureamque divendit; & milites Perſas fame prope enectos, non tantum refecit, ſuſtentavitque, ſed redemptos ad regem ſuum remiſit. Socrates Hiſt. Eccleſ. 7. 21.

Acaſtus, Peliæ Theſſalorum regis fil. venator ſagittis clarus. Ovid Metam. 8.

——*Jaculoque inſignis Acaſtus.*

Uxorem Cretheidem, ſive Hippolyten duxit, quæ cùm Peleum amaret, neque ille contrà hujus amori obſequi vellet, ultrò eum de ſtupri appellatione apud virum accuſavit. Itaque Acaſtus, Peleo ceu venationis causâ in ſaltum Pelei montis abducto, ibique omnibus armis ſpoliato, feris lacerandum præbuit. Verùm Chiron, ſive is Mercurius fuit, interveniens, acceptâ Vulcani machærâ, Peleum liberavit: qui poſtea domum reverſus Acaſtum cum uxore interfecit, Hor. 3. Od. 7.

Narrat penè datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

Vide Pindarum Nem. carm. quarto, & quinto.

Ovid. Met. 11.——*Magnetas adit vagus exul, & illic*
Sumit ab Æmonio purgamina cædis Acaſto.

Et Faſtorum 2. *Actoriden Peleus, ipſum quoque Pelea Phoci*
Cæde per Æmonias ſolvit Acaſtus aquas.

Acca Laurentia, Fauſtuli regis paſtoris uxor, quæ Romulum, & Remum lactavit, & maternâ ſolertiâ gubernavit. Hæc vocata eſt *Lupa*, eo quòd nobile ſcortum fuit; tales enim ob avaritiam, *lupæ* nuncupantur. Servius. Agellius, lib. 6. cap. 7. *Acca Laurentia corpus in vulgus dabat, pecuniamque emeruerat ex eo quæſtu uberem. Ea, teſtamento (ut in Antiatis hiſtoriâ ſcriptum eſt) Romulum regem, ut alii, pop. Rom. bonis ſuis hæredem fecit. Ob id meritum à Flamine Quirinali ſacrificium ei publicè fit, & dies è nomine ejus in Faſtos additus.* Vide Voſſ. de Idol. lib. 1. cap. 12.

Accius Navius, Vide *Navius*.

Accius, tragœdiographus, natus parentibus libertinis, *duriuſculus* Ciceroni ad Atticum, & Licinio *ſcriptor ferreus* appellatur, quòd dum tragœdias ex Sophocle in Latinum verteret, talem ſe præſtiterit. Quintilianus pro ſuo candore, id vitii in tempora rejicit. Tanti eum fecit Brutus, ut ejus verſibus, & templa & monumenta ornaverit, eoque ſimulato, ſtatuam in æde Camœnarum prægrandi ſtaturâ poſuerit, cum alioqui puſillus fuerit.

Accius, Piſaurienſis, cujus accuſationi Cicero pro Cluentio reſpondit, quemque in Oratore ſuo inter claros Oratores refert: fuit alius *Accius* Navius, vel Nævius, cujus idem Cic. in Divinat. meminit. Vide *Actius*.

Accius Tullius, Volſcorum princeps, Romanis ſemper infeſtus, quibus, Coriolano adjuvante, bellum intulit. Livius; & Plut. in Coriolano.

Acco, mulier jam decrepita, cùm faciem, (quam ad ſpeculum explorabat) ſenio deformatam conſpiceret, animi ægritudine in inſaniam lapſa eſt: Cæl. Rhod. 16. 2. Inde *Acciſſare* veteres dixerunt pro ineptire, delirare, vel inſanire. Utrumque tractum eſt à moribus Accûs aniculæ, adeo ineptæ, atque deliræ, ut & cum imagine ſuâ in ſpeculo redditâ, tanquam cum alterâ muliere colloqueretur, & veſtes nondum pertextas à telâ detrahere ſoleret, atque induere. Hinc manavit Proverbium ἐπὶ τοῖς ὅπλοις Ἀκκίζεσθαι· in eum qui ſibi placet, ſeſeque quaſi in armis contemplatur. Illud etiam in moribus peculiare habuit prædicta mulier, ut recuſaret quod maximè cupiebat. Unde ab ejus quoque nomine *Acciſmum* dictum volunt, fictam ſc. diſſimulationem. Cicero 2. ad Atticum. *Hoc opinor, certi ſumus, periiſſe omnia; quid enim ἀκκιζόμεθα tam diu*; hoc eſt; quid *diſſimulamus*. De hoc adagio vide Lucianum & Olympiodorum. Terriculamenti cujuſdam nomen eſt Plutarcho, cujus metu matres ſolent puellos in officio continere, & à peccando deterrere. Heſychius; Ἀκκίζειν γυναικίζεσθαι, θεραπεύεσθαι, μωραίνειν. Idem: Ἄκκιδος, παραμυθοῦ· Λέγεται ὑπὸ παιδίων καὶ μωρῶν.

Accurſius, Florentinus, nobilis Juriſperitus, primus totum Jus Gloſſis illuſtravit. Geſner. *Vir magni ingenii, & ſingularis induſtriæ* dicitur Boxhornio, in Monum. Illuſtr. Vir. Profeſſus eſt Bononiæ A. D. 1230. ubi etiam ſepultus eſt Tanta eſt ejus autoritas, ut ex ejus ſententia cauſa judicanda ſit, quoties inſignis aliquis interpres ei adhæret. *Dr. Duck* de Auth. Jur. Civ. Rom. l. 1. c. 8.

Acephali, Hæretici quidam ſic dicti. Nullus eorum author invenitur. Hi duarum in CHRISTO ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in ejus perſona prædicant naturam. Circa A. D. 500. Niceph. l. 18. c. 45.

Acerſecomes. Apollinis epitheton. Sed Juvenalis ea voce utitur pro catamito, ſive puero uſurario. Sat. 8.

——*Si nemo tribunal*
Vendat Acerſecomes.

Conflatur ex α priv. & κείρω ſive Dorico ejus futuro κέρσω, ut ἄκειρος intonſum notet.

Unde Horat. *Intonſoſque agitaret Apollinis aura capillos.*

Et alibi. *Intonſum pueri dicite Cynthium.*

Aceſander, Cyrenaicæ hiſt. conditor, cujus primum lib. citat Apollonii Interpres in lib. 4. Quædam etiam de Batto Cyrenarum conditore ex hoc Aceſandri opere refert Pindari Schol. initio Od. 4. Pyth. & aliquanto poſt, ejuſdem verba adducit de Eurypyli genere. Voſſius.

Aceſias, medicus imperitus, qui dum cuidam podagrico mederi vellet, morbum & dolorem auxit; unde proverb. *Aceſias medicatus eſt.* Eraſmus.

Aceſius Patarenſis, nobilis artifex, qui primus unà cum Helicone Caryſtio, peplum Palladis Poliadis contexuiſſe fertur. Unde proverb. *Aceſii & Heliconis opera*: de iis quæ ſingulari artificio confecta videntur. Eraſmus.

Aceſodorus, Megalopolita, *de urbibus* ſcripſit, teſte Steph. in Μεγάλη πόλις. Niſi forte Aceſtodorus ibi legendum, de quo infra.

Aceſſæus, nauta quidam, qui propter ignaviam ita prorogare ſolebat navigationem, ut ſe diceret Lunam magis opportunam expectare. Unde proverb. Aceſſæi Luna, in comperendinatores. Eraſm.

Aceſtes, filius Criniſi, fluminis Siciliæ, ex Egeſtâ Trojanâ muliere. Virg. l. 5.

Occur-

——— *Occurrit Aceſtes*
Horridus in jaculis, & pelle Lybyſtidis urſæ;
Troia Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit, veterum non immemor ille parentum.

Hic, jam ſenex, primo Anchiſem & Æneam Italiam petentes hoſpitio ſuſcepit, & mortuum Anchiſem unà cum Ænea in Eryce monte Siciliæ ſepelivit. Demum iterum à Carthagine deſcendentem Æneam, quo illum venti impulerant, ſuſcepit, ubi Æneas conditâ invalidis ſociis civitate, Aceſtam eam vocavit. Servius in illud Æn.

Trojanoque à ſanguine clarus Aceſtes,

Rem fuſe explicat his verbis. Cum Laomedon promiſſam murorum mercedem, Neptuno, & Apollini denegaſſet; Neptunus iratus, Trojæ immiſit cetos, qui eam vaſtarent. Unde Apollo conſultus, cum & ipſe iraſceretur, contraria reſpondit, dicens objiciendas nobiles puellas belluis. Quod cùm fieret, timens Hippotes quidam nobilis filiæ Segeſtæ, cùm Laomedontis regis Heſiona, jam orta ſeditione, eſſet religata, impoſitam eam navi, miſit quò ſors tuliſſet. Hæc ad Siciliam delata, à Criniſo fluvio, in urſum vel canem converſo compreſſa, edidit Aceſtem, qui ex matris nomine civitatem Trojanis condidit, quæ hodiè *Segeſta* nominatur. Virg. lib. 5.

Famaque finitimos, & clari nomen Aceſtis
Excierant. ———

Idem ibidem. *Eſt tibi Dardanius divinæ ſtirpis Aceſtes.* Et eopſe libro. *Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes.* Ubi Servius. *Gravis ætate, vel moribus*, Ideoque inter ſenes numeratus ab eodem.

Cætera Trinacriis pubes ſenioris Aceſtæ
Fertur equis.——— ———

Meminit ejuſdem. Ovid. Met. 14.

Ad ſedes Erycis, fidumque relatus Aceſten,
Sacrificat. ———

Et Silius l. 14. *Miſcuerant Phrygiam prolem Trojanus Aceſtes,*
Trojanuſque Helymus.———

Aceſtium, nomen mulieris, de qua Pauſanias in Atticis: Aceſtium, inquit, Xenoclis, qui ex Sophocle Leontis filio prognatus eſt, filia fuit. Huic ad Leontem uſque atavum, omnes gentiles, Cereris miniſtros, quaſſantes facem, dum viveret, videre contigit. Nam primùm, in eo videt Sophoclem fratrem, dein Themiſtoclem conjugem, eoque mortuo Theophraſtum filium. Hæc illius fortuna commemoratur.

Aceſtodorus, hiſtoricus, citatur à Plut. in Themiſt. ubi ex eo refert, Xerxen, antè pugnam Salaminiam, claſſem & aciem ſpeculatum fuiſſe, in Megaridis confinio, ſuper colles quos *Cerata* appellant. Meminit & Etymologus in Δωδωναῖος.

Aceſtor, de Cyrenarum urbe opus conſcripſit. Citatur ab Apollonii ſcholiaſte, Argonaut. 2.

Aceſtorides, quatuor vulgavit libros *de quâque urbe fabularum*, quibus multa quidem vera retulit, ſed multa etiam fabuloſa adſperſit, & propterea, ut calumniam effugeret μυθικὰ ipſe inſcripſit: ſimul ut titulo jucunditatem operis indicaret. Auctor Photius Tmemate 198. Prosâ ſcripſiſſe, interque alia, quædam de monſtroſa hominum quorundam forma in India, teſtis eſt Tzetzes Chil. 7. hiſt. 144.

Aceſtorides, Archon apud Athenienſes An. Mundi 3460. Fuit etiam *Aceſtorides* Corinthius Syracuſarum Imperator: de quo Diod. Sic. lib. 19.

Acetes, Evandri armiger. Virg. lib. 11.

Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acetes
Servabat ſenior, qui Parrhaſio Evandro
Armiger ante fuit.———

Achab, Iſraelitarum rex ſeptimus. Regnavit annis 22. Impietate omnes anteceſſores ſuos ſuperavit, Jezabel filiam Ethbaal duxit uxorem, in bello adverſus Benhadad occiſus eſt, an. mundi 3027. Item alius ejuſdem nominis Pſeudo-propheta, tempore regis Zedechiæ Jer. 29.

Achæa, Ceres cognominata eſt, Suida teſte, ab eo luctu & anxietate i. e. ἄχος, quem habuit dum Proſerpinam quæreret. Plut. lib. de Il. & Oſ. Bœotii, inquit, Achææ Cereris ædes movent, eamque feſtivitatem ἐπαχθῆ nominant, à queſtu videlicet, & gemitu deæ ob filiæ Proſerpinæ raptum.

Achæa, Pallas dicta, cujus templum, referente Ariſtotele Lib. de mirab. in Italia, apud Daunios Apuliæ populos fuit. In quo antiquitus fuiſſe tradit cùm alia, tum ſecures & enſes, cæteraque Diomedis, ejuſque ſociorum arma. Hujus templi cuſtodes canes fuiſſe perhibentur, qui Græcis adeuntibus blandirentur, cæteris mortalibus agreſtes & feri.

Achæmenes, rex Perſarum. Hor. Carm. 2. od. 12.

Num tu quæ tenuit dives Achæmenes,
Permutare velis crine Lycimniæ?

Amm. Marcellinus lib. 19. reddit, *rex regibus imperans.* De Sapore verba faciens. Perſis Saporem, & Achæmenem appellantibus, & Artaxerxem, quod *rex regibus imperans, & bellorum victor*, interpretatur.

Achæmenides, unus ex ſociis Ulyſſis Æn. 3.

Sum patria ex Ithacâ, comes infelicis Ulyſſis:
Nomine Achæmenides.———

Qui fugientibus Græcis cæteris cum Ulyſſe, apud Cyclopas derelictus eſt, poſtea tamen Æneæ ad eundem locum naviganti comes factus, Cyclopum manus effugit. Nannius lib. 7. Miſcellan. legendum contendit *Agamenides*, quaſi ſic dictus eſſet ab eventu, quod nimirum diu manſerit in ſpelunca Polyphemi. Ad quod Maro ipſe videatur alludere, loco prædicto.

Hic me dum trepidi ad crudelia limina linquunt
Immemores ſocii, vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere.———

Achæus, Eretrius poeta tragicus, paulo junior Sophocle. Flor. Olymp. 82. Pythodori, & Pythoridis filius, qui cum 43. vel ſec. alios, 30. vel 24. fecerit fabulas, ſemel duntaxat vicit. Inter alias, ejus eſt Κύκλωψ, nam ſic apud Athen. pro Κύκλωψ ſcribi debere, obſervatum Turnebo & Caſaubono. Ejuſdem Μοῖραι, Athenæo lib. 7. Fuit & alter *Achæus*, Syracuſanus junior, qui & ipſe Tragœdias decem ſcriptitavit. Suidas. *Achæi* quoque hiſtorici meminit Pindari ſchol. in od. 7. Olymp. Videndum autem an idem ſit Ἀχαιὸς, quem cum Pherecyde jungit Arati Schol. quo loco de Hyadibus tractat, atque *Achæum* 4 Hyadas ſtatuiſſe ait. At alius puto Ἀρχαῖος, cujus hiſtoricum opus celebrat Nicandri Schol. in Theriaca. Niſi magis placet, alterutro loco eſſe librarii vitio peccatum.

Achæus, Zuthi fil. homicidio per prudentiam perpetrato, in Laconiam profugit, & effecit, ut qui ibi habitabant Achæi dicerentur. Strabo, lib. 8.

Achan, Iſraelita, crimine Anathematis convictus ac damnatus, ab omni pop. lapidibus obrutus fuit, & omnia quæ illius erant, igne conſumpta fuere. Congregatus fuit ſuper eum magnus lapidum acervus, vocatumque eſt nomen illius loci, *vallis Achor.* Joſ. 7. Prudentius in Pſychomachia.

Viderat & Jericho propria inter funera quantum
Poſſet noſtra manus, quum victor concidit Achan
Cædibus inſignis, murali & ſtrage ſuperbus,
Succubuit capto victis ex hoſtibus auro,
Dum vectis inſigne legens anathema favillis
Mœſta ruinarum ſpolia inſatiabilis hauſit.

Acharnis, vir ſenatorius atque militaris, qui Mario occurrens & non ſalutatus, à Marianis occiditur. Signum in ſuis dederat Marius, ut omnes à quibus ſalutatus non reſpondiſſet, reſalutaretque necarent. Plut. de quo Lucanus l. 2.

——— *Spes una ſalutis*
Oſcula pollutæ fixiſſe trementia dextræ.

Achelous, fil. Oceani & Terræ, ſeu Tethyos, ut habet Servius, vel, ut Theodontius vult, Solis & Terræ. Hic cum Hercule duello certavit pro Deianira, Oenei Calydoniæ regis filia. Sed videns Herculem fortiorem, ſe vertit primò in Serpentem, deinde in Taurum, cui Hercules amputavit cornu quod Copiæ, comiti Fortunæ datum eſt. Sed poſtea Achelous Amaltheæ cornu Herculi dedit, atque ita ſuum recepit. Tandem ab Hercule victus, ſe in ſui nominis fluvium, gemino cornu inſignitum occultavit, Ovid. Met. 9.

———*Vultus Achelous agreſtes*
Et lacerum cornu mediis caput abdit in undis.

Idem Epiſt. 9. *Cornua flens legit rapidis Achelous in undis,*
Truncaque limoſâ tempora merſit aquâ.

Et Ep. 15. *Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit,*
Dum petit amplexus Deianira tuos.

Statius Theb. 4.——*Herculeâ turpatus gymnade vultus*
Amnis, adhuc imis vix truncum attollere frontem
Auſus aquis, glaucoque caput ſubmerſus in antro
Mœret. Boetius Conſ. Phil. lib. 4. carm. 7.
Fronte turpatus Achelous amnis
Ora demerſit pudibunda ripis. Vide Strab. l. 10.
Propert. 2. 34.
Nam rurſus licet Ætoli referas Acheloi
Fluxerit ut magno fractus amore liquor,

Stat. 7. Theb. ——— *Acheloon utroque*
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.

Certè *Achelous* Græciæ fluvius, duobus locis per fines Perrhæbiorum, in Maliacum ſinum effunditur. Et hoc poetis ſolenne eſt, ut fluvios Tauris ſimiles effingerent, (Horatius. *Sic Tauriformis volvitur Aufidus*) quoniam cum impetu erumpentes, tauris ſimilem edunt gemitum, vel, ut Hellanicus ſenſit, quia terram ſulcare tanquam boves videntur, vel, ut aliis placet, quia circa ripas fluminum tauri mugire ob uberiora paſcua audiantur. Factus eſſe draco fingitur, quia ſinuoſo curſu deferuntur flumina. Cum idem aſſiduis aliquando imbribus non augeatur, ac placidus ſit, humanam formam ſumpſiſſe dictus eſt. Porro Hercules, ut ait Strabo, lib. 10. Oeneo affinitate conjunctus, & in omnes mortales beneficus, fluvium Acheloum temerè & cum impetu regionem infeſtantem, aggeribus & aquæductibus coercuit, & extenuavit: eamque aquam in

multos rivulos diductam, quæ prius regionem vastabat, utilissimam reddidit. Inde dictus est illi fluvio taurinum cornu defregisse, & pro illo rerum copiam, seu Amaltheæ cornu accepisse; fluvius igitur paulatim exiccatus, eo facto fabulæ locum dedit, quæ in honorem Herculis ficta est, & prudentiam ad infinita incommoda & pericula avertenda, necessariam & perutilem esse demonstrat.

Achemon, qui & *Achmon*, unus Cecropum, qui unà cum fratre Basalo, nullo non injuriarum genere in obvium quemque debacchabatur. Hisce mater erat *Sennonis* nomine, mulier fatidica, quæ filios cavere jussit ne quando in Melampygum inciderent. Evenit autem ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cecropes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos, ac vinctos de clavâ à tergo suspendit, leporum more, atque ad eum modum gestabat. Capitibus itaque pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt. Quapropter materni moniti memores, hâc de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audivit Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit. Erasmus in proverbio *Ne in Melampygum incidas*. Meminerunt hujus fabulæ Suidas & Nazianzenus.

Acherius, orator tempore Augusti Cæsaris, cui tanta orationis celeritas fuit, ut & vitium fieret, & bracteata Cæsaris Augusti sententia ad id circumferatur, *Acherius noster sufflaminandus est*. Is cum libertinum reum defenderet, quod patroni concubinus fuisset, dixit, Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium. Rhod. 15. 11.

Achero, Hesych, Ἀχερὼ καὶ Ὤπις, καὶ Ἕλλη καὶ Γῆ καὶ Δημήτηρ ἡ αὐτή.

Acheron, filius Cereris absque patre, quem cum in abdito Cretæ specu peperisset (is autem lucem aspicere non auderet) ad inferos deduxit; ibi autem fluvius amarissimus, qui primus excipit mortuorum animas, effectus est. Alii Titanis, & Terræ filium faciunt, & ob id à Jove ad inferos dejectum volunt, quod sitientibus Titanibus aquas præbuisset. *Acheron* autem (i. e. *gaudio carens*) fluvius, fingitur excipere defunctorum animas: quia cùm morituri sunt homines, subtristis quidam torpor mentem animumque ita labefactat, ut propinqua mors esse facile sentiatur. Tunc enim Conscientia, rerumque gestarum memoria animum perturbat, quæ palus est omnibus primùm trajicienda, ut fabulosè fingitur à poetis; neque enim potest in hâc præteritæ vitæ investigatione animus non magnopere commoveri. Cereris autem, sive Terræ filius hic flu. dicitur, quoniam universa animi molestia & perturbatio, aut ex acquirendarum, aut servandarum divitiarum studio nascatur. Hic flu. potum Titanibus adversus Jovem pugnantibus præbuit, quoniam multæ iniquæ cogitationes adversus Dei mandata insurgunt, quas si animus diutius aluerit, à sanctâ Dei lege desciscit, & in brutorum naturam delabitur. Præterea dicitur esse gustûs insuavissimi, quoniam vitæ nostræ ratio & recordatio, si diligenter perpendantur, multas habet insuavitates. Plura legat Mythologiæ studiosus apud Lil. Gyraldum, & Nat. Comitem.

Achillæus, Zenobiæ parens, in cujus gratiam Palmyreni præfectum, & milites præsidiarios Aureliani occiderant. Propter seditiones in Ægypto excitatas, feris expositus, & ab iis dilaniatus est. Vopiscus. Pomp. Lætus. *Achillæus* fil. Domicillæ, Eunuchus sub Domitiano, Tarracinæ decollatus est.

Achillas, initio lector scholæ Ecclesiæ Alexandrinæ. Euseb. lib. 7. cap. ult. dein Episcopus, ejusdem Ecclesiæ, Arium, qui Melotii hæresin amplexus, à Petro priore Episcopo ex Ecclesiâ pulsus erat, denuo recepit, ut officio diaconi fungeretur. Mortuo Achillâ, cùm in petitione Episcopatûs Alexander Ario preferretur, Arius dolore repulsæ motus, hæresin Arianam sparsit. Trip. Hist. lib. 1. c. 12.

Achillas, Ptolemæi exercitûs ductor, cui demandata fuit cura cædis Pompeii. Plut. in Pomp. Luc. lib. 8.

——— *Sceleri delectus Achillas.*

Achilles, Pelei & Thetidis filius, quem adhuc infantem mater Stygiis undis immersit: quamobrem invulnerabilis toto corpore factus est, præterquam in eâ pedis parte quâ comprehensus ab ipsâ fuerat dum abluueretur. Traditus est educandus Chironi Thessalo, sub quo bellicis artibus, ac Musices exercitio proficeret. Stat. Achil. lib. 1.

Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum?
Juven. Sat. 7.——*Metuens virgæ jam grandis Achilles*
Cantabat patriis in montibus. Et cui non tunc
Eliceret risum citharœdi cauda Magistri?

Quod autem dixit *metuens virgæ*, idem ante illum cecinit Ovid. 1. de Arte.

Qui toties socios, toties perterruit hostes,
Dicitur annosum pertimuisse senem.
Quæ Hector sensurus erat, poscente magistro
Verberibus jussas præbuit ille manus.

Per *patrios* autem *montes*, Pelion intellexit Satyricus. Is enim mons Thessaliæ, & illic nutritus Thetidis filius. Ita enim mater ipsa apud Stat.

——— *Quid enim cunabula parva*
Pelion, & torvi commisimus antra magistri?

Hunc autem cùm mater ex oraculo didicisset in expeditione Trojanâ periturum, si eo cum cæteris ducibus proficisceretur, jam adultum inter Lycomedis regis filias furtim occuluit, & ne proderetur, muliebri habitu eum induit: ubi cum aliquandiu delituisset, Deidamiam regis filiam vitiavit, ex quâ Pyrrhum suscepit. Ovid. Met. 13.

Præscia venturi genetrix Nereia leti
Dissimulat cultu natum, & deceperat omnes,
In quibus Ajacem, sumptæ fallacia vestis.

Hor. Carm. 1. Od. 8.——*Quid latet? ut marinæ*
Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Trojæ
Funera: ne virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet catervas.

Postremo tamen ab Ulysse astu compertus, ad bellum ductus est. Troja enim absente Achille expugnari non potuit. Arma, quæ nullâ humanâ vi penetrari possent, à Vulcano, Thetidis rogatu, illi fabricata sunt. Porro, in bello post multas res præclarissimè gestas, adeo ob ereptam sibi ab Agamemnone Briseida indignatus est, ut aliquandiu bello abstinuerit, neque ullis precibus reduci potuerit. Verùm Patrocli amici conjunctissimi morte permotus, denuo ad bellum profectus, Hectorem interfecit, quem mortuum, & currui alligatum, ter circum urbis muros raptavit (& hæc omnia in Patrocli ultionem) ac demum Priamo corpus vendidit. Virgil. Æn. 1.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles, Meminit Propert. 2. 8. *Fortem illum Æmoniis Hectora traxit equis.* Ovid. Amorum. 2. 1. *Raptus & Æmoniis flebilis Hector equis.* Claud. lib. 1. in Stiliconem.

——*Tractusque rotis ultricibus Hector*
Irato vindicta fuit, vel quæstus Achilli.

Ubi benè *irato*. Horat.

Scriptor honoratum si forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.

Idem in Odis: *Pelidæ stomachum cedere nescii.*
Et alibi: *Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.*
Vetus Poeta apud Tullium Tusc. 1.

Vidi, videre quod me passa ægerrimè,
Hectorem curru quadrijugo raptarier.

De redemptione cadaveris Hectorei Tragœdiam scripsit Ennius, quam *Hectoris Lustra*, sive *Lytra* inscripsit, quæ sic dicta à luendo, i. e. solvendo pretio, cujus rei argumentum tractasse adolescentem Lucanum ex Statio apparet in Silvis.

Ac primum teneris adhuc in annis
Lydes Hectora Thessalosque currus,
Et supplex Priami potentis aurum.

Magno pretio redemptum esse innuunt Homeri ἀπειρείσι, ἄποινα hoc est infinita redemptionis pretia. Cedrenus ait portata à Priamo ad redimendum Hectorem χρυσόντε, καὶ ἄργυρον, καὶ ἐδῆτε πολυτελῆ. aurum, argentum, pretiosam vestem. Inde Hor. lib. 1. Od. 10. de hâc re loquens, *dives Priamus*, iniquè à Scaligero laceratus, Cassiodorus.

Priamus quanto pretio sepeliendum Hectorem redemit.

Dissidit tamen Plut. nam orat. 2. de Fort. Alex. ὃ μὲν γὰρ (loquitur de Achille) χρημάτων ὀλίγων ἢ Ἕκτορα νεκρὸν ἀπελύτρωσεν. h. e. *hic autem parvo pretio cadaver Hectoris redemptum reddidit.* Et sane Virgil. Achillem in hâc ipsâ re ob mansuetudinem laudat. Æn. 2.

At non ille satum quo te mentiris Achilles
Talis in hoste fuit Priamo: sed jura fidemus
Supplicis erubuit, corpusque exangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.

Quin & Iris Homerica ad ipsum Priamum Iliad. ω.

Οὐδέ γὰρ ἐς ἄφρων. ἔτ' ἄσκοπος, οὐδ' ἀλιτήμων
Ἀλλὰ μάλ' ἐυδουλέως ἱκάνεω περιδήσει ἀνδρός.

Et ipsemet Achilles apud Euripidem, Iphigen. in Aulide ait se à Chirone didicisse τὰς τέρψεις ἁπλᾶς ἔχειν, utpote qui educatus esset in domo ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου, ac demum ait præferre se ἐλευθέραν φύσιν. Philostratus in Heroicis vocat illum ἡδίω *suaviorem*, ac δικαιότατον ἡρώων. Idem de eodem: ὁ δὲ ἔπεφυκε μὲν οὐδὲν ἀγανὲς οὐδὲ εἶπεν. Idem in vitâ Apollonii l. 4. c. 5. comitatem ejus prædicat. Occisus fuit à Paride dum conjugium Polyxenæ speraret, & in Sigæo sepultus. Plin. 4. 12. Tantæ fortitudinis fuisse fertur ut (teste Gellio) insigni fortitudine duces *Achilles* appellentur, & argentum vocetur *Achilleum*, quod sit insuperabile. Mythologi *Achillem* imperatoris præstantissimi effigiem esse demonstrant, fortes autem viri voluptatum illecebris, potius quam vi externâ sæpissimè obruuntur. *Achillem* scribit Euphorion videri nuncupatum,

cupatum, quod non chilo, i. e, Cerealibus cibis primum sit connutritus, verum ex infantiâ, medullis animalium, mox & carnibus venatu comparatis. Versus Euphorionis hi sunt, quemadmodum citantur ab Etymologo:

Ἐς Φθίην γελοῖο κατῆϊε πάμπαν ἀπαιδος·
Τύνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλέα φημίξαντο.

Sunt qui, Eust. tradente, dici *Achillem* opinentur quod bello victis tristitiam immitteret. Alii quòd Ilienses mœrore confecerit. Non desunt qui ab ἄχος *dolor*, & λύω *solvo* nuncupatum eum contendant, quia medicus fuit. Sed hæc trita forsan, & ridicula. Illud autem non perinde vulgatum, alios commiuisci Thetidem interdiu filium ambrosiâ ungere solitam, & noctu sub igne occultare, quò quicquid in eo mortale foret, eximeret, donec à Peleo deprehensa, irata se subduxit. Apollonius 4. Argonaut. vers. 869.

Ἡ μὲν γὰρ βροτέας αἰεὶ περὶ σάρκας ἔδαιεν
Νύκτα διὰ μέσσην φλογμῷ πυρός. ἤματα δ' αὖτε
Ἀμβροσίῃ χείρεσσι τέρεν δέμας, ὄφρα πέλοιτο
Ἀθάνατος, χὴ ὅτι συγγενὲς ὀστέ' ὑπῆεν ἀλάλκοι.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐξ εὐνῆς ἀναπάλμῳ εἰσορόωσα
Παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός. ἧκε δ' ἀϋτὴν
Σμερδαλέω ἐσιδὼν μέγα νήπιος, ἢ δ' αἴθουσα
Τὸν μὲν ἄρ' ἐρπύζοντα χαμαιδὶς βάλε κεκληγῶτα.

Dictus hinc fuit *Pyrosous*, quasi ab igne servatus, & postea *Achilles*, ab exusto labro, quod dum lingeret infans, ambrosiâ non fuisse perunctum fingitur. Agamestor Thetidis Epithalamio;

Παιδὶ νῷ δ' ὄνομα θῆκε Πυρίσουον, ἀλλ' Ἀχιλῆα
Πηλεΐδης κίκλησκε χείρεσσ' εἵνεκά μιν.
Κείνου γὰρ εἵνεκ' κόνεε ποδοῖν ὅτε πῦρ ἀπέμεσσε
Χείρεσσ' αἰδομένῳ ἀθεμίστους ἐτέρῳ.

De victu ejus, quem tener adhuc sub Chirone susceptisse dicitur, Statius sub finem Achilleidis hæc tradit.

Dicor & in teneris & adhuc crescentibus annis
Thessalus ut rigido senior me monte recepit,
Non ullas ex more dapes habuisse, nec almis
Uberibus satiasse famem, sed spissa leonum
Viscera, semianimesque lupæ traxisse medullas.

Ubi Barthius: Ingens fabula, inquit, cum utique infans pereat tale quid vel assuctu trahens, cum ipse halitus leonum non sit sine veneno, præcipuè ad talem ætatem. Consultior autem in hoc cæteris hanc fabulam memorantibus, Papinius, qui *medullis leonum* pastum Achillem scribunt, cum vel nullæ hæ, vel admodum exiguæ sint in ossibus horum. Arist. Hist. An. 3. 20. Τὰ δὴ λέοντος ὀφθῆ, τὰ μὲν ἐκ ἔχει πάμπαν. Τὰ δὲ ἔχει πάμπαν μικρὸν, διόπερ ἔνιοι φασὶν ὅλως ἔχειν μυελὸν τὸν λέοντος, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. Crasse tamen de his cæteri, uti dictum, nam pro lacte has medullas etiam à Chirone præbitas tradiderunt. Libanius in Psogo Achillis: Οἱ σημήναντες αὐτὸν λέγωσιν ὡς δρυφεῖ cum Χείρωνι, μυελὸς λέοντων αὐτῷ γάλακτος ἡδίων ὁ ἔρωτος. Idem in Comparatione ejusdem cum Ajace: Καιτοι τίς ἠγεῖται γεγραφῶσι μυελοῖς λεόντων τὸν Ἀχιλλέα θρέψαι τοῦτον ἐρᾶν, νομιμώτερον ἔρωτος τὸν Αἴαντος. Priscianus in Progymnasmatis Rhetoricis ex Hermogene. *Deinde sequitur victus, ut in Achille, qui medullis leonum pastus est.* Cavit hoc, inquam, Papinius, *viscera leonum, medullas* aliarum belluarum inducens; secutus Apollodorum, pari cautione usum lib. 3. Πηλεὺς κομίζει τὴν παῖδα πρὸς Χειρώνα, ὁ δὲ λαβὼν αὐτὸν, ἔτρεφε σπλάγχνοις λεόντων καὶ συῶν ἀγρίων, καὶ ἄρκτων μυελοῖς, καὶ ὠνόμασεν Ἀχιλλέα, ὅτι τὰ χείλη μασθοῖς οὐ προσήνεγκε. Tertullianus de Pallio: *Naturam itaque concussit Larissæus heros in virginem mutando: ille ferarum medullis educatus, unde & nominis consilium, quandoquidem labiis vacuerat, &c.* Hæc eruditissimus Barthius, quem vide ad Statii Achill. lib. 1. ver. 1.

Achilles, quidam à B. Irenæo Valentiam in Hispaniam missus, ad Evangelii prædicationem; fumo suffocatus est.

Achilles Tatius, Alexandrinus, nisi *Tatii* potius, puta filius, aut libertus dici debeat, literis consignavit Ἰσοδίαν σύμμικτον, in quo multorum magni nominis virorum meminerat, teste Suidâ; qui addit præterea sui memoriam reliquisse opere Etymologico, nec non libro de Sphærâ. Hujusce fragmentum supereст, manuductio in Arati Phænomena. Meminit præterea Suidas Achillis ἐρωτικῶν: in quibus reponit Τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα. Valde hoc Amorum opus epigrammate suo laudat, sive Photius Patriarcha, sive potius Imperator Leo. Et sane nihil Eustathii, & Prodromi Cyri Amores, ad illos Heliodori, vel Achillis Tatii. Cum autem opus hoc conderet, fuisse gentilem, ea ostendunt, quæ de puerorum amoribus scribit, atque alia. Tandem tamen fuisse Christianum, atque ad Episcopatum etiam pervenisse ex Suidâ discimus.

Acholius, historicus, magister admissionum Valeriani Imp. fuit, & ejus acta libris aliquot scripsit, teste Flav. Vopisco. Idem contexuit Alex. Severi vitam, ut videre est apud Lampridium. Vide Voss. de Hist. Lat. l. 2. c. 4.

Acidalia, Veneris Epitheton; vel quia injicit curas, quas Græci (inquit Servius) ἀχίδας vocant, vel certè à fonte *Acidalio*, qui est in Orchomeno Bœotiæ urbe, in quo se Gratiæ lavant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim & Liberi filiæ sunt. Virgil. Æn. 1.

——— *At memor ille*
Matris Acidaliæ. ———

Acilia, gens plebeia Romæ fuit, à Trojanis oriunda, teste Herodiano. Hanc v. gentem abjectam fuisse & obscuram inde apparet, quòd postremo omnium eorum, quorum originem veteres ad Æneam referunt, honores adepta fuerit.

Acilius, *Acelino* nunc, teste Fazello, flu. Siciliæ, denominatus ab *Acile* juvene quodam Siculo, qui à Polyphemo interfectus, Galateæ nymphæ amasiæ suæ precibus in fontem sui nominis à Neptuno conversus fuit.

M. Acilius Aviola, Legatus Tiberii in Galliis, quarto ipsius, & secundo Drusi consulatu Gallos, rebus novis studentes compescuit. an. U. C. 773. Tacit. lib. 3. Hic Consularis ille quibusdam esse creditur, qui in rogo revixit. Val. Max. 1. 8. quod si verum sit, falsa sint necesse est quæ sequuntur in prioribus editionibus sc. quique anno U. C. 806. cum Q. Afinio Marcellino consul fuit, quando Claudius Imp. obiit, saltem alius hic à priori fuerit, quia Tiberio Cæsari hoc opus dedicavit Valerius.

Acilius Aviola, curator aquarum publicarum sub Vespasiano & Domitiano principibus, cui Frontinus in eo munere se successisse scribit.

M. Acilius Balbus, Cos. cum C. Portio Catone, U. C. 639. Hoc consulatum gerente, lacte & sanguine pluisse auctor est Plin. 2. 56.

C. Acilius Butas, Prætorius, cum patrimonium ingens consumpsisset, & paupertatem suam apud Tiberium fateretur, *Serius*, inquit, *ô Buta experrectus es.* Sen. Ep. 123. Meminit ibidem ut hominis lucifugæ, qui ad cereos & faces viveret. Locus est elegantissimus.

C. Acilius Glabrio, Quæstor provincialis fuit, U. C. 551. item Trib. pleb. 556. Putat Vossius eundem esse, cujus Annales citat Plut. in Romulo. vide eum de Hist. Gr. lib. 1. c. 17.

M. Acilius, C. F. L. N. Glabrio, Tribunus plebis cum Q. Minutio Thermo, U. C. 553. Prætor an. 558. Inter cives & peregrinos jus dixit, & conjurationem servorum, quæ Etruriam prope infestam reddiderat, una cum legione missus oppressit. Cos. 562. cum P. Corn. Scip. Nasicâ, Antiochum regem ad Thermopylas vicit, quo nomine per triduum supplicatio decreta est, & ab ipso triumphus actus, & spectaculo, & famâ rerum magnificus. Idem X Vir Sacrorum factus est an 554. Censuram cùm peteret, partim invidiâ nobilitatis, quod homo novus esset, partim Catonis, (qui competitor erat) falso testimonio afflictus, à petitione destitit. Liv. l. 17.

M. Acilius Glabrio M. F. Duumvir, Ædem Pietatis in foro olitorio, quam pater, quo die cum Antiocho ad Thermopylas depugnavit voverat, dedicavit, statuamque auratam, omnium in Italiâ primam, patris Glabrionis posuit, U. C. 573. De æde autem Pietatis in eo loco consecratâ, ubi quondam mulier habitarat, quæ patrem inclusum carceri mammis suis clam aluerat, ob quod factum illi impunitas concessa, disertius Val. Max. lib. 5. cap. 4.

M. Acilius Glabrio, superioris, ut putatur, filius; *legem Aciliam* tulit de pecuniis repetundis severissimam, in qua ne comperendinari quidem reum licebat. Ascon. Ped.

M. Acilius Glabrio, prioris filius, Prætor & Judex Cicerone Verrem accusante. Cos. inde post biennium, Ciliciam provinciam obtinuit.

M. Acilius Glabrio, superioris fil. avunculo Scauro repetundarum reo in judicio adfuit, sed & ipse bis à Cicerone in judicio capitis defensus fuit. Proconsul Siciliæ sub Cæsare, & legatus Cæsaris in bello civili, præfuit Orico, dum Cæsar Dyrrhachii Pompeium obsidet. Cæs. Com. lib. 3. Meminit ejus Tullius, Ep. 13. 7. Qui eum cum legionibus in Græciam missum scribit.

L. Acilius Glabrio, refertur à Porcio Catone in declamatione contra Catilinam, ut ejus sica in senatu deprehensa sit.

M. Acilius Glabrio, Cos. sub Domitiano U. C. 843. Collega in eo honore Ulpii Trajani. Hujus filium Domitianus interemit, quòd cum feris pugnaret, revera autem propter invisum robur. Nam in Albano Leonem confecit.

Juvenal. Sat. 4. *Proximus ejusdem properabat Acilius ævi,*
Cum juvene indigno quem mors tam sæva maneret,
Et Domini gladiis jam designata. ———

M. Acilius Glabrio, Cos. sub Adriano U. C. 876. Ad hunc Consulem scripta Epistola Hadriani Imp. citatur Pandect. 48. De accusationibus, & rescr. L. 12.

Anicius Acilius Glabrio, Cos. cum Theodosio Jun. Imp. Fuerunt & multi alii *Glabriones* sub Impp. Pio, Commodo, Pertinace, Valeriano, Severo, Antonino, haud dubiè omnes gentis Aciliæ.

Acilius Sthenelus, de quo Plin. 14. 4. *Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertinâ, 60 jugerum non amplius vineis excultis in agro Nomentano, atque 400 nummûm venundatis.*

Acis, Fauni, & Simæthidis nymphæ filius pulcherrimus, pastor Siculus, quem cum Polyphemus amaret, & ab eo sperneretur, ab eodem saxo illisus periit; cujus Galatea miserta in fontem sui nominis permutavit, qui in Ætnâ M. oriens in mare Siculum defertur.

Ovid. Met. 13. ——*Acis in amnem*,——*Versus.*

Vide primam partem hujus libri.

Aciscŭlus, idem valet quòd *Dolabella.* Erat inter cognomina gentis Valeriæ, Nummus vetus, L. VALERIUS ACISCULUS. Meminit Fabius l. 6. c. 3. Prud. Hym. 4. περὶ στεφ.

Afra Carthago tua promet ossa,
Ore facundo Cypriane doctor.
Corduba Aciscŭlum dabit, & Zoellum
Tresque Coronos.

Acmonides, Cyclops, ab ἄκμων, h. e. *incude*, sic dictus. Quæri video inter eruditos, utrum Saturnus, an Cœlus sit intelligendus apud Theocr. vel potius Simmiam Rhodium, in Alis, cum ait. Λεῦνό με τὸ γᾶς τε βαθυστέρνε ἄνακτ' Ἀκμονίδαν. Sanè Schol. ad hæc verba sic annotavit, Ἀκμονίδην λέγει τὸν Οὐρανόν. Non displicet, si potius intelligamus Cœli filium. Quippe Patronymicum est ex Ἄκμων, quo non *incus* modo notatur, sed etiam *Cœlum*: quod sic dicitur quasi ἀκάμων, sive ἄκμητος, h. e. indefessus. Nec enim Cœlum seu fidera unquam circuitu perpetuo fatigantur. Nisi malis, ipsum Cœli patrem sic dictum, deque naturâ ejus colligi ex naturâ Cœli; quia parentes ac liberi ejusdem esse soleant participes naturæ, utrique sententiæ favet Hesychius; sic enim ille, Ἀκμονίδης, ὁ Ἑρμῆς, καὶ ὁ Οὐρανός. Ἄκμων δὲ πᾶς. Ac continuo subditur, Ἀκμὼν, ἀπαδὴς, Κρόνος, Οὐρανός, ἢ σίδηρος, ἐφ' ᾧ ὁ χαλκὸς χαλκεύει. Vide Eust. in Il. Σ. & Etymologum in Ἄκμων.

Acœtes, vir pauper, & ut indicat etymon vocabuli, *carens cubili*; cujus tenuitatem eleganter exprimit Ovid. Met. 3.

Ille metu vacuus, nomen mihi (dixit) Acœtes,
Patria Mœonia est, humili de plebe parentes.
Non mihi, quæ duri colerent pater arva juvenci,
Lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit.
Pauper & ipse fuit, linoque solebat & hamis
Decipere, & calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat. Cum traderet artem,
Accipe quas habeo studii successor, & hæres
Dixit, opes: morienque mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas: unum hoc possum appellare paternum.

Aconteus, venator egregius, à *jaculando*, ut videtur, sic dictus. Stat. Theb. 7.

——*Donec flammatus Aconteus*
Strage virûm, cui sueta feras prosternere virtus,
Arcas erat.——

Sil. Ital. lib. 16.

Et cujus nunquam fugisse hastilia cervi
Perrapidâ potuere fugâ, venator Aconteus.

Acontius, juvenis ex Cæa inf. in Delum ad Dianæ sacra profectus, amore Cydippes nobilis puellæ exarsit: sed cum eadem potiri non posset, novam fraudem commentus in pomo hos versus scriptitavit:

Juro tibi sanctæ per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem sponsamque futuram.

Hoc pomum Acontius jecit in sinum Cydippes, quæ versus legens imprudens juravit, & illi nubere coacta est. Unde illud:

Quale fuit malum, quod litera pinxit Aconti
Quâ lectâ cupido nupta puella viro est.

Acrisionides, Perseus Acrisii nepos, Ovid. Met. 5.

Vertit in hunc harpen, madefactam cæde Medusæ
Acrisionides, adigitque in pectus.——

Acrisius, teste Euseb. Abantis Argivorum regis fil. & pater Danaes, amasiæ Jovis, Virg. Æn. 7.

Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus, Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.

Prœto fratri successit in regno, unicamque habens fil. Danaen, in responsis habuit, se manu ejus, qui ex filiâ nasceretur moriturum; qui ad effugiendam prænunciatam mortem, filiam in quâdam turri, quæ ænea fuisse dicitur, sepositi, servarique jussit, ne quis ad eam accedere posset. In ejus gremium, Jupiter, versus in aureum imbrem, ex tegulis se demisit: à quo prægnans effecta, ac patris imperio arcâ inclusa, in mare conjecta est, atque à piscatore in Apuliâ reperta; qui Danaen & fœtum masculum, quem enixa fuerat, ad Pilumnum regem detulit; qui genus ejus cognoscens & patriam, illam libenter conjugio sibi copulavit. Filius autem ejus, cui Perseus nomen fuit, cum excreviisset, & Gorgoni caput abstulisset, Argos venieris, Acrisium in saxum transmutavit, quæ quidem transmutatio secundum Euseb. id significat, quod cùm Acrisius, 12 Argivorum rex, imperasset annis 31, à Perseo nepote suo, non sponte tamen occisus, in lapidem, h. e. in frigiditatem perpetuam versus sit. Fuit & *Acrisius* alter, Laërtæ, patris Ulyssis pater, & Jovis fil. dicente Ulysse ipso apud Ovid. Met. 13.

Nam mihi Laertes pater est, Acrisius illi,
Jupiter huic.——

Ubi tamen castigatiores codices, *Arcesius* habent.

Acron, Ceninensium rex, quem ob raptus Virginum Sabinarum Romulus singulari certamine vicit, teloque trajecit, & spolia ejus opima Jovi Feretrio dicavit. Plut. in Rom. Etenim, inquit, *Ferire* apud Rom. erat *Vulnerare sagittis.* De hoc Acrone vide Propert. lib. 4. Eleg. 11. cujus titulus, *Quare Jupiter Feretrius dictus.* Ab eo enim dicitur *Ceninus.*

Tempore quo portas Ceninum Acrona petentem,
Victor in eversum cuspide fundis equum.

Item *Herculeus*, vel quia oriundus ab Hercule, vel quia Ceninenses Herculem colebant: vel quia fortis, & bellicosus ut Hercules. Ibidem

Acron Herculeus, Ceninâ ductor ab arce,
Roma tuis quondam finibus horror erat.

Acron, Medicus Agrigentinus, Athenis unà cum Empedocle philosophatus est, antiquior Hippocrate. Scripsit linguâ Doricâ, de medicinâ librum. Suidas. *Acron*, etiam nobilis Grammaticus, qui Horatium enarravit.

Actæon, fil. Aristæi, ex Autonoe conjuge, unde *Autonoeius heros* ab Ovidio dictus est. Venationi addictus, cum in Valle Gargaphie ad fontem limpidum recessisset, à Dianâ nudâ conspectâ convitiis lacessitus est, atque in cervum mutatus, quem sui ipsius canes discerpserunt. De quo figmento sic scribit Fulgentius. Anaximenes, inquit, qui de picturis antiquis differuit, ait lib. 2. Actæonem venationem dilexisse, qui, cùm ad maturam pervenisset ætatem, consideratis venationum periculis, i. e. quasi nudam artis suæ rationem videns, timidus factus est. Sed cum venandi periculum fugeret, affectum tamen canum non deposuit: quos inaniter pascendo, penè omnem substantiam perdidit, & ob hanc rem à suis canibus devoratus est. Quanquam de Actæone aliter in Commentariis Apollonii lib. 4. Ipsum sc. non Aristæi, sed Melissi filium: nec à canibus suis pro cervo, sed à Bacchi Orgia celebrantibus laniatum fuisse traditur. Sed receptior est Ovidii sententia, ait enim,

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda suis canibus non minus ille fuit.

Itemque Senecæ in Theb.

——*Quà peragrati celer*
Per saxa montis jacuit Actæon suis
Nova præda canibus.

Ex quo subit illud Claudiani in Ruf.

——*Aut subito mutatum Actæona cornu*
Traderet insanis Latonia virgo molossis.

Etiam hoc Silianum. lib. 14.

Fama est cùm laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret spectatæ in fonte Dianæ,
Attonitum novitate mali fugisse parentem
Per freta Aristæum——

Papinius Theb. 3.

——*Nec quòd tibi Delia castos*
Prolapsum ad fontes speculâ temerare profanâ
Heu dominum insani non agnovere molossi.

Ubi Barthius per *speculam profanam* Saxum illud intelligit cui indormire solebat *Actæon*, cuique insistens viderit nudam Dianam. Pausan. lib. 9. Τοῖς δὲ ἐκ Μεδέων ἴδιοι πηγὴ δέδυν ἐν δεξιᾷ κατιόντι ὀλίγον πόρρω, καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἀκταίωνος, καὶ ὅτι ταύτῃ κατέδῦναι φασὶ τῇ πόρρω τὸν Ἀκταίωνα ὀπόσοι κάμοι διαφόρων. Ἐν δὲ πηγῇ ἐνιδεῖν λέγουσιν αὐτὴν λελουμένην Ἀρτέμιδος ἐν τῇ πηγῇ. Hyginus cap. 180. *Actæon pastor Dianam lavantem speculatus est, & eam violare voluit; ob id irata Diana fecit, ut ei cornua in capite nascerentur, & à suis canibus consumeretur.* Vide eundem cap. sequ. Nonnus autem arbori insidentem refert, ac totum Dianæ corpus contemplatum lib. 5. Dionys. cujus versus non possum non apponere.

Αὐτὰρ ὅτ' ἐς χαίσμησε ποδῶν δρόμος, ἐν δὲ φαρίτῃ
Ἄρκυσιν, ἃ βελέων σκύπος ἔρδιθος, ἃ δόλος ἄρης.
Ἀλλά μιν ὤλεσε, μοῖρα κυνοσπόρα νεβρὸν ἁλίπτω

Εὖ τε παναφέριμον κεδνήμων ὑλόδι φηγῷ,
Ἀκομένης ἐνόπιν ὅλον Ἅιμας ἰοχαίρης.
Θυπτὴς δ' ἀχόρης ἀδμήτοιο θυγάτης
Ἀγλὸν ἀνυμεναίοιο Ἅιμας διμάτρεα κύρης
Ἀγχιφατὴς ἠδ' ἐμὶ ἀνείμον εἰδον ἀνάσσης
Ὁμμαπ μοιεσίφ δολοκηπάνον, ὄμμαπ λοξῷ
Νηὰς ἀχρήλμων ἀπόπεφθεν ἔδεκτο νύμφη,
Ταρβαλέη δ' ὀλόλυξεν· ἐὴ δ' ἤγγειλεν ἀνάσση
Ἀνδρὸς ἐρωμανίος δεξιὸν ἄγειον· ἠμιφανὴς δ'
Ἄρτεμις ἁρπάξασα σὺν ἴμαπ κυκλάδι μίτρην,
Παρθενίῳ ζωῆες σιδφρονας ἔσκατο μύζας.

Vide quæ ſequuntur.

Hæc fabula nos ad beneficia in bonos viros conferenda adhortatur, ac retrahit à benè merendo de ingratis, qui ſæpius pro acceptis beneficiis, ſimultatis cauſas aucupantur, ſeque, vel quâvis leviſſimâ de cauſâ iratos fingunt, ut ſic deletum appareat quicquid in eos collatum eſt. Et canibus certè ejuſmodi adulatores aptiſſimè comparantur. Monemur præterea, ne ſimus curioſi in rebus ad nos minime pertinentibus, quoniam multis pernicioſum fuit res arcanas aliorum cognoviſſe, aut principum, civitatum, ſummorumque virorum, aut Dei præcipuè, cum vel minima ſuſpicio arcanorum ejuſmodi conſcios facile poſſit opprimere. Actæonis oſſa Orchomenios olim horrendo Phantaſmate liberarunt, quod ſaxum magnum geſtans, totam regionem vaſtabat: unde accolæ Delphos profecti, acceperunt ab Oraculo, ut omnia Actæonis oſſa abſportarent, eaque ſepelirent; quo facto, illico liberati ſunt. Pauſanias. Plut. autem in Sertorio, duos ait Actæones fuiſſe, alterum à canibus, alterum ab amatoribus diſcerptum. *Cadmi nepos* dicitur Ovidio: Met. lib. 3. item *Hyantius*, ſiquidem Bœotii, unde oriundus erat, antiquitus *Hyantes* vocabantur, Plin. 4. 7. A Nonno in Dionyſiacis, κυνοσπὴς dicitur, h. e. *à canibus diſcerptus*; θρασὺς, *audax*; λαγωβόλος, *lepores impetens*; φιλοσκόπελος, *amans ſcopulos*; λεοντοφόνος, *leonum occiſor*.

Actius Apollo, dicebatur variis de cauſis, imprimis tamen ab *Actio*, promont. & civit. Acarnanum celebri, Æn. 8.

Actius hæc cernens arcum tendebat Apollo
Deſuper.——

Prop. lib. 4. Eleg. 6.

Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod inde
Una decem vicit miſſa ſagitta rates.

Idem 2. 34. *Actia Virgilium, cuſtodis littora Phœbi,*
Cæſaris & fortes dicere poſſe rates.

Et Sil. 15.——*Phœbi vidit citus Actia templa.*

Actius Navius, augur, novaculâ cotem præcidit, ſpectante Tarquinio Priſco rege; & quo factum eſt ut à Rege, & populo, ſemper in rebus dubiis conſuleretur.

Actius, vel *Accius*, Tragœdiarum ſcriptor inter colonos Piſaurum deductus, à quo & *fundus Actianus* juxta Piſaurum dictus: in ſcribendis Tragœdiis, ſententiarum gravitate, verborum pondere, perſonarum authoritate graviſſimus, ejus meminit Horat. Serm. 1. Sat. 10.

Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci

Idem de Art. Poeticâ——*Hic & in Acci*
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.

Actius Labeo, Poeta fuit indoctus tempore Perſii, Iliada Homeri verſibus Latinis adeò inſcitè tranſtulit & obſcure, ut nec ſua ipſe cognoſceret. Gyraldus.

Actor, comes Herculis contra Amazonas, in quo bello vulneratus, cùm retro domum abire vellet, in itinere mortuus eſt. Item Aſtyoches pater. Hom. Il. 2. Alter fuit, Auruncus. Virg. 12. Æn.

Validam vi corripit haſtam
Actoris Aurunci ſpolium.

Actorides, Patroclus, nepos Actoris. Is enim ex Æginâ quam ei Jupiter à ſe vitiatam, uxorem dederat, Menœtium genuit: Menœtius autem relictâ Æginâ, Opuntem in Locris ſe contulit, & ibi Patroclum genuit. Met. 13.

Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris ſub defenſore carinis.

Actorius Naſo, Hiſtoricus Romanus, memoratur Suetonio lib. 1. cap. 9. Suſpicatur Voſſius eum vixiſſe Julii Cæſaris temporibus, vel ſummùm Auguſti, ac Tiberii.

Actuarius, Medicus Græcus, quem inter Medicos incertæ ætatis collocat Voſſius, de Philoſoph. cap. 13.

Acuſilaus, Athenienſis Rhetor. Galba imperante ſeſe Romam contulit, ibique ludum aperuit, tanto cum ſucceſſu, ut moriens Athenienſibus decem myriadas aureorum ex fœnore partas reliquerit. Suidas.

Acuſilaus, & Damagetus, fratres; victores in Olymp. certaminibus, patrem Diagoram per celebrem conventum geſtarunt, in quem & flores conjecerunt Græci, & beatum propter filios appellarunt. Pauſ. lib. 2.

Acuſilaus, hiſtoriographus Argivus, cujus teſtimonio Joſephus utitur, lib. 1. Voſſius eum de ſeptem ſapientibus egiſſe ait, lib. 4. de Hiſt. Gr. cap. 2. Verum impoſuit ei locus Clementis, qui lib. 1. Strom. de *Acuſilao*. Οἱ δ' Ἀκουσίλαον δὲ Ἀργεῖον ἐγκατέλεξαν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς, ἄλλοι δὲ Φερεκύδην δὲ Σύριον. E quibus verbis de ſapientibus ſcripſiſſe fruſtra quis collegerit. Vixit autem περὶ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, teſte Dion. Halic. de Thuc. Charactere, ſive dicendi genere. Vide Jonſium de Scrip. Hiſt. Phil. lib. 1. cap. 3.

Adeus Mitylenæus de ſtatuariis librum reliquit Athen. lib. 13. Eſt item *Adæus* qui in libris *de affectione* ſeu *diſpoſitione* citatur ab eodem lib. 11.

Adad, Rex Edom quartus, Gen. 36. *Adad* etiam Aſſyriorum ſummus Deus habebatur, cui etiam Deam Atergatim uxorem aſſignabant, per *Adad* Solem, per Atergatim Terram ſignificantes, quod ex his duobus cuncta crederent procreari. Macrobius 1. 18. Sat.

Adagous, Heſychius, Ἀδαγοὺς, θεός τις παρὰ φρυξί, Exiſtimet aliquis reſcribendum, Ἀδαδὴς. Facilius ſubſcriberem, niſi exponeret θεὸς ἡμαφρόδης, *Deus ſemivir*. Salmaſius θεὸς legit, quod non capio.

Adam, nomen primi hominis à Deo conditi, Gen. 2. Nomen etiam commune, quo Deus virum & fœminam appellavit. Eſt & nomen urbis, Joſ. 3. Cæterum de Adamo vide Suidam in voce Ἀδὲμ; Joſephum, Philonem Judæum.

Adam, Græcis Κρόνος, Latinis *Saturnus*. Gallis *Dis*. Germanis *Mannus*. In tribus ejus filiis trium Saturni liberorum memoria deprehenditur. Quippe *Abel* eſt *Pluto*, primus morti, & ſepulcro, i. e. inferis traditus. *Cain* eſt *Neptunus*, habitans in terrâ *Nod*, vagus ſemper, & inſtabilis. *Seth Jupiter*, pater filiorum Dei, in cujus familiâ invocatum nomen Jehovæ. Hornius.

Adamaſtor, apud Claudianum *Damaſtor*, dici putatur, in Gigantomachiâ.

——*Sævuſque Damaſtor,*
Ad depellendos jaculum dum quæreret hoſtes.

Sidon. Apol. *Porphyrion Pangæa rapit, Rhodopemq; Damaſtor.*

Adamiani, hæretici ab Adam nominati, cujus imitantur in Paradiſo nuditatem, quæ fuit ante peccatum. Credebant enim quod nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaque mares, fœminæque conveniunt; nudi lectiones audiunt; nudi celebrant ſacramenta. Hæreſis plane horrenda, à Carpocratianis invecta, & à nonnullis fanaticis (proh pudor) noſtro ſeculo renovata. Quos gentibus quæ Deum ignorant viliores merito dixeris. Siquidem optimè Ennius apud Ciceronem.

Principium flagitii eſt nudari inter cives corpora.

Et Gyges apud Herod. Musâ primâ. Ἄλλα γὰρ χθόνι ἐκδυομένη συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδὼ γυνή. h. e. *mulier exutâ tunicâ, & verecundiam pariter exuit.*

Adelphius, hiſtoricus, M. Antonino familiaris, qui ejus in Parthos expeditionem conſcripſit, in quâ & ipſe adfuit, & præfuit. Strabo lib. 11. Quanquam non diſplicet conjectura Caſauboni legentis ὁ Δέλλιος. Ita ſane eum appellant Plutarchi codices in *Antonio*. Dioni quoque ſimiliter vocatur, ex quo & prænomen ejus diſcimus, nam *Quintum Dellium* vocat. Vide quæ de eo prodidit, lib. 49. & 50. Sed M. Senecæ Suaſoriâ primâ dicitur *Deillius*, uti & L. Senecæ, lib. 1. de Clementiâ, cap. 10. quanquam ibi vulgò ſit *Duillius*. Sed *Dellius* legi debere, jamdudum Lipſio obſervatum, ad 1. Annal. Taciti. Etiam Horatii lib. 2. Ode tertia ad *Dellium* ſcripta eſt, imò in pleriſque diſerte legas Q. *Dellium*, ut illâ quæ ante ſeculum Baſileæ cum Acronis commentariis prodiit: at nimis audacter pro eo Cruquius, contra omnium codicum fidem *L. Gellium* reponit.

Adelphius, Proconſularis vir, cujus uxor fuit docta illa Proba Falconia, cujus *Virgiliani Centones* hodiè leguntur.

Adelſtanus, vel *Ethelſtanus*, Angliæ Rex, Edoardi ex concubinâ filius, regnavit annos 16. Saxonicè *gemma*, ſive *lapis pretioſus*: nam *Ethel*, ſeu *Adel* eſt *Nobilis*, Camdeno.

Adherbal, Micipſæ filius, Maſiniſſæ nepos, à Jugurthâ aliquoties victus, fruſtra Romanorum auxilio implorato, demum Cirtæ deditione factâ, excruciatus necatur. Salluſt. in Bello Jugurthino.

Adgandeſtrius, Chattorum Princeps, ad Tiberium, & Senatum Rom. literas miſit, quibus Arminii mortem promittebat, ſi patrandæ neci venenum ad ſe mitteretur, cui reſponſum eſt, *Non fraude, neque occultis, ſed palam, & armatum Pop. Romanum hoſtes ſuos ulciſci ſolere.* Quâ gloriâ æquabat ſe Tiberius priſcis Impp. qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant, prodiderantque. Tac. 2. Annal. finem verſus.

Ades, ſive *Hades*, Græcis Inferorum Deus, quem Latini *Ditem*, & *Plutona* vocant: ita dictus ab α priv. & εἶδον *videre*, quòd in denſiſſimis Inferorum tenebris, nocteque profundâ perpetuò agens, nihil cernere videatur. Non enim abſque lucido aere (qui apud Inferos nullus eſt) viſio poteſt fieri. Etymologus. Ἅιδης, χωρίον ἀφεγγὲς, σκότους αἰωνίου καὶ ζόφου πεπληρωμένον. Item *Hades* Moloſſorum Rex, cujus filiam nomine

mine Coram apud Acherontem flu. conatus est rapere Pirithous, unde factus est fabulæ locus, Pirithoum ad Inferos descendisse, & uxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora Græcis dicitur, rapere voluisse. Plutarchus in *Theseo.* Qui tamen regem hunc non *Adem* sed *Aidoneum* vocat.

Admetus, Rex Pheræorum, pop. Thessaliæ, cujus armenta pavisse fertur Apollo novem annos, ob interfectos Cyclopas, divinâ potestate spoliatus. Callimachus Hymn. in Apol.

Φοῖβον, καὶ Νόμιον κικλήσκομεν ἕξ ἕνα κεῖνα
Ἐξ ὅτ' ἐπ' Ἀμφρύσῳ ζευγήπδας ἔβερεν ἵππους,
Ἰσοθέῳ ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος, Ἀδμήτοιο.

Cum autem apud Admetum ipsum perquam humaniter esset habitus,ad referendum patrono beneficium,impetravit à Parcis, ut cùm illarum fusis Admeti fatalis dies volveretur, hâc lege mortem effugeret, si quis reperiretur, qui illius vice mortem vellet oppetere. Cum itaque dies mortis adesset, neque quisquam inveniretur mortis vicarius, recusantibus conditionem amicis omnibus, Alcestis uxor, capitis sui dispendio, vitam mariti redemit. Ovid. de Art. Am. l. 3:

Fata Pheræ tiade conjux Pagasæa redemit:

Idem Ponticorum, lib. 3.

Si mea mors redimenda tuâ (quod abominor) esset,
Admeti conjux, quam sequereris, erat.

Seneca in Medeâ.

Conjugis fatum redimens Pheræi.

Statius 3. Sylvarum.

Ergo Thessalici conjux pensare mariti
Funus.

Hunc inter Argonautas recenset Orpheus, vers. 173.

Ἄδμητον δ' ἀφίκανε Φεραιόθεν, ὃν ποτε Παλλὰς
Θητεύον κατόκησε. Διὸς δ' ἠλεύατο μηνῖν.

Apollonius lib. 1. vers. 49.

Οὐδὲ φερεκλῆς Ἄδμητον ἐϋῤῥείνεσιν ἀνάσσων
Μίμνεν' ὑπὸ σκοπιὴν ὄρεος Χαλκωδοντίοιο.

Perpulcrè & valdè Poeticè Val. Flac. l. 1.

Te quoque dant campi tanto pastore Pheræi
Felices, Admete: tuis nam pendet in arvis
Delius, ingrato Steropen quòd fuderit arcu.
Ah quoties famulo notis soror obvia sylvis
Flevit, ubi Ossææ captavit frigora quercûs,
Perdidit & pingui miseros Bœbeide crines.

Admetus, Poëta temporibus Neronis, qui (ut Lucianus in Demonacte) obscuri nominis fuit. Et cùm Demonacti aliquando dixisset, se unius versus epigramma, h. e. monostichon scripsisse, quod testamento cavisset, ut sepulcro affigeretur, quod tale erat,

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἕλευτρον, βῆ δ' εἰς Διὸν αὐτός.
Terra cape Admeti spolium, cœlum ipse petivit.

Ridens respondit Demonactes, bonum est, ô Admete, hoc monostichon, sed voluissem ipsum pridem tuo sepulcro inscriptum fuisse.

Adodus, Ἄδωδος βασιλεὺς Σιδῶν apud Sanchoniathonem, qui cum Astarte, & Demaraonte regnasse dicitur in Phœnice. Assyriis etiam colebatur, teste Macrobio, qui & vocabulum interpretatur, Saturn. lib. 1. cap. 18. *Deo, quem summum, maximumque venerantur*, Adad *nomen dederunt, ejus nominis interpretatio sonat unus.*

Adon, Cynaræ, regis Cypriorum, & Myrrhæ filius. Boccatius. Item nomen loci. Vide *Addon.*

Adonai, nomen Dei apud Hebræos, *Dominus* Latinè, quod creaturæ cunctæ dominetur.

Adoneus, Bacchi nomen apud Arabas.

Adonia, *orum*, festa Adonidi dicata. Ammianus Marcel. lib. 22. *Evenerat iisdem diebus, annuo cursu completo, Adonia celebrari, ritu veteri, Amasio Veneris (ut fabulæ fingunt) apri dente ferali deleto.* Cum planctu autem celebrabantur ad luctum Veneris repræsentandum.

Adonibezek, Chananæorum rex, cui Israelitæ manuum ac pedum pollices absciderunt, qui tunc dixit, *Mèrito isthæc patior. Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum pollicibus, colligebant sub mensâ meâ ciborum reliquias: sicut feci, ita mihi reddidit Dominus.* Judic. 1.

Adonis, *idis*, filius Cynaræ, Cypriorum regis, & Myrrhæ ejus filiæ, quem Venus in deliciis habuit. Hic dum in Idalio nemore venabatur, primo ætatis flore, apri dente sub inguine percussus periit, atque à Venere post multas lacrymas in florem Adonium, qui est sanguinei coloris, transformatus est. Alii dicunt eum in fluvium cecidisse, dum pulchritudinem suam nimium contemplaretur. Hunc Ausonius cum Plauto *Aidoneum* vocat, Fulgentio autem *Adon* dicitur. Et quia Myrrha suavis est, *Adonem* genuisse fingitur. Ideo autem Venerem eum amasse dicunt, quòd hoc genus pigmenti sit valde fervidum. Hieronymus eundem esse cum Thammuzo Hebræorum putat, unde in Ezechiele legitur, *Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonida.* Ubi intelligi vult, fuisse Idololatriam celebratam in honorem *Adonidis*, in quâ plangitur quasi mortuus, & posteà revivisens canitur, & laudatur. Quanquam nonnulli fortasse rectius exponant de planctu qui fiebat propter mortem Osiridis ab Ægyptiis, quorum ritus imitabantur Judæi. Macrobius accipit *Adonidem* pro Sole, & Moschopulus, pro more Grammaticorum, ab ᾄδω deducit, i. e. *cano.* De eo festivissimè Theocritus Idyl. 30. & Bion Idyl. 1. qui eum Ἀσσύριον πόσιν Veneris vocat, aliqui enim Assyriorum regem fuisse dicunt. Quin & Orpheus in Hymnis Solem esse censet, cùm illum rebus omnibus præbere nutrimentum, & esse germinandi authorem dixerit in his.

Εὐβουλε, πολύμορφε, βοφὴ πάγλαον ἀείδηλε,
Κύπρι, καὶ κόρε σὺ πᾶσι, θαλὸς αἰὲν Ἄδωνι,
Σπερνυμένη λάμασιν πε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥρεσις.

Id est, Josepho Scaligero interprete,

Conse Deus, Volturne, alimentum nobile rerum,
Puta, puer cunctis virideſcens semper Adonis,
Occase, & redivive statis vertentibus annis.

Finxerunt autem antiqui, qui Adonim Solem esse putarunt, illum ab apro,hirsutâ & asperâ ferâ ictum,quia aspera sit hyems, & hirsuta, sub quâ Solis vires paulatim deficiunt. Ea res omnino Veneri est inimica, quoniam per aëris temperiem viret illa, cum frigus, ut inimicum, naturæ opus non ingrediatur. Cum Sol igitur in sex Australibus signis extiterit, per Signiferum incedens, tum dicitur *Adonis* apud inferos morari. Cum verò signa Borealia longiores dies fecerint, tunc est apud Venerem, per quam omnis venustas arvis restituitur, eâque de causâ illum ait Orpheus modo esse apud superos, modo apud inferos. Alii, inter quos Theocriti Scholiastes, *Adonim* semen tritici esse statuunt, quod sex menses degit sub terrâ, sex menses illum habet Venus, h. e. aeris temperies. Verba ejus hæc sunt. Δοκεῖ ὁ Ἄδωνις μῆνας ἓξ μὲν παρὰ Περσεφόνῃ ποιεῖν, ὡς καὶ παρ' Ἀφροδίτῃ, ἄνευ τῆς συγκαθεύδειν καὶ περιερχίζειν. Αἴγυπτοι δὲ περὶ τοῦ Ἀδώνιδος, ὅτι καὶ ἀποθανὼν, ἓξ μῆνας ἀποίκησεν ἐν τοῖς ἀγκάλαις τῆ Ἀφροδίτης, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆ Περσεφόνης. Τοῦτο δὲ τὸ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι ὁ Ἄδωνις, ἤγουν ὁ σῖτος ὁ σπειρόμενος, ἓξ μῆνας ἐν τῇ γῇ ποιεῖ ὑπὸ τῆ σπορᾶς, καὶ ἓξ μῆνας ἔχει αὐτὸν ἡ Ἀφροδίτη, τουτέστιν ἡ εὐκρασία τοῦ ἀέρος, καὶ ἔστιν λαμβάνειν αὐτὸν ὀλίγον ἀνθρώποις. Templum habuit in Byblo Phœniciæ urbe. Virgilius in Gallo,

Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.

Unde Theocrito dicitur ὠρεῖος, *pulcher*; τειφιλαλος, *ter*, hoc est multùm *amabilis*; ῥοδόπηχυς, *roseos habens lacertos*; καλὸς, *formosus*, τερπνὸς *jucundus.* Et à Nonno χαρίεις *gratiosus*, & ἱμερόεις *desiderabilis* vocatur. Propertius lib. 2.

Testis qui niveum quondam percussit Adonim.

De hoc latè Ovidius Met. lib. 10. Notandum autem, inquit Bochartus, אדן *adan*, *salicem*, & אדון *adon*, *dominum*, unde dictus *Adonis*, easdem habere radicales. Indeque factum, ut *Adonis* Græcè diceretur Ἰτυλος h. e. *salignus*, tanquam ab ἰτέα, i. e. *salice* facto nomine. Hesychius, Ἰτυλος ὁ Ἄδωνις. Sed & Κύεις pro Κύειος ex verâ significatione. Idem Hesychius Κύεις ὁ Ἄδωνις, quod idem est ac *Adon*, i. e. *dominus.* Quod Hesychium ipsum non latuit. Ἄδωνις, inquit, Ἀπὸ τῆ Φοινίκων. Sed & id ipsum Κιεὶς Lacedæmoniis. Hesych. Κιεὶς, Ἄδωνις, Λάκωνες. Et Gingram aliud *Adonidis* Phœnicium nomen idem significare infra docebimus in *Gingras: Adonidis horti*, pro instructissimis, cæterùm de rebus ad voluptatem tantùm, nullam autem utilitatem comparatis. Sic dici etiam περὶ τῆ ἀνδρῶνος καὶ ὠκυμόρων annotat Eustathius. Vide Athen. pag. 89. Philostratum 7. 14. Zenobium pag. 17. Diogen. 177. & Eust. in Od. λ.

Adrastia, Jovis ac Necessitatis filia, scelerum vindex acerrima, quam nemo flagitiosus, neque magnus, neque parvus, vi aut clam effugere potest. Alio nomine *Nemesis* dicitur, ejusque sedem Ægyptii Sacerdotes supra Lunam constituerunt, ut inde, velut regina, & arbitra, hæc inferiora despectaret. Strabo lib. 13. nominis rationem refert ad Adrastum regem, de quo supra. Phornutus autem παρὰ τὸ μὴ δρᾶν, quasi μὴ δράσεια, quòd nihil eam impediat, nihil frustretur, nihil ea infectum relinquat, vel, ut Pausanias ait, ἀπὸ τῆ μὴ δεδρακέναι, quòd scilicet nemo nocens meritam pœnam unquam effugerit, etiamsi aliquando tardius eum assequitur. Virgilius, sive potius Catullus, in Ciri,

Ut scelere infando, quod nec sinat Adrasteia,
Lædere utrumque uno studeas errore parentem.

Quam nominis rationem Apuleius affert Lib. *De Mundo*, qui de Græco est, quem Aristoteli nonnulli tribuunt. *Idem fatum*, inquit, Μοῖραν *vocant, quod ex partibus constat, quòd unicuique attributio sua sit ascripta, Adrastea eadem, quasi ineffugibilis necessitas ultionis.* Mart. Cap. lib. 1. *Intra consistorium regis* (Jovis) *quædam fœmina, quæ Adrastia dicebatur, urnam cœlitem, superamque sortem, irrevocabilis raptûs celeritate torquebat, excipiebatque ex volubili orbe*

deci-

decidentes sphæras peplo inflexi pectoris Imarmene. Ubi intellipit Græcum εἱμαρμένη. Suidas in Ἄδραστος.

Εἰ δ' ἦν Νέμεσις μεγάλη θεός, ἃ πάλαι πάντα
Πρὸς μακέλλην ἔλαχεν, βωμὸν δ' οἱ ἔσσατο πρῶτα
Ἄδρηστος ποταμοῖο ἄρ' ῥόον Ἀσωποῖο
Εὐβοίη τε τέμῃ τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖ.

Hesychius. Ἄδραστος πρῶτος ἱερέων Νέμεσιν ἱδρύσατο. Idem de ratione nom. Ἀδραστεία ἡ Νέμεσις ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν.

Adrastus, Talaonis, & Eurynomes filius, rex Argivorum, qui Thebanis bellum intulit pro Polynice genero suo; sed utrinque multis occisis rediit re infectâ. Statius Theb. l. 5.

Dux Talaonides antiquâ ut fortè sub orno
Stabat, & admoti nixus Polynicis in hastam.

In honore fuit apud Megarenses, teste Pausaniâ in Atticis. Nam cum apud se diem suum obiisse refert, mortis vero causam senectutem fuisse, & Ægialei filii obitum. Hinc *longævus* Papinio Statio, lib. 4. Thebaidos,

Proxima longævo profert Dircæus Adrasto.

Virg. Æn. 6. *Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.* Statio *Inachius* dicitur, ab *Inacho* Argivorum rege, Theb. lib. 2. Et *Perseius*, utpote à Perseo Jovis filio, & Argivorum rege oriundus, lib. 3.

Hinc *Adrasteus*. Stat. Sylv. 1. 1.

Hunc & Adrasteus visum extimuisset Arion.

Arion siquidem, Adrasti equus fuit. Apollod. l. 3.

Ἄδραστον δ' μόνον ἵππος Δήσωνα Ἀείων. Hyginus, cap. 70. *Hi omnes duces apud Thebas perierunt præter Adrastum Talai filium.* Is enim equi beneficio ereptus est.

Adreste, Helenæ ancilla, Hom. Odyss. 4.

Ἐκ δ' Ἑλένη δαλάμοιο θυώδεος ὑψορόφοιο
Ἤλυθεν, Ἀρτέμιδι χρυσηλακάτῳ εἰκυῖα.
Τῇ δ' ἄρ' ἄμ' Ἀδρήστη κλισίην εὐπυκλον ἔθηκαν.
Ἀλκίππη τε πάπτα φέρεν μαλακὴ ἐρίοιο.

Adrianus, Imperator Rom. qui post vexatos Christianos, morbo aquæ intercutis periit. Vitam ejus inter cæteros conscripsit Ælius Spartianus. Moriens hos versus fudisse dicitur,

Animula vagula, blandula,
Hospes, comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula?
Nec, ut soles, dabis jocos.

Mirum autem quare Spartiano hi versiculi parum videntur elegantes, nam ita mox judicat. Videbimus alibi, inquit Casaubonus, quantum isti Scriptores (Historiæ Augustæ) poeticâ facultate valuerint. Multa enim de Græcis à se versa his libris inseruerunt: præ quorum venustate scilicet sordere *Hadrianea* debuerint. Nobis verò hi dimetri mollissimi, & melioris sæculi elegantiâ dignissimi cum viderentur, etiam Græcè idem fecimus *Hadrianum* dicere, nisi hoc potius balbutire est.

Ἐρράμιον Ψυχάριον,
Ξένη, χ' ἁπαλὲξ σῶμά σου,
Ποῖ νῦν πάλαυ' ἐλεύσεαι,
Ἀμενὴς, γοερά τε καὶ σκιά,
Οὐδ' οἷα πάρος ζυφήσεαι;

Subdit Historicus prædictus, *Nec multo meliores fecit & Græcos.* Atqui extant nonnulli adhuc, non quales hic Criticus judicat, sed qui merito suo, cæterorum quos amisimus, ingens desiderium in nobis excitent. Quare etiam non defuere qui argutias illius imitarentur. Ejusmodi est quod apud Theophylactum Simocattum, scriptorem eximium inter Græcos recentiores, observabamus, epistolà illâ quæ incipit, Ὁ φυσικός σου κόσμος περιέχει. Claudit ea. sic καὶ γῆρας δὲ ἀδικεῖς, καὶ νεότητα· τὸ μὲν γὰρ ἐπαγγελλομένη δόλιους, τὸ δὲ κεκτημένη ἀνοήτους. *Hadrianum* sine dubio imitatur, qui ægro & mendico homini, à quo fuerat his versibus compellatus,

Ἤμισύ μοι τέθνηκε· τὸ δ' ἥμισυ λιμὸς ἀλέγκει,
Σῶσόν με Βασιλεῦ, μικτὸν ἡμίτονον.

Respondit hoc argutissimo distichio.

Ἀμφοτέρους ἀδικεῖς καὶ Πλούτα καὶ Φαέθοντα,
Τὸν μὲν ἔτ' εἰσορόων, τὸ δ' ἀπολεπόμενος.

Est etiam hoc ejus epigramma quod tamen Ausonii operibus subjici solet.

Ut belli sonuere tubæ violenta peremit.
Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce.
Oebalon ense, Clonon jaculo, Teuthranta sagittâ.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras.
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras,
Epicli Teuthras, Derali Clonus, Oebalus Idæ,
Argolicus Teuthras, Moesius Clonus, Oebalus Arcas.

Quo quidem epigrammate pauca ingeniosiora ab omni antiquitate merito putat Barthius Animadvers. ad Statii Theb. 7. pag. 746. Doctrina ejus unius generis non erat. Dio.

Φύσει φιλολόγος ἦν, ἐν ἑκάστῃ τῇ γλώσσῃ.

Καὶ τινα πεζὰ, καὶ ἐν ἅπασι ποιήματα πολλαπλᾶ καταλέλοιπε. Inter Poemata erant libri Alexandreidos, quorum 1. citat. Steph. in Ἀσεγία. 7. in Σάνεια. Orationes quoque edidit; ex quibus ejus, quam de Italicensibus in Senatu habuit Gellius mem. 16. 13. Præterea libris illius de re militari adjutum se profitetur Vegetius, si rectè eum intellexit Gesnerus, locus est lib. 1. c. 8. Vide Voss. H. Gr. 2. 10.

Adrianus, Phœnix, patriâ Tyrius, docuit Athenis multo cultu, victûsque sumptu. Amatus est magnopere à M. Antonino, & Romam ab eodem ductus. Herodis discipulus fuit, & Aristidis æmulus. Inter alia, Μεταμορφώσεις consignavit. Vide Suidam.

Aea, nomen puellæ venatricis, quæ Phasidis flu. amplexus fugiens; Deorum miseratione in sui nominis insulam versa est. Val. Flac. l. 5.

Barbarus in patriis sectatur montibus Aeam
Phasis amore furens: pavidas jacit illa pharetras
Virgineo turbata metu: discursibus & jam
Deficit, ac volucri victam Deus alligat undâ.

Æacus, Jovis ex Europa, sive ex Æginâ fil. Hic apud Oenopiam (sic quidem legitur, sed nisi mendum sit apud Strabonem, *Oenonem* legendum est) regnasse dicitur, quem ex nomine matris, *Æginam* nominavit. Ovid. Met. 7.

Oenopiam veteres appellavere, sed ipse
Æacus Æginam, genetricis nomine, dixit.

Ubi, cùm ob pestem defecissent homines, Jovem oravit, ut formicas, quas viderat, homines faceret, & exauditus eos *Myrmidonas* ex etymo vocavit. Ovidius ubi supra.

Vota Jovi solvo, populisque recentibus urbem
Partior, & vacuos priscis cultoribus agros,
Myrmidonasque voco, nec origine nomine fraudo,
Corpora vidisti, mores quos ante gerebant
Nunc quoq; habent, parcum genus est, patiensq; laborum,
Quæsitique tenax, & qui quæsita reservent.

Endeida Chironis filiam in uxorem duxit, ex quâ Telamonem genuit, & Peleum. Deinde è Psamathe Nerei filia compressâ genuit tertium, Phocum; quem Peleus occidit. *Æacum* autem tantæ justitiæ fuisse dicunt, ut apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus judex cum Minoe, & Rhadamantho. Horatius in Odis,

Quam penè furvæ regna Proserpinæ,
Et judicantem vidimus Æacum.

Juven. Sat. 1. *Quas torqueat umbras Æacus.*

Propertius, lib. 4. Eleg. 12.

Aut si quis positâ judex sedet Æacus urnâ,
In mea sortitâ judicet ossa pilâ.

Stat. Sylv. 2. 1.

——*Immensis urnam quatit Aeacus umbris.*

Ubi alii, *In mediis.*

Ovid. Met. lib. 13.

Æacus huic pater est, qui jura silentibus illic
Reddit, ubi Æoliden saxum grave Sisyphon urget.

Idem in Ibin.——*Tuasque*
Æacus in pœnas ingeniosus erit.

Hinc *Æacides*, Æaci fil. vel nepos. Virg. Æn. 1.

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.

Item *Æacideius*. Ovid. Met. 7.

Oenopiam Minos petit Æacideia regna.

Item *Æacidinus*, Plautus in Asinariâ:

Siquidem hercle Æacidinis minis, animisque expletus incedit.

Æea, ita Circe dicta est ab Æâ peninsulâ ad Phasim flu. sitâ. Eust. in Odyss. Αἰαίη δὲ νῦν τῇ Κολχικῇ· Αἶα δὲ πόλις Κολχίδος παρὰ Λυκόφρονι. Aliunde autem forsan rimari potuis hujus vocis etymon. Ἠὼς Græcis est *Aurora*, inde syllabarum mutatione, quæ illis frequens est Αἰαῖος potuit dici, qu. Ἠῶος, i. e. matutinus vel Eous. Adjuvat hanc conjecturam, quod Circe non solum fuerit Solis fil. ut & Virg. asserit l. 7. verum in illius insula Sol dicatur nasci, & Aurora domicilium suum habere. Hom.

Νῆσον ἐς Αἰαίην, ὄθι τ' Ἠὼς ἠριγενείης
Οἰκία καὶ χοροί εἰσι καὶ ἀντολαὶ Ἠελίοιο.

Sed & *Medea* hic dicta. Etymologus; Αἰαῖα
Μήδεια, ὡς τὸ,——Αἰαίην δολόεσσαν.
Εἴρηται δὲ ἀπὸ Αἴας, πόλεως Ἀπολλωνίας.

Ædesia, mulier Ægyptiaca, uxor Hermiæ & Syriani Philosophi propinqua, magnum castitatis & pietatis exemplar. Suidas.

Ædesius, Cappadox, Jamblichi Scholam & in contubernio docendi munus suscepit. Vitam ejus scripsit Eunapius Sardianus, quem sis consule.

Aëdon, uxor Zethi regis, fratris Amphionis Itylum fil. per errorem nocte interfecit, putans eum *Amanea* vel *Amandea* Amphionis fil. fuisse. Invidebat enim uxori Amphionis quòd illi 6. essent masculi; quæ crimen cognoscens optavit mori,

miſeratione tamen Deorum in carduelem verſa Itylum deflere dicitur.

Æeta, vel Æetes, Colchorum rex, Solis filius ex Perſâ Oceani filiâ, liberos habuit Medeam, Abſyrtum, & Chalciopem. Ad hunc Phryxus Athamantis filius pervenit, & aureum vellus detulit; quod cum ille diligentiſſimè ſervaret, ejus causâ bellum geſſit cum Argonautis, tandem verò ab Jaſone & ſpoliatus & regno pulſus eſt, ſed jam ſenex ab eodem in idem reſtitutus. Hinc *Æetæus* adjectivum. Catullus in Argonaut.

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas
Phaſidis ad fluctus, & fines Æetæos.

Hinc etiam *Æetias* patronymicum pro Medea. Ov. Met. l. 7.

Concipit interea validas Æetias ignes.

Item *Æetis* pro eâdem. Val. Flaccus.

—Ingens Æetida perculit horror.

Denique *Æetius*. Idem.

Nec minus Æolii proles Æetia Phryxi
Fertur & ipſa furens.——

Ægæon, Gigas, Cœli & Terræ F. qui uno ictu 100. ſcopulos in Jovem contorquebat. Victus demum alligatus eſt à Nept. ſcopulo Ægæi maris. Statius:

Audierat duros laxantem Ægæona vectes.

Heſychius, Αἰγαίων, ἐνάλιος θεὸς, ἢ Βριάρεως, καὶ ὁ Ποσειδών. Dictus eſt autem *Ægæon*, ut quidam volunt, à γαίω. i. e. *ſuperbio*, inde γαίων, & per appoſitionem αἰγαίων, & per pleonaſmum αἰγαίων. Hunc Hom. Iliad. 1. ab hominibus quidem Ægæonem, à Diis verò *Briareum* vocari tradit, in his.

Ὣχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίων', ὃ γὰρ αὖτε βίῃ ὅ γε πατρὸς ἀμείνων,
Ὃς ῥα καὶ ἐς Κρονίωνι καθίζετο κύδεϊ γαίων,
Τὸν καὶ ὑπέδεισαν μάκαρες θεοὶ, ἔδρ' ἔτ' ἔμιμνον.

Alii dicunt *Ægæonem* immanem piratam fuiſſe, & ſic nominatum ab inſulâ deſertâ in Ægæo mari, quæ *Ægæ* vocatur, in quâ ſubſidebat more piratarum. Centumgeminus autem ideo dictus eſt, quòd centum homines remigio deſervientes haberet in manibus, de quo Ovid. Met. lib. 2.

——Balænarumque prementem
Ægæona ſuis immania terga lacertis.

Claud. 1. De Raptu Proſerp.

——Ruriſiſque cruentus
Ægæon poſitis arcto de corpore nodis,
Obvia centeno vexaſſet fulmina motu.

Virg. lib. 10.

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribuſque arſiſſe, Jovis cum fulmina contra,
Tot pariter ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.

Tot. i. e. centum. Plato de Legg. lib. 7. Τὸν γένει τις φύσιν ἔχων, ἢ καὶ Βριάρεω φύσιος, ἢ ἑκατὸν χερσὶν ἑκατὸν δὴ βάλλ' ῥίπτειν δύναιτ' ἄν. *Siquis Geryonæ, aut Briarei naturam habeat, cum centimanus ſit, centum oportet ab eo jacula mitti poſſe.* Notandum eſt autem hic Virgilium ab Homero diſſentire, nam apud Hom. *Ægæon* auxilio eſt Jovi, eum autem contra Jovem armant verſus Maronis. Præterea in re fabulosâ ſibi conſonat Poëta. Nam cum det centum brachia, totidemque manus, conſequens eſt, ut quinquaginta tantum capita, & pectora. Græci ab ſe ipſis diſſident. Nam Æſchylus in Prometh. Typhonem qui idem eſt cum Ægæone, facit ἑκατονταδένδρον, & Pind. Od. 4 Olymp. ἑκατογκεφάλαν. Cui enim ſunt centum brachia, ut Hom. dixit, quomodo eſſe poſſunt centum capita, ut Æſchylus & Pindarus? Atque adeò prudenter Plutarchus *de multitud. amicorum*, Βριάρεως ἑκατὸν χεροὶ εἰς πυγμὴν μὲν φορῶν γαστέρας. Nonnus autem de Ægæone, lib. 31. indefinitè πολύπνους, *multiulnis*, ac proinde etiam indefinitè πολυαμπὲς ἔθνος ἀγωγῶν, quibus multiplices quoque facit manus. Itaque etiamſi res fabuloſa ſit, eſſe debet conſequens. Quin diligenter cavit Poëta, ut adderet τὰ dicunt, ſolens hoc ſuo more, nam quæ incerta ſunt, & fabuloſa, famæ attribuit.

Ægæus, Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit conjuges, Æthram Pitthei regis filiam, ex quâ Theſeum ſuſcepit, & Medeam, quam ab Jaſone repudiatam, non ſolum hoſpitio excepit, ſed illam etiam ſibi matrimonio copulavit, & ex eâ, ut placet Juſtino, Medum filium habuit. Succeſſit quidem in regno Pandioni regi, revera patri. Eo autem regnante, Athenienſibus bellum intulit Minos Cretæ rex, ob cædem Androgei filii, legeſque duriſſimas eis impoſuit, ut ſcilicet quotannis ſeptem juvenes nobiles in Cretam mitterentur ad Minotaurum, qui tribus annis ſorte miſſi ſunt; quarta autem ſors obtigit Theſeo, qui maximo patris Ægei dolore navem conſcendit: & cùm omnia navigii ornamenta nigra eſſent, & navis velum, habuit in mandatis à patre, ut ſi contingeret in agendis rebus eum felicem ſortiri exitum, rediens navi album velum apponeret, amoto nigro, ut eminus ſortem ipſius noſceret. Theſeus autem Ariadnes conſilio victor, mandatorum paternorum immemor, non amoto velo nigro rediit. Ægæus vero excelsâ turri prôſpectans nigrum velum, Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe dejecit in mare, quod ab ipſo vocatum eſt *Ægæum*; & mortuus, ab Athenienſibus liberatis, & *Neptuni Filius*, & *Marinus Deus*, in ſolatium Theſei, conſecratus eſt. Hæc ex Plutarcho, & Servio. Hinc patronymicum *Ægides*.

Ovid. Met. 8. *Protinus Ægides raptâ Minoide, Diam*
Vela dedit.——

Ægeus, Pandionis filius, Athenienſium rex, regnavit an. 42. Hic ab Homero, ut quidam volunt Αὐγείας dictus eſt.

Ægiale, Diomedis uxor, quæ, marito apud Trojam bellum gerente, cum Cyllabaro Stheneli filio rem habuit; quod ubi Diomedes comperiſſet, domum reverti noluit, verecundiâ ductus, ſed in Italiam vectus, regni partem à Dauno ſortitus eſt. Quidam dicunt eam Nauplii, patris Palamedis, ſuaſione adhæſiſſe alteri. Lycophron autem ait Diomedem Stheneli filio Cometæ commiſiſſe domum, & uxorem; Sed Venerem, quia à Diomede vulnerata fuiſſet talem Ægialæ ἐρωμανίαν immiſiſſe, ut cum omnibus juvenibus quàm turpiſſimè viveret, præcipuè autem cum Cometâ conſueſceret. Stat. 3. Silvarum.

Queſta eſt Ægiale, queſta eſt Melibœa relinqui.

Dicitur & *Ægialeâ*, penultimâ productâ, Græcè Αἰγιάλεια. Ejus meminit Dionyſius Periegetes in his.

Ἔνθ' ἧεος ἀρίκαμε χαλκοχαμείνης Ἀφροδίτης,
Ὁππότε πλείων μετεκίαθεν ἔθνεα Ἰζήων,
Ἧς ἀλόχῳ βωλῆσι κακόφρονι Αἰγιαλείης.

Vide *Diomedes*.

Ægialus, Phoronei fil. cui Apis, poſtquam Argis regnaſſet, in Ægyptum tranſiens, Achaïæ regnum reliquit. Alii *Ægialeum*, Inachi filium ex Meliâ Oceanitide faciunt, & ab eo *Ægialeam* dictam, quæ poſtea Peloponneſus à Pelope vocata eſt. Item frater Medeæ, alio nomine Abſyrtus dictus. Item primus Sicyoniorum rex, qui regnavit an. 52. à quo, ut quidam volunt, Peloponneſus *Ægialea* dicta. Euſebius. Unde pop. Sycyonii *Ægiali* dicti. Vide *Sicyon*.

Ægias, Αἰγίας à Clem. citatur lib. 1. Strom. ubi ex eo commemorat, quæ de Ilii capti tempore ſcripſerit. Sed hic Euſebio Clementem exſcribenti in Præpar. Evang. *Agis dicitur*.

Ægina, Aſopi regis Bœotiæ filia, quam Jupiter amavit, & in ignem converſus compreſſit, ex quâ poſtea Æacum, & Rhadamanthum ſuſcepit. Item inſula in quâ Æacus regnavit, olim Oenopia dicta. Vide *Æacus*. Fama eſt hujus incolas aliquando omnes peſte fuiſſe abſumptos, ita ut ſolus Æacus fuerit ſuperſtes, qui cùm graviter ferret inſulæ ſolitudinem, Jovem precatus eſt, ut aliquo pacto homines repararet, ita dicens, ut refert. Ovid. Met. 7.

Jupiter ô dixi, ſi te non falſa loquuntur
Dicta ſub amplexus Æginæ Aſopidos iſſe,
Nec te, magne Pater, noſtri pudet eſſe parentem;
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde ſepulchro.

Jupiter autem illis precibus commotus, formicas in homines mutavit, qui vocati erant *Myrmidones*, i. e. *Formicarii*; Qui ideo ſic dicti (inquiunt Mythologi) quia formicarum more terram fodientes, & in cavernis habitantes, frugalitati & parſimoniæ ſtuduere. Populi *Æginenſes*, vel *Æginetæ*, unde Paulus *Ægineta* medicus Græcus, de quo vide Voſſium de Philoſophia cap. 13. Primi autem Æginenſes monetam excuderunt, teſte Æliano, Var. Hiſt. 12. 20. πρῶτοι γὰρ νόμισμα ἐκόλαψαν, καὶ ὃ δὴ αὐτῶν ἐπιλήθει νόμισμα Αἰγινᾶιόν. Inde etiam *Ægineticum æs*, quod olim in pretio fuit. Plin. lib. 34. cap. 3. Fuit etiam urbs ejuſdem inſ. epiſc. olim ſub archiep. Athenienſi, nunc metropolis, à Megaris 100. ſtad. in merid. long. 50. 05. lat. 38. 32. Vide Steph. in Αἴγινα, ubi tres *Æginas* recenſet. Incolas ejus quod attinet, miror (inquit Vir Magnus) in Æginâ inſulâ ſaxosâ & ſterili, cujus ambitum Strabo & Euſtathius definiunt ſtadiis 180. Plinius, vero 20. m. p. quondam habitaſſe Myrmidonum myriadas 47. Pindari Schol. in Od. 8. Olymp. πλήθει γὰρ ἀνδρῶν ὅτε φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς ἦν ἐν αὐτῇ πεντακόσια ἔπη μυιάδας ἀνδρῶν.

Ægiochus, Jupiter dictus eſt, quòd corio capellæ Amaltheæ uſus fuerit pro ſcuto, quando contra Titanas dimicavit, quaſi Αἰγιόχος, ὁ τὴν αἰγίδα ἔχων, τυτίσιν ὅπλον. Allegoricè autem quod procellas immittat, i. e. τὰς αἰγίδας. Nonnullis placet deduci ab ὄγε i. e. cibus, & αἴξ, αἰγὸς, capra, quod, cùm puer eſſet, à caprâ nutritus fuerit.

Ægipan, à poëtis Pan eſt cognominatus, quòd pedes caprinos haberet. Inde *Ægipanes* homines nudi, leves, & caprinos pedes habentes. Propert. 3. 16.

Mollia Dirceæ pulſabunt tympana Thebæ,
Capripedes calamo Panes hiante canent.

Mela.

Mela. 1. 8. *Blemmyis capita abſunt: vultus in pectore eſt, præter effigiem nihil humani; Ægipanum quæ celebratur ea forma eſt.* Satyrorum autem Ægipanumque in Libyâ eodem modo, iiſdemque penè verbis meminere Plinius, Solinus, & Martianus Capella. Nemo tamen addit, qualis fuerat forma Ægipanum. Poſteriores duos ignoraſſe facile crediderim, an verò Plinius etiam ignorarit, non attinet quærere. Sane neque in formâ hujus monſtri conveniunt, ſi tamen monſtris accenſenda ſunt ea, quæ ſunt mera Græculorum commenta. Salmaſius in Notis ad Solinum ex parallelis minoribus Plutarchi adſtruere conatur Ægipana illum eſſe, quem Romani Sylvanum vocant. Sed verò valde infirmo nititur tibicine; neque enim quidquam certius, quam libellum iſtum eſſe prorſus Plutarcho indignum, cum nugaciſſimus ſit, ac ejuſdem plane auctoris, atque ſit ille de fluminibus, qui & ipſe nomen Plutarchi præ ſe fert. Porro tantum inter ſe differunt Sylvani & Ægipanes, ut difficilius aliquid reperias, in quo conveniant, quàm in quo diſcrepant. Ægipanes enim non ut Sylvani cum humanâ facie pingebantur, verùm caprinâ prorſus, imò αὐτοχθόνας capri erant ſupernè. Pingebantur præterea cum caudâ piſcis. Cauſa nominis hæc eſt; Ægipan Jovis filius ex caprâ Bœotiâ eſſe fingitur, quam etiam Oleniam vocavere. Alii Jovis collacteum faciunt, natumque ex *Ægâ Panis* conjuge; hinc *Ægipana* dictum aiunt. Juviſſe hic dicitur Jovem bello contra Typhonem. Quia autem primus invenit concham marinam, quâ inflatâ, terrorem Panicum injecit, ideo caudam piſcis huic adfingi. Hujus imaginem in cœlo aiunt eſſe Capricornum. Theon ad Aratum Ὁ δὲ Αἰγόκερως ὅμοιός ἐστι τῷ Αἰγίπανι, γεγενημένῳ ἐκ τῆς Αἰγὸς τῆς Παιὼν, εἰς ὃν τὸν μετενηνόχθη διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Διὸς ἄλλων θεῶν. Scholiaſtes Germanici; *Capricornus ſanè ſimilitudinem habet Ægipanos; habet enim poſteriorem partem piſcis, priorem capri.* Ita quoque Hyginus & alii, licet in cæteris hujus fabellæ partibus non conveniant. Cauſam verò quamobrem cum caudâ pingebatur, hanc reddit idem Theon; Ἔνιοι δέ φασι τὸν κόχλακα ἐν τῇ θαλάσσῃ, δὲ παρόπιων ὀφὺν ἐχθύος ἔχει. Aliam cauſam verò reddit Hyginus, & Germanici Scholiaſtes; verum de eo nos ad ipſum Aratum; verba ſunt Iſ. Voſſii. Dii faxint promiſſis ſteterit. Porro Ægipanum crebræ effigies occurrunt in antiquis Ægyptiorum monumentis, nempe Satyri ἀκρωτηριάσωποι, ὄφεων ἐκδύσιν ἔχοντες.

Ægis, ſcutum Jovis, ἀπὸ τῆς αἰγὸς, i. e. a capra. Nam ille à caprâ Amalthæâ nutritus eſt, cujus mortuæ pelle ſcutum ſuum operuit: Capram autem poſteà vitæ reſtitutam, & aliâ pelle obductam inter aſtra collocavit, ſeque ob capræ memoriam *Ægiochum* appellari voluit. Virg. Æn. 8.

——— Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Jovem, cum ſæpe nigrantem
Ægida concuteret dextrâ, nimboſque cieret.

Scutum verò Palladi dedit, cui ipſa Meduſæ caput impoſuit, quod qui intuebantur, protinus lapideſcebant. Virg. ubi ſupra.

Ægidaque horriferam, turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquamis ſerpentum auroque polibant,
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divæ
Gorgona defecto vertentem lumina collo.

Ægiſthus, Thyeſtis filius ex Pelopeiâ ejuſdem filiâ, quem infantulum mater, tegendi ſceleris cauſâ, perdendum feris expoſuit in ſylvis; ſed à paſtore inventus, ejus beneficio nutritus eſt, & inde Αἴγισθος dictus, quòd nutritus ſit à capris. Vide Ælian. Var. Hiſt. 12. 42. Hic provectioris ætatis, Atreum impellente tamen patre, interfecit, & ejuſdem filium Agamemnona inter epulas, adjuvante uxore Clytæmneſtrâ, quâ etiam turpiſſimè uſus eſt, obtruncavit. Poſtremo ab Oreſte Agamemnonis filio, patris mortem ulciſcente, è medio ſublatus eſt. Hom. Odyſ. α.

Ὡς καὶ τῷ Αἴγισθος ὑπερμήτην Ἀγαμέμνων
Ἴσκε κακὰ μήσασθαι, ἑὸν δ' ἐκτήνατο νόστον.

Ovid. lib. 1. De Remedio Amoris.

Quæritur Ægiſthus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſa eſt. Deſidioſus erat.

Ægiſthum autem gemens & indignabundus Pompeius, C. Cæſarem vocare ſolebat, ob adulterium cum uxore ſuâ Mutiâ, quam tamen poſtea repudiavit, quamvis ex eâ jam tres liberos ſuſcepiſſet. Sueton.

Ægläer, Heſychius: Αἰγλαεὺς, ὁ Ἀσκληπιός.

Ægle, Heſperi Italiæ regis filia, vide *Heſperides*. Alia fuit nympha, Solis & Neæræ filia; Græcè *lux*, ſeu *ſplendor*. Virgil. eclog. 6.

Addit ſe ſociam, timidiſque ſupervenit Ægle,
Ægle Naïadum pulcherrima.———

Ægles, athletæ Samii nomen, qui cum per omnem ætatem mutus fuiſſet, in ſacro tamen certamine, cùm in fortitione fraudem admitti videret, nimio loquendi deſiderio linguæ vincula rupit, ac diſtincte quamdiu vixit locutus eſt. Val. Max. 1. 8. Gellius. 5. 9.

Ægletes, Apollinis cognomen, quo nomine celebrabatur in Anaphe inſula, quæ Sporadum una. Apollonius Argonauticon lib. 4.

ὅτ' Ἀπόλλωνα θυηλαῖς
Αἰγλήτην Ἀναφῆς πιήοεσιν ἱλάσκον.

Nominis rationem antea indicavit his verſ. 1714.

——— Αἰγλήτην μὲ ἐύσκοπον εἴκελον αἴγλης
Φοῖβον κικλήσκω ———

Ægobolus, Bacchus apud Potniam celebratus, de cujus nomine hæc hiſtoria proditur. Cùm ibi Dionyſia incolæ celebrarent, ita in contumelias acti ſunt & furorem ob ebrietatem, ut Bacchi ſacrificulum interimerent; quapropter à Deo irato gravi peſtilentiâ affecti ſunt. Cives hâc de cauſâ Apollinem conſulentes, reſponſum acceperunt, ut Baccho formoſiſſimum puerum immolarent, quod cùm Potnienſes per multos annos feciſſent, capram demum, à Baccho edocti, pro puero ſuppoſuerunt, unde illi cognomen. Gyraldus Synt. de Diis.

Ægoceros, i. e, *Capricornus*, animal in quod poetæ tradunt ſe Pana transformaſſe, & in aquam ſe dejecille, cùm in Ægypto unà cum reliquis Diis Typhona Gigantem acerrimum Deorum hoſtem fugeret. Sed Jupiter hujus ingenium admiratus inter aſtra eum collocavit. Lucret. lib. 5.

Nec ratio Solis ſimplex ac recta pateſcit,
Quo pacto æſtivis à partibus Ægocerotis
Brumales adeat flexus: utque inde revertens
Canceris advertat metas ad ſolſtitiales.

Lucanus libro nono.

Par geminis Chiron, & idem quod Carcinos ardens
Humidus Ægoceros.———

Idem libro 10.

——— Rapidos quâ Sirius ignes
Exerit, & varii mutator Circulus anni
Ægoceron, Cancrumque tenet.———

Ægon, paſtor apud Theocritum & Virgilium; quo etiam nomine promontorium Lemni dictum eſt. *Ægon* etiam Caryſti, Euboeæ civitatis, princeps. Ponitur item aliquando *Ægon* pro *Ægæo mari*. Statius.

——— Vemiſque abſentibus Ægon
Motus, & ingenti percuſſit littora ponto.

Val. Flaccus lib. 1.

——— Vix littore puppim
Solvimus, & quanto fremitu ſe ſuſtulit Ægon!

Ægophagos, Juno dicta apud Lacedæmonios, quòd ibi capræ illi immolarentur. Cæl. Rhod. Emendandus obiter Heſychius, apud quem corruptè legitur Ἀγοφάγος, χρεὼ ἐν Σπάρτῃ ubi reſcribendum Ἥρα. Huic Deæ coronam imponebant, quæ Πυλεὼν dicebatur. Vide Athenæum lib. 15. Meurſius Miſcellan. Lacon. lib. 1. cap. 5. Jupiter quoque ſic dictus eſt, Etymologus: Αἰγοφάγος ὁ Ζεὺς, ὡς παρὰ Νικάνδρῳ ἐν Θηριακοῖς.

Ægyptus, Beli filius & frater Danai, qui etiam 50. haberet filios, totidem eos fratris ſui filiabus matrimonio conjunxit, quæ à patre inſtructæ, primâ à nuptiis nocte ſuum quæque maritum interfecerunt, præter unam Hypomneſtram, quæ Lynceo viro ſuo pepercit, *in parentem*

Splendidè mendax & in omne virgo
Nobilis ævum.

uti de eâ loquitur Horatius. Lynceus autem pulſo Danao, Argivorum regnum invaſit, & an. 69. regnavit. Item Ciceronis libertus lib. 16. ep. 15.

Ælia, Antiphraſticum Ænigma Bononienſe apud Franciſcum Schott. Cent. 2. Ænigm.

Ælia, Lælia Criſpis, nec vir nec mulier,
Nec Androgyna, nec puella, nec juvenis
Nec anus, nec meretrix, nec pudica
Sed omnia.
Sublata neque fame, nec ferro, nec veneno
Nec cœlo, nec aquis, nec terris, ſed omnibus
Sed ubique jacet.
Lucius Agatho Priſcius, nec maritus,
Nec amator, nec neceſſarius, neque
Moriens, neque gaudens, neque flens.
Hanc neque molem, nec Pyramidem
Nec ſepulchrum———
Sed omnia.
Scit & neſcit cui poſuerit.
Hoc eſt ſepulchrum intus cadaver non habens,
Hoc eſt cadaver ſepulchrum extra non habens.
Sed cadaver idem eſt & ſepulchrum ſibi.

Quod multi de animâ hominis, alii de cupidine, alii de aquâ nubium, alii (& forte verius) de Niobe fil. Tantali, quæ vi oppreſſa in ſaxum à Poetis dicitur verſa, interpretantur.

Ælianus, Sophiſta Romanus, à Philoſtrato maximè laudatus, quòd Romanus homo tam probe Atticiſſaverit, tamque elegan-

eleganter peregrinam à patriâ vocem retinuerit. Scripſit De Animalibus, De Variâ hiſtoriâ, De Re militari, quæ omnia ad nos pervenêre. Fuit auditor Pauſaniæ ſub Adriano Imp. Græcis ob eloquentiam Μελίγλωσσος, & Μελίφθογγος dictus, itemque *Facundus* à Martiale lib. 12. epigr. 24.

O jucunda, Covine, ſolitudo,
Carrucâ magis eſſedoque gratum
Facundi mihi munus Æliani.

Ælius, & *Ælia*, nomina ſint propria Romanorum, carent aſpiratione. Perottus de Æliorum familia, Quæ Romæ admodum pauperrima fuit, adeo ut ſedecim eodem tempore Ælii fuerint, quibus una domuncula erat, & unus in agro Vejentano fundus. Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti habuit, quàm Paulus, Perſeo rege devicto, Quincto Ælio Tuberoni genero ſuo quinque pondo argenti ex prædâ donaret. Val. Max. 4. 4. Hinc *Ælia ſeries* pro Æliorum familiâ. Claudianus in Laud. Serenæ, Hiſpaniam alloquens;

Dives equûm, frugum facilis, pretioſa metallis,
Principibus fœcunda piis, tibi ſecula debent
Trajanum, ſeries his fontibus Ælia fluxit,
Hinc ſenior pater, hinc juvenum diadémata fratrum.

Ælius Adrianus, Rom. Imp. Vide *Adrianus*.

Ælius Gallus, ordinis equeſtris vir, Arabiam Felicem primus ſubegit, ab Auguſto imp. miſſus Plin. 6. 38. Hujus amicitiâ uſus eſt Strabo Geographus, & cum eo Nilum navigavit, totamque ferè Ægyptum luſtravit, ac bonam etiam Africæ partem. Teſtis ipſe Strabo.

Ælius Grammaticus, cognomine duplici fuit; nam & Præconius, quòd pater ejus præconium faceret, vocabatur; & Stilo, quod orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſolebat, tanto optimatum favore, ut Metellum Numidicum comitatus ſit in exilium. Sueton. Plinius libro nono, capite triceſimo quinto teſtimonium ejus citat adverſus Feneſtellam.

Ælius Mantia, Formianus, libertini filius, ultimæ ſenectutis L. Libonem apud Cenſores accuſabat. Alii *Helvius* legunt. Hiſtoriam v. vide apud Val. Max. 6. 2.

Ælius Meliſſus, noſtrâ memoriâ fuit, (inquit Gellius 18. 6.) Romæ ſummi quidem loci inter Grammaticos, ſed majore erat in literis jactantia, & σοφιστία, quàm operâ. Is præter alia quæ ſcripſit complurima, librum edidit *de loquendi proprietate*, ubi *matronam* eam eſſe dicit, quæ ſemel peperit, quæ ſæpius *matrem-familiâs*; ſicuti ſus quæ ſemel peperit, *porcetra* dicitur, quæ ſæpius, *ſcropha*.

Ælius Pætus, vir Romanus, cui jus dicenti cum in capite picus conſediſſet, aruſpexque affirmaſſet, conſervato eo, fore domûs ipſius ſtatum feliciſſimum, Reip miſerrimum; occiſo autem in contrarium utrumque ceſſurum, è veſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necuit: decem & ſeptem militum familiam, eximiæ fortitudinis viros, Cannenſi prælio amiſit. Reſpublica v. procedente tempore ad ſummum imperii faſtigium exceſſit. Val. Max. lib. 5. cap. 6. Hunc autem aliqui non *Ælium*, ſed *Lælium* fuiſſe; & *Lælios*, non *Ælios* periiſſe volunt. *Cælius* etiam nonnullis dicitur.

Ælius Sextus Catus; hic, teſte Cicerone lib. 1. de Oratore, prudentiâ, & Juris Civilis ſcientiâ præditus hoc carmine celebratur ab Ennio;

Egregiè cordatus homo Catus Æliu' Sextus.

Cenſuram cum M. Cethego egit, in quâ in ſpectaculis ſenatum ſecrevit à populo, cum antea in promiſcuo ſpectabant. Liv. lib. 4. dec. 4. Hic, cum legati Ætolorum in conſulatu prandentem in fictilibus, adeſſent, miſſa ab his vaſa argentea non accepit, neque aliud habuit argenti ad ſupremum vitæ diem, quàm duo pocula, quæ Lucius Paulus ſocer ei ob virtutem, devicto Perſeo rege, donaſſet. Plin. 33. 11.

Ælius Tubero, L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, ſed vitâ ſeverus, & congruens cum eâ diſciplinâ quam colebat, paulo etiam durior. Itaque honoribus majorum reſpondere non potuit. Fuit autem conſtans civis & fortis, ac in primis Graccho moleſtus. Vide plura de eo apud Cicer. Orat. pro Murænâ.

Ælius, Tuberonis nepos, Liganium apud Cæſarem accuſavit, quem Cicero luculentâ oratione defendit.

Aëllo, trium ſyllabarum, gen. *Aëllûs*, nomen unius Harpyiarum, ita dicta, quaſi ἀελλὸν ἄλλο, h. e. *alienum tollens*; Nihil dici potuit abſurdius. Alii itaque malunt à turbine & procella ſic appellatam, quæ Græcis ἄελλα dicitur. Quod ſatis innuit Val. Flaccus lib. 4.

——*Harpyiæ ſemper mea pabula ſervant,*
Fallere quas nuſquam miſero locus, ilicet omnes
Deveniunt, niger intorto ceu turbine nimbus.

Ovidius Metamorph. lib. 13.

—— *Strophadumque receptos*
Portubus infidis exterruit ales Aëllo.

Fuit etiam nomen unius ex canibus Actæonis, apud eundem Ovid. M. 3.

Prævalidiſque Lacon, & curſu fortis Aëllo.

Æmilius, Vide *Æmylius*.

Æmilius, Parthenianus, de iis qui tyrannidem affectaſſent, hiſtoriam reliquit. Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio.

Æmilius, Sura, ſcripſit de annis populi Rom. Vell. Paterc. 1. 6. Vide Voſſ. H. Gr. p. 690. Paul. *Æmilius* Veronenſis, Pariſinus in Æde deiparæ Canonicus, ſcripſit Hiſtoriam de rebus geſtis Francorum; cui annos 30. impendiſſe dicitur. *Reconditam ejus eruditionem & diligentiam, & vitæ ſanctitatem, & ſummam in Hiſtoriâ fidem exoſculari* ſe dicit Eraſmus in Ciceroniano. Præclarum elogium ejus habes apud Lipſium, notis in 1 Polit. c. 9.

Æmon, vir, cujus meminit Ovid. in Ibin hoc verſu,

Nec tibi ſi quid amas felicius Æmone cedat.

Hic cum Rhodopen filiam turpiter amaret, in montem obduruit unâ cum eâ, Diis talem infamiam vindicantibus. Domit. Calderinus. Egnatius verò ex Euripide ſcribit hunc fuiſſe Creontis filium natu minorem, Menœci, qui ſe pro patriâ devovit, fratrem; cui Antigone Oedipi filia deſponſata fuerat. Illa verò patrem in exilium ſecuta, Æmon à Sphinge dilaniatus eſt. Æmon, ut alii tradunt, tanto amore dilexit Antigonem, ut ad mortuæ tumulum ſeſe interfecerit. Prop. lib. 2. eleg. 9.

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Æmon
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?
Et ſua cum miſeræ permiſcuit oſſa puellæ,
Quâ ſine Thebanam noluit ire domum.

Item viri nomen apud Statium Theb. 8.

Sterneret adverſos etiamnum Iſmenius Æmon.

Æmonides, nomen viri proprium. Virg. Æn. 10.

Nec procul Æmonides Phœbi Triviæque ſacerdos.

Ubi Servius, Hoc nomen licet poſſit eſſe patronymicum, quia in *des* exit, ut dicamus *Æmonis filius*; tamen melius eſt, ut id proprium eſſe dicamus, quia nuſquam aliud nomen ejus aut præmiſſum eſt, aut ſecutum. Ergo ſimile eſt patronymico, ut ſit *Æmonides* ſicut *Thucydides*.

Æmus, ſive *Hæmus*, rex fuit Thraciæ potentiſſimus, qui Rhodopen Strymonis flu. filiam duxit uxorem. Hi in tantam arrogantiam elati ſunt, ut Æmus ſe eſſe Jovem, Rhodope Junonem ſe eſſe prædicarent, ſeſeque tanquam Deos adorari juberent. Quâ inſolentiâ Jupiter iratus eos in montes commutavit. Ovid. Met. lib. 6.

Threiciam Rhodopen habet angulus unus & Æmum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,
Numina ſummorum ſibi qui tribuere Deorum.

Idem Epiſt. 2.

Quà patet umbroſum Rhodope glacialis ad Æmum.

Vide *Hæmus*.

Æmylia gens, Romæ imprimis illuſtris, à Mamerco Pythagoræ Philoſophi filio dicta, cui propter unicam humanitatem, quam Græci αἰμυλίαν vocant, cognomen fuit *Æmylos*, vel *Æmylius*. Scribitur verò *Æmilius* in veteribus libris, & lapidibus. Ex hâc familiâ fuit *Paulus Æmylius*, qui in Conſulatu ſuo Perſen Macedonum regem bello vicit, captumque in triumpho duxit. Item & *Æmylius Lepidus*, quem Plin. 7. 53. refert cùm cubiculo egredi pararet, nihil mali ſentiens, offenſo ad limen pollice, repente obiiſſe. Item *Æmylius Scaurus*, homo factioſus & ſubdolus, de quo multa Salluſt. in Jugurth.

Æmylia, virgo Veſtalis ex nobiliſſimâ Æmyliorum familiâ, de quâ Val. Max. lib. 1. cap. 1. & Dionyſ. Halic. lib. 2.

Æmylia, uxor majoris Africani. Suidas.

Æmylianus, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Æmylii filius, eò quod ex Æmyliâ gente in Scipionum familiam fuerit inſertus, poſt quem & alii plerique ejuſdem familiæ viri clariſſimi, & triumphales eodem cognomine dicti fuere. Juvenal. Sat. 8.

——*Pictoſque oſtendere vultus*
Majorum, & ſtantes in curribus Æmylianos.

Fuit etiam alius, Clodii Albini collega, Item Peregrini, nec non Aquilini.

Æmylius, apud Sybarim op. Italiæ erat ſpectatæ venuſtatis adoleſcens, mirum in modum venandi ſtudioſus. Uxor autem novella cum in alterius puellæ complexus ipſum ire opinaretur, in ſaltus egreſſa delitescebat. Conquaſſatis autem arbuſculis canes occurſant, & ut feram diſcerpunt. Hæc Clitonymus lib. 2. rerum Sybariticarum; apud Plut. in Parallel. 34.

Æmylius Cenſorinus, crudeliſſimus Siciliæ tyrannus. Hic, ſi quis nova quædam tormenta, & inuſitatum cruciandi genus extruxiſſet, ſummis eum muneribus proſequebatur. Quidam igitur Aruntius, nomine Paterculus, equum ex ære fabricatum, ut in eum excruciandos homines injiceret, Æmylio donavit. Ille autem tum denique ad æquitatis cogitationem converſus, muneris authorem primum in eum intruſit, ut quam cæteris

pœnam

pœnam excogitarat, primus ipſe ſubiret, atque pateretur. Plut. in Paral. 7. 5.

Æmylius Lepidus, qui cùm adhuc puer eſſet, in aciem progreſſus, hoſtem interemit, civem ſervavit: cujus tam memorabilis operis index eſt in Capitolio ſtatua bullata, & incincta prætexta ſenatuſconſulto poſita. Val. Max. 3. 1.

Æmylius Lepidus, Triumvir fuit cum Antonio & Octavio, Africam ſortitus cum viginti legionibus, eoque imperio elatus, primas ſibi partes vendicabat, Octaviumque ſpernebat, nec auxilium contra Sextum Pompeium petentem juvit. Quapropter ab eodem & ſpoliatus exercitu, & ſupplex, conceſsâ vitâ, apud Circeios relegatus in perpetuum fuit.

Æmylius Macer, Veronenſis poëta tempore Aug. Cæſaris, Scripſit libros de avibus, ſerpentibus, & herbis. Ovid. de Triſtibus.

Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque nocet ſerpens, quæ juvet herba Macer.

Iliacus cognominatus eſt ab eodem Ovidio, quòd belli Trojani geſta ab Homero relicta deſcripſerit. lib. 2. de Ponto.

Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero,
Ne careant ſumma Troica bella manu.

Æmylius Mamercus, ter Dictator, Fidenates deficientes in poteſtatem cum oppido recepit. Cenſuræ honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & ſex menſium ſpatio finivit. Quamobrem Cenſores eum tribu moverunt, octuplicatoque cenſu ærarium fecerunt. Volater.

Æmylius Paulus, Conſul cum C. Terentio Varrone, temeritate collegæ inire pugnam cum Annibale coactus, apud Cannas cecidit, cujus cadaver inventum hoſtis honorificè tumulavit. Volat. Hujus filius *L. Æmylius Paulus*, primo Conſulatu, quem poſt tres repulſas adeptus erat, de Liguribus triumphavit. Liv. lib. 5. dec. 5.

Æmylius Porcina, de quo Cic. in Bruto: Marcus Æmylius Lepidus, qui eſt *Porcina* dictus, iiſdem temporibus fere quibus Galba, ſed paulo minor natu, & ſummus Orator eſt habitus, & fuit, ut apparet ex orationibus, ſcriptor ſanè bonus. Hoc in Oratore Latino primùm mihi videtur, & lenitas apparuiſſe illa Græcorum, & verborum comprehenſio, etiam artifex, ut ita dicam, ſtylus. Hunc ſtudiosè duo adoleſcentes ingenioſiſſimi & prope æquales C. Carbo ac Tib. Gracchus audire ſoliti ſunt. Hæc Cicero.

Æmylius Regillus, de quo Liv. lib. 7. dec. 4. L. Æmilio Regillo, qui claſſe præfectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in æde Apollinis, cum ſenatus datus eſſet, auditis rebus geſtis ejus, quantis cum claſſibus hoſtium dimicaſſet quot inde naves aut demerſiſſet, aut cepiſſet, magno conſenſu patrum Triumphus navalis eſt decretus. Triumphavit autem Cal. Febr. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt.

Æmylius Scaurus, nobilis & pauper. Nam pater ejus, quamvis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Idem primo dubitavit, honores peteret, an argentariam faceret; ſed eloquentiæ conſultus ex eâ gloriam peperit. Ædilis, juri reddendo magis, quàm muneri edendo ſtuduit. Prætor adverſus Jugurtham pugnavit, ejus tandem pecunia victus. Conſul legem de ſumptibus & libertinorum ſuffragiis tulit. Plinius de viris illuſtribus. Cic. pro Fonteio; Ecquem, inquit, hominem vidimus, ecquem verè commemorare poſſumus parem conſilio, gravitate, conſtantiâ, cæteriſque virtutibus, honoris, ingenii, rerum geſtarum ornamentis M. Æmylio Scauro fuiſſe? Tamen hujus, cujus injurati nutu prope terrarum orbis regebatur, jurati teſtimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmium creditum eſt. Hujus filius *M. Æmylius Scaurus*, Syllæ privignus fuit. In Ædilitate ſuâ fecit Theatrum, opus maximè omnium, quæ unquam fuere humanâ manu facta; non temporariâ morâ, verum etiam æternitatis deſtinatione. Plin. 36. 15.

Æmylius, adjectivè aliquando ſumitur. Horat. ad Piſones.

Æmylium circa ludum faber imus & ungues
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos.

Propert. lib. 3. Eleg. 3. de Ennio poëta.

Et cecinit Curios fratres & Horatia pila,
Regiaque Æmylia vecta tropæa rate.

Æneas, Anchiſæ & Veneris filius, princeps Trojanus, poſt longos errores in Italiam pervenit ad Evandrum ac Tyrrhenos, apud quos regnavit Tarchon junior an. 20. Primus fuit Latinorum rex, regnavitque poſt ſoceri Latini mortem annis 3. Turnum vicit, ejuſque ſponſam Laviniam accepit conjugem. Eutrop. Fingunt autem hunc fuiſſe Veneris filium juxta Simoentem natum. Virgilius Ulyſſi Homerico per omnia ſimilem facit, virum fortem & bellicoſum, qui per varios & maris & terræ errores in Latium venerit. Convenit inter omnes fere authores, Trojam ab eo & Antenore proditam fuiſſe, quapropter ubique illam culpam diluit, ut Romanorum gloriæ, qui ab eo traxerunt originem, [illegible] Trojâ dirutâ, patrem Anchiſen ſenio confectum hun[illegible]poſitum ab hoſtibus liberavit. Sen. de Ben. 3. Vicit A[illegible] patrem, ipſe in ejus infantia leve tutumque geſtamen, gr[illegible]em ſenio, per media hoſtium agmina & per cadentis circa ſe urbis ruinas ferens, cum complexus ſacra ac penates Deos religioſus ſenex non ſimplici vadentem ſarcinâ premeret: tulit illum per ignes, & quid non pietas potuit? pertulit, colendumque; inter conditores Romani Imperii poſuit. Unde verſus in Neronem.

Quis negat Æneæ magni de ſtirpe Neronem?
Subſtulit hic Matrem, ſuſtulit ille Patrem.

Fingunt Poëtæ flammas ei locum dediſſe patrem de mediis hoſtibus exportanti. Ovid. Faſt. 4.

An magis hunc morem pietas Æneia fecit,
Innocuum victo cum dedit ignis iter.

Idem in Ponticis:

Cum foret Æneæ cervix ſuppoſita parenti
Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.

Prop. lib. 4. Eleg. 1.

Cum pater in nati tremulus cervice pependit
Et verita eſt humeros urere flamma pios.

Statius Sylv. 3.

Felix cui magnâ patrem cervice vehenti
Sacra Myceneæ patuit reverentia flammæ.

Dum autem Aſcanium filium ſuum & Penates ſecum defert, Creüſam uxorem in itinere amiſit; Anchiſen in Sicilia apud Drepanum mortuum reliquit. Africam nunquam vidiſſe, nedum Didonem multi teſtantur; quapropter totum 4. Æneidos librum confictum omnes confirmant. Alii dicunt Æneam captivum una cum Andromache datum fuiſſe Neoptolemo Achillis filio, ac in Theſſaliam deportatum; ut ſcriptum eſt à Leſche poëta Græco qui *Parvam Iliaden* compoſuit, cujus verſus refert Natalis Comes lib. 4. cap. 13.

Αὐτὰρ Ἀχιλλῆϊ μεγαθύμῳ φαίδιμος υἱὸς
Ἐκτορέῃ ἄλοχον κρατερῷ κοίλας ἐπὶ νῆας
Παῖδα θ' ἑλὼν ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης,
Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου, ἦ δ' ἱπόντα
Ἑλλάδι πορφύρεός θ' ἁλὶ θ' ὑγρῷ μοῖρα κραταιή.
Ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην ὑπὸ ζωστῆρα τιθεῖσαν
Ἕκτορος, ἣν ῥ' ὄι αὐτῷ ἀειδέες Παναχαιῶν,
Δῶκεν ἑλεῖν, ἐπίηγον ἀμεμφόμενοι γλαφυρῆσι,
Αὐτὸν τ' Ἀγχίσιο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο
Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν
Ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεν γέρας ἐξοχον ἄλλων.

Æneas Sylvius, quartus Latinorum rex, regn. an. 31. Alius ejuſdem nominis qui Anno Dom. 1458. factus eſt Pontifex Romanus, ac dictus Pius 2. Scripſit longè plurima, quæ recenſet Platina in ejus vitâ. Vide Voſſium de Hiſt. Lat. 3. 7.

Æneas Tacticus, floruit temporibus Ariſtotelis, cujus è στρατηγικοῖς, ſive Commentario de arte Imperatoria ſupereſt τακτικὸν, καὶ πολιορκητικὸν, *Tacticus*, & *Obſidionalis liber*. In quo non tam obſidentibus, quam obſeſſis dat præcepta. Suidas perperam vocat *De Stratagematis*. Vera enim Inſcriptio eſt Στρατηγικὸς, uti nuncupat Polybius lib. 10. itemque Ælianus in Tacticis. Primus divulgavit Caſaubonus pater, qui & notas adjunxit. Tacticorum verò Æneæ epitomen fecit Cineas Theſſalus, Conſiliarius Pyrrhi, Epirotarum regis, quorum meminit Cic. lib. 9. Epiſt. 25.

Æneis, liber de rebus geſtis Æneæ, ut *Achilleis*. Statius ad finem Thebaidos ipſam alloquens.

Vive precor, nec tu divinam Æneida tenta,
Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.

Ovid. Triſt. lib. 2.

Et tamen ille tuæ felix Æneidos author
Contulit in Tyrios Arma virumque toros.

Æneſidemus, illuſtris Argivorum Imperator fuit, qui cum Argis à Philocle obſideretur, nec urbem tueri poſſet, impetratâ à militibus abeundi facultate, ipſe honeſte in præſidio ſibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reverti. Liv. lib. 4. Dec. 2. Item philoſophus quidam Pyrrhonicus. Laert.

Ænicus, Athenienſis, priſcæ Comœdiæ poëta, fabulas multas conſcripſit, à Polluce & aliis memoratas.

Ænobarbus, vel potius *Aheno-barbus*, Domitius appellatus, quoniam Caſtor & Pollux, cum de victoria nunciarent Domitio, ipſéque minimè crederet narrantibus, malas, barbamque manibus promulſerunt, & ita ex fuſca in flavam converterunt; unde à barba rutila, æneique coloris *Ænobarbus* dictus, quod poſtea Domitiorum cognomen fuit.

Æolides, dictus eſt Ulyſſes ab Æolo, qui filium habuit Siſyphum, ex quo natus eſt Ulyſſes. Virg. Æn. 6.

Comes additur unà
Hortator ſcelerum Æolides.

Nam Anticleæ filius fuit, quæ ante Laertæ nuptias clam cum Siſypho

Sisypho Æoli filio concubuit, unde Ulysses natus est; Quod ei apud Ovid. Ajax etiam objicit.

——*Quid sanguine cretus*
Sisyphio, fortisque & fraude simillimus illi
Inseris Æacidis alienæ nomina gentis?

Item Misenus tubicen *Æolides* dicebatur. Virg. Æn. 6.

Misenum Æoliden, quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu:

Benè autem tubicen Æoli filius esse fingitur, quia sonus è vento creatur.

Æolus, ventorum imperator, vel potius (ut quidam putant) quæstor, Hippotæ filius fuit, ut inquit Ovid. in Epist. Leandri:

Parce precor, facilemque move moderatius auram:
Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.

Sic Apollonius lib. 4. Argonauticorum.

Αἰόλον Ἱπποτάου πῶλα κλυτόν.

Matrem Æolo fuisse Meneclam, Hylli Liparensis filiam memoriæ prodidit Euthydemus Athenienſis in libro de salsamentis. At Eudoxus Cnidius in lib. 2. de ambitu terræ, Ligyam Actoris Caryſtii filiam matrem Æoli fuisse maluit. Nec defuerunt qui Jovis filium putaverint. Scribit Diodorus lib. 5. Æolum Vulcaniis insulis imperasse (quæ ab eodem posteà Æoliæ sunt nominatæ) pium fuisse ac justum regem, & perhumanum erga hospites, ac nautas docuisse velis uti; præterea ex diligenti ignis observatione prædicere solitum qui venti futuri essent, atque inde locum datum fabulæ, ut ventorum rex fingeretur. Dionysius eum commendat ob humanitatem in hospites.

Αἰόλα Ἱπποτάδαο φιλοξείνου βασιλῆος,
Αἰόλα ὃς θυίῃσι μετ' ἀνδράσιν ἔλλαχε δῖος
Κοιρανέων ἀνέμων κλονέοντων θ' ἱσταμένων τε.

Plutarchus lib. De exilio ὁ Διοφιλέστατον, *Diis Charissimum* vocat. Horatius *ventorum patrem*. Fuisse hunc regem Thuscorum Sostratus scribit rerum Thuscanicarum lib. 2. & Plut. in Paral. Ovid. Met. 15.

Æolon ille refert Thusco regnare profundo,
Æolon Hipporadæ cohibentem carcere ventos.

Quod autem de ignis observatione dixit Diodorus, capiendum fortasse de fumo ex mente Plinii lib. 3. cap. 9. & Solini, qui scribunt, Æolum, cum regnaret in Strongyle, ex ejus insulæ fumo, quinam flaturi essent venti, in triduum prædicere solitum, indeque existimatum ventos Æolo paruisse. Tradit Isacius Æolum fuisse hominem astrologiæ peritissimum. Sic etiam Palæphatus. Ἐπειδὴ ἦν ἀστρολόγον γενόμενον Αἴολον φράσαι Ὀδυσσεῖ τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἐπιπλεῖ πᾶσι ἀνέμων γενέσεως. Strabo, lib. 1. asserit Æolum ventorum regem dictum fuisse, quia per fluxum & refluxum aquarum futuræ tempestatis, ac surgentium ventorum signa multo ante prædixerit, quæ cum ad prædictum tempus evenerint, credidit vulgus mortalium ventos esse in ejus potestate, quos posset, cum liberet, emittere. Hom. Odyss. 10.

Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων πάντων Κρονίων,
Ἧ μὲν παύσασθαι, ἠδ' ὀρνύμεν ὃν κε θέλῃσι.

Apollonius Argonaut. lib. 4.

Αἰολον, ὃς' ἀνέμοις αἰθηρογενέεσσιν ἀνάσσει.

Quintus Smyrnæus, lib. 14. ita habet.

Ἄγχα πόλει συνεχῆσιν ἀερσιμόν' ἀμφὶ πίδηκι
Κοῖλα καὶ ὑψίκρημνα. δόμοι δ' ἔγχεσι πάλον
Αἰόλα Ἱπποτάδαο. Vide quæ sequuntur.

Audiamus Latinos. Virg. Æn. 1.

——*Vasto rex Æolus antro*
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat,
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt. Celsâ sedet Æolus arce
Sceptra tenens; mollitque animos, ac temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras, cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
Sed pater Omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens, molemque & montes insuper altos
Imposuit, regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.

Ovid. Met. 11.

Neve tuam fallax animam sententia tangat,
Quòd socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
Contineat ventos, & cum volet æquora placet.
Cum semel emissi tenuerunt æquora venti,
Nil illis vetitum est, incommendataque tellus
Omnis, & omne fretum est, cœli quoque nubila vexant,
Excutiuntque feris rutilos concursibus ignes.

Val. Flac. lib. 1.

——*Hinc soliti quondam miscere polumque,*
Infelixque fretum; neque enim tunc Æolus illis
Rector erat, Libyâ cum rumperet advena Calpen
Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines
Perderet, & mediis intrarent montibus undæ.
Intonuit donec pavidis ex æthere ventis
Omnipotens, regemque dedit, quem jussa vereri
Tota cohors, in monte, chalybs, iterataque muris
Saxa domant Euros, cum jam prohibere frementum
Ora nequit, rex tunc aditus & claustra refringit
Ipse volens, placatque datâ fera murmura portâ.

Stat. Sylv. lib. 4.

Et pater Æolio qui frangit carcere ventos,
Cui varii flatus, omnisque per æquora mundi
Spiritus ac hyemes, nimbosaque nubila parent.

Claud. lib. 1. de Raptu Proserpinæ;

——*Ceu turbine rauco*
Cum grævis armatur Boreas, glacieque navali
Hispidus, & Geticâ concretus grandine pennas
Bella cupit, pelagus, silvas, camposque sonoro
Turbine rapturus: si forte adversus ahenos
Æolus objecit postes, vanescit inanis
Impetus, & fractæ redeunt in claustra procellæ.

Bochartus Græcos hanc fabellam à Phœnicibus didicisse verisimile putat, quibus עוֹל *Aol* (vel Græcè ἄελλα) est *procella, turbo, tempestas*. Hinc rex *Æolus* creditur à Phœnicibus esse rex *Aolin*, i. e. *tempestatum*.

Æpytus, Cresphontis & Meropes filius, qui in Arcadiâ apud Cypselum avum maternum fuit educatus, occiso Polyphonte, qui matrem ejus invitam duxerat, regnum paternum recuperavit, Apollodor. lib. 2. Ab hoc reges Messeniorum Αἰπυτίδαι sunt appellati, quod & Pausaniæ in Messenicis notatum. Eustathius in illud Hom. Il. 2.

Οἱ δ' ἔχον Ἀρκαδίην, ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπύ,
Αἰπύτιον σῆμά τε πύργον ——

Ἐν μέσῳ inquit, Πελοποννήσου ἡ Ἀρκαδία, πλείστων ὀρεινὴ ἀπετετμημένη, μίγιστον ἔχουσα ὄρος ἐν αὐτῇ Κυλλήνην. Ὁ δὲ Αἰπύτου τύμβος δηλοῖ μὲν καὶ τὸ Αἰπύτου πέδον. Ἀρκὰς δὲ Ἀρκάδος ὁ Αἰπυτος, ἧς ὁ τύμβος περίσημος. Vide Hesych. in Αἰπύτου.

Ærope, Atrei uxor, quæ adulterio à Thyeste Atrei fratre corrupta, duos filios peperit, quos postea Atreus fratri comedendos apposuit. Ovid. Trist. 2.

Si non Æropen frater sceleratus amasset,
Conversos Solis non legeremus equos.

Item Cephei filia à Marte compressa, quæ ex partu interiit, nihilominus tamen infans ejus supervixit, ac *Æropus* à matre dictus est. Pausan.

Æsacus, flu. Trojanus ad Idam mont. Item Priami filius ex Alyxothoe Dymantis filiâ, plus silvis quàm civitatibus delectatus. Hic, cum Hesperiam, seu Eperiem liberali formâ puellam videret, adeo ejus amore captus est, ut in silvas eam sequeretur, quæ fugiens morsu serpentis est occisa; ipse autem amoris impatiens, acrique dolore concussus, se de scopulo in mare præcipitem dedit, cujus Thetis miserta, eum in mergum transmutavit. Vide Ovid. Met. 11. ad finem.

Æschines, Athenienſis Orator, Demosthenis æmulus, cujus Orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Hic priusquam ad eloquentiam & Rempub. animum appelleret Tragicus poëta fuit. Vide ejus vitam apud Plut. in 10. Orat. & Philostr. in vitis Sophistarum. Præter hunc alii 7. claruere. Primus Philosophus, Socratis discipulus. Secundus qui artem Oratoriam conscripsit. Tertius ex Arcadiâ profectus. Quartus, Mitylenæus, quem *Flagellum oratorum* vocabant. Quintus, Neopolitanus, Philosophus Academicus, Melanthii Rhodii discipulus. Sextus, Milesius scriptor. Septimus, statuarius. Laert. lib. 2. Porro prior Æschines, cùm orationem, quâ fuerat usus adversus Demosthenem, Rhodi legisset, legit & defensionem ejusdem Demosthenis, ob quam depulsus fuerat in exilium, mirantibusque amicis, tum eos magis miraturos dixit, si ipsum orantem audivissent. Plin. 7. 30. Cum Rhodum secessisset, instituit extemporalem orationem habere, & declamare exercitationis causâ; quod tamen factum Fabius scribit circa Demetrii tempora, an vero ab eo institutum, non sibi constare.

Æschrion, Mitylenæus versificator, intra comites Alexandri M. Aristoteli familiaris, maximeque dilectus, ut tradidit Menander Alexandrinus in lib. De discipulis Aristotelis. Idem forte est cum illo, quem cum exercitu per insidias Hanno Olymp. 118. an. 2. oppressit, de quo Diodorus Sic. lib. 20. Fuit etiam *Æschrion* quidam Samius Ἰαμβοποιὸς, teste Athenæo, 8. 3. ubi, ut & 7. 12. ex ejus Iambis nonnihil citatur. Hujus forte est, Ἔφεσις, cujus lib. 7. citat Tzetzes ad Lycophronem fol. 101. Fuit quoque *Æschrion* medicus, quem laudat Galenus alicubi. Hujus omnino liber est de Agriculturâ, quem citat Plin. lib. 1. inter Authores, itemque Varro de R. R. 1. 1. Antiquissimus autem omnium est *Æschrion* ille, à quo in Samo tribus *Æschrionia* appellationem sortita est, cujus meminit Herodot. lib. 3. cap. 26.

Æschylus, duodecimus Athenienſium Judex, regn. an. 13.

Hujus

Hujus anno 2. Iphitus ludos Olympicos in Elide, ut quarto quoque anno celebrarentur magno totius Græciæ conventu, inſtituit, quod annorum ſpatium *Olympias* appellatum eſt, atque ex hoc tempore apud Græcos anni ab Olympiadibus digeri ac nominari ſolent. Prima autem Olympias incidit in annum mundi 3174. ſecundum Helvicum, circa natalem Romuli & Remi, 407 annos poſt Trojæ excidium.

Æſchylus, tragœdiographus, qui cum ſenſiſſet certo quodam die ſe ruinâ periturum, ex urbe Siciliæ, in quâ morabatur, egreſſus, loco aperto conſedit, ſuper quem Aquila volitans, teſtudinem quam pedibus gerebat, ſuper caput ejus, ſplendore illius decepta, (erat enim crinibus vacuum) tanquam ſuper petram, ut fractæ teſtudinis carne veſceretur, eliſit; quo ictu peremptus eſt. Primus, teſte Horatio, gravitate perſonarum & coloris diſtinctione uſus eſt. Sic enim ille.

Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,
Et docuit magnoque loqui nitique cothurno.

Hinc *Æſchylæus*. Prop. 2. 8.

Deſine & Æſchyleo componere verba cothurno.

Impietatis nomine condemnatus, quomodo evaſerit, docet Ælianus Var. Hiſt. 5. 19. Cæterum de variis *Æſchylis* vide ſis doctiſſimum virum Tho. Stanleium Comment. in Æſchylum in principio.

Æſculanus, & *Argentinus*, Dii quidam ſic dicti ſunt *Æris*, & *Argenti*, i. e. locupletandorum hominum poteſtatem habentes. Bud. lib. 5. de Aſſe. Item *Æſculanus*, vel *Æs*, Deus ſub cujus nomine Pecunia culta eſt Romæ. Aug. de Civ. Dei.

Æſculapius, Apollinis ex Coronide nymphâ fil. quam Ovid. dicit è Lariſsâ fuiſſe, & Phlegyæ filiam Hom. in Hymnis.

Ἰητῆρα νόσων Ἀσκλήπιον ἄρχεμ' ἀείδειν
Τὸν Ἀπόλλωνος, ὃν ἐγείνατο δῖα Κορωνὶς
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, κούρη Φλεγύου βασιλῆος.

Quæ Coronis poſtea rem habens cum Æmonio juvene, cui Iſchys nomen fuerat, ab Apolline ſagittis confoſſa eſt. Sed is poſtea facti pœnitens, ſecto ejus utero conceptum ex ſe eduxit infantem, eumque Æſculapium appellavit, tradiditque Chironi, ſub quo medicinæ ſtuduit. Ovid. Met. lib. 2.

Non tulit in cineres labi, ſua Phœbus eoſdem
Semina, ſed natum flammis uteroque parentis
Eripuit, geminique tulit Chironis in antrum.

Jamque hujus artis peritus, Dianæ precibus Hippolytum ab equis diſcerptum vitæ reſtituit, quâ re motus Jupiter fulmine eum occidit. Virgilius Æn. 7.

Tum pater Omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitæ,
Ipſe repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas.

Porro Æſculapium fulmine occiſum fuiſſe à Jove teſtantur Pindarus & Euripides apud Clem. Alex. in Protreptico, ubi etiam addit, Οὗτος μὲν ἐν κεῖ κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσύρ- δοις ἐκεῖνος. Marcus autem Tullius de Nat. Deor. lib. 3. paulo aliter hæc tradit, ubi tres Æſculapios fuiſſe refert. Primus Apollinis fil. fuit, quem Arcades colunt; qui ſpecillum inveniſſe, primuſque vulnus obligaviſſe dicitur. Secundus, ſecundi Mercurii frater; Is fulmine percuſſus dicitur humatus fuiſſe Cynoſuris. Tertius, Arſippi & Arſinoes, qui primus purgationem alvi, dentiſque evulſionem, ut ferunt, invenit, cujus in Arcadiâ non longè à Luſio flumine ſepulcrum & lacus oſtenditur. Sunt autem qui Æſculapium Meſſenium fuiſſe tradunt, ſed Epidauri manſiſſe, unde *Epidaurius* dictus. Cæterùm Romam accitus urbem ipſam gravi peſtilentiâ liberavit, in cujus honorem inſigne templum in inſula Tiberis illi conſtruxerunt, colueruntque eum in ſpecie ſerpentis. Nam Romanis in Epidaurum profectis tempore peſtilentiæ, ut Æſculapium Romam portarent, ſerpens grandis navem ingreſſus eſt, quem illi Deum Æſculapium eſſe rati, ſecum duxerunt. Ovid. Met. 15. Veteres gallum gallinaceum ei immolabant, Cyrenenſes capram. Duos habuit filios arte medicâ præſtantes, Machaonem, & Podalirium; filias verò Hygiæam, Æglen, & Panaceam. Medicinam plurimum ampliavit, ob eamque rem in Deorum numerum receptus eſt. Duo ejus filii bello Trojano Agamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus attulere. Æſculapium ait Pauſanias in Achaicis nihil aliud eſſe quàm aera, cujus filia fuit *Hygiæa*, i. e. *bona valetudo*. Eſt enim aeris temperies non homini ſolum, ſed cunctis animalibus ſaluberrima. Jure optimo igitur antiqui Apollinem Æſculapii patrem eſſe finxerunt, atque ipſum Æſculapium ſalubrem vim de ſole, animis, corporibuſque mortalium ſufficientem, i. e. ſanitatis artificem, quia ſolis calor univerſis elementis dominatur. Non defuerunt autem qui locum datum fuiſſe fabulæ de Æſculapio tradiderunt quòd mortuos ab inferis revocaret, quia nounullos, quorum conclamata ſpes eſſet, vitæ ac ſanitati reſtituerit per vim medicamentorum; unde fabulati ſunt antiqui Plutonem apud Jovem conqueſtum fuiſſe, quòd ſuum imperium mortalis medicus exinaniret: Idcirco fulmine percuſſum fuiſſe à Jove inquiunt, quod accidit paulo ante Trojana tempora. De nomine ſic Bochartus. *Æſculapius*, inquit, fortaſſis Phœniciè dictus eſt אישׁ כלבי *Is calabi*, h. e. *vir caninus*. Feſtus de Æſculapio, *Canes adhibentur ejus templo, quòd is uberibus canis ſit nutritus*. Cæterùm de Æſculapio librum ſingularem ſcripſit doctiſſimus juvenis Thomas Guidottus Med. Bac. Coll. Wadh. Oxon. quem ex variis authoribus, Græcis juxta ac Latinis, multo labore ac judicio compilavit. Eum autem *dias in luminis oras* aliquando exiturum ſpero.

Æſon, Crethæi filius, frater Peliæ regis Theſſaliæ, & pater Jaſonis, qui ab eo vocatur *Æſonides*. Eum Jaſonis rogatu, annoſitate decrepitum, ſuis veneficiis robuſtiori ætati reſtituit Medea. Ovid. Met. 6.

Æſopus, Phryx, Philoſophus, & fabulator clariſſimus, conditione autem ſervus, tempore Cræſi Lydorum regis, cui fabulas ſuas dicavit. Hujus vitam Maximus Planudes conſcripſit, quæ fabulis Æſopi vulgò præfigi ſolet. Quintilianus lib. 1. cap. 9. *Æſopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximè ſuccedunt narrare ſermone puro, & nihil ſe ſupra modum extollente, condiſcant pueri.* Idem lib. 5. cap. 11. *Illæ quoque fabulæ, quæ etiamſi ab Æſopo originem non acceperunt (nam videtur primus eorum author fuiſſe Heſiodus) nomine tamen Æſopi maximè celebrantur, ducere animos ſolent, præcipuè ruſticorum & imperitorum: qui & ſimplicius quæ ficta ſunt audiunt, & capti voluptate, facile iis quibus delectantur conſentiunt.* Aulus Gell. l. 2. c. 29: *Æſopus ille è Phrygiâ fabulator haud immeritò ſapiens exiſtimatus eſt; cùm quæ utilia monitu ſuaſuque erant, non ſeverè, non imperioſè præcepit & cenſuit, ut Philoſophis mos eſt, ſed feſtivos delectabileſque apologos commentus, res ſalubriter, ac proſpicienter animadverſas in mentes animoſque hominum, cum audiendi quâdam illecebrâ inducit.* Hinc proverb. apud Suidam *Ne Æſopum quidem triviſti*, de vehementer ſtupidis & imperitis. Vide Ariſtoph. in Avibus.

Æſopus, Libertus Demoſthenis, conſcius adulterii quod patronus admiſerat, tortus diutiſſimè perſeveravit non prodere, donec aliis coarguentibus conſciis, Demoſthenes ipſe fateretur. Macrob. Sat. 1. 11.

Æſopus, Tragœdus, amicitiâ Ciceroni conjunctus, de quo 6. Epiſt. Fam. Horat. lib. 2. Epiſtolarum.

Quæ gravis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit.

In maximas opes ex hiſtrionica pervenit, adeo ut Seſtertium centies ei patina ſteterit. Filium reliquit adeo divitem ſimul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis apponeret. Plin. 10. 51. Horat. lib. 2. Sat. 3:

Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ
Scilicet ut decies ſolidum exſorberet aceto,
Diluit inſignem baccam——

Item *Æſopus*, Anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus; Scripſit de laudibus Mithridatis, & de Helena, Suidâ teſte. Item orator clariſſimus Laertio lib. 1. Item hiſtoriographus qui Anaximenis & Philonis temporibus floruit. Plut. in Solone.

Æſopus vitam Alex. M. literis prodidit; Latine vero interpretatus eſt Jul. Valerius. Habere ſe hanc Æſopicam tranſlationem Manuſcriptam, refert Franc. Juretus, notis in Symmachi epiſt. 54. Etiam Barthius Adverſar. 2. 10. ait ſibi eſſe codicem Manuſcriptum. Sed negat ſe vel de auctore vel de interprete credere; eſſeque opus ex mendaciis prodigioſis refertum.

Æſymnus, Megarenſis quidam, qui regum tyrannidem peroſus, conſuluit Apollinem, quo potiſſimum modo Megarenſes Rempublicam feliciſſimè poſſint adminiſtrare; Cumque reſponſum eſſet, *Si cum pluribus conſultarent*: arbitratus id ad mortuos pertinere, qui virorum numerum longè ſuperant, tumulum heroibus extruxit, qui ab ipſo *Æſymnium* dictus eſt; Curiamque extruxit, quæ ambitu ſuo tumulum includebat, arbitratus ita futurum, ut ipſi etiam mortui ipſorum conſultationibus intereſſent. Item unus è principibus Græcorum ab Hectore interfectus. Il. 11.

Æternitas, Dea à veteribus culta, cujus imaginem Tempus eſſe dixerunt Hermes Triſmegiſtus, & Plato. Deſcribitur verò copioſè à Claud. in Paneg. de laudibus Stiliconis.

Æthalides, præco, Mercurii filius cui quandoque inter mortuos, quandoque inter vivos eſſe licere conceſſum eſt. Apollonius Argon. lib. 1.

Τοίους δ' ἔστ' ἐν νηὸς ἀειρῆς πρῳρίνχαι
Αἰθαλίδην κήρυκα θεὸν, τῷ πίς τι μέλεσκε
Ἀγγελίας ἢ σκῆπτρον ὑπόπτερον Ἑρμείαο
Σῳϊτέρῳο τοκῆος, ὃς οἱ μῆκιν πόρε πάντων
Ἄφθιτον. ἠδ' ἔτι νῦν περ ἀποιχομένῳ Ἀχέροντος
Διΐας ἀπερῴτατος ψυχὴν ἐπιδέρκεται Ἀΐδης.
Ἀλλ' ἤ γ' ἔμπεδον αἰὲν ἀμειρομένη μεμόρηται
Ἄλλοθ' ὑπορθονίοις ἐναείρεσθαι, ἄλλοτ' ἐς αὖγας
Ἠελίου, ζωοῖσι μετ' ἀνδράσιν. ——

Hunc à patre impetraſſe ferunt, ut & vivus & mortuus

omnium quæ gererentur memoriam haberet. Eum se fuisse gloriari solebat Pythagoras. Laert. lib. 8.

Æthicus, Cosmographus, de quo Voss. de Hist. Lat. lib. 3. Itemque de Scient. Mathem. cap. 70. Fuit alius Paphlago, cujus meminit Qu. Smyrn. lib. 6.

Æthlius, Jovis filius, Endymionis pater. Hesiod. Item historicus Samius. Athen. lib. 14. ubi tamen vulgò corruptè est Ἄρχιον pro Σαμίων; sed veram lectionem vidit Casaubonus ad eum librum cap. 19. Quæ de Junone Samiâ eum scripsisse ait Clemens in Protrept. ea sine dubio fuere ex ipso opere. Horum quoque librorum meminit Etymologus in Νίνῳ, ubi ait eum scripsisse de finibus Samiis. Æthlii quoque nomen Arnobio lib. 6. ubi vulgo legebatur *Ethedius*, restituit Theod. Canterus.

Æthon appellatus est Erisichthon, propter nimiam ingluviem. Lycophr. Hesiod. Ælian. Athenæus. Item unius ex Solis equis nomen, i. e. *Ardens*. Ovid. Met. 2.

Interea volucres Pyroeis, Eous, & Æthon,
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent.——

Item equus Pallantis. Virg. Æn. 11.

Post bellator equus positis insignibus Æthon
It lachrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Apud Hom. Æthon est equus Hectoris. Iliad. θ.

Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἰθων, Λάμπε τε ἠδὲ σύ.

Apud Claud. verò Plutonis, lib. 1. de Rapt. Pros.

Orphnæus crudele micans, Æthonque sagittâ
Ocyor, & Stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque notâ signatus Alastor.

Item *Æthon* vir quidam qui ita pedendi vitio laborabat, ut in templo Capitolino abstinere non potuerit. Sed affectus hoc supplicio, ut triduo cœnaverit domi, didiceritque comprimere nates, ne eadem pœnâ iterum afficeretur, nam alienâ mensâ victitabat. Mart. lib. 11.

Multis dum precibus Jovem salutat
Stans summos resupinus usque in ungues,
Æthon in Capitolio pepedit:
Riserunt comites, sed ipse Divûm
Offensus genitor, trinoctiali
Affecit domicænio clientem.

Æthra, Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Japeti, qui ex eâ duodecim filias, & unum filium Hyantem suscepit, qui in Libyâ à serpente occisus est, cujus mortem cum quinque fratres nimium deflerent, luctu contabuerunt, sed Jovis commiseratione inter Deas sunt translatæ, *Hyadesque* à fratris nomine dictæ. Reliquæ, eò quòd plures superstites mansissent, *Pleiades* sunt appellatæ. Item mater Thesei, Pitthei filia. Ovid. in Epist. Ariadnes.

Nec pater est Ægæus, nec tu Pittheidos Æthræ
Filius, authores saxa fretumque tui.

Hesychius. Αἴθρη, αἰθεία, αὐγὴ, ὑγρὰ, ἀὴρ καθαρός. καὶ ἡ καὶ ὄνομα κύριον τῆς Πιτθέως θυγατρός.

Ætia, τὰ Αἴτια, ita Callimachus lib. suum inscripsit, quem *de causis* & rationibus sacrorum edidit, Mart. 10. 4.

Si nonvis Mamurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire, leges Ætia Callimachi.

Quæ Propertius lib. 2.

——*Inflati somnia Callimachi*, vocat.

Ætius, Consul Rom. Valerii collega, ex agricolâ Mag. Equitum factus, à Bonifacio bello victus, deinde Hunnorum præsidio pristinæ dignitati restitutus. Item alius Consul *Studii* collega, à Valentiniano prosperitati ejus invidente, eumque pertimescente occidi jussus est. Procop. lib. 5. Alius Ariani dogmatis sectator, sophista, à quo *Ætiani*, qui & *Eunomiani*, dicuntur. Hist. Trip. 5: 13. Alius medicus Græcus, cujus libri extant, & quædam epistolæ. Vide Vossium de Philosophiâ cap. 12.

Afer, Hadriani Imp. pater. Spartianus: *Hadriano pater Ælius Hadrianus cognomen Afer fuit.* Xiphilinus: ἦν δὲ Ἀδριανὸς γένει μὲν Ἀδριανῆ Ἄφρῳ υἱός. Suidas: ἦν δὲ τὸ γένος βουλευτῆς παῖδος ἐσχηκυίας Ἄφρα, ὅπερ καὶ ὀνομάζετο. Lege quæ sequuntur. Non dubitabis è Dione totum locum esse descriptum. Cedrenus contra, non Dionem, sed Breviatorem ejus secutus male capit ejus verba, inquit enim, ἦν δὲ Ἄφρος τὸ γένος. Sed in talibus solens more suo Græcus ille fallitur. Casaub.

Afrania, Licini cujusdam uxor apud Val. Max. quæ muliebris verecundiæ oblita, fusa per se causas agebat, & importunis clamoribus judicibus obstrepebat. Hinc factum est ut mulieres perfrictæ frontis, & matronalis pudoris oblitæ; *Afraniæ* per contumeliam dicerentur.

Afranius, Poeta Comicus, teste Cic. in Bruto, homo peracutus in fabulis ac difertus, quòd in Togatis excelluit, inquit Quintilianus, utinamque non inquinasset argumenta puerorum fœdis amoribus, mores suos fassus. Horat. ad Pisones.

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.

Ausonius epigr. 70.

Quam toga facundi scenis agitavit Afrani.

Item Pompeii dux, qui Arabas juxta Amanum subegit. Plut. item Coss. Rom. Asclepiodori collega.

Africanus, Alexandri Cæsaris Consiliarius, doctissimus Juris professor, Papiniani discipulus. Lampridius. Idem in sacris literis doctus. Eutrop. lib. 6.

Africanus Julius, primus Christianorum Chronologus. Vide *Julius Africanus.*

Africus, venti nomen ab Africâ spirantis, inter Austrum & Zephyrum. Virgil. Æneid. 1.

——*Creberque procellis Africus.*

Horat. Car. lib. 1. Od. 1.

Luctantem Icariis fluctibus Africum.

Idem alibi.

Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis.

Et Epod.

——*Præservus Africus.*

Sen. Nat. Qu. 5.

Africus furibundus ac ruens ab Occidente hyberno.

Agamedes & *Trophonius* adytum Delphicum ex quinque lapidibus construxerunt, cujus meriti nomine quum ab Apolline præmium postulassent, quod ille optimum homini duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt. Cic. 1. Tusc.

Agamemnon, Atrei ex Ærope filius, ut Homerus ait, Plisthenis vero ut Hesiodus, & frater Menelai, Mycenarum & Argivorum rex, quasi ἄγαν μένων, hoc est *perseverans*, qui omnium Græcorum consensu Imperator delectus, ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi plurimos labores, & maximas Principum simultates pertulit. Ilio capto, inter alia, Cassandra Priami filia ei in sortem cessit, quæ etiam mortem ei prædixit; sed ille verbis ejus minimè fidem habens, ad uxorem Clytæmnestram, cui domi cum quibusdam liberis relicti imperii curam crediderat, reversus ab Ægistho Thyestis filio, qui omnia prius taciturè occupaverat, imò & uxorem stupraverat, simulatâ amicitiâ, & Clytæmnestræ consensu, in littore, seu ut aliis placet, in convivio, quod ingens ei uxor paraverat, interfectus est, postquam an. 18. regnasset. Quod facinus Orestes Agamemnonis & Clytæmnestræ filius ægrè ferens, Ægisthum & matrem in vindictam patris occidit. Quæ omnia elegantissimè prosecutus est Sophocles in *Electrâ*, Euripides in *Oreste*, & Seneca in *Agamemnone*. *Agamemnonis hostia*, in duros & persuasu difficiles dicitur; inde natum, quòd Agamemnonem rem divinam in Trojâ facturum bos effugerit, vixque multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos qui nolentes & coacti quidpiam, agunt. Olim in sacris spectabatur ut hostia lenis, ac volens adstaret, quòd si refracto fune præfugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri quòd Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificavit, sed admodum invitus. Zenodotus. Hinc *Agamemnonius*. Virg. Æn. 6.

Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas.

Hinc Ἀγαμεμνόνια φρέατα, *Agamemnonii putei* proverbialiter de admirandis operibus dicebantur: Aiunt enim illum & circa Aulidem, & passim in Græciâ puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Author Zenodotus. Item *Agamemnonii fontes*, fontes quidam tepidi Ioniæ apud Smyrnam urb. ab eâ 5. m. p. distantes. Philostratus. Hesychius in Ἀγαμεμνόνια φρέατα· Ἰσχύουν, inquit, ἀεὶ τὰ Ἀγαμέμνονα ἐπὶ τῆς Αὐλίδα, καὶ πολλαχοῦ τῆς ἑλλάδος φρέατα ἐφ' ὕδωρ· Δῆμος ἐν τῇ δυοδεκάτῃ τῆς Ἀτθίδος. Ubi forte, Σῆμος legendum. Laudatur enim passim *Semus Delius*, qui Δηλιακὰ scripsit. Quia vero Jovem antiqui ætherem censebant esse, ideo Metrodorus Agamemnonem allegoricè ætherem dixit. Idem Hesychius, Ἀγαμέμνονα· αἰθέρα Μητρόδωρος ὕπνον ἀλληγορικῶς. Meurs. in Miscell. Lacon. l. 1. c. 4.

Agapenor, prætectus classis Agamemnonis. Hom. Il. 2. Item Ancæi filius Lycurgi nepos, qui capto Ilio in Cyprum tempestate delatus est, ubi Paphum urbem condidit, & fanum in urbe opulentissimum. Paus. in Arcad.

Agapetus, Synadorum urbis Phrygiæ Pacatianæ episcopus, sectæ Macedonianæ, ad Orthodoxam fidem postea conversus. Socrates l. 7. c. 3.

Agapetus, apud Prænestе puer 13. annorum, sub Aureliano Principe martyrium passus est.

Agapetus, Hujus nominis *primus* Joanni 2. in Pontificatu succedit, & cum eruditorum virorum copia non esset, de publicis scholis consilium proponit, sed non auditur, quum bellum ingrueret; Hactenus enim tantum privatæ scholæ fuerant. Item alius, hujus nominis *secundus*, An. Dom. 446. successit Martino Papæ, & sedit an. 9. mens. 7.

Agapii,

Agapis, Alexandrinus Philoſophus, in eloquentiæ ſtudiis educatus, in medicinam commentarios edidit; Byzantii ludum aperuit, magnâ doctrinæ famâ, ingeniique ſolertiâ. Alius, Philoſophus Athenienſis, poſt Proclum Marini Neopolitani diſcipulus. Suidas. Tertius, Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus.

Agar, virgo Ægyptiaca, Abrahæ ancilla, ex quâ Iſmaelem habuit, permittente Sarâ uxore. *Advenam* ſignificat, teſte Comeſtore.

Agatharchides, hiſtoricus Samius, in ſecundo rerum Perſicarum laudatur Plutarcho in Paral. Minor. cap. 2. Eundem Plutarchus junior citat ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς lib. de Fluminibus. Et alibi in quarto περὶ λίθων. Fortaſſe idem eſt, ac Cnidius, de quo vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 20.

Agatharchus, nomen viri, qui ſtadium vicit Olympiade 61. imperante Athenis Heraclio. Dionyſ. Halicar. lib. 4. Item claſſis Syracuſanæ præfectus. Thucyd. lib. 3. Item pictor, qui cum apud Zeuxim mira celeritate ſe animalia depingere gloriaretur; Ego vero inquit Zeuxis, longo tempore. Nam in opere faciundo promptitudo ac celeritas haud poteſt ſtabilem gravitatem, & exquiſitam pulchritudinem rebus adjungere. Plut.

Agathemerus Orthon, in lucem edidit Hypotypoſes Geographicas, quas inter alios hujus argumenti ſcriptores, juris publici facturum Iſaacum filium promittit Voſſius de Philologiâ cap. 11. *Agathemeres* Orthonis filius prodiit poſtea curâ & interpretatione Samuelis Tennulii, Amſtelodami, A. D. 1671.

Agathias, ſive ut ſe in Epigrammatis vocat, *Agathius*, hiſtoricus græcus, natus Myrinæ, quæ in Aſiâ veterum Æolenſium colonia fuit, ad oſtia Pythici fluvii ſita, ut ipſe in Præfatione ait, ubi & ſe patre Memnonio propagatum aſſerit, ac juri & legibus operam dediſſe, unde & *Scholaſticus* vocabatur, qui alio nomine *advocatus* dicitur. Erant enim *Scholæ* collegia Juriſperitorum. Fuit autem Advocatus Smyrnæ, teſtante Suidâ, qui eum γελαστὸν Σμυρναῖον vocat. Præter epigrammata multa quæ in Anthologiâ habemus, condidit libros 5. De imperio & rebus geſtis Juſtiniani; nec tamen omnia de eo refert, ſed inde, ut ipſe ait, cœpit ubi deſiit Procopius. Etiam Δαφνιακὰ, atque alia, partim prosâ partim carmine exaravit, ut Suidas teſtatur; imo meminit ipſe in Præfatione hiſtoriæ ſuæ, ubi ſe à puero ait admodum carmine fuiſſe delectatum, ac panxiſſe hexametro verſu poematia quædam amoribus, & iſtiuſmodi illecebris variegata, eaque *Daphniaca* appellari. Dictione utitur tersâ & floridâ. Gentilem fuiſſe præter alia oſtendit illud φασὶν, quo lib. 3. utitur, cum ſermo ſit de Martyrio B. Stephani.

Agatho, Philoſophus Pythagoricus, frequens antithetis, adhibitus quondam convivio Archelao rege, cujus erat familiariſſimus, interrogatuſque ab eo, cum jam eſſet annorum 80. ſi robur adhuc ullum ſervaret? Sane, inquit, Non ſolum Ver, ſed Auctumnus ſolet bona & proſperitatem adferre. Ælian. Var. Hiſt. lib. 13. cap. 4.

Agatho, Athenienſis, vir monſtroſæ fortitudinis, & magnitudinis, tempore Adriani Principis, & Herodis Attici, de quo vide Philoſtratum in Attico. Aliis *Agathion*.

Agatho, tubicen, cantilenarum ſuavitate mirum in modum amores deliniens, cujus mores muſicæ non diſſimiles fuiſſe perhibentur. Laboravit enim infamiâ mollitiei. Hinc factum eſt Proverb. *Agathonia cantio*, quod rectè dicetur de oratione blandâ magis quam frugiferâ. Primus chori Tragici cantum inſtituit. Ariſt. in Poetic.

Agathocles, Babylonius, ſive Cyzicenus, utroque enim modo ab Athenæo appellatur, lib. 9. & 12. Cyzicenorum res ſcripſit. Fuit præterea alius, Chius; rei Ruſticæ ſcriptor, de quo Varro & Columella. Eſt & *Agathocles* Atracius, qui de piſcibus, ſolutâ oratione ſcripſit. Item *Agathocles* Samius, qui de Peſſimuntiorum republicâ, & *Agathocles* Mileſius, qui de Fluminibus ſcripſit.

Agathocles, Siciliæ tyrannus, ad regni majeſtatem ex humili & ſordido genere pervenit. Quippe patre figulo natus, non honeſtiorem pueritiam, quàm principia originis habuit. Siquidem formâ, & corporis pulchritudine egregius, diu vitam ſtupri patientiâ exegit. Annos deinde pubertatis egreſſus, libidinem à viris in fœminas tranſtulit. Poſt hæc apud utrumque ſexum famoſus vitam latrocinio mutavit. Tandem cum Syracuſas conceſſiſſet, gregariam militiam ſortitus, in omne facinus promptiſſimus fuit; nam & manu ſtrenuus, & linguâ facundus fuit. Brevi itaque centurio, ac deinceps tribunus militum factus eſt; ac ad poſtremum, in locum demortui ducis Damaſconis ſuffectus eſt: cujus uxorem adulterio cognitam, poſt mortem viri in matrimonium accepit. Nec contentus quòd ex inope dives repente factus eſt, piraticam adverſus patriam exercuit. Saluti autem ei fuit, quòd ſocii capti tortique de illo negaverunt. Bis occupare imperium Syracuſarum voluit; bis in exilium actus eſt. Poſtremo duæ patriæ contra Carthaginenſes, ſæpè pugnavit. Multa de eo Juſtinus lib. 22. & Polybius lib. 15. ſub finem. Hujus exemplo ad modeſtiam omnes hortatur Auſonius elegantiſſimo epigrammate quod ſic ſe habet.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,
Et miſceret opes, pauperiemque ſimul.
Quærenti cauſam reſpondit. Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

Quamvis Agathoclem apud figulum educatum tantum, non natum Plutarchus ſcripſerit lib. De ſuâ ipſius laude.

Agathocles, Lyſimachi filius in eo bello quod cum patre geſſit adverſus Getas, Lyſimacho ſibi fugâ conſulente, captus eſt; Tandem patri redditus Lyſandram Ptolemæi Lagi & Eurydices filiam duxit uxorem, atque in Aſiam navibus tranſgreſſus, Antigoni regnum in ſuam ditionem redegit. Epheſum præterea urbem ad mare condidit, in quam Lebadios Colophonioſque, deletis eorum urbibus, migrare compulit, ut Phœnix Colophonius poeta Iambicus teſtatur, qui patriæ everſionem carmine deflevit. Tandem Lyſimachus jam ætate provectus, Arſinoen Lyſandri ſororem cepit uxorem, quæ quoniam liberis timebat, ne Lyſimacho mortuo, in Agathoclis jura venirent, de ejus nece cogitaſſe fertur. Alii Agathoclis amore captam Arſinoen prodiderunt, ac eum curaſſe occidendum, quòd ejus concubitum aſſequi nequiret. Quo occiſo Lyſandra ad Seleucum cum liberis confugit. Ad poſtremum verò Lyſimachus conſertâ cum Seleuco acie longè lateque fuſus, occubuit. Pauſ. in Att. & Strab. lib. 13.

Agathon, Samius hiſtoricus, libros edidit rerum Scythicarum. Plut. lib. de Flum. Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β. Σκυθικῶν. Idem citat ſecundum περὶ ποταμῶν, uti & facit Stobæus Serm. de morbis, & moleſtiarum in eis ſolutione. Ex Agathone hoc quædam de Buſiride hoſpites mactante, poſteaque ab Hercule interfecto refert Plut. in Paral. min. cap. 38. Item Priami filius, Hom. Iliad. 24. De Agathone Tragico Voſſ. P. Gr. pag. 39. & 50.

Agathonymus, de Perſiæ rebus egit, Plut. lib. de Flu.

Agathoſthenes, in Aſiaticis carminibus citatur à Germanico Cæſare in Aratæis, ubi ex eo narrat Cynoſuram fuiſſe Jovis nutricem, unam ex Idæis nymphis. Nec dubito quin idem opus ſignet Tzetzes Chil. 7. Hiſt. 144. ubi aliqua de mirandis hominum formis tradidiſſe teſtatur. Voſſius.

Agathus Demon Alexandrinus Mechanicus delineavit orbem univerſum ex Ptolemæi γεωγραφικοῖς. Voſſ. de Scient. Math. cap. 42.

Agathyllus, Arcas, poeta Elegiographus, à Dion. Halic. laudatur in iis quæ de adventu Æneæ in Italiam prodidit.

Agave, Cadmi & Hermiones filia, Echioni Thebano nupſit, ex quo Pentheum filium ſuſcepit, qui cùm abſtemius eſſet, ac propterea Bacchi ſacra deſpicaretur, ab ipsâ matre, reliquiſque Mænadibus, inter Bacchanalia, jam rex Thebarum, membratim diſcerptus eſt. Horat. lib. 2. Sat. 3.

Quid caput abſciſſum demens cum portat Agave
Nati infelicis, ſibi tum furioſa videtur?

Fabulam hanc curiosè tractat Ovidius lib. 3. Met. & ante illum Theocritus Idyll. 26. Vide Mythologos. Lubet hic adnotare, quomodo poetæ paſſim exemplo hoc pro ſimilitudine utantur. Lucan. lib. 1.

——Thebanam qualis Agaven
Impulit, aut ſævi contorſit tela Lycurgi
Eumenis.——————

Val. Flac. lib. 3.

Ceu pavet ad crines & triſtia Pentheos ora
Thyas, ubi impulſæ jam ſe Deus agmine matris
Abſtulit, & cæſi vaneſcunt cornua tauri.

Statius Theb. lib. 11.

—— Pentheia qualis
Mater ad inſani ſcandebat culmina montis,
Promiſſum ſævo caput allatura Lyæo.

Seneca Tragœdus.

—— ——Qualis attonita & furens
Cadmæa mater abſtulit nato caput.

Agenor, Antenoris filius, Hom. Iliad. 21.

Ὡς Ἀντήνορος υἱὸς ἀγαυὸς δῖος Ἀγήνωρ
Οὐκ ἔθελεν φεύγειν πρὶν πειρήσαιτ' Ἀχιλῆος.

Agenor, Mitylenæus, de Muſica ſcripſit, teſte Ariſtoxeno lib. 2. Muſices. Incertæ ætatis.

Agenor, Rex Phœnicum, Beli regis filius, Silius lib. 1.

——————Stat gloria gentis Agenor.

Progeniem ejus narrat Steph. in *Thaſſo*. Apollodorus lib. 3. de Agenore τεκνοῖ θυγατέρα μὲν Εὐρώπην, παῖδας δὲ Κάδμον, καὶ Φοίνικα, καὶ Κίλικα. Nonnus lib. 3. Baſſaricon.

Μαστιπόλῳ πέμπῳ ἧ παῖδε ἰσόμοιρον ἀειδμὸν
Βῶλ☉ ἐπαοσυτέρην γενεὴν ἀσεμέναατο παῖδων,
Φινέα ϗ Φοίνικα, λιποπτόλιν, οἷς ἅμα δᾶλλον
Ἀχὼς ἀμοιβαίων πολίων ἀφείσ☉ Ἀγήνωρ,
Ἀχατέ☉ βιότοιο πατὴρ ἐμὸς εἶχε πορείην
Ἐς Θήβην, μ᾽ Μέμφιν, ἐς Ἀασυείην μ᾽ Θήβην.

Agenoria, Dea à Romanis ſic dicta quòd ad *agendum* excitaret. Gloſſ. vetus. *Agerouia*, ἡ θεὸς βωλῆς ϗ χωρῶν. Jani uxor Capellæ. Item *Agerona*, induſtriæ Dea, ut *Strenua*, & *Stimula*.

Ageſander, inſignis Statuarius fuit ex Rhodo inſ. qui unà cum Polydoro & Athenodoro Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Veſpaſiani Imp. omnium artificum opera longè ſuperantem, Plin. 36. 5. Item Lacedæmoniorum legatus. Thucyd. lib. 1.

Ageſianax, in Aratum commentatus eſt. Voſſius.

Ageſias, Syracuſanus Olympionica, Soſtrati filius. Item alius, Cyrenaicus, Philoſophus Platonicus, prohibitus à Ptolemæo in ſcholis docere, aut legere, quoniam immortalitatem animæ ſuadendo, multos ad mortem compulerit, ut Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic. in Tuſc. Qu. Aliis autem *Heſius* vocatur.

Ageſidamus, Locrenſis Epizephyrius, nobilis Olympionica, in quem, pugilatu vincentem, Pindarus hymnum cecinit.

Ageſilaus, ſextus Lacedæmoniorum rex, Archidami filius poſt mortem Agidis fratris ſui rex conſtitutus, Phrygiam diripuit, quaſdam civitates cepit, Tiſſaphernis exercitum, qui ei bellum indixerat, ad Pactolum fluvium fudit. Athenienſes & Bœotios apud Coroneam urbem Peloponneſi vicit. Brevi corporis ſtaturâ fuit, & altero pede claudus, maximâ tamen virtute præditus. Regn. an. 43. Juſtin. lib. 6. Cum multi effigiem ejus vellent, nunquam eam fieri paſſus eſt.

Ageſilaus, Athenienſis, Themiſtoclis frater, ſpeculator in Xerxis exercitum miſſus, tametſi pater ejus Neocles eum utramque manum per quietem amiſiſſe vidiſſet. Is itaque inter barbaros, habitu Perſico, conſtitutus, quendam ex regis ſtipatoribus, nomine Mardonium interfecit, exiſtimaverat enim eum eſſe Xerxem. Cum igitur à circumſtantibus captus & ligatus ad regem deductus eſſet, eum ad Solis aram immolaturum offendit. In quâ dextram imponens, cum aliquandiu vim ſupplicii, ne ullo quidem emiſſo gemitu toleraſſet, tandem adjecit, Hujuſmodi Athenienſes fuiſſe univerſos. Quòd ſi fidem non haberet, lævam quoque (inquit) injiciam. Ea res autem cum Xerxi pavorem incuſſiſſet, ſervari eum imperavit. Plut. in Paral.

Ageſilaus memoriam ſui reliquit opere de rebus Italicis, ex quorum 3. Hiſtor. ſeu fabellam de Fulvio Stella, ejuſque filiâ Eponâ Plut. commemorat in Parallelis minor. cap. 29.

Ageſilaus, Plutonis cognomen, quòd ſc. *populos agat*. Eſt enim mortuorum ac inferorum Deus ab Ethnicis exiſtimatus. Callimachus Hymn. in Palladis Lavacrum.

Φοιτάσιν μεγάλῳ πίμπ☉ Ἀγοίλα.

De quo ex Methodio & Æſchylo plura Athenæus.

Aggæus, propheta, qu. *feſtivus*, vel *ſolennis*, vel *gyrans*. Huic & Zachariæ Lxx. Interp. pſalmos quoſdam adſcribunt. Unde Apollinaris.

Ξυνὸς Ζαχαείαο ϗ Ἀγγαίου πόλει ὕμν☉.

Agias res Argolicas memoriæ mandavit. Athen. lib. 3.

Agis, Lacedæmoniorum rex, cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit. Illorum provinciam igne ferroque vaſtavit. Græcas civitates libertati reſtituit. A ſuis civibus occiſus eſt in carcere, quòd juxta Lycurgi leges bona publicare vellet. Plut. Item alius, quem Lacedemonii ſuſpenderunt. Tertius, Pæonum rex, quem Philippus Alexandri M. pater in ſuam poteſtatem coëgit. Quartus, poeta Argivus, peſſimorum carminum, poſt Chærilum conditor, cœlum Alexandro aperiebat, Herculemque & Liberum patrem, & cum Polluce Caſtorem novi numini ceſſuros eſſe jactabat. Curt. lib. 8. *Agis quidam Argivus peſſimorum carminum poſt Chærilum conditor.*

Aglaonice, Hegemonis filia, aſtrologiæ perita, & eclipſes Lunæ, quando futuræ eſſent, prævidens, illamque ſe cœlo deducere jactitans; quæ ob id poſteà in magnas calamitates incidit, adeo ut in proverb. abierit, ἡ Σελήνην χατασπᾷ. *Lunam detrahit*, ut refert Apoll. lib. 4. quo utimur quoties aliquis ſuâ jactantiâ in calamitatem incidit.

Aglaope, una Sirenum, & *Aglaophena* alia. Vide *Sirenuſſæ*.

Aglaopes, Æſculapius Lacedæmoniis. Heſychius. Ἀγλαόπης ὁ Ἀσκλήπι☉. Λάκωνες.

Aglaophon, pictor nobiliſſimus, cujus meminit Plin. 35. 9. Cic. 3. de Orat. Athen. lib. 10. Æl. de Animalibus, 17. 47.

Aglaoſthenes, qui corrupte in libris nonnullis eſt *Agloſthenes*, imò & *Ædoſthenes* vocatur, hiſtoriam rerum Naxicarum conſignavit. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 318.

Aglauros, filia Erechthei regis Athenarum antiquiſſimi, à Mercurio in ſaxum mutata, de quâ Ovid. Met. 2. Heſychius. Ἄγλαυρ☉, Θυγάτηρ Κεκροπ☉ τοῦ (lege τῶδε) ἧ Ἀτθικοῖς ϗ μύθοις κατ᾽ αὐτῆς, ἣν ἧ ἱέρεια τ᾽ Ἀθηνᾶς.

Aglaus, Pſophidius, Arcadum pauperrimus, ab Apolline felicior Gyge judicatus, quòd agelli ſui limites nunquam egreſſus eſſet, parvuli ruris fructibus contentus, Plin. 7. 46. Val. Max. 7. 11.

Agnodice, virgo medicinam diſcere cupiens, abſciſâ comâ, habitu virili ſumpto, ſe Hierophilo cuidam tradidit in diſciplinam, à quo probè edocta parturientium mulierum morbis medebatur, quas ſexus ſui clam certas faciebat. Tandem à medicis dolentibus, ſe ad fœminas non amplius admiſſos, in judicium pertracta, quod dicerent hunc eſſe illarum corruptorem, coram Areopagitis tunicâ allevatâ, ſe fœminam eſſe oſtendit. Tunc Athenienſes legem emendantes, artem medicam diſcere mulieribus ingenuis permiſerunt. Hyginus.

Agnoitæ, hæretici, ab *ignorantiâ* ſic dicti, quòd noviſſimam horam Chriſto ignotam eſſe arbitrarentur. Cæl. Rhod. 1. 14.

Agnon, Niciæ filius Samio bello, quando à Pericle inſula devicta eſt, dux fuit. Bello Peloponneſiaco contra Potidæam cum validis copiis profectus, morbi vi inde, irrito incœpto, abſcedere coactus eſt. Hic Amphipolin condidit. Sed cum poſtea in bello ad Braſidam Amphipolitani defeciſſent, illi, quoniam ad urbem ipſorum victor in acie ceciderat, coloniam ceu conditori adſcripſerunt, dejectiſque Agnonis monumentis ad Braſidam honorem tranſtulerunt. Thucydides.

Agon Nemeacus, primùm ab Argivis actus poſt eum qui ſub Archemoro fuit. Olymp. 53. Nemea autem celebrabatur poſt Tlepolemia, quæ agebantur die 24 menſis Gorpiæi.

Agon Gymnicus, quem Panathenæon vocant, Athenis actus.

Agon Androgei, quem ſtatuerat Minos, præmium pueros Atticos largiens. Cæterùm Taurus (vir crudelis, & Minoi à conſiliis) in agone fortiſſimus, univerſos in contentione ſuperavit. Tandem verò factum eſt, ut à Theſeo in palæſtra vinceretur, ob quod Athenienſes pueri tributariâ pœnâ liberati ſunt. Plut.

Agon Olympius, ab Hercule inſtitutus, à quo uſque ad primam Olympiadem ſupputantur anni 430. Euſeb.

Agonales ludi Servio, quos Auguſtus Actiacis littoribus, devicto Antonio, ſtatuit, ad quod reſpexit. Virg. 3. Æn.

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Agonalia, feſta erant apud Romanos, in honorem Jani quotannis celebrari ſolita, ut eſt apud Ovid. Faſt. 1. Aut certè in honorem *Agonii* Dei, ut feſtus tradit, qui rebus agendis præeſſe putabatur. Eo die rex ſacrorum arietem immolavit, ut tradit Varro lib. 5. Nominis multiplex reperitur notio; aut enim ex ritu ſacrorum, in quibus miniſter tenens ſtrictum gladium ad jugulandum arietem, rogabat *Agon?* Quam opinionem ſequitur Ovid. his verſibus.

Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa magiſter,
Hoſtia cœlitibus, quo feriente, cadit.
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper Agatne? *rogat; nec niſi juſſus agit.*

Alii ad *Agonem* montem, in quo illa ſacra fieri ſolebant, qui poſtea Quirinalis dictus eſt, referunt. Alii à certamine Curuli dictum putant, quod hiſce feriis antiquitus ſoleret celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellabant. Hujus ſententiæ fuiſſe videtur Ovidius in his.

Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum
Nomina de ludis Græca tuliſſe diem.
Et prius antiquus dicebat Agonia *ſermo*
Veraque judicio eſt ultima cauſa meo.

Agreſphon, περὶ ὁμωνύμων, ſive de ejuſdem nominis hominibus illuſtribus ſcripſit. Suidas in *Apollonius*.

Jul. *Agricola*, ſocer Cornelii Taciti, cujus vitam Tacitus ipſe conſcripſit. Ad hunc pertinere videtur Epigramma quoddam Antiphili, uti probabiliter obſervat Brodæus lib. 1. Ἀνθολ. εἰς τ᾽ θάνατον.

Rod. *Agricola*, Lud. Viv. in lib. 2. de C. D. cap. 21. *Vix & in hac noſtrâ & patrum memoria fuit unus atque alter dignior, qui multum legeretur, multumque in manibus haberetur, quam* Rod. Agricola Phryſius. Tantum eſt in ejus operibus ingenii, artis, judicii, gravitatis, dulcedinis, eloquentiæ, eruditionis; at is pauciſſimis noſcitur, vir non minus qui ut ab omnibus cognoſceretur, dignus, quam Politianus vel Hermolaus Barbarus, quos meâ quidem ſententiâ & majeſtate, & ſuavitate dictionis, non æquat modo, ſed etiam vincit.

Agrii. Titanes ſic dicti. Heſych. Ἄγριοι θεοὶ, οἱ Τιτᾶνες. Idem Ἄγριοι λιμνάδες, τόπος ἐν Ἐρεμωνι. Fortè leg. ἐν Ἐρεμώνῃ, vel Ἀρμώνια.

Agrimeliſſa, Heſychius Ἀγριμέλισσα, Ἡγησίας ὕπως ἐκαλεῖτο. Forte leg. *Hegeſippus*, vel *Hegeſianax*.

Agriodos, ab Ovid. inter canes Actæonis numeratur, & ab *agreſti*, ſeu *feroci dente* nomen habet. Ovid. Met. 3.

Labros

Labros, & Agriodos, & acutæ vocis Hylactor.

Agrionia, feſta erant apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur. Varia autem Baccho cognomenta veteres tribuerunt; atque, ut omittam quæ nihil ad inſtitutum præſens faciunt, eorum duo ſunt, benignitatis; Μειλίχιος, i. e. *Mitis,* & Χαειδότης, quod explicat Virgilius cum *lætitiæ datorem* appellat. His adverſantur iſta crudelitatis, Ἀγριώνιος, & Ὠμηστής; eaque Plutarchus inter ſe componit in Antonio. Nam cùm Antonius vellet ſe Liberum Patrem dici, habitu quoque & comitatu Liberi veniret Athenas, Πόλις, inquit, ἦν πλέα Διόνυσου ὡσὸν ἀναγκαιμόνων, Χαειδότου, καὶ Μειλίχιου· ἦν γὰρ ἀμίλητος ἐνίοις τοιοῦτος, τοῖς δὲ πολλοῖς Ὠμηστὴς καὶ Ἀγριώνιος. *Civitas erat plena Bacchum ipſum reçlamantium, Lætitiæ datorem, & Mitem; taliſque forte nonnullis erat, pluribus autem Crudelis, & Ferus.* Idque omnino geminum eſt dicterio Romanorum, in Antonii collegam Cæſ. Auguſtum, Apollinis ornatu ſe jactantem; *Cæſarem planè eſſe Apollinem, ſed & Tortorem, quo cognomine is Deus, quàdam in parte urbis colebatur.* Suetonius, cap. 70. Baccho igitur *Agrionio* dicatum eſt feſtum *Agrioniorum.* De quibus nihil habeo quod in medium proferam, præter duos Plutarchi locos: quorum alter eſt, lib. 8. Sympoſ. qu. 1. ubi tradit apud ſuos, in Agrioniis, Bacchum, ceu fugitivum à mulieribus inveſtigari; eaſque facto quærendi fine, dicere, apud Muſas illum occultari. Οὐ φαῦλος ἦν καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις ἡ Διόνυσον αἱ γυναῖκες ὡς ἀποδιδρασκότα ζητοῦσιν, Εἶτα παύονται, καὶ λέγουσιν ὅτι φεύγει τὰς Μούσας κρυπτόμενος, καὶ κέκρυπται παρ' ἐκείναις. Μετ' ὀλίγον δὲ τῶν δείπνω τέλος ἐχόντων, αἰνίγματα, καὶ γρίφους ἀλλήλοις προβάλλουσι. *Non itaque inepte apud nos in Agrioniis mulieres Bacchum quærunt, tanquam fugitivum; deinde finem quærendi faciunt, dicuntque eum ad Muſas confugiſſe, atque apud eas latere occultatum; paulò poſt, finitâ cœnâ, ſibi invicem ænigmata & griphos proponunt.* Quâ ceremoniâ nihil aliud ſignificari puto, quàm depravatos hominum mores, animoſque ferociâ temulentos, ad rationis ſtatum Muſarum commercio revocari. Alter locus eſt in Quæſt. Græcis; ubi refert Minyæ filias furore correptas, eſum humanarum carnium appetiviſſe, Leucippamque miſsâ ſorte, filium Hippaſum præbuiſſe dilaniandum; Quæ cauſa fuit cur Minyæ poſteros ab Agrioniis ſtricto gladio Bacchi ſacerdos arceret. Καὶ γίνεται παρ' ἑνιαυτὸν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις φυγὴ, καὶ δίωξις αὐτῶν ὑπὸ τῦ ἱερέως τῦ Διονύσου ξίφος ἔχοντος. Ἔξεστι δὲ καταληφθεῖσι ἀνελεῖν, καὶ ἀνεῖλεν ἑφ' ἡμῶν Ζωΐλος ὁ ἱερεύς. *Et quotannis fugantur in Agrioniis à ſacerdote Bacchi ſtricto gladio; licetque deprehenſam interficere: Et quidem necavit ætate noſtrâ Zoilus ſacerdos.*

Agriopas, Ὀλυμπιονικῶν hiſtoriam texuit. Plin. 8. 22. Item Cynaræ illius pater, qui tegulas & metalla, forcipem, item marculum, vectem & incudem invenit. Plin. 7. 56.

Agriope, Agenoris uxor Lactantio in 2. Theb. Statii, & Hygino; quæ tamen *Telephaſſa,* ſeu *Talephaeſſa* Apollodoro & Moſcho vocatur. Fuit alia ejuſdem nominis, quam Mimnermus Orphei uxorem fuiſſe vult, quam tamen cæteri omnes Eurydicen vocant.

Agrippa, Latinum vocabulum eſt, dictum ab eo quòd ægros, i. e. difficiles partus faciat; vel dicitur ille Agrippa, qui in naſcendo prius emittit pedes. Gellius 16. 16. Nonius cap. 9. Plin. 7. 8. *In pedes procedere naſcentem contra naturam eſt, quo argumento appellavere Agrippas, ut ægrè partos.* At Claud. Salmaſius, ſummus, ac eruditiſſimus vir, & uſu & origine Græcum eſſe nomen, ἀπὸ τῦ ἀγρεῖν καὶ ἵππος, Exercitationibus Plinianis oſtendit.

Agrippa, filius Ariſtobuli magni Herodis filii, à Tiberio Cæſare conjectus in vincula, ſed à Caio liberatus, rex Judææ factus eſt, regnavitque an. 7. Poſtea Claudius Cæſar regnum ejus confirmavit, omne Herodis imperium & Lyſaniæ adjiciens, tetrarchiam quoque Philippi Bethaniam Trachonitidem, &c. Joſeph. Ant. 15. 4. Is Jacobum Apoſtolum gladio interfecit, & Petrum in carcerem detruſit. Act. 12. Item Herodes *Agrippa,* ſecundus Galilæorum tetrarcha, Herodis, primi Judæorum regis, filius, qui CHRISTUM illuſum remiſit ad Pilatum. *Agrippæ* Berenices mariti (de quo in Actis Apoſtolorum) meminit Juvenalis Sat. 6.

——*Deinde adamas notiſſimus, & Berenices*
In digito factus pretioſior: hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori;
Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges,
Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.

Agrippa Menenius, cognomento Lanatus, dux à Romanis electus adverſus Sabinos, de iis triumphavit. Et cùm plebs à patribus ſeceſſiſſet in Aventinum, quod tributum & militiam toleraret, nec revocari poſſet, Agrippa apud eam verba faciens, *Humani artus,* inquit, *cum ventrem otioſum viderent, ab illo diſcordarunt, & ſuum illi miniſterium negaverunt. Cum autem eo pacto & ipſi quoque deficerent, intellexerunt ventrem cibos acceptos per omnia membra dividere, & ſic cum eo in gratiam redierunt: Sic Senatus & Populus, quaſi unum corpus, diſcordiâ pereunt, concordiâ valent.* Livius.

Agrippa, Sylvius, Tiberini Sylvii filius, duodecimus Latinorum rex, ſummerſo patri in regno ſucceſſit, & cum an. 4. regnaſſet, moriens Romulum Sylvium reliquit hæredem.

Agrippa, Vipſanius. Vide *Vipſanius.*

Agrippa, Auguſti gener, navali victoriâ contra Sextum Pompeium inſignis. Virgil. Æn. 8.

Parte aliâ ventis, & Diis Agrippa ſecundis
Arduus, Hor. lib. 1. Od. 6.
Scribêris Vario fortis & hoſtium
Victor Mœonio carminis alite,
Qua rem cunque ferox navibus aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos Agrippa neque hæc dicere, &c.

Agrippina, M. Agrippæ filia, neptis Auguſti, & uxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata eſt: ubi quum ille, miſſo à Cn. Piſone veneno, interiiſſet, cineres ejus in Italiam reportavit & Juliæ familiæ monumento intulit, Piſonemque judicio perſequuta ad ſpontaneam necem adegit. Poſtremò apud Tiberium Cæſarem nullo ſuo merito in invidiam adducta, inediâ ſibi mortem conſcivit. Item Julia *Agrippina,* Germanici, & ſuperioris Agrippinæ filia fuit, quæ primùm C. Domitio Ænobarbo nuplit, cui Neronem peperit, mortuoque Domitio, novo quodam exemplo cum Claudio Cæſare patruo ſuo ſecundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio ſuo expeditam ad Imperium viam ſterneret, venenato boleto ſuſtulit. Tandem ininitis nobiliſſimorum virorum cædibus graſſata, immiſſis Neronis juſſu percuſſoribus, multis vulneribus confoſſa eſt, illud identidem clamans, *Feri ventrem, qui monſtrum tam ferum tulit.* Utriuſque vitam vide latius apud Tacitum.

Agrius, Parthaonis, Martis filii, filius; Therſitis pater; cujus nihil præter nudum nomen ad nos pervenit. Boccatius. Item frater Oenei Diomedis avi. Hom. l. Ξ.

Πορδεῖν δὲ τρεῖς πῶλοι ἀμύμονες ἀξιγένητοι,
Ὠκυτατος δ' ἐν Πλαθιῶνι, καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι,
Ἄγριος ἠδὲ Μέλας, τελέτατος δ' ἦν ἱππότα Οἰνεύς
Παῖδος ἐμεῖο πατήρ.——

Heſychius, Κατ' ἰδίαν δὲ ὄνομα κύριον Οἰνέως μὲ ἀδελφῦ, παιδὸς δὲ Θερσίτου.

Fuit & *Agrius* Ulyſſis ex Circe filius cum Latino fratre. Heſ. in Theog.

Agrætas, rerum Scythicarum ſcriptor, cujus meminit Apollonii Scholiaſtes in lib. 2. Idem in 3. rerum Libycarum citatur ab eodem in lib. 4. Meminit ejuſdem Stephanus in Ἄμπλος.

Agrolas, unà cum Hyberbio ad arcis Athenienſis radices domicilia habuerunt, omnemque ambitum murorum arcis feceruut, præter eam particulam, quam Cimon Miltiadæ filius conſtruxit, Pauſ. in Att.

Agron, primus qui inter Heraclidas Sardis regnavit. Herodot. lib. 1. Item rex Illyriorum, qui cum Ætolos ſuperbiſſimos populos bello ſuperaſſet, tantâ ſeſe præ gaudio vini copiâ obruit, ut pleuritide correptus ſubito extinctus fuerit. Polyb. Item medicus inſignis, qui accenſis in proximo ignibus, Athenienſibus magnâ vi peſtilentiæ graviter infeſtatis, ſalutarem opem tulit. Cæl. Rhod. 24. 22. Item Nini filius, quòd in agris natus eſſet, ſic dictus. Idem 23. 25.

Agyeus, Apollo ab Athenienſibus dictus, quòd ei in *viis publicis* ſuæ urbis ex reſponſo ſtatutis altaribus ſacrificarent. Ἀγυιὰς enim illi *vias* dicunt, quæ ſunt contra pomœria. Horatius.

Dauniæ defende decus Camænæ
Levis Agyeu.

Agylla, luctator Cleonæus, ſtaturâ pergrandis nec minor Hercule. Stat. Theb. 6.

——*Levat ardua contra*
Membra Cleoneæ ſtirpis jactator Agylleus
Herculea non mole minor.

Agyrtes, patrem interfeciſſe dicitur. Ovid. Met. 5.

——*Et cæſo genitore infamis Agyrtes.*

Item nomen tubicinis apud Statium in Achilleide,

——*Tecum lituo bonus adſit Agyrtes,*
Occultamque tubam tacitos apportet in uſus.

Ahala, Serviliorum cognomen. Ita enim ſcribitur in nummis non *Hala.* Cic. autem in Oratore ſignificare videtur *Aia* ſcribendum eſſe. Manutius.

Ajax, Telamonis filius ex Heſione Laomedontis filiâ, fortiſſimus Græcorum μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα, teſte Homero. Cum Hectore congreſſus eſt, à quo diſcedente gladio donatus eſt. Achille poſtea mortuo, cum Ajax ſibi donata arma tanquam legitimus hæres repeteret, quòd ea Ulyſſes ſuâ elo-

quentiâ

quentiâ à judicibus accepiſſet, præ nimia ira inſaniens per multa pecora, ac imprimis arietem ingentem occidit, credens ſe Atridas & Ulyſſem interemiſſe. Verum ad mentis ſanitatem rediens, cum ſe falſum comperiſſet, acri dolore compulſus, gladio, quem Hector ei dederat, in loco deſerto ſe transfodit; cujus cruor in hyacinthum florem, vel, ut aliis placet, in florem ſui nominis tranſmutatus fuit. Quod eleganter Ovid. expreſſit, Mutationum lib. 13. in his.

Dixit: & in pectus, tum denique vulnera paſſum,
Qua patuit ferro, letalem condidit enſem:
Nec valuere manus infixum educere telum.
Expulit ipſe cruor. Rubefactaque ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cæſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Litera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis: hæc nominis, illa quærelæ.

Flos autem qui dicitur Conſolida regàlis oſtendit has literas AI AI. Becman. Græci fabulantur totum fuiſſe invulnerabilem præterquam in cervice. Dictus eſt autem ἀπὸ τῦ αἰάζειν, h.e. *lamentari*. Soph. in Ajace Flagellifero.

Αἰ, αἰ τις ἂν πυ᾽ ὤεδ᾽ ὅδ᾽ ἐπώνυμον
Τέμων ζωιοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.

Ovid. *Ipſe ſuos gemitus filiis inſcribit & Ai Ai*
Flos habet inſcriptum, funeſtaque litera ducta eſt.

Item *Ajax* Tragœdiæ nomen, quam Æſopus non ſæpe agere ſolebat. Cic. 1. Offic. Item alia Tragœdia, quam magno impetu aggreſſus Auguſtus, non ſuccedente ſtylo, abolevit; quærentibuſque amicis, quidnam Ajax ageret? Reſp. Ajacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe. Sueton. in Auguſto.

Ajax, Oilei filius rex Locrenſium, velox pedibus, haſtæ vibrandæ peritus; captâ Trojâ, Caſſandram virginem & vatem in templo Palladis vitiavit: Quam ob cauſam domum repetens fulmine à Pallade occiſus eſt. Virg. Æn.

——*Pallaſne exurere claſſem*
Argivum, atque ipſos potuit ſubmergere ponto
Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei?
Ipſa Jovis rapidum jaculata è nubibus ignem
Diſjecitque rates, evertitque æquora ventis:
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.

Propertius 4. 1.

Victor Oilide cape nunc & dilige vatem
Quam vetat avelli veſte Minerva ſuâ.

Ovidius adverſus Ibin.

Utque ferox periit & fulmine & æquore raptor
Sic te merſuras adjuvet ignis aquas

Horatius Epod. 10.

Quietiore nec feratur æquore
Quam Graia victorum manus.
Cum Pallas uſto vertit iram ab Ilio
In impias Ajacis rates.

Sabinus in Ep. Ulyſſis.

Quicquid Oilides commiſerat, omnibus unus
Peccavit, Danais omnibus ira nocens.

Sil. Ital. lib. 14.

Qualis Oilides fulmen jaculante Minervâ
Surgentes domuit fluctus ardentibus undis.

Vides ut hic Ajax pereat fulmine transfixus, & ſcopulo, idque ope Palladis, infixus. Alii vero cenſent illum naufragium evitaſſe; in his Timæus Locrus Hiſt. lib. 2. Μετὰ δ᾽ Τρίας ἅλωσιν πολλοὶ μὲν Λοκρῶν περὶ τὰς Γηραιὰς ναυηγησάντων ἀνηρέθησαν· οἱ δὲ λοιποὶ σὺν Αἴαντι μάλις ἐς Λοκρίδα διεσώθησαν. Sed Virgilius ſuo argumento ſerviens, & Homerum ſecutus, illum naufragio obruit. Adeundus Græcus vates Odyſſ. 4. & Seneca in Agamemnone; Sed omnes diſſident. Nam Homerus interitum ejus Neptuno tantum tribuit, Virgilius tantum Palladi, Seneca utrique. Quod autem ſupra, Ajacem pedibus velocem fuiſſe ſcribit hujuſce Dictionarii compilator, Homerum habet authorem, apud quem Ajax hic non ſemel vocatur.

——Ὀϊλῆος ταχὺς υἱός.

Unde Horat. lib. 1. Od. 15. *Celerem ſequi Ajacem.* Longè minorem Ajace Telamonio fuiſſe indicat Homerus in his.

Λοκρῶν δ᾽ ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς υἱὸς
Μείων, ἢν τόπος γε· ὅσος Τελαμωνιάδης Αἴας,
Ἀλλὰ πολὺ μείων. Ὀλίζος μὲν ἔλυ, λινοθώρηξ
Ἐυχείη δ᾽ ἐνίκησε πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς.

Ubi tres poſteriores verſus Homericos eſſe cave credas; Spurii enim planè ſunt. Didymus ſeu quis alius Scholiaſtes: Ἀθηνᾶν] οἱ περὶς ἔτος εἶχον, καὶ μὴ γήσιοι τῆς Ποιήσεως. Rationem addit 1. Πρῶτον μὲν ὅτι οὐκ ἰδὼν σμικρότερος ὁ Ὀϊλήως Αἴας τῦ Τελαμῶνος. Φησὶ γὰρ ἐν ἑτέροις ὁ ποιήσας.

Αἴας δ᾽ οὐκ ἔτι Ὀϊλῆος ταχὺς υἱὸς
Ἴσατ᾽ ἀπ᾽ Αἰαντος Τελαμωνίδαο δαΐφρων
Ἀλλ᾽ ὅσ᾽ ἐν νεὶ βόες οἰνοπα πίκτιν ἄεργεν
Ἰσὸν θυμὸν ἔχοντε πεπάγετον ——

2. Ἐπειδὴ ὅτι οὐκ οἶδεν λινοῖς θώραξι χρωμένους τοὺς Ἕλληνας ὁ Ποιητής. 3. Ψεύδος ἡ κῆ τὸ, ἐγχείη δ᾽ ἐνίκησε πανέλληνας.

Aidoneus, Pluto appellatus, regnavit tempore Lycei regis Argivorum, atque Erechthei regis Athenienſium. Euſeb. Item Moloſſorum rex, qui Theſeum carceri tradidit, eò quòd filiam ſuam Proſerpinam unà cum Pirithoo rapere voluerit, non procul ab Acheronte fluvio; unde factus eſt fabulæ locus, Theſeum ad inferos deſcendiſſe, & Proſerpinam Ditis uxorem rapere voluiſſe. Plut. in Theſeo. Item fluvius circa Trojam. Pauſan.

Aides, Cedreno dicitur. Sic enim ille: Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τῦ Ἰξιόνος τῦ υἱῦ Ἰσχυλ. τῦ τῦ Μολόσσων χώρας αὐτόχθονός τε Ἄϊδης ὄνομα βεβασιλευκὼς μὲν Μγιγδόνος τῦ ἀπὸ γυναικὸς ἔχων Συγαπέρα τῦ Περσεφόνης, ἧς Πειρίθους ὁ ἀπὸ συγκλητικῶς ἐρασθεὶς κατ᾽ σύνταξιν αὐτῆς ἁρπάσαι ταύτην νυκτὸς ἐλθὼν. Τῦτο γὰρ Ἅϊδης, ὃν ἔχει κύνα μέγιστον καὶ ἄχιον Τειτάρεσιον ἐπωνυμαζόμενον ἔξω τῆς Σύρας ἔσησε, Περσεφόνης ἀγνοήσας. Τῦ δὲ Πειρίθε ὡς αὐτὸν παραγενομένε νυκτὸς, ἐφορμήσας ὁ κύων ἀνεῖλεν αὐτὸν, ἐξηγέρθη δὲ ὡς τάχιστα ἡ Κόρη διεπράξατο καὶ αὐτὴ τῷ κυνί.

Aius, Deus Romanorum, dictus ab eo quod *aiebat*. Nam olim Romæ audita vox ex ſilentio noctis clarior humanâ voce, quæ juberet magiſtratibus nunciari Gallos adventare, & ut providerent, ne Roma à Gallis caperetur. Cic. l. 2. de Divin. Livio Locutius dicitur.

Alabandus, Caris filius, à quo *Alabanda* dicta ſunt. Item Deus Alabandenſium. Cic. de N. D. lib. 3. *Alabandienſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs iſta condita, quàm quenquam nobilium Deorum, apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa, cùm quidam ei moleſtus Alabandum Deum eſſe confirmaret, Herculem negaret; Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.*

Alaricus, Græce Ἀλάριχος, Claud. de bello Getico.

Rumpe omnes Alarice moras: hoc impiger anno,
Alpibus Italiæ ruptis, penetrabis ad urbem.

Nomen id fuit duobus regibus Gothicis: quorum alter Romam deſtruxit, alter cepit quidem, ſed per fraudem occiſus eſt. An. Dom. 854. *Alaricus* Anglis dictus eſt *Alric*, Normannis *Alberic*, & ſignificat *regnum*, ſive *opes*, & *potentiam*, quod diſcitur *All rich*: nam eſt *ric* eſt *regnum*, item *dives*, *potens*, Germanis; *Ricco* Italis, *Rico* Hiſpanis, *Riche* Gallis. *Albericus* igitur ſic dicitur ut *Plutarchus*, *Crates*.

Alaſtor, Plutonis equorum unus, quorum nomina ponit Claudianus lib. 1. de Rapt. Proſ.

Orphmæus crudele micans, Æthonque ſagittâ
Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſque notâ ſignatus Alaſtor.

Item unus ſociorum Sarpedonis ad Trojam ab Ulyſſe occiſi. Ovid. Met. lib. 13.

Quid referam Lycii Sarpedonis agmina ferro
Devaſtata meo? cùm multo ſanguine fudi
Cæranon Iphitiden, & Alaſtoraque Chromiumque.

Item Nelei filius Neſtoris frater, autore Aſclepiade apud Parrhaſium.

Alaſtores, Dæmones quidam, qui calamitates, peſtes, & famem in terra diſſeminant. Vide *Telchines*. *Alaſtoras* apud Plut. *malos Genios* exponit Tho. Morus.

Sanctus Albanus, Verolamienſis, martyr in Britannia pro Chriſti nomine occiſus, poſtquam charitatis gratiâ confeſſorum perſecutoribus inſectatum (ut ait Gildas) & jam jamque comprehendendum, domo primùm, ac mutatis dein mutùo veſtibus occuluit, & ſe diſcrimini in fratris veſtimentis libentèr perſequendum dedit. Hic trans Tameſis alveum cum mille viris, ſicco ingrediens pede, ſuſpenſis utrinque undis fluvialibus, carnificem convertit, & unà ſecum pati martyrium fecit. Vide *Protomartyr Britannus*, ſeu Elegia Sacra in Converſionem & Martyrium S. *Albani*, per Jo. Harmarum Lond. 1630.

Albertus Magnus, profeſſione Auguſtinianus, genere Patavinus, in Academia Pariſienſi Encyclopædiam, ac præſertim Theologiæ ſcientiam hauſit, quam in univerſâ poſteà diſſeminavit Italiâ. Alii Germanum faciunt, in Sueviæ agro Lavingenſi, ex Regulis Bolſtadienſibus ortum, & epiſcopum Ratiſbonenſem fuiſſe, ſed ſponte reſignato epiſcopatu, ut ſtudiis vacare commodius poſſet, Coloniæ vixiſſe, ibique an. D. 1280. vitæ 80. obiiſſe. *Albertus* Germanicè ſignificat *All bright*, ut *Epiphanius*, *Phædrus*, *Eudoxus*, *Lucilius*, *Illuſtrius*, *Fulgentius*. Nam *Bert*, & *Beort*, eſt *illuſtris*, *clarus*, ut Alfricus, & Rhenanus interpretantur. Et *Bertha* Domina Germana apud Græcos dicta eſt Eudoxia, ut ait Luitprandus. Et qui olim *Ecbert*, *Sebert*, *Ethelbert*, in recentioribus ſcriptis vocantur *Ecbright*, *Sebright*, *Ethelbright*. Camdenus. Leander *Albertus* Bononienſis Ord. prædic. flor. A. D. 1516. Plurima ſcripſit; nullo verò ſibi majus conciliavit nomen quàm *Italia* ſuâ opere magnæ induſtriæ, in quo nihil æque dolendum

dolendum quam quod passus sit sibi imponi ab Annio Viterbiensi.

Albinovanus Pedo, poeta Ovidio æqualis, qui eum *sidereum* vocat Ponticorum eleg. ult. *Sidereusque Pedo*. Atque ad eundem est ejusdem elegia decima lib. prædicti. Scripsit de navigatione Germanici, quo ex opere versus viginti tres refert M. Annæus Seneca, Suasor. 1. Etiam epigrammata scripsisse colligit Vossius ex Martialis libro 2. ep. 77. At supereſt elegia ejus in mortem Drusi sanè elegantissima, & sidereo poeta digna. Elegia vero in obitum Mecænatis ei falsò tributa videtur, licet aliter sentiat Jos. Scaliger.

Albinovanus Celsus, comes & scriba Neronis, ad quem scribit Horat. Ep. lib. 1. Ep. 8.

Celsò gaudere & bene rem gerere Albinovano.

L. Albinus, plebeius Romanus, fugiens Gallos, ex rheda uxorem liberosque descendere jussit, ut Vestales, quæ cum sacris fugitabant, illuc imponeret. Livius.

A. Posthumius Albinus, Consul cum Lucullo, an. U.C. 602. Res Romanas Græco sermone scripsit. Gellius 3. 10. ubi etiam refert, ut Albinus veniam sibi imperitiæ petierit, quòd homo Romanus Græcâ oratione uteretur. M. Cato autem propterea eum festivè riserit, quòd maluerit culpam deprecari, quàm culpâ vacare. Idemque legere est apud bonorum scriptorum Lavernam Macrobium, in proœmio Saturnalium. Narrat quoque idem Plut. in Catone, sed paulò aliter, ac pro *Albino* vocat *Labienum*. Catonis judicium sequitur Suidas in Αὖλος Ποστούμιος. Albinum vero defendentem vide Vossium de Hist. Gr. Lib. 1. cap. 20. Quinimo præter historiam Græcam etiam Annales Latinos hic scriptor reliquit, teste Macrobio. Sat. 2. 16.

Albinus, Imp. Rom. dictus quòd exceptus sit utero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, cùm secundinis involuti erumpunt menstruo fluore perliti; hinc illud Juvenalis,

——*Modo primos incipientem*
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem

Cæl. Rhodiginus.

Albinus Clodius, Consul Rom. à Severo apud Lugdunum victus est, caputque ejus Romam missum. Herodian. lib. 3. Item alius, Consul, Maximi collega; Tertius, collega Præsentis; Quartus, Amantii; Quintus, Theodosii.

Albinus, vir Prætorius, qui à Romanis ad Syllam, tempore belli Socialis missus legatus, saxis ac fustibus à Syllæ militibus mactatus fuit. Plut. in Syllâ.

Lucii Albini duo inter Oratores referuntur à Cicerone, qui extare amborum orationes scribit, ex iisque, Lucium, simplicem & antiquum esse; Spurium vero doctum ex disciplinâ Stoicorum.

Albumazar, Philosophus, Medicus, & Astrologus insignis; natione Arabs, educatus tamen in Africâ. Plurima scripsit, de quo vide Gesnerum in Bibliothecâ.

Albuna, Dea, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur, putaturque esse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, unà cum Melicertâ filiâ se in mare præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinam fuisse volunt. Ifid. Gloss. *Albuna, mater Matuta*. Scribe *Albunea* ex Lactantio (qui eam unam è Sibyllis facit, lib. 1.) Virgilio, & Glossis veteribus in quibus est *Albunea*. Græcis duobus nominibus indigitatur Λάκωδία, & Βόνη; Latini vero utrumque complexi *Albuneam* dixerunt, uno verbo. Meursius.

Albutius Silus, Novariensis orator, receptus in Planci oratoris contubernium: jam vero senior, ob vitium vomicæ Româ Novariam rediit, convocataque plebe, causis propter quas mori destinasset in concione redditis, abstinuit cibo. Suetonius.

T. Albutius, vir, cujus M. Varro meminit, dicitque eum Satyras scripsisse Luciliano stylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miscentem verba notat his verbis.

Græcum te, Albuti, quam Romanum atque Sabinum,
Municipem Ponti, Titi, Anni, centurionum,
Præclarorum hominum, ac primorum signiferûmque,
Maluisti dici Græcè ergo prætor Athenis,
Id quod maluisti, te, cùm ad me accedi, saluto:
Χαῖρε, *inquam, Tite: lictores, turma omni' cohorsque*
Χαῖρε, *hinc hostis Muti Albutius, hinc inimicus.*

Albutius, vel *Albucius*, Canidiæ pater, homo insigniter avarus & sordidus: Quando ad obsonia comparanda servos suos mittebat, mortem eis minitabatur, ni pro ejus voluntate comparassent. Alii autem scribunt, cùm ille convivaretur, servis officia distribuisse, & antequàm aliquis peccasset, eos cecidisse, dicentem, vereri se, ne cum peccassent, cædere illi postea non vacaret. Horat. Sat. 2. lib. 2.

——— *Hic neque servis*
Albuci senis exemplo, dum munia didit,
Sævus erit. ———

Alcæus, poeta Lyricus, floruit Olymp. 44. an. 2. ut Euseb. in Chron. tradit. Et firmatur, tum eo, quòd Periandri temporibus vixisse dicat Herodot. lib. 5. tum inimicitiis, quas gessit cum Pittaco septem sapientum uno, qui claruit Olymp. 42. uti Diog. Laert. testatur in ejus vitâ, quem adeo amarum fuisse scribunt, ut autoritate sui carminis multos ex civitate ejecerit. Unde Horat. lib. 4. Od. 9. *Alcæi minaces Camœnas* vocat. Fuit hic magnificus, brevis, diligens, & plurimùm Homero similis, de quo Quintilianus, Cicero, & alii. Fuit alius *Alcæus*, Comœdiæ veteris scriptor, quem decem Comœdias reliquisse author est Suidas. Earum *Endymion* memoratur Polluci lib. 9. *Pasiphae* eidem lib. 10. quâ cum Aristophane Athenis certavit. Athenæo etiam citantur ejus *Palæstine*, *Nuptiæ sacræ*, *Sorores stuprum passæ*, *Ganymedes*, & *Callisto*. Item *Alcæus* Herculis avus, à quo, ut quidam volunt, *Alcides* dictus fuit Hercules. Item Omphales & Herculis filius.

Alcamenes, nonus rex Spartanorum, ex Agidarum familiâ, patri Teleclo successit, & an. 77. regnavit. Hujus tempore bellum Heloticum fuit, quibus auxilia tulerunt Argivi. Paus. in Lacon. Item *Alcamenes*, Achæorum dux. Idem in Achaicis. Quin & statuarius ejudem nominis fuit Praxitele vetustior, qui Agoracritum Parium condiscipulum in faciendâ Venere suffragio pop. Athenienſis superavit. Plin. 36. 5. Meminit ejus Lucianus in Hermotimo, itemque de Imaginibus, & opera ejus passim recenset Pausanias.

Alcander, unus è comitibus Sarpedonis, Lyciæ regis, ab Ulysse ad Trojam occisus. Ovid. Met. 13.

Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque.

Item adolescens Lacedæmonius, qui Lycurgo oculum baculo eruit, adversus quem noluit animadvertere Lycurgus, sed missis consuetis ministris, eum domum introduxit, sibique ministrare jussit. At Alcander, cùm Lycurgi manſuetudinem perspiceret, plurimo amore eum posteà prosequebatur. Plut. in Lycurgo. Item *Alcander*, qui poetane, an alius generis scriptor fuerit, non video unde colligi possit, nisi forte ex loco Clem. Alex. quem profert Vossius de Poetis Gr. pag. 85.

Alcandre, Polybii Thebani, hominis ditissimi uxor. Hom. Odyss. Δ. ver. 126.

Ἀλκάνδρη Πολύβοιο δάμαρ, ὃς ἔναι' ἐνὶ Θήβῃ
Αἰγυπτίῃς, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

Alcanor, viri proprium, cujus mem. Virg. Æn. 10.

Huic frater subit Alcanor, &c.

Alcathous, Pelopis filius qui cædis Chrysippi fratris suspectus Megara venit, occisoque leone, qui multos, & in iis Megarei regis filium Eurippum necaverat, ascitus Megareo gener in regno successit. Item *Alcathous* Trojanus Hippodamiam, Anchisæ filiam in uxorem duxit, & in pugnâ apud Trojam ab Idomeneo Cretensi occisus est. Hom. Il. N.

Alce, canis nomen apud Xenophontem, lib. de Venatione. Item una è canibus Actæonis apud Ovid. Met. 3.

Et Dromas, & Canache, Stictèque, & Tigris, & Alce.

Item nomen meretricis. A. Gellius 4. 11. Item urbs Hisp. in Celtiberiâ, quam Gracchus ad deditionem compulit. Liv. lib. 10. Dec. 4.

Alcenor, vir fuit Argivus, qui in eâ pugnâ quâ 300 Argivi cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, solus cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herod.

Alceste, vel *Alcestis*, uxor Admeti regis Thessaliæ, quo ægrotante, responsum fuit ab oraculo; quòd brevi moreretur, nisi aliquis amicorum pro eo morti se traderet. Quod cùm omnes recusarent, ipsa promptissimam se obtulit. Juvenal. Sat. 6.

——*Spectant subeuntem fata mariti*
Alcestem; & similis si permutatio detur,
Morte viri cupiant animam servare catellæ.

Ab Ovidio *Pagasæa* dicitur, à Pagasis urb. Thessaliæ, lib. 3. Μεταμορφώσεως.

Fata Pheretiadæ conjux Pagasæa redemit,
Proque viri est uxor funere lata sui.

A Claudiano *Thessala*, De laud. Serenæ.

——*Consorte redempto,*
Casta maritali succeſſit Thessala fato,
Inque suos migrare virum non abnuit annos.

Plura apud Eurip. in Alceste. Vide *Admetus*.

Alcetas, Rex Molossorum, longâ serie generationum originem suam ad Pyrrhum Achillis filium referens. Alius qui sub Alex. M. dux fuit. Utriusque meminit Suidas. Item octavus Macedonum rex, regn. an. 39. Denique *Alcetas*, historicus Græcus, scripsit de iis quæ Delphis dicata erant. Athen. lib. 13. ubi citatur ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐν Δέλφοις ἀναθημάτων.

Alcetes, Arymbæ filius Æacidâ fratre natu major, Epirotarum rex, sed impotentis iracundiæ vir, atque idcirco à patre expulsus, cùm in Epirotas quoque sævire ac furere inciperet,

noctu

noctu conspiratione factâ, unà cum liberis de medio sublatus est. Cui interfecto, Epirotæ Pyrrhum Æacidæ filium substituerunt. Pausan. in Phocicis.

Alchidas Rhodius, Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamavit, atque in eo amoris vestigium reliquit. Plin. 36. 5.

Alcibiades, Imp. Atheniensis fuit, summo loco natus, naturæque & ingenii donis excellentibus exornatus: rursus verò omni vitiorum genere deformatus; nisi quantum eum ab illis retraxit disciplina Socratis, cui se erudiendum tradidit. Vitam ejus prolixè descripsit Plutarchus Græcè; Latinè verò perquam eleganter Corn. Nepos. Hic Alcibiades in ludum quendam ingressus, cùm apud magistrum Iliada Homeri postulatam non invenisset, alapam ei impegit satis duram; atque eum imperitum esse, & simules sui pueros efficere dixit. Mortem ejus, quod attinet, de eâ sic Justinus lib. 5. *Quem* (Alcibiadem) *cùm profectum ad Artaxerxem Persarum regem comperissent, citato itinere miserunt qui eum interciperent: à quibus occupatus, cùm occidi apertè non posset, vivus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est.* Contrà verò habent Plut. & Corn. Nepos, ut jam vidit Cl. Berneggerus. Verba Cornelii in mendo cubant. *Illi cum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt, circa domum Samenam, in quâ quiescebat, eam succenderunt*, &c. Non attinet virorum doctorum super hunc locum conjecturas apponere. Lege, *circa domum Sanisenam.* Sanisene autem locus est in confinio Phrygiæ & Galatiæ.

Alcidæ, Dii apud Lacedæmonios sic nuncupati. Hesychius. Ἀλκεῖδαι, θεοί παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Alcidamas, luctator insignis. Stat. Theb. 10.

——*Tuque ô spectate palæstris*
Omnibus, & nuper Nemeæo in pulvere felix
Alcidama. Idem lib. 6.
Tandem insperatus nudâ de plebe Laconum
Prosilit Alcidamas.

Item Eleates Philosophus. Gorgiæ Leontini discipulus. Suid. Quintilianus verò inter oratores eum numerat, lib. 3. Atque extant ejus aliquot orationes in volumine orationum Rhetorum Aldino.

Alcidamus, Rhetor antiquus, inprimis nobilis, Mortis laudationem scripsit. Cic. 1. Tusc. Qu.

Alcides, Minerva cognominata est à Macedonibus. Liv. lib. 2. Dec. 5. de Perseo rege bellum adversus Romanos suscipiente. *Ipse*, inquit, *centum bostiis sacrificio regaliter Minervæ, quam vocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum, ac satellitum manu Citium profectus est.* Item Herculis cognomen, ab Ἀλκή, i. e. *robur*; vel ab *Alcæo* avo paterno, ut vult Herodotus.

Alcimede, uxor Æsonis, & Jasonis mater, teste Pherecyde. Quanquam Homeri enarrator Æsonem ex Polymelâ Jasonem genuisse scribit. Ejus meminit Val. Flaccus, Argon. lib. 1.

——*Hunc gravis Æson*
Et pariter vigil Alcimede spectantque tenentque.

Alcimedes, Poeta Tragicus, Megarensis. Suidas.

Alcimedon, cælator insignis. Virgil. Eclog. 3.

——*Pocula ponam*
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.

Alcimenes, duo fuere, Megarensis Tragicus, & Atheniensis Comicus, uterque Suidæ memoratus. Posterioris *Thesaurum*, & *Peccantes* citat Athenæus. Item *Alcimenes* inter Achæos, gloriâ, genereque vir primarius, cujus meminit Plut. in Dione. Item alius, Epirota, Demetrii comes, omnium audaciissimus, ac robustissimus. Plut. in Demetrio.

Alcimus, Siculus, Italica consignavit. Athen. lib. 10. & Fest. pomp. in *Roma.* Item orator, sui temporis facilè princeps. Laert. in Stilpone. Item Lydorum rex, pietate, ingenioque mitissimo insignis. Cæl. Rhod.

Alcimus, Judæus transfuga, & proditor, à Demetrio, seu Lysiâ summus Judæorum Pontifex constitutus, quamvis de sacerdotum genere non erat. 1 Mac. 7. 9. & 2. Mac. 14. Vide Josephum.

Alcimus Avitus, Archiep. Viennensis, circa an. D. 500. Refutationes Arianorum, Nestorianorum, Eutych. & Pelagii; item Epist. libros 9. Homilias, & poemata scripsit, ex quibus ex libelli, præcipuos Geneseos & Exodi historias explicantes, superstunt.

Alcinous, Nausithoi filius, Hom. Odyss. 7. rex Phæacum in Corcyrâ insula justissimus, dicente Orpheo in Argonaut.

Ἀλκινόου χραίσμησε δικαιότατος βασιλήων.

Virgil. Georg. 2.

Pomaque & Alcinoi silvæ.

Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus novi statim succederent. Papinius lib. 1. Sylv. 3.

Quid bifera Alcinoi referam pomaria? vosque
Qui nunquam vacui prodistis in æthera rami?

Juvenalis Sat. 5.

——*Illa jubebit*
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat.

Ovid. Amor. 1. 10.

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Propertius lib. 3.

Nec mea Phæacas æquant pomaria silvas.

Plin. 19. 4. *Antiquitas nihil prius mirata est, quàm Hesperidum hortos, ac regum Adonidis & Alcinoi.* Meminit etiam, præter vulgares alios, lucorum Alcinoi Theophilus Patriarcha Antiochenus lib. 3. ad Autolycum, ubi vulgò malè legitur *Antinoi.* Et Nazianzenus Carm. ad Vitalianum proverbialiter.

——Ἢ ὅ πρόπαζα καὶ ἄλσεϊ Ἀλκινόοιο
Τερπνοτέρη.——

Alcinoi apologus, dicitur de longis & anilibus fabulamentis; refertur à Diogeniano, & Julio Polluce lib. 6. Sumptum ex Hom. Odysseâ, ubi Ulysses in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas fabulas, & portentosa mendacia commemorat de Lotophagis, Læstrygonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum insciliâ. Hoc proverbio usus est Plato de Republica lib. 10.

Alcinous, philosophus, epitomen composuit decretorum Platonis. Eam edidit doctissimus vir Dan. Heinsius Gr. Lat. unà cum Maximo Tyrio, Lug. Bat. 1607. 8°.

Alciphron, Magnesius philosophus, Alexandri temporibus. Suidas.

Alcippe, rustica mulier, cujus sæpe meminit Theocritus. Virg. Eclog. 7.

Quid facerem? neq; ego Alcippen, nec Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Alcithoe, Thebana mulier, quæ, cùm Bacchum, ejusque orgia contemneret, cæterisque mulieribus sacra celebrantibus, cum sororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem commutata est, telæ autem in vitem & hederam.

Alcman, poeta Lyricus Olymp. 27. vixit; qui, utpote Lacedæmonius, linguâ scripsit Doricâ. Est vero diversus ab Alcmane Messenio, itidem Lyrico. Vide Vossium de Poet. Gr. pag. 13. & 15.

Alcmæon, Amphiarai vatis, & Eriphyles filius. Huic pater, ad bellum proficisci coactus, nequitiam Eriphyles in se aperuit, eique futuræ mortis suæ vindictam reliquit; qui defuncto patre, memor præcepti, ut in patrem pietatem servaret, impius in matrem factus est, eamque necavit. Huic fabulæ à cæteris additur, quum postea ob matris eædem Alcmæon furiis agitaretur, venisse ad flumen Phlegeum, à quo lustratus est, & cùm filiam ejusdem Alphesiboeam amasset, donato illi monili, quod matris Eriphyles fuerat, uxorem illam duxisse: cæterùm cùm aliquando ad Acheloum flumen post ea tempora fortè rediisset, placuissetque ipsi Callirrhoë Acheloi filia, monile, quod superiori conjugi dederat, etiam huic, nuptiarum spe, pollicitum esse. Ad quod repetendum cùm proficisceretur, à fratribus Alphesiboeæ, Themone, & Azione, occisum esse: qui tamen & ipsi ab eodem mutuis vulneribus petiti, perierunt; vel, ut Ovidius videtur sentire, à filiis Callirrhoës, quos Jupiter natos statim Deos fecerat, in ultionem patris occisi sunt. Virg. Æn. 6.

——*Mœstamque Eriphylen,*
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Propert. lib. 3. eleg. 4.

Aut Alcmæoniæ furiæ, aut jejunia Phinei.

Alcmæon, Æschyli filius, 13. Athenienſ. Archon. *Alcmæon* etiam dicitur pro *Alcman*, à quo alius est ille, qui in *Delphorum commentariis* citatur à Plutarcho in Solone.

Alcmæon, in Delphorum commentariis citatur à Plut. in Solone. Alius est ab *Alcmæone* Crotoniatâ qui primus Physica scripsit, teste Clem. Strom. lib. 1.

Alcmene, & Archaicè *Alcumena*, Electryonis & Lysidices filia, Amphitryonis uxor, cui hâc lege nupsit, ut mortem fratris sui à Telebois occisi, ulciscereturi. In quâ expeditione cùm Amphitryo versaretur, Jupiter in Alcmenam ardens, formâ militis assumptâ, quasi ab expeditione rediens, ante lucem ad eam accessit. Illa autem maritum esse suum credens cum eo concubuit, etsi antea ab Amphitryone prægnans esset; concepitque, & sic geminos peperit, Iphiclum ex Amphitryone, & Herculem ex Jove. Ovid. Met. 9.

——*Levata est*
Argolis Alcmene, potiturque puerpera voto.

Alcomenæ, civitas Ithacæ, & alia Illyriæ. Steph.

Alcon, Cretensis sagittarius, cujus filium cùm draco invasisset, tantâ arte direxit sagittam, ut ea currens in serpentis desisteret vulnere, nec transiret in filium. Servius in illud Virg. Ec. 5.

Aut Alconis habes laudis, aut jurgia Codri.

Puer vero qui servatus est ab Sagittario Alcone fuit *Phalerus* ille, qui postea unus erat Argonautarum. Val. Flac. lib. 1.

Insequeris,

Insequeris, casusque tuos expressa Phalere
Arma geris: vacua nam lapsus ab arbore parvum
Ter quater ardentem tergo circumvenit anguis
Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.

Porro de hoc Alcone Manilii verba nonnulli censent capienda lib. 5.

Quinetiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem
Infelix nati, somnumque animamque bibentem
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.
Ars erat esse patrem, vicit natura periclum
Et pariter juvenem somnoque, & morte levavit.

Sed & Sidonius Apollinaris eandem historiam his versibus eleganter, uti solet, expressit.

——*Non sic libravit in hostem*
Spicula, qui nato serpentis corpore cincto
Plus timuit, dum succurrit: dum jactibus iisdem
Interitum, vitamque daret, stabilemque teneret
Corde tremente manum, totamque excitet in artem
Spe propiore metus, dans inter membra duorum
Unius mortem.

Alcuinus, vir eruditissimus, variis & reconditis disciplinis ornatus, primus apud Parisios literarum aperuit ludum, honestisque effecit exhortationibus, ut Carolus Magnus, cujus præceptor fuerat, Parisiense extruxerit Gymnasium, multisque exornaverit privilegiis. De quo Conradus in hunc modum scripsit in Bibliothecâ. *Alcuinus, seu Albinus, monachus ac diaconus, Abbas monasterii S. Martini Turonensis, natione Anglicus, & Bedæ presbyteri quondam auditor, infinita penè scripsit volumina, author ubique pius, ubique doctus, succinctus, maturus, gravis, scientiâ plenus, & ante alios præcipuè dignus qui semper in hominum manibus teratur, quo vanitas omnium quæ sub sole geruntur, magis diluceſcat, & corda mortalium ab instabilium rerum curis ad amorem cœlestium ardentius inflammentur.*

Alcyone, vel *Alcinoe*, una ex Pleiadibus, ex Atlante, & Pleione nata, quæ placuit Neptuno: ex quo peperisse volunt Alcyonem, conjugem Ceycis regis Trachiniæ.

Alcyone, vel *Halcyone*, Neptuni filia, Ceycis uxor, quæ, cùm ad Oraculum vir ejus navigans naufragium fecisset, doloris impatiens, se submersit, ac Deorum commiseratione in avem sui nominis mutata est. Ovid. Met. 11. Theocr. Schol. Idyll. 7. Ἀλκυὼν Σωζαίπης Μαΐολι καὶ Καικίης, γυνὴ δὲ Κήυκος. Servius autem ad Georg. 1. notat nominativum esse *Alcyone* cùm de muliere dicitur: cùm de avibus, *hic* & *hæc Alcyon*, *hi* & *hæ Alcyones*. Putant debere scribi *Halcyon*; dici enim Ἀλκυόνα, ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κύειν. Vide Arist. hist. an. lib. 9. cap. 14. & lib. 5. cap. 8. Varro de L. L. lib. 6. Schol. Apollonii pag. 52. & Schol. Aristoph. in Ὄρνισι. Cæterùm Halcyones ova pariunt tranquillo mari. Plautus in Prologo Casinæ,

Tranquillum est: Alcedonia sunt circa forum.

Idem in Pseudolo:

——*Illam mihi tam tranquillam facis,*
Quam mare est olim, cum ibi Alcedo pullos educit suos.

Sil. lib. 14.

——*Strato*——*Spectabile ponto*
Cum sonat Halcyones cantu, nidosque natantes
Immota gestat sopitis fluctibus unda.

Ideóque littus plerumque amant. Pacuvius in Teucro.

Alcyonis ritu littus pervolans feror.

Virgil.

Littoraque Halcyone resonent & acanthide dumi.

Vide *Ceyx*.

Alcyone, Eveni fluvii filia, quæ & *Marpessa* dicta est, uxor Idæi, quam Apollo cùm rapuisset, non dubitavit maritus, sumpto arcu & sagittis, uxorem ab eo repetere, quod cùm frustra conatus esset, parentes filiæ casum lugentes, commutato nomine, Alcyonem eam appellarunt, quòd fatum superiori Alcyoni non dissimile sortita videretur.

Alcyone, oppidum Thessaliæ, teste Plinio, ad sinum Maliacum, ex cujus ruinis Methone oppidum extructum, ad quod Philippus, Alexandri Magni pater, altero oculo orbatus est.

Alcyoneus, Antigoni filius Laert. lib. 4. Plut. in Pyrrho. Item Gigas quidam, Porphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cujus filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitatæ, ab Amphitrite in *Alcyones* sunt mutatæ. Vide Suidam. Claud. lib. 3. de Raptu Proserp.

——*Fractane jugi compage Vesevi*
Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit?

Alexander Aphrodisiensis, Aristotelis interpres, quo nemo melius mentem Philosophi istius assequi solet, uti loquitur Vossius, alicubi De Theol. Gent. Ac proinde Bembus lib. 2. Ep. Hieron. Donato, Alexandrum Aphrodisæum, inquit, cujus de animâ libros abs te Latinè factos mihi miseras, legi magnâ cum voluptate, cùm ejus Philosophi causâ, tùm tuâ, &c.

Alexander Grammaticus, oppido Gotthico natus, De variâ historiâ sive materiâ 34 volumina reliquit, peritissimus ætatis suæ vir. De *Alexandro* Tragico Voss. P. Gr. p. 65.

Alexander, cognomento Magnus, (ob quam causam Græci ἀλεξανδρῶδες pro θαυμαστὸν, *admirabile*, dixerunt, quod ad lib. 13. Silii Heinsius observat) Philippi Macedonum regis, & Olympiadis filius, quamlibet Olympias nobiliorem ei patrem acquirere affectaverit, cùm se coitu draconis gravidam affirmaret. Ita tamen & ipse erat, ut Deo genitus videretur. Peragravit orbem, rectoribus Aristotele & Callisthene usus. Subegit Asiam, Armeniam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum; Taurum, Caucasumque montes transgressus est. Bactros domuit, Medis & Persis imperavit. Cepit Indiam, emensus omnia ad quæ Liber prius accesserat. Formâ fuit supra hominem augustâ, cervice celsâ, lætis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis partibus non sine majestate quâdam decoris. Tanto honore homines ingenio & scientiâ præstantes prosecutus est, ut Homeri scripta scrinio Darii Persarum regis includi, ac tanquam pro viatico servari jusserit. Et Pindari vatis familiæ, penatibusque pepercerit, cum Thebæ caperentur, & Aristotelis Philosophi patriam condiderit. Plin. 7. 29. Edixit autem ne quis alius ipsum, quàm Apelles, pingeret, quàm Lysippus ex ære duceret, quàm Pyrgoteles sculpserit. Plin. ibid. cap. 37. Demum vero victor omnium, inter voluptates, quas vincere non potuit, periit, morbo ex vinolentiâ contracto apud Babylonem, ut post Athenæum, & Senecam, Solinus, cap. 14. prodit; quanquam plures sint, qui veneno extinctum sentiant, cum annos 12. regnasset. Dies vero mortis ejus nos latet. Scio verba Lampridii in Severo. *Eâdem die natalem habet hic Mammææ Alexander, quâ ille Magnus excessit è vitâ.* Utinam vero diem, quam intelligit, charactere certo designasset. Nam tempus mortis Alexandri parum perspicuè veteribus indicatum, scimus quam variè doctissimi viri hodie prodant. Joannes vero Chrysostomus non obscure affirmat, diem, quo Alexander M. excesserit, certò indicari non posse. Sic enim scribit Hom. 26. in posteriorem ad Corinthios. Πῦ, εἰπέ μοι, τὸ σῆμα Ἀλεξάνδρου; δεῖξόν μοι, καὶ εἰπὲ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἐτελεύτησε; Quanquam possis dicere cum Onuphrio natum esse Alexandrum Mammeæ 4. Kal. Julii, sed tamen non nimis huic ὁμολογουμῷ fidendum. Annum vero mortis Alexandri ignorare nos non innet Josephus lib. 1. contra Apionem, his verbis, Ἀλέξανδρον δὲ πεθνάναι πάντες ὁμολογοῦσιν ἐπὶ τῆ ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. h. e. *Alexandrum vero profitentur omnes mortuum fuisse Olympiad.* 114. viz. ineunte, adeo ut Olympiades 113 elapsæ sint, & primus annus Olymp. 114. jam currebat. Vitam ejus ac res gestas luculenter scripserunt tres optimi authores, Qu. Curtius, Plut. & Arrianus;

Ὃς μοι ἰσοστασίῳ περιλαμβάνει ἔξοχα πάντων.

Photius Ep. 46. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἐδόκει πλουτεῖν ἢ ἀεργίᾳ καθ' ὧν ἐνεργήσας ἐδόκησε. Σπάνιον δ' αὖπῶ τὸ τοιοῦτο συνέπεσεν, ἀλλ' εἰ ἄπορτε συμπέσοιεν ἄν, ἔλεγε, Σῶσαι ἂν ἐβασίλευσα. Certe munificentissimus erat hic Macedo, at hoc ejus Dictum Πῦ κεῖται; non extat apud rerum ipsius Scriptores, de Tito ac Trajano commemorant, de Alexandro alibi non legi. Josephus Gorionius in eâ historiâ quam Ebraicè conscripsit in usum popularium suorum, Alexandri patrem ait neque Philippum fuisse, neque Hammonem Deum, sed Magum quendam Ægyptium, qui in specie Hammonis venerit ad Gabriam (sic enim appellat) uxorem Philippi; ex quo congressu natus sit Alexander. Ait enim Magum illum, cui nomen Nactenabor (alias Nactegibor, forte lege Nectanebus, vel Nactenabis, de quo mentio apud Plutarchum) quondam imperitasse Ægypto. Cumque ex astrorum scientiâ prævidisset, quod etiam post evenit, fore, ut Persæ potirentur Ægypto, deserto regno, clam omnibus fugisse Antiochiam: inde porro habitu, qualis esse solet procerum Babyloniæ, venisse in Macedoniam ad Philippum regem, ibique cùm in Aulâ versaretur, atque in summo honore esset, captum amore Olympiadis; cui, quod ἄτεκνος esset, non optimè conveniebat cum viro: noctu venisse ad eam in formâ Hammonis Dei, atque hinc natum Alexandrum, vulgo creditum Hammonis filium. Hujus historiæ autores citat Josephus, Strabonem Cappadocem, Nicolaum Damascenum, Titum Romanum, nec non Ægypti sapientes, quos ait conscripsisse de rebus gestis Alexandri. Drusius Miscel. cent. primâ. c. 40. Silius lib. 13.

Hic ille est tellure vagus qui victor in omni
Cursu signa tulit, cui pervia Bactra, Dacæque
Qui Gangem bibit & Pellæo ponte Niphaten
Adstrinxit, cui stant sacro sua mœnia Nilo.
Et rursum——*Libyci certissima proles Hammonis.*

Unde Sidon. Apollin. Car. 9.

Non partem Garamantici Tonantis
Regnis principibusque principantem.

Aditum ab Alex. Ammonem narrat Diod. lib. 17. ex quâ peregrinatione & errore quodam Barbari ſacerdotis errore haberi voluerit. Deus Alexander, Euſtathius pandit ſine probabilitate: Ἱστορεῖ δέ ὅτι, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀκούσας Περσέα καὶ Ἡρακλέα εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, φιλοδόξησεν αὐτὸς καὶ ὁδὸν, καίτοι ἄλλως ἰφανισμένης σημεῖα τῇ ἐπιχύσει τῆς ἄμμου. Ὅτε φασὶ καὶ ὁ τοῦ Ἄμμωνος ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν Παῖδιον, Παῖδος καλέσας βαρβαρικῶς (Græcè enim imperitus erat, teſte Q. Curtio) τὸν Ἀλέξανδρον ἔδοξεν, ὡς ἐκ γενετῆς λοξότητι, ὃ Παῖ Διὸς αὐτὸν προσειπεῖν, ὅτω δὴ ἐπιτεθῆναι κολάκων ἐπιβουλήν τὸ ἁρπαγῆναι τὰ φωνῆς. Veriora tradere ſibi viſus eſt Ptol. Hephæſtio in his: Ὅτι Ἀλεξάνδρῳ Πατὴρ ἦν ὁ Φίλιππος ἐγήγετο, ἀλλά τις τύννομα Δράκων, γένος Ἀργὰς, ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀεὶ τὰ δράκοντος μιθεύειν ῥυῆναι. Immane vero quam ludibrioſus fuit tanti nominis furore correptus. Unde mater Olympias ita cum eo jocata: *Amabo, inquit, mi fili, quieſcas, neque deferas me, neque criminere adverſus Junonem. Malum mihi prorſus illa magnum dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi eſſe confiteris.* Graviter Qu. Curt. lib. 4. *Jovis igitur filium ſe non ſolum appellari paſſus eſt, ſed etiam juſſit, rerumque geſtarum famam dum augere vult, tali appellatione corrupit.* Sen. 1. de Ben. *Alexandro Macedoni, cum victor Orientis, animos ſupra humana tolleret, Corinthii per legatos gratulati ſunt, & civitate illum ſuâ donaverunt. Cum riſiſſet Alexander hoc officii genus, unus ex legatis:* Nulli, inquit, civitatem unquam dedimus alii, quam tibi & Herculi. *Libens accepit delatum honorem, & legatos invitatione, aliâque humanitate proſecutus, cogitavit, non qui ſibi civitatem darent, ſed cui dediſſent.* Hæc Sen. In Plut. autem Megarenſes id feciſſe dicuntur. Idem lib. 2. *Urbem cuidam Alexander donabat, veſanus, & qui nihil animo non grande conciperet. Cum ille cui donabatur, ſeipſe menſus, tanti muneris invidiam refugiſſet, dicens non convenire fortunæ ſuæ: Non quæro,* inquit, quid te accipere deceat, ſed quid me dare. Animoſa vox videtur & regia, cum ſit ſtultiſſima. Nihil enim per ſe quenquam decet: refert quid, cui, quando, quare, ubi & cætera, ſine quibus facti ratio non conſtabit. Tumidiſſimum animal! ſi illum accipere hoc non decet, nec te dare. Corpus ejus melle oblitum incorruptum perduraſſe monſtrant hi Papinii verſus è Sylvis.

Duc & ad Emathios manes, ubi belliger urbis
Conditor, Hyblæo profuſus nectare durat.

Mellis autem, inquit Plin. l. 23. c. 24. *natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat.* Sanè Xenophon ἀπομνήμ. 5. Ageſipolim Lacedæmoniæ regem vita functum, & melle conditum ſcribit Spartam relatum, & Regio funere ſepultum fuiſſe. Quin & Gemiſtus Pletho Ageſilaum mortuum, inopiâ mellis cerâ circumlitum, Lacedæmonem reportatum fuiſſe tradit. Varro περὶ Σοφῆς apud Nonium: *Quare Heraclides Ponticus plus ſapit, qui præcepit, ut comburerent, quam Democritus, qui ut in melle ſervarent.* Sed hæc obiter. Illud forſan majoris momenti, modo verum ſit quod prodit Cedrenus ubi de Pontificibus Judæis poſt reditum ex Babylone agit. Ἰαδδοῦς, inquit, ἐφ' ᾧ Ἀλέξανδρος ἐν Ἱερουσαλὴμ τῷ Θεῷ προσκύνησε. Καταπλαγεὶς γὰρ ὅλῃ τῇ ξυνῃ δόξῃ τῆς ἱερωσύνης ἀπὸ τοῦ ἅρματος καταβὰς μόνος προσκυνήσε τὸ θεῖον ὄνομα καὶ τὴν ἀρχιερέα ἠσπάσατο, ὃν πάντες Ἰουδαῖοι μιᾷ φωνῇ σὺν τῷ ἀρχιερεῖ γησίως ἀντησπάσαντο· ἔτι δὲ καὶ τοὺς βασιλέων, καὶ τῶν λοιπῶν καταπλαγέντων, καὶ διαφθαρῆναι τὴν διάνοιαν Ἀλεξάνδρου ὑπειληφότων, καὶ Παρμενίωνος τοῦ στρατηγοῦ μᾶλλον θαυμάσαντος, διότι καθάπερ τῶν ἔτι ὑπηκόων ποτὲ προσκυνήσε, εἶπεν Ἀλέξανδρος· Οὐ τὴν Ἀρχιερέα προσκυνῶ ἀλλὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ τιμώμενον θεὸν, καὶ μοι τῶν βοήθειαν κατὰ τῶν ἐναντίων ὑποδεικνύοντα. Ἡνίκα γὰρ τὴν Περσῶν διενοούμην στρατείαν, καὶ ἐδίδουν τὸ μίσθος τῆς συναστείας αὐτῶν, ὤφθη μοι κατ' ὄνειρ κατὰ τὸ χῶμα τοῦτο ὁ Ἀρχιερεὺς, ὁ Θεὸς, καὶ παρρεῖν μοι παρεκελεύσατο, καὶ τὴν θεοδυμίας ἀπειλοῦς ἔχειν λόγων· Εἰς σε γὰρ καταλήξω πλὴν Περσῶν συναστείαν. Διὸ τοῦτον στασίμως ἐν τοιαύτῃ σολῇ, καὶ τὴν κατὰ τοὺς ὕπνους ὑπομηδεὶς ὄψεως, εἰκότως προσκύνησα· Ταῦτα εἰπὼν καὶ ἡ, ἀρχιερέα δεξιωσάμενος, τῶν ἱερῶν παρεπομένων, εἰς τὴν πόλιν Ἱεροσαλὴμ παρεγένε). οἱ δὲ γραμματεῖς τὴν βίβλον τὴν Δανιὴλ προσομοίσαντες τὴν προφητείαν αὐτῷ διερμήνευον, ὡς δεῖν πνατῶν Μακεδόνων τὴν Βασιλείαν Περσῶν χειρώσασθ. Ὃς ὅτι τότῳ μᾶλλον ἡδεὶς καὶ πειραρὴς γινόμενος, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀνελθὼν δύει μὲ τῷ Θεῷ καὶ τὰ ἀρχιερέως ὑφήγησιν, αὐτόν τε καὶ ἀρχιερέα καὶ πάντας τοὺ ἱερεῖς ἀξιοπρεπῶς τιμήσας, καὶ λαμπροῖς καὶ μεγίστοις ἀναθήμασι τὸν ναὸν διακοσμήσας, καὶ τὴν Περσῶν ἐκχώρησε. Hæc Cedrenus.

Alexander, Amyntæ filius legatos Megabyzi, ad Amyntam patrem ſuum miſſos, laſcivientes occidit. Juſtin. lib. 7. Decimus fuit Macedonum rex, regnavitque ann. 33.

Alexander, Ariſtobuli filius Judæam invaſit, cujus exercitum Gabinius vicit. Joſeph. Ant. 14. 11. & de bell. Jud. 1. 17.

Alexander, qui & *Epiphanes*, undecimus Syrorum rex, regn. an. 5. ſecundum Joſeph. 10. v. ſecundum Eutrop.

Alexander, Caſſandri filius Macedonum rex, regnavit cum Antipatro annis 2.

Alexander Polyhiſtor, multa philologica & hiſtorica reliquit. Floruit Olymp. 173. quâ in Ægypto iterum regnavit Ptolemæus Lathyrus, bellumque in Græciâ gerebat L. Sylla. De hoc Alexandro ita ſcribit Suidas. *Alexander Mileſius, qui & Polyhiſtor, & Cornelius cognominatur, propterea quod captus Cornelio Lentulo fuit venditus, ejuſque pædagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus. Laurenti periit, ædibus, in quibus erat, flammâ conſumptis: quod ubi uxor ejus audivit, laqueo vitam finivit. Fuit verò Grammaticus, Cratetis diſcipulus; & libros ſcripſit innumeros, & de Româ libros quinque, in quibus ait Hebræam fuiſſe mulierem, Moſo nomine, cujus ſcriptum ſit lex Hebræorum.* Hæc Suidas. Sed quod Alexandrum facit Mileſium, in eo repugnat Stephanus, ubi eum natum dicit Cotyaëi, civitate Phrygiæ ejus quæ Ἐπίκλητος, vel Helleſpontia, vel etiam minor appellatur. Atque hinc Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὺς vocatur Etymologo in Δίδυμα & Πειρίνθιος. Eidem Stephano dicitur fuiſſe filius Aſclepiadæ, ac ſcripſiſſe περὶ πολυδαιπήτου λης τεσσαρακοντα δύο λόγους. Nam ne hunc Aſclepiadæ filium alium à Polyhiſtore putem, facit, quod ibidem vocatur γραμματικὸς πολυμαθέστατος. Multa quoque idem adducit paſſim, quæ ſcripſit; ſed quædam eorum pertinuiſſe ad illos omnigenæ hiſtoriæ libros, plane cenſeo. Nominat vero Φρυγιακὰ, ſive περὶ Φρυγίας, cujus operis etiam meminit Plutarchus de Flum. Item περὶ Βιθυνίας de quâ ab eo fuiſſe ſcriptum, etiam auctor eſt nobis Etymologus in Κύβελον. Item Ægyptiaca, Carica, Lyciaca, Libyæ periplum; de Aſiâ, Paphlagoniâ, Syriâ, Cypro, Ponto Euxino, Europâ. Item περὶ τῆς παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. Primum Κρητικῶν advocat Apollonii Schol. in lib. 4. Athenæus quoque lib. 11. citat eum ἐν τρίτῳ. Plutarchus, penè initio libri de Muſicâ, exaraſſe librum ait, quo Phrygios Muſicos collegit. Ad hæc in Διαδοχαῖς citatur à Laërtio in vitâ Pherecydis & Socratis, quo opere docuiſſe videtur, ut Philoſophorum alii aliis ſucceſſerint. Etiam edidit Πυθαγορικὰ ὑπομνήματα, ſive περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων. Priori modo appellat Laërtius in Pythagorâ: poſteriori Clemens Alexandrinus, lib. 1. Strom. & Cyrillus lib. 9. adverſus Julianum. Idem Clemens lib. 1. citat librum περὶ Ἰουδαίων, uti quoque Euſeb. lib. 9. de Præp. Evang. cap. 17. Ubi penè integrum ejus librum exſcripſit. Ibidem & illuſtre ejus elogium habemus, ubi πολύνους καὶ πολυμαθὴς ἀνὴρ vocatur. Nec dubium quin hoc opus ſignet Juſtinus Martyr Cohortatione ad Græcos, ubi eos refert, qui Moſis meminerint, ut ducis & principis Judaici. Et ſanè nulli obſcurum eſt, quantum illi debeat Plinius ipſe, quippe quem toties ad partes advocet in Hiſtoria Naturali. Meminit ejus quoque Chalcidius, commentario in Timæum Platonis, & Agathias Scholaſticus lib. 2. Hiſtoriæ ſuæ, item Joſephus Ant. 1. 16. Ejuſdem de diluvio, & alterum de turri Babylonis teſtimonium adfert Cyrillus initio lib. 1. contra Julianum. Voſſius.

Alexander Epheſius, cognomento Lychnus, ſive Lucerna, inter illos qui Epheſum illuſtrarint reponitur à Strabone lib. 14. ubi etiam diſcimus eundem & Rempublicam geſſiſſe, & hiſtoriam conſcripſiſſe, & poemata de rebus cœleſtibus, ac orbe terreſtri edidiſſe. Vide Euſt. in Dionyſ. ver. 558. itemque Steph. in Λάμβος & Ταραβάνη, qui ejuſdem Aſiam ac Lybiam citat in Χαονία. Voſſ.

Alexander Myndius, hiſtoricus, cujus Plut. mem. in C. Mario, ubi ſermo de duobus vulturibus exercitum ejus ſequentibus. Item Monachus quidam, qui ſcripſit de Inventione S. Crucis, quem edidit Gretzerus.

Alexander Trallianus, libros quinque de rebus Turcicis conſcripſit, ut apud Geſnerum legas; alius omnino eſt à nobili illo medico, cùm is vixerit non multò poſt tempora Juliani Cæſaris, quo tempore Turcarum nomen propemodum ignotum erat.

Alexander, Olympiadis frater, Arymbæ in Moloſſorum regno ſucceſſit, Timoleum Leptinem ad deditionem coegit, in Peloponneſum exulatum miſit, civitates libertate donavit. Diodor. Sic.

Alexander Pheræus, in Theſſaliâ tyrannidem apud Pheræos exercuit. De quo Cic. Offic. l. 2. cujus verba apponam. *Quid? Alexandrum Pheræum, quo animo vixiſſe arbitramur? qui cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidem compunctum notis Threicis, diſtricto gladio jubebat anteire, præmittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. O miſerum, qui fideliorem & barbarum, & ſtigmaticum putaret, quam conjugem: nec eum fefellit*

fellit opinio; ab eâ enim est ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Ovid. in Ibin.

Inque tuo thalamo jugulaveris more Pheræi,
Qui datus est leto conjugis ense suæ.

Hujus meminit Plut. in Pelopidâ, & Val. Max. 9. 14.

Alexander, quidam genere Phryx, disciplinâ medicus, vitæque ac morum probitate cunctis charus, Dei amore concitatus, cùm assisteret tribunali, nutibus ad confessionem hortabatur eos in quos tormenta & quæstiones exercebantur, ita ut omnibus qui astabant, palam fieret quid in animo gereret. Cumque id populi notavissent, conclamarunt adversus eum, qui jussus à Præside in medium statui, & quis esset, interrogatus, Christianum se esse liberâ professione testabatur, quem continuò Præses bestiis adjudicavit. Euseb. 5. 2.

Alexander ab *Alexandro*, sive Neapolitanus, Jurisconsultus, reliquit Genialium dierum libros 6. quos multiplici doctrinâ esse refertos, scriptoremque esse longè meliorem Philelpho, judicium est Floridi Sabini apologiâ adversus calumniatores L. L. Rectè sanè, inquit Vossius. Sunt enim libri illi, promptuarium antiquitatis, veterisque historiæ; etsi nec pauca in eo sint ad verborum proprietatem, aliaque studia pertinentia. Fuisse Joviani Pontani æqualem, satis liquet ex primis operis verbis. Atque alibi indicat, se in adolescentiâ Philelphum jam senem audiisse Tusculanas Ciceronis quæstiones enarrantem. Item refert ætate suâ Nicolaum Perottum, & Domitium Calderinum, Martialis apophoreta magnâ contentione Romæ prælegisse juventuti. Item Georgii Trapezuntii, Theodori Gazæ, Hermolai Barbari, Raphaëlis Volaterrani, ac Pauli Cortesii, ut æqualium meminit. Unum autem hoc meritò in hisce præclaris commentariis improbari solet, quòd eorum, unde profeciscet, dissimularet auctores. Sed huic vitio medicinam fecit doctissimus Tiraquellus, qui, digitum ad fontes intendens, unde quæque hausta essent, indicavit. Plures Alexandros, si desideret lector *(neque enim* omnes *numero comprendere refert)* consulat Vossium, Meursium, ac Jonsium de Script. Hist. Philosoph.

Alexandra, Judæorum regina, uxor Alexandri, filium Hyrcanum sacerdotio præfecit, Pharisæis universæ Judæorum Reipublicæ administrationem commisit, regn. an. 9. Fuit & *Alexandra*, quæ & *Cassandra* dicebatur, Priami filia, ac vates, cujus gratiâ, hoc ipso nomine Lycophronis Tragœdia inscribitur.

Alexandrides, Delphicus, testis adducitur à Plutarcho in Lysandro; nisi malis *Anaxandrides*. Vide Voss. Hist. Gr. l. 4. p. 502.

Alexarchus, historicus, quem in tertio Italicorum citat Plut. in Parallel. cap. 7. Servius etiam in 3. Æn. Alexarchum historicum Græcum (sic vocat) testem laudat de Epiri & Campaniæ nomine.

Alexicacos, i. e. *malorum depulsor*, Apollo vocatus est, Arrian. lib. 8. Paus. in Atticis & Eliacis, ideo illi nomen inditum ait, quòd pestilentiæ morbo, in bello Peloponnesiaco populum liberaverit. Quod nomen Hercules postea est adeptus. Macrob. Est autem ἀλεξικακὸς propriè *in malis adjutor, averruncanus*, ὁ τὰ δεινὰ ἀπώσιγων, hominum defensor, qualem verè Ecclesia Christum agnoscit, & Gentes falso suum Herculem & Apollinem. Nonnus ἀλεξικακὰ ὕδατα vocat aquas salutares, quibus in regeneratione abluimur. Ἀλεξικακὸι etiam δαίμονες à veteribus dicebantur, qui nocumenta, & diras arcere, amolirique existimabantur, qui & ἀποτρόπαιοι & ἀποπομπαῖοι, & λύσιοι, φύλαιοι, & φύξιοι vocabantur. Pollux l. 5. Hesychius Ἀλεξικακὸς, βοηθὸς, ἀποτρεπτικὸς κακῶν.

Alexinus, Eliensis Eubulidis Milesii discipulus, vir acer, & contentionis viribus ac nervis clarus, Zenonis inimicus; dum nataret in Alpheo fluvio arundinis acumine læsus, fato functus est. Erat autem Philosophus Eristicus φιλονεικότατος, *rixarum studiosissimus*, ut inde ἐλεγξῖνος *contradictorius* dictus sit, apud Laert. lib. 2. *Eucl.* ubi nomen hoc ejus ἐλεγξῖνος restituendum ex Hesychio Milesio. Neque modo Zenoni Stoico se opposuit, sed exemplo magistri sui Eubulidis Aristotelem quoque perstringere non erubuit. Aristocles lib. 7. de Philosophiâ, eum ἀπομνημονεύματα κατεγέλασα scripsisse ait, in quibus fingat Alexandrum in colloquio cum patre Philippo habito, Aristotelis præcepta fuisse calumniatum, & Nicagoram Hermem præceptorem sibi elegisse. Hermippus quoq; lib. 1. de Aristotele apud Athenæum lib. 15. Alexini in Aristotelem petulantiam notat. Porro Laertius autor est, eum non modo πρὸς Ζήνωνα sed etiam πρὸς Ἔφορον & ἰσοκρατεῖον scripsisse: quod si *ad*, non, *Adversus Ephorum* ea verba sint interpretanda, Ephorus ad Olymp. 120. circiter vixit.

Alexis, Samius, libros de finibus Samiorum conscripsit, teste Athenæo, libb. 12, 13. Item *Alexis* Thurius, poeta Comicus ante Menandrum, reliquit plures fabulas. Vide Suidam, & Voss. P. Gr. pag. 55.

Alexis, Afinii Pollionis servus, sic dictus quasi *sine responsione*, ac superbus. Alii verò ab ἀλέγω *curo*, derivant, quod poeta curarum stimulis in eo amando torqueretur, unde Virg. Eclog. 2.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?

Alii ab ἀλέξω *arceo*, quòd cum fastidio poetam à se arcerit. Virgil. ubi supra.

Invenies alium, si te hic fastidit Alexin.

Mæcenatis puerum fuisse innuit Martialis 7. 28.

Et Mæcenati Maro cùm cantaret Alexim.

Idem lib. 8. ep. 56.

Jugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger opes.
Risit Tuscus eques, paupertatemque levando
Reppulit, & celeri jussit abire fugâ.
Accipe divitias, & vatum maximus esto
Tu licet, & nostrum, dixit, Alexin ama.

Vide Servium in Virg. Eclog. 2.

Alexius puer, Constantinopolitanus Imperator reg. an. 3. Andronico à patre commissus, qui primò tutorem egit, dein Imperii consortem, demum Alexium interfecit.

Alexius Comnenus, Nicephorum Constantinopolitanum Imperatorem regno exuit, & monachum fecit, regnavitque an. 33.

Alexius, Græcorum Imperator, fratrem oculis & vitâ privavit.

Alexius Myrtilus, puerum Alexium veneno interemit. Æmil.

Alexon Myndius fecit libros narrationum fabulosarum. Diog. Laert. in Thalete.

Alfredus, Anglorum rex, qui & *Ealfredus*, & *Aluredus* dictus est, debellavit Danos, & unicus sui seculi Mæcenas fuit. Hujus viri, nunquam satis laudati, res gestas scripsit Asserius Menevensis, cujus ego historiam plurimi merito facio, quòd Alfredo regi aliquando præceptor fuit, & ejus actorum oculatus planè testis. Lelandus comment. in Cygn. Cant. Ita doctus evasit demum, ut Grammaticus, Philosophus, Rhetor, Historicus, Musicus, & Poeta non vulgaris haberetur: Imò Architectus ac Geometres perfectissimus. Balæus de Script. Britan. Cent. 2. Dedit Aluredus, jam viginti natus annos, operam literis, atque ita doctus evasit brevi, ut D. Gregorii dialogos, Opus Boetii de Consol. Philos. & Psalmos Davidis ex Latino in patrium (h. e. Saxonicum) sermonem verterit, quo à cunctis facile intelligerentur. Polyd. Virgil. Hist. lib. 5. Vita ejus à D. Jo. Spelman conscripta prodiit Oxoniæ, 1678.

Luc. Cincius *Alimentus* Annales Græcè scripsit, de quo Voss. Hist. pag. 472. & H. Lat. lib. 1. cap. 4.

Almansor, Saracenorum dux, cujus vitam & res gestas breviter perstrinxit Doctiss. & Fortiss. Eques D. Gualterus Raleigh in Mahometis historiâ.

Aloa, num. pl. festivitas fuit agricolarum Athenis, quæ subvectis ex agris frugibus celebrabatur. Sic dicta, quòd in *areis*, quæ Græce Ἅλως dicuntur, præcipuè moras traherent homines; unde & Cererem Ἀλωάδα, id est, *areas replentem* veteres nuncuparunt. Gyraldus in Syntag. Hesychius. Ἀλῶα ἑορτὴ Ἀθήνησι, *Aloa* (aliis *Haloa*) *festum Athenis*. Cujus verò Dei fuerit, haudquaquam exprimit; ut neque Harpocration, & Suidas, qui tamen ex Philochoro nominis originem exponunt. Ἀλῶα ἑορτή ἐστιν Ἀττική, Φιλόχορος δέ φησιν ὀνομασθῆναι ἀπὸ τῆς τότε τοὺς ἀνθρώπους τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι τὰς ἅλως ποιοῦντας. Addit Harpocration, Ἄγκλης δ' αὐτὴν φησιν ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν Ποσειδῶνος μηνός. Ἅλως tamen non simpliciter aream significat, sed ἀμπελόφυτον χώρον, ἢ σπαρόν. Quare Philochorus indicare videtur, hoc festum ab Agricolis observatum, cum ad messem accingerentur. Verum Eust. ad Iliad. 1. Cereris & Bacchi sacrum ait esse; quod comportatis in horrea frugibus agitatur. Ἰσέον δ' ὅτι ἐπὶ συγκομιδῇ καρπῶν, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ Θαλύσια ἐθύετο, ἑορτὴ ἦγετο Δήμητρος καὶ Διονύσου, καὶ Παυσανίας, Ἀλῶα καλεμένη, διὰ τὸ ἐπ' ἀπειρεσίαις, καὶ μάλιστα ἐν Ἀθήναις, ὑπὸ τῶν ἄλλων τότε καταχεομένας φερομένας εἰς Ἐλευσῖνα. Et quidem immodicè fructuum primitias absumi oportuit; quia non licebat Aloorum die sacrificare, aut hostias immolare; quarum alioquin carnes in viscerationem cedebant, adustis tantum coxis, & pinguedine, quorum nidore frui deos arbitrabantur. Apud Athenæum, lib. 13. Demosthenes in orat. contra Neæram, Archiæ, sacrorum Antistiti exprobravit, Ὅτι Σινώπῃ τῇ ἑταίρᾳ Ἀλῴοις ὄντι σοὶ ἐμάρᾳ, ἐν τῇ αὐλῇ Ἐλευσῖνι προσαγόντων ἱερεῖον θύσειν, νομίμου ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἱερεῖα μὴ θύειν.

Aloeus, Gigas, cujus filii dicuntur Martem vulnerasse, à quo patronymicum *Aloides* fuit, Titanis ac Terræ filius, cui conjux fuit Iphimedia, quam cùm violasset Neptunus, duos ex eo peperit filios, Othum & Ephialtum, qui & *Aloidæ* dicebantur, quos Aloeus educavit ut suos. Et cum novem digitis singulis mensibus crescerent, Gigantibus adversus superos bellum parantibus, nec ob senium Aloeus ad illud accedere posset, misit geminos adjutores, qui Apollinis & Dianæ telis confixi perierunt. Horum mem. Hom. Il. 5.

Τλῆ μὴ Ἄρης ὅτε μιν Ὠτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης,
Παῖδες Ἀλωῆος, ἴσην κρείοντι τέκοντο.

Item Odyſ. λ. verſ. 304.

Τὴν δ' μὲν Ἰφιμέδειαν Ἀλωῆος παράκοιτιν
Εἰσιδον, ἣ δὴ φάσκε Ποσειδάωνι μιγῆναι·
Καὶ ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε (μινυνθαδίω δὲ γενέσθην)
Ὦτον τ' ἀντίθεον, πολεκλειτόν τ' Ἐφιάλτην,
Οὓς δὴ μικίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα,
Καὶ πολὺ καλλίστους, μετὰ γε κλυτὸν Ὠρίωνα.
Ἐννέωρες γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀπὰρ μῆκος γε γενέσθην ἐννεόργυιοι
Οἱ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν Ὀλύμπῳ
Φυλόπιδα στήσειν πολυκτίτῳ πολέμοιο.

Q. Smyrnæus Paral. lib. 1. 513.

Ἀργεῖοι δ' ἐχάρησαν, ἐπεὶ ἴδον ἄνδρε κραταιώ,
Εἰσομένω παῖδεσσιν Ἀλωῆος μεγάλοιο,
Οἱ ποτ' ἐπ' ἠυρὺν Ὄλυμπον ἔφαν θέμεν ὄφρα μάχεσθαι,
Ὄσσαν αἰπεινὴν, καὶ Πήλιον ὑλήεντα.
Ὅππως δὴ μιμαῶτε, καὶ ὄφρονι εἰσαφίκανεν.

Virgilius Æn. 6.

Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum
Aggreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis.

Lucanus lib. 6.

Impius hinc prolem ſuperis immiſit Aloeus,
Inſeruit celſis prope ſe cum Pelion aſtris
Sideribuſque vias incumbens abſtulit Oſſa.

Claud. de bell. Get.

Quid mirum ſi regna labor mortalia vexat?
Cum gemini fratres, genuit quos aſper Aloeus
Martem ſubduxerint vinclis, & in aſtra negatas
Tentarint munire vias, ſteteritque revulſis
Penè tribus ſcopulis, cœleſti machina bello.

Stat. lib. 6.

Sic & Aloidæ, cum jam celaret Olympum
Deſuper Oſſa rigens, ipſum glaciale ferebant
Pelion & trepido ſperabant jungere cœlo.

Vide Gronovium, qui ex membranis Percheimeri hos verſus inſeruit, nec non Barthium ad Claud. pag. 313. Idem Theb. 10.

——— *Quales mediis in nubibus æther*
Vidit Aloidas, cum creſceret impia tellus
Deſpectura Deos, nec adhuc immane veniret
Pelion & trepidum jam tangeret Oſſa Tonantem.

Themiſtius Orat. 14. Οἷς ἄδουσι τοὺ Ἀλωάδας οἱ Ποιηταὶ, ὡς ἡ περίτεια τῶν σωμάτων εἰς ἄτοπα ἐξήνεγκε φαντάσματα καὶ ἀλλόκοτα ὀρῶν πηγὰς ἐποικοδομήσεις καὶ ἀναβαθμὰς εἰς οὐρανόν.

Alogiani, hæretici, quaſi *ſine verbo*, quia Domini verbum recipere noluerunt, Joannis Evangelium reſpuentes, in quo Dei filius VERBUM Patris appellatur.

Alpheſiboea, Biantis filia.

Theocritus in Ἀιπόλῳ.

Τὰν ἀγέλαν χ', ὦ μάντις ἀπ' Οὐρυος ἄγε Μελάμπους
Ἐς Πύλον· ἃ δ' Βίαντος ἐν ἀγκοίνοισιν ἐλίνθη,
Μάτηρ δ' χαείσατο θείφρονος Ἀλφεσιβοίας.

Hiſtoria vero talis eſt. Cum Bias Peronem Nelei filiam miſerè deperiret, eamque Neleus ſe illi daturum negaret, niſi is boves, quas vi raptas Iphiclus è Pylo Oeoli urbe in Othryn Theſſaliæ montem abduxerat, reſtituendas curaret. Melampus vaticinio clarus ſe maximis periculis exponens, id tandem in Biantis fratris gratiam peregit, atque Bias amicâ potitus eſt; ex quâ poſtea Alpheſiboeam ſuſtulit.

Alpheſiboea, Phelegei filia, quam Alcmæon, donato illi monili, quod Eriphyle matri detraxerat, in uxorem duxit. Prop. 1. 15.

Alpheſiboea ſuos ulta eſt pro conjuge fratres
Sanguinis & chari vincula rupit Amor.

Ab ἄλφω & βῦς quaſi *inveniens boves*. Heſych. Ἀλφεσίβοιαι αἱ πολλὰς βοὰς εὑρίσκουσαι ἀπὸ ἕδνων.

Alphius Avitus, (alius ab Avito, poeta Chriſtiano, de quo vide *Alcimus*) circa Severi tempora, vel aliquanto poſt vixiſſe creditur. Scripſit carmine Vitas virorum excellentium. Vide Voſſ. H. Lat. p. 694.

Alphius, vel *Alfius*, fœnerator inſignis, à quo primùm profecta fertur celebris illa ſententia, viz. *vel optima nomina non appellando fieri mala*. Ejus mem. Horat. in Epod. Od. 2.

Hæc ubi locutus fœnerator Alphius,
Jam jam futurus ruſticus:
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

Alphonſus, Arragoniæ rex, in tabulas aſtronomicas convocatis undique Mathematicis inſignibus, 40 coronatorum millia impendit, Alexandri erga Ariſtotelem in animalium hiſtoriam liberalitate pene exæquatâ. Ramus. Dicere ſolebat, Se malle privatim vivere, quàm eruditione carere. Virtutes ejus à Blondo, Sabellico, aliiſque celebrantur. Gravi morbo laborans, remedia medicis fruſtra præſcribentibus, cœpit legere Q. Curtii hiſtoriam de Alexandro, adeoque illius dulcedine captus fuit, ut, ſanitate recuperatâ, dixerit, Valeant Avicenna, Hippocrates, medici cæteri: Vivat Curtius ſoſpitator meus. Anton. Panormitanus. lib. de rebus geſtis Alphonſi. *Alphons*, ſi ſit Germanicum nomen, idem eſt quod *Helfuns*, i. e. *our help*: & à Gothis profectum eſt, ut videtur. Nam Alphonſus primus hujus nominis rex Hiſpaniarum, An. Dom. 740. à Gothis deſcendit. Camdenus.

Alpinus, poeta, Memnonis Auroræ filii bella deſcripſit, ſed adeò malè, ut ab Horatio dicatur eum carminibus ſuis jugulare. Serm. 1. 10.

Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona.

Vide Voſſ. de Poet. Lat. pag. 31, 32.

Althæa, Theſtii filia, Oenei regis Calydonis uxor, cui inter alios filios Meleagrum peperit: quo nato audivit fata circum ignem dicentia, tam diu natum victurum, quam diu ſtipes, qui tunc ardebat, ab igne inconſumptus maneret. Hunc itaque aſſervavit in eum diem, quo omnes filios præter Meleagrum in quâdam ſeditione occubuiſſe intellexit; quem ut etiam mortuum audiret, ſtipitem concremavit. Cujus facti poſteà pœnitens, laqueo vitam finivit, uti tradit ampliſſimè Diod. Sic. lib. 5. Ovidius tamen Met. lib. 8. ſcribit eam gladio ſeſe transverberaſſe, atque ita occubuiſſe, *acto*, inquit, *per viſcera ferro*. Seneca in Medeâ.

Piæ ſororis, impiæ matris facem,
Ultricis Althææ, vides. ———

Ovid. Triſt. lib. 1.

Utque cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror.

Alyattes, Lydorum rex, Crœſi pater cui extructum eſt monumentum apud Sardos, maximâ impendii parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt, in hoc opus collata. Inde regnum *Alyattici* apud Horat. 3. Carm. Od. 16. pro ditiſſimo; quanquam ibi poſſit aliquis legere *Alyattei*, ut *Ulyſſei*, *Achillei*.

Alyxothoe, filia Dymantis. Ovid. Met. 11.

Quamvis eſt illum proles enixa Dymantis,
Aeſacon umbroſa fertur peperiſſe ſub Idâ
Fertur Alyxothoe. ———

Hæc ex Priamo peperit Æſacum, qui poſtea in mergum verſus eſt. Ovid. ubi ſupra.

Amalech, Lat. *populus lambens*; vel ex Ebræo & Syro, *populus percutiens*: Filius Eliphaz ex Thamnâ concubinâ. Gen. 36. Erat autem nepos Eſau. A quo *Amalechitæ*, pars Idumæorum, vicini Judææ, verſus meridiem, Stephano Ἀμαληκῖται qui ἔθνος Ἑβραϊκὸν vocat. De his Joſephus Ant. 32. Τὸ δὴ φῦλ Ἐρεμιων ὄνομα, ἤδη πολλῶ χρὶ πάντας διαβοωμένω, καὶ τὸ περὶ αὐτῶν λόγω φοιτῶντος, ἐν φόβῳ συνέβαινεν ἕ μικρῷ τοὺ ἐπιχωρίους εἶ. Καὶ προσβευόμενοι σφᾶς ἀλλήλους παρεκάλουν ἀμύνειν, καὶ πειρᾶσθ τοὺ ἀνδραποδισθείρειν. Ἐπύγχανον δὲ οἱ σφᾶς τῶτο ἐπάγοντες, οἵ τε πρὸ Γοβολίτην, καὶ πρὸ Πέτρων κατοικοῦντες, οἱ καλοῦν μὲ Ἀμαλεκῖται, μαχιμώτατοι δὲ φῦλ ἐκῆσι ἐθνῶν ὑπῆρχον. Hanc Amalechitarum in Iſraelem cum vicinis conjurationem innuit Pſalmiſta, Pſ. 83. Quam ſic in Paraphraſi ſuâ expreſſit *Vir doctiſſimus undiquaque* Dionyſius Petavius.

Σοὶ γὰρ ἴῃ ὑπὸ φρεσμοσύνῃ πολεμιζέμεν ὅτοι
Ἀντιβίην ἐφράσσαν, ἐς ἀλλήλας τε τάμοντο
Ὀρχὶ, Ἰδυμαίων τε δὴ κλισίῃσι φάλαγγες
Ἀμφὶ θεὶ σάμεναι, Μωαβηνός τε μαχητής.
Ἡ δὲ πλάνης Ἀγαρηνὸς, ἰδὶ ἰφθιμος Γεβαλίτης.
Σύν τ' Ἀμμωνιάδαις Ἀμαληκιάδαι μενεχάρμαι.
Ἡ δὲ Παλαιστίνων κρείοντ ἴσχες ἀπιστέων.
Καὶ Τύρον ἀφνειὴν ἁλίερκεα νῆσον ἔχοντες.

Jacobus Duportus, Græcorum Poetarum noſtri ſeculi ὄχ' ἄειστος.

Σὺν γὰρ βουλεύοντες, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι,
Συνθεσίας χρὶ σῆιο μὴ ὄρκια πιστὰ πάσωσι.
Ἀντία σευ κλισίῃσιν ἐνὶ σφετέρῃσιν ἄγερθεν,
Ἰδυμαῖοι ὁμῆ, Ισμαήλοιό τε παῖδες,
Μωαβῖται ἀλαοὶ, ὑπερφιάλοι δ' Ἀγαρηνοί.
Οἵ τε Γέβαλον ἔχον, καὶ ἀγίνορες Ἀμμανῖται.
Σὺν δὲ Ἀμαληκῖται, πύτμῳ παρῳμένον ἔθνος,
Οἵ τε Παλαιστίνης συγεὸν πέδον ἀμφινέμοντο,
Οἱ Τύρον ὠγυγίην τ' εἶχον ναυσίκλυτοι ἄνδρες.

Et ante utrumque Apollinarius.

Ἀντία δ' ἐχόμενοι κακομήχανοι ἐσκέδασσε,
Συνθεσίην κατέναντα, Μάκαρ, σέο τιχήσασθε.
Ἰδυμαίων φῦλα, καὶ υἷες Ἰσμαήλου,
Τοῖσιν ὁμῆ Μωᾶβ, ὑπερφιάλοί τ' Ἀγαρηνοί.
Ἀμμωνες, Γέβαλοί τε καὶ υἷες Ἀμαλήκου,
Ἀλλοδαποί δ' ἁλίοισιν ἅμ' ἐχόμενοι Τυρίοισι.

Amal-

Amalthea, nutrix Jovis. Meliſſus enim rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Meliſſam, quæ Jovem caprino lacte & melle nutriverunt. Alii dicunt nutricem eam fuiſſe capram, & Amaltheam dictam; Meliſſi autem filias Adraſteam & Idam faciunt. Hæ nutriverunt illum lacte cujuſdam capræ, cui nomen erat *Amalthea*; quam Jupiter, jam adultus, ob acceptum beneficium, in ſidera retulit. Hujus alterum cornu nymphis nutricibus dedit, viz. officii præmium, hanc adjiciens facultatem, ut quicquid optaſſent, id illis ex eo cornu largiter ſuppullularet. Ovid. Faſt. lib. 5. paulo diverſius fabulam narrat hoc pacto.

Naïs Amalthea Cretæâ nobilis Ida
Dicitur in ſylvis occuluiſſe Jovem.
Huic fuit hœdorum mater formoſa duorum,
Inter Dictæos conſpicienda greges.
Cornibus aeriis, atque in ſua terga recurvis:
Ubere, quod nutrix poſſit habere Jovis.
Lac dabat illa Deo; ſed fregit in arbore cornu:
Truncaque dimidiâ parte decoris erat.
Suſtulit hoc nymphe; cinctumque recentibus herbis,
Et plenum pomis ad Jovis ora tulit.
Ille, ubi res cœli tenuit, ſolioque paterno
Sedit, & invicto nil Jove majus erat;
Sidera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit; quod dominæ nunc quoque nomen habet.

Rem aliter narrat Diodorus Siculus lib. 4. cap. 5. & rurſum aliter, lib. 5. cap. 2. Vide locos ipſos. Vide etiam, Strab. l. 10. Hinc proverbium, *Amaltheæ cornu*, quo utimur quoties affatim omnia ſupereſſe ſignificamus. Horatius in Carmine Seculari.

Apparetque beata pleno
Copia cornu.

Idem lib. 1. ep. 12. *Aurea fruges*
Italiæ pleno diffudit Copia cornu.

Ovidius tamen hoc ad Acheloum refert. Met. 9.

Rigidum fera dextra cornu
Dum tenet, infregit, truncâque à fronte revellit.
Naiades hoc, pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt, diveſque meo bona Copia cornu eſt.

Photius Ep. 209. Ἰδι ὡς ὁ μόνον τῶ τλημαθεῖ Ἡρακλεῖ, ἀλλὰ καὶ τῷ λοιῴ Ἑρμῆ, τὸ τ' Ἀμαλθείας κέρας οἱ ποιηταὶ ἐγχειρίζουσι. Μὴ τοίνυν χρείαις καὶ πόνοις σωματικοῖς ὅλον σαυτὸν δίδως ἅπ' καλῶν μαθημάτων ἀφίσαυ, ἐκεῖθέν σοι ῥύσιν μόνον ἡ εὐθυμονίαν οἰόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἡ ἡμετέρας εὐγενὸς Μεπαῖς, αἱ τ' Ἑλληνίδων σοσῶτον διαφέρουσιν, ὅσον ἐλεύθεροι φύσεις δούλων ἠθῶν καὶ κολακείας ἀλήθεια. Τὸ μὲ γὰρ Ἀμαλθείας κέρας τῷ Ἀχελώῳ ποταμῷ, ὃ ἡ ὑποκειμένην πεδίρεων χάρεσιν παμφόρων ἐρχάζεῖ, τὸ ποιητῶν αὐτόνομον ἔθνος ἑτοίμως χαρίζον, καὶ ὁδὸν ἀνδρώπῳ μέγα τυχεῖν, ὧν ὐκ φύσεως ἔχει καὶ τὰ ἄλυπα, ἡ ὃ ἀληθῆ καὶ θείαν εὐθυμονίαν, καὶ ἀνδρώπῳ φρόνησιν, καὶ θεοῖς ὧν ἡ Ἀμάλθεια πεφυτευμένη νόσον καὶ πενία ἐνείπεῖ, ὐκ μόνον ὅτι ἅπ' θείων λογίων καὶ ἡ ἐκεῖθεν γεωργίας ἀμπαδός. Hesych. Ἀμαλθάδες, πλήθυνει, πλησίζει, ἢ πλέφει.

Amalthea, Sibylla. Hanc Servius ait obtuliſſe Tarquinio regi novem libros, in quibus erant fata & remedia Romana, & pro his popoſciſſe 300 Philippeos aureos, qui tunc temporis pretioſi erant, ideoque rex libros emere nolebat. Alio die, tribus libris incenſis, reverſa eſt, & tantundem popoſcit; Item tertio, aliis tribus incenſis, cum tribus reliquis venit, pro quibus, 300 Philippeos, quantum poſtulaverat pro novem libris, accepit. Tibullus 2. 6.

Quicquid Amalthea, & quicquid Marpeſia dixit.

Amanus, Perſarum Deus, teſte Strab. lib. 11. ubi narrat, ut à Perſis in Hyrcaniâ templum ſit conditum Deæ Anaitidos καὶ ἅπ' συμβώμων θεῶν, Ἀμανῦ, καὶ Ἀναδεήτυ, περσικῶν δαιμόνων.

Amaracus, puer, Cynaræ Regis Cypri unguentarius qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, fregit Alabaſtrum, magnumque ex confuſione odorem creavit, unde optima unguenta *Amaracina* dicuntur. Hic deinde cum nimio dolore contabuiſſet, in herbam odoriferam ejuſdem nominis, deorum miſeratione, commutatus eſt. Dicitur & Sampſychus; vulgò *Majoranam* vocant. Ejus meminit Virg. Æn. 1.

At Venus Aſcanio placidam per membra quietem
Irrigat: & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lacos, ubi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aſpirans complectitur umbrâ.

Catullus. *Cinge tempora floribus*
Suaveolentis amaraci.

Inde *amaracinus*. Gellius in fine Noctium Atticarum. *Vetus adagium eſt, Nihil graculo cum fidibus, nihil cum amaracino ſui.* Lucret. lib. 6.

Denique amaracinum fugiunt ſus, & timet omne
Unguentum, nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt.

Amaryllis, ruſticæ nomen, cujus Theocritus, & Virgilius meminerunt. Virgil. Eclog. 1.

Poſtquam noſ Amaryllis habet, Galatea reliquit.

Quo loco ſignat *Amaryllis* Romam, ubi Tityrus nactus eſt libertatem; *Galatea* Mantuam, ubi fingit ſe ſervum fuiſſe. Politianus lib. 1. Epiſt. 2. ait, Romam arcano nomine Amaryllida nuncupatam; ſacro & rituali Florentiam, ſive Anthuſam; vulgato Romam: Poetamque putat alluſiſſe ad nomen arcanum, & ab amore malè deducit. Sed contra eum pugnat Poeta, qui nomen enunciat, neque putandus eſt feciſſe contra religionem. Etenim ſacrum illud & arcanum Romæ nomen nemini licuit enunciare. Plin. 3. 5. *Roma, cujus nomen alterum dicere, arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimâque, & ſalutari fide abolitum enunciavit Valerius Soranus, luitque mox pœnas.* Hæreo itaque eruditioni, & judicio Nannii Miſcellan. lib. 6. ἀμαεὶς Græcè incile eſt, per quod aqua ad irrigationem derivatur. Tradit autem Fab. Pictor, Argeum campum, qui 7. montibus includitur, inundationibus Tiberis inhabitabilem fuiſſe, ſed Vertumno ſacris factis, aquas in alveum revertiſſe. Itaque ab incilibus, quibus ſiccata eſt palus, Roma dicta eſt Amaryllis. De la Cerda.

Amarynceus, Epeorum rex, in Bupraſio ſepultus, Strabo lib. 8. ex Homeri Iliade.

Ὡς ὁπότε κρείοντ' Ἀμαρύγκεα δάπτον Ἐπειοὶ
Βουπρασίῳ. ——— ———

Amaſis, rex Ægypti, cujus tumulus fuit una Pyramidum. Lucan. lib. 9. ver. 155.

Non mihi Pyramidum tumulis avulſus Amaſis,
Atque alii reges, Nilo torrente natabant?

Regn. an. 43. Hic legem condidit, ut unuſquiſque quotannis apud præſidem rationem vitæ ſuæ redderet, demonſtraretque unde viveret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis tranſtulit ad Athenienſes. Plut. in Sympoſio. Quum ab amicis carperetur, quòd ubi à ſomno mane in multum diem rerurſi adminiſtrationi vacaſſet, reliquum vero temporis luſui, riſui, & cute curandâ traduceret, reſpondit, ut refert Herodotus lib. 2. Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲ δέωνῦ χρῆδς, ἐντανύσθη, ἐπεὰν ὃ χρήσωνῦ, ἐκλύσπ. Εἰ γὰ δὴ ἀ πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐκφυγεῖν ἄν, ὥστε ἐς τὸ δέον ὐκ ἂν ἐθέλειν αὐτοῖσι χρῆδς· ὕτω δὴ καὶ ἀνδρώπου κατάσασις, &c. Hunc Ælianus numerat inter eos, qui potationibus celebres fuere, Var. Hiſt. lib. 2. Extat hodiè una ejus epiſtola elegantiſſima ad Polycratem, de expetendâ fortunâ non uſquequaque ſecundâ, ſed laboribus & moleſtiis temperatâ, in quâ ſcribit Amaſis Οὐδένα τῷ λόγῳ δίδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλοῦ ὁ καλῶς ἐτελεύτησε πεόῤῥιζοῦ οὐλυχέων τὰ πάντα. Plura de eodem vide apud Herodotum. Item *Amaſis* peditum Darii dux contra Cyrenenſes miſſus. Herod. lib. 4.

Amata, Latini regis uxor, mater Laviniæ, & ſoror Veriliæ Deæ, quæ ne videret Æneam generum, laqueo gulam fregit. Virg. Æn. 7.

Ceſſa petit, tacitumque obſedit limen Amatæ.

Item *Amata* vocabatur à Pontifice virgo Veſtalis, cùm ad Veſtæ myſteria capiebatur, quòd prima quæ hoc ritu capta fuerat, eo nomine vocaretur.

Amazones, bellicoſæ mulieres, magnam Aſiæ partem occupavere, ſic dictæ, quòd alterâ ex mammis careant, ab *a ſine* & *μάζοῦ mamma*, unde & *unimammæ* dictæ fuerunt. Eoque Virgil. alluſiſſe videtur Æn. 1. ubi de Penthesilea.

Aurea ſubnectens exectæ cingula mammæ.

Mamma illa dextra fuit. Hippocrates lib. de Aere, Locis, & Aquis, ubi ſermo eſt de Amazonibus, ἅ δεξιὸν ᾧ μαζὸν ὐκ ἔχουσιν. Diodorus de illis loquens ἅ δεξιὸν μαζὸν ὑπεκαίουσι. Curtius lib. 6. *Aduritur dextra*, & addit rationem hanc, *ut arcus facilius intendant, ac tela vibrent.* Euſt. vero ſic dictas putat, quòd ſine pane, qui μάζα Græcis dicitur, lacertis, teſtudinibus, atque id genus feris alerentur. Alii ab ἅμα ζῆν appellatas volunt, tanquam *in commune viventes* ſine viris, quaſi Ἀμαζῶσαι. Maſculos liberorum, ſiquos genuiſſent, claudos feciſſe ac debiles, ne ullum facinus viro forti dignum edere poſſent, Sextus Empiricus autor eſt lib. 3. Pyrrhon. Hypotypoſeon. Αἱ δὲ Ἀμάζονες, inquit, ἐκώλευον τὰ ἀῤῥένα ἅπ' πεὶ αὐτὰς γενομένων, ὑπὸ τῶ μηδὲν ἀνδρεῖον αὐτὰ ποιῆσαι δύνασδς. Earum originem, reginas, res geſtas, & denum interitum copioſe deſcribit Juſtinus lib. 2. Diod. lib. 3. cap. 11. & lib. 5. cap. 2. Idem etiam lib. 4. cap. 4. præter has Scythiæ Amazonas, alias quoque ponit in Libyâ, quarum hiſtoriam ibi latiſſime perſequitur. Unde Silius lib. 2. Hasbiten, Harbæ filiam, *Amazonidem* vocat. Juſtinus vero non videtur, ut alii, Amazonum gentem in Hyrcaniâ ponere; ſed ad Mæotim, & Tanaim. Nam inquit 25 dierum itinere confecto in Hyrcaniâ occurriſſe Alexandro. Rectius ſane. Neque enim ullus Geo-

graph-o

graphorum, Amazonas alibi collocare, quam ad Mæotim, unquam dubitavit, eâque etiam de causâ *Mæotidas*, ac *Tanaitidas* appellari nemo nescit. Seneca in Hyppolyto.

Qualis relictis frigidi Ponti plagis,
Egit catervas, Atticum pulsans solum,
Tanaitis, aut Mæotis, & nodo comas
Coegit, emisitque, lunata latus
Protecta pelta; talis in sylvas ferar.

Arr. in Periplo, Ἀπὸ δὲ Ἰερᾶς ἄκρας ἐκβολῶν εἰς Ἡρακλείαν ἐξήκοντα καὶ τετρακόσιοι, διάπλους νυκτός. Ἔστιν δὲ καὶ ὁ Θερμώδοντα ποταμὸν, πλωτὸν ἐκ τῶν ἄνω, ἵνα φασὶ αἱ Ἀμαζόνες διαβῆναι λόγος. Curtius tamen lib. 6. Hyrcaniæ finitimam facit Amazonum gentem, sed male. *Erat*, inquit, *ut supra dictum est, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum*, &c. Dicuntur & *Amazonides*.

Callimachus Hymn. 3.

Ἀμαζόνιδες πολέμου ἐπιθυμήτειραι.

Virg. Æn. 1.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.——

Prop. 3. 14.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontæa turba lavatur aquis.

Item *Amazon* in singulari numero. Virg. Æn. 2.

At medias inter cædes exultat Amazon.

Mart. 10. 104.

Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo.

Præter peltas, fecures quoque habuisse Amazonas testatur Horatius lib. 4. od. 4.——*Quibus*

Mos unde deductus per omne
Tempus Amazoniâ securi
Dextras obarmet, quærere distuli.

Seneca in Agamemnone.

Non picta pharetras, & securigera manu
Peltata Amazon.——

Claudianus 2. de Raptu Proserpinæ.

Qualis Amazonidum peltis exultat aduncis
Pulchra cohors, quoties Arcton populata virago
Hippolyte niveas ducit post prælia turmas;
Seu flavos stravere Getas, seu forte rigentem
Thermodontiacâ Tanain fregere securi.

Inde *Amazonius*. Stat. 5. Sylvarum.

——*Amazoniâ latus intercludere peltâ.*

Et Plin. lib. 12. cap. 5. scribens de ficu Indicâ, *foliorum latitudo peltæ effigiem Amazoniæ habet*. Cæterùm de Amazonibus fabulosa esse omnia putat Strabo lib. 11. quem, sis consule. Steph. Byz. Ἀμαζόνες ἔθνος γυναικεῖον περὶ τὸν Θερμώδοντα. Vide quæ sequuntur. Palæphatus censet eas non fuisse mulieres sed viros barbaros, gestantes tunicas talares, quales in more erant fœminis Thracibus. Hi quia comam mitris alligabant, & barbas radebant, ab hostibus mulieres appellabantur. Eust. ad Iliad. α. Τίς ἂν πεισθείη ὡς γυναικῶν φατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συναγὼν ἂν χεῖρας ἀνδρῶν, &c. Quæ verbatim hausit ex Strab. d. l. Plato autem 7 de leg. relationes de Amazonibus non prorsus fabulosas habet, certò sciens circa Pontum innumeras esse mulieres, quæ se non duntaxat equitatione, sed etiam arcu & alio armorum genere exercent. Οἶδα ὅτι μυελώδης ἀναειθμητοὶ γυναικῶν εἰσὶ πρὸ αὐτὴ ἡ Πόντου ἀς Σαυροματίδας καλοῦσιν, αἳς οὐκ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων καὶ πρὸ ἄλλων ὁπλῶν κοινωνίαι καὶ τοῖς ἀνδράσι ἴσην περίστασιν ἴσως ἀσκεῖ. Præstantissimus etiam de his Amazonibus extat locus apud Hippocratem lib. de Aeribus, Aquis & locis. Τυτθῶν αἱ γυναῖκες ἱππαζόμεναι καὶ τοξεύουσι καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ πρὸ ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ὦσιν. Οὐκ ἀποπαρθενεύονται μέχρις ἂν τοὺς πολεμίους τρεῖς ἀποκτείνωσι. Dein sequitur, Τὸν δεξιὸν μαζὸν οὐκ ἔχουσιν, παιδίοις γὰρ εὖσαι ἔτι νηπίοις αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον, ἢ ἐπ' αὐτῷ διάπυρον ποιήσασαι θεὶς τὸν μαζὸν τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίει.

Ambarvale, sacrum ad arva & segetes lustrandas apud Romanos, multâ prece & religione celebrabatur. *Ambarvalis hostia*, ut ait Festus apud Macrobium lib. 3. *quæ rei divinæ causâ circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt, seu sacrificant. Ambarvale*, inquit Servius, *sacrificium dictum est, quod arvum ambiat victima. Sicut Amburbale, vel Amburbium, sacrificium quod urbem circumeat, ac ambiat victima.* Porro Ambarvale sacrum non nisi de porcâ fœcundâ, & gravidâ, aut vitulâ fieri consueverat. Unde Virgil. Eclog. 3.

Cum faciam vitulâ pro frugibus.

Tamen Tibullus lib. 2. de sacro pro frugibus loquens ait.

Cernite fulgentes ut eat sacer agnus ad aras.

Sed solvat litem idem Tibullus, qui postea.

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis horti
Custodes fertis munera vestra Lares.
Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa juvencos,
Nunc agna exigui est hostia parva soli.
Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet, Io messes, & bona vina date.

Hanc victimam, maturis frugibus, ter circum arva ducere solebant, omnesque post sequentes clamabant, ex quibus unus quernâ coronâ ornatus, cum solenni saltatione, composito carmine, Cereris laudes decantabat, & postquam vino ac lacte libasset, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant. Virg. Georg. 1.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho.
Terque novas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus & socii comitentur ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta; neque ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.

D. Ambrosius, Mediolanensis Episcopus ex Præside electus, priusquam sacri Baptismatis donum, & gratiam suscepisset. Hieron. de Script. Eccles. *Vir disertus, & valde eruditus in Philosophiâ. Hunc falso accusat Porphyrius, quod ex Christiano Ethnicus fuerit, cum constet eum, usque ad extremam vitam, Christianum perseverasse.* Laudes ejus ita quoque celebrat Trithemius. *Ambrosius Episcopus Mediolanensis, in divinis scripturis, atque in secularibus literis, omnium facile doctissimus, Græco atque Latino sermone ad perfectum instructus, cujus meritum totus orbis personat. Qui in exponendis, declarandisque divinis scripturis, omnes Doctores vicit, cujus fidem nulla unquam potestas terrena infringere potuit: ita ut multis Episcopis pro fide exulantibus, Ambrosium nullus unquam auderet attingere. Fuit enim velut malleus hæreticorum, constantissimus impugnator, cujus linguæ in fide Christi loquenti nulla potuit unquam authoritas humana imponere silentium.* Quantâ loquendi libertate apud Theodosium Imperatorem est usus, ipsum divino vinculo ligans. vide in dictione *Theodosius*. Et Hist. Tripart. lib. 9. cap. 40.

Ambrosius, vir quidam & genere, & literis, satis clarus; cùm Valentini dogmatis sectator extitisset, secundum veritatem Catholicæ fidei ab Origene convictus, ac tanquam veri luminis splendore radiatus, relictus errorum tenebris, ad Ecclesiæ Catholicæ lucem splendoremque conversus est. Euseb. lib. 6. cap. 15.

Ambrosius Calepinus, Bergomensis, Ordinis D. Augustini, quo tempore Ludovicus Sfortia Mediolanensibus dux præerat, floruit. De quo vide Joan. Trithemium Abbatem de Eccles. Script.

Ambryon, Theocriti Chii vitam scripsit, ut Laërtius in Aristotelis vitâ author est: ubi ex eo refert maledicum hoc Theocriti ejusce epigramma in Naturæ promum-condum Aristotelem.

Ἑρμείᾳ Εὐνύχῳ ἠδὶ Εὐβούλᾳ ἅμα δῆλα
Σῆμα κενὸν κενόφρεων τεῦξεν Ἀεσποτέλης.

Cujus sententiam, licet duriusculè, sic expresseris.

Hermiæ Eunuchi, & servi monumenta Eubuli,
Mentis inanis inane extruxit Aristoteles.

Apud Etymologum in ὁμωλήσασκεν citatur ὁ Ἄζων. Fortassis idem est. Vossius.

Ambubaiæ, teste Acrone, mulieres tibicinæ Syrorum linguâ dicuntur. Alii Latinum putant, & venire ab *ambu*, pro *am*, h. e. *circum*, & *Baiæ*: fuisseque mulieres impudicas circa Baias versantes. Cruquius censet *Ambubaias*, vel potius *Ambubeias* esse agyrtas; omnium morborum remedia vanissimè pollicentes, atque ita dici ab *ambubeiâ* herbâ, ex quâ pharmacopœi conficiebant τὸ πάγχρηστον, hoc est, medicamentum ad omnes morbos utile. Sed vera est Acronis sententia. Nam Syrus אבוב *abbub*, est tibia, sive fistula; sed Arabes inserunt *n.* אנבוב *anbub*. Latini autem *m.* maluere. Syros vero tibicines & tympanistas Romæ fuisse docebit ille locus Juvenalis, Sat. 3.

Jam pridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad circum jussas prostare puellas.

Sunt igitur Ambubaiæ mulieres, & prostituendo, & tibiarum cantu sese sustentantes. Hanc ἐτυμολογίαν sequuntur Jos. Scaliger, Is. Casaubonus, &, ut arbitror, quotquot Syriacè sciunt. Horat. lib. 1. Serm. 2.

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne
Mœstum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.

Habet & Suetonius in vitâ Neronis, cap. 27.

Ambulii, Castor & Pollux à Laconibus sic nuncupati. Pausanias.

Amburbale,

Amburbale, sacrificium in ambiendis, & lustrandis urbibus. Lucanus lib. 2.

Mox jubet & totam pavidis à civibus urbem
Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro,
Longa per extremos pomœria cingere fines.

Amburbiales, hostiæ dicebantur quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur. Festus.

Ambustus, cognomen Fabiorum. Plinius. Hoc gessit Fabius Eburnus, quòd fulmine esset ambustus, uti scribit Festus.

Ameleſagoras Chalcedonius, Historicus, qui Clem. Alex. Meleſagoras vocatur, lib. 6. Strom. Vide Voſſ. de Hist. Gr. p. 10.

Amelius, Philosophus Apamensis, discipulus Plotini, Porphyrii magister, Ammonii & Origenis coætaneus. Suidas.

Amelongus, Romualdi regis Longobardorum miles, cui tantum robur extitit, ut Græcum quendam equitantem ictu baculi sellâ excusserit, & in aera supra caput suum extulerit. Paul. Diaconus.

Amen, ob veritatem CHRISTUS sic dictus. Apocalyps. 3. 14. τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. In calce orationis optantis est particula, & idem significat quòd *Fiat*. Est etiam assertoria particula & significat *verè*, seu *fideliter*. Suidas. Ἀμὴν, πιστευθήσῃ, ἀληθῶς.

Amenophis, Ægypti rex, regnavit an. 21. Euseb. Edictum de necandis Hebræorum pueris proposuit, cui per obstetricum pietatem satisfactum non fuit. *Amenophis*, alius Ægypti rex, qui Græciam, Syriam, & Phœnicen suæ ditioni adjunxit, Scythas subegit, atque in Thraciam exercitum duxit. *Vexores* à Justino & Orosio dici videtur, ab aliis *Sesostris*. *Amenophis* alius quoque Ægypti rex. Herodoto *Pheron* dici videtur, lib. 2. Ob impietatem (quia in Nili exundatione sumptum spiculum in medios vortices extorsit) excæcatus, rursusque post undecim annos oraculo monitus, ut oculos ablueret lotio mulieris, quæ unicum virum cognovisset, paruit, & visum recepit.

Ameſtris, regina Persarum, Xerxis uxor, de quâ multa Herodotus. Hæc, ut gratiam Diis referret, quòd in vitâ diu processerat, 14 illustrium Persarum liberos sub terram vivos defodisse, & votum persolvisse dicitur.

Amianus, Alexandriæ Episcopus, B. Marci Evangelistæ discipulus, oculum sibi perforavit, quòd intuitu parum pudico transeuntes fœminas conspexisset. Sabell. in Exemplis.

Amicitia, Gentium dea, cujus picturam, & ejusdem explicationem vide apud L. Gyraldum, Synt. de Diis Gentium.

Amicus, ac *Dexter*, i. e. *propitius*, & *favens*, Hercules cognominatus est, ideque sumptum ex eo, quod lucri Deus Hercules ab Ethnicis creditus sit. Horat. lib. 2. Sat. 6.

——*Dives Amico*
Hercule. Persius Sat. 2. ——*Et ô si*
Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro
Hercule.——

Amilcar, dux Carthaginensis, facundiâ & solertiâ insignis, de sententiâ Athenienſium, qui eâ tempestate crescentem Alexandri M. potentiam timebant, in castra Alexandri pervenit, sese & exulem fingens, & militem offerens, Parmenione aditum conciliante. Atque ita, consiliis ejus exploratis, in tabellis ligneis, cerâ desuper inductis, omnia Athenienſibus perscribebat. Trogus lib. 21.

Amilcar, an alius, an idem, quem supra nominavimus, inter authores non satis deprehenditur; qui à Syracusanis accersitus est contra Agathoclem tyrannum, eos obsidione prementem. Trogus lib. 32.

Amilcar, cognomento *Barcha*, pater Annibalis, qui primam, secundum Annibalem filium, inter Pœnos duces gloriam obtinuit. Hic ex Livio, Silio, aliisque scriptoribus notissimus est.

Amilcar, alius apud Livium, lib. 31. ubi ait, L. Furium Prætorem Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum in acie vicisse.

Amithaon, vel *Amythaon*, pater Melampodis medici, & Sabinorum vatis. Stat. Thebaidos tertio.

——*Soler tibi cura futuri*
Amphiarae datur, juxtaque Amithaone cretus
Jam senior, sed mente virens, Phœboque Melampus
Associat passus.——

Hinc *Amithaonius*. Virgilius Georgicorum, lib. 3.

Quæsitæque nocent artes, cessere magistri
Phillyrides Chiron, Amithaoniusque Melampus.

Ammas, Hesychius. Ἄμμας, ἡ Θεὸς Ἀρτέμιδος, καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ἡ Ῥέα, καὶ ἡ Δημήτηρ. Dicitur quoque Ἄμμα, & Ἀμμία etiam. Hebraicum est origine. Vide Seldenum de Diis Syris, pag. 166.

Ammianus, poeta quidam celebris, cujus meminit Cæl. Rhod. 17. 11. refertque ex eo distichon quoddam, cujus hic sensus est, *Facilius multo esse, corvos reperisse albos, volantesque testudines, quam Rhetorem ex Cappadociâ vitæ probioris.* Græcum velis? En tibi.

Θᾶττον ἔγω λεύκους κόρακας, πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δεινὸν ῥήτορα Καππαδόκην.

Ammianus Marcellinus, historicus, floruit sub Gratiano, & Valentiniano. Scripsit libros 31. ex quibus 13 priores deperierunt. Cujus fuerit nationis, & quâ professione, unde item historiam cœperit, & quousque sit progressus, verba ista in epilogo historiæ ostendunt. *Hæc, ut miles quondam, & Græcus, à principatu Cæsaris Nervæ exorsus adusque Valentis interitum, pro virium explicavi mensurâ.* Scriptor est veritatis studiosissimus, & prudens, gravis planè ac serius; & dignus qui ab omnibus ametur. Dicto horridior est, sed tantæ sunt virtutes ejus ut hoc in rationem venire non debeat. Vide Vossium de Hist. Græcis. 2. 18. Latinis. 2. 9.

Ammon, aliis *Hammon*, Jupiter sub specie arietis cultus in Libyâ; sic dictus, quod sitienti Libero patri in Arabiæ desertis, Jovemque imploranti apparuerit in formâ arietis, terramque concutienti pedibus fontem ostenderit. Quamobrem templum illic ædificavit, Jovique *Ammoni* h. e. *arenario* consecravit. Græci enim ἄμμον *arenam* vocant. Quod innuere Dionysium censet Eustathius, dum ait;

Καὶ τιμῶσι Λιβυκοῖο Διὸς λαμάθῳ ἀπὸ πολλῇ.

Sed cum vocabulum illud origine Græcum non sit, sed ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς, teste Plutarcho lib. de Iside & Osiride, probabilius est quod statuit Nicolaus Fullerus lib. 2. Solem (quem eundem cum Jove fuisse probat Macrobius Saturn. lib. 1.) hoc nomine cultum; Is vero Ebræis חמה *Hammah* dicitur à חמם *calere*, unde *corniger Ammon* fingebatur ad radios designandos à sole emicantes, sicut eadem vox Hebraica & *radios*, & *cornua* significat. Unde ridiculè apud Vulgatum Interpretem, ubi de vultu Mosis splendente agitur, *Et facies ejus erat cornuta.* Atque hinc Moſi cornua pictores vulgò attribuunt. Alii vero *Ham* filium Noë, cujus posteri Libyæ cultores, *Hammonis*, seu Ammonis nomine pro Deo hic cultum censent; quòd Vossio placet lib. 1. de Theol. Gentili, nec Fullero displicet, cum ab hoc *Ham*, vel *Cham* Ægyptus *terra Cham* dicatur, Psal. 105. & Χημία in sacris Iisdis vocatam Plutarchus testetur. Lucan. lib. 9.

Quamvis Æthiopum populis Arabumque beatis
Gentibus ac Indis unus sit Jupiter Ammon.

Vide Curtium lib. 4. Diodor. lib. 17. & Arrian. lib. 3. & Peucerum in comment. de Divinat. gener. Hujus meminere Suidas & Aristophanes in *Avibus*. Strabonis ætate negligi jam cœpit Ammonis oraculum, ut indicat ipse, lib. 11. Διόπερ καὶ τὸ ἐν Ἄμμωνι μαντεῖον ἡ ἐκλέλειπται χρησίμειον, σφόδρα γε ἐτετίμητο. Magis etiam neglectum tempore Plutarchi, uti satis liquet ex iis quæ scripsit *de Oraculorum defectu*. Nempe quanto magis perrumperet lux Evangelii, tanto minus pretium erat tenebricosis dæmoniorum oraculis. Itaque temporibus Theodosii senioris despicatui planè erat. Unde Prudentius.

Nec responsa refere Libycis in gentibus Ammon.

Diximus ante, quosdam ab Ægyptiis Jovem Ammonem vocatum putasse. Ita ferè Herodotus in Euterpe. Ἄμμωνι δὲ Αἰγύπτιοι κατάκεινται καὶ Διΐ. Et Plut. in Iside. Ἐπὶ δὲ τοῖς πολλῶν νομιζόντων ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἄμμωνα, ὁ σφόδρα γε ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. Denique Hesychius. Ἄμμων ὁ Ζεύς. Ἀεισοτίλης. Nec in Ægypto solùm, sed & in Arabiâ & Africâ universâ notum fuisse nomen Ammonis, docent Arabiæ fluvius *Ammon*. Plin. 6. 28. & *Ammonium* promontorium. Ptol. 6. 7. & *Ammonii* populi, Plinius ubi supra. In Africâ propriè dictâ *Ammonis* urbs ad Cinyphum flu. Ptol. 4. 3. In insulâ Meroë delubrum *Ammonis*. Plin. 6. 29. In Marmaricâ urbs *Ammonia*, Strabo lib. 17. quæ vulgò Parætonium. Denique regio *Ammoniaca*, ubi Ammonis oraculum toto orbe celeberrimum. Quid quod universa Africa dicebatur *Ammonis* vel *Ammonia* ab *Ammonis* Dei nomine. Stephanus. Ἀμμωνία ἡ μεσόγαιος Λιβύης καὶ αὐτὴ ἡ πᾶσα ἡ Λιβύη ὅτως ἐκλήθη ἀπὸ Ἄμμωνος.

Ammonius Alexandrinus, summus Philosophus, præceptor Origenis, teste Porphyrio lib. 3. καὶ χριστιανῶν. A puero Christianus fuit, postea vero cum ad maturam ætatem perveniſſet, sese ad Philosophiam convertit, desertâ fide. Eusebius autem lib. 6. eum fidem Christianam cum Philosophicis studiis integram illibatamque servasse usque ad extremum scribit.

Ammonius, Hermiæ filius, Procli discipulus, ejusque frater Heliodorus dicuntur magistri Damascii apud Suidam in Ἐμμείας. Idem ἠκμακὼς ἐπὶ ποιητοῦ ἐξηγήσει, καὶ διορθώσει τῆς Ἑλληνικῆς λέξεως κεκοσμηκὼς τέχνῃ, teste Photio Tmem. 242. h. e. *Ammonius artem in Poetarum enarratione, & Græcarum vocum correctione occupatam dilexit.* Quare cum aliquando scriptorem credidi libelli *De vocum Græcarum differentiâ*. Sunt qui hunc Ammonium Autorem vitæ Aristotelis esse malint.

Ammonius,

Ammonius, & Eusebius Scholasticus, Arcadio, & Theodosio juniore Imperantibus vixere; quorum uterque carmine descripsit bellum contra Gainam, Gothorum regem. De his duobus sic Nicephorus 13. 6. *Si quis accuratius, pleniusque, res eo bello gestas cognoscere velit, eum Gaineum librum legere jubemus, quem Eusebius Scholasticus composuit, Troici Sophistæ sectator. Qui, cùm rebus gerendis spectator ipse belli interfuisset; in quatuor libellis heroico versu id luculenter exposuit; quod scriptum propter rei novitatem in magnâ admiratione fuit. Sed & Ammonius, Poeta alter, qui idem bellum carmine composuit, præclarus proximo imperio, sedecimo junioris Theodosii consulatu, quem cum Fausto gessit (tum enim poema id publicavit) habitus est.* Quæ ad verbum excripsit ex Socratis libro 6. cap. 6.

Ammonius, historicus ἐν τῷ περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν citatur ab Harpocratione in Ἀμαζόνιον, uti & voce Ἑορδεῖς. Ex quo etiam discimus Lamprienem fuisse, ut Gelnerus falsò Alexandrinum vocet. Eidem etiam Harpocrationi in Θύλη citatur ἐν πεντάτῳ περὶ κωμῶν. Quæ lectio si sana est, egerit de κώμαις, sive vicis illis, in quos Athenarum urbs erat distributa, uti regio ipsa in δήμους, sive populos. Sed verisimilius est pro κωμῶν etiam hic βωμῶν legi oportere. Vossius.

Ammonius, vide *Saccas*.

Ammonius, monachus, ad episcopatum gerendum vocatus, dextram sibi amputavit auriculam, ut mutilato corpore Consecrationem effugere posset. Socrates, lib. 4. cap. 18.

Amœbæus, citharœdus Atheniensis magni nominis fuit, cujus ex Aristeæ *de Citharœdis* libro meminit Athenæus, lib. 14. Zenoni coætaneum facit Plutarchus περὶ τῆς ἀδικίας ἀρετῆς. Laudat eum à continentiâ (utpote qui uxorem suam nunquam attigerit, quamvis formosissimam) Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. Ælianus Hist. An. 6. 1. & Var. Hist. 3. 30. Hinc est quod vir doctissimus Nicolaus Heinsius locum Ovidii 3. de Art. Am.

Te lusit & Thamyran superes atque Orphea cantu.

Ita restituendum putat

——*Et Amœbea cantu.*

Amometus, historicus, cujus meminere Plin. lib. 6. c. 17. Antig. Caristius Hist. Mirab. c. 164. Ælianus de Anim. l. 17. c. 6.

Amor, ponitur pro Cupidine, Veneris filio. Prop. 2. 12.

Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem.

Theocritus

Νῦν ἔγνων τὸ ἔρωτα βαρὺς θεός.

Vim ejus, sive potius violentiam nemo ferè Poetarum non exprimit. Græcos adducam ad *Cupidinem*. E Latinis duos tantum impræsentiarum proferam, Virgilium, & Senecam Tragœdum; Quorum hic Georg. 3.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignemque ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes ursi, stragemque dedere.
Per silvam tum sævus aper, tum pessima tigris:
Heu male tum Libyæ solis erratur in agris.
Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Ac neque eos jam fræna virûm, nec verbera sæva.
Non scopuli rupesque cavæ, atque objecta retardant
Flumina, correptos undâ torquentia montes.
Ipse ruit dentesque Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.
Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæcâ serus freta: quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora; nec miseri possunt revocare parentes
Nec moritura super crudeli funere Virgo.

Ille Hippolyt. Act. 1.

Nulla pax isto Puero: per orbem
Spargit effusas agilis sagittas.
——*Juvenum feroces*
Concitat flammas: senibusque fessis
Rursus extinctos revocat calores:
Virginum ignoto ferit igne pectus:
Et, jubet cœlo Superos relicto
Vultibus falsis habitare terras.

Exempla profert Phœbum, Jovem, Lunam, ac Herculem. Pergit.

Sacer est ignis, (credite læsis)
Nimiumque potens. Qua terra salo
Cingitur alto, quaque ætherio
Candida mundo sidera currunt;
Hæc regna tenet puer immitis:
Spicula cujus sentit in imis
Cærulus undis grex Nereidum,
Flammamque nequit relevare mari.
Ignes sentit genus aligerum.
Venere instincti quam magna gerunt
Grege pro toto bella juvenci!
Si conjugio timuere suo,
Poscunt timidi prælia cervi;
Et mugitu dant concepti
Signa furoris. Tunc virgatas
India tigres decolor horret.
Tunc vulnificos acuit dentes
Aper, & toto est spumeus ore.
Pœni quatiunt colla leones
Cum movit amor, tum silva gemit
Murmure sævo.
Amat insani bellua ponti
Lucæque boves.

Amorphus, Comicus Siculus. Themistius Orat. 19. Ἐπεὶ δὲ κωμῳδία τὸ παλαιὸν ἤρξατο μὲν ἐν Σικελίᾳ. Ἐκεῖθεν ἦλθεν Ἐπίχαρμός τε καὶ Ἄμορφος. Ubi tamen legendum videtur, Φόρμος. Is enim cum Epicharmo Comœdiæ repertor fuit. Suidas. Ἐπίχαρμος ὃς ἔνιοι καὶ Κωμῳδίαν ἐν Συρακούσαις ἅμα Φόρμῳ. Idem Φόρμος Συρακούσιος Κωμικὸς, σύγχρονος Ἐπιχάρμου. Lepidum vero est, quod vir doctus lib. 1. de Theatro scripsit ab Epicharmo sportam Græcè Φόρμον, inventam, cum Phormus hic non appellativum est sed proprium.

Amos, per א in principio, & ס in fine Lat. *fortis*, vel *robustus*, pater Esaiæ prophetæ. Es. 1. Hesychius Ἀμὼς ἐρωτικὸς ἢ στρώσεις, ἢ ἰσχύς.

Amos, per ע in principio, & ס in fine, Lat. *oneratus* vel *onerans*, Propheta unus ex duodecim, cujus prophetia extat. Item *Amos* Ægyptius, pater Clinomonarchorum, quos ore operto mensæ jubebat accumbere, ne parcè comedentium virtus appareret. *Amos* item Syrach, Judæorum dux, regn. an. 15. Cujus fuit tanta castitas, ut cum uxore nunquam fuerit congressus, sed eidem amorem virginitatis in animum induxerit.

Amphiaraus, Oeclei filius (à quo Oeclides dictus) & maritus Eriphyles, Græcus vates, quem Adrastus rex secum ad bellum Thebanum ducere voluit: sed ille præsciens se illinc non rediturum, latuit; & cùm diu inveniri non potuerit, tandem ab Eriphyle uxore suâ aureo monili ab Adrasto rege corruptâ, productus est, atque ita proficisci coactus, primo die quo ad Thebas venit, hiatu terræ absorptus est. Homerus Odyss. 15.

Ἀυτὰρ Οἰκλείης (genuit) λαοσσόον Ἀμφιάρηον,
Ὃν Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων
Παντοίῃ φιλότητι· ἕδν δ' ἵκετο γήραϊ λυγρῷ,
Ἀλλ' οὔτε ὑπ' Θήβῃσι, γυναικὸν εἵνεκα δώρων.

Notus homo mersis Amphiaraus equis.

Horat. lib. 3. Od. 16.

——*Concidit auguris*
Argivi domus ob lucrum
Demersa excidio.

Pro Deo cultus est post mortem, templumque apud Oropios habuit ex marmore candido constructum, ubi Fons, & Ara, cujus descriptio extat apud Pausan. in Atticis. Cic. lib. 1. de Divinat. *Amphiaraum sic honoravit fama Græciæ, sic Deus ut haberetur, atque ut ab ejus solo, in quo est humatus, oracula peterentur.* Historiam ejus latissimè scripsit Diod. Sic. lib. 5. cap. 5. Pausan. in Att. & Stat. Theb. 7. Vide Plut. in Paral. Vide Barthium ad illud Statii Theb. 1.

——*Non docte futuri*
Amphiarae vides.

Apollodorus. Ἀμφιάραος ἀνάγκλω ἔχων στραβίζας, τοῖς πεσὼν ἐντολὰς ἔδωκε, πρὸ τῆς μητέρα κλεῖναι. Diod. Siculus: ὁ μὲν Ἀμφιάραος δόξας κατὰ γυναικὸς φρόνησιν, συστρατεύσαι μὲν ὁμολόγησεν, ἐντολὰς δὲ ἔδωκεν Ἀλκμαίωνι τῷ υἱῷ μὴ πρότερον τελευτῆσαι τὸν βίον, πρὶν ἢ τὴν Ἐριφύλην ἀνελεῖν. Plura Barthius ad Theb. 8. p. 863.

Amphicrates, historicus, qui libros de viris illustribus conscripsit. Laert. in Aristippo. Ἀμφικράτης ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν φησὶ κώνειον αὐτὸν πεῖν κατακριθέντα. *Amphicrates libro de viris illustribus autor est, eum damnatum, venenum bibisse.* Athenæus lib. 13. 5. Θεμιστοκλῆς δὲ ἑταίρας ὠῇ γεννηθὸς ὄνομα Ἀβροτόνην, ὡς Ἀμφικράτης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. *Themistocles è scorto, cui nomen Abrotano, natus est, ut refert Amphicrates libro de viris claris.* Eundem esse cum Rhetore illo Amphicrate, qui apud Tigranem vitam voluntariâ inediâ finiit, teste Plutarcho in Lucullo, putat Jonsius lib. 2. de Script. Hist. Phil. cap. 15.

Amphictyon,

Amphictyon, Deucalionis filius post Cranaum in Atticâ regnavit: huic inventum ferunt somniorum & portentorum interpretationem. Reg. an. 10. Hujus ætate templum in Delo construxit Erisichthon Triopis filius, Euseb. in Chron.

Amphictyon, Heleni filius, amplissimum illud Græciæ Concilium instituit, quod *Amphictyonium* vocabatur, teste Dionysio Hal. lib. 4. Cic. lib. 2. de Inventione. *Accusantur apud Amphictyonas, commune Græciæ Concilium.* Constabat autem ex 7. Græciæ civitatibus. Strabo lib. 9. Huic concilio qui præerant *Amphictyones* vocabantur. Vide Budæum in Annot. prioribus, & Erasmum in Chil. Hesych. Ἀμφικτίονες, *μείοικοι συναγόμενοι ἐπὶ πυλέων* (lege *πύλαιαν*) *πυλαγόροι, ἢ ἱερομνήμονες.* Vide etiam Harpocrationem & Suidam. Hic primus à Dionysio edoctus, aquam vino miscuit, quo frugi homines usi sunt, quos meraca prius incurvabat potio; unde Dionysio erecta ara, quem ὄρθιον, i. e. *rectum* vocant. Cæl. Rhod.

Amphidromia, Etsi non fuerit Amphidromiorum publica solennitas, sed privatorum affectibus confecrata: tamen hîc omittenda non fuit, quòd cùm omnes sigillatim homines spectet, etiam Δημοτελὴς appellari quodammodo videatur. Igitur Ἀμφιδρόμια, vel ut alii scribunt, Ἀμφιδρομία peragebantur à parentibus die quinto post partum, hoc ritû. Infantem gestantes circum lares focumque currebant: Domestici & amici tanquam gratulabundi dona conferebant. Harpocration ex oratione Lysiæ de abortu. Ἀμφιδρομία, ἡμέρα τις ἦγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος θέουσι περὶ τὴν ἑστίαν ἔρχεσθαι τρέχοντες, καὶ ὑπὸ δῆλον ὅτι οἰκείων, καὶ φίλων πλησιάζειν, καὶ συνήθων ἐλάμβανον. Cursus ille in orbem convertebatur. Plato in Theæteto; ubi Socrates rationem suam docendi obstetricum officio confert; cumque Theætetus peperisset, id est, ingenii sui specimen edidisset, Socrates veluti obstetricis munere perfunctus addit; μῶν ἢ τόκον, τὰ Ἀμφιδρόμια ἀμφὶ σὲ ἀληθῶς ἐν κύκλῳ σκεψόμεθον. Hesychius amplius tum nomina pueris imponi solita scribit Ἀμφιδρόμια, inquit, ἡμέρα ἀγομένη τοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος θεῖ ἢ ἑστίαν ἔρχεσθαι τρέχοντες κύκλῳ, καὶ ὀνομάζεται ἀπ' αὐτῶ ὄνομα, ὅτι ὑπὸ δῆλον οἰκείων καὶ φίλων δῶρα ἐπέμπετο. Ex quibus sequi videtur Amphidromia fuisse Romanorum Nominalibus affinia. Idem tamen author postea sui velut oblitus, decimo die nomina demum imponi tradit, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν ἐτίθεσαν. Atqui si Amphidromia die quinto celebrantur, & Nominalia decimo, eadem esse nequeunt. Alio loco vocat Δεκαμήριον ἦμαρ. Ἔστι δ' ἡμερῶν ἐπτὰ ἀπὸ τῆς γενέσεως, ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες θεῖ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ περίχυσιν. Igitur acta die quinto Amphidromia, quòd hoc spacium sufficere putarent ad ea curanda, quæ partum ipsum spectant. Hinc etiam obstetrices, & quæ adfuissent enitenti manus abluebant, & quasi munere suo jam perfunctæ, in posterum nutricibus habendam infantis curam ostendebant. Etymolog. Ἀμφιδρόμια, inquit, ἑορτή ἐστιν Ἀθηναίοις τελουμένη, καθ' ἣν ἐγκυρούσαις ἄρρεσι ὀπισθοδρόμοις, ὅτι τὴν ἑστίας ἐπεπήδηκασι. Τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖσι καὶ μὴ σχολῆς εἰς τὰ βρέφη παρὰ τὴν ἑστίαν περιφέροντες, ἐπειδὴ κυοφόρον ἢ ὄφεως ὅτι τίνων πεφήμισαι. Huc etiam facit, quòd Genium, natalium præsidem, sive ἡνιόχιον, Æschylus Ἀμφιδρόμιον appellavit.

Amphilochius, Metropolita Cyzicenus, ad quem scribit Photius Epist. 207.

Amphilochius, Iconii (Lycaoniæ hæc metropolis est) episcopus. Floruit sub Theodosio M. Quanti eum fecerit B. Hieronymus, argumento est, quòd, epistolâ ad Magnum, sacrâ, profanâque doctrinâ eum Basilio, & Gregorio Nazianzeno, æqualem facere videtur. Vide Voss. de Hist. Græcis lib. 2. cap. 19.

Amphilochus, Amphiarai, & Eriphyles filius, reversus ab expeditione Trojanâ, patriâ relictâ Argos Amphilochium condidit, rex & augur apud Græcos habitus fuit.

Amphilochus, Athenienſis Philosophus, & agriculturæ scriptor. Varro lib. 1. de R. R.

Amphilytus, Acarnan hariolus. Herodot. lib. 1. cap. 62. Hic divinâ pompâ fungens, sic vaticinatus est.

Ἐρρίπται ὁ βόλος, τὸ δ' ἰκτύον ἐκπεπόταται,
Θυννοι δ' ὀιμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός.
Est nummus projectus, item sunt retia tenta,
Nocte meant thynni claro sub sidere Lunæ.

Vel, ut alii reddunt.

Verriculum jactum est, expansaque retia, nocte,
Mox aderunt thynni, &c.

Amphimachus, Amphiarai & Eriphyles filius quem Homerus cum aliis Græcorum ducibus Trojam venisse scribit. Ita Dictionarii Poetici primus compilator. Ego vero apud Poetam in Catalogo duos Amphimachos invenio, neutrum tamen, quod sciam, Amphiarai & Eriphyles filium. Primus occurrit ver. 620.

Τῶν μὲ ἀρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην
Τὼ, ὁ μὲ Κτεάτου, ὁ δ' Ἐυρύτε Ἀκτορίωνος·

Alterius mentio est vers. 870.

Τῶν μὲν ἀρ' Ἀμφίμαχος καὶ Νάστης ἡγησάσθην,
Νάστης, Ἀμφιμάχοιο πάϊς, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

Amphimedon, Libycus quidam, qui in aulâ Cephei regis adversus Perseum pugnans, occisus est. Ovid. 5. Met.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam,
Conciderant lapsi.——

Amphimedon, unus procorum Penelopes, à Telemacho Ulyssis filio occisus. Hom. Odyss. 22.

Ἦρχ' αὖτ' Εὐρυάδην βάλε πτολίπορθος Ὀδυσσεύς,
Ἀμφιμέδοντα δ' Τηλέμαχος, Πόλυβον δὲ συβώτης.

Erat autem Melanthei nlius, teste eodem Hom. Odyss. ω.

Ἔγνω δ' ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο
Παῖδα Μελανθῆος θ' ἁγακλυτὸν Ἀμφιμέδοντα.

Amphinome, nymphæ nomen, à *circumpascendo*, quod proprium est aquarum, quæ ripas & littora circumquaque depascunt. Hom. Iliad. Σ.

Δεξαμένη δ', καὶ Ἀμφινόμη, καὶ Καλλιάνειρα.

Item mater Jasonis, quæ gladio sibi pectus transhxit, & periit absente filio. Nat. Com. 6. 7.

Amphinomus, unus ex procis Penelopes à Telemacho Ulyssis filio interfectus. Hom. Odyss. 22.

Ἀμφίνομος δ' Ὀδυσῆος ἐείσατο χαλκοβατείων
Ἀντίου ἀΐξας· εἶρυτο δ' φάσγανον ὀξύ,
Ἔκπαγλος δὲ εἴξειε θυράων· ἀλλ' ἄρα μιν σθῆ
Τηλέμαχος κατόπισθε βαλὼν χαλκήρει δουρὶ
Ὦμον μεσσηγύς, διὰ δὲ στέρνοφιν ἔλασσε,
Δίπτυον δ' ποσὶν, &c.

Erat autem Nisi filius, teste eodem Hom. Odyss. 18.

Τοῖσιν δ' Ἀμφίνομος ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν,
Νίσου φαίδιμος υἱὸς ἀρηιφίλου ἀνακτος.

Amphinomus, & *Anapus*, Siculi fratres; cùm Ætnæ incendio Catana urbs, & omnia prope Siciliæ loca deflagrarent, parentes humeris impositos periculo subduxerunt. Vide Val. Max. lib. 5. cap. 4. Et Sen. lib. 3. de Benef. Cornel. Severus in Ætnâ.

Amphinomus, fraterque, pari sub munere fortes,
Cum jam vicinis streperent incendia tectis,
Accipiunt, pigrumque patrem, matremque senilem.

Silius Ital. lib. 14.

Tum Catanæ nimium ardenti vicina Typhœo,
Et genera sse pios quondam celeberrima fratres.

Claudiani quoque de illo Epigramma est.

Adspice sudantes venerando pondere fratres
Divino meritis semper honore coli
Justa quibus rapidæ cessit reverentia flammæ
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.

Mem. Strabo, Solinus, Ælianus, alii. Vide Dausqueii notas ad locum istum pag. 596.

Amphion, filius Jovis ex Antiope, Nyctei filiâ, quæ cum Lyco regi nupsisset, ab Epapho (ut apud Hyginum legitur) aut certè Epopeo (ut in Corinthiacis habet Pausan.) per dolum est constuprata; quâ re cognitâ, Lycus uxorem repudiavit, quam Jupiter jam viduam compressit, ex quo & gravida effecta est. Id sentiens Dirce, cum quâ secundas nuptias Lycus contraxerat, suspicata est virum clam cum Antiope consuescere; eamque ob causam famulis imperavit, ut carceri eam includerent. Verùm, instante jam tempore partûs, Jovis miseratione soluta est, & in Cithæronem montem confugit, ibique in bivio gemellos edidit, quos pastores pro suis educarunt; Et alterum quidem *Zethum* appellarunt ἀπὸ τῆς ζητεῖν τόπον; alterum autem *Amphionem*, ὅτι ἐν ὄδῳ, ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν μίτης αὐτὸν ἔτεκεν. Hom. Odyss. λ.

Τλυὸς δ' μετ' Ἀντιόπην ἴδον Ἀσωπίδα κούρην,
Ἣ δὴ καὶ Διὸς ἔυχετ' ἐν ἀγκοίνῃσι λαῦσαι,
Καὶ ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ' Ἀμφίονά τ' Ζῆθόν τε,
Οἳ πρῶτοι Θήβης ἔδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο,
Πύργωσάν τ' ἐπεὶ οὐ μὰν ἀπύργωτόν γε δύναντο
Ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην, κρατερώ περ ἐόντε.

Hi postea adulti, cognitis injuriis, quibus matrem suam affecerat Dirce, tauri indomiti caudæ eam alligarunt, eoque per loca aspera agitato, diris eam cruciatibus laniarunt, donec ejus misertus Bacchus in fontem sui nominis eam commutavit. Fuit autem Amphion musicus tam insignis, ut testudinem à Mercurio dicatur accepisse, ejusque sono saxa ad urbis Thebanæ constructionem attraxisse. Apollon. Rhod. lib. 1. Argonautic.

Ἀμφίων δ' ὃν τὸν γε χρυσέη φόρμιγγι λιγαίνων
Ἥιε, δῖς τόσσον δ' μετ' ἰχθυόεντα νέοντο πέτρη.

Euripides in Phœniss.

Ἁρμονίας δ' πατ' εἰς ὑμεναίους,
Ἦλθον ἐφ' ἑπτάδυ. Φόρμιγγι δ' τείχεα Θήβας
Τὰς Ἀμφίονίας ἁ λύρας ὕπο, πύργος ἀνέστα.

Horatius ad Piſones.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.——

Et lib. 3. Od. 11.

Mercuri, nam te docilis magiſtro
Movit Amphion lapides canendo.

Virgil. Eclogâ 2.

Canto quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Propertius lib. 1. eleg. 9.

Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ.

Idem lib. 3. eleg. 2.

Saxa Citharonis Thebas agitata per artem
Sponte ſuâ in muri membra coiſſe ferunt.

Ovid. Μεταμορφ. lib. 3.

Saxa tuo cantu, vindex juſtiſſime matris,
Fecerunt muros officioſa novos.

Silius lib. 11.

Hæc Amphionio vallavit pectine Thebas
Ac ſilice aggeribus per ſe ſcandente vocatis
Juſſit in immenſum cantatas ſurgere turres.

Statius 1. Thebaidos.

——*Penituſque ſequar quo carmine muris*
Juſſerit Amphion Tyrios accedere montes.

Idem lib. 8.

——*Tyriam reptantia ſaxa*
Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes.

Plura de Amphione Nat. Com. 9. 15. Eum autem ſaxa moviſſe, (inquit Albricus) nihil aliud fuit, quàm quod mellifluâ oratione ſuaſiſſet ignaris, & rudibus hominibus, ac ſparſim degentibus, ut in unum convenirent, & civiliter viverent, & in defenſionem publicam civitatem mœnibus circumdarent. Quòd autem citharam à Mercurio ſuſceperit, id ſignificat eum eloquentiſſimum fuiſſe. Boccatius. *Amphionis* hujus portenti duplex apud Pauſaniam Mythologum lib. 6. ait. Amphionem & Orpheum Ægyptios fuiſſe; alteri vero feras allicere, alteri ſaxa ad conſtruendos muros movere potuiſſe tributum, quod uterque Magorum myſteria didiciſſet. At lib. 9. *De Amphionis*, inquit, *cantu & quòd muros ad lyram erexerit, Homerus nullam facit mentionem: hanc verò in muſicis famam iccirco Amphion eſt conſecutus, quòd à Lydis ob Tantali affinitatem modos didicit, primuſque chordas tres ad quatuor à ſuperioribus inventas adjecit.* Solinus cap. 13. *Thebas condidit Amphion, non quòd lyrâ ſaxa duxerit, neque enim par eſt ita geſtum videri, ſed quòd affatus ſuavitate homines rupium incolas ad obſequii civilis pellexerit diſciplinam.* Vide Palæphati epitomam, quæ nunc ei ſcriptori ſola ſupereſt, cap. 43.

Amphion, filius Jaſii, imperavit Orchomeniis, Minyis, & Pyliis, teſte Leontio, alio nomine Argus vocatus, cui erat filia Chloris, natu minima. Hom. Odyſ. λ. verſ. 280.

Καὶ Χλῶριν εἶδον περικαλλέα, ἣν ποτε Νέλευς
Γῆμεν ἑὸν μνηστῆ ἀρετῇ, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα,
Ὀπλοτάτην κούρην Ἀμφίονος Ἰασίδαο,
Ὃς ποτ' ἐν Ὀρχομενῷ Μινυείῳ ἶφι ἄνασσεν,
Ἦδὲ Πύλῃ βασίλευε.

Amphis Comicus, cujus γυναικομανίαν laudat Athen. lib. 14.

Amphitrite, Nerei, vel Oceani, & Doridis filia, Neptuni uxor, cujus nuptias cùm à principio fugeret, virginitatem ſervare cupiens, miſit ad eam Neptunus Delphinum, qui per varia loco quæſitam tandem ad radices montis Atlantis invenit, &, ut Neptuno jungeretur, perſuaſit. Claudianus 1. de R. Proſ.——*Nereia glauco*

Neptunum gremio complectitur Amphitrite.

Hinc à Poetis maris Dea fingitur, ex quâ natus eſt Triton, ut canit Heſiodus. Sumitur interdum pro ipſo mari. Ovid. Met. 1.

——*Nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Catullus in Argonaut.

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitritem.

Ita Græci. Dionyſ. Periegetes verſ. 53.

Ἀντία Κασπίης τετραμμένη Ἀμφιτείτης.

Nomen deductum videtur παρὰ τὸ ἀμφιτέλλειν ἢ γῆν, h. e. quòd mare terram circumquaque atterat, & quaſi radat. Vnde Virgil.

Proxima Circææ raduntur littora terræ.

Et Dionyſ. Perieg. verſ. 61. de Oceano.

Ἣ ὀρέων ἢ πίζαν ὑπουξύουσα πολήων.

Vel ἀπὸ τῆς τρέειν, quod eſt terrere. Mare enim circum ſe navigantes pereundi terrore inſequitur. Heſychius. Ἀμφιτρίτη (lege Ἀμφιτίτη) θάλασσα, ἀπὸ τῆς φόβῳ περιελάλειν τοὺς διαπλέοντας αὐτήν. Etymologus, Παρὸ δὲ τὸ τρεῖν λέγεται Ἀμφιτρίτη, ἡ ἀμφοτέρωθεν φόβον ἡμῖν ἐμποιοῦσα. Ideoque λέγει ὁ Χοιροβοσκὸς καὶ Ὠρίων, διὰ τὸ εἶ διφθόγγου χάριν debere. Joannes verò Diaconus in Allegoriis, quas ad Heſiodi Theogoniam ſcripſit aliam profert ab his diverſam etymologiam. Ἀμφιτίτη δὲ, inquit. λέγεται ἡ θάλασσα, καὶ ἁπλῶς ἡ πᾶσα ὑδάτων ὑπόστασις, διὰ τὸ ἀμφὶ τοῖς στοιχείοις τρέπειν καλεῖν πάλιν. Τὸ πῦρ γὰρ πάντων ὑπέρκειται, εἶτα ὁ ἀὴρ τέτακται, καὶ πάτος τὸ ὕδωρ τρέπειν ἐστίν. Eadem habet & Tzetzes, ſeu quiſquis eſt vetus Heſiodi Scholiaſtes, pag. 303. edit. Heinſ. Euripides in Cyclope aquam nominat *Amphitritem*, quæ Neptuni uxor dicitur, qui eſt ſpiritus per univerſam aquæ molem diffuſus, & tanquam anima ipſius elementi aquæ. *Amphitrite* autem eſt corpus & materia humoris omnis, qui intra terram includitur.

Amphitryo, princeps Thebanus, Alcæi filius, Herculis pater. Vide *Alcmena*. Hinc *Amphitryonides*, patronymicum pro Hercule apud Poetas, & per epentheſin τοῦ ι à *Amphitryoniades*, qui licet Jovis filius, tamen Amphitryonis putabatur, unde Catullo *Falſiparens* dicitur epigr. 69. Virg. Æn. 8.

Interea cum jam ſtabulis ſaturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet.

Prop. lib. 4. eleg. 10.

Amphitryoniades quâ tempeſtate juvencos
Egerit à ſtabulis, ô Erythea, tuis.

Vide Heſiodum in Scut. Herc. & Plaut. in Amphitr.

Ampycides, Mopſus Ampycis filius, Ovid. Met. 8.

Ampycideſque ſagax, & adhuc à conjuge tutus
Oeclides. Idem Met. 12.
Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampyciden Mopſum.

Ampyx, nomen viri proprium. Ovid. 12. Met.

Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oëcli
Fixit in adverſo cornum ſine cuſpide vultu?

Erat autem *Ampyx*, Mopſi pater. Orpheus in Argon.

Καὶ Μόψον Τιταρῆσιν, ὃν Ἄμπυκι νυμφοδοκεῖσα
Χαονίλη τέκε φηγὸν Ἀφηονὶς ὄξυλόφοισι.

Quanquam Scholiaſtes Apollonii *Ampycum* eum vocat, in illud lib. 1.

Ἤλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, ὃν ῥα πάλαι πὰρ
Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν.

Ἄμπυκος υἱός, inquit ὁ Μόψος τοῦ Τιτάρωνος, μητρὸς δὲ Χλωρίδος. Ubi vereor ne errorem commiſerit, patriam ejus pro patre ſumens. Mopſus enim erat è Titaro, oppido, ſeu monte Theſſaliæ. Item *Ampyx*, Patrenſis quidam nobilis. Pauſan. *lib.* 1.

Amulius, rex Albanorum, Procæ filius, Numitoris frater natu minor, quem imperio pepulit, filiumque ejus Lauſum necavit. Filiam vero Iliam Veſtæ ſacerdotem fecit, ut ſpem ſobolis auferret. Occiſus fuit à Remo & Romulo, & regnum avo Numitori reſtitutum. Ovid. Faſt. 3.

Romuleoque cadit trajectus Amulius enſe.

Idem Ovidius Mutationum libro 14.

Proximus Auſonias injuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitorque ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit.

Diverſimodè verò à diverſis hæc hiſtoria narratur, præſertim ab Euſebio, Plutarcho, Livio, Dionyſ. Hal. & Eutropio.

Amyclæus, Apollo ſic dictus, propter Amyclas, ubi eſt templum ei dicatum, opere, divitiiſque præcipuum, in loco omni arborum, ac frugum genere refertiſſimo. Hinc propter arborum pulchrarum copiam Amyclæ Statio *virides* vocantur. Theb. lib. 9.

——*Hunc virides, non excipietis Amyclæ.*

Herbas ejus commendat Val. Flaccus lib. 1.

Vectorem pavidæ Caſtor dum quæreret Helles,
Paſſus Amyclæâ pingueſcere Cyllaron herbâ.

De Apollinis autem fano ſunt & hæc Strabonis verba lib. 8. Τροπήσωμεν δὴ πρὸ Ταϋγέτου ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ, καὶ Ἀμύκλαι, ἃ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν. Hinc Amyclæ *Apollineæ* Statio dicuntur. Thebaidos libro quarto.

Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.

Ubi Lactantius, Luctatius, ſive Lutatius Scholiaſtes. *Amyclæ Laconiæ civitas, ſacra Apollini.*

Amyclas, nauta, à quo Cæſar tempore belli civilis in Italiam vectus eſt. Lucanus lib. 5.

——*Molli conſurgit Amyclas,*
Quem dabat alga, toro.

Amycus, Neptuni, & Melies nymphæ filius, Bebrycum rex, qui eam conſuetudinem habuit, ut advenas ad certamen provocaret, & inſidiis circumventos ibidem interficeret. Cum itaque Argonautæ illuc veniſſent, Pollux ab eodem ad certamen provocatus, cognitis inſidiis, ſocios convocavit, & ab iis adjutus Amycum interfecit. Ideo Pollucem Ἀμυκοφόνον vocat Oppian. lib 1. Κυνηγ. Amyci vero ſævitiam, aſpectum, horrorem, arma, potiſſimè deſcribit Theocritus in Διοσκούροις his verſibus lectori vel propter Elegantiam obtrudendis.

Ἔγ-

Ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέρφιαλος ἐνήνεμος ἐνδιάασκε
Δεινὸς ἰδεῖν, σκληρῇσι πεφλασμένος ἄτερ πυγμαῖς.
Στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια, καὶ παλάμαι γῶτον
Σαρκὶ σιδαρείῃ, σφυρήλατος οἷα Κολοσσός.
Ἐν δὲ μύες στερεῖσι βεβηκόσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον
Ἔσσανε, νῦν τε πίτνοι ὀλοίτροχοι, ὅς τε κυλίνδων
Χειμάρρους ποταμὸς μεγάλαις περιέζεσε δίναις.
Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο
Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.

Orpheus Argon. verſ. 657.

Ἔνθ' Ἄμυκος Βεβρύκεσσιν ὑπερφιάλοισιν ἄνασσεν
Ὅστε πάγομφαίῃ Ζηνὸς θέμιν οὐκ ἀλεγίζων,
Ἆθλον ἐπὶ ξεινοῖσι πεφασμένον ἀνδράσιν
Θήκατο πυγμαχίης ὑπερόπλῳ πειρηθῆναι.

Apollonius multa de eo initio lib. 2. ubi & deſcribit Typhœo parem.

Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐλεητὸς Τυφωέος ἠὲ καὶ αὐτῆς
Γαίης ἔβη ἔϊκτο πέλωρ τέκος, οἷα πάρεσθεν
Χωομένη Διὶ πίκτην.

Interficiebat autem victos ad aram patris Neptuni, monſtroſa proles, Val. Flacc. lib. 4.

Talis in advectos Neptuni credita proles
Æternum furit, atque æquæ virtutis egentes
Ceu ſuperum ſegnes, ad iniqua altaria tauros
Conſtituit, tandem ut miſero lavet arma cerebro.

Stat. Theb. lib. 3.——*Melius legatus adiſſem*
Sauromatas avidos ſervatoremque cruentum
Bebrycii nemoris.

Apollodorus lib. 1: Γενναῖος δ' ὢν ὑὸς ἦν Ποσειδῶνος ξένους ἀναγκάζει πυκτεύειν, καὶ τοῦτον ἀποκτείνει.

Amycus, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, Ovid. Met. 12.

Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud veritus ſpoliare ſuis.

Amycus, Æneæ comes. Virgil. Æn. 1.

Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci. Idem lib. 9. *Inde ferarum*
Vaſtatorem Amycum, quo non felicior alter
Ungere tela manu, ferrumque armare veneno.

Frater Dioris, Idem lib. ult.

Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem
Congreſſus pedes, hunc venientem cuſpide longâ,
Hunc mucrone ferit.

Amymone, Danai regis filia, una ex 50 ſororibus, quæ dum ſe in ſylvis jaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui, impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, ab eo paſſa eſt quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in ſmaragdo Alexander ſculpi voluit. Strabo lib. 8.

Amyntas, fecit volumen, quod Σταθμούς, ſive *manſiones* inſcripſit. Meminit Athen. libb. 10. & 12. itemque Ælianus de Animal. 17. 17.

Amyntianus librum ſuum de laudibus Alexandri dedicavit M. Antonino Imperatori: quamvis vero promiſiſſet ſtylo ſe æquaturum res Alexandri, tamen ſcriptor erat frigidus, multoque inferior iis qui ante eum Alex. geſta literis mandarunt. Edidit quoque vitam Olympiadis, Alexandri Matris: item vitas comparatas, ut Dionyſii & Domitiani, lib. 2. & Philippi Macedonum Regis, ac Auguſti lib. totidem. Phot. tom. 131.

Amyntor, Phœnicis pater. Hom. Iliad. 9.

Οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα
Φεύγων νείκεα πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο.

Ovidius Epiſtola 3.

Venerunt ad te Telamone & Amyntore nati.

Idem Met. lib. 8. verſ. 307:

Hippothouſque Dryaſque & cretus Amyntore Phœnix.

Item Dolopum rector. Ovid. Met.

Quem Dolopum rector bello ſuperavit Amyntor.

Item unus ex filiis Ægypti ab uxore Danai filiâ primâ nocte interemptus. Hyginus in Fab. Poeticis.

Amyris, Sybarita, de quo talis hiſtoria narratur. Quum Sybaritæ opibus florerent, quendam Delphos amandarunt, qui de rerum ſuarum ſucceſſu ſciſcitaretur oraculum. Reſponſum eſt autem tum evertendam fore Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cœpiſſent hominibus quàm Diis. Evenit deinde, ut ſervus à domino vapulans nequicquam ad Deorum aras confugiſſet, poſt ad heri monumentum confugiens, à plagis liberaretur. Quod ſimulatque conſpexit Amyris, collectis rebus ſuis in Peloponneſum confugit, reliquis interim Sybaritis hominem velut inſanum ridentibus. Inde proverbiali figurâ dici cœptum, *Amyris inſanit*, ubi quis ſub inſaniæ prætextu rebus ſuis conſulit, aut, ubi quis ſolus periculum proſpiciens in tempore ſibi cavet, creditus interim vulgò deſipere, ac demum eventus docet illum unum ſapuiſſe.

Amythaon, Crethei filius ex Tyro ſuſceptus, homo bellicoſiſſimus, habitus inter nobiliores medicos, Melampodis pater Virg. Georg. 3.——*Amythaoniuſque Melampus.*

Tibullus Panegyr. Meſſalæ.

Queis Amythaonius nequeat certare Melampus.

Ab hoc dicta, *Amythaonia*, pars Elidis. Steph.

Amytis, Mulier libidinoſiſſima, de quâ ſic Cteſias, *Mortuo*, inquit, *Megabyzo, uxor ejus Amytis libidinoſâ matre, filia libidinoſior, ſumme virorum* erat appetens, & ſuam undique explebat libidinem. Forte accidit, ut ægrotaret non gravi morbo illa quidem, ſed qui tum medici deſideraret opem. Eam igitur inviſens Apollonides Medicus Cous, quum jampridem ejus eſſet amore correptus, convaliturum illam (utpote quæ hyſterica eſſet) ſi cum viro congrederetur, affirmavit. Hâc arte fit voti compos Apollonides, & amatâ potitur Amytide. Verum tabeſcentem eam paulatim quum cerneret à congreſſu abſtinere cœpit. Illa autem tandem quum matri ſuæ rem totam aperuiſſet, eam, ne hanc quam ab Apollonide acceperat, inultam impunitamque dimitteret injuriam, rogavit. Mater quæ audiverat, ad Artaxerxem defert, narratque ut congreſſu ejus uſus eſſet, nec, niſi ea indignis prius abuſus modis, illo abſtinuiſſet. Rex matri de his agendi, ut vellet, poteſtatem promittit. Illa igitur comprehenſum & in vincula conjectum Apollonidem duos menſes in tormentis & cruciatibus habuit, tandem vero vivum etiam devovit. Hæc ille. *Amytim* autem hanc præterquam Cteſiæ, etiam Dinonis graviſſimi auctoris hoc infamatam reperi elogio: Ἄμυτις, χαλλίστη μὲν ἐν τῇ Ασιᾷ γυναικῶν καὶ ἀκολαστοτάτη.

Anacharſis, Philoſophus Scytha, *ſapientiæ admirandæ*, quemadmodum ſcripſit Cic. in 5. Tuſcul. *ſobrius, continens, abſtinens*, & *temperans*. Quod mirum eſt, cum inter Scythas ſolus fuerit doctus, & philoſophus repertus. Unde prov. de raris hominibus. *Anacharſis inter Scythas*. Floruit Solonis temporibus, cujus imaginibus inſcriptum fuit, *Linguâ, Ventre, Pudendis abſtinendum eſſe*. Plinius tradit eum inveniſſe rotam figuli, cujus circuitu vaſa formantur. Sen. ep. 90. Anacharſis inquit, invenit rotam figuli, cujus circuitu vaſa formantur. Dein quia apud Hom. invenitur figuli rota, mavult videri verſus falſos eſſe quàm fabulam, ego nec Anacharſin hujus rei fuiſſe auctorem contendo, etſi fuit ſapiens, quidem hoc invenit, ſed non tanquam ſapiens: ſicut multa ſapientes faciunt quà homines ſunt, non quà ſapientes. Hæc ille Laertius: Εὗρε δὲ εἰς τὸν βίον ἀγκυρᾶν τε καὶ κεραμικὴν ἔχον, ὥς πνες· ubi oſtendit dubitatum. Strabo certe, Euphorum etiam reprehendit, qui id dixerit, Πῶς γάρ, inquit, ὃν οἶδεν Ὅμηρος προσβύτερος ἄν· Cœterum Homeri locus eſt Iliad Σ. ſub finem his verbis,

Ὡς ὅτε τις ξυλέων ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν
Ἐζόμενος κεραμεὺς πάρος ἄψεται ἠὲ θέησιν.

Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habuit. Leges aranearum telis quam ſimillimas eſſe dicebat. Interrogatus, quo pacto quis abſtemius fieret; reſpondit, Si ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat. Pecuniam, faſtumque contempſit. Ardalus Anacharſim aliquando allocutus, interrogavit, An apud Scythas tibicinæ eſſent? qui ex tempore reſpondit, Ne vites quidem apud eos eſſe. Rurſumque Ardalo dicente, Atqui Dii ſunt Scythis? Omnino, inquit Anacharſis, iique intelligentes humanæ linguæ. Neque Scythæ putant quod Græci, qui quanquam Scythis eloquio præſtare ſe cenſent, tamen Deos oſſium & lignorum ſonos, quàm humanam vocem libentius audire opinantur. Plut. in Convivio 7. Sapientum. Tandem vero Athenienſium leges apud ſuos introducere conatus, à fratre, ejus loci rege, ſagittâ confoſſus eſt. Diog. Laertius in *Anacharſi*, Videtis illic Menagium.

Anachis, unus ex Diis Laribus apud Ægyptios. Hi enim quatuor Lares fuiſſe opinabantur, Dymonem, Tychin, Heroem, & Anachim, quos putabant, ſimulatque in lucem editus eſſet homo, illius pervigilem curam habere. Alex. ab Alex. lib. 8. Sed Gregor. Gyraldus Syntagm. 15. exiſtimat hæc nomina corruptè legi pro Dynamis, Tyche, Eros, & Anance, i. e. Vis, Fortuna, Amor, Neceſſitas.

Anacreon, poeta Lyricus, ex Teïo, Ioniæ civitate, ut ſcriptis, ita & toto vitæ genere, ſupra modum laſcivus. Amavit inter cæteros puerum, nomine Bathyllum, inſigni pulchritudine ſpectabilem. Horatius. Epod. Od. 14.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Tejum.

Periit ſtrangulatus acino uvæ paſſæ, uti tradit Plin. 7. 7. In honore fuit apud Polycratem Samiorum tyrannum, cujus etiam puerum Smerdiam dilexit. Ælian. 9. 4. Hujus poema totum amatorium eſt, ut ſcribit Cicero, & laſciviæ plenum. Cæterum de Anacreonte, unà cum reliquis Græcis, ac Latinis poetis veteribus, quorum ſcripta extant, nos alibi.

Anadyomene, de quâ Plin. 35. 10. Venerem exeuntem è mari D. Auguſtus dicavit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur, verſibus aliquot Græcis, & opus, & pictorem collaudantibus. Corruptam hujus inferiorem partem, qui

reficeret, non potuit reperiri. Conſenuit hæc tabula carie aliamque pro eo Nero ſubſtituit, Dorothei manu. Meminere hujus Plut. & Artemidorus lib. 2.

Ana yrus, pars tribûs Erechtheidis, ubi plurima anagyris naſcitur (unde nomen loco eſt) Steph. Et quia frutex iſte teterrimè olet, cum tractatur, adagio locum præbuit, *Anagyrim ſive Anagyrum commoves:* de eo qui ſibi malum procurat. Alii Anagyrum Genium quendam fuiſſe dicunt, qui propter ſi cellum ſuum violatum, omnes incolas vicinos evertit; & inde adagium ortum, ut apud Ariſtophanem in Lyſiſtratâ legitur, referente Suidâ; qui ait Genium illum, ſenem quendam, qui lucum ſuum inciderat, ſic ultum fuiſſe, immiſſo amore inſano in concubinam ſenis erga filium ejuſdem; qui cùm non aſſentiretur mulieri, ab eâ delatus ad patrem, quòd ſe voluiſſet ſtuprare, à patre præceps è tecto datus eſt, moxque pater facti pœnitens, laqueo ſe ſuſpendit, & mulier demum ſe in puteum præcipitavit.

Anaitis, dea, quam Armenii imprimis colunt, ita more recepto, ut vel nobilitate præſtantes, ejus miniſterio dedicent filias, quæ inibi corporis pudicitiâ in vulgus datâ, velut inde auguſtiores factæ, mox traduntur viris, nemine non conjugia id genus alacriter admittente. Hujus Deæ Numini dicata ſunt Sacarum feſta; dies quoque illi dicatus ſacer, Saca vocatur. In his ſacris turba virorum, & mulierum vino ſeſe ingurgitabat, vel uſque ad ſtuporem. Celebritatis ratio ex hiſtoriâ eſt. Cyrus, cum expeditionem in Sacas feciſſet, prælio victus fugit, & caſtris eo loco poſitis, ubi impedimenta reliquerat, paululum quiete refecto exercitu, tabernacula omnium rerum copiâ, ac maximè vino plena relinquens, fugam ſimulat. Sacæ inſequentes, cum caſtra hoſtium vacua, cibo, potuque plena reperiſſent, ſeſe plus æquo ingurgitarunt. Cyrus reverſus omnes leto dedit, ac diem illum Deæ conſecravit. Ubicunque autem fanum ejus Deæ eſt, ibidem ſtatutum eſt celebrari Sacæa, feſtum Bacchicum, per diem, ac noctem, Scythico habitu, potantibus viris, ac mulieribus, atque in vino invicem per joca, & laſciviam concertantibus. Vide Bochartum Geogr. Sacr. lib. 4. cap. 19.

Anapus. Vide *Amphinomus.*

Anarryſis, ſecundus dies Apaturiorum (vide *Apaturia*) quo ſacrificabant Tribules Jovi Sodali & Palladi. Nam ut Schol. Ariſtophanis exponit, & ex eo Suidas, ἀναρύειν eſt ἐπιβύειν, & θυσίαν ὁλοτελεῖν. Atque hoc eſt quod Homerus dicit ἀνερύειν, i. e. *ἀνασχέπειν reſupinare.* Nam ſi quando Diis ſuperis ſacrificabant, hoſtiam reſupinabant, ut cœlum intueretur. Euſt. ad Il. α. Ἐθῶ Ἑλληνικὸν, εἰ μὴ τοῖς ἄνω θεοῖς ἔθυον, ἀναχλᾶν τὴ τῷ ἱερείᾳ τράχηλον ὥστε ἀφορᾶν ὡς ἐσφάγην· Ἐὰν μέντοι Ἥρωσιν, ἢ ὅλως τοῖς κατοιχομένοις ἔθυον, κάτω τὸ ἱερεῖον ἔσφαξαν. Ritum hunc optime declarat Sophocles in Ajace Flagellifero, quem furore correptum in pecudes ſævientem inducit. Καὶ τὸν μὲ ἐυχάνιζε, τὸν δ' ἄνω τρέπων ἔσφαξε, καββάλων. Igitur ἀναρύειν eſt hoſtiam ἀναπέπειν καὶ ἀναφέρειν, i. e. *ad ſacrificandum reſupinare*; quod fiebat in ſacris Deorum ſuperûm, quales ſunt Jupiter & Pallas, quibus hâc Ἀναῤῥύσιος die ſacrificabatur.

Anaſtaſius, hiſtoricus, qui præceptoris ſui Maximi vitam memoriæ prodidit, floruit circa an. Chr. 650.

Anaſtaſius Theopolita, Cyrilli æqualis, compoſuit Perſica, ſive quæ in Perſide contigerunt, ſuper Dionyſaro, & Philippo hiſtoriographis, inter Chriſtianos & Paganos.

Anaſtaſius, nomen quatuor Paparum, quorum primus floruit. A. D. 328. Secundus, An. D. 497. Tertius, An. D. 910. Quartus, An. D. 1153.

Anaſtaſius, Abbas Romanus, ordinis S. Benedicti, Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, & Bibliothecarius Gregorii 4. A Leone autem 4. in Synodo Romanâ exauctoratus, eò quòd contra Canonum decreta Eccleſiam ſuam quinquennio deſeruiſſet. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. 2. 31.

Anaſtaſius, monachus Caſſinenſis, & Cardinalis, ac Bibliothecarius Stephani 2. Papæ, An. D. 754.

Anaſtaſius, hiſtoricus quidam, qui vitam Gregorii Nazianzeni, à Gregorio Presbytero Græcè ſcriptam, Latinè tranſtulit. Vixit circa an. 960.

Anauſis, Alanorum, & Heniochorum rex, procus Medeæ, poſteà à Styro rivali interfectus. Val. Flac. Argonaut. l. 6. v. 43.

Miſerat ardentes, mox ipſe ſecutus, Alanos,
Heniochoſque truces, jampridem infenſus Anauſis;
Pacta quod Albano conjux Medea tyranno.

Anax, Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit *Anactoria.* Indidem id eſſe factum putaverim, quòd apud Poetarum antiquiſſimos nomen *Anax* in honore fuit, tanquam ſacrum & auguſtum, regibuſque, & Heroibus peculiare. Etiam Dioſcoros Ἄνακες ideo dictos eſſe conſentaneum eſt, quòd ſtaturâ & majeſtate cæteris mortalibus anteſtarent. Cic. lib. 3. de Nat. Deor. author eſt primos Διοσκόρους ex Jove antiquiſſimo rege & Proſerpinâ natos, Athenis *Anaces* fuiſſe appellatos. Cum vero plures Dioſcoros ſuiſſe conſtet, idem nominis etiam Tyndaridis alii tribuerunt; Plutarchus in Theſeo, ubi cauſam quoque exponit appellationis: Τιμὰς ἰσοθέους ἔχον, Ἀνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχάς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, ἢ κηδεμονίαν τῆ μηδένα κακῶς παθεῖν, σεβείας τοσαύτης ἔνδον ὄσης. Ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τὸν ἐπιμελούμενον, ἢ φυλάττοντας ὅπλα. Καὶ τὸν βασιλεῖς ἴσως Ἄνακτας διὰ τοῦτο καλοῦσιν. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, διὰ τὴ τῶν ἄστρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθ. Τὸ γὰρ ἄνω τὸν Ἀττικὸς ἀνέκας ὀνομάζειν. *Divinos honores obtinuerunt Anaces appellati, vel propter inducias (quas Græci vocant ἀνοχάς) vel ob curam operamque, quam adhibuerunt, ne quis injuriâ afficeretur, cùm tantus eſſet in urbe exercitus* (quem illi duxerant ad recuperandam Helenam) *nam ἀνακῶς ἔχειν dicuntur, qui quamcunque rem tutantur, & cuſtodiunt. Et Reges fortaſſis ob hoc ipſum* Ἄνακτας *vocant. Sunt autem qui dicant ſic appellatos propter ſplendorem ſiderum; nam ἄνω, quod eſt ſurſum, ſive ſupra, Athenienſes ἀνέκας efferunt.* Ad poſteriorem nominis rationem fortè reſpexit Horat. lib. 1. Od. 3.

Sic fratres Helenæ lucida ſidera.

Euſtathius ad Odyſ. α. probat etymon, quod Plutarchus priore loco ponit. ἔστι, inquit, ἐν χρήσει ἀνακῶς, ἀντὶ τῦ φρονιμικῶς, ἐπιμελῶς, πεφυλαγμένως. Quo ſenſu ab Herodoto & Thucydide uſurpatum eſſe teſtis eſt Pauſanias. Pindarus Pithionic. 2. Epodo ultimâ, unum Pollucem nominans, ſic tamen, ut etiam de Caſtore intelligi debeat, non Ἄνακον, aut Ἄνακα, ſed Ἄνακτα vocat. Quem ſecutus eſt Tzetzes ad Lycophronem. Οἱ γὰρ Διόσκουροι χῆ Θεσέως σεβίσαντες ἕνεκα τῦ ἁρπαγῆς τῦ Ἑλένης, ἐφείσατο πάντων ὅσ' ἐν τῇ πόλει, πλὴν μόνης τῦ Αἴθρας. Διὸ καὶ θαυμάσαντες αὐτὸς οἱ Ἀθηναῖοι, Ἄνακτας, ἤτοι θεοὺς, καὶ σωτῆρας ἐκάλεσαν. Divinos autem honores Tyndaridis habitos non Lacedæmone modo, ſed etiam Athenis, oſtendit Theodoretus, lib. 8. de cur. Græcorum affect. Καὶ μήτοι, καὶ Τυνδαρίδας θεοὺς ἐκάλεσαν Ἕλληνες, καὶ Διοσκούρους ὠνόμασαν, καὶ Ἐφεσίους, καὶ Ἄνακας, καὶ τεμενῶν οὐκ ἐν Σπάρτῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖς τύτους ἠξίωσαν. In tantum, ut illis feſtum dicarint, quod ratione nominis jam adducti, Ἀγάκεια nuncuparunt. Julius Pollux l. 1. Ἑορτὴ Διοσκούρων Ἀθήνησιν Ἀνάκεια. Pauſanias itidem. Ἀνάκεια. ἑορτὴ Διοσκούροιν Ἀνάκοιν.

Anaxagoras, Clazomenius Philoſophus, Anaximenis diſcipulus, in Phyſicis præcellens. Hic non modo generis gloriâ & divitiis, verùm animi quoque magnitudine clariſſimus, totum patrimonium ſuis ſponte reliquit, & cum ab eis negligentiæ inſimularetur; *Quid ergo*, inquit, *nonne vos iſta curatis?* Mox abſcedens ad ſpeculandam rerum naturam ſe contulit, ſtudio doctrinarum flagrans, reique tum privatæ, tum publicæ omnino negligens, & adeo incurioſus, ut cuidam ipſum ita compellanti; *Nulláne tibi patriæ cura eſt?* dixerit, *Mihi vero patriæ cura, & quidem ſumma eſt:* digitum in cœlum intendens. Cum autem poſt diutinam peregrinationem in patriam rediiſſet, poſſeſſioneſque deſertas vidiſſet; *Non eſſem*, inquit, *ego ſalvus: niſi iſta periiſſent.* Qui pluris faciens culturam ingenii, quàm prædiorum, famam conſecutus eſt inter Philoſophos, non tamen apud Apollonium Tyaneum. Sic enim Suidas in Ἀναξιγόρας. Οὗτος Κλαζομένιος ὢν, ἀγέλας τε καὶ καμήλους τὰ ἑωυτῦ ἀνῆκε. Περὶ τύτυ ἔφη Ἀπολλώνιος Τυανεὺς, Πεῤῥᾴτοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι. Idem cœleſtium literarum ſcientiâ prædixiſſe fertur, quibus diebus ſaxum è ſole eſſet caſurum. Plin. lib. 2. c. 58. Lunæ quoque defectus primum commonſtraſſe eum ait Plut. in Nicià, idque ex eo probat, quòd cùm Nicias, rebus malè geſtis, Siciliam deſerere decreviſſet, & nocte fortè Luna defeciſſet; omnes milites ejus propter rei ignorantiam, quam paulò ante Anaxagoras calluerat, turbati, malum aliquod ſibi portendi arbitrati ſunt. De illo Tullius 4. Academ. Qu. *Anaxagoras nivem nigram dixit eſſe; ferres me ſi ego idem dixiſſem?* Argumentum ejus autem erat hujuſmodi, referente Sexto Empirico Pyrrhon. Hypotyp. lib. cap. 13. Ὡς ὁ Ἀναξαγόρας, τὸ λευκὸν εἶναι τὴ χιόνα, ἀντεπῆθει ὅτι χιὼν ὕδωρ ὄζει πηγῆς. Τὸ δὲ ὕδωρ ἔζει μέλαν, καὶ ἡ χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστι. Lactantius 5. 3. *Diſcipulus hic fortaſſe Anaxagoras fuerit, cui nives atramentum fuerunt.* Idem primus, *Homeri poema de virtute & juſtitiâ compoſitum eſſe*, dixit, πίνειν περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης. Ejus mem. Lucretius lib. 1.

Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur ὁμοιομέρειαν.

Eſt autem ὁμοιομέρεια, *partium ſimilitudo.* Eâ voce utitur Juſtinus Martyr. Ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας. Ἀναξαγόρας, inquit, τὰς ἀρχὰς τῶν πάντων τὰς ὁμοιομερείας εἶναί φησι. Sunt autem ὁμοιομερῆ partes ſimplices, & inter ſe ſimiles, quas Medici ſimilares vocant. Talis eſt caro, cartilago, nervus, vena, arteria, membrana, ligamentum, os. Quæ vero partes ex his compoſitæ ſunt, diſſimilareſque dicuntur, ἀνομοιομερῆ Græcis vocantur; talis oculus, manus, pes. Sed ad Anaxagoram redeamus, cujus morientis præclarum dictum refert Cic. Tuſc. l. 1.

Præclare,

Præclarè, inquit, *Anaxagoras, qui cum Lampſaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet, auferri; Nihil neceſſe eſt*, inquit, *Undique enim ad inferos tantundem viæ eſt.* Rogantibus iterum principibus, nunquid fieri mandaret? *juſſiſſe*, ferunt, *ut pueri quotannis eo, quo defeciſſet, menſe, ludere permitterentur.* Quæ conſuetudo Lampſaci diu ſervata eſt. Plura de illo vide apud Suidam, & Laertium Diogenem. Fuere item eodem nomine alii tres; Primus Ægineta ſtatuarius, cujus meminit Pauſanias lib. 5. Alius, cujus meminit Antigonus, Tertius Grammaticus, Zenodoti diſcipulus. Quibus adde quartum Argivorum regem, de quo Pauſan. in Argolicis.

Anaxandrides, Lacedæmoniorum rex; ſolus Lacedæmoniorum duas uxores ſimul habuit, & duas domos ſimul inhabitavit. Pauſanias ubi ſupra.

Anaxandrides, Comicus Rhodius, tempore Philippi Macedonis, docuit fabulas 65. vicit 10. Suidas. Πρῶτος ἔτος ἔρωτας, καὶ παρθένων φθορὰς εἰσήγαγεν, h. e. *primus amores & virginum ſtupra in ſcenam introduxit.* Item alius hiſtoricus, qui confecit libros περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων. In eorum primo retulerat, unde ortum proverbium, Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις. Narrat hoc collector Proverbiorum, quæ è Bibliothecâ Vaticana edidit Schottus, pag. 255.

Anaxarchus, Philoſophus Abderita, ſectator Democriti; habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehenſus, conjectuſque in pilum ptiſanæ, ſive mortarium ſaxeum, quod Græci ὄλμον vocant, ibique ferreis malleis contuſus, adeò tolerantèr pertulit aſperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit. Πύσε τὸν Ἀναξάρχου σύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πήσεις. h. e. *Unde Anaxarchi culeum, Anaxarchum verò ipſum non tundis.* Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abſciſſam, & commanducatam in os ejus irâ patulum conſpuiſſe dicitur. Ovidius in Ibin.

Aut, ut Anaxarchus, pilâ minuaris in altâ
Factaque pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.

Ad quem locum vetus Scholiaſtes. *Anaxarchus in mortario poſitus fuit, & ſicut ſinapi contritus.* Plut. in Tractatu de Virtute morali, ubi de Anaxarcho. Ὁ μὲν γὰρ (Nicocreon ſc.) ὑπέρεις σιδηρᾶς κατέπτισεν, καὶ κατέκοπτεν ἐκεῖνον. Tertullianus in Apologetico. *Anaxarchus, cùm in exitium ptiſanæ pilo tunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Origenes contra Celſum lib. 6. Γενναῖος μὲν ἦν ὁ Ἀνάξαρχος, λέγων πρὸς τὸν Κύπρου τυράννου Νικοκρέοντα, Πῖσον, Πτίσον, τὸν Ἀναξάρχου σύλακον, οὐ γὰρ οὐ πίσεις. Clemens Alexand. Strom. 4. Τὰ γὰρ Ἀναξάρχου σώματα, Πτίσον, ἐπβοᾷ, τὸν Ἀναξάρχου σύλακον. Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πίσεις. Meminit Nemeſius quoque de Naturâ Hominis cap. 30. ſed qui tormenti cauſam aliam reddit. Ἀνάξαρχος ὁ φιλόσοφος ὑπομένας πίσοντος ὑπὸ Νικοκρέοντος τὸ τυράννου ὑπὲρ τῆς μὴ παρδόναι τοὺς φίλους. Ex quibus locis patet Πτίσον legendum eſſe apud Laertium, non Πτίσον. Vide Philonem in libro *Quod omnis probus liber.* Greg. Naz. Epiſt. 58. Theodor. Serm. 8. Cic. 3. de Nat. Deor. & 2. Tuſc. Val. Max. 3. 3. Floruit Olymp. 114. Suidas.

Anaxarete, puella Cypria ex Salamine oppido formâ inſignis, & regia ſtirpe ſuperba; quam cùm Iphis infimæ ſortis juvenis perditiſſime adamaret, & ab eâ ludibrio haberetur, doloris impatientiâ ſeſe ad fores ejus ſuſpendit: Cujus funus cùm Anaxarete ſiccis, immotiſque oculis intueretur, in ſaxum converſa eſt. Ovid. Met. 14.

Fortè viæ vicina domus, quâ flebilis ibat
Pompa, fuit: duræque ſonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes; quam jam Deus ultor agebat.
Mota tamen, Videamus, ait, miſerabile funus:
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixque benè impoſitum lecto proſpexerat Iphim:
Diriguere oculi, caliduſque è corpore ſanguis
Inducto pallore fugit; conataque retrò
Ferre pedes, hæſit: conata avertere vultus
Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro jampridem pectore, ſaxum.

Anaxenor, citharœdus, quem Tyana civitas valdè extulit, ſed magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda dedit. Strabo lib. 14.

Anaxilas, poeta Comicus, de quo vide Voſſium de Poet. Græc. pag. 49.

Anaxilas, vel *Anaxilaus*, Meſſenius, Rheginorum tyrannus, Zanclen bello cepit Olymp. 20. & Meſſanam appellari juſſit. Is juſtitiâ cum cæterorum tyrannorum crudelitate certans, moderationis ſuæ haud mediocrem fructum tulit: quippe decedens, cum filios parvulos reliquiſſet, tutelamque eorum Micalo (aliis Smicytho) ſpectatæ fidei ſervo commiſiſſet, tantus amor memoriæ ejus apud omnes fuit, ut parere ſervo, quàm deſerere regis filios mallent; principeſque civitatis obliti dignitatis ſuæ, regni majeſtatem adminiſtrari per ſervum paterentur. Is vero tutelam ſanctè geſſit, & perductis in ætatem pueris, & bona, & imperium tradidit, dein parvo viatico ſumpto, profectus eſt Olympiam, ibique ſummâ tranquillitate conſenuit. Pauſan. in Meſſen. Juſt. lib. 4. Macrob. Saturn. 1. 11.

Anaxilaus, hiſtoricus, cujus meminit Dion. Halic. initio Antiq. Rom. ubi eum dicit procœmium hiſtoriæ ſuæ à vituperatione aliorum orſum eſſe, idemque factum eſſe à Theopompo, quorum neutrum ait ſe imitari velle. Neque alium putat Voſſius Anaxilaum ex quo Myſonem fuiſſe Arcadem, Laertius refert in *Myſone*. At alius eſt *Anaxilaus* Comicus, cujus fabulas longè plurimas citat Athenæus, qui *Anaxilas* dicitur Suidæ, & Etymologo; de quo ſupra. Alius eſt etiam *Anaxilaus* Medicus, quem laudat Plinius lib. 19. cap. 1. & lib. 25. cap. 13. & lib. 30. cap. 8.

Anaxilides, de Philoſophis libros conſcripſit, quorum ſecundum citat Laertius in Platone. De hoc B. Hieronymus contra Jovinianum ſcribit, quòd in lib. 2. Philoſophiæ ferat Platonis matrem phantaſmate Apollinis oppreſſam fuiſſe, & ob id ſapientiæ principem Platonem arbitraretur.

Anaximander, Mileſius Philoſophus, Thaletis ſodalis, auditor, ac ſucceſſor; primus terræ, mariſque circuitus deſcripſit, & ſphæram conſtruxit. Cylindri formæ terram eſſe aſſeruit, tantæ profunditatis, ut ad altitudinem profunditas tertia inveniatur. Is infinitatem rerum poſuit, quâ omnia naſcerentur. Cic. Acad. Qu. lib. 4. Horologium & Gnomonem invenit, primus etiam Geographicam tabulam edidit. Opinatus eſt nativos fuiſſe Deos, longis intervallis orientes, occidenteſque. Idem ex aquâ, terraque calefactis homines exortos eſſe putavit. Denique Lacedæmoniis fertur prædixiſſe, ut urbem ac tecta cuſtodirent, quòd inſtaret terræ motus; ac tunc urbs eorum tota corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, cladem inſuper eam ruinâ oppreſſit. Plin. 2. 79.

Anaximander, Anaximandri filius Mileſius junior, temporibus Artaxerxis Mnemonis. Συμβόλων Πυθαγορείων ἐξήγησιν ſcripſit, teſte Suidâ in Ἀναξιμ. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 6.

Anaximenes, Philoſophus Eraſiſtrati filius, (Euryſtrati, Εὐρυσθένους Suidæ) Anaximandri diſcipulus & ſucceſſor, eo die obiit, quo Sardis capta eſt. Hic principium rerum aerem opinatus eſt, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cujus condenſatione, ac rarefactione cuncta gigni putavit: Motum verò ab æterno eſſe dixit: Terram ex aere conſtipato, primùm omnium factam, latam, magnam, idcirco non abſque ratione ſuper aerem contineri. Solem, Lunam, cæteraſque ſtellas à terrâ ortum habere, Aerem Deum eſſe aſſerebat. Cic. Acad. Qu. lib. 4.

Anaximenes, Ariſtoclis filius, Lampſacenus orator, diſcipulus Diogenis Canis, & Zoili Amphipolitani grammatici illius, qui Homerum maledictis eſt inſectatus. Præceptor fuit Alexandri Macedonis, ipſum etiam in bellum ſecutus eſt. Hic Regem Alexandrum Lampſacenis iratum, hujuſmodi arte circumvenit. Cum Lampſaceni Perſarum partibus ſtuderent, Alexander irâ præter modum inflammatus, minabatur ſe graviſſimis quibuſque malis ipſos affecturum. Illi vero ut in uxorum liberorumque amittendorum, & patriæ funditùs evertendæ manifeſto periculo verſantes, Anaximenem mittunt Alexandro ſupplicaturum, ut irâ depoſitâ ſibi parceret. Alexander verò cùm cognoviſſet, quâ de causâ ille veniret, per Deos juravit, ſe profectò contraria ipſius precibus facturum. Anaximenes vero hoc beneficium, inquit, ô Rex, mihi largiaris, ut uxores, & liberos Lampſacenorum in ſervitutem abſtrahas, eorum templa incendas, & urbem ſolo æques. Alexander vero cùm nihil haberet, quod adverſus hoc excogitaret callidè, aut quod contra moliretur, cùm etiam jurisjurandi neceſſitate conſtrictus teneretur, Lampſacenis invitus veniam dedit. Hæc Suidas. Eandem hiſtoriam habes apud Pauſaniam, lib. 6. Is etiam, teſtibus duobus prædictis, primus dicitur inſtituiſſe, ut oratio extemporalis, & declamatio fieret, exercitationis gratiâ. Vide Diog. Laert. lib. 2. & Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 57. Cæterùm de variis Anaximenibus vide Meurſium in Notis ad Chalcidicum fol. 37.

Anaxipolis, Thaſius, Poeta Comicus, de quo Plin. 14. 14. in vett. editionibus. *Sic quoque diu vina tranſmarina fuerunt in auctoritate ad atavos uſque noſtros: ſicut apparet ex illo Comici verſu Anaxipolis Thaſii*

Quinque Thaſii vini inde depromam,
Falerni bina.

Hujus meminit M. Varro & Columella inter R. R. ſcriptores. Vide Voſſ. de Poet. Gr. p. 68, 69.

Anaxippus, Myndius, Herculi ſtatuam conſecravit. Pauſ. Eliac. 1.

Anaxippus, Novæ Comœdiæ ſcriptor; floruit temporibus Antigoni ac Demetrii Poliorcetæ. Dicere ſolebat, Philoſophos in ſermone tantùm ſapientes eſſe, in vitæ vero actionibus inſipientes. Multæ illius fabulæ recenſentur ab Athenæo.

Anaxir-

Anaxirrhoe, Coroni filia, Epei uxor. Pausan. Eliac. 1.

Anaxis, Bœotus historicus, historiam suam perduxit usque ad Olymp. 104. ac imperium Philippi Amyntæ filii, teste Diodoro Siculo extremo lib. 15.

Anaxithea, Danais, ex Jove peperit Olenum. Steph. in Ὤλενος.

Anaxo, Ancæi filia, quam quidam Alcmenæ matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pitthei ex Pelope & Hippodamiâ, sicut vult Plutarchus.

Ancæus, Lycurgi filius, patria Tegeates, unus ex Argonautis. Hyginus in Fab. Poeticis. Orpheus in Argonaut.

Ἀγκαῖον δ' ἐν ὅμιλον ἐπ' Ἀρκαδίης πολυμήλου
Πέμψε πατὴρ γηραιὸς ὑπὸ πλόον Ἀξείνοιο.

Apollonius lib. 1. Τειπατός γε μὲν ἔασιν ἴδεσθαι
Ἀγκαῖος, τὸ μὲν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμπε.

Ubi Schol. Λυκόεργος ὁ Ἀρκάδος Ἀγκαῖος.

Ancæus, Neptuni & Astypalææ filius patria Samius (aliàs rex Sami) qui & ipse inter Argonautas ab Hygino memoratur. Is (uti scribit Aristomenes) agriculturæ studiosus fuit: Quum autem vineam plantaret, nimium gravi labore servos premebat. Quare illorum quidam dixit, Dominum ex illa vinea fructum nunquam percepturum. Ancæus vero posteaquam uva maturuit, lætus vindemiabat, coactâque vindemiâ, vinum ex lacu sibi hauriri jussit, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Poculum igitur cùm ori admoveret, dictum servi in memoriam revocavit. Cui servus Πολλὰ μεταξὺ πίλυ κύλικος καὶ χείλεος ἅπτει, hoc est, vertente Horatio,

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

His vero dictis, quidam accurrit, nuntians quam maximum aprum vineam ingressum illam vastare totam. Itaque abjecto Ancæus poculo, ad aprum festinavit, ab ejusque dente ictus interiit. Unde natum est proverbium in eos quibus præter spem aliquid evenit; Quod sic è Græco in Latinum Cato vertit,

Multum interest inter os & offam.

Cave autem ne Ancæum hunc confundas cum eo qui ab apro Calydonio percussus fuit. Is enim Parrhasius Ovidio dicitur. *Penelopeque socer cum Parrhasio Ancæo.* Alius fuit Pleuronius, Argonauta quoque. Orpheus.

Ἀγκαῖός τ' ἔμολε Πλευρώνιος, ὅς ῥα πρεσσὺς
Οὐρανίας ἄστρων ἐδέγμενος κύκλας ἠδὲ πλανήτων.

Ancaria, Dea ab Asculanis populis colebatur, tanquam tutelaris, ne hostium incursu vastarentur. Alex. ab Alex. *Anchariam* scribit. Cæl. Rhod.

Ancharia, Octaviæ mater. Plut. in Antonio.

Anchariа, Familiæ nomen apud Romanos, sicut *Asellia*. Ancharius enim, vel *Ancarius* est asinus. Ἀχθοφόρον Græci interpretantur Ἀγγάριον, accipiuntque istud vocabulum æquè de jumento atque homine ἀχθοφόρῳ. Utitur hâc voce Lucilius.

Hæc inquam rudet è rostris, atque ejulitavit
Concursans, veluti ancarius, clareque quiritans.

Anchарius, vir nobilis Romanus à Marianis occisus; σφαγιαζόμενος, Plut. in C. Mario. Ἀγγάριον ἄνδρα βιαιότην, καὶ σεσηκὸς ὑπογγίνοντα τῷ Μαρίῳ καὶ μὴ κατιδόντα τοὺς ἐμπεσόντας ἀπὸ, καὶ μαχαίρας τύπτοντες.

Anchemolus, filius Rhæti Marrubiorum regis in Italia, cui cum pater Casperiam, sive Caspiam novercam superinduxisset, privignus eandem constupravit: quo cognito, cùm pater eum persequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille ad Turnum se contulit. Postea tamen à Pallante Evandri filio occisus est. Virgil. lib. 10.

——*Et Rhæti de gente vetustâ*
Anchemolum thalamos ausum incestare novercæ.

Anchesites, ventus ab Anchisâ portu Epiri spirans, cujus mentio est apud Halicarnass. Dionysium. Cic. lib. 7. ad Atticum. *Flavit ab Epiro plenissimus Anchesites.* Antea legebatur *Anchemitis*: sed ita restituit Turnebus.

Anchialus, Mentis filius (imò potius pater) vir bellicosus. Hom. Odyss. 1.

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος ὑψερεφὲς δὴ
Υἱὸς, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.

Anchialus, Phæacensis. Hom. Odyss. 8. vers. 112.

Anchialus, Judæorum Deus, ut quidam colligunt ex loco Martialis lib. 11. ep. 95.

Ecce negas, juraque mihi per templa Tonantis,
Non credo, jura verpe per Anchialum.

Salmasius lib. de linguâ Hellenisticâ legit חחיל & interpretatur, *per eum qui vivit in æternum.* Verum illud non est Hebræum, prima enim litera abundat, duóque insuper voces sunt חי-יל, uti est apud Danielem cap. 11. Et sic jam olim Scaliger legebat hunc Martialis locum. Sed profecto nihil minus quàm Hebraicè doctus fuit Martialis. Optimus codex Thuanæus, jam ante octingentos annos exaratus, qui excerpta continet Martialis epigrammata, legit hoc loco *Anchalium.* Omnino itaque legendum.

——*Jura verpe per Ancharium.*

Ancharius vero vel *ancarius* est Asinus. Unicè autem confirmat hanc conjecturam versiculus ille Petronii, ex quo liquet Judæos olim malè audiisse, quod crederentur per Asinum jurare.

Judæus licet & porcinum numen adoret,
Et cilli summas advocet auriculas.

Cillus autem est asinus, hinc *hemicillus* ἡμίονος & *cillanus agaso* Ciceroni. Male autem *cæli* vulgò legitur. Gentiles enim finxerunt, asini ductu repertam aquam in eremo; Et hinc fabula illa fluxit, Judæos asinum coluisse. Tacit. 5. Hist. *Famque haud procul exitio, totis campis procubuerant: cùm grex asinorum agrestium, è pastu in rupem nemore opacam consessit. Secutus Moses conjecturam herbidi soli, largas aquarum venas aperit.* Plut. 4. Sympos. Τιμῶσι δ' ὄνον ἀναφαίνοντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος. Sed à Græculorum impudentia in Christianos etiam derivata est hæc calumnia, quorum Deum, non tantum Sileni, uti Mosem, sed Satyri instar finxerunt, uti videre est apud Tertullianum cum hâc inscriptione; DEUS CHRISTIANORUM ONOCHOIRITES. Ita enim legendus locus ille, qui omnes hactenus exercuit eruditos. Ὀνοχοιείτης enim fingebatur tanquam ex asino & porco compositum monstrum. Epiphanius de Gnosticis Φασὶ δὲ καὶ Σαβαὼθ ὁτὶ μὲν ὄνος μόρφην ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Hinc *Asinarii* dicti Christiani. Is. Vossius.

Anchimolus, Sophista apud Elidem fuit, aquæ potor, ac ficis tantummodo vesci solitus, nec tamen aliis imbecillior habebatur. Cæl. Rhod.

Anchises, Capyos filius ante bellum Trojanum nemorum latebras, & solitudines coluisse fertur, gregibus, & armentis intentus: quibus cum vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum eâ concubuit, unde natus est Æneas apud Simoenta Trojæ fluvium. Ovid. Trist.

In Venerem Anchises, in Lunam Latmius heros.

Dido apud Virg. Æn. 1.

Tune ille Æneas quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?

Dissident hic inter se Homerus & Hesiodus. Ille 2. Iliad. ait genitum Æneam Ἴδης ἐν κνημοῖσι, i. e. *in imis partibus Idæ.* Ille in Theog. Ἴδης ἐν κορυφῇσι *in Idæ verticibus.* Virgilius Homero adhæsit, nam Simois fluebat per radicem Idæ. Ovid. autem Hesiodo, nam in Epistolis.

Phryx erat Æneas, volucrum cui mater Amorum
Gaudet in Idæis concubuisse jugis.

Nonnus in Bassaricis lib. 15.

Ἰκμὸς Ἀγχίσῃ ῥοδεοειδὲς, τὸ ποτε Κύπρις
Ἀργεννὴν ἐνόμισσον ὀρεσσινόμοις σίχα ταύροις,
Κεστὸν ἐλαφριζουσα βοοσσόον——

Cæterum Anchises, cùm se Veneris concubitu usum fuisse jactaret, ab eâdem oculis privatus est: propterea dicunt eum Trojanorum consiliis non interfuisse. Ardente Trojâ, cum nulla salutis spes appareret, senio confectum Æneas humeris eum imposuit, secumque Drepanum usque Siciliæ urbem vexit, ubi fatis concessit. Hinc *Anchisæus.* Virg. Æn. 5.

Et lucus latè sacer additur Anchisæo.

Item *Anchisiades*, pro Æneâ Anchisis filio. Virg. Æn. 6.

Dux Anchisiades, nec me Deus æquore mersit.

Anchurus, Midæ filius, de quo sic Plutarchus in Parallelis. *Circa Celænon, Phrygiæ oppidum, terræ hiatus cum aquâ domos complures ipsis cum hominibus absorpsit in profundum, Midas rex oraculo monitus, ut res eò pretiosissimas conjiceret, ita enim futurum, ut terra coiret, auro & argento injectis, nihil opis attulit. Anchurus igitur, regis filius, cùm nihil in vitâ humanâ pretiosius esse animâ secum ipse versasset, datis genitori complexibus, & Timotheæ uxori, equum ascendit, inque hiantem locum concitatus est. Ac sic terra rursùs coiit, & auream eo loco Jovis Idæi aram Midas dedicavit.* Hujus rei quoque testis est Callisthenes lib. 2. Metamorphoseon.

Ancile, scutum breve, authore Festo ad vocem *Mamurii*, ita ex utroque latere recisum, ut nullus angulus videri posset, & summum infimumque ejus latus medio pateret. Fertur id Numæ Pompilii tempestate de cœlo decidisse, unáque editam vocem, omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu in eâ mansisset. Ovidius Fastorum lib. 2.

Ecce levi scutum versatum leniter aurâ
Decidit; à populo clamor ad astra venit.

Et paulo post.

Idque ancile vocant, quod ab omni parte recisum est;
Quémque notes oculis, angulus omnis abest.

Virgil. Æn. 8.——*Lapsa ancilia cœlo.*

Juvenal. Sat. 2.

Segmenta & longos habitus & flammea sumit,

Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudavit clypeis ancilibus.

Nonius *ancilia grandia scuta* interpretatur. Mureto & Camerario dici videntur *ancilia* à Græco ἀγκύλος, h. e. *incurvus*. Est & aliorum quorundam hæc opinio, qui idcirco *ancylia* per *y* scribunt. Verum in veteri Antonini Pii nummo, ubi tria scuta, ovali prope figurâ, conspicere est ANCILIA ad scriptum. Eodemque modo in antiquis codd. manuscriptis inveniri auctor est Pierius ad 8. Æneid. Verius etymon apponit Varro lib. 6. de L. L. *Ancilia*, inquit, *dicta ab anciso, quòd ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa.* Sed nihil æque ancilium formam explicat, ac verba Plutarchi in Numa, quæ ideo apponam. *Ancilia vocant propter figuram, circulus enim non est, neque exprimit, ut pelta orbiculatam formam*, ἀλλ' ἐκλελυμένην ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδεῖς, *sed excisa est, ita ut revoluta linea fiat.* Historiam autem seu fabulam de lapsis cœlo ancilibus, quæ eam ob causam *cœlestia arma* Livius vocat, habes apud Dionys. Hal. lib. 2. & Lactant. lib. 1. cap. 21. Vet. Gloss. *Ancilia*, Διοπετῆ. Quæ oratio integra non est, & puto desiderari vocem ὅπλα. In Gloss. Græco Lat. Διοπετὲς ὅπλον, *clypeum lapideum*, *Ancile*. Hæc ancilia autem Romæ in Templo Martis asservabantur, & annis singulis circumferebantur Mense Martio per Sacerdotes, aliosque primores per urbem: dieque trigesimo demum recondebantur. Quod antequam fieret, nihil publicè feliciter fieri, superstitio tenebat. Hinc Suetonius Othonem contra religionem, nondum conditis ancilibus, inauspicatò profectum scribit, in ejus vitâ, cap. 8. Vide sis ibi Casaubonum, qui similem superstitionem Athenis, cùm *Plynteria* celebrarentur, obtinuisse eruditè, uti solet, observat. Aliter de istoc superstitionis genere Turnebus, quem Torrentius sequitur in explicando Suetonii loco. Male autem uti Lipsio ostensum, lib. 5. Antiq. Lect. cap. 16. Figuram eorum habes in antiquo nummo apud Guther. lib. 1. de Jure Pontificio, cap. 11.

Ancus Martius, quartus Romanorum Rex, nepos Numæ ex filiâ. Latinos bello domuit, Aventinum, & Martium montem urbi addidit; Janiculum ponte sublicio urbi conjunxit, Romanorumque limites ad mare usque promovit, ubi & Ostiam condidit. Fertur præterea primus carcerem instituisse: Ἀπὸ τῆς ἀγκῶνος, id est, à cubito sic dictus fuit, quem incurvum habuisse fertur, ut ait Servius, tales enim *ancos* appellari, Festus affirmat. Aliter Constantinus Manasses, vers. 1654.

Τὴν δὲ ἀγκύλην τὸ ποδὸς εἶχε πεπηρωμένην.

Virg. Æn. 6. —— *Quem juxta sequitur jactantior Ancus.*

Ingenium ejus quale fuerit, satis indicat Livius. Nam de illo: *avitæ gloriæ memor*: &, *medium erat in Anco ingenium, & Numæ, & Romuli memor*: &, *cuilibet superiorum regum belli, pacisque & artibus & gloriâ par.* Plutarchus ait περὶ τύχης, conditum Fortunæ templum ab hoc rege arrogante sibi Romanas victorias. Quæ res etiam satis declarat illius jactantiam.

Andabatæ, non Asiæ populi in tenebris versantes, uti somniavit Ferrarius; sed gladiatores, clausis oculis pugnantes. Cic. ad Trebatium Ep. Fam. lib. 7. *Quem antea ne Andabatam, quidem defraudare poteramus.* Vide Vossium in *Andabatæ*.

Andocides, Orator Athenienſis, filius Leogori: Orationes ejus habemus Περὶ μυστηρίων. Περὶ τῶν ἑαυτοῦ κακοδαιμονιῶν. Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. Κατὰ Ἀλκιβιάδου. Excudebat Henricus Sthephanus 1575. folio.

Andræmon, Thoantis pater, Hom. Iliad. 2.

Αἰτωλῶν δ' ἦγε Θόας Ἀνδραίμονος υἱός.

Unde Ovid. Met. 13. Thoantem *claro Andræmone natum* periphrasticè appellat.

Andragathus, vir quidam, quem patriæ suæ proditorem primo muneribus affecit Lysimachus apud Polyænum lib. 4. posteà verò vitâ privavit.

Andragoras, vir, qui subitâ morte periit, Mart. lib. 6.

Lotus nobiscum est hilaris, cœnavit & idem,
Inventus mane mortuus Andragoras.

Andramytes, rex Lydorum, qui primus mulieres fecit eunuchas, iisque vice eunuchorum usus est: Cæl. Rhod. 20. 14. Alex. ab Alex. lib. 2.

Andreas, Panormitanus, edidit libros de memorabilibus, quæ in quibusdam Siciliæ opidis contigissent, quorum tricesimum tertium citat Athenæus lib. 14. Vide Vossium de Hist. Gr. lib. 4. pag. 502. Item *Andreas* Penei filius, Pausan. lib. 6.

Andriscus, historicus, Ναξιακῶν, h. e. *de rebus Naxiacis* libros conscripsit, quorum primum citat Parthenius Eroticon cap. 9. Secundum itidem cap. 19. Quædam etiam de eodem opere refert Athenæus lib. 1.

Androclea, una ex filiabus Antipœni, quæ pro salute populi seipsas interfecerunt. Nam cum pugna esset Thebanis & Herculi contra Orchomenios, oraculum est allatum, eos bello fore victores, si manum sibi inferret, qui generis dignitate inter cives esset notissimus. Et cum Antipœno (hic enim majorum genere maximè illustris erat) non placeret pro populi salute mori, ejus filiabus Androcleæ, & Heracleæ placuit. Ubi itaque seipsas interfecissent, hic eis pro tanto beneficio honos est habitus, ut in parte templi Dianæ Euclïæ Leonis simulacrum ab Hercule illis dicatum conspiceretur. Pausan. in Bœot.

Androclides, περὶ δὲ ἐμποδῶν πραγολόγων, *de Sophistis extemporaneis* scripsit, teste Suidâ; Porphyrii æqualis fuit, & sub Aureliano principe vixit.

Androclides, Lacon, qui cum probro daretur, quòd, cùm claudus esset, bellatoribus se immiscuisset; ideoque ab omnibus, tanquam inutilis, à prælio arceretur; irâ commotus respondit. *In aciem proficisci debere, qui de prælio, non de fugâ cogitet.* Plut. in Apophtheg. & Cæl. Rhod. 14. 5.

Androcydes, medicus, cujus extat epistola quædam ad Alexandrum M. scripta. apud Plin. his verbis, *Vinum potaturus, rex, memento te bibere sanguinem terræ: Sicut venenum est homini cicuta, sic & vinum*, Plin. 14. 5. Alius pictor eidem Plinio 35. 9.

Androdamus, Rheginus, qui leges Chalcedonensibus Thraciæ populis condidit. Aristot.

Androdus, Dacus servus, Romæ in Circo maximo agnitus à Leone, cujus pedem vulneratum aliquando curaverat in sylvis. Ejus historiam lectu dignam vide apud Gellium. 5. 15.

Andræas, historicus Tenedius ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Πελοποννησιακῶν citatur ab Apollonii Interprete lib. 2.

Androgeus, filius Minois Cretæ regis, & Pasiphaes, qui cùm omnes in palæstrâ superaret, ab Athenienſibus & Megarenſibus ex invidiâ occisus est. In cujus ultionem Minos, Niso Megarenſium rege occiso, Megaram evertit, Athenienſes acri bello superavit, eosque quotannis septem adolescentes, totidemque puellas à Minotauro devorandos in Cretam mittere coegit. Virgil. Æn. 6.

In foribus lethum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ jussi. Catullus de Nupt. Pel. & Thet.
Nam perhibent olim crudeli peste coactum
Androgeoneæ pœnas persolvere cædis,
Electos juvenes, simul & decus innuptarum
Cecropiam solitum esse dapem dare Minotauro.

Legendus Plutarchus in Theseo, & Pausan. in Atticis. Ovidius Met. lib. 7.

Bella parat Minos, qui quanquam milite, quanquam
Classe valet, patriâ tamen est fortissimus irâ,
Androgeique necem justis ulciscitur armis.

Idem in Epist. Ariadnes.

Viveret Androgeos utinam, nec facta luisses
Impia funeribus, Cecropi terra, tuis.

Contra Propertius eleg. 1. lib. 2.

Et Deus extinctis Cressis Epidaurius herbis,
Restituit patriis Androgeona focis.

Androgeus collocabatur in proris navium. Meminit Callimachus in Causarum lib. 4. & Clemens in Protreptico. Τιμᾷ δὲ καὶ Φαληροῖ κεῖται πρύμναν πέως. Phalerus autem erat portus Atticæ. Item unus è Græcorum ducibus qui Trojam profecti sunt. Virgil. Æn. 2.

Primus se Danaum, magna comitante catervâ
Androgeos offert nobis socia agmina credens.

Androgynæ, vel *Androgyni*, populus in Africâ super Nasamones, utriusque sexûs, inter se vicibus coeuntes; dextra mamma his virilis, læva muliebris. Plin. 7. 2. & cap. 3. ejusdem lib. *Gignuntur & utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.* Pollux etiam concubinos *Androgynos* vocat. Vide Rhod. 15. 10. & 19, 20.

Andromache, Hectoris uxor, Eetionis, regis Thebarum Ciliciæ filia. Hom. Iliad. Z. ubi de Hectore

Ἔνθ' ἄλοχος πολύδωρος ἐναντίη ἦλθε θέουσα
Ἀνδρομάχη, δυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος·
Ἠετίων, ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑλήεσσῃ,
Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἀνδρεσσιν ἀνάσσων.

Filium peperit Astyanacta. Mortuo marito Pyrrhus eam in Græciam adduxit, & ex eâ Molossum suscepit, postea verò eam Heleno vati, Priami filio, cum parte regni in uxorem dedit. Virgil. Æn. 3.

Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia servas?

Prop. lib. 2.

Quid? ferus Andromaches lecto cum surgeret Hector
Bella Mycenææ non timuere rates?

Ovid. Amor.

Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma,
Et galeam capiti, quæ daret, uxor erat.

A *viri pugnâ* nomen sortita est, fuit enim quædam veluti virago. Juv. Sat. 6.

——*Andromachen à fronte videbis,*
Post minor est.

Mart.-

Martialis posuit pro quàvis fœmina juniore, lib. 3. ep. 76.

Cum possis Hecubam, non potes Andromachen.

Andromachus, adulator Crassi, à quo Parthis proditus est. 2. Sophista è Neapoli Syriæ, Zonæ filius, qui Nicomediæ Grammaticam docuit, Diocletiani tempore. Suidas. 3. Syriæ, & Phœniciæ præfectus ab Alexandro constitutus, vivus à Samaritis crematus est. Curtius lib. 4.

Andromeda, Cephei Æthiopum regis, & Cassiopes filia, ob matris superbiam, quæ se Nereidas formâ superare gloriabatur, à Nymphis saxo alligata fuit, & ceto marino monstro exposita: postea tamen à Perseo in patriam revertente, occiso prius ceto, liberata, eidem nupsit. Propertius lib. 2.

Andromede monstris fuerat devota marinis,
Hæc eadem Persei nobilis uxor erat.

Idem lib. 1. eleg. 3.

Qualis & accubuit primo Cepheïa somno,
Libera jam duris cotibus Andromeda.

Idem lib. 3. eleg. 22.

Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.

Ovid. in Epistolis.

Candida si non sum, placuit Cepheïa Perseo
Andromede, patriæ fusca colore suæ.

M. Manil. Astr. lib. 1.

———*Cepheusque: & Cassiopea*
In pœnas signata suas: juxtaque relictam
Andromedam vastos metuentem Piscis hiatus
Expositam ponto deflet, scopulisque revinctam
Ne veterem Perseus cælo quoque servet amorem
Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora
Substineat spoliumque sibi. ———

Postremò Minervæ beneficio inter astra collocata est, oriturque in parte Piscium duodecimâ. De hâc Tragœdiam scripsit Euripides, eamque, ab hujus nomine *Andromedam* appellavit.

Andron, Catanæus, teste Theophrasto, tibiis canens, primus omnium motiones corporis, & rythmos excogitavit. Cæl. Rhod. 5. 4.

Andron, Ephesius de septem Sapientibus scripsit, ut indicat Pindari Scholiastes in Isthm. Meminit ejus quoque Laertius lib. 1. Clem. Alex. Strom. 1. Et Euseb. lib. 10. de Præp. Evangelicâ. Idem hic omnino *Andron* περὶ θυσιῶν σεμνῶν Φιλιππον scripsit, ut author est Apollonius, Hist. Mirab. cap. 8. ubi quartum ejus operis librum citat. Vossius.

Andron, Argivus, quem per arida Libyæ deserta sine potu profectum fuisse tradit Aristoteles Lib. de Ebrietate apud Apollonium Hist. Mirabil. cap. 25. & Laertium lib. 9. Sextus item Empiricus lib. 1. Pyrrhon. Hypot. fol. 17. Edit. Aurel. *Andronem* Medicum memorant Celsus lib. 5. cap. 20. Galen. lib. 3. de Compos. Med. cap. 3. Item Athenæus lib. 15. *Andronem* Musicum & Geometram M. Antonini magistrum fuisse novimus ex Capitolino in Marco. Jonsius.

Andron, Alexandrinus, Χρονικὰ edidit. Athenæus lib. 4. Item *Andron*, Halicarnassensis, qui laudatur Plutarcho in Theseo, Isacio Tzetzæ ad Lycophronem, ac Schol. Æschyli ad Persas. Item *Andron*, Teius, cujus Periplus citatur à Schol. Apollonii lib. 2.

Andronicus, Alypius, Syriæ Regum, atque aliarum gentium historias conscripsit. Hieronymus præfat. in Danielem.

Andronicus Rhodius, Philosophus Peripateticus. Strabo. Scripsit Indicem librorum Aristotelis & Theophrasti, itemque in Categorias Aristotelis, nec non libellum περὶ παθῶν, qui etiam hodie extat, uti Paraphrasis ejus in Ethica Nicomachica Gr. Lat. per Dan. Heinsium Lug. Bat. 1617. Octavo.

Androsthenes, Prætor Thessaliæ, Pompeio favens, à Cæsare obsessus, & expugnatus. Cæs. lib. 3. de bello Civili. Item nomen statuarii Thebani. Pausanias.

Androsthenes vixit temp. Alex. M. Descripsit terrarum orbem, teste Artemidoro Ephesio in Epitome. Mem. quoque Theophrastus de caus. Plant. 2. 7. Alius ac junior hoc est *Androsthenes* Cyzicenus, Polybio memoratus in Excerptis ex historiarum libro.

Androtion, Atticam historiam edidit, teste Pausaniâ in Eliacis, & Phocicis, & Marcellino in vitâ Thucydidis. Ejus meminere Plut. in Solone, Ælian. Var. Hist. 8. 10. aliique. Etiam *Androtion*, sive alius, sive idem de Agriculturâ scripsit; quem Plinius memorat in Hist. Nat. & ante eum Varro, & Columella, uterque initio lib. 1. de R. R. ubi eum reponunt inter eos R. R. scriptores, quorum patriam non acceperint. Vossius.

Angelici, Hæretici quadam Ἀγγελολάτραι, quorum meminit Epiphanius Hæres. 60. & Balsamon ad 33. Canon. Concilii Laodiceni. Mirum vero ambigere Epiphanium, an non & ita vocari potuerint ab regione ultra Mesopotamiam, quæ Ἰγγελίνη dicta sit. Nam ut sane *Angelina* rescribas (quomodo uterque vertit Interpres) non tamen ἀναλόγως inde Ἀγγελικὸι deducas. Nunc vero Ἰγγιλίνη habet tum Basileensis editio, tum Parisina. Ac in Codice etiam Justinianæo lib. 1. Tit. 29. qui est *de officio Magistri Militum*, in 3 Manuscriptis. *Ingilina* reperit L. Russardus J. C. Clarius igitur etymon prospexit nobis Augustinus Hæres. 49. *Angelici in Angelorum cultum inclinati, quos Epiphanius jam omnino defecisse testatur.* Vossius.

Angerona, seu *Angeronia*, dubium an sit ab *anginâ* cui præerat, an ab *angendo*, sive *angoribus*, quibus medebatur. Sed ἀναλογία magis favet posteriori etymo, ut *Angeronia* sit ab *ango*, quomodo à *pello Pellonia*, apud Arnobium; à *populor*, *Populonia* apud Augustinum. Pellonia enim à pellendis hostibus dicta est: Populonia, quòd populationes arceret. Similiter itaque *Angeronia*, quòd *anginam* morbum, vel quòd *angores* & anxietates pellat. Prius etymon secutus est Festus in *Angerona*, & Jul. Modestus apud Macrobium Saturn. 1. 10. Posterius amplexus est Verrius Flaccus, & Massurius apud eundem Macrobium ibidem. Sed potius *Angeronæ* dicta est, quia *angit* & comprimit os. Nam est Dea ἐχεμυθίας; ideoque in Glossis Philoxeni ἡ Θεὸς ἡ βυλὴς καὶ κωφῶν dicitur. Ambigunt aliqui annon legendum sit *Ageronia*, quòd ad *agendum* excitet, uti docet Augustinus de Civit. Dei, lib. 4. cap. 6. Sed sana est vulgaris lectio, nam Angeronia ideo consiliis præest, quia in iis opus est silentio. Ideo simulacrum ejus fuit, *ore obligato, signatoque*, ut est apud Plinium. Massurius adjicit hujus Deæ simulacrum sic expressum in arâ Volupiæ propterea collocatum, quòd qui suos dolores dissimulant, patientiæ beneficio ad maximam voluptatem perveniant. Angeronæ festum dictum *Angeronalia*, teste Varrone lib. 5. de L. L. & Festo. Fuit autem illud 12 Cal. Jan. Plinio, Solino, Macrobio testibus. Vossius in Etymol.

Anianus, Monachus Ægyptius, sub Arcadio Theodosii M. filio floruit; de quo Vossius Hist. Gr. lib. 2. cap. 20. & lib. 4. cap. 1.

Anicii, florentis jam olim Reipub. Rom. temporibus, clari atque illustres habiti sunt. L. enim Anicius Gallus Lucii filius, Marci nepos de Illyriis, & eorum rege Gentio triumphavit, Prætor anno urbis 585. Et L. Anicius Gallus Lucii filius, Lucii nepos Consul fuit cum collegâ Corn. Cethego anno urbis 593. Anicius Cerealis sub Nerone Consul designatus fuit. Ex eâ familiâ primus ille Christianus senator Anicius Julianus. Ex eâ V. C. Probus sub Valentiniano præfectus prætorio; ejusque filii Anicius Hermogenianus, Olybrius, Probinus & Probus. Ex eâ Anicius Faustus, Anicius Maximus, Boëtii ætate, omnes diversis temporibus consules, cæterique plures, quos recensere singulos, operæ longioris esset. Nomen autem hoc, Boëtii præsertim seculo, celebratum est, ob Anicium illum Julianum, qui, quemadmodum Flavius Constantinus primus Imperatorum; ita primus senatorum Romanorum Christianus fuit. Unde posteà omnes ferè Imperatores *Flavii*, sicut & senatores *Anicii*, affectatâ primariâ illâ familiâ cognominabantur; ut Romanorum Græcorumque Fasti annotant, & vetera monumenta loquuntur. Aniciorum, Proborum scilicet & Olybriorum splendorem, Secundinus ad D. Augustinum scribens notat, cùm ait, *Ego namque fateor, non tali diligentiâ, nec tantâ industriâ Anicianæ domus micare marmora, quantâ tua scripta prælucent eloquentiâ.* Quod & S. Gaudentius, sermone de Machabæis confirmat. *Anicios*, inquit apud Cassiodorum (epist. 11. lib. 10.) rex Theodahadus, *penè principibus pares ætas prisca progenuit. Familiam*, inquit paulo post (epistolâ sequenti) *toto orbe prædicatam.*

Anius, Apollinis filius ex Rheâ, & Rex in Delo; habuit Andrum filium. Virgil. 3. Æn.

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos,
Vittis & sacrâ redimitus tempora lauro
Occurrit.———

Ubi Poeta Anium Deli insulæ Regem Sacerdotemque inducit. Servatum hoc prisci gentibus, ut earum Reges, sacerdotes quoque essent. Quod de Rege Romulo scribit Cic. lib. 1. de Divinatione; *Hujus urbis parens Romulus, non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus Augur fuisse traditur.* Ubi latè probat Reges olim omnes ac principes claruisse dignitate auguratûs, quæ res semper ad sacerdotes pertinuit, & signatè ait, principum liberos sex apud Romanos traditos in disciplinam Etruriæ populis, ut artem vaticinandi addicerent, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem & quæstum. Dionysius etiam Halicarn. lib. 2. ubi describit constitutionem regni factam à Romulo, ita ait. Βασιλεῖ μὲν ὃν ἐξήρετο πάσι τοῖς γέρα. Πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν, καὶ πάντα δὶ ἐκείνου περαίνεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. Deinde latè persequitur quæ pertinent ad civilem administrationem. Non solum autem hoc in usu Romanis, sed aliis quoque, ut Palæstinis, ut Ægyptiis, &c. De Palæstinis Xiphilinus in Pompeio. Ἦρχεν δ' αὐτῶν Ἡρ-

κανὸς

χαὶς ἦ, ἡ Ἀειοβελ Θ ἀδελφοὶ, ἡ ἐπίγαμον ἦσὶς ἦ τῆ σωτῆρι Θεῶ; ὃς τὰς ποτε ὕπὸς ἔσχε, ἰσχυσύσης Δαμασίθου. Vide etiam de hâc eadem re Justinum lib. 36. loquentem de sacerdotibus & regibus Judæorum. De Ægyptiis Plutarchus lib. de Iside & Osiride Οἱ βασιλεῖς, ἡ ἱερεῖς ὄντες. Inde est, ut advocatis jam regibus ab administrandâ religione, Reguli, authore eodem Plutarcho, sacrorum & religionis curam susceperint. Quæ nota Plutarchi utilis est, interest enim juventutis scire, cur, qui sacris præsunt, *Reguli* Latinis auctoribus dicantur. Sed ad *Anium* revertamur. Eum autem Delo imperasse Dionysius etiam narrat lib. 1. Rom. Ant. ac Trojanos, duce Æneâ, eò appulisse. Ἐκ ὧ ἦ Παλλάνιος ἀφορμὴς ὁι Τρῶες, οἰς Δῆλον ἀφικοῖτο, βασιλεύοντος αὐτῆς Ἀνίου. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 15. Cæterum *Anius* non solum vir & Rex fuit, verum etiam Deus habebatur. Clemens Alexander ἌνιΘ, δαίμων ἐπιχθόνιΘ παῤ Ἠλείοις, ubi Canterus Δημίοις legit: Dicitur autem ab ἄνω, & cum Τελεσ Θ nomine convenit à mundi lustratione dictus, teste Nunnio in Miscellaneis. Porro *Anium* sic vocavit mater παρὰ ἦ ἄνίαν, inquit Etymologus; vel διὰ τὸ ἀνιαδῶσα δ' αὐτὸν, ut scribit Hacius in Lycophronem. Nam ex Apolline gravida, ut fabulantur, & è paternâ domo pulsa, eum post multos errores peperit in antro Euboeæ. Ἀνία autem Phœnicibus est עני *ani*, quomodo etiam *afflictum* vocant. Plura de Anio vide apud Diodorum Sic. lib. 5. p. 229. Nos ex fabulis hoc solum addemus, hunc Anium, ductâ Dorippe, genuisse tres Oenotropas, *Oeno*, *Spermo*, & *Elaidem*, quibus Bacchus id impertivit, ut quotiescunque vellent, pro nominum ratione, vinum, semina, & oleum consequerentur. Fabulæ occasionem dedit magna vini, frumenti & olei copia Anio sacerdoti Apollinis suppeditata. Nempe ex omni terræ proventu à cultoribus suis tria hæc exigebat Diabolus Dei simia. Vide Deut. 18. 3. 4.

Anna, Comnena, Alexii Imp. filia, scripsit libros 15. de rebus gestis patris sui, quos *Alexiada* vocavit. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 304.

Anna, Lat. *gratiosa*, sive *misericors*, aut *requiescens*, vel *donans*, altera uxor Elkanæ. 1 Sam. 1. Hebr. *Hanna*. Nomen item Prophetissæ cujusdam, de quâ sic D. Lucas cap. 2. Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις, θυγάτηρ Φανουήλ, ἐκ φυλῆς Ἀσήρ. Ἄυτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς ζήσασα ἔτη μὲτ' ἀνδρὸς ἔτη ἀπὸ τῆ παρθενίας αὐτῆς. Καὶ αὐτὴ χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἡ ἦ ἀφίστατο ἀπὸ τῆ ἱερῆ νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. De eâdem hoc est testimonium S. Cyrilli Hierosolymit. Cat. 10. quòd fuerit mulier ἐγκρατὴς, ἐυλαβεστάτη, καὶ ἀοίκητος. Ubi primus character continentiam ejus & castitatem vidualem denotat, quam per tot annos integram, illibatamque servaverat (septem nempe duntaxat annos cum conjuge post nuptias vixit, quo tempore maritus ejus ut par est credere, moriebatur.) Secundus pietatem ejus respicit. Tertius, non solitariam, aut monialem vitam (quemadmodum ibi Latinus interpres falsò reddidit) sed severam συνεχομένην observantiam, utpote quæ his quâlibet septimanâ jejunaverit, precesque quotidianas tum publicè, tum privatim assiduè frequentaverit, prout olim Asceticis in usu fuit. Ita fese à curis, & negotiis mundanis subduxit, ut melius Dei cultui vacaret, ideóque sub horas precationis quotidie in templum ascendebat; Non quòd nunquam vel obdormierit, vel dormiverit, vel quod inibi semper ullo modo permanere potuerit; verùm quòd illic statis precationum temporibus Deum semper coluerit, posteaque domum suam redierit. Ita Apostoli, Luc. 24. 53. διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ fuisse dicuntur. Et Act. 1. 13. διατρίβοντες ἐκεῖ, non quod nunquam exinde abscesserint, sed, ut illic sequitur, ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ δεήσει.

Anna, Dea ab *annis*, quibus præsidebat, vocata, cui mense Martio privatim & publicè sacrificabatur, ut populo *annos*, & Perennare liceret. Fuit autem Belî filia, & soror Didonis, cui in fugâ comes fuit. Quæ postquam mosuam sororem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Gætulorum rege occupatam, relictâ sede patriâ, ad Battum regem, qui Meliteæ imperabat, cursum arripuit: à quo jure veteris hospitii benignè susceptâ, duos circiter annos ibi mansit. Sed cùm Pygmalionem fratrem jam cum armis adventare didicisset, Battus veritus potentiam ejus, Annam, ut inde abiret, hortatus est. Mox igitur mare ingressa, vi tempestatis acta, in Laurentem oram pervenit, ubi jam Æneas, paratis rebus, ac ductâ uxore Lavinîâ imperabat, à quo benignè invitata in regiam cum eo profecta est: cui mox Lavinia tendere insidias cœpit. Sed Anna in somniis à Didone monita, ut infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exiluit, cumque citato cursu ad Numicium pervenisset, in eum se præcipitem dedit. Ortâ deindè fluce, magno clamore eum quæritantibus apparent vestigia pedum usque ad Numicium amnem. Unde Ovid. Fast. 3.

——— *Placidi sum nympha Numici,*
Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

Sil. Ital. lib. 8.

Anna novis somno excutitur perterrita visis
Itque timor totos gelido sudore per artus.
Tunc ut erat tenui corpus velamine cincta
Prosiluit stratis, humilique egressa fenestrâ
Per patulos currit plantis pernicibus agros
Donec arenoso sic fama, Numicius illam
Suscepit gremio, vitreisque abscondidit antris.

Aliis autem *Anna* est Luna, tanquam ab *anno* dicta, ut quæ menses, & annos suo motu impleat. Aliis est Themis, aliis Io, aliis una Atlantidum, quam Jovi ubera præbuisse volunt. Ovidius ubi supra.

Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat annum,
Pars Themin, hinchiam pars putat esse bovem.
Invenies qui te nymphen Atlantida dicant,
Teque Jovi priscos, Anna, dedisse cibos.

Sed, & eodem teste,

Orta suburbanis quondam fuit Anna Bovillis
Pauper sed mulcæ sedulitatis anus.

Annibal, Carthaginensium Dux, Amilcaris filius quem adhuc impuberem jurejurando ante aras Pater astrinxisse fertur, ut quam primum per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Sil. Ital. lib. 1.

Olli permulcens genitor caput, oscula libat,
Attollitque animos hortando, ac talibus implet.
Gens rediviva Phrygum Cadmææ stirpis alumnos
Fœderibus non æqua premit: si fata negarint
Dedecus id patriæ nostrâ depellere dextrâ;
Hæc tua sit laus, nate, velis: age, concipe bella
Latura exitium Laurentibus: horreat ortus
Jam pubes Tyrrhena tuos, partusque recusent
Te surgente, puer, Latiæ producere matres.

Quibus Annibal sic respondit;

Romanos terrâ, atque undis, ubi comperet ætas,
Ferro, ignique sequar, Rhætæaque fata revolvam.
Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
Non celsæ obstiterint Alpes, Tarpejaque saxa.
Hanc mentem juro nostri per numina Matris,
Per manes, Regina, tuos.

Martialis.

Hoc puer ad Lilybas juraverat Annibal aras.

Hannibal ipse apud Corn. Nepotem: *simul ad aram adduxit*, apud quam sacrificare instituerat, eamque cæteris remotis, jurare jussit, nunquàm me ei amicitiâ cum Romanis fore! Apud Livium lib. 35. est: *nunquam amicum pop. Rom. fore*; apud Val. l. 9. c. 14. est: *acerrimum hostem pop. R. futurum*; apud Polybium: μήποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν, denique apud Appianum in Annibalicis: Ῥωμαίοις ὁπωσοῦν ἐπιβουλεύειν· & in Hiericis: ἀσπόνδους ἐμβεβηκότας Ῥωμαίους. In Hispaniam itaque trajecit; Gallos ad Rhodanum superavit; Alpes pervias fecit, *& Montem rupis aceto*, uti loquitur Juvenal. Sat. 10. In Italiam venit, Titum Sempronium Cos. apud Trebiam superavit; Flaminium Cos. ad Trasimenum lacum fudit, 15000 Romanorum cæsis. A Q. Fabio Maximo paulatim imminutus, postea, resumptis viribus, Paulum Æmylium, ac Terentium Varronem Coss. apud Cannas vicit, 40000 peditum, & 2700 equitum cæsis, tribusque ac dimidio modiis annulorum Carthaginem missis. Silius lib. 12.

Testes hi stragis quos signum illustre superbis
Mos lævâ gestare viris, tum funditur ante
Ora admirantum præfulgens annulus auro
Datque fidem verbis haud parvo insignis acervo.

Ubi per *superbos viros* Equites intelligit Liv. lib. 23. *Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium esset, neminem nisi equitem, atque eorum ipsorum primores gerere id insigne.* Plinius autem lib. 33. promiscuum putavit annulorum usum tunc fuisse cap. 1. *Neque enim aliter possent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale missi.* Cui refragatur D. August. de C. D. l. 3. c. 19. *Eâ certe pugnâ ceciderunt equites Romani quinquies mille sexcenti triginta; ut ex Dionysio conjici potest.* Forte vero equitum nonnulli plures gestabant annulos. Vide Dausqu. ad Sil. p. 477. Duos modios Florus retulit lib. 2. cap. 6. *Modii duo annulorum Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura.* Livius autem lib. 23. pluribus discussis opinionibus, unum. Annibal ipse apud Lucianum, de modiis, hisce indefinitè, tanquam plurimi essent: ἡ τοσοῦτος ἀποκλεῖσαι χρυσὸς ἡμῖν, ὅσῃ τὸν Καρχηδόνιον αὐτὸν ἐπιστέλλαι τοῖς Ῥωμαίοις. Castris deinde prope Romam positis,

Nil actum est, inquit, nisi Pœno nostra patenti
Frangimus, & mediâ vexillum ponit Suburrâ.

Tempestate autem coactus in Campaniam venit, ubi à Marcello apud Nolam victus est. Postea à Sempronio Gracchio magnâ suorum cladè repulsus navali pugnâ ad Eumenem victus venit. Deinde Carthaginem rediit, ut eam à P. Scipionis

Africani obsidione liberaret, cum quo apud Zamam op. congressus 20000 Pœnorum amisit, fere totidem captis. Ipse ad Antiochum fugit, à quo auxilium & vires sumpsit, cum quo etiam postremò superatus est. Cæterum à Romanis postulatus apud Antiochum & Prusiam reges, ipsorum fidem suspectam habens, haustο, quod annulo inclusum gestabat veneno, seipsum confecit. Quidam ferunt lapidibus obrutum fuisse à Carthaginensibus ob rem male gestam; Livius vero scribit eum cruci affixum fuisse. Nicephorus Gregoras in Synesium *De Insomniis*. Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶ Ἀφρικανῶ Σκιπίωνος, ἔφυγεν εἰς Βιθυνίαν πρὸς τὸν Πρυσίαν. Μετ' ὀλίγον δ' ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτὸν ἐπιδημήσας Τίτος ὁ τριπάτος διὰ χρείας ἑτέρας, καὶ διασιμώνος τὸν Ἀννίβαν, καὶ τὴν δεινότητα, καὶ ἐμπειρίαν τῶν ἀνδρῶν ἐκπεπύσας, μήποτ' αὖθις ἀναλάβῃ πρὸς Καρχηδόνα καὶ Λιβύην, ἐμβήσεσι λάθρα αὐτὸν πικρὸς ἀποκτεῖναι, Ὁ δὲ δὲ ἐνυπνίων πάνυ γνὺς ὁ Ἀννίβας, φαρμακοποσίᾳ ἑαυτὸν ἐξ ἀνθρώπων μετέστησε. (Anglice *made himself away*) Τηνικαῦτα δὴ τόδε εἶπεν. Ἀναπαύσωμεθ' ἤδη ποτὲ τὸν πολλὰ φροντίδα Ῥωμαίων, οἳ δεινὸν ἡγήσαντο καὶ ἀκαιρον μισοῦντες γέροντος ἀνομεῖναι δάνατον, ἀλλ' ὥστε ὄρνιν ἀπτῆνα καὶ κάλλιον τὸν γῆρας ἡδομένον ἀποκτεῖναι ζητῆσι πικρῶς. Juvenalis Sat. 10. de Annibale.

Exitus ergo quis est, ô gloria? Vincitur idem
Nempe & in exilium præceps fugit; atq; ibi magnus
Mirandusque cliens, sedet ad prætoria Regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim,
Non gladii, non saxa dabunt, non tela: sed ille
Cannarum vindex, ac tanti sanguinis ultor
Annulus. ——— ———

Excerpta ex Polybio lib. 9. ubi de Annibale: χραλεῖ γὰ μὲν ἡ φήμη, ὅδε μὲ Καρχηδονίοις ὡς φιλαργύρω, ὅδε δ' Ῥωμαίοις ὡς ὠμῶ γνωμήν αὐτῶ. Sane de crudelitate ejus passim loquuntur Scriptores Romani. Testis Cic. de Amic. *Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum Pyrrho & Annibale: ab altero propter probitatem ejus non nimis alienos animos habemus; alterum propter crudelitatem semper hæc civitas oderit.* Sen. de Irâ lib. 2. Hannibalem aiunt dixisse, cùm fossam sanguine humano plenam vidisset ô formosum spectaculum! Quanto pulcrius illi visum esset, si flumen aliquod lacumque complesset! De ingenio ejus Livius lib. 21. cap. 4. de excellentiâ ejus & auctoritate lege eundem lib. 28. cap. 12. Militarem peritiam & artem ita miratus est Scipio, ut omnium Ducum seu Imperatorum hunc primum, secundum Pyrrhum, tertium semet ipsum pronunciaret. Plut. in Pyrrho. Lucianus quoque in Mortuorum Dialogis Alexandrum, Annibalem, & Scipionem de primo loco inter Duces contendentes introducit. Verum ibi primum locum Minos Alexandro, alterum Scipioni, tertium demum Annibali tribuit. Cor. Nepos de eo ità scribit in ejus vitâ. *Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superavit, non est inficiandum, Hannibalem tanto præstitisse cæteros Imperatores, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescunque cum eo congressus in Italiâ est, semper discesserit superior: Quod nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset, Romanos videtur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem.* Silius Italicus lib. 1.

——— *Primus sumpsisse laborem*
Primus iter carpsisse pedes, partemque subire
Si valli festinet opus, nec cætera segnis
Quecunque ad laudem stimulant, somnumque negabat
Naturæ, noctemque vigil ducebat in armis:
Interdum projectus humi: & postea
——— *Tum vertice nudo*
Excipere insanos imbres, cœlique ruinas,
Spectarunt Pœni, tremuitque exercitus Astur,
Torquentem cum tela Jovem, permixtaque nimbis
Fulmina, & excussos ventorum ex flatibus ignes
Turbato transiret equo: & postea
Fœmineum putat invenâ jacuisse sub umbrâ:
Exercetque sitim, & spectato fonte recedit.
Idem correptis sternacem ad prælia frenis
Erangere equum, & famam lethalis amare lacerti:
Ignotique amnis tranare sonantia saxa
Gaudet & adversâ populos arcessere ripâ.
Idem expugnati primus stetit aggere muri:
Et quoties campo rapidus fera prælia miscet,
Quâ sparsit ferrum, latus rubet æquare limes.

Et sanè Horatius Annibalem non nisi ab adversariis fortibus & bellicosis vinci posse innuit in Odis. Ait enim

Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico,
Pyrrhumque & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemque dirum.
Sed rusticorum mascula militum
Proles. ——— ———

Ab eodem Horatio *perfidus*, & *parentibus abominatus* dicitur. Oculi alterius usum diu ante obitum amisit, nempe dum per *Apenninum transiit, petens Hetruriam.* Verba sunt excellentissimi Corn. Nepotis in ejus Vitâ qui subdit: *Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextro æquè bene usus sit.* Livius lib. 22. *Ipse Hannibal æger oculis ex vernâ primum intemperie variante labores, frigoraque Elephanto, qui unus superfuerat, quòd altius ex aquâ extaret, vectus: vigiliis tamen & nocturno humore, paluströque cœlo gravante caput; & quia medendi nec locus, nec tempus erat, altero oculo capitur.* Polybius lib. 3. Ἀννίβας ἡ μὲν πόλις ἐπὶ τῶ Ἀδριανοῦ θαλάσσης ἐπεὶς διεσῶσε μὴ πολλῆς παλαιπωρίας, ἀδυνήτως δ' ἂν διὰ τὴ βαρύτητα τῶν ἐπιχωρίων ὀφθαλμίας αὐτῶ, εἰ μὴ καὶ πάλιν ἐπεξῆλθε τὰ μὲν ὅλας, ὅτε ἐπιζημιοῦτο τῶ χωρῶ κατὰ πόλιν, ἢ διεφθείρετο διὰ τὸ ἀδιαφόρως ἀδυνατον. Juvenalis lib. 10.

O qualis facies, & quali digna tabellâ
Cum Gætula ducem portaret bellua luscum.

De quo somnium ejus refert Val. Max. lib. 1. cap. 7. Egregia laus est hujus Annibalis apud Corn. Nepotem in ejus Vitâ: *non est inficiandum, Hannibalem tanto præstitisse cæteros Imperatores prudentia, quanto pop. Rom. antecedebat fortitudine cunctas nationes.* Quod quoque fuit judicium Pescennii Nigri. Nam quos alii Scipiones extulerunt existimavit illos *felices fuisse magis quam fortes.* Ælius Spartianus in Nigri Vitâ cap. 2. Nec alias fabulas unquam habuit, nisi de Annibale, cæterisque talibus. Denique cum Imperatori facto quidam Panegyricum recitare vellet, dixit ei, Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicujus Ducis optimi vitâ functi ut eum nos imitemur. Vide sis gloriosam illam contentionem de præstantiâ Scipionis Hannibalis & Alexandri apud Lucianum ἐν νεκρικοῖς. Pueri olim in Scholis ab hoc Duce declamandi & perorandi materiam sumebant. Juvenal Sat. 10.

——— *Demens & sævas curre per Alpes*
Ut pueris placeas & Declamatio fias.

Et Sat. 7.

——— *Cujus mihi sexta*
Quâque die miserum durus caput Annibal implet,
Quicquid id est de quo deliberat, an petat urbem
A-Cannis, &c.

Fatum ejus post pugnam Cannensem Scipioni prædicit vates apud Sil. lib. 13.

——— *Non vita sequetur*
Intiolata virum, patriâ non ossa quiescent,
Namque ubi fractus opum, magnæ certamine pugnæ
Pertulerit vires, turpemque orare salutem
Rursus bella volet Macedum instaurare sub armis
Damnatisque dolis, desertis conjuge fidâ
Et dulci nato, liniquet Carthaginis arces,
Atque unâ profugus lustrabit cærula puppe;
Hinc Cilicis Tauri saxosa cacumina viset.
——— *Post Itala bella*
Assyrio famulus regi, falsusque cupiti
Ausoniæ mortus, dubio petet æquora velo,
Donec Prusiacas delatus segniter oras
Altera servitia imbelli paratur in ævo,
Et latebram munus regni, præstantibus inde
Æneadis, reddique sibi poscentibus hostem.
Pocula furtivo rapiet præparata veneno,
Ac tandem tertas longâ formidine solvet.

Annibalem animam exegisse voluit Livius lib. 39. Corn. Nepos, alii Appianus in Syriacis videtur dicere Prusiæ operâ datum illi venenum: Θαλμὸς δ' ἀνομάσας Ἡγήσανδρος γὰρ ὕστερον Ἀντίοχον, φάσκοντα τ' Ἀννίβαν καὶ ἀλόμενον ἐν Βιθυνίᾳ, πρεσβεύειν ἐφ' ἑτέρα πρὸς Προυσίαν, ὅτι ἡ πρὸς τὸν Ἀννίβα φιλανθρωπία, ὅτι Ῥωμαίων ἐφοβεῖτο, ὅτε φοβερὸν ἦν αὐτοῖς χιλίοις διακοσίοις, Καρχηδόνα κατεστραμμένην, ἔλεγον δὲ τὸν Προυσίαν φαρμάκῳ. Nisi hæc mitius interpretari Val. Maximi verbis lib. 9. c. 2. *Justo ergo illum odio, veruntamen tardo supplicio Senatus Prusiæ regi factum supplicem ad voluntariam mortem compulit.* Sidonius Carm. 2.

Annibal ecce ferox ad mortem forte petitus
Etsi non habuit, vitæ jus fine supremæ,
Certe habuit mortis, &c.
Hausit Bebrycio constantior hospite virus.

Varro περὶ ἀγωγῆς. Et quærit ibidem ab Annibale, *cur biberit medicamentum? Quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat.* Nominis etymon quod attinet, orientalibus *dominum gratiosum* denotat. חנן id est *Hanno*, gratiosus; Unde *Anna* & *Joannes* nomen accepit. בעל autem sive *Baal*, *dominum* significat. Hunc vero non solum scribenda feciſſe, sed facta quoque scripsisse docet Corn. Nepos in ejus Vitâ: Atque hic tantus vir, tantisque bellis districtus nonnihil tempo-

poris tribuit literis: nam aliquot ejus libri ſunt Græco ſermone confecti: in his de Cn. Manlii Vulſonis in Aſiâ rebus geſtis.

Annibal, prioris Annibalis filius, ab Himiſcone duce in Lilybæum, quod à Romanis expugnabatur, ad Siculos in officio continendos miſſus eſt. Polybius.

Annibal, Rhodius, dux item Carthaginenſis. Hujus meminerunt Xenophon, lib. 1. Hiſt. Græc. Diodorus, lib. 13. Trogus lib. 19. cap. 2. Mortuus eſt bello Siculo anno 1. Olymp. 93. Inter hujus obitum, & alterius Annibalis nativitatem, interſunt anni plus minus 160. Non poteſt itaque patruus fuiſſe magni illius Annibalis.

Anniceris, Cyrenæus, nobilis equorum agitator, qui artem Platoni oſtentaturus ante Academiam currus conjunxit, ſæpeque eundem curſum iiſdem veſtigiis nihil delirando repetiit, ὅτου ἀκριβῶς φυλάττων τὸ δρόμου τὸ ὄπισθεν, ὡς μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρμαλοξίας, ἀλλ' ἀεὶ κατ' αὐτὸν ἰέναι. Verba ſunt Æliani Var. Hiſt. 2. 27. Lucianus in Demoſthenis Encomio. Φασὶν Ἀννίκιειον τὸν Κυρηναῖον φιλοτιμηθῆναι πρὸς Πλάτωνά τε καὶ τοὺς ἑταίρους. Τὸν μὲν γὰρ Κυρηναῖον ἁρματηλασίαν ἐπιδεικνύντα, πολλὰς δὴ τὰς Ἀκαδημίας ἐλαύνειν δρόμους, ὅπῃ τὸν αὐτῆς ἁρματοδρομίας ἅπαντας, μηδὲν παραβάντα, ὧδ' ἑνὸς δρόμου σημεῖα κατὰ τὰ γῆς ὑπολείπεσθαι.

Jo. Annius Viterbienſis Ord. Prædic. Sacri Palatii Magiſter, natus eſt 1437. de quo Voſſ. H. Lat. 3. 8.

Annon, ſive *Hanno*, dux exercitus Carthaginenſis, coactus eſt vertere ſolum exilii causâ, quòd in expeditionibus leonem haberet ſarcinas vehentem, tanquam argumento id eſſet, eum ad Tyrannidem aſpirare. Plut. & Plin. 8. 16.

Annon, Carthaginenſis præ nimio faſtu humanis terminis non contentus cupiebat majora. Nam cùm aves multas ex iis, quæ modulationibus in cantu utuntur, emiſiſſet, nutrivit eas in obſcuro loco, docuitque id unum dicere, *Annon Deus eſt*. Cùm autem aves unam hanc vocem auditam percepiſſent, aliam aliò dimiſit, ratus carmen illud quod aves edocuerat, aliis in locis etiam divulgatum iri: quæ tamen opinio eam fefellit; nam aves ſemel ſolutæ, & ad propria, conſuetaque loca profectæ, priores & naturales cantus edebant, contempto Annone, & iis diſciplinis, quas captivæ didicerant. Ælian. Var. Hiſt. lib. ult. Simile extat exemplum de Pſaphone apud Eraſmum in Adag.

Annon, vel *Hanno* Carthaginenſis, Periplum ſcripſit, quo proſecutus eſt Africæ ambitum, & terras in Atlantico Oceano à ſe inventas. Librum iſtum Punicè ſcripſit, ſed Græcè eſt tranſlatus, hodieque extat. Quid de illo ſentiant Voſſius Pater & Filius, vide hunc de Hiſt. Gr. lib. 4. circa initium, illum vero ad Melam, p. 302.

Anſer, poeta Romanus, quem Ovidius *procacem* vocat, lib. 2. Triſtium.

Cinna quoque huic comes eſt, Cinnâq; procacior Anſer.

Propertius, lib. 2. Eleg. ult. ubi de Virgilio.

Nec minor his, animis, aut ſi minor, ore canorus
Anſeris indocto carmine ceſſit olor.

Scaliger legit, *nec ſe minor*, & ſic exponit. Nec Virgilius propterea aliquid indignum majeſtate illa ſui carminis, aut ſeipſo fecit, cùm laceſſitus ab æmulo Anſere non reſpondit. Reprehenderat enim ille hæc Virgiliana.

——*Sub tegmine fagi*
Tityre ſi toga calda tibi eſt, quo tegmine fagi?

Item——*Cujum pecus.*

Dic mihi Damœta, cujus pecus, anne Latinum?
Non, verum Ægonis, noſtri ſic rure loquuntur. Item
Grandia ſæpe quibus mandavimus hordea ſulcis.
Hordea qui dixit, ſupereſt ut tritica dicat. Item
Nudus ara, ſere nudus, hyems ignava colono.
Nudus ara, ſere nudus, habebis frigora, febrem.

Ludit itaque Propertius in nomine *Anſeris*, ut Virgilius ipſe Eclog. 9.

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinnâ
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Cicero Phil. 13. *Anſeres Falerno depellantur*, i. e. inquit Servius Anſer Poeta cui agrum Falernum donaverat Marcus Antonius.

Antæa, Dea quædam. Eandem cum Rheâ fuiſſe tradit Apollonii Interpres ad illud.

Ἠΰτε συναγείροιν ὄπι φρένα θῆκε Συηλαῖς
Ἀσίαιν δαίμων ——

Ubi Schol. Ἡ Ῥέα ὅτω λέγεται, Νόμοι ἐναντία τοῖς Τελχῖσιν ἐγένετο. Ἀσίαιαν autem eandem eſſe cum τῇ τύχῃ tum alii, tum Horatius oſtendit in his,

O Diva gratum quæ regis Antium
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

Ita dicebant Deam illam, quæ Antii colebatur, ὅθεν τὸ ὀπαδίμπτειν τὰ ἄντα, pro quo malè apud Heſychium τὸ αὐτό.

Antæus, Scytharum rex, Iſmeniam tibicinem bello captum juſſit ad cœnam canere. Omnibus autem admirantibus, & præ voluptate plaudentibus, jurejurando affirmavit, *Suavius ſe interdum equum hinnientem audiſſe*: Uſque adeo aures habebat à Muſicâ abhorrentes. Plut. in lib. *de Alexandri fortunâ.*

Antæus, Gigas, Neptuni & Terræ filius, magno ac procero corpore; qui, quoties membra labore eſſent defeſſa, tactu terræ recreabatur. Lucan. lib. 4.

Hoc quoque num vaſtas cumulavit munere vires
Terra ſui fœtus, quòd, cum tetigere parentem,
Jam defecta vigent renovato robore membra.

Statius Thebaidos lib. 6.

——*Herculeis preſſum ſic fama lacertis*
Terrigenam ſudaſſe Libyn, cum fraude reperta
Raptus in excelſum, nec jam ſpes ulla cadendi
Nec licet extremâ matrem contingere plantâ.

Juvenal. Sat. 3.——*Cervicibus æquat*
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.

Seneca Tragœdus in Herc. Oetæo.

——*Nullus Antæus Libys*
Animam reſumit.

Tingi, vel Tingin oppidum in Africâ condidiſſe fertur. Solinus. *Tingi excipit, Mauritaniæ nunc colonia, cujus primus author Antæus eſt.* Plinius alicubi. *Tingi quondam ab Antæo conditum.* Et paulo poſt, ubi de vicinis oppidis Zili & Lixo. *Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, & Heſperidum horti.* Inde Plutarchus in Sertorio, ubi de Tingi ab illo captâ Ἐνταῦθα τὸν Ἀνταῖον οἱ Λίβυες ἱστοροῦσι κεῖσθαι. Καὶ τὸ τάφον αὐτοῦ Σερτώριος διασκάψαι, τοῖς βαρβάροις ἀπιστῶν διὰ τὸ μέγεθος· ἐντυχὼν δὲ τῷ σώματι, μῆκος (ὡς φασι) πηχῶν ἑξήκοντα κατιδεῖν. Hoſpitum capita poſtibus affigere ſolitum fuiſſe, innuit Lucanus lib. 2.

——*Cognoſcitur illic*
Quicquid ubique latet ſcelerum. Non Thracia tantum
Vidit Biſtonii ſtabulis pendere tyranni,
Poſtibus Antæi Libye: Nec Græcia mœrens
Tot laceros artus Piſæâ flevit in aulâ.

Mythologiam Antæi vide apud Nat. Com. lib. 7. cap. 1.

Antagoras, Cous, vir, cujus meminit Pauſanias. Item Rhodius, poeta non ignobilis, qui Thebaida ſcripſit, cujus feſtiviſſimum fertur reſponſum. Hic enim gulæ nonnihil impertiendum ratus, congrum intentius coquebat; Admonitus ſuper eâ re Antigonus, illique aſſiſtens retro, leniter retractum interrogavit, Putaſne, inquit, ô Antagora, Homerum Agamemnonis & Græcorum rebus carmine celebrandis diſtentum, quo pacto congri melius ſaperent, penſitaſſe? Cui ille. An opinaris, inquit, ô rex, Agamemnonem φλαῦρόν τ' ἐπιλεξάσθαι, καὶ τόδε μέμηλε, cui tantarum rerum onus incumberet, perſcrutaturum, Ecquis in exercitu congrum coqueret? Cæl. Rhod. ex Plutarcho.

Antenor, Cretica conſcripſit. Ælian. de Anim. 17. 35. *Delta* cognominabatur, teſte Photio, Tmem 190. Rationem addit, διὰ τὸ ἀγαθὸν εἶδος, καὶ φιλόπολις. Τὸν γὰρ Κρῆτας τὸ ἀγαθὸν δέλτον καλεῖν φασί.

Antenor, unus ex Trojanorum Principibus, patriam ſuam prodidiſſe putatur, quia & legatos, qui propter Helenam venerant, hoſpitio ſuſcepit, & Ulyſſem habitu falſo cognitum non indicavit. Hinc Venetiam venit, urbemque in eâ condidit *Antenoream* primo dictam, poſtea *Patavium*, demum *Paduam*. Virgil. Æn. 1.

Antenor potuit, mediis elapſus Achivis,
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi;
Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit
Teucrorum, atque urbi nomen dedit.

Enarrator Lycophronis ei dat accenſam lucernam ad vocandos Danaos, & recluſionem equi lignei. Ἀντήνωρ δὲ φανὸν ἀνάπτων τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ ὑπογάσεια τῆς ἵππου ἀνοίγει. Sunt autem qui illum liberent hoc crimine. Inclinat in hanc partem Virgilius, qui elapſum ait, quo fuga innuitur, non pactum. Livius tantum ait, fuiſſe illum unà cum Æneâ auctorem pacis, & reddendæ Helenæ. Ita Ovidius Faſtorum lib. 4.

Adjice Trojanum ſuaſorem Antenora pacis.

Ita Horatius Ep. 1. 2.

Antenor cenſet belli præcidere cauſam.

Audi ipſum Iliad. 7.

Δεῦτ' ἄγετ' Ἀργείην Ἑλένην, καὶ κτήματ' ἄμ' αὐτῇ
Δοσόμεν Ἀτρεΐδῃσιν ἄγειν.

Hinc Adject. *Antenoreus*. Lucanus lib. 7.

Euganeo (ſi vera fides memorantibus) augur
Colle ſedens; Aponus terris ubi fumifer exit
Atque Antenorii diſpergitur unda Timavi.

Antenor, Scytharum, ad oſtia Danubii, rex, à Gothis in bello cum multis cæſus eſt; huic ſucceſſit Marcomirus filius. Item *Antenor*, Marcomiri filius, Francorum rex; hic habuit ex Britanniâ uxorem Cambrem, quæ prudentiâ, & formâ omnibus ſui temporis mulieribus præſtantior fuit. Item nomen ſtatuarii. Pauſan.

Anteros, Martis & Veneris F. cujus mem. Cic. l. 3. de N. D. & Pauſan. lib. 1. apud quem Ἀνέρων dicitur, ultor ſcilicet eorum, qui vel amantes vel amores ſpernunt. *Anteros* etiam dictus eſt Apollonius Alexandrinus Grammaticus, Apionis diſcipulus, qui Romæ ſub Claudio docuit. Suidas in Ἀντέρως, de quâ voce vide Rhodium ad Scribonium Largum, fol. 237.

Anthermus, Chius, Micciadis filius Malæ nepos, ſculptor inſignis, cujus filii Bupalus & Anthermus clariſſimi in eâ ſcientia fuere, Hipponactis poetæ ætate, cujus imaginem, quòd illi notabilis fœditas vultûs fuit, laſcivia jocorum propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe, quod falſum eſt. Complura enim in finitimis inſulis ſimulachra poſtea fecere, ſicut in Delo, quibus ſubjecerunt carmen, *Non vitibus tantùm conſeri Chium, ſed & operibus Anthermi filiorum.* Verba ſunt Plinii lib. 36. cap. 5.

Anthes, Anthedonius, hymnorum repertor. Plut. lib. de Muſicâ. Item Neptuni filius. Vide Sthephanum in *Anthana* & *Anthedon*.

Antheſphoria, feſtivitas fuiſſe traditur, quæ in honorem Proſerpinæ fiebat, ſic dicta à legendis floribus. Nam ea, cùm à Dite rapta eſt, floribus legendis erat intenta; ut ex Ovidio liquet Met. lib. 5.

——— *Quo dum Proſerpina luco*
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumque puellari ſtudio, calathoſque ſinumque
Implet, & æquales certat ſuperare legendo,
Pede ſimul viſa eſt, dilectaque, raptaque Diti.

Claud. lib. 2. de Raptu Proſerp.

——— *Sic fata doloris*
Carpit ſigna ſui. Varios tum cætera ſaltus
Invaſere cohors, credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum, cum cerea reges
Caſtra movent, fagique cavâ demiſſus ab alvo
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos: hæc lilia fuſcis
Intexit violis: hanc mollis amaracus ornat:
Hæc graditur ſtellata roſis; hæc alba liguſtris.
Æſtuat ante alias avido fervore legendi
Frugiferæ ſpes una Deæ: nunc vimine texto
Ridentes calathos ſpoliis agreſtibus implet.
Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara coronat
Augurium fatale tori.———

Porro Ἀνθεσφόρια Latinè *Florifertum* dixeris; de quo Feſtus *Florifertum dictum, quod eo die ſpicæ feruntur ad ſacrarium.* De cætero, num quidquam hæc inter ſe habeant commune, compertum non habeo. Verum Anteſphoria Siculi Proſerpinæ dicaſſe certum eſt. Pollux lib. 1. cap. 1. Κόρης ἑορτὴ παρὰ Σικελιώταις, Ἀνθεσφόρια. Quorum eam eſſe cauſam puto, quòd (ut verbis Arnobii utar, lib. 5.) *quodam tempore cum in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proſerpina, cumque illam per floream meſſem, hinc atque illinc, paſſim lectionis cupiditas avocaret, per profundæ altitudinis ſpeluncam Rex profiliens Manium, raptam virginem ſecum vexerit.*

Anthiſteria, ſacra, quæ apud Athenienſes in menſe, qui Ἀνθεστηριὼν appellabatur, quòd plurimos flores gigneret, agebantur. In quibus (ut à Romanis in Saturnalibus) ſervi Græciæ hilaribus conviviis à Dominis ſuis accipiebantur. Lege *Antheſteria*. Erant autem dies Baccho feſti. Heſychius, Ἀνθεστήρια τὰ Διονύσια. Tamen peculiarem non fuiſſe ſolennitatem innuit doctiſſimus interpres Ariſtophanis in Acharnan. referens ex Apollodoro, Athenienſes Bacchi dies feſtos in univerſum Ἀνθεστήρια dicere, ſigillatim vero ſuum cuique nomen aſſignari. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος, Ἀνθεστήρια καλεῖσθαι κοινῶς ἅπαντα ἑορτὴν Διονύσου ἀγομένην, καθ' ἡμέραν ἑκάστην πανήγυριν, χόας, χύτρον. *Pithœgian, Choas, & Cuyran.* Sanè Athenienſes ab illis menſem nominarunt Ἀνθεστηριῶνα, quem Harpocration, & Suidas octavum fuiſſe tradunt, & Baccho ſacrum, καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν οὕτω διὰ τὸ πλεῖστα ἤδη ἐν τῇ γῇ τότε ἀνθεῖν τότε. Etymologicum Magnum, ἐπειδὴ ἡ γῆ τότε ἀρχεῖ τῷ ἀνθεῖν. His accedit Macrobius, lib. 1. cap. 14. *Aprilis Antheſterion vocatur, quòd eo tempore cuncta floreſcant.* Theodorus autem Gaza, quem ſequuntur Junius & Gyraldus, ſextum eſſe putat, & reſpondere Novembri. Sed difficile eſt Græcorum menſes ad Romanorum rationes vocare. Cæterum Antheſteria Athenienſes magnâ conviviorum hilaritate celebrabant, uti tritum illud vulgò apud Græcos oſtendit.

Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια.
Exite Cares, non amplius Antheſteria.

Quod Zenobius explicat centuriâ 4. Proverbio 33. Et Suidas cent. 7. prov. 90. prout literarum immortale decus, Andreas Schottus, editione nuperâ diſtinxit. Caſtellanus.

Anthius, Bacchi nomen, quod *floridum* ſign. Athenis autem colebatur. Patrenſes quoque *Anthii* Dionyſii ſimulacrum habuere, teſte Pauſaniâ. Catulhis in Argon.

At parte ex aliâ florens volitabat Iacchus.

Anticanis, vel *Antecanis*, ſidus quod ante majorem Canem oritur. Hic in lacteo Circulo defixis pedibus Æquinoctialem Circulum tangit, ſpectat occaſum, inter Geminos & Cancrum conſtitutus. Occidit in ortu Capricorni, exoritur cum Leone. Cicero in Aratæis.

Anticanis, Procyon Graio qui nomine fertur.

Anticatones, dicti ſunt duo libri, quos Cæſar contra Catonem ſcripſit. Scripſit Cicero librum pro Catone, quem *Cato* inſcripſit. Cui reſpondit Cæſar libro, quem *Anticato* appellavit. Plut. de Cæſare. Ἐγκαλῶ πολλοὺς πυκτὶ χεῖρ' ἐπὶ Κάτωνι αὐτὸς συναγωγὴν. Τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. Quod vero Author noſter ſecundo librorum meminit, duos teſtes habet, Mart. Capellam lib. 5. *Ut Catonem Tullius laudans, ac duobus voluminibus Cæſar accuſans*; Et Juvenalem Sat. 5.

Majorem, quam ſint duo Cæſaris Anticatones.

Antichthones, de quibus Mela, lib. 1. cap. 1. *Antichthones alteram, nos alteram habitamus.* Ad quæ verba ſic Iſ. Voſſius. Qui hic annotarunt Pomponium perperam antichthones vocare, qui antomi, vel antœci erant dicendi, illi ipſi errant. Duplicem terram ſtatuit Pomponius, uti quoque multi alii, hanc noſtram, & oppoſitam ἀντίχθονα. Qui ἀντίχθονα habitant, ſunt ἀντίχθονες. Diſtinguendum hic tamen non omnes qui γλῶ ἀντίχθονα habitant, eſſe nobis antichthones; ſed illos tantùm, qui in oppoſito degunt hemiſphærio, quique pedes noſtris adverſos habent. Verum hemiſphærium non hic accipit Mela pro illâ orbis parte, quam Horizon à nobis diſterminat, ſed pro hemiſphærio Auſtrali. Id ipſum quoque faciunt alii ferme omnes veteres, qui per γλῶ ἀντίχθονα nihil aliud intellexere, quàm terræ hemiſphærium Auſtrale, vel Oceano, vel Zonæ ſervidæ interventu à noſtro ſeparatum hemiſphærio, ut ipſi exiſtimabant. Verum ita ſi accipiamus, jam neceſſario aliqua pars terræ antichthonum in noſtro eſt hemiſphærio, ac proinde non poſſunt vel antichthones, vel antipodes dici, verum antœci: attamen quia major pars hujus terræ ſub Horizonte noſtro merſa eſt, alicubi etiam κατ' ἀμφίδρομον nobis oppoſita, rectè eam antichthones inhabitare dixit Mela noſter juxta veterum hypotheſin. Notandum hic tamen antichthones non ita à veteribus accipi, uti vulgo pro antipodibus, ſed pro omnibus illis, qui oppoſitam terram Auſtralem inhabitare credebantur, etiamſi in ſuperiori noſtro degerent hemiſphærio. Ita ſemper ab antœcis, & antipodibus diſtinguuntur. Nonnulli tamen aliter hæc verba accipiunt, & hemiſphærium Antichthonum hic eſſe aiunt illam orbis partem, quæ eſt infra Horizontem, & vel invitis omnibus libris, vulgatam illam lectionem ſervant. *Eademque in duo latera, quæ hemiſphæria nominantur, ab Oriente diviſa ad Occaſum*; duoque iſta hemiſphæria Melæ non ſeparari aiunt alveo Oceani in zonâ torridâ, ſed Horizonte, & Oceano ipſo, qui illi reſpondet. Alveum enim zonæ torridæ, non hemiſphæria, ſed maculas tantùm binas, uti vocat Macrobius, utrinque diſtinguere. Fieri autem non poſſe, ut Oceanus decuſſatim quatuor maculas ſeparet, quas ſigillatim ambit. Licet hæc opinio magnos habeat autores, falſa eſt tamen, & menti Pomponii contraria. Ille enim non quatuor maculas, ut Macrobius, ſed duplicem tantum ſtatuit terram, hanc noſtram, & oppoſitam, ut diximus Auſtralem. Jam vero ſcire velim, quid ſit terra diviſa ab oriente in occidentem? Cur magis ab ortu in occaſum, quam à meridie in boream? Verum quid verbis opus eſt? Ipſe Pomponius, cum inquit, antichthonum terram propter ardorem intercedentis plagæ incognitam eſſe; oſtendit, illam totam ad auſtrum fuiſſe ſitam. Item infra cap. 9. cum antichthones nobis à meridie oppoſitos facit, & illo, & aliis locis, mentem ſuam ſatis prodit.

Anticlea, Dioclis filia, mater Ulyſſis, quæ cum duceretur ad Laertæ nuptias, à Siſypho latrone, Æoli filio, corrupta eſt. Alii dicunt, cùm Laertæ jam nupſiſſet, & Oraculum conſultura pergeret, captam à Siſypho latrone, & ut multi putant ex eo Ulyſſem concepiſſe. Quod Ajax ei objicit apud Ovid. Met. 13.

———*Quid ſanguine cretus*
Siſyphio, furtiſque & fraude ſimillimus illi
Inſeris Æacidis alienæ nomina gentis?

Anticlides, hiſtoricus, ſemel, iterumque in ſecundo Ἀπιλαχῶν citatur à Scholiaſte Apollonii in lib. 2. Ejuſdem liber περὶ νόστων memoratur Athenæo lib. 11. & alibi. Ejus memoriam

moriam quoque celebrant Strabo lib. 5. Plut. in Alex. & Plin. 7. 61. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. lib. 3. p. 322.

Antidamus, Heracléopolites edidit, præter moralia, hiſtoriam Alex. M. Voſſ. Hiſt. Gr. p. 323.

Antigenes, hiſtoricus, à Plutarcho in Alex. commemoratur inter eos, qui Amazonem ad Alexandrum veniſſe narrant, cum Orexartem fluvium trajeciſſet. Geſnerus cenſet cognomentum Iſtri habuiſſe, nempe quia continuò Iſtri nomen apud Plutarchum ibidem ſubjiciatur: Sed omnino Iſter ab Antigene diverſus eſt, uti poſteà videbimus.

Antigenides, paſtoris incertum, an choraulæ nomen apud Virgilium Eclogâ 5.

At tu ſume pedum, quod me cum ſæpe rogaret,
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari.

Antigenides, Muſicus Thebanus, Philoxeni diſcipulus, primus calceamentis Mileſiis laſcivioribus uſus eſt. Plin. 36. 13. Hic etiam, (authore Cicerone in Bruto) diſcipulo ſuo Iſmeniæ, cum ſcite canens populo minus probaretur. *Mihi*, inquit, *cane & Muſis*: admonens prorſus eſſe contemnendum imperitæ multitudinis judicium. Vide Suidam, Gellium 15. 17. Val. Max. 3. 7. Idem, cum eſſet tibicinio apprime nobilis, nihil æquè ſe laborare, & animo angi ac mente dicebat, quàm quòd monumentarii choraulæ tibicines dicerentur; ut Apuleius in Floridis refert. Quod tamen de Iſmeno Dio Chryſoſtomus prodidit, ut Jac. Nicol. Loenſis lib. 6. Epiphyllid. cap. 8. obſervat, itemque Geverhartius Elmenhoritius ad prædictum Apuleii locum. *Antigenidæ* etiam apud Athenæum mentio fit.

Antigone, filia Oedipi, regis Thebanorum, patri cæco, & à Creonte in exilium acto, viæ dux fuit; Seneca in Oedipo, & Statius in Thebaide. Eadem poſtea, cum ad officium funebre fratrum ſuorum Eteoclis, & Polynicis veniſſet, ibique adjuvante Argivâ Polynicis conjuge, fratrum cadavera concremaſſet, ambæ Creontis juſſu, captæ & occiſæ ſunt: quarum mortem poſtea Theſeus ulciſcens, Creontem interfecit. Hæmon autem Creontis filius amator ad Antigones mortuæ tumulum ſe interfecit. Propertius lib. 2.

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Saucius ipſe ſuo corruit enſe latus?

Ovid. Triſtium lib. 4.

——Fratrem Thebano peremptum
Suppoſuit tumulo, rege vetante, ſoror.

Apollodorus lib. 3. vivam ſepultam ait. Ἀντιγόνη δὲ μία τῶν Οἰδίπου θυγατέρων κρύφα τὸ Πολυνείκους σῶμα κλέψασα ἔθαψε, καὶ φωραθεῖσα ὑπὸ Κρέοντος, αὐτὴν τὸν τάφον ζῶσαν ἐνεκρύψατο. Hyginus fab. 72. ſcribit Hæmonem & ſe, & Antigonen occidiſſe, cum exorare patrem pro ſalute ejus non potuiſſet. Idem fab. 243. Antigonen ipſam ſibi manus ait attuliſſe. Tragœdiam *Antigonem* ſcripſit Sophocles grandi cothurno ſæpiſſimè editam, & doctis omnibus probatam. Stat. Theb. 7.

——Formidandos monſtrant ſub caſſide patres,
Turre procul ſolâ nondum conceſſa videri
Antigone populis, teneras defenditur atra
Veſte genas.——

De cujus ſpeculatione commentum duxit Papinius ex Euripidis Phœniſſis, ubi impetratâ veniâ adſcendit, & à Pædagogo nomina Heroum exquirit Antigona. Ubi Scholiaſtes Homericam æmulationem intelligit: Ὁμηρικῷ ζήλῳ ἀνάγει Εὐριπίδης Ἀντιγόνῃ ἰδεῖν τὸ στράτευμα, ὅπερ ἐκεῖνος Ἑλένῃ ἐποίησε, &c.

Antigonus, primus poſt Alexandrum in Aſia regnare cœpit, duodeviginti annis multa bella geſſit, in quibus tandem occubuit. Plut. in Pyrrho. De Antigono Sen. 2. de Ben. *Ab Antigono* Cynicus petiit talentum. Reſpondit plus eſſe, quam quod Cynicus petere deberet. Repulſus petiit denarium. Reſpondit minus eſſe quam quod Regem deceret dare. Turpiſſima eſt ejuſmodi cavillatio. Invenit quomodo neutrum daret, in denario Regem, in talento Cynicum. In Plut. Apophth. ita legas: Θεραύλῃ Φ | Κυνικῷ δεχμιὼ αἰτήσαντος αὐτὸν, ἀλλ' ἐ βασιλικὸν, ἔφη, τὸ δόμα. Τῷ δ' εἰπόντος, ὀκὼν πάλαττον δός μοι· ἀλλ' ἐ Κυνικὸν, ἔφη τὸ λῆμμα. Quæ Græce magis belle cadunt.

Antigonus, cognomento Δώσων (teſte Plutarcho in P. Æmylio) eò quòd multa promitteret. pauca vero præſtaret.

Antigonus, Gonatas, Macedonum rex, regn. an. 36. Lacedæmonem obtinuit, Athenienſibus libertatem reſtituit, Gallos ſuperavit, demum à Pyrrho Macedoniam occupante regno pulſus eſt.

Antigonus, Alexandri Præfectus, Lycaoniam capit. Qu. Curt. lib. 4.

Antigonus, Caryſtius, hiſtoricus, extremi Philadelphi temporibus vixit. De vitis Philoſophorum ſcripſit, quos recenſuit Jo. Jonſius, lib. 2. cap. 4. de Hiſt. Phil: Script. Idem ἰσχνῶν φιλοσόφων συναγωγὴν reliquit, quam Stephanus citat in Γάζῃ; & Meurſius edidit, notiſque illuſtravit. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 78.

Antileo, περὶ χρόνων libros fecit, quorum ſecundum citat Laertius initio vitæ Platonis. Meminit & Antileonis ſeu ejuſdem, ſeu alterius Julius Pollux in Onomaſtico, lib. 2. cap. 4.

Antilochus, Neſtoris & Eurydices major natu filius, patrem ſecutus ad bellum Trojanum, in pugnâ à Memnone Auroræ filio occiſus eſt, uti tradit Homerus, Odyſ. 4.

Μνήσατο δ' ὀχθήσας φιλομμειδὴς Ἀνθιλόχοιο
Τὸν ῥ' Ἠοῖ ἔκτανε φαεινῇ ἀγλαΐῃ υἱός.

Vel ab Hectore, ut ait Ovidius in Epiſtola Penelopes.

Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.

Juvenalis Sat. 10. de Neſtore.

——Oro parumper
Attendas, quantum de legibus ipſe queratur
Fatorum, & nimio de ſtamine, cùm videt acris
Antilochi barbam ardentem.

Propertius de eodem lib. 2. eleg. 13.

Non ille Antilochi vidiſſet corpus humari;
Diceret aut, ô mors, cur mihi ſera venis.

Vide Q. Smyrnæum lib. 2. verſ. 260. Ubi inter alia hæc occurrunt:

Οὐ γὰρ δὴ μερόπεσσι κακώτερον ἄλγος ἔπεισιν
Ἢ ὅτε παῖδες ὄλωνται, οἳ πάντων εἰσυφόωσι
Τέκνα καὶ στεφάνην ἀρηρέμεναι φρεσὶ θυμοῦ
Ἄχνυτο, παιδὸς ἑοῖο κακὴν αἶσαν κλαίουσα.

Verum luctus ille non indeſinenter duravit. Hor. od. 9. lib. 2.

At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum ſenex
Annos.——

Antilochus, poeta, qui, cùm carmine Lyſandri laudes ſcripſiſſet, ab eo, Plutarcho teſte, donatus eſt pileo Laconico argenti pleno.

Antilogus, inter hiſtoricos recenſetur à Dionyſ. Halic. Sed viri docti legere jubent Ἀντιόχου. Voſſius vero Ἀντίλοχον legi delere putat, quem vide H. Gr. p. 323.

Antimachus, Colophonius poeta Græcus, de Homeri ætate & genere egit, ut autor eſt Tatianus Oratione contra Gentes. Ex quo opere omnino Colophonium fuiſſe Homerum prodit Plutarchus libello de Homero. Is Antimachus cum poema quoddam obſcurum recitaret, atque omnes præter Platonem, quod minimè intelligerent, diſceſſiſſent. *Plato mihi*, inquit, *pro omnibus*. Cicero & Plut. in Lyſandro. Hic aggreſſus belli Thebani materiam, vigeſimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas uſque produceret. Suidas. De eo Catullus.

Ut populus tumido gaudeat Antimacho.

Propertius lib. 2.

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

Aliquot ejus verſus profert Pauſanias in Arcadicis. Nec non Stephanus in Τεμισσός. Idem de Gratiis egit, teſte eodem Pauſaniâ in Bœoticis. Antimachos alios ponit Suidas, alterum Ægyptium, patria Heliopolitanum, alterum poetam Melicum, cognomento Pſecada.

Antimachus Trojanus, qui donis Alexandri, auroque corruptus, impedimento fuit, quo minus Helena redderetur. Quin & pro concione Trojanos hortatus eſt, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem veniſſet cum Ulyſſe, redire ad ſuos ſineret, ſed in urbe ipſos aſſervarent, trucidarentque. Hom. Iliad. 11.

Antimachus, Antimachorum 5. quos commemorat Suidas, unus hiſtoricus ab eodem dicitur. De Antimacho Clario, & Antimacho Heracleotâ, Voſſ. P. Gr. p. 42, 43.

Antinous, Bithynicus Juvenis, ab Adriano Imperatore adamatus, cui templum apud Mantineam conſtituit. Spartianus in Hadriano. *Et Græci quidem, volente Hadriano, eum conſecrarunt*. Ait, *volente Hadriano*, quaſi conſecrationis hujus non fuiſſet Hadrianus auctor, ſed Græci homines, quod & Athenagoras his verbis videtur ſignificare. Ἀντίνους, inquit, φιλανθρωπίᾳ δὴ ὑμετέρων θεσμῶν θεὸς τοῖς ὑπηκόοις ἔτυχε νομίζεσθαι Θεός. Quidam in orbe Lunæ cum Endymione collocarunt. Tatianus. Πῶς ὁ παιδεραστὴς Ἀντίνοος μειράκιον ἐν τῇ Σελήνῃ ᾠκεῖον καθίδρυσε; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν. Clemens Alexandrinus, Καὶ νεώς ἐστιν Ἀντίνου καὶ πόλις. Meminerunt ejus Jo. Xiphilinus & S. Chryſoſtomus in 2 Cor. 12. Ejus conſecrationis cùm alia extant hodieque monumenta, tum iſtud Romæ egregium ΑΝΤΙΝΟΩ, ΣΥΝΘΡΟΝΩ, ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ, ΘΕΩΝ Μ. ΟΤΑΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΩΣ ΠΡΟΦΗΤΗΣ. Caſaub.

Antinous, procus Penelopes ſuperbus, ab Ulyſſe in convivio bibens ſagittâ transfixus. Odyſ. 22. De quo Prop. 4, 5.

Penelopen quoque neglecto rumore mariti
Nubere laſcivo cogeret Antinoo.

Antiochus, rex Aſiæ, urbis Magneſiæ caduceatores veteranos alveorum ducendorum causâ ad ſe miſſos miratus, quòd

cano

cano capillo, & barbâ valde nigrâ essent, à medicis suis, hâc de causâ accersitis, hujus rei rationem requirit. Cui medici, Non mirandum, inquiunt, ô rex; Aquosa Magnesiæ habitatio, flumine Mæandro, & ingenti palude circumsepta, hoc efficit: nam cerebrum ita humefactum reddit, ut capitis pilus plus ante senium albescat. At caduceatores; non ita ô rex, sed quia capitis crines sint barbâ natu majores; nam nascendo capillos è vulvâ matris, barbam autem multo post tempore suscipimus.

Antiochus Magnus, Seleuci frater, Syriæ & Asiæ rex, regn. an. 36. Is in Cœlesyriâ omnes Ptolemæi civitates subegit, Philometorem prælio superavit, ab Attilio Glabrione ad Thermopylas cæsus, & è Græciâ pulsus est. *Hierax* vulgò dictus, quod *accipitris* more in rapiendis alienis vitam duceret.

Antiochus Epiphanes, h. e. *Illustris*, sive *Nobilis*, 8. Syriæ rex, regn. an. 12. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala Judæis intulit, crudelissimus omnium tyrannorum, ideoque *Epimanes*, h. e. *Insanus*, aut *Furibundus* à Polybio vocatur. Qui eum scribit immensos pecuniarum thesauros in comessationibus & symposiis prodegisse, solitumque esse ludibundum, interdum & ebrium, grandiusculos nummorum saccos in viis publicis abjicere, ac subinde dictitare, Isthæc accipiant ii, quos fors, fortunave huic commodo jampridem destinavit; nonnunquam etiam rosis coronatum, aureaque indutum chlamyde vagari solitum dicit, lapides sinu gestantem, quibus obvios quosque impeteret. Publicis quinetiam balneis cum populo promi cuè lavari solebat, pretiosissimisque unguentis inungi; unde cùm quidam aliquando è populo ei dixisset, Beatus es o Rex, qui adeo benè oles. Ast ego, inquit, hâc tibi in re continuò satisfaciam, & perquam saturum reddam; quo dicto bicongium vas pretiosissimi unguenti plenum super illius caput infundi jussit. Ex quo vehemens adeo odoris fragrantia exorta est, ut plerosque à foro ipso, & longinquis etiam urbis partibus excitatos, ad eum locum contraxerit, ut impellentium sese studio hinc inde & crassi unguenti lubricitate, & plurimi balneatorum humi caderent, & rex ipse profusissimo penè enectus cachinno pronus corruerit. Hunc aliquando ferunt in certaminibus, quæ Antiochiæ celebravit, omnes qui aderant Græcos invitasse, pretiosissimisque unguentis ex aureis guttis perunctos omnes convivio suscepisse: in quo ipse invicem discubuisse, ac discumbentibus ministrasse fertur, cum mimis etiam ac histrionibus licenter adeo, & impudenter saltasse, ut omnes convivas, præ pudore, oculos à se avertere cogeret. Is est Antiochus qui Romæ aliquando pro obside fuerat, & inde ad regni apicem evectus, ad has insaniæ notas regali licentiâ sine respectu turpiter declinavit. Hæc Polybius. Vide Suidam in Ἀντίοχος, apud quem duos alios hujus nominis reperies. Primus est, qui apud Theodosium Juniorem delatus, honore, quo fruebatur privatus fuit, & publicatis ipsius bonis, in Sacerdotum ordinem cooptatus est, edicto ab Imperatore promulgato, Εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. *Ne Eunuchus inter patricios conferetur.* Secundus Cilix erat natione, qui principio se Cynico more philosophari simulabat, & propterea militibus in bello maximè profuit. Ipsos enim propter magnum frigus animum abjicientes confirmabat, in nivem se abjiciens, & in ipsâ se volutans; unde & opes & honores à Severo & Antonino est consecutus. Iis autem elatus, cum Tyridate se conjunxit, & cum ipso ad Parthos transfugit.

Antiochus Ascalonita, ex Academiâ vetere, dicendi peritissimus, Luculli, Ciceronis, & Bruti præceptor. Plutarchus in Lucullo. Fuit & alius Antiochus Sophista, qui ad Rempublicam gerendam, quod animo esset vehementiori, accedere noluit.

Antiochus Syracusanus, historicus, scripsit de Italiâ; citatur sæpe à Strabone, ac Dionysio Halicarnassæo. Vide Vossium de Hist. Gr. pag. 456. Itemque pag. 504.

Antiochus Sophista, quem Argæ Cilicum tulere, vir doctissimus, de quo Philostratus, securus in figuris, vehemens in accusationibus, venustus in defensionibus, in Demonstrativis potens, in forensibus sophisticâ, in Sophisticis forensi utebatur oratione.

Antiochus Alexandrinus, de Poetis egit, teste Athenæo lib. 11. cap. 9. Denique *Antiochus* tonsor quidam, de quo Martialis lib. 11. Epigr. 45.

Antiopa, vel *Antiope*, Nyctei filia, & uxor Lyci regis Thebarum, & Ægyptiorum. Hanc Jupiter in Satyrum mutatus compressit, quod cùm Lycus comperisset, eâ repudiatâ, Dircen superinduxit, à quâ in carcerem conjecta est: Verum cum partus advenisset, ruptis vinculis aufugit in Cithæronem, ibique Zethim & Amphionem peperit, & exposuit; sed à pastoribus reperti, ab iisdem educati sunt, qui postea adulti, matris injuriam ulciscentes, Lycum cum uxore Dirce interfecerunt. Prop. 1. 4.

Tu licet Antiope formam Nycteidos, & tu
Spartanâ referas laudibus Hermionem.

Idem 3. 15. *Invocet Antiope quem nisi, victa, Jovem?* Ovid. Met. lib. 6.

Addidit ut Satyri cælatus imagine pulchrâ
Jupiter implerit gemino Nycteida fœtu.

Nonnus Dionys. lib. 7. ubi de Jovis amoribus quos duodecim recenset.

Ἕβδομος Ἀντιόπῃ Σαλύῃ δολόεντι συνάπτει.

Idem lib. 16.

Ἀντιόπης ἐδάης φιλοπαίγμονα δεσμὸν ἐρώτων,
Καὶ Σάτυρον γελόωντα νόθον μιμηλὸν ἀκοίτην.

Ulysses apud Hom. Iliad. 11.

Τλῶ δ' μετ' Ἀντιόπην ἶδον Ἀσωπιο θυγατερα,
Ἣ δὴ κὴ Διὸς ἔυγετ' ἐν ἀγκοίνηαν ἰαῦσαι.

Fabula est apud Apollodorum lib. 3. ubi Νυκτέως θυγάτηρ dicitur, non Asopi; & Nycteus Chthonii, i. e. Neptuni Filius, ut ait Hyginus Fab. 7. & 8. Vide Pausan. in Corinth. qui totam fabulam narrat & longè formosissimam fuisse Antiopen scribit.

Item Pacuvii Tragœdia sic dicta. Persius Sat. 1.

Sunt quos Pacuviusque & verrucosa moratur
Antiope, ærumnis cor luctificabile fulta.

Antiope, Amazonum regina, de quâ Nat. Com. 7. 9. Fama est Amazonas bellicosas fœminas in Græciam aliquando cum armis hostiliter irrupisse, atque in Athenienses agrum præcipuè fecisse impressionem, Antiopenque ipsarum reginam, vel (ut alii malunt) Hippolyten fuisse à Theseo superatam, cum illi Scythæ opem tulissent. Plut. in Theseo.

Antipater libros de Rhodo fecit, quorum 3. Steph. nominat in Ἀρμονία; ubi cognomen ejus omittit, ut quoque facit Stobæus, qui Antipatri de nuptiis fragmentum adfert. Item Apollonii Schil. qui mem. operis Antipatri περὶ ζώων, de quo forsan Plin. 8. 5.

Antipater, Philosophus, & Poeta, Sidonius, Stoicæ sectæ, Catonis Uticensis præceptor. Post Panætium *de officiis* scripsit. Hic, quo die natus fuit, eodem semper febre laboravit singulis ætatis suæ annis, eodemque die ac eopse morbo consumptus est. Nobili epigrammate Sappho decimam inter Musas cooptavit. Extempore innumerabiles penè versus faciebat. Quinctilianus. Vide Vossium de Poet. Gr. pag. 68.

Antipater Thessalonicensis, Poeta Græcus, floruit Augusti Cæsaris temporibus: sicut constat ex quodam ejus epigrammate Ἀνθολογίας, lib. 4. Tit. Εἰς ὀρχησείδας. Ac eum, unà cum Bathyllo, primos fuisse pantomimos, ac sub Augusto claruisse, satis notum ex Dione, Zosimo, Suidâ, atque aliis. Alius est hic ab Antipatro Sidonio. Utriusque multa epigrammata habemus in Anthologiâ. Vossius.

Antipater, Iolai filius, miles Philippi, deinde inter Alexandri M. duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis. Successor Alexandro in regno Macedoniæ post bellum Athenienses illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit, se in amicitiâ permansurum, si sibi Demosthenes & Hyperides dederentur: Si ejus præsidium in Munychiam, i. e. Athenarum arcem recepissent; si denique absumptam in eo bello pecuniam, acceptaque damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. Vide Voss. de H. Gr. pag. 61.

Antipater, Herodis pater, vir maximus, ac potentissimus, Judææ procurator à Cæsare constitutis, muros civitatis reædificavit, Phaselum Hierosolymis, Herodem Galilææ præfecit. Veneno à Malcho necatus est. Jos. Ant. 14. 24. & de bell. Jud. 1. 21.

Antipater. Herodis filius, à patre quinto die priusquam animam ageret, in vinculis interfici jussus est. Jos. Ant. 17. 9.

Antipater Tarsensis, Philosophus, auctore Plutarcho.

Antipater Hierapolitanus, sophista nobilis, præceptor liberorum Severi Principis, cujus etiam res gestas consignavit, ac ei ab Epistolis fuit. Philostratus. Cæterum de variis *Antipatris* vide Jonsium de scriptoribus Hist. Phil. lib. 1. cap. 13. & Vossium de Hist. Gr. lib. 3. pag. 324.

Antiphanes Smyrnæus, vel Rhodius, Comicus mediæ Comœdiæ, vixit Olymp. 93. De Pythagoricorum victu egit, teste Athenæo 4. 16. Idem ἐν Ἀνταίῳ περὶ τ. τ. φιλοσόφων συμποσίῳ διαλεγόμενος citatur ab eodem Athenæo 12. 2. Fuere autem præter hunc Antiphanes alii. *Antiphanem* Bergæum Comicum memorat Stephanus in Βέργη. Cujus tanta fuit mentiendi consuetudo, ut locum proverbio fecerit. Unde Strabo lib. 2. narrationem Eudoxi vocat Βεργαῖον δίηγημα, quasi diceret, fabulam esse meram. Ita enim locum istum emendavit magnus Casaubonus cum ante διάπλουν legeretur. Vide Valesium in Frag. Polybii p. 73. *Antiphanes* Athenensis Comicus Panætio junior memoratur Suidæ in Ἀντιφάνης. Quin & *Antiphanes* quidam *de scortis Atheniensibus* scripsit, teste Harpocratione in Νάννιον. Etiam *Antiphanes* quidam *de inventis* citatur à Clem. Alex. 1. Strom. *Antiphanes* Delius, medicus, varietatem ciborum esse causam mor-

morborum ſtatuit apud eundem, lib. 2. Pæd. Quod ſi Suidæ verba meudo carent, *Antiphanes* horum omnium antiquiſſimus Caryſtius, qui Theſpidis tempore vixit, à quo Ἀντιφάνειος κωμῳδία. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. lib. 4. & P. Gr. p. 41.

Antiphates, Læſtrygonum anthropophagorum rex, unus ex Lami poſteris, Formiarum conditoris. In cujus littore cùm aliquando ejectus eſſet Ulyſſes, treſque ex ſociis miſiſſet, qui regionem explorarent, Antiphates unum ex his apprehenſum ore dilaniavit; reliqui duo vix fugâ ſalutem quæſiverunt; Quos Antiphates cum magnâ Læſtrygonum manu inſecutus, naves Ulyſſis omni conatu oppugnavit, ſaxiſque ac trabibus in eas conjectis, omnes demerſit, unâ tantùm exceptâ, in quâ Ulyſſes ipſe cum nobilioribus aliquot ſociis vehebatur. Ovid. Met. 14.

Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in urbem
Venimus, Antiphates terrâ regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſum, numero comitante duorum:
Vixque fugâ quæſita ſalus, comitique, mihique.
Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo: fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates: coeunt, & ſaxa, trabeſque
Continuant: merguntque viros, merguntque carinas,
Una tamen, quæ nos, ipſumque vehebat Ulyſſem
Effugit. ———

Idem Ponticorum lib. 2.

Quis non Antiphaten Læſtrygona devovet? ——

Statius 1. Silvarum.

——— *Littuſque cruenti*
Antiphatæ. ———

Tibullus ad Meſſalam, ubi de Ulyſſe.

Incultos adiit Læſtrygonas, Antiphatenque
Mobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda.

Vide hæc latius apud Poetam. Odyſ. 10.

Antiphates, nothus Sarpedonis. Virg. Æn. 9.

Et primum Antiphaten; is enim ſe primus agebat
Thebanâ de gente nothum Sarpedonis alti.

Antiphates, avus Amphiarai. Hom. Odyſ. 15.

Τόν ῥα τ' Ἀντιφάτην τε Μάντιον, υἷε Ἰλείδαο.
Ἀντιφάτης μὲν ἔπεφνεν Ὀϊκλῆος μεγάθυμον.
Ἀμφιάρεω Ὀϊκλείης λαοσσόον Ἀμφιάραον.

Antiphates, alius à Leonteo occiſus. Hom. Iliad. μ.

Αὐτὸς δ' ἐν κολεοῖο ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ,
Ἀντιφάτην μὲν πρῶτον, ἀπὸ ζωστῆρος ὁμίλου
Πλῆξ' αὐτοσχεδόν.

Antipheron Oretanus. *Quidam*, inquit Seneca, *hoc laborant valetudinis genere, ut ipſi ſibi videantur occurrere, ut ubique imaginem ſuam cernant. Quare? quia, infirma vis oculorum non poteſt ne proximum quidem ſibi aerem perrumpere, ſed reſiſtit, in quorum numero Antipherontem ponit Ariſtoteles.*

Antiphilus, nobilis pictor, qui inter egregia opera, puerum in ignem curvatum, & flantem pinxit, quo igne paululum flatu excitato, tota domus videbatur aliquantulum lumen accipere per noctem. Idem jocoſo nomine Gryllum ridiculo habitu pinxit. Ipſe in Ægypto natus didicit à Cteſidemo. Plin. 35. 10. Fuit Apellis æmulus. Lucianus.

Antiphon, quidam ſcripſit librum περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ πεντάδος τῶν ἀριθμῶν, è quo Laertius Diogenes, lib. 8. Pythagoræ vitam illuſtrat. Citat eundem ſed περὶ τοῦ βίου τῆς ἐν ἀρχῇ πεντάδος τῶν ἀριθμῶν Porphyrius in Vita Pythagoræ, & ex illo Cyrillus, lib. 10. contra Julianum. Glauci Rhegini de Poetis liber *Antiphonti* (non *Antiphonti* Latinè, ut judicant Grammatici, Sophaten Chariſius, lib. 1. & Priſcianus, lib. 6. ſervatur tamen Græca flexio à Cicerone aliiſque, quos imitamur) adſcriptus eſt à quibuſdam. Idem autem ſit Antiphon, necne, non facilè dixerim, cùm multi ejus nominis fuerint, uti eos collegit Jonſius.

Primus avus fuit Antiphontis illius, qui in Parmenide Platonis loquens introducitur, pater vero Pyrilampis, teſte Platone ubi ſupra. Pyrilampen etiam Antiphontis filium memorat Plutarchus, lib. de Socratis Genio.

Secundo, Antiphon quidam Rhamnuſius apud Thucydidem ad Olymp. 92. laudatur. Sic enim ille, lib. 8. Ὁ μὲν ὅπλα ἔλαβε τὸ πρῶτον ξυνθεὶς ὅτῳ ἔδοξε κατίσχυσε ἐς τοὺς τριακοσίους ἐπαγαγεῖν, Ἀντιφῶν ἦν, ἀνὴρ Ἀθηναίων οὐκ ἀφανὴς κατ' ἀρετήν τε οὐδεμιᾷ ὅστις ἔργῳ ἐπιδείξασθαι ἱκανὸς ἦν, καὶ ἐς μὲν δῆμον ὑπ' ἄλλων ἐλθεῖν ἀφίκετο οὐδέπω, ἀλλ' ἐκποδὼν πᾶσι διὰ δόξαν δεινότητος, (i. e. ἀπιστίαν, teſte Scholiaſte) ἐλαχίστῳ, Τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πείσας, ὅς ἀνὴρ, ὅστις ξυνεβουλεύσατό τι ἀμείνω ὑμῖν ἐφάνη. Καὶ αὐτὸς τε, ἐπειδὴ τὰ τῆς τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μετεπεσόντα, ὡς τῷ δήμῳ ἐκαλεῖτο, δεινὸς φαίνεσθαι ἐμοὶ ἐκρίθη αὐτῆς τῶν αἰτιωτάτους, ὡς ξυγγράψαντι δικαίᾳ δίκῃ ἀπολογησόμενος. Rhamnuſium hunc appellat Plutarchus in *Nicia*, & quòd Nicias, (qui Olymp. 91. an. 4. cum Demoſthene itidem duce Athenienſium à Siculis occiſus eſt, teſtibus Thucydide, lib. 7. ac Diodoro Siculo, lib. 13.) Antiphontis eloquentiam, populo jam ſuſpectam fuiſſe obſervaverit, tradit. Atque hic Antiphon, qui Olymp. 92. an. 1. unus è Quadragintis fuit, ſequenti anno, quo eorum poteſtas abrogata eſt, ac Thucydides hiſtoriam ſuam finiit, damnatus, egregiâ oratione ſe defendit. Quod etiam Cicero teſtatur lib. de claris oratoribus his verbis. *Antea neminem ſolitum viâ nec arte, ſed accuratè tamen, & de ſcripto pleroſque dicere: ſcriptaſque fuiſſe & paratas à Protagorâ rerum illuſtrium diſputationes, quæ nunc communes appellantur loci. Quod idem feciſſe Gorgiam accepimus, cum ſingularum rerum laudes, vituperationeſque conſcripſiſſet, quod judicaret hoc Oratoris maxime proprium, rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus affligere. Hunc Antiphontem Rhamnuſium ſimilia quædam habuiſſe conſcripta, quo neminem unquam melius ullam oraviſſe capitis cauſam, cum ſe ipſe defenderet, ſe audiente, locuples auctor ſcripſit Thucydides.* Addit Cicero de ſuo, habuiſſe Antiphonta locos quoſdam communes Rhetoricos conſcriptos, quibus uteretur. Alii fingunt hunc orationes complures ſcripſiſſe. Vide Plutarchi librum de 10. Orat. Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. ex Diodoro primum eum Scholaſticas declamationes, & Rhetoricas figuras atque proprietates inveniſſe, & judicialem orationem ſcripſiſſe tradit. Quod ſi verum eſſet, Thucydides in Antiphontis laude minimè reticuiſſet. Contradicit Cicero in Bruto huic ſententiæ, ubi inter antiquos Rhetores, quos enumerat, eum præterit, poſt tamen de eo illa tradit, quæ ſupra adduximus, quibus addit Lyſiam, Theodorum, Iſocratem ea inveniſſe, quæ Antiphonti alias tribuuntur à Plutarcho & Clemente. Occiſus tandem Antiphon hic eſt à pop. Athenienſi, Olymp. 92. an. 2. De cujus morte Theramenes Cothurnus ille, qui Olymp. 94. an. 1. interfectus fuit, apud Xenophon. lib. 2. Ἑλλην. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφῶντά γε ὑφ' ὑμῶν ἀπολωλέναι, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ δύο νεκρεῖα ἐπεσκεύασε παρεχόμενος. Errant igitur, qui Antiphonta hunc ante Triginta viros Olymp. 93. an. 4. conſtitutos occiſum, ſub iiſdem adhuc vixiſſe contendunt. Vide Plut. de Vitis 10. Rhet. Errat Cæcilius apud eundem, qui hunc Antiphonta Thucydidis diſcipulum eſſe ſcripſit. Veriſimilius eſt, quod habet Suidas in Ἀντιφῶν, præceptorem ejus ignorari, diſcipulum fuiſſe Thucydidem: quod Marcellini quoque teſtimonio in Thucydidis vitâ comprobatur. Error quoque in Plutarcho lib. de 10. Rhet. hic notandus poſtremo eſt, ubi de Antiphonte agit: Ἔγραψε δὲ καὶ κατὰ Ἱπποκράτους τοῦ ἰατροῦ σοφιστικὸν λόγον. *Scripſit quoque Orationem contra Hippocratem Medicum* (hanc vocem Xylander in verſione ſuâ rectè omittit, & in Annotationibus eandem recte, tanquam gloſſema, expungendam eſſe judicat) *ducem.* Vox ἰατροῦ ab imperito librario id ſive lectore, qui Hippocrati Medico famam quandam inde & gloriam conciliare voluit, margini, credo, prius adſcripta, poſt in textum recepta eſt. Verum ἰατρὸς hic & ex Photii Eclogâ rejiciendum eſſe multa probant. Hippocrates ille σοφιστὴς apud Plutarchum Athenienſis fuit, & Athenienſium militum dux, Ariphronis filius, qui Megaram proditione fruſtra tentavit, poſtea longos ejus muros cepit, Niſæam occupavit, Delium in Bœotiâ munivit, cum Bœotis acie conflixit, & cecidit Olymp. 89. an. 1. teſte Thucydide, lib. 4. Confer Diodorum, lib. 12. 66. & Pauſaniam in Laconicis. Quæ omnia in Hippocratem medicum non convenire, nemo inficias ibit. Sed ad Antiphontem noſtrum Rhamnuſium redeamus, qui ob ſuam prudentiam & facundiam *Neſtor* dictus eſt, teſte Plutarcho, lib. de 10. Orat. Quòd quod omnes viri ſapientes dicti ſunt Rhamnuſii propter Antiphontis Rhamnuſii ſummam ſapientiam, teſte Suidâ in Ῥαμνούσιος. Hujus vitam ſcripſit Cæcilius, eumque ſecutus Plutarchus, ſed ſapienti Rhamnuſio plurima tribuunt aliis tribuenda. Sed jam ante Cæcilii ætatem multa Antiphonti falſo fuerunt ſuppoſita. Hic enim apud Plut. è 60 Antiphontis Orationibus 25 ſpurias eſſe dicit. Plurimas ſanè etiamnum Antiphonti orationes ab antiquis tribui obſervavimus, de quibus jure dubites, Antiphontis ſint, necne. Antiphontis λοιδορίας & Convitia in Alcibiadem ſcripta citat Plut. in Alcibiade, & Athen. lib. 12. cap. 5. ubi de mollitie Abydenorum oratione ſolutâ egit. Ejuſdem omnino Antiphontis nomine Orationes quædam ſuperſunt, quæ tamen Scholaſticæ ſunt, atque fictæ declamationes, & Antiphontis nil præter nomen habent. Antiphontis *de cæde Herodis* citat Harpocration in φενδών. Ejus περὶ δμωσύνης memorat Etymologus in Διαλλαγή. Ejuſdem πολιτικὸν Athenæus 10. 6. Etymologus in Ἐυσυκοφάντης. Priſcianus lib. 18. Gram. quorum hic loco citato ejuſdem ἀλληγοριῶν citat. Ejus περὶ ἀγωνίας & περὶ μετανοίας, idemque in voce σαπύπης. Ejus τέχνη laudat Ammonius de diff. vo-

cum

cum in Σημεῖον, & forte etiam Galenus *præfat. Glossarum.* Qui ipse comm. 1. in Hippoc. de offic. med. Sect. 3. laudat Antiphontis priorum περὶ Ἀληθείας. Secundum ejus περὶ Ἀληθείας citat Etymologicus in ζυγοῦδες. Antiphontis etiam περὶ Ἀληθείας citat Hesych. in Ἀλλ. Ejus Φοινικικὰ adducit Ammonius de diff. vocab. in ἐνθύμια. Eidem Antiphonti tribuuntur quædam sententiæ. Antiphon Rhetor dixit γηροβοσία φρενίοις παιδοφορία apud Clem. Alex. lib. 6. Strom. Aliud Antiphontis dictum citat Plutarchus in Antonio Τὸ πολυτελέστατον ἀπόλαυμα χρόνος. Eidem tribuendæ sententiæ Antiphontis apud Stobæum quamplurimæ. Forte & hunc Rosciana imitatio apud Cicer. 2. de Orat. signat.

Tertius, Antiphon quidam περιστοιχόπους fuit de quo Suidas. Ἀντιφῶν Ἀθμονεὺς περιστοιχόπους ἢ ἐποποιὸς, ἢ σοφιστής. Ἐμνήσθη δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης. Atque hunc seu distinctum ab Antiphonte Rhamnusio recenset Suidas, de quo postea agit. Laertius in Socrate. Τότε τε καὶ φασὶν Ἀεσχίνην ἐν τετάρτῳ περὶ ποιητῶν, ἱστορεῖν Ἀντίοχον Δήμωνος καὶ Ἀντιφῶντα τὸν περιστοιχόπουν. Hic omnino est, cujus Clemens lib. 7. Strom. meminit. Χαίρειν τὸ τῶν Ἀντιφῶντος ὁμογνωμόνων πνεῦμα, ὃν καταφρονῶ ὡς τὰ ληκύθια, διασείοντος αὐτοῦ καὶ λιμὸν διὰ μικροψυχίαν τῶν πέριξ κατηχημένων, χαίρει, φησὶν ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὃν ὑπὸ πενίας τε καὶ ἀπορίας τινὰς. Eadem fere habet Theodoretus Serm. 6.

Quartò, Antiphonta quendam divitem cum Socrate disputantem introducit Xenophon, lib. 1. ἀπομνημ. Quis vero Antiphon ille fuerit, non indicat. Plut. in vitâ Antiphontis, & Photius Tmem. 259. Cæcilium, ut apparet, secuti, Antiphontem Rhamnusium in Xenophonte intelligendum putant.

Quintò, Antiphontem quendam pauperem Andocydæ filium memorat Aristophanes in Vespis. Ἰὼ χαίρων, & πολλάκις δὴ &c. Ubi Schol. addit Ἀντιφῶν οὗτος Ἀνδοκίδου, περὶ οὗ μνημονεύει, Καὶ ἔστι δὲ πένης ὁ Ἀντιφῶν.

Sextò, Antiphon quidam Rhamnusius Rhetor ineptus fuit. Testis est Socrates apud Platonem in Menexeno, Ἀλλὰ μὴ ὑμῖν ἐκεῖ χαλεπὸν ἐπιδεῖξαι, μισθοῦ μὲν οὐδὲν προδοθείς, ῥητορεύσαντι δὲ ὑπὲρ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Οἱ περὶ Θεόδωρον καὶ Θεσπίμαχον καὶ Ἀντιφῶντα παιδὸς ἄξιον ἔργον. Ait Dionysius epist. ad Ammæum de Demosthene. Ἀντιφῶν ὁ Ῥαμνούσιος τὸ αὐχεῖν ἴσχει μόνον καὶ ἀξιοῖ, ἀγωνιστὴς ἢ λόγων ἴσως συμβολαιογράφων ἔστι δημοσίων δοκῶν. Idem in Isæo, ubi eum cum Thrasymacho Chalcedonio, Polycrate Atheniensi, Critiâ Triginta viro & Zoilo, qui contra Homerum scripsit, Rhetoribus enumerat. Forte idem quem cum Isocrate & Isæo pueros Rhetoricam in scholis docuisse scribit Plut. lib. de Glor. Athen. nisi propterea de alio Antiphonte hæc accipienda videntur, quòd post Isocratem nominatur. Carpit Deipnosophista apud Athenæum 11. 15. quòd male de Antiphonte & Lampro loquatur Socrates apud Platonem. Hermogenes lib. 2. περὶ Ἰδεῶν ubi duos Antiphontes Rhetoras, eorumque unum Rhamnusium ἀσεμνὸν τῇ λέξει ποιητὴν facit, alterum omnino nostrum duriore dicendi genere usum fuisse tradit.

Septimò, Antiphon quidam, Antiphontis primi nepos, Pyrilampis filius, Platonis, Adimanti, & Glauconis ὁμομήτριος frater erat, teste Platone in Parmenide. Νεώτατον appellat Plut. lib. περὶ φιλαδελφ. Forte Pyrilampes hic est idem cum illo ὑγιαζοντος, qui avibus & præcipuè pavonibus delectabatur. Taxat eum propterea Arist. in Vespis. Sanè Plut. in Pericle, Pyrilampen, qui Periclis familiaris erat, à Comicis propterea traductum scribit, quasi muleribus, quibus Pericles miscebatur, pavones subjiceret. Antiphon Rhetor orationem *de pavonibus* habuit, teste Athenæo 9. 12. in quâ Δῆμον ἢ Πυκλάμπης (Sic legendum non Πειθάμπης) varias aves nutrire scribit, quæ à multis spectentur. Memorat eandem orationem Eust. in Il. ρ. f. 259.

Octavò, Antiphonta Critobuli filium memorat Hippocrates in Epidemiorum libris apud Galenum lib. 2. de diebus criticis cap. 5.

Nonò, Antiphon quidam circuli quadraturam tradidit, teste Aristotele lib. 1. de Sophist. Elench. cap. 10. & lib. 1. Phys. cap. 2. ubi Simplicius eum Sophistam appellat.

Decimò, Antiphon quidam poeta fuit, quem Dionysius senior Siciliæ Tyrannus è medio sustulit, quòd tragœdias ipsius vitaperaverit. Vide Plut. lib. de 10. Rhet. Dionysii verò senioris Tragœdias laudat, Plut. in Timoleonte. Idem lib. *de discr. adul. & am.* Καιτοὶ ἢ ὁ Ἀντιφῶν ὁ πρὸς Διονύσιον ἐρώτησις ἦσαν ἢ λόγοι, πῶς χαλεπὸς ἄρχειν; ὀκνῶν, εἶπεν, ὡς ἐ πεπαιδιαγωγημένος Ἀθηναίοις πρὸς Ἀθηναίους, ἢ Λεπτίνης εἶκνα. Οὔτε γὰρ φοβεῖ τύραννον τὸ λυπεῖν ἢ πικρὸν, οὔτε πείθει τὸ ξυμφέρον ἢ παιδιάς. Ἀλλ' ὅτι χαλεπὸν ἢ ὕβρει μισητὸν ἀκροάσεως μὲν ἡδέως τὸ πιθανὸν ἔχεις, ὁ δὲ λόγος φορτικὸν ἀπῆν, πῶς πρὸς τὸ σφέρον ἄγοντα ἐπιχειρεῖν. Καὶ ὁ Ἀντιφῶν ἀπέθανεν ὑπὸ Διονυσίου. Confer eundem de Contradict. Stoic. Antiphontis hujus proculdubio moribundi dictum adfert Aristoteles lib. 2. Rhet. c. 6. Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποθνῄσκειν ὑπὸ Διονυσίου, ἰδὼν πρὸ ἑαυτοῦ συναποθνήσκοντας μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους, εἰς ἅιδου διὰ τῆς πύλης, Τί ἐγκαταλείπεσθε, ἔφη, ἢ μὴ ἀξιόν τι ὑμᾶς ἰδὼν τύπτων; Fortè hic est ὁ τραγῳδοποιὸς Athenæo hic dictus lib. 15. cap. 4. cujus πολέμιον Aristot. Rhet. 2. 2. & Ἀνδρομέδαν Autor Ethicorum Eudemiorum lib. 7. cap. 4. citant. Hunc Antiphontem cum Rhamnusio confundit Plut. ubi supra.

Undecimo, Antiphon quidam Athoniensis fuit somniorum interpres, qui de suâ arte, librum scripsit. Suidas. Ἀντιφῶν Ἀθμονεὺς ὀνειροκρίτης, περὶ κρίσεως ὀνείρων βιβλία. Meminit ejusdem Cic. lib. 1. & 2. de Divinat. De eodem Sen. Controv. 9. *Otho Junius edidit quidem 4. libros colorum, quos bene Gallio noster Antiphontis libros vocabat, tantum in illis somniorum est.* Tertullianus lib. de Animâ, ubi de somniis agit. *Quanti autem commentatores, & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus,* &c. Meminit ejusdem Fulgent. lib. Mythol. ubi malè *Antiphon Philocrus* dicitur, cùm *Antiphon Philochorus* legi debeat.

Duodecimò, Antiphon quidam à Demosthene coram Areopago proditionis accusatur, quasi Philippo Macedoni navalia Athenensium se concrematurum clam pollicitus esset, & capitis damnatur. Plut. in Demosth.

Denique Antiphonta quendam Georgicorum scriptorem laudat Athenæus lib. 14. cap. 17.

Antipodes, Subtilis, & diversa apud veteres fuit inquisitio? Sintne homines, qui sub terrâ, sua vestigia nostris opposita habeant, nec ne? Quod ita esse ratione satis evidenti Macrob. 2. de Somn. Scip. & Plin. 2. 65. ostendere conantur. De his Cic. lib. 4. Acad. Qu. *Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contrariâ parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?* Fuere vero nonnulli, qui credebant fabulosa esse omnia quæ de Antipodibus referuntur, quorum rationes videre licet apud Plut. lib. *de facie in orbe Lunæ.* Præcipuè vero Christiani; Vide Lact. 3. 24. August. de Civ. Dei, 16. 9. Quibus assentitur Lucretius lib. 1. vers. 1063. quem vide. Festivè ac lepidè Seneca Ep. 122. luxuriosos homines, qui noctu potant, interdiu dormiunt, *Antipodas* vocavit: quem locum operæ pretium erit videre. Vide *Antœci.*

Antisthenes, Philosophus, postquam docuisset Rhetoricam, audissetque Socratem, dixisse fertur discipulis, Abite & magistrum quærite, Ego enim jam reperi, statumque venditis, quæ habebat, & publicè distributis, nihil sibi præter palliolum reservavit. Princeps fuit Cynicæ sectæ, & ad audiendum Socratem, quotidiè ibat ex Piræeo, 40 stadiis emensis, acutus magis quàm eruditus. Præceptor Diogenis fuit. Patientiam & duritiem adamavit. Multos populares esse Deos asserebat, unum tamen naturalem rerum omnium artificem: Cui illud Plutarchus tribuit. *Ad Rempublicam accedendum est, ut ad ignem; ita ne nimis prope, ne uratur; neque nimis procul, ne frigeas.* Idem Pontio cuidam adolescenti, cùm ei se in disciplinam tradere vellet, rogaretque, quibusnam rebus sibi opus esset, respondit, βιβλίων χαρτῶν, καὶ γραφίδων χαρτῶν, καὶ πινακίδων χαρτῶν, ἢ τῶν παρεμφαινόντων. Interrogatus item, quid omnium esset apud Homines beatissimum? εὐπαιδία, ἔφη, ὑπάρχειν. Et familiari apud se deploranti, quòd commentaria perdidisset, oportebat, inquit, ἐν τῇ μνήμῃ αὐτὰ, καὶ μὴ ἐν τῇ χελώνῃ γράφειν. Rursum interrogatus, Quænam esset disciplina maximè necessaria? mala, inquit, dedicere. Τῶν μὲ ἀναγκαίων ἀναγκαιότατον τὸ μανθάνειν ἀπομανθάνειν. Denique eosdem dixit esse τοὺς εὐγενεῖς, καὶ μὴ κακοήθεις. Diog. Laert. Ejus mater barbara habebatur. Diog. Laert. Ἐλέγετο δ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Ὅθεν περὶ ἢ ὀνειδίζοντα εἰπεῖν, καὶ ὑ μήτηρ σὴ Θρᾴττα ἦν. Ἐδίκει γὰρ τῇ Θρᾴττης μητρὶ. Quod Seneca Iphicrati tribuens, reddit. *At Iphicrates, cui mater barbara & Thressa objiciebatur, respondit, & Deorum matrem Idæam esse.* Fuit & *Antisthenes,* Heraclii discipulus: Alius Ephesius; Tertius Rhodius historicus, uti tradit Laertius. Fuit & Antisthenes Sabarita, *Antisthenes* etiam Peripateticus Philosophus citatur à Phlegonte Trallano. Mirabil. cap. 3. Vide Voss. de Hist. Gr. lib. 3. pag. 395.

Antœci, Si relativè considerentur partium terræ habitatores respectu ad se invicem, alii *Periœci* sunt, alii *Antœci,* alii *Antipodes. Periœci* sunt qui pari Latitudine ab Æquatore distant, & ab eodem Æquatoris latere habitant (utrique scil. à Boreali ejus latere, aut utrique ab Australi) sed Longitudinem planè oppositam habent, ita scil. ut eorum Meridiani 180 gradibus à se invicem distant. Tales sunt incolæ Virginiæ in America respectu Chinensium in Asiâ ultimâ. His paria dierum longitudo, & pares anni tempestates, pari tempore contingunt; sed dum alis meridies, aliis media nox est. Jam vero

Antœci

Antœci sunt qui eandem Longitudinem habent, quippe sub eodem Parallelo habitantes, & parem etiam Latitudinem, sed hi Borealem, illi Australem: Tales sunt Peloponnesi in Græciâ incolæ respectu extremæ Africæ habitatorum ad Caput Bonæ Spei. His simul Meridies est, & pariter media nox; Sed cum aliis horum æstas est, aliis hyems est; cum aliis dies longissimi, aliis brevissimi. Denique *Antipodes* sibi invicem sunt, quibus tam Longitudo, quàm Latitudo opposita est, ita ut toto Sphæræ diametro à se invicem distent. Tales sunt Chinenses respectu incolarum Chili Americanæ regionis. His omnia contraria; dum aliis horum Meridies, aliis media nox est; quæ aliis æstas, aliis hyems; quæ aliis dies longissima, aliis brevissima. Montanus.

Antoninus. Imp. Rom. cognomento *Pius*, regn. an. 23. A. D. 138. Successit Hadriano Cæsari. Pacem coluit, deque omnibus benè mereri studens, exteros reges, atque populos literis & humanitate in officio continuit. Aurel. Victor. Eutrop. lib. 8. Jul. Capitolinus, & Oros. lib. 7. cap. 14. Ei successit filius Marcus Aurelius *Antoninus*, cognomento Philosophus, qui propinquum L. Aurelium Verum, socium Imperii sibi adsumpsit. Per quem feliciter gessit Parthicum bellum: Ipse domi & in urbe Remp. curans. Deinde mortuo Vero, solus imperavit, & in Germanos benè rem gessit: Marcomannos etiam oppressit, & Sarmatas, & Vandalos, & Quados, qui Pannonias invaserant. Hic est ille Antoninus, qui Suidâ teste, scripsit ἰδίᾳ βίᾳ διαγωγὴ βιβλίοις ἰβ. Quæritur autem utrum hi sunt illi ipsi libri, quorum inscriptio τὰ καθ' ἑαυτὸν, sive *de Seipso*. Ita censet Xylander. Et favet huic sententiæ, quod & illi libri sint 12 numero: & Suidas non alius operis meminit, quàm ejus quod dixi. Amplior tamen Inscriptio est quæ apud Suidam legitur; cum in 12 illis libris, quos hodiè habemus, non tam vita Aurelii referatur, quàm illustria tradantur Sapientiæ præcepta. Quare alicui placere possit suspicio Casp. Barthii Adversar. lib. 51. cap. 16. ubi censet, non exstare ipsos Antonini libros, sed excerpta ex iis, qualia veteres *Florida* sive *Laudabilia*, Græci χρήσιμα dixere. Cui sententiæ favere aliquis dixerit, quod in codice ms. qui Romæ est, inscribantur ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν, Gesnero testante. Sed multo verisimilius est, inquit Vossius, τὰ καθ' ἑαυτὸν, idem esse opus, ac illud, quod Suidas appellat, ἰδίᾳ βίᾳ διαγωγὴ, non quasi vitæ suæ historiam reliquerit, ut vulgò sunt arbitrati: sed quia ideam suæ vitæ condiderit. Siquidem sunt hi duodecim libri de officio boni Principis, quos scripsit, non ad filium, sicut Cicero tres libros de officiis filio suo misit: sed πρὸς ἑαυτὸν h. e. *ad seipsum*: nempe ut illos assiduè legeret, ac secundum eos vitam componeret, ac mores. Opus hoc erutum è Palatinâ Bibliothecâ primus in lucem emisit Conradus Gesnerus: Latinè autem vertit Guil. Xylander. Ejus postea translationem ad incudem vocavit Vir Clarissimus Mericus Casaubonus Is. fil. Eruditas præterea notas, & emendationes addidit. Posteà vero recensuit, ac perpetuo commentario illustravit Tho. Gatakerus Londinas, vir χριτικωτάτος Cantabr. A. D. 1652. At vita illa M. Aurelii Antonini, quæ ab Antonio Guevara, Mendonensi Episcopo, & Cæsari Carolo 5. à Consiliis, Hispanicè edita est, eâque è linguâ in alias permultas translata fuit, nihil Antonini habet, sed tota est supposititia, ac genuinus Guevaræ ipsius fœtus; qui turpiter os oblevit lectori, planè contra officium hominis candidi, maximè Episcopi. Habet interim plurima lectu nec inutilia, nec injucunda: imprimis vero Principi; unde & *Horologium Principum* inscribitur. Vossius.

Antoninus, Commodus, prioris laudatissimi Imperatoris filius flagitiosissimus fuit; per legatos devicit Mauros atque Dacos: composuit Pannonias, Germaniam, Britannias, imperium ejus recusantes: ipse interim in omni genere turpitudinis & crudelitatis vitam degens. Vide *Commodus*.

Antoninus Bassianus Caracalla, Septimii Severi imperatoris filius. Hic est Antoninus ille, cui Oppianus libros suos de venatione, & piscatione dedicavit. Ita enim orditur Κυνηγετικὸν,

Σοὶ, μάκαρ, ἀείδω γαίης ἐπιώλεις ἔρεισμα,
Φέριστον ἐναλίων πολυήεστον Ἀιγεαδάων,
Ἀυσονίης Ζηνὸς γλυκερὸν δάλον Ἀντωνῖνε.
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτίσατο Δόμνα Σεβήρῳ,
Ὀλβίῳ ἐυπλοίῃσι, καὶ ὄλβιον ἔδνασα.

Scribit autem Sozomenus in epistolâ ad Juniorem Theodosium, quòd Antoninus eâ erga Oppianum usus sit liberalitate, ut pro singulo ejus operis versu eum aureo uno donaverit; quod Imperatoriæ largitatis ac liberalitatis omnibus miraculum fuit; ut adhuc ipsius Oppiani carmina à plurimis Aurea sint appellata. De variis Antoninis videndus Jonsius de Script. Hist. Phil. lib. 3. cap. 10.

Antoninus Liberalis. Vide *Liberalis*.

Antonius Gnipho, Poeta Gallus, Romæ docuit, Rhetoricam, & poemata in domo Julii Cæsaris adhuc pueri, cujus scholam Cicero & alii clari viri frequentasse dicuntur. Nihil unquam de mercedibus pactus est, eoque plura ex discentium liberalitate consecutus est. Vixit an. 50. Sueton. Nomen *Antonii* quod attinet, Græcè Ἀντώνιος significat *certatim emptum*, i. e. pretiosum vel facile vendibilem. Sic Ἀντωνίομαι, liceor adversus aliquem. Lysias. Male scribitur Anthonius & ab Ἄνθος deducitur à quibusdam, ac si idem sonaret quod *Florens*, *Florentius*, *Thales*, *Euthalius*. Utinamque ho: non excidisset Camdeno, vel quicunque fuit is qui Relliquias ejus publicavit: ubi additur, quosdam derivare hoc nomen ab *Antone* socio Herculis, ut est apud Gellium.

Antonius Musa, medicus Augusti Cæsaris. Plin. 29. 1.

Antonius Marcus, Orator, Triumviri Antonii avus, de quo Tullius in Bruto, *Omnia veniebant Antonio in mentem, eaque suo quæque loco, ubi primum proficere, & valere possint. Ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat ei memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur, sed ita erat paratus, ut Judices, illo dicente, non nunquam viderentur non satis parati ad cavendum fuisse.* Interfectus fuit à Mariana factione, unà cum plurimis aliis clarissimis civibus, quorum capita in rostris pependere. Lucan. lib. 2.

——*Aut te præsage malorum*
Antoni, cujus laceris pendentia canis
Ora ferens miles festæ rorantia mensæ
Imposuit. ——Vide Val. Max. lib. 9. cap. 2.

Antonius Marcus, Oratoris filius natu major, Cottæ consulis & Cethegi favore in Senatu curationem rei frumentariæ totius oræ maritimæ nactus, Siciliam, & provincias omnes depopulatus est. Postremo Cretensibus bellum inferens, ibi morbo interiit. Hunc Sallustius ait perdundæ pecuniæ genitum, & vacuum à curis nisi instantibus.

Antonius Caius, alter Oratoris filius, multos in Achaiâ spoliavit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas. Græci autem eum adduxerunt in jus ad M. Lucullum Prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat. Hunc Gellius, & Lentulus Censores, sexennio, quo hæc dicerentur, senatu moverent, causasque subscripserunt, quòd socios diripuerit, quòd judicium recusaverit, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia sua mancipaverit. Hunc Cicero in Verrinis vocat, In exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoriâ quadrigarium. Nam inter eos fuit, qui jussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitaverunt. Dictus fuit cognomento *Hybrida*.

Antonius Caius, prioris filius, cum Cicerone Consul fuit, eique maximè adversus, quòd Catilinæ faveret, sed collegæ consilio ac industriâ delinitus, acceptâ Macedoniâ provinciâ, pro Rep. se staturum recepit, idque præstitit. Re autem apud Dardanos malè gestâ in urbem reversus, à M. Lælio accusatus, damnatus est, & in exilium actus.

M. Antonius Triumvir, Marci Antonii Oratoris filii filius, & Lucii frater, causa & fax totius belli Civilis fuit. Cùm enim Tribunus esset, clam ex urbe ad Cæsarem in Galliam profugit. Mutinam, Bruti provinciam invadentem, hortante Cicerone, Senatus hostem judicavit. Superatus ab Hirtio & Pansâ Consulibus ac Cæsare puero, mox Triumviratus fœdere inter eum, & Lepidum & Octavium inito, Brutum & Cassium in Macedoniâ apud Philippos superavit. Quo bello confecto Augustus valetudinis causâ Romam rediit. Antonius autem in Græciam, Asiamque profectus, honore quaquaversus ingenti exceptus est. Quum illi Oriens, Augusto Occidens, Lepido Italia obtigisset, multos per Orientem Reges ac Tetrarchas debellavit. Inter quos Antigonum Judæorum Regem securi percussit, quod antea Regum nulli contigit. Vinosum admodum fuisse, ac de eo multum gloriasse, testis Plinius lib. 15. c. 21. ubi de Ciceronis filio: *Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori Patris sui M. Antonio. Is enim ante eum avidissimè apprehenderat hanc palmam, edito jam volumine de suâ ebrietate.* Idem, teste Velleio hederâ redimitus, aureâ coronâ tectus, cothurnos indutus, curru vectus *Liberum Patrem* vocari se jussit. Cum ergo sic Athenienses salutassent, ac ut Minervam suam in matrimonium duceret, rogarent, ducturum is ait, sed dotis nomine imperare se, mille talenta. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratiâ nefanda perpetravit, quod Romanis in infamiam maximè cessit. Virgil. Æn. 8.

Hinc ope Barbaricâ variisque Antonius armis
Victor ab Auroræ populis, & littore Rubro
Ægyptum, viresque Orientis, & ultima secum
Bactra vehit, sequiturque (nefas) Ægyptia conjux.

Quod ait *nefas*, videtur esse stomachus poetæ indignantis Ægyptiam conjugem Romano civi nupsisse, ut etiam apud Ovid. Met. 15.

Romanique ducis conjux Ægyptia ——

Planius Horatius, Epod. 9.

Ut nuper, actus cum freto Neptunius
Dux fugit ustis navibus,
Minatus urbi vincla, quæ detraxerat
Servis amicus perfidis.
Romanus (eheu posteri negabitis)
Emancipatus fœminæ,
Fert vallum, & arma miles, & spadonibus
Servire rugosis potest.
Interque signa turpe militaria
Sol aspicit Conopeum.

Fulviam uxorem initio Triumviratus repudiavit, ac Octaviam Augusti sororem duxit; Utramque postremo ob Cleopatram contempsit; quæ causa fuit inter eum & Octavium dissensionis. Quocum postremo ad Actium navali prælio congrediens, superatus est, Alexandriamque confugiens, atque ibidem ab eodem obsessus, gladio sponte incubuit, anno ætatis 56. Vitam ejus scripsit Plutarchus, eumque vivis coloribus depinxit Cicero in Philippica secunda, quæ res postea mortis ejus causa fuit. Juvenalis de Cicerone.

O fortunatam natam, me Consule, Romam.
Antoni gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset. Ridenda poemata malo
Quam te conspicuæ Divina Philippica famæ
Volveris à primâ quæ proxima. ——

Iulus Antonius, Antonii Triumviri filius, ad quem Horatii Oda 2. libri 4. Consul erat cum Paulo Fabio Maximo, ad quem ejusdem libri Oda prima. Huic Iulo cognomen Africanus. De eodem Seneca lib. de brevitate vitæ, *Filia & tot nobiles juvenes, adulterio velut sacramento adacti, infractam ætatem* (Augusti scilicet) *territabant; postquam & iterum timenda cum Antonio mulier.* Apparet enim hunc Iulum aliquod scelus (cui proximus ab adulterio gradus est) cum filiâ in Augustum concepisse: uti olim cum Cleopatrâ ejus pater. Hunc jussu Augusti occisum prodidere Dio, & Tacitus. Velleius suâ manu cecidisse eum dat intelligi. Præcessit autem jussus Augusti, quem ille exsecutus suâ manu. Lipsius ad Taciti Annalium lib. 1.

Lucius Antonius, Triumviri frater, apud Pelusium ab Octavio fame obsessus, in deditionem cum 300 aliis venit: quibus, ut ait Livii Epitomator, Octavius ipse pepercit; ut vero Tranquillus, omnes ad aram Cæsaris necari crudelitèr jussit. Hic patroni laudem plurimùm affectavit, & à M. Tullio irridetur, Philip. 6. quòd se à 35 tribubus adoptandum, & inscribendum statuæ patronum curaverit.

Antonius Julianus, Romæ Rhetor fuit, perquam honesti, atque humani ingenii, doctrinâ quoque utiliore istâ, ac delectabili, veterum elegantiarum curâ & memoriâ multâ.

D. Antonius, Ægyptius, Monachis Christianorum initium dedit, licet non ante omnes Monachos fuerit. Primus enim mirè omnium studia ad eam vitam imitandam incitavit, Monachorumque dogma instituit, sicuti mox D. Basilius in Græciâ fecit, & Hilarion in Syriâ. Polyd. Virgil. de Invent. rerum, l. 2. Panis illi escæ fuit, & aqua potui; semel in die, idque sub occasum solis, tenui cibo reficiebatur. Cujus sanctitas ita celebris fuit, ut Helena Constantini Imp. mater, se & filium suum per literas illi commendavit. Obiit in eremo an. natus 105. A. D. 361.

Antonius Julianus, Judaicam historiam scripsisse videtur. Min. Felix.

Anubis, Ægyptiacus canis, in cujus formâ colebatur Mercurius. Virg. Æn. 8.

Omnigenumque Deûm monstra, & latrator Anubis.

Propertius lib. 3. eleg. 11.

Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubim.

Bene *latratorem*, & *latrantem* dixerunt, nam colebatur hic Deus canino capite, quod scribit Plut. de Is. & Osir. & Euseb. de Præp. Evang. 2. 1. Rationes hujus formæ vide in utroque. Eundem hunc fuisse cum Cynocephalo, cui caninum caput, certum est. Sunt & qui putent verè hunc Mercurium fuisse. Servius. *Quia canino capite fingitur, hunc volunt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius.* Juvant verba ista Apulei. *Ille superûm commentor, & inferûm, nunc atrâ, nunc aureâ facie sublimis, attollens canis cervices arduus Anubis, lævâ caduceum ferens, dextra palmam virentem quatiens.* Strabo lib. 9. Plutarchus etiam, ubi supra, ait Anubin vocatum *Hermanubin.* Hermes autem Mercurius est. Ovid. Met. 9.

Inachis ante torum, pompâ comitata suorum,
Aut stetit, aut visa est, inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,
Et regale decus; cum quâ latrator Anubis,
Sanctaque Bubastis, variusque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet;
Sistraque erant, nunquamque satis quæsitus Osiris
Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.

Lucanus,

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semicanesque deos, & sistra moventia luctum.

Juvenalis Sat. 6.

Ergo hic præcipuum, summumque meretur honorem,
Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo
Plangentis populi currit derisor Anubis.

Diodorus Siculus ait Anubin Patrem Osirim ad bella secutum gestasse canis insigne in clypeo: Alii adjuvisse Isidem in Osiridis corpore investigando.

Anxurus, sive potius *Anxyrus*, nomen est, quo Jupiter à Campanis vocabatur, qui maxime Anxuri colebatur imberbis, vel quasi ἄνευ τῆς ξυρῆς, *sine novaculâ*, quia barbam nunquam rasisset. Servius in illud Poetæ Æn. 7.

Circeiumque jugum: queis Jupiter Anxurus arvis
Præsidet. ——

Ubi *Axurus* de la Cerda contendit legendum. Sanè Pausan. in Eliacis prioribus meminit duplicis simulacri Jovis ἀκ ἔχοντος γένεια *non habentis barbam.* Porro de nummo quodam Jovis aut *Axuri* aut *Crescentis* vix est, qui non meminerit eruditorum, Germanus, Lævinus, Scaliger, Ortelius, Dalechampius, & alii. Non omittendus hic Statii locus Theb. 10. de Templo sacro & Junoni puellæ, & Jovi Axuro.

Ipsa illinc magni thalamo desponsa Tonantis
Expers connubii, & timidè posituræ pudorem
Lumine demisso pueri Jovis oscula libat
Simplex, & nondum furtis offensa mariti.

Neque Claudiani de 4. Consulatu Honorii.

Talis ab Idæis primævus Jupiter antris
Possessi stetit arce poli, famulosque recepit
Naturâ tradente Deos: lanugine nondum
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant
Moturæ convexa comæ: tum scindere nubes
Discebat, fulmenque rudi torquere lacerto.

Aliam ejusdem parvuli Jovis imaginem repræsentat Stat. 1. Achilleidos in hunc modum.

Sic sub matre Rheâ juvenis regnator Olympi
Oscula securæ dabat insidiosa sorori
Frater adhuc, medii donec reverentia cessit
Sanguinis, & versos germanæ expavit amores.

Jovis etiam pueri meminit Apollon. lib. 1. Argon. dicitur ab eo κῆρος & ἐπὶ φρεσὶ νήπια εἰδώς. Et Nonnus Dionysiacon lib. 41. his versibus.

Ζεὺς τότε κῆρος ἔλων, ἔτι που βρέφος, ὅππότε πυκνῷ
Θεσμὸν ἀναλύσασα νέος βυτάρμονι παλμῷ
Ἀστεροπὴ σιλάγιζε. ——

Nummus Pansæ & Vibii, cujus meminit Constantius Landus Numisius in cujus parte alterâ erat JOVIS AXUR, in alterâ imago barbata, sed intonsa; Unde colliges non semper Jovem Axurum sumi pro Jove puero, sed etiam pro Jove intonso, quasi ἄνευ ξυρῆς, uti diximus, ut qui nunquam egeret novaculâ, semper enim tonsus erat, etiamsi grandis fuit.

Anytus Athenienſis, unà cum Melito & Lycone Socratem accusavit, & occidi curavit. Horatius Serm. 2. Sat. 4.

——— *Qualia vincant*
Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.

Posteà ab Athenienſibus cum sociis morte mulctatus est.

Apaturia, Minerva ab Æthrâ sic dicta, quæ per quietem ab eâ monita, ut Sphæro sacrificaret, cùm in insulam trajecisset, à Neptuno compressa, Palladis templum ibi erexit. Prætereaque constituit, ut Trœzeniorum virgines Zonas ante nuptias Apaturiæ Palladi consecrarent. Item *Apaturia* Venus dicta. Nam cùm Gigantes quodam tempore vellent eam interimere, dicitur in latebris tam diu delituisse, donec Herculis auxilio sigillatim omnes interfecit. Inde *Apaturum*, Veneris templum in Phanagoriâ. Steph. ex Strabone.

Apaturia, festa Athenienſium; quam vocem rectè Budæus vertit *Festum deceptionis*: quippe cui præbuit originem ἀπάτη i. e. *deceptio.* Nam cum finium regundorum controversiam inter Athenienses & Bœotos ortam, Reges Melanthius, & Xanthius certamine singulari dirimere statuissent, Xanthius astu circumventus occubuit. His enim dimicantibus, quidam à tergo Xanthii nigrâ pelle capræ indutus apparuit: Tunc Thymœtas (Is enim tunc regno præfectus fuit) injuriam sibi fieri questus, quòd ad singulare certamen Xanthius cum socio accederet, Xanthius respiciendi gratiâ conversus ab adversario interficitur. Cum vero Bacchus creditus esset pelle capræ apparuisse indutus, dies festi fuerunt in ejus honorem ab Athenienſibus mense Octobri instituti. Aristophanis Interpres nunquam satis laudatus in Acharnan.

Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαινῶν, ὁ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος δὲ ὁ Βοιωτὸς προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην. Οὐ δεξαμένου δὲ αὐτοῦ, Μέλανθος ὁπλομαχῶν, Μεσσήνιος τὸ γένος, ἀπὸ Πεισαλυμένης τῆς Νηλέως ἐπίκλησιν ἐπὶ τὴν βασιλείαν. Μονομαχόντων δὲ ἐφάνη τῷ Μελάνθῳ τις ὄπισθεν τοῦ Ξάνθιος, τραχηλῶν, τυτθίζων, αἰγίδα μέλαιναν ἐνημένος. Ἔφη δ' ἀδικεῖν αὐτὸν, δεύτερον ἥκοντα, ὁ δὲ ἐπιστρέφεται. Ὁ δὲ πίσας ἀποκτείνει αὐτόν. Ἐκ δὲ τούτου ἤρξε τὴν ἑορτὴν Ἀπατούρια, καὶ Διονύσῳ Μελαναιγίδι ἐθύοντο. Quamobrem qui genus suum referebant ad Melanthium, i. e. omnes verè Iones, Apaturia celebrabant, exceptis Ephesiis & Colophoniis. Herodotus Musà primâ. Ἔσχον δὲ καὶ καθαρῶς Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ἑορτήν. Ἄγουσι δὲ πάντες, πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων. Οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια, καί φασι πνὰ σκῆψιν. Porro quæ ad Acharnanes Aristophanis Interpres expositi, repetit *In pace*, & Suidas ad verbum, uti ferè solet omnia, excerpsit: Nisi quod dies quatuor enumerat, uti etiam tot fuisse confirmat Harpocration, Ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἣν ἄγουσι Πυανεψιῶνι ἀφ' ἡμέρας τετάρτης. Hesychius, Ἀπατούρια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ὅτι ἡμέρας τέτταρες. Ὧν ἡ πρώτη, Δόρπια καλεῖται, ἡ δὲ δευτέρα Ἀναῤῥύσεις, ἡ τρίτη Κυρεῶτις, ἡ δὲ τετάρτη Ἐπιβδα. De quibus suis locis.

Apeauros, mons in Peloponneso. Polybius, lib. 4.

Apella, idem esse quod verpum sive recutitum, ac dici quasi *sine pelle*, etiam magnus Turnebus censet, lib. 24. cap. 9. & lib. 28. cap. 21. Imo in veteri quoque glossario legas *Apella*, λιποδερμος. Imposuit autem iis Horatii locus, lib. 1. Sat. 5.

——*Credat Judæus Apella.*

Ubi *Apella* esse proprium viri, tum quantitas primæ syllabæ comprobat, tùm quòd eodem modo Chium *Apellam* legimus apud Ciceronem Epist. ad Att. lib. 12. ep. 19. Quanquam duo vett. Horatii Scholiastæ cum vulgo interpretantur. Hic *Apella, quòd pellem in parte genitali non habeat.* Ille, *Finxit nomen, quasi sine pelle; aut certè Apella, quia præputium non habet.*

Apellas, Cyrenæus Geographus, memoratur in epitome Artemidori Ephesii. Forte est idem qui de rebus Delphicis commentarium edidit, cujus meminit Clemens Alexandrinus in Protreptico. Videndum annon idem sit, qui Athenæo Apollas vocatur. Vossio quidem sic videtur, quia & is de urbibus scripsit, & proclivis in unâ literâ lapsus fuit.

Apelles, Cous, pictor eximius, ingenio, & gratiâ, quam in se maximè jactabat, præstantissimus, voluminibus etiam apud Persæum discipulum editis, quæ artis suæ doctrinam continerent. Floruit Alexandri M. temporibus, à quo tantum depingi voluit. Horatius ad Augustum de Alexandro.

Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
Pingeret; aut alius Lysippo duceret æra,
Fortis Alexandri vultum simulantia.——

Cic. Epist. lib. 5. ad L. Lucceium. *Neque enim Alexander ille gratiæ causà ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorum artem cum ipsis, tum sibi etiam gloriæ fore putabat.* Plutarchus de Fortunâ Alexandri. Ἦν δὲ καὶ Ἀπέλλης ὁ ζωγράφος, καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης κατ' Ἀλέξανδρον, ὧν ὁ μὲν ἔγραφε καὶ κεραυνοφόρον Ἀλέξανδρον ὥστε ἐναργῶς, καὶ κεκερασμένος, ὅσε λέγειν, ὅτι δυοῖν Ἀλεξάνδροιν, ὁ μὲν Φιλίππου γέγονεν ἀνίκητος, ὁ δὲ Ἀπέλλου ἀμίμητος. Ovid. lib. 3. de Art. Amand.

Si nunquam Venerem Cous pinxisset Apelles
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

Propertius eleg. 9. lib. 3.

In Veneris tabulâ summam sibi ponit Apelles.

Hinc *Apelleus* adject. Prop. 1, 2.

Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis est color in tabulis.

Ubi in simili dissimile. Nam Apelles arte pinxit, & quidem summâ, cum Poeta à formâ velit artem omnem abesse. Sed eò respexit, quòd quatuor tantum coloribus usus dicatur Apelles, ex albis, Melino; ex silaceis, Attico; ex rubris, Sinopide Pontica; ex nigris, atramento. Idem præter Venerem nudam, nativaque formâ conspicuam, pinxit etiam Campestem, unam ex pellicibus Alexandri, cujus amore captus, eam à rege dono accepit. Pinxit & Heroa nudum, eâque picturâ naturam ipsam provocavit.

Statius.—*Ut vel Apelleo vultus signata colore.*

Vide Plin. 35. 10. & Quintil. lib. 12. Non omittendus hîc locus ille 8. Empirici Pyrrhon. Hypotyp. lib. 1. cap. 12. Ὅπερ ἦν περὶ Ἀπελλοῦ τοῦ ζωγράφου λεγόμενον, εἶτα ὑπῆρξαι τῷ Σκεπτικῷ. Φασὶ γὰρ ὅτι ἐκεῖνος ἵππον γράφων, καὶ τὸν ἀφρὸν τοῦ ἵππου μιμήσασθαι τῇ γραφῇ βουληθείς, ὅπως ἀπολύσαιεν, ὡς ἀπειπεῖν, καὶ τὴν ἀγγειὰν εἰς ἣν ἀπέμασσε τὰ ἀπὸ τῶν γεφυρῶν χεώμενα προσεῖναι εἰκόνι. Τῷ δὲ προσλαμόντι ἵππῳ, ἀφρὸν ποιῆσαι μίμημα.

Apelles, monachus Ægyptiacus plurima miracula edidisse fertur. Hunc cum in opere fabrili teneretur occupatus, (hanc namque artem profitebatur) spectrum dæmonis noctu, habitu mulieris formosæ, quàm continens esset, tentare cœpit, qui ferro, quod jam poliebat, ex igne extracto, dæmonis faciem exussit; Dæmon autem cum fremitu horrendo & ejulatione aufugit. Sozomen. 6. 28. Item *Apelles*, vir commendatus à D. Paulo, Rom. 16. Fuit etiam *Apelles* Marcionis hæretici sectator, de quo vide Euseb. lib. 5.

Apellicon, Teius, Ptolemæi Lathyri tempore floruit. Philosophus fuit Peripateticus, qui de Hermeâ Atarnensium tyranno, & Aristotelis cum eo familiaritate scripsit. Testis est Aristocles Peripateticus lib. 7. de Philosophiâ, apud Euseb. de Præp. Evangel. lib. 15. cap. 1. Περὶ μὲν οὖν Ἑρμείου καὶ τῆς Ἀριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας, ἄλλοι τε πολλοὶ συγγεγράφασι, καὶ δὴ καὶ Ἀπελλίκων, ὃς τοῖς βιβλίοις ὁ ἐντυχὼν, παύσεται βλασφημῶν αὐτούς. Apellicon autem hic familiaris erat Athenioni itidem Peripatetico, Athenionis illius, qui in Erymnei Peripatetici ludo diligentem se disputatorem præbuit, filio, Athenensium tyranno, cùm Mithridates Asiam in suam potestatem redegerat An. U. C. 665. ut fusè narrat Athenæus l. 5. Biennio post Romani, duce Syllâ, Athenas receperunt, ubi Sylla Apellicontis jam mortui, teste Strabone lib. 13. bibliothecam, in quâ plerique Aristotelis & Theophrasti erant libri multis parum noti, Romam deportandam curavit, ut patet ex Plutarcho. Apellicon autem libros illos à Nelei, cui Theophrastus Bibliothecam suam tradiderat, posteris magno emit. Strabo ubi supra, Apelliconta φιλόβιβλον, magis quàm φιλόσοφον fuisse tradit, ejusque librorum usum Romæ à Bibliothecæ præfecto Tyrannionem Grammaticum impetrasse, à quo nos exemplaria corrupta habeamus.

Aphæa, Diana dicta, cujus in Ægina templum fuit. Pausan. Britomartis à Cretensibus Dictynna vocata est, ab Æginetis Aphæa, διὰ τὸ ἀφεθῆναι, quòd effugerit Minois vim. Hesychius, Ἀφαία, ἡ Δίκτυννα. Ἄρτεμις. Pausanias de Britomarti, χάριεν δὲ αὐτῷ δοκοῦσι καὶ Κρῆτες, καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλῳ εἶναι, Μίνῳ δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ, ταύτῃ μὲ θεὸν ἐπόμπευν Ἄρτεμιν. Σέβεσι δ' οἱ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Βριτόμαρτιν. Ἐπίκλησις δὲ οἱ θεῷ ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ. Virgilius (uti vulgò putatur) in Ciri.

Nunquam tam obnixè fugiens Minois amores,
Præceps aerii speculâ de montis abisses,
Unde alii fugisse ferunt, & numina Aphææ
Virginis assignant: alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.

Videsis illic Scaligerum.

Aphareus, privignus Isocratis scripsit Tragœdias 37. Plut. in V. 10. Rhet. ubi de Isocrate.

Aphetor, Apollo sic dictus ab edendis oraculis. Cæl. Rhod. 8. 16. & Lilius Gyraldus Syntag. 7. Quidam ex antiquis cujus nomen jam non occurrit, Ἀφέτωρ ὁ ἐν τοῖς Δελφοῖς θεὸς, ὁ πολλὰς ἀλαλὰς φήμας ἀφιείς. Hesychius, Ἀφητορεία, μαντεία. Idem. Ἀφήτορ παρὰ τοῖς τοξότης, ἢ τὸ τοξότου.

Apheus, vel *Aphnius*, Mars ita dictus in Arcadiæ monte Ctesio, Pausan. in Arcad. Cæterùm tu vide Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 25.

Alex. *Aphrodisæus* Græcus, unus ex Aristotelis Interpretibus, *Quo nemo melius mentem Aristoteli assequi solet.* Voss. de Theol. Gent.

Aphrodisius ἐν τῷ περὶ παθῶν citatur à Stephano in Ἀφόρμων.

Aphrodite, Græcis Venus dicta, ab ἀφρὸς quod est spuma, nam de spumâ maris natam ferunt. Unde illud Ovidii.

Venus orta mari mare præstat eunti.

Tibullus lib. 2.

Nam fuerit quicunque loquax, is sanguine natam
Is Venerem è rapido sentiet esse mari.

Musæus in Leandro.

Ἀγλαΐσεις ὅτι Κύπρις ὀπὶ πόντοιο θοὴ ἁλαλύκτης,
Καὶ περάτην πόντοιο καὶ ἠπείρων ἀδύτων;

Seneca in Hippolyto.

Diva non miti generata ponto.

Ovidius, ——*Quia mater amorum*
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Idem affirmant præter Solinum in Ponticis, Virgilius, Ausonius, aliique. Cur verò à mari nata fingatur, ex Porphyrii & Jubæ auctoritate scribit Placiades Mythol. lib. 2. Vide Euseb. Præp. Evang. l. 3. c. 3. Clementem Ægyptium, Pædag. Arist. Rhet. l. 2. ad Theodectem, & Heraclidem Pont. in Alleg. Homer. Hesychius Ἀφρόδισιον, Ἀφροδίτης ἄγαλμα. Inde Ἀφροδισιάζειν, γυναικίζειν. Idem Hesychius, Ἀφροδίσιος ὄρνις, παρὰ τὰ ἀναγεφύρια.

Ἀφροδίσιος ὄρνις ὁ ἀλέκτωρ.

Sophocles apud Stobæum Ἀφροδίτης ὄρνις ἐκ ἐμπύνιμος. Callimachus.

Ὤμοσαν, ἀλλὰ λόγων θεῶν πόθι που ἐν ἔρωσι
Ὥρκιος μὴ λύγιν ἔκατ' ἐς Ἀδικάντων.

Athen. l. 12. Πλάτων ὁ ἐν τῷ Φιλήβῳ, φησὶν, ἡδονὴ μὲν γὸ ἀπλῆν ἀλαζονικώτερον, ὡς ὁ λόγος κ) ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἡ περὶ τὰ Ἀφροδίσια, ἃ δὴ μίγνυσι θεῶν τις), κ) τὸ ὅλον ἐκ τοιούτων συγκεκρᾶσθαι ἔοικε θεῶν. Apollodorus lib. 1. Φορβαδεὺς ὑφ' Ἥρας τὸ μὲ χόρης ἀφάνων ἐις βοῦν μετεμόρφωσε λευκήν. Ἄνγλω δ' ἀπωμόσατο μὴ συνελθεῖν, Διό φασιν Ἡσίοδος ἐκ ἐπαινεῖς ἢ ἀπὸ τῆς θεῶν ὀργῆς τὸ γαμεῖνες ὄρκιος ἦτορ ἔρυσε.

Tibullus lib. 1. ——— *Veneris perjuria venti*
Irrita per terras & freta summa ferunt.

Idem lib. 3. ——— *Perjuria ridet amantum*
Juppiter, & ventos irrita ferre jubet.

Totidem prope verbis Ovid. in 2. de Art. Am.

Juppiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre Notos.

Idem in 3. Amorum.

Scilicet æterni falsum jurare puellis
Dii quoque concedunt, famaque numen habet.

Propert. *Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas,*
Quicquid jurarunt ventus & unda rapit.

Aphthonius, Sophista, scripsit προγυμνάσματα, i. e. *præexercitamenta* in Rhetoricam, & in Artem Hermogenis. Extat Græcè cum Hermogene & Longino apud Jo. Crispinum 1557. Item Gr. Lat. apud Hieron. Commelinum 1597.

Apicius Romanus, omnium helluonum maximus gurges, cui parum fuit & principum congiaria, & Capitolii vectigal devorasse, nisi insuper gulæ suæ monumentum posteris reliquisset, edito *de gulæ irritamentis* volumine, quo seculum suum infecit. Hunc Sen. lib. de Consolatione ad Albin. suo seculo vixisse testatur, & laqueo vitam finivisse, cùm subductis rationibus ex sestertio millies quod in culinam congesserat, centies tantum supersse sibi cognovisset, Juvenalis.

——Quid enim majore cachinno.
Excipitur vulgi, quam pauper Apicius?

Martialis. *Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire,*
Quum cœnaret, erat tristior ille domi.

Alii *Apitius*. Ejus quoque meminit Athenæus, lib. 1. Cæterum tres Roma tulit Apicios, inquit Casaub. ad Athen. lib. 1. cap. 6. & Lipsius ad Annal. Tac. lib. 4. Primum, qui Athenæo nominatur, lib. 4. cap. 20. qui veteri Reipublicæ fuit, quemque à Posidonio celebratum ait, & auctorem fuisse, ut Rutilius in exilium mitteretur. Alterum qui Augusti ævo, de quo supra; *nepotum omnium altissimus gurges* Plinio dictus, de cujus deliciis volumen Apioni Grammatico scriptum legas Athenæi lib. 7. Tertium, qui in imperio Trajani, cujus mentio apud Suidam in Ὄφελα, si tamen *Trajani* ibi vox incorrupta.

Apion Tiberii temporibus & ultra floruit, θεμιστόκλ[ος] Γραμματικῶν, *Grammaticorum curiosissimus*, ut Africano apud Eusebium vocatur, ἀνὴρ δοκιμώτα[τος], *vir celeberrimus* uti dicitur Tatiano. *Literis homo multis præditus, rerumque Græcarum plurimâ, atque variâ scientiâ*, ut judicat Gellius 5. 14. Natus fuit Oasi, Ægypti civitate: sed Alexandrinus vocari volebat, quod jus ejus civitatis haberet. Auctor Josephus lib. 2. eorum quos adversus eum scripsit. Cognomen habuit Πλειστονίκης, h. e. *Multivictor*, uti liquet ex Plin. 37. 5. Gellio 6. 8. & Clem. Alex. lib. 1. Στρωμ. Sed Suidæ dicitur Ἀπίων ὁ Πλειστονίκης. Verum fallitur; nam Posidonii filius fuit, teste Africano in tertio χρονογραφιῶν. Etiam cognomen habuit Μόχθος *ab assiduo labore*, ut Suidas docet, ex quo etiam cognoscas, quibus præceptoribus usus sit. Plinius in Præfat. Nat. Hist. *Apion Grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar Cymbalum mundi vocabat, cùm publicæ famæ tympanum potius videri posset, immortalitate donari à se scripsit, ad quos aliqua componebat.* Unde liquet, Tiberii ætate non exiguum nomen habuisse. Idem ab Alexandrinis ad C. Cæsarem, cognomento Caligulam, accepit legationem. Quo tempore Philo à Judæis est missus ad eundem, ut gentis suæ causam ageret adversus Alexandrinos. Josephus Ant. 18. 10. Seneca Epist. 88. *Apion Grammaticus, qui sub Caio Cæsare totâ circulatus est Græciâ.* Nec tantum Tiberii & Caii, sed Claudii etiam tempore vixit, teste Suidâ: Cui Flavius Josephus respondit. Idem scripsit Ægyptiacorum lib. 5. Gellius 5. 14. & 10. 10. Ab Ægyptio Apidis numine vocatus est. Errant ideo qui geminato ppdicunt *Appionem*, quasi derivatum sit ab Appiâ gente Romanâ. Video tamen non semel sic scribere Josephum Scaligerum in eruditâ appendice præclari operis de Emendatione Temporum. Vossius.

Apis, Argivorum rex, Jovis filius ex Niobe Phoronei filiâ, alio nomine *Osiris* appellatus, Isidem uxorem duxit; Achaiæ regno Ægialeo fratri concesso in Ægyptum trajecit: ubi cùm homines rudes ad mitiorem vitæ cultum traduxisset, colendarumque vinearum rationem eos edocuisset, concordibus omnium votis in regem est ascitus. Cumque aliquandiu mirâ prudentiâ, parique clementiâ Ægypti administrasset, multaque in subditos beneficia contulisset, vitâ tandem functus, pro Deo est habitus, & sub vivi bovis imagine ab Ægyptiis cultus. Cic. lib. 1. De Nat. D. *Quid censes igitur Apin illum sanctum Ægyptiorum bovem, nonne Deum videri Ægyptiis?* Ovid. Amor. 2. 13.

Et comes in pompâ corniger Apis erat

Lucanus lib. 8. ——*Illo cultore Deorum*
Lustra suæ Phœbus non unus vixerat Apis.

Idem lib. 9. —*Et sacer in Magni cineres mactabitur Apis.*

Virgil. *Sanctaque Bubastos variisque coloribus Apis.*

Papin. Prop. Metii Cel. —*Aut quo se gurgite Nilus*
Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.

Vide *Serapis* & Augustinum de Civitate Dei, lib. 18. cap. 5. Item *Apis*, vicus in Africâ sic dictus, quia nobilis Ægypti religione esset. Plin. 5. 6.

Apolaustus, Agrippæ histrionis cognomentum. Capitolinus in Vero. *Habuit & Agrippam histrionem, quem Apolaustum nominavit.* Propter obscœnum forte ministerium sic dictus: nam ἀπολαυστικὴ vita, qualis illa Epicureorum. Videtur autem Apolaustus ille, quem unà cum aliis libertis aulicis cæsum temporibus Commodi narrat Lampridius. Casaubonus.

Apollas volumen de Peloponnesi civitatibus reliquit. Athen. lib. 9.

Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant, priùs incerto tempore, post à Licinio Varo Prætore lege latâ 4. Non. Quint. celebrati, bove aurato, capris duabus auratis. Livius. Macrob. Servius in 6. Æn. Hos ludos populus laureatus spectabat, stipe datâ pro cujusque copiâ. Festus.

Apollinaris, hæreticus, unam divinitatis & Christi naturam esse docuit. Hist. Trip. lib. 9. cap. 3.

Apollinarius, vir ingenio præstantissimus, doctrinâ clarissimus, carminum & versuum elegantiâ & promptitudine mirus, suis libris, ut ait Basilius, terrarum orbem replevit. Familiaris erat Gregorio, & Basilio, defensor coessentialitatis. Cùm Julianus, cognomento Apostata, Græcorum disciplinam interdixisset Christianis, tum Apollinarius versibus exposuit ad Homericum modum & stilum historias antiquas sacrarum literarum. Μετάφρασιν τῶν Ψαλτῆρος διὰ στίχων ἡρωικῶν ejus hodie habemus unà cum interpretatione Latinâ è typographeio Hieronym. Commelini An. Dom. 1596. Vide omnino Jac. Duportum Præfat. ad Metaphrasin Libri Psalmorum Græcis versibus à se contextam, Cantab. An. Dom. 1666. Plura etiam de hoc Præsule (erat enim Laodiceæ Episcopus) habes apud Eusebium, Socratem, Sozomenum, Suidam & Vossium.

Apollo, pro Apollinis templo. Virg. Æn. 3.

Mox & Leucatæ nimbosâ cacumina montis
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Apollo, Λητῖς κ) Διὸς υἱὸς, uti vocatur ab Homero Iliad. α. Jovis & Latonæ filius. *Phœbus* etiam dictus & *Sol*. Apollo autem dictus est ἀπὸ τῆς ἀπόλλυδς, quod jaculis perderet, quia radii ejus in peste perniciem afferunt animantibus. Vel, Chrysippo testes ab α privat. & πολλοὶ, cui non sunt multi similes, vel quod solus luceat. Unde & *Sol*, quasi *solus* dicitur, teste Tullio 2. de N. D. Sanè Hesychius, Ἀπόλλων ὁ παρ' Ἕλλησιν θεὸς. Ἐτυμολογεῖ δ' ὁ μὲν μὴ πολλῶν συναιρεθμένων. Plato autem Solem Ἀπόλλωνα cognominatum scribit ἀπὸ τῆς ἀεὶ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, i. e. à *jactu radiorum*. Chrysippus *Apollinem* ὡς ὑγρὰ παρὰ πολλῶν καὶ φαύλων ὑσῶν τὸ πυρὸς ὄντα. Prima enim nominis litera retinet significationem negandi; ἃ δὲ μόνος δεῖ κ) ὑγρὰ πολλοί. Speusippus, quòd ex multis ignibus constet ejus vis, ὡς ἀπὸ πολλῶν ὑσῶν πυρὸς ἀυτὸ συνεστῶ[τος]. Cleanthes, ὡς ἀεὶ ἄλλων κ) ἄλλων τὰς ἀνάλωλὰς ποιεμένου, quod ab aliis atque aliis locorum declinationibus faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τῆς ἀναπολῶν, i. e. quia intra circuitum mundi, quem Græci πόλον vocant, impetu latus ad ortus refertur. Alii cognominatum Apollinem putant ὡς ἀπολλύοντα τὰ ζῶα, exanimat enim & perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit, ut Euripides in Phaethonte:

Ὦ χρυσοδιφρᾶς πλὶ ὡς μ' ἀπώλεσας·
Ὀθέν σ' Ἀπόλλων, ἀμφανὴς κλήσει βροτός.

Alii denique quia contrariâ ratione, nempe quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga est, sic dictum volunt, ὡς ἀπολαύοντα τὰς νόσους, tanquam Ἀπόλλωνα. Est qui ab Ebræo ΠΔΝ deduci posse autumat. Quid enim nisi *tenebras* & ambages Dæmon ille canebat? Unde & λοξίας, ἀπολοξόμος ac Σκίτης à Græcis dictus fuit. Schol. in Aristoph. Equites: τοῦτο δ πάρ' ὅσοι οἱ χρησμοὶ λοξῶς ἐμφέρον[ται] ὑπὸ τῆ Ἀπόλλωνος. L. Andronicus Antiopa.

Ita septuosè dictio à Deo datur
Quod consecuturum sapiens ægrè consulis.

Pacu-

Pacuvius Peribœâ.

Flexa non falsa autumare dictio Delphis solet.

Syri *Adad* vocant, quod sig. *unus*. Vide Macrob. Sat. 1. 17. Quanquam Eusebius de Præparat. Evang. ab ἀπαλάσσειν *Apollinem* nuncupare indicat, quod ab ægrotationibus homines salvet. Natus est in Delo eodem partu cum Dianâ, quæ & ipsa *Phœbe* dicitur. Adultus Pythonem serpentem sagittis occidit, deinde Cyclopas, ob fabricatum fulmen, quo filius ejus Æsculapius fuit ad inferos detrusus; Unde aliquandiu divinitate privatus, Admeti Thessaliæ regis armenta apud Amphrysum flumen pavit. Ovid. 2. Art.

Cynthius Admeti vaccas pavisse per æstus
Fertur, & in parvâ delituisse casâ.

Nemesianus.

Dii pecorum pavere greges; formosus Apollo,
Pan doctus, Faunus vates, & pulcher Adonis.

Plato in Cratylo Thessalos ait non Ἀπόλλωνα dixisse; sed ἁπλῶν propter divinationem, in qua est τὸ ἁληθὲς τε καὶ ἁπλοῦν, πᾶσιν γὰρ δοκεῖ, i. e. *propter verum & simplicitatem, quæ idem sunt*. Nicander in Ætolicis scribit Apollinem divinam peritiam edoctum à Glauco, qui postea factus Deus marinus, & Melicerta nominatus est. Fertur à Mercurio citharam accepisse, & postea Musis præfuisse. Amavit Cyrenen puellam, item Daphnem Penei fluminis filiam, quæ fugiens illius amorem in laurum conversa est, arborem huic sacram. Item Hyacinthum liberali formâ puellum, quem mortuum in florem sui nominis commutasse fertur. Branchum item Thessalum, cui in suo templo sacra fieri jussit. Vicit Marsyam tibicinem, à quo lacessitus fuerat, tibiæ cantu, victum autem excoriavit. Muros Trojæ, adjuvante Neptuno, Laomedonti regi ædificavit. Medicinæ usum primus intulisse, & propterea Deitatem meruisse creditur. Ovid. Met. 1.

Inventum medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.

Author fuit carminis & Musices, quapropter poetæ præcipuum sibi numen eum faciunt. Ovidius.

——*Mihi flavus Apollo*
Pocula Castaliâ plena ministrat aquâ.

Vates quâ ratione factus sit, ex veterum fabulis docet Lucanus, lib. 5. vers. 79.

Ultor ibi expulsæ premerent cum viscera partus
Matris, adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis
Explicuit, cum regna Themis, tripodasque teneret.
Ut vidit Pæan vastos telluris hiatus
Divinam spirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris,
Incubuitque adyto, vates ibi factus, Apollo.

Quoties de Deorum cultu interrogaretur, solitum respondere docet Aristot. Καὶ ὅτι τὰ μυστήρια πάντα τοῖς ἀνθρώποις συγχωρεῖ καὶ τὰ πάτρια νενεῖσθαι τὰς θυσίας. Et Socrates apud Xenoph. ὅρας γὰρ ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, Πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο; ἀποκρίνεται Νόμῳ πόλεως. Cic. 2. de Legg. *Deinceps in lege est*, ut de ritibus patriis colantur optimi; de quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones colerent, Oraculum editum est; Eas quæ essent in more majorum. Callimachus Hymn. 2. Φοῖβε ἐπιδημήσαι. Opinio erat Apollinem mutare sedes, & 6. menses hyemales apud Lyciam degere; & 6. æstivos apud Delum, ubi natus est: Virg. Æn. 5. vers. 143.

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

Ubi cave τὸ *hybernam* explices *frigidam* ψυχείμεσον sed contra ἐυχείμεσον, ut rectè Taubmannus. In Rhodo insulâ Colossum habuit tantæ magnitudinis, ut inter 7. mundi miracula sit connumeratus. Triplex ejus est potestas, ut sit Sol in cœlo, Liber pater in terris, & Apollo apud inferos. Ejus simulacro tria appingebantur, lyra, clypeus & sagittæ. Eidem, ut Baccho, perpetua juventus ascribitur, propterea semper imberbis à poetis fingitur. Ovidius.

Solis perpetua est Phœbo Bacchoque juventus.

Horatius. *Intonsoque agitaret Apollinis aura capillos.*

Multa habuit cognomina, de quibus vide Pausaniam, & lib. 1. Anthologiæ, ubi Acrostichis ingeniosissimis secundum literas Alphabeti sunt comprehensa. Artem Rhetoricæ reperisse dicitur, ut auctor est Artimedorus, quam alii dicunt è cœlo ab Jove per Mercurium, procurante Prometheo, demissam. Ægyptiacâ linguâ Apollo vocatur *Horus*; à quo *Horæ* nomen acceperunt, ut ait Macrobius. Illi lyræ, tibiarum & fistularum assignatur inventio. Polydor. Virgil. 1. 5. Cicero de Nat. D. quatuor Apollines constituit, Primum antiquum custodem Athenarum. Alterum Corybantis filium, natum in Cretâ. Tertium Jove & Latonâ natum, qui ex Hyperboreis Delphos venerat; quamvis Eusebius antiquiorem illum describit. Quartum in Arcadiâ, quem Arcades, quod illis leges dederit, *Nomium* vocant. Cæterum de Apollinis mythologiâ vide Nat. Com. 4. 10.

Apollo, vel *Apollos*, vir quidam Alexandrinus, magni nominis in Ecclesiâ, Act. 18. 1. & 1 Cor. 3.

Apollocrates, alter ex Dionysii filiis, qui unà cum patre in expeditionem, dum exularet, profectus est. Strabo, lib. 6.

Apollodorus Artemita, Parthica scripsit, quorum lib. 4. citat Athenæus. De quo Voss. H. Gr. p. 134. & 326.

Apollodorus Gelous Poeta Comicus, de quo Voss. P. Gr. pag. 58, 59.

Apollodorus, tyrannus quidam, de quo Sen. lib. 2. de Ira: *Qualis fuit Apollodorus, aut Phalaris*. Idem lib. 7. de Benef. cap. 19. eosdem conjungit, ut eximios in sævitiâ & cæde. Et Phalaris quidem notus est, minus alter, nisi quod Plut. Suidasque inter Tyrannos nominant, sed nominant tantum. Estne ille, quem *Cassandreæ tyrannum* fuisse Pausan. in Messen. prodit. Estne item, cujus mortem Tragicam, & vitâ condignam Plut. de tarda Num. Vind. tangit & indicat? Οἷόν φασιν Ἀπολλόδωρόν ποτε καὶ τοὺς ὕπνους ὀφθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Σκυθῶν, &c. Sicut aiunt Apollodorum aliquando per somnium vidisse seipsum excoriari à Scythis, deinde elixari. Cor autem è lebete vocem emittere ac dicere, Ἐγώ σοι τούτων αἰτία, Ego horum tibi causa sum. Item & filias flagrantibus corporibus in orbem circa ipsum currere. Sane animus mihi quoque loquitur hunc nostrum tyrannum esse. Sed quomodo à Scythis excoriatus? Quid eis rei in gratiâ aut si apud Scythas iste, unde ea res Græcis sic innotuit? Puto scribendum ὑπὸ σκυτέων, *à coriariis, à cerdonibus*, & ii vero solent pelles detrahere. Lipsi.

Apollodorus, Athenienses Grammaticus, Asclepiadis filius. Panætii Rhodii Philosophi & Aristarchi Grammatici discipulus, Primus genus metri Triambici invenit, uti testatur Suidas. Scripsit quoque historiam Athenienses usque ad reditum Heraclidarum, uti testatur Diodorus Siculus. Usque adeo arte suâ emicuit, ut ei Amphyctiones Græciæ honorem habuerint. Plin. 7. 37. Scripsit περὶ τῶν φιλοσόφων αἱρέσεων, teste Laertio in Solone. Scripsit item commentarium in Sophronem. Athenæus, lib. 3. Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος. Pluribus autem libris id opus contitit. Tertium citat Athenæus lib. 7. Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος, non *de temperante*, uti perperam Dalechampius vertit. Apollodori de Sophrone quartum librum citat Schol. Aristoph. ad Vespas. Librum secundum operis ejus περὶ Νομοθετῶν citat Laertius in Solone. Crebro ejusdem Χρονικὰ ad Philosophorum historiam illustrandam adducit idem Laertius. Memimt & Phlegon Trallianus lib. de Longævis. Tertium Χρονικῶν citat Laertius lib. 4. Τὰ Λυκόεργα νόμιμα, ὡς Ἀπολλόδωρος, inquit Eusebius Chron. an. 1218. *Lycurgi leges à Lacedæmone juxta sententiam Apollodori hâc ætate susceptæ*. Ita vertit B. Hieronymus. Qui locus vel ex libris ejus de Legislatoribus, vel ex Chronicis petitus est. Ista Chronica respicit omnino Cicero, lib. 12. ad Att. ep. 24. *Quibus Consulibus Carneades & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo Annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit. De Oropo, opinor, sed certum nescio: Et si ita est, quæ controversiæ. Præterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis: qui etiam Athenis πολιτικὸι fuerint illustres, quæ etiam ex Apollodori puto posse inveniri*. Vide Barthium ad Stat. Theb. p. 34.

Apollodorus Tarsensis Tragicus, cujus tragœdias recenset Suidas. Item Comicus eodem tempore, quo & Menander, cujus fabulæ nonnullæ ab eodem Suidâ commemorantur.

Apollodorus Pergamenus Rhetor, Cassidii, alias Callidii, itemque Cæsaris Augusti præceptor & familiaris. Scripsit de Rhetoricâ, ut author est Strabo.

Apollodorus, Philosophus Epicureus. Laertius, lib. 10. Cæterum de variis Apollodoris, vide Jonsium, lib. 2. de Hist. Phil. Script. cap. 17. & Vossium de Hist. Gr. lib. 1. cap. 21. & lib. 3. p. 326. & Scip. Tettum in Com. de Apollodoris.

Apollonia, virgo sub Decio Imperatore apud Alexandriam cum aliis permultis coronata. Euseb. 6. 19.

Apollonides Nicænus, Commentarium scripsit, *de malè obitâ Demosthenis legatione*. Meminit Ammonius libello de similibus & differentibus vocibus in Ὄφλειν. Etiam Apollonidæ hujus περὶ μεγεθῶν librum citat Stephanus in Τίεσα. At simpliciter *Apollonides* in Europæ periplo semel, iterumque citatur à Schol. Apollonii in lib. 4. Laudatur etiam à Strabone lib. 7. Itemque à Plinio lib. 7. cap. 2. Fuit præterea *Apollonides* Horapius, de quo vide Vossium de Hist. Gr. lib. 3. p. 328. Fuit etiam *Apollonides* Stoicus, quem Cato minor Uticæ jam è vitâ discessurus, unà cum Demetrio Byzantino Peripatetico circum se habebat, teste Plutarcho in Catone minore. Fuit etiam *Apollonides* Cyprius, medicus Methodicus à Galeno memoratus, lib. 1. Method. Med. cap. 7. *Apollonides* etiam ὁ Κυπρεὺς ἐν τῷ ὑγιεινῷ καὶ κατὰ [illegible] laudatur Anonymo in vitâ Arati poetæ.

Apollo-

Apollonius, Argonauticon ſcriptor Naucratita Ægyptius fuit, Rhodius cognominatus, Ἀπολλώνιος ὁ Αἰγύπτιος dicitur Theophilo, lib. 3. ad Autolycum. Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἢ Ναυκρατίτης vocatur Athenæo, lib. 7. cap. 7. & Æliano Hiſt. An. lib. 15. cap. 23. Cur autem *Rhodius* dicatur, Anonymus vitæ ejus autor exponit, ἐπειδὴ ἐπολιτεύσατο καὶ ἐσοφίσευε ῥητορικοὺς λόγους. Ὅθεν καὶ Ῥόδιον αὐτὸν ἀπεκάλεσαν. Suidas *Alexandrinum* eum appellat in Ἀπολλώνιος. Meurſius in notis ad Apollonium Dyſcolum hunc Alexandrinum à Rhodio diſtinguit, ac propterea à Voſſio, lib. 1. de Hiſt. Gr. cap. 16. jure reprehenditur. Potuit enim Naucratita ille Alexandriæ, & in Rhodo docuiſſe, & utrinque denominari, dicique Naucratita Rhodius, & Alexandrinus, uti & Dionyſius Grammaticus triplici nomine gaudet: Dicitur enim *Thrax*, *Alexandrinus*, & *Rhodius*. Strabo, l. 15. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀργοναύτας ποιήσας, Ἀλεξανδρεῖς μέν, ἐπαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. Fuit Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis Grammatici, cujus etiam ſucceſſor fuit in præfecturâ Bibliothecæ apud Ptol. Euergeten.

Apollonius Dyſcolus, ſub Antonino Pio vixit, ἰατρείας θαυμασίας edidit, etiamnum ſuperſtites, & Meurſii notis itidem illuſtratas. Δύσκολος autem propterea dictus eſt, ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις λυσιτελεῖς ἀποδείας ἔλεγεν, ut auctor eſt Anonymus in ejus vitâ. Vide Wowerium de Polym. c. 10. & Voſſ. Hiſt. Gr. p. 228.

Apollonius, Aphrodiſienſis hiſtoricus, ſcripſit res Caricas, de Trallibus, de Orpheo, ejuſque myſteriis, teſtibus Suidâ, Stephano, & Etymologo. Fuit etiam *Apollonius* Aſcalonita, hiſtoricus itidem, teſte Stephano in Ἀσκαλών. Alius eſt *Apollonius* Geometres, qui inter Arati Interpretes recenſetur. Item alius Apollonius Chæronis filius citatus Ariſtophanis Scholiaſtæ in Veſpas. Alios quoque hujus nominis adducit Voſſius de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 22. Itemque Jonſius de Script. Hiſt. Philoſ. lib. 3. cap. 9.

Apollonius Molo Rhodius, Præceptor Ciceronis, ac Julii Cæſaris eodem tempore, teſte Plutarcho. Romæ docuit, quò legatus venerat de præmiis Rhodiorum, Dictatore Syllâ: Orator unus in cauſis, ſcriptorque præſtantiſſimus, & in annotandis, animadvertendiſque vitiis, & inſtituendo, docendoque clariſſimus. Cic. in Bruto.

Apollonius, Alabandenſis (Alabanda autem oppidum eſt minoris Aſiæ) dicendi magiſter clariſſimus, teſte Suetonio, qui cùm mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos judicabat non poſſe oratores evadere, operam apud ſe perdere, quemque autem dimittebat ad quamcunque artem putabat eſſe aptum. Cic. 1. Orat.

Apollonius Citticus Medicus. Strabo lib. 16.

Apollonius Herophilius, Herophili diſcipulus, ſcripſit de unguentis. Athenæus. Apud Plinium *Apollodorus* ſcribitur.

Apollonius Tyaneus, Philoſophus Pythagoricus, cujus vitam ſcripſit Philoſtratus, & ante eum Damis ipſius in peregrinatione comes. Hic dum Epheſi vitam ageret, & forte in multitudine diſputaret, per eam horam, quâ Domitianus interficiebatur, defixus, & elinguis ſtetit; tum autem exclamavit. *Euge Stephane pulchre, Stephane percute: pulſaſti, vulneraſti, interfeciſti.* Hic ſermonis animalium peritus erat. Cæl. Rhod. 17. 13. Idem hoc unum à Diis petebat, ut bonos cognoſceret, malos vitaret. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17. De ejus annulo idem 2. 19. Alexander Severus Imperator religione tactus, Chriſtum, Abraham, Orpheum & Apollonium, velut Deos intra ædes veneratus eſt. Idem 6. 14. Agreſphon apud Suidam in *Apollonius* indicat alium Tyaneum Apollonium fuiſſe præter prædictum, qui ſub Nerone vixit, his verbis Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς φιλόσοφος πάντες γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος τοῦ βασιλέως.

Apollonius, Eremita, cùm per omne vitæ tempus, nihil monaſticæ vitæ didiciſſet, ſciens, quia nec ſcribere, nec artem jam propter ætatem exercere poſſet, omnia medicamina & cibaria opportuna laborantibus comparavit, & quotidiè à primo mane, uſque ad horam nonam per ſingula monachorum oſtia perrexit, quò ægrotos inviſeret. Cùm autem jam eſſet è vitâ migraturus, ea quæ poſſidebat, alteri tradidit, juſſitque ut eadem ipſe pietatis officia obiret. Sozomen. 7. 1.

Apollonius Pergæus, magni nominis Geometra, claruit ſub Ptolemæo Euergetâ. De quo vide Voſſium de Scientiis Mathematicis, pag. 54. &c.

Apollonios, denique Sophiſtas duos ponit Philoſtratus, Naucratitem unum, alterum Athenienſem, qui ambo M. Antonini tempore Athenis docuere. De variis Apolloniis vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 149.

Apollophanes, regis Antigoni adulator. *Apollophanem* quendam Stoicum Laert. lib. 7. ad Stoicorum placita & dogmata explicanda adhibet, & in Phyſicâ eum de vacuo diſſeruiſſe, alibi etiam unam tantum virtutem, prudentiam nempe, ſtatuere tradit. Locum autem inter hiſtoricos ſibi vendicare videtur libro περὶ τῶν Ἀείσωνος. Athenæus lib. 7. Ἀπολλοφάνης (in codd. vulgatis Ἀφάνης mutilatè legitur, neque, quod mirere, correxit Caſaubonus) γνώμιμος ἦν καὶ ἔτος τὸν Ἀείσωνος, ἐν πολλοῖς Ἀείσωνι, καὶ αὐτὸς ἅπας ὀπτεφέλας τὸ σύγγραμμα ἐμφανίζει πᾶν τὸ διδασκάλου φιλανδρίαν. Libello itaque hoc, quem *Ariſtonem* inſcripſerat, Ariſtonis magiſtri ſui voluptuariam vitam expoſuit. Quæ de ætate ejus nos dubitare non ſinunt, quòd Ariſtonem magiſtrum habuiſſe dicatur. Zenonem enim Stoicum audivit Ariſto, Arceſilai tempore: Ariſtonem vero Apollophanes, tempore Ptolemæi Euergetæ. Patriam hujus Apollophanis aperit Stephanus in Ἀντόχεια. Τεῖτη (Ἀντόχεια ſc.) Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη, ἥτις φέρει ἦν ὀπτικῶν Ἀσίδη καλεῖ), ὅθεν Ἀπολλοφάνης ὁ Στωικὸς φιλόσοφος. Citat *Apollophanem* hunc Tertullianus lib. de Animâ, cap. 14. quod novem animæ partes ſtatuat. Fuit & *Apollophanes* Medicus in aulâ Antiochi Soteris, Regi apprimè charus, teſte Polybio, lib. 5. quem laudat Plinius 22. 21. & Corn. Celſus 5. 18. Cujus forte malagma contra jecinoris duritiem deſcripſit Galenus, lib. 8. de compoſ. medic. ſec. locos, cap. 9. & Paulus Ægineta 7. 18. laudatque Ætius tetrab. lib. 3. ſect. 3. cap. 18. Ut ut vero uterque *Apollophanes* ſub Euergete floruerit, non tamen hoc ſufficere arbitramur, ut eoſdem eſſe ſtatuamus. Alius fuit *Apollophanes*, Sophiſta, cui tempore CHRISTI PATIENTIS Dionyſius Areopagita Heliopoli in Ægypto dixit: *Aut divina natura patitur, aut patienti condolet*, teſte Suida in Διονύσ. Sed quod Polemon Laodicenus Sophiſta, Ariſtidis magiſter hunc *Apollophanem* audiverit, juxta Suidam loco citato, ratio temporis vix admittit. Jonſius. Vide Voſſ. P. Gr. p. 48.

Apollothemus, hiſtoriam fecit, quantum colligere licet ex iis quæ de Lycurgi morte ex eo refert Plutarchus in Lycurgo.

Apomyius, Ἀπόμυιος Jupiter in Elide colebatur ὁ ἐλαύνων τὴν Ἠλείας Ὀλυμπίας τὰς μύιας, Pauſanias. Plinius 29. 6. *Myioden* vocat, & lib. 10. cap. 38. *Myiagrum*. Poeta apud Athen. lib. 1. Ἀεὶ δ' ὥασιν Ὀλυμπιάσιν φασὶ τὴν μύιας ποιεῖν· Βοῦν τοῖς ἀκλήτοις περκατακόπτειν παλαχῇ. Profert iſta patronus umbrarum, & eorum qui invocati veniunt ad conjugia. Ait, Bonum factum fore, ſi iſti alieno ſumptu alantur, fiatque illis quod ſolet muſcis Olympiæ: hoc eſt ut non prius ineantur ab iis qui volunt unà eſſe, convivia, quam in gratiam paraſitorum bovem mactaverint. Sacrificium in honorem Jovis muſcarum averruncatoris fieri ſolitum, ſic iſte interpretatur, quaſi in muſcarum gratiam fieret, ut eſſet illis unde lautè, ac dapticè accipiantur. Caſaubonus. Clemens Alex. in Protreptico Ἀπομύῳ Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι, Ῥωμαῖοι δὲ Ἀπομύῳ, Ἡρακλεῖ. Et paulo poſt Ἡρακλείδης φησὶ τὴν Ἀχαϊαναίων, φησὶν, ἔνθα τὸ Ἀχιλλεῖον ἔστιν ἀκρωτήριον, καὶ τὸν Ἀπόλλωνος τὸν Ἀκτίου τὸ ἱερὸν τὴν μύιας ἀποδύεσθαι βοῦν. Vide *Beelzebub*.

Appianus, Alexandrinus hiſtoricus Græcus, Trajani, Adriani, & Antonini temporibus vixit. Romæ primum fuit cauſarum patronus, poſtea adlectus fuit Cæſaris procuratoribus. Hiſtoriam Romanam ſcripſit, lib. 24. Ac orſus ab Æneâ, & capto Ilio, percurrit illa tempora uſque ad Romulum. Inde accuratius perſequitur omnia uſque ad Auguſtum, quædam etiam carptim, atque obiter addit uſque ad Trajanum. Vide Suidam, Photium, & Voſſium de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 13.

Appiades, Deæ Venus & Pallas ſic dictæ ſunt, quibus ad *Appias* aquas templum erectum erat, prope Cæſaris forum. Ovid. 3. de Art. Amand.

Has Venus è templis multo radiantibus auro
Læta videt lites, Appiadeſq; Deæ. Vide Cæl. Rhod. 12.

Appiorum gentem Romæ cognominatam eſſe legimus ab apii coronâ, quam L. Appius in Achaiâ meruit.

Appius proſcriptus à Triumviris opes ſuas ſervis diviſit, & cùm navem cum illis conſcendiſſet, in Siciliam tranſiturus maris tempeſtate obortâ, in ſcapham, quaſi in tutiorem ſpem depoſitus eſt, ubi ſalvus evaſit; illi autem perfractâ nave ad unum omnes cum opibus, propter quas Dominum prodiderant, perierunt. Appianus, lib. 4.

Appius Annius Trebonius Gallus Conſ. M. Attilii collega.

Appius Claudius Craſſus Conſ. Spurii Nautii Rutilii collega, à Perſeo victus. Livius Lib. 2. Decad. 5. Celtiberos vicit, caſtriſque exuit. Idem.

Appius Claudius Xvir, cum ſociis magiſtratum vi obtinuit; exilio demum damnatus eſt.

Appius Claudius Cæcus, orator Romanus, de quo Tullius in Bruto, & Tuſcul. lib. 4. In veteri Romanâ hiſtoriâ nobilis fuit, diſturbatâ maximè cum Pyrrho pace. Ovid. Faſt. 6.

Appius eſt auctor: Pyrrho qui pace negatâ
Multum animo vidit, lumine captus erat. Sil. lib. 13.
Hic fraudes pacis, Pyrrhumque à limine portæ
Dejecit visûs orbus.——

Appius Claudius Pulcher, Cæci nepos, Conſ. Pub. Servilii collega, cujus ætate Sylla, depoſito magiſtratu, vitam vixit privatam, commentarioſque ſcripſit, quos Lucullo dedicavit.

Appius

Appius Claudius invenit Romanis literam R. ut pro *Valesiis*, & *Fusiis*, *Valerii* & *Furii* dicerentur.

Appius, quidam Censor Romanus de quo Horatius Serm. lib. 1. Sat. 6.

——— *Censorque moveret*
Appius, ingenuo si non esset patre natus.

Cic. epist. ad App. lib. 3. *Vale, & in censurâ, si jam es censor (ut spero) multùm de proavo tuo cogita.*

Aprilis, geminam hujus mensis etymologiam ponit Isidor. l. 5. c. 33. Unum est, ut sic dicatur, quasi *Aprilis* quia *aperit* omnia. Quod etymon cùm Varroni placuit, cujus verba mox apponenda, tum Ovidio 4. Fast. Macrobio Saturn. 1. 12. & Servio ad illud 1. Georg.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus ———

Alterum etymon est, ut *Aprilis* dicatur, quasi *Aphrilis* ab Ἀφρὸς *Spuma*; quasi nempe ex hâc nata Venus, cui is mensis sacer. Hujus etymi auctores qui sint statim ex Varrone discemus, eosque etiam Nunnesius sequitur in Grammaticiste. ut cui *Aprilis* sit ab Ἀφροδίτη. Verum Cincius, ut Macrobius author est, negabat huic mensi à Venere inditum hoc nomen, eò quòd Venus antiquis illis Romuli nepotibus fuerit ignota, ut cui nullum instituerint festum, ac cujus nullus in Saliarib. hymnis mentio fiat. Cincio astipulatur Varro, lib. 5. de LL. *Secundus mensis (ut Fulvius Flaccus scribit, & Jun. Gracchus) à Venere, quòd ea sit* Ἀφροδίτη. *Cujus nomen ego, antiquis literis quòd nusquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia aperit, Aprilem.* Jos. Scal. vero in Schedâ inedita: Quomodo mensis Aprilis dici potuerit ab aperiendo, equidem non video. Primùm cum annus ab initio decem tantum mensium fuerit, necesse est semper menses vagos fuisse, neque stationes temporum fixas tenuisse. Ita Aprilis semel tantùm incidebat in tempus vernum, & post decem annos Romuleos h. e. decem lunares redibat in orbem. 2. Deinde Aprilis non potest descendere à verbo. Nam nomina quæ hujus terminationis sunt, si descendant à verbo, penultimam corripiunt, ut *probabilis*, *utibilis* vel *utilis*, *facibilis*, vel *facilis*. Si autem à nomine eandem producunt, ut *equus*, *equilis*, *ovis*, *ovilis*, *caper*, *caprilis*, *aper*, *aprilis*: præter pauca ut *humilis*, *similis*. Ergo *Aprilis* ab *apro* h. e. porco, ut Athenis ἑλαφηβολιὼν h. e. *cervilis*. Sic *Aprilis* χαιρηβολιὼν vel χοιρεβολιὼν. Vossius.

Apsinius, Rhetor nobilis Athenienfis, de arte Rhetoricâ præcepta edidit, quæ etiamnum Græcè extant.

Apsinthes, Sophista Gadareus, Smyrnæ præceptorem habuit Heraclidem Lycium, Nicomediæ Basilium; docuit Romæ Maximiniani tempore, cujus beneficio adeptus est consulatum.

Aplerus, Rex Cretæ, Cydonis Successor. Euseb. eum refert in annum Mosis octavum, qui erat sexagesimus post initium Cydonis: Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἄπτερος καὶ ἡ πόλιν ἔκτισεν.

Apuleius, vel *Appuleius*, Madaurensis, scripsit libros 11. Milesiarum (ut Capitolinus vocat) sive de Asino Aureo: quod opus de fonte expressit vel Luciani, vel Lucii Patrensis. Unde initio operis dicit, se Græcanicam fabulam incipere. Inter opera ejus deperdita fuit *Epitome Historiarum*, ut à Colvio in vitâ Appuleii traditum est. Sanè ex *epitome Appuleii* quædam Priscianus, lib. 6. refert: at historiarum fuisse epitomen non dicit. Conscripsit & alia compluscula; velut *Convivales Quæstiones*, Macrobio teste, lib. 8. cap. 3. & 10. & Sidonio Apollin. lib. 9. epist. 13. Item librum *de Proverbiis*, ut est apud Sosipatrum. Ad hæc libros *ludicrorum*, *Apologiam*, aliaque quæ partim supersunt, partim à Servio, Nonio, ac Fulgentio, commemorantur. *Scriptorem eruditissimum* vocat Casaubonus de Satyr. poesi. *In asino plane rudit; in aliis sonat hominem, nisi quod Florida sint ridicula, sed excusat ea Inscriptio.* Lud. Vives, lib. 3. de trad. discipl. *Apuleius non malus author, & antiquarum vocum usurpator*, Turneb. Adverss. 18. 14. Idem, lib. 29. cap. 13. *Interdum non malus auctor, præsertim cum lasciviæ ingenii non indulget.* Rudere verius quam loqui in Aureo Asino Apuleius viris eruditis videtur. Neander Geogr. part. 3.

Aquarii, hæretici quidam, sic dicti, quòd solam aquam afferebant in Calice sacramenti. Cælius Rhod. 18. 40.

Aquarius, undecimum Zodiaci signum, Capricorno proximum. Oritur 15. Cal. Febr. Fabulantur poetæ hunc fuisse Ganymedem, quem Jupiter ejus pulchritudine captus, ab aquilâ in cœlum raptum, ministrum suum fecisse existimatur. Catullus vocet *Hydrochoon*, Julianus *Aquæ fusorem*. Palladius *Aquæ gestatorem*, Ovid. 2. Fast.

Jam levis obliquâ subsedit Aquarius urnâ.

Virgil. 3. Georg.

———*Cum frigidus olim*
Jam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno.

Horat. Sat. 1. de formicâ.

Quæ, simul inversum contristat Aquarius annum,
Haud unquam prorepit. ———

Aquila, vir Judæus ex Ponto. Actor. 18. Alius qui libros Vet. Testamenti ex Hebræo in Græcum sermonem transtulit. Vossius de Art. Gram. 1. 3. *Aquila Ponticus ex Gentili Christianus, postea que Judæus factus, cum Hebraicè didicisset, sub Cæsare Hadriano An. D.* 129. *Veteris Instrumenti libros Græce ita transtulit, ut verbum verbo redderet.*

Aquila, sidus cœleste, cujus ala dextra Circulum Æquinoctialem parum prodit: sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur. Rostrum ejus à reliquo corpore dividit circulus à Cancro ad Capricornum perveniens. Exorto Leone occidit, oritur autem cum Capricorno. Habet in capite Stellam unam in utraque pennâ unam, in caudâ unam. Inter astra autem receptus dicitur Aquila, quòd Jovem Cretensem, cum adhuc infans esset, in spelunca, ne à Saturno patre occideretur, absconditum nectare nutriverit, uti tradidit Mæro Poetria Byzantina in his,

Νέκταρ δ' ἐκ πόρης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
Γαμφηλῇ φορέεσκε πατὴρ Διὶ μειλίσσῃ.
Τὸν ῥ' ὑπὲρ νικήσας πάτερα Κρόνον ἐυρυόπα Ζεὺς
Ἀθάνατον πάσσει, ἧ ἑῷ ἐγκατέπαυσεν.

Vel quod Jovi ad expeditionem bellicam adversus Titanes, qui parentes ejus in vincula conjecerant, accincto, hæc avis augurium futuræ victoriæ in Naxo attulerit, & arma pugnanti subministrarit. Unde & sibi sacram Jupiter in posterùm voluit; & in reliquis expeditionibus Aquilæ effigie pro signis militaribus usus est; quod imitati sunt postea Romani, ut author est Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 2. Imò attribuit illi tantam facultatem, ac immunitatem, ut nullo fulminis ictu lædi unquam, & solis fulgorem oculis semper apertis, ac minimè hebescentibus intueri posset. Vel etiam, quòd formosissimum illum Ganymedem Trois, Trojanorum regis filium, centesimo circiter anno ante bellum Trojanum, rapuerit, ac in cœlum portaverit, quò Deorum consuetudine frueretur: ut auctor est Apollonius Argonaut. lib. 3.

——— Μετὰ ῥ' Γανυμήδεα, ἅ ῥά ποτε Ζεὺς
Οὐρανῷ ἐγκατέπαυσεν ἑφέστιον ἀθανάτοισιν,
Κάλλεϊ ὑμερθείς. ———

Ubi Scholiastes. Τὸν δὲ Γανυμήδην Ὅμηρος οὐκ ἀπὸ Διὸς ἡρπάζθαι, ἀλλ' ἀπὸ θεῶν φησὶν. Οὐδὲ δ' ἔρωτα καὶ πόθον, ἀλλ' ὅτι Διὶ οἰνοχοήσειεν.

Τὸν δ' ἀνερείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοήσειν.

Unde & traditum illi imperium in cæteras aves, teste Horatio, Carm. lib. 4.

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui rex Deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidelem
Jupiter in Ganymede flavo.

Alii tamen tradunt, Jovem ipsum in Aquilam conversum, Ganymedem ex luco agris Priapenis, & Cyzicenis contermino rapuisse: unde locus ille postmodum *Harpagia* sit dictus, testante Strabone lib. 13. Verum raptor ille non Aquila fuit, neque Jupiter Phrygius, qui Ganymeden rapuit, aut rapi curavit, in Aquilam transformatus; ut poeticâ saltem fide traditur. Proinde suspicatur Philippus Cæsius navem fuisse *Aquilam* dictam, ob *Aquilæ* insigne, vel, si mavis, cohortem, aut exercitum Phrygium, Aquilæ picturâ in vexillis militaribus, ut modo diximus, utentem: quorum vel hujus, vel illius adminiculo Tantalus, Phrygiæ & Paphlagoniæ rex catamitum hunc abduxerit. Unde & Troi patri Ganymedis, ac Tantalo maximum bellum exortum esse, indicat Phanocles apud Eusebium & Orosium.

Verum quidam hic intelligunt *Aquilam*, illam Tryphone & Echidna, ut vulgò fabulantur, prognatam: quæ Promethei, Japeti filii, quem Osiris, sive Mizraim parti Ægypti præfecerat, cor, & jecur in monte Caucaso exedisse, & ab Hercule postea sagittis transfixa dicitur, uti traditum est Duridi Samio, Pherecydi, lib. 2. & 10. Histor. Apollonio, lib. 2. Argon. Hesiodo in Theogoniâ, ac Luciano in Prometh. & dial. de Sacrificiis. Hi Prometheum tantis cruciatibus à Jove affectum scribunt; quod igne (nempe rerum Divinarum, & Scientiarum cognitione) mortalibus divinitus adempto Minervæ (hoc est Sapientiæ auxilio) in cœlum ascenderit, ibique ferulâ ad currum solis admotâ, eum rursus in terram portaverit. Cujus tamen aliam causam affert Menander; nempe quia Prometheus invenerit fœminam (forte Philosophiam intelligit) omnium humanarum calamitatum auctorem, & animalium genus scelestissimum, vel quia Palladem, h. e. sapientiam amaverit: uti Duridi proditum. Verum de his plura in *Prometheus*. Antequam vero manum de tabulâ tollam, dicere est animus; quòd quidam veterum in ea quoque, ut videtur, fuerint opinione, animam Platonis in hanc Aquilam cœlestem fuisse conversam. Et indicat idem Speusippus, aut quisquis ille fuit,

qui

qui Græcum illud epigramma in tumulum Platonis compoſuit, quod aliquis ita tranſtulit. (*ab aſtris*

Cur, Aquila, *ad tumulum hunc volitas? dic; nunquid*
Hic habitare Deum fortè aliquem intuita es?
Imò anima *extincti ſum* diva Platonis; *Olympum*
Quæ colo: ſed corpus terrigenum Attica habet.

Aquili, Dii quidam, quos in aere ponit Capella unà cum Manibus & Heroibus: dicti quaſi *nigri*. Gloſſa. *Aquilum*, μέλαν. Cæterum de Diis Aquilis Arnobius lib. 3. *Crinitos effingitis, alios ſenes, juvenes, pueros, Aquilos, cæſios*, &c. Malè eſt in Gloſſ. Papiæ. *Aquili*, ſpecies Dæmonum, qui in ſimilitudine aquarum apparent. Grot. in Cap.

Aquilicia, ſacra à Romanis fieri ſolita, cùm in magnâ ſiccitate, aqua eſſet elicenda; tunc enim Jovi immolabatur. Sacerdotes, *Aquilices*. Tertull. in Apol. & adverſus Marcionem.

Aquilinus, Conſ. Junii Ruſtici collega. Alius Æmiliani collega. Tertius Junii Maximi collega.

Aquilius Manius, Oppii legatus, à Mithridate crudeliſſimè interemptus. Arnobius adv. Gen. lib. 1. *Innumerabiles alii gloriâ & virtute, & exiſtimatione pollentes, acerbiſſimarum mortium experti ſunt formas; ut Aquilius, Trebonius, Regulus*. Ubi de noſtro Aquilio eum agere, rectè obſervavit doctiſſimus Caſaubonus, magnum literarum lumen, & ſingularis pietatis ac probitatis exemplum, uti eum vocat Deſid. Heraldus. Minutius Felix: *Viros cum Mutio, vel cum Aquilio, aut Regulo comparo*. Aquilio autem capto miris modis illuſit Mithridates, tandemque τῷ στόματος αὐτῷ καταχέαντα χρυσόν, ait Appianus in Mithridaticis; *Aurum in os infudit*; ait Plin. 33. 3. Ejuſdem meminit M. Tullius de Lege Manilia.

Aquilius Severus, hiſtoricus, de quo ſic Hieron. in Catal. ſcript. illuſtr. *Aquilius Severus in Hiſpaniâ, de genere illius Severi, ad quem Lactantii duo epiſtolarum ſcribuntur libri, compoſuit volumen, quaſi ὁδοιπορικὸν, totius vitæ ſuæ ſtatum continens, tam proſâ, quam verſibus; quod vocavit κατασροφὼ, ſive πεῖραν & ſub Valentiniano Principe obiit*. Meminit & Honorius in Catalogo.

Aquilo, ventus à Septentrione flans, à vehementiſſimo flatu & volatu, inſtar Aquilæ, ſic dictus Feſto teſte. Græcis *Boreas*; ſiccus, & frigidus. Ovid. 3. Triſt. 10.

Tantaque commoti vis eſt Aquilonis, ut altas
Æquet humo terras, tectaque rapta ferat.

Horat. Ἐπῳδῶν od. 10.

Inſurgat Aquilo quantus altis montibus
Frangat trementes ilices.

Cæterùm Aquilonis violentiam nemo melius expreſſit, quàm Virgilius Georg. 3. verſ. 196.

Qualis Hyperboreis Aquilo cùm denſus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes, atque arida differt
Nubila, tum ſegetes altè campique natantes
Lenibus horreſcunt flabris: ſummæque ſonorem
Dant ſilvæ, longique urgent ad littora fluctus:
Ille volat ſimul arva fugâ ſimul æquora verrens.

Aquilones etiam dicuntur venti, qui 8 ferme diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant diebus 40. quos vocant Eteſias & Prodromos, quaſi Præcurſores.

Ara, cœleſte ſidus. Cujus mem. Ovid. Met. 2.

Neu te dexterior tortum declinet ad Anguem,
Neve ſiniſterior preſſam rota ducat ad Aram.

Cicero in Arateis.

Inde Nepes cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri.

Horizontem noſtrum ſtringit mediâ nocte ſub finem Junii, meridianum tranſiens: & duodecim in globo noſtro complectitur ſtellas. Θυτήειον Arato dicitur. Sic enim ille.

Αὐτὰρ ὑπ' αἰδομένῳ κίνητῷ τέρας· ἐγγὺς ἰόντι
Σκορπίε, ἄγγα νόοιο θυτήειον αἰωρεῖ.

Cæterum *Aram* hanc Cœleſtem denotare aiunt aram illam juſſu Deorum à Vulcano, ſive ut ait Eratoſthenes apud Arati Scholiaſten, à Cyclopibus, nempe Vulcani fratribus & miniſtris, extructam; ſuper quâ Jovi adverſus Titanas bellum ſuſcepturo, fidelitatis ſacramento Dii omnes ſeſe obſtrinxêre. Itaque auxilio Deorum devictis Titanibus, Jupiter in perpetuam rei memoriam Aram illam inter aſtra locaſſe dicitur. Alii tamen Aram hanc in cœlo collocatam dicunt in gratiam Chironis Centauri; nempe quòd lupum, qui etiam hinc *Victima Centauri* dicitur, & Aræ in cœlo proximus eſt, in ejuſmodi arâ immolaverit. Quæ inſimul & Chironi ante oculos ſit poſita, ut ejus inſignis erga deos immortales religio & pietas in perpetuum demonſtretur.

Arabarches, publicanus apud Ægyptios. Juvenal. Sat. 3.

——*Inter quas auſus habere*
Neſcio quis titulos Ægyptius atque Arabarches.

Ubi alii *Alabarches*. Ἀλαβάρχα Heſychio eſt μίλαν ἢ χαίρωμα. Quidam volunt ſignificare etiam ſcriptum de tributo, quod pro pecorum paſtu ſolvitur. Inde *Alabarches*, qui præeſt huic ſcribendi muneri. Schol. Juvenalis Arabarchen ait irriſoriè dictum, quaſi *Arabum principem* i. e. ſervorum, qui eſſent Romæ ex Arabiâ. Vide Alciatum & Brodæi Miſcellanea.

Arachne, puella Lydia, Idmonis filia, lanificii peritiſſima, ægrè ferens opus ſuum à Pallade, quâcum certamen ſuſceperat, confractum, laqueo gulam ſibi fregit, quam Pallas in araneam tranſmutavit, uti teſtatur Ovid. Met. 6. in his.

——*Doluit ſucceſſu flava virago;*
Et rupit pictas, cœleſtia crimina, veſtes.
Non tulit infelix: laqueoque animoſa ligavit
Guttura: pendentem Pallas miſerata levavit:
Poſt ea diſcedens ſuccis Hecateidos herbæ
Spargit, & extemplo triſti medicamine tactæ
Defluxere comæ: cumque his & naris, & auris.
Fitque caput minimum toto quoque corpore parvæ.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent,
Cætera venter habet: de quo tamen illa remittit
Stamen; & antiquas exercet aranea telas.

Conſtat, inquit Plinius, Arachnen linum, & retia inveniſſe, cujus filius Cloſter fuſos in lanificio invenit. Juvenal. Sat. 2.

——*Vos tenui prægnantem ſtamine filum*
Penelope melius, levius torquetis Arachne.

Araros, Ἀραρώς, Comicus, Ariſtophanis fil. teſte Suida. Vide quæ de iſto Caſaub. ad Athen. lib. 3. cap. 3. Adi & cap. 25. ubi de illo: Ψυχέστερος Ἀραρότος. Frigidus enim Poeta fuit.

Arator, Poeta Chriſtianus, Romanus Subdiaconus, qui Hiſtoriam Apoſtolicam, à D. Luca conſcriptam, hexametro verſu expreſſit. Floruit A. D. 544.

Aratus, Poeta Solenſis. Scripſit, quæ extant Φαινόμενα, & Διοσήμεια, in quibus ſitum, motum, ortum, occaſum, & numerum explicat ſtellarum apparentium. Quo libro adeo delectati fuere Claudius, & Germanicus Cæſar, ut Latinum fecerit uterque. Vertit eum Latine & Cicero adhuc adoleſcens. Taceo Rufum Feſtum Avienum, qui eundem Latinis verſibus eleganter expreſſit. Ovidius.

Cum Sole & Lunâ ſemper Aratus erit.

Ejus pulcherrima eſt hæc ſententia.

Μόχθος μὲν τ' ὀλίγος, τὸ δ' μέγιον αὐτίκ' ὄνειαρ
Γίνετ' ὀλβοσύνης αἰεὶ πυκνὰ γιγνόμενον ἀνδρί.

Verum de Arato nos alibi. Hic tantum notet Lector, Arati hujus meminiſſe Theocritum Idyll. 6.

Δαμοίτας δ' Δάφνις ὁ βυκόλος εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν πόκ' Ἄρατε, συνάγαγον.

Ubi Schol. Πρὸς τὸν Ἄρατον τὸν ποιητὴν τὰ Φαινόμενα γεγραφότα φίλον ὄντα διαλέγεται ὁ Θεόκριτος, ἰσόχρονος δὲ ὢν αὐτῷ, ἢ καὶ ἀλλαχόθεν μιμούμενος. Hinc *Arateus*. Cinna apud Iſidorum.

Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis
Carmina, &c.

Aratus, Sicyonius ſcripſit hiſtoriam de rebus ab Achæis, & ſe ipſo geſtis. Vide Voſſ. H. Gr. pag. 108.

Aratus, Cnidius condidit hiſtoriam Ægyptiacam. Anonym. in Vit. Arati Poetæ.

Arcas, Jovis & Calliſtus filius. Vide primam partem hujus Dict.

Arceſilas, & *Arceſilaus*, philoſophus, Polemonis diſcipulus, in diſputatione pertinacior, & magno ingenii acumine Cic. 3. de Fin. Ex Pitane, Æolicâ civitate, ortus, relicto genitali ſolo, Sardes perrexit: mox Athenas profectus in Academiam ſe ad Crantorem contulit, quem Platonicam Philoſophiam omnino commutaſſe, novamque quandam conſtituiſſe ferunt. *Cavillator* vocatus eſt, quòd cùm nihil ſe ſcire diceret, nec alios ſcire quicquam pateretur, ſed omnes perturbaret ſophiſmatibus. Perſius Sat. 3.

——*Non ego curo*
Eſſe quod Arceſilas, æruminoſique Solones.

Seneca 2. de Ben. de hoc Philoſopho. Arceſilaus, ut aiunt, amico pauperi & paupertatem ſuam diſſimulanti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti deeſſe ſibi in ſumptum ad neceſſarios uſus, cum clam ſuccurrendum judicaſſet, pulvino ejus ignorantis ſaculum ſubjecit, ut homo inutiliter verecundus, quod *deſiderabat, inveniret potius quam acciperet*. Hæc ille. *Cteſibium* hunc inopem nominat Laertius: & dictum addit, cum pecunia inventa eſſet Ἀρκεσιλάου τὸ παίγνιον *Arceſilai hic ludus*. At Plut. in lib. Quem. Adul. ab Am. noſcendus diſerte Apellichio hoc tribuit: & cætera conſonat niſi quod dictum effert Ἀρκεσιλάου περὶ τὸ κλέμμα. *Arceſilai hoc furtum*. Hic interrogatus, *Cur ex aliis ſectis ad Epicuream tranſirent multi, nemo ex illis ad alias? Nam*, inquit, *ex viris Galli fiunt*, (ſcilicet evirati) *ex Gallis viri nunquam*. Fuit etiam poeta ejus nominis priſcæ comœdiæ; alius Elegiacus; alter ſtatuarius; in quem & Simonides ſcripſit epigrammata.

epigrammata. Laert. lib. 4. Item ſculptor quidam apud Plinium. Item pictor, Tificratis filius teſte eodem Plinio, lib. 35. cap. 11. Denique unus è quinque ducibus Bœotorum, qui ad Trojam cum 50. navibus advenerunt, ut oſtendit Hom. initio Catalogi.

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον,
Ἀρκεσίλαός τε, Πηδάσου τε, Κλονίος τε.

Ab Hectore poſtea interfectus eſt, teſte eodem. Hom. Il. ὁ.

Ἕκτωρ μὲν Σπάρτον τε καὶ Ἀρκεσίλαον ἔπεφνε,
Τὸν μὲν Βοιωτῶν ἡγήτορα χαλκοχιτώνων.

Arceſius, Jovis filius, pater Laertis. Ulyſſes apud Ovidium Metam. lib. 13.

Nam mihi Laertes pater eſt, Arceſius illi,
Jupiter huic. ——

Ἀρκείσιος Homero Od. τ. ubi ſic Telemachus:

Ὦ γὰρ ἡμετέρῳ μυελῷ μάνυσε Κρονίων,
Μοῦνον Λαέρτην Ἀρκείσιος ὑὸν ἔπικτε,
Μοῦνον δ' αὖ Ὀδυσῆα πατὴρ τέκεν, αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Μοῦνον ἐμὸν ἐν μεγάροισι τέκεν λίπεν.

Item *Arceſius*, qui Arceſicerata urbem condidit. Steph. in Ἐπιφάνεια.

Archedicus Comicus, in cujus Fabulis Theſaurus. Multa ſcripſiſſe dicitur de Demochare qui è Demoſthenis fratre natus fuit.

Archelaus, Philoſophus Athenienſis, ſeu Mileſius, patrem habuit Apollodorum: fuit auditor, ſucceſſorque Anaxagoræ, à quo Socrates philoſophiam audivit. Cic. 5. Tuſc. Qu. Hic Phyſicam philoſophiam ex Ioniâ Athenas invexit, fuitque Phyſicus appellatus, quòd in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate moralem introducente. Quanquam ne hic quidam Ethicæ rudis fuit, qui de Legibus, de honeſto, & æquo philoſophatus fuit. Vide Voſſ. P. Gr. p. 34. Præter hunc tres alii celebrantur, teſte Laertio. Primus erat χωρογράφος. Hic omnem terram deſcripſit, quam Alexander M. perambulavit. Alter, quæ propriæ, ac ſingularis naturæ ſunt, verſu configavit. Tertius orator de arte ſuâ volumen reliquit. Secundus iſtorum Laertio dicitur, ὁ τὰ ἰδιοφυῆ ποιήσας. Unde liquet, eundem intelligi ab Athenæo, lib. extremo, cùm ait, Περὶ Ἀρχελάου Χορεγησάντη ἐν τοῖς Ἰδιοφυέσιν: Sed qui hoc loco eſt *Cherſoneſiotes*, is *Ægyptius* vocatur Antigono Caryſtio: qui illum Φιλάδελφον καὶ θαυμασίων ἐπιγεγράμματα ad Ptolemæum ſcripſiſſe teſtis eſt. Vide eum Hiſt. Mirabil. cap. 23. & 96. ubi & epigrammata ejus recitat, quibus docebat, ex crocodilo ſcorpios; ex equis veſpas; ex ſpinæ medulla, in nonnullis cadaveribus, parvos enaſci ſerpentes. Cùm autem hæc ad animalium hiſtoriam pertineant: plane cenſeo (inquit Voſſius) eſſe Archelaum eundem, quem de animalibus ſcripſiſſe, & quâ re unumquodque eorum curetur, Artemidorus dicit. lib. 14. Onirocriticon, cap. 24. Idem confirmat locus Plinii 8. 50. *Archelaus auctor eſt, auribus capras ſpirare, non naribus, nec unquam febri carere.* Iſtius quod de capris dicit Plinius, etiam Varro Archelaum laudat auctorem de R. R. 2. 3. *De quibus admirandum illud* (reſpicit ad titulum θαυμασίων, καὶ Φιλαδέλφων) *quod etiam Archelaus ſcribit, capras, non ut reliqua animalia, naribus, ſed auribus, ſpiritum duci ſolere*; non alium Archelaum ab eo ſignari, quàm illum Antigono memoratum, liquet ex lib. 3. de R. R. cap. 16. ubi idem ait, *Primùm apes naſcuntur, partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas eſſe βοὸς φθινούσης πτοιηθέα τέκνα.* Idem.

Ἵππον μὲν σφῆκες γενεὰ, μόσχων δὲ μέλισσαι.

Hæc Varro. Stobæus Serm. de morbis, & moleſtiarum in eis ſolutione, advocat Archelaum, lib. 1. περὶ ποταμῶν. Similiter Plut. lib. de Flum. citat Archelaum in τῳ. περὶ ποταμῶν, itemque primo de lapidibus. Voſſius; quem vide de H. Gr. p. 328.

Archelaus, Præſul Meſopotamiæ, qui librum diſputationis contra Manichæum Syro ſermone compoſuit ſub Probo Imp. Hieron.

Archelaus, 12. Macedonum rex, regn. an. 23. fuitque interfectus ab adoleſcente Cratevâ nomine, quem habebat in deliciis, quòd ei promiſſam filiam alteri deſpondiſſet. Volater. Vide Ælian. Var. Hiſt. 2. 21. 8. 9. 12. 49. 14. 17.

Archelaus, 13. Judæorum rex, regn. an. 9. Glaphyram Archelai Cappadocum regis filiam, Alexandri fratris ſui relictam, contra legem, uxorem duxit. A Cæſare exilio damnatus Viennæ mortuus eſt. Joſ. 17. 18. Hegeſip. 5. 5.

Archemachus, Euboicarum rerum libros conſcripſit, quorum 3. citant Athen. lib. 6. & Clem. Alex. 1. Strom. quartum autem Harpocration in Ἀλόννησος. Nempe de patriâ ſuâ hos libros ſcripſerat. Siquidem Straboni lib. 10. vocatur Ἀρχέμαχος ὁ Εὐβοεύς. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 130.

Archemorus, qui & *Opheltes*, Lycurgi Thracum, vel Nemeæ regis filius. Hic Hypſipilen nutricem habuit, quæ, cùm ſitientibus Achivis, qui ad Thebaicam expeditionem venerant, Langiam fontem oſtenderat, Archemorum puerum ſuper viridi herbâ depoſuit, qui à ſerpente vulneratus periit. Unde annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœpit; Ludos hoſce Nemæos vocabant: author Archias lib. 1. Anthologiæ. *Archemorus* etiam poſtea Langia fons vocabatur. Alludit ad nomen Papinius Theb. 5.

——*Noſtri ſignatus nomine fati.*

Ubi Barthius: Quia nempe interitus pueri nomine *Archemori* deſignatus erat. Ipſe autem hujus interitus prædicebat interfectum iri ad uſq; unum Adraſtum omnes Argivos principes. Hoc enim præcinebat Amphiaraus iſta principibus exercitus dicens: Apollodorus, lib. 3. Τὸν μὲν ὐν δράκοντα ὑποφεύγοντες οἱ μὲν Ἀδράστου, κλείουσι, τὴν δὲ παῖδα διάπεσιν Ἀμφιάραος δὲ ἔφην ἐκείνοις τὸ σημεῖον τοῦτο τῶν τε μέλλοντα σφισὶ δηλοῦν. Paulò ante: Ἀμφιάραος δὲ ὁ Οἰκλέους, μάντις ὢν, καὶ συνιδὼς ὅτι δεῖ πάντας τοὺς στρατευσαμένους χωρεῖς Ἀδράστου τελευτῆσαι, αὐτὸς ἀφεὶς στρατιὰν, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπέτρεπε. Pulcre etiam Lutatius: *Idem Lycurgi filius Opheltes, quo nomine puer ille primo dicebatur.* Poſt, *cum jam initia Thebani belli ejus morte initiata eſſent, Archemorus nominatus eſt.* Ἀρχὴ *enim Græcè principium,* μόρος *mors nuncupatur.*

Archestratus, vetus author, præter γαστρονομίαν, ſive leges ventri ferendas, cujus Athenæus, lib. 3. ſæpius meminit, etiam librum edidit περὶ αὐλητῶν, ſive de tibicinibus, cujus apud eundem fit mentio, lib. 14. Erat autem Συρακόσιος, ἢ Γελῷος teſte eodem Athenæo, lib. 4.

Archetimus, primus hiſtoriæ Philoſophicæ ſcriptor, vixit circa initium regni Perſici, quo tempore 7. Græciæ ſapientes floruere, qui hiſtoriam eorum, nec non cum Cypſelo congreſſum; cui ipſe quoque interfuit, perſecutus eſt. Laertius Ἀρχέτιμος ὁ Συρακόσιος ὁμιλίαν αὐτῶν (ſapientum 7. ſc.) γέγραφε πρὸς Κυψέλῳ, ἣ καὶ αὐτὸν φησι παρεῖναι. Fortean idem eſt *Archetimus* ille Ἀργαδλιῶν ſcriptor apud Plutarchum in Qu. Gr. quem incertæ ætatis Hiſtoricis annumerat Voſſius Hiſt. Gr. lib. 3.

Archia, poeta Antiochenus, Romæ claruit, adjutus à familiâ Lucullorum, & nonnullis Græcis civitatibus donatus, Ciceroni imprimis familiaris diſcedens è Siciliâ cum L. Lucullo Heracleam venit, cujus auſpiciis in eandem civitatem adſcriptus eſt. Dein lite motâ à Græco quodam, Cicero ipſum luculentâ oratione defendit, ubi multa de laudibus poeticæ dixit. Aſcon. Pæd. Carmine Græco Romanorum bella Cimbrica memoriæ tradidit. Orſus eſt etiam deſcribere Conſulatum Ciceronis. Superſunt ejus quoque varia Epigrammata in Ἀνθολογίᾳ. Item *Archias* Imperator, qui Syracuſas condidit. Volat. Item alius Hyblæus præco celeberrimus. Julius Pollux.

Archibius, Apollonii filius Grammaticus, in Callimachi epigrammata enarrationem ſcripſit. Suidas. Item alius Grammaticus, qui Romæ docuit ſub Trajano. Idem.

Archidamia, mulier Spartana, quæ, Lacedæmoniis deliberantibus mulieres in Cretam mittere, cum gladio in ſenatum venit, viros jurgata, quaſi vivendum fœminis fuit, Spartâ eversâ. Plut. in Lycurgo, & Agide.

Archidamus, princeps Lacedæmoniorum, Telidis filius Methonem ad Athenienſium exercitum deficientem recepit, in bello contra Pylum primus è navi proſiliens, nec vulneratus eſt, nec ſcutum dimiſit; denique adverſus Amphipolim ſtrenuè decertavit. Inſimulatus poſtremò, quod Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, damnatus eſt. Suidas.

Archidamus, Lacedæmoniorum rex, Arcadas, Argivoſque vicit, tropæa erexit. Xenophon, lib. 7. Pro Tarentinis pugnans interemptus eſt.

Archidamus, rex Spartanus, rogantibus ſociis, quantum pecuniarum foret ſatis ab bellum Peloponneſiacum, ſcienter reſpondit. Bellum ordinaria non quærere. In aliis hujuſce Dictionarii editionibus *ordinata* legas, propius ad mentem Plutarchi, apud quem τεταγμένα legitur, in Agide & Cleomene.

Archilochus, hiſtoricus, ex quo veteres aliqua de temporibus citant, unde & chronica ſcripſiſſe putatur à doctis. Juxta Clem. Alex. lib. 1. Strom. floruit circa Olympiad. 20. Juxta Tatianum vero Olymp. 23. cujus verba citat Euſeb. lib. 10. Præp. Idem tamen Euſeb. in chron. refert Archilochum ad Olymp. 29. Diphilus vero apud Athen. lib. 13. Sapphûs amatores in ſcenam induxit Archilochum & Hipponactem; ſed hoc fecit ſive inſcius, ſive παίζων, ut Athen. mavult. Joſ. Scal. refert Archilochum ad tempora Darii Hiſtaſpis F. q. i imperare demum cœpit Olymp. 64. an. 3. Nihil ejus hodie habemus; nam illa quæ ab Annio Viterbienſi ſub ejus nomine edita vere ſunt ἀποκρύμματα. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. pag. 5. & de Poet Gr. p. 14. Idem eſt autem cum eo qui ſequitur, nempe.

Archilochus, poeta Parius, perſecutus eſt Lycamben ſocerum ſuum, quod ei filiam pactam, nomine Neobulen, alteri

collocaverat, eumque ad laqueum ob Iamborum petulantiam in eum ſcriptorum compulit. Horatius,

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Idem Ep. 6.

Qualis Lycambæ ſpretus infido gener.

Et Epiſtol. lib. 1.

——*Parios ego primus Iambos*
Oſtendi Latio, numeros, animoſque ſecutus
Archilochi, non res, & agentia verba Lycamben.

Ovid. in Ibin.

Tincta Lycambeo ſanguine tela madent.

Quintilianus, *Archilochus primus inter eos, qui Iambos ſcripſere: ſumma in eo vis, elegantes ſanè, vibranteſque ſententiæ, plurimum ſanguinis, & nervorum, &c.* Etnicuit regnante Romulo, ut ait Cic. in Tuſculanis. Hujus libros ob inverecundiam & obſcenitatem Lacedæmonii ex urbe tolli juſſerunt, authoremque eorum in exilium miſêre. Poſtremo à quodam, cui nomen Coraci, in bello interfectus fuit; cujus interfectores Delphis arguit Apollo ob clariſſimum ejus ingenium. Plin. 7. 29. Item poeta Lacedæmonius, qui Romæ floruit, regnante Tullo Hoſtilio. Item Neſtoris filius qui patrem in expeditione Trojanâ ſecutus à Memnone interfectus eſt. Hom.

Archimedes, Syracuſanus geometra, ſæpenumero invitus ad balnea ductus, dum perungendus in cratereſn conſtitueretur, per corporis unguenta, figuras ac lineamenta digito inſcribebat. Plut. in Marcello. Cic. 1. Tuſc. Qu. cum eſſet in Siciliâ Quæſtor, ſepulcrum ejus inter vepres inveniſſe gloriatur. Hic, tanquam Deus terrenus, mechanico artificio ſphæram vitream fecit in quâ mirâ converſione diſſimiles motus circulorum viſebantur. Claud. in Epig.

Jura poli, rerumque fidem, legeſque Deorum
Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum,
Et ſimulata novo Cynthia menſe redit.

Sil. l. 14.

Vir fuit Iſthmiacis decus immortale colonis
Ingenio facile ante alios telluris alumnos,
Nudus opum, ſed cui cœlum terræque paterent;
Ille novus pluviæ Titan ut proderet ortu
Fuſcatis triſtis radiis, ille, hæreat, anne
Pendeat inſtabilis tellus, cur fœdere certo
Hunc diffuſa globum Tethys circumliget undis
Noverat, atque una pelagi Lunæque labores
Et pater Oceanus qua lege effunderet æſtus
Non illum mundi numeraſſe capacis arenas
Vana fides, puppes etiam, conſtructáque ſaxa
Fœmineâ traxiſſe ferunt contra ardua dextra.

Ubi ſis Dauſquium conſule. Marcellus in expeditione Syracuſarum interdixit, ne Archimedes unus violaretur: verum cum urbs caperetur, & ipſe animo ac oculis in terram defixis, formas Geometricas deſcriberet, ab ignoto milite interfectus eſt. Vide Dauſqueium in illud Silii, lib. 14.

Tu quoque ductoris lacrymas memorande tuliſti
Defenſor patriæ, meditantem in pulvere formas
Nec turbatum animi, tanta feriente ruinâ
Ignarus miles vulgi tum forte peremit.

Erat autem Hieronis Syracuſani regis propinquus. Plut. in Marcello: Ἀρχιμήδης Ἱέρωνι τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ὢν καὶ φίλος. Unicus *ſpectator cœli, & ſiderum*, ut Livii de eo 24. 34. verba ſunt, *mirabilium inventor, ac machinator bellicorum tormentorum fuit.* Julius Firmicus, Matheſ. 6. 3. *Hic eſt Syracuſanus Archimedes, qui Romanos exercitus mechanicis artibus ſæpe proſtravit. Hunc Marcellus in triumpho victoriæ conſtitutus, ac inter ovantes militum ſtrepitus, laureaſque collocatus lugubri mœrore deflevit.* Quam ſubtili ratione, quomodo argenti auro admiſti per fraudem menſura deprehendi poſſit, invenerit, narrat Vitruvius, lib. 9. cap. 3. & Fannius Poeta vetus de ponderibus. Vide plura de illo apud Voſſium de Scientiis Mathem. Fuit alius, Grammaticus Trallianus, qui edidit commentarios in Homerum, & mechanica. Suidas.

Archinus, Ἀρχῖνος ἐν Θεσπιλιχοῖς adducitur à Pindari Schol. in Pyth. Od. 3.

Archipheracitæ, פרחי *pherac* in Gemarâ non *titulum* tantum ſignificat, ſed *prælectionem* ſimul, & *explanationem* particulæ legis. Inde *Archipheracitæ*, quorum munus erat Legis partes & prælegere populo, & interpretari, iidem ſc. qui & ἀρχισυναγωγοὶ dicuntur. Grotius.

Archippus, nomen viri, Coloſſ. 4. 17. & Philem. verſ. 2. Item Philoſophus, qui Thebis Scholas habuit, & Pythagoræ auditor fuit. Alius Comicus Athenienſis, de quo vide Voſſ. de Poet. Gr. Pag. 39.

Architimus, inclaruit opere de rebus Arcadicis. Plut. Qu. Gr.

Architis, Venus apud Aſſyrios culta, ut Macrobius teſtatur Saturn. 1. 27. *Adonin* (inquit) *Solem eſſe non dubitatur, inſpectâ religione Aſſyriorum, apud quos Veneris Architidis, & Adonidis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phœnices tenent.* Plerique ſuſpicantur hunc locum eſſe corruptum. Itaque pro *Architidis* Scaliger in Varronem reſcribit *Dercetidis*, Robertus Cottonus *Adargidis*, Seldenus *Aphacitidis*, quomodo Macrobium ſcripſiſſe, *auſus ſum* (inquit) *fere dejerare*. Bocharto tamen recepta lectio fruſtra ſollicitari videtur, cùm in loco Aphacis proximo, nempe ſuper Libanum, ſpatio ferè medio, inter Byblum, & Heliopolim ſitam fuiſſe *Arcam* urbem, ex Ptolemæo conſtet. A quâ Venus dici potuit *Arcitis*, vel *Architis*, additâ aſpiratione, ut fit paſſim in nominibus peregrinis.

Archontes, novem erant Principes, nempe Rex, Archon, Ptolemarchus, & Theſmothetæ ſex, quibus jus omne, quòd primò Regum, deinde Archontum fuerat, ita eſt diviſum, ut in eorum manu & poteſtate tota eſſet Athenienſium Reſpublica. Ante Solonem ſuffragio eligebantur: at ille, ſorte ut id fieret, inſtituit, ita tamen, ut poſtquam lecti eſſent, in Senatu quidem excuterentur, in Comitiis populi probarentur. Apud Archontem vero à rege, & ſociis ſeparatum lites intendebantur de malâ tractatione, ebrietate, rerum diviſarum electione, tutelâ pupillorum, hæreditatibus &c. Quinetiam idem curator erat mulierum, quæ poſt mariti mortem prægnantes eſſe viderentur. Lyſias, Demoſthenes, Pollux.

Archontici, Valentinianorum ſecta, univerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe Principum ſeu ἀρχόντων dicebant. Negabant reſurrectionem carnis; Baptiſmum, & Cœnam Domini prorſus abjiciebant, vide Theodoretum.

Archytas, Mitylenæus muſicus; cui cùm probrum daretur, quòd non exaudiretur, reſpondit, *Inſtrumentum pro me loquitur.* Fuit etiam alius agriculturæ ſcriptor, tertius poeta Epigrammatarius. Diogenes Laertius, lib. 8.

Archytas, Heſtiæi, ſive, ut alii Mneſarchi filius, Philoſophus Tarentinus, profeſſionis Pythagoricæ, aſtrologus, & geometra, quemadmodum eum *Maris & terræ, numeroque carentis arenæ Menſorem* Horatius appellat Carm. 1. od. 28. Meminit ejuſdem Cic. lib. 3. de Orat. Platonem, cujus in Geometriâ diſcipulus fuerat, per literas monuit, ut è Siciliâ diſcederet, quòd Dionyſius de eo necando cogitaret. Cubum primò invenit. Ligneam columbam volatilem fecit. Gellius 9. 12. Primus platagen, h. e. crepitaculum puerorum invenit, quo pueros nunquam quieſcentes detineret, & à periculoſioribus ludis avocaret. Hinc factus eſt locus proverbio, ut deſipientes, & puerilia tractantes *Ad Archytæ platagen* recidiſſe dicamus. Diogenianus Ἀρχύτου πλαταγὴ, ὅτε ἐπὶ παιδαρίοις ἢ γυναιξίν, ὁ γὰρ Ἀρχύτας τέκτων ὤν, ἐπενόησε πλαταγὴν, ᾗ ἐδίδου τοῖς παισὶν ἵνα μηδὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας διαφθείρωσι. Mundum ingenitum & incorruptibilem, hominumque genus ſine ullo ortûs principio ab æterno fuiſſe ſomniatus eſt. Cenſorinus de die Natali cap. 4. Periit naufragio, ſicut locum ipſe indicat apud Horatium ubi ſuprà.

Me quoque devexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.

Inter ſcriptores R. R. Archytam Varro & Columella memorant. Memorabile eſt quod de Archytâ memorat Cic. in Tuſc. Qu. Archytas cum villico factus eſſet iratior, quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem? Quod Plutarchus quoque retulit his verbis: Ἀρχύτᾳ ἐμπαροξύναντι ἔχοντι πρὸς οἰκέτας, οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον εἶπεν, εὐτυχεῖτε, εἶπεν, ὅτι ὀργίζομαι ὑμῖν. Idem quoque Platoni tributum legimus: Πλάτωνα ὀργισθεὶς, ποτὲ μὲν ἐπὶ δῆλον, χαίρειν ἔχειν τοῖς Θεοῖς ἐκέλευεν, ὅτι ὀργίζοιτο· κολασθῆναι γὰρ ἂν πάντως εἰ μὴ ὠργίζετο.

Arctinus Mileſius, Homeri diſcipulus ſecundum Tzetzem & Suidam, qui id proditum ait ab Artemone Clazomenio in lib. de Hom. Vide Voſſ. P. Gr. p. 10.

Arctophylax, ſidus juxta majorem urſam, alio nomine *Bootes*. Cic. in Arateis.

Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe Bootes.

Aratus ipſe.

Ἐξόπιθεν δ' Ἑλίκης φέρεται ἀλάομαι ἀστὴρ
Ἀρκτοφύλαξ, ἣ δ' ἄνδρες ὀπιπεύουσι Βοώτην,
Οὔνεκ' ἀμαξάων ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου.

Latinè *urſæ cuſtodem* dixeris. Ovid. 3. Faſt.

Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes.

Jul. Hyginus: Arctophylax è facto Urſam ſequens intelligitur, & Arctum ſervans Arctophylax eſt nuncupatus. Papin. Theb. 1.

Languet Hyperboreæ glacialis portitor Urſæ.

Arctos, pro duobus ſignis cœleſtibus accipitur, quæ Septentrionali polo, velut axe quodam nixæ, Arctico Circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraque reſupinatâ alterius caput contingat; ſed caput ejus, quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat. Alteram majorem urſam, ſive Cynoſuram, i. e. *Canis caudam* vocant; alteram minorem. Hanc Phœnices, illam Græci nautæ obſervant. Aratus ubi de duabus Urſis.

Ὅι τὼ μὲν, Κυνόσουραν ἐπίκλησαν καλέουσι,
Τὼ δ' ἐτέρην, Ἑλίκην μέμφῳ ἀνδρες Ἀχαιοὶ
Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονθ', ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν,
Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πάσσυροι, πρόσσω θάλασσαν.

Ovid. Faſt. 4.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet.

Idem Triſt. 4. 3.

Magna, minorque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

Val. Flac. lib. 1. — *Neque enim in Tyrias Cynoſura carinas*
Certior, aut Graiis Helice ſervanda magiſtris.

Harum Virgilius meminit Georgicorum, lib. 1.

Maximus hic flexu ſinuoſo labitur Anguis
Circum, perque duos in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

M. Manilius, lib. 1. ubi de axe.

Summa tenent ejus miſeris notiſſima nautis
Signa per immenſum cupidos ducentia pontum:
Majoremque Helice major decircinat arcum.
Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant:
Quâ duce per fluctus Graiæ dant vela carinæ.
Anguſto Cynoſura brevis torquetur in orbe,
Tam ſpatio quam luce minor, ſed judice vincit
Majorem Tyrio. Pœnis hæc certior auctor
Non apparentem pelago quærentibus orbem.

Complicat hic Anguis duas Urſas, minorem Cynoſuram collo & capite, majorem Helicem caudâ; ita Hyginus. Aratus quoque in Phæn.

Οὐρὴ παρ κεφαλὼ Ἑλίκης ἀναπέπταται Ἄρκτου.

Et poſteà de Cynoſurâ. — Ἡ δὲ κατ' αὐτὼ
Εἱλεῖ κεφαλώ.

Quæ autem de comparatione fluminis ſcribit Poeta, ſumit proculdubio ab Arato, ſic enim ille.

Τὰς δ' ἀμφοίτερας, ὅτιν πολαμοῖο ὑπερωὴ
Ἑλικῆτε (μέγα θαῦμα) δρήκων ἀμφὶ τ' ἐναγὼς
Μυείος. Quos verſus ita reddidit Cicero.

Has inter veluti rapido cum gurgite flumen,
Torvus draco ſerpit ſubter ſupraque revolvens
Seſe, conficienſque ſinus è corpore flexos.

Germanicus Cæſar vero ſic vertit.

Has inter medias, abrupti fluminis inſtar,
Immanis ſerpens ſinuoſa volumina torquet
Hinc atque hinc, ſuperatque illas mirabile monſtrum.

Denique Feſtus Avienus.

Inter utramque dehinc præclari nominis Arcton
Ceu circumflexo ſinuantur flumina lapſu,
Squameus agmen agens Draco volvitur, atq; obit ambos
Spirarum curvis anfractibus.

Porro Seneca ad imitationem Arati in Medea.

Huc ille vaſti more torrentis jacens
Deſcendat Anguis, cujus immenſos duæ
Major Minorque ſentiunt nodos feræ.

Et in Thyeſte. *Et qui medias dividit Urſas*
Fluminis inſtar lubricus Anguis.

De flumine tacuit Vitruvius 9. 6. *Serpentis, qui eſt inter Arctos, qui Septentriones dicuntur, implicatus.* Tacuit etiam Silius Italicus, lib. 3.

Quantus non æquas perluſtrat flexibus Arctos
Et geminum lapſu ſidus circumligat Anguis.

Alluſit forte Manilius, lib. 1. nam uſus eſt verbo *interfundo*, quod aquarum proprium.

Has interfuſus, circumque amplexus utramque
Dividit, & cingit ſtellis ardentibus Anguis.

Et lib. 5. pari aquarum verbo.

Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos.

Denique conſentiunt omnes plus vidiſſe Virgilium hoc loco, quam Homerum. Impingit enim ille (notante *de la Cerda*) in duplicem ſcopulum. Nam & Urſam in ſingulari numero nominat, cum duæ ſint: & addit *ſolam*, cùm & aliis ſtellis id contingat, quæ circa illas. Sic enim ille Odyſ. 5. Ὅιη δ' ἀμφοῖς ἧσι λοετρὸν Ὠκεανοῖο. Ab utroque cavit Virgilius, & *Arctos* dixit in plurali, neque *ſolas* dixit, ne ſtellas alias excludere videatur. Euſtathius tamen Homerum defendit, itemque Ariſtoteles, lib. 1. de arte Poet. Τὸ Ὅιη δ' ἀμφοῖς, κατ' ἀναφορὰν, τὸ δὲ συναμφοτέροις, μόνον. Et ſanè Ovidius Homerum imitatur, Met. 13.

——— *Immunemque æquoris Arcton.*

Itemque Manilius, ubi de Ursâ.

Nunquam tincta vadis, ſed ſemper flexilis orbe.

Arcturus, Stella in ſigno Bootæ, poſt caudam majoris urſæ, cujus ortus & occaſus futuras tempeſtates portendunt. Horat. Carm. 3. Od. 1.

Nec ſævus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis hœdi.

Et ante eum Plautus in Rudente.

Arcturus ſignum ſum omnium quàm acerrimum,
Vehemens ſum cùm exorior, cum occido vehementior.

Oritur à Caniculâ ferè poſt dies 50. Sic dictus ἀπὸ τῆς ἀρκτου ἀρξὶν, h. e. ab Urſinâ caudâ. Heſychius, Ἀρκτῖκος, ἀρκτῶος τόπος, διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἑπτὰ ἀστέρες ὁμοῦ καλοῦνται ἀρκτῖροι, ἐπειδὴ ὀπὶ τὸ Ἀρκτῶον κατατρέχει. Λέγεται καὶ ἄμαξα. Suidas, Ἀρκτῖκος ἢ λέγεται καὶ αὐτὸς ὅλος ὁ Βοώτης. Ἰδίως ἢ καὶ ὁ ὑπὸ τὴν ζώνην αὐτῆς ἀστὴρ, λέγεται καὶ Ἀρκτοφύλαξ.

Areopagitæ, Judices Athenienſes ſeveriſſimi, de cauſis capitalibus pronunciabant tantâ integritate, ut noctu, non interdiu judicarent, quòd non dicentes, ſed quæ dicerentur, obſervarent. Cic. ad Att. 1. 14. *Romanæ res ſic ſe habent, Senatus* Ἄρειος πάγος, *nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.* Hi in templo Martis judicabant; quòd cùm Mars, quî Græcè dicitur Ἄρης homicidii crimine reus fieret, judicantibus duodecim Diis in eo pago, ſex ſententiis abſolutus ſit. Alex. ab Alex. 3. 5. & 4. 11. & 6. 11. Cœlius Rhod. 7. 19.

Aretæus, Cappadox, medicus Græcus antiquus, de quo Voſſius de Philoſophiâ, p. 96. & 107.

Aretates, Cnidius, Macedonica ſcripſit, quorum tertium citat Plut. in Paral. Min. cap. 11. Reliquit item librum de Inſulis, teſte eodem Plut. ibid. cap. 27. Condidit opus etiam de rebus Phrygiis, ut arbitratur Voſſius. Sed pro eo apud Plut. lib. de Flum. ſcribitur Ἀρετάζης, ubi Mauſſacus cenſet ex iſto ſcriptore, utrumq; Plutarchi Cæronenſis locum corrigi debere.

Arete, unica nata Rhexenoris, Alcinoi, regis Phæacum uxor, ex quâ Nauſicaam filiam ac tres filios ſuſcepit. Λευκόλενος Homero dicitur. Orpheus in Argonaut. Ἀρήτη ῥοδόπηχυς, ἣν Ἀλκίνοος θεοειδὴς.

Aretes à Cenſorino, cap. 21. conjungitur cum Eratoſthene, Soſibio Chronographo & Timæo, ac ab Inachi regno uſque ad Olympiad. 1. ſtatuiſſe dicitur annos 514.

Arethas, infer. Syriæ rex poſt Antiochum deſignatus; Item vetus Interpres, qui in D. Joannis Apocalypſim commentaria Græcè ſcripſit. Extat cum Scholiaſtis reliquis ab Oecumenio collectis, Veronæ 1532.

Arethuſa, Nerei & Doridis filia, Elidis nymphæ, & Dianæ comes; quam cùm Alpheus fugientem perſequeretur à Dianâ in fontem ſui nominis commutata eſt, cujus aquas cùm ſuis miſcere vellet Alpheus, illa à terra abſorpta, in Ortygiam inſ: deinde in Siciliam delata eſt. Alpheus autem cùm propter mare ſequi non poſſet, per cuniculos ſubterraneos in Siciliam itidem pervenit, ibique aſſociatis Arethuſæ aquis, in mare Siculum ſe exonerat. Vide Boch. de Phœn. Col. lib. 1. cap. 28. & Cluverium de Sic. Ant. p. 156. &c.

Argæus, Pelopis filius & Alectoris pater. Alius fuit Lycimnii filius, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè periit; cujus cremati cineres Hercules retulit, ut juſjurandum, quod dederat, ſe illum reducturum, ſervaret. Hunc dicunt primum fuiſſe, qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſervatum. Cœl. Rhod. 17. 31.

Argæus, ſive *Argeus*, Apollinis & Cyrenes filius, Juſtinus lib. 13. Aliter Pindarus, Od. 9. Pyth. & Diodor. lib. 4. qui Cyrenes filium unicum referunt Ariſtæum; Nomium vero & *Agreum* (ita enim legendum, non *Argæum*, ut hic) Ariſtæi cognomina faciunt, ideo ſic dicti, quòd venationi & paſcendo pecori eſſet addictus. Nam ἀγρεὺς eſt *venator*, & νόμιος à νέμειν *paſcere* dicitur.

Arganthonius, rex Tarteſſi, quem Plinius ait vixiſſe 120 annos. Silius autem 300. qui ejus mem. lib 3.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes;
Rex prœvus fuit humani ditiſſimus ævi,
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Ideoque Bochartus vocat eum ארך גבוה *Arcantho*, i. e. πολυχρόνιον, ſive *longi temporis*.

Argas, Demoſthenes ob morum foritatem, ac naturam immitem ſic dictus. Heſychius, Καὶ Δημοσθένης φησὶν Αἰσχίνην Ἀργὰς ὀνομάζων. Οἱ δὲ ὄνομα Τυφῶνι. Vide Suidam. Item *Argas*, qui præter annorum rationem ſapit. Suidas. Ὁ δεινὸς καὶ παρ' ἡλικίαν, ἀργὰς καλεῖται. Cæl. Rhod. 18. 6.

Arges, Cyclopum unus, Apollodorus. Μετὰ τοῦτος δὲ αὐτὸς παῖδες Γῆ, Κύκλωπας, Ἄρην (lege Ἄργην) Στερόπην. Βρόντην, ὃν ἔνιοι καὶ ἕνα ὀφθαλμὸν ὀπὶ τῷ μετώπῳ. Callimachus Hymn. in Dianam.

Μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἐὴν ὀπὶ παυσὶ χαλιτρεῖ
Ἄργης, ἠ Στερόπην. Heſiod. in Theog.
Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον.

Argeſtes, Græcè Ἀργέστης, venti Noti ſeu Auſtri ſpecies. Euſt. in Odyſ. φ. tradit, quòd ἀργέστης barytonè ut plurimùm ſit venti nomen, oxytonè autem νότου ὄνομα, ut Hom. Ἀργέστεω νότοιο, hoc eſt, λευκοῦ, ab ἀργὸν quod eſt λευκόν. Ibidem tradit eſſe qui ἀργεστὴν dicant νότον ἀπὸ Ἄργους εἰς Τρωάδα πνέοντα, quos ait ἐκ συνηθείας, dicere. Ariſtot. Meteor. 2. 6. ait Euro contrarium eſſe ἀργέστην. Strabo lib. 1. citat ex Iliad. λ. hos verſus.

Ὅς ῥ' ὁπότε Ζέφυρος νέφεα συνελίζει
Ἀργέστεω νότοιο βαθεῖαν λαίλαπα τύπτων.

Vide ibi Caſaubonum. Vitruvius 1. 6. *Circa Favonium Argeſtes, & certus temporibus Eteſiæ.* Plin. 2. 47. ab occaſu ſolſtitiali flare ſcribit, Heſychius, Ἀργέσαι, οἱ ἐτήσιοι.

Argo, navis in qua Jaſon cum 54 heroibus Theſſalis Colchos navigavit. De nominis ratione variant etymologi. Sententiæ eorum ad ſex claſſes revocari poſſunt. *Primò*, Nonnullis dicta videtur ab Architecto, cujus nomen *Argos*: de quo Val. Flac. lib. 1.

——*Ad charum Tritonia devolat Argum;*
Moliri jubet hunc puppim & dimittere ferro
Robora.——

Diodor. Sic. lib. 4. Τὸ δὲ ναῦν Ἀργὼ προσαγορευθῆναι διὰ τὸν ναυπηγὸν μυθολογοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ σκάφος ἀργαλεωτάτως Ἄργου. Vide Hyginum in *Argo*. *Secundò*, Alii ſic vocatam volunt, quòd ſecum *Argivos* tulerit, quod ſentire videtur M. Tullius Tuſcul. Qu. lib. 1. *Et eas anguſtias*, inquit, *per quas penetravit ea quæ eſt nominata Argo, quia Argivi in eâ delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis.* Quæ poſtrema verba ex poetâ aliquo antiquo (uti ſæpiuſculè in his libris ſolet) deſumpſit. *Tertiò*, Quidam à velocitate ejus ſic dictam arbitrantur. Diod. Sic. ubi ſupra. Ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν ἀπὸ τῆς περὶ τὸ τάχος ὑπεροχῆς, ὡς ἂν ἁπάντων ἀργαλεωτάτου ὄντος. Unde Catullus.

Auſi ſunt vada ſalſa citâ decurrere puppe.

Et Pindarus in Pythiis ἐπέπνευσε δοῦρα Ἀργοῦς χαλινόν. Quanquam ἀργὸς quoque Græcè dicitur tardus. Hinc jocus Martialis lib. 3. ep. 67.

At vos tam placidas vagi per undas
Tutæ luditis otium carinæ.
Non nautas puto vos ſed Argonautas.

Quartò, Pherecydes Syrus apud Lazarum Bayfium tradit eam ſumpſiſſe nomen ab *Argo* Phryxi filio. *Quintò*, Alii à texturâ ducunt, Hebraicè ארג *ereg*, inter quos eſt Hieremias Hoelzlinus notis ad Apollon. lib. 1. Sanè Catullus de hujus navis fabricâ.

Pinea conjungens inflexæ texta carinæ.

Ad quem locum ſic illuſtris Scaliger. Texere naves veteres dicebant, à quo, locus, ubi naves fabricantur, *Textrinum* dicebatur, auctor Servius in ſchedis nondum vulgatis. Qu. Ennius.

Idem campus habet textrinum navibus longis.

Hoc eſt, ναυπήγιον. Sic τὸ ὕφη νεῶς dixit Archimelus poeta in navem Hieronis.

Ἄκρων γὰρ ἅψει κερχνόσας, ἢ πειρίκλυτος
Θέρσιλος μεγάλων ἐντὸς ἔχει ὑφέων.

Malè enim apud Athenæum νεφέων. Ovidius.

Texitur & coſtis panda carina ſuis.

Sil. Ital. *Flumineam texit, quâ tranſvehat agmina, claſſem:* Idem lib. 11. *Æratas juſſi texamus mille carinas.* Panegyriſtes ad Maximinianum *ut navalia texerentur, ut trabes cæderentur*; ubi navalia dixit pro navibus. *Sexto*, Bochartus ὁ μέγας à longitudine ſic dictam ſuſpicatur. Gaulis (brevibus ratibus ſcilicet inquit, puto Phœnices oppoſuiſſe) מספן ארכא naves *arca*, vel *arco*, ut Syri efferunt, id eſt, naves longitudinis, ſeu quod idem eſt, naves longas; ac inde factum, literis G & C permutatis, quod paſſim ferè fit, ut navis *Argo* appellaretur, quæ prima fuit longa navis apud Græcos, qui uſque ad Jaſonem & Argonautas, ſolum rotundis navibus utebantur. Plinius, lib. 7. cap. 56. *Longa nave Jaſonem primum navigaſſe Philoſtephanus author eſt.* Et Apollonii Scholiaſtes, lib. 1. de *Argo* nave. Ταύτην δὲ φασι πρώτην ναῶν γένεσθαι μακρῶν. Et Herodotus circa initium, lib. 1. de Argonautis, Καταπλώσαντες γὰρ μακρῇ νηῒ ἐς Αἶαν τὴν τοῦ Κολχέος καὶ ὅπι Φάσιν πλαύειν. Quinquaginta remiges eam habere refert Apollodorus, i. e. 25. ab unoquoque latere, unde ſequitur longam fuiſſe cubitorum minimùm quinquaginta, ſi ſingula interſcalmia fuerint δικαιότατα, prout definit Vitruvius, lib. 1. cap. 2. Quinimò longior fuit, ſi Theocrito credimus, à quo in *Hyla* prædicatur πεντηκοντόζυγος Ἀργώ, id eſt, 30. *jugorum*, ſive *ſcalmorum*. Lignum, ex quo contecta fuit, pinum volunt Catullus, & Seneca. Hic,

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas,
Phaſidos ad fluctus, & fines Æetæos.

Ille in Medeâ. *Benè diſſepti fœdera mundi*
Traxit in unum Theſſala pinus.

Quibus adde Horatium Epod. Od. 17.

Non huc Argoo contendit remige pinus.

Et Ovidium in Epiſt. Hypſipyles.

Quid mihi cum Minyis, quid cum Tritonide pinu?

Et Lucanum, lib. 6.

Prima fretum ſcindens Pagaſæo littore pinus
Terrenum ignotas hominem projecit in undas.

Et Statium in Achilleide.

Olim equidem Argoos pinus cum Theſſala reges
Huc veheret.——

Orpheus ex fago factam innuit, itemque Apollodorus, loco paulo poſt adducendo; hoc autem de parte ejus vocali ſolummodo intelligendum; quam ex robore factam fuiſſe ſignificat. Iſacius in Lycoph. Λελιγμένην εἶχε τὴν ἐκ τῆς Δωδώνης δρυός. In hoc omnes conſentiunt, factam eſſe ex arboribus Dodonæ ſylvæ, quibus olim oracula reddebantur. Unde & Poetæ comminiſcuntur navem ipſam fuiſſe vocatam.

Apollonius, lib. 4.——Αὐτίκα δ' ἄφνω
Ἴαχεν ἀνδρομέη ἐνοπῇ μεσονυκτὸς θεούσῃσιν,
Αὐδὴν ἐν γλαφυρῇ νηὸς δέρυ, τόρρ' ἀνὰ μέσσην
Στεῖρα Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Sen. in Medea.——*Ipſaque vocem*
Perdidit Argo.

Val. Flac. 1. *Fatidicamque ratem.*

Claud. in Panegyr.——*Rurſuſque locutæ*
In te Chaoniæ moverunt carmina querçus.

Argonautæ, Heroes, qui cum Jaſone in Argo navi Colchos profecti ſunt ad diripiendum vellus aureum; Sunt qui dicant fuiſſe duo & quinquaginta numero, alii addunt quatuor. Numerantur autem ab Apollonio, Orpheo, & Val. Flac. lib. 1. Quorum ſecundus 50. numero fuiſſe innuit, verſ. 298.

Ὅς τότε γ' αὐτὸς ἔνισπεν Ἰήσονα κοίρανον εἶναι
Πεντήκοντ' ἐρέτῃσιν ἀνὰ τεσσερσὶ τε καὶ ὑκλοῖ.

Ultimus vero, lib. 7.

Quinquaginta Aſiam, pudet heu, penetravit Iaſon
Exulibus——

Stat. Theb. 5.

Quinquaginta illi trabibus de more revinctis
Eminus abrupto quatiunt nova littora ſaltu.

Elogia illorum ſparſa plurima apud Poetas Græcos & Latinos paſſim occurrunt. Pindaro Pyth. Od. 4. dicuntur ναυτῶν ἄωτος, *flos nautarum*, ſicut & Theocrito Idyll. 13. θεῖος ἄωτος Ἡρώων. Et Virg. Ecl. 4.

——*Erit altera quæ vehat Argo*
Delectos heroas.——

Eidem Theocrito ἀριστῆες *principes*, ſive *optimates*, ut & Apollodoro 1. Bibl. ἀριστῆες. Ovid. Pont. 1. 5.

——*Primos telluris Achivæ*

Vocat. A Catullo *Lecti* dicuntur, itemque ab Apollonio Argon. 4. Λεκτὸς ἡρώων. Statius in Achilleide *Argoos reges* dixit. Pari laude eos inſignivit Val. Flaccus, lib. 1.

——*Preſſam ſub regibus alnum.*

Iterum——*Video noſtro tot in æquore reges*

Et rurſus *Turba ducum.* Altius Catullus.

Heroes ſalvete Deûm genus.

Apollonius, lib. 1.

Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον σύλον.

Et lib. 3. Ἀθανάτων υἷες. Sen. in Medeâ.

Decus illud ingens Græciæ, florem inclytum,
Præſidia Argivæ gentis, & prolem Deûm.

Et Manilius, lib. 1. apertè *Deos* vocat.

Servando Dea facta Deos. Denique Val. Flaccus de iiſdem. *Divûm progenies*——

Ac iterum——*Reges Diis genitos.*

Argus, Areſtoris filius, unde *Areſtorides* Ovidio dicitur Met. lib. 1. *Donec Areſtoridæ ſervandam tradidit Argo.* Apollodorus, lib. 2. de Argo ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρίστορος λέγει εἶδον, Φερεκύδης δὲ Ἰνάχου. Idem tamen alibi Agenoris filium facit. Παντόπτης Græcis dicebatur, quòd totus oculis ſcateret. Hunc poetæ fabulantur, à Junone conſtitutum fuiſſe cuſtodem Iûs Inachi filiæ, à Jove in juvencam commutatæ; quem poſtea Mercurius Jovis juſſu interfecit, oculis ejus fiſtulæ ſono conſopitis. Ovid. 1. Met.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inque ſuis vicibus capiebant bina quietem,
Cætera ſervabant, atque in ſtatione manebant.

Plautus in Aululari.

Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Juno cuſtodem addidit
Is nunquam ſervet.

Prop. lib. 1. eleg. 3.

Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis
Argus ut ignotis cornibus Inachidos:

Macrobius, lib. 1. cap. 19. Fabulam ita interpretatur, ut Argus

gus Cœlum ſit, Io terra, Mercurius Sol, Juno autem oculos ejus avi ſuæ, h. e. pavonis caudæ, inſeruit. Ovid. ubi ſupra.

Excipit hos, volucriſque ſuæ Saturnia pennis
Collocat; & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Argus, Evandri hoſpes, vide *Argiletum*.

Argus, canis Ulyſſis, vel hic ſaltem memorandus, quòd ſolus dominum viceſimo demum anno domum redeuntem agnoverit. Hom. Odyſ. 17. verſ. 300.

Ἔνθα κύων κεῖτ' Ἄργος ἐνίπλειος κυνοραϊστέων.
Δή ποτε γ' ὡς ενόησεν Ὀδυσσέα ἐγγύθ' ἐόντα,
Οὐρῇ μὲν ὁ ὄγ' ἔσηνε, καὶ ἄατα κὰβαλεν ἄμφω.

Argynnis, Venus, ab *Argynno* puero ab Agamemnone amato, qui cum frequentius nataret in Cephiſo fluvio periit, quo in loco ſepelivit eum Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos, id eſt, turpitudinis ſuæ templum conſtruxit. Prop. 3. 6.

Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas,
Quæ notat Argynni pœna natantis aquæ.

Ubi alia edit. *Argini pœna minantis*. Turnebus, c. 33. l. 26. Adverſ. conatur hos verſus explicare. A Polluce Ἄργυνος vocatur, à Stephano Ἄργυνος, à Plutarcho Ἄργης, in libro quo bruta uti ratione docet; aitque Agamemnona perluſtraſſe totam Bœotiam perveſtigando eum puerum, qui ſe fugiebat, eique moræ prætexebat adverſos ventos; ac demum ſe in lacu Copiade abluit, ſi forte ardorem ſuum unà eluere poſſet. Hæc ille: Martialis 7. 14. ad *Arginnum* puerum:

Quis puer hic nitidis adſiſtit Hyantidos undis?
Et fugit ad dominam Naida? nunquid Hylas?
O benè quòd ſylva colitur Tirynthius iſtâ,
Et quod amatrices tam prope ſervat aquas!
Securus licet hos fontes Arginne miniſtres
Nil faciunt Nymphæ, ne velit ipſe, cave.

Hæc fabula recitatur à Stephano in Κήφισος, ut nos monet Parrhaſius, qui Stephani integro codice uſus eſt, nam vulgo eâ parte mutilus circumfertur.

Argyra, nympha, cujus amore cum Selenius torqueretur, obiit ejus nimio deſiderio, & à Venere in cognominem fluvium mutatus eſt, cujus aquam amantibus prodeſſe ad amoris remedia, veterum fuit opinio. Pauſan.

Argyraſpides, ſic dicebatur Macedonica quædam legio à *clypeis argenteis*. Qu. Curtius, lib. 6. *Poſt phalangem Argyraſpides erant.* Τάγμα τὸ στρατιωτικὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου, Heſychio dicuntur. Horum meminere Arrianus & Athenæus, lib. 12.

Argyropylus, Imperator Conſtant. qui Zoæ uxoris, & Michaelis Paphlagonis ejus adulteri dolo, inter balnea aquis ſubmerſus eſt. Bapt. Egnatius.

Ariadne, vel *Ariadna* Minois, Cretenſium regis, ex Paſiphae filia, Theſeum, cujus amore detinebatur, per filum è Labyrintho extricavit, eumque redeuntem in patriam uſque ad Naxum inſ. inſecuta eſt; quo loco à perfido Theſeo relicta, ac lugens, Libero Patri nupſit, à quo donata eſt coronâ Cnoſſiâ 7. ſtellis adornatâ. Poſtremò à Dianâ dicitur ſagittâ percuſſa, quòd virginitatem non ſervaſſet. Catullus in Argonauticis (quem vide) ubi de Theſeo.

Inde pedem victor multâ cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui veſtigia filo.

Vide Ovid. Epiſt. 10. Statius in Sylvis.

——*Non talem Creſſa ſuperbum*
Callida purpureo revocavit Theſea filo.

Prop. 3. 17. Bacchum alloquens.

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.

Ovidius 5. Faſtorum. ——*Baccho placuiſſe coronam*
Ex Ariadnæo ſidere noſſe potes.

Catullus. *Ex Ariadnæis aurea temporibus*
Fixa corona foret.

Propertius. *Teſtis ſidereæ torta corona Deæ.*

Virg. Georgic. 1.

Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronæ.

Habuerunt ex Arato. Sin enim ille.

Αὐτῆς κεκλῖνθαι στέφανον, ἢ ἀγαυὸν, ἔθηκε
Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσον ἀποιχομένης Ἀριάδνης.

Arideus, Philippi nothus Alexandri frater, cui ſucceſſit, Juſt. 9. 8. quamvis ab Alexandro præteritus, lib. 12. 15. Nominatur pro ſucceſſore à Meleagro, recuſatur à Ptolemæo, lib. 13. cap. 2. Rex tamen appellatur à militibus, ibidem. Tandem vero necatur ab Olympiade, lib. 14. cap. 7. Lege *Aridæus*.

Aridices, philoſophus, de quo ſic Macrob. Sat. 7. 3. Quum Regis libertus ad novas divitias nuper evectus, Philoſophos ad convivium congregaſſet, & irridendo eorum minutulas quæſtiones, ſcire ſe velle, dixiſſet, *cur ex nigrâ & albâ fabâ, pulmentum unius coloris edatur? Aridices indigne ferens; Tu nobis*, inquit, *abſolve, cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignantur?*

Aries, primum Zodiaci ſignum, quod Sol ingrediens 4 Idus Mart. Æquinoctium vernum efficit. Fabulantur autem Poetæ hunc illum ipſum eſſe Arietem, qui aureo vellere inſignis Phryxum per Helleſpontum trajecit, Hellem vero ibidem ſubmerſit. Ovid. Triſt. 4.

Impoſitamque ſibi qui non bene pertulit Hellen
Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Manilius, lib. 4. ——*Teſtis tibi laniger ipſe,*
Cùm vitreum findens aurato vellere pontum,
Orbatumque ſuâ Phryxum per fata ſorore,
Phaſidos ad ripas, & Colchida regna revexit.

Ovid. in Epiſt. Leandri.

Invideo Phryxo, quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Alii autem eum eſſe malunt, qui Libero Patri in Libyæ deſertis ſibi laboranti fontem oſtendit. Vide Cæſii Cœlum Aſtron. pag. 21.

Arietbus, Tegeates laudatur ab Hygino in Poet. Aſtron. ubi vocat eum *hiſtoriarum ſcriptorem*, niſi corrigendum *Arietbous*, quod verum putat Voſſius, qui addit, Sanè & *Arietbous*, Κορυνήτης legere eſt apud Pauſan. in Arcadicis. Atqui fallitur vir maximus, ſi hiſtoricum putet, quem Pauſanias memorat. Nam rex fuit hic & bellicoſus, cui *Corynetæ* cognomen fuit à clavâ, quâ in pugna utebatur, Κορυνήτης, inquit, διὰ τὸ ὅπλον. Hom. Iliad. η.

Τὸν δ' ἔχων ὤμοισιν Ἀρηϊθόοιο ἄνακτος,
Δίου Ἀρηϊθόου, ὃν ἐπίκλησιν Κορυνήτην
Ἄνδρες κίκλησκον, καλλίζωνοι δ' γυναῖκες,
Οὔνεκ' ἄρ' ἀ τόξοισι μαχέσσατο, δουρὶ τε μακρῷ,
Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας.

Male itaque Κορυνήτης legit Voſſius.

Arignote recenſetur inter fœminas præclaras à Clem. Alex. Strom. 4. ac memoriæ prodidiſſe res geſtas à Dionyſio Tyranno.

Armienes, Perſis Vejovis dictus, ſive malus Genius. Heſychius Plutonem intelligit: Ἀρειμάνης ὁ Ἅιδης παρὰ Πέρσαις.

Ariobarzanes, Cappadociæ rex, Pompeio in bello Pharſalico favit. Pop. Romani amicus fuit, & à Cicerone cum toto regno ſervatus, Lib. 9. ad Att. Horat. Ep. 1. 6.

Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex.

Ariobarzanem Cappadociæ regem videtur tangere velle, de quo Tullius, Epiſt. 1. Lib. 6. ad Atticum. *Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius*, &c. Quater nempe rex ille regno expulſus, totieſque reſtitutus. Appianus in Mithridaticis, Dio lib. 35. Plut. in Lucullo, Juſt. lib. 38.

Ariobarzanes, Darii militiæ præfectus, cùm per mediam aciem Macedonum, cum multo ſuorum, atque hoſtium ſanguine erupiſſet, Perſepolim urbem regiam occupare feſtinans, à cuſtodibus urbis excluſus, cum omnibus fugæ militibus, renovato prælio cecidit. Qu. Curtius, lib. 5.

Arion, Methymnæus citharœdus, & poeta Lyricus, ex Leſbo inſ. Floruit Olymp. 28. Scripſit cantica circiter verſuum 2000. Dicitur & Tragici carminis primus inventor fuiſſe, & chorum inſtituiſſe, ac Dithyrambicum carmen ceciniſſe. Suidas. Hujus hiſtoriam Ovid. in Faſtis, & Gellius, lib. 16. ac Ælianus de Animalibus referunt. Charus fuit Periandro, Corinthiorum tyranno, cujus auſpiciis in Italiam profectus, grandem pecuniam ex arte ſua promeruit; cumque iterum Lesbon peteret, videretque ſibi inſidias à ſociis parari propter opes, quas ſecum adferebat, nautas oravit, ut carmen aliquod priuſquam moreretur, concinere permitterent, quòd cum impetraſſet, ſumptâ citharâ modulans è navi in mare ſe conjecit; ſed à Delphine allecto ejus cantu, dorſo exceptus, Tænarum (quod oppidum eſt Laconiæ) vectus eſt, antequam nautæ illuc appuliſſent: & ibi relicto Delphine Corinthum petiit, omnemque rem geſtam Periandro enarravit: qui tamen illius verbis minimè credidit, donec etiam hiſtoriam à nautis compertam habuerit. Vide Lucianum Dial. cujus titulus Ποσειδῶν καὶ Δελφίνες. Virg. Ecl. 5.

Orpheus in Sylvis, inter Delphinas Arion.

Dubitaverunt multi, hæc fabulane fuerit, an vera hiſtoria? Plinius in veram hiſtoriam inclinat; ait enim, *Quæ faciunt ut credatur Arionem quoque citharœdicæ artis*, &c. Vide eum lib. 9. cap. 8. Idem quoque ſentire videtur Ovidius, ubi ait,

Inde fide majus, tergo Delphina recurvo
Se memorant oneri ſupposuiſſe novo.

Ejuſdem ſententiæ quoque fuit Pauſanias in Laconicis. Nam poſt ſignum Arionis Delphino inſidentis, tanquam veritatem firmaturus, ſubjicit hiſtoriam aliam delphini alterius. Indicat hoc ipſum Apuleius, lib. 6. *Accedes antiquis & ipſe miraculis. Credemus enim exemplo tuæ veritatis, & Phryxum arieti ſupernataſſe, & Arionem delphino inſedisſe, & Europam tauro ſupercubaſſe.* Propertius, lib. 2.

Sed

Sed tibi ſubſidio Delphinum currere vidi,
Qui puto Arioniam vexerat ante ratem.

Sil. lib. 11.

Altera turbatum plectro moderata profundum
Et tenuit phocas & in omni Proteâ formâ
Traxit & æquorco portavit Ariona dorſo.

Mart. 8. 5.

Sic Methymneo gaviſus Arione delphin,
Languida non tacitum per freta vexit onus.

Dio Chryſoſtomus Orat. 37. non ſolum rem narrat, ſed addit nautas illos, qui facinus aggreſſi ſunt, fuiſſe morte mulctatos, cùm res in queſtionem duceretur. Firmant hanc veritatem quæ de voluptate Delphinorum erga Muſicam paſſim leguntur, & caſus ille, quo Enalus adoleſcens in mari ſervatus eſt à delphinis, eodem pene modo, quo *Arion*, de quo vide Plut. Sympoſ. Quid quod veram hiſtoriam, non fabulam eſſe, Joſ. Scaliger aſſerit animadverſ. in Euſeb. pag. 79. Quæ hactenus dixi videntur ſtare pro hiſtoriâ. Contrà ad fabulas rejicit Gellius; ait enim *Fabulam ſcripſit Herodotus ſuper fidicine illo Arione.* Et Strabo lib. 13. *Arion, quem Herodotus in Tænarum ſervatum fabulatur.* Ovid. 3. Art. Amand.

——— *Arioniæ fabula nota lyræ.* Sed,

Quod mare non novit, quæ neſcit Ariona tellus?

Verba ſunt Ovidii Faſt. 2.

Arion, equi nomen, quem princeps Oenus quidam, ſecundus Hercules, ab eo Adraſtus Argorum Imperator habuiſſe traditur. Hic equus eſt ille, quem primum omnium ejus generis Neptunis percuſſa terrâ tridente produxiſſe fingitur: quò Claudianus reſpiciens Panegyr. de 4. Conſ. Honorii verſ. 555. canit.

Si dominus legeretur equis, tua poſceret ultro
Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion.

Apollodorus, lib. 3. Ἀδρᾶστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρείων, τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ εἰκαδεῖσα Ἐρινύι κατ' ἔρωτα συνουσίαν. Hic explicandus, Ovid. Met. 6.

Et te flava comes frugum mitiſſima mater
Senſit equum ——————

Prop. lib. 2.

Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion,
Triſtis ad Archemori funera victor equus.

Stat. de equo Domitiani.

Hunc & Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion.

Idem Tbeb. lib. 6. —*Dum, non cohibente magiſtro,*
Spargitur in gyros, dexterque exerret Arion.

Idem Ibidem.

Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne jubæ. ———

Hunc equum dono dedit Adraſto Neptunus, uti ſcribit Probus. Vide Pauſan. in Arcadicis, ubi de eo plura.

Heſiodus in Ασπ. Ηρακλ.

Ἦρως δ' Ἰόλαος διοτρεφὲς ὑκὰπ πηλῷ
Τρομίνη τρηχεῖα, σὺ ὡς δ' πέρ ῥ' ἥδε διΐφρων,
Ὡς κ' νῦν μίγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτην.)
Πάντα ἀναρρωσᾶν κ' ἀρηγέμεν ὥς κε δύνηαι.

Jo. Tzetzes.

Ἀρείων ἵππος, ὃν ἔλαβεν ὕστερον Ἄδρηστος. Ὅμηρος.

Οὐκ εἰ κεν μετόπισθεν Ἀρείονα δῖον ἐλαύνῃς
Ἄδρήστου παρὰ ἵππον.

Οὗτος κ' Ἀρκάδος, ὅτε ἐγυνᾶτο ὁ Ἡρακλῆς, τῷ Ἀρείωνι φασὶν ἵππῳ κεχρῆσθαι, ᾧ ἐπυχόμενος Ἄδρηστος ἐν τῇ Θήβαις ἐξέφυγεν. Ἀρείων, ἵππος Ἡρακλέους. Cererem ei matrem dat Apollodorus, tamen in Enyûs formam commutatam, cum Neptunum pateretur, lib. 3. Ἄδρηστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρείων. Τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ, εἰκαδεῖσα ἐρυννύι κατ' ἔρωτα συνουσίαν. Aliter de eo Antimachus, quem auctorem Græcæ Thebaidos, & quidem tam celebrem, ut Cenſorum primatum judicio ab Homero primus fuerit in Heroicâ Poeſi, quam parvi fecerit Papinius, apparet ex verſibus ejuſdem apud Pauſaniam, lib. 8.

Ἄδρηστος Ταλαῦ υἱὸς Κρηθηΐδαο
Πρώτιστος Δαναῶν ὑπερμενέῳ ἤλασεν ἵππῳ
Καιρόν τ' κεράινον κ' Ἀρείονα Θελπουσαῖον,
Τὸν ῥα τ' Ἀπόλλωνος κλυδὼν ἔλσιος Ὀγκηΐοιο
Αὐτῇ γαῖ' ἀνέδωκε, σέβας Θηπτοῖσιν ἰδέσθαι.

Pauſanias, Δύναιτο δ' κ', ἀναφύντι ἐκ γῆς τῷ ἵππῳ ἐκ θεᾶς ἢ ἐξ τὸ γένος, κ' αἱ πτέρυγες αἱ πρὸ ὀλίγου ἐοικέναι κυανῷ. Eo Epitheto ornavit Arionem etiam auctor incertus Thebaidis:

Εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρείονι κυανοχαίτῃ.

Sequitur apud Pauſaniam, Λόγῳ δ' κ' τοιάδε, Ἡρακλέα πολεμοῦντα Ἠλείοις εἰπεῖσαι παρ' Ὄγκῃ ἢ ἵππον, κ' ἐλεῖν ἢ Ἠλυδὸν τῷ Ἀρείονι ὀχούμενον ἐς τὰς μάχας. δοθῆναι δ' ὑπὸ Ἡρακλέους ὕστερον Ἄδρήστῳ ἢ ἵππον. Ἐπὶ τούτῳ δ' ἐς ἢ Ἀρίονα ἐποίησεν ὁ Ἀντίμαχος.

Ὅς ῥα ποτ' Ἄδρήστῳ πειπάτῳ γ' ἕδμηθ' ὑπ' ἄνακτι.

Hunc equum in ſuis ſtabulis Nereides marinæ nymphæ educarunt. Claud. de Qu. conſul. Honor.

Si dominus legeretur equis, tua poſceret ultro
Verba, Nereidum ſtabulis nutritus Arion.

Unius ex Erinnybus ſobolem fuiſſe aſſentitur Apollodoro Heſychius Lexicographus: Ἀρείων, ὁ ἵππος Ποσειδῶνος υἱὸς, κ' μιᾶς τῶν ἐρινύων. Intercedit autem Qu. Smyrnæus Harpyiæ patronus, cujus fuerit potius feminio oriundus patre Zephyro, ingratiis etiam Neptuni, lib. 4.

Καὶ νύ κεν ἐσυμένους ὑξ Ἄρεος ἀιόλος ἵππος
Νίκησεν μαλὰ πόλλον, ἐφιζομένη Σθενέλοιο
Εἰ μὴ ἀρ' ὀξήρπαζε δρόμῳ, πιδίον δ' ἀφίκανε
Πολλάκις. ὧδέ μιν ἔθλος ἐὼν Καπανῆος υἱὸς,
Κάμψαι ἐπάδην ἐθέλεσκεν, ἐπεὶρ' ἔτι νῆις ἀέθλων
Ἵππος ἔην, γενεῇ δ' μάλ' ἐ κακὸς, ἀλλὰ θοῦριο
Θειότερον γένος ἔσκεν Ἀρείονος, ὃν τέκεν ἵππων
Ἀρπυῖα Ζεφύρῳ πολυηχέϊ φέρτατον ἄλλων, &c

Heſychius, Ἀρείων, ὁ ἵππος Ποσειδῶνος υἱὸς κ μιᾶς τῶν ἐρινύων. Vide Barth. ad Theb. 6. p. 458.

Arioviſtus, Germanorum rex, bello clarus ac potens, numeroſas habuit copias, vel hoc unico argumento, quòd à Cæſare victus, octaginta ſuorum militum millia amiſerit. De hoc multa Cæſar. lib. 1. de bello Gall. Itemque Dio Caſſius lib. 38. Meminit ejus quoque Tacitus lib. 4. Hiſt. nec non Plutarchus. Arioviſtum autem dixiſſe videtur Cæſar, qui Germanorum linguâ dicebatur *Erneſt*, i. e. *Severus*. Aventinus. Angli eam vocem adhuc retinent. Camdenus.

Ariſtænetus, Conſul temp. Honorii Imperatoris *Ariſtæneti* cujuſdam ſcriptoris meminit Steph. in Γέλα, ubi citat primum lib. περὶ Φασηλίδα. *Ariſtæneti* epiſtolas amatorias primus edidit Sambucus An. Dom. 1566. Altera editio emendatior & auctior prodiit Pariſiis Gr. Lat. M. VIC. Fuit etiam *Sancti* nomen, cujus mem. B. Paulus ad Rom. cap. 16.

Ariſtæus, Philadelphi tempore vixit, ſcriptor jam olim laudatus Joſepho, Ant. 12. 2. Tertulliano in Apol. cap. 12. Epiphanio lib. de pond. & Hieronymo præfat. in Pentateuchum. Meminit etiam Euſebius, cùm alias, tum lib. 9. Præp. Evang. Ἀριστέας inquit, ἐν τῷ γεγράφηται βιβλίῳ περὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν παρ' Ἰουδαίων νόμων. Extat hodieque liber ſub Ariſtæi, ſeu Ariſteæ nomine de Tranſlatione Legis per 72. Interpretes, ſed eum genuinum videri negat Lud. Vives in Auguſt. lib. 18. de Civ. Dei, cap. 42. Scio vivi in eo refragari cùm alios non paucos, tùm Perionium Obſervationibus in B. Juſtini Paræneſin ad Gentes; tum Card. Bellarm. lib. de ſcript. Eccl. Sed Ludovico accedunt Leo Caſtrius & Alphonſus Salmero. Et profectò levia non ſunt, quæ pro hâc ſententiâ adfert Jos. Scaliger Animadverſ. in Euſeb. ad an. 1734. Ipſum adi. Voſſius.

Ariſtæus, Apollinis, ex Cyrene filiâ Penei regis Arcadiæ filius; hic deinde in Arcadiâ regnavit. Hunc primum apum & mellis uſum, lactiſque coagulum demonſtraviſſe, uſumque olei, & alia quamplurima adinveniſſe refert Juſtinus, lib. 13. Fabulam vero ſic poetæ commenti ſunt. Ariſtæum Eurydicen Orphei adamaſſe, quem illa fugiens à ſerpente occiſa eſt, in cujus ultionem nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris exilium imploravit, quæ illum ad oraculum Protei perduxit, à quo infortunii cauſam edoctus, Eurydicen ſacrificiis placare juſſus eſt; quod cum faceret, tauroſque 4. totidemque juvencas immolaret, ingens apum multitudo à bobus erupit, atque hoc pacto apes ſuas recuperavit. Virgilius Geo. 4.

Hic vero ſubitum, ac dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt: liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes utero, & rupeis effervere coſtis:
Immenſaſque trahi nubes: jamque arbore ſummâ
Confluere, & lentis uvam demittere ramis.

Meminit ejus Oppian. lib. 4. Cyneg.

Μύελα δ' ἄχαυλων βιοτῶν ἐδιδάξατο φῶτων.

Quæ mox explicans ait, illum primum omnium pecuariam informaſſe, oleum expreſſeſſe, coagulo lac compegiſſe & abſolvit.

——— Καὶ ποτὶ σίμβλης
Ἐκ δρυὸς ἀείρας ἀγγαὰς ἐνίκλασε μελίσσας.

Schol. in Apol. lib. 2. Argon. Ἀρισταῖος δ' ἐν τῇ Καὶῳ εὑρὼν τὰ μελισσουργικὰ πρῶτος, κ ἢ ἐλαίᾳ κατεργασίαν, κ κατακαλεσάμενος τὴν Ἐτησίας, Διὸς Ἀιστῶος ἐκλήδη, κ Ἀπόλλωνος Ἄκρος κ Νόμιος. Et Apollonius ipſe, lib. 4.

Κύρη Ἀιστάιοιο μελίφρονος, ὅς ῥα μελισσῶν
Ἔργα, πολυκμήτοιό τ' ἀνθέρεπτο πίαρ ἐλαίης.

Interpres etiam Pindari in Pyth. ait Ariſtæum primum omnium inveniſſe κτηνοσοφίαν, κυνηγίαν, ἐλαιουργίαν, μελισσουργίαν. Id ipſum latè ſcribit Nonnus Dionyſiac. lib. 15. Hyginus Thebarum regem facit. Quædam etiam ſuggerunt Interpretes aliqui ex Germanico Cæſare in Phænomenis Arati. Tu vide, ut Juſtinus adducto loco conformet fabulas Ariſtæi ad veritatem hiſtoriæ. Multa, quæ de illo ſcribuntur ab Interprete

prete Apollonii, ut non neceſſaria, omitto; magnam partem illorum retulit Nat. Comes Myth. l. 5. c. 19. Ovid. l. 1. Faſtorum.

Flebat Ariſtæus quòd apes cum ſtirpe necatas
Viderat inceptos deſtituiſſe favos.

Solinus vult Ariſtæum poſt Noracem & Sardum in Sardiniâ regnaſſe, & ſejuges aptea populos in unum congregaſſe. Ariſtoteles contra primum omnium in Sardiniâ imperaſſe tradit Ariſtæum, quum ea inſula tota, multis & grandibus avibus teneretur: Τὸν Ἀρισταῖον δέ φασι μαντικώτατον εἶναι, ὅτι καὶ ἄλλων τόπων τῶν ἀρχαίων μυθολογοῦσιν, ὡσὰν μεγάλων ἀγώνων ἔμφορον καὶ πόλεων κατοχωμένων. Salluſtius apud Servium dicit Ariſtæum cum Dædalo in Sardiniam tranſiiſſe. *Hic poſt laniatum à canibus Actæonem Thebas reliquit & Ceam inſulam tenuit primo hominibus adhuc vacuam: poſt eâ relictâ cum Dædalo ad Sardiniam tranſitum fecit.* Addit Servius huic opinioni refragari Pindarum, qui canit eum de Ceâ inſulâ in Arcadiam migraſſe, ibique vitam coluiſſe, & apud Arcadas pro Jove cultum. Apoll. Rhodius è contra Ariſtæum Arcadiâ relictâ Ceon tenuiſſe, & ibi Jovis *Icmæi* templum ſtatuiſſe ſcribit, lib. 2. Argonaut.

Ariſtagoras, hiſtoricus, nomen ſibi peperit Ægyptiacis ſuis, quorum primi libri Steph. meminit in Τάχομψος, ſecundi autem teſtimonio utitur in Νικὶς κώμη. Ἀπλῶς quoque hoc opus nominat in Ψεδᾷ, non addito libri numero. Idem volumen ſignat Ælianus de Anim. 11. 10. Inter alia hoc in opere, de Pyramidibus egit, teſte Plinio 36. 12. Porro Laertius in Chilone meminit Ariſtagoræ Mileſii, quem, quia Chilon unus è ſeptem ſapientibus brevitate gauderet, hunc loquendi morem Χειλώνιον appellaſſe ait; ſed Mileſius hic, idemne ſit cum ſuperiore, non ſatis habeo compertum. Voſſius. Item *Ariſtagoras* præfectus exercitûs Darii contra Græcos. Herod. lib. 5. Alius Mileti tyrannus, qui contra Darium rebellavit, ſuaſu Hiſtiæi. Idem ibidem.

Ariſtander, ſcripſit de portentis; citatur à Plin. l. 17. c. 25.

Ariſtarchus, Grammaticus Alexandrinus, oriundus è Samothraciâ, patre itidem Ariſtarcho. Floruit Olymp. 156. ſub Ptolemæo Philometore, cujus etiam filium erudit. Scripſit commentarios ſupra mille; diſcipulus fuit Ariſtophanis Grammatici, Ἀλεξανδρεὺς τῇ διαίτῃ, φύσει δὲ Σαμόθρᾳξ, uti loquitur Suidas. Deceſſit in Cypro, ſeipſum cibi abſtinentiâ necans, ob morbum hydropicum, ætatis ſuæ 72. Filios genuit Ariſtarchum & Ariſtagoram, ambos ſtultos. Suidas. Diſcipulos circiter 40. reliquit; æmulumque, & adverſarium habebat Cratetem Malloten, Grammaticum Pergamenum. Ælianus tradit eum tam caſtigato fuiſſe judicio, ut Homeri verſus non putaretur, quem ipſe non probaret. Unde etiam *Ariſtarchos* hodie vocamus alienorum ſcriptorum cenſores. Ovid. Pont.

Corrigere at res eſt tantò magis ardua, quantò
Magnus Ariſtarcho major Homerus erat.

Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. ep. 11. *Ut enim Ariſtarchus Homeri verſum negat, quem non probat: Sic tu (lubet enim mihi jocari) quod diſertum non erit, ne putaris meum.* Et ad Atticum. 1. 9. *Ego varia meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere.*

Horatius ad Piſones.

Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit,
Fiet Ariſtarchus.——

Mendum obiter è Suidâ in Ἀμμώνιος tollendum, cum Ammonium Saccum Origenis & Plotini familiarem, atque magiſtrum, qui ſub Commodo vixit, Ariſtarchi Scholæ præfectum jam ante Auguſti tempora fuiſſe refert. Videtur ſanè ob tantum temporis intervallum, lacuna ibi eſſe, propter quam poſteriora verba, ὃς καὶ διδάξασε τὸν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ τῶν μαγγάνων τὸν Ἀυγοῦστον à prioribus ſeparanda, ac de altero Ammonio Grammatico intelligenda. Alius *Ariſtarchus* Chronographus epiſtolam hiſtoricam reliquit de Athenarum ſitu & rebus ibi geſtis, temporibus Apoſtolorum; inque his de vitâ Dionyſii Areopagitæ. Voſſius de Hiſt. Gr. p. 333. Item *Ariſtarchus* Tegeates, poeta Tragicus, qui Æſculapio pro receptâ ſanitate tabulam vovit. Docuit Tragœdias 70. vicit duabus, ultra annum centeſimum vixit. Suidam ſis adi. Fuit etiam *Ariſtarchus* Epheſi tyrannus, & alius Mathematicus. Suidas. Denique alius Macedo Act. 27. & Coloſ. 4.

Ariſthus, res Arcadicas prodidit. Dionyſ. Halic. lib. 1.

Ariſtides, Athenienſis, nobilitate & juſtitiâ inſignis, qui cum Themiſtocle diſſenſit, ut Cato cum Cæſare. Ὃς καὶ δικαῖος ἐπεκλήθη, ἀλλ' ἐθέλησε, hoc eſt, *Qui non videri, ſed eſſe voluit optimus*; quemadmodum Æſchyli hunc verſiculum populus Athenienſis accommodavit, atque adeo Δίκαιος, i. e. *juſti* cognomen ei tribuit. Hujus autem juſtitiam non ferens Themiſtocles, exilio eum damnari curavit: Sed anno ferè ſexto revocatus ac reſtitutus eſt, cùm Xerxes Atticam adoriri ſtatuiſſet, uti Cornelius Nepos auctor eſt in ejus vitâ. Sed anno tertio id contigiſſe Plutarchus in ejuſdem vitâ teſtatur: at Schottus in Chronologiâ id quarto anno factum oſtendit. Tandem vero cum multas præfecturas geſſiſſet, in tantâ paupertate obiit, ut vix tantillum pecuniæ corradi potuerit, quæ veſpillonibus, & vilibus cadaverum funeratoribus daretur.

Ariſtides, Locrenſis à muſtela morſus moritur. Ælian. Var. Hiſt. 14. 4.

Ariſteas, Proconneſius genere, emicuit Cyri & Crœſi temporibus. Theogoniam ſcripſiſſe dicitur, Suidæ verbis, καταλογάδην εἰς ἔπη, *Oratione ſolutâ ad verſus mille*. Sic interpres habet Æmylius Portus, quem ſequitur Voſſius de Hiſt. Gr. lib. 1. Nec aliter ſonat ea vox apud veteres quoſdam, præcipuè Plutarchum, qui ἐν λέξει καὶ καταλογάδην junctim locat. At ſequens vox ἔπη reclamat, quæ in pedeſtri ſermone non verſum, h. e. ſcripturæ proſaicæ lineam, ſed metrum notat, & ſanè metri ſpeciem Heroicam: unde diſtincti ab Iambicis & Melicis Epopœi. Adeo ut utrobique Ariſteas etiam in ſuâ Theogoniâ fuerit Epicus, vel Hexametrorum Dactylicorum poeta; ſicut clariſſimè fuit in illâ ſuæ Arimaſpidos tribiblo, propter verſus inde quoſdam Gnomicos de Navigationis miſeriâ productos à D. Longino περὶ Ὕψους cap. 8. Itaque aliter ſonat Suidæ vox καταλογάδην, nempe *per modum Catalogi*, i. e. nominibus nudè tantùm recenſitis: non παρεμπλοκῇ λόγου, cum fabuloſæ hiſtoriæ intertexturâ; qualiter Heſiodus Theogoniam ſuam ſcribit. Κατάλογος propriè eſt *directa & continua ſeries nominandi, pronunciandive*; unde transfertur interdum ad orationem ſolutam, quaſi liberè laxeque profluentem, nec certis metrorum legibus, & modulationis recurſu illigatum. Hinc elegantiſſimè ex veteri & veriori ſcripturâ apud Apuleium in Floridis dicitur *oratio proſâ* h. e. *proorſa*, recta uſque procedens, non conversâ modulatimque recurrens. Hinc per vulgarem ſyncopam *Proſa*, *Proſaicus*. Heſychius Mileſius, cognomento Illuſtris, Ἀειζήλε τῷ Περιηγητῇ φασι τὸν Ἰωνικὸν ἐξενεγκεῖν ὅτι ἐβούλετο καὶ ἐπαινέσαι πάλιν; Sed Herodotum haud ſatis clarè tranſcribit; lib. 4. cap. 13. Ubi Ariſteas Cauſtrobii filius ex Proconneſiorum nobilitate primariâ ſcripſiſſe dicitur Ἀεσμάσεια carmina, præſtigioſus exertim poeta, ποιῶν ἐπέα, *verſificator*. Utpote admirationis excitandæ gratiâ, profectus ad Iſſedonas, Arimaſpis proximos, veniſſe Φοιβόλαμπτος γενόμενος, h. e. *à Phœbo inſtinctus*. Vide Henr. Jacobii Orationem Inauguralem, pag. 54. & Voſſ. Hiſt. Gr. 1. 1. Item 4. 2. Alius *Ariſteas* fuit Stratonicenſis, de quo Pauſan. lib. 5. Orationes 54. in quibus præter alias egregias ſententias, hæ duæ ſunt auro contra non caræ: Πάντα λῆρος πρὸς τὸ πείθειν τοὺς ἀκούοντας. Et, ὃ γὰρ ἂν ὅπως ἀναγκάσωσιν ἀμφιτίνοντες.

Ariſtides, philoſophus è civitate Adrianorum Myſiæ; Smyrnæ docuit, & advenienti forte M. Antonino principi ejus omnium non proceſſit obviam; eoque modo in cognitionem & amicitiam Imp. venit. Philoſtratus.

Ariſtides, pictor Thebanus, Apellis tempore, qui omnium primus animum pinxit, & ſenſus, ac perturbationes expreſſit. Plin. 35. 10. Fuit alius *Ariſtides* Samius, Varroni in Hebdomadibus citatus, ut Gellius indicat, lib. 3. cap. 10.

Ariſtides, Athenienſis philoſophus Chriſtianus eloquentiſſimus ſub priſtino habitu volumen noſtri dogmatis rationem continens Adriano Principi tradidit. Hieronymus.

Ariſtides Mileſius, celebratur à Plut. frequenter in Paral. min. Nomen ſibi comparavit libris rerum Sicularum, Italicarumque, teſte eodem Plutarcho. Nec dubito quin idem ſit *Ariſtides*, qui Perſica compoſuit, quorum ex primo quædam refert Plut. ubi ſupra. Fortaſſis idem *Ariſtides* eſt, quem in commentario de Cnido advocat Pindari Schol. in Od. 3. Pyth. Idem condidit Mileſia, vel Mileſiaca, quæ ἀκόλαστα βιβλία, ſive laſcivos libros appellat Plut. in Craſſo. Illud enim opus non geſtas Mileſiorum res, ſed amatorias quaſdam, atque laſcivas narrationes continebat. Ovid. Triſt. 2.

Junxit Ariſtides Mileſia crimina ſecum;
Pulſus Ariſtides nec tamen urbe ſuâ eſt.

Ita vulgo quidem legitur; tu autem, quomodo legendum ſis, vide Tanaquillum Fabrum. Epiſt. 3. pag. 12.

Ariſtippus, Cyrenæus, Socratis auditor; cum Epicuro de voluptate ſenſit. Primus quæſtu philoſophatus eſt, & cum Xenophonte ſimultatem habuit, & à Diogene *Canis regius* appellatus eſt, quòd Dionyſio, ac aliis divitibus ventris gratiâ adularetur. Horatius.

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Ariſtippus; ſi ſciret regibus uti,
Faſtidiret olus.——

Is dicebat lautiorem victum nulli eſſe impedimento ad benè vivendum. Habuit ingenium ad omnia, pro tempore, loco, & perſonâ ſimulanda omnino promptum, quamobrem Dionyſio inter cæteros charus fuit. Et ut præſentibus voluptatibus libenter fruebatur, ita & abſentes facile contemnebat. Cum in Græciam philoſophandi causâ proficiſceretur, juſſit ſervos aurum projicere, ut expeditiores ad iter capeſſendum eſſent. Hor. Serm. 2. Sat. 3.

——*Quid*

——*Quid ſimile iſti*
Græcus Ariſtippus? qui ſervos projicere aurum
In mediâ juſſit Libyâ, quia tardius irent
Propter onus ſegnes.——

Voluptatem bonorum, dolorem malorum finem conſtituit. Cæteras ſcientias excluſit, illud ſolum utile putans, ut quæras, ſi quid domi mali, aut boni contigit. Summum bonum poſuit in leni motu ad ſenſum emanante, id eſt, in voluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanſerunt, à præceptoris patriâ *Cyrenaici* vocabantur. Tradunt Platonem dixiſſe ſoli Ariſtippo & Chlamyden, & pannum ferre datum eſſe. Horatius, lib. 1. ep. 17.

Omnis Ariſtippum decuit color & ſtatus & res.

Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib 4. cap. 8. Alius hoc nomine Argivorum tyrannus fuit, de quo Plut. in Arato.

Ariſtippus, Philoſophi nepos ex filiâ Metrodidacte. Hic in navigio ob tempeſtatem expalleſcens, interrogatus, quare, cùm philoſophus eſſet timeret? reſpondit, Non eandem ſibi, & interroganti cauſam eſſe? quoniam is non eſſet magnopere ſollicitus pro animâ nequiſſimi nebulonis, ipſum autem pro Ariſtippi animâ timere.

Ariſtippus, hiſtoricus, Arcadiæ hiſtoriam ſcripſit. Laert. lib. 2. ubi de quatuor Ariſtippis loquitur.

Ariſto, Argius palæſtrita, apud quem Plato exercitatus eſt, & ab eo propter egregium corporis habitum *Plato* cognominatus, cùm prius *Ariſtocles*, ex avi nomine vocatus eſſet Diog. Laert. l. 3.

Ariſto Alexandrinus, philoſophus Peripateticus, qui de Nilo ſcripſit. Ejus mem. Strabo. lib. ult. Ἀρχέσιος (inquit) δὲ μιμήσασθαι πειρασάμενος καὶ ἡμᾶς τὸ περὶ τῆς Νείλου βιβλίον, Εὐδωρόν τε καὶ Ἀείσωνα, ἃ ἐν τοῖς περιπάτοις. Addit deinde, iiſdem prope verbis utriuſque librum eſſe perſcriptum; ut alter neceſſario ſit plagiarius: ſed uter ab altero ſit ſuffuratus, id eſſe dictu difficile: ab Eudoro quidem accuſari hoc nomine Ariſtonem; ſed dicendi genus magis eſſe Ariſtonum. Eſt vero Ariſto hic ſextus ordine ex his, quos hujus nominis Laertius recenſet in Zenone. Ubi alterum etiam nominat Ariſtonem Peripateticum, ſed Ceum; quippe Julietem. Eſt autem Julis, civitas in inſulâ Ceo; Porro ſimilitudo nominis inter Ariſtonem Ceum, & Ariſtonem Chium, qui Zenonis Cittiei auditor fuit, fecit, ut multa Ariſtonis Cei Peripatetici, tribuerentur Hriſtoni Stoico. Nam ex tam multis, quæ Laertius commemorat, ſolæ epiſtolæ verè erant Ariſtonis Chii: cætera fuerunt Ariſtonis Cei, Peripatetici: ut Laertius tradidit ex Panætio & Socrate. Sed ſi non aliud dicit Strabo, quam Peripateticum Ariſtonem eſſe auctorem libri de Nilo: Laertius autem docet, duos fuiſſe Ariſtones Peripateticos, Alexandrinum unum, alterum Ceum: unde conſtat Alexandrinum potius ejus operis eſſe patrem, quàm Ceum? Nempe, ut ita ſentirem, impulit, quòd veriſimile videretur de fluvio Ægyptio egiſſe potius hominem Ægyptium, quam de Ægæi maris inſulâ. Sed ſcrupulum injicit Schol. Apollonii in 4. Argonaut. ubi Ariſtonis Chii de Nili origine ſententiam inter alia adfert. Nempe vulgarem quidem ſecutus ſententiam, *Chium* & *Ceum* confundit. Ariſtoni Chio quoque tribui ſolet liber ἐρωτικῶν διατειβῶν quem Ariſtoni Ceo Peripatetico aſſignat Athenæus libb. 10. & 13. ubi vocatur ἐρωτικὸς ὅμοια; ſecunduſque ejus operis adducitur. Meminit ejus Plut. de Iſ. & Oſ. ubi laudatur Ἀείσων ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίαν. Item Laertius in Heraclito, ubi citat Ἀείσωνα ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου. Ejus κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων citat Schol. Ariſtoph. Νεφέλ. Schol. Apollonii, & Phavorinus in Λαμπύριον, in quibus duobus poſterioribus locis κτίσεις pro δήσεις rectè legit Rutgerſius Var. lect. 1. 18. Scripſit præterea de Zenonis Dogmatibus, teſte Laertio, lib. 7. De Demoſthene Theophraſti judicium ex Ariſtone Chio profert Plut. parall. Demoſthenis; Sed hoc ex Ariſtonis libro περὶ τῶν Ῥητόρων petitum arbitratur Jonſius. De morte Demoſthenis itidem ex Ariſtone locum adfert Plutarchus ubi ſupra. Sed πολλοὶ δὲ Ἀείσωνες uti loquitur ingenioſiſſimus Lucianus in Lexiphane. Titi *Ariſtonis* eruditionem ſummè admiratur Plin. lib. 1. Ep. 2. à quo alius Claudius *Ariſto* Epheſiorum princeps apud eundem, lib. 6. Epiſt. 31. Fuit & *Ariſto* Pellæus; ſed qui Hadriani demum tempore, aut poſt, vixerit. Ex eo quædam de poſtremâ Judæorum rebellione, quæ ſub Hadriano contigit, refert Euſebius Hiſt. Eccleſ. 4. 6. & Nicephorus Calliſtus 3. 24. Denique *Ariſto* Epheſius fuit, qui genus fœmininum peroſus, cum aſinâ concubuit, ex eoque concubitu genita eſt puella, cui à *cruribus aſininis* nomen *Onoſcelæ* inditum eſt. Plut. in Paral.

Ariſtobula, Diana à Themiſtocle ſic dicta, qui Athenis ei templum erexit, quòd in Perſico tumultu rebus Græciæ ſalutaria protuliſſet conſilia. Cæl. Rhod. 10. 5.

Ariſtobulus, Ariſtobuli filius inter comites Alexandri fuit, & de rebus ab eo geſtis hiſtoriam perſcripſit, teſte Arriano initio, lib. 1. cujus & Plut. ſæpe mem. in Alexandro; multaque ex illo de rebus Indicis adfert Strabo, lib. 15. Non dubium vero (inquit Cl. Voſſius) quin idem ſit, quem *Caſſandreum* cognominat Plut. in Demoſthene; Item Lucian. in Macrobiis, ubi ait eum ultra 90 annos vixiſſe. Plut. lib. de flum. citat primum Ariſtobuli librum *de lapidibus*. Si quis eundem putet, non video, ut refelli poſſit. Fortaſſis & idem eſt, cujus libros *de rebus Italicis* citat Plut. in Parall. Min. cap. 32. At alius eſt *Ariſtobulus* Judæus, philoſophus Peripateticus, ut eum vocat Clemens Alex. lib. 1. Strom. Scripſit explanationem in Moſem, eamque Philometori Ptolemæo dicavit. Euſeb. lib. 9. Præp. Evang. Ἀριστόβουλος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Φιλομήτορα· quæ Trapezuntius vertit *Ariſtobulus in primo apud Philometora*, cum deberet, *in primo eorum quos ad Philometora ſcripſit*. Fuit etiam nomen quorundam regum Judææ, de quibus vide Joſephum.

Ariſtoclea, formoſiſſima puella, quæ rem divinam factura nuda eſt à Stratone viſa, qui in eam exarſit, antea etiam à Calliſthene adamatam. Ipſo vero nuptiarum die, in amantum manibus diſcerpta eſt, quorum poſtea alter ſibi manus intulit, alter aufugit, nec unquam poſtea viſus eſt. Plut. in Amator. Narrat.

Ariſtocles, Meſſenius Peripateticus συνέταξε περὶ φιλοσοφίας βιβλία ἕνδεκα, καταλέγει δ' ἐν τούτοις πάντας φιλοσόφους, καὶ δόξας αὐτῶν. Immediate enim hæc cohærere debent in Suidâ voce Ἀεισταλῆς. Sextum ejus operis librum citat idem Suidas in Σαπάδης. Septimum vero Euſebius, & ex eo egregia fragmenta ſervat, lib. 15. Præp. Evang. cap. πῶς χθ, ubi de adverſariis Ariſtotelis agit. Et quæ ex Lycone de Ariſtotele ibi Ariſtocles adduxit, eadem ex Ariſtocle, non tamen citato libro, adducit Theodoretus. Serm. 8. 12. Octavum operis ejuſdem librum laudat idem Euſebius, & multa inde adfert, lib. 14. Præp. Evang. cap. ἄλλοι δὲ & ſeqq. Quibuſdam Alexandri Aphrodiſæi præceptor fuiſſe dicitur, quòd ſi ita eſt, jam de ejus ætate conſtaret. Fuit & *Ariſtocles* Rhodius, Grammaticus; ut in proœmio Erotianus teſtatur. Alter, an neuter, eſt *Ariſtocles*, qui paradoxorum libros ſcripſit? Ex iis quædam Stobæus narrat Sermone de vituperatione Veneris. Ælianus quoque de Animal. 11. 4. refert Ariſtoclis neſcio cujus cœtaſtichon de bove; quem, cùm vix decem viri domare poſſent, una ſacerdos ſolâ aure prehenſum ad aram deduxerit. *Ariſtocles* Lampſacenus Stoicus, ſcripſit libris quatuor enarrationem eorum, quæ Chryſippus tradidit de ratione ſingulorum dicendorum, & cogitandorum. Item *Ariſtocles* hiſtoricus cujus Clemens meminit, lib. 6. Στρωμ. quemque ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν citat Plut. in Paral. Hunc ſuâ ætate vixiſſe diſertim dicit Strabo, lib. 14. quo loco de illuſtribus viris Rhodiis tractat. Meminit ejus, ſed ut Grammatici, Varro, lib. 9. de LL. ubi definitiones ejus obſcuras vocat. Ejuſdem vero ut rhetoris Rhodii, mentionem facit Dionyſ. Halic. in Dinarcho. Etiam περὶ ποιητικῆς ſcripſiſſe, Ammonius indicat de Differ. Verb. voce Ἐπικίδιος. Alius forte eſt *Ariſtocles* muſicus, cujus meminit Athenæus. Apollonii ad *Ariſtoclem* ſententiam laudat Stobæus, Serm. 20. qui eſt de irâ. Vivebant autem quidam *Apollonius* ad *Ariſtocles* ſub Euergete 2. Itemque ſub Auguſto, & tandem ſub Antonino Pio, ut incertum ſit qui Apollonius & Ariſtocles hic intelligantur. Ad *Ariſtoclem* Phrynichus librum ſcripſit, teſte Photio Eclog. 158. *Ariſtocles* etiam Platonis nomen, priuſquam à magiſtro ſuo *Plato* appellaretur.

Ariſtoclides, Orchomenii tyrannus, qui cùm Stymphalide virgine potiri non poſſet, primò patrem ejus de medio ſuſtulit, deinde & virginem ipſam, quæ ad aras confugerat, multis vulneribus confodit. Quamobrem in eum univerſa Arcadia bellum ſuſcepit, virgineſque necem tyranni morte ulta eſt.

Ariſtocrates, civis Rhodius, qui quòd plurimùm dignitatis, ſtrenuitatiſque præ ſe ferret, civium omnium conſenſu belli dux electus eſt; in quo ſpem ſuorum egregiè fefellit, ut qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne apparuerit, & omnino alius, quàm primâ fronte promiſerat. Suidas.

Ariſtocrates, quidam in quarto Λαχωνικῶν citatur ab Athenæo, lib. 3. Item Spartanorum rex, qui hoſtes donis ſolebat corrumpere.

Ariſtocreon, terrarum ſitum deſcripſit. Plinius 5. 9. & 6 30.

Ariſtocritus, innotuit commentario ſuo de Mileto, ex quo opere undecima eſt Parthenii hiſtoria in Eroticis. Plin. 5. 31. tradit ex eo, ut Samos inſula aliquando dicta ſit Melamphyllos. Meminit etiam ejus Apollonii Schol. in lib. 2.

Ariſtodemus, Cumarum tyrannus, cognomento *Malacus*, i. e. *mollis*, cujus furores deſcribit, Plut. lib. 1. *de rebus geſtis illuſtrium mulierum*. Cæterum de Ariſtodemo vide Dionyſ. Halicarnaſſeum. Item *Ariſtodemus* Niſæus, filius Menecratis, quem Strabo dicit ſe juvenem vidiſſe ſenem. Alius, ſuperioris ἀνεψιὸς, ſive conſobrinus Magni Pompeii filios erudit; mane Rhetoricam, meridie Grammaticam docuit. Strabo. Fuit & *Ariſtodemus* ὁ Ἀλεξανδρεύς, qui aliquot libris *de Pindaro* egit, quorum tertium citat, Athen. lib. 10. Eundem laudat Schol. Pindari ad Olymp. 9. Pyth. 3. Iſthm. 1. & Nemeon.

meon. 7. ubi ὁ Ἀεισάρχῃ μαθητὴς dicitur. Item Ἀεισόδημος ὁ Ἠλεῖος, cujus mentio apud Harpocrationem in Ἑλλανοδίκαι. Difficile igitur eſt dicere cujus *Ariſtodemi* ſit collectio fabularum, de quâ Plut. in Paral. Min. cap. 35. ubi ex tertiâ congerie narrat, ut Helena, cùm immolanda eſſet ad averruncandam Lacedæmone peſtilentiam, aquilæ beneficio fuerit liberata. Item cujus fuerint Θηβαϊκαί; quorum primum citat Apollonii Schol. in 2. Argon. Aut Γυῖα ἀπομνημονεύματα; quorum ſecundum librum adducit Athen. lib. 6. 8. 13. Aut μυθικὴ συναγωγὴ, ex quâ quiddam narrat, Plut. in Par. Min. c. 35. Atq; idem judicium eſto de libris *Ariſtodemi* περὶ διημάτων, quorum mentio eſt apud Clem. Alex. in primo Στρωμ. Idem de epitome *Ariſtodemi* τῇ καθόλου Ἡρωδιανῆς περὶς Δαναὸν, de quâ Suidas. Meminere *Ariſtodemi* etiam Varro, lib. 9. de LL. Tert. de An. cap. 46. necnon Euſeb. lib. 1. Χρονικῶν; ubi *Ariſtodemum* de Olympiadum initio conſentire ait cum Polybio. Voſſius.

Ariſtogenes Cnidius, vel Thaſius, medicus, ſervus Chryſippi philoſophi, famam adeptus eſt ex curatione Antigoni Gonatæ, Macedoniæ regis, cui libros de arte ſuâ dedicavit. Suidas.

Ariſtogiton, orator Athenienſis, impudens, ex quo *Canis* vocatus eſt ab Athenienſibus. Scripſit apologiam ad Demoſthenem ducem contra Timotheum, ad Lycurgum contra Demarchum. Item *Ariſtogiton* & Harmodius liberatores tyrannidis Piſiſtrati, quibus ſtatuæ in foro ab Athenienſibus poſitæ. Suidas.

Ariſtolaus, Pauſiæ filius & diſcipulus, ſeveriſſimus pictor, cujus opera nonnulla commemorat Plinius.

Ariſtomachę, uxor Dionyſii Syracuſani, itemque Dionis. Plut.

Ariſtomachus, Athenienſis ſcriptor. Plin. 13. 23. Item vir, qui amore opum ſic flagravit, ut duodequadraginta annis nihil aliud fecerit. Plin. 11. 9.

Ariſtomenes, Athenienſis Comicus, inter ſecundos antiquæ Comœdiæ, flor. Olymp. 88. Cognomentum habuit Συεφοποὺς i. e. *januarum fabricator*, ut eſt apud Suidam, ubi aliqui malunt τυεφοποὺς, *caſeum conficiens*.

Ariſtomenes, qui ad Helleſponti oram recuperandam à Dario miſſus erat, à claſſe Macedonum ex Græciâ accitâ, captis, aut demerſis navibus ſuperatur. Qu. Curtius, lib. 4.

Ariſtomenes, Meſſenius, Athenienſium dux juſtiſſimus, uti ſcribit Hieronymus, victis Lacedæmoniis & nocturna ſacra celebrantibus rapuit de choris ludentium virgines 12, & totâ nocte gradu concito fugiens, exceſſit de finibus Spartanorum. Cumque eas comites ejus vellent violare, monuit, quantum potuit, ne hoc facerent, & ad extremum quoſdam non parcentes interfecit, cæteris metu coercitis. Redemptæ poſtea à cognatis puellæ, cùm *Ariſtomenem* viderent reum cædis fieri, tamdiu ad patriam non ſunt reverſæ, quamdiu ad Judicum advolutæ pedibus defenſorem pudicitiæ cernerent abſolutum. Tantâ calliditate fuit, ut Lacedæmoniorum ſæpe urbem ingreſſus, & aliquando captus, atque in vincula conjectus, clam aufugerit; quod cùm tertiò feciſſet, tandem occiſus eſt; cujus, exſecto corpore, inventum eſt cor piloſum.

Ariſton, Ætolorum dux; Item ſculptor, cujus meminit Plinius, & J. C. apud Gellium. lib. 11. cap. 18.

Ariſtonautæ, Pellenæorum navale. Pauſanias.

Ariſtonicus, Eumenis regis filius, Aſiam invaſit. Juſtin. lib. 36. Item Methymnæ tyrannus. Quintus Curtius, lib. 4. Item Graminaticus Alexandrinus, Ἀειστόνικος ὁ καθ' ἡμᾶς dicitur Straboni, lib. 1. Scripſit περὶ τῆ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μουσείου, è quo Sopater duodecimum Eclogarum ſuarum librum confecit, teſte Photio Eclog. 161. Scripſit librum quoque in Theogoniam Heſiodi, & de nominibus, ſive conſtructione apud Homerum. Item hiſtoricus Tarentinus, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 4. p. 506. Denique Eunuchus quidam, de quo Suidas.

Ariſtonides, ſtatuarius inſignis, qui cùm Athamantis ſororem Learcho filio præcipitato reſidentem, ejuſque pœnitentiam vellet exprimere, ferrum & æs miſcuit, ut ferri rubigine per nitorem æris relucente exprimeretur verecundiæ rubor. Plin. 34. 14.

Ariſtonus, Præfectus Pæonum equitum Alexandri, vir bellicoſiſſimus & prudens. Qu. Curtius 9. 5. 10. 6.

Ariſtonymus, poeta Comicus ſub Philadelpho, præfuit Regiæ bibliothecæ poſt Apollonium. Veniens tandem in ſuſpicionem quòd ad Eumenem transfugere cuperet, in cuſtodiâ per aliquot annos fuit; tandem vero liberatus, mortem non multo poſt obiit. Athenæus.

Ariſtophanes, poeta Comicus, Philippi filius ex Lindo Rhodi op. ortus, inventor tetrametri, in carpendis hominum vitiis liberrimus. Cum Socrate inimicitias exercuit, quem in *Nubibus*, ut juventutis corruptorem egregium acerrimè inſectatur. Vide Suidam. Per excellentiam *Comœdiæ poeta* ab ipſo etiam magno Perſarum regé cognominatus. In eò ſunt omnia linguæ Atticæ ornamenta, quem ſub pulvinari ſuo, cùm dormitum iret, ſervare ſolitum ferunt B. Chryſoſtomum. Comœdias ſcripſit 54. ex quibus 11. adhuc extant. Hic veteris Comœdiæ, quæ magnâ libertate inſectata vitia eſt, princeps longè, ſicut Menander novæ fuit: Ita tamen, ut illi adjungendi Eupolis & Cratinus ſint, huic vero Philemon ac Diphilus comites addendi. Vellejus, lib. 1. *Una, neque multorum annorum ſpatio diviſa ætas per divini ſpiritûs viros, Æſchylum, Sophoclem, Euripidem illuſtravit Tragœdias: una priſcam illam ac veterem ſub Cratino, Ariſtophane, Eupolide, Comœdiam: ac novam Comicam Menandrus, æqualeſque ejus ætatis magis quam operis, Philemon ac Diphilus, & invenere intra pauciſſimos annos, neque imitanda reliquere.* Quintil. lib. 10. cap. 1. *Plures ejus* (antiquæ Comœdiæ ſc.) *auctores: Ariſtophanes tamen, & Eupolis, Cratinuſque præcipui.* Horat. lib. 1. Sat. 4.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poetæ,
Atque alii quorum Comœdia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multâ cum libertate notabant.

Perſius Sat. 1.

Iratum Eupoliden prægrandi cum ſene palles.

Id eſt, cum *Ariſtophane*, inquiunt interpp. quem ſenem vocat ob monendi, increpandique partes, quas ſuſtinet in fabulis. Sic *ſenem* Horatius vocat *Lucilium*, non propter ætatem; ſed propter gravitatem argumenti in quo ſe exercuit. Nam Lucilium annum ætatis 46 non exceſſiſſe ex Euſebii Chronico diſcimus.

Ariſtophanes, Byzantinus Grammaticus, Callimachum ſenem puer audivit, adultior vero Zenodotum, Dionyſium item Iambum, & Euphronida Corinthium magiſtros habuit, teſte Suidâ in Ἀειστοφάνης ubi Olymp. 145. γρά (non μα, uti vulgò legitur) vixiſſe dicitur. Anonymus ille aureâ ſuâ, & vere pretioſiſſimâ Olympiadum deſcriptione, quâ hiſtoriam mille annorum compendio nobis exhibet ad Olymp. 145. an. 1. Ἀειστοφάνης Βυζάντιος γραμματικὸς, υἱὸς Ἀπολλᾶ, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου ἐγνωρίζετο. Audivit quoque Eratoſthenem Callimachi diſcipulum, teſte Suida in *Eratoſthenes*, poſt defunctum ſc. ſub Euergete Callimachum. Juvenis cùm eſſet, Machone Sicyonio poetâ familiariter uſus eſt, teſte Athenæo 14. 23. ut ita hinc Machonis ætas cognoſcatur, neque ipſe inter incertæ ætatis poetas cum Voſſio habeatur. Laudat præter hunc *Ariſtophanem* Ægeum nummus quidam apud Goltzium in Theſauro. *Ariſtophanes* Borotus ἐν τῷ περὶ χρόνων Ἀρχόντων ἀναγραμμάτων apud Plut. lib. de Herodot. malign. narrat, non Leontiadem, quod Herodotus, lib 7. voluit, ſed Anaxandrum Thebanorum in Thermopylis ducem fuiſſe. Unde hic Hiſtoricis Græcis Voſſianis addendus videtur. Jonſius.

Ariſtophilides, Tarentinorum rex, Darii Perſarum regis tempore.

Ariſtophon, Comicus, qui Fabulâ Πυθαγορειστὴ Pythagoreos, eorumque inſtituta, & vivendi rationem veſticavit. Fragmenta ex eo nobis ſervavit Athenæus, lib. 6. cap. 9. & lib. 13. cap. 2. & Laertius, lib. 8. Ariſtophonta Rhetorem laudat Demoſthenes pro Cteſiphonte. Alius pictor fuit, de quo Plin. 35. 11. Nec non Athenarum civis, qui ſæpe gloriabatur, quòd nonagies quinquies accuſatus, ſemper evaſiſſet.

Ariſtor, Crotopi filius, pater Argi centoculi. Ovid. Met. 1.

Donec Ariſtoridæ ſervandam tradidit Argo.

Ariſtoteles, Chalcidenſis, de Eubœâ ſcripſit. Harpocration in Ἄργεσι. Et Schol. Apollon. in lib. 1.

Ariſtoteles, Stagirita, Philoſophus, Peripateticorum princeps. Septendecim annos natus, Athenas profectus, Platonis auditor fuit, qui præclariſſimum teſtimonium ipſi perhibuit adhuc diſcipulo: Cum enim forte in auditorium veniſſet, & *Ariſtotelem* deſideraſſet, protinus exclamavit. Ὁ νοῦς ἡμῶν ἦλθεν, & rurſus, Ἄρτιος ὁ ἀληθείας φιλόσοφος. Sane Tullius *neminem Ariſtotele doctiorem, neminem acutiorem, neminem in rebus inveniendis, vel judicandis acriorem* ſcribit. Idem judicium eſt Quintiliani, lib. 10. *Quid Ariſtotelem? quem dubito, ſcientiâ rerum, an ſcriptorum copiâ, an eloquendi ſuavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem?* Diſcipuli ejus *Peripatetici* dicti ſunt; de quorum nomine ſic Cic. Acad. 1. *Qui erant cum Ariſtotele Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo.* Idem tradit Laertius in *Ariſtotele*; qui & alias occaſiones addit. Heſychius quoque Ἡ δὲ Περιπατητικὴ φιλοσοφία ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν Περιπάτῳ, ἤτοι κίονι κατάξαι αὐτὸν Ἀειστέλη. Sed Ammonius in Categ. autor eſt, Platonem ipſum docuiſſe ambulantem: atque ab hoc primo Peripatetico, poſt ejus exceſſum, Xenocratis auditores vocatos Peripateticos ex Academiâ: *Ariſtotelis* autem *Peripateticos* ex Lyceo. Tandem vero *Xenocraticos*, nomine *Peripate-*

tici omisso, à loco solum dictos *Academicos*: & contra *Aristoteleos*, nomine loci præterito, ab actione solum vocatos *Peripateticos*. Parentes ejus fuere Nicomachus & Phæstis, quæ Laertio Phæstitis & Suidæ. Phæstis autem comprobatur hexametro Græco.

Φαιστίδος ὦ μηδὸς ἐγὼ Νικομάχε γενεήν.

Nicomachus autem genus ducebat à Machaone heroe, Æsculapii filio, unde *Aristoteles* dicitur fuisse τὸ ἀφ' Ἀσκληπιαδῶν γένος. Nicomachus ille fuit medicus Amyntæ regis, qui pater Philippi, avus Alexandri M. fuit. Olympiodorus in Gorgiam Platonis, & Ammonius, vel Damascius, vel alius in vitâ *Aristotelis*, à Nunnesio editâ, & Bessario, lib. 1. adversus calumniatorem Platonis, aiunt *Aristotelem* triennio audivisse Socratem; quæ est ἀνιστορησία. Nam Socratem constat obiisse an. 1. Olymp. 95. *Aristotelem* natum an. 1. Olymp. 99. ut minimum 15. anni intersint inter obitum Socratis, & nativitatem *Aristotelis*. *Aristotelis* autem ea laus est, quod non philosophiâ usus mythicâ, ut poetæ veteres; non symbolicâ, ut Pythagoras, & sæpe etiam Plato; sed apertam, ut quæ proprietate gaudeat verborum. Tria hæc philosophandi genera strictim complexus Simplicius in proœmio libri τῶν κατηγοριῶν, ubi de Arist. sic scribit, οὐδὲ μύθοις, οὐδὲ συμβολικοῖς αἰνίγμασιν, ὡς τῶν πρὸ αὐτοῦ τινες ἐχρήσαντο, ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἄλλου πεπαιδευμένῳ τὰ σαφέστατα προσήκουσι. Altera *Aristotelis* laus est, quod cæteris sit μεθοδικώτερος, ut qui accuratius definiat, ac dividat, meliorique omnia ordine pertractet. Nec dubium, quin hoc artificium Logicæ debuerit, quæ vere est, quod dicitur; nempe ὄργανον omnium artium ac scientiarum. Tertia ejus laus est, quod magis Platone excoluit scientiam naturalem; in quâ quantum præstiterit, monumenta ejus docent, præsertim ea quæ de Animalibus perscripsit. Quid multis? si non partem aliquam virtutum, sed totum philosophum consideremus, unus ille ingenii acie, ac varietate doctrinæ, eorum qui præcesserant, lumina tantum præstrinxerit, quantum Sol Lunæ, & siderum minorum. Luculenta ejus laus apud Cic. lib. 5. de Fin. etiam Plinius appellat *summum in omni scientiâ virum*. Galenus, lib. 2. de decretis Hippocratis & Platonis docet, nullam philosophorum sectam magis constantem, ac certam, ac magis suis principiis consentanea dicere. *Vir ingenio præpotens, atque doctrinâ præcipuus* dicitur Arnobio, lib. 3. Macrobius quoque non veritus dicere, *nihil tantum virum ignorare potuisse*. Eundem quoque *finem humani intellectûs* appellat B. Hieronymus, lib. 1. adversus Jovinianum. Vide & alia ejus elogia apud Cic. Tusc. & lib. 1. de Div. Plin. 8. 16. & 18. 34. Æl. Var. Hist. lib. 12. Lact. de Irâ c. 10. August. de Civ. D. 8. 12. Interim tamen *Aristoteles* ut *Quisque suos patitur manes*. Vide Wendel. Phys. lib. 1. c. 2. Platonis auditor fuit annos 20, à quo cum vivente adhuc recessisset, ludumque proprium instituisset, dicere in eum, ingratitudinem ejus notans, Plato consuevit, Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισε καθάπερ οἱ τὰ πωλάδια τὰς μητέρας. Meminerunt Laertius & Ælian. Var. Hist. 4. 9. Staturâ fuit non magnus, deformis præterea, gibbosus & balbutiens, quod ejus vitium amici tamen, seu adulatores potius imitati sunt, quemadmodum & humeros Platonis latos discipuli & amici ejus exprimere didicerunt. Narrat utrumq; Plutarchus in lib. de discrimine adulat, & am. Alexandri magni non familiaris tantum, verum etiam Præceptor per decennium fuit: ex quo magnas divitias consecutus est, earumque nomine malè audiit, ut ex Luciano cognosci potest. Videantur hâc de re Epistolæ & patris Alexandri Philippi, & *Aristotelis* ipsius, denique & Alexandri de benevolentiâ & gratitudine in eum, ut Præceptorem, suâ, cùm apud alios, tum apud Gellium. Nam & gratitudinis ejus signum hoc vel maximum fuit, quod Stagiram *Aristotelis* patriam, dirutam, ipsius causâ restituerit. Athenas, ex quibus à Philippo Macedone evocatus erat ad officium Præceptoris, decennio exacto, rediit, cùm in Asiam ad res gerendas Alexander sese recepisset, ibidemque annis totis 13. in Lyceo philosophiam professus est, de quâ libri ejus multi, magni, eruditi, diserti & graves extant. Ad Animalium historiæ descriptionem contulerat ei Alexander octingenta talenta, teste Athenæo, lib. 9. quæ summa est pecuniæ nostræ quadringenta & octoginta millia coronatorum. Libri illius ab imminenti interitu quomodo servati, ac tandem à Syllâ victore Romam translati Strabo, lib. 13. & Plut. in vitâ Syllæ exponunt. Vixit an. 63. Morbi cujusdam ejus Ælianus meminit; sed de mortis genere incertæ circumferuntur quorundam narrationes; inter quas illud de ænigmate, à piscatoribus ipsi propositio nugamentum est & somnium. Pudore & dolore, quòd naturam Euripi Chalcidensis explorare haud posset, mortuum, Justinus Martyr Parænesi ad gentes scribit: & profectum in Chalcidem, postquam ab Eurymedonte accusatus impietatis esset, clam, ibique diem obiisse, Diog. Laertius & Dionys. Halicarnassensis consentiunt, quorum posterior morbo mortuum esse diserè scribit, nihil de dolore commemorans. Sen. de Ot. Sap. *Aristoteles, ne damnaretur fugit*. Ubi Lipsius: Cum tredecim annos docuisset à morte Alexandri, impietatis accusatus ab Eurymedonte Sycophantâ, Chalcidem profugit: & poto aconito, vita aufugit. Idem Ep. 6. *Plato & Aristoteles & omnis in diversum itura sapientium turba plus ex moribus quàm ex verbis Platonis traxit*. Ubi, notante Lipsio, error aut calor scriptionis est. Aristoteles enim adeo non convixit Socrati, ut nec viderit quidem. Nam obiit Socrates 1. an. Olymp. 95. ut plerique, sive, ut Diodorus, 97. Atquin Aristoteles natus est an. 1. Olymp. 99. i. e. 7. post eum annis: quod præter Laertium Dionys. Agell. & Euseb. tradiderunt: quomodo ergo in convictu ei fuerit? Scio Ammonium in vitâ Aristotelem tradere de 3. annis quos cum Socrate egerit, & quod vigesimo deinde ad Platonem venerit, sed supino errore, & calculus annorum ipse Ammonii refellit. Grotii τὸ πάνυ de *Aristotele* judicium habes Proleg. de Jure B. & P. ut alios taceam. Primus omnium bibliothecam instituisse dicitur, teste Strabone, lib. 13. Syllogismorum, h. e. collectionum rationem invenit, nam antiqui interrogationibus quibusdam tantum utebantur. Septem alii fuere *Aristoteles*; Primus qui Athenis Remp. administravit; Secundus qui Iliaden Homeri descripsit; Tertius Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit; Quartus cognomento *Mythus*, Æschinis Socratici necessarius; Quintus Cyrenaicus, qui de Poeticâ scripsit; Sextus Pædotriba, cujus mem. Aristoxenus in vitâ Platonis; Septimus Grammaticus ignobilis, qui de pleonasmo scripsit. Laertius. Unum & viginti *Aristoteles* olim extitisse ostendit vir doctiss. Jo. Jonsius Dissertationum suarum primâ de Historiâ Peripateticâ. Idem postea undecim alios recenset de Script. Hist. Philos. l. 1. c. 12. quem sis consule. Vide quoque Voss. H. Gr. pag. 460.

Aristotimus, Epirorum urbem per tyrannidem occupavit & Hellanici industriâ quinto mense postea oppressus est. Justin. lib. 26.

Aristoxenus, Musicus illustris tempore Tulli Hostilii, 3. Romanorum regis. Vide Vossium de Scient. Math. p. 94. Tarentinus fuit, Mantineæ tamen agens; philosophus etiam fuit, primùm vero audivit Lamprum philosophum Erythræum, deinde Xenophilum Pythagoræum, postremò Aristotelem, cui morienti convitium dixit, quòd Theophrastum ei in Scholæ successione præponeret. Vide plura de eo apud Jonsium de Scrip. Hist. Ph. lib. 1. cap. 14. Itemque Voss. Hist. Gr. lib. 1. cap. 9. Distinguendus est autem ab *Aristoxeno* Selinuntio poetâ antiquo ante Epicharmi tempora: & *Aristoxeno* patriâ, & Philosophiâ Cyrenæo apud Athen. lib. 1. cap. 7. & Suidam in Ἀρίστ. & *Aristoxeno* medico Herophileo juxta Galenum, lib. 4. de differ. puls. c. 7. cujus librum 13. citat idem ibidem cap. 10. ubi Alexandri Philalethis discipulus fuisse dicitur. Porro *Aristoxenus* Cyrenæus ita delicatus in hortorum curâ fuit, ut vesperi lactucas mulso, & melle, & vino irrigaret, ut luxuriosius crescerent, & saporis essent præstantioris. Suidas.

Aristus, Salaminius res gestas Alex. M. consignavit. Vide Voss. Hist. Gr. p. 62.

Arius, Tarsensis commemoratur Sorano Ephesio in V. Hippocratis; ubi ab eo genealogiam Hippocratis scriptam prodit.

Armata, Venus à Lacedæmoniis culta fuit, de qua Lactantius. Cùm Messenios obsiderent Lacedæmonii, & illi furtim, deceptis obsessoribus, egressi ad diripiendam Lacedæmonem cucurrissent, à Spartanis mulieribus fusi, fugatique sunt. Cognitis autem hostium insidiis, Lacedæmonii insequebantur. His armatæ mulieres obviam longius exierunt, quæ cùm maritos suos cernerent parare se ad pugnam, quia putarent Messenios esse, corpora sua nudaverunt: At illi uxoribus cognitis, ex aspectu in libidinem concitati, ut erant armati permixti sunt utrique. Propter cujus facti memoriam, ædem & simulacrum Veneri Armatæ posuerunt. Ausonius de hâc re.

Armatam Venerem vidit Lacedæmone Pallas,
Nunc certemus ait, judice vel Paride;
Cui Venus, Armatam tu me temeraria temnis?
Quæ quo te vici tempore nuda fuit.

Armenidas, de rebus Thebanis egit; seu is historicus fuit, seu historicum argumentum poeta sumpsit; citatur ab Apollonii Scholiaste in lib. 1. ubi Vossius *Antimenidem* legi debere suspicatur. Sanè Antimenidæ etiam meminit Laertius in Socrate: ubi multas celebrium virorum contentiones recensens inter alia ait Pittaco fuisse contentionem cum Antimenide & Alcæo. Vide Lillium Gyraldum Dialog. 9.

Arminius, Germanorum Cheruscorum dux fortissimus, qui Varum cum exercitu suo delevit. Dio lib. 56. Plura de eo Tacitus Annal. 1. & 2. cujus fine hoc ei elogium tribuit: *Liberator haud dubie Germaniæ, qui non primordia Pop. Rom. sed florentissimum imperium lacessierit: præliis ambiguus, bello non victus.*

Arnobius,

Arnobius, in Africâ Rhetor, libros contra Gentes conscripsit, qui hodiè extant. Floruit circa annum Christi 330. auctore Hieronymo. Lactantii Præceptor fuit, teste eodem Hieronymo in his; *Septem libros adversus Gentes Arnobius edidit, totidemque discipulus ejus Lactantius, quos si legere volueris, dialogorum Ciceronis in eis epitomen reperies.* Quâ occasione hæc scripserit ex appendice Chronicorum Eusebii Pamphili apparet: *Arnobius in Africâ Rhetor clarus habetur, qui cum in civitate Siccâ, ad declamandum juvenes erudiret, & adhuc Ethnicus, ad credulitatem somniis compelleretur, ut ab Episcopis impetraret fidem, quam semper impugnaverat, elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem veluti quibusdam obsidibus impetravit.* Scripsit etiam, teste Trithemio in Psalterium, lib. 1. Item de Rhetoricâ Institutione, lib. 1. Commentarii in omnes Psalmos excusi primùm apud Frobenium. Item in aliquot Evangelistarum locos excusæ annotatiunculæ Basileæ. Extat liber adversus Gentes cum recensione Viri Celeberrimi, & integris omnium commentariis, Lug. Bat. 1651.

Arnoldus de Villâ Novâ, Hispanus, floruit A. D. 1250. Scripsit *contra corruptiones Ecclesiæ Romanæ*, ideoque tanquam hæreticus à Papa, ejusque conclavi condemnatus est. *Arnoldus* autem Germanis *Ernold* est, & sig. *Probum*, i. e. *Honest.* Camdenus.

Arphaxad, filius Sem. Gen. 10. i. e. *sanans*, vel *laxans*, à quo Chaldæi, ut quidam volunt; contra quos est Boch. Geogr. Sacr. 3. 4. *Arphaxad*, inquit, Assyriæ parti Arphaxitidi, quæ Ptolemæo Arrapachitis, videtur indidisse nomen. Nam quod Josephus & alii volunt Chaldæos olim ab eo dictos *Arphaxadæos*, merum somnium est. In Scripturâ *Chaldæi* perpetuo vocantur *Chasdim* à patre suo *Chesed*, vel *Chased* filio Nachor fratris Abrahæ, Gen. 22. Unde Hieronymus Traditionibus in Genesin, *Chased quoque quartus est, à quo Chasdim, i. e. Chaldæi postea votati sunt.*

Arria, Matrona Romana, vel Patavina, generis nobilitate, & pudicitiâ insignis, uxor Pæti, quæ, damnato viro, prior se gladio confodit, eundemque denique extrahens, viro tradidit, suo eum exemplo exhortans, ut fortiter moreretur. Mart. 1. 14.

Casta suo gladium, cùm traderet Arria Pæto,
Quem de vulneribus traxerat ipsa suis:
Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit,
Sed quod tu facies hoc mihi Pæte dolet.

Vide Tac. Annal. 16. Dionem, lib. 60. Plin. l. 3. ep. 16.

Arrianus, Poeta, cujus carminibus Tib. Cæsarem delectatum fuisse scribit Suetonius. Ejus autem opera Suidas commemorat, scilicet, metraphrasin Georgicorum Virgilii, Alexandraida, poema scilicet de rebus gestis Alexandri Magni, libris 22.

Arrianus, Nicomediensis, Philosophus, Epicteti discipulus fuit; Scripsit de Epicteti dissertationibus, qui extant, libros 4. Nam plures scripsisse, ex Gellio constat qui lib. 19. cap. 11. quintum laudat. Scripsit & alia præcipuè quæ ad Historiam pertinent, de quibus vide Vossium, de H. Gr. 2. 11. Ejus est, Σχολαστικὸν σε δεῖ γενέσθαι, τοῦτο τὸ ζῶον, ἃ πάντες καταγελῶσιν. Emicuit Romæ sub Adriano, & M. Antonino Principibus, à quibus ob literas honoribus Consularibus ornatus est. Verum de eo nos alibi, Deo volente, plura.

Arrius, Alexandrinus hæresiarcha, Arrianæ sectæ author, uti scribit Ruffinus, lib. 10. Contra hunc Augustinus & alii scripserunt. Hic, dum suam hæresin, quâ Filium ab æterna Patris substantiâ conabatur abducere, passim disseminasset, acriusque serperet, & eundo vires acquireret ipsa contagio, suæ tandem impietatis pœnas luit. Etenim dum Constantinopoli secessum peteret, ventris exonerandi causâ, fluentibus foras intestinis, miseram evomuit animam, ejus postea judicium experturus, de quo perperam sensérat. Vide Suidam in Ἄρριανοί. Et Ecclesiasticæ Historiæ scriptores. Aliis *Arius* dicitur. Ἄρειος autem Græcè sonat *Martialis*.

Arsaces, Parthorum rex, cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, propter quæsitum, constitutumque ab eo regnum, ut omnes deinde reges suos *Arsaces* appellaverint. Quin & Parthi ipsi ab eo dicti *Arsacæ* Straboni, aliis *Arsacidæ*. Lucan. lib. 1.

Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est,
Arsacidæ ———

Hinc *Arsacius* pro *Parthicus*.

Mart. 9. 35. *Quicquid in Arsacià Pacorus deliberat aulâ.*

Claudianus Panegyr. de 4. Consul. Honorii.

Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras.

Apud Tacitum 1. Hist. *Arsacidarum solium* pro regno Parthorum. Servius ad Æn. 7. vers. 760. *Albani omnes reges dicti sunt* SYLVII, *ab hujus* (Sylvii nimirum Æneæ filii) *nomine; sicut hodieque Romani Imperatores* AUGUSTI *vocantur: Ægyptii* PTOLEMÆI: *Persæ* ARSACIDÆ: *Latini* MURRANI, &c. Solet enim plerumque fieri, ut primi Regis nomen reliqui possideant, ut idem observat ad Æn. 12. vers. 529. Notandum autem hic *Persas* Servium pro *Parthis* dixisse, vel solenni quodam auctorum more confundentium populorum nomina, vel quia retinuit imperii nomen, quod invaserant Parthi, ante quos Persæ regnaverant. Ita Horat. cum lib. 3. od. 5. initio Augustum *graves Persas*, ut ipse appellitat, adjecisse imperio scribit, de Parthis intelligendus est. Nec aliter *Persarum* capiendum vocabulum in Aurelio Victore est, cum de Augusto prodit, *Huic Persæ obsides obtulerunt, creandique regis arbitrium permiserunt.* Glossarum veterum auctor *Arsacidarum* vocem de universâ Parthorum gente interpretatur: *Arsacidæ*, Πάρθοι. Item alius *Arsaces*, Pharnacis Ponti & Armeniæ regis filius Straboni memoratus, lib. 12. Item Armenius civis, proditionis convictus à Justiniano Imperatore hoc supplicii genus tulit, ut Camelo insidens, ac per urbem circumductus se omnibus visendum præberet. Cæl. Rhod. lib. 7.

Arsinoe, Ptolemæi Lagi filia, Ptolemæorum, Philadelphi, & Cerauni soror, Lysimachi, Macedonum regis, uxor, mortuo marito, à fratre Cerauno, Macedoniæ regnum ambiente, & nuptias ejus ideo petente decepta, illum in urbem suam Cassandream ultro invitat, filiosque suos Lysimachum 16. an. natum, Philippumque triennio minorem, utrumque formâ insignem, coronatos occurrere jubet; quos Ptolemæus ad occultandam fraudem, cupidè, & ultra modum veræ affectionis amplexus, oculis diu fatigat. Ubi vero ad Portam ventum est, occupari arcem jubet, pueros autem interfici; qui cum ad matrem confugissent, in gremio ejus inter ipsa oscula trucidantur. *Arsinoe* vero spoliata filiis, scissâ veste & crinibus sparsis, cum duobus ferculis ex urbe protracta, Samothraciam in exilium abiit, eò miserior, quòd mori cum filiis non potuit. Just. lib. 17. & 24.

Arsinoe, Ptolemæi Auletæ filia minor, Cleopatræ soror, dum Cæsar in regiâ Alexandriæ obsideretur, vacuam possessionem regni sperans, ad Achillam se ex regiâ contulit, unaque cum illo bellum administrare cœpit: sed mox controversiâ de principatu inter eos ortâ, cum uterque utrique insidiaretur, *Arsinoe* per Ganymedem nutritium suum Achillam interfici curat, atque hoc modo imperium obtinuit. Lucan. lib. 10.

——— *Nec non subrepta paratis*
A famulo Ganymede dolis pervenit ad hostes
Cæsaris Arsinoe. ———

Cæsar de B. Civili. Appian. de B. Alexandr.

Artabanus, filius Hystaspis, Darii frater, Xerxem bellum Græcis inferre parantem primò dissuadere conatus est, sed postea, bello infeliciter à Xerxe gesto, deficiente regis majestate, in spem regni adductus, adjuvante Mithridate Eunucho, Xerxen obtruncat, ac Darium majorem natu filium apud Artaxerxem minorem natu parricidii accusat, hortaturque, ut parentem ulciscatur, & pœnas de fratre sumat, & regnum occupet. Itaque Darius innocens, & non auditus trucidatur, atque *Artabanus* in societatem regni assumitur ab Artaxerxe per septem menses. Inde quum *Artabanus* etiam Artaxerxi insidias strueret, trucidatur. Diodorus. Justinus autem lib. 3. hæc paulo aliter narrat; nempe *Artabanum*, cùm certamina principum de regno metueret, assumpsisse in societatem consilii Bacabalum, qui præsenti statu contentus rem prodidit Artaxerxi, ut pater ejus occisus esset, ut frater falsâ parricidii suspicione oppressus, ut denique ipsi pararentur insidiæ; quibus cognitis, Artaxerxem, veritum numerum filiorum *Artabani*, in posterum diem paratum esse exercitum armatum jussisse, se recogniturum & numerum militum, & in armis industriam singulorum. Itaque cum inter cæteros ipse *Artabanus* armatus assisteret, regem simulasse se breviorem loricam habere, jussisseque *Artabanum* secum commutare, quem exuentem se, ac nudatum, gladio trajecisse: tum & filios ejus corripi jussisse. Item *Artabanus*, Parthorum rex, ex Arsacidarum genere, inimicus Tiberii Cæsaris, Armeniam invasit, quem Artaxerxes Persa ejus miles interfecit, regnumque Persis restituit an. ab ultimo Dario 538. regesque deinceps Persarum, non Parthorum dicti sunt.

Artaxanus fecit, lib. de Judæis, Clem. Alex. lib. 1. Strom. in Chronico Alex. Ἀρτάβανος dicitur, pag. 148.

Artaxerxes, quo nomine 2. Persarum reges in primo Persarum imperio celebrantur. Prior *Longimani* cognomine, Xerxis: alter *Mnemon* appellatus, Darii filius. Huic 15 filios ex pellicibus variis fuisse Justinus auctor est, lib. 10. cap. 1. Vide Plut. in ejus Vita. Cujusmodi fuerit ingenio, matris suæ, cui Parysatis fuit nomen, oratio indicat, quam Plut. scribit allocuturos ipsum jussisse byssinis, ac mollibus verbis uti, Græcè Βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασι. Plut. in Apophth. Imperatorum, qui & hoc de Artaxerxe retulit lib. de valetudine tuendâ, quòd,

cum in fugâ, rebus omnibus ſibi bello infelici ereptis, ficubus ſiccis, & pane hordeaceo veſci coactus fuiſſet, exclamarit θεὸς ἀδυνῆς ἄπειρος ἦμεν. Tertius *Artaxerxes*, Perſarum rex, qui Parthos imperio dejecit, de quo paulo ante in *Artabanus*. Etymon & ſignificationem quod attinet, Ἀρταὶς apud Heſych. μέγας καὶ λαμπρὸς dicitur. Idem Ἀρτάνας, βασιλείας, καὶ φάσεις. Herod. lib. 6. Ξέρξης, ἀρνίος, Ἀρταξέρξης, μέγας ἀρήιος. Lampridius in Severo *Artaxerxem potentiſſimum regem tam re, quam nomine*. Am. Marc. lib. 19. *Bellorum victor* interpretatur. Heſychius, Ἀρτῶοι, οἱ ἥρωες, ὅθεν Πέρσαι. Stephanus in Ἀρτῶα· Ἀρτῶος ὃ Πέρσαι ἅπερ οἱ Ἕλληνες τὸν παλαιὸν ἀνδράποδα καλοῦσι.

Artemidorus, Epheſius, qui, ut Marcianus Heracleota in Periplo teſtatur, vixit κατὰ ξβ' Ὀλυμπιάδα, h.e. Olymp. 169. quo tempore Ptolemæo Lathyro ex Ægypto pulſo, mater ejus Cleopatra regnabat cum juniore filio Alexandro; qui totus erat in matris poteſtate. Terras deſcripſit lib. 11. ut ibidem ait Marcianus. Ejus operis lib. 8. mem. Diod. Sic. lib. 3. Decimum περιγεγραμμένων citat Athenæus lib. 8. Stephanus in Χαλκίτης laudat lib. 11. ut alibi, lib. 1, 2, 3. Item ἐπιτομὴ τῶν ἑνδεκα. Nec alius eſt *Artemidorus*, cujus ſæpe mem. Strabo lib. 3. etſi patriam non addit: uti nec lib. 15. ubi *Artemidorum* in iis citat, quæ ad res Indicas pertinent. Ac idem videtur, cujus de Bithyniâ volumen laudat Stephanus in Ἀσκαλών; ſæpeque à Plinio memoratur in Hiſt. Nat. Præter γεωγεγραμμένα etiam literis mandavit Ἰωνικὰ ὑπομνήματα, quorum mem. Athen. lib. 3. Fuit & alter *Artemidorus*, itidem Epheſius, ſi paternum ſolum attendas, uti convenit; materno enim genere Daldianus fuit. Is eſt, cujus Ὀνειροκριτικὰ exſtant, opus vaniſſimum, ſed eruditum; ut multa inde bona philologi haurire poſſint. Vixit Antonini temporibus, ut cognoſcere eſt ex lib. 1. cap. 28. & 66.

Artemidorus Aſcalonita Bithynicam hiſtoriam condidit. Steph. in Ἀσκαλών. Fuit præterea *Artemidorus* Cnidius, Theopompi Cnidii filius, quos ſuâ ætate, h. e. Auguſti ac Tiberii temporibus, vixiſſe, Strabo ait lib. 14. ubi illuſtres ejus inſ. viros recenſet. Eſt & *Artemidorus* Ariſtophanius, qui præter gloſſas ὀψαρτυτικὰς, h. e. *rei culinariæ*, ſive *artis opſonia condiendi*, etiam volumen *de Doride* ſcripſit. Prioris operis mem. Athen. libb. 10. & 14. Poſterioris lib. 4. ubi ſecundum ejus operis citat. *Artemidorus* quoque Grammaticus inter illuſtres viros, quos Tarſos dedit, reponitur à Strabone, lib. 14. Etiam *Artemidorus* philoſophus Trajani tempore fuit: cujus elogium apud Plin. eſt lib. 2. epiſt. 11. ad Julium Genitorem. Sed omnes ejus nominis recenſere longum eſſet. Voſſius. Porro *Artemidorus* Cnidius Romæ Græcas literas docuit, Bruti familiaris, qui libellum *de Conjuratione* obtulit Cæſari, extremo die ingredienti in ſenatum, ut ſtatim legeret, quod ille minimè fecit. Plutarchus.

Artemis Diana Græcis dicitur, quam Plato ſic vocatam docet διὰ τὸ ἀρτεμὲς καὶ τὸ κοσμιὸν, διὰ δὲ τὴν παρθενίας ἐπιθυμίαν, i. e. propter integritatem & modeſtiam quam optione virginitatis habet, aut ὡς τὸ ἄρσεν μισησάσης τὴν ἀνδρὸς ἐν γυναικί, quod viri & fœminæ coitum oderit. Tametſi fabulantur concubuiſſe cum Endymione; quod, & de Pane Mercurii filio narrant, qui Lunæ, i. e. Dianæ, concubitus meruit pretio pecoris candidi. Virg. Geor. 3.

Munere ſic niveo lanæ, ſi credere dignum eſt
Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit
In nemora alta vocans, nec tu aſpernata vocantem.

Artemiſia, filia Hecatomni, Mauſoli, Cariæ regis ſoror & uxor, inſigni pudicitiâ prædita; viri demortui cineres vino commiſtos ebibit, ad funus quoque ornandum primos Græciæ oratores accerſivit, eique ſplendidum erexit ſepulchrum, ut magnifica omnia monumenta *Mauſolea* deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Vitruv. lib. 2. Gellius. Suidas.

Artemon, hiſtoricus, uti indigitatur à Schol. Pindari in Pyth. Od. 1. Patriâ Pergamenum fuiſſe colligit Voſſius ex ejuſdem Schol. verbis in Olymp. 2. Ἀρτέμων ὁ ἀπὸ Περγάμου. Fuit alter *Artemo* patria Clazomenius cujus mentio apud Servium in illud, Æn. 9.

Accelerant actâ pariter teſtudine Volſci.

Inventor, inquit, *teſtudinis Artemon Clazomenius fertur*, idemque *arietis repertor dicitur*. Hic de Homero librum ſcripſit, teſte Suidâ in Ἀρχῆνος. Ælianus ejuſdem librum citat *de finibus Clazomeniorum*, de Anim. 12. 38. At putatur diverſus ab utroque ille *Artemo*, qui, ut Plin. ſcribit, 28. 1. *Calvariâ interfecti, neque cremati propinavit aquam è fonte noctu comitialibus morbis*. Videtur is medicus fuiſſe. Alius quoque forſan qui Caſſandreus dicitur. Quid is literis mandarit docet Athen. lib. 12. ubi eum citat ἐν τῷ περὶ ἀναγωγῆς βιβλίων, i. e. *in opere, quo ad autores genuinos referantur libri*. Etiam Ἀρτέμων ἐν τῷ περὶ ζωγράφων Harpocrationi laudatur in Πολυγνώτου. Item pictor nobilis, cujus opera enumerat, Plin. 35. 11. Item Syrus quidam ex infimâ plebe Antiocho regi adeo ſimilis, ut Laodice conjux regia, necato Antiocho, mimum per eum commendationis, regnique ſucceſſionis peregerit; verba ſunt, Plin. 7. 12. ubi nonnulli *munus* legunt pro *mimum*; ſed nihil mutandum. Nam ut ſcribit Val. Max. 9. 14. Laodice admiſſum univerſum populum, & ſermone ejus, & vultu conſimili ita fefellit, ut crediderint homines ab Antiocho moriente Laodicen, & natos ejus ſibi commendari.

Artimpaſa, Venus cœleſtis ſic Scythicis dicitur. Herod. in Melpomene, quem locum etiam Origenes adducit ſexto contra Celſum; ſed apud eum perperam vulgò Ἀρχίμπασα legitur pro Ἀρτίμπασα. Nam poſterius hoc comprobatur vet. Inſcriptione,

ΔΙΙ ΠΑΤΡΙΩΙ ΑΡΤΙ:: ΠΑΣΑ.

Unica nempe ſolum literâ μ exeſâ. Heſych. Ἀϛημάσαν, Οὐεγανίαν Ἀφροδίτην τὸν Σκυθῶν, ubi η priori loco pro ι poſteriori vero pro π. irrepſit.

Artuaſdes Armenius Rex, qui M. Craſſum prodidit bello Parthico, ut eſt apud Plut. in Craſſo. Ubi & refert ſciſſe eum Græcè, & ſcripſiſſe Tragœdias, ac hiſtorias, ſuoque etiam tempore quædam extitiſſe.

Aruns, vates Tuſcus. Lucan. lib. 1.

Acciri vates, quorum qui maximus ævo
Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ.

Item miles Trojanus, qui Camillam occidit. Virg. Æn. 11. Item Tarquinii Sup. filius natu maximus, qui in eâ pugnâ, quæ ad Regillum lacum facta eſt, Junium Brutum interemit, & ab illo viciſſim haſta trajectus eſt. Livius lib. 2.

Aruntius, cùm Bacchi ſacra deſpicaretur, ulciſcente numine, in ebrietatem lapſus, filiam Medullinam corrupit, quod ægrè ferens puella patrem ipſum interfecit. Plut. in Paral.

Aruntius, Paterculus, Æmylio Cenſorino Tyranno Ægeſtæ equum æneum, ut fontes eo includeret, à ſe conflatum donavit, cui ipſe primùm à tyranno injectus eſt. Plut. in Par. Min.

Aruntius Stella, natus ex familiâ Conſulari floruit eo tempore quo Flavii Cæſares Romæ imperarunt. Violantillam, puellam Neopolitanam in uxorem duxit, quorum nuptias celebrat Statius in ſilvis. Scripſit elegias, & opus de Aſteride, & poema de interitu Columbæ. Prætor Romæ creatus eſt, & Duumvir.

Arxippus, 21. Archon Athenienſium. Acaſti filius fuit. Jo. Tzetzes in prolegom. in Heſiodum. Ὁ δὲ Ἀρξιππος ἦν υἱὸς Ἀκάστου. Patri ſucceſſit, tenuitque principatum an. 19. ut Euſeb. Marianus, Hieronymus & Vincentius ſunt auctores. Verum Tzetzes is quem dixi, annos ei 35 tribuit, ἄρξας Ἀθηναίων ἔτη τριάκοντα πέντε. Meminit illius quoque Tatianus, Orat. contra Græcos. Vide Meurſium de Reg. Athen. lib. 3. cap. 16.

Aryandes, Ægypti Prætor à Cambyſe conſtitutus. Herod. lib. 4. ab hoc ἀργύριον Ἀρυανδικὸν dicitur, cujus mentio apud Pollucem.

Asbolus, unus ex canibus Actæonis, à fuligineo pilorum colore, nam ἄσβολος fuligo eſt ſive favilla. Ovid. Met. 3.

Et niveis Leucon, & villis Asbolus atris.

Asbolus is Græcè dicitur, qui Phœnicibus *Chus*, vel *Chum* erat; quia, ut כוש *Chum* Ebræis *atrum* ſonat, ita Græcis ἄσβολος *fuliginem*. De cætero mihi nullus occurrit hujus nominis præter Centaurorum ducem *Asbolum*, quem in Centaurorum pugnâ interfectum Hercules crucifixiſſe legitur, hoc adſcripto epigrammate.

Ἄσβολος ἔτι θεῶν θρόμιον ὄπιν, ὅτ' ἀνδράποιν
Ἁρπάζοντα χρεμασθεὶς ἀπ' ἐυκρήπιδος κατὰ πύκνης
Σύγκειται μέγα δεῖπνον ἀμειβόμενος κρεάεσσιν.

An hic eſt ille *Centaurus Asbolus*, quem Tatianus Aſſyrius in Orat. contra Græcos, & ex illo Euſeb. Præp. 10. cenſent in catalogo ſcriptorum, qui Homeri ætatem præceſſerunt? Nempe inter Centauros nonnulli docti fuere, ut Chiron, tot Heroum Pædagogus, & in Ovid. Met. 12. augur Aſtylus. Vide Boch. Phaleg. 4. 2.

Aſcalaphus, & *Jalmenus* fratres, Martis filii ex Aſtyochæ. Hom. Il. β.

Οἱ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον, ὑπ' Ὀρχομενὸν Μινύειον
Τῶν ἦρχ' Ἀσκάλαφος, καὶ Ἰάλμενος, υἷες Ἄρηος
Οὓς τέκεν Ἀστύοχη. ——

Aſcalaphus, Acherontis & Orphnes Avernalis Nymphæ filius, poſtea à Proſerpinâ in bubonem commutatus, nam poſt raptam à Plutone Proſerpinam, cùm Ceres filiæ ſuæ reditum à Jove eâ lege impetraſſet, ſi nihil cibi apud inferos guſtaſſet, *Aſcalaphus* eam prodidit, quòd 7. grana mali Punici ab arbore decerpti comediſſet. Indignata itaque Proſerpina convertit eum in bubonem, avem funeſtam & rerum triſtium ſemper prænunciam. Ovid. Met. 5.

Ingemuit Regina Erebi, teſtemque profanam
Fecit avem; ſparſumq; caput Phlegethontide lympha

In

In roſtrum & plumas & grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fulvis amicitur ab alis,
Inque caput creſcit longoſque reflectitur ungues,
Vixque movet natas per inertia brachia pennas,
Fœdaque ſit volucris venturi nuncia luctûs
Ignavus bubo dirum mortalibus omen.

Aſcanius, Æneæ filius ex Creusâ Priami filia. Virgil. Livius tamen dubitat Creuſæne an Laviniæ filius fuerit. Dictus eſt ab *Aſcanio* Troadis flumen deinde *Ilus*, ab *Ilo* Trojanorum rege: poſtea *Iulus*, à primâ barbæ lanugine. Virg.

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.

Huic, cùm avus & pater, jam dirutâ Trojâ, de fugâ diſceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit quæ tamen nihil læſionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit, unde illi futuri Imperii omen ſumpſerunt. Virg. Æn. 2.

Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas & circum tempora paſci.

Claud. de 4. Conſ. Honor.

——— *Ventura poteſtas*
Claruit. Aſcanio ſubita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex. ———

Cum patre, poſt multos errores in Italiam venit, ubi Turno occiſo, & patre mortuo, cùm apud Lavinium 30. an. regnaſſet, Albam Longam condidit, reſtitutâ tamen prius in regnum novercâ, quæ antea ob timorem in ſilvas aufugerat. Tandem cum in univerſum 38 an. imperii gubernacula tenuiſſet, jam moriens, cum videret filium Iulum Sylvium, regno non ſatis aptum, Sylvium poſthumum fratrem, ſed ex diverſâ matre, pietate & juſtitiâ præſtantem, regni hæredem reliquit.

Aſclepia, Æſculapii feſtum ſic dictum. J. Pollux lib. 1. cap. 1. Ipſi etiam *Agones* Ἀσκλήπια dicuntur in antiquis inſcriptionibus Smetii pag. 340. Et pag. 415. fit mentio ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΣΚΛΗΠΙΩΝ.

Aſclepiades, Hiſtoricus Cyprius, tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente, quo tempore ſcribit eſum carnium non fuiſſe. Hieron. lib. 2. adverſus Jovinianum ex Porphyrio. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 4. pag. 506, 507.

Aſclepiades, Myrleanus, ortu tamen *Nicenus* erat, teſte Suidâ. Hinc *Nicenus* dicitur Stephano in Νικαία, & malè Meurſius hunc Myrleanum & Nicenum, tanquam duos diſtinctos recenſet. Diotimi cujuſdam filius fuit, & Apollonii Grammatici diſcipulus, Grammaticus juxta Suidam. Minimè vero hic reticendum eſt opus ejus, φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικὸ quod ei tribuit. Suidas Ἀσκλήπ. In illo librariorum errores in Philoſophorum ſcriptis occurrentes indicavit & correxit. Hunc *Aſclepiadem* cum *Aſclepiade* Pruſienſi Medico, & altero *Aſclepiade* Myrleano, de quo infra, perperam confundit Suidas, vel potius librarius, qui lacunam non advertit.

Aſclepiades, Myrleanus junior Grammaticus περὶ γεγραμμένης ſcripſit, & in iſto opere Dionyſii Thracis de partibus Grammaticæ ſententiam refellit, teſte Sexto Empirico. Eundem eſſe credit Jonſius, qui de Grammaticis ſcripſit, cujus operis librum ſextum citat Suidas in Ὀρφεύς, ubi Orphea quendam Crotoniatem juniorem Piſiſtrati tempore vixiſſe ſcribit. Undecimum citat Anonymus in vitâ Arati, & inde Aratum probat Tarſenſem fuiſſe, non Soleuſem. Forte ex hoc opere Polemonis ætatem cognovit Suidas in Πολέμων. Vix aliunde eſt, quod ex *Aſclepiade* Myrleano citat Schol. Apollonii ad lib. 1. Argon. quod ſcilicet Apollonius Grammaticus omnia ſua ex Cleone tranſtulerit. De Cratino quoque poetâ *Aſclepiadem* ſcripſiſſe autor eſt Athenæus, 10. 14. *Aſclepiades* quidam ὁ Ἀρείου, σύγγραμμα ſcripſit de Demetrio Phalereo philoſopho Ariſtotelico: unde Athenæus 13. 3. refert meretricem quandam *Clepſydram* propterea fuiſſe dictam, quod ſui copiam ad *clepſydram* facere conſueverit, donec aqua effluxiſſet, cum ejus nomen fuerit *Metiche*. Plures autem hujus nominis fuere. *Aſclepiades* Tragilenſis Iſocratis diſcipulus erat, teſte Plut. lib. de 10. Rhet. & Photio Ecl. 259. unde ætatem ejus cognoſcimus, & τετραδράμενον ſex libros reliquit, de quo Meurſius. *Aſclepiaden* quendam Phliaſium, Philoſophum Eretrium, Platonis diſcipulum memorant Plut. lib. *de diſcrim. amici & adul.* Athenæus, 4. 19. Laertius in *Phædone*, Heſychius Mileſius in *Menedemo*. Forte hic eſt. quem oculis poſtea captum ſcribit Cic. lib. 5. Tuſc. Qu. qui interrogatus quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondit. *Ut puero uno eſſet comitatior. Aſclepiadem* Athenienſem ſignat nummus quidam Goltzianus. *Aſclepiades* quidam pater, vel præceptor fuit Alexandri Polyhiſtoris, teſte Stephano in Κοσύρη. Ad hunc forte *Aſclepiadem* Didymus Grammaticus Epitomen Tabularum Solonis ſcripſit, teſte Plut. in *Solone*. *Aſclepiades* Medicus quidam Pruſæus in Bithyniâ Philophyſicus cognomine ſub Pompeio M. vixit, teſte Strabone lib. 12. Cum in arte Rhetoricâ facultates decoxiſſet, Medicinam ſectatus eſt. Dicebat *ſalutem conſtare cibi potûſque abſtinentiâ, præterea geſtatione, ambulatione, frictione*. Ipſe conditâ novâ ſectâ ſpretis legatis & pollicitationibus Mithridatis, repertâ ratione, quâ vinum ægris medetur, relato è funere homine, & ſervato, ingentem famam conſecutus eſt. Sed maximè ſponſione factâ cum Fortunâ, nè medicus crederetur, ſi unquam invalidus ullo modo fuiſſet ipſe, tandem ſupremâ ſenectute lapſu ſcalarum exanimatus eſt, Plin. 7. 37. De eo quoque multa refert Apul. lib. 4. *Aſclepiades* Anazarbeus Grammaticus, ſcripſit de fluminibus. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 4. p. 507. Duo *Aſclepiades* medici poſt Auguſti tempora vixerunt, teſte Galeno. Ælium quendam *Aſclepiadem*, Auguſti libertum memorat Inſcriptio apud Gruterum fol. 335. hujus forte eſt liber ille στέφανος, quem citat Athenæus 15. 6, 7. *Aſclepiades* quidam Philoſophus tempore Juliani Imperatoris vivebat, de quo Ammianus lib. 22. Item *Aſclepiades* Poeta, à quo carmen *Aſclepiadeum* dicitur. *Aſclepiades* Mendes, cujus Θεολογούμενα citat Sueton. in Auguſto. Videſis ibi Caſaubonum. Porro Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 507. *Aſclepiadem* quendam Alexandrinum τοὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντας conſignaviſſe ſcribit, & autorem ſuæ ſententiæ Scholiaſten Ariſtophanis in Nubes laudat. Verum Scholiaſtes nihil aliud ibi dicit, niſi quod *Aſclepiades* ille τοὺς δημάρχους appellaverit τοὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντας, librum vero *Aſclepiadis* nullum citat. Alios etiam hujus nominis ſuggeret Jo. Meurſius notis ad Chalcidicum.

Aſclepiodorus, pictor ætate Apellis, mirabilis in ſymmetriâ. Huic Mnaſon tyrannus pro 12. Diis dedit in ſingulos minas tricenas. Plinius.

Aſclepiodorus, Alexandrinus, ſingulari ingenio vir, ad omnia Mathematica, ac inquiſitionem, cognitionemque herbarum & lapidum. Suidas. Item Conſ. Rom. collega Afranii Ambaliani.

Aſclepiodotus, Muſicus & Medicus juxta Simplicium ad lib. 4. φυσ. ἀκρ. comm. 141. qui *Aſclepiodotus* Damaſcii magiſter, & *Aſclepiodoti* Magni gener fuit, teſte Photio Ecl. 242. Vide Suidam.

Aſcolia, Græcè Ἀσκώλια, feſta, quæ Ruſtici Athenienſes in honorem Bacchi celebrarunt, ἀπὸ τῶν ἀσκῶν, i. e. ab *utre* nuncupata. Nam cum victimæ Numinibus aut per ſimilitudinem, ut inquit Servius in 2. Georg. aut per contrarietatem immolentur, caper qui obeſt vitibus, ceu grata hoſtia Libero ſacrificabatur. Phornutus. Τὸν τράγον θύουσι διὰ τὸ λυμαντικὸν δοκεῖν τῆς ἀμπέλου. Hinc verſus Eveni.

Κἂν με φάγῃς ὀπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔπι καρποφορήσω
Ὅσον ὀπωπεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ.

Quos in Domitianum fuiſſe detortos author eſt Sueton. cap. 14. Et quo inviſum Baccho animal pejus tractarent, &, ut Servius ait, nè quid ex eo eſſet, quod non ſentiret in uriam, pellem detrahebant, atque inflabant, in quam ſublimi ſaltu juvenes ſe librabant: ac ne ſpectaculum riſu careret, unguine lubricabant, ut præcipiti magis lapſu in terram gliſcerent. Suidas. ἑορτὴ δὲ Ἀθηναίοις ἦγον τὰ Ἀσκώλια, ἐν ᾗ ἥλλοντο τοῖς ἀσκοῖς αἰγείοις, ἐς πιμπλῶ τῷ Διονύσῳ. Scholiaſtes Ariſtophanes in Pluto. Κυρίως δὲ ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ὀπὶ ἀσκῶν ἅλλεσθ, ἕνεκα τῦ γλῶτα ποιεῖν. Ἐν μέσῳ δὲ τῷ σταφυλῆ ἐπῆεντο ἀσκὸς πεφυσημένος, καὶ ἀλειψιμένος, εἰς ὃν ἀναλόμενοι ἐνηλίσσοντο, καθάπερ Εὐβαλὸς φησι. Uno tantum pede in utrem ſaltabant. Pollux, lib. 2. Ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ τῷ ἑτέρῳ ποδὶ ἅλλεσθ. Heſych. Ἀσκωλίζοντες, ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἁλλόμενοι. Idem habent Euſt. ad Odyſ. κ. & Tzetzes ad Heſiodi ἔργα. Virgilius autem elegantiſſimè ſacrificii cauſam, & Feſti ritum deſcribit. Geor. lib. 2.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris.
Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi
Præmiaque ingentes pagos, & compita circum
Theſpidæ poſuere: atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

Quod *per compita*, & *pagos* Virgilius, hoc per κώμας, id eſt, *vicos* fieri ſcribit Phornutus. Εἰς δὲ ἀσκὸν ἐμβάλλοντ, καὶ τὰς Ἀττικὰς κώμας οἱ γεωργῶν πάνυσκοι. Caſtellanus.

Aſconius Pedianus, à *Pedia* gente, in quam quia adoptatus erat, primus ità vocabatur. Duo autem ejuſce nominis fuere. *Prior* is qui Virgilio familiaris fuit, quem, ut refert Junius Phylargyrus, dicentem audiverat ſe Grammaticis crucem fixiſſe illo verſiculo,

Tres pateat cœli ſpatium non amplius, ulnas.

Hujus extant commentarii in aliquot Ciceronis Orationes. Et in eam pro Cornelio Livium ſe noviſſe profitetur his verbis. *Inter quos Tuditanus, & Pomponius Atticus, & Livius noſter.* Ejus quæ certa ætas hinc diſce. In pro M. Scauro. *Scauri domum poſſidet nunc Longius Cæcina, qui Conſul cum Claudio fuit.* An. U. C. 795. *Alter* Hiſtoricus, Veſpaſiani

ævo

ævo floruit, ut cognoſcimus ex B. Hieronymo in Chron. Euſebiano ad An. Dom. 76. qui Veſpaſiani annus eſt ſeptimus. 2. *Aſconius Pedianus* ſcriptor hiſtoricus, clarus habetur, qui 73. ætatis ſuæ anno captus luminibus, 12 poſtea annis in ſummo honore conſeneſcit. Vide Voſſ. Hiſt Lat. 1. 17.

Aſdrubal, cognomento *Hædus*, qui ridentem in Curiâ Annibalem, concione triſti & complorante increpuit, teſte Livio, lib. 30. Ejus mem. non ſemel Appianus in Libycis: Ἀσδρούβας ὁ ἔριφος. Apud quem loco ulteriore prave legitur Σάειφος Verum de pluribus, ut ita dicam, Aſdrubalibus, vide Dauſq. ad Silium p. 695. Eſt autem *Aſdrubal* חצרו בעל *Hhatzru Baal* hoc eſt *Atrium Dei*.

Aſdrubal, gener Amilcaris patris Annibalis, regn. 7. an. favente factione Barchinâ. Demum à ſervo barbaro, cujus dominum occiderat, interfectus eſt in medio ſuorum. Comprehenſus deinde ſervus à circumſtantibus, haud facti pœnitens, inter cruciatus ac tormenta, ſpeciem ſemper ridentis præbens, occiſus eſt. Hiſtoriam cape ex Silio, lib. 1. ubi de Tago, ſervi domino cruci ſuffixo loquitur.

Quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit enſem
Dilectum domino, pernixque irrumpit in aulam,
Atque immite ferit geminato vulnere pectus:
At Pœni ſuccenſi irâ, turbataque luctu
Et ſævis gens læta ruunt, tormentaque portant.
Non ignes, candenſque chalybs, non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus
Carnificeſve manus, penituſque infuſa medullis
Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ
Ceſſavere; ferum viſu, dictuque per artem
Sævitiæ, extenti quantum tormenta jubebant,
Creverunt artus, atque omni ſanguine rupto
Oſſa liquefactis fumarunt fervida membris.
Mens intacta manet, ſuperat, ridetque dolores
Spectanti ſimilis, feſſoſque labore miniſtros
Increpitat, Dominique crucem clamore repoſcit.

Ita Silius: cæteros inter ſe ſcio diſcordare: Polybius lib. 2. in diverſorio ſuo vult Aſdrubalem exceptum inſidiis. Ἐτελεύτησε δολοφονηθεὶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλύμασι νυκτὸς ὑπὸ τινος Κελτοῦ τὸ γένος. Niſi fiet in diverſorio aula. Appianus in Ibericis eum in venatione occiſum ſcribit. Ἀνὴρ δ' ἄλλος, ἢ ὁ αὐτὸς ὡμῶς διεφθάρκει, λαθὼν ἐν κυνηγεσίαις ἀναιρεῖ. Idemque habet in Annibalicis. Livius, lib. 21. palam vult interfectum. De Servi conſtantiâ præter Silium, Livius loco prædicto, ubi de *Aſdrubalis* percuſſore. *Comprehenſus à circumſtantibus, haud alio, quam ſi evaſiſſet vultu; tormentis quoque cùm lacerâretur, eo fuit habitu oris, ut ſuperante lætitiâ dolores ridentis etiam ſpeciem præbuerit.* Val. Max. 3. 3. *Lætitiam tamen, quam ex vindictâ ceperat in ore conſtantiſſimè retinuit.*

Aſdrubal, Hannibalis frater. Plut. in Hannib. à M. Livio Salinatore, & Nerone Claudio ad Metaurum victus eſt. Hor. Carm. 4. Od. 4.

Quid debeas, ô Roma, Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen & Aſdrubal
Devictus. Vide Livium, lib. 27.

Elephantes inter præliandum ſubito interficiendi rationem invenit talem. *Magiſter fabrile* (verba Livii ſunt lib. 28.) ſcalprum habebat cum malleo. Inter aures poſitum, ipsâ in compage, quâ jungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in *tantæ molis belluâ*. Ammianus quidem idem factitatum à Perſis memorat, lib. 2. 5. *Poſt hos elephanti*; quibus inſidentes magiſtri, manubriatos cultros dextris manibus illigatos geſtabant: etſi ferociens animal vires exſuperaſſet regentis, ne reverſum per ſuos, colliſam ſterneret plebem, vertebram, quæ caput à cervice diſterminat, ictu maximo *terebrabant*. Huc etiam alluſiſſe videtur Sen. De prov. *Tenui ferro commiſſura cervicis abrumpitur*; & cum articulus ille qui *caput*, *collumque committit inciſus eſt, tanta illa moles corruit*, quod plane congruit cum Liviano *tantæ molis belluâ*.

Aſdrubal, cognomento *Calvus*, dux claſſis Carthaginenſium in Sardiniam miſſus, tempeſtate ad inſulas Baleares rejectus, ibi tantiſper quoad quaſſas reficeret naves reſedit. Livius.

Aſdrubal, Dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano victus. Ejus uxor, factâ deditione, cùm paucis ante diebus à viro impetrare non potuiſſet, ut ad victorem transfugeret, in medias urbis flammas ſeſe cum filiis conjecit. Livius. Ovid. Faſt. 6.

Poſtera lux melior; ſuperat Maſiniſſa Syphacem,
Et cecidit telis Aſdrubal ipſe ſuis.

Aſellas, rex Cyrenarum. Juſt. 22. 7. quanquam ibi *Ophellas* legit Bongarſius, de cujus lectione dubitandum non eſt, nam præter Diodorum, ita quoque habent Theophr. de plantis 4. 4. & Polyænus, atque alii.

Aſelli, duæ ſtellæ in ſigno Cancri, exiguum inter illos ſpatium obtinente nubeculâ, quam *Præſepe* vocant. Plin. 18. 35. Item tres aliæ ſtellæ in Boote. Vide Cœſi cœlum Aſtron.

Aſellio Sempronius, hiſtoricus, ac Trib. Mil. ſub Scipione Æmiliano, apud Numantiam res eas, quibus ipſe interfuit, conſcripſit. Citatur à Cicerone, Dionyſ. Halic. Gellio, Chariſio, Servio & aliis.

Aſiarchæ, viri erant communi Aſiaticarum civitatum conſenſu delecti, qui communia negotia curarent. Strabo, lib. 14. In libris Juriſconſultorum uſurpatur hæc vox, ut & *Syriarcharum*. Sic autem dicti ſunt ſacerdotes quidam, quorum munus erat ludos Theatrales in Deorum honorem edere, quos propterea Ruffinus apud Euſeb. Munerarios interpretatur, ut obſervat Cujacius J. C. longè doctiſſimus. Horum fit mentio apud D. Lucam hiſt. S. S. Apoſt. 19. Vide de his Seldenum in marmoribus Arundelianis.

Aſidæi, vel *Haſidii*, iidem qui & *Eſſæi*, teſte Munſtero, quaſi חסידים, h. e. ſupererogatoriâ & incomparabili ſanctitate cæteris omnibus excellentes. Etenim ex Rabbinorum ſententiâ חסוך *Chaſidh* is eſſe decernitur, *qui facit plus boni quàm præceptum eſt*. Vide Full. Miſcell. 1. 3.

Aſinius Pollio, inſignis orator, Aug. Cæſaris amicus, docuit Romæ temp. Pompeii M. ſucceſſitque ſcholæ Timagenis. Scripſit bellum Cæſ. & Pomp. Primus omnium Romæ advocatis hominibus ſcripta ſua recitavit. Quintilianus ubi de eo: *Multa in Aſinio Pollione invenio ſummâ diligentiâ, adeò ut quibuſdam nimia videatur, & conſilii & animi ſatis: à nitore & jucunditate Ciceronis, ita longè abeſt, ut videri poſſit ſeculo prior.* Omnium primus Romæ Bibliothecam feciſſe dicitur, Plin. 35. 2. Plura de eo Voſſ. Hiſt. Gr. 1. 24. & de Hiſt. Lat. 1. 17. Fuit etiam *Aſinius* Quadratus, alius hiſtoricus, de quo Voſſ. ubi ſupra.

Aſinius Gallus, Pollionis filius libros edidit de comparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrem Ciceroni prætulit; contra quos Claud. Cæſar poſtea defenſionem Ciceronis edidit. Suetonius.

Aſinius Capito, Grammaticus doctiſſimus, librum reliquit Epiſtolarum, ac in primâ ad Pacuvium Labeonem Titulus præſcriptus erat: *Pluria, & non plura ſcribi oportere*, Gell. 5. 21.

Aſpaſia, Hermotimi filia, Phocenſis, omnium ſui temporis formoſiſſima habita; idque à Cyro primùm, deinde ab Artaxerxe impenſe amata. *Sapientem* vocatam & *elegantem* Xenophon, lib. 1. de Exped. Cyri ſub finem ſcribit; atque id nominis à Cyro ipſo accepiſſe Plutarchus in Artaxerxe ſignificat; quem ejus conſiliis feliciter uſum in rebus arduis Ælianus ſcribit, qui prolixè ejus hiſtoriam exponit ποικίλ. 10. 1. Meminit & Juſtinus, lib. 10. cap. 2. Alia eſt, cujus Athenæus lib. 5. meminit, Mileſia, quâ Socrates in eloquentiæ ſtudio magiſtrâ eſt uſus, ſapiens & Reip. etiam tractandæ callens, unde & à Pericle culta, & tanti habita à Cyro, ut chariſſimam pellicum ab eâ vocarit *Aſpaſiam*, de quâ ſuprà, quippe cui nomen anteà *Milto* fuerit, ut Plut. in Pericle ſcribit. Alia hoc nomine fuit, Cleobuli conjux, de quâ Xenophon, lib. 5. Hypomnem. Socrat. de re domeſticâ adminiſtrandâ.

Aſpaſius, Sophiſta Ravennas, Demetriani filius ſub Alexandro Romæ profitebatur, auditor Pauſaniæ & Hippodromi; ſcripſit contra Ariſtonem & maledicos. Philoſtrat.

Aſpaſius Byblius Sophiſta, qui eodem tempore fuit, quo Ariſtides. Conſcripſit artem Rhetoricam, & Panegyricum in Adrianum, &c. Suidas.

Aſpaſius Tyrius, ſophiſta & hiſtoricus, tum opere quodam artem dicendi tradidit; tum de Epiro (ridiculè *de Continente* in prioribus editionibus) & rebus Epiroticis hiſtoriam condidit libris 20. teſte Suidâ.

Aſpendius, citharœdus; de quo ità Aſconius in Orat. Cic. in Verrem de Prætura urbanâ. *Difficile autem, quod Aſpendius Cithariſta faciebat, ut non uteretur utrâque manu, ſed omnia, id eſt, univerſam cantionem, intus & ſiniſtrâ tantum manu complecteretur. Unde omnes quotquot fures erant, à Græcis Aſpendii Cithariſtæ, proverbio dicebantur; quòd ut ille carminis, ita iſti furtorum occultatores erant.* Proverbium valet in eos, qui rei nullius, quàm privati ſui compendii rationem habent, tractum, ut dixi ab *Aſpendio*, qui tam leviter ſiniſtrâ manu citharæ ſuæ chordas movebat, ut ſonus ad ipſum tantum citharœdum, aut certè ad proxime aſtantes perveniret. Cic. Ver. 3.

Aſtarte, Syrorum nomen, & Sidoniorum dea, cui Solomon uni concubinarum ſuarum obſequi volens, altaria condidit, 1 Reg. 15. Ἀσάρτῃ ἐγὼ δοκῶ Σελήναίῳ ἔμμεναι, inquit Lucianus de Deâ Syriâ. Falſo. Nam Ἀσάρτη ἣ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, inquit Suidas, ἣν ἐλάτρευσεν ὁ Σολομών. Vide Maſium in Joſ. 12. & Capellam ad An. Mund. 3013. & Selde-

Seldenum de Diis Syris, & Bochartum Geog. Sac. p. 781. Fuit & civitatis nomen, & inſula in Æthiopiâ. Steph.

Aſteria, filia Cœi Titanis filii, quæ, teſte Fulgentio poſt vitiatam Latonam, à Jove dilecta eſt, à quo in Aquilam verſo oppreſſa fuit, eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem Jovi adverſa, ejuſque iras fugiens, deorum miſeratione in coturnicem verſa eſt, quæ ὄρτυξ Græcè dicitur, nomenque dedit inſulæ, in quam aufugerat, ubi à Jove in lapidem mutata eſt, undiſque demerſa, & ab iiſdem hùc illùc agitata; quæ tandem ob ſuſceptam Latonam ſupernatavit, & Neptuno ac Doridi conſecrata; poſteà *Delos* dicta.

Aſterion, Cometæ filius unus ex Argonautis. Orpheus in Argonauticis verſ. 161.

Ἀστερίων δ' ἐπέρησε παΐς κλεινοῖο Κομήτεω,
Πειρεσίδω ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδανοῖο ῥέεθροις.

Apollonius in Argonauticis, lib. 1. verſ. 35.

Ἦλυθε δ' Ἀστερίων αὐτοκασίγνητος, ὃν ῥα Κομήτης
Τέκνατο δινήεντος ἐφ' ὕδασιν Ἀπιδανοῖο
Παιρεσίης, ὅρ' & Φυλλὶς ἀγχόθι ναίων.

Val. Flaccus Argonaut. lib. 1. verſ. 356.

——— *Celer Aſterion, quem matre carentem*
Crethæus gemino fovit pater amne Cometes.

Lege *Criſtatus*.

Aſtræa, Aſtræi, Arcadiæ regis (quidam ſcribunt Titani fratris Saturni) & Auroræ, ſive, ut Heſiodus, & alii volunt, Jovis ac Themidis Cœlo, & Terrâ prognatæ filia; ob æquitatem ſuam *Juſtitia* dicta. Quæ aureo ſeculo è cœlis in terram migraſſe, & tandem in ſubſequenti æreo & ferreo, vitiis hominum creſcentibus offenſa in cœlum iterum ſubvolaſſe fingitur. Ovid. Met. 1.

——— *Et Virgo cæde madentes*
Ultima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.

Seneca in Octaviâ.

Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum, & cruentâ cæde pollutas manus
Aſtræa Virgo, ſiderum magnum decus.

Juvenalis Sat. 6.

Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit
Hâc comite, atque duæ pariter fugere ſorores

i. e. Αἰδὼ & Νέμεσις, uti tradit Heſiodus.

Aratus in Phænomenis.

Ἀμφοτέρῃσι δ' ποσὶν ὑποσκέλλαο Βοώτεω
Παρθένον, ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήεντα.
Εἶτ ἦν Ἀστραίη κεινη γλὼς (ὃν ῥά τέ φασιν
Ἀστρων ἀρχαίων πατρὸς ἔμμεναι) εἴ τέ τευ ἄλλε,
Εὐκηλος φοιτᾶσκε. Λόγος γε μὲν ἐντρέχει ἄλλος
Ἀνθρώποις, ὡς οὔπω ἐπιχθονίη πάρος ἦεν,
Ἧστο δ' ἀνθρώπων κατενάντιη, ἠδέποτ' ἀνδρῶν
Οὐδέποτ' ἀργαλέων ἠνώγατο φῦλα γυναικῶν
Ἀλλ' ἀναμὶξ ἐκάθητο, καὶ ἀθανάτη περ ἐοῦσα.
Καὶ ἑ Δίκλω κάλεσκον.

Et poſtea.

Ἀλλ' ὅτε δὴ κακεῖνοι ἐτέθναξ, οἱ δ' ἐγένοντο,
Χάλκειη γένος, πρωτίστοι ἀνδρες,
Οἱ πρῶτοι κακόεργον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
Ἐνοδίτιν, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀγρωστιν,
Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν,
Ἐπλαθ' ὑπουρανίη, παύτιν δ' ἔχεν νάσατο χώρην
Ἠχὶ πρὸ ἐννυχίη ἔτι φαίνεται ἀνθρώποισιν.

Hæc dum ſcribo veniunt mihi in mentem verſus Catulli de Nup. Pel. & Thet. quos proculdubiò cum faceret, Arati locum prædictum ante oculos habuit. Sunt autem tales.

Præſentes namque antè domos inviſere caſtas
Sæpius, & ſeſe mortali oſtendere cœtu
Cœlicolæ, nondum ſpretâ pietate ſolebant.
Sæpè Pater Divûm templo in fulgente reviſens
Annua dùm feſtis veniſſent ſacra diebus,
Conſpexit terrâ Cretum procurrere currus.
Sæpe vagus Liber Parnaſſi è vertice ſummo
Thyadas effuſis evantes crinibus egit, &c.
Sæpè in letifero belli certamine Mavors,
Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnuſia virgo
Armatas hominum eſt præſens hortata catervas.
Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,
Juſtitiamque omnes cupidâ de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,
Deſtitit extinctos natus lugere parentes,
Optavit genitor primævi funera nati,
Liber ut innuptæ potiretur flore novercæ,
Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,
Impia non verita eſt Divos ſcelerare penates.
Omnia fanda, nefanda, malo permiſta furore,
Juſtificam nobis mentem avertere Deorum.
Quare nec tales dignantur viſere cœtus
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.

Aſtyages, Cyaxaris filius Perſarum & Medorum rex, pater Mandanæ, quæ Cambyſi, mediocris dignitatis Perſæ, nupta Cyrum peperit; de quo multa Herodotus & Juſtinus.

Aſtyanaſſa, Helenæ, uxoris Menelai, ancilla laſciviſſima; prima de variis concubitûs modis librum conſcripſit; cujus exemplum poſteà imitati ſunt Philænis, & Elephantine Suidas. Heſychius, Ἀστυάναασα, Ἑλένης θεράπαινα, ἥτις πρώτη ἔγραψεν Ἀφροδίτιδα, καὶ ἀκόλαστα σχήματα. Vide Scalig. ad Catalect. p. 203.

Aſtyanax, unicus Hectoris ex Andromache filius natus poſt inchoatum bellum Trojanum, quem Ulyſſes, naves è Sigeo ſolvens de turri dedit in præceps. Ovid. Met. 13.

Mittitur Aſtyanax illis de turribus, unde
Pugnantem pro ſe, proavitaque regna tuentem
Sæpè videre patrem monſtratum à matre ſolebat.

Seneca Tragœdus.

Præceps ut altis cecidit à muris puer,
Flevit Achivum turba quod facit nefas.

Hinc jocus Martialis 8. 6.

Miratus fueris cùm priſcâ toreumata multum,
In Priami cyathis Aſtyanacta bibis.

Hoc eſt. *Vinum novum in veteribus poculis.* Heſychius, Ἀστυάναξ, ἰχθύς τις ἤτοι καλεῖται, καὶ ὁ τῆ Ἕκτορος παῖς.

Aſtycratia, Æoli filia. Hom. Odyſſ. 10.

Aſtydamas, Athenienſis edidit Tragœdias 42. vicit. 5. Primus ex auditoribus Socratis ſe ad poeticam convertit. Alius prioris filius & ipſe Tragicus. Suidas. Item hiſtrio, Morſimi filius. Huic cum ſtatua in theatro ponenda decreta fuiſſet, quod in agendo Parthenæum ſeſe gnaviter ac ſcitè geſſiſſet, titulum ipſe conſcripſit, in quo ſuas laudes complectebatur. Unde Proverb. *Aſtydamas ſeipſum laudat.*

Aſtydamia, Ἀκάστου γυνή. Heſychius.

Aſtydamia, Ormeni filia, quam Hercules, patre prius occiſo, rapuit. Ovidius.

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.

Aſtydamus, Mileſius, ab Ariobarzane Perſarum ſatrapâ invitatus, novem convivis paratas epulas ſolus abſumpſiſſe dicitur.

Aſtylus, unus ex Centauris futura prænoſcens, fratres monuit, ne bellum adverſus Lapithas moverent, exortoque in nuptiis bello, ipſe ſibi timens, unà cum Neſſo fugam arripuit. Ovid. Met. 12.

Quique ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylus, ille etiam metuenti vulnera Neſſo
Ne fuge, ad Herculeos, inquit, ſervaberis arcus.

Aſtylus, vel *Aſtyllus*, Crotoniata, curſor tribus Olympicis continuis vicit, ſtadio, diaulo, & dolicho. Quod autem in ultimo ſe Hieronis magiſtrum, ac Syracuſanum à præconio declarari fecerat, Crotoniatæ irati, ſtatuam ejus fregerunt, ejuſque bona publicarunt. Pauſan. & Plato in Legg. qui eum non tam curſu, quàm perpetuâ virginitate clarum prædicat.

Aſtymeduſa, Oedipi uxor, quam repudiatâ matre, prius matrimonio ſibi conjunctâ, ſed incognitâ duxit; quæ, ut liberis prioris conjugis infenſum parentem faceret, apud patrem eos accuſavit, tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent, quapropter Oedipus iratus, regnum cruentum reliquit.

Aſtynome, Chryſæ, Apollinis ſacerdotis filia, quam Achilles, Lyrneſſo expugnatâ, ſecum abſtulit. Heſych. Ἀσυνόμη, ἡ Χρυσηὶς ὑπὸ τῶν νεωτέρων.

Aſtynomi, Athenis erant X viri, quibus cura pſaltriarum ac tibicinum (alii addunt & viarum) incumbebat, de quibus Plato de Rep. lib. 6. Heſych. Ἀσύνομος, ὁ διοικῶν τὰ ἄστυ.

Aſtynomus, de Cypro commentatus videtur. Plin. 5. 31. Vide Steph. in Κύπρος.

Aſtyoche, Actoris filia, quam in cœnaculo paternæ domus Mars oppreſſit, ex quâ genuit Aſcalaphum & Jalmenum. Hom. Iliad. 2. Item uxor Telephi, mater Eurypyli. Qu. Calaber. 6.

Τὸν ῥὰ δὴ τέκε δῖα κασιγνήτη Πειάμοιο
Ἀσυόχη κρατερῇσιν ἐν ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα
Τηλέφῳ. ———

Aſtyochia, ab Hercule, ex Ephyre Laconiæ civitate rapta, ex quâ Tlepolemum genuit. Hom. Iliad. 2.

Ὃν τέκεν Ἀσυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ
Τλῶ ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.

Atabulus, ventus in Apuliâ præcipuè ſpirans. Horat. 1. Sat. 5.

Incipit ex illo montes Appulia notos.
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus ——

Porphyrio ſic dictum ait, qu. ἀπὸ τῆς ἀτιμίας βάλλειν, quòd nocumentum, peſtilentiamque infera. Ventum hunc *Horatianum* vocat Gellius, lib. 2. cap. 22.

Atalanta, Arcadica virgo, & venatrix, Jasii sive Jasionis, vel, ut alii malunt, Abantis regis Argivorum. Filia quæ conservandæ virginitatis studio Dianæ se dedit comitem, sub quâ meruit in silvis, adeo ut vastissimum aprum interfecerit in Arcadiâ unà cum Meleagro filio regis Oenei, cui postea nupsit, & ex eo Parthenopeum suscepit. *Nonacria* dicitur Ovidio Met. 8. à Nonacri Arcadiæ monte.

——Sume mei spolium Nonacria juris.

Item *Nonacrina* eidem 2. de Art. Am.

Quid fuit asperius Nonacrina Atalantâ?

Jasis Propertio à patre dicta, lib. 1.

Milanion nullos fugiendo Tulle labores
Sævitiam duræ contudit Iasidos.

Ubi Milanion est Meleager. Nec mirum est sævam ac duram fuisse hanc Virginem: nam ei à patre exposita ursæ præbuisse dicitur ubera. Apollod. lib. 3. Ἀρκὼ ἡ φοιτῶσα πολλάκις θηλῇ ἐδίδου. Ælian. initio, lib. 3. ποικίλ. expositam fuisse in Parthenio monte Atalantam scribit. Unde Prop. l. 1. el. 1.

Nam modo Parthenii amens errabat in antris.
Ibat & hirsutas illa videre feras.

Musæus.

Παρθένος ἡ σὴ λέλιθεν ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀτάλαντα
Ἤ ποτε Μειλανίωνος ἐφεσταμένη φύλλῳ ὑλῇ,
Παρθενίης ἀλέγουσα, χολωσαμένης δ' Ἀφροδίτης
Τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν ἐνὶ κραδίῃ δέτο πάσῃ

Calydoniaca Manilio vocatur. Sic enim Ille.

Et Calydoniacam bellantem rupe puellam.

Unde Hieronymus contra Jovinianum: *Referunt fabulæ Atalantam Calydoniam virginem, semper in venatibus, semper in sylvis, non tumentes uteros fœminarum, fastidiaque conceptuum, sed expeditam & castam amasse virtutem.* De hâc plura Ælianus Var. Hist. 13. 1.

Atalanta, Schœnei, Scyri regis, filia, quæ cum pedum agilitate præstaret, eâ lege in procos cursu certabat, ut nuberet ei, à quo vinceretur. Puellæ formâ captus adolescens Hippomanes, venit in certamen, acceptis à Venere tribus malis aureis, quæ currens sensim projecit in terram, ut his colligendis occupata virgo tardius ad metam perveniret. Itaque cum victa esset, pactâ conditione eidem nupsit. Ambo tamen mutati sunt in leones, quòd in templo Cybeles, neglectâ religione coiviſsent. Ovidius Met. 10.

Catullus.

Jam gratum mihi, quàm ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum.

Virgil Ecl. 6.

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.

Quam admirationem ita Ovidius expressit.

Obstupuit Virgo, nitidique cupidine pomi
Declinat cursus aurumque volubile tollit.

Idem in Ibin.

Et qui velocem frustra petiere puellam
Dum facta est pomis tardior illa tribus.

Stat. Theb. 6.

—— Quis Mænaliæ Atalantæ
Nesciat egregium decus, & vestigia cunctis
Indeprensa procis.

Atergatis, quam & *Atergatam* & *Derceto* Strabo, lib. 16. appellat, Dea Ascalonitarum Syriæ, quam Plinius prodigiosam vocat, quòd simulacrum ejus superiore parte mulierem, reliquâ piscem refert. Diod. Sic. lib. 2. Αὐτὴ ἡ τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικὸς, τὸ δ' ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος. Neque aliter Lucianus testis ὠτόπτης in Syriâ Deâ. Δρακοντὸς ἡδονὴν Φοινίκη ἐθαύμαζον, δῆμα ξένον, ἢ μισεῖ μὲν γυνὴ, τὸ δ' ὀπίσω ἐκ μηρῶν εἰς ἄκρους πόδας ἰχθύος ἐρῇ ἀπολείπει. Hanc referunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, ut sese in lacum præcipitem dederit: cumque cadaver ejus ab urinatoribus inveniri non possit, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Quo factum est, ut deinceps à piscium esu vicini populi religiosissimè abstinerent. Unde & *Atergatim* dictam volunt, quasi ἄτερ γάδου, quod Syris *sine piscibus* sonat. Macrobius vero Sat. 1. duo fuisse Assyriorum numina tradit, *Adad* & *Atergatim*, ex quibus omnia gigni arbitrabantur; per *Adad*, *Solem*, per *Atergatim*, *terram* intelligentes. Athenæus, lib. 8. verum Reginæ nomen *Gatis* fuisse refert, quæ, cum obsoniorum esset avidissima, edictum promulgasse, ne quis pisces ederet ἄτερ Γάδου, *præter Gatidem*. Tum imperitum vulgus ex ἄτερ & Γάδις unam conflasse vocem Ἀταργάτις. Sed antiqui in etymis eruendis mirificè hugari solent. Vossius itaque ab אדר *addir*, *magnus*, *potens*, & דג *dag*, *piscis* deducit. Culta vero non in Syriâ modo, sed etiam ipsâ Parthiâ, ut indicat Isidorus Characenus in Parthiæ periegesi Ἔνθεν Βεσηχάνα πόλις, ἐν ᾗ ἱερὸν Ἀταργάτι.

Athamas, Æoli filius, rex Thebarum, Nephelen uxorem duxit, ex quâ Hellen & Phryxum genuit; sed Nephele insaniâ à Libero Patre concitata, cum in silvas abiisset, *Athamas* liberis suis Ino, Cadmi filiam, superinduxit novercam, quæ eos tot apud patrem accusationibus, tot dolis eò compulit, ut consenso aureo Ariete, fugâ sibi consulerent. Quapropter Juno irata, furias in *Athamantem* immisit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, ut cùm Ino ad se venire videret, hanc lænam, & filios ejus catulos arbitratus, rapto Learcho ex filiis altero, saxo illiserit, quod Ino videns, cum Melicerte alterâ prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitem dedit. Ovid. Met. 4.

Deque sinu matris ridentem, & parva Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras
More rotat fundæ, rigidoque infantia saxo
Discutit ora ferox.

Idem fast. lib. 6.

His agitur furiis Athamas sub imagine falsâ
Tuque cadis patriâ, parve Learche, manu.

Athanadas, de rebus Ambrociatarum volumen conscripsit. Anton. Liberalis.

Athanasius, Præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro ejus civitatis Præsule, olim Diaconus, in Concilio Niceno Arianorum hostis acerrimus, deinde maximas perpessus insidias ad Constantem, Galliarum regem perfugit. Volater. Moritur A. D. 377. cum Episcopatum Alexandrinum pace, belloque gessisset annis 46. post multiplicia illa pro Ecclesiâ certamina, quorum similia Episcoporum, aut Doctorum Ecclesiæ, neminem sustinuisse unquam legimus. Genebrard. Chron. lib. 3. Vide quædam de hoc præsule apud Voss. H. Gr. p. 486. & Valesium Notis in Ammian. pag. 88.

Athanati, apud Persas dicebantur 10 millia virorum delectorum ex Persis ad militiam, quorum si quis aut nece aut morbo numerum minuisset, confestim substituebatur alius. Hesychius Ἀθάνατοι, πάγμα ἱππέων Περσῶν μυρίων ἀνδρῶν. Suidas. Ἀθάνατοι μύριοι Περσῶν ἐπίλεκτοι. Idem in *Xerxes*. Εἶχε δ' ἐπίλεκτος μυρίους, οὓς Ἀθανάτους ἐκάλει. Q. Curt. lib. 3. *Proximi ibant quos Persæ Immortales vocant, ad decem millia.* Quem numerum adfirmat quoque Procopius de bello Persico. Vide Herod. lib. 7.

Athanis, res Siculas memoriæ prodidit. Athen. l. 3. Quædam etiam ex Athane adfert Plut. in Timoleonte.

Athena, Græcis *Minerva* dicitur. Ἀθηνᾶς nomen (inquit Phurnutus) est δυσπυμόλογον, h. est, ejusmodi, ut difficile sit ejus causam adferre; atque hoc satis apparet ex ridiculis illis rationibus, quas non Grammatici modo, sed Philosophi quoq; & in his Plato in Cratylo adducunt. Mihi dubium non est, (inquit Vossius) quin ab Oriente vel Ægypto nomen hoc acceperit. Non absurdè deducas ab אתן *ethan*, quod est *fortis*, *perennis*. Malim tamen à Chaldæo, ac Talmudicis etiam frequentato תנא *tena*, quod idem valet ac שנא *Shana*, nempe ut Græcis, ita & Orienti mos etiam fuit S & T literas commutare. Valet autem utrumqe *meditari*, *commentari*, *studere*, *docere*. Itaque hinc Doctores, qui excepere Synagogam magnam, *Tanaim* dicti. Inde igitur Ἀθηνᾶ studiorum ac doctrinæ præses. Articulus Hebræo *Thana* præmittitur, sed spiritu mutato, quod in compluribus fieri sat notum. Ἀθωνᾶ vero אדוני *Adoni*, i. e. *Domina* Capello dici videtur.

Athenæus, Cosmographus Græcus. Item Peripateticus Philosophus è Seleucia Ciliciæ, Augusti temporibus, princeps aliquandiu patriæ suæ, deinde contractâ amicitiâ cum Murænâ, qui contra Augustum conspiraverat, cum illo aufugit, captusque cum insons reperiretur, revertens Romam, multis eum salutantibus, illud Euripidis respondit.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα κοὐκέτι πύλας
Λιπών. Strabo.

Athenæus, de *machinis bellicis* librum conscripsit, qui hodieque supereſt. Videtor Vossius de Scientia Mathematicis, pag. 290.

Athenæus, Naucratita Grammaticus, librum *Deipnosophistarum* composuit, varium opus, & eruditum, ut Plinius alter Græcus fere dici possit: quod ad nos sanè haud integrum pervenit, ejus epitome ab Hermolao Byzantino tantum relicta. Suidas. Vide Casaub. & Vossium de Hist. Gr. Item *Athenæus* historicus, qui quid de Semiramide literis prodiderit, narrat elegantèr. Diod. Siculus, lib. 2. Eamque historiam indè, sed tacito Diodori nomine exscripsit Muretus Var. lect. 6. 17. Esse autem *Athenæum* hunc alium à Naucratitâ, satis ex temporum ratione liquet; ille enim floruit sub Antonino, Diodorus autem sub Augusto Cæsare.

Athenocles, res Assyriacas prodidit, teste Agathiâ, lib. 2. Hist. suæ, ubi ait, Berosum, Athenoclem, & Simacum antiquissimas Assyriorum & Medorum res conscripsisse.

Athenodorus,

Athenodorus, Philoſophus, de cujus ætate nemo ambigit, nam Auguſtus eum Tiberio præpoſuit, ut conſtat ex Suetonio; imò & Auguſti ipſius Præceptor antèà fuerat, teſte Luciano in Macrobiis; Cui hoc documentum dedit, Cum, Cæſar, ira Te ceperit, nihil prius, neque dixeris, neque feceris, quam ipſa 24 elementa Græcarum literarum recenſueris. Cedrenus ubi de Auguſto Cæſare. Habuit etiam Athenodorum Alexandrinum ſapientiſſimum virum. Inſano alienarum uxorum amori indulgebat Cæſar: adeoque ipſi flagitio ejus mariti inſerviebant. Cùm enim aliquis Senatorum ad eum veniret, cui uxor eſſet formoſa, ad hunc Cæſar miſit ſuum annulum, poſtulavitque ut uxorem in lectîcà ad ſe mitteret opertâ obſignataque, & unà annulum remitteret. Itaque mulierem in lectîcâ accipiens, expleta libidine, eam obſignatam marito remittebat. Petierat aliquando id ipſum à quodam Cæſar, qui cum recuſare non audebat, ſuam calamitatem deplorabat. Ὦ ὀπιθὰς Ἀθηνόδωρος κλαίουτι, &c. Athenodorus cum in plorantem incidiſſet, causâ cognitâ, ſe cum ſtricto gladio in lectîcam abdi, itáque obſignata ea ad Cæſarem mitti juſſit. Cæſar cum Senatoris uxorem ſibi allatam putans, januam lectîcæ aperuiſſet, exiluit gladium ſtrictum tenens Athenodorus, ſubitoque viſus admodum perterruit Cæſarem, metuentemque ſibi confirmavit rurſum, juramentoque adegit promittere nihil ſe in poſterum tale acturum. De patriâ non convenit inter omnes. Theodorus Metochita in Hiſt. Rom. compendio Alexandrinum vocat. Verba ejus in Vitâ Auguſti hæc ſunt Σοφὸς δέ τις Ἀλεξανδρεὺς, Ἀθηνόδωρος ὄνομα. Similiter Cedrenus & Manaſſes. Sed Euſebio Tarſenſis eſt, itemque Straboni, qui *Athenodori* ipſius ætate vixit, ex quo etiam cognoſcimus *Cananiten* vocatum fuiſſe. Sic enim ait, lib. 14. Ἀθηνόδωρος ὁ τῆς Σάνδωνος, ὃν ἐκ Καναρίτου φασὶν ἀπὸ κώμης τινὸς, Καίσαρος κατηγήσατο, ἐκ παιδὸς ἔτυχε μεγάλης, ubi etiam refert, ut jam ſenex in melius mutarit ſtatum patriæ ſuæ, quem perverterat Boethus, & poeta & civis malus. Quod etiam innuit Lucianus ubi ſuprà. Ἀθηνόδωρος Σάνδωνος Ταρσεὺς Στωϊκὸς, ὃς ἐκ διδασκάλου ἐχρήσατο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' ᾧ ἡ Ταρσέων πόλις ἐκ φόρων ἀκυφίσθη, δύο ἐκ ὀγδοήκοντα ἔτη βιὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι, ἐκ παιδὸς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἔκαστον ἀπονέμει, ὡς Ἥρωι. Plutarchus in Publicolâ eum citat ἐν τῷ πρὸς Ὀκταυίαν τὸν Καίσαρος ἀδελφόν. Scripſit etiam περὶ ἀπαθείας, ἐκ παιδιᾶς, teſte Athenæo; item φιλοπάτων, ſive *diſſertationum* libros, quorum 3. citat Laertius. Quæſtionem etiam de Oceano, & æſtu ejus tractaſſe ex Strab. lib. 1. conſtat, ubi de hâc re remittit nos ad Poſidonium & *Athenodorum*, niſi hic diverſus ſit à priori. Nam Strabo lib. 16. præter eum, etiam alterum fuiſſe ejus nominis ait, itidemTarſenſem, cognomento *Cordylionem*, qui cum M. Catone vixerit, atque apud eum diem ſuum obierit. Vide Steph. in Ἀγχιάλη. Voſſius.

Athenodorus, Eretrienſis, libros ὑπομνημάτων ſcripſit, ex quorum 8. quædam de Thetidis & Medeæ in Theſſaliâ ſuper pulchritudine certamine retulit Ptolemæus Hephæſtionis, cognomento *Chennus*, in novæ ad variam eruditionem hiſtoriæ libro 5. & inde Photius Cod. 190. Item ſculptor marmorarius Plinio memoratus, lib. 34. cap. 8.

Atlas, Mauritaniæ rex, Prometheî frater, qui cum oraculo monitus eſſet, ut caveret à Jovis filio, nullum hoſpitio ſuſcipiebat; quod Perſeus Jovis ex Danae filius indignè ferens, oſtendit ei caput Gorgonis, quo conſpecto *Atlas* in montem converſus eſt tam excelſum, ut ejus cacumen cerni nequeat. Lucan. lib. 9.

Illa ſub Heſperiis ſtantem Titana columnis
In cautes Atlanta dedit.

Val. Flaccus, lib. 5.

——*Stat ferreus Atlas*
Oceano, genibuſque tumens infringitur unda.

Papin. Theb. 8.

——*Aſtriferumque domos Atlanta ſuperbas*
Ferre laborantem——

Deſcribit hunc magnis corruptæ eloquentiæ Græcanicæ conatibus Jo. Gazæus in Tab. Univerſali.

Καὶ φλόγα κυρίζων κυβερνήτης ἴσα θεῷ Ἄτλας
Ἀυξικίνις πανύψηλος ἀστρολόγων ἐπὶ κύρσῃ
Κρᾶτα φερωνύμιον, καὶ ἐς ἠέρα χείρεσι δείξων
Ἀυχένα δολιχώτατος, πεπονημένα γυῖα πλατύνων
Δεξιὸν ἴχνος ἔκαμψε, μετάστροφον εἰ σκέλος ἄλλο
Μοχθίζων ἀτέλεστα.

Fabulam refert Ovid. Mutationum, lib. 4.

Quantus erat mons factus Atlas, nam barba, comæque
In ſilvas abeunt: juga ſunt humerique manuſque;
Quod caput ante fuit, ſummo eſt in monte cacumen;
Oſſa lapis fiunt; tum partes altus in omnes
Crevit in immenſum (ſic Dii ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cœlum requievit in illo.

Virgil. Æn. 4.

Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila, jamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri;
Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Quam *Atlantis* deſcriptionem ſic imitatur Siſius, lib. 1.

Nec patitur nomen proferri longius Atlas;
Atlas ſubducto tacturus vertice cœlum,
Sidera nubiferum fulcit caput, ætheriaſque
Erigit æternum compages ardua cervix;
Canet barba gelu, frontemque immanibus umbris
Pinea ſilva premit, vaſtant cava tempora venti,
Nimboſoque ruunt ſpumantia flumina rictu.

Montem hunc *Africæ* fabuloſiſſimum vocat Plinius, & meritò. Fabulis autem ab ipsâ montis altitudine occaſio data, undè Cœlum ab eo ſuſtineri fingitur: *Quo magis ſurgit exilior eſt, & quòd altius quam conſpici poteſt uſque ad nubila erigitur, cœlum & ſidera non tangere modo vertice, ſed ſuſtinere quoque dictus eſt*, uti loquitur Pomponius lib. 3. cap. 11. Hinc Proverb. Ἄτλας ἢ ὄρος, ſubaudi ὑπεδέξατο, dici ſolitum de iis, qui ſeſe magnis & moleſtis involvunt negotiis, ipſique ſibi malum accerſunt. Nam hic *Atlas*, ut quidam aiunt, Cœlum hoſpitio excepit; deprehenſus autem quòd illi ſtruxiſſet inſidias, præceps datus eſt in *mare Atlanticum*. Ferunt autem *Atlantem* Aſtrologiæ fuiſſe peritiſſimum, deque ſphærâ primum inter homines diſputaſſe, quâ ex re viſus eſt cœlum ſuis humeris ſuſtinere. Scribunt autem duos eſſe montes in Mauritaniâ *Atlantes* dictos. Primus major dicitur, in oram litoream Oceani Occidentalis & Atlantici deſinens, ipſamque Mauritaniam à Libyâ interiore ſeparans, cujus promontorium *Capo d' Alguer* à nautis nominatur. Secundus minor vocatur, regnum Feſſanum à Marocchico dividens, *Errif* hodiè Marmolio teſte. Tres autem *Atlantes* fuiſſe teſtatur Servius. Unus rex Italiæ, & pater Electræ uxoris Coryti. Alter Arcadiæ rex, & pater Maiæ, ex quâ natus eſt Mercurius. Tertius Maurus, qui dictus eſt Maximus. Sumitur nonnunquam à Poetis *Atlas* pro hominis ſimulacro, columnas ædium ſuſtinente, aut ædificium ipſum, ad ſimilitudinem *Atlantis*, cœlum humero torquentis, qui etiam *Telamones* dicuntur. Eſt & *Atlas*, teſte Herodoto, lib. 4. fluvius ex Æmo monte naſcens, & Aquilonem verſus in Iſtrum defluens. Hinc *Atlanticus* adjectivum, ut *Atlanticum mare*, i. e. ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit. Cic. de Somn. Scip. *Omnis terra quæ colitur à vobis, parva quædam inſula, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terrâ.* Horat. Carm. 1. Od. 31.

——*Quippe ter & quater*
Anno reviſens æquor Atlanticum
Impune.——

Et *Atlanteus*. Idem Horatius Carm. 1 Od. 34.

Quo Styx & inviſi horrida Tænari
Sedes, Atlanteuſque finis
Concutitur——

Et *Pleiades Atlanteæ* apud Ovid. 3. Faſt. Hinc *Atlantides*, & per epentheſin *Atlantiades*. Mercurius Maiæ filius & Atlantis nepos. Ovid. Met. 8.

Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.

Porro *Atlantides* 15 filiæ Atlantis fuere, ex Plione Oceani, vel Deucalionis filiâ, quæ etiam Vergiliæ dicuntur, quarum 5 Hyades, nominatæ à fratre Hyâ, ſororibus plurimum dilecto, reliquæ Pleiades à matre. Alii 7 tantum numerant, quarum una, quod Siſypho nupſit, non videtur. Virgilius Geor. 1.

Ante tibi Eoa Atlantides abſcondantur.

Vitruvius, lib. 6. cap. 10. *Atlantides, quas nos Vergilias, Græci autem πλειάδας nominant, cum ſideribus in mundo ſunt dedicatæ.*

Atreus, Pelopis & Hippodamiæ filius, rex Mycenarum, Thyeſten fratrem concubitu uxoris ſuæ Æropes uſum exilio mulctavit, cui deinde revocato proprios filios, quos ex Ærope ſuſceperat, comedendos appoſuit: cujus facinoris horrore Sol retroceſſiſſe fertur, revocato ad auroram curſu. Unde Ovid. Triſt. 2.

Si non Æropen frater ſceleratus amaſſet,
Averſos Solis non legeremus equos.

Quod ut Thyeſtes ulciſceretur, cum proprià filiâ Pelopeî concubuit, & ex eâ Ægiſthum ſuſcepit, qui *Atrei* filium Agamemnonem interfecit. Horat. ad Piſones.

Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus.

Ovid. Ponticorum primo.

Non tibi Theromedon, cruduſque rogabitur Atreus.

Hinc *Atridæ*, Atrei filii, Agamemnon & Menelaus, qui tamen reverà Pliſthenis filii fuere, Pelopis ex Hippodamiâ filii, quos Atreo fratri juvenis moriens commendavit: à quo cum tanquam proprii ſuſcepti fuerunt & educati, *Atridæ* dicebantur.

Atropos, una ex Parcis, quasi quæ ad nullius preces convertatur. Stat. 4. Silv. 8.

His senium, longæque decus virtutis & alba
Atropos, & patrius laurus promisit Apollo.

Mart. 10. 45. *Gaudia tu differs ; at non & stamina differt*
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.

Atta, Claudii cognomen. Liv. lib. 3. *Atta Clausus cui postea Appio Claudio nomen fuit.* Ideoque ubi in vulgatis apud Ovid. 4. Fast. legitur,

Claudia quinta genus Clauso referebat ab alto ;

Forte legend. *ab Attâ.* Neapolis.

Item Poeta Comicus. Horat.

Rectè necne crocum floresque perambulat Attæ
Fabula———

Attalus, Sen. ep. 64. Nam ut dicere solebat Attalus noster : Sic amicorum defunctorum memoria jucunda est, quomodo poma quædam sunt suaviter aspera : quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat. Cum vero intervenit spatium omne quod angebat extinguitur, & pura ad nos voluptas venit. Sæpe nominat hunc virum laudatque idem Sen. & audisse eum alibi fatetur. Sed & hoc ei tribuit quod Etruscorum doctrinam Græcâ subtilitate miscuerit, 2 Qu. Nat. c. 50. Quid Sen. pater ? Magis virum notificat. Attalus, inquit, Stoicus qui solum vertit à Sejano circumscriptus magnæ vir eloquentiæ, ex Philosophis quos nostra ætas vidit longè & subtilissimus & facundissimus. Suasor. 2.

Attalus, Macedo, infensissimus hostis Alexandro, Quin. Curtius, lib. 6. Fuit & *Attalus* quidam Philosophus ; Item Martyr nobilis, de quo videsis Euseb. 5. 3.

Attalus, Pergami rex, pecuniâ, & splendidâ abundantique supellectile ditissimus. Plin. lib. 8. Propertius.

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

Hic à Pop. Rom. donatus est eo regno ; cum liberos autem non haberet, eundem Pop. Rom. hæredem fecit ; ejusque substantia amplissima Romam est allata. Nimirum in Testamento scriptum erat POP. ROMANUS MEORUM HÆRES ESTO : quod largâ & liberali quâdam interpretatione Romani à privato instrumento Regis, ad regnum ipsum extenderunt : quod alias sine consensu populi transire validè haud possit. Ideoque cum ait Horat. lib. 2. od. 18.

——Nec Attali ignotus hæres regiam occupavi.

Notasse poetam Romanos, non jure factos hæredes *Attali*, vetus Scholiastes observat. Vide Berneggerum ad Florum 2. 20. N. 2. 6. Sed Grotius docet, regna quædam alienari posse lib. 1. de Jure B. ac P. & lib. 3. cap. 20. Unde *Attalicæ vestes* pro splendidis, item *conditiones Attalicæ* pro ingentibus divitiis. Horat. Od. 1.

——Attalicis conditionibus
Nunquam dimoveas.
Sectaque ab Attalicis putria signa toris. Prop. 4. 6.

Atteius Philologus, libertinus, Athenis natus, quem Capito *Atteius* J. C. ejus Patronus, inter Grammaticos Rhetorem, & inter Rhetores Grammaticum fuisse ait, quem juvisse Sallustium in scribendo author est Pollio.

Attes, Calai Phrygis filius impotens generandi à matre genitus, qui, cum adolevisset, in Lydiam demigravit, & Matris Deûm orgia apud Lydos peregit. Quare cum ob id in honore esset, Jupiter ei invidens, suem immisit, qui Lydorum labores, & opera diripiebat : & cum alios plures, tum ipsum *Atten* interemit. Paus. in Achaicis.

Atticus, Titi Pomponii Equitis Rom. cognomen, ad quem 17. Epistolarum libros Cicero scripsit. Datum id ei, quòd & diu Athenis vixerit, & Græcè peritissimus fuerit, adeò ut Athenis natus videretur, quòd & Cornelius Nepos de eo in Vitâ ipsius *Attici* prodidit. De consulatu Ciceronis Græcè historiam condidit, de quo Cicero ipse ad Attic. lib. 2. ep. 1. Sen. ep. 21. Nomen Attici perire Ciceronis Epistolæ non sinunt. Nihil illi profuisset gener Agrippa & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos : inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. Alium sui temporis *Atticum* celebrat Martialis 7. 32. quem etiam Græcè doctissimum & ejusdem gentis studiis deditum fuisse carmen ipsum arguit 3. Platonicus Philosophus, qui Romæ floruit temp. Constantini Imperatoris, Eutrop. 4. Consul Rom. Prætextati collega. 5. Alius Consul, Collega Cæsaris sub Theodos. Imperatore. 6. Constantinopoleos Episcopus tempore Arcadii Imperatoris. 7. *Atticus* Vectinus Cons. Rom. collega Silii Nervæ temporibus Claudii Neronis Imperatoris.

Attilius Regulus, Cons. Rom. primo bello Punico, cùm Carthaginenses sæpè vicissent, tandem per insidias captus, Romam missus est, pro permutandis captivis, quam permutationem ipsemet dissuasit, & Carthaginem rediens, crudelissimè necatus est. Lege Horat. Carm. 3. Od. 5. Appianus in Libycis : Καὶ ὁ Ἀτίλιος Ῥήγουλος ἐν ἀποῤῥήτῳ τοῖς πόλεσι (lege πόλεσι) Ῥωμαίων ὀπτοκήλας ἐγκρύπτας ἔχοντας τὸν πόλεμον, ἐπανῆλθεν ἐς λιμένα (lege λιμένα) ἕτοιμος, καὶ αὐτὸν οἱ Καρχηδόνιοι καθείρξαντες ἐν γαλεάγρᾳ κάλλει παντόθεν ἐχόσῃ διέφθειρεν. h. e. *Et Atilius Regulus secretò magistratus monuit, ut bello potenter incumberent, & in portum reversus est, ad omnia paratus, & eum Carthaginenses in caveâ undecumque aculeos habente includentes, necaverunt.* Hanc historiam, vel potius fabulam, plerique Romanorum posteris, ut veram, tradiderunt. Cicero 3. de Off. eam habet, & *vigiliis necatum Atilium* ait : ut & in Orat. in Pisonem resectas ei palpebras dixit, & Horatius ubi supra.

Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet.———

Silius Italicus vero in eo argumento tragicè debacchatur : eos auctores secutus Zonaras eadem de morte *Attilii* narrat : ii omnes Appiani huic loco concinere videntur. Si dixero me tantis & talibus auctoribus fidem non habere, risum fortè tuum vel indignationem movebo. Sed audi quæso, quæ me ab eâ narratione credendâ demonent, & expande frontem, si corrugata est. Polybius, qui belli primi Punici historiam fusè, ne dicam prolixè, satis exequitur, cùm *Attilii* cladem & captivitatem narret, de toto eo negotio nè verbum quidem facit, ut nec de itu ejus & reditu, nec de ejus morte loquitur. Si quis conjecturæ nostræ locus est, puto eum auctorem de morte *Attilii* consultò tacuisse, ne coactus foret fallere fidem historicam eam fabulam narrando, ut Romæ obtinebat, vel odium Romanorum incurrere, si contrarium recepto apud eos rumori traderet. Ut id credam suadent duo loci insignes, unus Polybii, lib. 1. ubi de auctoribus qui bellum Punicum primum scripserunt, ait, Philinum, & Fabium, non, ut oportuit, veritatem retulisse, sed Philinum quidem omnia in Carthaginensium favorem scripsisse, Fabium verò contrà, & utrumque falsò. Alter locus est Diod. Siculi, cujus extat fragmentum, lib. 24. quantivis pretii à Valesio publicatum. Sic autem incipit : (de *Attilii* autem uxore, & ejus liberis loquitur, quibus data fuerat custodia Bostaris & Hamilcaris, Carthaginensium ducum captivorum.) Ὅτι ἡ μήτηρ τῶν νεανίσκων βαρέως φέρουσα τὴν τῶν ἀνδρῶν τελευτὴν, καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τὸν ζῆν, ἐπόησε (vel ἔπεισε) τοὺς υἱοὺς κακόζειν τοὺς αἰχμαλώτους. Narrat deinde, quomodo ob carceris nimium rigorem, alter eorum mortuus sit, alter vero duraverit, donec re in vulgus proditâ. Οἱ δὲ, μισοπονηρήσαντες τοῖς δημάρχοις φεσπήγγειλαν. Δεινῶς δ' ἐν τῇ ὠμότητι φανείσης, οἱ ἄρχοντες ἐνεκαλήσαντο τοὺς Ἀτιλίους, καὶ παρ' ὀλίγον θανάτου κεῖσιν ἐφεστήκειν ὡς κατειρχθῆσι τὴν Ῥώμην. Διαπεπελήσαντο δὲ τὴν ἀφορμήσασαν παρ' αὐτῆς λήθεδς τιμωρίαν, εἰ μὴ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιήσαιτο τῆς αἰχμαλώτων. Οἱ δὲ τὴν μητρὶ πολλὰ κατεμεμφόμενοι, καὶ μὴν Βοδόστορα καὶσαντες ἀπέστειλαν τὸν πέρσην τοῖς συγγενέσι, καὶ δὴ Ἀμίλκαν ὃν καχεξίας ἀνέβαλον. Ex hoc Diodori loco, & ex Polybii silentio licet conjicere totam de M. *Attilii* supplicio tragœdiam ad pulpita amandari debere, & à veritate historicâ exulare : & mihi videor totam *Attilii* historiam intelligere. Adverte animum lector. M. *Attilio* totam Carthaginensium ditionem liberè depopulante, Asdrubalem, Bostarem & Hamilcarem duces arcessunt Carthaginenses : pugnant cum *Attilio*, vincuntur, de pace agunt ; sed incassum ob duriores conditiones ab *Attilio* propositas ; Denuò pugnant, Xanthippo Lacedæmonio duce, vincunt, & universum Romanorum exercitum delent, & ipsum ducem *Attilium* captivum Carthaginem ducunt : curam adhibet Amilcar, & captivum fovet, ut fit in bello : Classem navium 350 parant Romani, & Coss. M. Æmilio & Servio Fulvio ducibus ad Hermæum promontorium classem Carthaginensium profligant captis navibus 114. & ducibus Bostare & Amilcare, quos Romam mittunt cum victoriæ nuncio : quod ex eo conjicio, quod de iis non fit amplius mentio in illo bello, sed de solo Asdrubale, & quòd ex eo Diodori loco citato pateat eos captivos Romam ductos fuisse. Senatus, ut solaretur uxorem & filios *Attilii*, iis mandat custodiam ducum Carthaginensium, ut haberent redemptionis *Attilii* pretium, factâ scilicet commutatione, ut fit in bello, quod Diodorus narrat. At accidit, ut morbo moreretur in captivitate *Atilius :* unde irata uxor, & non amplius sperans, se per suorum captivorum transmutationem potituram marito, eos crudeliter vexat, unde Senatûs ira adversus matrem & filios : Ea vero ut colorem justitiæ daret crudelitati suæ, fabulam hanc de necato per incuriam, & vigilias & tormenta *Attilio* in vulgus & alias mulieres, ejus affines loquaces tradidit, unde rumor ille increbuit, & in majus traditus est, & propter Carthaginensium odium facilè creditus, vires eundo acquisivit ; Nisi ita res se habuerit, multum me fallit conjectura. Lege lector, veritatis sectator, totum Diodori fragmentum, & Polybii, lib. 1. attentè, &, ut spero, dices me non aberrare è verisimili, & inter errata historica M. *Attilii* caveam, & aculeos, & palpebras sectas annumerabis. Palmerius. Vide *Regulus*.

Atyla, vel *Atilas*, vir fortis imperandique cupidissimus, cui inge-

ingenium acre erat, & circumſpectum, corpus validum & breve, ingens animi magnitudo, indefatigabilis tolerantia laborum, exacta rei bellicæ diſciplina; aſtûs, & conſilii altitudo ſumma; Egregia forma, torvus aſpectus, caput grandiuſculum, oculi imminuti, rara barba, ſimus naſus, calvi fere crines, color ſubniger, & magna libidinis impatientia. Inſcriptio, quâ in diplomatis utebatur, hæc erat; *Atila Mundizi filius, & magni Nimrod nepos, Engadiæ natus, divinâ benignitate Hunnorum, Medorum, Gothorum, ac Danorum Rex, metus Orbis, Deique flagellum.* Poſtquam autem regiam dignitatem ſortitus eſt, omnes gentes ſibi ſubditas ad obſequia redegit. Multis & variis ſubactis ac direptis regionibus, cum exercitu ditato in regnum ſuum rediit. Bello Italico & Illyrico triumphavit; & quamvis de invadendâ Aſiâ, atque Africâ cogitavit, ſummâ tamen libidine diffluens inter convivia, & ingentem concubinarum numerum, mentem remiſit, puellamque Bactrianorum regis filiam, cujus amore ſuccenſus erat, primariæ uxoris loco habere conſtituit, unde Baccho & Venere corpus eâ nocte ita confecit, ut inter dormiendum corpore ſupino, ſanguinis profluvio ſuffocatus interiit. Munſter. 4. Coſmogr.

Atys, puer Cybele adamatus, ſacriſque ſuis præfectus eâ lege, ut perpetuò caſtitatem ſervaret. Sed cùm poſteà voti ſui parum memor, Sangaritidem nympham compreſſiſſet, ab iratâ Deâ in furorem actus, teſtes ſibi exſecuit, cumque etiam ſibi manus afferre conaretur, miſeratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Ovid. Met. 10.

——*Cybeleius Atys*
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Vide Catullum Carmine, cujus initium,

Super alta vectus Atys celeri rate maria.

Ubi titulus in ſcripto Scaligeri *De Attine furore percito.* Et ſanè ita legitur apud Macrobium, & in veteri quâdam inſcriptione Hiſpanâ. Græcis, Ἄττις, Ἀττίνης, & Ἄττις Ἄττυος, ut Φόρκυς & Φόρκις. Nero enim dixit.

——*Berecynthius Attin* apud Perſ. Sat. 1.

Dio de Nerone Ἐκιθαρῴδησεν Ἄττιν ἢ Βάκχας, lege Ἀττίνα. Porphyrius de ratione naturali Deorum: *Atys*, inquit, & Adonis ad fruges, fructuſque ſpectant: ſed per Atyn maximè flores ſignificantur, qui prius decidunt quàm ad fructum perveniant: iccirco abſciſſum eum fabulantur; quoniam flores defluxi fructus non tulere. Vide Aug. de civitat. Dei. 7. 25.

Atys, Crœſi, Lydiæ regis, filius, qui, cum anteà ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydiæ ſervitutem attulit, cum Cyri militem videret ſublato enſe patri ſuo cædem illaturum, nimiâ loquendi cupiditate, linguæ vinculum abrupit, clarâque voce Patris interitum deprecatus eſt his verbis, Ὦνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Herod. lib. 2.

Atys, Herculis & Omphales filius, genuit *Lydum*, à quo *Lydia*, & *Tyrrhenum*, à quo *Tyrrheni* dicti.

Atys, Indus quidam in Andromedæ nuptiis à Perſeo interfectus. Ovid. Met. 5.

——*Erat Indus Atys, quem flumine Gange*
Edita Liminace vitreis peperiſſe ſub undis
Creditur.——

Atys Sylvius, Albæ Sylvii filius, quem Euſebius Ægyptium Sylvium vocat. regn. an. 29. Capy filio relicto. Item pueri Trojani nomen. Virgil. Æn. 5.

Parvus Atys, genus unde Atii duxere Latini.

Hinc *Atius*, familia Romana, unde Auguſti mater.

Jo. Aventinus, an. 1466. natus fuit, ac cùm multa alia, tum annales Boiorum libb. 7. reliquit. Obiit an. 1533. an. natus 68. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 655.

Averroes, Arabs, in Africâ educatus, naturali ſcientiâ vir præſtantiſſimus, omniumque bonarum diſciplinarum encyclopædiam adeptus, ſectâ Mahumetanus, apud Cordubam Hiſp. urbem vetuſtiſſimam floruit An. Dom. 1149. Multa ac varia compoſuit. Librum (Colliget) dictum, totam fere medicinam complectentem edidit. Avicennæ æmulus, & inimiciſſimus fuit. Hæc Symphorianus Campegius. Commentariis ſuis in Ariſtotelem Græcos maximè imitatur. A nonnullis, *Stimulus Medicorum* dicitur, nam & Galeno non paucis contradicit. Geſner. in Bibliothecâ.

Averruncus, Deus Romanorum, qui *mala averruncare*, h. e. *depellere*, atque *avertere* putabatur. Cujuſmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcircò Ἀλεξικάκους, Ἀποτροπαίους & Ἀπομυίους appellarunt. Pacuvius apud Varronem, lib. 6. de LL. *Deus qui meis rebus præeſt Averruncus.*

Auſidius, matronarum corruptor. Juvenalis.

Notior Auſidio mœchus celebrare ſolebas.

Erat autem Chius natione. Mart. 10. 62.

Acrior hoc Chius non erat Auſidius.

Auſidius, cognomento *Lurco*, qui primus pavones ſaginare aggreſſus eſt, ex quo quæſtu reditum ſexagenorum millium Seſtertiorum percipiens. Plin. 10. 20. *Auſidii* mem. Horat. lib. 1. Sat. 4.

Auſidius forti miſcebat mella Falerno.

Auſidius Baſſus, nobilis hiſtoricus, qui de rebus Germanicis hiſtoriam conſcripſit. Etiam de bello Civili egit: unde iſta ſunt, quæ M. Seneca de Cicerone refert. Meminit ejus author de cauſis corruptæ eloquentiæ, & fortaſſe idem eſt, quem Plin. ſignat Hiſt. Nat. lib. 6. cap. 9. cum ait *Univerſæ Armeniæ magnitudinem Auſidius quinquagies centena millia prodidit.* At non de hoc, puto, ſed de filio ejus loquitur L. Seneca ep. 30. Ea ſic incipit: *Baſſum Auſidium, virum optimum, vidi quaſſum, ætati obluctantem. Sed jam plus illum degravat, quàm quod poſſit attolli. Magno ſenectus & univerſo pondere incubuit. Scis illum ſemper infirmi corporis, & exhauſti, fuiſſe: diu illud continuit, & ut verius dicam, concinnavit, ſubito defecit.* Fortaſſe idem eſt *P. Auſidius* memoratus Priſciano, lib. 8. ubi eum docet *conteſtatur* paſſivè uſurpaſſe pro συμμαρτυρεῖται. At planè ab hoc diverſus eſt *Auſidius* Modeſtus, Grammaticus nobilis, qui Maronem interpretatus fuit, & quem celebrat Philargyrius in lib. 2. Georgicorum. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 4. cap. 14.

Auſidius Luſcus, Fundorum Prætor. Horatius in Hodœporico.

Fundos, Auſidio Luſco Prætore, libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ.

Cn. *Auſidius*, Trib. pl. de quo Plin. 8. 17. Ubi Commentator: *Cn. Auſidii Romani, oculis capti, qui cùm eorum ſenſu careret, nec atrum ab albo poſſet diſcernere, videbat tamen in literis, & Græcam hiſtoriam ſcribebat.* Mem. Cic. Tuſc. Qu. l. 5. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 4. cap. 14.

Auga, *Auge*, vel *Augea*, mater Telephi, quam Euripides dicit ab Aleo patre (cum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in cymbâ quâdam cum Telepho filio impoſitam, mari demergendam, Palladis providentiâ ad Caici oſtium delatam, & à Teuthrante exceptam fuiſſe, quam ille in uxorem duxit, Telephumque pro filio educavit, regnique ſucceſſorem inſtituit. Strabo lib. 13. Diodorus Sic. lib. 4. paulò aliter narrat hanc hiſtoriam. *Auge* (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre gravida deprehenſa, nauclero cuidam tradita eſt ſubmergenda. Sed antequam ad mare perveniret, urgente tempore partûs, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit; qui poſteà inventus à paſtoribus, Corytho regi datus eſt & *Telephi* nomine appellatus, quod à paſtoribus inventus eſſet pendens ab uberibus τηθὸς ἐλάφου. *Auge* vero à mercatoribus qui illam à nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem regem delata eſt, ubi poſtea à Telepho filio fuit agnita.

Augarus, Arabum præfectus, qui Pompeio aliquot officiis fidelem operam navaverat, atque ita tunc ſibi fidem in parvis præſtruxerat, ut poſteà cum operæ pretium eſſet, magnâ cum mercede eum falleret. Dio. *Acbarus* Appiano, *Mazara* Floro, *Ariamnes* Plutarcho dicitur. Conſtat apud omnes hunc transfugam quocunque nomine fuerit, ſubornatum à Perſis fuiſſe, ut Craſſi crudelitate in ipſius perniciem abuteretur. Alius quoque fuit *Augarus* Oſroenorum rex, qui cum ad Antoninum Caracallam, tanquam ad amicum veniſſet, ab illo contra fidem datam comprehenſus & in vincula conjectus fuit, & Oſroena rege deſtituta capta.

Augeas, rex Elidis, filius Solis, aut, ut alii volunt, Neptuni, ut alii Phorbantis & Hirmines, ut alii, Nyctei, ſeu, ut alii, Epochi; quem Hyginus inter Argonautas connumerat. Bubile habuit 3000 boum capax, nunquam ante Herculis adventum repurgatum, cui cum *Augeas* id purgandum locaviſſet, Hercules Alpheum fluvium eo immiſit, ejuſque aquis 30 annorum ſimum, quem egerere longum fuiſſet, nullo propemodum negotio eluit. Quo nomine cum pactam ſibi mercedem exigeret, tergiverſante *Augeâ*, Phyleum filium ejus arbitrum delegit, qui cum ſecundum Herculem pronunciaſſet, pulſus à patre, in Dulichium inſ. confugit; quam rem ægrè ferens Hercules, Elim diripuit, & *Augeam* interemit, revocatumque Phyleum patris loco regnare juſſit. Vide Pauſan. in Eliacis, & Plin. 17. 9. *Augeæ* quoque meminit Hom. Iliad. N. Item *Augeas* Athenienſis Comicus, teſte Athenæo.

Augures, tres primum Romæ fuere, propter tres ipſius tribûs, Luceres, Rhamnenſes, Tatienſes; mox uno addito, quatuor extiterunt. Sed cum, poſteà plebs admiſſa eſſet in honorem urbis, quinque plebei Augures creati ſunt, & Patricii quatuor; idque M. Valerio & Q. Apuleio Coſſ. Locum vero Augurii ita fuiſſe legimus: Templum Augur conſtituebat, verſus Orientem ſedebat, capite velato lituum, i. e. incurvum baculum dextrâ geſtans, quo cœli regiones dividebat, & quæ Auguria veniebant, prædicebat. Si læva fuiſſent, quâ parte eſt Septentrio, felicia pronunciabat; illa enim pars, propter altitudinem proſpera putabatur. A dextrâ parte Meridies parum

fausta, & infelix credebatur, quia locus est depressus. Plura Liv. lib. 1. & Halicarnass. Dionys. lib. 2. Plut. in Paral. & Problem. Cic. de Divin. & alii. Notum illud Catonis, mirari se si augur augurem aspiciens sibi temperaret à risu: nempè quià occulto Syncretismo colludebant inter se, sibi conscii fraudis & impostura. Augurum autem illorum delira inter recentiores egregiè confutavit G. Peucerus Comment. de variis Divinationum generibus.

Augustæ, Conjuges Imperatorum dicebantur, dum viverent, *Divæ* autem post mortem. Hoc nomen adeptæ sunt Livia Augusti, Agrippina Agrippæ, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Petronia Vitellii, & reliquæ, quas enumerat Volaterranus, lib. 13.

D. Augustinus, Ecclesiæ Catholicæ fulgor, Hipponensis Episcopus, de quo hunc in modum scripsit S. Victor, lib. 1. De persecutione Vandalorum. *Eâ*, inquit, *tempestate Hippo civitas obsessa est, quam omni laude dignus B. Augustinus, librorum multorum confector, Pontifex gubernabat. Tunc illud eloquentiæ, quod ubertim per omnes Ecclesiæ campos fluebat, ipso motu siccatum est flumen, atque dulcedo suavitatis in amaritudinem absinthii versa est. Usque ad illum tempus 232. confecerat libros, exceptis innumerabilibus epistolis, vel expositione totius Psalterii, atque Evangeliorum, atque tractatibus popularibus, quos Græci Homilias vocant, quorum numerum comprehendere satis est impossibile.* Hæc Victor. Erasmus eum vocat *Incomparabilem Ecclesiæ Doctorem.* Montacutius *solidissimi judicii virum, & in fidei dogmatibus disceptandis Principem.* Maldonatus vero: *Is author est Augustinus, ut ejus sententia, si vel nullâ Scripturâ, nullâ ratione, nullis aliis authoribus probaretur, solâ personæ reverentiâ satis magnam authoritatem meretur.* Sic ille in Jo. 6. n. 68. Dic mihi jam quid sit Σκυμδζειν τὸ σεσωπον si hoc non sit. Sed en Jesuitæ petulantissimi levitatem! siquidem paulo ante dixerat: *Non nego me hujus interpretationis authorem neminem habere, sed hanc eò magis probo quam illam alteram Augustini, cæterarum alioqui probatissimam, quod hæc cum Calvinistarum sensu magis pugnat.* Adeo autem apud Hispanos in pretio est hic Doctor, ut vulgò dicant: *Nec jusculum sine lardo, nec concionem sine S. Augustino.*

Augustulus, Rom. Imperatorum ultimus, abdicare se coactus est ab Odoacro rege Herulorum, & sic Imperium Occidentale desiit. Sleidanus ait eum animo fractum, Imperium sponte deposuisse.

Augustus Cæsar, Rom. Imp. secundus, patre Octavio Senatore genitus, Julii Cæsaris nepos. Imperavit an. 56. Anno 42 imperii sui postèà quam firmissimam, verissimamque pacem composuisset, JESUS CHRISTUS Dominus in Bethlehem natus est: cujus adventui pax ista famulata est. D. Lucas Evangelista, cap. 2. refert ab hoc edictum exiisse, ut censeretur orbis universus. Eo die quo SALVATOR noster in hunc mundum natus fuit, edicto vetuit se Dominum appellari, manifesto præsagio majoris dominatûs, qui tum in terris ortus esset. Ab hoc *Augustus* mensis dictus est, qui anteà Sextilis appellabatur. Cæterùm *Augustus*, non ab *avium gestu, gestuve* ducitur, uti volunt Grammatici, sed ab *auctu. Augere* autem verbum sacrorum est, ut *immolare, mactare, adolere.* Quoniam itaque hostiæ, cùm respergerentur molâ salsâ, consecrabantur, seu sacræ fierent, hinc *Augustus*, sacer, sanctusque est, & quasi consecratus. Vet. Gloss. *Augustus* Σεβαστὸς, ἱερὸς, σεβασμιος. Unde Livio Præfat. operis *augustiora primordia urbis facere, & consecrare origines*, idem est. Ovid. 1. Fast.

Sancta vocant, Augusta patres, Augusta vocantur
Templa sacerdotum rite dicata manu.

Suetonius, August. cap. 7: *Loca quoque religiosa, & in quibus auguratò quid consecratur, Augusta dicuntur ab auctu.* Octavianus itaque appellatus *Augustus* est, i. e. *sanctus*, & supra communem naturam, Diis ipsis proximus æstimandus. Dio Cassius, lib. 53. cùm de hâc ipsâ Cæsaris appellatione agit, inquit, Αὔγυστον, ὡς, οἶμαι, πλεῖόν τι ἢ κατ' ἀνθρώπους ὄν, ἐπικαλῶσι, πάντα γὰρ τὰ τεσπμιώτατα, καὶ τὰ ἱερώτατα, Αὐγουστα θεσαύρδιτοι. Optimè totam rem explicat Florus, lib. 4. cap. ult. *Tractatum etiam in Senatu, an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur: sed sanctius ac venerabilius visum est nomen Augusti; ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine ac titulo consecraretur.* Hinc *Augustinus* adjectivum. Sueton. in Claudio cap. 11. *Circensi pompâ currum elephantorum, Augustino similem decernendum curavit.* Pro quo tamen in Codd. quibusdam *Augusteo* legi notat Beroaldus. Item *Augustianus*; Idem Sueton. in Nerone cap. 25. *Sequentibus currum ovantium ritu plausoribus, Augustianos, militesque se triumphi ejus clamantibus.* Hos Tacitus 14. Annal. cap. 15. *Augustanos* appellat. Hinc *Augustalis*, ut *Ludi Augustales*, & *sacerdotes Augustales*, in honorem *Augusti* Cæsaris instituti. Item *Augustale* substantivè tabernaculum Imperatoris dicebatur. Cæterum de τῷ *Augustus* origine, omnia alia quàm his seculis viri eruditi scripserunt ab incomparabili V. Jo. Fred. Gronovio nuper didici; quæ mihi ab eruditissimo, ac suavissimo ejus filio Jacobo missa in lectoris gratiam, bonâ ejus cum venià heic inserere non gravabor. In vocabulo *Augustus*, inquit vir τειμώτος & curiosus vulgus quid miri est, & majorum nostrorum qui arma magis quam glossemata didicerant, Germanicam interpretationem pertinaciter tueri, cum & literas professi homines tam vili tritico, ut Plautus ait, lolio victitare non definant. Quorum Jos. Scaliger in Conject. *Crusta à corio*, inquit, *quasi coriusta, ut à fide fidustum, ab ango, angustum, augeo, augustum, unco, uncustum.* Chr. Becmannus: *ab augeo fit augustus, sane ἀναλόγως* ut ab *ango, angustus.* Just. Rhein. Robbigius mirificè: Quoniam is demum auctus & locupletior factus est, qui ab obligatione liberatus L. si pupill. LXVI. in fin. de sol. & liberat. Principes demum Romani, non sine præsigni omine & festivitate *Augusti* ab Augusto appellati sunt, quod legibus soluti imperant. Nam & Augustus ab augendo dictus & quod omni potestate auctus. Hæreo eâ in re. Ovid. 1. Fast.

Sancta vocant Augusta patres, Augusta vocantur
Templa sacerdotum rite dicata manu.
Hujus & augurium dependet origine verbi;
Et quodcunque suâ Jupiter auget ope.

Et Tullio, 1. Philip. Antonium ad regiam majestatem adspirantem alloquenti: *Nisi sic gubernes, ut cives tui te ament, non potes esse clarus & omni potestate auctus.* Ut, *omni potestate auctus*, tandem Augusti nomen definiat, ut cui & in quem P. R. imperium suum & potestatem concesserit. Sic ille Robigal. 7. 3. Matth. Martinio vel ab αὐγὴ splendor, αὐγάζω splendeo, vel ab *augeo*; ut augustus sit, qui honoribus auctus dignus veneratione, majestate plenus. Alii *augere* inculcant verbum esse sacrorum, & *immolare, mactare, adolere*, & eandem prorsus quam ista vim habere, cum molâ salsâ respergebatur hostia, & sacrabatur, tum *augeri* dictam. Sic Suetonius *augeri hostias.* Et lapide antiquo, *donum dare, augereque:* quoniam igitur hostiæ respergerentur molâ salsâ, consecrabantur, seu sacra fiebant, hinc *augustum* sacrum sanctumque & quasi consecratum esse. Ideo id tributum Imperatori, ut major homine, proindeque Σεβαστὸς, h. e. veneratione & adoratione dignus, censeretur. Quis non abhorreat omen? aut quam gratiam habuisset Princeps ab ea superstitione animi non alienus, imponens sibi nomen ab hostiis molâ salsâ tactis, & jamjam percutiendis? Quasi sic velut insulæ in destinatam morti victimam congerebantur. Et tamen origo hujus inventi manat ab Is. Casaubono, qui ad Suetonium ab *auctu*, vel ominis gratiâ, inquit, vel, ut ait Dio, ὡς τι πλεῖον τι ἢ κατ' ἀνθρώπους ὤν. Nam *augere* erat verbum sacrorum, &c. Videntur sic agere doctissimi viri, quasi hoc vocabulum in Principe illo primum fictum, formatumque fuerit. Non quum esset commune, atque in aliis rebus usitaretur, ei esset accommodatum additumque cum suâ sibi significatione, quam à multis jam seculis obtinebat. Ego vero censeo ita progrediendum:

Avicuros dixit ultima vetustas ab *avibus curandis*, qui ex formâ, motu, cantu avium præsagirent; ut *Viocuros*, genus minorum magistratuum, qui *curam viarum* gererent, ex *Avicurus* contractum fecerunt *augur*, inde *augurium.* Neque enim hinc incipiendum est, ut *augurium* sit quasi *avigerium*, vel avigurrium, ut viri eximii volunt. *Augur* ab *avibus curandis*, ut ab *avibus speciendis*, vel *spectandis*, *Auspex.* Et si Festus iis præcit: *Augur ab avibus gerendoque dictus quia per eam avium gestus edisitur, sive ab avium garritu, unde & Augurium.* Quod Meursius confirmat scilicet loco Prisciani, lib. 1. ubi antiquos *auger* & *augeratus dixisse* scribit. Hæc nauci non sunt. Quis enim gestus avium? aut quæ aves gesticulantur? Ab *Augur, Augustus*, ut à *robur, robustus, angor, angustus, arbor, arbustum, honor, honestus, Ligur, Ligustus*, quod quidem in usu non est, sed tamen ex eo natum *Ligusticus.* Atque ut *robustus*, & *corroboratus* in certis generibus idem, sic *Augustus* & *inauguratus* idem. Quare antiquitus vox ea de Locis sacris & Deorum cultui dicatis usurpata est. Non dedicabantur enim, pro superstitione Gentili, sine consultis avibus, an Diis ea sedes grata futura esset. Per aves quasi cœlo propiores voluntatem suam cœlestes hominibus aperire miseri credebant, Cicero pro domo suâ: *Senatus in loco augusto consecratam eam aram tollendam ex auctoritate Pontificum censuit.* Eâdem de re loquens paulo ante: *Cumque Licinia, Virgo Vestalis aram sub saxo sacro dedicavisset.* Hic *saxum sacrum*, deinde *locum augustum dixit.* Lib. 1. de N. D. c. 41. *Omitto illam Eleusina sanctam, illam hierancomen pervenerunt; fanum ibi augustum Apollonis & Oraculum.* Idem, *Utrum nos hospites Samothraces*

thraces vere accepimus an falsi, sacram hanc insulam, & augusti totam atque inviolati soli esse. Virg. Geor. 4. de alveari apium loquens:

Si quando sedem augustam.

Servius, *Proprie augustum tectum est, augurio consecratum, abusive nobile, majestatis plenum.* Idem in Æn. 7.

Augusta ad mœnia regis.

Et rursus Servius, *Augurio consecrata.* Hinc paulo post illud est: *Tectum augustum.* Et, *nisi in augusto* loco consilium Senatus haberi non poterat. Festus, *Augustus locus, sanctus, ab avium gestu, i. e. quia ab avibus significatus est, sic dictus: sive ab avium gustatu, quia aves pastæ id ratum faecre.* In Ms. vidi, *qui ab avibus sanctificatus est.* De avium gustu & gestatu fabulæ & allusiones inanes. Hoc proprium est hujus verbi domicilium: hinc ad alias res personasque transfertur. Cic. lib. 2. de Leg. *Quid igitur aget Iacchus, Eumolpidæque nostri & augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus?* Idem de Aruspicum responsi. *Id semper Populo Rom. semperque Senatui, semper diis ipsis Immortalibus, satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est.* De sacrificio quodam loquitur Liv. lib. 1. *Habitum formamque viri aliquanto ampliorem, augustioremque humanâ intuens.* Ita Florus, *Visum à se Romulum affirmans, augustiore formâ quam fuisset.* Ovid. 6. Met.

Bis sex cœlestes, medio Jove, sedibus altis
Augusta gravitate sedent.

Iterum Cic. lib. 2. de N. D. *Quem majores nostri augustè sanctèque consecraverunt.* Et ejusdem operis, lib. 3. *Hos Deos, quos auguste omnes sanctèque veneramur.* Neque alio sensu id cognomen Octaviano tributum est. Non enim quod auctus esset sive potestate, sive qualiter hostiæ, non ut augeret imperium quod cogitare ipse vetuit successores suos; sed tanquam qui esset, fieretque eo etiam nomine sacratus, sanctus, dicatus, sacrosanctus, ἅγιον π. Ideo Græci *Augustum* dixere Σεβαστὸν quasi ἅγιον, σεβασμιητὸν, non αὐξητέον, αὐξητικὸν, αὔξιμον, ut potuissent si ab augeo id verbum quæsitum credidisset. Sed & consensit in eo rectè explicando vetustas omnis. Dionys. lib. 53. Ἐπεὶ δ' καὶ ἕτερῳ αὐτὰ ἐπιτέλεσον, ὅτῳ δ' καὶ τὸ Φ Αὐγούστε ὄνομα καὶ σφᾶς τ βελῆς καὶ δῆμε ἐπίθετο. Βελομένων δὲ σφῶν ἰδίως πῶς αὐτὸν σεβεσθῆναι, καὶ τὸ μὲν τὸ, τῷ δ τὸ, καὶ εἰσηγεμένων, καὶ αἰρεμένων, ὁ Καῖσαρ ἐπιδύμει μὲ ἰσχυρῶς Ρωμύλῳ ὀνομα δῆναι, αἰδόμενῳ δ ὅπ ὑπονοηθείη ἐπ τύτε τ βασιλείας ἐπιθυμεῖν, ἐκέτ' αὐτὸ ἀντεποιήσατο. Ἀλλὰ, Αὐγυστῳ, ὡς καὶ πλέϊόν π ἢ κτ' ἀνθρώπυς ὢν ἐπικλήθη. Πάντα δὲ τὰ ἐπιμώτατα καὶ τὰ ἱερώτατα Αὐγουστα σεβασμιώτατα. Οὕπερ καὶ Σεβαστὸν αὐτὸν Ἑλληνίζοντες πῶς, ὥσπερ τινα σεπτὸν, ἀπὸ τῆ σεβάζεσθαι σεβεσθῆναι. Pausan. lib. 3. Τὸ δ ὄνομα ἐξ τύτε Αὐγυστῳ, ὃ κτ' γλώτταν Νύμαν Ρ Ἑλλήνων Σεβαστός. Ovid. lib. 1. Fast. allocutus Germanicum:

Et tuus Augusto nomine dictus avus.
Perlege dispositas annosa per atria ceras:
Contigerant nulli nomina tanta viro.

Quum deinde Africanos, Isauricos, Geticos, Numidicos, &c. commemorasset:

Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes
Hic socium summo cum Jove nomen habet.
Sancta vocant Augusta patres, Augusta vocantur
Templa sacerdotum rite dicata manu.

Hæc sana & indubitata, quæ sufficere verum quærenti debent. Quod autem subjicit.

Hujus & augurium descendit origine verbi,
Et quodcunque sua Jupiter auget ope.
Augeat imperium nostri ducis; augeat annos:

Belle quidem & festivè canitur, sed in parte laborat. Nam *Augurium* fateor & *Augustus* communem habent originem *Augur* & *avis*, sed *augeo* ab αὔξω, αὐξάνω, αὐξέω deduci quis ignorat? Itaque frustra captatur hic versiculus: ubi tamen non dicitur *Augustus* trahi ab *augendo*, sed *Augustus* & *augere* principio ab eodem manare. Sueton. Octav. c. 7. *Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti nomen assumpsit, alterum testamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci sententia: quum quibusdam censentibus Romulum oportere appellari, quasi & ipsum conditorem Urbis, prævaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurio aliquid consecratur, Augusta dicuntur ab auctu, vel avium gestu, gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens:*

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Præclarè & hic, præterquam, ubi *ab auctu*, vel *avium gestu*, gustuve. Quibus ego voculis lumbifragium aut spongiam decernerem lubens nimis, nisi extarent omnibus libris, & passim condonaremus etiam doctissimis Romanorum, quæ suorum in vocabulorum etymis infeliciter sint moliti. Sed ad eas notandum nihil aliud est quam λῆρει, λῆρει, & næniæ non Grammaticæ; sed omnino ἀγεώμματα. Quàm vanum aucupari Dionis πλέϊον π, tanquam id *auctum* significaret? Cum ipse statim aliam ac certam rationem edat, quòd *Augusta* Romanis sint ἱερώτατα. Quàm leve autem *augere* esse verbum sacrorum, quia hostias augeri Sueton. dixit. Quid si *addi, multiplicari, cumulari* dixisset, eane essent omnia verba sacrorum? Nam nihil aliud vult, quam plures cædi, & usque ad litationem. Neque acutius hoc colligitur ex Arâ Narbonensi. SI QUIS HUJUS ARÆ DONUM DARE, AUGERE QUE VELIT, LICETO. Definitæ enim erant solennes & legitimæ statis diebus singulæ: *Tres Equites Romani à plebe & tres Libertini hostias singulas immolent.* Ideo dein permittitur augeri donum, si cujus liberalitati libuerit. Quod sicubi *augere victimis Deos* legimus, non video quare aliter hic positum id verbum putem, quam quum apud Tac. legi: *Augeo aliquem pecuniâ*, aut *largitione. Mactus* autem & *mactare* & *magmentum* ab eadem origine esse nemo mihi facile persuadebit: neque *mactus* dici ex *magis auctus* facilius credo, quàm *macellum* ex *magis sacellum.* Egregie quoque Florus lib. 4. cap. ult. *Tractatum etiam in Senatu, an quia condidisset Imperium Romulus vocaretur, sed sanctius & reverentius visum est nomen Augusti*, ut *scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nominis titulo consecraretur.* Cur ergo dicuntur, Semper *Augusti*? Videamus quinam sic dicantur. Viro ante Diocletianum nemini eum titulum tributum invenio. Huic autem & Maximiniano in corpore Inscriptionum, pag. 272. 2. 280. 1. Tum Constantino M. 282. 3. 283. 4. & 8. & 9. 284. 1, 2, 7. & hujus filio Fl. Julio Constantio, 280. 6. 281. 2. Item Fl. Claudio Juliano 284. 5. Valentiniano 285. 6. 7, 8, 9, 10. Ubi & Valenti cum fratre; Valenti soli 286. 1, 2, 3, 4. Theodosio 286. 5. Arcadio 287. 2. Arcadio & Honorio & Theodosio Arcadii filio 287. 1. Honorio & Theodosio 286. 7. Quare autem hi potissimum, nemo ante illos? Nempe hic titulus accessit Principibus ex quo Diocletianus & Maximinianus abdicandi sese Imperio & ad privatam vitam redigendi consilium sumpserunt, & executi sunt. Hanc etiam suspicionem affirmat auctor Panegyrici ordine quinti incertus: *Sacratissimi Principes, Maximiniane (velis nolis) semper Auguste, & Constantine Oriens Imperator.* Neque nomen istud ominatur incrementa imperii, sed, ut illi loquebantur, æternitatem & perpetuitatem in imperio, & nunquam futuros privatos. Panegyricus idem: *Cœlestem, Imperator Æterne, pietatem tuam! quæ tuum illum animum semper invictum, sola vicit.* Nunc enim pœnituerat, & redierat ad armillum. Et rursus, *Maximiniano Imperatori Æterno.* Eodem pertinent Inscriptiones 161. 3. *Æterni Imperatores, Diocletianus & Maximinianus. Augusti* & perpetui 199. 4. *Dd. nn. æternis Impp. L. Aurel. Valerio, Jovio & Diocletiano, & M. Aurelio Valerio Erculeo Maximiano piis fel. semper Augustis* 279. 4. *Æterno Imperatori, maximo optimoque Principi, Aurelio Valerio Diocletiano, pio, felici, invicto, augusto* 284. 9. *Æterno principi, & N. Flavio Claudio Juliano, ubique venerando, Semper Augusto* 292. *Dd. nn. æternis, principibus Honorio* XX. His repugnare videtur lapis Britannicus 272. 9. *Ob honorem Philippi, Imperatoris, nobiliss. Semper Augusti, & Philippi Cæsaris nobilissimi.* Et alius quem à Jo. Baptista Pomo se accepisse scribit Rupertus ep. 61. *Divo, Claudio, Gothico, Maximo, Pio, Felici, Victori ac triumph. Semper Augusto.* Sed nimirum, quod in altero satis demonstrat vocabulum *Divo*, uterque titulus fixus est post mortem illorum Principum, eâ ætate, quâ hæc formula jam obtinebat, inque usum venerat. Et qui Claudium sic ornaverunt, Fil. Valerio Constantio Chloro, qui per filiam Claudii nepos erat, teste Eutropio, aut alicui posterorum ejus placere voluerunt: qui Philippos Licinio; nam Licinius à Philippis trahere genus videri cupiebat, ut monuit Capitolinus tert. Gordiani extremo. Hæc de nomine *Augusti*: Quem de vitâ sua scripsisse libros 13. auctor est Sueton. in Augusto, c. 85. Vide Voss. Hist. Lat. 1. 18. Quàm multa vero quàm varia, tanta sustinens negotia scripserit Augustus, non difficile est conjectare ex aureis reliquiis quas undique collegit, notisque illustravit Janus Rutgertius, quem vide lib. 2. Var. Lect. cap. 19.

Avicenna Aboali, Hispaniensis Medicus, natione, ut nonnullis placet, Arabs, quem vulgares Bithyniæ regem fuisse dicunt; secundum alios vero Cordubæ Princeps fuit, eminentissimi ingenii vir. Floruit An. Dom. 1149. Ab Averroe venenatum fuisse tradunt, sed antequam ipse periret Averroem interfecisse. Gesnerus in Bibliothecâ.

Avidienus, vir dives, ideoque *beatus* ab Horatio dictus, sed sordidus ac parcus. Hor. Serm. Sat. 2.

——— *Avidienus,*
Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret.

Avi-

Avidius Caſſius, ab Orientalibus *Imperator* dictus; Is *a'ter Catilina* vocabatur, quòd cruoris eſſet cupidus. Etenim inauditum, & nunquam viſum tormenti genus commentus eſt; Trabem ſiquidem longitudine 100 pedum infixam terræ erigebat, cui à ſummo ad intimas partes illigatos homines flamma & fumo ſuffocabat.

Avienus Feſtus, poeta, tempore Gratiani, ac Theodoſii vixit, qui Aratum, & Dionyſii περιήγησιν carmine Latino tranſtulit. Item Carmen Iambicum de Oris maritimis ſcripſit ad Probum Conſularem. Nec alium puto *Avienum*, quem loquentem inducit Macrobius in Saturnalibus. Idem etiam videtur, qui fabulas Æſopicas carmine Elegiaco ſignavit, quanquam in codd. nonnullis is *Arianus*, atque etiam *Anienus*, imò & *Abidnus* vocetur. Vide Voſſ. de Poet. Lat. pag. 56. & de Hiſt. Lat. 2. 9.

Avitus. Vide *Alphius.*

Corn. *Aurelius* Batavus, videtur fuiſſe præceptor magni Eraſmi; nam in Alardi Amſtelodami literis ad eum Lovanii exaratis A. D. 1515. legas hæc verba: *Eraſmus Baſileæ agit, miramur omnes, quòd tui, ſinceriſſimi ſemper amici, & præceptoris, nuſquam meminit.* Voſſ. Hiſt. Lat. p. 815.

Aurora, Titanis, & Terræ filia, Luciferi & Ventorum mater, Hyperionis ac Thiæ filiam facit Heſiodus in his,

Θείᾳ δ' Ἠέλιον τε μέγαν, λαμπρήν τε Σελήνην,
Ἠώ θ' ἣ πάντεσσιν ὀπιπεύουσιν φαείνει
Τέκνατο δῖα θεὰ Τιθωνῷ & ἐν φιλότητι.

Tithonum Laomedontis fratrem rapuit, ex quo Memnonem ſuſcepit: Tithonum autem ita adamavit, ut ſenem jam factum herbarum virtute & ope medicâ juventuti reſtituerit. Dicitur & Cephalum rapuiſſe. Sappho apud Naſonem,

Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam,
Et faceres, ſed te prima rapina tenet.

Rapuit quoque Orionem, ut ſcrib. Hom. Odyſſ. 5.

Ὡς μὲν ὅτ' Ὠρίωνα ἕλετο ῥοδοδάκτυλος Ἠώς.

Hanc ex Aſtræo præterea ventos & aſtra peperit; Apollodorus, Ἧς δ' ἐξ Ἀστραῖος ἄνεμοι καὶ ἄστρα. Heſiod. in Theog.

Ἀστραίῳ δ' ἠὼς ἀνέμους τέκε κραιπνοδίνους
Ἀργέστην, Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηρὸν ἀελλάδα τον,
Καὶ Νότον ἐν φιλότητι θεὰ θεῷ εὐνηθεῖσα.

Huic digitos roſeos tribuit Homerus propter colorem rubicundum, aut ſubrubentem, quam in aureâ ſede vehi dixit Hymno in Venerem.

Ὡς δ' αὖ πάντων χρυσόθρονος ἤρπασεν Ἠὼς
Τιθηρὴς γενετῆς ἐπιείκελον Ἀθανάτοισι.

Fabulati ſunt enim poetæ *Auroram* in curru à quadrigis rubentibus vehi ſolitam, uti teſtatur Virg. Æn. 6.

Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Jam medium æthereo curru trajecerat axem.

Cui tamen bigas attribuit alibi, ut eſt in his

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Theocritus autem non *roſeos*, ſed *albos equos* Auroræ appellavit in Hylâ hoc pacto.

Οὐδ' ὅκχ' ἀλδήσκῃ & ἀναζήχει ἐς Διὸς Ἀώς.

Scriptum tamen reliquit Lycophron in Alexandra Auroram à Pegaſo equo vehi ſolitam.

Ἠὼς ὑφ' αἰπὺ ἄρτι Φηγίᾳ πάγῳ
Κραιπνοῖς ὑπὲρ πτᾶτο Πηγάσου πτερυξίν,
Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τ' Κέρνης πύλας.

Hanc ex Oceano, tanquam Solem, & reliqua aſtra ſurgere ſcripſit Homerus Hymno in Mercurium.

Ἠὼς δ' ἠερίη φόως ἀνιοῦσι φέρουσα
Ὦρνυτ' ἀπ' Ὠκεάνοιο βαθυρρόου ——

Notandum hic, eos qui ab *Auroræ* rapiuntur, non ampliùs comparere. Tales erant qui ante tempus & diem moriebantur, quos ab *Auroræ* raptos eſſe dicebant veteres. Hinc apud eos morem permanſiſſe, ut pueri, & qui immaturâ morte periiſſent, mane ante ortum Solis ſepelirentur; teſtis eſt Euſtathius ad Homerum.

Auſonius, Sophiſta, ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnum. Suidas.

Auſonius, Gallus Burdigalenſis, patre natus Auſonio Medico, Poeta & Gratiani Imperatoris Præceptor fuit, à quo, cùm ipſi ſimul & patri Quæſtor fuiſſet, ad Præfecturam duplicem & Conſulatum evectus eſt, cui in eo Magiſtratu eleganti oratione gratias egit, quæ oratio inter cætera ejus opuſcula etiamnum extat. Ex liberis Heſperium filium vidit Conſulem; Filiam Phaleſio Conſulari viro junxit, unde natum ſibi nepotem cognominem & Genethliaco celebravit, & Protreptico ad ſtudia literarum hortatus eſt. Habuit & fratres duos, quorum major ad ſummum culmen pervenit honorum, ut ipſe ſcribit, Præfectus Gallis, & Libyæ, & Latio. Epigrammata ejus doctis unicè probantur. *Moſellam* vero ipſius ita prædicat Symmachus orator, ut libris Maronis adjungendum putet.

Auſter, ventus meridionalis, calidus & humidus, exitialis & morboſus, unde Hor.

Fruſtra per Autumnos nocentem
Corporibus metuemus Auſtrum.

Ab *hauriendis aquis* dictus, unde etiam Græcè eâdem ratione Νότος appellatur, quoniam νότις Latine *humor* dicitur. Virg. 1. Georg.

——— *Unde ſerenus*
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auſter.

Ovid. Met. 1. — *Pluvioque madeſcit ab Auſtro.*

Inde Horatio *udus* dicitur, Ovidio *aquaticus*, Claudiano *madidus*. Auguſtinus quoque ſcitè vocat *pincernam pluviarum*, quemadmodum idem Boream eleganter nominat *terræ ſcopam*. Fortaſſe tamen *propter calorem* potius dici videatur, quaſi αὐσηρὸς ab ἄυω *ſicco, uro.* Nam Heſychius ἄυειν interpretatur ἀνάπτειν, idemque ἄυσαι exponit καῦσαι, φλέξαι. Sanè ventus hic ob æſtum plantis plurimum incommodat. Undè Maro in Georgicis.

——— *Namque urget ab alto*
Arboribuſque ſatiſque Notus pecorique ſiniſter.

Imprimis autem flores torret, atque interficit. Unde idem Virgilius in Eclogis.

Eheu quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum
Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.

Et Statius Papinius, lib. 3. Silv. 3.

Pubenteſque roſæ primos moriuntur ad Auſtros.

Idem Silv. 2.

Ille velut primos expiraturus ad Auſtros
Mollibus in pratis altè flos improbus extat.

Prop. lib. 4. el. 5.

Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti
Sub matutino cocta jacere Noto.

Autocrates Achaica ſcripſit. Athen. lib. 9. & 11.

Autoleon, Crotoniatarum dux, Crotoniatibus adverſus Locros bellum gerentibus, quum Locri, propterea quòd Ajax Locrenſis fuerat, quotieſcunque bello certabant, locum illi in acie quaſi præſenti ſemper aſſignarent, in locum illum, quem vacuum videbat, irrumpens, ab Ajacis ſpectro in pectore vulneratus eſt, vulnere quotidiè ingraveſcente, donec oraculo monitus, Achilleam, Ponti Euxini inſulam, delatus eſt, & ibi Heroum, ac præſertim Ajacis Locrenſis manibus placatis perfectè ſanatus eſt. Photius ex Conone. Pauſanias hunc *Leonymum* vocat.

Autolemus, vir quidam, de quo Poeta.

Dixerat Autolemus flammas conſultus Aruſpex
Die cavendus poſtero.
Credidit, & rerum dubius de mane ſub amnis
Delituit Etruſci vadis:
Sed neque ſic fatum effugit, nam dum innatat Arno
Ictus crematur fulmine.

Autolycus, Mercurii filius, qui proxima Parnaſſi loca furtis infeſtavit. Ovid. Met. 11.

Naſcitur Autolycus furtum ingenioſius ad omne:

Mart. lib. 8.

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Sunt qui Jaſonis comitem fuiſſe. & Sinopen condidiſſe volunt. Alius *Autolycus* fuit pancratiaſtes nobilis, cujus ſtatuam in Athenienſium Prytaneo fuiſſe author eſt Pauſan. in Atticis, & Bœoticis. Plin. lib. 3. 4. cap. 8. Item alius, Areopagita, de quo Suidas in Αὐτόλυκος.

Automedon, Dioræ filius, Achillis auriga, & Pyrrhi armiger. Virg. Æn. 2.

Una ingens Periphas & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. ——

Cicero pro S. Roſcio Amerino. *Non adeſt ille Tullius Roſcius? non ſuis manibus in curru collocat Automedontem illum ſui ſceleris acerbiſſimi, nefariæque victoriæ nuncium?* Juvenalis.

——— *Puer Automedon nam lora tenebat.*

Automolus, viri proprium, ut putavit Caſaubonus apud Polyb. lib. 4. ſed ſcribendum αὐτόμολος, & vertendum *transfuga.* Sed hoc viri maximi μνημονικὸν σφάλμα à multis aliis notatum, & nimis acerbè exagitatum eſt. Palmerius.

Autonoe, Cadmi, Thebarum regis filia, ex Harmoniâ conjuge, & Ariſtæo conjux, ex quo peperit Actæonem. Heſiod. in Theog. Unde venator ille *Autonoeius heros* Ovidio dictus. Met. 3. Theocritus in Lenis, ſive Bacchis.

Ἰυὼ κ' Αὐτονόα, κ' ἃ μαλοπάρῃος Ἀγαύα.
Τρεῖς θάδως ἐς ὄρος τρεῖς ἄγαγον αὐτὰ ἐοῖσιν.

Axieros, Ceres. Apollonii Scholiaſtes lib. 1. ex Mnaſeâ Ἀξίερος ὃν δῆν ἡ Δημήτηρ. Phœnicibus erat אחוז ארץ *Achazi eres*, h. e. *poſſeſſio mea terra.*

Axiokerſos, & *Axiokerſa*, Pluto & Proſerpina ſic dicti, teſte Apollonii Scholiaſte lib. 1. ab אחוז *Achazi portio mea* & קרץ *keres*, quod pro *excidio* & *morte* ſumitur, ſcilicet qui habet imperium in mortuos. Unde Diabolus Hebr. 2. 4. dicitur τὸ κράτος ἔχειν τοῦ θανάτου.

Axeſia,

Azesia, Hesych. Ἀζησία, ἡ Δημήτηρ, ἀπὸ τῆς αἰζαίνειν τοὺς γεωργούς. Ubi tamen illud mirum tradi ab hoc auctore, cum Proserpina dicta sit Ἀζησία, teste Didymo, sicut *Amæa* Ceres. Et hinc proverbium *Amæa Azesiam accessit*. Vide Erasm. Chil.

B A

BAal, Assyriis Jovis nomen, Punicè *Dominum* significat inquit Augustin. Unde *Baal-semen* quasi *Dominum cœli* dicunt. Fuit autem idolum Samaritanorum & Moabitarum. Græci Martem putant, Num. 22. quod Gideon destruxit. Jud. 6. Est & nomen loci. 1 Par. 5. Filius item Joel, ut & Jahiel. 1 Par. 9. Sæpe occurrunt (inquit Seldenus) in sacris literis *Baal* & *Belus*, variis Diis nomina communia, & numero secundo *Baalim*. Cæterum Chaldæis seu Babyloniis propria erat vox *Bel*, Phœniciis, & adjacentibus *Baal*. Utrumque ab Ebræo בעל *Baal*, i. e. *Dominus* à quo excidente litera ע juxta morem Chaldaicum fit בל *Bel*, cujus mentio eisdem elementis, apud Esaiam cap. 46. 1. & Hieremiam cap. 50. 2. & 51. 44. Phœniciis autem Ebraice locutis *Baal* cum *Aiin* retinebatur. Discrimen istud à Græcis & Latinis minùs observatum. Utrique enim indistinctè tam Phœnicium seu Tyrium numen, quam *Babylonicum*, plerumque *Belum* vocant, orientalium dialectorum haud curiosi. Et qui Flavio Josepho nunc Βέλ, mox Βααλ dicitur. Consulas eum Orig. Judaic. 8. 7. & 9. 6. De Phœniciorum Deo verba facit: Sed mirum est quod de *Baalis* significatione, sive Assyriacâ sive Persicâ, legitur tum apud Chronici Alexandrini autorem, tum apud Cedrenum. Hic de Thuro Nini regis successore locutus. Τότῳ τῷ Ἄρει (nam *Martem* eum etiam nuncupatum scribit) πρώτῳ φίλῳ ἀνέστη οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ὡς θεὸν προσκυνῆσαι, Βαὰλ ὀνομάζοντες, ὁ ἑρμηνεύεται Ἄρης, πολέμων θεός. Tantundem eisdem pæne syllabis tradit alter ille pag. 88. sed vocem Persicam esse dicit; Numen autem idem esse ipsum quod in Daniele memoratur, & in trium Puerorum historiâ. Sed nominis interpretatio Græculorum commentum est. Eo primùm fuisse summum & ineffabilem omnium rerum creatorem designatum meritò sentias. Et quàm convenire potuerit τῷ *Baal* nomen Deo Vero, caput secundum Hoseæ satis demonstrat, com. 16. *Et erit in die illâ, dicit Dominus, vocabis me Ishi* (i. e. *maritus meus*) *& non vocabis me ultra Baali* (nimirum *Baal meus*) *Ego enim auferam nomina Baalim ex ore ejus, & non erunt illi amplius in memoriâ cum nomine illorum.* Populi Dei *Baalem* suum piè satis eum vocabant, priusquam ob vocem illam ad profana Numina frequenter nimis traductam, id ipsum ipse Deus vetaret. Quin & diu est quod Chaldæi 15. Myriadum annorum commentarios apud se latere jactarent, in quibus Belum suum, uti rerum conditorem, in fabulosissimâ illâ Omorcæ dissectione, celebrabant. Autor est Alexander Polyhistor ex Beroso Beli sacerdote. Deindè, ut fit corruptis moribus & in superstitionem pronis, Solem fortè primo, quem μόνον Οὐρανὸν θεὸν putabant Phœnicii (ita scribit Philo Byblienis Sanchoniathonis interpres) sub hoc nomine venerabantur. Postremò autem & in simulacra alia, sive Astrorum, sive Regum, quorum memoria, posteris longè charissima, τὸ Βααλ, sive Βὴλ ad augendum, quà fieri potuit, seu corporis Cœlestis, seu demortui honorem est impiè derivatum. De Phœnicio Belo capienda sunt quæ habes, 1 Reg. 16. & 2 Reg. 10. ubi Rex Achabus in soceri gratiam, Ithobalis, inquam, Sidoniorum regis, fanum in Samariâ *Baali* sacrasse memoratur. Sidon autem Phœniciæ urbs maritima, unde is ipse fuerit hic Belus, qui Jupiter Thalassius, seu marinus Sidoniorum nuncupatur. Hesychius: Θηλασσίῳ Ζεὺς ἐν Σιδῶνι πάλαι. Belus enim Ζεὺς & Jupiter Europæis nominabatur. Nugaces Græculi ex Ægypto Belum hunc petunt, & Neptuni, & Libyes filium faciunt, fabulosam historiam vide, si vis, apud Apollodorum περὶ θεῶν, lib. 2. & passim fermè admittitur. Sed futilis nimium est. De eo autem intelligendum illud Virg. Æn. 1.

Implevitque mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo soliti.——

Nam Carthaginenses è Phœniciâ oriundi, ac de Didûs libatione loquitur Poeta. Ubi Servius. *Linguâ Punica Bal* dicitur, *apud Assyrios* verò *Bel* dicitur *quâdam sacrorum ratione & Saturnus & Sol.* Ubi Gyraldus & alii depravatis exemplaribus *Hal* & *Hel* legunt. Belo huic seu Bali Punico fanum erat in Bali, urbe Libyes. Steph. Βάλις, πόλις Λιβύης θεὸς τῇ Κυβέλῃ ἀπὸ τοῦ Βάλεως, ὃ καὶ ἱερὸν ἔχει. Belum Chaldæum quod attinet, de eo autor Chronici Alexandri ita. *Jupiter suscepit ex Junone filium ὃν ὀνόμασε Βῆλον διὰ ὀξύτατον ἦθος καὶ παῖδα.* Ridiculè. Nec omnino capio Græculi originationem, nisi βέλος deducere voluerit, quod jaculum, seu telum quod acutum est plerumque denotat. Verum pro ὀξύτατον substituendum ibi videtur ὀξυκίνητον, quod velocem notat. Firmat hanc emendationem Cedrenus. Βέλος ἢ ὁ υἱὸς διὰ τὸ ὀξυκίνητον ἦθος ἔτως ἐκλήθη. Paulo melius ii qui apud Didymum ad illud Hom. Iliad. α.

Ἄπο βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Unde Vulcanus se dejectum queritur, interpretantur Βηλὸν ἢ ἀνωτάτω πόλον ἢ περιέχοντα τὰ πάντα ἀέρα. Sive, ut alii, ἢ πεδίον τὸ αἰθέρος ἢ ἢ ἄστρων. Dryopum linguâ alii Βηλὸν *Olympum* significare volunt, & secundum Chaldæos *Cœlum*, uti ad eum locum refert Eustathius. Sed rectè ille Βηλὸν ibi à Belo, quod est nomen proprium di inquit; Βηλὸς enim limen est: cæterùm diverso scribitur accentu τὸ Βῆλος, quod Regibus & Diis tribuitur. Βῆλος enim exaratur, idque apud vetustissimos authores. Heliodus in catalogo Heroinarum. Θεογένη κέρη Βήλοιο ἄνακτος quæ prima est apud scriptores Græcos Beli mentio. Citat Strabo, lib. 8. Tamen & Suidas: Βηλὸς βαθμὸς θύρας, ἢ ὑπερῷος. Ab homonymiâ, accentu neglecto, hallucinatus cum aliis est. Neque enim Βῆλος malè pro *Cœlo* accipitur. Velut enim collectivum in Syris nomen erat כלצבא השמים *Coltziba haschamaim, Omnis Exercitus Cœli.* Cui Aram in Atrio Templi exstruxit Manasses: Neque non est verisimile etiam *Belum* Exercitum illum, sive *Cœlum* dictum esse; Generale enim Deorum nomen *Baal* fuisse scimus: & Chaldæis *Cœlum* ita vocatum jam ex Eustathio, qui à veteribus hæc hausit, monuimus. *Omnes Exercitus Cœli* Seniores 70 πᾶσ δύναμιν τοῦ Οὐρανοῦ reddunt. Belus autem & ἱερὸς & Ζεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς interpretatur apud Hesychium. Distabat autem Babylonius ab altero illo Phœnicum, ut Jupiter Ammon à Jove Capitolino, Cretensis ab utroque. Uti enim Europæis Jovis, ita Asiaticis Beli seu Baalim, generale Divûm vocabulum fuit. Et Jovis stella Pharisæis *Cochab-Baal* dicebatur, uti est apud Epiphanium. Signantius autem de τοῖς *Baalim* Scriptura alibi non loquitur quam in Jerem. 2. 28. *Nam juxta numerum civitatum tuarum fuerunt Dii Jehudah. Baalim tui* si dixerat, idem dixerat; & B. Paulus. 1 Cor. 8. *Sunt Dii multi, & Domini multi*, quod interpreteris, *multi Beli*: vel si ad Europæum morem respexeris, *multi Joves.* Seldenus. Vide *Belus.*

Baalam, filius Beor, sive Bosor, uti loquitur B. Petrus, cujus historiam habemus Num. 22. &c. Quidam prophetam Dei, adeoque verum fuisse volunt, uti Sibyllæ fuere; nam verum Deum suum vocat, Num. 24. 13. Et difficile est creditu Deum revelationes concessurum prophetæ Dæmonis, sic ut idem & Dei & Dæmonis propheta esset. Alii Diaboli prophetam fuisse aiunt & magum. Ita Basilius, Chrysostomus, Origenes, Augustinus, Procopius, aliique. Probant, 1. quia augurio vana captavit, Num. 24. 1. ideoque aras extruxit. 2. quia voluit maledicere Israel. Quicquid sit certum est hominem impium fuisse.

Baal peor, sive *Belphegor*, cui initiatos Israelitas scribit Num. 25. Constat (inquit Seldenus) Moabitarum & Midianitarum fuisse hoc numen, atque idem quod eodem & 31. capite *Peor* tantum vocatur, uti & Jos. 22. Ebraicè פעור *Peor* & pro sonorum varietate *Phegor* dictum. Nam & 70 Βεελφεγώρ pronunciabant. Quid fuerit autem præterquam idolum Turpitudinis, haud invenit narratum apud Hebræos Origenes. Ita enim in Numeros Hom. 20. *Beelphegor idoli nomen est, quod apud Madianitas præcipuè à mulieribus colebatur. In hujus ergo idoli mysteriis consecratus est Israel. Interpretationem nominis ipsius cum requiremus attentius inter Hebræa nomina, hoc tantum invenimus scriptum, quod Beelphegor sit species Turpitudinis. Nolut tamen declarare quæ vel qualis species, vel cujus esset turpitudinis, honestati credo consulens, qui interpretatus est, uti ne auditum pollueret audientium. Igitur cum multæ sint turpitudinum species, una quædam ex pluribus Beelphegor.* Verùm nominis causam, & Numinis cultum videtur ibi benè explicasse Salomon Jarchi, ad Num. 25. *Eo*, inquit, *quod distendebant coram illo foramen podicis, & stercus offerebant; & hic erat cultus ejus.* Aperire enim sive distendere פער interpretatur, unde *Peor.* Ad hanc mentem Moses Ben Maimon in More Nevochim part. 3. cap. 46. *Tu vero scis quod servitium idoli, quod vocabatur Pahor (Peor) in temporibus illis erat, ut discooperiret se homo versus eum. Et idcirco præceptum est sacerdotibus, ut facerent Braccas quibus cooperirent operienda in horâ sacrificii: & præterea non ascendebant per gradus ad altare, ne discooperirentur.* Ab hiante idoli ore alii nomen deducunt. Philo autem Judæus, dum anagogicè sacram interpretatur historiam in lib. περὶ μετονομασθέντων, ad hunc modum: ἔστι γὰρ τελεταῖς, ait, ἢ ἀνιεροῖς ἢ βεβηλοῦσι τελεσθέντες, καὶ τὰ τῆς σύστασης σώματα πάντα ἐκκενώσαντες ὡσὶ ἢ ἢ ἔξωθεν ἐπιχεόμενον κατα-

δοχῶ. (Ἑρμωδὴς) ὃ δὲ Βεῆφεγὼς ἀνωτέρω τόμα δέρματος) κατέχλυσε τὴν ἡγεμόνα νῦν, ᾗ ἀπίσω εἰς βυθὸν ἔφαγον. Belphegor videsper ἀνωτέρω τόμα δέρματος explicatum. Forte autem legendum ἀνώτερον. Voluit enim Philo procul dubio בעל פעור quod Græcis elementis Βεῆφεγὼς exarat, deductum à בעל עור פי *Baal-Piaghor*, quæ tria vocabula *ſuperius os pellis*, ſeu ἀνώτερον τόμα δέρματος ſonare poſſunt. Sat.s conſentit Philoni D. Hieronymus ad Oſeæ cap. 9. *Ipſi autem educti* (ait Patrum ille doctiſſimus) *de Ægypto fornicati ſunt cum Madianitis, & ingreſſi ſunt ad Belphegor, idolum Moabitarum, quem nos Priapum poſſumus appellare. Denique interpretatur Belphegor idolum tentiginis habens in ore, i. e. in ſummitate pellem, ut turpitudinem membri virilis oſtenderet.* Idem Pater Magnus ad Oſeæ cap. 4. ubi de ſacris Deûm matris: *Iſtiuſmodi* (inquit) *idololatria erat in Iſrael, colentibus maximè fœminis, Beelphegor, ob Obſcœni magnitudinem; unde & Aſa Rex tulit Excelſa de populo, & hujuſmodi ſacerdotes; & Matrem de auguſto poſuit imperio, ſicut Scriptura teſtatur dicens, Et fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini, ſicut David pater ejus & abſtulit effœminatos de terrâ, purgavitque omnes ſordes idolorum, quæ fuerant patris ejus. Inſuper & Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in loco ejus quem conſecraverat, ſubvertitque ſpecum ejus, & confregit ſimulacrum turpiſſimum & combuſſit in torrente Cedron.* Item, lib. 1. contra Jovin. cap. 12. *Phegor in linguâ Hebræa Priapus appellatur.* Iſidorus Originum, lib. 8. *Beelphegor interpretatur ſimulacrum ignominiæ. Idolum enim fuit Moab cognomento Baal ſuper montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, Deum hortorum.* Verum his ut aſtipuler, cogi nequeo. Ruffinus, lib. 3. in Hoſeam, cautè & juxta aliorum ſententiam, *Beelphegor*, inquit, *figuram Priapi dixerunt tenere.* Sed qui utrumque idem faciunt, obſcœnos utrique Numini ritus placuiſſe probare conantur ex hiſtoriâ ſacrâ, ubi de ſtupris Moabitarum & Ebræorum; adferunt etiam caput 9. Oſeæ; nec enim hoc, nec illo loco *Baal-Peor* ſine fœdâ colentium libidine memoratur. Verum tantorum virorum pace, ego Priapum haud magis eundem cum Phegorio fuiſſe, quam cum alio quovis Divûm Aſiaticorum autumo. Fœdæ enim illæ libidines, quæ in hiſtoriâ Moabitidarum recenſentur, non minus à Phegorii cultu alienæ, quam Solomonis ſtupra à ritu Sidoniarum: Ob amorem enim Sidoniarum, quas deperibat ille, Sidoniorum Deos venerabatur. *Et cœpit populus* (inquit *Moſes*) *fornicari cum filiabus Moab, quæ & vocaverunt populum ad ſacrificia Deorum ſuorum, comeditque populus & adoravit Deos illarum. Et junctus eſt Iſrael Baal-Peor.* Moabitides amaſios ſuos, ut Deos patrios colerent, libidine pellexerunt; ita Sidoniæ Solomonem, ita alii, uti fit, alios. Libidinem autem in ſacris Phegorii fuiſſe non omnino conſtat ex Oſeæ verbis, qui obſcœnos mores ad pop. non ad idolum refert. Neque vero idolorum cultum in Veteri Inſtrumento ſub ſtupri & libidinis vocibus ſæpiſſimè intelligi quis neſcit. His itaque omiſſis, quod ad nomen attinet, à viro Principe inter Divos relato eum nominatum, ſive à cognomine monte ſatis probabiliter aſſeri poteſt. Mons enim in Moabitarum regno *Peor* dictus erat, ubi, ni fallor, *Baal hic* & delubro & ſacris honorabatur. Moſes Num. 24. *Et aſſumpſit Balac Bileam in ſummitatem* Peor, *ſive* Phegor, *qui reſpicit faciem deſerti Jeſimon.* Hinc etiam dictum *Beelphegor* vult Theodoretus ad Pſal. 105. Suidas. Βεελφεγώρ, Βεὲλ ὁ Κεφάρ. Φεγὼρ δὲ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐτιμᾶτο, ἐξ ὧν Βεελφεγώρ. Uti enim Jupiter Olympius, Mercurius Cyllenius, & Deus ille ſortium Carmelus apud Sueton. in Veſpaſ. à montibus appellati: ita *Baal* ſeu *Belus noſter*, quem *Jovem* ſeu *Belum Phegorium* licet vocare. In Deut. 34. mentio eſt domûs *Phegor*, ſive *Beth-Peor* in terrâ Moab, juxta quam vallis illa in quâ ſepultus Moſes. Sanè *Beth-Peor* pro monte ubi Templum Numinis, quod *Beth* Hebraicè dicitur, ubi ſumitur: ut *Beth-Dagon*, *Beth-Shemeſh*, &c. Sic Οἶκος τοῦ Βὴλ in Apocryphis, & Semiramidem Belo fanum in arce Babyloniâ condidiſſe teſtatur Dionyſius.

——— Μέγαν δόμον εἵσατο Βήλῳ.

Sacrificia autem quæ, Moſe teſte, in Phegorii ſacris comedebantur, inferiæ erant in memoriam defunctorum peractæ, quod docet Pſalmiſta, Pſal. 106. Adjuncti ſunt *Baal-Peor*, & comederunt ſacrificia Mortuorum. Locum ita pangit Apollinarius.

Οἱ δὲ Βεελφεγώρειο μιαινόμενοι τελετῆσι
Νεκρτείης ἐπάσαντο κατηφείῃσιν Ἑκατόμβης.

Sacrificia Mortuorum, i. e. זבחי מתים *Zibche methim* in Νεκρτείῃσι κατηφείῃσιν ἑκατόμβῃσι vertit. Victimas autem DIS Manibus ſeu Jovi Stygio (qui *Moth* Phœnicibus dictus, i. e. *Pluto*, ſive *Mortuorum Deus*) mactabant, & ritè epulantes juxta faciebant ac ſi novendiales ferias agerent. Hic cultus, hæc idoli ſacra. Seldenus. Vide Voſſ. de Theol. Gent. lib. 2. cap. 7.

Baccha, Bacchi ſacerdos, quæ & *Mænas* & Thyas dicitur, ab inſaniâ ſcilicet, & furibundâ concitatione. Ita enim plerumque Bacchæ inducuntur à Poetis, qui amantes fœminas comparant cum earundem furore. Virg. Æn. 4. de Didone.

Sævit inops animi, totamque incenſa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron.

Ovid. 1. de Arte, ubi de turpi amore Paſiphaes in Taurum.

In nemus & ſaltus thalamo Regina relicto
Fertur ut Aonio concita Baccha Deo.

Ubi benè Concita; ita enim Horat. l. 3. O. 15.

Pulſo Thyas uti concita tympano.

Idem Ovid. lib. 2. ubi ſuprà de fœminâ impatienter amante.

In ferrum flammaſque ruit, poſitoque decore
Fertur ut Aonii cornibus icta Dei.

Et lib. 3. ejuſdem operis poſtquam Procris audivit Cephalum captum alterius amore.

——*Per medias, ſparſis furibunda capillis*
Evolat ut thyrſo concita Baccha, vias.

Idem denique Met. 9.

Utque tuo motæ proles Semeleia thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triennia Baccho.

Seneca in Medeâ.

Incerta qualis entheos curſus tulit.
Cum jam recepto Mænas inſanit Deo
Pindi nivalis vertice, aut Nyſæ jugis
Talis recurſat huc & huc motu effero.

Ubi in τὸ *Mænas inſanit*, ad etymon alluſum. Mænas enim ἀπὸ τῆς μανίας. Unde Stat. Theb. 12.

——*Quales Baccheiâ ad feſta vocatæ*
Thyades amentes, magnum quas poſcere credas
Aut feciſſe nefas.

Idem Theb. 5.

——*Thalamiſque inſueta relictis*
Evolat inſano veluti Theameſia Thyas
Rapta deo, cum ſacra vocant, Idæaque ſuadet
Buxus, & à ſummis auditus montibus Evan.

Lucanus, lib. 1.

——*Qualis vertice Pindi*
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

Sil. Italicus, lib. 4.

Edonis ut Pangæa ſuper trieteride mota
It juga & incluſum ſuſpirat pectore Bacchum

Val. Flac. lib. 3.

Ceu pavet ad crines & triſtia Pentheos ora
Thyas, ubi impulſæ jam ſe Deus agmine matris
Abſtulit & cæſi vaneſcunt cornua tauri.

Et ante hos omnes Pacuvius in Teucro.

Flexanima tanquam lymphata & Bacchi ſacris
Commota in tumulis Teucrum commemorans ſuum.

Bacchiadæ, Corinthii, à Bacchiâ Dionyſii filiâ oriundi, qui cum Actæonem, Meliſſi filium, in nocturnis Orgiis diſcerpiſſent, ejus necem tam impotenter tulit Meliſſus, ut obſervato Iſthmiorum tempore, ſtans ante aram, diras Corinthiis imprecatus ſit, niſi filii ſui necem ulciſcerentur; carmineque peracto protinus ſe præcipitem dedit. Corinthii itaque, ut ſe religione ſolverent, *Bacchiadas* ex urbe ejecerunt; qui conſcensâ navi in Siciliam delati, inter Pachynum & Pelorum conſederunt, Ovid. Met. 3.

Et quâ Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho,
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Hinc *Baccheis* Corinthus dicta. Stat. Sil. 2. 2.

Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.

Vide Strab. lib. 8.

Bacchius & *Bithus*, gladiatores nobiliſſimi, qui pares ætate, & audaciâ fuere. Hinc natum proverbium. *Bithus contra Bacchium.* Horat. ——*Uti non*

Compoſitus melius cum Bitho Bacchius———

Hi cum multos interfeciſſent, tandem congreſſi mutuis vulneribus ſe confoderunt.

Bacchus, Jovis ex Semele filius. Orpheus in Hymnis,

Κισσοκόμῃ Διόνυσον ἐείδεσμον ἄεχρμ' ἀείδειν.
Ζηνὸς καὶ Σεμέλης ἐεικοσέτη ἀγλαὸν υἱόν.

Idem alio Hymno Jovis & Proſerpinæ filium putavit.

Εὐβηλ' εὐπολύβηλε Διὸς καὶ Περσεφονείας.

Hunc Deum bimatrem appellarunt, non quia duos habuerit matres, ſed quod cum Semele mater arſiſſet, ex igne ſurreptus Jovis femori aſſutus fuerit, qui matris munere functus fuit, teſte Ovid. Met. 3.

Imperfectus adhuc infans genetricis ab alvo

Eripi-

Eripitur, patrioque tener, si credere dignum est,
Insuitur femori, maternaque tempora complet.
Manilius, lib. 3.

Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum.
Orpheus hymno in Sabazium Dionysum inquit à Sabazio Jovis femori assutum fuisse: cum tamen alii Sabazium fuisse filium *Bacchi* inquiant, alii *Bacchum* ipsum, alii alium dæmonem. Sic enim ille.

Κλῦθι πάτερ, Κρόνε υἱὲ, Σαβάζιε, κύδιμε δαῖμον,
Ὃς Βάκχον Διόνυσον, ἐείσεμον, Ἱερεφιώτην
Μηρῷ ἐγκατέρραψας, ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ
Τιμῶλον ἐς ἠλάσιον. ——

Theocritus Idyll. 26.

Χαίρει μὲ Διόνυσος, ὃν ἐν Δρεπάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ὀδυνηΐδα δηκετο λύσας.

Nonnus Bassaricon initio. Εἰπὲ δ' φύτλιον
Βάκχου Διωνύσοιο τ' ἐν πυρὶ δῦναι ἀείρας
Ζεὺς βρέφος ἡμιτέλεστον ἀμαιδύτοιο τεκούσης
Φειδομένης παλάμῃσι τοκεῦσι μητρὸς ἀρωγὰς
Ἄρσενι μηρὶ λόχευε πατὴρ καὶ πότνια μήτης.

Hunc primum matertera ejus Ino clam nutrivit, postmodum Nymphis tradidit, quæ etiam ei alimenta dederunt. Ovidius ubi supra.

Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat, inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluere suis, lactisque alimenta dedere.

Et sanè Meleager non assutum fuisse femori Jovis arbitratus est, sed ab ipsis Nymphis è cineribus maternis statim ereptum & educatum, cum ita scribat.

Αἱ Νύμφαι δ' Βάκχον, ὅτ' ἐν πυρὸς ἥλατ' ὁ κοῦρος
Νίσαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τύνεκα σὺν Νύμφαις βρέμω φίλος, ὣς δέ νιν εἴργης
Μίσγων, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

A quâ sententiâ videntur non magnoperè dissentire carmina illa, quæ sunt in lib. 9. Dionysiacorum apud Demarchum qui scribit Dionysum ab Horis fuisse educatum, ut est in his,

Τὸν μὲ ὑπερκύψαντα διηνεκὲς τοκετοῖο
Στέμμασι κισσήεντι λεχώϊδης ἔθρεψε Ὧραι.

Memoriæ prodidit Lucianus in Dialogis Deorum Dionysum statim natum fuisse deportatum à Mercurio in Nysam, Arabiæ urbem Ægypto finitimam ad Nymphas educandum. At Orpheus in Hymnis illum educatum fuisse in Ægypto significat in his,

Αἰγύπτιε παιὲ χθόνιε σὺν ἀμφιπόλοισι πλανᾶσαι.

Alii Hyadas fuisse Bacchi nutrices putarunt, ut ait in lib. 2. De Diis Apollodorus Cyrenaicus, & Ovid. lib. 5. Fastorum in his,

Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
Navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.
Pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse
Tethyos has neptes Oceanique senis.

Pausanias scribit in Achaicis, fuisse sermonem Patrensium, quòd *Bacchus* fuerit apud se educatus intra Mesatim oppidum, quodque Panum insidiis prope fuerit circumventus. Alii in Naxo nutritum fuisse inquiunt. At Antipater Sidonius hunc, sicut Herculem, Thebanum fuisse memorat in his carminibus.

Ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταὶ,
Κῆρ Ζηνὸς. Σύρσῳ δεινὸς, ὁ δ' ῥοπάλῳ.

Lucianus addit matrem ejus Syrophœnicem fuisse. Verum hæc locorum, nutricumque differentia inde exorta est, quod varii fuerunt *Bacchi*, de quibus ita scripsit Cic. lib. 3. de N.D. *Dionysos multos habemus, primum è Jove & Proserpinâ natum: Secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse: Tertium Caprio patre, eumque regem Asiæ præfuisse dicunt, cujus Abazea sunt instituta: Quartum Jove & Lunâ, cui sacra Orphica putantur confici: Quintum Niso natum & Thione, à quo trieterides constitutæ putantur. At de nullo horum prope fit mentio à Poetis, nisi de Jovis & Semeles filio.* Fuerunt qui dixere statim natum Dionysum fuisse à Mercurio Jovis mandato in Euboeam ad Macrim Aristæi filiam portatum, quæ labra melle illi primum perunxit, eumque educandum cepit. Id vero cum sensisset Juno, Macrim Euboeâ relegavit, ne pellicis filium etiam in insula sibi sacrâ educaretur; quæ in Phæacum regionem profugit, atque in antro duas portas habente illum educavit. Apollonius Argon. 4.

Αὐτονυχὶ κύρῃ θαλαμίτιον ἔντυον ὑμνῳ
Ἄγγελον ἐν ἠλαδέῃσι, τόθι δή ποτε Μάκρις ἔναιεν
Κύρη Ἀρισταίοιο μελιφρονος, ὅς ῥα μελισσέων
Ἔργα, πολυκμήτοιο τ' ἀνδρὸς πάρ ἐλαίης.
Κείνη δὴ πάμπρωτα Διὸς Νυσήϊον υἷα
Εὐβοίης ἔντοσθεν Ἀκταίδος, ᾗ ἐνὶ κόλπῳ
Δέξατο, καὶ μίλτῃ ξεσσὲν ἑοῖς χείλεσι ἕλυσεν.

Εὐτέ μιν Ἑρμείης φέρεν ἐκ πυρὸς, ἔδρακε δ' Ἥρη
Καὶ ἑ χολωσαμένη πάσης ἐξήλατο νήσου,
Ἣ δ' ἄρα Φαιήκων ἱερῷ ἐνὶ πηλόθεν ἄντρῳ
Νάσατο καὶ πόρεν ὄλβον ἀθέσφατον ἐναίτησιν.

Orpheus in Hymnis Hippam *Bacchi* nutricem fuisse perhibet hoc versu.

Ἵππαν κικλήσκω Βάκχου θρέπτειραν, ἐυάδα κούρην.

Idem tamen Hymno in Nymphas, illas *Bacchi* nutrices nominat, ut sensit etiam Homerus Hymn. in Dionys.

Οὐ τρέφον ἠύκομοι Νύμφαι, θεὸς παῖς ἄνακτος
Δεξάμεναι κόλποισι, καὶ ἐνδυκέως ἀπίτναλον.

Vide Oppian. Κυνηγ. lib. 4. Porro *Bacchum* Orpheus vocat Ἀρρενα καὶ θῆλυ, θηρὶ. ——

Et Ovid. Met. 4. eum semper juvenem esse scribit,

Tibi enim inconsumpta juventa est,
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris cœlo. ——

Fingebatur autem juvenili specie, corpore tenero & delicato, ut Virginem referret. Unde Poeta Phallicus.

Trahitque Bacchus Virginis tener formam.

Quam ob causam inter Deos formosus eidem connumeratur carmine alio.

Formosus quoque pingitur Lyæus.

Albricus de Imaginibus Deorum Gentil. cap. 19. *Imago Bacchi erat facie muliebri, pectore nudo, capite cornuto, vitibusque coronato, qui super tigride equitabat.* Rationem rei, quod ad cornua spectat adsignat Phurnutus seù Cornutus cap. 30. nimirum quod ebrietas petulcos faciat animos bibonum. Τύτε δ' ἕνεκα καὶ δηλυμορφοῦσι πλάττεσι, καὶ κέρατα ἔχει ὡς πρὸ μὲ τοὺς ἀποδημοῦντας καὶ μεθυσκομένους, διὰ δ' χεωμένους, καὶ δυσκάθεκτόν τι καὶ ὁρμητικὸν ἐχόντων. Ovid. Met. 4.

——*Tibi cum sine cornibus adstas*
Virgineum caput est.

Seneca in Oedipo:

Huc adverte favens virgineum caput.

Quæ ad hodiernam *Bacchi* picturam male respondent: Nisi abdomen & ventrem inter pulchritudinis partes censere velimus. Vide Diod. Sic. lib. 4. ubi totam *Bacchi* historiam habes, & Nonnum in Dionysiacis, ubi res gestas ejus describit. Sic dictum volunt à *Bacchis* quæ illum Βακχεύουσαι h. e. *insanientes, immodestè se gerentes in Indiam secutæ sunt*; sive ut Eustathio placet, ἀπὸ τῆς βάκχου h. e. *à vociferando*, ac *ululando*; unde ipse *Bacchus* (inquit D. Heinsius) *non est dubitandum, quin à* בכה *Baccha*, quod est *ululare*, aut *lamentari* dictus sit. Aliter Bochartus ὁ μίγας, cui *Bacchus* quasi בר כוש *bar-chus*, i. e. *Chusi filius*. Vide doctissimum Virum Phaleg. 1. 2. Mythologiam ejus habes apud Nat. Com. lib. 5. cap. 13. quem is consule. Ἐρεβίνθιος Διόνυσος, h. e. *Cicernus Bacchus*, de re vehementer contemptâ; sumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, *Nihil ad Bacchum*; ubi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil spectant, quæ eleganter dicimus ἀπεσσοδόνυσα.

Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, πυκνοὶ δέ τε Βάκχοι.
Multi thyrsigeri, pauci viri.

Proverbium, quo significatur complurimis mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen verâ virtute vacent. Hinc *Bacchæ*, Bacchi sacrificulæ, quæ & Mænades, Bassarides & Thyades, &c. quæ noctu ei sacrificabant alternis annis, in Parnasso monte Bœotiæ; Item anno quoque tertio ad Cithæronem montem catervatim cum thyrsis convenire solebant; ut ibi *Bacchi* orgia magno cum ululatu celebrarent. Ovid. Met. 9.

Utque tuo motæ proles Semeleia thyrso,
Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Dixi *cum thyrsis*, qui *Baccho*, & *Bacchis* passim ab authoribus tribuuntur. Suidas. Θύρσος Βακχικὴ ῥάβδος, ἣ λαμπὰς ἦν ἐδάσκαζον εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου. Thyrsum itaque esse *Bacchi* certum est. Hinc à Sidonio Antipatro *Bacchus* dicitur Θύρσῳ δεινὸς. Et Statius, lib. 5. Sylvarum.

——*Cui jus venerabile thyrsi*
Bacchus. ——

Eandem rem firmat insania Antigoni & Antonii. Prior apud Herodotum *Bacchum* repræsentaturus, tum hederam capiti circumponebat pro diademate, tum maximè ferebat Θύρσον ἀντὶ τοῦ σκήπτρου. Posterior apud Velleium, cum Liberum Patrem appellari se jussisset, cum redimitus hederâ, coronâque velatus aureâ, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber Pater vectus esset Alexandriæ. De curru *Bacchi*, ejusque descriptionem habes apud Nonnum Dionys. lib. 18. Ovid. Met. 4. Sil. Ital. lib. 15. Virgil. Æn. 6. Sidonium Burgo Pontii, Lucianum *Baccho*. Catullum Epithalamio Pelei & Thetidos, Alios. Sidonii autem versus non possum non subjungere, quibus postea pares apud Latinos Poetas frustra quæras.

Forte ſagittiferas Evan populatus Erythras
Vite capiſtratos cogebat ad eſſeda tigres
Intrabat duplicem qua temo racemifer arcum.
Marcidus ipſe ſedet curru: madet ebria cervix
Sudati de rore meri, caput aurea rumpunt
Cornua, & indigenam jaculantur fulminis ignem.
——*Fert tempus utrumque*
Veris opes, rutiloſque ligat vindemia flores
Cantharus & thyrſus dextræ lævaque feruntur
Nec legit exertos, ſed tangit palla lacertos
Dulce natant oculi, quos ſi fors verſat in hoſtem
Attonitos, ſolum dum cernit inebriat Indos.
Tum ſalebris ſaliens, quoties ſe concutit axis
Paſſim deciduo profunditur area muſto.

De navigatione ejuſdem eleganter Claudianus de 2. Conſul. Stilic.

Æquora ſic victor quoties per Rubra Lyæus,
Navigat, intorquet clavum Silenus, & acres
Inſudant tonſis Satyri, taurinaque pulſu
Baccharum Bromios invitant tympana remos.
Tranſtra ligant ederæ, malum circumfluа veſtit
Pampinus, antennis illabitur ebria ſerpens.
Perque mero madidos currunt ſaliuntque rudentes
Lynces, & inſolitæ mirantur carbaſa tigres.

Ubi benè *tigres*; hi enim Liberi Jugales. Horatius.

——*Bacche pater tuæ*
Vexere tigres.

Ovid. Am. 1. 2.

Talis erat domitâ victor Gangetide terrâ
Tu gravis alitibus, tigribus ille fuit.

Sil. in calce operis.

Qualis odoratis deſcendens Liber ab Indis
Egit pampineos frænatâ tigride currus.

Mart. 8. 26.

Nam cum captivos ageret ſub curribus Indos
Contentus gemino tigride Bacchus erat.

Plinius vero lib. 8. cap. 2. primum Bacchum ait victâ Indiâ triumphaſſe junctis elephantis. Vide Paſſeratium in illud Prop. lib. 3. el. 17.

Indica Nyſæis arma fugata choris.

Hinc *Bacchus thyrſiger* eſt apud Senecam in Medeâ.

Candida thyrſigeri proles generoſa Lyæi.

Fuit vero thyrſus non *Bacchi* ſolum ſed *Baccharum*, cujus virtute nixas illas, atque illudente Dæmone, mira quæpiam prodigia feciſſe antiqui prodidere. Apud Euripidem Bacharum una, cum petram thyrſo percuſſiſſet δροσώδης ὕδατος ἀπηδᾶ νοτὶς *fons exiliit aquæ rorulentus.* Alia ut in terram jecit, remiſit *Bacchus* κρήνην οἴνου *vini fontem*, & ferè ſtatim ἐκ δ' ἀκοντίου γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί. Nonnus Dionyſiacon, lib. 48.

Θύρσῳ γαῖαν ἄερσε διηκόμοιο δὲ κολώνης
Αὐτομάτῳ ὄδατι μίδων ἐυόδμοι μαζῷ
Χείματι πορφύρουσι.

Si quis vero deſcriptionem thyrſi petat, addam ex Virgilio, qui talem ejus adhibet periphraſin Eclog. 5.

Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.

Nimirum nihil aliud thyrſus denotat, quam haſtam, ſive virgam frondibus veſtitam, aut etiam pampinis ac foliis hederæ obtectam, in cujus extremitate cuſpis erat, aut mucro formâ coni pinei. Plin. 16. 34. *Hedera Liberi Patris adornat thyrſos.* Indè Euripides in Bacchis Thyrſum vocat κίσσινον βέλος, & Ovidius in Epiſtolis *haſtam pampineam* eo verſu.

Ut quas pampineâ tetigiſſe bicorniger haſtâ
Creditur.——

Juſtinus M. ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σημάτων εἰρωνικῶν τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις ἀνιέρωσιν. Addit Macrobius, mucronem quoque ipſum tegi lambente hederâ. Seneca clare in Hercule Inſano. Act. 4.

Tectam virenti cuſpidem thyrſo gerens.

Nonnus Dionyſ. lib. 9. hunc thyrſum dicit κευθόμφυον πετάλοισι, *occultatum foliis*, & alibi κατάσκιον *umbroſum*, vel *inumbratum*. Vas hujus Numinis Cantharus fuit. Virg. in Sileno.

Et gravis attrita pendebat Cantharus ansâ.

Sil. Ital. lib. 7.

Lumine purpureo frontem cinxere corymbi
Et fuſæ per colla comæ, dextraque pependit
Cantharus.

Sidonius ubi ſupra.

——*Rutiloſque ligat vindemia flores,*
Cantharus & thyrſus dextra lævaque feruntur.

Plin. l. 35. c. 11. in fine. C. *Marius poſt victoriam Cimbricam Cantharis potaſſe Liberi Patris exemplo traditur.* Arnobius, lib. 6. *In Liberi dexterâ pendens potorius Cantharus.* Hieronym. contra Vigilantium: *Libere proclamabis te eſſe Liberum Patrem pro ebrietate & Cantharo exhumeris dependente, & ſemper rubente facie, & ſpumantibus labiis.* Videſis Val. Max. l. 3. c. 6. qui eadem cum Plinio.

Bacchus, Martyr, unà cum Sergio ſub Diocletiano ad Euphratem paſſus eſt. Uterque ordinem in exercitu Cæſaris ducebat. Volaterranus.

Bacchylides, Ceus, Poeta Lyricus è Simonidis fratre natus. Vide Voſſ. Poet. ad Olymp. 82.

Bacelus, vir quidam effœminatus, totuſque luxuriæ deditus. Unde Proverb. *Bacelo ſimilis.* Heſych. Βάκηλος, ὁ μέγας καὶ ἀνόητος, ἢ ὁ ἀπόκοπος, ὁ ἀφ' ἑνὸς Γάλλος. Οἱ δ' ἀνδρόγυνος, ἄλλοι παχυμηρής, γυναικώδης ἢ δειλός. Μενάνδρῳ Τιμοθεῖ.

Bæton vixit ætate Alexandri M. cujus στάθμους conſcripſit. Athen. lib. 10.

Bætylus, Græce Βαίτυλος. Priſcianus, lib. 5. *Abadir Deus eſt; Dicitur & hoc nomine lapis ille quem Saturnus dicitur devoraſſe pro Jove, quem Græci Bætylon vocant.* Heſychius. Βαίτυλος, ὅτι ἐκαλεῖτο ὁ λιθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ ἀντὶ Διός. Etymologus. Βαίτυλος ἐκλήθη ὁ λίθος ὃν ἀντὶ Διὸς ὁ Κρόνος ἔπιεν. Idem nullo ſenſu. Βαίτυλος, Λίβανον τὸ ὄρος τῆς Ἰλίου πόλεως· ſed ſupplendum ex Phavorino. Βαίτυλος, λίθος γλωμώδης καὶ ἡ Λίβανον, &c. Utrobique autem pro Ἰλίου ſcribendum Ἡλίου. Vide Boch. de Phœn. Col. lib. 2. cap. 2.

Bagoas, linguâ Perſicâ *Spado* dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4. *Clariſſimæ omnium* (palmæ) *quas regias appellant ab honore; quoniam regibus tantum Perſidis ſervabantur, Babylone natæ, uno in horto Bagoi; Ita enim vocant ſpadones: qui apud eos etiam regnavere.* Idem nomen datur *ſpadonibus regiis* apud Curtium, Ælianum, Heliodorum, Achillem Statium, & Sulp. Severum, lib. 2. Hiſt. Sacræ, cum de Judith loquitur, qui *Baguam* dixit. Suidas. Βαγώας, ὄνομα κύριον, ὃς ὠδὲ ἐυνοῦχος. Ovid. Amor. 2.

Quem penes eſt dominam ſervandi cura Bagoe.

Vide Grot ad Judith. 12. 10.

Bagoe, nympha quædam, quæ Thuſcis artem fulguritorum ſcripſit, quam quidam *Sibyllam Erythræam* eſſe putant.

Bajazeth, Turcarum rex per Tamerlanem in bello captus, mulo inſidens per exercitum in ignominiam ducebatur, potiſſimum ob ſuperbiam, quâ turgidè intumeſcebat. Poſteà catenis aureis vinctus, & in caveâ concluſus, à Tamerlane, quocunque iret, ducebatur, quo in equum aſcendens, ſcabelli loco utebatur, ac ſubter menſam cum ederet, inſtar canis, ad pedes ejus ſolas de reliquiis cadentes colligebat micas, quibus tenuiſſimè, ac turpiſſimè victitabat.

Balacrus, Amyntæ filius, Præfectus auxiliariis copiis Alex. Magni. Q. Cur. l. 4. *Phrygas Balagrus regebat.* Sic enim legendus locus iſte, Freinſhemio notante; Raderus gentis nomen putavit, nempe quia legit apud Arrianum, lib. 3. Οἱ Βαλάκρου ἀκοντισταί, cum verba illa ſic eſſent vertenda, *jaculatores, quos ducebat Balacrus.* Fuit alius Nicanoris filius Ciliciæ Satrapa; Arrianus, lib. 2.

Balagrus, Hiſtoricus Græcus, ἐν Μακεδονικῇ advocatur à Stephano in Ὀλόη, ac ἐν Μακεδονικῇ δευτέρᾳ ab eodem in Ἄμωλος.

Balari, Cyrniis exules dicuntur, teſte Pauſaniâ quod nomen Sardiniæ montana incolentibus adhæſit, cum illuc feceſſiſſent à Carthaginenſibus deficientes. Rhod. 19. 22. Eorum regio *Baromela* dicitur Pineto. *Præter Ilienſes vel Jolaenſes*, inquit Bochartus, *inter vetuſtiſſimos Sardiniæ populos memorantur Balari & Corſi.* Plin. *Celeberrimi in eâ populorum Balari & Corſi.* Liv. lib. 41. *Ilienſes adjunctis Balorum auxiliis pacatam provinciam invaſerant.* Item *Balarorum magna auxilia Ilienſibus venerant.* Etiam *Balaros* recenſet Strabo inter τὰ ὀρεῖα ἔθνη. Et Pauſanias tam *Corſos* quam *Balaros* cum Ilienſibus in montes ſe contuliſſe ſcribit, & illos quidem arceſſit è vicinâ Corſicâ, hos ex Africâ & Hiſpaniâ. *Ortâ*, inquit, *ſuper prædâ diſſentione, Afri & Hiſpani irâ accenſi, cum à Carthaginenſibus defeciſſent, & ipſi montium jugis occupatis, ſeorſim conſiderunt.* Βάλαρον δ' ὄνομα ἔστιν αὐτοῖς καὶ γλῶσσαν ἡ Κυρνίων. Βάλαρος δὲ τοὺς φυγάδας καλοῦσιν οἱ Κύρνιοι. At hi non erant exules, nec Corſicâ linguâ debuerunt, ſèd Sardiniâ denominari. Bocharto itaque *Ilienſes*, *Corſi*, *Balari*, gens eadem, quia idem ſitus, & eadem victûs ratio. Nempe ut *Ilienſes* ex Pœno עילאי *Ilae* quaſi *altos* dixeris, à montibus ſcilicet, ita חורשאי *Corſi* à ſylvis, & *Balari* à *feritate* dicti, quaſi ברוים *Barari*. Arabicè ſc. ברארי *barari*, *ſolitudinem* ſonat.

Balatrones, Horatius, lib. 1. Sat. 2.

Mendici, mimæ, Balatrones.

Quem

Quem ad locum ſic vetus interpres. *Balatrones luxurioſos, ac perditos vocat, à Servilio Balatrone, cujus in 2. libro meminit: Ex hujus autem nomine, ſimilis vitæ homines balatrones ſunt appellati, à balatu forte dicti, quæ vox intorta eſt, & ridicula; Legitur & Barathrones, qui bona ſua devorando, quaſi in Barathrum mittunt. Iidem & Blatrones proprie dicti ſunt, à blatiendo, i. e. vaniloqui.* Hæc ille. Primum autem etymon probare non poſſumus, nec enim *balatrones* id nomen habent à Servilio, ſed Servilius id nomen accepit, quod nihili homo foret, ac decoctor merus. Nec magis placet à *balatu* ſic dictos. Quod ſi foret, ita vocarentur propriè *locutaleii* & *blaterones*, quod falſum eſt. Veriſimilius eſt tertium etymon, ut *bonorum gurgites* ita dicerentur, quia ſint

Ingluvies & tempeſtas, barathrumque macelli.

Uti loquitur idem Horatius. Sane *barathrum* Athenis locus erat immenſæ profunditatis; Sed χατ' μεταφορὰν ſumitur à Plauto pro *Stomacho*. Inde igitur decoctores dicti *barathrones*, quia cuncta conderent in *barathrum*, h. e. in *ſtomachum*. Hinc vetus Gloſſator ἄσωτον *Barathronem* interpretatur. Quod autem addit Horatianus interpres, aliter dici *Blaterones*, id ſatis refellitur iis quæ diximus. Eſt & aliud etymon apud Feſtum, ex cujus verbis cognoſcitur *balatrones* ita dictos videri à vocabulo *bullæ*, ſive, ut Mss. habent, *Ballæ* ſignificante lutum, quod ex itinere adhæret, ſive, quod de calceamentorum ſoleis raditur. Sane pro *flagrione* uſurpat Varro de R. R. 2. 5. *Videbo jam vos*, inquit, *balatrones, & huc adferam meum corium & flagra.* Cæterum ab hâc voce eſt, quod Italis hominesnequam *Balatroni*, & Gallis *Belitres* dicuntur. Vide Fungerum in *Balatrones*.

Balbillus, Neronis ætate Ægypti Præfectus fuit, teſte Tacito Annal. 13. Fuit id an. U. C. 809. Qu. Voluſio Saturnino, & P. Cornelio Scipione Coſſ. De itinere ſuo, ac rebus Ægyptiacis, quædam conſignavit. Sen. Nat. Qu. 4. 11. *Balbillus virorum optimus, in omni literarum genere rariſſimus, auctor eſt, cum ipſe præfectus obtineret Ægyptum, Heracleotico oſtio Nili, quod eſt maximum, ſpectaculo ſibi fuiſſe delphinorum à mari occurrentium, & Crocodilorum à flumine adverſum agmen agentium, velut pro partibus prælium: crocodilos ab animalibus placidis, morſuque innoxiis, victos.* Ex eodem opere eſt, quod refert Plin. in procem. lib. 19. *Galerius à freto Siciliæ Alexandriam ſeptimâ die pervenit, Balbilluss ſextâ, ambo præfecti.* In vulgatis Senecæ libris eſt *Babillu* in Plinianis *Babilius*. Sed *Balbillus* dicitur Tacito: atque ita legi oportere, probat Lipſius ex veteri Inſcriptione: T. JULIUS BALBILLUS, SACERDOS SOLIS. Addere potuit & hanc: SOLI ALAGABOLO JULIUS BALBILIUS AQUILA. Sanè ἀναλόγως à cognomento *Balbus* fit *Balbulus*, hinc *Balbillus*; tamen ecce *Babilla* in inſcriptione aliâ: PRO SALUTE SABINIANI ET JULIÆ BALBILIÆ VINDONA MATER. Voſſius.

Balbinus, Imp. Rom. bis ante Conſul & Præfectus urbis, & plurimarum provinciarum rector. Genus ſuum referebat ad Corn. Balbum Theophanem, qui per Pompeium civitatem meruerat, quum eſſet patriæ ſuæ nobiliſſimus, idemque hiſtoriæ ſcriptor. Jul. Capitol.

Baltaſſar, nomen Danielis, Dan. 1. qui & *Balteſhazzar*. Lat. *abſconditè theſaurisans*, ſivè *in malleatore theſaurisans*, vel *occultè portans anguſtiam*. Suidas, Βαλτάσαρ, ὅτως ὠνόμασθη ὁ Δανιὴλ εἰς πολὺ τὸ τῆς ἀποῤῥήτου σοφηνείας. Item 8. Babyloniæ rex. Regn. an. 5.

Balthaſar, rex Babylonis, ſub quo hæc civitas à Perſis capta fuit. Tot ac tantis deliciis affluebat, ut inter impudicas mulieres & obſcœnas, tanquam in cœno porcus volutaretur.

Bambalio, In hujus nominis origine debetur laus Adriano Turnebo, qui Adverſ. 17. 14. ſcribit hoc modo. *Pater uxoris Antonii propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, ut à M. Tullio, Philip. 3. ei objicitur, Bambalio vocatus fuiſſe dicitur.* Proinde quæritur, quis ſit *Bombalio* à Criticis. Fungerus nomen per diminutionem ad riſum factum arbitratur, ut quemadmodum dicitur à *Sceparnum Sceparnio*, ſic à βομβάλειν, Βομβαλίων. Eſt autem βομβάλειν *tremere* ac *dentibus crepitare*, & *labiis balbutire*, quod & algentibus uſu venit, & ſtupentibus quoque, & balbutientibus, & ore tumultuantibus, & in loquendo colluctantibus & hæſitantibus, maxime tamen commiſſione labrorum balbum ſonum elidentibus, quod & βομβαλύζειν, & παμφαλύζειν dicitur. Quæ omnia per Onomatopœiam ſunt effecta, ut & βομβαλυζόμβαξ apud Ariſtophanem, & βόμβος & inde factum nomen bombardæ. Fit & apud Dionem cum in oratione Ciceronis, tum in Oratione Caleni mentio *Bombalionis*.

Banauſi, ſervorum genus, manuum operâ utentium. Rhod. 25. 18. Eſt autem Βάναυσος propriè *fornicarius*, h. e. *qui circa fornaces, & caminos exercetur*. Heſychius, Βαναυσία, πᾶσα τέχνη διὰ πυρὸς, μείων δὲ ἡ περὶ τοὺς χαλκεῖς. Καὶ πᾶς τεχίτης χαλκεὺς, ἢ χρυσοχόος, βάναυσος. Porro βαῦνον Peloponneſii ignis locum vocant, *caminum*, & ἀυλὴν eſt *incendere*.

Baptæ, Athenis ſacerdotes erant Cotyttûs impudicitiæ Deæ, cui nocturna ſacra peragebant ſalutationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti ἀπὸ τῦ βάπτειν, quòd qui ſacris illis initiabantur, aquâ calidâ tingerentur. Juvenalis Sat. 2.

Talia ſecretâ coluerunt Orgia tædâ
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

In horum impudicitiam Eupolis fabulam *Baptas* inſcripſit, ob quam ab ipſis Baptizatus & mari immerſus fuit.

Baptiſta, prima Galeatii Piſaurienſis Principis filia, & Guidonis Comitis Urbinatis uxor, quæ cum doctiſſimis viris plerumque magnâ ſui laude diſputavit, libros quoque *de humanâ fragilitate* ſcripſit, ac *de verâ religione*.

Barabbas, latro & homicida famoſus ex Evangeliis notiſſimus, ſig. *filius Patris*, Nomen apud Talmudicos uſitatiſſimum, ut *R. Samuel Barabba*, & *R. Nathan Barabba*. Hieroſolymitanè ſæpè profertur בר בא *Barba*, ut *Simeon Barba*. Hoc in mentem revocat illud Joſephi Bell. Jud. 5. 18. *Cum torquerentur ſaxa immania à Romanorum baliſtis in urbem, inſidentes quidam in turribus ſigno præmonuerunt civibus, ut caverent hoc clamantes vulgari dialecto: Filius venit*, i. e. בר בא *Bar bo. Filius* quidem hominis tunc *venit* in gloriâ juſtitiæ, & vindictæ ſuæ in gentem nequiſſimam. *Lightfoot*.

Barbara, virgo Nicomedienſis, Dioſcori viri nobilis filia, à quo in turrim eſt conjecta, quòd ſe Chriſtianam profiteretur, ac poſt omnibus probris nudatum converberatumque corpus, ab eodem ad Præſidem ducta, jugulataque in eâdem urbe ſub Maximiliano: demum Venetias [quo tranſlata eſt) condita. Volater.

Barbara, Sigiſmundi Imperatoris uxor, quæ ſtultas vocabat virgines pro Chriſti nomine paſſas, quod voluptatum gaudia non guſtaſſent. Dicebat animas cum corporibus interire, nec futuram aliam vitam poſt hanc, quam vivimus.

Barbari, ficto nomine, inquit Strabo lib. 14. dicti ſunt ab initio, qui difficultèr, aſperè, atque duriter loquebantur, quaſi *duriloqui* & *craſſilingues*, à βαρβαρ absonâ voce, in quam peregrini homines Athenas adventantes identidem incidebant. Sic etiam dicuntur illiterati, malis moribus, crudeles. Arabicè autem *Bar deſertum* ſig. indè forſan *Barbariæ* nomen. B. Paulus. *Barbarus erit mihi, & ego illi.* Ovidius.

Barbarus hic ego ſum, qui non intelligor ulli.

Suidas, Βάρβαρος, οὐκ ἐπὶ ἔθνους, ἀλλ' ὅτι τ φωνῆς ἐλαμβάνετο. Atque hoc cenſu civili, Anagogico autem ſeu Spirituali, bene vetus Gloſſa in Pſalmos. *Barbara lingua eſt, quæ Dominum non laudat.* Hinc *Barbariſmus*, quem ſic definit Suidas. Ἔστι δὲ βαρβαρισμὸς ὅτ παρὰ χαιρῶν λέξις παρὰ τὸ ἔθος τ εὐδοκιμούντων Ἑλλήνων. Veteribus autem omnes Barbari erant, qui non erant Græci, & Barbarum τὸ οὐκ Ἑλληνικὸν. Unde Sophocles.

Τῶν βαρβάρων γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω.

Unde Plautus, teſte Feſto, Nævium poetam Latinum *barbarum* dixit. Et in Aſinariæ prologo. *Marcus vortit barbarè*, h. e. *Plautus reddidit Latinè*. In Capteiveis quoque legas *Barbaricum jus* pro *Latino jure*. Et B. Paulus 1. ad Rom. Ἕλλησι τε καὶ βαρβάροις. Eadem ratione Latini auctores non utentes linguâ Romanâ *barbaros* dixerunt omnes, ſicut & Cicero Afros, Gallos, Hiſpanos, in Epp. ad Qu. Fratrem. Imo Lacones hoſpites & peregrinos dixiſſe *barbaros* annotatum ab Euſtathio ex Herodoto in 3. Iliad. Clariſſimus Voſſius lib. 1. de Vitiis ſermonis cap. 1. ex Chaldaico בר *bar*, quod *extra*, vel *foras* ſig. deducit. Notandum hoc loco Judæos etiam *Barbaros* aliquando dictos fuiſſe. Juſt. Mart. Apol. 2. *Qui cum* λόγῳ (vel *ſecundum rationem*) *vivunt, ſunt Chriſtiani; ut inter Græcos Socrates, Heraclitus & his ſimiles: Inter Barbaros autem Abraham*, Ananias, Azarias, Miſael, Elias, & alii complures. Tatian. Orat. ad Græcos, inter Barbaros, à quibus Græcorum ſtudia orta ſunt, Moſen refert, & ipſe ſe Barbaræ Philoſophiæ ſectatorem dicit. Clem. Strom. 2. *Barbara Philoſophia, quam nos ſequimur, revera perfecta & vera eſt*, & lib. 5. ait Græcos quicquid veri docuerunt id à Philoſophiâ Barbarâ hauſiſſe. Et lib. 6. Data eſt Lex & Prophetæ Barbaris, Philoſophia autem Græcis. Quin & apud Origenem primo contra Celſ. Celſus affirmat Chriſtianum dogma ortum cepiſſe à Barbaris, h. e. a Judæis. Sandius.

Herm. *Barbarus* Patricius Venetus, deinde Patriarcha Aquileienſis Ob. 1493. Æt. ſuæ 39. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. 3. 8.

Barbatius, vel *Barbius* Philippicus, de quo Ulpianus lib. 3. F. de officiis Prætor. Homo comis, & blandis moribus evehitur ad ſummos magiſtratus Antonii triumviri operâ. Hunc in foro jus dicentem herus, à quo olim aufugerat, agnovit. Ergò tacitè aggreſſus, & veſte à tergo prehensâ, Salve, inquit, veteri & ſervili nomine adjecto. At ille perculſus veteri Domino facile

cile agnito, rogavit eum, ut taceret, domumque ſuam duxit, maximâque pecuniâ numerata ſe tandem redemit. Vide Suidam.

Bardaſanes, Meſopotamiæ præſul, Syrorum linguæ doctiſſimus, & vehemens dialecticus, adverſus Marcionem patriâ linguâ ſcripſit; ſed & Græcè ad Antoninum ſub quo fuit, librum de fato, aliaque complura. Euſebius.

Bardeſanes, Hiſtoricus Babylonius, Alexandri Severi temporibus floruit, de quo Porphyrius de abſtinentiâ, lib. 4. Ὡς Βαρδησάνης ἀνὴρ Βαβυλώνιος ἐπὶ τῆς πατέρων ἡμῶν γεγονὼς, ἀνέγραψεν. Egit autem de Brachmanibus, & Samanæis, Indorum Philoſophis, quos Græci *Gymnoſophiſtas* vocant. Idem opus ſignat B. Hieronymus, lib. 2. contra Jovinianum. *Bardeſanes, vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos Gymnoſophiſtas dividit: quorum alterum appellat Brachmanas; alterum Samanæos; qui tantæ continentiæ ſint, ut vel pomis arborum juxta Gangem fluvium, vel publico oryzæ, aut farinæ alantur cibo: & cum rex ad eos venerit, adorare illos ſolitus ſit, pacemque ſuæ provinciæ in illorum precibus arbitrari ſitam.* Voſſius & Jonſius.

Bardi, vates apud Gallos, aut Magi vel Philoſophi, qui fortium virorum res geſtas decantare ſolebant. Lucan. l. 3.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas
Laudibus in longum vates demittitis ævum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Poſidonius apud Athen. lib. 6. Τὰ δ' ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι ποιηταὶ ὄντοι τυγχάνουσι μετ' ὠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. Strabo lib. 4. Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ, καὶ ποιηταί. Diodorus lib. 5. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς Βάρδους ὀνομάζουσι. Feſtus. *Bardus* Gallicè *cantor* appellatur *qui virorum fortium laudes canit.* Ammianus lib. 15. *Bardi fortium virorum illuſtria facta heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Heſychius, Βάρδοι, αἱ ὠδοὶ παρὰ Γαλάταις, ubi pro αἱ ὠδοὶ, *cantores*, vel *poetæ*. Bardus autem eſt ab Ebræo ברד *parat*, i. e. *modulari*, mutatis homogeneis Bochartus. Porro *hi Bardi*, ut bonos laudabant, ita malos vituperabant. Diodorus ubi ſupra ὅτοι δὲ μετ' ὀργάνων ἃ λύσεις ἀρῶν ἀδουσι, οὓς μὲν ὑμνοῦσιν, οὓς δὲ βλασφημοῦσιν. Perperam autem cum his *Bardis* Galliæ viri docti confundunt *Bardeos*, ſive *Bardæos* Dalmatiæ, de quibus ita Gloſſæ Latino-Græcæ ab H. Stephano primum editæ. *Bardei* Ἰλλυριοὶ δῆλοι, οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννα, καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι, καὶ ἐν τούτῳ πυρριχῆσαι καὶ σκευωρῆσαι· Τέτις Σερτώριος δῆλον ποιεῖ κλάσας ἀναιρεῖ. Ac paulo poſt in iiſdem legere eſt, *Bardes*, δρύκτης Ἰλλυριος, δῆλος; ubi ſcribendum conjunctim Ἰλλυριος δῆλος. Egregius quoque de iis locus eſt Plutarchi in C. Mario. Ubi narrat, ut is primus ante portas conſtetit, cavillatus ſe exulem eſſe, ſibique patriâ interdictum: mox priuſquam tres aut quatuor tribus ſuffragia iniiſſent, abjectâ ſimulatione, & cauſatione exilii inierit urbem circumſeptus ſervis, quos *Bardiæos* appellabat. Κατῆει δορυφόρους ἔχων λοχάδας, οὓς Βαρδιαίους προσηγόρευσεν. Item Vatinii Imp. Epiſt. ad Cic. lib. 5. *Dicitur mihi tuus ſervus anagnoſtes fugitivus cum Vardæis eſſe, de quo tu nihil mihi mandaſti. Ego tamen terrâ, marique, ut conquireretur, præmandavi: & profecto tibi illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit: & tamen aliquando eruam.* Similiter Plinius 3. 23. ubi de Liburniæ populis, *populatoreſque quondam Italiæ Vardæi.* Ptolemæo ſunt Οὐάρδιοι. Straboni & Appiano, ſed corruptè Ἀρδιαῖοι, ut Ortelius obſervat. Ab hiſce Βαρδιάλοις ſive Βαρδιείοις, ſive Βαρδίοις *bardaicus*, vel *bardiacus* dicitur. Juvenal. Sat. 16.

Bardiacus judex datur hæc punire volenti.

Et Martialis, lib. 4. ep. 4.

Laſſi bardiaci os quod evocati.

Ubi *evocati* ſunt veteranorum militum genus, de quo inter alios Lipſius multa in Electis. Vide Valeſium ad Am. Marcell. p. 93.

Barlaamus, Monachus, cujus de Papæ principatu libellum primus mundo exhibuit Joannes Ludus Novi Collegii Socius, & Academiæ Oxon. Procurator. Edidit eundem poſteà Heidelbergæ 1608. unà cum Nili Archiep. Theſſalonicenſis ejuſdem argumentis libris duobus Claudius Salmaſius. Ejus quoque Λογισικὼ habemus hodie & Ἀειθμησικὼ. Geometriam etiam compoſuiſſe teſtis eſt Geſnerus. Item de ratione inveniendi tempus celebrandi Paſchæ ſcripſiſſe ait Voſſius de Scientiis Mathematicis pag. 393. Vixit A. D. 1350, ut ex æquali ejus Joanne Boccatio conſtat Præfat. operis de Genealogiâ Deorum. Vide quæ de eo Pontanus ad Cantacuzenum annotavit, lib. 2. 39. Quædam de eo etiam habes apud Voſſ. H. Lat. p. 526.

Baro, mulier quædam Philoſophiæ dedita, uti ſcribit Suidas, unde Philoſophos, qui ſtolidiores eſſent, *Barones* vocabant, ut quaſi mulierculæ per contemptum appellarentur. E contra autem poſterioribus ſeculis *baro* notavit virum. Unde Gloſſæ Philoxeni. *Baro* ἀνήρ. Vide Voſſ. in *Baro*.

Barſine, Alexandri M. uxor, quam cum Hercule filio Caſſander occidi juſſit, ſcilicet quaſi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter conſequi, quam ſcelere non poſſet. Juſtinus lib. 5.

Barthenos, uxor Noachi apud Epiphanium. Βαρθένος, inquit, τοῦ Νωὲ γέγονε γυνή.

Bartholomæus, Apoſtolus, cujus nomen ſolum in Evangelio legitur. Poſt reſurrectionem Chriſti in Indiâ ſparſit Evangelii ſemina, ut ſcribit Euſeb. l. 3. c. 1. & citatur ejus dictum hujuſmodi, *Evangelium eſſe breve & longum.* Etſi enim ſumma ejus brevibus Aphoriſmis comprehenſa tradi poteſt, tamen ſapientia illius inexhauſta eſt, & propugnatio dogmatum longiorem orationem deſiderat. In Armeniæ urbe Albanâ fertur juſſu Aſtyagis regis excoriatus eſſe. Latinè *filius*——*haurientis*——*aquas*. Ita Heſychius, Βαρθολομαῖος, ὑὸς χρεμάσματος ὕδατα. Atqui Voſſius ſcribit *Bar-ptolemæus*, quaſi *filius Ptolemæi*. Aliter D. Lightfoot. Computa ordinem, inquit, quo vocati ſunt diſcipulis Jo. 1. cum ordine quo ut plurimum recenſentur & Bartholomæum in eundem locum cum Nathanaele coincidentem comperies; ita ut eundem cum eo eſſe opineris: Nathanaelem nomine proprio, Bartholomæum paterno dictum. בר תלמי i. e. filium *Talmai*. Nam Græci interpretes *Talmai* reddunt Θολμὶ, 2 Sam. 13. 27. Atque occurrit Θολομαῖος apud Joſ. Ant. 20. 1.

Bartolus de Saxoferrato J. C. natus eſt A. D. 1309. Puer præceptorem habuit Petrum de Aſſiſio, virum doctum & eximiè pium à quo in Grammaticis eruditus fuit. Ad Juris Civilis diſciplinam ſe contulit, an. ætatis 14. in civitate Peruſinâ, quam totâ diligentiâ & induſtriâ didicit, ſub præceptoribus Cymo Piſtorienſi, Jacobo Burrigario, & Reynero Foro-julienſi, ut poſteà an. ætatis 20. Bononiæ de Jure publicè reſponderit, & anno ſequenti ſolennia Doctoratus inſignia receperit. Peruſii uxore ductâ, ut vitæ portu conſtituto, ætatem jus profitendo tranſegit, cui nec ingenium, nec memoria defuit, qui Hebraicas literas & mathemata didicit, & plurium diſciplinarum quam Juris Civilis peritiam habuit. Mortuus eſt ibidem an. ætatis 46. Hæc Jo. Pichardus in J. C. vitis.

Baruch, Lat. *benedictus*, vel *genu flexus*. Heſychius, Βαρὺχ, ὐλογημένος. Filius Neriæ. Jer. 32. 10. Alius videtur ab illo quicunque tandem fuerit, cujus extat liber inter Apocryphos.

Baſilides, Alexandrinus, Menandri diſcipulus, Adriani Imperatoris temporibus vixit. Docuit unum eſſe Deum Patrem, ex hoc natum eſſe Νοῦν, ex hoc Λόγον, ex hoc Φρόνησιν, ex hoc Σοφίαν καὶ Δύναμιν. Ex his Virtutes, Principes & Angelos primum condidiſſe cœlum. Ex hoc alios, atque alios ſubinde derivatos uſque dum 365. cœli fabricarentur. Docuit Primogenitum Patris Νοῦν miſſum eſſe, ut credentes ſibi in libertatem aſſereret, nec tamen crucifixum eſſe, ſed ejus loco Simonem Cyrenenſem. Docuit animam ſolum ſervari, non corpus. Inter cætera contendit confeſſionem in perſecutione eſſe ἀποστασίαν, & negationem fidei non eſſe peccatum. Euſeb. 4. 8.

Baſilis, hiſtoricus, Indica prodidit, quorum ſecundum Athenæus, lib. 9. A Plinio, lib. 6. cap. 39. inter eos numeratur, qui Æthiopiæ menſuram conſignarunt. Agatharchides autem lib. de Rubro mari ἁπλῶς ejus meminit inter illos qui Orientis loca deſcripſerunt. Voſſius.

Baſiliſcus, à ſorore Auguſtâ, quia Imp. aberat, in regali ſolio poſitus M. Filium Cæſarem fecit. Rediens è Syriâ Zeno jus ſuum repetens, *Baſiliſcum* unà cum filio relegavit, qui Lemni fame conſumpti ſunt. Procop. Vandal. l. 3.

Baſilius Cæſarienſis, Greg. Nazianzeni & Jo. Chryſoſtomi temp. floruit. Is Cæſareæ Cappadocum Præſul factus, miſſus à Valente, qui Arianis favebat, in exilium. Cui ille, Antequam, inquit, in exilium proficiſcar, tu ab incœpto deſiſtes. Itaque unâ nocte Uxore Valentis maximis doloribus correptâ, & filiâ inſuper parvulâ extinctâ, Valens miſit ad *Baſilium* ut precibus ad Deum fuſis ipſe ſaltem ſervaretur. Ruffinus. Φωσῆρ ὀικουμένης ἀνὴρ Nazianzeno, Eccleſiæ Nyſſeno, Univerſi orbis Lumen Damaſceno. *In Baſilio*, inquit Eraſmus, *præter ſubtilitatem exoſculamur piam ac mitem ſuaviloquentiam.* Sanctus Ephræm hæc ad illum dixiſſe fertur, *Inſtar Petri prædicaſti, inſtar Pauli docuiſti, inſtar Thomæ Filium Dei confeſſus es, inſtar quatuor Evangeliorum de rebus divinis diſſeruiſti.* Poſſevin.

Baſilius, Ancyranus Præſul, arte medicus; Scripſit contra Marcellum *de Virginitate* librum, & nonnulla alia. Hic etiam Imperante Conſtantino Macedonianæ religionis cum Euſtathio Sebaſtiano princeps fuit. Hieronymus.

Baſilius, Cilix Presbyter in Zenone, & Anaſtaſio floruit, ut ex Photio diſcimus Cod. 107. Hiſtoriam divulgavit, cujus & Nicephorus meminit operis ſui initio. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. pag. 267.

Baſilius,

Baſilius, Seleuciæ Epiſcopus, interfuit Synodo quartæ Oecumenicæ, eique ſubſcripſit. A. D. 448.

Baſilius, Præſes Ciliciæ ſub Anaſtaſio Principe floruit, abſtinentiâ, & vitæ inſtitutis clarus. Scripſit contra Archelaum quendam Presbyterum. Suidas.

Baſilus, Opiterginorum dux, qui ſuppetias Antonio tulit. Lucan. lib. 4.

Ut primum adverſæ ſocios in littore terræ
Et Baſilum videre ducem: nova furta per æquor
Exquiſitæ fugæ.——

Baſilus, oratoris nomen apud Juvenalem Sat. 7.

Quando licet flentem Baſilo producere matrem?
Quis benè dicentem Baſilum ferat?

Item Prætor ſpolians provinciales apud eundem Sat. 10.

Quot Baſilus ſocios, quot circumſcripſerit Irus
Pupillos.——

Baſſareus, Bacchi cognomen, à veſtium ſpecie, quibus miniſtræ ejus utebantur in ſacris; quæ & *Baſſarides* dicebantur. Alii vero *Baſſareum* à βάζειν vocant, quod clamare ſignificat. Horat. in Odis.

——*Non ego te candidè Baſſareu*
Invitum quatiam.——

Ea autem veſtis ad pedes fluebat. Statius.

Si decet auratâ Bacchum veſtigia pallâ
Vertere.——

Et *à Baſſareo* Lydiæ loco cognominata eſt, ubi conficiebatur. Hinc *Baſſaricus*. Prop. 3. 16.

Candida laxatis onerato colla corymbis
Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.

Baſſaris, *Baſſarei*, h. e. *Bacchi ſacrificula*. Perſius Sat. 1.

Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris, & lyncem Mænas flexura corymbis.

Ubi vetus Schol. *Baſſarides, Bacchæ. Quibuſdam videtur à genere veſtis, quâ Liber Pater utebatur, demiſſâ ad talos, quam Thraces Baſſarim vocant. Quidam à vulpibus, quarum pellibus Bacchæ ſuccingebantur.* Quæ confirmari poſſunt è Græcis Grammaticis. Nam Heſychio Βασσάρει ſunt χιτῶνες, ὡς ἐφόρουν αἱ Θεμίσκαι Βάκχαι. Sed & apud Suidam & Etymologum legas, Βάσσαρες ἀλώπεξ καὶ Ἥφαιστον. Porro non Thracum ſolummodo hæc vox, ſed & Afrorum. Nam ut idem Heſych. ſcribit, Βασσάρεια, τὰ ἀλωπήκια οἱ Λίβυες λέγουσι. Quanquam Bacchæ non vulpinis tantum, ſed & hinnulorum pellibus utebantur, quas Stat. lib. 2. Thebaidos itemque Achilleidos *Nebridas* dixit, Græcorum more, qui pelles iſtas Νεβρίδας vocant à νεβρὸς *hinnulus*, ſive *cervi pullus*. Altius vero rem repetit ὁ πάνυ Bochartus. Sic enim ille, *Baſſareus*, inquit, rectè explicatur per Æliani Περιτύλιον, cum בצר *baſſar* Ebræis ſit idem quod Græcis πρυγᾶν, *vindemiare* ſcilicet, ubi *Tſade* per SS. effertur ut ὀι ὁ ſæpiſſimè.

Baſſianus, Syracuſanus, Romam ſtudiorum causâ miſſus, ubi cum Chriſtianus factus eſſet, Ravennam, inſectante patre, fugit. Inde Laudenſis Præſul electus, ibidem nonagenarius deceſſit 14. Cal. Febr. Emicuit Ambroſii temporibus, quem ægrotantem adiit & ejus morti interfuit. Volater.

Baſſianus dictus eſt Marcus Aurelius Antoninus Caracalla, ex avi materni nomine.

Baſſus Cæſius, Poeta Lyricus, Neronis temp. ad quem Perſius ſcripſit Sat. 6. ubi inter alia.

Jamne Lyra & tetrico vivunt tibi pectine chordæ?

Tetrico, inquit, quia ad Sabinos ſe recepiſſet, quorum mons *Tetricus*. Mox ad eundem ait,

Atque marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinæ,
Mox juvenes agitare jocos & pollice honeſto
Egregios luſiſſe ſenes.——

Unde argumentum eorum cognoſcimus, quæ caneret Cæſius. Vidit eum Fabius: ac quanti fecerit, arguit quod dicat lib. 10. *Lyricorum Horatius ferè ſolus legi dignus; ſi quem adjicere velis, is erit Cæſius Baſſus, quem nuper vidimus.*

Baſſus Aufidius Hiſtoricus, Auguſti ac Tiberii temp. æqualis M. Senecæ Rhetoris, ut ex ejus Suaſoriâ 6. cognoſcimus. Ibidem inter hiſtoricos refertur, qui elogiis ſuis Ciceronem fuere proſecuti. Reliquit autem belli Germanici libros, uti docet Quintilianus lib. 10. Etiam de Bello civili ſcripſit. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. 1. 22.

Baſſus Julius, Orator Auguſti temporibus ex cujus declamationibus plurima excerpta habemus apud M. Senecam, qui & in Præfat. lib. 5. Controverſ. *hominem diſertum* vocat. Sed addit, *Cui demptam velim, quam conſectabatur, amaritudinem, & ſimulationem actionis Oratoriæ. Nihil indecentius, quàm ubi Scholaſticus forum, quod non novit, imitatur.*

Baſſus Junius floruit temporibus Neronis, aut Veſpaſiani, homo dicaciſſimus, unde *aſinus albus* vocabatur, teſte Fabio, lib. 6. cap. 3. de riſu. Nempe *aſinus* quidem ob ineptias, ſed *albus* ob jucunditatem, uti Turnebus interpretatur, lib. 28. cap. 35. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 22.

Baſſus Salejus Veſpaſiani ævo floruit, non ſemel memoratus Tacito, ſive alteri in Dialogo de Cauſis corruptæ eloquentiæ, ubi inter alia ſic audias Aprum loquentem. *Quis enim neſcit neminem mihi conjunctiorem eſſe, & uſu amicitiæ, & aſſiduitate contubernii, quam Salejum Baſſum, cum optimum virum, tum abſolutiſſimum poëtam?* Et Fabius, lib. 10. *Vehemens & poeticum ingenium Saleio Baſſo, nec ipſum ſenectute maturum.*

Baſſus Gabius, è cujus commentariis hiſtoriam de equo Sejano refert Gellius 3. 9. Libros is de origine verborum edidit, è quibus idem Gellius quædam adfert 2. 4. 3. 19. 5. 7. Sed *Gavius* eſt apud Macrobium. Floruit tempore Trajani. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 22.

Baſſus, & Sextius Niger Romani de Medicinâ Græcè ſcripſerunt. Volaterr.

Baſſus, Conſul, Gentiani collega an U. C. 963. Alius Æmyliani collega an 1011. Alius Quintiliani collega an. 1041. Alius Ablabii collega an. 1083. Alius Philippi collega an. 1161. Alius Antiochi collega, an. 1184. Denique *Baſſus* martyr ſub Decio clavis ferreis confixus. Volaterr.

Batalus, tibicen laſcivus, qui primus omnium calceis fœmineis in ſcenâ uſus eſt, artemque tibiarum omnino mollitie depravavit, à quo diſſolutos & parum viros *Batalos* vocant; tale fuit Demoſtheni cognomen, teſte Cœlio lib. 5. cap. 13. Libanius Ἰσόρριθ γάρ τινα Βάταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήματα γυναικείοις ὀρθὴ ἡ σκιμπὺς ἐχρήσατο, καὶ μέλεσι καταγρὸς ἀπὸ τούτου ὁ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐκάλουν. Unde Heſychius, Βάταλος, καταπύγων καὶ ἀνδρόγυνος, κίναιδος, ἔκλυτος. Cæterum Βάταλος apud Atticos pudendorum pars. Sic enim Plutarchus ſcribit. Δοκεῖ δέ μοι μὴ ὀκνεῖν ὑπερεπῶν τι λεχθῆναι τὸ σῶμα τοῦ μοιχοῦ φεύγειν τοὺς Ἀττικοὺς τότε καλεῖσθαι Βάταλον.

Bathſhebah, uxor Uriæ, poſtea Davidis, & mater Solomonis Sulp. Severus: *Quâ tempeſtate Berſaben quandam miræ fœminam pulchritudinis, ſtupro compertam habuit. Hæc viri cujuſdam uxor, qui tum in caſtris erat, fuiſſe traditur.* Ubi ſecutus errorem Græcorum vocat *Berſaben*, quæ in Ebræis & Latinis codicibus *Bathſheba*, vel *Bethſabe* dicitur: quem tamen errorem ſcribis libentius tribuit Druſius, quam interpretibus; & videtur natus ex affinitate literarum ϑ & ρ. Fuit autem *Bathſheba* filia Eliam, quem Hebræi apud Hieronymum tradunt fuiſſe filium Achitophel, qui ob eam cauſam poſteà conjuravit cum Abſalomo. Id etiam probabile eſſe cenſet ex Hugone Salianus. Potuit enim Achitophel avus eſſe 60. annorum. Eliam pater 40. *Bathſheba* filia 18. Idem cenſent Abulenſis & alii. Καλλίστη τὸ εἶδος καὶ παῶν διαφέρουσα vocat Joſephus.

Bathyllus, adoleſcens Samius ab Anacreonte dilectus. Horatius in Epodis

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta telum.——

Item Pantominus. Juvenalis.

——*Molli ſaltante Bathyllo.*

Perſius.——*Nec cum ſis cætera foſſor,*
Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Juvenalis iterum Sat. 13.

——*Ut video, nullum diſcrimen habendum eſt*
Effigies inter veſtras, ſtatuamque Bathylli

Tacitus lib. 1. Annal. *Indulſerat ei ludicro Auguſtus dum Mæcenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli.* Vide Scaligerum Animadverſionibus Euſebianis pag. 155. Itemque Salmaſium in Probum Vopiſci.

Baton Sinopenſis, rerum Perſicarum commentarios condidit: cujus rei auctor nobis Strabo, lib. 12. ubi de Sinope. Ἄνδρες ἐξήνεγκαν ἀγαθούς. Τῶν μὲν φιλοσόφων Διογένη τὸν Κυνικὸν, καὶ Τιμόθεον τὸν Παιανέα. Τῶν δὲ ποιητῶν Δίφιλον τὸν Κωμικόν. Τῶν δὲ συγγραφέων Βάτωνα τὸν περιγραψάμενον τὰ Περσικά. Idem de Theſſalia & Æmonia commentatus eſt. Athenæus, lib. 14. Βάτων ὁ Σινωπεὺς ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ περὶ Θεσσαλίας καὶ Αἰμονίας συφῶς ἐμφανίζει τὴν τῶν Σατυργαλίων ἑορτὴν Ἑλληνικωτάτην. Item librum edolavit περὶ Ἰωνοποιητῶν, de quo vide Jonſium, p. 181.

Battiades, Callimachus à *Batto* patre. Ovid. in Ibin.

Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
Hoc ego devoveo teque tuoſque modo.

Stat. 5. Sylv. 3. *Tu pandere doctus*
Carmina Battiadæ.

Item *Battiadæ* dicti ſunt Cyrenenſes à Batto Cyrenes conditore. Sil. Ital. lib. 3.

Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis
Battiadas pravæ fidei ſtimulavit in arma.

Idem lib. 2.——*Et iniquo ſole calentes*
Battiadas.——

Battis, puella quam Philetas poeta elegiographus ſuis carminibus celebravit. Ovid. Triſt. 1. 5.

Nec tantum Coo Battis amata ſuo eſt.

Batton, Comicus, cujus fabulæ apud Suidam ſunt Ἀνδρόγυνος, & Ἐυεργέτης.

Battus, Cyrenes in Africa conditor, quem Callimachus ait progenitorem ſuum fuiſſe. Strab. lib. 17. Sig. autem *regem* in Linguâ Africanâ. Heſychius, Βάττος, βασιλεὺς, τύραννος Λίβυς. Hic Linguæ uſque adeo impeditæ fuit, ut verbum βατταρίζειν ab eo originem traxerit, teſte Suidâ. Unde Heſych. Βάττος, τραυλόφωνος, ἰσχνόφωνος. Hujus meminit Sil. lib. 8.

Battus Cyrenen molli tum forte gerebat
Imperio, mitis Battus, lacrymaſque dediſſe
Caſibus humanis facilis, qui ſupplice viſâ
Intremuit regum eventus, dextramque tetendit.

Battus, paſtor Pylius quem Mercurius in Indicem commutavit. Nam cum Apollo Admeti regis armenta paſceret, Mercurius boves quaſdam, quæ longius proceſſerant, furto abactas in ſylvis occultavit, *Battoque* cuidam equarum cuſtodi, à quo uno viſus fuerat, mandavit, ne cuipiam illud furtum indicaret; quod ut libentius faceret vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius vero abſens, ut hominis fidem experiretur, ſumptâ aliâ figurâ paulo poſt ad eum rediit, rogans, an vaccas quaſdam illac tranſeuntes vidiſſet, pollicenſque, ſi indicaret vaccam ſe illi cum tauro daturum. *Battus* itaque ſpe corruptus ſub quo monte paſcerentur, indicavit: ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem, qui *Index* dicitur, commutavit. Ovid. Met. 2.

At ſenior poſtquam eſt merces geminata, ſub illis
Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.
Riſit Atlantiades; & me mihi, perfide prodis?
Me mihi prodis? ait. Perjuraque pectora vertit
In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur Index.

Battus, ineptus poeta, qui in carmine conficiendo eadem ſæpius repetebat; unde Βαττολογία, inepta verborum redundantia, ſeu ejuſdem rei vitioſa repetitio. Suidas, Βαττολογία, ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς ψαχρὸς, καὶ πολυσίχνως ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίας ἔχοντας. Heſych. Βαττολογία, ἀργολογία ἀκμεζολογία. Theophylact. in Mat. 6. Βαττολογία ἐστὶν ἡ φλυαρία. Ὅιον, τὸ αἰτεῖν τι ἢ γνῖναν, δόξαν, πλοῦτον, νίκλω. Subdit Βαττάειτμὸς ἢ ἕξις ἡ ἀναρθρος φωνὴ, ὡς ἡ τῶν παιδίων. Non abſurdè derivare poteris ab Hebræo בטח *bata blateravit.*

Batus, Βάτος ἐν β'. Ἀθηναίων ἱστορίων adducitur à Pindari Schol. in Iſthm. od. 4.

Baubo, mulier quædam quæ cum Cererem hoſpitio ſuſcepiſſet, ei neſcio quam obtulit potionem, quam ipſa tota colliquata lacrymis ob filiæ mortem bibere nolens, reſpuit. *Baubo* illud moleſtè ferens, & non tantæ authoritatis Deam eſſe putans, pudendum revelavit, & ei nudum oſtendit: quo ſpectaculo Dea delectata in gremium poculum accepit. Clem. Alex. Orat. ad Gentes, & Arnobius contra Gentes. Heſychius. Βαυβώ, πόπνη Δήμητρος, σημαίνει δὲ καὶ κοιλίαν, ὡς παρ' Ἐμπεδοκλεῖ.

Baucis, anus paupercula, Philemonis ſenis conjux, quos Jupiter in arbores commutavit. Ferunt enim cum Jupiter & Mercurius Phrygiam peragrarent, ſolos hos inventos fuiſſe, qui Deos hoſpitio dignarentur. Quare cum Jupiter eam reg. ob inhoſpitalitatem terræ hiatu perdere decreviſſet, Philemonem & Baucidem monuit, ſi ſalvi eſſe vellent, ſeſe ut ſequerentur, qui ſine morâ Deorum veſtigia ſubſecuti ſunt. Cumque jam ad vicini montis culmen perveniſſent, forte reſpicientes, ſubjectam oculis regionem palude hauſtam vident, ſolâ ſuâ casâ exceptâ, quæ ipſis aſpicientibus in templum eſt transformata. Juſſi deinde pro hoſpitii munere petere quod vellent, nihil aliud ſe optare reſponderunt, quam ut novi templi ſacerdotio præficerentur, nec alter alterum ad ſepulturam ferret, ſed eodem temporis momento extremum finem vitæ ſimul ambo clauderent. Quod cum illis Jupiter annuiſſet, ad ſua eos remiſit; ubi quod reliquum erat vitæ in Deorum miniſterio peregerunt: cumque jam extremam ſenectutis metam attigiſſent, in arbores converſi ſunt, ut latius fabulam refert Ovid. Met. 8. Ponitur autem *Baucis* pro *omni vetulâ* in foro olitorio herbas odoratas vendente. Perſius Sat. 4. verſ. 21.

Dum ne deterius ſapiat pannucia paucis,
Cum bene diſcincto cantaverit ocyma vernæ.

Vide ſis ibi Caſaubonum.

Bavius & Mævius, poetæ duo ineptiſſimi & malevoli, Auguſti & Virgilii ætate, nullâ aliâ re noti, quam quod clariſſimis ſuæ ætatis poetis oblatrare non dubitarint; quâ de causâ optimi cujuſque odium incurrebant. Virgil. Eclog. 3. Qui *Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.*

Bebius, delator inſignis cognomento *Maſſa*, tempore Veſpaſiani. Juvenal. Sat. 1.

——*Quem Maſſa timet, quem munere palpat*
Carus.——

Bebius Pamphilus, Coſ. Rom. cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Pompilii libri in agro C. Petilii effoſſi ſunt. Val. Max. 1. 1.

Bebryce, una fuit ex Danai filiabus quæ ſuo etiam ſponſo pepercíſſe traditur. Euſt. in Dionyſ. Ἡ Βεβρύκη μία, καὶ Ὑπερμνήστρα μόναι τῶν συνδέκα ἐφείσαντο. Ibidem dicit hanc una cum ſponſo ſuo fugiſſe in regionem, quæ poſt ab eâ fuit *Bebrycia* dicta. Apollodorus quidem in Catalogo Danaidum *Bebrycem* fortaſſe nominavit, quæ in vulgaribus codd. perperam Βεύκη appellatur. Idem auctor innuit, duas Danai filias maritis pepercíſſe. *Danaus*, inquit, *Ægypti filius præter unum aut alterum (πλὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν) filiarum ſuarum operâ necavit.* Plerique tamen auctores Hypermneſtram ſolam, quæ à cæde ſponſi ſui abſtinuerit, commemorant. Ita Pind. Nem. 10. Οὐδὲ Ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη μονόλαφον ἐν κολεῷ καταρρίσαι ξίφος. Ita etiam Horat. Carm. 3. Od. 11.

Una de multis face nuptiali
Digna, perjurum fuit in parentem
Splendidè mendax & in omne Virgo
Nobilis ævum.

Beda, ob vitæ modeſtiam *Venerabilis* dictus, clarus ſub Leone Iſauro Imp. & Joanne 6. Pontifice, cum Saraceni ex Africâ ſolventes Hiſpaniam invaſere. Græcè, Latineque eruditus ſcripſit in Vetus & Novum Teſtamentum. De quo Poſſevinus Apparat. Sacr. Tom. 1. In omni diſciplinarum genere, Græcæ Latinæque linguæ gnarus excelluit. Poeta, Rhetor, Hiſtoricus, Aſtronomus, Arithmeticus, Coſmographus, Philoſophus, Theologicus; ita eo tempore mirabilis, ut in proverbium apud ejus ſeculi doctores abierit, *Hominem in extremo orbis angulo natum univerſum orbem ſuo ingenio perſtrinxiſſe*, non infima laus ejus eſt, quod à Malmsburienſi *Homo maximè doctus & minimè ſuperbus* dicatur. Origine erat Anglo-Saxo, manum autem Eccleſtiaſticæ Anglorum Hiſtoriæ admovere cœpit A. D. 725. Obiit 734. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 28.

Bel, ſive *Beles*, Apollo ab Aquileienſibus Italiæ populis ſic dictus. Herodianus lib. 8. Βέλιν ἢ καλοῦσι θεὸν, σεβοσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶ ἐθέλοντες. Ubi Βέλινον legendum monet Salmaſius.

Belenus, Deus idem ac Sol putandus, Aquileienſium Deus tutelaris, item Aremoricorum & Noricorum. Lege Auſonianas Scaligeri, Voſſium de Theologiâ Gentili, lib. 2. cap. 17. & Seldenum de Diis Syris.

Belial, Nonnulli volentes hoc nomen *hominem inutilem* ſignificare, derivant à בלי *abſque* & יעל *profuit*. Alii contendentes eodem Dæmonem intelligi, derivant à בלי *abſque* & על *altiſſimo*, Aquila vertit *Apoſtatam*. Sane B. Paulus Satanam *Belial* vocat. 2 Cor. 6. Suidas, Βελίαρ (lege Βελιὰλ) τῇ Ἑβραίων φωνῇ ἢ ἀποστάτου δηλοῖ. Ὁ Ἀπόστολος, τίς ἢ συμφώνησις χριστῷ πρὸς Βελίαρ; Chaldæus interpretatur *malignitatem*. Hieronymus retinet nomen Hebræum, ut cuique pro arbitrio interpretari liceret. Quanquam aliàs filios *Belial* idem intelligat ac Diaboli, homines quippe malignos. Quapropter παρανόμως reddiderunt LXX. Sed & idem Hieronymus alibi deducit à בלי & עול quod ſit *abſque jugo.*

Belides, nomen patronymicum, quo ſignificatur *filius*, ſive *aliquis de genere Beli.* Unde pro Palamede accipitur Nauplii filio, & Beli abnepote. Virgil. Æn. 2.

Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famâ
Gloria.——

Belis, *lidis*, patronym. fœmininum quo ſignificatur *filia*, vel *neptis Beli*, unde *Belides* dictæ ſunt 50 filiæ Danai, Beli filii, quas cum Ægiſthus Danai frater totidem filiis ſuis peteret uxores, Danaus reſpondere recuſavit. Didicerat enim ex oraculo ſe à genero interfectum iri, ſed poſtea coactus à fratre promiſit ſe ejus petitioni ſatisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias ſubornavit, ut clam ſe cultris armarent, & viros jam vino luxuriaque ſopitos jugularent. Virgines itaque patri morem gerentes, captato tempore, viros necarunt unaquæque ſuum, excepta ſolum Hypermneſtra, quæ Lynceo viro ſuo pepercit, qui poſteà, occiſo Danao, regnum apud Argos invaſit. Hæ *Danaides* à patre vocantur. Unde proverb. *Danaidum dolium*, pro barathro quodam inexplebili, & inſatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à Poetis Danai filiæ apud Inferos eo ſupplicii genere perpetuo damnati eſſe, ut dolium quoddam pertuſum aquâ conentur implere, unde tantum effluat, quantum illæ poſſint infundere. Ovid. Met.

Molirique ſuis lethum patruelibus auſi
Aſſidue repetunt quas perdunt Belides undas.

Tibullus 1. 3.

Et Danai proles, Veneris quod numina læſit,
In cava Lethæas dolia portat aquas.

Incer-

Incertus auctor Axiochi: Ἐνθα γᾶσες ἀπιδῶν, καὶ Δαναΐδων ὑδρηΐαι ἀτηΐδες, καὶ Ταντάλε δῖος, καὶ Τιτυῦ σπλάγχνα, καὶ Σισύφε πέδης ἀλύοντος. Ovid. in Ibin.

Quæque gerunt humeris perituras Belides undas
Exulis Ægypti turba cruenta nurus.

Belides quidam annos eſſe dixerunt, qui aſſiduis fructibus videntur nos velle locupletare, cùm tamen tantundem abſumatur, quantum producitur. Sic autem Lucretius, lib. 3. id explicat.

Deinde animi ingratam naturam paſcere ſemper,
Atque explere bonis rebus ſatiareque nunquam,
Quod faciunt bonis annorum tempora circum
Cum redeunt, fœtuſque ferunt, varioſque lepores,
Nec tamen explemur vitai fructibus unquam:
Hoc, ut opinor, id eſt ævo florente puellas
Quod memorant latices pertuſum congerere in vas,
Quod tamen expleri nullâ ratione poteſtur.

Nonnulli arbitrati ſunt omnem mortalium vitam in hâc fabulâ contineri, cum omnia quæ agimus fruſtrà à nobis fiant in terris, cum nulla humana roboris veſtigia diu permanere poſſint, ſed omnia rurſus confundantur. Alii beneficia, quæ in ingratos conferuntur per hanc fabulam intelligunt. His urnis & huic dolio Plato in Gorgiâ aſſimulat animum incontinentem, qui effuſis in omni intemperantia libidinibus agitatur. Eiſdem etiam ſimiles ſunt homines futiles, qui, ut Parmeno Terentianus, *pleni ſunt rimarum, & hâc & illâc perfluunt.* Ebrios quoque perſtringit in quos lepido admodum epigrammate doctiſſimus poeta alluſit. Is autem eſt Theodorus Beza Emblem. 34.

Belidas fingunt pertuſa in dolia vates
Mox effundendas fundere ſemper aquas.
Nomine mutato, narratur fabula de te
Ebrie qui meias quæ ſine fine bibis.
Quinetiam hoc in te quadrat, turba ebria, quod ſint
Corpora quæ fuerant dolia facta tibi.

Beliſarius, Juſtiniani Imp. dux Græcus; Perſas in Oriente vicit, Vandalos in Africâ, ducto in triumpho Giliſmere, Gothos in Italiâ, capto Vitige rege, ſuperavit. Victor Romam reverſus, crucem auream ubi res ejus geſtæ cælatæ fuerant Petri Baſilicæ obtulit. Ob res feliciter geſtas in affectati regni ſuſpicionem venit apud Juſtinianum, à quo uterque ei oculus erutus fuit. Quare cum Principis ingratitudinem aliter ulciſci non poſſet, exiguum extra urbem tuguriolum extruxit, ubi per vitam reliquam à prætereuntibus ſtipem emendicavit, illud identidem referens *Da obolum Beliſario, Viator, quem invidia, non culpa excæcavit.* Crinitus, & Volaterranus. Cæterum de Beliſario hocce, quòd ad ſummam hanc paupertatem non redactus fuerit, Vide Tho. Broun de *Erroribus Epidemicis*, lib. 7. cap. 17. Suidas. Βελισάριος, ὁ στρατηλὸς ἐκεῖ μὲν τὸ σῶμα κακὸς ἦν καὶ μέγας, καὶ εὐπρόσωπος πάντων μάλιστα. Οὗτος δὲ φρᾶδον ἦν καὶ εὐπρόσοδον ἑαυτὸν παρεῖχε τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὥστε ἀνθρώπῳ πένητι ἦλιον καὶ ἀδύκῳ ἐμφερὴς εἶη. Ἕως δὲ αὐτῷ ἡ ἀεργὸς σεμὸς ἦν στρατιώτης αἰεὶ καὶ ἀγαθικῶν ἅμαξάς τις ἐκύετο, ὅτι δὲ ἐς μὲν τοὺ στρατιώτας φιλοδωρότατος ἐκέκτητο ἀνθρώπων ἁπάντων. Τῶν δὲ ἐν ξυμβολῇ ἡττωμένων, χρήμασι μεγάλοις παρεμυθεῖτο τὰ πεπόματα, καὶ τοῖς εὐδοκιμήσασι φιλικὰ ἦν καὶ στρατῆς ἄλλα παρεῖχετο. Ἴστε δὲ ἢ τὸξε, ἢ ἄλλε ὁτωῦν στρατώτε ἐν τῇ μάχῃ ἀπολωλότος, ἕτερος ἀντ' αὐτῦ ἐκὸς Βελισαείε αὐτίκα ἐφέσκετο. Ἐς δὲ τοὺ ἀγεώμες, ὅτι δὲ τσαύτῃ φειδοῖ τε καὶ ἐπιτοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιαδῶσαι μὲ αὐτοῦ ἥδεν πώποτε στρατιῶτος Βελισαείε τετύχηκεν, ἀπολιδόντο γὸ αὐτοῖς κτὶ γνώμῃ τὰ ὤνια πάντα, καὶ ἡνίκα ἀκμάζοι τὰ λητα ἐς τὸ ἀκριβὲς διεφύλαοτε, μή τινι παεῖσα ἡ ἵππος λυμήνεται, ἧ δὲ ἀεαίων ἐν τοῖς δένδροις ὄντων ἅλαδε αὐτὴ ὕδατι τὸ πεζόπαν ἐξιῶ. Ἦν δὲ καὶ σώφρων καὶ λίαν ἐνάρετος.

Bellerophon, Glauci, regis Ephyræ filius, cujus forma capta Sthenobœa, Proeti, Argivorum regis uxor, de ſtupro eum interpellavit, cumque ſe præter opinionem repulſam videret, ægrè id ferens, innocentem hoſpitem apud virum detulit, tanquam ſibi vim inferre voluiſſet. Cujus delationi fidem adhibens Prœtus, hoſpitii juris memor, domi illum ſuæ interficere non ſuſtinuit, ſed in Lyciam ad Iobatem ſocerum ſuum cum codicillis miſit; qui cum & ipſe tam ſtrenui adoleſcentis ſanguine domum ſuam polluere nollet, eum adverſus Solymos, quibuſcum bellum gerebat modico cum præſidio miſit, ſperans futurum, ut juvenis cupidiſſimus, à gente ferociſſimâ facile interimeretur. Verum cum & Solymos facile viciſſet Bellerophontes, & aliis pleriſque periculis objectus ſemper victor rediiſſet, poſtremo ad interimendam Chimæram miſſus eſt; quem etiam laborem, nactus, Neptuni beneficio, Pegaſum equum, ſummâ cum laude ſuperavit. Quapropter Iobates, juvenis virtutem admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte uxorem dedit, ex quâ Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam ſuſcepit, uti lib. 6. Iliad. refert Hom. Quod cum audiviſſet Sthenobœa ſibi mortem conſcivit. *Bellerophon* autem felici rerum ſucceſſu elatus, cum in cœlum volare cum Pegaſo conaretur, immiſſo à Jove œſtro, equo excuſſus eſt. Hic primum *Hipponomus* dictus eſt, poſtea *Bellerophontes* à *Bellero* quodam Corinthiorum Principe quem adhuc adoleſcentulus de medio ſuſtulit. Hanc fabulam alii ad hiſtoriam, alii ad Phyſicam, alii ad Ethicam explicationem traduxerunt. Vide *Mythologos*. Primus omnium equo vehi docuiſſe fertur. Plin. l. 7. Horat. Carm. 4. 11.

——*Et exemplum grave præbet ales*
Pegaſus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

Idem lib. 3. Od. 12.

Eques ipſo melior Bellerophonte.

Idem lib. 3. Od. 7.

Ut Prætum mulier perfida credulum
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti.

Dionyſius verſ. 869.

——Οὗ δή ποτε Πήγασος ἵππος
Ταρσὸν ἀφορὸς χώρῳ λίπεν ὑγρὸμα, πῶμος ἀφ' ἵππων
Ἐς Διὸς ἰέμενος πίσυν ἦρως Βελλεροφόντης.

Hinc proverb. Βελλεροφόντης τὰ γεγραμμένα, cum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipſum ſunt deſcriptæ; vulgo *Literas Uriæ* vocant, cujus non prorſus abſimilis hiſtoria extat in S. Scripturâ. Plautus in Bacchidibus.

Bellerophontem jam tuus me fecit filius,
Egomet tabellas detuli, ut vincirer.

Hinc *Bellerophonteus*. Propertius 3. 3.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbrâ
Bellerophontei quâ fluit humor equi.

Vide *Pegaſus*.

Bellerus, Corinthiorum dux, à quo interfecto *Bellerophontes* dictus eſt, qui antea Hipponomus. Rhod. 13. 9.

Bellona, Dea bellica, ſoror Martis, anteà, juxta Varronem *Duelliona* dicta. Illam Marti in bella eunti currum & equos parare fabulatur Statius, qui & ejuſdem mem. 2 Theb.

Nec magis ardentes Mavors, haſtataque pugnæ
Impulerit Bellona tubas.

Et lib. 7.

——*Regit atra jugales*
Sanguineâ Bellona manu, longaque fatigat
Cuſpide.——

Sanguinolentam hujus Dæmonis figuram pulcre repræſentat Q. Calaber, lib. 8.

——Ὅλοὴ δ' ἀνὰ μεσσὴν Ἐρυὼ
Σκεωφᾶτ' ἀλιμόεντι λύθρῳ πεπαλαγμένη ὤμως
Καὶ χεῖρας, ἐκ δέ οἱ αἰνὸς ἀπὸ μελέων ῥέει ἱδρώς.

Lact. l. 1. c. 20. *Eandem Bellonam vocant, in quibus ſacris ipſi Sacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant. Sectis namque humeris & utraque manu* (ὤμως καὶ χεῖρας ut ſupra) *diſtrictis gladiis exſerentes currunt, efferuntur, inſaniunt.* Ad quæ ſacra Horatius alluſit. Sat. 3. lib. 2.

——*Gaudet Bellona cruentis.*

Fortaſſis etiam Amm. lib. 21. *Incertiſque de militum fide placata ritu ſecretiore Bellona.* De his quoque ſacris Tibullus, 3. 6.

Hæc ubi Bellonæ motu eſt agitata, nec acrem
Flammam non amens verbera torta timet.

Hujus miniſtri poſt hæc ſacra putabantur Divinare. Lucan. l. 1.

— *Quos ſectis Bellona lacertis*
Sæva monet, cecinere Deos.

Juven. Sat. 4.

——*Sed ut fanaticus œſtro*
Percuſſus, Bellona, tuo divinat.

Cæterum de Bellonâ & Marte lege Speculationem Cornuti cap. 21. Hyginus refert ab eâ inventam acum, quæ Græcis dicitur βελόνης. Imò ab hâc ejus deductum nomen. Quidam etiam Martis uxorem faciunt. Sacerdotes ipſius ab Acrone *Bellonarii* dicti feriebant ſeipſos cultris, ut proprio ſanguine numen placarent. Vaticinabantur autem furentes. Fingebatur etiam hæc Dea pugnas ciere flagello. Virg. Æn. 8.

Et ſciſſâ gaudens vadit diſcordia pallâ,
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

Et Lucanus. lib. 7.

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum.

Silius, lib. 4.

—*Frœniſque operata regendis*
Quadrijugos atro ſtimulat Bellona flagello.

Prudentius, lib. 2. in Sym.

Miſcebat Bellona furens mortalia cuncta
Armabatque feras in mutua vulnera dextras.

Nonnus de eadem.

Σκηπανίῃ βαρύδουπος ἐγείνατο ἰμαδόεσσα.

De templo *Bellonæ* ab Appio Cæco. Ovid. Faſtorum, lib. 6.

Hâc ſacrata die Tuſco Bellona duello
Dicitur; & Latio proſpera ſemper adeſt.
Appius eſt auctor: Pyrrho qui pace negatâ
Multum animo vidit; lumine captus erat.
Hinc ſolet haſta manu, belli prænuntia mitti,
In regem & gentes cum placet arma capi.

Belus, Aſſyriorum rex, Nini pater, à Sole ita dictus, qui Aſſyriorum linguâ *Bel* dicitur. Huic vitâ functo templum erexerunt Babylonii, diviniſque eum honoribus proſequuti ſunt.

Belus, Jupiter dictus eſt, Saturni, h. e. Nimrodi filius, regn. an. 55. Aſtronomiæ inventor fuiſſe dicitur. Eam ob rem ei lapillum dicarunt pretioſum, quem *Beli oculum* vocant, quemque D. Cyrillus *Arbelum* nominat. Ex hominibus primus pro Deo habitus fuit. Iſte namque *Belus*, primum Chaldæos inſtituit ſacerdotes. Diod. Sic. lib. 3. Fuit pater Nini, quem uxor ejus Semiramis, cum Zoroaſtrem Bactrianorum regem viciſſet gloriâ & ſuperbiâ nimis efferâ & elata in Deorum numerum referri voluit, ut ait B. Hieronymus in Oſeam. Hunc autem Sidonii & Phœnices *Baal* vocarunt, vel *Beel-ſemen*, id eſt, *cæli dominum*. Euſeb. Præp. Evang. 1. 7. Quare Ninus ejus filius in patris memoriam ſtatuam erigi juſſit, quam tandem aliquando Babylonii divinis honoribus coluerunt, in eoque idolo Dæmon abſconſus reſponſa dabat. Iſidor. l. 8. & Theophylactus in Oſeam: Sunt qui à *Belo* Ægyptio, qui primus ei templum erexit, appellatum velint; In eo templo pulvinar erat, ad quod confugientes tuti erant. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. Βῆλος ὧδε βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ἢ καὶ ὁ Ζεὺς αὐτός. Diod. Sic. lib. 2. Διὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. Heſych. Βῆλος, ἥρως καὶ Ζεὺς Ποσειδῶνος υἱός. Vide *Baal*, & Seldenum de Diis Syris Syntagm. 2. cap. 1.

Belus, Danai, & Ægypti pater. Apollod. lib. 2. Βῆλος ὃ νομευὰς ἐν Αἰγύπτῳ, βασιλεὺς δὲ Αἰγύπτου. Γαμεῖ δ' Ἀγχινόην τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δίδυμοι Αἴγυπτος καὶ Δαναός. Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατῴκησεν, Αἴγυπτον δ' ἐν Ἀραβίᾳ, &c.

Bemarchus, Cæſarienſis Cappadociæ Sophiſta, ſcripſit res geſtas Conſtantini principis libris 10. Præterea declamationes quaſdam, & orationes. Suidas.

Bendis, linguâ Thracum *Diana* dicitur. Per Βένδιν autem intelligi terram oſtendunt hæc verba Heſychii Μεγάλη θεός, Ἀειτοφάνης ἔφη ἡ Βένδις, Θρᾳκία δὲ θεός. Eandem vero Lunam eſſe teſtis eſt Palæphatus, ubi agit de filiabus Phorcynis, itemque Suidas, Phavorinus, & ante utrumque Heſychius. Βένδις ἡ Ἄρτεμις Θρᾳκιστί. Παρὰ δὲ Ἀθηναίοις ἑορτὴ Βενδίδεια. Hæc ſacra Bacchanalibus erant affinia. Strabo lib. 9. Τοῖς Διονυσίοις ἔοικε καὶ τὰ ὄργια τοῖς Θρᾳξὶ, πάτε Κοτύττια, καὶ τὰ Βενδίδεια, παρ' οἷς καὶ Ὀρφεὺς ἡ κατάρχων ἔλεγεν. Celebrabantur autem *Bendidia* in Piræeo vigeſimâ menſis Thargelionis, idque ante Panathenæa Proclus, lib. 1. in Timæum. Ὅτι γὰρ τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις ἔπεται, λέγουσιν οἱ συνομωμοκότες καὶ Ἀειστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ. τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖται, ἔπειτα δὲ τὰς αὖθις Ἀθήναζε ἑορτάς.

Benedictus, patriâ Nurſinus, primò Sublacum ſeceſſit, ubi ordinem monachorum inſtituit in Italiâ, quem antea Baſilius in Oriente conſtituerat. Deinde cum à frequentibus adiretur, vitandæ gloriæ causâ Caſſinum venit, ubi etiam ſepultus eſt cum Scholaſticâ ſorore, Imperante Juſtino ſeniore. Ejus familia procedente tempore crevit in immenſum, abiitque in plures familias, viz. Cluniacenſes, Camalduenſes, Valliſumbrenſes, Montolivitenſes, Grandimontenſes, Sylveſtrenſes, qui *Humiliatorum* cognomen tenent, Cœleſtinos, S. Juſtinæ, & Eremitanos D. Hieronymi. Polyd. Verg. de Inv. Rer. 7. 7.

Benjamin, Judæus Hiſpanus, Itinerarium Hebraicè deſcripſit, in quo res memorabiles per totum ferè terrarum orbem, quas vel ipſe vidit, vel à fide dignis ætatis ſuæ hominibus accepit, breviter ac dilucidè deſcripſit. Vide Neandri Geograph.

Benoth, nomen idoli Babyloniorum. 4 Reg. 17. Lat. *filiæ*, *intelligentiæ*, vel *ædificationes*. Vide Selden. de Diis Syris.

Ben-ſirach, ſententiarum moralium Hebræus author vetuſtiſſimus, venuſtiſſimuſque, qui à Judæis Jeremiæ prophetæ creditur nepos fuiſſe. Conr. Geſn. in Bibliothecâ.

Berecynthia, mater Deorum, dicta à Monte Phrygiæ *Berecyntho*. Virg. Æn. 9.

Ipſa Deûm genetrix ſertur Berecynthia magnum
Vocibus his affata Jovem.——

Quo in loco Servius de aſpiratione diſceptat. Et ſanè Heſychius cum τ legit. Βερεκυνθία, Φρυγία ἡ μήτηρ, καὶ θεότης Φερεκυντία ἡ Φρυγία, καὶ αὐλὸς Βερεκύνθιος. Pari ratione quoque legitur apud Suidam. Aliàs vero ut plurimum aſpiratur. Virg. Æn. 6.

——*Qualis Berecynthia mater*
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta Deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes.

Statius, lib. 6. Thebaidos.

——*Qualis Berecynthia mater*
Dum circa parvum jubet exultare Tonantem
Caretas trepidos; illi vertantia plaudunt
Orgia, ſed magnis reſonat vagitibus Ide.

Horat. 1. Carm. Od. 18.

——*Sæva tene cum Berecynthio*
Cornu tympana.——

Berengarius, tempore Leonis 9. Pontificis An. Dom. 1049. vir pietate, & eruditione clarus, Andegavenſis Eccleſiæ Diaconus, qui quum videret Pontificios Doctores quam plurimos ingenti faſtu Tranſubſtantiationis fundamenta ſternere, quod mentem Auguſtini, & aliorum veterum non intelligerent, ſed ſacramentales, & hyperbolicas nonnullas locutiones ad novum ſenſum inducendum detorquerent, veram ſententiam ex Orthodoxo conſenſu repetitam his corruptelis oppoſuit, & verbo Dei, teſtimoniiſque vett. Theologorum refellere conatus eſt, ſcriptis etiam, & evulgatis libris, ut pii in verâ doctrinâ confirmarentur. Cæterum de Berengario, ejuſque de Tranſubſtantiationis negotio Vide omnino Reverend. Io. Coſinum Ep. Dunelm. Hiſt. Tranſubſt. pag. 131.

Berenice, vel *Beronice*, quo nomine mulieres plures fuere. *Prima*, Ptolemæi Lagi uxor, & mater Philadelphi, rarâ mulier formâ, & viro dilectiſſima, cujus Theocritus meminit. Quomodo hæc maritum inter aleæ luſum ferentem ſententiam de capitibus hominum temerè corripuerit, Ælianus Var. Hiſt. 14. 43. refert. Super quo loco ejus corruptus enim ex parte eſt, videndus Janus Rutgerſius eſt, lib. 1. Var. Lect. cap. 6. 2. *Altera* Ptolemæi Philadelphi & Arſinoes Reginæ filia, cujus capillum inter ſidera Conon Mathematicus figmento, gratiam Regis Euergetæ mariti aucupatus, retulit. De quo crine Callimachus elegiam compoſuit, converſam poſteà à Catullo, cujus hoc eſt

E Bereniceo vertice Cæſarem.

Tertia Herodis Aſcalonitæ filia, Agrippæ fratris uxor. Juvenalis, Sat. 6.

——*Deinde adamas notiſſimus, & Berenices*
In digito factus pretioſior, hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori,
Obſervant ubi feſta mero pede Sabbata reges,
Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.

Berenice ſiquidem hæc nudipes, & capillos raſa venit Hieroſolymam, Deo vota pro ſalute ſolutura, Joſ. lib. 2. Belli Judaici, & Egeſippus. *Quarta* Herodis, Antipatri filii ex Salome ſorore, neptis, Ariſtobuli, Herodis ejuſdem filii, uxor. *Quinta* Græcorum fuit *Berenice*, *Callipatra*, quemadmodum Pauſanias ſcribit, cognominata; ſpectatrix certaminum Gymnicorum præ reliquis omnibus mulieribus ſola, quòd & mater, & ſoror, & filia eſſet Olympionicarum, veluti Plinius retulit, lib. 7. cap. 41. Val. Max. lib. 8. cap. ult. *Berenicæ*, inquit, *contigit, quod nulli alii mulieri, ut Gymnico ſpectaculo intereſſe contigerit.*

Bernardus, Burgundus circa 22. ætatis ſuæ annum ſub Abbate Stephano, qui tertius fuit in Cœnobio Ciſtertienſi paulo ante inſtituto, una cum 30. ſociis monaſticam vitam egit. Deinde vero Clarævallenſi Cœnobio tunc primum Roberti viri illuſtris impenſa conſtructo annos 36. præfuit. Edidit commentarios in Cantica, Conſiderationem divinæ contemplationis ad Eugenium Pontificem, varias inſuper epiſtolas. Sermones etiam in diebus ſolennibus habitos. Volat. Nullos habuit præceptores præter quercus & fagos. Hinc proverb. *Neque enim Bernardus vidit omnia.* Nec mirum, cum incidit in fatalia illa tempora, quibus literis omnibus ferè bonis ſpiſſa nox incubuit. *Vir digniſſimus meliori ævo, qui vel in tantis tenebris veritatis lucem ſalutarem aſpexit, viceſque ſuas ſæpe deploravit*, uti loquitur Mortonus in Cauſa Regia, cap. 3. ſect. 7. Librum ejus *de Gratia & libero Arbitrio* plurimùm laudat Voſſius; *Qui præconio noſtro non indiget, cùm in deliciis eſſe omnibus ſoleat qui Catholicam ſententiam ſequuntur.* Ita ille Hiſt. Pelag. lib. 1. cap. 21. *Bernardum*, vere Monachi Cluniacenſes dictum volunt, quaſi *bonum nardum*; alii quaſi *Hard-child*. Germani ab *urſo* dici volunt, qui illis *Bern* dicitur, ut reſpondeat πρὸ *Arthur*. Aliis dici videtur, quaſi *filialis indoles*; Sic *Bernher*, *Lord of many children*.

Beroe, anus Epidauria, & nutrix Semeles, cui ſe Juno aſſimulavit, cum pellici perſuadere vellet, ut muneris loco à Jove peteret, ut talis tantuſque ſecum rem haberet, qualis quantuſque ſolebat cum uxore. Ovid. Met. 3.

Ipſaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Item

Item Dorycli uxor. Virg. Æn. 5.

Fit Beroe Iſmarii conjux longæva Dorycli.

Item Nympha Penei, filia Oceani, ſoror Cliûs. Virgil. 4. Georg.

Clioque & Beroe ſoror Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ.

Beroſus, Græce Βηρωσὸς, hiſtoricus. De ætate ejus non convenit inter omnes. Moſi æqualem ſtatui à nonnullis ait Caſpar Barthius Adv. lib. 51. cap. 7. quam ſententiam jure, ut ineptiſſimam damnat. Claudius Verderius ſuâ in Annianum Beroſum cenſurâ, vixiſſe ait paulo ante principatum Alex. Magni. Hoc unde aſtrui poſſit non video; ſed tamen Alexandri ætate vixiſſe, lego apud Tatianum oratione adverſus Gentes. Verùm addit idem Tatianus eum hiſtoriam ſuam dicaſſe Antiocho ei, qui tertius fuit ab Alexandro. Meminere ejus plurimi veterum, eoſque inter Vitruvius, lib. 9. cap. 9. Tertul. in Apol. cap. 19. & Scriptor Chronici Alexandrini, pag. 48. Condidit Babylonica, ſive Chaldaica tribus libris, promiſcuè enim iis nominibus utuntur veteres. Nec res ſolum Aſſyrias, ſeu Chaldæas, ſed etiam Medicas libris iſtis complexus fuit. Agathias, lib. 2. ubi numerantur cum Athenocle & Simacho τοῖς τὰ ἀρχαιότατα τῆς Ἀσσυρίων ἢ καὶ Μήδων ἀναγεγραμμένοις. Ex eo opere præclara quædam fragmenta conſervavit nobis Flavius Joſephus, lib. 1. contra Apionem, quorum aliqua luculentis notis illuſtrat Joſ. Scal. in Append. operis de Emend. Temp. Habemus & aliud fragmentum apud eundem Joſephum, lib. 1. Antiquit. cap. 5. Sed Annii Beroſus ejuſdem eſt farinæ, ac ſunt ejus Megaſthenes & Archilochus; ut inſanum ſit, velle ex quiſquiliis iſtis ac nugis mendacibus metiri magnum illum Beroſum, cui *ob divinas prædictiones Athenienſes publicè in gymnaſio ſtatuam inaurata linguâ poſuere*, ut auctor eſt Plin. lib. 7. cap. 37. Et tamen, quod mirere, V. Cl. Dionyſ. Gothofredus præfatione ſuâ in Antiquæ Hiſt. authores, hiſtoriarum ſtudioſos cognitionem earum haurire jubet, non ex decimâ, ut ait, lacunâ, ſed ex illo Annii Beroſo, Manethone & Megaſthene. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 1. 13.

Beſſarion, Cardinalis doctiſſimus ſub Eugenio 4. Ejus tanta fuit liberalitas erga doctos viros, ut ejus domus artium liberalium officina diceretur; nec minus ipſe in literis verſabatur; Platonem imprimis obſervabat, in cujus defenſionem commentarios edidit contra Trapezuntium Peripateticum. Volater.

Beſſas, ſive *Beſas*, idolum Abydi in extremâ Thebaidos parte, quod oracula quondam dabat. Ammian. lib. 19.

Betagon, Βητάγων ὁ Κεάνθ ὑπὸ Φοινίκων. Verba ſunt Etymologi, in quibus illum egregiè falli putat vir magnus de Ph. Colon. lib. 2. cap. 14. Neque enim uſpiam ulla mentio Dei cujuſquam ſic nominati, præterquam in Phavorino, qui ſæpe hunc ſequitur καὶ πάλιν. Itaque corruptum videtur pro *Bethdagon*. Vide Virum doctiſſimum loco citato.

Xyſtus *Betuleius*, Vitam ejus habes ante commentarios in Lactantium. Baſil. 1563.

Bianor, cognom. Ocnus, Tiberis & Mantûs filius, qui Mantuam condidit. Virg. Ecl. 9.

——*Namque ſepulcrum*
Incipit apparere Bianoris.

Cato libro *de Originibus*. *Mantua ſuo conditore Ocno Bianore eſt, Thuſcorum rege, illuſtris.* Fuit item unus ex Trojanis Principibus, qui cum Oileo aurigâ ab Agamemnone interemptus eſt. Hom. Iliad. 11.

Bias, Amythaonis filius, Argivorum rex. Pauſanias, lib. 2. Item fluvius juxta Coronem op. Pauſanias in Meſſenicis ſive libro 4. ubi de Corone. Περιελθόντων ἢ ὀ πολὺ, Βίας ἐκδύσασιν ἐς θάλασσαν ποταμὸς, ἡμέρας ὁδὸν παρὰ λέγεσι τὸ ὄνομα ἀπὸ Βίαντος τοῦ Ἀμυθάονος.

Bias, Teutamidæ filius Philoſophus Prienæus, unus ex 7. Græciæ ſapientibus, & civium ſuorum princeps, quos diu adverſus pericula tutatus eſt; ſed captâ tandem patriâ, cum univerſi fugerent, rerum pretioſiſſimarum farcinulis onuſti, ipſeque interrogaretur, cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret, reſpondit, *Omnia bona mea mecum porto*, eruditionem & ſapientiam intelligens.

Bibaculus, Cremonenſis, ab Euſebio cum Catullo inter poetas Iambicos ponitur, cujus meminit Quintilianus. Eſt & alter cujus Cæſar meminit in Commentariis.

Bibulus, collega Julii Cæſaris in conſulatu, in quem extat hoc diſtichon à Suet. relatum.

Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt.
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Idem Ciceroni proximam provinciam in Aſiâ tenebat. Plutarchus.

Bimater, agnomen Bacchi, quod duas matres habuerit, Semelem, & Jovem matris officio fungentem. Hinc *Bis genitus* dicebatur. Et Nonnus Dionyſ. lib. 1. Βάκχε δισσοτόκοιο.

Bion, Boryſthenites philoſophus, & Sophiſta callidus, philoſophiam vario orationis flore veſtivit. Laertius. Fertur hic dixiſſe ad eum, qui fundos ſuos ingluvie voraverat. *Terra Amphiaraum abſorbuit, ſed terram tu.* Auditor Cratetis fuit. Ad Cynicam ſectam prius tranſiit, ſumpto pallio & perâ, deinde ad Theodorea inſtituta ſe convertit. Reliquit commentarios plures, qui non extant, Apophthegmata item plura. Suidas. Fuerunt & alii *Biones* novem, de quibus vide Laertium. Hinc *Bioneus*, Horat. Epiſt. lib. 2. ep. 2.

Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro.

Ubi *Bionei ſermones* Satyræ ſunt, explicante Turnebo, lib. 9. cap. 21. Sed quæramus (inquit Marcilius) deinde, cur Satyræ hi ſermones dicerentur. Quia inquiunt, *Bion* ille Boryſthenites inſigni dicacitate fuit. Sed quid, obſecro Philoſopho cum Satyrâ? Aut cur à *Bione*, homine dicace magis Satyras indigitare *Bioneos ſermones* voluit Horatius, quam aliò, cum vel ſexcenti exſtiterint facile Bione illo dicaciores, & Salibus nigris adfluentiores. Hæc itaque non ſucceſſit, aliâ aggrediendum viâ. Satyræ autem Bionei ſermones à Bione poetâ Satyrico, de quo Laertius in Bione. Quo pacto inquies? Nec enim Bion Satyricus ibi ullus, ſed Tarſicus quidam poeta. Βίων, ποιητὴς γραφὰς τῆς Ταρσικῶν λεγομένων. Adverſaria ubi ſupra reſcripſere Θαρσικῶν, Tragœdiarum videlicet genus fuiſſe unum, quod à conviciandi audaciâ tharſicum diceretur; At mihi tam liquet quàm meridie ipſo, hoc jam lucere, Diogenis manu ſcriptum fuiſſe τῆς Σατυρικῶν λεγομένων. Benè hoc inquies: ſed quo pacto eſſe Tragicus idem poeta & Satyricus poteſt? Tragœdia eſt duplex, una mera, altera mixta ſivè Tragœdia Satyrica, in quâ partim Tragicæ, partim Satyricæ perſonæ fuerunt, cujuſmodi Sophoclis Tragœdia, quam laudat Interpres Apollonii ad lib. 1. Argon. Nempe Sophoclem ἐν χώροις Σατύροις *in Satyris ſurdis*. Hoc genus Tragœdiæ inventum eſt, quemadmodum Horatius tradit Epiſtolâ ad Piſones, ut Tragicarum perſonarum ſeveritas, Satyrorum riſu, procaciâ, & dicacitate dilueretur. Hinc ergo & apud Vitruvium, lib. 5. c. 9. ſcena triplex ponitur, Tragica, Comica, & Satyrica. Atque hæc illa quæ Σατυρικὰ δράματα Origenes vocavit, lib. 7. contra Celſum. Τὰ Σατυρικὰ, inquit, δράματα ἐμποιεῖ γέλωτας. Iſacius prolegomenis ad Lycophronem Ἡ μὲ Τραγῳδία θρήνους μόνον ἔχει, καὶ ὀιμωγὰς, ἡ δὲ Σατυρικὴ συγκιρνᾷ τῷ ὀλοφύρσιν ἱλαρότητα, καὶ ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν κατάστασιν ἔωθε.

Bion, Solenſis, Æthiopica conſcripſit. Eſt hic quintus ejus nominis apud Laertium in Bione. Teſtimonio hujus quoque Plinius utitur, cum alibi, tum lib. 6. cap. 29. ubi inter illos refertur, qui menſuram Æthiopiæ tradiderunt. Idem videtur ex quo Plut. in Theſeo narrat, Antiopam Amazonem, à Theſeo fuiſſe captam. Item is, quem de Belitarâ, regnum Aſſyrium, cum Semiramidis ſtirps deſiiſſet, occupante, literis conſignaſſe, Agathias narrat, lib. 2. Hiſt. ſuæ. At alius, puto, Bion eſt, qui τὰς διαπειλὰς ſcripſit, ex quibus Laertius refert, Ariſtippum, famulo geſtante magnam pecuniæ vim, ac de gravitate oneris querente, juſſiſſe, ut effunderet, quod portare non poſſet. Alius quoque à Solenſi illo videtur Cæcilius Bion, de quo Plinius 18. 13. Voſſius. De Bione Proconneſio idem Voſſ. H. Gr. pag. 432.

Biſton, Martis & Callirrhoes filius, qui *Biſtoniam*, Thraciæ urbem condidit, unde omnes Thracas *Biſtonios* poetæ dixerunt. Hinc *Biſtones*, Gens Thraciæ & Heſychio Βιστονὶς, Θρᾴκη. Item *Biſtonis*, ſtagnum Thraciæ, Abderæ proximum. Plin. 4. 11. Ovid. Met. 13.

Eſt ubi Troja fuit, Phrygiæ contermina tellus,
Biſtoniis habitata viris.

Stat. lib. 3. Sylvarum.

——*Ille furentes*
Biſtonas, & Geticas populatus cædibus urbes.

Val. Flaccus, lib. 1.

Biſtonas ad meritos cum cornua ſæva Thyoneus
Torſit.——

Ideo hoc dicit poeta, quod Lycurgum Thracum rex Liberum contemnens, vites amputaturus, ſibi crura conſecuit, uti teſtatur Servius. Dionyſius Periegetes verſ. 575.

Οὐχ ἕπω Θρῄικας ὑπ' ἠόσιν Ἀψύρτοιο
Βιστονίδες καλέουσιν ἐϋζώνοιο Θρᾳσσίτιδι.

Poetæ, ut dixi, Bittones ut plurimum ponunt pro Thracibus. Lucan. lib. 7.

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum
Biſtonas, aut Mavors agitans.

Sic Papin. Sylv. 1. 1. *Biſtonius ſonipes* pro Thracio. Thracii autem equi nobiles. Virgil. de Turno.

——*Maculis quem Thracius albis*
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubrâ

Isacius Tzetzes in Lycophr. Στρυμὼν ποταμὸς Θρᾴκης. Βισάλται, καὶ Ἀλῴδιοι καὶ Βίστονες, ἔθνη Θρᾳκῶν. Ὅθεν Ἀπολλώνιος δὲ Ὀρφεὺς λέγει. Βιστονίη φόρμιγγι κελαδῆς ἐξήκεται ἀοιδῆς. Βίστονες ἢ ἀπὸ τοῦ Ἄρεος Βιστόνου, ἢ ἀπὸ τοῦ Τερπιχόρης. Hinc *Biſtonius tyrannus* pro Diomede Thraciæ rege, apud eundem, lib. 1. & *Biſtonius turbo*, pro vento è Thraciâ ſpirante, lib. 4. Jam vero Thracas inter Barbaras nationes recenſeri ſolitos eſſe nemo ignorat. Præcipuè vero,

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracum eſt:

Inquit Horatius, quem etiam poſtea *barbarum morem* ibidem vocat. Idem de Biſtonibus tradit Statius Thebaidos, lib. 7. hâc ſimilitudine.

Qualia per Rhodopen rapido convivia cœtu
Biſtones, aut mediæ ponunt convallibus Oſſæ;
Illis ſemianimum pecus, excuſſæque leonum
Ore dapes, & lacte novo domuiſſe cruorem
Luxus, at Ogygii ſi quando afflavit Iacchi
Sævus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulcrum
Spargere, & immerito ſociorum ſanguine fuſo
Inſtaurare diem, feſtaſque reponere menſas.

Horum etiam meminit Seneca in Herc. Oetæo.

— Defeciſſe putent Geten
Hebrum Biſtones ultimi.

Id eſt, ultimi Thraciæ populi.

Bituitus, Arvernorum rex, ſpecie colloquii comiter hoſpitio invitatus, à Cn. Domitio vinctus eſt, & Romam deportatus. Epitome vero Livii rem aliter narrat. *Bituitus* (inquit) Allobrogum rex, quum ingentem exercitum contraxiſſet hominum centum & octoginta millium, pugnaturus cum Fabio Proconſule, qui paucos milites habebat, dixit, Exercitum Romanum vix ad eſcam canibus ſuis eſſe, ſed conſertâ pugnâ vincitur & 150000 homines amittit, ipſe victus Romam proficiſcitur ad ſatisfaciendum Senatui, ſed in Galliam remiſſus non eſt, ſed decretum fuit, ut & filius ejus Cangentianus comprehenderetur, qui cum patre Albam in cuſtodiam datus eſt. Conſul cum febri laboraret, in ipsâ pugnâ morbo liberatus eſt. Pugna facta circa medium Julii An. U. C. 633.

Blondus Flavius Forojulienſis, Eugenii 4. pluriumque Pontificum Roman. ſecretarius. Scripſit Romæ triumphantis libros 10. Adhæc Romæ Inſtauratæ libros 3. Item Italiæ Illuſtratæ libros 8. Tum autem hiſtoriarum decades 3. Ad honorem ejus non parum pertinet, quòd ſcripta illius in epitomen contrahere dignatus ſit Pius Pontifex. Vide Voſſ. H. Lat. p. 585.

Boccatius, Florentinus, Genealogiam Deorum ſcripſit, item de fluminibus & montibus; præterea fabulas, & alia plura vernaculo ſermone. Volater. Auditor fuit Petrarchæ. Vide Voſſ. H. Lat. p. 527.

Bocchus, Getuliæ rex, amicus pop. Romani, ligatum Jugurtham L. Syllæ tradidit, Salluſtius in bello Jugurthino. Huic ſucceſſit Juba. Claud. de 4. Conſ. Hon.

——Rabies Mauruſia ferro
Cedit, & antiqui penetraliæ diruta Bocchi.

Boedromia, nomen habent ἀπὸ τῆς Βοηδρομιῶνος, quod, teſtibus Heſychio & Suidâ eſt μὴ ἀναιδῶς ἐβοηθεῖν, aut potius, ſublato clamore, ut in pugnâ fieri ſolet, ſuccurrere. Feſti cauſam Athenienſibus dedit Ion, qui illis auxilio venit, cum ab Eumolpo invaderentur. Harpocration. Βοηδρόμια, ἑορτή τις Ἀθήνησιν ἅτινα κελευθήν, ὡς φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ γενόμενος, ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε ποτὲ τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ τὴν πολεμικὴν Ἀθηναίοις κατὰ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. Βοηδρομεῖν δὲ, τὸ Βοηδρόμιον ἀνομάζετο, τοῦτεστιν ἐπὶ μάχην δρομεῖν. Suidas autem dum iſta exſcriberet, ſe indiligenter habuit, quòd Zuthum Athenienſibus auxilio veniſſe narrat. Ubi forte legendum Ἴων ὁ Ξούθου. Neque enim Xuthum, ſed Ionem Athenienſibus ſuppetias tuliſſe ſcribit quoque Pauſanias in Atticis. Et Ariſtides in Eleuſinâ, Ἴων Ἀθηναίοις ἐβοήθησεν. At Plutarchus *in Theſeo*, feſti cauſam à bello contrà Amazonas geſto deducit, quod eas Theſeus menſe Βοηδρομιῶνος, h. e. *Junio*, factâ Apolloni re divinâ, profligaſſet. Sic enim ille. Ἡ δὲ ἐν μάχῃ Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνὸς ἐφ' ᾗ τὰ Βοηδρόμια μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι ἄγουσι. Callimachus Hymno in Apol.

Ὦ Ἄπολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι.
Phœbe Boedromium multi te nomine dicunt.

Boetius, quem alii *Boethium* potius vocandum contendunt, Zenone Imperatore regnante, ob affectatæ libertatis ſuſpicionem, à Theodorico rege exilio damnatus, deinde cuſtodiæ traditus, plurima conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho ſenatore, ſocero ſuo, aliiſque præſtantibus viris interfectus eſt. Euſebius. Vir fuit Latinè & Græcè doctiſſimus, in omni diſciplinarum genere excellens, quóque Roma à Varronis temporibus non habuerit undecunque doctiorem. Quantum idem carmine valuerit, oſtendunt libri 5. de Conſolatione Philoſophiæ, quos exul Ticini ſcripſit. Omnino nihil in poeſi venuſtius habuit, vel illud ævum, vel etiam quod proximè anteceſſit. Opera ejus extant in fol. Baſileæ 1570. Ubi in fronte libri vocatur Philoſophorum & Theologorum Princeps. Atqui ſi Opus de duabus Chriſti Servatoris noſtri Naturis, ac item de S. S. Trinitate Boetii ſunt, uti Titulus præfert, nec Stylus repugnat, quî factum eſt, ut in opere illo de Philoſophiæ Conſol. quod ultimum ejus exiſtimant, cum toties occaſio eſſet, ne ſemel quidem *Chriſti* mentio fiat? Erat in carcere optimus ille vir, dubius de vitâ, Tyrannus truculentus imminebat, tractabat de Divinâ Providentiâ negotium arduum. Ibi de hujus ſeculi militiâ, de fortunæ inſtabilitate, de malorum hominum in hoc mundo imperio, per totum opus conqueſtus eſt. Et ſcilicet non erat in his *Chriſtus*, homini tam docto, viro tam honorato ac pio vel ſemel nominandus? Magis Philoſophicum itaque opus illud videtur, quàm Chriſtianum, nec tamen indignum quod à Chriſtiano homine legatur, ſed indignum, ut ab eo ſcriptum credatur, qui nomen Chriſto in ſacro Baptiſmate dederit. Quicquid vero hic auctor in Arithmeticis, & Muſicis protulit, id in totum ſolidum eſt, ac diſcuſſum, fundatumque ex intimis Matheſeos principiis. Egregiè vero impudens fuiſſe videtur, quiſquis *De Diſciplinâ Scholaſticâ* ſub Boethii nomine librum emiſit, ſtultiores autem qui ab eodem ſcriptum credidere. Videſis plura in Glareani Præfatione. Uxorem habuit cui nomen Helpis, quæ & ipſa literis, ac imprimis poeſi excelluiſſe dicitur. Vir fuit Conſularis, & filios duos Patricium, & Hypatium Conſules vidit. Voſſius. Serius (inquit Vallinus) nomen iſtud apud Romanos notum, atque niſi me conjectura fallit, ex Oriente Latio donatum eſt. Poſtquam enim apud Byzantium imperii ſedem conſtituere Imperatores Græcæ familiæ miſcuere ſe Romanis; unde prout quæque illuſtres famâ viros tulit, ita nepotibus aut in eam aſcitis nomen dedit. Porro cum *Boetii* (hæc enim fuit veterum olim lapidum, vetuſtiorumque dehinc omnium codicum ſcriptura) ſeu *Boethii* plures fuerint; ut aliorum, qui penè omnes Græci fuerunt, memoriam omittamus, noſtros tantum, i. e. Romanos, hoc veluti ſtemmate recenſebimus, ut referatur fuiſſe I. BOETIUS V. C. ſub Valentiniano Præfectus Prætorio, in ejuſdem palatio, unà cum Ætio amico, An. Dom. CDLIV. trucidatus, ut meminere Victor Tuneti, Marcellinus Comes, & Caſſiodorus in Chronicis. Paulus Diaconus, lib. 15. qui *ſenatorem nobiliſſimum* vocat. II. ANICIUS MANLIUS FLAVIUS BOETIUS, noſtri pater An. Dom. CDLXXXVII. Conſul, cujus Synodus Romæ eodem anno coactæ mentionem facit; eumque Onuphrius Panvinius in Faſtis noſtri patrem fuiſſe exiſtimat, licet illi non Flavii, ſed & Severini nomen adſcribat. Nos quoque in hoc inclinamus, quòd nimirum ab Ennodio Epiſt. 1. lib. 8. Boetio noſtro fuiſſe dicatur *vena purpurarum*, quia nempe pater, ut & multi alii majores, Conſul fuerat. III. ANICIUS MANLIUS SEVERINUS BOETIUS, Patricius primum, deinde Conſul, An. Dom. DX. poſtremo Magiſter Officiorum, ſummus utriuſque Philoſophiæ, ac Theologiæ, Mathematicarumque diſciplinarum antiſtes, quem plurimis elogiis, iiſque clariſſimis, idem ipſe rex Theodoricus ornavit, qui occidit, cujus mortem miraculis illuſtrem is ipſe, qui imperavit, flevit, ut Caſſiodorus, lib. 1. Var. & Procopius, lib. 1. Hiſt. Gothicæ auctores certiſſimi teſtantur; quem celebrat Ennodius propinquus multis epiſtolis. Hujus filius fuit. IV. ANICIUS MANLIUS SEVERINUS BOETIUS, qui puer cum Symmacho fratre item puero natu majore Conſul fuit ordinarius, An. Dom. DXXII. quem ingenio excelluiſſe teſtatum, lib. 2. Conſol. modeſtiſſimus pater reliquit.

Boetus, ineptus quidam poeta Tarſenſis, qui Philippenſem Antonii victoriam carmine conſcripſit: quo nomine præter alios ſummos honores, quibus ab illo affectus eſt, Gymnaſii etiam Tarſenſis præfecturam adeptus eſt.

Boges, Perſa ab Athenienſibus obſeſſus, cum nihil haberet commeatûs in caſtris, liberos cum uxore primum, demum ſeipſum interfecit. Herod. lib. 7. Plut. in Cimone Βώγης vocat. Pauſan. Βόλω, Polyænus Βόγλω.

Vettius *Bolanus*, vir bellicoſus ſub Nerone. Tac. An. 15. *Quæ ubi Corbuloni certis nunciis audita ſunt legiones duas cum Verulano Severo & Vett. Bolano ſubſidium Tigrani mittit.* De hujus Bolani bellica gloria Stat. l. v. Sil. ad fil. ejus Criſpin.

——Rigidi ſummum Mavortis agebat
Corbulo, ſed comitem belli, ſociumque laboris
Ille quoque egregiis multum miratus in armis
Bolanum, atque illi curarum aſperrima ſuetus
Credere.

Bolus, Βῶλος Democriteus Philoſophus præter lib. de arte medicâ, etiam hiſtoriam emiſit, ut ait Suidas. Ex hoc Bolo recitat iſta verba Theophraſtus nono de plantis & exinde

Steph.

Steph. in Ἄλυβδος. Τὰ σεσβατα τὰ ἐν Πόντῳ τὸ ἀλύβδινον γεμόμενα ὑπ' ἔχει χαλκόν. Fuit præterea alter *Bolus* Mendeſius, de quo Suidam ſis adi.

Bomilcar, filius Amilcaris, Pœnorum dux, veniens in ſuſpicionem Carthaginenſibus, quòd cum Agathocle conſpiraret, in medio foro patibulo ſuffixus eſt. Juſt. lib. 23.

Bon, Tuſcorum rex, regnavit annis 27. à quo *Bononia* dicta eſt. Cato in originibus.

Bona Dea, quam veteres *Faunam*, ſive *Fatuam* dixere, tantæ pudicitiæ fuit, ut nemo illam dum vixit, præter virum mas viderit, nec nomen ejus audierit: propter quod illi ſolæ mulieres Romanæ noctu in operto ſacrificabant. Tibullus, l. 1.

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Juvenal. Sat. 6. *Nota Bonæ ſecreta Deæ.*

Quidam putant hanc Proſerpinam eſſe, & idcirco ei porcam ſacram fieri, quia ſegetem, quam Ceres mortalibus tribuit, porca depaſta eſt. Alex. ab Alex. 6. 8. Juv. Sat. 2.

Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ.

Prop. lib. 4. eleg. 10.

Fœmineæ loca clauſa Deæ, fonteſque piandos
Impunè & nullis ſacra retecta viris.

Ovid. 3. de Art. Amandi,

Cum fuget à templis oculos Bona Diva virorum,
Præterquam ſi quos illa venire jubet.

Et Faſtorum quinto.

Templa patres illic oculos exoſa viriles
Leniter acclivo conſtituere jugo.

Plut. in Cæſare. Ἔστι δ' Ῥωμαίοις θεὸς ἡν Ἀγαθὴ ὀνομάζουσιν, ὥσπερ Ἕλληνες Γυναικείαν, καὶ Φερσεφόνης ἢ Διονύσου μητέρα τὴν βασιλέως γυναῖκα φασιν. Ῥωμαῖοι δὲ νόμῳ θρύαλλα, φαύνῳ συνοικήσασαν, Ἕλληνες δὲ ἧς Διονύσου μυστήρια πλὴν ἄῤῥητον, ὅθεν ἀμπελίνοις ἢ τοῖς σκίναξ κλήμασιν ὑποστέγουσι καταφέρουσιν, καὶ δράκων ἱερὸς συνδιαβιβάζεται τῇ Θεῷ καὶ μῦθον, Ἀνδρὶ δὲ θεσμοθέτῃ ἢ θύειν, ἢ μὴ ὅπλα τὰ οἰκεῖα γυναῖκας, ἢ ἱερῶν ὀργιάζουσαν, &c.

Bonaventura, Franciſcanus Theologus ex oppido Bagico regio ob virtutum commentarios editos in Cardinalium numerum ex Generali à Gregorio X. relatus eſt. Habitum, quo nunc utuntur Franciſcani Cardinales, inſtituit, cum prius aliorum Cardinalium modo incederent. Sacros multos libros ſcripſit; à Xiſto IV. in Sanctorum catalogum relatus eſt. Hujus poſtea libros in epitomen redegit Guil. Fulginas ejuſdem ordinis. Volat. Item alius ejuſdem nominis & ordinis, Patavinus, Cardinalis tituli S. Cæciliæ ſub Joanne XXII. A Cartanenſi Principe ſagittâ peremptus, dum Eccleſiæ libertatem contra tyrannos tueretur. Volaterranus.

Bonifacius, 65. Rom. Pontifex, regn. an. 6. menſ. 8. dies 13. Templum omnium Deorum à M. Agrippâ ædificatum, mutato nomine, Mariæ & omnium Chriſti Sanctorum vocavit. Diaconus lib. 8. Et Blondus 9. Ejus tempore Papatus initium ſumpſit. Bellarminus, *Bonifacius III. non ſe Univerſalem Epiſc. nominavit, ſed à Phocâ Imperatore ſic appellatus eſt.* Appellatus certe; *ſed rogante Bonifacio*, ait, Diaconus, lib. 4 cap. 11. *Obtinuit Bonifacius apud Phocam Principem*, ait Bibliothecarius in Bonif. 3. *Egit is ab initio ſuæ adminiſtrationis cum Phoca: eſtque id ægrè, nec ſine multâ contentione Sedi Apoſtolicæ datum*, ait Sabellicus 8. 6. *Obtinuit magna contentione*, ait Platina.

Anton. *Bonfinius* Aſculanus præter Hermogenem etiam Philoſtratum & Herodianum Latinè vertit, Matthiæ Corvini Hungariæ regis impulſu, confecit rerum Hungaricarum commentarios; quorum ſummam Mich. Relig. complexus eſt duobus libellis, qui de rebus Ungaricis inſcribuntur.

Bonoſus, Rom. Imperatoris filius literarii Pædagogi, authore Vopiſco. Omnium bibaciſſimus fuit, de quo Aurelianus dicebat, *Non ut vivat natus eſt, ſed ut bibat.* Si quando legati Barbari ad eum veniſſent ipſis propinabat, ut eos inebriaret, ut ab iis per vinum omnia cognoſceret, ac extorqueret veritatem. Poſtea cum à Probo ſuperatus, laqueo vitam finiviſſet, emanavit jocus, *Amphoram pendere, non hominem.*

Bonus Deus, apud Græcos ἀγαθὸς θεὸς, cujus templum Pauſanias in Arcadicis commemorat ad ſiniſtram viæ, quæ in Mænalum montem ducit.

Bonus Eventus, ab antiquis cultus eſt. Plinius deſcribit Euphranoris ſimulacrum *Boni Eventûs*, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſpicam, ac papaver tenens. *Boni Eventûs* etiam meminit Varro de R. R. lib. 1. inter Conſentes Divos agricolarum.

Boonæ, Βοῶναι Athenis dicti ſunt qui boves ad dies feſtos coemerent. Dem. in Midiam.

Bootes, à bove deductum nomen, Latinè *Bubulcus*; cœleſte ſydus, quod *Arctophylax* vocatur. Stellula enim eſt juxta Urſam majorem, quæ more bubulci plauſtrum ſequi videtur. Cic. de Nat. Deorum.

Arctophylax vulgò qui dicitur eſſe Bootes,
Quod quaſi temone adjunctam præ ſe quatit Arctum.

Ovidius. *Arctophylax formam terga ſequentis habet.*

Juv. Sat. 5. *Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.* Ubi benè *pigri.* Nam ſegnitiem huic ſyderi paſſim tribuunt Poetarum filii. Seneca in Medeâ:

——Flectitur ſenex
Arctica tardus plauſtra Bootes.

Ovid. Met. lib. 2.

Te quoque turbatum memorant fugiſſe Boote
Quamvis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.

Prop. lib. 3. el. 5.

Cur ſecus verſare boves & plauſtra Bootes.

Claudianus.

Et donas hyemes, & tardi flabra Bootæ.

Habet 4 ſtellas dextrâ manu, quæ non occidunt. Gell. 2. 11. Manilius.

A tergo venit Arctophylax, idemque Bootes.

Aratus. *Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra Bootes.* Vide *Arctophylax.*

Boreas, Aquilo dictus, ab Hyperboreis montibus flans, unde & frigidus, dictus ἀπὸ τῆς βορᾶν καὶ ῥέω, quoniam ut violenti flatûs eſt, ita etiam ſonori. Virg. 1. Georg.

Boreæ penetrabile frigus adurat.

Ovid. Met. 6. *Boreas* de ſeipſo,

Apta mihi vis eſt, quâ triſtia nubila pello,
Et freta concutio, nodoſaque robora verto,
Induroque nives, & terras grandine pulſo.

In Thracia ſedem ejus collocabant antiqui. Tyrtæus.

Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίηνδε
Νικῴη δ' Αἴαν Θρηϊκίων Βορέων.

Simonides.

Ὡκὺς ὑπὸ Θρῄκης ὀρνύμενος Βορέας.

Ibycus.——Ὑπὸ στεροπᾶ φλέγων
Θρηϊκίης Βορέης.

Heſiodus. Τῶν ἀλκίδας, καὶ πτολέμους αὖτ' ἐπὶ γαῖαν
Πνέοντας Βορέαο δυσηλεγέες τελέθουσιν.
Ὅσσ' ἀπὸ Θρῄκης ἐπιδεύεται εὐρέϊ πόντῳ
Ἠμενόεσσ' ὤεσσι· μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη.

Callim. H. in Delum.

Ἤμβροτε νηλῆς κορυφῆς ὑπὸ Θρῄκης Αἱμῷ
Θῆρες· Ἄρης ἐφύλαξε σὺν ἔντεσι, τοὶ δέ οἱ ἵππῳ
Ἑπτάμυχον Βορέαο παρὲξ αὐτὸς κυλίζοντο.

Aratus Phænomenis.

——Θρῄκης ὑπὸ πνοιῇ Βορέαο.

Horatius. *Thracio bacchante magis ſub inter-*
Lunia vento.

Statius vero Theb. 4.

——*Geticâ Boreas impactus ab Arcto.*

Botrys Siculus, ortus oppido Meſſanâ qui primus τὰ καλούμενα παίγνια conſcripſit, teſte Alcimo in reb. Siculis, apud Athen. lib. 7. Βότρυος ὑπομνήματα καὶ φιλαίνιδος legas apud Excerpta Polybii, lib. 12.

Botthæus inter eos fuit, qui nomen ſibi pepererunt circumnavigationem orbis deſcribendo. Eum cum Scylace Caryandenſi conjungit Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori & Menippi.

Brachmanes, vel *Brachmanæ*, Palladio *Bragmanes*, Indorum Gymnoſophiſtæ, quorum Princeps Dandamis erat tempore Alexandri Magni; Jarchas vero quando Apollonius Tyaneus, diſcendi viſendique ſtudio ad illos ſe contulerat. Hi ſimulachra contemnebant, omnis prorſus carnis genere & vini abſtinentes. Clem. Alex. Stromat. lib. 3. Βραχμᾶναι γ' ὧν ὅτε ἔμψυχον ἐδήσαν, ὅτε οἶνον πίνοι, καταφρονοῦσι δὴ σαράτε, καὶ πᾶς' ἕδὲν ἡγοῦν τὸ ζῆν, πείσαν δὲ δὴ παλιγγενεσίαν. Porphyrius de Abſt. lib. 4. Τὸ δ' ἄλλα πρὸς ἄλλας, ἢ ὅλως δίαιταν ἐμψύχου ἔφης, ἴσον καὶ τῇ ἐμῇ ἀκαθαρσίᾳ τ' καὶ ἀσεβείᾳ νενόμιται. Θρησκεύσει δὲ τὸ θεῖον, καὶ χρόνον ὁ πλείστος καὶ τῆς νυκτὸς πλεῖστον εἰς ὕμνους ἢ δὴ θεῶν ἀπονέμων καὶ εὐχὰς ἑκάστε ἰδίαν κατὰ νόμον ἔχοντος, κοινῇ δὲ Βραχμᾶνες μένειν ὐκ ἀνέχονται. Vide omnino Palladium *de Bragmanibus* ab Edoardo Biſſæo Londini nuper editum. *Brachmas* vocat Steph. apud quem mira de veſtimentis eorum narrat Hierocl. Τράσματα, inquit, μήτε πνεῖ κεκμένα, μήτε ὕδατι κεκαμένα, ἀλλ' ἐκτιθέντων ῥύπῳ καὶ κηλίδι ἐμπλησθῆ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λυγρὸν καὶ διαφανῆ γίνεται. Nomen eorum quod attinet, quid ſodes Βραχμὰν aliud ſonat, quam בר חכמן *Bar-hachman*, ἀγέρος σοφιστής. h. e. Gymnophiſta? H. Jacobius. Vide *Gymnoſophiſtæ*, & Suidam in Βραχμᾶνες.

Branchus, Apollinis filius, Lactantius ad Statii Theb. 8. vult filium fuiſſe Simeri ex Patronis filia, qui cum Apollinis malas deoſculatus eſſet, ab eo captus, coronam & virgam accepit, unde cœpit vaticinari. Poſt hoc ingens templum eſt ei ædificatum, quod *Branchiadon* nominatur. Idem ad 3 Theb. Theſſalum fuiſſe dicit.

Branchiades, Apollo dictus eſt à *Brancho* Theſſalo, vel à *Branchidis* pop. apud quos reſponſa dabat. Strab. 14.

Braſidas, dux Lacedæmonius, circa Amphipolim ab Athenienſium multitudine impar deprehenſus, claudendum ſe præſtitit, ut per longum Coronæ ambitum, hoſtium frequentiam extenuaret: quaque rariſſimi obſtabant, erupit. Frontinus in Stratagem. Vide Suidam in Βρασίδας.

Braſilas, Cous quidam, cujus mentio eſt apud Theocr. Idyl. 7. Vide ſis ibi Scholiaſten.

Brennus, Gallorum Senonum dux, qui cum 300. armatorum millibus in Italiam irrumpens, Romanos apud Alliam flu. ingenti clade profligavit. Deinde ad urbem pergens eandem cepit, totamque exuſſit, præter Capitolium, quò nobilior juventus confugerat. Sed cum & illud aggrederetur, Romani cum illo convenerunt, ut acceptis aliquot auri talentis, obſidionem ſolveret. Cum igitur aurum penderetur, ipſe dux gladidium ſuum vaginâ educens, & hunc penſari imperavit. Sed cum hoc Romani, ut rem injuſtam recuſarent, atque ita invicem contenderent, Camillus exul, qui abſens dictator creatus erat, collectis iis qui Româ profugerant, Gallos ex improviſo adortus eſt, qui relicto auro, cum maximo ſuorum detrimento fugâ ſibi conſulere coacti ſunt. Camillus vero eos continuò proſequens ex Italiâ expulit. Plutarchus in Camillo. "Αμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Κάμιλλος ἐπ' αὐτὸν ὑπερμεμισημένος λαμπρῶς καὶ τεθαρρηκότας ἔχων τότε τοὺς Ῥωμαίους, καὶ γενομένους ἰσχυροὺς μάχῃ δὴ πολὺν χρόνον, αὐτούς τ' τρέπει πολλῷ φόνῳ, καὶ λαμβάνει τὸ στρατόπεδον. Secutus eſt (inquit Palmerius) hoc loco Plut. T. Livium, ut ſui Camilli, cujus vitam ornare inſtituerat, gloriæ grato Romanis mendacio velificaretur. Rualdus doctus quidem & acri judicio vir, & qui Plutarchus illuſtrandum & caſtigandum non ſine multis doctrinæ adminiculis aggreſſus eſt, ad hunc locum multa dixit, nec tamen ſatis multa. Nam cum T. Livium aretalogum, & Romanorum mancipium mendacii ſategerit hoc loco arguere, id quidem fecit, ſed ut mihi videtur, nimis ſtrictè, & quaſi ad aliud properans. Poterat enim cum pluribus telis obruere, & hanc fabulam ex hominum memoriâ radicitus evellere. Et Polybium quidem cum citat, optimè facit; eſt enim rerum Romanarum fide digniſſimus author, qui duobus tantum, aùt circiter ſeculis aberat ab urbis captæ temporibus. Sed de illo auctore celeberrimo id, quod oblitus eſt dicere Rualdus, notabo, T. Livium fere omnia è Polybio accepiſſe, ſæpe paginas integras illius auctoris ſuo operi intexuiſſe, adeo ut interpretis Polybii ſæpiſſimè vice fungatur, ejus tamen ſuppreſſo nomine fere ubique, & ſi quando accidit, ut ejus meminerit, eum citaſſe cum elogio jejuno & mehercules invido, *rerum Romanarum non contemnendus author*. Unde ſequitur Livium malignitate quâdam cum aſſentatione erga Romanos, & odio erga Gallos aliter eam hiſtoriam tradidiſſe, quam à Polybio veraci & libero auctore acceperat. Sed ut poſt Rualdi meſſem aliquod ſpicilegium in ejus agro faciam, aliquid etiam de meo ad id argumentum afferam, & tanquam triarius è ſubſidiis in primam aciem contra Livium advolabo, & ex ipſius Polybii pharetrâ telum depromam acutiſſimum, nempe ex libro 2. ubi Gallos, Boios & Inſubres, ut auxilium à Gæſatis Tranſalpinis impetrarent, his rationibus uſus inducit. 'Αναμιμνήσκοντες δ' τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις πραχθέντα συμβάσεως αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐκεῖνοι στρατόσαντες, οὐ μόνον ἐκίκησαν μαχόμενοι Ῥωμαίους, ἀλλὰ καὶ μὴν τὰ μάλιστα ἐξ ἐφόδου αὐτῶν τὴν Ῥώμην, γνόμενοι δὲ καὶ πάντων τῶν ὑπαρχόντων ἐγκρατεῖς, καὶ τὰ πόλεως αὐτῆς μῆνας ἑπτὰ κατειλήφεσαν, τέλος ἐθελοντὶ καὶ μὴ χαλεπῶς ἀφεδόντες πάλιν, ἄδηωτοι καὶ ἀσπεῖς ἔχοντες τὰ ὠφέλειαν, εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθον. Ea ſic latinè reddidit Caſaubonus: *Majorum res geſtas illis in memoriam revocantes, qui expeditione ſimili ſuſceptâ, non ſolum prælio Romanos viceranr, ſed etiam à pugnâ Romam ipſam occuparant, bonis deinde illorum omnibus potiti, urbe etiam ipsâ per 7. menſes in ſuâ poteſtate detentâ, poſtquam ſuâ ſponte & beneficii loco eam victis tradidiſſent, illæſi, atque incolumes in ſuam patriam reverſi fuerunt*. In quâ verſione oblitus eſt vir magnus interpretari hæc verba, ἔχοντες τὰ ὠφέλειαν, quæ tamen litem decidunt, *habentes emolumentum*, i. e. proculdubio aurum, quod ex pacto acceperant. At ſi vera fuiſſet Gallorum ad internecionem deletorum clades, quam Tragicè narrat Livius, certe Bojorum illos legatos, ab ejus negotii mentione maximè abſtinuiſſe decebat, quippe quòd contra eorum propoſitum Gæſatas à petitâ ſocietate plurimum deterrere valebat, & ridicula fuiſſet eorum exhortatio, & magis ridiculus Polybius, qui eos ita dicentes introduxit, niſi Gallorum victoria omnibus nota, & conſtanter eo tempore credita fuiſſet. Itane credibile eſt, Polybium Africani & Lælii amicum, & contubernalem, virorum patriam amantium, & gloriæ gentis ſuæ cupidorum, qui proculdubio multa Romanorum acta ab eorum ſermone didicerat, & qui ſua ſcripta eorum cenſuræ ſubjeciſſe dicitur, auſum fuiſſe talem narrationem ſuis paginis inſerere ſine maledicentiæ notâ, & Romanorum odio, ſi contraria fama, vel dubia tantum ad eorum virorum aures perveniſſet? Exul nempe Polybius ſolo Romanorum auxilio fultus, ſine lare, ſine divitiis, Romanos ut auro redemptos, ad poſteros traducere ſine auctoribus fide dignis impudentiſſimo mendacio tentavit? Id certe putare foret abſurdiſſimum. Sed nunc Trogum Pompeium audiamus, virum Romanum; Is lib. 28. Ætolos Romanorum legatis ſic reſpondentes inducit. *Adverſus Gallos urbem eos ſuam tueri non potuiſſe, captamque non ferro defendiſſe, ſed auro redemiſſe*. Orationem etiam Mithridatis ad milites brevitate militari conſpicuam idem Trogus hiſtoriæ ſuæ inſeruerat, & eam in ſuo compendio Juſtinus integram intexuit, quâ veluti telo trabali transfigitur tradita à T. Livio fabula: Ea ſic ſe habet, l. 38. Mithrid. ait, *ſe audire populos Tranſalpinæ Galliæ Italiam ingreſſos, maximis eam plurimiſque urbibus poſſidere, & latius aliquanto ſolum finium, quam in Aſiâ, quæ dicitur imbellis, eoſdem Gallos occupaſſe, nec victam ſibi ſolum dici Romam à Gallis, ſed etiam captam, ita ut unius illis montis cacumen tantum relinqueretur, nec bello hoſtem, ſed pretio remotum*. Hæc ultima verba T. Livium jugulant à Trogo cive Romano ſatis antiquo prolata. Nunc vero prodeat Suetonius Livio poſterior tempore, & videamus, quomodo illius mendacio aſtipuletur. Is in *Tiberio* cap. 3. ſic ait de Tiberii majoribus. *Druſus hoſtium duce Drauſo cominus trucidato, ſibi poſterisque ſuis cognomen invenit. Traditur etiam propræture, ex provinciâ Galliâ retuliſſe aurum Senonibus olim in obſidione Capitolii datum, nec ut fama, extortum à Camillo*. Sic Suetonius pro famâ & nudo rumore Livii fabulam explodit. Nam quamvis in eo forte fuerit vanus Druſus, dum talem honorem ſibi arrogavit, tamen nunquam eam gloriam affectaviſſet, niſi omnibus conſtaſſet aurum illud à Gallis in patriam ſuam aſportatum fuiſſe. Sed nunc Livium ſuo ipſius telo configamus. Ecce parum mendacii ſui memor Samnites in Hetruſcorum advocato conſilio ita diſſerentes inducit: *Unam ipſis ſpem in Hetruſcis reſtare, ſcire gentem Italiæ opulentiſſimam armis, viris, pecunia eſſe, habere accolas Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces cum ſuopte ingenio, tum adverſus Rom. pop. quem captum eſſe, auroque redemptum, haud vana jactantes memorent*. Certe nihil expreſſius dici poteſt, ideoque Paulus Oroſius, dum eam hiſtoriam narrat, de Camillo non meminit. Quare certiſſimum eſt, ne de eo in eo negotio Trogum mentionem feciſſe: omnia enim ferè ex Trogo habet Oroſius, qui ſic habet in fine lib. 2. de Romæ captu. *Univerſam reliquam juventutem, quam conſtat vix mille hominum fuiſſe tunc, in arce Capitolini montis latitantem, obſidione concludunt, ibique infelices reliquias, fame, peſte, deſperatione, formidine, terrent, ſubigunt, vendunt. Nam mille libris auri diſceſſionis pretium paciſcuntur*, & cætera quæ vide. Vapulet ergo fabricator talis mendacii, ſeu aſſertor T. Livius Romanorum adulator, & Galli nominis inimicus, utpote Patavinus domo, urbe ſemper Gallis vicinis infeſtâ, quod ipſe fatetur lib. 10. inde ſuum in Gallos odium quod ubique teſtatur. Vapulet inquam & Rualdo, & mihi, & quicunque hiſtoricam veritatem amat. Elegantiæ quidem & nitoris laudem à me non invito accipiet, fidei vero & veracitatis nequaquam, & dum vapulabit, ſpectator adſit Plutarchus, qui hoc loco eum malè ſecutus eſt, & Polyænus, qui ejus mendacii teſtes manifeſtè falſi, & qui inter ſe diſcordes, ut & cum Livio, tali fabulæ fidem magis derogant, quam aſtruunt. Palmerius. Fuit alius quoque *Brennus*, priore junior, quanquam nonnulli eos perperam confundunt, qui Apollinis Delphici templum prædæ causâ ingreſſus, iram numinis in ſe concitavit. Prop. 3. 12.

Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Brennum
Dum petit intonſi Pythia regna Dei.

De *Brenno* vide & Callimachum Hymn. in Delum à verſ. 73. & Scholiaſten, qui hiſtoriam explicat, & Val. Max. l. 2. & Pauſaniam in Phocicis. De mortis genere diſſentiunt authores. Juſt. lib. 24. cap. 16. *Cum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finivit*. Atqui Pauſanias inquit, illum vulneratum, veneno vitam finiviſſe, pudore ſcilicet acceptæ in Græciâ cladis. Sed conciliat hos Diod. Sic. Βρέννος δ' ἄνθρωπον πολὺν ἐμφρονεσέρως, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Is. Voſſius. Βρῶ appellatur apud Suidam. Sunt autem qui tunc temporis Imperatorum putant commune nomen fuiſſe, quià Cambri hodiè regem *Brennin* appellant, teſte Camdeno. Sanè apud Britannos Gallos *Barner* judicem ſonat, & *barn* eſt *judicare*. Accedit Syrum פרנם *parnas* pro *Principe & Gubernatore*, Eſaiæ 3. 4. à radice פרנם *parnes*, quod *paſcere* ſig. Bochartus.

Briareus, Gigas, Ætheris, Titanis, vel Cœli & terræ filius. Hunc Homerus ait Iliad. 1. à ſuperis quidem *Briareum* dictum fuiſſe, ab hominibus vero *Ægæona*.

"Ον Βριάρεων καλέουσι θεοὶ, ἀνδρες δέ τε πάντες
'Αιγαίωνα. ——— ———

Hic cum cæteris Gigantibus Jovem à regno depellere conatus eſt; cui centum manus erant, capita quinquaginta, & magnitudine corporis reliquos omnes mortales antecellebat, ignemque

nemque ex ore eructabat, uti teſtatur Virg. Æn. lib. 10. in his,

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribuſque arſiſſe: Jovis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis tot ſtringeret enſes.

Quem idcirco ſub Ætnam montem fuiſſe à Jove fulmine detruſum fabulantur, qui quoties latus moveret, Ætna flammas ingentes eructaret, ut ait Callimachus in Lavacrum Dianæ,

Ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίῳ ὄρει πυρὶ τυφομένοιο,
Σείων ἢ μυχὰ πάντα, χαλεπδαίοιο Τίφωος
Εἰς ἑτέρῳ βειρῇσι ἐπωμίδα κινομένοιο.

Paucis tamen ante diebus idem *Briareus* Jovi adverſus Palladem, & Junonem & Neptunum, reliquoſque Deos, qui in Jovis tyrannidem conjurarant, fuerat auxilio, teſte Homero ubi ſupra,

Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
Ἀλλὰ σὺ τὸν γ' ἐλθὼν Θέτι ὑπελύσαο δεσμῶν
Ὠκὺ, ἐκατόγχειρον καλέσας' ὃν μακρὸν Ὄλυμπον
Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί.

Hunc ideo unà cum Gyge & Cotto Jovis cuſtodes ac ſatellites Heſiodus in Theog. nominavit, ut eſt in his.

Ἔνθα Γύγης Κόττός τε καὶ Βριάρεως μεγάθυμος
Ναίουσι φύλακες πιστοὶ Διὸς Αἰγιόχοιο.

Virgil. lib. 6. Æn.

Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæque biformes,
Et centum geminus Briareus, & beſtia Lernæ,

Claudianus — *Centum Briareia turba lacertis.*

Idem de laud. Stilic. lib. 1.

Quis Briareus aliis numero creſcente lacertis
Tot ſimul objectis poſſit conſligere rebus.

Silius Italic. lib. 13.

——*Sed & oſtia Ditis*
Centenis ſuetus Briareus excludere palmis.

Statius Theb. ſecundo:

Non aliter (Geticæ ſi fas eſt credere Phlegræ)
Armatum immenſus Briareus ſtetit æthera contra,
Hinc Phœbi pharetras, hinc torvæ Pallados angues,
Inde Pelethroniam præfixâ cuſpide pinum
Martis, ac hinc laſſo mutata Pyracmone, temnens
Fulmina, cum toto nequicquam obſeſſus Olympo,
Tot queritur ceſſare manus.

Ita dictus eſt *à corporis robore.* Βειμὸν enim Græci *fortem* dicunt, & *robuſtum.* Ventorum autem naturam ſub ejuſmodi fabularum involucris poetæ deſcribunt. Heſych. Βειμάεων ἀνδρῶν ἐκβοντιχείρων.

Brimo, unum ex Hecates, ſive Proſerpinæ nominibus ἀπὸ τῆς βειμᾶν, hoc eſt à *terrendo* impoſitum, eò quod nocturna terriculamenta ab eâ immitti credebantur, ut ex Apollonii Scholiaſte annotat Cæl. Rhod. 11. 16. Heſiodi interpres lib. 1. Βειμὼ ἢ καὶ Ὀδεμὼ κυνέος ἢ Περσεφόνη, ἤγουν ἡ γῆ, καὶ ὁ δάνατος καλεῖται, ὅθεν τὸ Ὀδεμον λέγεται. Fuit & ita appellata Rhea. Theodoretus Therapeut. Serm. 1. Ὅτι ἢ καὶ τὴν Ῥέαν, ἣν καὶ τὴν Κυβέλης, ἣν τὴν Βειμὼ, ἣν ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν. Propertius lib. 2. eleg. 2.

Mercurioque Sais fertur Bœbeidos undis
Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.

Interpres Apollonii, Βειμὼ, ἢ Περσεφόνη. Φασὶ δὲ Ἑρμῆν ἐρασθέντα ἐπὶ κυνηγεσίαν Ἐλένην Θετταλῶν βιαίως μιχθῆναι, ἢ ἐνεβειμήσατο αὐτῷ, ὁ ἢ φοβηθεὶς ἀπέφυγεν. Statius Sylv. 2. in arborem Atedii.

——*Omnia queſtus*
Immitem Brimo, ſtagna invida.——

Vide omnino Barthium ad Hiſt. Lat. pag. 221.

Briſeis, Lyrneſſia puella, à patre *Briſe* ita appellata, cum vero nomine *Hippodamia* vocaretur. Hæc, captâ Lyrneſſo urbe, Achilli victori in ſortem ceſſit, & poſtea ab Agamemnone erepta, implacabilis diſſidii cauſa fuit inter eum & Achillem. Vide Homerum Iliad. 1. qui eam vocat Βρισηΐδα καλλιπάρηον. Horat. Carm. 2. Od. 4.

——*Prius inſolentem*
Serva Briſeis niveo colore
Movit Achillem.

Prop. lib. 2. eleg. 9.

Omnia formoſam propter Briſeida paſſus.

Ovid. 2. de Art. Amandi,

Illis te manibus tangi Briſei ſolebas.

Idem de Remed. Am.

Hoc & in abductâ Briſeide flebat Achilles.

Briſes, Chryſis ſacerdotis frater, Hippodamiæ pater, quæ ab eo *Briſeis* dicta.

Briſeus, Liber Pater. Cornutus in hoc Perſii Sat. 1.

Eſt nunc Briſæi quem venoſus liber Acci.

Briſæum appellatum eſſe ſcribit, vel à mellis uſu, quod ipſe primus mel inveniſſe dicatur: vel ab uvâ, quòd eam expreſſerit, quum *briſare* ſit exprimere; vel à nymphâ, quæ eum nutriviſſe dicitur. *Briſæus* etiam Poetarum epitheton eſt quod ii in Liberi paris tutelâ eſſe credantur. Vide Caſaub. ad locum Perſii allatum.

Britannicus, filius Claudii Cæſaris ex Meſſalinâ, primò Germanicus dictus. Hic quamvis adhuc infans, à patre in caſtris ſæpe circumlatus fuiſſet, & militibus commendatus, Neronis tamen opetâ veneno ſublatus eſt. Tacit. An. 13. Juven. Sat. 6. de Meſſalinâ.

Oſtenditque tuum, generoſe Britannice, ventrem.

Britomartis, Nympha Cretenſis, valdè formoſa, Jovis, & Charmes filia, Diodoro *Britona* dicta. Retia ad venandum invenit, ex quo *Dictynna* dicta eſt, quod cauſam præbuit, ut quidam Dictynnam ac Dianam eandem eſſe putarint. Heſych. Βριτόμαρτις, ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις. Hæc, ut quibuſdam placet, à Minoe rege Cretenſi adamata, cum ejuſdem concubitum fugere non poſſet, de rupe ſe in mare præcipitavit. Ejus meminit Virgilius ſeu quiſquis fuit alius in Ciri. Callimachus Hymno 3. qui eſt in Dianam.

Ἐλλοφόνον. Βριτόμαρτιν εὐσκοπον——

Ubi Scholiaſtes: Βριτόμαρτις, ὄνομα κύριον τῆς νύμφης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται, ὡς Διογενιανός. De hâc ita Solinus. *Cretes Dianam religioſiſſimè venerantur, Britomartin gentiliter nominantes, quod ſermone noſtro ſonat virginem dulcem.* Et Joſ. Scaliger ait ſe in Gloſſariis Græcorum inveniſſe Βριτὸ τὸ γλυκὺ, ὡς Κρῆτες.

Bromius, Bacchi cognomen, ἀπὸ τῆς βρέμειν, i. e. *à fremendo*; Aliis vero ἀπὸ τῆς Βροντῆς h. e. *à tonitru*, eò quòd natus ſit cum tonitru, ejus genetrice fulmine peremptâ, Ovid. Met. 4.

Thura dabant, Bacchumque vocant, Bromiumque Lyæumque.

Brontæus, Jupiter dictus à βροντῇ, quod eſt *tonitru*, unde Latine *Tonans* quoque vocatur.

Brontes, unus ex Cyclopibus, Vulcani miniſtris qui Jovi cudunt fulmina, ἀπὸ τῆς βροντῆς, i. e. à tonitru dictus. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur. Vulcani miniſtri, *Brontes, Steropes*, & *Pyracmon.* quos Heſiodus in Theogonia Cœli & Terræ filios facit, quanquam alii ex Neptuno & Amphitrite natos malint. Virg. Æn. 8.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro
Bronteſque, Steropeſque & nudus membra Pyracmon.

Statius Sylv. 1. 1.

Quæ ſuper impoſito moles geminata Coloſſo
Stat Latium complexa forum? Cælone per auras
Fluxit opus? Siculis an conformata caminis
Effigies laſſum Steropem Brontemque reliquit.

Idem lib. 3.

Non tam grande ſonat motis incudibus Ætnâ
Cum Steropes, Bronteſque ferit, nec major ab antris
Lemniacis fragor eſt, ubi flammeus ægida cælat
Mulciber & caſtis exornat Pallada donis.

Et lib. 4.

Tale nec Idæis quicquam Telchines in antris,
Nec ſolidus Brontes, nec qui polit arma Deorum
Lemnius exiguâ potuiſſet ludere maſſâ.

Scholiaſtes Æſchyl. ad Prom. p. 56. edit. Steph. Βρονταὶ καὶ Στερόπης Κύκλωπες, οἱ ἀδελφοὶ ἦσαν τοῦ Κρόνου τοῦ παιδὸς τοῦ Διός. εἶχον δὲ ἀνὰ μέσον ὀφθαλμὸν τοῖς μετώποις, ἀφ' οὗ ὁ Κρόνος μὴ παρὰ πάρεργα ἀφορίζοιτο, ὡς ἐπιβουλεύειν πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Ζεὺς τὴν βασιλείας κρατήσας, τὸν μὲν πατέρα Κρόνον καπάγει, τοὺς δὲ εἰρημένους ἀνάγει, καὶ σωτῆρας τῶν κεραυνῶν ἔχει. τὸν μὲν Βρόντην μηχανώμενον αὐτῷ, τὸν δὲ Στερόπην, ἀστραπὴν εἰς ἀπόβασιν πάντων τῶν ἄλλων Θεῶν.

Claud. de 3. Conſul. Hon.

——*Vobis jam Mulciber arma*
Præparat, & Siculâ Cyclops incude laborat:
Brontes innumeris exaſperat Ægida ſignis,
Altum fulmineâ criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes: nectit thoraca Pyracmon,
Igniſluiſque gemit Lipare fumoſa cavernis.

Broteas, & Ammon, cæſtibus inclaruerunt. Ovid. Met. 5.

Hæc gemini fratres, Broteaſque & cæſtibus Ammon
Invicti.——

Brothens, filius Vulcani & Minervæ deformi facie ob quam dum pleriſque eſſet riſui, animi dolore ſe in rogum conjecit. Ovidius in Ibin.

Quodque ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis
Des tua ſuccenſo membra cremanda rogo.

Bruma, dicitur dies Solſtitii hyemalis, qui eſt ad 15. Cal. Januar. Dicta quaſi βραχὺ ἦμαρ, ut quibuſdam placet; quam Originationem quoque amplectitur Macrobius Satur. 1. 21. Iſidor. lib. 5. cap. 35. Cæſar Scal. 19. cap. lib. 1. de Caut.

L. L. Va-

L. L. Varro autem ut & Festus, eam à *brevitate dierum* appellari aiunt. Vide Vossium in *Bruma*.

Brumalia, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia, bis in anno celebrari solita; semel 12. Cal. Mart. atque iterum 18. Cal. Sept. Dicuntur autem à *Brumo*, quo nomine Romani veteres Bacchum appellabant. Rhod. 18. 25. Vide Suidam in Βρυμάλια.

Brutidius, vir quidam qui tempore Juvenalis poetæ tractus est ad judicium, tanquam fautor & amicus Sejani, apud Imperatorem accusati. Juvenal. Sat. 10.

——— *Pallidulus mi*
Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram,
Quam timeo victus ne pœnas exigat Ajax,
Ut malè defensus. ——— ———

Hunc *Brutidium* ait Tacitus, *artibus honestis copiosum fuisse*, qui etiam teste Senecâ, *Rhetor & Historicus fuit, non sine laude*. Vide Voss. Hist. Lat. 1. 24.

Brutius, Βρύτιος ὁ συφοταῖος ἱστορικὸς καὶ χρονογράφος vocatur à Scriptore Chron. Alexandr. pag. 90. ubi ex eo quædam narrat de Danae & Perseo. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 3.

Brutus, Brutorum familia Romæ imprimis fuit illustris, ex quâ primus fuit L. Junius Brutus à stultitiâ, quam Tarquinii metu simulabat, ita cognominatus. Unde illud poetæ

Brutus erat stulti sapiens imitator.

Hic exactis regibus, civitateque in libertatem vindicatâ primus Romæ cum L. Tarquinio factus est Consul, rebusque multis præclare gestis tandem eo in prælio quod ad Regillum lacum commissum est, occubuit, eumque matronæ, ut fortissimum muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. Virg. Æn. 6.

Vis & Tarquinios reges, animamque superbam
Ultoris Bruti fascesque videre receptos?
Consulis imperium hic primus sævasque secures
Accipiet, &c.

M. Junius Brutus, percussoris Cæsaris pater, quem tres de Jure Civili scripsisse libros, Cic. 2. de Oratore author est, Marianas partes secutus à Pompeio victus, profligatusque est. Post mortem Syllæ, quum Lepidus Consul bellum redintegrasset, Brutus, qui Galliam Cisalpinam Lepidi nomine tenebat, à Pompeio Mutinæ obsidione clauditur in quâ sive sponte, sive animos militum mutatos cernens, suam militumque salutem Pompeio commisit. Dimissus inde, quum ad Padum perveniisset, postridiè per Geminium, Pompeii jussu, interfectus est, non sine fugillatione Pompeii, ut qui perfidè & crudeliter illum occidisset. Cicero Brutum hunc non modo acutum oratorem, sed etiam juris publici & privati peritum esse refert. Uxorem habuit Serviliam Catonis sororem parum sane pudicam, ex quâ filium M. Brutum, & 2. filias Junias suscepit. Harum altera M. Lepidi Triumviri conjux, altera C. Cassio nupta. Tacitus.

M. Junius Brutus, vir summæ gravitatis, & si unum ejus facinus excipias, quo se suosque perdidit, cætera valdè bonus & laude dignus. Exorto bello Civili Pompeium, quanquam patris interfectorem, quia partes illius justiores statueret, sequutus est. A pugnâ Pharsalicâ non tantum conservatus à Cæsare, verum etiam inter amicos habitus, Galliam Cisalpinam obtinuit, idque per tempus belli Africani. Post Cæsaris ex Hispaniâ reditum urbanâ præfecturâ ornatus, per Cassium dolentem sibi primum locum denegatum, seductus, in Cæsaris necem conspiravit, quâ patratâ, quum in urbe se tutò non fore videret, fugâ sibi cum cæteris conjuratis consuluit, nec multò post comparatis exercitibus cum Cassio in Philippis ab Antonio & Cæsare victus necem sibi conscivit, annos natus 40. Uxor illi fuit Porcia Catonis avunculi filia. Amicissimus fuit Ciceroni, cujus nomine & librum de claris Oratoribus Tullius inscripsit, qui eidem & alium de perfecto Oratore consecravit; habenturque ejus ad Ciceronem, & hujus ad illum non paucæ Epistolæ. Vitam ejus conscripsit Plutarchus. Hunc Cæsar inter conjuratores videns, à quibus interimeretur, filium nominavit, & fortasse verè quando eum matre ejus Cæsar consueverat. Scripsit hic Brutus epitomas historiæ Fannii & Cœlii Antipatri. Alia etiam scripsisse certum est. Nam librum ejus de Officiis Charisius citat, lib. 1. & Priscianus, lib. 6. Ac libri de patientiâ meminit Diomedes, lib. 1. Quo etiam libro testis adhibetur in laudatione Appii Claudii. Suidas, Βροῦτος, στρατηγὸς Ῥωμαίων, ἔγραψεν ἐπιτομὰς καὶ ἐπὶ Πολυβίου τὴν ἱστορικὴν βίβλον ἐπιτομήν.

D. Junius Brutus Albinus, & ipse unus ex percussoribus Cæsaris, post pugnam Mutinensem, quum persequi vellet Antonium, desertus à legionibus, Antonii jussu cæsus est, quum esset Consul designatus, & à Cæsare inter secundos hæredes adscriptus.

Brutius Præsens, Cons. Rom. Antonini Pii collega An. U. C. 890. cujus filiam M. Imperator filio suo Commodo matrimonio junxit.

Brutius historicus memoratur B. Hieronymo in Chron. Euseb. ad Ann. 2112. Vide Voss. Hist. Lat. p. 698.

Bubastis. Vide priorem part. huj. Dict.

Guil. Budæus, ita laudatur à L. Vive in lib. 2. de C. D. c. 17. *Quo viro* Gallia acutiore ingenio, acriore judicio, exactiore diligentiâ, majore eruditione nullum unquam produxit. Hac vero ætate ne Italia quidem. Nihil est usquam vel Græcorum vel Latinorum scriptorum quod ille non evolverit, legerit, excusserit. Græca & Latina juxta & summè callet. Tam facile utraque linguâ loquitur quam Gallicâ, quæ est ei vernacula, haud scio, an etiam facilius —— Nihil est tam reconditum, tam abstrusum in his linguis quod non pervestigarit, adierit, inspexerit. Vide quæ sequuntur, & accipe hoc distichon Buchanani Poetæ posterioris quidem ætatis sed non inferioris notæ:

Gallia quod Græca est, quod Græcia Barbara non est,
Utraque Budæo debet utrumque suo.

Bunas Athenienses, qui arbiter in controversiâ inter Calydonios & Eleos designatus perfictas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de lite pronunciare voluit. Unde proverb. *Bunas judex est.*

Bunduica, Britannorum Regina fortissima, de quâ sic Dio lib. 62. sub initio: Ἡ δὲ μάλιστα αὐτοὺς ἐρεθίζουσα, καὶ ἐναντία Ῥωμαίων πολεμεῖν ἀναπείσασα, τό τε θῆλυ τῆς ἀρετῆς αὐτῆς ἀξιωθεῖσα καὶ τῶν πολλῶν πάντων στρατηγήσασα, Βουδουίκα ἦν, γυνὴ Βρεττανὶς, γένους τοῦ βασιλικοῦ, μέγιον ἢ κατὰ γυναῖκα φρόνημα ἔχουσα. Αὕτη δὲ συνάγαγέ τε τὸ στράτευμα ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας ὅν, καὶ ἀνέβη ἐπὶ βῆμα ἐν γῆς ἑλώδους ἐς ἣ Ῥωμαϊκὸν ὅπλον πεποιημένον, ἦ δ' ἂν καὶ τοῦτο μείζον καὶ τὸ εἶδος βλοσυρώτατον, τό τε κλῆμα δριμύτατον, καὶ τὸ φθέγμα τραχὺ εἶχε. Τήν τε κόμην πλείστην τε καὶ ξανθοτάτην ἐς μέσχει τῆς γλουτοῦ κατεῖτο, καὶ στρεπτὸν μέγαν χρυσοῦν ἐφόρει. Χιτῶνά τε παμποίκιλον ἐνεκεκλῆπτο, καὶ χλαμύδα ἐπ' αὐτῷ παχεῖαν ἐνεπεπόρπητο. ὅπου δὲ ἀεὶ ἐνεσκιρτάζετο. τότε δὴ καὶ λόγχαν λαβοῦσα, ὥστε καὶ ἐν τούτῳ πάντας ἐκπλῆξαι, ἔλεξεν ὧδε.

Bupalus, pictor fuit apud Clazomenas Asiæ civitatem, qui Hipponacten Poetam deformem pro risu depinxit, quo ille furore commotus, tali eum carmine perculit, ut se laqueo suspenderit. Horat. Epod. 6.

Qualis Lycambe spretus infido gener
Aut acer hostis Bupalo. Vide Plin. 36. 5.

Busiris, Neptuni filius ex Libyâ Epaphi filiâ, crudelissimus Ægyptiorum tyrannus, quo tempore Danaus Argivis imperavit. Hic cum hospites omnes Jovi immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, cum eadem illi insidias pararet, unà cum Amphidamante filio, & præcone Chelbe & ministris aræ interfectus est. Ovid. Met. 9.

Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Busirim domui?

Idem Trist. 3. 11.

Sævior es tristi Busiride, &c.

Statius Theb. lib. 12.

——*Immites Busiridos aras.*

Virgil. Georg. 3. *Quis aut Eurysthea durum,*
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Encomium tamen ejus scripsit Isocrates. Item urbs Ægypti ad Nilum flumen à Busiride condita, in quâ fuit templum magnum Isidis. Hinc Busiritica præfectura. Strabo lib. 17.

Butas, elegiaco carmine res Romanas tradidit, ex quo fabulosas Lupercalium causas tradit Plutarchus in Romulo. Meminit ejusdem Arnobius, lib. 5. ubi de Bonâ Deâ. *Sicut suis scribit in Causalibus Butas* perperam vulgo *putas*.

Butea, familia Romana, à *buteone*, i. e. accipitre sic dicta: cui principatus in auguriis olim dabatur, prospero auspicio à buteone sumpto. Plin.

Buteo, cognomen M. Fabii apud Liv. & Plut. Item Romanus Orator, cujus mem. Sen. lib. 2. Contr.

Butes, filius Amyci, Bebryciorum regis, qui ob sævitiam patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, parvo navigio in Siciliam confugit, ubi à Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est, à quâ cum ob formæ morumque elegantiam diligeretur, ejus concubitu usus, Erycem filium ex eâ suscepit, & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus vocaretur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem suscepisse. Virgil. lib. 5. Æn.

Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycià veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit & fulvâ moribundum extendit arenâ.

Butes, nomen sacerdotis. Rhod. 14. 13. Vide Niceph. in Synesium de Insomniis. Orpheus etiam quendam hujus nominis recenset inter Argonautas.

Βούτης τ' Ἀιγαίδης ἴκελος χρυσάορι Φοίβῳ.

Butes, Trojanus à Camillâ occisus est. Virg. Æn. 11.

Protinus Orsilochum & Buten duo maxima Teucrum
Corpora. ———

Buthus, athleta nobilis, qui bovem integrum uno die devorare solebat; unde natum proverbium in edaces, *Buthus obambulat.* Vide Hesychium in Βοῦθος περιφερὴς, & Zenob. pag. 44.

Butorides, inter Duodecim istos, qui de Pyramidibus Ægyptiis scripserint, reponitur à Plinio, lib. 36. cap. 12.

Buzyges, Heros quidam Athenienſis, qui omnium primus junctis bobus arasse terram creditur. Hesychius. Βυζύγης, Ἥρως Ἀττικὸς ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας, ἐπιμήσατο δὲ Ἐπιμενίδης. Ausonius in Epistolis.

Hoc si impetratum munus abs te acciperc,
Prior colere quam Ceres:
Triptolemon olim sive Epimenidem vocant,
Aut Bulianum Buzygem.

Ita legendi hi versus. Quis enim sit *Medes*, neminem scire puto: neque etiam quare *Buzyges* Tullianus dicatur. Omnino itaque scribendum *Bullianus* vel *Bulianus* à Buliâ civitate Atticâ. Is. Vossius.

Byblis, Mileti & Cyanes filia, quæ cum fratrem Caunum miserè deperiret, ejusque concubitum assequi non potuerit, laqueo gulam fregit. Ovid. de Art. Am.

Byblida quid referam? vetito qui fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter ulta nefas.

Idem vero lib. 9. Met. aliter hanc fabulam refert, inquiens, Quum Byblis fratrem suum Caunum perditè amaret, eique ardorem suæ libidinis detexisset, ipse detestandam sororis concupiscentiam aspernatus, fugam arripuit, quem illa, amoris impatiens, secuta est; & postquam omnem Cariam, Lyciamque, & Lelegas peragrasset, labore & dolore victa, consedit, & multas lacrymas effudit; quapropter Naidum commiseratione in fontem sui nominis permutata est. Ita enim ait.

Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet Dominæ, nigraque sub ilice manat.

Suidas. Βύβλις, ὄνομα κύριον, ἀδελφὴ Καύνου, ἀμφοτέρους συνοικήσαντες.

C A

CAath, filius Levi, Gen. 46. aliàs *Koath.* Lat. *congregatio*, sive *ruga*, aut *obtusio.* Amram genuit Mosis patrem. Mendosè autem leguntur verba Demetrii ex Alex. Polyhistore citata apud Eusebium de Præp. Evang. lib. 9. Καὰθ ὃ ἐστὶ μ' γυνῆσαι Ἀβεδεμ. Legendum Καὰθ ὃ ἐστὶ ξ' γυνῆσαι Ἀμβεδεμ.

Cabarni, Sacerdotes Cereris apud Parios. Hesychius. Καβάρνοι, οἱ τῆ Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. Hinc Suidas in Ὀργεῶνες, ὁ γὰρ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ (lege Λήδῃ) γράφει Καβάρνους ὄντας ἐξ Ἀχαΐας (lege ἀγαχλέας) ὀργεῶνας. Stephanus in Πάρος scribit post Nicanorem etiam ipsam insulam dici Καβάρνιν, ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μυηθέντος τῇ Δήμητρι τὰ Θυγάθρος. Quod nihilo est verius quam quod ibi sequitur, *Parum* dici à *Paro* Arcade Parrhasii filio. Nam ut Pari vocabulum Phœnicium est, ita etiam Cabarnorum, quamvis trajectis literis. Phœniciè enim *Cabarni* essent קרבנין *Carbanin*, ut קרב *carab* offerre, est קרבן *corban oblatio*, quam vocem apud Tyrios in usu fuisse, docet ex Theophrasto, Josephus, lib. 1. contra Appionem.

Cabiri, vel *Caberi*, Dii Phœnicum, qui Beryti maximè colebantur. Sanchoniathon apud Euseb. lib. 1. Præp. Evang. Καὶ ὅτι τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι τῇ καὶ Δινόῃ δίδωσι. Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι, καὶ Καβείροις. Damascius apud Phot. Ὁ ἐν Βηρυτῷ Ἀσκλήπιος οὐκ ἔστιν Ἕλλην, οὐδὲ Αἰγύπτιος, ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοίνιξ. Σαδύκῳ γὰρ ἐγίνοντο παῖδες οἱ Διοσκοῦροι ἑπτὰ, καὶ Καβείρους. Sane כבר *Cabir* Ebræis & Arabibus *magnum* & *potentem* sonat. Hinc jam alii observarunt inde appellatos *Cabiros*, i. e. *Divos potes*, uti Varro & Tertullianus explicant, Θεοὺς μεγάλους καὶ δυνατούς, Orpheo εὐκινήτους. Bochart. & ante eum Casaubonus. Suidas. Καβειρὼν, πόλις, καὶ Καβειροὶ ὄνομα ἔθνους, σημαίνει δὲ καὶ δαίμονες. Hesych. Καβειροὶ, χαλκεῖοι, πάνυ δὲ πολλοὶ ἔνιοι ἐν Λήμνῳ οἱ Θεοὶ, λέγονται δὲ εἶναι Ἡφαίστου παῖδες. Orpheus Argonauticon initio,

——— Ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων.

Vide Meurs. de Fest. Græc. in Καβείρια.

Cacus, pastor Aventini incola, qui inter cætera furta quibus agrum Latinum quotidiè infestabat, Herculis quoque boves, quos ille, occiso Geryone ex Hispaniâ abduxerat, noctu è pascuis abegit, & ne vestigiis furtum deprehenderetur, caudâ in antrum suum pertraxit. Hercules autem ad primam Auroram evigilans, cum gregem oculis perlustrasset, & partem numero abesse sensisset, ad proximam speluncam pergit, si forte eò vestigia ferrent, quæ ubi omnia foras versa videt, incertus animi abigere subinde armentum cœpit. Verum cùm præter speluncam actæ boves quædam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita inclusarum ex speluncâ boum vox Herculem convertit: Quem ad speluncam accedentem cum Cacus aditu prohibere conaretur, clavâ ictus occubuit, ut latius exequitur, Livius, lib. 1. Virg. lib. 8.

Hic spelunca fuit vasto submota recessu
Semihominis Caci, facies quam dira tegebat
Solis inaccessam radiis: semperque recenti
Cæde tepebat humus, foribusque affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes, magnâ se mole ferebat.

Propert. 4. 10.

Sed non infido manserunt hospite Caco
Incolumes, furto polluit ille Jovem.
Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora sonos.
Hic ne certa forent manifestæ signa rapinæ,
Aversos caudâ traxit in antra boves.

Mart. 5. 66.

Sylvarumque tremor tacitâ qui fraude solebat
Ducere non rectas Cacus in antra boves.

Ovid. 1. Fast.

Cacus Aventinæ timor, atque infamia silvæ.

Sunt qui adfirmant hunc Cacum Evandri fuisse servum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio, & incendio vastaverit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ovid. ubi supra.

Dira viro facies, vires pro corpore, corpus
Grande, pater monstri Mulciber hujus erat.

Livius ait, Cacum ictum fuisse clavâ. Accepit credo ab Ovidio, qui lib. 1. Fast.

Occupat Alcides, adductaque clava trinodis
Ter quater adversi cædit in ora viri.

Ubi benè *trinodis*. Sic enim describitur à Poetis hæc Herculea clava, non lævis, seu polita, sed rustica & inculta. Apollon. Argon. δ.

———Ἀμφὶ δὲ λέπεα πελωρίς ἕστο λέοντος
Ὠμὸν, ἀδέψητον, στιβαρὴν δ' ἔχεν ὄζον ἐλάτης.

Ex olivâ itaque fabrefacta fuit, seu potius Oleastro. Pausan. Corinth. Καὶ Ἑρμῆς ἐντεῦθεν δὴ Πολύγω καλέσαντος· θεὸς τούτου πρὸ ἀγάλματος, τὸ ῥόπαλον δεῖναι φασὶν Ἡρακλέα καὶ (ὧδε γὰρ κοπὶς) τοῦτο δὲ ἐνέφυ τῇ γῇ καὶ ἀνεβλάστησεν αὖθις. Meræ nugæ. Dionys. quoque.

Ἡρακλῆς αὐτὸν τῷ ῥοπάλῳ κλάσει.

Sed Virg. eum conficit *telis*, *vastisque molaribus*, ac *ramis*. Unde Propertius

Mænalio jacuit pulsus tria tempora ramo
Cacus ———

Juvenalis Sat. 5.

Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foras.

Habuit ex Virgilio.

——— *Pedibusque informe Cadaver*
Protrahitur. ———

Ovid. de *Caco* Fast. 1. vocat eum.

Non leve finitimis, hospitibusque malum.

Ubi alludit ad etymon. Servius. *Servus Evandri* Κακὸς, & *malus fuit*; unde Κάκος dictus mutato accentu.

Cadmelus, Mercurii cognomen. Nonnus Dionys. 4. Οὐδὲ μάτην Καδμηλος ἀείδεν. Forte à *Chadama* quod Arabicè est *ministrare.*

Cadmia, quid sit lege apud Plin. lib. 34. cap. 10. Ibi paulo aliter quam Posidonius refert, qui sic habet apud Strab. lib. 3. Ἐπεὶ φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, καὶ ὁ Κυπριος χαλκὸς μόνος φύεται ἡ Καδμεία λίθος. Plin. autem *Omnis, Cadmia in Cypri fornacibus optima.* Et Dioscorides. Καδμεία ἀείστη μὲν ἡ Κυπρία. Deinde autem ejus Καδμείας mentionem facit, quæ ex Macedoniâ, Thraciâ, Hispaniâ advehuntur.

Cadmus, Agenoris filius, Phœnicum rex. Alii eum è Tyro, alii autem è Sidone arcessunt, quibus habenda potior fides, quia Gadmi ævo Tyrus nondum erat condita. Regis filium Græci faciunt, ut suo honori consulant, quia regnavit in Græciâ; sed hoc commentum refellunt Sidonii apud Euhemerum Coum (Athen. lib. 14.) Cadmum dicentes, cum sui regis esset μαγειρεύς, i. e. *coquus*, cum Harmoniâ tibicina aufugisse. Id videtur verisimilis; modo is cocus intelligatur, qui Ebraicè dicitur שר טבחים quales fuere Potiphar & Arioch, & Nebuzaradan. Josephus, & Græci reddunt ἀρχιμαγείρους.

Fabulam

Familiam quod attinet, ex ipso nomine colligimus Κάδμον fuisse קדמוני *Cadmoni*, i. e. *Cadmonæum*, ex illis puta de quibus agit Moses, Gen. 15. 19. Hi porro Cadmonæi cum Hevæis iidem erant. Neque obscura ratio cur Hevæi *Cadmonim*, id est, *orientales* dicti sunt, cum Jos. 11. 3. & Jud. 3. 3. legamus eos occupavisse montem *Hermonem*, quæ pars erat Terræ Chanaam maximè Orientalis. Unde est quod pro Oriente *Hermon*, ut pro Occasu *Thabor* habetur, Psal. 87. 13. Cadmonæus igitur idem qui Hermonæus. Atque hinc factum est ut Cadmi uxor vocetur *Harmonia* vel *Hermione*. Nempe à monte *Hermone* ex quo erant oriundi. Nec jam obscurum cur in serpentes fingantur esse mutati. Hevæi enim erant. Ovid. Met. 4.

Dixit, & ut serpens in longam tenditur alvum,
Duratæque cuti squamas increscere sentit,
Nigraque cæruleis variari corpora guttis, &c.

Dionysius Periegetes, vers. 390.

Κεῖνον δ' ἂν θελκτὸν ἴδοις ἐειχυῖα τύμβον,
Τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίασε·
Κεῖθι γὰρ εἰς ὄφιν σκολιὸν γλῶσ' ἀλλάξαντο.

Nicander in Theriacis.

Ἦειν δ' ὣς ἔτρεψε Δείλων ἐς Νάεσσ' ὄχθη,
Σιδονίῃ Κάδμοιο θεμείλιον Ἁρμονίης τε
Ἔνθα δύω δαπλῆτε νομὸν τείβεσι δράκοντε.

Nonnus Dionysiacon quarto per modum prædictionis.

Κάδμος ἀμειβομένων μελέων ἑλικώδεϊ μορφῇ
Ἀλλοφυὴς ἤμελλε πας' Ἰλλυρίδος σφυρὸν γαίης
Ζωὴν ἔχειν ἰνδαλμα δρακοντείοιο θεσσῶτε.

Et lib. 46.

Ἰλλυείλω δ' ὀπὶ γαῖαν ἐς ἑσπερίη χθόνα πόντε
Ἀχμονίλω λιπόπατρον ὁμόζυγον ἥλικι Κάδμῳ
Ἀμφοτέρους πόμπευεν ἀλήμονας, οἷς χθόνα ἔρπων
Ὥπασε πεζηέσσιν ἔχειν ὁρμώδια μορφῶν.

Statius Theb. 2.

Prima fides operi; Cadmum comitata jacentem
Harmonie, versis in sibila dira querelis,
Illyricos longo sulcavit pectore campos.

Libet hic aliûs de Cadmo fabulæ priori non minus intricatæ rationem aperire. Aiunt ex serpentis dentibus à Cadmo disseminatis ortos fuisse milites magno numero; quibus in mutuam perniciem ruentibus, solum quinque superstites universam Bœotiam imperio subjecisse. Claud. lib. 1. de Laud. Stilic.

Non ego delectu, Tyrii sed vomere Cadmi
Jam subitas acies concepto dente draconis
Exsiluisse reor; Dircæis qualis in arvis
Messis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos strinxit gladios, cum semine jacto
Terrigenæ galeâ matrem nascente ferirent,
Armifer & viridi floreret milite sulcus.

Lucan. lib. 4.

——— *Sic semine Cadmi*
Emicuit Dircæa cohors, ceciditque suorum
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.

Hâc fabulâ nihil ineptius. Hinc *Cadmea victoria*, Κάδμεία νίκη, λέγεται ἀπὸ τῶν κακῶς νικώντων. Οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι Θηβαῖοι νικήσαντες, ὕστερον ὑπὸ τῶν ἐπιγόνων ἡττήθησαν. Οἱ δὲ ὅτι Οἰδίπους τὸ αἴνιγμα λύσας, ἔπαθλον τῆς μητρὸς ἔγημε. Νικᾷ δὲ καὶ ὅτι τῶν ἀλυσιτελῶν, ὅτι Κάδμος ἀνελὼν τὸν τῆς Ἀρείας κρίνου τηροῦντα δράκοντα, ἐθήτευσεν Ἄρεϊ ἐκτὸς ἔτη. Suidas. Idem. Κάδμείαν νίκην ὑποδιδόασι τὸν τῶν ἀλυσιτελῶς νίκης, ἐπεὶ Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης μονομαχήσαντες, ἀμφότεροι ἀπώλοντο. Ἕτεροι δέ φασιν αὐτῷ λέγεσθαι, ὅτι τῶν νικώντων μὲν τοὺς πολεμίους, πλείονας δὲ τῶν οἰκείων ἀπολλυόντων. Sed benè est, quod in illo quicquid est reconditum Phœnicius sermo detegit. Rem paucis explicat Bochartus ὁ αἰνιγμ. Primo, inquit, Cadmus Hebræâ phrasi dicitur fecisse milites, quos conscripserat. Sic 1 Sam. 14. 48. ויעש חיל *& fecit copias*, i. e. conscripsit. At quorsum ex serpentis dentibus? Resp. Phœniciâ linguâ, quæ partim fuit Syra, partim Hebræa שני נחש *dentes serpentis* erant *æreæ Cuspides*, qualibus primus in Græciâ Cadmus milites suos armavit. Is enim repertor æris. Hyginus cap. 274. *Cadmus Agenoris filius æs Thebis primus inventum condidit.* Proinde lapis æruginosus ex quo fit æs *Cadmia* dicitur, Plin. 34. 1. & 10. Jam ut conscripti milites ad numerum quinarium redigerentur, fecit ambiguitas vocis חמש quæ pro soni varietate aut quinque significat, aut eum, qui ad bellum expeditus, & accinctus est. Vide Exod. 13. 18. Ut rem in pauca conferam; De Cadmo verisimile est suâ linguâ Phœnices in hunc modum scripsisse,

עשה חיל חמש אנשים נושקים בשני נחש

quæ verba sic reddita sunt, *Fecit exercitum quinque virorum, armatorum ex dentibus serpentis*, cum reddi debuissent *Conscripsit exercitum expeditum virorum armatorum cuspidibus*, i. e. hastis æreis. Tales enim olim hastæ Græcorum. Ære sc. pro ferro prisci mortales utebantur. Porro idem Cadmus aliud in Græcia sui monumentum ære perennius reliquit, nempe literas, quas à Cadmo se accepisse Græci penè omnes agnoscunt. Herod. lib. 5. Ὅτι δὲ Φοίνικες ἦσαν οἱ σὺν Κάδμῳ ἀφικόμενοι, &c. εἰσήγαγον διδασκάλια εἰς τοὺς Ἕλληνας καὶ δὴ καὶ γράμματα οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι. Zetzodotus de Zenone apud Laertium.

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος
Κεῖνος, ἀφ' ὃ γραπταὶ Ἕλλασ ἔχει σελίδα.

Literas tamen in ipsâ Phœnice natas non crediderim, sed à Syris, vel Assyriis ad Phœnices devenisse. Diod. Sic. lib. 5. Συρεῖς μὲν εὑρεταὶ γραμμάτων εἰσὶ, παρὰ δὲ τούτων Φοίνικες μαθόντες τοῖς Ἕλλησι παραδιδόασιν, ἔνιοι δ' εἰσὶν οἳ μετὰ Κάδμου πλεύσαντες εἰς τὴν Εὐρώπην. Plin. 7. 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse; sed alii apud Ægyptios, alii apud Syros repertas volunt. Utique* (malim *utrique*) *in Græciam intulisse è Phœnice Cadmum.* Josephus contra Apionem, lib. 1. contendit literarum usum apud Græcos Cadmo esse multo recentiorem. Οἱ γοῦν (inquit) ἀρχαιοτάτῳ αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἰληφότες, παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύονται μαθεῖν. Οὐ μὰ, φαμὶ ἔγωγε· ἐκεῖνα τις χρόνῳ δυνατὸ τὶς ἂν δεῖξαι σωζομένῳ ἀναγραφῷ ὅτ' ἐν ἱεροῖς, ὅτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασι. Additque post multam quæstionem tandem constitisse Græcos Trojani belli tempore adhuc ignorasse literas, atque id esse in confesso nullum apud eos extare scriptorem Homero antiquiorem. Nec deesse qui Homerum ipsum asserant poemata sua non scriptis, sed recitantium memoriæ commisisse. Sed pleraque hæc plane falsa sunt. Neque enim in Græciâ deerant inscriptiones, non Homero solum, sed & Trojano bello vetustiores. Talis illa Amphitryonis quam Thebis in Ismenii Apollinis templo literis Cadmeis in tripode incisam se legisse scribit Herodotus.

Ἀμφίτρυών μ' ἀνέθηκεν ἰὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Facta hæc ætate Laii, qui Cadmum habuit proavum. Ibidem legere est duas alias inscriptiones penè ejusdem ævi. Scriptores Græcos quod attinet, quamvis hodiè nullus extet Homero vetustior, tamen olim multi exstiterunt, de quibus vide Bochartum Geogr. pag. 419. Contrario errore Tzetzes probare nititur Græcos habuisse literas etiam ante Cadmum, duplici argumento. Priore, quod oraculo redditum fuit Cadmo.

Φράζεο δὴ τὸν μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε
Ἧς ἐγεράμψῃς, &c.

Altero argumento, quod Bellerophon antiquior Cadmo scripta tabellas de suâ cæde attulit. *Sed utrumque argumentum futilissimum est*, inquit Illustris Scal. ad Euseb. *Nam utrumque gestum fictum est à Poetis.* Potuit vero aliud regeri, nempe prius argumentum prorsus esse ἀνακόλουθον. Oraculum ipsi Cadmo in Græciâ redditum est, ergo literæ tunc temporis erant in usu inter Græcos. Non sequitur. Multi populi ante literarum usum habuere suos vates. In posteriore argumento Tzetzes supponit rem falsissimam, nempe Bellerophontem antiquiorem esse Cadmo. Nam Bellerophontis avus Sisyphus, & Cadmus σύγχρονοι fuere.

Cadmus Milesius historicus, de quo vide Vossium Hist. Gr. lib. 1. cap. 1. Porro Cadmi Milesii duo fuere, quorum uterque historiam reliquit. Prior Pandionis filius, qui origines Mileti, ac totius Ioniæ quatuor libris comprehendit. Alter eo junior fuit qui sexdecim Atticæ historiæ libros condidit, ut auctor est Suidas. Voss. H. Gr. p. 431.

Caduceus, Mercurii virga fuisse dicitur, quâ ille ad dissidia, & discordias tollendas utebatur. (Unde *Caducifer* dictus est) à *cadendo* sic vocata, quod contentiones & bella *cadere* faceret, nam quemadmodum per Fæciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Vide Vossium in *Caduceus*. Cæterum Ægyptii veteres Caduceum in speciem 2 draconum maris & fœminæ figuraverunt, qui parte mediâ sui voluminis, nodo quem Herculeum vocant, sibi alligantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula jungunt. Hanc virgam Apollo dicitur invenisse, & Mercurio donavisse, lyrâ vicissim ab illo acceptâ. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem. Mercurium, hanc virgam manu tenens cum in Arcadiam proficisceretur 2. serpentes pugnantes invenisse, virgâque interpositâ dicto citius prælium diremisse: ad cujus rei memoriam posteri Caduceum 2 draconum similitudine figurarunt, illudque Mercurio, veluti peculiare insigne, attribuerunt, qui illo & animas ab inferis revocare, & somnum quibus volebat immittere credebatur. Virg. Æn. 4.

Tum virgam capit, hâc animas ille evocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos adimitque ———

Horat.

Horat. Carm. 1. 10.

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgaque levem coerces
Aureâ turbam.———

Cæcias, ventus flans inter Aquilonem, & exortum æquinoctialem, nubes occultâ quadam naturæ ratione ad ſe attrahens, non propellens, ut poſt Ariſt. docet Plin. 2. 47. Unde Proverb: *Mala ad ſe trahens, ut Cæcias nubes.* Nomen quod attinet, ita habet Ach. Tatius in Iſagog. Ὥσπερ ἀπὸ τόπων τινῶν φασί τινας λέγειν· οἷς Καικίας ἀπὸ Καϊκοῦ ποταμοῦ πνέοντα. Heſychius, Ὁ Καικίας ἄνεμος ἀπὸ τοῦ Καΐκου ποταμοῦ.

Cæcilia, prænomine Caia, Tarquinii Priſcii uxor, maximi animi mulier, & Ianificii peritiſſima, quæ prius *Tanaquil* dicebatur. Plin. 8. 49.

Cæcilia, gens fuit, de cujus origine variæ fuerunt veterum opiniones. Feſtus. Vide Metellus.

Cæcilius Epirota, libertus Attici Equitis Rom. ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium & alios poetas novos prælegere cœpiſſe. Domit. Marſus:

Epirota tenellorum nutricula vatum. Macrob.

Cæcilius, Africanus in diſciplina juris atque legibus pop. Rom. noſcendis tractandiſque ſcientiâ, uſu, authoritateque illuſtris fuit tempore Gellii, cujus etiam ipſe meminit, dicitque librum ſcripſiſſe de verborum ſignificatione, quæ ad jus civile pertinerent.

Cæcilius Claudius Iſidorus, C. Aſinio Gallo, & Martio Cyrino Conſulibus ad 6. Calend. Feb. Teſtamento ſuo edixit; Quamvis multa civili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſe ſervorum 4116. juga boum 3600. reliqui pecoris 257. millia, in numero pondo 600 millia. Plin. 33. 10.

Cæcilius Calactinus, Judæorum religionis ſectator, Romæ docuit ſub Auguſto uſque ad Adrianum. Scripſit librum contra Phrygas, Dictionarium ex ordine literarum, comparationem Demoſthenis, & Ciceronis, & alia multa. Suidas. Vide omnino Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 178.

Cæcilius Argivus verificator, ſcripſit de piſcibus. Suid.

Cæcilius Statius, poeta Comicus quem Tullius ad Atticum *malum Latinitatis authorem* vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus & Ennii contubernalis. Deceſſit uno anno poſt Ennium, ſepultus in Janiculo. Euſeb. Horat. Ep. ad Aug.

Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Quintilianus 10. 1.

Licet Cæcilium veteres laudibus ferant.

Cæculus, Vulcani filius habitus fuit, cujus mater cum igni aſſideret, ſcintilla in gremium ejus delata eſt, ex quâ illa ſe gravidam factam credi voluit, expletiſque legitimis menſibus puerum peperit, quem, quòd minores haberet oculorum orbes, *Cæculum* appellavit, à quo *Cæcilios* ortos putant, quorum familia Romæ nobiliſſima fuit. Hic poſtea adultus, cum aliquot annos incertis ſedibus vagatus eſſet, rapto ſe alens, & latrociniis, tandem Præneſte condidit, cumque vicinos populos ad ludorum ſpectacula convocaſſet, monere eos cœpit, ut relictis ſedibus ſuis novam urbem ſecum incolerent, neque ſuum, qui Vulcani filius eſſet, imperium aſpernarentur. Quod cum illis perſuadere non poſſet, Vulcanum dicitur invocaſſe, ut ſi revera ipſius eſſet filius, id ſigno aliquo declararet. Quo facto flammam protinus illuxiſſe aiunt, quæ univerſum illum cœtum circumſepit, tantamque omnibus religionem incuſſit, ut non ægre in Cæculi ſententiam tranſirent. Alii tradunt Cæculum recens natum à paſtoribus in igne inventum eſſe nullâ ſui parte à flammis violatum, indeque factum eſſe, ut Vulcani filius crederetur. Virg. Æn. 7.

Nec Præneſtinæ fundator defuit urbis;
Vulcano genitum, pecora inter inertia regem
Inventumque focis, omnis quæ credidit ætas
Cæculus.———

Cæleſtis, nomen Deæ cultæ ab Afris. Tertul. in Apologet. *Unicuique provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Dyſares, ut Norici* (Pithœus legit Armorici) *Belenus, ut Africæ Cæleſtis*, &c. Philaſtrius Brixienſis in Catalogo hæreſ. *Alia*, inquit, *hæreſis in Judæis, quæ Reginam, quam & Fortunam cœli nuncupant, quam & Cæleſtem vocant in Africâ.*

Cælius, Orator, acri turbulentoque ingenio, Ciceronis diſcipulus, deceſſit admodum juvenis, quem Quintilianus dignum longiore vitâ, & meliore mente dixit. Ab Atratino quodam accuſatus, quod cum Catilinâ conſpiraſſet in perniciem reipublicæ, quodque aurum à Clodiâ Clodii ſorore extorſiſſet, eique venenum propinaſſet, defenſus eſt à Cicerone. Vide Orat. pro Marco Cælio. De hoc Sen. l. 3. de Ira. *Cælium*, oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat; cum quo, ut aiunt, cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: Sed difficile erat illi in crapulam conjecto (Lipſius legit *copulam*) rixam ejus cum quo edebat effugere. Optimum judicavit quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Cælius aſſentientem, ſed exclamavit, Dic aliquid contra, ut duo ſimus.

Cælius, Tarracinæ ſplendido loco natus, cum in cubiculo quieſcens, in lecticulo peremptus eſſet, ejus cædis, quoniam nulli eſſent alii ad quos ſuſpicio pervenire poſſet, Cælii duo filii cauſam dixere: poſtquam vero conſtitit eos dormiviſſe, aperto oſtio abſoluti ſunt, quoniam in tanto facinore veriſimile non fuiſſet, eos quietem capere potuiſſe. Val. Max. lib. 8. ubi in editt. quibuſdam *Clodius* vocatur.

Cælius Tubero, vitâ functus & in rogum miſſus revixit. Plin. 7. 52.

Cælius Vibenus, Tuſcorum rex, Romulum contra Cæninenſes & Antennates, Cruſtumenoſque juvit. Dionyſius lib. 2. Hinc *Cælius mons*, quem Tullus Hoſtilius urbi addidit, ibique ipſe habitavit, quo frequentius habitaretur. Liv. lib. 1.

Cæmaro Καμμάρων, res Indicas tractavit, quarum 10. citat. Plut. de Flum.

Cænis, Theſſalica puella, quæ à Neptuno per vim compreſſa, ab eo muneris loco impetravit, ut in virum transformaretur, nulliſque unquam vulneribus poſſet fauciari. Mutato itaque ſexu etiam nomen mutavit, *Cæneus* dictus. Hic cum Lapithis pugnans adverſus Centauros, cum nullo lethi genere poſſet violari, congeſtâ in eum magnâ arborum mole, vivus obrutus eſt, & in avem tranſmutatus. Ovid. Met.

Maxime vir quondam, ſed avis nunc unica———

Quanquam Virgilius à morte non in avem transformatum velit, ſed in muliebrem rediiſſe ſexum. Sic enim habet. Æn. 6.

It comes & juvenis quondam nunc fœmina Cæneus,
Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.

Cæſar. De hujus nominis origine ſunt opiniones eruditorum variæ. Nonnulli enim à *cæſo* elephanto deducunt, quem Pœni, quorum lingua ex Syriacâ fluxit, nominant *cæſam*, hoc eſt, כשידא Spartianus quoque & Servius dicunt vocatum primum hoc nomine C. Julii Cæſaris avum, qui in Africâ elephantem interfecit, *Cæſarem* linguâ Punicâ appellatam. Quibus aſſentitur Conſtantinus Manaſſes pag. 71. Καίσαρες δὲ ἐλέφαντες τῇ Φοινίκων γλώττῃ. Nonnulli à *cæſarie*, cum quâ primus in Juliorum familiâ in lucem prodiit Jul. Cæſar. Veriſimilior eorum ſententia, qui id nominis primum illi inditum exiſtimant, qui matris utero erat exciſus, etiamſi Feſtus Pompeius tales potius *Cæſones* appellandos exiſtimet. Multi hanc in ſententiam eunt. Suidas imprimis qui inquit in Julio Καίσαρ, ὅτως ὀνομάζονται οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἀπὸ Ἰουλίου τοῦ μὲ γεννηθέντος. Vide Fungerum in *Cæſar*, & Voſſium in *Cæſones*.

C. Julius Cæſar, primus Romanorum Imperator, qui omnem Galliam, quæ ſaltu Pyrenæo, Alpibuſque & monte Gebenna, fluminibuſque Rhodano & Rheno continetur, novem annis in provinciæ formam redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus, maximis cladibus affecit. Aggreſſus eſt & Britannos, ignotos antea, ſuperatiſque pecunias & obſides imperavit. Velleius Paterculus quidem *bis penetratam à Cæſare Britanniam*, refert. Haud equidem credo, aliam enim fabulam narrat Lucanus.

Territa quæſitis oſtendit terga Britannis.

Tacitus quoque Hiſtoricus graviſſimus ait Cæſarem *Britanniam tantum oſtendiſſe, non tradidiſſe Romanis.* Et ſane adeo parum in expeditione iſta profecit ut Britannos vel *intactos*, vel ſaltem *invictos* reliquerit. Horat. Epod. Od. 7.

Intactus aut Britannus, ut deſcendet
Sacrâ catenatus viâ.

Prop. *Te manet invictus Romano Marte Britannus.*

Verè itaque Seneca ſeu quiſquis eſt qui Octaviam ſcripſit, de Claudio Imp.

——*Cuique Britanni*
Terga dedere, ducibus noſtris
Ante ignoti, juriſque ſui.

Et iterum. *En qui oræ Tameſis poſuit jugum.*

Deinde cum obtinere non potuiſſet, ut ſui abſentis in Conſularibus comitiis ratio haberetur, arma in patriam convertit; nemineque repugnante Galliam Ciſalpinam, Picenum, Umbriam, & Hetruriam occupavit, Pompeiumque Italiâ expulit. Poſt hæc in Hiſpaniam progreſſus validiſſimas Pompeii copias, quæ ſub tribus legatis, Petreio, Afranio, & Varrone erant, ſuperavit. Pompeium funeſtiſſimo in campis Pharſalicis prælio vicit. Ptolemæum in Ægypto ſubegit. In Africâ devicit Scipionem & Jubam, in Hiſpaniâ Pompeii liberos. Triumphavit quinquies, primùm de Galliâ, poſtea de Alexandriâ, deinde de Ponto, de Africâ & de Hiſpaniâ. Liberaliſſimus fuit omnium, & quidem poſt hos triumphos. Eum ſcribere, & legere ſimul, dictare & audire ſolitum accepimus, inquit Plin. 7. 15. Periit in Senatu à Bruto, Caſſio, & reliquis conjuratis 23. vulneribus confoſſus, infinitis propemodum portentis mortem ejus ante denunciantibus, quorum bonam partem

enumerant Virgilius & Ovidius: quorum primus Georg. lib. 1. hæc habet.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput obscurâ nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt secula noctem.
Tempore quanquam illo tellus quoque & æquora ponti,
Obscœnique canes, importunæque volucres
Signa dabant. Quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit: insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudesque locutæ,
Infandum, sistunt amnes, terræque dehiscunt,
Et mœstum illacrymat templis ebur, æraque sudant.
Proluit insano contorquens vortice sylvas
Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessavit, & altè
Per noctem resonare, lupis ululantibus, urbes.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ.

Ovid. Met. lib. ult.

Signa tamen luctûs dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo
Præmonuisse nefas. Phœbi quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces visæ mediis ardere sub astris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cærulus & vultum ferrugine Lucifer æra
Sparsus erat: sparsi Lunares sanguine currus:
Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo;
Mille locis lacrymavit ebur: cantusque feruntur
Auditi, sanctis & verba minacia lucis.
Victima nulla litat: magnosque instare tumultus
Fibra monet; cæsumque caput reperitur in extis;
Inque foro, circumque domos, ac templa Deorum
Nocturnos ululasse canes; umbrasque silentum
Erravisse ferunt: motamque tremoribus urbem.

Percussorum autem ferè neque triennio quisquam amplius supervixit, neque suâ morte defunctus est. Damnati omnes alius alio casu perierunt, pars naufragio, pars prælio; nonnulli semetipsos eodem pugione, quo percusserant Cæsarem, interemerunt. Sueton. Id vero mortis genus, inexpectatum scilicet optimum semper Cæsar habuerat: & amicis quidem inter cœnandum rogantibus, quænam optima esset mors, responderat, ἀιφνιδιωτάτη. In laudem ejus maximè conducit, quod de eo referant Seneca & Plinius. Hic lib. 2. de Irâ: *Fecit hoc & C. Cæsar*, ille qui victoriâ Civili clementissimè usus est. Cum scrinia deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum ab iis, qui videbantur aut in adversis, aut in neutris, fuisse partibus, combussit. Quamvis enim moderatè soleret irasci, maluit tamen non posse. Gratissimum putavit genus veniæ, nescire quid quisque peccasset. Ille lib. 7. Nat. Hist. *Illa fuit vera & incomparabilis* invicti animi sublimitas, captis apud Pharsalum Pompeii M. scriniis epistolarum, iterumque Thapsum Scipionis, ea optimâ concremasse fide, atque non legisse. Optimus Orator fuisse perhibetur Corn. Nepos apud Sueton. *Quid? oratorum* quem Cæsari antepones eorum qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut auctior, aut crebrior? *quis verbis aut ornatior, aut elegantior?* Idem habet Cic. ad Brutum, Oratores enim enumerans, negat se videre, cui Cæsar debeat cedere. Et Atticus ibidem judicabat, illum omnium fere Oratorum Latine loqui elegantissime. Vide Auctorem in Dialogo de Oratore. Vitam ejus & res gestas pete ex Tranquillo & Plutarcho. De scriptis ejus nos alibi agemus.

Cæsar, Dictatoris pater, Pisis dum calcearetur repente interiit.

Cæsar Octavianus, 2 Rom. Imp. Vide *Augustus*.

C. Cæsar, poeta Tragicus & Orator, de quo sic Tullius in Bruto. *C. Cæsar. L. F. & superioribus & æqualibus omnibus præstitit, oratorque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior. Sunt ejus aliquot orationes, in quibus sicut ex ejusdem Tragœdiis lenitas ejus sine nervis perspici potest.*

L. Cæsar, Caii Oratoris frater, & Consul & Prætor fuit, ambo Syllam secuti, jussu Marii interfecti sunt.

L. Cæsar, M. Antonii Triumviri avunculus, Pompeianarum partium, missus ab utraque parte quandoque orator de pace; postremo inter proscriptos ab Octavio interfectus fuit, cujus loco obtinuit M. Antonius, ut Cicero Octavii amicus proscriberetur.

Cæsar Vopiscus, cum causam apud Censores ageret, campos Roseæ Italiæ dixit esse fumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam. Varro de R. R. 1. 7. Item totidem verbis habet Plinius 17. 4. Virg. Georg. 2.

Cæsius Bassus, poeta Lyricus, qui in suis prædiis, ardente Vesuvio, cum villâ conflagravit.

Cæsonia, Caligulæ Imperatoris uxor, cujus collum quoties exoscularetur maritus addebat; *Tam bona cervix simul ac jussero, demetur.* Quin subinde jactabat; *exquisiturum se semel fidiculis, cur eam tantopere diligeret.* Mox dato hippomane, eum in furorem vertit. Juvenal. Sat. 6.

——Tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, ut avunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit.——

Persius Sat. 5. *Essedaque ingentesque locat Cæsonia Rhenos.*

Cæstius, Homo erat nasutissimus, sed nullius ingenii, & Ciceroni etiam infestus, quod illi non impunè cessit. Nam cum M. Tullius Ciceronis filius Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter urbanitatem, cœnabat apud eum Cæstius. M. Tullio & natura memoriam dempserat, & ebrietas, si quid ex eâ supererat, subducebat, subinde interrogabat, qui ille vocaretur qui in imo recumberet: & cum pluries subjectum nomen Cæstii excidisset, novissimè servus, ut aliquâ notâ memoriam ejus faceret certiorem, interroganti domino, quis ille esset, qui in imo recumberet, ait, *Hic est Cæstius ille qui patrem tuum negabat scire literas*; Afferri protinus flagra jussit Marcus, cui, ut oportuit, de corio Cæstii satisfactum fuit. Rhod. 14. 7.

Cain, i. e. *possessio*, vel *possessus*. Adæ filius, Gen. 4. Hesychius, Καὶν, κτῆσις. Vide Josephum Ant. 1. 3. & Suidam in voce *Cain*. Cedrenus *Cain*, *invidiam* exponit. Malè siquidem קנאה est *invidia*, unde קנא non autem קין. Lud. de Dieu vertit *lamentationem*, sive *lamentatorem*, à formâ קין unde קינה *lamentatio* Ezek. 1. 10. Idem *Cedrenus*: Ὁ δὲ Καὶν πρῶτος ἔργον οὗτος, καὶ μὴ τὴν κατάκλισιν ἔρημος καὶ πλανώμενος ἐγίνετο, μήτε καὶ σῶμα, καὶ ὅρος γῆς πρῶτος ὠκοδόμησας, καὶ πολὺ ἀκμῆς εἰς ἓν σωμαχῶν, ἐν πολέμοις ἀχρεῖος ἐδίδασκεν. Οὗτος ὁ Καὶν, ὡς ἡ Ἑβραϊκὴ Μωσίως Γένεσις φησὶν, ἡ οἰκίας πεύσης ἐπ' αὐτὸν ἐπλάτυνε. Λίθοις γὰρ ἀδελφὸν ἀπέκτεινε, καὶ λίθοις ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἀπεκτάνθη.

Cainan, i. e. *possessor* vel *emptor*, aut *lamentator*, vel *nidus*, filius Enos, Gen. 5. Hic magnus Rex fuisse perhibetur, cujus sepulcrum Alexandro M. in Indiâ monstratum esse docet. Juchasin fol. 66. Lud. de Dieu.

Cainan δεύτερος, à B. Lucâ inter Arphaxad & Sala insertus cap. 3. vers. 36. ac si Sala non fuerat Arphaxadi filius, sed nepos ex Cainan. Sunt qui Evangelistam hic sequi volunt 79. Interpp. apud quos idem legas. Putant igitur eum in re non magni momenti, quæque ad fidem nihil pertinet piâ συγγνώμῃ maluisse errantes sequi, quam intempestivo dissensu scrupulum injicere, aut etiam Evangelii sui αὐθεντίαν in discrimen adducere apud infirmos vel pertinaces, quibus persuasum erat hos Interpretes fuisse ἀναμφίλεκτους. Cæterum de hâc re vide Boch. Phaleg. l. 2. c. 13. Is. Voss. Castig. in G. Hom. p. 318. & Gregorii Posthuma.

Caius, prænomen fuit apud Romanos; sed veteres *Gaius* dicebant, qui multum delectati fuerunt literâ G. ut auctor libelli de Nominibus, qui Val. Maximo tribuitur, & qui cum eo edi consuevit, observat, & nomen *Gaii*, seu *Caii*, à gaudio parentum factum scribit, nimirum ἀπὸ τῆ γαίειν à *gaudendo*. At Jul. Scaliger *Cajum* ab antiquitate dictum censet ἀπὸ τῆς γῆς à *terrâ* scilicet. Utrumque autem dicebatur *Caius*, & *Caia*: Ita ut C. rectum *Caium*, C. inversum *Caiam* fœminam notaret. Quintilianus lib. 1. cap. 7. *Caius C. litera notatur*, quæ *inversa Ↄ. mulierem declarat: quia eum* Caias *esse vocitatas, quam* Caios, *etiam ex nuptialibus sacris apparet.* Quod de *nuptialibus sacris* dicit, Plut. explicat in Qu. Romanis. *Cur sponsam*, inquit, *introducentes dicere, jubent*, UBI TU CAIUS, EGO *CAIA?* An quia hâc conditione pactâ intrat, ut particeps rerum omnium, & gubernandæ familiæ sit? Itaque hæc verba id significant, UBI TU DOMINUS ERIS ET PATERFAMILIAS, EGO DOMINA ERO ET MATERFAMILIAS. Dicitur autem & *Cajus* & *Caius*. Mart. lib. 9.

Cajus à primâ tremebundus luce salutat.

Idem lib. 2. Vocativum extulit.

Quòd peto da Cai, non peto consilium.

Ausonius. *Quis tu? Cajus ait*, Hinc adjectivum *Cajanus*. Stat. Sylv. 4. 9.

Emptum plus minus asse Cajano.

De quo vide sis Turneb. Advers. lib. 20. cap. 32.

Calaber, Jovis filius, frater Tænari & Cærelti. Steph.

Q. Calaber, lib. 14. scripsit τὰ μὴ Ὁμήρου, sive Παραλειπόμενα: quomodo inscripsit, quia Homerus historiam de

Ilio

Ilio non abſolvit. Vulgo ſolent *Calabrum* vocare, quia eum Beſſarion, Nicææ Cardinalis, extra Hydruntem, marit. Calabriæ op. in pervetuſtâ æde B. Nicolai reperit. Atque hoc etiam in Græcâ Conſtantini Laſcaris Grammaticâ legere eſt. Nunc veriſimilius *Smyrnæum* nominant, quia ipſe lib. ult. dicat ſe θεκλώτιος, ſive illuſtribus Muſarum ovibus Smyrnæ paſcendis operam dediſſe. Ex quo ſi de patriâ haud certo colligitur, ſaltem videmus Scholam non infrequentem habuiſſe Smyrnæ. At nullo nititur fundamento quod eum Ptolemæus Flavius Romanum putavit. Voſſius. Elegans admodum author eſt, Coluthi, Tryphiodori, & Muſæi non multum abſimilis, dignus certe, qui omnium manibus teratur; Et ut Homerum in argumento ſequitur, ita in Lectione eundem comitari debeat.

Calais, Boreæ ex Orithyiâ filius alatus qui unà cum Zethe fratre ſimiliter alato cum Argonautis Colchos profectus eſt. Quâ in expeditione cum à Phineo rege humaniter eſſent accepti, Harpyias, quæ epulas ejus fœdabant, perſequi conſtituerunt: quas cum & alarum auxilio, & ſagittandi peritia in Plotas uſque inſulas fugaſſent, ab Iſide admoniti ſunt, ne Jovis canes ulterius proſequerentur. Inde itaque retrorſum reverſi, duas illas inſulas in quibus Harpyias reliquerunt, à converſione ſuâ *Strophadas* appellarunt, cum antea *Plotæ* dicerentur. Poſtremò ab Hercule occiſi dicuntur, & in ventos commutati, qui caniculæ exortum dies fere octo præveniunt, unde & πρόδρομοι, i. e. *Præcurſores* appellantur. De his Ovid. Met. 6.

Barbaque dum rutilis aberat ſubvexa capillis
Implumes Calaiſque puer, Zetheſque fuerunt.

Propert. 1. 19. De Hylâ puero.

Hunc duo ſectati fratres Aquilonia proles
Hunc ſuper & Zethes, hunc ſuper & Calais.

Item nomen pueri, Horat. Carm. 3. 9.

Me torret face mutuâ
Thurini Calais filius Ornithi.

Calamis, cælator egregius. Prop. 3. 8.

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna,
Exactis Calamis ſe mihi jactat equus.

Ovidius *Calaim* vocat ut vulgo legitur. Pont. 4. 1.

Vendicet ut Calais laudem quos fecit equorum.

Sed legendum *Calamis*. Vide Plin. 34. 7. Et Quint. 12. 10.

Calanus, philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui ſecutus Alexandrum M. extra Indiæ fines, cùm apud Paſagardas ægrotare cœpiſſet, factâ pyrâ, & aureâ lecticâ ſuperimpoſita, in eâ cubans combuſtus eſt, ſtramentis opertus. Fertur, cum Alexander M. rogaret eum ſi quid vellet, dixiſſe, *Propediem Te videbo.* Quod etiam contigit, nam in Babylone paucis poſt diebus Alexander mortuus eſt. Arrianus. *Indæ*, inquit Suidas, *quemque ſapientem Calanon vocant.* Cæterum de hujus diſputatione & interitu plura vide apud Strab. lib. 15.

Calatianus vel *Callatianus* vetus hiſtoricus memoratur Dionyſ. Hal. lib. περὶ συνθέσ. ὀνομάτων.

Calchas, antis, Græcus augur, Theſtoris filius (à quo Theſtorides à Poetis vocatur) qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus eſt: & quoniam divinandi arte plurimum præſtabat, ejus conſilio multa geſta ſunt. Nam eum in Auliſide Græcorum claſſis adverſis ventis detineretur, Agamemnonem docuit, quâ ratione Dianæ ira placari poſſet, & ex ſerpentis augurio, qui in arborem ſurrepens, decem paſſeris pullos unà cum matre devorarat, decimo demum anno Ilium captum iri oſtendit. Exortâque deinde ad Trojam peſtilentiâ, viam monſtravit, quâ Apollinis ira poſſet mitigari. Quapropter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat, adeo ut ejus præſidio plerumque defenderetur, præcipue vero cùm cenſuit Chryſeidem patri reddendam eſſe. Tum enim Agamemnon non ſolum in vatem, ſed etiam in ipſum Achillem infenſus ferebatur. Dirutâ autem Trojâ reverſus cum Amphilocho Amphiarai filio, terreſtri itinere Colophonem (quæ urbs eſt Ioniæ) cum in luco Apollinis Clarii extra urbem apud Samum in Mopſum præſtantiſſimum augurem incidiſſet, artis peritiâ ab illo ſuperatus, dolore contabuit, quod propoſitâ ſibi à Mopſo caprifico (ut refert Heſiodus) aut (ut Pherecydes mavult) ſue gravidâ, conjicere non potuiſſet, quot in illâ ficus eſſent, quotve hæc utero ſuculas gereret: quos tamen Mopſus ſine ullo errore divinavit. Sil. lib. 13.

Sed Calchas Danais niſi clauſum è ſedibus arcis
Armiſonæ curent ſimulacrum evellere Divæ
Non unquam affirmat Therapnæis Ilion armis
Ceſſurum, aut Ledæ rediturum nomen Amyclis:
Quippe Deis viſum, ne cui perrumpere detur
Effigies ea quas unquam poſſederit urbes.

Calenus, vates quondam in Hetruriâ celeberrimus. De quo hunc in modum ſcripſit Plin. lib. 28. cap. 2. *Cum in Tarpeio, inquit, fodientes* (videlicet Romani) *delubro fundamenta, caput humanum inveniſſent, miſſis ob id à Senatu legatis, Hetruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus, præclarum id fortunatumque cernens, interrogatione in ſuam gentem transferre tentavit, ſcipione prius determinatâ templi imagine, in ſolo ante ſe; Hoc ergo dicitis Romani? Hic templum Jovis Opt. Max. futurum eſt: hic caput invenimus; conſtantiſſimâ Annalium affirmatione, tranſiturum fuiſſe fatum in Hetruriam, ni prænoniti à filio vatis legati Romani reſpondiſſent: Non planè hic, ſed Romæ inventum caput dicimus.*

Caligula, Caius Imp. dictus à *caligis*, quas margaritis refertas primus portavit. Auſon. vel potius à *caligâ* militari, quâ frequenter in exercitu utebatur ad conciliandos ſibi militum animos. Id enim militibus gratiſſimum fore credebat, ſi Imperatorem veſtibus nihil à gregario milite differre videret. Peſſimus omnium priorum Imperatorum fuit; μοιχεύτατον vocat Cedrenus. Ob crudelitatem tamen maximè famoſus. Sueto nius in ejus Vit. cap. 27. *Parentes* ſupplicio filiorum intereſſe cogebat. Quorum uni valetudinem excuſanti Lecticam miſit; alium è ſpectaculo pœnæ epulis ſtatim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. Sen. lib. 2. de Irâ. C. Cæſar Paſtoris ſplendidi equitis Rom. filium cum in cuſtodiâ habuiſſet, munditiis ejus & cultioribus capillis offenſus, rogante patre, ut ſalutem ſibi filii concederet, quaſi de ſupplicio ejus admonitus, duci protinus juſſit. Ne tamen omnia inhumanè faceret adverſum Patrem, ad cœnam invitavit eo die. Venit Paſtor, nihil vultu exprobrante. Propinavit illi Cæſar heminam; & poſuit illi cuſtodem. Perduravit miſer, non aliter quàm ſi filii ſanguinem biberet. Unguentum & coronas miſit, & obſervare juſſit an ſumeret. Sumpſit eo die, quo filium extulerat imò quo non extulerat, &c. Quæris quare? habebat alterum. Grotius per ἄνδρωπον ἀμαρτίας 2 Theſſ. 2: Caium Caligulam intelligi affirmat. Sane Suetonius de eo: Hactenus quaſi de principe: reliqua ut de monſtro narranda ſunt. Memorat idem dictum ejus factis congruens: Memento mihi omnia & in omnes licere. Impietatem ejus quod ſpectat, plurima Dion habet, multa quoque Suetonius. Sen. quoque circa finem lib. 1. de Irâ, dicta ejus terribilia & tumultuoſa commemorans ait. *Ad pugnam* vocavit Jovem & quidem ſine miſſione. Homericum exclamans verſum: ἢ μ' ἀνδάγε ἢ ἐγώ σε. Parum autem fuit in Deos Fictitios inſævire, in Deum verum quoque ſceleratiſſimus omnium auſus eſt inſurgere. Juſſit enim magnis additis pœnis, juſſumque repetiit ἐᾶν ἀνδριάντα ἐν τῷ ναῷ τῷ θεῷ poni ſibi ſtatuam in templo Dei, ait Joſephus. Philo autem ἀνδριάντα κολοσσιαῖον εἰσαπέμπειν τῷ ἀδύτῳ ἀναστῆσαι τοῦ θεσπίτου. Διὸς ὀλύμπιον ἀνδριάντα. Deinde mox ἀναστῆσαι πόλιν χαλδίαν τὸ ἀνδριάντα ἐν τῷ ἱερῷ. Hieron. in Chron. Euſebiano. *Caius* Petronio profecto Syriæ præcepit ut in Hieroſolymis Statuam ſuam ſub nomine Jovis Opt. Max. poneret. Oroſius. Antiquum illud in Hieroſolymis ſacrarium profanari, ſacrificiis gentilium, ac replere ſtatuis, ſimulachriſque imperavit, ſeque ibi ut Deum coli voluit. Ἤξίου γὰρ ἄνδρωπον νομίζεσθαι *voluit major homine credi*, ait Dio, Philo denique, ὡς ἔτι ἠξίου μένειν ἐν τοῖς τὸ ἀνθρωπίνης φύσεως ὄχθοις, ἀλλ' ὑπερκύπτειν καὶ δίζειν θεὸς νομίζεσθαι.

Callias, Syracuſanus hiſtoricus, de rebus Siculis libros complures reliquit. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. 1. 11.

Callias, Athenienſis Comicus filius Lyſimachi, qui *Schœnion* cognominatus eſt, quod funes ob paupertatem torqueret.

Callias, *Laccoplutus* cognominatus, dux Athenienſium nobilis, contra Artaxerxem miſſus. Suidas.

Callias, Methymnæus Grammaticus, quem Strabo lib. 13. dicit Alcæum, Sapphoque poetas enarraſſe. Cui Mitylenæus dicitur, & inter illuſtres Lesbios refertur.

Callicrates, artifex ex ebore formicas, & alia tam parva animalia fecit, ut partes earum cerni non poſſent. Plin. & Ælian. Var. Hiſt. 1. 17.

Callicrates, ἀνὴρ Ἀχαιὸς, quomodo perfidiâ ſuâ Achæos omnes Romanis parere coegit, docet Pauſanias lib. 7. Itemque quomodo à Menalcide perfidiâ ſuperatus fuit, idem demonſtrat ubi ſupra.

Callicrates, Tyrius, Aureliani tempore, & paulò poſt vixit, qui vitam Imperatoris hujus in literas retulit. Vopiſcus in Aurel.

Callidemus, an hiſtoricus fuit, haud ſatis compertum habemus. Plin. lib. 4. cap. 12. & Solin. cap. 17. hoc teſte aſtruunt Euboeam prius Chalcidem eſſe vocatam; ære ibi prius reperto. Voſſius.

Callimachus, hiſtoricus & poeta Batti & Meſalmæ filius, diſcipulus Hermocratis Jaſenſis Grammatici, vixit apud Ptol. Philadelphum uſque ad Evergetem Bibliothecæ Regiæ præfectus. Scripſit plurima, inter cætera opus de origine & cauſis Sacrorum, quæ Ἄρκα inſcripſit. Martialis ad Mamurram lib. 10.

Si non vis Mamurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire legas Ætia Callimachi.

Conscripsit etiam in adversarium poema acerbissimum, quem ficto nomine Ibin appellavit. Edidit & hymnos, qui hodieque extant. Item carmen de Berenices comâ quod Catullus transtulit. Vide Vossium de Hist. Gr. l. 15. & Jonsium de Script. Hist. Phil. lib. 2. cap. 5. Fuit etiam *Callimachus* junior poeta ἱπποτὸς, ex superioris sorore natus. Stasenoris, & Megatimæ, quæ Callimachi soror erat, filius, ut est apud Suidam. Sed hujus non ita magnum nomen fuit.

Callimachus, sculptor πηξίπυγος nominari voluit, quasi artis interpellator, & qui eam in tenuiorem, exquisitioremque disciplinam reduxit, πήγνυ enim *liquefacere*, *conflareque* significat. Nam ipse primus lapidem perforavit, minutatimque tractavit. Pausan. & Plin. 34. 8. κεκυρτωμένους legunt. At Vitruvius 4. 1. κεκαττυγωμένους dicitur.

Callimachus, Atheniensis dux præstantissimus, prælio cum hostibus Persis commisso, quamplurimis hastilibus cùm transfossus esset, & animam efflasset, rectus stetit. Plur. in Paral.

Phil. *Callimachus* Experiens Florentinus, historicus, de quo Voss. Hist. Lat. p. 619.

Callinicus, Sophista Syrius, vel Arabs, profitebatur Athenis, scripsit de cacozeliâ, de Rhetoricâ ad Cleopatram, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam, Suid. Viguit tempore Anton. Pii Imperatoris. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 2. cap. 13. & Jonsium de Script. Hist. Phil. lib. 3. cap. 14.

Callinus, primus orator, & inventor Elegiaci carminis, teste Terentiano.

Calliope, una Musarum, Orphei mater, quæ Heroico carmini præesse existimatur, à vocis suavitate nomen habens, καλὸς enim *bonus* est & ὄψ, *vox*. Virg. in Epigr.

Carmina Calliope libris Heroica mandat.

Quanquam Scal. Ausonio carmen istud attribuit. Cæs. Bassus lib. 2. Lyricorum:

Calliope princeps sapienti psalleret ore.

Horatius quoque l. 3. O. 4. *Regina Calliope* dixit. Oppian. 1 Venat.

Τὴν μὲ Καλλιόπη κλείπει.

Homeri Enarrator in 1 Iliad. Οὐ σεσήμανκε δὲ ὄνομα Μούσης, πόσους διὰ τὸ μιᾶς καλῶν, λέγει δὲ τὴν Καλλιόπην. Philostratus in Heroicis de Poetis loquens, ait: Τῶν Καλλιόπην παρεπυγχάνειν αἰτήμασι τῷ λόγῳ. Effertur & *Calliopea*. Virg. 4. Eclog.

Orphei Calliopea, Lini formosus Apollo.

Ovid. 5. Fast. *Prima sui cæpit Calliopea chori.*

Callipatira, mulier quædam fuit, quæ quum capitale esse, fœminis sciret, Olympicorum tempore Alpheum amnem transisse, mutatis vestibus gymnastico fefellit habitu. Sed cum id postea rescitum esset, ignotum quidem est Callipatiræ, quod patrem, & fratres habuisset Olympionicos. Lata vero in reliquum lex est, uti in certamen nudi prodirent gymnastæ, Paus. Rhod. 14. 14.

Calliphon, Callimachus.

Μὴ σύγε Θέσπιες κώμας χάρεσ Καλλιφῶντος.

Hunc non *Calliphonta*, sed *Cilliconta* nominant Aristophanes, & Eust. Ejus historia hæc est; Priemensibus, vel, ut Hesychius, Regis Ducibus Miletum inf. prodidit Calliphon. Paulò post hanc insulæ traditionem Theagenes quidam divertit Samum, ibique carnes cœpit vendere; ab eo empturus Calliphon, cum indicaret quâ parte scindi sibi vellet, manum extendit, quam ille sublato cultro, abscidit, addiditque

Nunquam tu manu istâ aliam Urbem trades.

Hinc vulgo proditores Calliphontas vocabant.

Callipidas Historicus Græcus memoratur Strab. lib. 12.

Callipides, Græcus tragædorum histrio, qui in eâ re sibi placebat plurimum. Unde cum Agesilao regi occurrisset, arrogantius eum salutavit, subinde illi se ostentans, & inter astantes sese intrudens; arbitratus fore ut à rege comiter excideretur. At is cum gravioribus intenderet, ac ne Callipidem respectaret, *Non admodum*, inquit, *nosse ne videris O Rex, nec, qui sim, inaudivisse*. Respondens Agesilaus. *Annon*, inquit, *es Callipides mimus?*

Callipides, historicus Straboni memoratur in 12. jungiturque Hellanico, Herodoto, & Eudoxo, quos φλυαρίας arguit.

Callippus, Corinthius, historiam scripsit de Orchomeniorum rebus. Pausan. in Bœoticis.

Callipus, Athenienſis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis quod tyrannidem post Dionysium aggrederetur, & Dionem patriæ liberatorem per proditionem interfecisset. Plut. in Dion.

Callirrhoe, Phoci Bœotii filia, quæ corporis formâ, & pudicitiæ gloriâ, inter æquales suas & socias, facilè sibi primas vendicavit. Hanc 30 numero ex universâ Bœotiâ genere & opibus primarii juvenes summo quisque studio in uxorem expetisse dicuntur. Cæterùm pater alias semper ex aliis moras complicans & connectens, ac diem de die trahens illorum vota procrastinando consulto frustrare videbatur; quamobrem proci, conspiratione conflatâ, Phocum interfecerunt. Hac re palam facta Callirrhoe clam aufugiens, tamdiu delituisse fertur, quoad celebre per universam Bœotiam adveniret festum quod Παμβοιώτιον illi vocant. Hanc illa celebritatis occasionem nacta observato tempore supplex in Palladis aræ consedisse dicitur, palamque de procis conquesta suis, illorum scelus, nefandamque sui parentis cædem indicavit, nominaque singulorum maximo recensuit ejulatu. Bœotii autem quotquot ad celebre spectaculum aderant, rei ipsius indignitate permoti, cædis patratores, & conscios, ut ab illis meritas exigerent pœnas, diligentius inquirere cœperunt. Hâc illi re perceptâ, ocyus omnes dilapsi, ad Hippotas, quod oppidum medio Thebarum Coroneæque interstitio erat, celeri fuga perveniſſe dicuntur. Postulantibus autem illos posteà Bœotiis, & ut sibi dederentur summo studio contendentibus, cum opidani obaudirent, eosque reddere nollent, comparato ex singulis civitatibus delectorum exercitu illorum fines hostiliter sunt ingressi, oppidumque vi captum funditus everterunt. Procos quidem illos in potestatem redactos, maximâ extructâ pyrâ simul omnes in ignem conjectos combusserunt. Leonicerus Tom. lib. 2. cap. 9. ex Plutarcho.

Callisthenes, philosophus Olynthius, Alexandro M. familiaris ex condiscipliniatu, accitusque ab ipso rege ad prodenda memoriæ gesta ejus Asiatica. Huic nocuit immodica libertas, gravitasque regi invisa. Nunquam enim assentantium accommodatus ingenio erat. Cum enim Rex ex Persico bello Deorum more adorari vellet, acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palam dictitans, Alexandrum non adorandum esse. Quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. Nam illum Alexander propter adorationis Persicæ interpellatum morem, conjurationis conscium esse criminatus, truncatis membris, abscissisque auribus, ac naso labiisque deformatum, cum cane in caveâ clausum circumferri jussit, diuque tortum tandem necavit. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 1. cap. 9.

Callisthenes, Sybarita, Galatiea consignavit, quorum librum 23 citat Plut. lib. De Flum. Et librum 13 Stobæus Serm. De morbis, & molestiarum in eis solutione. Vossius.

Callisto, Lycaonis Arcadiæ regis filia, nympha celeberrima, quæ à Jove compressa, gravidaque facta, quùm simul cum Dianâ lavaretur, tumore uteri prodita, & ab eâ repulsa, Arcadem filium in silvis peperit; à quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea à Junone in ursam commutata, & Jovis miseratione in cœlo collocata, majorem efficit Ursam, quæ & Helice Græcis dicitur. Prop. l. 2.

Callisto Arcadios erraverat ursa per agros:
Hæc nocturna suo sidera vela regit.

Hesychius, Καλλιστώ, γυναικεία θεὸς ἐρωτικὴ, διὰ τὸ καλλίστη πανθάσα. Lege cum Palmerio, γυνὴ ἡ θεός. De hâc vetus poeta, qui Cretica conscripsit:

Teque Lycaoniæ mutato semine nymphæ
Quam gelido captam de vertice Nonacrinæ
Oceano prohibet semper se tingere Tethys
Ausa suæ quia sis quondam succumbere alumnæ.

Callistratus, Athenis orator in Rep. fuit, quem cùm Demosthenes admodum adolescens audivisset nobilem illam περὶ Ὀρέστου δίκην dicentem, ita motus, & demulctus, & captus est, ut Callistratum jam inde sectari cœperit, Academiam cum Platone reliquerit. Gellius 3. 13.

Callixenus, Rhodius libro de Alexandriâ testis citatur ab Athenæo l. 6. c. 11. Pluribus ex libris id opus constabat, nam Callixenus in quarto de Alexandriâ laudatur Harpocrationi in Ἐγνοδίκη. Vossius.

Calphurnia, mulier fuit importunissima, quæ sexûs sui verecundiæ oblita, per seipsam causas egit, adeoque se molestam judicibus præbuit, ut occasionem dederit edicto, quo cautum est, ne mulieri in posterum causas agere liceret.

Calphurnia, quonam pacto pro patriæ salute à Mario patre suo victima diis immolata fuerat, vide in dictione *Marius*.

Calphurnius Bestia, nobilis Romanus, qui pecuniâ corruptus, rem adversus Jugurtham male gessit. Huic à M. Cæcilio accusatore objectum est, quòd uxores suas dormientes interemisset. Plin. 27. 2.

Calphurnius Crassus, patricio genere ortus in expeditionem Reguli socius in Massylos, ut munitissimum castellum, nomine Garætium diriperet, missus est: ubi in hostium potestatem redactus Saturno immolandus destinatur. Bisaltia regis filia, juvenem adamatum, patris à se proditi victorem fecit: Calphurnio autem retro abeunte, puella sibi ferro jugulum transverberavit. Plut. in Paral.

T. Calphurnius. poeta Latinus, natione Siculus fuit, Bucolici carminis author. Per eadem tempora floruit, quibus Diocletia-

cletianus Cæsar, & Constantii principes Romanum imperium moderati sunt. Vide Crinitum de Poetis Lat. cap. 82.

Calvus, antiquus quidam poeta, cujus meminit Horatius 1 Serm. Sat. 10.

Nil præter Calvum, & doctus cantare Catullum.

Is erat & æqualis Catulli, & amicus. Nam ad eum 14 epigr. scribit.

Ni te plus oculis meis amarem
Jucundissime Calve.

Idem de eodem epigr. 95. Prop. 2. ult.

Hæc eadem docti confessa est pagina Calvi
Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.

Idem eopse libro.

Calve tuâ venià, pace Catulle tuâ.

Ovid. Trist. 2.

Par fuit exigui similisque licentiâ Calvi
Detexit variis qui sua furta modis.

Idem in Epicedio Tibulli.

——*Cum Calvo, docte Catulle tuo.*

Horat. lib. 1. Sat. 16.

Nil præter Calvum & doctum cantare Catullum.

Gell. lib. 19. c. 12. Calvi versiculum adfert.

Durum rus fugis & laborsosum.

Cic. ad Att. 1. 13. Calvum ponit inter Judices Clodianos, nescio an hunc, num *quisquilias* vocat.

Calypso, nympha Oceani & Thetidis filia; vel ut aliquibus placet Atlantis. Regnavit in Ogygiâ insulâ, & Ulyssem naufragum hospitaliter suscepit. Ovid.

Ah quoties illum doluit properare Calypso.

Propert. *Fœcunda Atlantidos arva Calypsus.*

De eâ Hom. in Odyss. Hæc de sui nomine insulam in Ionico mari cognominatam tenuit Lacinio promontorio propinquam. Vel, ut aliis placet in mari Africo. Plin. 3. 10. Ad hanc pervenit Ulysses naufragus, ubi 7 annis detentus est: licet Ovid. lib. 4. Pont. Sex tantum dicat. Eleg. 10.

An grave sex annis pulchram fovisse Calypso,
Æquoreæque fuit concubuisse Deæ?

Hanc Propert. 3. 11. Ææam vocat.

Et thalamum Æææ flentis fugisse puellæ.

Hom. Odyss. 7.

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόκριθεν εἰν ἁλὶ κῦμα
Ἔνθα δὲ Ἀτλάντος θυγάτηρ δολόεσσα Καλυψώ, &c.

Prop. l. 1. el. 15.

At non sic Ithaci digressu mota Calypso
Desertis olim fleverat æquoribus.

Idem alibi.

Sic à Dulichio juvene est elusa Calypso,
Vidit amatorem pandere vela suum.

Ovid. Amor.

Creditur & nymphe mortalis amore Calypso,
Capta recusantem detinuisse virum.

Apul. Milesi. 1.

At ego scilicet Ulyssi astu deserta vice
Calypsonis æternam solitudinem flebo.

Hyginus in fab. *Calypso propter amorem*
Ulyssis ipsa se interfecit.

Cambles, rex Lydorum tantæ voracitatis, ut nocte quâdam uxorem quoque absumpserit, cumque summo mane illius manum in ore comperisset, semet jugulavit. Xanthus apud Cæl. Rhod. author est 7. 11.

Cambyses, Persarum & Medorum rex, Cyri filius, qui paternis regnis Ægyptum adjecit. Sed offensus illorum superstitionibus, Apidis, cæterorumque Deorum ædes dirui jussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libyâ desertâ arenis obrutus universus interiit. Ipse quoque cùm suo sese gladio imprudens læsisset, levissimo ex vulnere mortem oppetiit. Herod. 3. Profectus ad quærendos ortus Nili, fame adactus comitum suorum aliquot in aliorum alimentum occidere, re infectâ rediit. Luc. 10. ver. 279.

——*Vesanus in ortus*
Cambyses longi populos pervenit ad ævi,
Defectusque epulis, & pastus cæde suorum
Ignoto te Nile redit. ——

Ex Herodoto transumptum, qui sic lib. 3. ubi de hâc insanâ expeditione: οἱ δὲ στρατιῶται ἐπεὶ ὑπὸ τῆς ἐρήμου ἐπείχοντο τὸ μὴ οὐ τὸ τῆς λεμβάνειν, ποιφαγέοντες ἐνέζωον· ἐπεὶ δὲ εἰς τὰ λάμμου ἀπίκοντο, δεινὸν ἔρεζον αὐτέων τινὲς ἐρημάσαντο. Ἐκ δὲ τούτου ὃ ἔνα στρατὸν αὐτίον ἀποκληρώσαντες, κατέφαγον. Πυνθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης, δείσας τὴν ἀλληλοφαγίαν, ἀπῆκε τὴν ἐπ' Αἰθιοπας στόλον, ὅπισω ἐπορεύετο.

Camilla, Volscorum regina, Metabi Volscorum regis, & Casmillæ filia, quam pater invidiâ suorum regno pulsus, Dianæ famulam vovit. Quare ab ineunte ætate venationibus eam, & omni armorum genere exercuit: quibus in rebus brevi tantopere profecit, ut summam sibi ex re militari laudem peperit. Tandem cum Turno adversus Æneam suppetias ferret, ab Aruntе quodam ex insidiis est interfecta. Ut latius describit. Virg. Æn. 11.

Pulsus ob invidiam regno, viresque superbas
Priverno antiquâ Metabus cum excederet urbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli,
Sustulit exilio comitem, matrisque vocavit
Nomine Casmillæ mutatâ parte Camillam.

Eam etiam describit lib. 7. his versibus.

Hos super advenit Volscâ de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære catervas
Bellatrix, non illa colo, calathisve Minervæ
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum prævertere ventos.

Camillus, puer ingenuus, qui flamini Diali ad Sacrificia ministrabat. Antiqui enim *Camillos*, & *Camillas* vocabant ministros, & ministras impuberes in sacris. Unde Mercurius Hetruscorum linguâ *Camillus* dicitur, h. e. *Deorum minister*. Plut. in Numâ. De nominis notatione Boch. l. 2. De Anim. c. 36. Vates & ministri Deorum קסמים *Kosemim* vocantur; ut Romanis Casmilli, i. e. קסמן אל *Cosme el* ministri Dei. Cujus fœmininum *Casmilla*, vel *Camilla*. Virg. Æn. 11. ver. 557.

Alma tibi hanc nemorum custos, Latonia virgo
Ipse pater famulam voveo. Ubi Servius, *Voveo, consecro in tuum ministerium, unde & Camilla dicta est.* Vide Voss. in *Camillus*.

Camillus, qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suæ ætatis clarissimus fuit, qui Veios toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Nec multò post cum crimini illi daretur, quod albis equis triumphasset: & prædam inique divisisset, die dicto ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis damnatus Ardeam concessit. Mox cum Galli Senones urbem diripuissent, ipsumque Capitolium arctissimâ obsidione premerent, absens Dictator factus, collectis ex fugâ Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos incautos oppressit, patriamque in libertatem vindicavit. Post hæc pòp. Rom. Veios migrare volentem, gravissimâ, & elegantissimâ illâ, quæ apud Livium legitur, concione retinuit. Tertiùm, deinde Dictator creatus Satricum sociam Pop. Romani urbem ab impetu Latinorum tutatus est. Quartùm, Dictator ad sedandam pop. seditionem factus, valetudinem excusavit, aliumque sibi subrogandum curavit. Quintùm, Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos superavit. Postremò Romæ octogenarius pestilentiâ interiit. Virg. Æn. 6.

Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.

Idem Geor. 2. ——*Magnosque Camillos.*

Claudianus ——*Gallisque genus fatale Camillos.*

Propert. lib. 3. *Crede mihi magnos æquabunt illa Camillos*
Judicia.——

Lucan. lib. 7. *Si Curios his fata darent, reducesq; Camillos*
Temporibus, Deciósque caput fatale ferentes.

Claud. 2. de Laud. Stil.

Splendida suscipiant alium te rostra Camillum
Ultorem videant servatoremque Quirites.

Manilius, lib. 1.——*Romamque Camillus Servando posuit.*

Pulc. Sidon. Paneg. Avit.——*Cum Brennica signa*
Tarpeium premerent, scis, tum Respublica nostra
Tota Camillus erat, patriæ qui debitus ultor
Texit fumantes hostili strage favillas.

Sil. lib. 1.

Hic galeæ Senonum pensatique improbus auri
Arbiter ensis inest, Gallisque ex arce fugatis
Arma revertentis pompa gestata Camilli.

Camœnæ, Musæ, Jovis & Mnemosynes filiæ, à cantûs amœnitate (ut quidam volunt) ita appellatæ. Varro tamen author est ab antiquis *Carmœnas*, & *Casmœnas* dictas fuisse, quæ postea abjecto r vel s. *Camœnæ* dicebantur. Virg. Eclog. 3.

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

Legitur & *Camœna* sing. num. Persius Sat. 5.

——*Tibi nunc hortante Camœnâ*
Excutienda damus præcordia.

Hor. 4. Car. 6. *Dauniæ defende decus Camœnæ.*

Et 2 Carm. 16. *Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ.*

Et 1 Ep. 19.——*Inhumanæ senium depone Camœnæ.*

Et Car. 1. Od. 12. *Gratus insigni referam Camœnâ.*

Sen. in Medeâ. *Ille vocali genitus Camœnâ.*

Id est, Calliope dulciter canente.

Camon, fecit libros de Rerum Inventione, quorum 2. citat Mich. Apostolius in Φοινικικὰ γεγραμμένα· atque ex eo refert literas Phœnicias ita dici à Phœnice, Actæonis filiâ.

Canacea, Æoli filia, quæ cum Macareo fratre concumbens, ex eo concepit, peperitque filium, quem cùm per nutricem exponi curaret, infelix se suo vagitu avo prodidit, qui ob execrandum filiorum amorem incensus, infantem canibus lacer-

andum

andum projici jussit; misitque per satellitem filiæ gladium, ut eo pro meritis uteretur. Verum quid illa fecerit non satis liquet: Macareus autem fugiens factus est Apollinis Delphici sacerdos.

Canache, Ovid. Met. 3. numeratus inter canes Actæonis, quod nomen ἀπὸ τῆς κυναχῆς, h. e. *à clamore*, & *strepitu* impositum videtur.

Cancer, unum est ex 12 Zodiaci signis, à quâdam Cancri piscis similitudine ita dictum; eo quod Sol in mense Junio signum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & cursu retrogrado ferri in modum Cancri. Refert Hyginus hunc fuisse Cancrum, qui à Junone in Herculem cum Hydrâ Lernæâ pugnantem immissus fuit, qui cum pedem ejus momordisset, ab Hercule occisus, & à Junone inter sidera collocatus est, quod itidem testatur Germanicus in ἀρατείοις.

Te quoque fœcundam meteret cum cominus Hydram
Alcides, ausum morsu contingere, bello
Sidere donavit, Cancer, Saturnia Juno
Nunquam oblita sui nunquam secura novercæ.

Vide Cæsium Astron. Poet. in *Cancro*. Virg. Eclog. 10.

Æthiopum versemus oves sub sidere Cancri.

Unde *rapidus Cancer* dicitur Statio Thebaid. quartâ. Et *torrens* Lucano lib. 8. Cicero in Arateis.

Claro collucens lumine Cancer
In quo consistens convertit curriculum Sol.

Proximum Geminis signum est. Ovid. Fast. 6.

Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt.

Candace, Æthiopum regina, tempore Augusti, maximi animi mulier, tantique in suos meriti, ut omnes deinceps Æthiopum reginæ ejus nomine fuerint appellatæ. Plin. 6. 29. Hujus quoque fit mentio apud Strab. lib. 17. & Dionem lib. 54. Candaces Reginæ Eunuchus per Philippum Evangelistam ad fidem Christi convertitur. Act. 8. Et consentaneum est hunc Eunuchum semina Evangelii de Christo apud Æthiopas sparsisse, quæ posteà per Matthæum Evangelistam exculta & latius propagata sunt.

Candaules, 4 Lydorum rex, occisus à Gyge jussu reginæ, eo quod nudam inspiciendam se Gygi concessisset, & sic uxore & regno potitus est. Herod. lib. 1. & Justin. lib. 1.

Candidus Isaurus Historicus Græcus de quo Photius P. C. in Bibl. Cap. 79.

Candiope, Oenopionis filia, soror Theodotionis, quam cum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit: & ex eâ Hippolagum suscepit, quod cum Oenopion resciviset indignatus filium exulatu abire jussit: qui oraculo edoctus versus Orientem in Thraciam cum Candiope, & parvo filio delatus est, ibique ob insignes virtutes in magno pretio fuit. Aliter Ovidius, ut infra de Orione.

Canens, nympha, Pici Laurentum regis uxor, quæ cum virum à Circe in avum mutatum supra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tiberis, ubi hæc contigerant, nomen suum reliquit. Ovid. Met. 14.

Fama tamen signata loco est, quem rite Canentem,
Nomine de Nympha veteres dixere coloni.

Canicula, stella lucida in ore Canis, quæ quod Canem diem unum, noctemque antevertat, à Græcis *Procyon* à Ciceron. etiam *Antecanis* appellatur. Manilius lib. 5.

Exoriturque Canis, latratque Canicula flammas
Et rabit igne suo, geminatque incendia Solis.

Idem lib. 1.

Subsequitur rapido contenta Canicula cursu
Qua nullum terris violentius advenit astrum,
Nec gravius cedit, nec horrens frigore surgit:
Sic in utrumque movet mundum & contraria reddit,
Nec vacuum Solis fulgentem deserit orbem.

Canis, sydus cœleste oriens 18. Cal. Aug. occidens autem sed non totum post dies 40. quod dierum spatium Dies Caniculares appellamus: quo tempore sydus hoc in medio Cœli centro cum sole conjunctum æstum conduplicat. Unde & nomen invenit, quod nimio calore mordere quodammodo videatur. Unde *Æstiferum Canem* appellat. Virg. 3. Georg. & Tibull. 3. 5.

Unda sub æstivum non adeunda canem.

Horatius. —— *Rabiosi tempora Signi.*

Geminus, Elem. Astron. cap. 14. Τὸ δὲ αὐτὸ ὑπολαμβάνειν καὶ περὶ τὴν ἄρκτον γίνεται. Πάντες γὰρ ὑπολαμβάνουσιν ἴδιόν τινα κύκλον ἔχειν τὴν ἄρκτον, καὶ παράλληλον γίνεσθαι τῷ ἰσημερινῷ κύκλῳ ὑπὸ τοῦ ἡμίσεος ἀεὶ φαινομένου τοῦ ζῳδιακοῦ· οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον· Ἀλλὰ ἐπεὶ καὶ τὸ πυροειδὲς κύκλον τῷ ἐνιαυτῷ ἐστὶν ὁ ἥλιος ἐπιτελῶν, τῷ τότε φάναι ἐσημειῶσθαι πλὴν ὅσῳ τὸ καῦμα ὑπολείπεται τῷ ἥλιῳ, &c.

Canistius, cursor Lacedæmonius, qui uno die 1200 stadia cucurrit. Plin. In aliis exemplaribus *Anistius*.

Canius, vel *Canis* poeta, temporibus Martialis, eique familiaris, naturâ ita hilaris, ut semper rideret.

Mart. 1. 62.

Gaudent jocosæ Canio suo Gades.

Et lib. 3. ep. 20.

Vis scire quid agat Canius tuus? Ridet.

Canius eques Rom. cum in Siciliam otiandi causâ venisset, hortosque à Pythio argentario dolo emisset, instructos piscibus, & piscatoribus de industriâ positis: postero die quum ad eosdem ipse amicos invitasset, nullos ibi pisces, neque piscatores reperit. Cic. l. 3. Offic. Lepida historia est quam nos olim his versibus expressimus.

Trinacrias olim Canius Romanus in oras
Venit eques Latiâ factus in urbe senex.
Inde Syracosias præ cunctis eligit arces,
Otia longinquæ causa fuere viæ.
Hue veniens aliquos dicit se frugibus hortos
Velle emere instructos; undique fama volat,
Venales Pythius negat argentarius hortos
Esse sibi, at Canio cuncta licere suo;
Et simul ad cœnam invitat, promissaque fiunt
A Canio ad pactum certa venire diem.
Interea piscatores sibi convocat, hortos
Retia projicerent orat ut ante suos.
Ad cœnam Canius prædicto tempore venit,
Lautæ epulæ, ante oculos plurima cymba natat.
Pro se omnis ficto quod ceperat attulit horto,
Ante pedes Pythii piscis ubique jacet.
Tum Canius, dic oro Pythi, dic unde natantum
Tot pecudum hic, cymbæ præ foribusque jacent?
Cui Pythius, quid mirum? inquit, nam nullus in urbe
Hâc piscis, nostram quin subit hospes aquam.
A Pythio incensus Canius, sibi venderet, orat,
Nolentem primo se simulat Pythius.
Quid multa? (usq; adeo urgebat malus ardor habendi)
Obtinuit tandem, nomina deinde facit.
Postridie Canius socios invitat amicos,
Mane venit, toto cymbula nulla lacu.
Vicinum idcirco rogat, An lux Festa fuisset,
Piscatorum isto justitiumque die?
Nulla hic festa dies vicinus, quod sciat, inquit.
Verum hoc piscari gurgite nemo solet.
Atque ideo multum tacitus mirabar apud me
Quod piscatorum hic affuit ullus heri.
Quocirca Canius stomachari cœpit, at ille
Quid faceret, quonam se extrahat inde modo?
Nondum etenim Titius leges hoc tempore, jura
Deque dolo nobis protulit ulla malo:

Canopus, Deus Ægyptiorum, de quo Ruffinus lib. 11. cap. 26. Hist. Eccl. *Jam vero*, inquit, *Canopi quis enumerare superstitiosa flagitia possit? Ubi prætextu sacerdotalium literarum* (ita enim appellabant antiquas Ægyptiorum literas) *magicæ artis erat penè publica Schola*: Quem locum, velut fontem quendam atque originem dæmonum in tantum venerabantur pagani, ut multo ibi major celebritas quam apud Alexandriam haberetur. Sed de hujus quoque monstri errore, cujusmodi originem tradant, absurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldæos Ignem, Deum suum circumferentes, cum omnium provinciarum Diis habuisse conflictum, quo scilicet qui vicisset, hic esse Deus ab omnibus crederetur, Reliquarum provinciarum Dii æris, aut auri argentique, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacunque materia constabant, quæ per ignem proculdubiò corrumperetur. Ex quo fiebat ut ignis locis omnibus obtineret. Hæc cum audivisset Canopi sacerdos, callidum quiddam excogitavit. Hydriæ fieri solent in Ægypto fictiles, undique crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus aqua turbida desudans, defæcatior, ac purior redditur. Harum ille unam cerâ foraminibus obturatis, desuper etiam variis coloribus pictam, aquâ repletam statuit in Deum. Et excisum veteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum, diligenter aptavit. Adsunt post hæc Chaldæi, itur in conflictum circa hydriam, ignis accenditur: cera, quâ foramina fuerant obturata, resolvitur; sudante hydriâ, ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Ægyptiorum victor ostenditur. Hæc Ruffinus.

Canopus, Stellæ australis nomen, de quâ Vitruvius 9. 7. *Nam uti* Septentriones circum axis cardinem versantes non occidunt, neque sub terram subeunt: Sic & circa meridianum cardinem, qui est propter inclinationem mundi subjectus terræ, sidera versabunda, latentiaque non habent egressus orientes supra terram. Itaque eorum figurationes propter obstantiam terræ non sunt notæ. Hujus autem index est stella Canopi, quæ his regionibus est ignota, renuntiantibus negotiatoribus qui ad extremas Ægypti regiones, proximasque ultimis finibus terræ terminationes fuerunt.

Lucan.

Lucan. lib. 8:

——*Inde Canopos*
Excipit Auſtralis cœlo contenta vagari
Stella timens Boream.

Proclo eſt Κάνωβος *Quæ*, inquit, *ſtella in ſummo Argûs navis gubernaculo fulget, Canobus nominatur.* De eo Cleomedes quoque ac Strabo. lib. 1. Tendentibus meridiem verſus Rhodi incipit apparere. Plin. 6. 22. ubi de Taprobane, *Canopum lucere noctibus ſidus ingens & clarum.* Geminus Elem. Aſtr. cap. 2. Ὁ δὲ ἐν ἄκρῳ τῷ πηδαλίῳ ἐστὶ ἀστὴρ καλούμενος λαμπρὸς ἀστὴρ Κάνωβος ὀνομάζεται, τοῦτο μὲν ἐν Ῥόδῳ φωτώρης ἐστιν, ἢ παντελῶς ἀφ' ὑψηλῶν τόπων δεῖται. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ὅτι παντελῶς ἐμφανής, σχεδὸν γὰρ τέτταρσιν μέρεσι τῆς ζωδιακῆς ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος ὑπερεσπέρων φαίνεται. Vide Germ. Cæſarem in Aratæis, & Hyginum in Eridano.

Cantacuzenus, hiſtoricus Græcus, qui ex Imperatore monachus factus, ſub nomine Chriſtoduli luculentam condidit hiſtoriam de imperio Andronici junioris & ſuo. Floruit anno Chriſti 1360. Inter Græcos recentiores neminem ei præferendum putat Voſſius de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 29.

Cantharus, poeta Comicus Athenienſis, cujus fabulas nonnullas commemorat Suidas. Item Impoſtor & maleficus apud Athenienſes, de quo extat proverbium, *Cantharo aſtutior.*

Canthus, Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur, itemque ab Orpheo. Apollonius eum dicit periiſſe in Libyâ, Flaccus autem in Aeâ:

Canutius Tiberinus, Trib. plebis continuâ rabie lacerabat Antonium jam hoſtem judicatum, Ciceronem imitatus, quæ libertas utrique morte conſtitit. Vide Paterculum. Objicientibus Antonio, & Cæſare, quòd in Rep. adminiſtrandâ potiſſimum Conſularis Iſaurici ſectam ſequeretur, reſpondit, *malle ſe Iſaurici eſſe diſcipulum, quam Epidii Calumniatoris.* Hujus forſitan eſt quod citat Priſc. lib. 8. *Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari, & propter turpiſſimè vitam actam contemni.*

Canutus Daniæ rex, & Angliæ 34 Monarcha. Leges tulit quamplurimas, & bonas, idque Oxoniæ, ubi Parliamentum convocavit. Rex fuit vere magnificus, & à Paraſitis ſuis *Alexander, Cyrus* & *Cæſar* dictus. Ejus tempore, res Danorum in Angliâ ad ἀκμὴν pervenerunt, cujus more paulatim decrevere. Imperavit an. 19. Obiit Shaftsburiæ, Wintoniæ ſepultus.

Capaneus, nobilis Argivus, maritus Evadnes, qui unà cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, cum ſcalas muris admovere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus eſt locus fabulæ, *Capaneum cum Deorum contemptor eſſet, à Jove fulmine eſſe percuſſum.* Vegetius lib. 4. De re militari. *Qui ſcalis* (inquit) *in obſidione urbium utuntur, frequenter periculum ſuſtinent, exemplo Capanei, à quo primùm ſcalarum oppugnatio perhibetur inventa, qui tantâ mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus.* Manil. lib. 3:

——*Ereptaque fulmine flammis*
Mœnia Thebarum.——

Loquitur de Capaneo quo fulminato vindicata eſt Thebarum urbs à flammis quas ille minabatur Thebis. Ovid. 4. Triſt.

Cum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu.

Eum ſic deſcribit Æſchylus,

Καπανέως δ' ἐπ' Ἠλέκτρειον ἕλικας πύλας,
Γηγὰς ὀρθὸς ἄλλος τις πρὸς λελεγμένοις
Μείζων, ὁ κόμπος δ' ὃ κατ' ἀνδρῶπον φρονεῖ.
Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δεῖν' ἃ μὴ κρατοῖ πύλη·
Θεὸς δ' ὁ θάλος ἐκπέρσειν πόλιν
Καὶ μὴ θάλος φησίν, ὡδ' ἐξ Διός
Ἐεἰν πρόφρων σὺν λαῷ ἐκπολῶν χθόνα
Τὰς δ' ἀσφαλὰς τε κ' ἀκραυνίους βολὰς
Μισημερινοῖσι θάλπεσι φερούσιον.

Statius Theb. 3.

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus, & longam pridem indignantia pacem
Corda tumens (huic ampla quidem de ſanguine priſco
Nobilitas, ſed enim ipſe manu progreſſus avorum
Facta, diu tuto ſuperum contemptor, & æqui
Impatiens, largusque animæ, modo ſuaſerit ira.)

Hinc *Capaneus*, Stat. 8. Theb.——*Capaneaque pinus*
Jam procul Aoniis volet agnoſcenda catervis.

Idem lib. 12——*Capaneaque miſimus umbris*
Pectora.——

Item *Capaneius*, Stat. 12. Theb.

——*Auſa ante alias Capaneia conjux.*

Capella Antiſtius, magiſter Commodi Imperatoris. Lampridius.

Capella Marcianus, Afer, uti videtur, ſcripſit Mercurii & Philologiæ nuptias. Geſſit Proconſularem dignitatem, ut ipſe de ſe ultimo ſuorum voluminum epigrammate teſtatur.

Capito Fonteius,——*ad unguem Factus homo* uti eum in hodœporico vocat Horatius.

Capito Lycius, compoſuit hiſtoriam Iſauricam libris 8. & alia, de quibus vide Voſſ. Hiſt. Græc. lib. 3. p. 339.

Capito Titinnius, ſcripſit exitus illuſtrium virorum. Plin. lib. 8. ep. 12.

Capitolinus, cognomen M. Manlii, qui ob tyrannidem affectatam de Saxo Tarpeio dejectus eſt.

Capitolinus Julius hiſtoricus, qui de Cæſaribus ſcripſit, de quo vide Voſſium de H. Lat. 2. 7.

Capitolinus, Jovis cognomen, quod templum in monte Capitolino extructum haberet, votum quidem primùm à Tarquinio Demarati filio, extructum deinde à Tarquinio Superbo. Diverſus hic à Jove Tonante quem D. Auguſtus conſtituit, quod liberatus eſſet periculo, cùm in expeditione Cantabricâ per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perſtrinxiſſet, ſervumque aurigam exanimaſſet. Sueton. in Aug.

Capra, ſignum Cœleſte, Hæc ut poetis placet Amaltheæ capra fuit; cujus lacte educatus eſt Jupiter, quare poſtea rerum potitus inter aſtra eam collocavit. Græcis αἴξ Ὠλενία Aratus in Phænomenis.

Ὠλενίῃ δέ μιν αἶγα Διὸς κυνέοντ' ἀνθρῶποι.

Capram dictam volunt Ὠλενίαν, quòd apud urbem Bœotiæ *Olenum* nutrita, ut eſt apud Strab. lib. 8. vel quod in *ulnas Aurigæ*, ſive Oleni Vulcano proghati filiæ excepta fuerit. Cur autem in cœlum relata ſit, explicat Cæſar Germanicus Aratæa vertens.

——*Illa putatur*
Nutrix eſſe Jovis, ſi verè Jupiter infans
Ubera Creſſæ mulſit fidiſſima Capræ,
Sidere quæ claro gratum teſtatur Alumnum.

Et Ovid. 5. Faſt.

——*Primâ mihi nocte videnda*
Stella eſt in cunas officioſa Jovis.
Naſcitur Oleniæ ſidus pluviale Capellæ,
Illa dati cœlum præmia lactis habet.

M. Manil. lib. 1.

Tum ſubeunt Hædi claudentes ſidere pontum,
Nobilis & mundi nutrito Rege Capella:
Cujus ab uberibus magnum ille aſcendit Olympum
Lacte fero creſcens ad fulmina, vimque tonandi.
Hanc ergo æternis merito ſacravit in aſtris
Jupiter, & cœli dudum mercede rependit:

Idem lib. extremo.

Olenie ſervans prægreſſos tollitur Hædos
E gelido ſtellata polo, quæ dextera pes eſt
Officio magni mater Jovis: Illa Tonanti
Fundamenta dedit pectuſque implevit hiatus
Lacte ſuo, dedit & dignas ad fulmina vires.

Horat. vocat *inſana Capræ ſidera*, quia noctes frigidas inducere ſolet: eoque ortu ſuo vitibus nocere legas apud Pauſan. in Corinthiacis. Vide Cæſium Cœl. Aſtron.

Capricornus, Decimum Zodiaci ſignum, quod Sol ingrediens Solſtitium facit hybernum. Hunc *Pana* fuiſſe nonnulli exiſtimant, qui in Ægypto repentino adventu Typhonis Gigantis perterritus, poſteriorem ſui partem in piſcis caudam, priorem in formam hirci commutavit: cujus ingenium admirans Jupiter figuram hanc dicitur in cœlum tranſtuliſſe. Horat. 2. Carm. 7.

——*Seu tyrannus*
Heſperiæ Capricornus undæ.

Prop. 4. 1.

Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua:

Manilius lib. 4.

Tu Capricorne regis quicquid ſub ſole cadente
Expoſitum.——

Vide Cæſium Cœl. Aſtron. p. 89.

Caprius, vir, cujus meminit Horat. 1 Serm. Sat. 4.

Non ego ſum Capri neque Sulci——& rurſum
——*Sulcius acer*
Ambulat, & Caprius malè rauci, cumque tabellis.

Caprotinam Junonem, & Nonas Julias *Caprotinas* veteres dixere, quod Romæ nonis Caprotinis ſub Caprifico ſacra fierent. Nam poſt urbem captam, cùm ſedatus eſſet Gallicus tumultus exhauſtâ Republicâ finitimi opportunitatem invadendi Romani imperii nacti, præfecerunt ſibi Poſtliminium Livium Fidenatum Dictatorem, qui fœciali ad Senatum miſſo poſtulavit, ut ſi vellent reliquias ſuæ urbis non deleri, matresfamilias & virgines omnes ſibi dederentur. Et cum Patrum hâc de re eſſet anceps deliberatio: ancilla nomine Philotis aſſumptis cæteris omnibus ancillis, matrum familias, virginumque habitu aſſumpto, nomine Dominarum ad hoſtes tranſiit, perſequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ cum à Livio in caſtris diſtributæ eſſent, hoſtes plurimo vino provocarunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes: quibus ſomno obrutis ex

Capri-

Caprifico figno dato hoſtes trucidati ſunt. Itaque memor Pop. Rom. accepti ab ancillis beneficii omnes, juſſit manumitti, dotemque iis ex publico aſſignavit, diemque ipſam *Nonas Caprotinas* appellavit; & ſacra annua Junoni Caprotinæ ſub Caprifico inſtituit, adhibito lacte ad rei memoriam.

Capys, filius Aſſaraci, Anchiſæ pater. Ovid. Faſt.

——— Tros eſt generatus ab illo,
Aſſaracum creat hic, Aſſaracuſque Capyn.

Capys, qui cum Æneâ in Italiam venit, Capuam condidit. Virg. 10.

Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbis.

Capys Sylvius, Rex Albanorum, & Capeti pater.

Caractacus, Silurum Britannorum Regulus à P. Oſtorio Proprætore victus, quum fidem Cartiſmanduæ reginæ Brigantum petiviſſet, vinctus ab illâ, & victoribus traditus eſt. Sed cum generosè Claudium Cæſarem allocutus eſſet, Cæſar veniam ei, conjugique & fratribus tribuit. Tacit. Annal. 12.

Caranus, primus Macedonum rex, reg. an. 28. Cum Græcorum multitudine, caprarum gregem ſequens, Edeſſam, quam Ægeam vocavit, expulſo Mida, cepit, regnique Macedonici fundamenta jecit, Juſtin. lib. 7.

Carbilius, primus Romanorum, uxorem repudiavit ob ſterilitatem, præſtito juramento antè, ſe uxorem liberorum causâ quærere, Author Gellius. Vide *Carvilius*.

Sp. Carbilius, ejus libertus, primus ludum Grammaticæ Romæ aperuit, mercede docens. Plutarchus in Problematis.

Carbo, eloquentiſſimi viri Carbonis filius orator non ſatis acutus, ſed tamen orator numeratus: Erat in verbis gravitas, & facilè dicebat, & authoritatem quandam naturalem habebat Oratio. Cicero. Hunc poſtremo ab exercitu ſuo interfectum fuiſſe, quem bellis civilibus collapſum adſtringere, & ad diſciplinam reducere cupiebat. Valer. Max.

Cn. Carbo, huius frater, ſummâ fuit in Republicâ authoritate, partes Marianas ſecutus. In tertio Conſulatu ſuo in Siciliâ juſſu Pompeii, dum ventrem apud latrinam exoneraret, trucidatus eſt. Valer. Max.

Carcinus Agrigentinus, Poeta Tragicus, floruit paulo ante Philippum Macedonem, docuit fabulas 98. De hoc extat Proverbium *Carcini poemata*, de his qui obſcurè, & inſtar ænigmatum ſcribunt. Fuit alius *Carcinus* Athenienſis poeta Tragicus. Vide Suidam, & Voſſ. P. Gr. p. 49.

Carcinus, Signum Cœleſte, quod Latini *Cancrum* vocant. Lucan. lib. 9.

Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens
Humidus Ægoceros.———

Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat quaſi *Cardina*. Vide *Carna*.

Cardines, dicuntur duæ cœli partes immobiles ſibi mutuò oppoſitæ, quarum altera eſt ad Septentrionem, altera ad Auſtrum: Græci Πόλους vocant. Sæpe tamen Coſmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas Cœli regiones intelligunt, *Ortum*, *Occaſum*, *Septentrionem*, & *Meridiem*. Lucan. 4.

———Summus Olympi
Cardo tenet Tethyn.

Ovid. 2. Pont. El. 9.

———Cum ſim ſub cardine mundi
Qui ſemper liquidis altior extat aquis.

Stat. 1. Theb.

———Quid ſi peteretur crimine tanto,
Limes uterque poli, quem ſol emiſſus Eoo
Cardine, quem portu vergens proſpectat Ibero?

Carinus, Imperator quidam Romanus, quem *hominem omnium contaminatiſſimum*, & *adulterum* vocat Vopiſcus. Idem eſt judicium de ejus moribus apud omnes hiſtoricos, fuiſſe ſcilicet omni genere luxûs perditum, crudelem etiam & ſuperbum. Quare diſertiſſimus ſcriptor Syneſius, qui in elegantiſſimâ, & graviſſimâ oratione de regno, Carinum laudat ut principem ſobrium, moderatum, & magni exempli, ſine controverſiâ falſus eſt: *Carinum* enim nominat quem debuerat *Carum*.

Carmenta, vel *Carmentis*, vates Arcadica Evandri mater, à *carminibus*, quibus dabat reſponſa, cum proprie *Nicoſtrata* vocarétur, Virg. Æn. 8.

——— Monſtrat & Aram
Et Carmentalem Romano nomine portam,
Quam memorant nymphæ priſcum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ.———

Poſtea vero *Scelerata* dicta eſt, quod per eam ſex, & trecenti Fabii, cum clientum quinque millibus egreſſi, adverſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes interfecti ſunt. Ovid. Faſt.

Carmentis portæ dextra via proxima Jano eſt,
Ire per hanc noli quiſquis es, omen habet.
Illâ fama refert Fabios exiſſe trecentos,
Porta vacat culpâ, ſed tamen omen habet.

Ita primum verſum emendavit Doctiſſimus Nic. Heinſius cum antèa legebatur,

Carmentis portæ dextra eſt via, &c.

Idque ex Livii authoritate lib. 2. in hac ipsâ narratione. *Infelici viâ à dextro Jano portæ Carmentalis profecti.* Silius lib. 6.

Qui Carmentis opes & regna Evandria ſervas.

Vocabulum interpretatur Dionyſ. Halicarn. lib. 1. Τῇ πατρίᾳ γλώσσῃ Καρμένταν ἐνομάζουσιν. Εἴη δ' ἂν ἑλλάδι φωνῇ Θεσπῳδὸς τῇ νύμφῃ τοῦνομα. Τὰς μὲν γὰρ ὠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι Κάρμινα. Ovid. Faſt. 1.

Ipſa mone quæ nomen habes à carmine ductum.

Plutarchus in Αἰτίοις· Τὴν δὲ Καρμέντην οἱ μὲν Εὐάνδρου μητέρα λέγουσιν εἶναι, ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἐνθουσιάζουσαν θεσπίζειν δ' ἔνιοι Νικοστράτην ὀνομάζουσι. ἐμμέτρους δὲ χρησμοὺς ἀδούσῃ τοῦ Λατίνου Καρμέντην ὀνομάζειν.

Carminius memoratur libro de Italiâ. Macrob. Sat. 5. 19. Fortaſſe idem eſt, qui de Elocutionibus ſcripſit, de quo Servius in Æn. 5.

Carna, ſive *Cardinea Dea*, quæ vitalibus humanis præeſſe exiſtimabatur: ab eâdemque petebatur, ut jecinora, & corda, & cætera quæ ſunt intrinſecus viſcera, ſalva conſervaret. Huic pulte fabarià, & larido ſacrificabatur. Ovid. Faſt. 6.

Prima dies tibi Carna datur, Dea Cardinis hæc eſt,
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Hæc ſtriges nocturnas puerorum, ut dicebant, cunas infeſtantes, à limine ſubmovebat. Rhod. 9. 8.

Carneades, Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, Chryſippi maximè ſtudioſus, de quo Gellius, itemque Plinius ait ſcripturum adverſus Zenonis Stoici libros ſuperiora capitis Helleboro candido purgaſſe, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus ad domicilium uſque animi redundaret, & conſtantiam, vigoremque mentis labefactaret. Hunc prætereà memoriæ arte uſum fuiſſe. Cicero de Orat. ſcribit, & Quintilianus, miſſum Romam legatum ab Athenienſibus unà cum Diogene Stoico & Critolao Peripatetico ſuſpectam feciſſe Romanis legationem, dicente M. Catone in Senatu. *Ab hoc viro cavendum eſſe, qui ob eloquentiam & diſſerendi facultatem, facilè quæcunque vellet, impetrare poſſet.* Vide Gellium 7. 14. & 17. 15. Val. Max. 8. 8.

Carneades, alius Philoſophus Athenienſis, Anaxagoræ diſcipulus. Suidas.

Carolus, cognomento *Magnus*, Pipini Francorum regis filius, primò Francorum Rex, poſteà etiam Romanorum Imperator. Hunnos, Saxones, Longobardos, Bavaros multis prælis fregit. Aquitaniam ſubegit, Vaſcones perdomuit, Pannoniam vaſtavit, multa in Hiſpaniâ prælia commiſit. Saxones in Galliam tranſtulit, quinque concilia coegit, Scholam Pariſienſem inſtituit, multaſque in Italiâ Sanctorum hominum res geſtas literis prodendas curavit, ventis, & menſibus nomina impoſuit; ædes ſacras plurimas extruxit; denique omnium, qui unquam fuerunt principum, belli, paciſque artibus longè clariſſimus fuit.

Carolus Quintus, Hiſpaniæ Rex, Romanorum Imperator, per Europam omnem bellum geſſit, & triumphum egit, Hiſpaniam ſuam tumultuantem compeſcuit, Belgas rebellantes in ordinem coegit; In Italiâ Mediolanenſem ducatum primo fœderatis, poſt ſibi aſſeruit; Pontificem, Florentinos, Senenſes, Genuenſes, vel erexit ſocios, vel hoſtes afflixit. In Germania Solymannum Viennâ depulit, Proteſtantes acie victos ſub jugum miſit. Et quaſi Europa tot victoriis anguſtior foret, tranſmiſſus in Africam, barbaris gentibus regem dedit; arcemque poſuit, ubi ante nec licebat Stare. Sed quid hæc bella ad Gallicum? Nam Carolus nihil omiſit quo Franciſcum rivalem gloriæ tot triumphis adjungeret. Infelix forſitan, quòd cum nævis quibuſdam poſteritati ſe tradidit, dum Turcis aliquandiu parcit & inclementius Ticinenſi victoria uſus Romam diripiendam conceſſiſſe fertur, Peruvium & Mexicum novi Orbis terras à Pizarro Ferdinandi Corteſii præclariſſimas victorias fœdante vel ignoraſſe diripi, vel diſſimulaſſe. Sed quis mortalium ſine labe? & quid hæc levia ad res tantas, quibus coronam ſe dignam impoſuit, cum anno Chriſti 1555. Imperii 36. vivus & vegetus ſe hæredibus tradidit, donumque conceſſit ab omni memoriâ locupletiſſimum Ferdinando fratri Imperium, ac regna cætera Philippo filio: In Hiſpano ſeceſſu duobus annis ſibi ſuperſuit, imo ſibi vixit, ſi vita mortis commentatio eſt.

Carolus Malus, Navarræ rex, ſuum ipſe funus vivus confecit, dum ad vires malè deperditas reficiendas, inſutus linteis aquâ ardente perfuſis, ubi admota filo candela flamma concepta eſt. Ita mors in remediis quæritur, & telo quo pellitur ſæpè vincit.

Carpo-

Carpocrates, Hæreticus tempore Adriani Imperatoris docuit mundum ab angelis conditum esse, & Christum cæteris hominibus parem esse, hoc uno excepto, quod animam mundam habuerit. Jactavit Somnia & Δαίμονας παρέδρους. Uxores voluit esse communes. Irenæus 1. 24. Clem. Alex. Στρωμ. γ. Euseb. 4. 8.

Carposis, Hesychius: Κάρπωσις, θυσία Ἀφροδίτης ἐν Ἀμαθοῦντι.

Carthago, Filia Herculis, Cic. 3. de Nat. Deorum. *Quartus Hercules Jovis est, qui Tyri maxime colitur, ejus Carthaginem filiam ferunt.*

Carvilius Spurius, victis Samnitibus sacratâ lege pugnantibus, è pectoralibus eorum, ocreisque & galeis Jovem qui est in Capitolio fecit, amplitudine tantâ, ut conspicatur à Latiario Jove. Plin. 34. 7.

Carvilius Spurius, primus Romanorum solâ infœcunditate objectâ, uxorem repudiavit. Dionys. Halicarn. lib. 2. Σπέρειος Καρβίλιος ἀνὴρ ὢν ἀφανὴς πρῶτος λόγῳ ἀπολύσαι γυναῖκα, ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν Τιμητῶν ὁμόσαι τέκνων ἕνεκα γυναικὶ μὴ συνοικεῖν. Ubi particula μὴ omitti potest, ut legamus γυναικὶ συνοικεῖν, & novam intelligamus uxorem, quam Carvilius petebat. Sic enim de eo Gellius 4. 3. *Jurare à Censoribus coactus erat uxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum.* Sin vero retineamus particulam τὸ μὴ, de suâ tunc accipiendum, quam jam habuit. Val. Max. 2. 1. Primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causâ dimisit, qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit, quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei præponi debuisse arbitrantur. Hæc ille.

Carus, 36 Romanorum Imperator, imperavit annis 2 cum filio Numeriano Cæsare, doctissimo juvene; bellum Persicum, quod Probus parabat, aggressus, Mesopotamiâ captâ, Ctesiphontem usque pervenit, & in tempestate maximâ morbo periit, an. ab U. C. 1035.

Carus, delator quidam temporibus Juvenalis, qui sic de eo Sat. 1. —— *Quem munere palpat Carus.*
Plinius: *Nisi forte quod non fui, reus fuissem, si Domitianus, sub quo hæc acciderant, diutius vixisset: Nam in scrinio ejus datus à Caro libellus in me inventus est.*

Carystius Pergamenus ἱστορικὰ ὑπομνήματα scripsit. Athen. lib. 10, 11, 12. Idem lib. 6. testimonium usurpat ex Carystii Pergameni lib. περὶ διδασκαλιῶν. Commentarium quoque Sotadeum edidit. Athen. lib. 14.

Cassandra, Priami, & Hecubæ filia, quæ cum ob formæ venustatem ab Apolline amaretur, jussa quamcunque vellet concubitûs mercedem petere, vaticinandi peritiam sibi dari postulavit, quam cum credulus amator ei concessisset, neque illa promissis staret, indignatus Deus, quoniam munus jam datum eripere non potuerat, effecit ut vaticiniis ejus fides nulla haberetur. Tryphiodorus de Halosi Trojæ:

—— Τῷ γὰρ Ἀπόλλων
Ἀμφότερον, μάντιν τ' ἀγαθὴν κ' ἄπιστον ἔθηκεν.

Idem de eadem. Ψεύδεα θεσπίζουσα.
Q. Smyrnæus illam vocat ἀνεμώλιον, i. e. *vanam, futilem, irritam* vatem. Ibidem ipsa de se:

Ἀλλά μοι ἐ πείθεσθε.

Quare cum equi Trojani insidias detexisset, eumque mœnibus minimè recipiendum clamaret, neminem tamen invenit, qui verbis ejus fidem adhibendam putaret, Virg. Æn. 2.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei jussu, non unquam credita Teucris.

Hinc Virgil. postremis Trojani belli temporibus Chorœbo juveni desponsatam fuisse tradit, qui cùm extremâ illâ nocte, qua Ilium cecidit, sponsam captivam abduci videret, eique suppetias ferre conaretur, à Peneleo quodam confoditur, Virgoque ipsa ab Ajace Oileo in Minervæ templo vitiatur. Hæc postea in prædæ divisione Agamemnoni cessit, qui cum identidem ab illâ admoneretur, ut Clytemnestræ uxoris suæ insidias caveret, nihilo tamen minus ejus monita, velut vesanæ mulierculæ deliramenta, contempsit. Cujus posteà securitatis pœnas dedit, unà cum Cassandrâ, uxoris, Ægisthique insidiis in convivio obtruncatus. Virg. Æn. 2.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisque Minervæ.

Idem. *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.*
Apud Plut. ἐν Παραγγέλμασι Πολιτικοῖς Cassandra ipsa ita loquitur versibus vet. Poetæ,

Ἄκοντα γάρ με ἔθηκε θεσπίζειν Θεὸς
Καὶ πρὸς παθόντων, κἂν κακοῖσι κλύειν
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν ἢ μαίνομαι.

Huc alludens Propertius lib. 3. dixit.

Certa loquor sed nulla fides; neque enim Ilia quondam
Verax Pergameis Mœnas habenda malis.

Seneca in Troadibus.

Quæcunque Phœbas ore lymphato furens
Credi Deo vetante, prædixit mala.

Cassianus, martyr apud Forum Cornelii ubi & jacet, & quò venerat peregrinationis gratiâ è Brixiâ urbe, cujus erat civis, & Præsul. Cumque apud forum Cornelii doceret, jussu Juliani Imperatoris, qui prohibuerat Christianos docere, stylis discipulorum confossus est. Martyrium ejus eleganter descripsit Aurelius Prudentius Περὶ Στεφάνων. Hym. 14.

Cassianus, Alexandrinus sub Joviniano in Italiam veniens apud Ottona templum construxit, cujus & Præsul electus: Inde peregrinando Augustodunum venit, ac Episcopo Simplicio viro sancto successit.

Cassianus Monachus Honorii tempore, Hierosolymitanâ Ecclesia ab hæreticis ejectus, Massiliam venit; ubi duo condidit cœnobia; scripsit & de Monachorum institutis. Volater. Vide Voss. Hist. Lat. lib. 2. cap. 17.

D. Cassianus, quintus Augustoduni Galliæ civitatis, vulgò *Autun*, episcopus fuit: ad cujus tumulum pleraque ac miranda eduntur miracula. Greg. Turon. cap. 75. de glor. mart. De Julio Cassiano, Voss. Hist. Gr. 4. 17.

Cassiodorus, Patricius, & Senator Romanus Theodorici Gotthorum regis Præceptor, & Cancellarius, tandem Abbas Ravennæ, cum multa alia scripsit, tum vero Historiam Ecclesiasticam, quæ Tripartina nominatur, ex tribus Scriptoribus Theodoreto, Sozomeno, & Socrate in unum corpus coagmentavit. Mortuus est temporibus Justiniani Imperatoris. Extant ejus ad Theodoricum Epistolæ. Volater. Vide Voss. Hist. Lat. 2. 19.

Cassiope, sive *Cassiopea* Cephei Æthiopum regis uxor, & Andromedes mater, quæ quod gloriaretur Nereidibus sese corporis pulchritudine præstare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim jactantiâ ejus irritatæ incredibilis magnitudinis cetum immiserunt, filiamque ejus unicam, nomine Andromedam saxo alligarunt, cetoque devorandam objecerunt, quæ tamen Persei virtute liberata, ei nupsit. Cassiope vero tandem generi meritis in cœlum translata traditur. Arabibus vocatur *mulier sedis*, i. e. *sedens in siliquastro cum palmâ delibuta.* Manilius *inversam* vocat, quòd capite cernuans occidat. Unde Marcus Tullius Aratea vertens.

Labitur illa simul gnatam lacrymosa relinquens
Cassiopeia, neque ex Cœlo depulsa decore
Fertur. Nam verso contingens vertice primum
Terras, post humeris eversa sede, refertur.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ,
Cum quibus, ut perhibent, ausa est contendere formâ.

Vide Cæsium in Cœlo Astronom. p. 116. Prop. 1. 17.

Nec mihi Cassiope solito visura carinam,
Omniaque ingrato litore vota cadunt.

Cassiepea pro *Cassiopea*, dicere jubet Scal. in Manilium, atque ita se reperisse ait in codice Gemblacensi. Sane Græcis est Κασσιέπεια. Verum codici uno plures opponere licet in quibus per O scribatur, nempe Latini ut *Calliope*, & *Calliopea* ita *Cassiope*, & *Cassiopea* scripsere. Nec est quòd Græca vox opponatur, nam E & O facile commutantur. Ita Græcè est Πτολεμαῖος, at in optimis libris est *Ptolomæus*, & Βερενίκη *Berenice*. Vossius.

C. Cassius, (*Longinum* vocat Dio lib. 4.) unus ex C. Cæsaris percussoribus unà cum M. Bruto apud Philippos à M. Antonio & C. Octavio victus, mortem sibi conscivit, vir omni laude dignus, & animo in Rempublicam plane singulari: hoc tamen minus felix, quod sublato tyranno, tyrannidem tollere non potuit. Plut. in Bruto. Cæsare interfecto, quum postridie apud M. Antonium cœnaret, rogante illo, Num etiam ibi gladium aliquem in sinu reconditum haberet; Et quidem permagnum, inquit, si & tu tyrannidem affectas. Uxorem habuit Juniam Bruti sororem, quæ utrique per annos 64. superstes vixit.

Cassius Brutus, patriæ proditor, à patre inediâ consumptus est, nam bellum adversus Latinos Romanis erat. In eo ducem P. Decium creant quidam Patricii. Cæterum inops hic adolescens Cassius Brutus, dictâ mercede, portas aperire cum deprehensus esset, ad auxiliare Palladis templum confugit, cujus pater Cassius signifer, occlusis foribus, necatum fame juvenem insepultum ejecit. Plut. in Parallelis.

Cassius Dio, Collega Ju. Tiberiani an. ab U. C. 1042. Alius omnino est à Dione Cassio historico, de quo postea; Is enim consulatum gessit cum Alexandro Mammeæ filio an. U.C. 981.

Cassius, Trib. plebis C. Mario & L. Flaccio Coss. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus sanxit, ut quem pop. Rom. damnasset, cujve imperium abrogasset, id ratum esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in consulatu. Ascon. Pædian.

Cassius Longinus, Jurisconsultus, quòd Cassii Cæsaris percussoris nomen, & stemmata haberet, jussus est à Nerone

mori. Pronepos fuit Servii Sulpitii ac eques Romanus. Tranquillus.

Cassius Severus, orator, de quo Quintilianus sic scribit. *Cassius Severus, qui si cæteris virtutibus colorem, & gravitatem orationis adjecit, ponendus inter præcipuos foret, nam & ingenii plurimum est in eo, & acerbitas mira, & urbanitas, & vis summa.* Hæc ille. Hujus Cassii scripta ex Senatusconsulto abolita sunt. Sueton. Vide Voss. Hist. Lat. lib. 1. cap. 21.

M. Avidius Cassius, Præfectus exercitus Antonini Principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germaniâ gerit contra Marcomannos, defecit ab eo; itaque relicto bello Imperator cum exercitu eum petit, & superat.

Cassius, Præsul Narniensis tempore Totilæ regis Gotthorum, cui occurrens animum ejus placavit, ne civitati noceret. Greg. 3. Dialog.

Sp. Cassius Bellicinus, regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici Consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Nam S. P. Q. R. non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superjecit. In solo autem ædem Telluris fecit. Valerius Max. lib. 6. cap. 3.

Cassius, Poeta Parmensis fuit, cujus ingenium in scribendo carmine mirè concinnatum, & promptum prædicat Horat. 1 Serm. Sat. 10.

——————*Hetrusci*
Quale fuit Cassi rapido ferventius amni
Ingenium, capsis quem fama est esse, librisque
Ambustum propriis. ——————

Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Trib. militum fuit, quibus victis Athenas se contulit. Quintilius Varus ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyesten Cassii Parmensis fuisse, Scripserat enim multas tragœdias. Acron in illud Horatii,

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

Cassius Hemina, Chirurgus apud Romanos, cui ob peritiam jus Quiritium datum est, & taberna in compito Acilio empta. Plin. 7. 25.

L. Cassius Hemina, quem *vetustissimum annalium auctorem* vocat Plin. 13. 13. Ubi Guilandinus, & Dalechampius pro *vetustissimus* legunt *verissimus*: idque quia, ut aiunt, vix 70 annis antiquior fuit Plinio: ut qui Augusto ac Tiberio fuerit coævus; iisque historiam suam dicavit. Verum errant. Vixit enim ludis secularibus quartis C. Cornelio Lentulo, & L. Mummio Achaico Coss. an. U. C. 608. ut de eo testatur Censorinus cap. 17. Fecit Annalium libros 4. Eorum quartus inscribebatur *Bellum Punicum posterior*, ut Priscianus auctor est, lib. 7. Nempe ex veterum usu quibus exeuntia in (*or*) communia erant. Vide Voss. de Hist. Lat. 1. cap. 7.

M. Cassius Scæva, miles Cæsaris fortissimus, de quo Cæsar Bell. Civil. lib. 3. Valer. Max. 3. 2. Appian. Ἐμφυλ. 2. Lucan. lib. 6. Florus, & Sueton. in Cæsare.

Castor, & Pollux Διόσκουροι, fratres gemini Jovis ex Ledâ sub cygni formâ compressâ filii, qui & Tyndaridæ passim à Poetis appellantur, quemadmodum & Helena soror ipsorum Tyndaris. Hi ubi primum adoleverunt, mare piratis liberarunt, & ob id Dii maris habiti sunt, quos in tempestate nautæ solent implorare. Post hoc in Colchos cum Argonautis profecti: quâ in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reversi Helenam sororem à Theseo raptam receperunt, Aphydnâ urbe, Theseo absente, expugnatâ. Tandem cum Castor diem suum obiisset, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helenâ ovo natus immortalis erat) fratris desiderio à Jove petiisse, ut immortalitatem suam cum fratre posset partiri: quâ re impetratâ, alterni mori traduntur, & revivisce re. Virg. Æn. 6.

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit
Itque reditque viam toties.

Quod ideo fingitur, ait Servius, quia horum stellæ ita se habent, ut occidente unâ, oriatur altera. Hor. Ep. 2. 1.

——————*Cum Castore Pollux*
Post ingentia facta Deorum in templa recepti.

Vide *Gemini*. Tantam similitudinem horum fratrum fuisse dicit Papinius, ut fefellerint judicium oculorum. Theb. 5.

——*Ambiguo visus errore lacessunt*
Oebalidæ gemini: chlamys huic, chlamys ardet & illi:
Ambo hastile gerunt: humeros exertus uterque,
Nudus uterque genas, simili coma fulgurat astro.

Claudianus lib. de 4. Cons. Honorii.

Haud aliter summo Gemini cum Patre Lacones
Progenies Ledæa sedent, in utroque relucet
Frater, utroque soror; simili chlamys effluit auro,
Stellati pariter crines: juvat ipse Tonantem
Error & ambiguæ placet ignorantia matri,
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.

Vide Lucianum Dialogo Apollinis & Mercurii, cujus initium est: Ἔχεις μοι εἰπεῖν ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ τοῦ τύπτου, ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διαγνοίην αὐτούς. Val. Flac. lib. 1.

Illis Tænario pariter tremit ignea fuco
Purpura; quod geminâ mater spectabile telâ
Duxit opus, bis Taygeton, sylvasque comantes
Duxerat, Eurotam molli bis fuderat auro.
Quemque suus sonipes niveo de stamine portat
Et volat amborum patrius de pectore cygnus.

Cæterùm communicatur inter fratres *Castoris* nomen apud auctores, D. Lucas in Act. Apost. cap. 28. secundum Vulgatum interpretem: *Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrinâ, quæ in insulâ hyemaverat, cui erat insigne Castorum.* Ubi tamen Græcè Διόσκουροι. Plin. 10. 43. *Super ædem Castorum genitus pullus in oppositam sutrinam devolavit.* Arnobius lib. 5. *Tyndaridæ Castores, equos unus domare consuetus, alter pugillator bonus*, &c. Atqui Castor equorum domitor, Pollux bonus pugil fuit. Theocritus in Dioscuris.

Τυνδαρίδαι Λήδας τε καὶ Αἰγλόχου Διὸς υἱὼ
Κάστορα, καὶ φοσέρεν Πολυδεύκεα πὺξ ἐριδίζειν.

Et postea. —— Ἐκ δ' ὁ Κάστωρ ἐείσω
Τυνδαρίδα, πεζὸν πάλαι, ἠδ' ὑνοπι, χαλκιοδώρῳ.

Et ante illum Homerus Odyss. λ.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα
Τὼς ἅμα ζώους γαῖα φυσίζοος ἔκρε,
Οἱ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες,
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Τεθνᾶσι, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἴσα θεοῖσι.

Horat. Carm. lib. 1. Od. 12.

Dicam & Alciden, puerosque Ledæ,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem, quorum simul alma nautis
Stella refulsit. ——————

Idem Sat. 1. lib. 2.

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis. ——————

Ovid. Fast. 4.

Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.

Seneca in Medeâ.

Cedet Castore cum suo
Pollux cæstibus aptior.

Porro Castor & Pollux arbitri ac testes legum judiciorumque fuerunt. Cicero contra Verrem. Est & Meteori genus quod appellarunt *Castores*; ignes nimirum fulgoris stellarum instar, felix omen navigantibus habitum si incidissent gemini. Lege Plin. 2. 38. & Senec. Nat. Qu. lib. 1. cap. extr. Hinc *Ecastor*, & *Mecastor*, adverbia jurandi apud Plaut. & Terent. Item adject. *Castoreus*, ut *manus Castorea* apud Senecam. Item *Castor* animal ἀμφίβιον Latine *fiber*, vel *canis Ponticus*, juxta Servium. Juvenal. Sat. 12.

——————*Imitatur Castora, qui se*
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculorum, adeo medicatum intelligit inguen.

Redimere se ea parte, propter quam petuntur maximè, quò Juvenalis hoc carmen pertinet, præter Ælianum de Animal. aliosque, etiam Horapollo affirmat, qui lib. 2. Hieroglyph. cap. 65. Ægyptios tradit *Castorem*, sive *fibrum* pingere, cum designare volunt hominem, qui sibi ipsi damnum inferat: quod hoc animal cum se venatione peti videt, proprios testes evulsos in prædam objiciat. Ἄνθρωπον δὲ διὰ τὴν ἰδίαν ἀζωλείαν βλαπτόμενον βλέπομοι, Κάστορες ζωγραφοῦσιν. Ἐκεῖνος γὰρ καταδιωκόμενος εἰς τὰ ἄκρα τῶν ἰδίων διδύμων ἀποστᾶν βίπτει. Idem tamen lib. 2. cap. 214. pernegat testes sibi Castorem vellere: Μάτην δὲ ἱστορεῖται, ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποστᾶ τοὺς διδύμους καὶ ῥίπτει. Ἀδύνατον γὰρ ἐστὶν ἄλλως αὐτοῖς φεύγοντα ὄντων, ἄτερ νόσου. Cui loco alter Plinii pro interpretamento erit, l. 32. c. 3. *Amputari hos ab ipsis cum capiuntur negat Sextius diligentissimus medicinæ auctor. Quinimo parvos esse substrictosque & adhærentes spinæ, nec adimi sine vitâ animalis posse.* Vide Dausqu. ad Silii locum inferius producendum, & Dioscor. l. 2. c. 26. Author Eleg. de Nuce:

Sic, ubi detracta est à te tibi causa periclî,
Quod supereſt, tutam, Pontice Castor, habes.

Silius lib. 15.

Fulminei veluti deprensus gurgitis undis
Avulsâ parte inguinibus, causaque periclî
Enatat intento prædæ fiber avius hoste.

Ubi Ciceronem magistrum suum retulit Silius. Is enim in oratione pro M. Æmylio Scauro citatur à Servio ad primum Georg. *Redimant se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur.*

Castor,

Caſtor, hiſtoricus Rhodius, floruit ſub Julii Cæſaris principatu, quem aliqui Galatam vocarunt, quia in Galatiâ vixerit. Putat Voſſius hunc eundem eſſe cum eo, cujus meminit Plin. lib. 20. Cyrillus lib. 1. contra Julianum, ac Stephanus in Βοιωτία. Nobilis Chronographus fuit; atque eo nomine etiam laudatur Euſebio in Chron. ad an. 989. ubi ex Chronographiâ Caſtoris de regno Sicyoniorum, & mox de Athenienſium regno, fragmentum citat. Item ad an. 161. & 542. ubi quædam adfert ex eo de regno Argivorum. Ad hæc Tatiano etiam celebratus, & ante hos Flavio Joſepho qui lib. 2. contra Apionem, eum hiſtoricis annumerat, ex quibus conſtet, Antiochum Epiphanem, in templo Hieroſolymitano à ſe ſpoliato haud quicquam reperiſſe, propter quod Judæi à nationibus rideri mereantur. Maſſilienſis primum fuit orator, ſi Suidæ credimus; qui & auctor eſt, ſcripſiſſe libros 5. ſive juxta alios libros 9. de epicheremata; item de perſuadendo libros 2. ad hæc artem dicendi. Sed hiſtorica ejus, quorum idem meminit, ſunt iſta: Libri 2. de Babylone, liber de Nilo, item χρονικὰ ἀγνοήματα, ſive *de ignoratione temporum*, quæ etiam Apollodorus citat, lib. 2. & fortaſſe Auſonius Carm. 23. in Profeſſores Burdigal.

Quod Caſtor cunctis de regibus ambiguis.

Nam cum imprimis ſoleat in temporibus peccari, eò quòd ejuſdem nominis principes confundantur: plane eſt veriſimile, Caſtorem illo opere unius nominis reges diſtinxiſſe. Scripſit præterea, eodem teſte, περὶ διαλωνοκρατούντων: ex quo opere ſunt, quæ Euſebius in Chronicis paſſim de illis refert, qui imperio maris ſunt potiti. Porro Caſtorem hunc, atque item Thallum, diligenter tractaſſe hiſtoriam, auctor eſt Africanus & ex eo Euſebius lib. 10. Præp. Evang. cap. 3. Idem Euſeb. lib. 1. Χρονικῶν· Κάστωρ ἐν τῷ χρόνῳ αὐτὸν φησὶν ὧδε. Adfert deinde verba de imperio Aſſyrio, ejuſque initio, quod eſt à Belo. Mentionem quoque Juſtinus Martyr facit paræneſi ad Græcos. Impenſius ſemper faviſſe Romanis, indicat cognomen Φιλορωμαῖος, cujus meminit Suidas. Atque eo magis veriſimile ſit eſſe hunc ipſum Caſtorem illum, qui volumine quodam Romana inſtituta cum Pythagoricis contulit, teſte Plutarcho in Qu. Romanis. Quod opus etiam ſignat libro de Iſ. & Oſiride. Sed Strabo alterum etiam cognomen adfert. Nam lib. 12. vocatur *Saocondarius*. Refert ibidem fuiſſe generum Deiotari, regis Galatiæ, atque ab eodem unà cum uxore fuiſſe interemptum. Suidas cauſam hanc cædis addit, quòd ſocerum eſſet criminatus apud Jul. Cæſarem. Itaque videri poſſit hic eſſe idem Caſtor, adverſus quem pro Deiotaro orationem habuit Cicero apud Cæſarem. Sed obſtat quod Caſtor iſte Deiotari fuit nepos: & vocatur adoleſcens, quâ ætate tam multa ſcripſiſſe minimè ſit veriſimile. Verba Ciceronis ſunt: *Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos, avum in diſcrimen capitis adduxerit, adoleſcentiæque ſuæ terrorem injecerit ei cujus ſenectutem tueri & regere debebat.* Cicerone autem quis melius iſta noſſe potuit, qui cauſam Deiotari adverſus Caſtorem egit? Num igitur Strabonem & Suidam erraſſe dicemus, qui ex nepote generum fecerint? An potius ſtatuendum, Caſtorem illum, de quo Cicero loquitur, eſſe filium Caſtoris illius, de quo Strabo & Suidas? Saltem illud extra controverſiam poni poteſt, Caſtorem nepotem, de quo Tullius, eſſe filium Caſtoris Chronographi; qui cum genere eſſet humili, ſolâque fortaſſe eruditione & facundiâ commendabilis, Regis gener factus eſt. Vide ſis Voſſium de Hiſt. Gr. 1. 24.

Jo. Maria *Catanæus*, Novariæ natus fuiſſe dicitur à Leandro in Lombardiæ Tranſpadanæ deſcriptione. Hic præter eruditos in Plinii Epp. & Panegyricum, commentarios (qui primum Mediolani prodiere an. 1506.) Etiam *verſu Heroico Chriſtianorum expeditionem ad bellum ſacrum panxit*, ut ibidem Leander ait de eodem Lil. Gyraldus: *Nonnihil & Jo. Maria Catanæus in Poeticâ facultate promovit, id quod plane ejus Genua declarat, & ingens illa quidem, quam diu parturit Gothofredi & Boemontis expeditio quâ Chriſti Sepulcrum è barbarorum manibus aſſertum eſt.*

Catharina, virgo Alexandrina, artibus Philoſophicis à puericia exculta, ac deinde ſtudio doctrinæ cœleſtis dedita. Quæ cum Maximinum cogentem Ægyptios ad ethnica ſacrificia celebranda palam arguiſſet, primùm carceri incluſa eſt, deinde ad diſputationem cum 50. Grammaticis ac Rhetoribus educta omnes vicit & ad fidem Chriſti convertit. Eos omnes Tyrannus trucidavit; Catharinam rotæ impoſiturus erat, ſed fulmen rotam disjecit; quare gladio decollata eſt. Corpus dicitur ab Angelis in montem Sina delatum eſſe.

Catilina, civis Romanus nobilis, conjuratione contra patriam initâ notiſſimus, cujus impii conatus prudentiâ Ciceronis oppreſſi ſunt. Hiſtoriam eam ſcripſit Salluſtius. Vide & Flor. lib. 4. cap. 1. & Plut. *in Cicerone*. Juven. pro quovis peſſimo & exitioſo patriæ cive poſuit Sat. 14. cum ait:

——— *Et Catilinam*
Quolibet in populo videas, quocunque ſub axe.

Virg. Æn. 8.

———*Et te Catilina minaci*
Pendentem ſcopulo Furiarumque ora trementem.

Lucan. lib. 7. ubi de Cicerone

——— *Cujus*
Pacificas ſævus tremuit Catilina ſecures.

Martialis.

Dixerat O mores! O tempora! Tullius olim
Sacrilegum ſtrueret cum Catilina nefas.

Catius, Deus Ethnicorum, qui *catos*, i. e. acutos homines faceret, aliis *Cautus*, quia *Cautos* homines efficit. Aug. de Civ. Dei.

Cato. Hujus nominis celebres aliquot fuerunt: ut M. Porcius *Cato* cui poſtea à *Cenſuræ* dignitate *Cenſorii* nomen inditum eſt. Ex Tuſculano municipio ortum traxit, indeque perſuaſione atque amicitiâ Val. Flacci adductus primus ex eâ familiâ ſe Romam contulit, ubi propter ſingularem virtutem honores omnes ſine repulsâ eſt adeptus. Primo enim Trib. Mil. in Siciliâ fuit; deinde Prætor Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis inſtitutus, cum jam natu grandior eſſet. Poſtremò Conſul cum eodem Flacco creatus citer. Hiſpaniam ſortitus eſt, ubi rebus feliciter geſtis urbium omnium muros, quæ intra Bætim erant, uno die ſolo æquari juſſit. Hunc ob morum gravitatem, ſingularemque juſtitiam Virg. Æn. 8. Inferorum judicem facit:

Secretoſque pios & dantem his jura Catonem.

Tametſi locum illum aliter intelligit De la Cerda, nempe de Catone Uticenſi, quem *ſeverum* Martialis, *gravem* Silius, *horridum* Lucanus vocat. Cæterum Cato noſter tres ſummas res præſtitiſſe exiſtimatus eſt. Erat enim, *Optimus Orator, Optimus Imperator, Optimus Senator*, uti eum Plin. 6. 27. prædicat: Præterea quadragies cauſam dixit, & quamvis toties poſtulatus fuit, tamen ſemper abſolutus eſt. *Omnium bonarum artium magiſter* eidem Plinio vocatur 25. 2. Scripſit varia. Quintilianus lib. 12. cap. ult. *M. Cenſorius Cato, idem Orator, idem Hiſtoriæ conditor, idem juris, idem rerum ruſticarum peritiſſimus, inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi ſeculo literas Græcas ætate jam declinata, didicit, ut eſſet hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſcent.* Vide Plutarchum & Nepotem in ejus vitâ, itemque Livium lib. 39. cap. 40. Elogium quoque ejus habes apud Val. Max. lib. 8. cap. 7. Vide ſis etiam Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 5. Dicere ſolebat, Trium potiſſimum rerum ſe pœnitentiam egiſſe; primùm eò perrexiſſe navigio, quo pede proficiſci potuiſſet: Secundò ignavum præteriiſſe diem; Tertiò uxori ſecretum revelaſſe. Item *Catones* duo fuere ſuperioris filii, quorum alter in bello contra Perſeum ſub Æmilio Paulo magnâ cum laude militavit: Alter patre ſuperſtite, ac Prætore deſignato, extinctus eſt, & egregios in juris Civilis diſciplinâ libros compoſuit. Gellius lib. 2. cap. 4.

M. Cato Uticenſis, M. Porcii pronepos fuit, quem & vitæ, Stoicæque diſciplinæ ſeveritate referebat. Hic nudis interdum pedibus, brevique togâ in publicum prodibat, ſeſe adſuefaciens non niſi turpibus rebus erubeſcere. Conſulatum fruſtra petiit, quod virtuti ſuæ fidens, populo non nimium ſubmiſſè voluerit ſupplicare. Martiam conjugem Hortenſio amico, liberorum causâ conceſſit eandemque poſt ejus mortem recepit; quod Cæſar avaritiæ causâ ab eo factum calumniatus eſt: *Dimiſit*, inquit, *inopem, ut locupletem reciperet.* Poſt Pharſalicam cladem reliquias Pompeiani exercitûs collegit, ac terreſtri itinere per deſerta Libyæ ad Jubam regem perduxit. Tandem victo à Cæſare Scipione, Uticæ, quam tutandam ſumpſerat, necem ſibi conſcivit, perlecto ante Platonis Dialogo, de animæ *Immortalitate*, qui *Phædon* inſcribitur. Lucanus.

Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni.

Horat. 3. Carm. Od. 21.

Narratur & priſci Catonis
Sæpè mero caluiſſe virtus.

Quem vino non indelectatum liquet ex Sen. cap. 15. lib. 1. *de Tranquillitate*. *Catò*, inquit, *laxabat animum curis publicis fatigatum*, &c. Et mox. *Catoni ebrietas objecta eſt. At facilius effecerit, quiſquis objecerit, hoc crimen honeſtum, quam turpem Catonem.* Sane & Plutarchus quoque author eſt, Catonem, πολλάκις ἐν οἴνῳ διάγειν εἰς ὄρθρον. Hunc *Sapientiæ* nomen in ſenectute habuiſſe ſcripſit Cic. lib. *de ſenectute*. Quo nomine Vetus Poeta *in Florido* ita admiratus eſt, ut vel Socrati anteferret. Ejus verſus iſti ſunt:

Sperne mores tranſmarinos; mille habent offucias,
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius:
Quippe malo unum Catonem, quam trecentos Socratas.

Fuit nimirum ſeveris moribus, invicti animi & continentis: Unde omnes *cordati, ſeveri & inculpatis moribus Catones* vocati, ut & Val. Max. l. 2. c. ult. obſervat. Lucan. lib. 4.

——— Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, ſervare modum, finemque tenere,
Naturamque ſequi, patriæque impendere vitam,
Nec ſibi ſed toti genitum ſe credere mundo.

Hunc ita deſcribit Velleius: Hic genitus proavo M. Catone principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti ſimillimus & per omnia ingenio diis quam hominibus propior: qui nunquam rectè fecit, ut facere videretur, ſed quia aliter facere non poterat, cuique id ſolum viſum eſt rationem habere quod haberet juſtitiam: omnibus humanis vitiis immunis, ſemper fortunam in ſuâ poteſtate habuit. De αὐτοφυΐᾳ illius B. Aug. Civ. Dei. 1. 22. Nec de alia cauſa aureolo illi libello *De moribus* verſibus conſcripto, qui vulgo pueris proponi ſolet, *Catonis* nomen inditum eſt: Neque enim Cato ejus author eſt; ſed ita appellatur quia de ſanctitate morum præcipit, qualis in Catone fuit. Ejus vitam ſcripſit Plutarchus. Elogium ejus apud Senecam habes de *Conſt. Sapientis* cap. 1. & 2.

Val. Cato, Grammaticus, qui Romæ multos & nobiles docuit tempore Syllæ, cujus famam hi verſus indicant;

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui ſolus legit, ac facit poetas.

Scripſit præter Grammaticos libellos, etiam poemata, ex quibus præcipuè probantur *Lydia*, & *Diana*. *Lydiæ* Ticida meminit.

Lydia doctorum maxima cura liber.

Dianæ vero Cinna.

Secula permaneant noſtri Diana Catonis.

Vixit ad extremam ſenectam, ſed in ſummâ pauperie & pene inopiâ, abditus modico gurguſtio, poſtquam Tuſculana villa creditoribus ceſſerat, ut auctor eſt Bibaculus in his.

Si quis forte mei domum Catonis
Depictas minio aſſulas, & illos
Cuſtodes videt hortulos Priapi,
Miratur quibus ille diſciplinis
Tantam ſit ſapientiam aſſecutus,
Quem tres calculi & ſelibra farris,
Racemi duo tegulâ ſub unâ
Ad ſummam prope nutriant ſenectam.

Et idem rurſus.

Catonis modo, Galle Tuſculanum,
Totâ creditor urbe venditabat.
Mirati ſumus unicum magiſtrum,
Summum Grammaticum, optimum poetam
Omnes ſolvere poſſe quæſtiones,
Unum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!

Ejus quoque meminit Catullus.

Ride, quicquid amas, Cato Catullum.

Itemque Ovidius.

Et par Cornifici, parque Catonis opus.

Catullus, Poeta Veronenſis, epigrammatum ſcriptor, anno uno ante Salluſtium natus, quo tempore Romanorum imperium Marii & Syllæ factionibus concutiebatur. Latinæ puritatis cuſtos fuit religioſiſſimus, unde & *Docti* cognomen meruit. Martialis.

Verona docti ſyllabas amat Vatis.

Alioqui laſcivus, & ſupra modum mordax; utpote qui ne Cæſari quidem, jam rerum potito pepercerit. Clodiam amicam celebravit, quam ficto nomine *Lesbiam* vocavit. Ovid. Triſt. 2.

Sic ſua laſcivo cantata eſt ſæpe Catullo
Fœmina, cui falſum Lesbia nomen erat.

Martialis.

Nolo quot arguto dedit exorata Catullo
Lesbia.———

Catullus, cognomento *Urbicarius*, mimographus, de quo Juvenalis Sat. 13.

———Mimum agit ille
Urbanus qualem fugitivus ſcurra Catulli.

Idem Sat. 8.

Conſumptis opibus vocem, Damaſippe, locaſti
Sipario, clamoſum ageres ut Phaſma Catulli.

Ubi vide ſis veterem Scholiaſt.

2. *Luctatius Catulus*, primo bello Punico 300. navibus adverſus Pœnos profectus, 600. eorum naves commeatibus impeditas, duce Amilcare, apud Ægates, inſulas inter Siciliâ & Africam, depreſſit, finemque bello impoſuit. Pacem vero petentibus hâc conditione conceſſit, ut Siciliâ, Sardiniâ, ceteriſque inſulis inter Italiam, Africamque cederent, & Hiſpaniâ citra Iberum abſtinerent. Liv.

Catulus, Orator Conſ. cum C. Mario, quarto ejus Conſulatu, Cimbros fudit: à collegâ poſtea, urbe occupatâ per diſſenſionem mori juſſus eſt, fruſtra precantibus pro eo civibus. Itaque in cubiculo incluſus candentium carbonum vapore ſuffocatus eſt, cujus manes ultus poſtea Sylla, interfecto Mario juniore. Lucanus.

——— Quid ſanguine manes
Placatos Catuli referam?

Catulus, ſororius Catilinæ, eques Romanus, partium nullarum, tantumque quieti ſtudens, à Catilinâ juſſu Syllæ interfectus. Aſcon. Pædian.

Catulus alius, hujus ſuperioris filius, qui Lepidum poſt Syllæ mortem bellum civile reparantem oppreſſit. Hic numirum fuit Ciceronis temporibus, & Capitolium incenſum reſtituit, vir non minoris integritatis, quam gravitatis, & apud ſuos cives authoritatis.

Caudex. Sen. de Br. V. *Claudius* Romanis primus perſuaſit navem conſcendere, Caudex ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus Caudex apud antiquos vocabatur; unde publicæ tabulæ, codices dicuntur. Vide Suet. Tib. 2. Polyb. 1. qui navibus Lucrenſium, Tarentinorum, Neapolitanorum uſum ſcribit ad trajectum. Auctor de V. Illuſtribus. Ap. Claudius Caudex, Cæci frater fuit; primo ad explorandos hoſtes, fretum piſcatoriâ nave trajecit. Ab eâ navi ergo ſic dictus videtur; nam minores illas ſic vocarunt. Auſon.

Navita caudicea fluitans ſuper æquora lembo.

Nonius: Codicarias naves etiam nunc conſuetudo appellat, eò quòd (lego *eas quæ*) in fluminibus ſunt uſui, Salluſt. 4. Hiſt. Contendit ad flumen Euphratem, & quanquam ad id naves codicariæ, occulte per hyemem fabricatæ aderant. Adde in eâ voce Feſtum. *Caudicarii* quoque ſunt ipſi nautæ qui Tiberi annonam ſubvehunt. Lipſius.

Caunus, fil. Mileti & Cyanes, qui cum à Byblide ſorore perditè amaretur, ſponte patriam amiſit, & in Cariæ littore è regione Rhodi urbem condidit, quam de nomine ſuo *Caunum* appellavit. Vide Ovid. Met. 9.

Caurus, ventus ab occaſu ſolſtitiali flans, qui & *Corus* dicitur. Virg. Georg. 3.

Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

Vide Gell. 2. 22.

Cebares, equiſo fuit, cujus aſtu Darius regnum Perſarum adeptus eſt: nam cum Magi inter ſe pacto conveniſſent, ut is, cujus equus primus hinniret, regno potiretur, Cebares manum vulvæ equinæ prius admotam naribus equi olfaciendam præbuit; quo odore irritatus equus primus hinnitum dedit. Herodotus.

A. Cecinna, equeſtris ordinis vir, quadrigariorum magiſter, Pompeianarum partium; tempore belli Civilis hirundines parvas è nidis Romæ comprehenſas nutriebat, quas poſtea nuncias belli mittebat amicis, ut Plinius refert. Scripſit librum contra Cæſarem. Fuit Ciceroni familiaris, & cliens, defenſus ab eo in quâdam hæreditatis cauſâ: extant & inter eos epiſtolæ conſcriptæ. Librum quoque *de fulguribus procurandis* edidit, quem Seneca ſe fatetur imitari, dicitque eum virum facundum, niſi à Ciceronis rebus primò receſſiſſet.

Cecrops, primus Athenienſium rex. Euſeb. in Chron. lib. 1. Οἱ δὲ ἔντιμοι τὸν Ὠγυγον, ἐν τῷ κατακλυσμὸν, βασιλεῖς, εἰσὶν οἱ Ν. Πρῶτος Κέκροψ, ὁ Διφυὴς. Joannes Tzetzes Chil. 5. Hiſt. 18.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀτλικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύς.

Apollodorus lib. 3. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τὴν Ἀτλικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. Et obſerva, indigenam illic eum dici; cum Ægyptium alii faciant. Suidas, Κέκροψ Αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθήνας. Atque idem rurſus dicit in Περιηγήσις. Totidem quoque verbis Schol. Ariſtoph. ad Plutum. Et Jo. Tzetzes eum refert è Sai, Ægypti urbe, Athenas commigraſſe poſt diluvium Ogygi, Chil. 5. Hiſt. 18.

Ὡς δὲ ἀπὸ τῆς Σάεως, πόλεως Αἰγυπτίας,
Μετὰ τὸν τὸν Ὠγυγον κατακλυσμὸν ἐκεῖνον,
Ὁ Κέκροψ παραγέγονεν Ἀθήναις τῆς Ἑλλάδος.

Iſacius Tzetzes ad Lycophronem. Ἡ Ἀτλικὴ βασιλεία ἦν Κέκροπος. Οὗτος γὰρ ἐλθὼν ἀπὸ πόλεως Αἰγύπτου, τὰς Ἀθήνας συνῴκισε. Cedrenus, Κέκροψ Αἰγύπτιος ὢν δύο γλώσσας ἠπίστατο. Inde *Cecropium lutum* apud Papinium pro Ægyptio, Sylv. lib. 3. in Propemptico Metii Celeris.

———Te præſide noſcat
Unde paludoſi fœcunda licentia Nili:
Cur vada deſidant, & ripa coerceat undas,
Cecropio ſtagnata luto.

Certe peregrinum facere etiam videtur Strabo, qui Bœotiæ præfuiſſe eum ante regnum tradit, lib. 9. Δέγεται καὶ Κέκροπα, ὕστερον δὲ Βοιωτίας ἄρξαι. Gotfridus Viterbienſis regem Cretæ fuiſſe refert, Chronici parte 4.

Cum dominum Cecropem regem tenet inſula Creta.

Quod non dubium eſt, quin ille ab antiquo auctore acceperit; innuitque hoc ipſum Plautus in Trinummo.

Pol illum reliqui ad Rhadamanthum, in Cecropiâ insulâ.

Quod parentes ejus attinet, matrem Hyginus Terram facit, fab. 48. patrem autem Vulcanum, fab. 158. Ac matrem Terram refert etiam Antoninus liberalis Metamorphos. capite sexto. Πειρᾶς ἐγένετο ἐν τῇ Ἀτλικῇ αὐτόχθων. ὃς πρῶτος ἔφηνε Κέκροπα τὸν Γῆς. Οὗτος ἐβασίλευσε πρῶτος ἀρχαίων ἀνθρώπων. Ilacius vero Tzetzes ad Lycophronem, ex draconis dentibus enatum scribit, quâ de re videndus quoque Schol. Aristoph. ad Plutum. Et Athenienses quidem ab eo dicti *Cecropidæ*. Herod. lib. 8. Ἀθηναῖοι ἦσαν ὅτε Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι. Virgilius.

——— *Tunc pendere pœnas*
Cecropidæ jussi.

Ovid. Met. 7.

Phœbus in interius spatium pulchrosque recessus
Cecropidas duxit.

Silius lib. 13.

Cecropidæ ob patriam Mavortis forte peremptos
Decrevere simul communibus urere flammis.

Claud. lib. 1. de R. Pros.

———*Templumque remugit*
Cecropidum, sanctasque faces extollit Eleusis.

Ausonius Epist. 24.

Sistere Cecropidum in terris monumenta paranti
Obstitit. Inde etiam Athenæ *Cecropia*. Plin. 7. 56. *Oppidum* (Athenas) *Cecrops à se appellavit Cecropiam*. Attica quoque universa *Cecropia* dicta. Apollodorus lib. 3. ubi de Cecrope: Καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν, Catullus in Epithalamio.

Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.

Porro Cecrops hic, uti supra innuimus Διφυὴς cognominatus est. Archelaus in Epigrammate, apud Antigonum Carystium Hist. Mirab. cap. 96.

———Ἐς ὃ τὸ Δ' ὄφις,
Οὐ θαῦμα, βλαστὸν δ' Διφυῆ Κέκροπα.

Ovidius *Geminum* dicit. Met. lib. 2.

Virginibusque tribus, gemino de Cecrope natis
Servandam dederat.

Cujus cognominis variæ rationes proferuntur. Sunt qui velint à staturæ magnitudine, aut duarum linguarum peritiâ, Græcæ nempe & Ægyptiacæ, ita dictum. Euseb. Chron. lib. 1: Κέκροψ ὁ Διφυὴς ὁ τότε Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀτλικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντήκοντα, διὰ μῆκος σώματος ὕπω καλέμενος, ὡς φησιν ὁ Φιλόχορος, ἢ ὅτι, Ἀιγύπτιος ὤν, τὰς δυὼ γλώσσας ἠπίστατο. Idem tradunt Hieronymus & Cedrenus. Aliis placet, quòd conjugio instituto, virum fœminæ conjunxerit. Athen. lib. 13. Ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἐνὶ ἕζυξεν ἀνέδην τὸ πρότερον ὡσὼν πρὸς συνόδους, διὸ καὶ ἔδοξέ τισι Διφυὴς ὀνομασθῆναι. Justinus lib. 2. *Ante Deucaleonis tempora regem habuere* (Athenæ) *Cecropem; quem, ut omnis fabulosa est antiquitas, Biformem tradidere, quia primus marem fœminæ matrimonio junxit.* Syrianus in Hermogenem: Κέκροψ πρῶτον συνήγαγεν ἀνδρὶ καὶ γυναῖκα, ὃς καὶ ἀπὸ τότε Διφυὴς ἐκλήθη. Idem quoque Eustathius refert ad Iliad σ' & ω'. Certè à Cecrope institutum matrimonium, etiam testatur istis verbis Nonnus Panopolitanus, lib. 41.

Κάδμος ἐϋγλώσσοιο διδάσκεν ὄργανα φωνῆς
Θεσμὰ Σόλων ἄχραντα, καὶ ἔννομον Ἀτθίδι πάτρῃ
Συζυγίης ἁλύσιον συνωρίδα δίζυγα Κέκροψ.

Alii tradunt, partim hominem, partim draconem fuisse. Aristoph. in Vespis.

Ὦ Κέκροψ, ἥρως ἄναξ, τὰ θηρὸς ποδῶν δρακοντίδη

Ubi Schol. Φασὶ δὲ Κέκροπα Διφυᾶ γεγονέναι, καὶ τὰ κάτω ὄφεως ἐσχηκέναι. Apollod. lib. 3. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων τὸ σῶμα. ἀνδρὸς καὶ δράκοντος. Nonnus ubi supra:

Κέκροπος ἐκ τύπον εἶδον, ὃς ἰοδόλῳ ποδὶ ὄλκῳ
Γαῖαν ἐπιξύνων ὀριόδ' εἵρετο ταρσῷ,
Νέρθε δράκων, καὶ ὕπερθεν ἀνὴρ· ἐξὺς δ' ἄχει κεφάλῃ
Ἀλλοφυὴς ἀτέλεστος ἐφαίνετο δίχρους ἀνήρ.

Quare autem hoc confinxerint explicatur à Demosthene in Orat. Fun. Ἦλεγον Κεκροπίδαι δ' ἑαυτῶν ἀρχηγὸν, τὰ μὲν ὡς ἔστι δράκων, τάδ' ὡς ἔστιν ἄνθρωπος, λεγόμενοι, ἐκ ἀλλοδαπῆς, ἢ πῃ πῃ σύγκριν αὐτὸς θεσμοποιῶν ἀνθρώπῳ, πῃ ἀλκὴν δράκοντι. Alii vero sic existimabant, hominis pariter ac draconis formam illi attributam, quod ex bono rege postea ferus factus fuerit. Quorum sententia refutatur à Plutarcho. De sera num. vind. Οἶμαι μὲν ἔγωγε καὶ Κέκροπα Διφυᾶ θεσπιῳδοῦσι τοὺς παλαιοὺς, οὐχ ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ὀφιομορφίαν βασιλέως ἄγειαν καὶ δρακοντώδη γαυόμενον πέφυκον, ἀλλὰ τυραννίδος ἐν ἀρχῇ σκολιὸν ὄντα καὶ φοβερὸν εἶθ' ὕστερον ἥρξαντα θείως καὶ φιλανθρώπως. Hæc Meurtius; apud quem videsis Plura de Cecrope lib. 1. de Reg. Athen. capp. 8, 9, 10, 11, 12. Fuit alius *Cecrops* Athenienſ. rex. 7. de quo idem Meursius lib. 2. de Reg. Ath. cap. 14.

Georg. *Cedrenus*, totum Chronographium Georgii Syncelli verbatim descripsit, & ex eo atque aliorum Chronologorum scriptis ingens volumen contextum σύνοψιν ἱστοριῶν vocavit. Sed ne illud quoque breviatorum manus librorum præsentissimum venenum, effugere potuit. Plus dico; non breviatores illi, sed mutilatores fuere. Nam quæ habemus, non justum illius σωμάτιος breviarium est, sed potius cadaver & dissecti membra scriptoris, Παρεκβολαὶ & excerpta ex eo ingenti volumine, sine ullo ordine temporum aut gestorum, ac delectu eorum quæ aut omittenda, aut excipienda erant. Idiotam quidem hunc Cedrenum fuisse illius scripta clamant; sed pejus & de illo, & de totâ Chronologiâ meruerunt qui eum tam crudeliter lacerarunt. Denique totum Cedreni opus est stabulum quisquiliarum & cento ex multis pannis sordidis, purpureis, malis, bonis, integris, laceris consutus. Jos. Scal. quem vide Notis in Græca Euseb. pag. 402. uti & Voss. de Hist. Gr. lib. 2. cap. 26.

Celæno, una ex Pleiadibus, Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cum quâ Jupiter concubuit. Ovidius in Fast.

———*Et te formosa Celæno*
Majan & Electram, Taygetamque Jovi
Concubuisse ferunt.

Tzetzes in Lycophronem refert ex Acesandro, ex hâc & Neptuno natos esse Eurypylum ac Tritonem.

Celæno, una Harpyiarum, Neptuni ac Terræ filia, soror Ocypetes & Aëllus, quarum formam, & ubi habitant, describit Virgil. Æn. 3.

———*Strophades Graio stant nomine dictæ*
Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno
Harpyiæque colunt aliæ.

Fig uratè Juv. Sat. 8.

———*Si nullum in conjuge crimen*
Nec per conventus & cuncta per oppida curvis
Unguibus ira parat nummos raptura Celæno.

Ab obscuritate nomen habet, nam κελαινὸς Græcè *niger*. Vide infra *Harpyiæ*.

Celeres. Livius lib. 1. de Romulo. *Multitudini tamen gratior fuit quam patribus: Longe ante alios acceptissimus militum animis, trecentosque armatos ad custodiam corporis, quos* Celeres *appellavit, non in bello solum sed etiam in pace habuit.* Rationem nominis affert Plut. Διὸ καὶ τοὺς ὑπηρεσίας ὀξύτητος.

Celeus, rex Eleusinæ, pater Triptolemi, cui Ceres, quòd esset ab illo excepta hospitio, commonstravit omnem agriculturæ rationem. Ejus vilis & rusticana supellex abiit in proverb. Virg. Geo. 1.

Virgea præterea Celei, vilisque supellex.

De hoc sic Euseb. ad Num. 611. *Eleusinæ Celeus regnavit coævus Triptolemo, quem Philochorus ait longâ navi ad urbes accedentem distribuisse frumenta, & ob id suspicionem dedisse, quod navis ejus serpens pennatus fuerit.* Eustathius in 2. Iliad. ait Cephalum patrem fuisse Celei, & Celeum Arcesii qui Ulyssis avus fuit. Ex Orat. 1. Nazianzeni contra Julian. elici potest, Celeum pertinuisse ad familiam Cereris; ait enim: Τὰς Δημήτρας, καὶ τοὺς Τριπτολέμους διηγούμενοι, καὶ τοὺς δράκοντας, ἔτι δὲ καὶ Κελεούς τε καὶ Ἰακχείους. Idem Orat. 2. Καπάβαλε Τριπτολέμως σε, καὶ τοὺς Κελεοὺς, καὶ τὰς μυστικὰς δράκοντας. Et Orat. ad Sancta Lumina. Οὐ δὲ Κόρη τις ἡμῶν ἁρπάζεται, καὶ Δημήτηρ πλανᾶται, καὶ Κελεὸς πᾶς ἐπεισάγει καὶ Τριπτόλεμος καὶ δράκοντας.

Celmus, unus fuit ex Idæis Dactylis qui cum Matrem Deorum stupro violasset, deinde à reliquis fratribus rejectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat, unde Proverb. *Celmis in ferro*. Zenodotus. Clem. Alex. Κέλμις καὶ Δαμναμενεὺς οἱ πρῶτοι Ἰδαίων Δακτύλων πρώτων σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ. Vide Scal. ad Euseb. p. 38. & Palmerium ad Marmor. Arundel. p. 688.

Celmus, Jovis nutritius, quem & parvulus adhuc Jupiter plurimùm amavit. Cæterum cum aliquando mortalem esse Jovem dixisset, Jupiter injuriæ memor, cum Saturno expulso rerum jam potiretur, in adamantem lapidem eum commutavit, Ovid. 4. Met. Fab. 7.

Te quoque nunc adamas quondam fidissime parvo
Celme Jovi. ———

Celsus, plagiarius ab Horatio notatus,

Quid mihi Celsus agit, monitus, multumq; monendus,
Privatas ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

Plures ejusdem nominis Trajano & Adriano Imperatoribus vixisse neminem latet historiæ vel mediocriter studiosum. Celsi Jurisperiti Spartianus meminit in Adriano. *Cum judicaret*, inquit, *in concilio habuit non amicos suos aut comites solum, sed Jurisconsultos, & præcipuè Julium Celsum.* Alium *Celsum* consularem virum tunc temporis vixisse nobis retulit quoque prædictus author his verbis: *In adoptionis sponsionem*

venit,

venit, Palmâ & Celſo, inimicis ſemper ſuis. Tertii quartique memoriam ab Origene accepimus, qui in primo *contra Celſum* nobis aliqualem utriuſque notitiam ſuppeditavit Δύω δέ, inquit, παρελήφαμεν Κέλσους γεγονέναι Ἐπικουρείους, ἢ μᾶλλον θεόστεγον καὶ Νέρωνα, τοῦτον δὲ κατ' Ἀδριανὸν καὶ καταπτέρω. Vide Spencerum in Annot. ad Origen. p. 3. Fuit etiam Corn. *Celſus* Medicus ſub Cæſare Tiberio, qui methodicam Aſclepiadis ſectam ſequebatur, itaque Jo. Heurnius medicus doctiſſimus ait; *Pluris Latinitatem ejus, quam medicinam fieri oportere.* Ejus mem. Quintilianus lib. 12. cap. ult. *Quid plura, cùm etiam Corn. Celſus, mediocri vir ingenio, non ſolùm de his omnibus conſcripſerit artibus, ſed amplius rei militaris & Ruſticæ etiam & medicinæ præcepta reliquerit.* De Rhetoricâ ſcripſiſſe ex eodem Quintiliano lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 6. conſtare poteſt. Libros de R. R. ſæpiſſimè laudat Columella, circa cujus tempora etiam fuit; nam lib. 1. cap. 1. ita ſcribit: *Non minorem laudem meruerunt noſtrorum temporum viri Corn. Celſus & Julius Atticus, quippe Cornelius totum corpus diſciplinæ quinque libris complexus eſt.* Eundem etiam de Philoſophiâ ſcripſiſſe Quintilianus teſtis eſt lib. 10. cap. 1. ſub finem. Alius Julius *Celſus* fuit multo recentior qui & de vitâ Cæſaris ſcripſit & commentarios Cæſaris recenſuit an corrupit. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 13. & Inſtit. Orat. cap. 3. ſect. 10. itemque Salmaſ. Proleg. Exercit. Plin. ſub finem.

Conr. *Celtes*, quem Jo. Camers in Epitaphio ejus *Rhetora*, & *Hiſtoricum* vocat, flor. temp. Fred. Imp. Primus Germanorum Poeta Laureatus fuit. Ob. an. 1505.

Cenchris, Cinyræ Aſſyriorum regis uxor, Myrrhæ mater, quum ſuperbius locuta eſſet, & filiæ ſuæ formam Veneri antepoſuiſſet, Venus Myrrhæ nefandum amorem objecit, adeo ut patrem ſuum amaret, quæ ne ſuſpendio ſeipſam necaret, nutrix intervenit, & patre neſciente per nutricem cum eo concubuit, ex quo concepit. Id autem ne palam fieret, pudore ſtimulata in ſilvis ſe abdidit. Eam vero Venus poſtea miſerta eſt & in ſpeciem arboris commutavit, unde myrrha fluit, ex quâ natus eſt Adonis. Hygin. Fab. 58. Quamvis paulo aliter hoc narretur à Theocriti Scholiaſte in prim. Idyll. Id ſcilicet non Cenchridis, ſed ipſius Myrrhæ ſuperbiâ accidiſſe, utpote quæ inter pectendum non æquè formoſos eſſe Veneris capillos ac ſuos gloriata fuiſſet, ac proinde Veneris iram in ſe concitaſſet.

Ceneus, Theſſalus, Lapitha, cum multis interfuiſſet prælüs nunquam tamen lædi potuit. Hinc natum proverb. *Invulnerabilis ut Ceneus.* Neſtor apud Ovid. Met. 12.

——Veſtro fuit uncus ævo
Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu
Cycnus: at ipſe olim patientem vulnera mille
Corpore non læſo Perrhæbum Cenea vidi,
Cenea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn
Incoluit.——

Fuit hic ex fœminâ mutatus in virum, ut idem refert Ovidius eodem loco; & Virg. Æn. 6.

—— Et juvenis quondam nunc fœmina Ceneus
Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.

Lege *Cæneus.*

Cenſorinus, de die Natali libellum pereruditum & Chronologis utiliſſimum conſcripſit. Recenſuit, notiſque perquam elegantibus illuſtravit Hen. Lindenbrogius Lugd. Bat. 1642. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. 2. 3.

Centauri, Theſſaliæ pop. ſecus Pelion mont. habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum eſt ut à vicinis populis primum conſpecti, membra partim humana, partim equina habuiſſe crederentur. Unde Manilius lib. 1.

——Duplici Centaurus imagine fulget
Pars hominis tergo pectus commiſſus equino.

Oppian. Κυν. β.

Ἀμφίποδ' Φολόης ἀνεμώδεϊ ἄχνια φῦλα
Θηρσιγῦαι, μερόπων μὲν ἐπ' ἤνάρ, ἤϊόφιν δὲ
Ἵππων ἠμιβρότων.——

De horum origine ſic fabulantur poetæ. Ixionem ſcilicet à Jove Deorum menſæ adhibitum, Junonis amore captum fuiſſe, eamque de ſtupro interpellaſſe. Quod cum illa viro ſuo indicaſſet, Jovem Ixioni nubem ſubjeciſſe in uxoris imaginem transformatam, eamque Ixionem pro Junone compreſſiſſe, & ex eâ Centauros generaſſe, qui inde *Nubigenæ* dicti ſunt. Cui fabulæ anſam præbuiſſe videtur caſtellum nomine Νεφέλη, Centaurorum ſedes, νεφέλη enim Latinè *nubem* ſonat. Hi cum in nuptiis Pirithoi vino madentes ſponſam rapere conarentur à Theſeo & Lapithis partim cæſi, partim in fugam acti ſunt. Virgil. ſub finem Georg. 2. ubi de Baccho

Ille furentes
Centauros letho domuit.

Alcæus:

Οἴνῳ καὶ Κένταυρον Ἐπικρατῆς, ὑμέ σε μῦθον
Ὤλεσεν.——

In Epigrammate quoque Græco:

Οἴνῳ καὶ Κένταυρον ἀπώλεσεν.

Homerus Odyſ. 21.

Οἴνῳ καὶ Κένταυρον ἀμαιμακέτην Εὐρυτίωνα
Ἄασεν ἐν μεγάρῳ μεγαθύμῳ Πειριθόοιο.

Libanius vitem vituperans: Καὶ μὲν καὶ ὁ Κενταύρων καὶ Λαπίθων πόλεμος, οἴνου ἔργον. Prop. lib. 2.

Tu quoque ô Eurytion vino Centaure periſti
Nec non Iſmario tu Polypheme mero.

Iidem & *Hippocentauri* dicti ſunt, quod equis inſidentes boves œſtris agitatas ſtimulis ad tecta revocarent, eſt enim καντῆν ſtimulare, & *pungere.* Centaurorum vero qui à Poetis maximè celebrantur, nomina ſunt hæc. *Chiron, Eurytus, Amycus, Grynæus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Monychus, Mermeros, Pholus*, qui ſuſcepiſſe Herculem hoſpitio dicitur. Lucanus.

Hoſpes & Alcide magni Phole.

Eos ab Hercule victos interfectoſque oſtendit Diodor. Siculus. Palæphatus ubi de Centauris: Τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ Κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντουν. Eos autem in numero ἀπίστων, h. e. *Incredibilium* haberi jubet. Ἔστι πιθέτως, inquit, τοῦτον γίνεσθαι θηρίον, ἀδυνάτοις πιστεῦσαι, ὅτε μὲν ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνθρώπου, ὅτε ἡ προφὴ ὁμοία, ὅτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου βοῆν διελθεῖν. Eadem Lucretii mens.

Sed neque Centauri fuerant, neque tempore in ullo
Eſſe queant duplici naturâ & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta poteſtas.

Eorum mem. Lucanus lib. 6.

Illic ſemiferos Ixionidas Centauros
Fœta Pelethroniis Nubes effudit in antris.

Inde *Semihomines* dicti. Ovid. Met. 12. Frangebant ſilvas & arbores hæc monſtra, quibus armorum vice inter pugnandum utebantur. Papin. Theb. 4.

Non aliter ſilvas humeris, & utroque refringens
Pectore, montano duplex Hylæus ab antro
Præcipitat, pavet oſſa vias, pecudeſque feraque
Procubuere metu.——

Juvenalis Sat. 1.

Quantas jaculetur Monychus ornos.

Et immanius Ovidius, qui pugnantibus Centauris denſiſſimos montes brevi ſpatio arboribus ſpoliatos dicit, eundem Monychum, inducens, Met. 12.

——Inſanis dejectam viribus Auſtri
Forte trabem nactus, validum dejecit in hoſtem
Exemploque fuit, parvoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.

Luc. lib. 6.

Illic ſemiferos Ixionidas Centauros
Facta Pelethroniis nubes effudit in antris.
Aſpera te Pholoes frangentem Monyche ſaxa,
Teque ſub Oetæo torquentem vertice vulſas
Rhœte ferox, quas vix Boreas inverteret ornos.

Neque tum ferreorum telorum uſum nullum Centauri habuerunt. Erant enim armati grandibus ſecuribus, Diodor. lib. 4. Τῶν μὲν Κενταύρων οἱ μὲν πέλεκας αὐτοβρίζους ἔχοντες ἐπέσων, οἱ δὲ πίτυας μεγάλας, πυκὲς δὲ λαμπάδας ἠμμένας, ἕτεροι δὲ βυφόνους πλέκους. Apud quem eoſdem Libro & mythologiam eorum & alia de iiſdem habes. Viſum à ſe allatum in melle Centaurum ex Ægypto affirmat Plinius, 7. 3. ubi & Claudium Cæſarem ſcripſiſſe prodit, *Hippocentaurum in Theſſaliâ natum eodem die interiiſſe.* D. quoque Hieronymus in vita Pauli tradit, Antonium ad Paulum Eremitam pergentem, *conſpexiſſe*, ut ipſe loquitur, *hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hippocentauri nomen indiderit.* Sed poteſt hoc ſpectrum fuiſſe: rectè itaque ſubjungit Patrum ille doctiſſ. *Verum hæc utrum Diabolus ad terrendum ſimulaverit, an, ut ſolet, eremus, monſtroſorum animalium ferax, iſtam quoque gignat beſtiam, incertum habemus.* Vide Hieronym. Magium lib. 1. Miſcell. cap. 10. ubi de Centauris prolixè diſputat. Item *Centaurus* nomen navis ſic dict. quod *Centauri* habuerit inſigne. Virg. Æn. 5.

Centauro invehitur magnâ:

Ubi Servius ait ſubaudire debere *navi.* Hinc adjectivum *Centaureus.* Horat. 1. Car. Od. 18.

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata.——

Hinc etiam *Centaureum* herbæ genus, & plur. num. *Centaurea.* Virg. Geor. 4.

Cecropiumque thymum & graveolentia Centaurea.

Et ante eum Lucretius:

Abrotonique graves & triſtia Centaurea.

Herbæ hujus meminit Nicander in Theriacis, uti videre eſt in his:

Πρώτιλα μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἐλόντες
Κενταύρου Κενταύριον φερώνυμον, ὃν ποτε Χείρων
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δακρύ.
Τῆς μὲν ἀμαιμακέτοιο χυτὴ ἐκελάδρομος ἀκτὴ
Ἀνθεα δ' ἀχύσσα φαείνῃ, ἠδ' ὑπὲρ αὖλις
Ῥίζα, ἣ ὑ βυδώσα Πηλεθέγνιον νάπος ἴσχει.

Vide ſis ibi Scholiaſten.

Cephalæon, Hiſtoricus cujus mem. Euſeb. Chron. lib. 1. Vide Voſſ. H. Gr. pag. 220.

Cephalon Gergithius, Κεφαλὼν ὁ Γεργίθιος memoratur Straboni, lib. 13. ubi ait fuiſſe in agro Cumano urbem, quæ pl. num. & genere muliebri αἱ Γέργιθες diceretur, atque hanc Cephalonis hujus patriam fuiſſe. Teſtem quoque eum producunt Parthenius in Eroticis, qui Troica illius citat. Hiſt. 4. & Feſtus Pompeius in *Romam*. Item Dionyſius Halicarn. lib. 1. ubi vocatur Κεφαλὼν Γεργίθιος συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 340.

Cephalus, Deionis, vel Deionei filius, vel, ut alii volunt, Mercurii & Herſes filiæ Cecropis, qui Procrin Erechthei, vel Hyphili Athenienſium regis filiam uxorem duxit. Hujus amore captâ Aurorâ, cum juvenem uxoris amantiſſimum nullâ ratione ad ſui amorem poſſet inflectere, vi eum dicitur rapuiſſe. Verum cùm ne ſic quidem conſtantiam ejus poſſet labefactare, ad uxorem eum remiſit in negotiatoris ſimilitudinem transformatum: cujus erga ſe fidem cum explorare vellet, ingentibus muneribus pudicitiam ejus ſolicitavit, cumque illa pretii magnitudine jam ſuccumberet, Cephalus receptâ priſtinâ formâ perfidiam ei exprobravit. Quod Procris cum inficias ire non poſſet, pudore impulſa, relicto viro in ſilvam ſeſe, locaque deſerta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, jaculum ei inevitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quem à Minoe dono acceperat. Iis itaque muneribus inſtructus Cephalus ſilvis ſeſe aſſiduè oblectabat, relictoque ante lucem uxoris thalamo, venatione ſeſe exercebat. Quamobrem verita Procris, (ut res eſt plena ſuſpitionis amor) ne nymphæ cujuſpiam amore teneretur, clam eum in ſilvas eſt ſubſecuta, & ut in furto virum deprehenderet, inter fruteta ſeſe occultavit, Cùm itaque Cephalus, æſtu laboreque fatigatus ad virgulta ſe recepiſſet, & ſub arbore quâdam recumbens *Auram*, ut ſe reficeret, ex more invocaret, Procris ſuſpicata aliam pellicem aſſuturam, quo rem omnem melius cognoſceret, ſeſe erigens virgulta commovit. Quâ re animadverſâ Cephalus feram ratus, jaculum ſuum emiſit, uxoremque chariſſimam inevitabili ictu interfecit. Ovid. lib. 7. Met. Sed paulo aliter Hyginus Fab. Poetic. cap. 189. Propterea accuſatus fuit coram Areopago, & hoc fuit ſecundum Areopagi judicium, uti diſcimus ex Scholiaſte Euripidis in Oreſtem; Primum fuit Martis à Neptuno accuſati, quòd filium ſuum Halirrhothium interfeciſſet; Secundum Cephali, propterea quòd Procrin uxorem occidiſſet; Tertium Dædali, qui Talum nepotem ac ſororis ſuæ filium de medio ſuſtulerat; Quartum Oreſtis parricidii à Tyndaro Clytemneſtræ patre accuſati. Neque tamen deſunt, qui Cephalum à Jove in lapidem converſum tradant. Ovid. in l. De Arte Amandi:

Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori,
Nec Cephalus roſeæ præda pudenda Deæ.

Idem in Ep.

Clarus erat Cephalus ſilvis, multæque per herbam
Conciderant illo percutiente feræ.

Idem ibidem.

Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam.

Cephalus, Athenienſis orator, qui primus procemia, & epilogos induxit. Suidas. Cujus etiam Æſchines & Demoſthenes in orationibus meminerunt. Hic gloriabatur, quòd cùm plura decreta, quàm quis ſui temporis orator ſcripſiſſet, nunquam fuiſſet accuſatus, quòd contra leges decreviſſet. Cæl. Rhodiginus.

Cephas, ſic dictus fuit Simon Petrus, Andreæ frater, rationem nominis reddit Servator, Jo. 1. 42. Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται ὁ πέτρος. Scires unde vocabulum illud originem ſuam duxerit? Conſules Cardinalem Baronium, & invenies eum cum Optato Milevitano, aliiſque ejuſdem farinæ miſeris linguarum inſciis ex linguâ Græcâ derivantem. Cephas, inquit, dicitur ἀπὸ τῆς κεφαλῆς *à capite*. Atque hinc ingens producit myſterium, imò & ſimul ingens ignorantiæ ſpecimen. Petrus, inquit, eſt ἡ κεφαλή; quia totius Eccleſiæ Catholicæ caput, & fundamentum eſt, qui ſuam etiam vim Pontificibus Romanis continuâ ſucceſſione communicavit. Atquî כיפא *Cepha* Syriacè *Petra* dicitur. Vide omnino Montacutium Origin. Eccleſiaſt. Tomi prioris partem poſteriorem pag. 12.

Cepheus, Æthiopum rex Andromedæ pater. quam Perſeu periculo liberatam, uxorem dixit. Ovid. Met. 5.

Auxiliumque domûs Servatoremque fatentur
Caſſiope, Cepheuſque pater.

Hic poſtea generi meritis cum uxore & filiâ in cœlum tranſlatus eſt, & à tergo minoris urſæ conſtitutus, circuloque arctico ita incluſus, ut præter caput & humeros ejus occidere videatur. Cic. Tuſc. Qu. lib. 5. *Stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia, ob cognitionem rerum cœleſtium fingitur.* Horat. 3. 29.

Jam clarus occultum Andromedæ Pater
Oſtendit ignem.

Hinc *Cephæus* Ovid. Met. 4.

Æthiopum populos, Cephæaque conſpicit arva.

Et *Cepheia*. Prop. l. 1. el. 3.

Qualis & accubuit primo Cepheia ſomno
Libera jam duris cotibus Andromeda.

Ovid. Amor. 3. 3.

Non ſatis invidiæ vobis Cepheia virgo eſt
Pro malè formosâ juſſa parente mori.

Cephiſidorus, Athenienſis Tragicus, antiquæ Tragœdiæ ſcriptor. Suid. Fuit & alius *Cephiſodorus*, qui in Comœdiis tanquam aſinus traductus eſt. Fuit quoque alius præfectus, qui cum Gryllo Xenophontis filio ad Mantineam occubuit. Suid. Item Athenienſium dux, qui rei male geſtæ damnatus in obſidione Alopeconneſi, quinque talentis multatus eſt. Suid. Præterea fuit *Cephiſidorus* Athenienſis Iſocratis diſcipulus, & ipſe Rhetor, qui Platonem, & Ariſtotelem reprehendit, teſtibus Halicarnaſſenſi Dionyſio in Iſocrate, & Athenæo, 8. 13. Alius etiam *Cephiſodorus* Belli ſacri ſeu Phocicſcriptor, citatur ab Euſtratio in Ariſtotelis Ethic. lib. 3. cap. 8. i

Cephren, Ægyptius Tyrannus. Syneſius Ep. 58. Vide Jonſium de Script. Hiſt. Phil. lib. 1. cap. 13.

Cerberus, à Poetis fingitur canis triceps, inferorum cuſtos. quem ab Hercule catena ab inferis tractum eſſe iidem fabulantur. Virgil. Æn. 6.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat, adverſo recubans immanis in antro.

Prop. l. 3. el. 18.

Exoranda Canis tria ſunt latrantia colla:

Ex Superſtitione veterum ſcilicet, Cerberum mulcere cupientium. Stat. 5. Sylv.

———*Sævas utinam exorare liceret*
Eumenidas, timideque avertere Cerberon umbræ

Et eodem lib. Epicedio in Patrem.

———*Tædas auferte, comaſque*
Eumenidum, nullo ſonet aſper Janitor ore.

Et in Abaſcantii Pietate.

Nempe times, ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat
Latratus? tacet ille piis.

Tibullus, lib. 2.

Nec Canis anguineâ redimitus terga catena,
Cui tres ſunt linguæ, tergeminumque caput.

Sophocles in Trachiniis.

Τείκραγον σκύλακα, ἀπεξαμαχον πλευρᾶς.

Ovid. Met. 11.

———*Nec forma triplex tua Cerbere movit.*

Papin. Silv. 2. 1.

Illum nec terno latrabit Cerberus ore.

Cujus autem reverà Canis fuerit docet S. Cyrillus, lib. 1. contra Julian. Ἐκεῖνος γὰρ πανταχοῦ ὅτι μὴ Μοσσία φασὶν γυνὴς ἢ παρ' Ἕλλησιν ἀδιαφόρως ἀεπαγλὼ ἢ Ἑλένης, ἀπὸ Λιδωνέως βασιλεύοντος Μολοσσῶν. Οὗτος κύνα παμμεγέθη τρέφει λέγῃ ἢ Κέρβερον, ὃν ἔπαφῦσα Περσεφόνη ἢ Θησεὺς ἀρικομένους ἐφ' ἀεπαγλὼ ἢ αὐτῆς γυναικός. Stat. Theb. 2.

Illos ut cæco recubans in limine ſenſit
Cerberus, atque omnes capitum ſubrexit hiatus;
Sævus & intranti populo; jam nigra tumebat
Colla minax, jam ſparſa ſolo turbaverat oſſa.
Ni Deus horrentem Lethæo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuiſſet lumina ſomno.

Seneca in *Hercule Inſano* totam belluam ſic deſcribit:

Hic ſævus umbras territat Stygis Canis
Qui terna vaſto capitum concutiens ſono
Regnum tuetur; ſordidum tabo caput
Lambunt colubræ; viperis horrent jubæ,
Longuſque tortâ ſibilat caudâ draco.
Par ira formæ: ſenſit ut motus pedum
Attollit hirtas angue vibrato comas.

Qu. Caliber, lib. 6.

Ἐν δ' ἄρ' ἕλιξ μέγα δοῦπα κὴ ἀμφιδρόμοιο λύκοιο
Κέρβερος, ὃν ῥ' ἀκάμαντι Τυφωέϊ γείνατ' ἐχίδνη
Ἀντρῳ ὑπ' ὀχρώεντι, μεσαίτατος ἀγχόθι νυκτός,
Ἀμφ' ὀλοῇσι πύλῃσι πολυκλαύτῳ Ἀΐδαο
Εἰσιόντι γεγαὼν ὄμιλον ὑπ' ἠερόεντι βαρύθρῳ.

Officium

Officium Cerberi docet Lucian. de Luctu. Παρ' Αἰάκῳ κύων τετράφθογ, μάλα κάρχαρος, τὸν μὲ ἀφικνουμένους φίλιόν τι καὶ εἰρωνικὸν σαίνοντα βλέπων, τὸν δὲ πειρῶντας ὑποδιδράσκειν ὑλακτῶν καὶ τῷ χάσματι δεδηλόμβρος. Qui idem pro Numine cultum docet in Βίων πράσει· καὶ τί σε λέγεις; ὃ δοκεῖ σοι ὁ Κύων εἶναι Θεός; οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἄνουβιν ἐν Αἰγύπτῳ, ὅσος καὶ τὸν ἐν ᾅδου Σείριον, καὶ τὸν παρὰ τοῖς κάτω Κέρβερον; Reipsa autèm hoc nomine Cauſidicum fuiſſe autumat Fulgentius in lib. Continentiæ Virgilianæ: *Tricerberi fabulam jam ſuperius expoſuimus in modum jurgii forenſiſque litigii poſitam.* Unde & Petronius ait: *Cerberus forenſis erat Cauſidicus.* Vide Barthium in Theb. 4. p. 1117. Heſiod. in Theog. quinquaginta capita illi tribuit in his.

Δεινὸν αὖπις ἔπειτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν
Κέρβερον ὠμηστὴν Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον
Πεντηκοντακέφαλον ἀναιδέα τ' ἰφθιμόν τε.

Iſacius illum centum capita habuiſſe ſcribit. Ἐκεῖ δὲ λέγουσιν εἶναι τὰς ἧβας ἀνθρώπων ψυχάς, ἃς φυλάσσει ὁ κύων τῶν Ἅιδου ἔχει ἕκατον κεφαλάς. Sic etiam Horat.

——— *Demittit atras bellua centiceps Aures.*

Quod autem addit Iſacius Λέγουσιν ὅτι τὸν εἰσερχομένους μὲν κολακείᾳ σφίγγει, τὸν δὲ ἐξιέναι θέλοντας ἐκ ἐᾷ, ex Heſiodo habuit; cujus verſus apponam.

— Δεινὸς δὲ κύων προπάροιθε φυλάσσων
Νηλείης, τετραλὼ δὲ κεφαλὼ ἔχει, ἐς μὲ ἰόντας
Σαίνει οὐρῇ, ὄφρῃ τε καὶ ἂσσον ἀμφοτέρῳσιν,
Ἐξελθεῖν δ' ἂν αὐτὸς ἐᾷ πάλιν, ἀλλὰ δοκεύων
Ἐσθίει, ὅστις λάζηται πύλεων ἔκτοσθε κίοντα.

Silius, lib. 13.

Cerberus hic ruptis peragrat cum tartara vinclis
Non ipſa Alecto, nec Megæra fœta furore
Audet adire, ferum dum fractis mille catenis
Viperea latrans circumligat ilia caudâ.

Prop. 3. 5.

Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo jugera pauca novem.

Mythologi *Terram* interpretantur: dictumque volunt Cerberum qu. κρεοβόρον, hoc eſt, *carnivorum.* Terræ enim proprium eſt cadavera conſumere, & ad primam ſuam originem revocare, h. e. in humum convertere. Alii Serpentem fuiſſe volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cujus veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur eſſe aditus, *Ditis canem* dixerunt; quem cum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula *canem tricipitem interemiſſe*, quanquam alii hoc ad virtutem ejus, & animi cupiditatem referre malint, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempſit ac domuit. *Cerberus* etiam dictus eſt canis Alexandri Epirotæ cum leonibus congrediens. Heſychius habet Κερβέιοι, ἀδενεῖς.

Cercops hiſtor. fabularem conſignavit. Mem. Apollodorus, Bibl. lib. 2. Fuit patriâ Mileſius & pleriſque auctor creditus eſt ejus poematis quod Ἀργώ vocabatur. Fortaſſe idem eſt *Cercops* ille Pythagoricus, de quo Clem. Strom. lib. 1.

Cercyon, latro inſignis apud Eleuſinem, Atticæ civitatem, tanto corporis robore, ut validiſſimas arbores incurvare poſſet, quibus viatores alligatos diſcerpebat. Filiam habuit nomine Atopen, quæ à Neptuno vitiata Hippothoonta peperit. Quod cum nutricis indicio reſciviſſet Cercyon, tam ægrè id tulit, ut puerum quidem in ſilvis devorandum objecerit, filiam vero carceri incluſam fame enecavit. Interfectus eſt tandem à Theſeo eodem ſupplicii genere, quo ipſe in viatores ſævire conſueverat. Ovid. Met.

Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.

Suidas. Κερκύων, ὄνομα λησῦ, ὅστις δῃοῦν ἀεὶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ παρερχομένους ἠναγκάζε παλαίειν αὐτῷ. Diodorus, lib. 4. Ἄνειλε δὲ καὶ ἀεὶ τὴν Ἐλευσῖνα Κερκύονα τὸν παλαίοντα τοῖς παριοῦσι καὶ τὴν θυγατέρα διαφθείροντα. Hyginus Vulcani filium fuiſſe tradit, cap. 38. Ejus meminere Pauſanias, Plut. & Agellius. l. 15. c. 21.

Cerdous, dictus eſt Apollo, ut & Mercurius à Κέρδος, id eſt, *lucrum*: Hic quidem quia negotiis præſit ac lucro, quâ ratione illi marſupium aſſignatur: ille vero quia oraculis editis ad lucrum conferre inſigniter crederetur. Rhodigin. 16. 19. Suidas. Κερδῶος θεὸς ὁ Ἑρμῆς, ὡς κέρδος ποιητικός. Καὶ ἄγγελον δὲ αὐτὸν καλοῦσι, καὶ κλῶπα, διὸ καὶ μάρσιπον αὐτὸν ποιοῦσι βαστάζειν. Unde Auſonius *divitem* vocat ep. ad Paulinum:

Jam nunc per auras Perſei talaribus,
Petaſoque ditis Arcados vectus vola.

Cerdo, ſive *Cerdon*, hæreticus, qui duos Deos poſuit, alterum bonum, alterum ſævum, Chriſtum verum hominem, & verè paſſum negavit. Euſeb. 4. 12. Item *Cerdon* tertius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, an. Dom. 99.

Cerealia, *orum*, ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta quæ, Plinius lib. 24. *Theſmophoria* vocat à Cerere Theſmophoro, h. e. *legum latrice.* Hæc autem feſta tantâ religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, ſi quis eo tempore cum uxore concubuiſſet. Præterea in ſacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Unde Plaut. in Aulul. Megadorum Cereri nuptias eſſe facturum, ait, quod nihil viri ad nuptias eſſet allatum.

Ceres, Saturni & Opis filia, frugum inventrix, & cultûs terræ. Virg. 1. Geo.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cum jam glandes, atque arbuta ſacræ
Deficerent ſylvæ, & victum Dodona negaret.

Ex quâ Jupiter Proſerpinam ſuſcepit: quam cum poſtea Pluto rapuiſſet, Ceres, accenſis in Ætnâ monte tædis, filiam toto orbe maximo labore perquiſivit. Stat. Theb. 12.

Qualis ab Ætnæis accensâ lampade ſaxis
Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ
Auſonium Siculumque latus, veſtigia nigri
Raptoris, vaſtoſque legens in pulvere ſulcos:
Illius inſanis ululatibus ipſe remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni.
Perſephonen amnes, Sylvæ, freta, nubila clamant,
Perſephonen tantum Stygii tacet aula Tyranni.

Quâ in peregrinatione, cum ad Eleuſium regem perveniſſet, filium ejus Triptolemum alendum ſuſcepit, cumque alumnum immortalem reddere vellet, interdiu divino eum lacte alebat, noctu vero igne obruebat. Verum cum Eleuſius inſolitum fieri incrementum admiraretur, nutricem ſibi obſervandam putavit, clàm ſe abſcondens ex in parte domûs, ubi illa puerum ad ignem fovere ſolebat. Cum itaque illam intueretur puerum in ignem mittentem, ſubito expaveſcens clamore ſe ſuo prodidit. Quam rem ægrè ferens Ceres nimiam hominis curioſitatem morte punit. Puerum autem ferendarum frugum rationem docuit; eundemque in alatorum draconum vehiculum impoſuit, ut orbem peragrans frugum uſum mortalibus communicaret. Poſtea Arethuſæ nymphæ indicio certior facta, Proſerpinam apud inferos eſſe, Jovem adiit, fratriſque injurias cum eo expoſtulavit, tandemque filiæ reditum ea conditione impetravit, ſi nihil illa apud inferos guſtaſſet; Verum cum Aſcalaphi indicio palam factum eſſet, eam in Plutonis pomario forte obambulantem, malum Punicum decerpſiſſe, aliquotque inde grana deguſtaſſe, reditus ei in perpetuum fuit interclusus. Quam rem ægerrime ferens Ceres, Aſcalaphum in bubonem commutavit. Tandem tamen Jupiter ut ſororis dolorem mitigaret, Proſerpinæ permiſit, ut dimidiâ anni parte apud inferos cum viro, reliquâ apud ſuperos eſſe poſſet. Poetæ aliquando *Cererem* accipiunt pro Luna, ſicut *Liberum* pro Sole. Virgil. 1. Georg.

——— *Vos ô clariſſima mundi*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. ———

Quanquam aliqui per *Clariſſima lumina* intelligant Solem & Lunam, diſtinguuntque à Baccho & Cerere. Nonnulli Cereris appellatione terram intelligi volunt. Unde & à Græcis Δημήτης dicitur, quaſi Γῆ μήτηρ. Eſt enim Terra frugum omnium genitrix, unde Eurip. in Phœniſſ.

Δαμάτης θεὰ, πάντων
Ἄναξ', ἀπὸ γᾶ βοφός.

Ceres Dea, omnium domina, omnium terra creatrix. Eadem & *Theſmophorus* dicta eſt, h. e. *legum latrix* quia antequam illa agriculturæ uſum docuiſſet, homines nullâ lege vivebant. Poſtea vero Cereris beneficio monſtrato frugum uſu, cœptum eſt de agrorum finibus (qui nulli erant antea) diſceptari: quam primam volunt fuiſſe juris & legum originem. Ovid. Met. 5.

Prima Ceres unco terram dimovit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,
Prima dedit leges. ———

Huic Numini ruſtici ſacra ferebant. Horat. lib. 2. Sat. 2.

Ac venerata Ceres; ut culmo ſurgeret alto
Explicuit vino contractæ ſeria frontis.

Vide Commentt. in illud, Georg. 1.

Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret,
Cui tu lacte favos & miti dilue Baccho.

Notandum vero quòd Ceres rebus omnibus ruſticanis putabatur præeſſe. Docebit illud locus Pauſaniæ in Arcadicis, ubi aræ cujuſdam meminit, in quâ Cereri offerebantur fructus arborum favi, lana, alia item. Cum hoc facit. Cererem appellatam ab eodem Pauſaniâ μαλλοφόρον, *laniferam*, quo cognomine culta eſt in Megaride, & Μηλοφόρον h. e. *oviferam.* Dicitur autem *Ceres* teſte Varrone de LL. lib. 4. *quod gerat fruges*, qu. *Geres.* Sed Scaliger deducit à *cereo* quod eſt *creo.* Si *Geres* prius dicta, à Græco γῆρις. Heſychius Ἀχερὼ καὶ Ὥρα καὶ Ἕλλη, καὶ Γῆρις καὶ Γῆ, καὶ Δημήτηρ ἡ αὐτή. Sed ſic neque Græca vox erit; ſed potius Hebræa à גרש *gereſh*, quod

quod eſt *frumentum tritum*, à גרש *garaſh*, *frangere*, *contundere*. Eſt & vicini vox Κύρη; ſic vocata eſt Ceres apud Ovidios, quod ſit κυρία τῆς ζωῆς, h. e. *vitæ domina*. Ponitur interdum *Ceres* pro *pane*. Terentius:

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Et apud Lucanum:

Satis eſt populis fluviuſque Cereſque.

Cerinthus, hæreticus, cujus meminit Dionyſius, cum de Joannis Revelatione diſſereret, *Cerinthus*, inquit, *affirmabat futurum regnum Chriſti voluptarium, mores ſuos faſſus, quod gulæ luxuriæque deditus eſſet.* Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Euſeb. lib. 3.

Cethegus, Conſul, Cicerone teſte, cum Pub. Tuditano bello Punico Secundo; de quo ſic ſcribit ipſe in Bruto. *M. Corn. Cethegus, cujus eloquentiæ eſt author & idoneus, meâ quidem ſententiâ & Ennius; præſertim cum & ipſe eum audierit, & ſcribit de mortuo: ex quo nulla ſuſpicio eſt, amicitiæ causâ eſſe mentitum. Eſt igitur ſic apud illum in nono (ut opinor) annali:*

Additur orator Cornelius' ſuaviloquenti
Ore Cethegus Marcus' Tuditano collega,
Marci filius, is dictus popularibus olim
Qui tunc vivebant homines, atque ævum agitabant,
Flos delibatus populi, Suadæque medulla.

Cethegus, alter, qui in Catilinæ conjuratione primas tulit: cujus etiam ſæpe meminit Cicero oratione in Catilinam tertia; *Atque interea*, inquit, *ſtatim admonitu Allobrogum C. Sulpitium fortem virum miſi, qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, efferret, ex quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit.* Juven.

Clodius accuſat mœchos, Catilina Cethegum.

Cethegis autem amicum erat expapillato brachio depugnare. Notum illud Lucani:

———*Exertique manus veſani Cethegi.*

Silius, lib. 8.

Ipſe humero exertus gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo.

Ut enim habilius, valentiuſque telum evibrarent, ſubſtrictiores erant. Unde Horat.

Cinctutis non exaudita Cethegis.

Ceyx, Rex Trachiniæ, Luciferi filius, & Alcyones maritus, qui cum ob fratris cauſam in accipitrem mutati ad Clarium oraculum conſulendum ire vellet, diu ab uxore remoratus eſt. Cum vero illi promiſiſſet, ſe intra duos menſes rediturum, abire permiſſus eſt; ſed in Ægæo mari tempeſtate deprehenſus naufragium fecit, ibique amiſsâ navi ſubmerſus, promiſſis ſtare non potuit. Uxor autem cùm quotidie Diis pro viri ſalute vota ſolveret, noctu per ſomnium monita eſt, maritum periiſſe. Mane igitur experrecta, ad littus unde maritus ſolverat, acceſſit, & dum infortunia ſua quereretur, cadaver in mari longius aſpexit. Quod cùm mariti eſſe cognoviſſet, ac per undas ad illud exilire vellet, deorum commiſeratione in Halcyonem converſa ad os mariti advolavit, qui oſcula uxoris ſentiens in avem ejus nominis commutatus eſt. Ovid. Met. 11.

Chæreas, hiſtoricus, vel potius nugator fuit, uti & Soſilus, quorum utriuſque meminit Polybius lib. 3. *Mihi quidem*, inquit, *non pro hiſtoriis ſcripta eorum videntur haberi debere, ſed pro fabulis ex officinâ alicujus tonſoris, aut vulgi fæce profectis.*

Chæremon, poeta Comicus, Socratis diſcipulus. Ariſtoteles in Rhetoricis ejus Pentheum celebrat. In fabula Hippocentauro, omne metrorum genus miſcuit. Meminit Athenæus, uti etiam Urei, & Alphesiboeæ, pluresque fabulas ejus recenſet Suidas: atque addit, diverſum ab eo eſſe Hieroglyphicorum ſcriptorem. De quo Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 1.

Chærephon, Tragicus patriâ Athenienſis, Philippi Macedonis temporibus vixit, ut eſt apud Ulpianum Rhetorem, quod arguit, eum fuiſſe Socrati & Demoſtheni familiaris. Is de Heraclidarum deſcenſu ſcripſit Tragœdiam. Mentio ejus fit apud Ariſtophanem in Nubibus, Athenæum, Philoſtratum in Sophiſtarum vitis. Ab hoc vel alio natum proverb. *Nihil à Chærephonte differt*, in macilentos & pallentes. Erat enim pallidus, ut qui Philoſophiæ operam daret, & literis incumberet. Cujus etiam vel alterius, incredibilis iracundia abiit in proverb. *In Palladis veſtigiis nihil Chærephontis gubernabis.*

Chalciœcus, Minerva dicta eſt, vel quia domum haberet æneam, vel quia ex Eubœâ Chalcidenſes fanum conſtruxerunt. Rhod. 19. 8. Vide Meurſium in Miſcell. Laconic. lib. 1. cap. 3.

Chalciope, Æetæ regis Cholchorum filia, ſoror Medeæ & Phryxi uxor. Ovid. epiſt. Helenæ ad Paridem.

Non erat Æetes ad quem deſpecta rediret
Non Ipſea parens, Chalciopeque ſoror.

Lege *Idyia*, & vide omnino doctiſſimum Nic. Heinſium ad locum. Val. Flac. lib. 6.

Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,
Atque hinc virgineæ venit ad penetralia ſedis
Chalciopen imitata ſono, formaque ſororem.

Chalcocondylas, Athenienſis hiſtoricus, Græcè hiſtoriam Turcicam libris 10. condidit. Oriſtur ab *Ottomanno* Orthogulis filio, qui regnare cœpit circa annum 1300. Deſinit in anno 1463. quo Mahometus ſecundus bellum à Venetis, & Matthiâ Ungariæ rege illatum fortiſſimè repulit. Sed ætatem ad annum uſque 1490. vel ultra perduxit. Dicitur vulgò *Laonicus Chalcodonylas.*

Cham, i. e. *calidus*, vel *calor*, vel *niger*, filius Noe. Is patrem odio habuit, quia ab eo deſpiceretur. Idemque ob vitia, quibus quamplurimis, ac nefandiſſimis ſcatebat, patri infenſus fuit. Itaque opportunitatem nactus, cum Noa pater jaceret madidus, illius virilia comprehendens, taciteque ſubmurmurans magico carmine illuſit patri, adeò ut mulierem nullam fœcundare potuit. At verò cum is publicè mortale genus corrumperet aſſerens, ac reipsâ exequens, congrediendum eſſe, ut ante inundationem, cum matribus, ſororibus, maſculis, brutis, quovis alio genere, à Jano piiſſimo & caſtiſſimo principe ejectus, ſortitus eſt cognomentum *Chameſeanus*, i. e. *Cham infamis, impudicus, incubus*, & *propagator*, quem Ægyptii *Saturnum* appellarunt, illique civitatem poſuerunt quam Χέμμιν vocarunt. Beroſus lib. 3. Sed hæc fabuloſa ſunt, & (quod aiunt) ſine libro loquitur prædictus author ὑποβολιμαῖος. Nos itaque rem paulo penitius intuentes veritatem ejus ex Bocharto in Phalege ſic exhibemus. Primò occaſio anathematis à Noacho in Chamum contorti hæc fuit, quod vidiſſet ערות אביו *patris ſui verenda nuda*, atque oculos ſuos hoc ſpectaculo paviſſet. Fuit id ex parte notum poetis, qui latam à Saturno legem eſſe fingunt, quâ ſancitur, ne quis Deos nudos impunè contempletur. Proinde in Callimacho Minerva, cùm Tireſiam occæcaſſet, qui lavantem illam viderat, apud Tireſiæ matrem factum ita excuſat.

——— Ἐγὼ δ' ὅ τοι τύχιον ἔθηκ' ἀλαόν.
Οὐχὶ Ἀθαναίᾳ γλυκερὸν πέλε ὄμματα παύδων
Ἁρπάζειν. Κεῖνοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι,
Ὅς κε τὴν ἀθανάτων, ὄφρ' ἂν θεὸς αὐτὸς ἐλάπτῃ,
Ἀθρήσῃ, μιδέῳ τῆτον ἰδεῖν μεγάλῳ.
———*Non per me perdidit ille oculos.*
Nec mihi luminibus pueros orbare voluptas,
Aſt à falcigero lex ſene lata jubet,
Ut pœna graviore luat temeraria quiſquis
Audet in invitos lumina ferre deos.

Secundò *Cham* vel *Ham*, vel quia fratrum minimus, Gen. 9. 24. vel propter anathema à patre in illius caput contortum, in Africæ ſteriles arenas ablegatus eſt, ubi per multa ſecula cultus eſt ſub nomine Jovis *Ham*, ſeu *Hammonis*. Ægyptii mollito ſono denſæ aſpirationis Ἄμμων, vel Ἄμων dicebant. Herodotus in Euterpe, Ἄμμων γὰρ Ἀιγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Plutarchus in Iſide. Ἔστι δὲ πρὸ πολλῶν νομιζόμενον ἴδιον παρ' Ἀιγυπτίοις ὄνομα τῆς Διὸς ἕξις ἡ Ἄμων, ὃ παρέχομεν ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγοντες. Ab Ariſtotele ſcribitur Ἀμμῶς. Heſychius, Ἀμμῶς, ὁ Ζεύς, Ἀειγυπτίως. Et quidem, ut Noam eſſe Saturnum multis argumentis conſtat, ſic tres Noe filios cum Saturni tribus filiis conferenti, *Hamum* vel *Chamum* eſſe Jovem probabunt hæ rationes. Primò ex nomine חם *Ham* factum Ægyptium Ἄμμων, & Africanum *Ammon*, vel *Hammon*, quæ Jovis eſſe nomina nemo eſt qui neſciat. Secundo חם *Ham fervidum* ſonat, à radice חמם *Hamam*, *fervere, incaleſcere*. Ita Jupiter Græcè Ζεὺς videtur à *fervendo* dici, quod author Etymologici Magni refert ad calorem aeris, quaſi Jovis nomine poetæ aerem intellexerint. Ζεὺς, inquit, παρὰ τὸ ζέειν, διεμύησαν γὰρ οἱ ἀῆρ, ἢ ἀπὸ τὸ ζέω, ὡς πνέω πνεύς καὶ Ἀιγεύς. Cyrillus Alexandrinus διεμασίαν exponit, lib. 2. Glaphyrorum in Geneſim. Tertiò ut *Cham* filiorum Noe fuit חקטן natu minimus, Gen. 9. 24. Ita Jupiter Saturni. Callimachus hymno in Jovem.

Τῷ τοι καὶ γναπτοὶ, θεσπεσιηγενέες περ ἐόντες
Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηναν ἔχειν, ὀλιζύσιον οἶκον.

Quartò *Cham* ſeu Jupiter fingitur eſſe cœli dominus, quia illi obtigit Africa, cujus magna pars, cum ſit inter Tropicos ſolem habet & reliquos planetas ſupra verticem, unde eſt quod putatur eſſe cœlo proxima. Lucanus lib. 9.

Terrarum primam Libyem (nam proxima cœlo eſt
Ut probat ipſe calor) tetigit.

Quintò quod in Phornuto, & aliis legitur Jupiter patrem Saturnum execuiſſe, ſumptum videtur ex his, Gen. 9. 22. perperam intellectis. *Et vidit Cham pater Chanaan verenda patris ſui, & nunciavit*, &c. Ibi enim & *nunciavit*. Hebraicè eſt ויגד *Vaiagged*, quod à ſerie orationis divulſum, tum cum vocalia puncta aberant, legi potuit *Veiaggod*, & *abſcidit*, tanquam à verbo גדד, quod *excidere* ſignificat, maximè cum de carne agitur, Deut. 14. 1. 1 Reg. 18. 28. Jerem. 16. 6. Ultimò notandum Hebræum חם *Ham*, multi *Cham* ſcribunt,

bunt, aſpiratione densâ mutatâ in χ Græcorum. Inde eſt quod à priſcis incolis Ægyptus vocabatur *Chamia* vel *Chemia*, id eſt, *terra Cham*, quomodo illam appellat Pſaltes, Pſal. 78. 51. Plutarchus qui Ægyptios ignorabat à *Chamo* eſſe oriundos, à *terræ nigredine* putavit ita nominari. Ἔστι, inquit, πλὴν Αἰγυπτίοις ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον ὄνομα, ὥσπερ τὸ μέλαν τῇ ἀρχαίᾳ Χημία καλοῦσιν. Et vero Gen. 30. ubi de coloribus pecudum Labanis & Jacobi agitur חם *Cham* pro *nigro* quater occurrit. Tamen Χημία videtur potius ad Chamum pertinere, ut & apud Steph. aliud Ægypti nomen compoſitum Ἑρμοχήμη, & in Ægypto pagi, vel urbes χήμεις, Ψωχήμις, Ψαλάχημις, &c. Cophtitæ etiam, qui vetuſta nomina pertinaciſſimè retinent, Ægyptum hodie *Chemi* vocant.

Chamæleon, commentarios libros in varios poetas edidit, nimirum eum ἐν τῷ περὶ Ἀναξίμ. citat Athenæus lib. 12. Item lib. 13. περὶ Σαπφοῦς, & περὶ Σιμωνίδ. Ad hæc περὶ Θεατρ. Michael Apoſtolius, proverbio, ἀπὸ σκηνῆς Διόνυσον. Idem Scholiaſtæ Apollonii in lib. 2. citatur ἐν πέμπτῳ περὶ Ἰλιάδ. quod nihil aliud eſt, *quam in quinto* ſuper Iliad. Variorum nempe poetarum argumentum expendit. Idem & alia edidit. Eaque inter de Dius librum. Clem. Alex. lib. 1. Χαμαιλέων ὁ ἐν τῷ περὶ Διῶν. Item ſcripſit de ebrietate. Idem Clemens eodem lib. Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης. Quo ex loco patriam ejus diſcimus; Commentatus quoque eſt περὶ Σαπέων, cujus libri mentionem facit Mich. Apoſtolius, proverbio Ἀπώλεσας τὸν οἶνον, &c. meminit & *Chamæleontis* Laertius in Platone; ubi ex eo prodit, Lycurgum quoque ſtudioſum fuiſſe Platonis. Idem ex eo in Heraclide narrat, Heraclidem hunc ſuffuratum ſua fuiſſe ex Homero & Heſiodo. Vide Jonſ. de Script. Hiſt. Philoſ. l. 1. c. 17.

Chamos, nomen idoli Moabitarum 3 Reg. 11. alias *Chemoſh*. B. Hieronymus in Eſaiam 15. 2. *In Nabo erat Chemoſh idolum conſecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor.* Nicetas in Gregorium dicit fuiſſe Veneris ſtatuam. Quidam putant, quod כמוש ſit Κῶμος Græcorum, *Deus Commeſſationis*, alii *Bacchum*. Vide Voſſium de Idol. 2. 7. *Chanaan*, filius Cham. Gen. 10. Bochartus eundem eſſe vult cum Mercurio, Primò quia uterque Jovis fuit filius, i. e. Hami. Secundo utrique à mercibus & mercaturâ nomen. Hebræis enim כנען *Chanaan mercatorem* ſonat. Tertio quomodo fratrum ſervus indigitatur Chanaan, ita Mercurium in cœlo Ethnici ſervilibus miniſteriis addixerunt, unde tam acerba illius apud matrem expoſtulatio in Luciani dialogis, in quo ſunt collocutores Mercurius & Maia. *Quid non dicam, ego qui ſolus tot negotia ſuſtineo, quibus delaſſor* ἐκ τοσαύτης ὑπηρεσίας διακόμενος *in tam multa miniſteria diſtractus; Me ſiquidem mane ſurgentem* αὐλείων τὸ συμπόσιον σοὶ verrere *oportet convivii cœnaculum. Et curiam* τὴν Ἐκκλησίαν *ubi ſtravero, & ſingula compoſuero, Jovi eſt aſſiſtendum ad perferenda illius mandata toto die ſurſum & deorſum curſitando.* Et paulo poſt cum aliorum Jovis filiorum ſorte ſuam conferens; *Hic quidem*, inquit, *Alcmenæ, ille Semeles filius, ambo miſeris mulieribus prognati, ſecurè epulantur, at ego Atlantide Maiâ progenitus* διακονοῦμαι ὑπὸς *illis ſervio.* Denique ſe talem eſſe queritur ὥσπερ οἱ ἐν τῇ γῇ πρὸς δουλεύοντες, *quales ii, qui duram in terris ſervitutem ſerviunt.* Huc facit, quod à Pœnis שרשם *Sumes*, i. e. *miniſter*, & ab Etruſcis *Camillus* dicitur, i. e. *ſervus deorum*, aut *miniſter*.

Chaos, rudis & inordinatæ materiæ confuſa congeries. Poetæ aiunt Chaos in principio fuiſſe, i. e. confuſionem rerum, atque elementorum. Poſtea vero Deum diremiſſe illam congeriem, ſinguliſque rebus ex confuſo acervo ſeparatis, in ordinemque deſcriptis inſtruxiſſe mundum pariter, & ordinaſſe. Vide Ovid. 1 Metam. Virg. Georg. 4.

Atque Chao denſos divum narrabat amores.

Lactant. Inſtit. 1. 5. *Heſiodus non à Deo conditore ſumens exordium, ſed à Chao, quod eſt rudis inordinataque materiæ confuſa congeries.* Dictum autem putatur nonnullis à χάω, *fundo*. Heſych.

Χάος χόρτος.

Lucanus.

In Chaos antiquum confundimur.

Cui Etymo favere videtur illud Philonis περὶ Ἀφθαρσίας κόσμ. Τῶν δὲ Στωϊκῶν οἱ μὲν χάος τὸ ὕδωρ εἶναι λέγουσι διὰ τὸ ἄδηλον καὶ χάσιν τινὰ πεποιῆσθαι νομίζοντες. Chaos autem proculdubio ab antiquo χάω pro χαίνω *dehiſco*. Ritterſhuſio autem notis in Gunthérum placet eſſe à כהה, i. e. *caligavit*. Sanè Gloſſæ Cyrilli χάος *tenebræ*. Et Prudentius tenebras eâ voce deſignat Hymn. 5. Cathemerinôn.

Merſo ſole Chaos ingruit horridum,
Lucem redde tuis Chriſte fidelibus.

Silius lib. 2.

Namque Chaos, cæcam quondam ſine ſidere molem
Non ſurgente die, ac mundum ſine luce canebat.

Inde *atrum Chaos* Senecæ in Agamemnone & *cæcum Chaos* eidem in Octaviâ, & Medeâ. Denique *Cimmerium Chaos* Statio Sylv. 3. 2. Apud Ariſtoph. vero, in Nubibus, & Avibus ponitur pro aere, & ſic exponit Scholiaſtes, allato quoque loco hoc Ibyco.

Πότατται ἢ ἐν ἀλλοτρίῳ χάει.

Eurypides in Cadmo apud Probum: Οὐρανὸς γὰρ ἡμᾶς κινδυνεύει, φωτὸς ἐξαμαυρῶσαι. Τὸ δὲ μέσον ἠέρος ἢ κενὸν χάος οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Theocritus:

Ἄμμιν δὲ τρὶς ἔρπει δι' αἴθερος χάνος πε.

Vetus interpres Bibliorum Lucæ 16. 26. Spatium quod inter cœlos, inferoſque eſt, & χάσμα Evangeliſta dixit, *Chaos* appellat, quem male in eo reprehendi ſummus vir H. Grotius ad eum locum oſtendit. Itaque hanc vocem etiam Fauſtus Rhegienſis uſurpavit.

Charax Pergamenus, ſacerdos, & philoſophus, Suidâ teſte, condidit hiſtoriarum Græcarum libros 40, in quorum ſecundo Auguſti Cæſaris memoriam celebrat, ὡς πλέον γινόμενον, *tanquam antiqui*. Unde, eum multo poſt Auguſti ævum vixiſſe colligitur. Secundum Ἑλληνικῶν adducit quoque Steph. in Ἀσέσσεια & Ταίναρος. Condidit & χρονικὰ, quorum ſecundum idem citat in Ἀσεία. Apud Euſt. etiam in 1. Il. citatur ὁ Χάραξ ἐν Ἰταλικοῖς. *Lampſacenus* vocatur Lilio Gyraldo Dialogo 2. de Poetis. Verum Suidas in Χάραξ adducit epigramma antiquum, ubi *Pergamenus* dicatur. Incipit illud

Εἰμὶ Χάραξ ἱερὸς γεγρῶς ἀπὸ Περγάμου ἀρχῆς.

Fortaſſe Gyraldo obverſabatur Charon Lampſacenus. Non de nihilo verò eſt, quod Etymologus diſtinctè dicat. Χάραξ ἰσοσυγγράφος: Quomodo & Suidæ in ὄμηρος bis vocatur. Nam fuit præterea alter *Charax*, Grammaticus, cujus item in Ἔπος meminit.

Charaxes, ſive *Charaxus*, Herodoto lib. 2. vir Mitylenæus, frater Sapphûs poetriæ, qui captus Rhodopes meretricis amore, ejus causâ opes ſuas omnes dilapidavit, & ad ſummam redactus inopiam piraticam exercuit. Ovid. in Epiſt. Sapphûs.

Gaudet, & è noſtro creſcat mœrore Charaxus
Frater, & ante oculos, itque reditque meos.

Et paulo ante.

Arſit inops frater victus meretricis amore
Miſtaque cum turpi damna pudore tulit;
Factus inops, agili peragit freta cærula remo,
Quaſque male amiſit, nunc malè quærit opes.

Chares, Athenienſium dux, ad promittendum facilis, & promptus; unde proverbium natum *Charetis pollicitationes*. Suidas. Fuit & *Chares* Lydius ſtatuarius, Lyſippi diſcipulus, qui Rhodi Solis coloſſum fecit. Plin. 34. 7. Fuit & *Chares* teſte Plutarcho in Artaxerxe, qui in bello Cyrum vulneravit. Denique *Chares* Mitylenæus hiſtoricus fuit, qui & ipſe de rebus ab Alexandro geſtis opus condidit. Citatur ab Athenæo lib. 1. 3. 5. 10, 11, 12. & 13. Item Plutarcho in vitâ Alexandri; ubi Ἰσάγγελος vocatur, uti & Gellio lib. 5. cap. 2.

Chariclo, filia Apollinis, Chironis Centauri, vel Scironis, ut alii volunt, uxor, Ovid. Met.

Ecce venit rutilis humeros projecta capillis
Filia Centauri, quam quondam nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit
Ocyrrhoen.——

Charidemus, Athenienſis, ab Alex. M. exulare juſſus, ἐς τὴν Ἀσίαν παρὰ βασιλέα Δαρεῖον φεύγει. Arrian. Hiſt. lib. 1. Qui magno ului Perſis fuit, donec ob linguæ libertatem, juſſu Darii interfectus eſt. Diodoro dicitur ἀνὴρ θαυμαζόμενος ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δεινότητι στρατηγίας, & Curtio lib. 9. *belli peritus, & ob exilium infeſtus Alexandro, quippe Athenis jubente eo fuerat expulſus.*

Charidemus, dux Cherſobleptæ Thraciæ regis militum. Demoſth. contra Timocratem. Fuit quidam etiam Romanus feris objectus. Martialis, lib 1.

Charilaus, Lacedæmonius nobilis, comæ nutriendæ ſtudioſus, qui interrogatus, cur comam nutriret, reſpondit. *Quia ex omni ornatu hic foret pulchrior, venuſtiorque ac ſumptus minimi.* Idem interrogatus, cur admodum paucas leges ſanxiſſet Lycurgus: *Quia*, inquit, *pauca dicentibus, paucitas legum ſufficit*, Rhod. 18. 4. ex Plut.

Charilus, dux Lacedæmoniorum, Tegeatas ſuperavit, author Pauſan. apud Volater. forte *Charilaus*, cujus meminit Strabo lib. 12.

Charimander librum de Cometis compoſuit. Sen. N. Qu. lib. 7.

Chariſius, Atticus orator. Cic. in Bruto, Itemque Grammaticus, cujus meminit Priſcianus. Ejus inſtitutiones hodie habemus, quæ in Gram. veterum corpore Putſchii primum locum obtinent.

Chariſtia, feſta erant apud Romanos, in quibus cognati, & conſanguinei convenire ſolebant, & invicem mutua dona dare. Hæc autem fiebant 11 Cal. Mart. Ovid. Faſt. 2.

Pro-

Proxima cognati dixere Chariſtia Chari.
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

Val. Max. 2. 1. *Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt: idque Chariſtia appellaverunt: cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.*

Charites, ſeu *Gratias* quidam ex Venere & Jove genitas ſcripſerunt; alii ex Venere, & Libero. Cicero ex Erebo & Nocte ortas exiſtimat. Statii Scholiaſtes in primum Thebaidos Jovis & Autonoes filias putat. Heſiodus Jovis & Eurynomes filias ſcribit. Tres ſunt, *Aglaia* (quæ & *Paſithea*) *Thalia*, *Euphroſyne*. Tot autem ideo eſſe prodiderunt, quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorum beneficia ſuſcipere, & iis, qui in nos fuerunt liberales, retribuere, quæ tres actiones ſunt ſeparatæ. Muſæus.

——— Οἱ δὲ παλαιοὶ
Τρεῖς χάριτας φάσαν πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡρῶς
Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

Ariſtænetus lib. 1. ep. 10. Καὶ τῆς ὁμιλίας χάριτες ὑγρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων πειχρεδίοι Νέκυες. Alii ideo dicunt tres Gratias eſſe, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debeat. Quapropter ſolebant veteres ita Gratias pingere, ut una earum averſam faciem teneret, quaſi à nobis profecta: duæ vero nos adſpicerent, ut duplex nobis beneficium reddi debere oſtenderent. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi: Juvenes, ne beneficii memoria ſeneſcat, Ridentes, quod hilariter dandum ſit, Item Connexæ, quia inſolubiles eſſe Gratias decet, & unum beneficium aliud ſemper parere. Vide *Gratiæ*.

Charitonia, hoc eſt, inquiunt, *nihil non feſtivitatis*, & *gratiæ habens vænale*: ὠνιον enim *venale* ſignificat. Sed profectò hoc ineptum & putidum eſt, & à Grammaticis confictum, quibus corrupta lectio impoſuit. Ita enim ſcripſit Lucretius, ut & Giſanius edidit,

Parvula, pumilio, Charitûn mia, tota merum ſal.

Ob venuſtatem puta, ac leporem. Quod non intelligentes correctores, bellum illud *Charitonia* commenti ſunt.

Charitonius, Gr. Χαριτώνιος, quâ voce, ut quidam volunt uſus eſt Lucretius in commendatione puellæ.

Parvula, pumilio, Charitonia tota, merum ſal.

Charmus, Syracuſius quidam poeta, qui teſte Athenæo, in ſingula, quæ apponerentur, verſiculos ac paroemias promebat, uti eſt illud de piſcibus.

Ἥκω λιπῶν Αἰγαῖον ἅλμυρὸν βάθος, i. e.
Venio linquens Ægæum ſalſam profunditatem.

Charon, Pythoclis filius, quem Strabo lib. 13. *hiſtoricum* appellat, atque inter illuſtres Lampſacenos reponit. Dionyſius quoque epiſtolâ ad Pompeium, eum ante Herodotum ſcripſiſſe hiſtorias teſtatur. Hic Suidâ teſte libros 2 De Rebus Perſicis conſignavit. Eos Plut. citat in Themiſtocle. Item Athenæus lib. 9. Idem Athen. eum ἐν τοῖς ὕστερα laudat lib. 11, & 12. Sed præterea multa alia conſignavit, quæ ex Suidâ peti poſſunt. Ex quo etiam diſcimus floruiſſe eum circa Olymp. 75. vel juxta alios, paulò poſt Olymp. 79.

Charon, junior (uti vocatur) vixit temp. Ptolemæi Euergetæ, ac familiaris ſui Apollonii Argonautica explicuit; non univerſa quidem, ſed quæ ab hiſtoria penderent. Docet hoc nos Apollonii Schol. lib. 2. Οὗτος δὲ αὐτὰς ὀνομάζει καὶ Χάρωνα, αὐτὸς Ἀπολλωνίῳ γνώριμος, ἐν τῷ περὶ ἱστοριῶν τοῦ Ἀπολλωνίου. Eundem citari arbitror cum ante diceret. Χάρων δέ φησι, καὶ ἡ Λαμψακήνων χώρα θεσπέσιον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι. Sed minime hinc conſequitur, ſcriptorem hunc fuiſſe Lampſacenum. Atque ut Lampſacenus eſſet, alius tamen ſit à nobili illo rerum Perſicarum ſcriptore, de quo ſupra, cùm inter eos intervallum ſit amplius quam 50 Olympiadum.

Charon, Carthaginenſis hiſtoricus, deſcripſit tyrannos, quotquot in Europâ, & Aſia fuerunt. Item prodidit vitas illuſtrium virorum libris 4. & vitas illuſtrium fœminarum libris totidem. Suidas.

Charon, Naucratites hiſtoricus, ut idem Suidas auctor eſt, retulit Alexandrinos, & Ægyptios Sacerdotes, ac quæ ſub eorum quôque accidiſſent. Ad hæc reges, qui in unaquaque fuiſſet gente. Præterea de Naucrate, & alia quædam de Ægypto, poſteris reliquit.

Charon, Erebi & Noctis filius, inferorum portitor, *Porthmeus* Juvenali.

——— *Tetrumque novitius horret*
Porthmea. ———

Quem poetæ fabulantur defunctorum animas futili cymbâ per Stygiam paludem tranſvehere. Virg. Æn. 6.

Portitor has horrendus aquas, & flumina ſervat
Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento
Canities inculta jacet; Stant lumina flammæ:
Sordidus ex humeris nodo dependit amictus.
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat,
Et ferrugineâ ſubvectat corpora cymbâ,
Jam ſenior, ſed cruda Deo, viridiſque ſenectus.

Ubi remigis habitum pulcrè deſcribit, de quo Plaut. Mil. *Venias ornatus ornatu nauclerico, Palliolum habeas ferrugineum, Id erit connexum in humero lævo.* Unus Petronius in Sat. inferorum portitorem facit Proteum, his verſibus.

——— *Vix navita Proteus*
Sufficiet ſimulachra virum traducere cymbâ.

Cum autem hoc nemo alius dixerit, conjicit Delrius legendum non *Proteus*, ſed *Porthmeus*; quâ voce pro Charonte, uſus eſt Juvenalis, ut ſupra vidiſti. De la Cerda. Per Antiphraſin ſic dictus quaſi *Acharon*, hoc eſt *triſtis*, *auſterus*, qualis à Virgilio ſupra deſcriptus. Unde Prop.

Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis.

Tibull. 1. ult.

Non ſeges eſt infra, non vinea culta, ſed audax
Cerberus, & Stygiæ navita turpis aquæ.

Theocr. in Encom. Ptolemæi vocat h. ſenem

——— Στυγὸν πορθμῆα νεμόντων.

Sen. in Hercul. Fur.

Hunc ſervat amnem cultu & aſpectu horridus
Pavidoſque manes ſqualidus geſtat ſenex,
Impexa pendet barba, deformem ſinum
Nodus coercet, concavæ lucent genæ,
Pergit ipſe conto portitor longo ratem.

Idem in Oedipo.

Quique capaci tunbida cymbâ
Flumina ſervat, dûrus ſenior,
Navita crudus, vix aſſiduo
Brachia conto laſſata refert.

Quin & Charon ipſe apud Eurip. in Alceſtide vocat mores ſuos ἐχθρούς γε θνητοῖς, καὶ θεοῖς συγκεκλῃσμένους.

Inviſos hominibus, Diiſque odioſos.

Inde à Statio, 2. Sylv. *trux navita.* Deniq; Prop. 4. 12.

Vota movent ſuperos; ubi portitor æra recepit,
Obſerat herboſos lurida porta rogos.

Ubi per *æra naulum* intelligit, vel trientem, ſcilicet, numiſma obolo paulò majus. Hunc autem nummulum δανάκην appellatum fuiſſe barbarico idiomate accepimus. Etymol. M. Δανάκης νομίσματος ἓξ ὄνομα βαρβαρικὸν πλέον ὀβολοῦ, ὃ τοῖς νεκροῖς ἐν τοῖς σήμασιν ἐπίθεσαν. Vide quæ ſequuntur, & Apul. Met. lib. 6. & Antholog. Sect. 1. Tit: 50. Εἰς φιλολάς. Hinc per convicium, homines terribili ſqualore, & pravo ac corrupto animo, *Charontes* appellantur, Apul. in Apol. de Æmiliano. *Igitur agnomenta ei duo indita*, Charon, *ut jam dixi ob oris & animi duritatem: & alterum, quod libentius audit, ob Deorum contemptum*, Mezentius. Ab rate hâc Charontis, nata parœmia, quâ quibus imprecamur, ad navem mittimus; qua utitur Ariſtoph. in Lyſiſtrata.

Χώρει εἰς πλοῖον ταχύ
Ὁ Χάρων σε καλεῖ.

Charondas, Thurius (à *Catanâ* civitate, unde originem habuit, *Cataneus* appellatus) legem tulit, Ne quis armatus in concionem veniret; cumque poſtea ipſe rure rediens imprudens ut erat gladio accinctus, in concionem veniret, admonitus legis, ab eo qui proximè ſedebat, eodem gladio incubuit, cum liceret culpam diſſimulare, vel defendere. Val. Max. lib. 6. cap. 5. Meminit ejus Tullius de legg. lib. 3.

Charybdis. Vide part. prim. hujus Dict.

Jo. *Chaucerus* Anglus linguam patriam magnâ ingenii ſolertiâ & culturâ plurimum ornavit. Fama obtinet Wicliffio Gardianatu Aulæ Cantuarienſis fruenti datum fuiſſe in diſciplinam Galfridum, qui carmine haud injucundo Inſtitutoris veſtigia premens, Clericorum vitia acerbiſſimè notavit, quâ de re neque cum extremum duceret Spiritum pœnitentiam aliquam egit; quamvis eorum quæ de fœdis hominum amoribus ſcripſerat recordatione adeo torqueretur, ut exclamavit: *Væ mihi! væ mihi!* quod revocare nec deſtruere jam poſtero illa quæ malè ſcripſi de malo, ac turpiſſimo amore hominum erga mulieres; ſed jam de homine in hominem continuabuntur, velim, nolim. Ob. 1400.

Chelytis, Dianæ cognomen. Clemens in Protreptico καὶ Χελύπδα δὲ Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβουσιν, ἐπεὶ τὸ βάπτειν, χελύπτειν καλοῦσιν. Tuſſire vero, etiam Χελύπτειν dici, quanquam nullâ Spartanorum mentione auctor quoque Heſych. Χελύσσεται, βύσσεται, lege βύσσει.

Chemoſh, Moabitarum numen. Jer. 48. 7. Χαμὼς 70. interpretes vocant; & vocamine tantummodo à Phegorio Deo hunc diſtare ſentit D. Hieronymus. Philo Judæus. Allegor. 2. Χαμὼς ἑρμηνεύεται ὡς ἀλάφημα, quod cæcorum fere proprium. Sane כמש *moſch eſt contrectavit*, ſeu *palpavit*, & elementum *Caph* ſervile ὡς interpretatur.

Cheoſpes, Ægypti rex, qui celeberrimam illam Pyramidem ſtruxit, in quâ tam multa hominum millia, opus tot annis

fecerunt, ut pro apio, cæpâ, allio, expensa fuerint mille & sexaginta talenta.

Cheremòcrates, insignis quidam artifex fuit, cujus opus Ephesiæ Dianæ templum fuisse perhibetur. Strabo lib. 14. Idem Alexandro pollicebatur sese montem Atho in ejus formam fabricaturum, ut tanquam ex gutto quodam aqua in phialam effunderetur, Strabo ubi supra.

Cherub, Hebr. כרוב est alata imago, similis juveni, dici volunt ex כ *che*, *sicut*, & רכי *rebe*, *puer*, *adolescens*, Chaldaicè enim רבא *reba* est *crescere*, *adolescere*. In script. sanctâ vox legitur pro *angelo*, & *specie angeli*, qui, ut alatus juvenis pingitur, ad significandum robur, & velocitatem in expediendis Dei jussis. Plur. numb. *Cherubim* dicuntur. De quibus Jo. Drusius Commentar. ad difficiliora loca Exodi cap. 44. *De Cherubis*, inquit, *quatuor opiniones sunt. Una ex veterum Hebræorum, qui scribunt eos formam habuisse puerorum, aut juvenum, quod ex etymo colligunt, argumento admodum infirmo* כרובים *Cherubim, tanquam pueri & juvenes.* Altera est Hiscani, & aliorum quorundam, qui censent angelos fuisse avium formam referentes, unde eis alæ tribuantur. Tertia opinio est Josephi, scribentis animalia fuisse alata, nemini mortalium unquam visa. Origen. lib. 3. cap. 6. Quarta est Abenezræ, qui scribit, generale nomen esse ad omnes formas. Hi à nullo conspiciebantur, nisi à solo sacerdote, cum intraret in Sanctum Sanctorum semel in anno.

Chiliastæ, Hæretici quidam, quos *Millenarios* Augustinus interpretatur: propter illud ex sacrâ paginâ, *Una dies apud dominum, ut mille anni, & mille anni, ut una dies*, Christum super terram mille annos regnaturum opinantur.

Chilo, Lacedæmonius philosophus unus ex septem Græciæ sapientibus, cujus tria dicta Delphis in Apollinis templo fuerunt. Plinio teste 7. 12. *Nosce teipsum; Nil nimium cupias. Comes æris alieni, atque litis est miseria.* Cætera ejus apophthegmata sic exposuit Joannes Stobæus.

Πίνων μὴ πολλὰ λαλεῖν, ἁμάρτήσεις γάρ.
Inter pocula ne multum loquere, delinques enim.

Μὴ κακολόγει τὸν πλησίον, εἰ γὰρ μὴ, ἀκούσῃ ἐφ οἷς λυπηθήσῃ.
Ne sis maledicus in proximos, sin minus, audies quæ tibi molesta erunt. Ἐπὶ τὰ δεῖπνα σὺν φίλων βράδιος πορεύου, ἐπὶ ἀτυχίας ταχύς. *Ad convivia amicorum tardus eas, ad calamitates autem cito.*

Ἡ γλῶσσά σου μὴ σοῦ πρόθεῖ τὸ νοῦ.
Fac ne lingua tibi mentem præcurrat.

Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν.
Damnum potius elige quam turpe lucrum.

Ἐν ὁδῷ μὴ σπεύδε πορεύων, μηδὲ ἢ χεῖρα κινεῖν, μανικὸν γάρ. *In via non acceleres pergendo, neque manum moveas, insanientis enim indicium est.* Tria ejus, quæ difficilia dixit esse, commemorat Laertius, primum quidem ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι, *arcana retinere*, alterum χρῆναι δ' διαθεῖναι *otium rectè disponere*, tertium ἀδικεῖσθαι δύνασθαι φέρειν, *injurias tolerare posse*. Nomen accepisse videtur ἀπὸ τῆς χείλεως, ut *Labeones*, & *Labieni* apud Romanos à labris, & labiis. Lucretius nominat *Labrosos*. Ita de Chilone Sosipater Charisius, Festus, & Velius Longus. Fuit etiam *Chilo* Catonis servus Grammaticus,

Chimæra. Vide part. prim. huj. Dict. Hesychius: Χίμαιρα, πεῖρος ὄφεως θηρίον ὃ σπεύδει μὲν λέων, μέσον δὲ Χίμαιρα, ὄπισθεν δὲ δράκων. Φασὶν δ' ἐν Αὐκίᾳ γίνεσθαι, ὡς κεφαλὴν μὲν λέοντος ἔμπροσθεν ἔχειν, ἀπὸ σώματος δὲ πῦρ ἀποπέμπειν, ὄπισθεν δὲ δράκοντος ἔχειν κεφαλήν. Quod non capio, neque enim Chimæram unquam bicipitem apud auctorem aliquem me legisse memini. Itaque si liceret lubenter legerem ἀρ. ἔχειν ἔρχεν. Et quid ni quæso ita legam? Sane Apollodorus lib. 2. ubi de hâc ferâ. Εἶχε δὲ πρωτομὲν μὲ λέοντος, ὄπιθεν δὲ δράκοντος, τρίτην δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγός. Ubi Jan. Fab. Quid hoc, *Tertium caput medium capræ?* Videlicet cum raptim scribit Epitomistes, rem in pauca contrahit, sed eam ita explicat, nemo ut intelligere possit. Benè itaque quod versus Hesiodi, unde potissimum hæc desumpserat Apollodorus, notissimi sunt. Interim qui Græcè sciunt, fatebuntur opinor, scribendam fuisse, non, τρίτην δὲ κεφαλὴν ὀπίσω, αἰγός, sed τρίτην δὲ κεφαλὴν, ΤΗΝ μέσην, αἰγός. Deinde omisit dicere Epitomistes fuisse in caudâ caput Draconis, &c.

Chiomara, cum à Romanis hostibus capta esset, cuidam Tribuno, qui suæ pudicitiæ vim intulerat, caput cautè obtruncavit, quod propriis vestibus involvens, unà cum suis domum remeavit, utque in viri conspectum pervenit, laxato sinu, caput, quod gestabat, ante illius pedes effudit. Plut. lib. de claris mulieribus.

Chione, nobile scortum fuit, dictum à *candore*, χίων enim Græcè *nivem* significat. Martial. lib. 5.

Digna tuo cur sis, indignaque nomine dicam:
Frigida es, & nigra es, non es, & es Chione:

Juvenalis.

Et dubitas altâ Chionen deducere sella.

Chione, filia Deucalionis, cujus nuptias cum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurensi nupsit. Redeunte autem Mercurio à Cyllene monte, & Phœbo Delphis ab utroque conspecta est: qui statim amore ejus capti, separatim eam de stupro interpellarunt. Cumque Apollo concubitum in noctem distulisset, Mercurius moræ impatiens, caduceo eam tangens, altissimo sopore oppressit, dormientemque vitiavit. Sub noctem deinde Apollo, acceptâ anûs formâ ad eam ingressus, voti sui compos fuit. Ex utroque itaque gravida effecta, Mercurio Autolycum peperit, Apollini vero Philammona, qui carmine & lyrâ plurimum valuit. Postea vero quod Diis placuisset, superbiâ elata, non verita est se Dianæ pulchritudine præferre: quâ injuriâ commota Dea

(Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονες εἰσὶ θέαιναι.)

sagittis eam interemit. Ovid. Met. 11.

Chionides, vetus Poeta. Voss. P. Gr. p. 25.

Chiron, Centaurus Saturni, & Phillyræ, vel ut Lactantius inquit, Pelopeæ filius. Saturnus enim cum amaret Phillyram, Oceani filiam, ejus concubitu usus est: sed interveniente Ope conjuge, confestim se vertit in equum, ne agnosci posset. Phillyra autem concepit, peperitque animal, cujus superior pars hominis, inferior vero equi formam referebat. Porro cum excrevisset, in sylvas abiit, ibique herbarum naturam ac potentiam edoctus, in præstantissimum medicum evasit, à quo etiam *Centauria herba* nomen accepit, & *Chironium ulcus*, quod maximè sit in pedibus, & cruribus, sic dict. quod *Chironis* operam desideret. Postea à genero Nereio, Peleo, & Thetide filia accersitus, propter peritiam, probitatem & justitiam, quibus cæteris longè excellebat, Achillis pædagogus constitutus est, qui ab eo inter alia maximus citharœdus effectus est. Docuit præterea Æsculapium medicinam, & Herculem astrologiam. Postremo cùm graviter vulneratus esset, Herculis sagittâ Lernæo veneno perlitâ casu decidente in ejus pedem, optavit mori; sed cum immortalis à parentibus natus esset, ut Ocyrrhoes vaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturum esse mortem, gravi vexatus morbo mori cupiens, oravit superos, ut mori sibi liceret: quo concesso, ab iisdem in cœlum translatus est, & in Zodiaco locatus, *Sagittarius* appellatur. De quo Cæsium vide Cœl. Astron. Poetic. pag. 283. Seneca in Thyeste:

Et qui nervo tenet Æmonio
Pennata senex spicula Chiron
Rupto perdit spicula nervo.

Ubi cum *senem* vocat forte Theocritum respexit: Sic enim ille

Κρητῆς' Ἡρακλῆι γέρων ἐδάσατο Χείρων.

A matre *Philyreius heros* dictus Ovidio & *Phillyrides* Virgilio. Statius *longævum Chirona* vocat, & *doctum senem*. Hom. de Achille Il. λ.

Ὃν Χείρων ἐδίδαξε δικαιότατον Κενταύρων.

Mitem celebrant Chironis institutionem poetæ; ne scilicet grossissimum ingenium Achillis duriori tractatu frangeretur. Auson. Idyl. 4.

Sic neque Peliden Chiron terrebat Achillem
Thessalico permixtus equo, nec pinifer Atlas
Amphitryoniaden puerum: sed blandus uterque
Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos.

Claud. de 3. Cons. Honor.

Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum
Hæc exempla dabat, non ocyus hausit Achilles
Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes
Sive lyræ cantus, medicas seu disceret herbas.

Ovid. lib. 1. de Art. Amand.

Phillyrides puerum citharâ perfecit Achillem.
Atque animos molli contudit arte feros.

Achilles ipse apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi

Ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφεὶς
Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς θεοὺς ἁπλοῦς ἔχειν.

Hesiodus de eodem Theog.

——— Τὸν ἔρεσιν ἔτρεφε Χείρων
Φιλλυρίδης.———

Pindaro in Pythiis σώφρων dicitur, i. e. *prudens* vel *temperans*. Eidem in Nem. βαθυμήτης *profundi consilii vir* dicitur. Hunc Argonautas priusquam littore cederent, invisisse narrant Poetæ. Catullus

——— *Princeps è vertice Pelii*
Advenit Chiron, portans silvestria dona.

Val. Flac. 1.

Jamque aderat summo decurrens vertice Chiron,
Clamantemque patri procul ostentabat Achillem.

Quamvis Catullus nondum natum fuisse Achillem putat. Parcæ siquidem apud eundem ita canunt

Nascetur vobis expers terroris Achilles.

Vide

Vide Carionem in Val. Flac. locum suprà adductum: Interea non possum non addere hoc Horatianum Epod. 13.

Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno,
Invicte mortalis, Deâ
Nate puer Thetede
Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina,
Lubricus & Simois:
Unde tibi reditum certo subtemine Parcæ
Rupere: nec mater domum
Cærula te revehet.

Obiter heic nota τὸ *subtemine* hausisse Poetam nostram ex Catullo in Carmine vulgo sed falso voc. Argonaut. 20. Ovid Met. 13. eodem sensu dixisse

——*Cærula mater*

& specus ejus σκιερὸν ἄντρον. Pyth. Od. 9.

Chloreus, sacerdos Cybeles, divinandi peritus. Æn. 11.

Forte sacer Cybeles Chloreus, olimque sacerdos, &c.

Vide locum.

Chloris, florum dea, eadem cum eâ quæ à Romanis *Flora* dicta est: quæ cum Zephyro nupsisset, à marito muneris loco impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. Ovid. 5. Fast.

Chloris eram, quæ Flora vocor. Corrupta Latina
Nominis est nostri littera Græca sono.

Vide quæ sequuntur, Prop. 4. 7.

Si te non totum Chloridis herba tegit.

Fuit etiam *Chloris* quædam Amphionis, & Niobes filia, quæ Neleo nupsit, eique Nestorem aliosque filios peperit. Hæc postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur, unà cum fratribus & sororibus, Apollinis, & Dianæ telis fuit interfecta.

Chærilus, historicus, patriâ Samius juxta Hesychium Milesium, Jasensis ex mente Stephani, Halicarnassensis secundum Suidam. Samo profugisse aiunt, ac παιδικῶς, h. e. *in deliciis* Herodoto fuisse, quod paulo juniorem fuisse arguit. Carmine victoriam descripsit, quam Græci à Xerxe retulerunt, atque ab Archelao Macedonis rege, pro quoque ejus poematis versu, aureum retulit statherem. Memoria autem fefellit Horatium cum scribit, Ep. 1. Lib. 2.

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus & male natis
Rettulit acceptos, regale numisma Philippos.

Nec enim qui honos ab Archelao habitus bono poetæ, is & apud Alexandrum contigit *Chœrilo* poetæ malo. Nimirum duos *Chœrilos* confudit, quos recte Gyraldus in Poetarum historia distinguit. Posteriorem etiam signat Horat. in Arte.

——*Sit Chœrilus ille*
Quem bis terque bonum cum risu miror.

Sunt qui tradunt Alexandrum hâc lege cum hoc *Chœrilo* pepigisse, ut pro singulis bonis versibus, singulos acciperet Philippeos: pro singulis autem malis singulos colaphos: opere vero perfecto vix septem fuisse inventos, qui probari possent. Is demum inediâ periit apud Alex. captivus. Ovid. in Ibin.

Incluseque necem caveâ patiaris, ut ille
Non profecturæ conditor historiæ.

At prioris *Chœrili* versus nobili poetâ dignos esse, non ex fragmentis modo liquet, quæ apud Aristotelem in Rhetoricis, Strabonem lib. 7. Joseph. lib. 1. contra Apionem, aliosque supersunt: sed etiam ex quo quod Lysander illum in comitatu habere solitus fuerit, ut res à se gestas celebraret, quemadmodum Plutarchus scribit; & imprimis quod antiquitas statuit, teste Suidâ, ut versus ejus cum Homericis recitarentur. Vide Voss. P. Gr. pag. 28.

Chærilus, Athenienſis Tragicus poeta, floruit Olymp. 64. ac fabulas edidit 150. vicit 13. A quibusdam traditus *primus larvarum, ac vestitus scenici fuisse auctor.* Testis Suidas.

Choragus, Gr. Χορηγός. Quod honestissimum nomen habebatur apud Græcos, iisque tribuebatur, qui sumptus de suo ad ludos sacros præbere solebant. Latinis *Choragus* dicitur, qui scenicis histrionibus ornamenta agenda fabulæ necessaria, vel accepta ab Ædilibus, vel de suâ copiâ conductus præbet. Plautus in Persa, Act. 1. Sc. 4.

T O. *Ornatum adduce lepidè in peregrinum modum.*
S A. *Sed πόθεν ornamenta? T O. abs Chorago sumito.*
Dare debet: præbenda Ædiles locaverant.

Idem Trinummo, Act. 4. Sc. 2.

Ipse ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo.

Vetus poeta apud Sueton. in Augusto cap. 70. de cœna ejus δωδεκαδίφ.

Cum primum istorum conduxit mensa Choragum.

Inde *Choragium*: ipse apparatus, seu instrumentum scenicum, Plin. 36. 15. de Scauri Theatro loquens. *Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste cæteroque Choragio fuit, &c.* Apul. in Apol. *Quid enim si Choragium Thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere, etiam uti me consuevisse Tragœdi syrmate histrionis, crotalove ad ebrietatis orgia, aut Mimi centunculo?* Elegantissimè autor Rhetor. ad Herennium, lib. 4. in Charactere ostentatoris. *Et dicit in aurem, aut ut domi lecticæ sternuntur, aut ab avunculo rogetur Æthiops, qui ad balneas veniat, Assurconi locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsæ Choragium gloriæ comparetur.* Item *Choragium* dicebatur locus, in theatro ex ipsâ re, quod ibi Choragium scenicum, i. e. vestes, &c. quæ instruendæ scenæ inserviebant, custodiebantur. Vitruvius 4. 9. *Choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum, &c.*

Choraules, Gr. Χοραύλης, propriè qui cum choro tibiâ concinebat: cùm in conviviis tum in scenâ. Quo sensu Petronius.

Manu puer loquaci
Ægyptius Choraules.

Vide Salmasium ad Histor. Augustam. Mart. lib. 9.

Quod optimum est, quæritis, convivium?
In quod Choraules non venit.

Juv. Sat. 6.

Accipis uxorem de quâ Citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiet pater Ambrosiusque Choraules.

A *Chorea*, vel *Choro* dictus, quam vocem non invenustè Varro ad stellas transtulit, quæ certâ lege, atque ad numerum veluti decurrunt.

Repente noctis circiter meridiem,
Cum pictus aer fervidis latè ignibus
Cœli Choreas astricas ostenderet, &c.

Itemque Manilius lib. 1.

Et quinque adverso luctantia sidera mundo
Exercent varias naturæ lege Choreas.

Similiter & *Chorus* de iis dictus, Tibull. 2. 2.

Ludite, nam vox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.

Stat. 1. Theb.

——*Risit Chorus omnis ab alto*
Astrorum. ——

Chosroes, Persarum rex, literarum studiosissimus, ad summam Græciæ Philosophiæ pervenit, Græcorum libris usus à quodam in linguam Persicam conversis. Atque adeo dicitur Aristotelem ipsum exactius tenuisse, quam Demosthenes Thucydidem. Platonis etiam scriptis animum explevit, atque excoluit. Suid. Fuit vero *Chosroes* commune cognomen Regum Persarum, qui ab Artaxerxe duxerent genus, & nonnullorum Parthorum ante fuit, ut Casaubonus ad Capitolini Alexandrum observat. Vide Onuphrium Panvinium, quæ Comment. 3. Reip. Romanæ de Parthico, Persicoque imperio, eorumque regibus digessit.

Chremes, persona senilis apud Terentium, & rustica, à χρέμπτεσθαι quod est *excreare*. Horat. in Arte.

Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

Et Serm. 1. Sat. 8.

Argutâ meretrice potes Davoque Chremeta
Eludente senem. ——

Chrestodemus, ex Thebanarum rerum scriptoribus unus fuisse dicitur à Michaele Apostolio Cent. 18. prov. 42.

Chrestus, Byzantius sophista, Herodis Attici auditor, tempore Adriani, qui vino deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam cum ad Galli cantum sæpe bibere solitus esset, non primus tamen somno se, quam studio dabat. Philostratus.

Chrestus, Athenienſis author probatissimus. Columella.

Christina, virgo Italica, à patre Ethnico primum carceri includitur, postea tortoribus tradita est, qui eam nefandis cruciatibus vexarunt, cumque nec igne cremari, nec in aquâ suffocari posset, tandem jaculis confossa est, regnante Juliano.

Christodorus, è Copto Ægypti urbe poeta Anastasii Cæsaris tempore, scripsit Isaurica, libris sex. Alia ejusdem refert Suidas, quem vide.

Christophorus, in Lycià Evangelium de Christo propagasse; & capite truncatus esse sub Diocletiano Imperatore scribitur.

CHRISTUS, Jesu mundi Redemptoris cognomentum. Ab Hebræo vel Syriaco מָשִׁיחַ sic dictus. Jo. 1. vers. 42. Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, ὁ Χριστός. Ubi Nonnus.

Σύγγνε Μεσσίαν σόφον εὑρομεν, ὃς θεὸς ἀνὴρ
Χριστὸς Ἰουδαίοισιν ἀκέκλυται Ἑλλάδι φωνῇ.

Latini vero à Judæorum ritibus, ac doctrinâ Christi alieni, nomen hoc non rectè intellexere, Dominumque nostrum ac Servatorem *Chrestum* à Græcè Χρηστὸς vocaverunt. Sueton. in Claudio, cap. 25. *Judæos impulsore Chresto, assiduè tumultuantes Româ expulit.* Inde etiam *Chrestianos* vocabant eos, qui *Christo* nomen suum dedere. Tertul. Adv. Gent. *Sed & cum perperam Christianus pronunciatur à vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suavitate*

vitate vel benignitate compositum est. Lact. 4. 17. *Sed exponenda hujus nominis ratio est propter ignorantiam eorum, qui eum immutatâ litera* Chrestum *solent dicere.* Quo errore, Justinus Martyr sui temporis Christianos culpâ absolvit. Ἐπεὶ ὅσον γε ἐν τῷ καταχρηστευομένῳ ὀνόματι χρηστότατοι ἀνάρχομεν, & rursum Χρηστιανοὶ γὰρ ἐν καταχρήσει ἐσμεν, τὸ δὲ χριστὸν μισεῖσθαι ἀδίκως. Hæc ille Apol. 2. Verum enimvero rectum nomen, uti diximus, est *Christus*, cujus etymon idem innuit Justinus Χριστὸς μὲν ἀπὸ τοῦ χρίειν τὸ κεχρίσθαι. Ab *unctione* scilicet dictus est. Τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἀρχαῖον Μωσέως πᾶσι χρωμένοις ἐπιθεῖναι, ait Euseb. Dem. Evang. 4. 15. Et Lact. lib. 4. cap. 7. *Quoniam Græci veteres* χρίειν *dicebant ungi, quod nunc* ἀλείφειν, *ob hanc rationem, nos eum Christum nuncupamus.* Prima tamen hujus vocis significatio satis comperta nondum videtur. Primus antiquorum, quem sciam, qui hoc vocabulo usus est, fuit Æschylus in Prometheo Vincto.

Οὐκ οὖν ἀλέξω μ' ὅδε, δεσμὸς δὲ βρᾴσιμος
Οὐ χειρὶ, δεσμὸς πρὸς, ἀλλὰ φαρμάκων
Χρεία κατασκλλεται. ——— ———

Ubi Scholiastes exponit ὅτε δὲ δ' ἐπιχείσεως ἔξωθεν. Sic Schol. Aristoph. Τῶν φαρμάκων τὰ μὲν ἔξι καταπλάσει τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτά. Et hinc τὸ χρισθὲν, idem erit quod τὸ ἔγχρισον apud Theocritum, Idyll. 11.

Οὐδὲν ποσσὸν ἔρασα παρύκει φάρμακον ἄλλο
Νικία, ἢτ' ἔγχρισον (ἐμὶν δοκεῖ) ἢτ' ἐπίπασον,
Ἢ τᾶ Πτελεάδες ———

Ubi Schol. Ἰσέον, ὅτι τῶν φαρμάκων τὰ μὲν εἰσι χριστὰ, ἅπερ χειόμεθα εἰς θεραπείαν, τὰ δὲ ποτὰ, ἅπερ πίνομεν, τὰ δὲ ἐπίπασα, ἅπερ ἐπιπάσσομεν. Sic Euripides in Hippolyto.

Πότερα δὲ χρισθὲν, ἢ ποθὲν τὸ φάρμακον.

Quamvis autem prima significatio τοῦ Χριστοῦ actum, vel materiam unctionis denotat apud Græcos, non autem personam qui ungitur, tamen 72 Interpretes voce τοῦ χριομένου, ἢ τοῦ κεχρισμένου utuntur, unde Χριστὸς, ὁ κεχρισμένος τῷ ἐλαίῳ.

Chromios, filius Nelei & Chloridos, qui in eâ pugnâ quam Pylii & Messenii adversus Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est.

Chromis, Herculis filius, Statius.

Is Chromis, Hippodamusq; alter ſatus *Hercule magno.*

Et paulo post,

Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.

Chrysantas, dux exercitûs Cyri, qui hostem interfecturus jam elatum gladium in cædem revocavit, quia ἀναχλητικὸν, id est, *receptui cani*, interim inaudisset, ac ideò à Cyro laudatus. Cæl. Rhod. lib. 18. ex Xenoph.

Chrysanthus, Alexandrinus, Romæ, quo juvenis venerat, factus est Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terrâ saxisque obrutus fuit, hic in conjugio mansit virgo unà cum Dairâ uxore. Volaterr.

Chrysaor, Medusæ filius ex Neptuno, qui ex Callirrhoe Geryonem suscepit, ut placet Hygino Fab. Poet. 151. Hesiodus autem in Theog. *Chrysaorem* sine patre natum vult, quemadmodum & Pegasum ex solo Medusæ sanguine.

Chrysermus Corinthius, historicus, gemino in loco testis adhibetur à Plutarcho, semel in *Euphrate*, ubi quædam refert ex 13. ejus de fluminibus libro; ac iterum in *Inacho* ubi primum advocat de rebus Peloponnesiacis, unde & tertium citat idem Plut. Min. Par. cap. 3. Scripsit etiam Indica, grande opus; siquidem 80. eorum librum citat prædictus Author in *Hydaspe*. Videndum autem utrum Peloponnesiaca in Indica signentur, cap. 10. Min. Par. ubi meminit decimi historiarum Chrysermi. Imò Stobæus etiam adfert Chrysermi verba ex secundo Hist. Persicæ. Denique apud Plin. 22. 22. legas *Chrysermus paretidas in vino decoctâ radice, curavit.* Sed credit hunc alium esse à Corinthio Vossius.

Chryserus seu *Chrysorus*, reliquit opus de Consulum nominibus & de temporibus. Theoph. Antiochenus lib. 3.

Chryses, Apollinis sacerdos, pater Astynomes, quæ à nomine ejus *Chryseis* dicta fuit: Quam cum Græci, expugnatis Thebis Ciliciis, urbe Eetionis abduxissent, & Agamemnoni in prædæ divisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus ad Græcorum castra accessit, filiamque sibi restitui petiit; Quod cum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere coactus fuerit, cujus loco Achilli Briseidem eripuit. Hom. Iliad. 1.

Chrysippus, philosophus Stoicorum princeps, Zenonis discipulus, acutus sane, ut qui multis præceptoribus repugnaverit, statuam habuit Athenis in Ceramico positam. In Dialecticâ clarissimus fuit, ita ut non illepidè dicerent quidam; *Si apud Deos Dialectica haberetur, non aliam esse futuram, quam Chrysippi.* Scripsit volumina supra 75. Ferunt Carneadem Philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse, *Nisi Chrysippus esset, ego non essem.* Apollonidæ filius fuisse dicitur, Solensis, aut secundum alios Tarsensis. Horat. Serm. 2. Sat. 3.

Quem mala stultitia, & quemcunque insscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus & grex
Autumat. ———

Idem de Homero:

Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.

Quintil. lib. 1.

Sapientes nutrices optabat Chrysippus.

Idem:

Cædi discipulos non improbat Chrysippus.

Persius Satyræ ultimæ exitu:

——— *Depunge ubi sistam*
Inventus, Chrysippe tui finitor acervi.

Quod proverbii specie de ἀδωάτῳ elegantissima brevitate dicitur. Sensus enim est, tam difficile est avaritiæ tuæ modum statuere, quam Chrysippo Soritis finem invenire, hoc est, ubi resistendum sit, definire. *Soritem* enim *acervum* vocat Poeta, cujus nullum finem Chrysippus invenire potuit. Vide Casaubonum ad eum locum. Idem & Historicus fuit, quippe qui *de antiquis Physicis* etiam opus scripsit, ut Laertius testatur. Chrysippi *de rebus Italicis* quoque libros Plut. citat in Par. Min. cap. 24. quos cur Solensi (fuere enim & alii Chrysippi, ut ex Diogene constare potest) minus tribuamus, causa non est. *Eum enim in omni Historiâ curiosum fuisse* Cicero testatur, 1 Tuscul. Qu. Vixit an. 73. vitâ defunctus est Olymp. 143. Petronius in Satyrâ: *Chrysippus ut ad inventionem sufficeret ter Helleboro animum deterfit.*

Chrysippus, Pelopis filius, quem cum pater valdè amaret, noverca ejus Hippodamia id indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, ut illum interficerent; ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam egerunt, donec pater è vivis excederet. Item

Chrysippus medicus, Erasistrati præceptor. Vide Jonsium de Script. Hist. Phil. lib. 2. cap. 8.

Chrysogonus, Syllæ libertus, Roscii Amerini sectator. Cicero in Orat. pro Roscio Amer.

Chrysogonus, nomen viri proprium. Juvenal.

——— *Sunt quæ*
Chrysogonum cantare vetent.

Chrysogonus, martyr, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatûs, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide averti potuit, jugulatus est ad scalas Gemonias. Volater.

Chrysoloras, tres Chrysoloras cognomine eodem fere tempore fuisse scito; Manuelem, Demetrium & Joannem. Manuel, scriptore P. Jovio in Elogiis, post 700. annos in Italiam Græcas literas reportavit, & Byzantio emissus à Joanne Imperatore, Europæ reges adiit, pereunti Græciæ maturam opem imploraturus. Sed Græcia præsenti metu liberatâ, quòd Tamerlanus terror Orientis Bajazetem Ottomanum vivum cepisset, in Italiâ pedem sistit, & Venetiis primum, mox Florentiæ, Romæque ac demum vocante Galeatio Principe Ticini Græcarum literarum ingentibus præmiis studium excitavit, tantâ felicitate, ut ex ejus Scholâ summæ laudis ingenia prodierint; inter quæ fuere Leon. Aretinus, Philelphus, Poggius, &c. Constantiæ interiit, ibique tumulatus est. Alius est Jo. *Chrysoloras* ad quem extant epp. Manuelis Chrysoloræ, & Nicephori Gregoræ de eclipsibus Solaribus. Tertius est Demetrius *Chrysoloras*, cujus virtutem gratâ memoriâ prosecutus est Scuropulus Hist. Concil. Flor. Sect. 2. cap. 7. Vide Leonis Allatii Exercit. in Creyghtonum Præfat. ad lect.

Chrysostomus, Episcopus Constantinopolitanus, tempore Arcadii & Honorii Impp. ob excellentem eloquentiam cognomen Χρυσορρήμων, & Χρυσοστόμου adeptus est. Patria Antiochenus fuit, natus ex nobilibus parentibus, Secundo, & Anthusâ; Rhetoricam à Libanio, Philosophiam ab Andragathio didicit. Theologiæ studio apud Diodorum & Basilium incubuit. Primum in Ecclesiâ Antiochenâ lector fuit, Deinde Presbyter ordinatus, postea mortuo Nectario, ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ gubernationem evectus est, An. Dom. 401. Fuit naturâ iracundior, & liberioris linguæ. Ideo in multorum acerbissimas offensiones incidit, declamitans contra Eudoxiam Augustam, jussu Imp. in exilium actus est, sed populus, seditione motâ, obtinuit, ut quamprimum revocaretur. Postea rursum ejectus, & in Armeniam relegatus est, ubi diem suum obiit die 14 Septembris, An. Dom. 411.

Chryxus, Dux Boiorum fuit nepos Brenni, quo duce olim Galli Romam ceperant. Hunc describit Silius lib. 4.

Boiorum ante alias Chryxo duce mobilis ala
Arietat in primos, obicitque immania membra.

Ipse

Ipse tumens, atavi Brenni se stirpe ferebat
Chryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat
Tarpeioque jugo demens, & vertice sacro
Pensantes aurum Celtas umbone ferebat.

Chthonia, Ceres dicta, qu. *terrestris*, seu *terrena*, quanquam Pausan. author est eam cognomen hoc sortitam à *Chthoniâ* quadam puellâ Argivâ, quòd post ambustum patrem à Dea in Hermionem op. ducta, ibi templum ei consecravit, *Chthoniamque* Deam à suo nomine appellavit.

Chthonium, festum erat quod in honorem Cereris ab Hermionensibus eximiâ veneratione celebrabatur, in quo boves visendæ magnitudinis, & ferociæ, deæ sacerdotem, infirmam, & vetulam mulierculam sponte sequebantur, velut ultro se immolationi offerentes. Ælianus de Animalibus, lib. 11. cap. 4. Τιμῶ Δήμητρα ἑρμονεεῖς σέβεσι, καὶ θύουσιν αὐτῇ μεγαλοπρεπῶς ἀπὸ συβαρῶς. Καὶ ἀποτίθῃ ἑορτὴν ἀθροίαν καλῶσι. Μείζης ἐν ἀκόλουθος τοῦτο ἐστὶ ἱερείας τῆς Δήμητρος ἄγεσθαί τε πρὸς τὸ βωμὸν ἐκ τοῦ ἀγέλης, καὶ θύειν ἑαυτὰς παρέχειν, καὶ οἷς λέγω, μάρτυς Αἰσχύλος, ὅτι φησί·

Δάματερ πολύκαρπε, σὺ κλῦ Σικελοῖσιν ἐναργὴς
Καὶ παρ' ἐρεχθείδαις, ἣν δέ τι τοῦτο μέγα
Κεἰνεῖ Ἑρμιονεῦσι· τὰ δὲ ἀγέλης καὶ ἀφειδῆ
Ταῦρον, ὃν ἂν αἱρῇ· σὺν ἔρεσι δὲ θύεται.
Τοῦτον χαῖς σείουσα μόνη μόνον ἔκατος ἔλκει
Τόνδ' ὅτι βωμὸν, ὃ δ' ὡς μαστεύει πῶς ἔπεται·
Σὸν τόδε Δάματερ, σὺν τὸ δένδρον ἱλαρὸν εἶνε
Καὶ πάντων θάλλοι κλᾶρος ὑπ' Ἑρμιόνῃ.

Petrus Ciacconius, vir doctissimus. Vide Vitam ejus in Com. Cæsaris Comment.

M. T. Cicero, Oratorum omnium Romanorum celeberrimus, idemque philosophus egregius, cujus libri extant plurimi Orationum, Epistolarum, & Philosophiæ, omnium, qui unquam Latinè scripta sunt, tum doctrinâ, tum eloquentia primi. Equitis Romani filius per omnium honorum gradus, tandem in Consulatum pervenit, in quo leges saluberrimas tulit; Legem Agrariam fregit, Catilinæ conjurationem coercuit; Postea vero à Publio Clodio Trib. pl. per invidiam urbe pulsus, omnium pop. Rom. ordinum summo consensu revocatus est. Senex tandem à M. Antonio, & C. Octavio tyrannis, quòd nimium amaris Reip. esset, proscriptus, una cum patriæ libertate periit, quam usque ad extremum spiritum constantissime defenderat. Seneca de Br. V. c. 5. M. Cicero inter Catilinas Clodiosque jactatus Pompeiosque & Crassos partim manifestos inimicos partim dubios amicos, dum fluctuatur cum Rep. & illam pessum euntem tenet, novissimè abductus, nec secundis rebus quietus, nec adversarum patiens, quoties illum ipsum Consulatum suum non sine Causâ, sed sine fine laudatum detestatur. Aufidius Bassus de Cicerone. *Vir* natus ad Reip. salutem, quæ diu defensa & administrata in senectute demum è manibus ejus delabitur. Asinius Pollio de eodem: Utinam moderatius secundas res & fortius adversas ferre potuisset, namque utræque cum venerant, immutari eas non posse rebatur. Ejus vitam vide apud Plutarchum, plurima eriam de eo habes apud Dionem Cassium Ciceroni paulo infensiorem. Epicharmi illud maximè fecit.

Νῆφε καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν ἀνέρι φεύγοντι πολίτᾳ.

Sobrius esto, & memineris virum, qui sic sapiat, non oportere esse credulum. Quod & alicubi sic extulit. *Nervi, atque artus sapientiæ sunt, non temere credere.* Hunc vero Homeri versum πολιόθεν à se adamatum fuisse scripsit ad Qu. fratrem.

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Quod est, *semper agere optimè, & præstantem esse aliis*, vulgò celebratum, *maximam quamque ejus orationem optimam esse*, Plinius auctor est, lib. 1. Epist. 20. Juvenal. Sat. 10.

Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, &c.
Eloquio sed uterque perit Orator, utrumque
Largus & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus est & cervix cæsa;

Catul. de eo.

Disertissime Romuli nepotum
Quot sunt quotque fuere Marce Tulli.

Luc. lib. 7.

Cunctorum voces Romani maximus auctor
Tullius eloquii, cujus sub jure togâque
Pacificas sævus tremuit Catilina secures.

Mart.

Hoc quod sæcula posterique possent
Arpinis quoque comparare chartis.

Hoc est, operibus Ciceronis, qui fuit Arpinas. Sil. lib. 8.

Tullius æratas rapidabat in agmina turmas
Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto:
Indole proh quantâ juvenis, quantumque daturus
Ausoniæ populis ventura in sæcula civem,
Ille super Gangem, super exauditus & Indos
Implebit terras voce, & furialia bella
Fulmine compescet linguâ, nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam sperare nepotum.

Eloquentia vero sua illum in carminibus destituit ut ait Sen. Pater Contr. 3. in præfat. Ita Sen. fil. Ep. 107. Si placuerint, boni consules, si displicuerint scies, me in hoc secutum Ciceronis exemplum. Quintilianus, lib. 10. cap. 1. *Oratores verò vel præcipuè Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuicungue eorum fortiter opposuerim. Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.* Lactant. lib. 1. *Non tantum perfectus Orator, sed etiam philosophus fuit, siquidem solus extitit Platonis imitator.* Liber ejus de officiis omnium primus typis excusus fuit, de quo rectè Ingens Grotius Ep. ad Gallos *Liber non suo pretio habitus ideo quod omnium manibus teritur.* Nefas illa Plinii præterire, lib. 7. cap. 30. *Sed quo te, M. Tulli, jaculo taceam? quove maximè excellentem insigni prædicem? quo potius quam universæ populi illius gentis amplissimo testimonio, & è totâ vitâ tuâ Consulatus tantum operibus electis? Te dicente, legem Agrariam, hoc est alimenta sua, abdicaverunt tribus. Te suadente Roscio theatralis autoris legis ignoverunt, notatasque se discrimine sedis, æquo animo tulerunt: Te orante proscriptorum liberos honores petere pudut: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proscripsisti. Salve primus omnium parens patriæ appellate, primus in togâ triumphum, linguæque lauream merite, & facundiæ literarum Latinarum parens: atque ut Dictator Cæsar, hostis quondam tuus de te scripsit, omnium triumphorum lauream adepte majorem. Quanto plus est ingenii Romani terminos movisse, quam imperii.* Tit. Livius, *naturâ candidissimus omnium magnorum ingeniorum censor*, ut Seneca Pater eum appellat, hoc epitaphium ei apud ipsum Senecam Suasoriâ 6. sive ut aliis placet, 7 reddidit. *Vixit*, inquit, *tres & sexaginta annos, ut si vis affuisset, ne immatura quidem mors videri possit: Ingenium & operibus & præmiis operum felix: Ipse fortunæ, diu prosperæ, & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium pro quibus steterat, filiæ morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversariorum, nihil, ut viro dignum erat, tulit, præter mortem, quæ vere æstimanti minus indigna videri potuit, quod à victore nil crudelius passurus erat quam quod ejusdem fortunæ compos ipse fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cujus laudes sequendos Cicerone laudatore opus fuerit.* Paterculus post narratam cædem ejus in hæc verba erumpit; *Nihil tamen egisti M. Antoni, mercedem cœlestissimi oris & clarissimi capitis abscissi numerando, auctoramentoque funebri ad conservatoris quondam Reip. tantique Consulis irritando necem. Rapuisti tu M. Ciceroni lucem solicitam, & ætatem senilem, & vitam miseriorem te principe, quam sub te triumviro mortem: famam vero, gloriamque factorum, atque dictorum adeo non abstulisti, ut auxeris. Vivit, viveturque per omnem seculorum memoriam, dumq; hoc vel sorte, vel providentiâ, vel utcunq; constitutum rerum naturæ corpus, quod ille penè solus Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentiâ illuminavit, manebit incolume, comitem ævi sui laudem Ciceronis trahet: omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur, tuum in eum factum execrabitur: cujusque in mundo genus hominum, quam hujus nomen cadet.* Ἐστεῖν δεινόν, καὶ τὸ ἀληθὲς ἀνδρεῖον εἰπεῖν, γοῦναι τὸ μέλλον ὀξύτατον vocat Jo. Antiochenus, ubi de Catilinâ. Vide Ciceronis laudes amplissimas apud Senecam Suasoriarum, lib. 1. *Nemo tamen*, inquit, *ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deploravit, quam Cornelius Severus*; cujus versus hic subjungam.

Oraque magnanimum spiramina pene virorum
In rostris jacuere suis: sed enim abstulit omnes
Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Consulis acta,
Juratæque manus, deprensaque fœdera noxæ.
Patritiumque nefas etiam tum, ut pœna Cethegi
Dejectusque redis votis Catilina nefandis.
Quid favor, aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt, sacris & vita quid artibus ausa?
Abstulit una dies ævi decus, ictaque luctu
Unica sollicitis quondam tutela, salusque
Egregium semper patriæ caput: ille senatûs
Vindex, ille fori, legum, ritusque togæque
Publica vox sævis æternum obmutuit armis.
Informes vultus, sparsamque cruore nefando
Caniciem, sacrasque manus, operumque ministras

Tantorum,

Tantorum, pedibus civis profecta superbis
Proculcavit ovans: nec lubrica fata Deosque
Respexit, nullo luet hoc Antonius ævo.
Hæc nec in Emathio mitis victoria Perse,
Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo.
Inque triumphato ludibria cuncta Jugurthâ
Abfuerant: nostraque cadens ferus Annibal irâ
Membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

Verum de Cicerone nos alibi plura. Interim de Eloquentiâ ejus quâ reliquos omnes Romanorum Oratores longe superat, vide Fabium 10. 12. Ubi speciatim singulos notans ait. *Vim Cæsaris, indolem Cælii, subtilitatem Callidii*, &c.

Q. Cicero, Marci frater, C. Cæsaris legatus in Galliâ fuit: post Proconsulatum Asiæ secundâ famâ administravit, eundem cum fratre vitæ exitum sortitus, eoque miserabiliorem, quod cum filio proscriptus, rogavit percussores, ut prius quàm filius feriretur, eo vicissim rogante, ut sibi ante patrem mori liceret: ambo igitur simul sunt interfecti. Appian.

M. Cicero, M. T. Ciceronis oratoris filius, *Bicongius* ob temulentiam dictus, nihil patre dignum gessit, nisi quod interfectoribus Cæsaris pertinacissimè favit, antea cum patre proscriptus, post tamen ab Octaviano restitutus, & Prætor factus. Plut. Imò & Consul an. V. C. 723. C. Antistio suffectus est die 13 Septembris usque ad Novembrem, quo tempore Antonii statuas evertit. Sen. 4. Ben. Ciceronem, filium, quæ res Consulem fecit, nisi pater? Apta interrogatio; nam virtutes omnes aberant; Stupor & vitia aderant. Sen. Pater Suasoriâ ultimâ: *Homo, qui nihil ex paterno ingenio habuit, præter urbanitatem.* Scriptor vetus apud Sidonium Ep. 7. 14. *Filium M. Ciceronis pop. Rom. non agnoscebat loquentem.* Præterea ebriosus ad summum, de quo Plin. alique.

Cimon, Athenienſis, Miltiadis & Egesiphiles filius, liberalitate, munificentiâque domi magis, quam militiâ clarus, quapropter Lucullo comparatur. Nam cum hostium spoliis locuples esset, ea civibus suis distribuit, deinde amotis undique agrorum suorum septis, vulgo poma, fruges que sumendas impune dabat. Parabat quotidie ingens domi convivium, quo undique confluentes pauperes vescebantur. Plut. Primus Athenis Scholas instituit, ut Pythagoras in Italiâ. Vitam ejus pete ex Corn. Nepote. Item *Cimon* pictor quidam apud Plinium. Fuit etiam *Cimon* historicus qui Athenienſium & Amazonum pugnam descripsit. Arrian. lib. 7. Incertum autem est, utrum idem sit cum Cimone illo de quo Suidas in Ἄλυπος.

Cinæthon, Lacedæmonius Poeta scripsit de Telegono Ulyssis ac Circes filio. Alius est Cinæthon Chius Homericorum carminum consarcinator, qui claruit Olymp. 69. ut ait Pindari Schol. Nemeonic. od. 11.

L. Q. Cincinnatus, Romanus fuit, cui aranti Viator attulit Dictaturam. Cic. lib. 2. de Finibus: *Majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset.* Persius, Sat. 1.

Unde Remus, sulcoque terens dentalia, Quinti
Quum trepida ante boves Dictatorem induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

A *cincinnis* proculdubio nomen illi, qui ea in gente id primus accepit, unde & pro insigni posteri ejus cincinnis usi sunt. Suetonius in Caligula. *Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem.* De hoc vel Serrano intellige illud Lucani, lib. 10.

Pone duces priscos, & nomina pauperis ævi
Fabricios, Curiosque graves: hic ille recumbat
Sordidus Hetruscis abductus Consul aratris,
Optabit patriæ talem duxisse triumphum.

Cincius, Prætor, Siciliam 2. belli Punici tempore administravit. Livius.

Cincius, senator Rom. scripsit de re militari. Idem in suasione legis Fanniæ objecit seculo suo quòd porcum Trojanum mensis inferrent, quem illi sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, ut equus Trojanus gravidus armatis fuit. Macrob. 5. 1.

Cineas, vir Thessalus, Pyrrhi regis amicissimus. Plut. in Pyrrho. Hic legatus Romam missus ut de pace ageret, obsistente sibi Appio Claudio Cæco, re infectâ ad Pyrrhum reversus est. Interrogatus deinde de statu urbis & senatu, dixit; *Senatum Deorum consessum sibi visum esse; populi autem tantam turbam esse, ut vereretur ne regi cum Hydrâ quâdam Lernæâ res esset.* Huic tam fidelis fertur fuisse memoria, ut postridie cum Romam adventasset, sine ullâ nomenclatoris ope, senatui, equestrique ordini sua nomina ediderit. Plin. 7. 24. Ælianus in Tacticis author est hunc Cineam Æneæ (cujus librum *de obsidione tolerandâ* edidit Casaubonus) antiquissimi scriptoris, Commentarios ὑπομνήματα in compendium redigisse, de quo Ciceronis locus accipiendus est, Epist. ad Papyrium. Vide Voss. Hist. Gr. p. 466.

Cinesias, Thebanus, Dithyrambornm scriptor. Composuit Pyrrhichiam, ut est in proverbio Πυῤῥιχίζων ἔμαθε Κινησίας, quòd hic in Choris multo motu uteretur, contra Comicos agens, qui in hâc parte deficiunt. Erat autem hic Cinesias corpore pigro & fracto crure, vulgóque male audiebat impietatis & improbitatis nomine. Suidas.

Cinna, nomen viri Romani, qui summâ crudelitate Remp. vastavit. Primo Consulatu, servis ad pileum vocatis adversarios vicit, Octavium Collegam interfecit; Janiculum occupavit; Iterum ac tertio se Consulem fecit. Quarto vero consulatu cum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem lapidibus ab exercitu occisus est. Lucan. lib. 4.

Jus licet in jugulos nostros sibi fecerit ense
Sylla potens, Mariusque ferox, & Cinna cruentus.

Vide Appianum, Florum, 3. 21. Livii Epit. lib. 77.

Cinna, poeta doctissimus, Virgilii æqualis, cujus mem. Virg. in Eclogis:

Nam neque adhuc Vario videor, neque dicere Cinnâ
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Martialis, 10. 21.

Judice te major Cinna Marone fuit.

C. Helvius *Cinna*, Smyrnam, poema obscurum ac difficile scripsit, quem libellum 10. annis elimavit, authore Servio. Catullus.

Smyrna mei Cinnæ, nonam post denique messem
Quam cœpta est, nonamque edita post hyemem.

Cinna, Tribunus plebis, qui cum leges pernicioſas de revocandis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octavio Collegâ, magistratu exutus, ex urbe profugit & bellum urbi intulit, accersito C. Mario, aliisque exsulibus ex Africâ, qui in urbem recepti, cædibus omnia complevere, inter quos Cn. Octavium consulem, Marcum Antonium Oratorem & Lucium Cæsarem jugularunt. Vide Appianum in Civilibus, & Plutarchum in Mario. Verum de hoc supra. Item *Cinna* alius per errorem necatus à pop. Rom. fuit foro medio in funere Cæsaris, cum unus ex interfectoribus ejus crederetur. Denique *L. Cinna* Octavii temporibus, ab eo contra quem conjuraverat, vitâ donatus est, res novas adsectans. Seneca, lib. de Clementiâ.

Cinnamus, tonsor quidam Rom. in quem ludit Mart. lib. 7. epigr. 63.

Qui tonsor fueras totâ notissimus urbe,
Et posthæc Dominæ munere factus eques;
Sicanias urbes, Ætnæaque regna petisti,
Cinname, cum fugeres tristia jura fori.
Quâ nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix & fugitiva quies?
Non Rhetor, non Grammaticus, Ludive Magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes.
Vendere nec vocem Siculis, plausumque theatris;
Quod superest iterum Cinname tonsor eris.

Idem lib. 6. ep. 7.

Cinname, Cinname, te jubes vocari;
Non est hic, rogo, Cinna, barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses
Fur ista ratione dicereris.

Cinnamus, historicus, seu Regius, ut se ipse vocat, Grammaticus, memoriâ sane & posteritate dignissimus. Vitam Joannis Comneni Imperatoris Constantinop. brevi compendio tradidit; sed imperium, ac res gestas filii ejus ac successoris Manuelis, cui per Asiam, atque Europam bellanti adolescens admodum, comes fuit, cujus facta pleraque oculis suis vidit, longâ serie prosecutus est. Dictio ejus pura, ac tersa satis, Herodoti, Xenophontis, aliorumque veteris Græciæ in historiâ principum æmula, ut vel hâc solum virtute immenso post se spatio relinquat Michaelem Glycam, Constantinum Manassem, Tzetzem, Choniatem Nicetam, & eos qui ejus ævo, aut paulo post scripsere, tumidi homines & salebrosi. Fidem profitetur incorruptam, sine amore cujusquam, sine odio, quanquam indulgentior visus est quibusdam in laudando Manuele, deprædicandoque magnis ausis, sæpe etiam temerariis promptum ejus animum. Corn. Tollius in præfat. editionis Authoris prædicti.

Cinnarus, vir quidam Selinusius, qui arte lenoniâ ad summas opes pervenit. Is quoad vivebat, pollicebatur se omnes facultates Veneri consecraturum. Moriens autem populo diripiendas exposuit; unde natum proverbium. *Rapina rerum Cinnari.*

Cinyras, vir quidam ditissimus cujus opes abiere in proverbium; *Cinyræ opes.* Item Phœniciæ rex, cujus regia *Byblos* civitas fuit, teste Strab. lib. 16. Tertius rex Cypri, Cilicis filius, qui cum Myrrhâ filiâ suâ, nutricis astu-

tiâ,

tia, ignarus concubuit, à quo illa *Cynareia* dicta. Ovid. Met. 10.

——*At virgo Cynareia pervigil igne*
Carpitur indomito ——

Fabulam fusissimè tractat ingeniosus poeta ubi supra. Hesychius. Κινύρεις, Ἀπόλλων ὁ Φαρναχῆς παῖς, βασιλεὺς Κύπρου. Suidas: Κινύρεις ἐκλήθη παρωνύμως τῇ κινύρᾳ, ab instrumento musico scilicet.

Circe, Solis & Perses nymphæ filia, veneficiorum peritissima, quæ Sarmatarum rege, cui nupserat, veneno sublato, regnoque per scelus parto, cùm crudelius imperaret, ab incolis pulsa in Italiam profugit & in Circæo monte (qui antiqui olim Latii terminus erat, & efficacissimis herbis abundabat) sedem sibi delegit, ubi cum Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, infectis fontibus, in monstrum marinum commutavit: Ulyssem item vi tempestatis ad se delatum hospitio suscepit, sociosque ejus, quos ob intemperantiam in porcos commutaverat, ei restituit, cui & Telegonum filium peperit. Virgilius in Damone.

Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.

Idem Æneid. 4.

Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Horatius lib. 1. ep. 2. ubi de Ulysse.

Sirenum voces, & Circes pocula nosti,
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub dominâ meretrice fuisset turpis & excors;
Vixisset canis immundus vel amica luto sus.

Postremo & Picum Latinorum regem, quod uxorem suam nomine *Canentem* sibi præferret, in avem sui nominis commutavit. Quam fabulam prolixius ab Ovid. Met. 14. relatam Virgilius in 3. versus contraxit. Æn. 7.

Picus equûm domitor, quem capta cupidine conjux
Aurea percussum virgâ versumque venenis
Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas.

Cicero in Verr. *Repente ex homine, tanquam aliquo Circes poculo factus est Verres.* Tibullus Panegyr. ad Messalam:

Solum nec doctæ verterunt pocula Circes.

Hanc Apollon. lib. 4. vocat.

—— Πέρσης τε καὶ Ἡελίοιο δύγατρα.

Ubi Scholiastes ex quorundam opinione tradit fuisse Æetæ & Hecates filiam, Medeæ sororem. Plautus Epidico:

Abi modo intro, atq; hanc asserva Circam, Solis filiam.

i. e. meretricem & veneficam. Sedes ejus in Italia. Virg. Æn. 7.

Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisque superbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.

Habuit ex Homero Odyss. 5.

—— Μέγα οἰκτῖσε θεάων
Νυμφάων εὐπλοκάμων, τὰς δ' ἔνδοθι πότμον ἔκηφε.
Πόρε μὲν ἑπτ' ἐφαείνην μέγα κῆτος δ' ὀδύσσε
Κέδνη τ' εὐκεάτοιο, θύν τ' ἀνὰ νῆσον ὀδύσσει
Δαιομένοισιν, ἢ δ' ἔνδον ἀοιδιάσσ' ὀπὶ κλυτῇ
Ἶσον ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὑφαίνεν.

Significatur autem per Circen voluptas, quâ in belluas & sues immundas homines mutantur, quemadmodum Socratem docuisse, Xenophon tradit, lib. de dictis & factis Socratis. Horat. lib. 1. ep. 2. *meretricem* interpretatur. Cur autem sparsa sit hæc fama in Græciam, Circen fuisse veneficam, adeoque vicinas terras, Latium puta, & Tyrrheniam scatere herbis veneficis, rationem reddit vir magnus de Phœn. Col. lib. 1. c. 33. Siquidem hoc veteres constanter docent. Æschylus in Elogiis.

Τυῤῥηνὸν γένεαν φαρμακοπειὸν ἔσω.
Gens Tyrrhena suis clara veneficiis.

Theoph. Hist. Plant. lib. 9. cap. 15. Φαρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι μάλιστα οἱ ἔξω τοῦ Ἑλλησπόντου οἱ περὶ Τυῤῥηνίαν καὶ τὴν Λατίνων. Aristot. in Mirabil. Λέγεται δὲ περὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐν τῷ Κιρκαίῳ ὄρει φάρμακόν τι φύεσθαι θανάσιμον. Schol. Apollonii ad lib. 3. Argon. Περὶ δὲ Ἰταλίαν φασὶν εἶναι Κίρκην, ὅθεν ὄρος Κιρκαῖον, ἀπ' αὐτῆς πολυφάρμακον. Strabo, lib. 5. Φασὶ δὲ καὶ πολύῤῥιζον εἶναι τὸ Κιρκαῖον ὄρος. Iis nempe radicibus abundat, quarum in veneficiis usus est: id enim tradidisse vereres suspicatur, τῷ μύθῳ περὶ τῆς Κίρκης συνοικειοῦντες, *ut fabulæ de Circe accomodarent.* At vero tam Circes fabula, quæ suis incantamentis fertur immutasse rerum species, quam quod φαρμακῶδες volunt fuisse Latinum solum, confictum videtur à Phœnicibus, qui *Latium*, & *Latinos* dici putaverint ἀπὸ τῶν φαρμακῶν, i. e. *ab incantationibus.* Quia Phœnicio sermone לט *Lat*, cujus plurale לטים *Latim*, vel לטין *Latin* est *incantatio.* Simile Græcorum commentum de Circe sepultâ in unâ de Pharmacusis Atticæ insulis, non procùl à Salamine. Strabo. lib. 9. Ἐντεῦθεν δ' ἐστὶ καὶ Φαρμακοῦσαι, δύο νησία, ὧν ἐν τῇ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται. Nempe aliud non succurrebat, cur *Pharmacusæ* dicerentur. Bochartus.

Circenses ludi, certaminis cursilis genus erat in honorem *Consi*, consiliorum Dei institutum, ita dictum quòd in *Circo* perageretur. Horum 7. erant, ut ex Varrone Gellius, 3. 10. notat. Cæterum de Circo, de pompâ, ludisque Circensibus videndus est Dionys. Halicarn. lib. 7. & Solinus, cap. 45. ubi plura notavit Salmasius quæ ad eorum explicandam historiam pertinent. Scripsit de Circensibus ludis & peculiarem librum Casaubonus, cujus ad Suetonium & Athenæum meminit, sed hactenus editus non est.

Circius, ventus Gall. Narbon. peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus, inter Corum & Aparetiam spirans, nulli ventorum violentiâ inferior, quippe qui & onusta percellat plaustra, & ædium tecta secum rapiat. *Circius* vero *à vertigine* dictus putatur, eò quòd in orbem circumagatur. Lucan. lib. 1.

——*Solus sua littora turbat*
Circius, & tutâ prohibet statione Monæci.

Circumcelliones, hæretici quidam errones, ac deploratæ audaciæ, qui ut sibi famam pararent, sibi ipsi manus violentas intulêre. Eccles. Hist.

Cirris, dicitur Scylla, Nisi regis filia, in avem Cirim transformata. Ovid. Met. 8.

——*In avem mutata vocatur*
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Ἀπὸ τοῦ κείρειν à *tondendo* scilicet. *Cirin* autem *alaudam* interpretes exponunt, *Ciphium* Gesnerus. Duo vero Scaligeri eam avem faciunt, quæ vulgo *Egretta* vocatur, Gallis Taurinis *Garzeta*. Vide sis ipsos, Patrem quidem Exoter. Exercit. 232. & ad Aristot. de Hist. Animal. lib. 2. Sect. 29. Filium vero ad Catull. Virgilianum quod *Ciris* vocatur, nisi Catullus ejus poematii sit author.

Cisseus, Thraciæ rex, pater Hecubæ, quæ inde *Cisséis* dicta. Virg. Æn. 7.

——*Nec face tantum*
Cisseis prægnans ignes enixa jugales.

Item Apollinis cognomen Macrob. Sat. 1. 18. Ὁ Κισσεὺς Ἀπόλλων, ὁ Καλλίκομος, ὁ μάντις. Ubi Meursius reposuit: ὁ καὶ Βάκχος. Silent alii. Nos (inquit doctiss. Jac. Gronovius) ultimum, tanquam nimis commune, mutabamus in Μάσσαις. Sic enim Liberum apud Caras vocatum testis est Stephanus: Μάσσαρα, inquit, πόλις Λυδίας —— καὶ ἡ Μᾶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἑρμηνεύεται, πρὸς ἣν τὸ βέλτιον; Ἄρεως ἕνεκα καὶ παρὰ Καρσὶν ὁ Διόνυσος Μάσσαρις ἔνθεν ἐκλήθη. Sed omnino hic locus totus scribendus est. Ὁ Κυλλήνιος Ἀπόλλων, ὁ Ἑρμαπόλλων ὁ Μάντις. Vel sola Procli verba persuadebunt. Μάντις γὰρ αὖ καὶ ἅτης ὄντα, ὡς φησὶ, καὶ Μάντις ἀκόλουθος ἡμῖν καὶ Ἔρως πολυτερπὴς αὐτὸς ἦ. ὁ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ Ἑρμαπόλλων συνεχῶς ὀνομάζεται).

Claudia, virgo Vestalis, quæ cum in suspicionem stupri venisset, & simulacrum matris Idææ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo duxisse navem, quam multa hominum millia trahere nequiverunt. Valer. Max. Plut. Pulcrè Sil. lib. 16.

Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen
Claudia, non æquis populi male credita famâ,
In puppim versis palmisque oculisque profatur.
Tum fecura capit funem, fremitusque leonum
Audiri visus subito, & graviora per auras
Nulla pulsa manu sonuerunt tympana Divæ:
Fertur prona ratis, ventos impellere credas
Contraque adversis ducentem prævenit undis.

Matronarum castissima dicitur Tullo de Arusp. Resp. Herodianus: Λουσαμένη δὲ ζώνῃ ἐπαφῆκε τῷ περιῤῥεῖ δ' πεπλῳ. Quo facto se minime λυσίζωνον Venerem pallam probavit. Aurelius Victor *Zona imposita navem movit.* Lactantius, lib. 2. cap. 7. *Claudia quoque proponitur in exemplo miraculi.* Nam cum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, & in vado Tiberini fluminis navis, quâ vehebatur, hæsisset, nec ulla vi commoveretur: Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, Deam submissis genibus orasse, ut, si se castam judicaret, suum cingulum sequeretur: ita navim, quæ ab omni juventute non valuit commoveri, ab unâ muliere esse commotam.

Claudia, gens Romana patricia à Sabinis venit, cognomina sibi Neronis ac Drusi usurpavit, quod Nero linguâ Sabinâ vir strenuus & fortis dicatur; Drusi vero à Claudio Druso qui hostium duce Gallorum Druso cominus trucidato sibi ac posteris nomen indidit. Tranquillus. Fuit & altera plebeia.

Claudia, matrona celeberrima, matrisfamilias magnum decus & exemplum, cui cum & pedes ad vagandum, & lingua ſuppeteret ad garriendum, voluntas tamen defuit. Ejus hoc extat epitaphium.

Hoſpes quod deico paullum eſt, aſta, & pellege
Hesc eſt ſepulcrom haud pulcrum pulcrai faminai,
Nomen parentes nominarunt Claudiam:
Suom maritum corde deilexit ſouo:
Gnatos duos creavit, horum alterum
In terrâ linquit, alium ſub terrâ locat
Sermone lepido, tum autem inceſſu commodo
Domom ſervavit, lanam fecit. dixi. abei.

Claudianus, poeta inſignis, Theodoſii & Honorii temporibus floruit, à quibus ſtatuam meruit in foro Romano cum hâc inſcriptione: TRIBUNUS: NOTARIUS: INTER CÆTERAS INGENTES ARTES PRÆGLORIOSISSIMUS POETARUM. Quidam Florentinum faciunt, ſed falſo; nam Alexandrinum fuiſſe ex eo recte colligebat Crinitus, quòd ipſe epigrammate ad Gennadium proconſulem ſcribat.

Graiorum populis, & noſtro cognite Nilo.

Gentilis fuit, & quidem pervicax, ut ex Auguſtino, & Oroſio conſtat. Nec obſtat Carmen de Chriſto, quod Claudiani nomen præfert; nam Damaſo Papæ aſcribitur. Sed ut Claudiani eſſet, non hujus fuerit, ſed Claudiani Mamerti, qui ſub Zenone vixit. Suidas. Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς ἐποποιὸς νεώτερος γέγονεν ἐπὶ τῆς χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου τῶν βασιλέων. *Maximus poeta* (inquit Jul. Scal.) *Claudianus, ſolo argumento ignobiliore oppreſſus, addit de ingenio quantum deeſt materiæ. Felix in eo calor, cultus non inviſus, temperatum judicium, dictio candida, numeri non affectati, acutè dicta multa ſine ambitione.* Fuit alter *Claudianus* Mamercus Viennenſis ex Galliâ, quem miris laudibus effert Sidonius Apollinaris. Eum enim excelluiſſe ait, cum in omni poeticâ, tum etiam in omni Philoſophiâ & Theologiâ. Vide Lil. Gyrald. de Lat. Poet. Dialogus 4.

Claudius Cæſar, qui, interfecto Caligulâ ſucceſſit in imperio, vir inauditæ crudelitatis. Vide Suetonium. Suidas in τὸ φαῦλον· *Claudius Imperator Romanorum, non malo fuit præditus ingenio, ſed doctrinâ exercitatus, adeo ut quædam etiam conſcripſerit. Fuit admodum iracundus, & nimium ſeverus animadverſor vitiorum.* Boleto obiit. Juvenal. Sat. 5.

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit
Ante illum uxoris, poſt quem nihil amplius edit.

Idem Sat. 6.

——Mimus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus, ſiquidem unius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere juſſit
In cœlum & longam manantia labra ſalivam.

Martialis.

Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Boleti quidem per ſe non occidunt. Τὰ μὲν βολιτῶν μόνον (inquit Galenus) ἀδὴς ἰσόρροπα τεθνεῶτος. At Claudio boletus venenatus fuit. Sueton. de Agrippinâ. *Quæ boletum medicatum avidiſſimo ciborum talium obtulerat.* Ptolemæus Hephæſtionis filius. Ὡς Κλαύδιον κύσαι ἡ μήτηρ βαλανεῖ τοὺς μύκητας ἐπιδυμήσαντα φάγοι, καὶ Κλαύδιος παραμαχυμένης φαγὼν ἀπόθοιτο. Vide Senecam in Apocolocyntho, ubi ait *Claudium in cœlum aſcendiſſe, ſed decreto deorum ad inferos fuiſſe detruſum.*

Ap. *Claudius*, Orator. Cic. in Bruto.

Ap. *Claudius* Regillanus, Decemvir, legibus ſcribendis ſummâ inter collegas authoritate, poſtremo ob Virginiæ judicium in carcerem conjectus, ſibi manus intulit. Livius.

Ap. *Claudius* Cæcus, extremâ ſenectute in Curiam delatus Senatum jamjam inclinatum, à Pyrrhi pace revocavit. Ab hoc *Appia via* dicta, quam Brunduſium uſque lapidibus ſtravit. Ab eo quoque *Appia aqua* in urbem ducta. Livius, lib. 19. Filios habuit Claudium Neronem, & Claudium Pulchrum.

Claudius, cognomento *Caudex*, Carthaginenſes Meſſanâ expulit; Hieronem prælio victum ad Syracuſas in deditionem accepit. Vide *Caudex*.

Claudius Centianus, quem nonnulli *Centumalum*, alii *Centimanum* minus rectè ſcribunt. Is librum in Jure Civili tertium à P. Papyrio ſcripſit, & literam introduxit, ut qui prius *Fuſii* deinde *Furii* dicerentur. Valerius.

Claudius Nero, Conſ. Livii Salinatoris collega, quid advenientem ex Hiſp. cum auxilio Aſdrubalem interfecit. Horatius in Odis:

Quid debeas, ô Roma, Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Devictus.——

Claudius Nero, Tiberii Principis pater, Quæſtor C. Cæſaris in bello Alexandrino, ac deinde Pontifex Max. in Scipionis locum ſuffectus.

Claudius Tiberius Nero Cæſar, 3. Rom. Imp. Octavii Cæſaris privignus, gener, & adoptione filius. Vitam eius pete ex Tranquillo.

Claudius, Rom. Imp. qui Gotthos Illyricum vaſtantes bello adortus, incredibili clade ſuperavit. Sed cum duobus fere annis imperaſſet, apud Smyrnam morbo interiit.

Claudius Pompeianus Conſ. Coll. Severi, an U. C. 976.

Claudius Julius, de rebus Phœnicis librum concinnavit, è quorum primo teſtimonium uſurpat Stephanus in Ἄκκη, Niſi verum nomen ſit *Iolaus*, prout nominatur eidem in Ἰόλαια. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 343. & lib. 4. p. 510.

Claudius Venatus, vir doctiſſimus, Alexandro Imp. à conſiliis, an. U. C. 976.

Clauſus, Rex Sabinorum, Turno adverſus Æneam ſuppetias tulit. Ab hoc Appius ille Claudius originem traxit, qui paucis poſt exactos reges annis cum 5. millibus clientum ſe Romam contulit, urbiſque partem habitandam accepit, Claudiamque familiam propagavit. Virgil. Æn. 7.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Cleanthes, Stoicus philoſophus, Cratetis primus diſcipulus, Zenonis Cittienſis ſucceſſor. Hic Phoniæ Aſſii filius, egregius pugil, cum Athenas veniſſet, Zenoni adhærens generoſè philoſophatus eſt, & in iiſdem dogmatibus permanſit. Ita fuit in tolerandis laboribus alacritate, ut *alter Hercules* dictus ſit. Laert. lib. 7. Ὅθεν καὶ δεύτερος Ἡρακλῆς ὁ Κλεάνθης ἐπωνόμαστο· διὸ καὶ πονικὸς μὲν καὶ ἀφύσικος καὶ βραδὺς ὑπῆρχε νοῆσαι. Διὸ καὶ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ φωνὴν ἔτος·

Τίς δ' ὧδε κτύπος ὡς ὑπόπωλα γίγας ἀνδρῶν
Μωλύτης, ἐπίων φίλος, Ἀσιὸς, ὄλμος, ἄτολμος.

Plutarchus. Ὥσπερ καὶ Κλεάνθης καὶ ὁ Χρυσιππὸς βραδύτερον δοκοῦντες τῶν Σφαίρων. Exemplum vel primum parcè viventium ponit Ælianus. Perſius, Sat. 5.

——Purgatas inferis aures
Fruge Cleantheâ.

Claudianus.

Docta Cleantheæ ſonuerunt atria turbæ.

Sextus Emper. contra Mathem. lib. 1. cavillatur neſciviſſe, utrum homo eſſet, an bellua, variabilis, verus Stoico-maſtix, qui portenta in eorum doctrinis prodit, lib. 3. Pyrrhon. Hypotyp. non uno capite. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. pag. 99. Cum non haberet, unde ſe alere poſſet, noctu quidem in hortis aquam hauriebat, per diem vero in ſermonibus exercebatur; unde *Phreantes* appellatus eſt, quaſi *puteos hauriens*. Tradunt illum quæ à Zenone audierat, oſſibus boum, teſtiſque fictilibus perſcribere ſolitum, cum pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas. Patria ei Aſſus fuit, ubi & ſtatua ei dicata fuit, magnificentiæ Romani Senatûs ſpecimen, ut Simplicius refert, qui & vidit. Recitat ejus verſus quoſdam non inelegantes Clem. Alex. Strom. lib. 5.

Μὴ σοὶ δόξαι ἄρες ἐθέλων σοφὸς αὖλα μνώεσθαι,
Μηδὲ φοβοῦ πολλῶν ἄκεστον καὶ ἀναιδέα δόξαν,
Οὐ γὰρ παῖδος ἔχει συνετὸν κρίσιν, ἔτι δικαίαν,
Οὔτε καλῶν, ὀλίγοις ἢ πᾶς' ἀνδράσι θῆτο κὰν εὐεργέτις.

Alios ejus verſiculos à ſe Latinè verſos producit Seneca Ep. 107. quos diſertiſſimos vocat. Sunt autem iſti:

Duc me Pater, ſummique moderator poli,
Quocunque placuit, nulla parendi mora eſt:
Aſſum impiger: fac nolle, comitabor gemens,
Maluſque patiar quæ pati licuit bono.

Laudat eos quoque, ſed Senecæ quaſi auctori tribuens Auguſtinus de C. Dei 5. 7. Græcos ipſius Cleanthis habes Epicteti enchiridio cap. 77. quos licet ſine auctore alleget, Cleanthis tamen eſſe, cui & Seneca tribuit, Simplicius quoque in commentario ad eum locum notat. Vide Laertium. Hic cum morbo laborans biduum integrum cibo abſtinuiſſet, adeo convaluit, ut medici ipſi omnes conſueta promitterent: quod ille contemnens, inediâque mori cupiens, extinctus eſt.

Clearchus, Solenſis Senior, Ariſtotelis diſcipulus ut ſcribit Joſephus, lib. 1. contra Apionem: ubi & eum *Peripateticum* vocat, nulli ſecundum. Adfert quoque egregium fragmentum ex libro ejus de ſomno. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 9.

Clearchus Junior, Ponticus, Athenas profectus, ut operam daret Platoni, in ſomniis admonitus à ſtudiis literarum receſſit. Suidas.

Clearchus,

Clearchus, dux Lacedæmoniorum, dictitabat Imperatorem plus quam hoſtem metui oportere: ſignificans eos qui in prælio mortem expaveſcerent, certum ſibi ſi deſeruiſſent, expectare debere ſupplicium. Frontin.

Clemens hiſtoricus, ſcripſit de regibus & Impp. Romanis: & ad Hieronymum de figuris Iſocratis. Suidas. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 343.

Clemens Alexandrinus, Præſul, Panthæni diſcipulus, Origenis præceptor, floruit ſub Severo. Hieron. & Euſeb. *Inexhauſtæ doctrinæ virum* vocat Caſaubonus Exercit. 1. ad Baron. apparat. *Feruntur ejus inſignia volumina, plenaque eruditionis, & eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de ſecularis literaturæ inſtrumento.* Hieron. de Script. Eccleſ.

Clemens, Romanorum 3 Epiſcopus, auditor Divi Petri, D. Dionyſium Areopagitam miſit Pariſios, Niceph. lib. 2. cap. 20. Extat ejus ad Corinthios Epiſtola prima, quam omnes fere pro genuinâ agnoſcunt. Edidit eam Doctiſſ. Vir Patricius Junius Oxon. 1633. Anglicè reddidit, notiſque non ineruditis illuſtravit Gul. Burton. Lond. 1647. De Clementis Romani Recognitionibus Voſſius Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 9.

Cleobis, Argiæ Sacerdotis filius. Cic. Tuſcul. Qu. lib. 1. *Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton prædicantur. Nota fabula eſt. Quum enim illam ad ſolenne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta, tunc juvenes ii, quos modò nominavi, veſte poſitâ, corpora oleo perunxerunt, ac jugum acceſſerunt. Ita ſacerdos advecta in fanum, cum currus eſſet ductus à filiis, precata à deâ dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit à Deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes, ſomno ſe dediſſe, mane inventos eſſe mortuos.*

Cleobula, Amyntoris uxor, Phœnicis mater. Tzetzes in Lycophr.

Cleobulina, Cleobuli filia, hexametris ænigmatica quædam perſcripſit, quorum unum adhuc extare fertur.

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα, τοῖσι δὲ ἑκάστῳ
Παῖδες τριήκοντα, διάνδιχα εἶδος ἔχουσι
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι,
Ἀθάνατοι δέ τ' ἔασι καὶ ἀπορθιθύουσιν ἅπασαι.

Ita habet Laertius in *Cleobulo*. Atqui Stobæus Κῦρες ἑξήκοντα. Et certè ut taceam primam in τριήκοντα eſſe brevem, dici non poteſt ex 30. diebus menſis, alios eſſe albos, alios nigros; Sunt enim omnes albi ſimul, ac nigri, aut nigri ſimul & albi, ſed ex 60 menſis filiabus aliæ ſunt albæ ſcilicet 30 dies, aliæ nigræ, viz. 30 noctes, leg. itaque.

Παῖδες δὶς τριήκοντα. Vide Voſſ. P. Gr. p. 24.

Cleobulus, Evagoræ filius Lindius, unus è 7. Græciæ ſapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius. E Lindo Ægyptum, philoſophandi gratia, petiiſſe fertur, extat ejus ad Solonem epiſtola.

Cleobulus, hiſtoricus apophthegmata collegit, ut Stobæus indicat Serm. 3. & alibi. Plin. 5. 31. tradit ex Cleobulo, ut Chios prius dicta ſit Chia à Chione nymphâ, quam alii à nive hoc nomen habere arbitrantur.

Cleocritus, apud Comicos taxatur, ut mulieroſus, & cinædus, & obſcurus, Cybeles filius. Nam in myſteriis Rheæ molles tantum interſunt. Suidas. Vide Eraſm. in Adag.

Cleodamas Thaſius, Philoſophus, Platonis rempub. in Geometriâ floruit.

Cleodamas, Achenus (Ache autem civitas Theſſaliæ eſt) ſcripſit de curâ equorum. Stephanus.

Cleodemus Malchus, hiſtoriam fecit ad imitationem Moſaicæ, quâ de re apud Joſeph. loquitur Alex. Polyhiſtor Ant. 1. 16.

Cleodora, nympha, mater Parnaſſi, à quo Parnaſſus mons nomen accepit. Rhodigin. 16. 19. quæ duos habuit patres. Pauſan. lib. 10.

Cleombrotus, Pauſaniæ filius Lacedæmoniorum dux, qui timens, ne videretur cum Epaminondâ hoſte ſentire, temere cum eo pugnavit, ſeque & patriam in præceps dedit, nam ex vulnere occubuit, & exercitus deletus eſt.

Cleombrotus, adoleſcens Ambraciota, qui cum ei nihil accidiſſet adverſi, è muro ſe præcipitavit, lecto Platonis libro de immortalitate. Cic. in Tuſcul. lib. 1. Ovid. in Ibin.

Vel de præcipiti venias in Tartara ſaxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus.

Vide Aug. de Civ. Dei, 1. 22. In eum extat Epigramma Callimachi Græcum. Quod Latinè ſic ſe habet.

Vita vale, muro præceps delapſus ab alto
Dixiſti moriens Ambraciota puer,
Nullum in morte malum credens: ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo concipienda tuo.

Cleomedes mathematicus, Imperante Theodoſio claruiſſe dicitur; cujus libris duobus extat Κυκλικὴ θεωρία μετεώρων, ſive *circularis meteororum inſpectio.*

Cleomedes Aſtypalæenſis, de quo portentoſa quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximiâ, quum Ciccum Epidaurium pugil interfeciſſet, victoriæ præmio fraudatus præ dolore in furorem incidit, atque Aſtypalæam reverſus, cum ibi multa temere ac violenter teciſſet, poſtremo ludum puerorum ingreſſus, apprehenſam manu columnam, quæ tectum ſuſtentabat, concutiens mediam fregiſſe, ac tectum dejeciſſe dicitur. Interfectis autem pueris, quum quæreretur ad ſupplicium, in ſepulchrum magnum ſe conjeciſſe, & clauſus intus injectum operculum tantâ vi tenuiſſe, ut ne à multis quidem ſimul adnitentibus, ullo modo evelli poſſet; Conciſo igitur circa loco, neque vivum hominem, neque mortuum eſſe compertum ferunt. Qua de re miſſis Delphos legatis reſpondiſſe Pythium.

Ultimus heroum Cleomedes Aſtypalæus.

Suid. & Plut.

Cleomenes, hiſtoricus, librum fecit de Heſiodo, teſte Clem. Alex. lib. 1. Strom. Alius ab hoc videtur *Cleomenes* Rheginus dithyramborum poeta, de quo Athen. lib. 9.

Cleon, dux Athenienſium, in Reip. adminiſtratione adverſari ſolitus Niciæ Nicerati filio; miſſus denique in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum infectatur Ariſtoph. in Equitibus.

Cleon, poeta, Argonautica ſcripſit, à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus eſt, ut ejus Enarrator ſcribit.

Cleon, Halicarnaſſæus orator, Lyſandro Lacedæmonio orationem compoſuit. Suid. Plut.

Cleon, Magneſius, commentarios fecit, quibus res portentoſas explicuit, citatur à Pauſaniâ lib. 10. Alius ab hoc eſt *Cleon* Syracuſius, qui librum ſcripſit de portubus, Stephano memoratum in voce *Aſpis*. Alius quoque eſt *Cleon* Curienſis, ex quo Apollonii Schol. in lib. 1. refert, unde nomen acceperit Sicinus inſula. Voſſius.

Cleonymus, φιλλαπὶς, i. e. *deſertor ordinis*, & *qui abjecto clypeo* fugit, dictus eſt. Unde proverb. *Cleonymo timidior.* Hunc inſectator Ariſtophanes in Nubibus. Suidas. Item unus ex Imperatoribus extraneis, quos ſibi accerſierunt Tarentini. Strabo lib. 6.

Cleopatra, ſoror germana Alex. Magni ex utroque parente. Uxor fuit Alex. Moloſſi, ſeu Epirotæ, & poſt ejus mortem à Perdiccâ ambita, deinde & à Ptolemæo. Tandem vero ab Antigono necata dum Sardibus ad Ptolemæum in Ægyptum ire tentat. Vide Diodor. libb. 18. & 20. & Juſtin. lib. 13. Ad eam Cteſiphon Athenienſis miſſus eſt legatus ut eam ſuper mortem Alexandri Moloſſi mariti ſui ſolaretur, ut ait Æſchines in oratione contra Cteſiphontem.

Cleopatra, Ægypti regina, Ptol. Auletæ filia, ſoror & uxor Ptol. ultimi, mulier impudiciſſima, à Jul. Cæſare primum adamata, cui filium Cæſarionem peperiſſe dicitur; deinde ab Antonio juſtæ uxoris loco habita eſt. Quod cum ægre ferret Auguſtus, cujus ſororem Antonius duxerat uxorem, bello Antonium ſuperatum inſecutus, ad necem ſpontaneam compulit: ejus exemplum imitata Cleopatra, ne viva in hoſtis poteſtatem veniret, & per ludibrium in triumpho circumduceretur, aſpidibus corpori admotis, extremum vitæ diem clauſit. Horatius, Carm. 1. Od. 37.

Fatale monſtrum, quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expavit enſem, nec latentes
Claſſe citâ reparavit oras.
Auſa & jacentem viſere regiam
Vultu ſereno fortis, & aſperas
Tractare ſerpentes, ut atrum
Corpore combiberent venenum.
Deliberata morte ferocior,
Sævis Liburnis ſcilicet invidens
Privata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

De eâ Virgil. Æn. 8.

———*Sequiturque (nefas) Ægyptia conjux.*

Stat. lib. 3. Sylv.

Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas.

Juvenalis.

Quod nec in Aſſyria pharetrata Semiramis urbe
Mœſta nec Actiacâ fecit Cleopatra carinâ.

Hujus unà cum C. Cæſ. luxurias ita deſcribit Lucan. lib. 10.

Ne quicquam duras tentaſſet Cæſaris aures:
Vultus adeſt precibus facieſque inceſta perorat,
Exigit infandam corrupto judice noctem,
Pax ubi parta duci, doniſque ingentibus empta eſt
Excepere epulæ tantarum gaudia rerum:
Explicuitque ſuos magno Cleopatra tumultu
Nondum tranſlatos Romana in ſecula luxus.
Ipſe locus templi, quod vix corruptior ætas

Extruat, instar erat : laqueataque tecta ferebant
Divitias, crassumque trabes absonderat aurum.
Nec summis crustata domus, sectisque nitebat
Marmoribus : stabatque sibi non segnis Achates,
Purpureusque lapis, totâque effusus in aulâ
Calcabatur onyx ; Hebenus Mareotica vastos
Non operit postes, sed stat pro robore vili
Auxilium, non forma domûs. Ebur atria vestit,
Et suffixa manu foribus testudinis Indæ
Terga sedent, crebro maculas distincta Smaragdo.
Fulget gemma toris, & Iaspide fulva supellex.
Strata micant, Tyrio quarum pars maxima succo
Cocta diu, virus non uno duxit aheno.
Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco,
Ut mos est Phariis miscendi licia telis.
Tunc famulæ numerus turbæ, populusque minister.
(Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas :)
Hæc Libycos, pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullas Cæsar Rheni se dicat in arvis
Tam rutilas vidisse comas. Pars sanguinis usti
Torta caput, refugosque gerens à fronte capillos.
Nec non infelix ferro mollita juventus
Atque exacta virum. Stat contra fortior ætas
Vix ullâ fuscante tamen lanugine malas.
Discubuere toris Reges, majorque potestas
Cæsar, & immodicè formam fucata nocentem,
Nec sceptris contenta suis, nec fratre marito,
Plena maris Rubri spoliis, colloque comisque
Divitias Cleopatra gerit, cultuque laborat.
Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Nilotis acus compressum pectine Serum
Solvit, & extenso laxavit stamina velo.
Dentibus hic niveis, sectos Atlantide sylvâ
Imposuere orbes ; quales ad Cæsaris ora
Nec capto venere Jubâ, &c.
Infudere epulas auro, quod terra, quod aer,
Quod pelagus Niluque dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto quæsivit in orbe.
Non cogente fame, multas volucresque feraque
Ægyptî posuere Deos : manibusque ministrat
Nisiacus crystallus aquas : gemmæque capaces
Excepere merum, sed non Mareotidos uvæ
Nobile : sed paucis senium cui contulit annis
Indomitum Merœ cogens spumare Falernum.
Accipiunt sertas nardo florente coronas,
Et nunquam fugiente rosâ, multumque madenti
Infudere comæ, quod nondum evanuit aura
Cinnamon, externæ nec perdidit æra terræ :
Advectumque recens vicinæ messis Amomum.——

Cleophantus, Themistoclis filius quem pater in equestri facultate tam strenuum effecit, ut equis rectus insisteret. Plato in Menone. Et Cæl. Rhod. 14. 12. Item medicus qui vini rationem illustravit, primusque semen pastinacæ erraticæ dysentericis prodesse expertus est. Plin. 24. 16. Item pictor Corinthius. Plin. 35. 3.

Cleophas, Christi discipulus, qui proficiscens in Emmaunta Christum alloquebatur in itinere. Luc. 24.

Cleophon, poeta Tragicus Athenienſis, cujus fabulæ fuerunt *Actæon*, *Achilles*, *Telephus*, & aliæ quas Suidas recensuit.

Cleostratus, ephebus ille fuit cui sors obtigit, ut Draconi apud Thespienses sævienti immolaretur : cujus vicem dolens Menestratus, thorace æneo indutus cum dracone dimicaturus, prodiit in medium, ac belluam interfecit, atque ita Cleostratum & civitatem liberavit. Item Philosophus antiquissimus qui primus de signis cœlestibus scripsit, atque imprimis de Ariete & Sagittario. Plin. 2. 8.

Cleoxenus, & *Demeoclitus* de rebus Persicis historiam condidere, quam Polybius, ut ipse refert, exornavit. Suid.

Clidemus, scriptor antiquissimus fuit, cujus opus de Plantis sæpe citatur à Theophrasto. Scripsit & *Protogoniam*, quæ citatur ab Athenæo. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 3. pag. 344.

Climachus Thurius, ante alios scripsit de decem elementis, & pronunciatis (Καταρξίαι & ἀξιώματα à Græcis dicuntur) cæterisque ejusmodi.

Clinas, musicus & Philosophus sectæ Pythagoreæ, si quando ad iram provocaretur, sumptâ statim citharâ, motus animi leniebat. Ælian. Var. Hist. 13. 23. lege *Clinias*.

Clinias, fueritne historicus, haud tam apertum est, quam historicos ejus sententiam sequi in causâ nominis, quod Persiæ, & mari Rubro impositum est. Eum commemorat Agatharchides initio libri de mari Erythræo. Vossius.

Clio, una, & prima Musarum apud Hesiodum in Theog. a κλέος, i. e. *Gloria*, quod poetis gloria ex carmine nascitur. Alii ἀπὸ τῆς κλείειν, h. e. à *celebrando* dictam putant, propterea quod historiæ inventrix esse putetur, cujus proprium est virorum fortium laudes celebrare, eorumque gesta ad posteritatem transmittere. Ovid. 1. Art. Am.

Non mihi sunt visæ Clio, Cliûsque sorores.

Clisthenes, civis Athenienſis cum Isagorâ de principatu contendit an. 1. Olymp. 66. populo in 10 tribus diviso, & institutâ rep. Isagoram urbe expulit. Ab eodem Demarchi, Phylarchi, Apodectæ, & Ostracismus est institutus, primusque eo exilii genere (ut quidam volunt) ipse multatus est. Isagoras inde à Cleomene Spartæ rege reducitur, Clisthene, & reliquis sociis urbe ejectis. Post autem Cleomene ex arce, quam cum Isagorâ occupavit, ab Athenienſibus dejecto, Clisthenes restituitur. Plut.

Clitarchus, historicus, & Alexandri comes in expeditionibus fuit, ejusque res gestas scripsit, cujus in historiâ ingenium probatur, fides infamatur, ut scribit Quintil. Vide Voss. Hist. Gr. p. 55.

Clitodemus, antiquissimus eorum est, qui res Atticas consignavit, teste in Phocicis Pausaniâ. Perperam pro eo Κλειτόδημος est apud Hesychium in Aldinâ, Quædam ex eo quoque refert Etymologus in ἐπὶ Παλλαδίῳ. Meminit etiam Michael Apostolius centur. 8. proverb. 42.

Clitomachus, Carthaginenſis Philosophus, Athenas concessit ad capiendum ingenii cultum 40 annos natus, audivitque Carneadem : brevi quoque tempore adeo profecit, ut 40 volumina scripserit, succesleritque Carneadis Schol. Suidas.

Clitomachus Athleta, Pancratiastes nobilis. Suid. Pudicitiâ tantâ fuisse dicitur, ut canes si fortè coeuntes vidisset, statim vultum averteret : In convivio si quis sermo lascivus incideret, statim surgens abiret. Ælianus, Var. 3. 30.

Clitonymus, Italica prodidit, quæ Plut. citat. Par. Min. cap. 10. Idem Sybaritica edidit, ut constat ex ejusdem cap. 21. Item tragica, quorum tertium advocat idem Plut. de fluminibus. Vossius.

Clitophon, Rhodius, Indica consignavit, quorum decimum citat Plut. lib. de flum. cap. ult. Gallicas etiam res conscripsit, nec non Italicas. Ad hæc libros etiam περὶ κτίσεων, sive *Originum*. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 3. pag. 345, 346.

Clitus, inter præcipuos Alex. M. familiares fuit, eidemque charissimus, tum quod filius esset nutricis ipsius, tum quod ab illo in vitæ discrimine fuisset servatus. Hunc tamen in convivio quodam liberius in Persicos mores invectum, Rex jam temulentus spiculo trajecit ; cujus facti eum postridie tanta cepit pœnitentia, discussâ jam ebrietate, ut totum triduum cibo abstinuerit, decreveritque omnino inediâ sibi necem consciscere, ac amicum optime de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissâ amicorum consolatione, sumptuosissimo eum funere sepelivit. Plut. in Alex. Vide Qu. Curt. lib. 8. Arrian. lib. 4. & Justin. lib. 12. Qui res Alexandri conscripserunt, Clitum inter ejus comites referunt ; uti & facit Val. Max. Κλεῖτος ὁ Ἀεσοπελικὸς dicitur Athenæo lib. 12. ubi ejus libri *de Mileto*, mem. atque ex eo quædam refert de luxu Polycratis Samii. Eidem lib. 14. Κλεῖτος ὁ Μιλήτου Ἀεσοπέλης μαθητὴς dicitur, ubi leg. Κλεῖτος.

Clodiorum familia, à *Clodio* Æneæ socio dicta. Festus. Verius tamen est *Clodios*, qui & *Claudii* dicuntur, à Sabinis ortum traxisse, nominisque originem cepisse ab Appio illo Claudio, qui primus ex eâ familiâ, cum 5 clientum millibus se Romam contulit.

P. Clodius, inimicus Ciceronis, quem ut pellere urbe posset plebeio homini se adoptandum dedit. Mœchus fuit notissimus, deprehensus in sacris Bonæ Deæ muliebri veste indutus. Postea interfectus à Milone, hinc proverb. *Clodius accusat Mœchos*. Juvenal. Sat. 6.

Sed nunc ad quas non Clodius aras ?

Seneca. *Omne ævum Clodios fert, sed non omne tempus Catones producit.*

Clodius, vir quidam, cujus meminit Plut. in Numâ, qui temporum argumentum scripsit. Vide Voss. Hist. Gr. p. 510.

Clœlia, gens Patricia à *Cœlio* Æneæ comite sic dicta. Festus, & Dionysius lib. 2. Fuit cum magistratibus annis plus minus 63.

Clœlia, nobilis virgo Romana, quæ cum aliis virginibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus, incolumis ad suos per Tiberim tranavit. Quamobrem Romani novam in fœmina virtutem, novo honoris genere ornandam rati, Statuam ei equestrem in summâ Sacra viâ posuerunt. Livius. Virg. Æn. 8.

——*Pontem auderet quod vellere Cocles,*
Et fluvium vinclis tranaret Cœlia ruptis.

Juvenalis.

Quod miraretur cum Cœlite Mutius, & quæ
Imperii fines Tyberinum virgo natavit.

Sil. lib. 13.

Illa est quæ Tibrim, quæ fregit Lydia bella,

Non-

Nondum paſſa mares, quales optabat habere
Quondam Roma viros, contemptrix Cœlia ſexûs.

Clonas, Elegiacus poeta fuit, & Epicus, qui tibicinas, regulas, & concentus conſtituiſſe primus memoratur, ſicuti Terpander citharœdicas leges primus omnium perveſtigaſſe narraratur. Rhodiginus 9. 3.

Clotho, una Parcarum, quas Heſiodus in Theogon. Jovis, & Themidos filias facit, humanæ vitæ ſtamina diſpenſantes; dicta *Clotho* ἀπὸ τῦ κλώθειν, quod *nere* ſignificat. Fingunt enim poetæ hanc colum geſtare, & nendo humanæ vitæ terminum præſcribere. Statius.

Quid bonus ille Deûm ſtatuit, quid ferrea Clotho.

Seneca.

Utinam, antè manu grandævâ ſuâ
Mea rupiſſet ſtamina Clotho.

Ὑψίθρονος, *altum thronum habens* dicitur Pindaro in Iſthm.

Cluentius, civis Romanus ex municipio Latino, accuſatus à matre Saſſiâ, quòd Oppianicum vitricum interfeciſſet, defenſus fuit à Cicerone, cujus adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio. *Cluentiorum* familiam à *Cloantho* dictam affirmat. Virg. Æn. 5.

Sergeſtuſque (domus tenet à quo Sergia nomen)
Centauro invehitur magnâ, Scyllâque Cloanthus
Cæruleâ, genus unde tibi Romane Cluenti.

Cluſia, Tuſci regis filia pudiciſſima, quam cùm Val. Torquatus Imperator Rom. vidiſſet, uxorem à Tuſco petiit, eamque minimè conſecutus, ejus op. diruit. Cluſia vero ſeſe è turri dejiciens, tunefactis vento veſtibus ſoſpes ad terram delata eſt. Plut. in Paral.

Cluvienus, malus Poeta temp. Juv. Sat. 1.

——Facit indignatio verſum
Qualemcumque poteſt, quales ego vel Cluvienus.

L. Cluvius, eques Rom. cujus filia fulmine tacta, obſcœnum in modum nudè jacuit, linguâ paululum exerta, equo etiam cui inſidebat exanimato, quæ res equeſtri ordini & virginibus infamiam, quæ mox ſecuta eſt, portendit. Veſtales enim nobiliſſimæ cum aliquot equitibus Romanis inceſti pœnas ſubierunt. Jul. Obſequens *Helvium* vocat, Oroſius *Ælium*.

Clymene, Oceani ac Tethyos filia, Japeti uxor. Heſiod. in Theog. Virg. Georg. 4.

Inter quas Clymene curam narrabat inanem
Vulcani, Martiſque dolos, & dulcia furta.

Clymene, quæ Apollini Phaethontem peperit, ejuſque ſorores Heliadas, quæ & *Clymeneides* vocantur. Ovid. ad Liviam.

Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneides altæ,
Quum juvenis patriis excidit ictus equis.

Inde *Clymeneus*, ut *germina Clymenea*, i. e. *populorum germina*. Stat. 1. Sylv.

——Queritur jam Seras avaros
Auguſtum ſpoliare nemus, Clymeneaque deeſſe
Germina, nec virides ſatis illacrymare ſorores.

Item *Clymeneius* aliud adjectivum. Ovid. Met. 2.

——Proles Clymeneia, pro Phaethonte.

Clymene, miniſtra Helenes, particeps conſiliorum dominæ, furtorumque ejus internuncia, quæ etiam Trojam illam eſt ſecuta. Hom. Il. 3. Ovid. Ep.

Cætera per ſocias Clymenen Æthramque loquemur,
Quæ mihi ſunt comites, conſiliumque duæ.

Clymenus Pluto dicitur, quam ob cauſam Etymologi Auctor docet. *Clymenus*, inquit, *proprium nomen Herois παρὰ τὸ κλύω, τὸ ἀκέλλω.* Subdit, Ἔστι καὶ ἐπίθετον Ἅιδυ, τουτέστιν ὁ πάντα καλῶν εἰς ἑαυτὸν, ἢ ὁ ὑπὸ πάντων ἀκουόμενος, Anthолog. lib. 3.

——Εἰς Ὀρφέα.

Ὃς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ Κλυμένοιο νόημα
Καὶ τὸ ἀκήλητον θυμὸν ἔθελγε λύρῃ.

Clytemneſtra, Tyndari & Ledæ filia, uxor Agamemnonis, quæ belli Trojani tempore mutuo Ægiſthi amore capta, turpiſſimis cum eo voluptatibus ſeſe implicuit, virumque captâ jam Trojâ, in patriam redeuntem, ab adultero adjuta per inſidias interfecit, idem Oreſti filio factura, niſi eum Electra ſoror certiſſimæ neci rapuiſſet, & ad Strophium regem clam miſiſſet educandum, qui poſtea adultus Argos rediit; ubi unà cum hoſpitibus Phocenſibus (quos Strophius ad Ægiſthum miſerat, tanquam Oreſtis mortem nunciaturos) ad Clytemneſtram introniſſus, unà cum adultero eam necavit. Ovid.

Et vindex in matre patris malus ultor Oreſtes
Auſus in arcanas poſcere tela deas.

Propert. 3. 19.

Nam quid Medea referam, quo tempore matris
Iram natorum cæde piavit amor?
Quidve Clytemneſtræ propter quam tota Mycenis
Infamis ſtupro ſtat Pelopæa domus.

Horat. Serm. 1. Sat. 1.

——At hunc liberta ſecuri
Diviſit medium fortiſſima Tyndaridarum.

Juvenalis:

Mane Clytemneſtram nullus non vitulus habebit.

Idem:

——Tyndaris illo bipennem
Inſulſam & fatuam dextra lævâque tenebat.

Clytia, ſive *Clytie*, una ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri ejus indicavit. Quare iratus Apollo graviſſimo odio eam proſecutus eſt. Illa vero amoris impatientia, cibo & potu abſtinens, Solem quacunque iter faciebat, oculis ſequebatur, tandem fame, & dolore conſumpta, mutata eſt in Heliotropium. Ovid. Met. 4. Fuerunt & duo aliæ *Clytiæ*, altera Amphidamantis filia, uxor Tantali, mater Pelopis, cujus meminit Eurip. Schol. Altera vero Amyntoris concubina, cujus calumniis Amyntor filium Phœnicem excæcavit, qui poſtea à Chirone cæcitate levatus rex Dolopum factus eſt.

Cneph, Ægyptiorum Deus, quem unicum mundi opificem putaverunt. Quod ex Plut. cognoſcere eſt, de Iſide & Oſir. Sed apud eum in Aldinâ, Stephanicâ, & poſtremâ Pariſinâ perperam Κνηφαγένητον legas. Sic enim locus iſte emendandus ex ſententia Voſſii patris. Θεὸν δὲ Κνὴφ καὶ Φθᾶ τοὺς ὄντως ἀΐδιον καὶ ταὐτὸν ἀεὶ νοεῖν· ἀλλὰ ὃν Κνὴφ ἀγένητον ὄντα, καὶ ἀθάνατον. Tertis quoque Porphyrius apud Euſeb. in 3 Præp. Evang. cap. 12. ubi ſimiliter traditur, Ægyptios unum ſtatuiſſe Deum, puta τὸν δημιουργὸν, ſive *opificem mundi*, atque eum vocaſſe Κνὴφ, ejuſque ſimulacrum ex ore ovum effudiſſe, ut mundi eſſe opificem ſignificetur, nam ovum mundi Symbolum Ægyptiis fuit. Videtur autem *Cneph*, idem ac *Cnuphis*, de quo Strabo lib. 17. cujus templum ait eſſe in Syene; ea autem Thebaidos pars.

Cneus, cognomen apud Romanos, quod idem à *nævo* deducitur, præpoſitâ C. literâ. Cum autem id proferebant antiqui, inquit Priſcianus, G. pro C. efferebant.

Cnoſſius, in primo γωνιαιοτικῶν τῆς Ἀσίας citatur ab Apollonii Scholiaſte in lib. 4. ubi ait, Ægyptios eſſe omnium antiquiſſimos. Voſſius.

Cobali, dæmones erant in comitatu Bacchi Ariſtoph. Schol. in Plut. Κόβαλοι δαίμονες εἰσί τινες συνεχῶς περὶ τὸν Διόνυσον ἀκολουθοῦντες. Atque hinc Κοβάλια eſt *verſutia*, & *aſtus*. Origo vocis eſt חבל *Chebel*. Hebræi, Syri, ac Arabes, *funes*, *laqueos*, & *pedicas* ſic vocant. Unde ſecundariâ ſignificatione eſt *techna*, *machinatio*; ſic Pſal. 19. 61. *Funes impiorum circumplexi ſunt me*, i. e. *dolis*.

Cocalus, Siciliæ rex, qui Dædalum Minois iram fugientem hoſpitio ſuſcepit; quem cum Minos illuc uſque proſequeretur à Cocali filiabus fuit interfectus. Ovid. Met. 8. Stephanus *Cocalum* Dædali filium in Camico imperaſſe ſcribit.

Cocles, vir Rom. qui Porſennæ rege, per Sublicium pontem tranſire conante, ſolus hoſtium impetum ſuſtinuit, donec à tergo pons à ſociis frangeretur; quo facto, ſe cum armis præcipitavit in Tyberim; Et licet vulnus acceperit in coxa, fluvium tamen tranando ad ſuos pervenit, unde eſt illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxæ vitium objiceretur, *Per ſingulos gradus admoneor triumphi mei.* Val. Max. 3. 2. Virg. Æn. 8.

Illum indignanti ſimilem ſimilemque minanti
Aſpiceres, pontem auderet quod vellere Cocles.

Prop. lib. 3.

Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontes.

Juvenal. Sat. 8.

Quod miraretur cum Coclite Muſius, & quæ
Imperii fines Tiberinum virgo natavit.

Eſt autem *Cocles*, idem quod *unoculus*. Originem ponit Varro lib. 6. *Ab oculo*, inquit, *cocles, quaſi ocles dictus*, qui unum haberet oculum. Verum omnino corruptum ex Græco κώχλωψ, quod notat μονόφθαλμος. *Coclen* vero *unoculum* notare, præter Varronem docet Plaut. Curculionis act. 3. ſc. 1.

L. Y. *Unocule ſalve.* Cu. *Quæſo derideſne me?*
L. Y. *De Coclitum profapiâ te d' eſſe arbitror.*

Ubi per Coclites non Romanorum familiam intelligit, ſed Arimaſpos, ut notat Turnebus Adverſ. 23. 26. Idem judicium eſto de illo Enni apud Varron. lib. 6.

——Decem coclites, quos montibus ſummis
Ripheis fodere.——

Nam Arimaſpos in Ripheis montibus ponunt Herodotus & alii. Addam & Plinii locum 2. 37. *Qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocabantur.* Vide *Cyclops*.

Cocytus, Inferorum annis, à Styge profluens. Nomen habet ἀπὸ τῦ κωκύειν, h. e. à *gemendo* & *lamentando*. Virg. Æn. 6.

Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamque paludem.

Idem

Idem ibidem.

Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad undas
Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyti eructat arenam.

Idem Georg. 4.

Quos circum limus niger & deformis arundo
Cocyti tardaque palus inamabilis unda.

Horatius.

Visendus ater flumine languido
Cocytus errans. ———

Claud. 2. de Raptu Proserp. non sine nominis allusione:

——— *Pressо lacrymarum fonte resedit*
Cocytus, tacitis Acheron obmutuit undis.

Seneca in Herc. Fur.

Palus inertis fœda Cocyti jacet,
Hic vultur, illic lucifer bubo gemit.
Omenque triste resonat infaustæ Stygis.

Statius Theb. 1.

——— *Inanæum forte sedebat*
Cocyton juxta, resolutas vertice crines
Lambere sulfureas promiserat anguibus undas.

Silius lib. 13.

Parte alià torrens Cocytos sanguinis atri
Vorticibus furit, & spumanti gurgite fertur.

Apollodorus apud Stobæum, Κωκυτὸν δὲ ποταμὸν ἀνέπλασαν ἀπὸ τῦ κωκύειν, ὃς ὄζει Σπυγὸς καὶ συγκύσεως ἀπορῥώξ. Est & flu. ejusdem nominis aquæ ingratissimæ, unde hic inferis adscriptus. Pausan. lib. 1. Περὶς δὲ τῇ Κιχύρῳ, λίμνη ὄζει Ἀχερουσία καλυμένη καὶ ποταμὸς Ἀχέρων, καὶ Κωκυτὸς, ὕδωρ ἀπεπώτατον.

Codrus, ultimus rex Athenienssium fuit, Melandri filius; qui cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, respondisset Pythius, *Quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores*, depositâ veste regiâ, pastoralem cultum induit, immissusque castris hostium de industriâ rixam ciens, interemptus est, ut narrat Paterculus. Horat. 3. Od. 9.

Codrus pro patriâ non timidus mori.

Ab hoc proverbium *Codro generosior*. Vide Just. lib. 2. Val. Max. 5. 6. Cic. Tusc. 1. Apud Virg. Ecl. 5. *Codrus* pastoris nomen est, perinde ut *Alcon*.

———*Si quos aut Phyllidis ignes;*
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

Ubi male Servius ad Codrum Athenienssem refert, quem eo nomine Scaliger notavit animadversionibus Euseb.

Codrus, poeta quidam pauperrimus, cujus paupertas proverbio locum fecit, ut dicamus *Codro pauperior*. Juv.

Lectus erat Codro Proculà minor. ———

Martial.

Plus credit nemo, quam totâ Codrus in urbe
Cum sit tam pauper, quomodo cœcus amat?

Malum poetam fuisse Codrum è Juv. discimus. Sat. 1.

Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Cælus, Saturni pater. Eusebius de Phœnicum Theologia loquens sic ait: *Post triginta duos annos* regni Cœli Saturnus ejus filius, insidiis prope fontes ac fluvios locatis, patrem captum execuit, unde sanguis in fontes ac fluvios stillavit: qui locus his etiam *temporibus visitur*. *Cælum* autem hunc Diod. lib. 4. scribit peritissimum fuisse cursuum astrorum temporumque: & annum digessisse, unde illi *Cælo* nomen, rudesque homines artes docuisse & humanitatem, regnasse circa Septentrionem & Occidentem in Africâ, genuisseque ex variis uxoribus liberos quinque & quadraginta.

Colossus Lysippi, ut quidam aiunt, discipulus, *colossi* Rhodii author, quem tamen à *Caleto*, vel *Coleto* artifice sic dictum fuisse tradit Festus. Sed hæc sunt mera somnia. Author enim ejus fuit vel Chares, vel Laches. Plin. 34. 7. *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis Colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius, Lysippi discipulus.* Simonides in hunc Colossum lib. 4. Anthol.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκλάκις λέγε
Λάχης ἑκόσιος πηχέων ὁ Λυνδίος.

Nisi & hic pro Λάχης legere malis Χάρης, ut cum Plin. Eustathioque conveniat. Sed hoc pacto & pro ὀκλάκις substituere possis ἑπτάκις, ut in hoc quoque consentiat cum Plin. Straboneque, qui 70 faciunt cubitorum. Verum hoc utut est de *Colosso*, vel *Caleto*, vel *Coleto*, altum apud veteres silentium est. Quare rectius Etymologus, qui *colossum* sic dici scribit, quia ob nimiam altitudinem, oculorum frustaretur aciem, Κολλοωδὲς, inquit, διὰ τὸ κολύειν (ὃ ὄζει ἐλαττῦν) τὸ ὄσον, διὰ τὸ μέγαθος. Cujus sententiam confirmat Papinius Sylv. lib. 1. carm. 1.

——— *Vix lumine fesso*
Explores, quam longus in hunc despectus ab illo.

Loquitur de equo Domitiani, qui colosso impositus erat, unde initio carminis *molem* vocat *geminatam*.

Quæ super impositо moles geminata Colosso
Stat Latium complexa forum?

Magnitudinem Colossorum innuit Plin. ubi supra: *Moles excogitatas videmus statuarum, quas Colossos vocant, turribus pares.* Ac proinde Etymologus χαρίεις Κολοσσὸς λέγεται οἱ ὑπερμεγέθεις ἀνδριάντες. Stat. 1 Carm. 3.

Enormes manus est experta Colossos.

Columella. Gaditanus genere, scripsit absolutissimos libros de R. R. temporibus Claudii Imperatoris.

Petrus *Colvius* Brugensis, vir doctus, sed ingenio suo rectius potuisset uti. At Asini aurei, scriptionis parum pudicæ scholiastes ab asino calce protritus obiit. Extant 2 ejus epitaphia quæ hoc ipsum optimâ fide testantur. Vide Matt. Naderi Martialem cum Comment. in præfat. ad Lectorem, post initium.

Cometes, pater Asterionis, unus ex Argonautis. Val. Flaccus lib. 1.

———*Celer Asterion, quem matre carentem*
Crispatus gemino fovit pater amne Cometes,
Segnior Apidani vires ubi sentit Enipeus.

Ubi ad verbum fere ut solet, expressit Apollonium lib. 1. Sic enim ille.

Ἦλυθε δ' Ἀστερίων αὐτοκλίδην, ὃν ῥα Κομήτης
Γείνατο δινήεντι ἐφ' ὕδασιν Ἀπιδανοῖο.

Quod autem *crispatum* vocat *Cometem* Flaccus, adlusum est ad nomen *Cometæ*. Nam (ut ait Plin.) *Cometas Græci vocant, nostri crinitas, hoc est horrentes crine sanguineo.* Haud abs re forsan fuerit hic notare, quæ de Cometarum præsagiis autiqui tradidere, adeo ut in Proverb. abierit Senarius iste.

Οὐδεὶς Κομήτης ὄστις οὐ κακὸν φέρει.

Nihil enim Poetis præcipue magis perluasum est, quam cometas denunciare magna mala. Virg. Georg. 1.

Non alias cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ.

Tibullus lib. 2.

Hæc fore dixerunt belli mala signa Cometæ.

Lucan. lib. 1.

———*Terris mutantem regna Cometen.*

Stat. 1. Theb.

Mutant quæ sceptra Cometæ.

Silius lib. 1.

Crine ut flammifero terret fera regna Cometes
Sanguineum spargens ignem, vomit atra rubentes
Fax cælo radios, & sæva luce coruscum
Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.

Et lib. 8.

———*Non unus crine coruscо*
Regnorum eversor rubuit lethale Cometes.

Val. Flacc. lib. 6.

——— *Iratoque vocati*
Ab Jove fatales ad regna injusta Cometæ.

Claud. 1. de bello Getico.

Et nunquam cælo spectatum impune Cometem.

Et in Epigr. de Magnete.

Non frustra visi ferali crine Cometæ.

Ac de Raptu Proserp. lib. 1.

———*Augurium qualis laturus iniquum*
Præpes sanguineo dilabitur igne Cometes,
Prodigiale rubens, non illum navita tuto
Non impune vident populi, sed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos, aut urbibus hostes.

Phil. *Cominæus*, ex illustri Cominæa apud Flandros gente natus, eques Aurei Velleris, Dominus Ruscurii, vir formæ elegantis, staturæ proceræ. Octennium vixit in Aulà Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis. Sed pretio corruptus, transfugit à Domino suo ad Lud. undecimum, Franciæ Regem, cujus res gestas celebravit, uti & filii ejus Caroli 8. Etsi autem non uno loco Mejerus dicat in pluribus falli: tum historicus est verax ac prudens, cujus præclarum elogium vide apud Justum Lipsium not. in 1 Polit. & Scævolam Sammarthanum lib. 2. operis quo Elogia Gallorum doctrinâ illustrium perscripsit. Hic tantus vir cavere non potuit, quo minus mortuo rege Ludovico, perfidiæ accusatus in carcerem conjiceretur; ubi triennium detentus fuit, & pro seipso capitis causam dicere cogebatur; tandem innocens repertus est. Obiit in Pictonib. an. Christi 1509. æt. 63. Scripsit Gallicè nec enim Latinè sciebat; sed Latine loquentem fecit Jo. Sleidanus, qui & vitam adjecit. Vossius.

Comitia, orum, pl. num. conventus populi ad creandos magistratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda, à *comeundo* appellata, ita enim veteres loquebantur, vel à *coeundo*. Leguntur autem Comitia *Consularia, Prætoria, Quæstoria, Tribunitia, Ædilitia*; quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni, Ædiles creabantur. Tria ferunt

Comiti-

Comitiorum genera; *curiata*, *centuriata*, *tributa*, nam quæ *calata* Comitia legimus, ea sunt vel curiata, vel centuriata; ex quo quod primis temporibus *calandi* verbum pro *vocandi* usitatum erat. Curiata Comitia erant, quum curiatim κατὰ φυλὰς pop. Romanus suffragia ferebat. Centuriata quum centuriatim, sive per centurias; Tributa, quum tributim sive per Tribus. Dionys. lib. 7. scribit, in comitiis Curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum; in Centuriatis autem penes divites. Inde *Comitium*, i. e. *locus comitiorum*. Cæterum de Comitiis plura vide apud Manutium lib. de Legg. Romanis.

Compitalia, festa quæ in compitis Larium honori peragebantur, & *Compitalitius* dies in quo celebrabantur. Gellius. Nullum certum diem præfinitum fuisse his sacris ex loco Varronis ad Suetonium recte observavit Casaubonus, confirmatque Ausonius Eidyll. 25. in his.

Et nunquam certis redeuntia festa diebus,
Cum sua per vicos compita quisque colit.

Non longè tamen à Saturnalibus celebrata persuadet Dionys. lib. 4. Institutio eorum à Servio Tullio est, ut idem Dionys. itemque Plin. lib. 36. extremo docet, Augustum bis ea celebrare per annum, quæ semel antea tantum peragerentur, ejus vita significat apud Sueton. cap. 31.

Comus, Deus apud Ethnicos habitus commessationum, nocturnarum saltationumque præses: In cujus militiâ authorabantur juvenes, qui coronati noctu cum facibus, Musicisque instrumentis, ad amicarum fores saltandi, canendique gratia concurrebant, procaciterque lasciviebant, ut fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit Philosophus περὶ εἰκόνων, Imagine tertia. Hinc *Crepalocomus*, vinolentorum hymnus apud Aristoph. in Ranis.

Conon, historicus, ἐν Ἡρακλείᾳ citatur ab Apollonio Scholiaste in lib. 1. Etiam Josephus lib. 1. contra Apionem, Judæorum à Conone mentionem factam ait; *Cononis* quoque, qui Italiæ res literis persecutus est, meminit Servius in illud Maronis 7. Æn. *Sarraſtes populus*, &c. Vide Voss. de Hist. Gr. 1. 24. Item lib. 3. p. 346.

Conon, insignis mathematicus, patria Samius, qui 7 de Astrologiâ libros edidit. Virg. Eclog. 3.

In medio duo signa; Conon, & quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem?

Propert. 4. 1.

Me creat Archytæ soboles Babylonius Orops
Oron, & à proavo ducta Conone domus.

Item Athenienſium dux, quem Resp. sua omnibus insulis præfecit. Post prælio victus à Lysandro Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, cujus auxilio patriam, cui servitutem attulerat, restituit in libertatem. Plut. in Lysandro.

Consentes, dii dicti sunt, quasi in eo quod gerendum est, *Consentientes*. A Cicerone alio nomine *Dii majorum gentium* dicti. Cur autem Diis hisce à *Consentiendo* nomen inditum sit, docet hic locus Martiani Capellæ, lib. 1. *Ac mox Jovis scribæ præcipitur pro suo ordine, ac ratio modis, cælicolas advocare, præcipueque senatores Deorum; quorumque nomina, quoniam publicari secretum cæleste non pertulit, ex eo quod omnia pariter repromittunt, nomen eis ex consensione perfecit.* Aliis magis placet, sic vocari, quasi *Consulentes*, quando eos Capella *Jovis senatores*, Arnobius vero lib. 3. *Consiliarios Jovis* vocat. Est & tertia Etymologia: Nam doctiss. Junius ab antiquo verbo *Conso*, *consis* deducit, quod idem est ac συμβουλεύειν. Inde igitur *Consentes*, ut & Deus *Consius*.

Consentia, sacra, quæ ex multorum consensu instituta. Festus. Ad quæ verba notat Scaliger *Consentia sacra* Gentilium inter se fuisse, uti & *deos Consentes*, e. g. Corneliorum, Valeriorum, &c.

Constans, Constantini, & Constantii frater, Collega Magnentii, qui comes ordinum Augustæ Germ. urbis erat, insidiis haud longè ab Hispanis in oppido Helenæ occisus est. Tripart. Hist. lib. 4. cap. 17.

Constans, Imperator, Constantii M. filius cum fratribus Constantino & Constantio Imperium tenuit, iisque mortuis Magnentium Constantis interfectorem duobus ingentibus præliis victor ad necem compulit, cum Persis infeliciter pugnavit, quos cum iterum adoriri studeret, in itinere periit.

Constantinus Magnus, Constantii Cæsaris & Helenæ filius, primus Romanorum Impp. Christi cultum sectatus; aliquot annis cum Licinio Christianorum hoste acerrimo imperavit, quem postea non ullâ magis de causâ sæpius victum interfici jussit. Multa alia præclara fecit, sed nihil memorabilius quam quod Romani Imperii sedem Byzantium transtulit, quam urbem à suo nomine *Constantinopolin* appellavit. Vitam ejus ac res gestas fuse tradit Euseb.

Constantinus Manasses, scriptor non aspernandus, præsertim in rebus Byzantinis; scripsit versibus politicis σύνοψιν ἱστοριῶν, quam Latine vertit doctissimus Leunclavius. Vide Vossium de Hist. Gr. pag. 340.

Constantinus Porphyrogennetus, Leonis Imp. & Irenes fil. princeps studiorum amantissimus, quæ & non parum promovit, uti testantur Georgius Cedrenus, Zonaras Annal. lib. 3. Theodorus Metochita Hist. Rom. lib. 2. Michael Glycas, An. lib. 3. atque alii. Imperator hic, cum videret historicorum maximum numerum, & consiliariorum in iis legendis negligentiam, quo malo isti occurreret, jussit flores ex historicis omnibus excerpi, atque in politicorum usum digeri in corpus unum, quod in partes 53, quasi locos quosdam, digestum fuit. Dubium vero non est, quin hæc non minima fuerat causa, cur tot nobiles Græciæ historici perierint. Nam ut loci illi solum consuli ac legi cœpere; historici ex quibus illa descripta erant, describi desierunt. Ex istis autem 53. Pandectarum, seu florilegii politici partibus, una duntaxat hodiè supereſt; nempe illa, quæ Excerpta legationum continet. Vossius. Tu autem vide omnino doctiss. Valesium Præfat. in Collectanea ex Polybio, Diodoro, &c.

Constantius, cognomento *Chlorus*, Imp. Rom. Constantini M. pater, princeps moderatissimus in Galliâ & Hisp. imperavit, Maximino Italiam obtinente.

Consul, tutor annuus erat Rom. Reip. publici consilii princeps. Summum vero apud Rom. dignitatis fastigium fuit post exactos reges à Junio Bruto primum introductum, an. U. C. 244. Dicti autem sunt *Consules* à *consulendo*, h. e. *providendo* ac *judicando*, Quintiliano auctore lib. 1. cap. 10. Hinc illud vetus apud Varronem; *Qui bene consulat consul cluat.* Diu autem hoc nomen Romæ sanctum, ac summi magistratus proprium fuit: Tandem tamen & ad proconsules & municipiorum magistratus translatum est, quod Casaubonus Notis ad Apul. Apol. observat, & plures Inscriptiones apud Gruterum confirmant. De Consulum officio vide plura apud Feneſtellam lib. de Rom. Magistratibus.

Consus, *consiliorum* Deus putabatur, qui ideo templum sub tecto in Circo habebat, ut ostenderetur tectum esse debere consilium. Hinc *Consualia* festa quæ fiebant in honorem *Consi*. Livius lib. 1. *Ludos ex industriâ parat Neptuno equestri solennes, Consualia vocavit.* Vide Plut. in *Romulo*, ubi docet Consualia 18. die mensis Augusti celebrari solita. Errat itaque Servius in Æn. 8. ubi sic scribit: *Raptæ autem Sabinæ in Consualibus, hoc est, mense Martio.* Quod falsum esse præter Plutarchum Dionysius testatur his verbis: Ἡ ἁρπαγὴ αὕτη ἡ ὀκτωκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τῶν Σεξτιλίων ἐγένετο ἐν ἧ τὰ ἅγια Κωνσουαλίων ἑορτὴν ἄγουσι. Vide Vossium in *Consualia*.

Consygne, Nicomedis Bithyniæ regis uxor, quæ ob lasciviorem cum viro jocum à cane lacerata est. Plin. 8. 40. Ubi *Consingis* alii legunt.

Copia, Dea ubertatis ac abundantiæ apud antiquos, Fortunæ comes, de quâ Lactantius, vetus Statii Schol. in 4. Theb. Hæc fingebatur cornu gerere plenum uvis, malis, ac spicis, unde *Cornu Copiæ* proverbialiter, quasi de abundantiâ celebratur, de quo vide Chiliadas. Horat. lib. 1. Od. 17.

——Hinc tibi Copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

Idem in Carmine Seculari.

——Apparetque beata pleno
Copia cornu.

Alii tamen hoc cornu ipsi Fortunæ tribuunt. Vide Plut. de Fort. Rom. ac Heinsium ad Hesiod. cap. 11.

Corax, antiquissimus Rhetor Siculus, primus artem dicendi, & præcepta conscripsit. Cic. in Bruto. Primus etiam extitit, qui artem dicendi mercede professus est, Tisiamque eâ lege instituendum suscepit, ut mercedis partem præsentem numeraret, reliquam tum demum persolveret, quum in judicio, causa peroratâ, victoriam reportasset. Quum itaque Tisias non parum in arte profecisset, causam tamen nullam susciperet, idque fraude facere videretur, ne reliquum mercedis præceptori persolveret: Corax hominem in jus vocat, causamque omnem in hoc dilemma confert. *Disce*, inquit, *stultissime adolescens, utroque modo futurum quod postulo, sive vicero, sive condemnatus fueris. Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur, quum ita inter nos convenerit, ut quum primam ex judicio victoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolveretur. Sin ego vicero, nihilominus judicii laqueis teneris, utpote sententiis judicum condemnatus.* Ad hæc Tisias, *Imo*, inquit, *tu potius disce, præceptor sapientissime, neutro modo futurum quod postulas. Nam si tu victoris ex pacto nulla tibi debebitur merces, quandoquidem ita convenit, ut eam tum demum persolverim, quum causâ peroratâ victor discessissem. Sin ego victor, quid quæso expectes à victore, judicum calculis absoluto?* Quibus auditis, Judices adolescentis ingenium admirari feruntur acclamasse

Καὶ

Κακῆ Κόρακος κακὸν ὠόν, i. e. *mali corvi malum ovum*, alludentes nimirum ad Coracis nomen, quod Latinis *corvum* sig. Alii Protagoræ hoc adscribunt. Vide Aulum Gellium in Noct. Atticis.

Corbulo, Syriæ proconsul, sub Nerone Tiridatem Parthum fudit, fugavitque, Artaxata cepit, exussit, & solo adæquavit, Tigranem Armeniæ regem designavit: Tacitus, lib. 13. *Corpore ingens, verbis magnificus, super experientiam, sapientiamque etiam specie inanium validus.* Juven. Sat. 3.

Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res
Impositas capiti.——

Ubi quidam athletam quendam eo nomine tunc temporis fuisse volunt.

Core, Cereris filia, à κόρος, i. e. *satietas*, dicta; Festa ejus *Corea* dicebantur. Schol. Pindari Olymp. Od. 7. πολλοὶ δ' ἄγουσι ἀγῶνες ἐν Ἀρκαδίᾳ, Λύκαια, Κόρεια, Ἀλέαια. Hesychius Κόρεια, Θεσπιεία, καλλονή, ἢ Δυσία τῇ Κόρῃ τελουμένη. Ejus quoque meminit Plut. in Dione. Ceres enim producit materiam, quâ nutrimur & satiamur.

Corinna, Corinnæ tres fuere, prima Thebana seu Tanagræa, Archelodori filia, Myrrhidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies vicisse, & epigrammatum 50 libros edidisse fertur. De quâ Prop. lib. 2.

Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ.

Stat. 5. Sylv.

Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Corinnæ.

Secunda fuit Thespia veterum monumentis plurimum quoque celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus, ipsi poetæ dilectissima. De quâ Martialis.

Norat Nasonem sola Corinna suum.

Corinnus Ilienſis, ante Homerum Iliada scripsit, belli Trojani tempore, ex quo Homerus putatur omnem hausisse sui operis materiam. Suidas.

Coriolanus, vir Illustris Romanus, quem Cicero multis in locis cum Themistocle confert. Siquidem uterque, cum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus injuriâ, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedavit. Vitam ejus habes in Plutarcho.

Corippus, Africanus Grammaticus, poema historicum reliquit libris 4. de laudibus Justini Augusti junioris, cujus tempore claruit. Vide Voss. H. Lat. p. 748. Extat cum Comment. Dempsteri. 8. Par. 1610.

Cornelia, matrona nobilissima, eademque eloquentissima, Sempronii Gracchi uxor & Tiberii & Caii Gracchorum mater, & majoris Africani filia. A Val. Maximo laudatur quòd matronæ cuidam Campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti non aurum, non gemmas, non denique vestes oppoſuerit, sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenta, Juven. Sat. 6.

Malo Venusinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.
Tolle tuum precor Annibalem, victumque Syphacem
E castris & cum totâ Carthagine migra.

Fuit & *Cornelia* alia P. Sestii uxor. Cic. 5. Fam. Epist. Plura vide in Francisci Nannii libello peculiari de claris Corneliis Romæ:

Cornelia, Vestalium Virgg. *maxima*, vel, ut alii codd. habent, *Maximilla*, ex familiâ Cossorum capta in locum Læliæ defunctæ, Nerone imperante olim absoluta, ac multo post repetitâ accusatione convicta à Domitiano viva defodi jussa est, authoribus Tranquillo, & Eusebio in Chronicis. Plin. Ep. 4. 11. *Illa nunc ad Vestam, nunc ad cæteros Deos manus tendens, multa sed hoc frequentissimè clamitabat: Me Cæsar incestam putat; quâ sacra faciente vicit, triumphavit: Blandiens hæc an irridens, ex fiduciâ sui, an ex contemptu Principis dixerit, dubium est: dixit, donec ad supplicium, nescio an innocens, certè tanquam nocens ducta est. Quinetiam cum in illud subterraneum cubiculum demitteretur hæsisset que descendenti stola, vertit se ac recollegit, cùmque ei carnifex manum daret, aversata est, ac resiluit, fœdumque contactum quasi planè à casto puroque corpore novissimâ sanctitate rejecit, omnibusque numeris pudoris,* Πολλῶ φέρτεραι εἰσὶν ὑμνήσαι πόνοι.

Hæc Plinius. Senarius autem Græcus, quem citat, ex Euripidis Hecubâ desumptus est; ubi Talthybius narrat Polyxenæ necem: Ἡ δ' ἡ δυσκλεὴς ὅμως Πολλῶ, &c.

Κρύπτειν δ' ἃ κρύπτειν ὅμματ' ἀρσένων χρεών

Quam sententiam, ut obiter notem, transtulit. Ovidius, lib. 13. Met. ubi Polyxenæ immolationem describit.

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cum caderet, castique decus servare pudoris.

Idem tradit Qu. Smyrnæus de Penthesileâ moribundâ, lib. 1.

——Ἡ δ' ὄχθῳ μίγη κονίῃ ἧς ὀλέσθαι
Εὐκλέως ἐερπύσα κατ' ὄμμασ· ἐδδ' οἱ αἰδὼς
Ἠμύνει μέμας ἦν, πάρθεν δ' ἐπὶ νηδύϊ μαχλὸ.

Justinus, lib. 15. de Olympiade, Alexandri matre: *Exspirans, &c. veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore ejus indecorum videri.*

Cornelius Asina, cum fundum emisset, sponsorque pretii ab eo expeteretur, postero die Asinam sacculis pecuniâ plenis onustam in forum adduxit pro sponsore, unde cognomentum accepit. Macrobius.

Cornelius Balbus, genere Gaditanus C. Cæsaris familiaris, & præfectus fabrûm, quem cum de civitate in periculum vocaretur Cicero & Pompeius defenderunt.

Cornelius Cossus, Tribun. Mil. Volumnium Lartem Veientum regem occidit, secundaque opima spolia Jovi Feretrio retulit. *Cossos* autem eos qui rugosi sunt, & asperâ facie, à similitudine vermium, qui in ligno nutriuntur, Festus vocari tradit.

Cornelius Epitadius, L. Corn. Syllæ Dictatoris libertus, librum, quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, supplevit. Tranquillus.

Cornelius Gallus, poeta Elegiographus, Forojulienſis, primum summus Octavii amicus, sed postea suspicione conjurationis, cum in ejus odium impegisset, sibi ipsi mortem conscivit anno ætatis 44. Ovidius.

Sanguinis atque animæ prodige, Galle, tuæ.

Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum *de Cytheride* libros 4. conscripsit. Fuit autem amicus Virgilii, adeo ut quartus liber Georgicorum à medio usque ad finem ejus laudem teneret, quas postea, jubente Augusto, in Aristæi fabulam commutavit. Amavit, uti diximus, Cytheridem meretricem, libertam Volumnii, quæ, eo spreto, Antonium euntem in Gallias est secuta; propter quod amorem Galli videtur consolari Virgilius in Bucolicis Eclog. 10. Cytheridem autem quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocavit. Ovid. Amor. 1. 15.

Gallus & Hesperiis & Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erat.

Cornelius Nepos, vir disertus, Ciceronis tempore, vitas illustrium virorum scripsit, quarum tantum *Pomponius Atticus* extat. Libris illis non modo de excellentibus Imperatoribus, sed etiam de scriptoribus claris egit, Catone scilicet, Cicerone, Terentio, aliisque. Vide Vossium de Hist. Lat. lib. 1. cap. 14. *De Homero* locum ex primo Chronicorum ejus adfert Gellius 17. 21. *De Cicerone* quoque seorsim eum egisse innuit idem Gellius 15. 28. *Cornelius Nepos & rerum memoriæ non indiligens & M. Ciceronis, ut qui maximus amicus familiaris fuit, atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius composuit, errasse videtur.* Ipse autem Cicero inter Philosophos numerari vult: Κικέρων ὁ φιλόσοφος ἢ μᾶλλον Τίτον ἀνδρίζεται, inquit Cicero ipse lib. 2. ad Att. ep. 8. Et Philosophus ab aliis accensetur. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 24. *Tullius, qui non minus professus est philosophandi studium, quam loquendi.* Lactantius 1. 15. *M. Tullius, qui non tantum perfectus Orator, sed etiam Philosophus fuit.* Huic Valerius Catullus Veronenſis opus suum dedicat, ut indicat epigramma totius operis Catulliani primum,

Cui dono lepidum novum libellum?
Corneli tibi.——

Vide Lambin. Præfat. ad notas suas in Æmilium Probum.

Cornelius Severus, inter Poetas epicos ab antiquis authoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse in declamationibus versatum, quâ in re ingenium suum, atque eruditionem maxime probavit. Quintiliano *versificator quam poeta melior* habitus est. Scripsit inter alia multa *de bello Siculo*, quod opus ab eo absolutum non est propter immaturam mortem. Quod si absolvere potuisset, merito sibi secundum locum vendicasset, ut ait Fabius. Extat ejus carmen quo eleganter deflevit Ciceronis mortem. Vide *Cicero*.

Cornelius Valerianus, scriptor antiquus: de quo Voss. Hist. Lat. p. 700.

Cornelius Bocchus inter Rom. scriptores refertur à Plinio, lib. 16. cap. 40. & alibi.

Cornelius Tacitus, historicus eximius. Vide *Tacitus*.

Cornelius, Centurio Romanus à D. Petro Apostolo sacrosancto lavacro Cæsarea tinctus fuit. Act. 10. Et ibi primus Episcopus, omniumque gentium, qui crediderint merito extitit primitiæ, quòd primus Spiritu sancto repletus fuerit. Origen. super Numeros.

Cornicularius, ut Sigonius existimat, fuit minister Tribuni Mil. qui vigilias ejus loco circumibat, atque ejus imperia Corniculo edebat. Val. Max. cap. *de Pudicitiâ*. *M. Lætorio Tribuno Militum Cominius Tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd Cornicularium suum stupri causâ appellasset.* Frontinus Stratagem. lib. 3. *Tanquam tribuni Cornicularius vigilias excitavit.*

Cornificius,

Cornificius, iiſdem temporibus in poeticâ floruit, quibus in ſcribendâ hiſtoriâ Salluſtius, Lucius, & Corn. Nepos. Ingenio eleganti ac lepido fuit, atque in ſcribendis epigrammatis verſatus. Sororem habuit *Cornificiam*, ut ſcribit Euſebius, cujus carmen in magno pretio habebatur. Fuit etiam *Cornificius* amicus Ciceronis paternus & collega, ad quem extant multæ Ciceronis ipſius Epp. lib. 1. Fam. Ep.

Corniger, Bacchus dictus eſt, quod nimio vini potu truces homines reddantur, & tunc, ut ait Ovidius lib. 1. Art.

——— *Sumit cornua pauper.*

Eodem ſenſu Horat. in Odis.

Vireſque & addis cornua pauperi.

Alii, quia Bacchus idem cum Sole eſſe cenſetur. Radii autem ſolares inſtar cornuum ab antiquitate expreſſi ſunt. Vide & Macrob. in Saturnal. Imo & apud Ebræos radii cornua vocantur.

Cornutus, Leptites genere (eſt autem Leptis Africæ civitas) Stoicus Philoſophus, quem à Nerone propter liberiorem de ejus carminibus vocem multatum exilio referunt Dio & Euſebius in Chronico. Multa de eo falſa & inepta Suidas, cui fidem habere caveant tirones. Perſii præceptor fuit, ut non obſcurè in penultima Sat. ipſe teſtatur.

Cum primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit,
Me tibi ſuppoſui, teneros tu ſuſcipis annos
Socratico, Cornute, ſinu.

Multa eum in philoſophicis ſcripſiſſe, conjicimus ex Hieronymi ad Magnum oratorem epiſtolâ: putamus enim hunc eſſe Cornutum illum, de quo multa Origenes in Stromateas ſuos tranſtuliſſe dicitur. Fuiſſe vero non ſolum philoſophiæ cognitione clarum ſed & aliis ſtudiis, hiſtoria arguit, quam Dio narrat de adhibito illo à Nerone in conſilium ſuper inſtituto carmine de rebus geſtis Romanorum. Nam Neronem ab omni philoſophiâ fuiſſe alienum conſtat, neque vero cauſæ quicquam erat, cur de pangendis verſibus Stoicus conſuleretur; niſi etiam eruditionis laude, & diſciplinis humanioribus excultus fuiſſet Cornutus. Quare Dio illum ait ὁπὶ παιδείᾳ ἐυδοκιμῆσαι τότε, (*eruditionis opinione claruiſſe*) non autem ὁπὶ φιλοσοφίᾳ. Cum igitur in utroque genere excelluerit Cornutus, quæſtionis eſt, idemne hic an alius ab hoc diverſus fuerit Annæus ille Cornutus Grammaticus, quem in Virgilium & alios poetas commentarios edidiſſe conſtat, & paulo ante Gellii memoriam Romæ grammaticam eſſe profeſſum. De hoc igitur ſtudioſi quærant amplius: nobis quidem non videtur. Multa quoque Porphyrius in Εἰσαγωγῇ in Categorias de Cornuto quodam: ubi inter alia eum ſcripſiſſe τὰς Ῥητορικὰς τέχνας & γεγραφὼ σοὶς Ἀθηνόδωρον Stoicum, auctor eſt. De hoc quoque quis ille fuerit cogitemus. Caſaubonus.

Cornutus, Prætor urbanus Romæ, Ciceronis temp. de quo ſic ipſe ſcribit Epiſt. lib. 10. *Placuit nobis, ut ſtatim ad Cornutum Prætorem urbis literas deferremus, qui, quòd Conſules aberant, Conſulare munus ſuſtinebat more majorum.*

Coræbus, Mygdonis fil. qui Caſſandræ amore incenſus, quam Priamus ei deſponderat, poſtremis belli Trojani temporibus ad Trojam venit, ſocero & Phrygibus auxilium laturus, fruſtra ei ſuadente ſponsâ, ut in patriam reverteretur, certiſſimoq; exitio, quod toti urbi imminebat, ſeſe eriperet, cujus verbis cum fidem non adhiberet, poſtremâ illâ nocte quâ Ilium cecidit à Peneleo Græco quodam fuit interfectus. Virg. Æn. 2.

——— *Juveniſque Coræbus*
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat inſano Caſſandræ accenſus amore.

Hinc proverbium: *Stultior Coræbo.* Vide Barthium ad Stat. Theb. pag. 226. Item Coræbus curſor optimus Elidenſis, qui à Neoptolemo interfectus eſt. Pauſanias.

Corona, ſignum cœleſte ſupra humerum Arctophylacis eſt, novem ſtellis conſtitutum in orbem diſpoſitis, cum Scorpione exoriens, occidens autem exoriente Cancro. Virgilius Georg. 1.

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſſiaque ardentis decedat ſtella Coronæ.

Manilius Aſtron. lib. 1.

At parte ex aliâ claro volat orbe Corona,
Luce micans variâ, nam ſtella vincitur una
Circulus in medio radians, quà proxima frontem
Gnoſſia deſertæ fulgent monumenta puellæ,
Candidaque ardenti diſtinguit lumina flammâ.

Vide *Ariadne.*

Coronis, quæ & Arſinoe, Phlegyæ, vel, ut alii tradunt, Leucippi filia; quæ cum formâ eſſet non ineleganti, Apollini placuit, à quo & vitiata & gravida facta eſt. Verum cum poſtea Iſchidi cuidam Theſſalo, mutuo ejus amore capta, ſui copiam faceret, à Corvo deprehenſus eſt, ex quo cum Apollo amicæ perfidiam cognoviſſet, telis eam confodit, puerumque (qui poſtea Æſculapius dictus eſt) ex utero ejus exemptum Chironi Centauro tradidit educandum. Ovid. Met. l. 2.

Pulchrior in totâ quam Lariſſæa Coronis
Non fuit Æmoniâ.

Coronis, Dea fuit, quæ in Sicyone colebatur, cujus tamen ſimulachrum peculiare templum nullum habuit, ſed cum ſacrificii tempus acceſſit, id in Palladis ſacraria transferebant, honoreque proſequebantur.

Val. *Corvinus*, de quo vide Liv. lib. 7. Gell. 9. Plin. 7. 48. Val. Max. 8. 14. Prop. l. 3.

Et cui cognomen corvus habere dedit.

Ovid. 1. Faſt.

Ex uno quidam celebres, aut torquis ademptí,
Aut Corvi titulos auxiliaris habent.

Manilius lib. 1.

Et cum militiâ volucris Corvinus adeptus
Et ſpolia, & nomen qui geſtat in alite Phœbum.

Coruncanus, primus de plebe Pont. Max. factus, teſte Livio. Cicero in Orat. *pro domo ſuâ* ad Pontifices, ſapientiſſimum & peritiſſimum fuiſſe dicit. Is cum legatus ad Teucrum Illyricorum regem miſſus eſſet, in reditu contra jus Gentium interfectus eſt. *Coruncanus* alter adverſus Amilcarem Barcham in Siciliam miſſus eſt. Polybius.

Corus, ventus ſpirans ab occaſu ſolſtitiali. Plin. Sen. in Thyeſte:

Brutium Coro feriente pontum.
——— *Cœli fuſcator Eoi*

Lucano dicitur lib. 1. Idem lib. 7.

——— *Victus violento navita Coro*
Dat regimen ventis. ———

Stat. lib. 7.

Non aliter cæco nocturni turbine Cori
Stat peritura ratis, cum jam damnata ſororis
Igne Therapnæi fugerunt carbaſa fratres.

Silius, lib. 1.

Qualis ubi Ægæo ſurgente ad ſidera ponto
Per longum vaſto Cori cum murmure fluctus
Suſpenſum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tremunt, ſonat ille procul, flatuque tumeſcens
Curvatis pavidas tranſmittit Cycladas undas.

Alias *Caurus* dicitur. Virg. Geor. 3.

Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

Ideo Martinius ſic dici putat ab Ebræo קר *car*, i. e. *frigus.* Certe Virgilio, lib. 5. *Hyberni Cori* vocantur.

Corybantes, Cybeles ſacerdotes, qui ſacro furore correpti, cymbala pulſabant, capitaque inter ſaltandum jactantes alios in ſimilem rabiem agebant. Homerus βυπδρμονας vocat. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuiſſe dicuntur, poſtea autem in Cretam navigaſſe, & montem quendam incoluiſſe, quem à nomine relictæ ſedis etiam Idam appellarunt; ubi & Jovem infantem aluerunt, tympana jugiter pulſantes, ne Saturnus (qui cum Titane fratre convenerat, ut ſobolem omnem maſculam interficeret) puerum vagientem audiret. Sunt qui *Curetas* & *Corybantas*, & *Cabiros*, ac *Idæos Dactylos* eoldem eſſe putent. Diodorus Sic. Corybantem ſcribit Jaſonis & Cybeles filium fuiſſe, ac ſimul cum Dardano ſacra Matris Deum in Phrygiam detuliſſe, eoſque qui in ſacrificia ejus Deæ incumbere voluerunt, de ſuo nomine *Corybantes* appellaſſe. Sing. numeri nominativus eſt *Corybas*, quo uſus eſt Claudianus de Rapt. Proſ. lib. 2.

Non te progenitum Cybeleius ære canoro
Luſtravit Corybas. ———

Sidonius

Cum ſectus recalet Corybas, cui gutture rauco
Inguen per bifores regemunt cava buxa cavernas.

Ubi benè buxa, utpote in hiſce ſacris adhiberi ſolita. Val. Flac. lib. 2.

——*Horriſonæ reſpondent Gargara buxo.*

Claud. 1. de Rapt.

——*Corybas non impulit enſem*
Non buxus, non æra ſonant.

Virg. Æn. 9.

Tympana vos buxuſque vocat Berecynthia.

Papin. lib. 5.

——— *Inſano veluti Theumeſia Thyas*
Rapta deo, cum ſacra vocant, Idæaque ſuadet
Buxus, & à ſummis auditus montibus Evan.

Idem, lib. 9.

— *Quum Bacchica mugit Buxus.*

Et lib. 2. Achil.

——— ——— ——— *Buxus*
Signa dedit, quater æra Rheæ quater Evia pulſant.

Seneca in Agamemnone.

Quæ turritæ turba parenti
Rectore rauco concita buxum Ferit.

Val. Flac. lib. 3.

——— *Barbara buxus*
Si vocet & motis ululantia Dindyma ſacris.

Hesychius: Κορύβας. Ῥέας ἱερεῖς.
Horat. Carm. 1. Od. 16.
——*Non acuta*
Sic geminant Corybantes æra.
Virgil. Æn. 10.
——*Corybantiaque æra.*
Hinc κορυβαντᾶν est *insanire*, & *mente captum esse*. Hesychius. Κορυβαντιάσης, μαινομένης, ἢ ἐπιθεατικῶς δαιμονιζομένης. Strabo, lib. 10. sic dictos ait ἀπὸ τῆς κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς, *quia cum saltatione incederent*. Ait idem Corybantes vocari τοὺς μανικῶς κινουμένους, *furiosè se moventes*; cum autem autem non sit ulla corporis motio μανικωτέρα, quam quæ ordine naturæ inverso capite incedit, putat Palmerius ab eo dictos Κορύβαντας, nam κόρυ vox antiqua *caput* significabat. Ergo ἀπὸ τῆς ὀρχῆς τὸ κόρυ βαίνειν dicti Κορύβαντες.

Corycus, luctator nobilis, qui cum neminem reperiret priorem, aut parem, cujusque viribus succumberet, proverbio fecit locum, *Luctari cum Coryco*, de his qui supra vires aliquid moliuntur.

Corydeus, Hesychius: Κορυδεύς, ὄνομα κύριον, ἐπεὶ ἐκωμῳδεῖτο διὰ δυσμορφίαν καὶ ὅτι παῖδες αὐτῷ. Vide Diogen. p. 224. & Barth. Adversar. p. 251.

Corydon, pastoris nomen à Theocrito & Virgilio celebrati. Vide de la Cerda ad Virg. Ecl. 2.

Coryneta, vel *Corynetes*, latro famosissimus, Vulcani filius, cum juxta Epidaurum hospites clavâ quâdam, quæ Græcis κορύνη dicitur, trucidaret (unde & hoc nominis sibi sumpsit, cum prius Periphatus vocaretur) à Theseo fuit interfectus. Suid. Plutar. Item *Areithoi* cognomen. Hom. Iliad. η.

Τεύχεα δ' ἔχων ὤμοισιν Ἀρηϊθόοιο ἄνακτος.
Δίου Ἀρηϊθόου, ὃν ὀπίζεσκον Κορωνῆτιν
Ἄνδρες λίχνησκον, κεκλήζοντο δ' γυναῖκες.
Οὕνεκ' ἀρ' ὃ τοῖσι μαχέσκετο, δύεί δ' μαχρῷ,
Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορυνῇ ῥήγνυσκε φάλαγγας.

Cosconius, vetus auctor, de quo Voss. Hist. Lat. pag. 700.

Cosme, Κόσμη Ægyptiaca prodendo memoriam sui extendit. Eorum ex primo Schol. Apollonii in lib. 4. variorum adfert sententias de quæstione eâ, Quænam gens sit antiquissima?

Cosmeta, ornator, servus in familiâ, cui domini, dominæve exornandi cura incumbit. Juvenal. Sat. 6.
Ponunt Cosmetæ tunicas.
Id est, ancillæ, quæ mundum, & vestes dominæ curant, & ornatum ejus custodiunt & purgant, deponunt tunicas, & vestes exuunt, ut nudæ virgis cædantur. Ita enim *ponere* sumitur pro *deponere*, ut apud Catullum.
——*Quas pastor viderat olim*
Idæis tunicam ponere verticibus.

Cosmus, unguentarius nobilis. Mart. 11. 9.
Quod Cosmi redolent alabastra focique Deorum.
Juvenal. Sat. 8.
——*Cœnet licet ostrea centum*
Gaurana, & toto Cosmi mergatur aheno.
Ubi vetus Schol. *Cosmus luxuriosus fuit, qui solium in quod descendebat, multis diversorum unguentorum odoribus miscebat.* Hinc *unguentum Cosmianum.* Mart. 12. 55:
Aut libram petit illa Cosmiani.
Petronius: *Affert vobis alabastrum Cosmiani.* Vide Rader. ad Mart. lib. 14. ep. 100.

Cossus, Corn. Lentulus, consul cum M. Asinio Agrippa an. U. C. 777. Alius collega L. Calphurnii Pisonis an. ab U. C. 753. Tertius consul cum Claudio Cæsare Nerone an. ab U. C. 812. Denique *Cossus* Trib. Mil. De quo Virg. Æn. 6.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?
Est & hoc nomine hæredipeta celebratus, Juven. Sat. 10.
Ut captatori moveat fastidia Cosso.

Cossutiorum familia apud Rom. ex quâ *Cossutia* uxor Cæsaris. Sueton. Sic *Cossuvii*, & *Cossuviani*.

Cotiso, Dacorum rex, cujus exercitus, cum Pannonias invasisset, à Cornelio Lentulo, duce Augusti Cæsaris victus est. Horat. in Odis. *Occidit Daci Cotisonis agmen.* Abrahamus Mylius, lib. de linguâ Belgicâ, cap. 26. *Cotison*, quasi *Gotes son*, i. e. linguâ Belg. *Dei filius.* Sic nempe Dux ille dictus est, quia optimates se, suosque liberos pro Deorum progenie ab aliis haberi volunt.

Cotta, Orator, qui cum Sulpitio æquali disserit apud Ciceronem in dialogis de oratore. Legem tulit, ut liceret Tribunis plebis alios recipere magistratus, quòd lege Syllæ iis erat ademptum. Singularem ejus dicendi facultatem ac dexteritatem multis nominibus laudat Tullius, lib. de Oratore ac in Bruto. Alter *Cotta* contra Mithridatem infeliciter pugnavit, Syllam Cæsari conciliavit. Tertius, Legatus Cæsaris in Galliâ, insidiis circumventus ab Ambiorigis Ducis exercitu interficitur. Ascon. Pædianus. Hic videtur is esse, qui librum de Rep. Rom. conscripsit, teste Athenæo, lib. 6.

Cottus, Gigas centimanus, Hesiod. in Theogon.

Ἄλλοι δὲ αὖ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄβριμοι, ὄχ ὀνομαστοί,
Κόττος τ' Βριάρεώς τε, Γύγης θ', ὑβριστὰ τέκνα,
Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
Ἄπλαστοι, καρθμαὶ δ' ἑκάστῳ πεντήκοντα
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ὀπὶ στιβαροῖσι μέλεσσι.

Vide Palæphatum.

Cotys, Latina terminatione *Cotus*, Thraciæ regum nomen. Nepos in Iphicrate, *Mnesthea filium reliquit ex Thressâ natum Coti regis filia.* Idem in Timotheo *Cotyn* Græcâ ratione vocat. Cotyn Thraciæ regem in Pompeianâ militiâ commemorat Cæsar, lib. 3. De bello Civili, c. 4. Ubi vide Ciacconium. Pompeianas partes fovit. Lucan. l. 5.
——*Fortemque Cotyn, fidumque per arma*
Deiotarum.——
Hic, cum naturâ esset iracundior, & asper eorum qui in ministeriis deliquissent, castigator, vasa fictilia, tenuia quidem & fragilia, sed cælaturis quibusdam & sculpturis eleganter elaborata, sibi ab hospite allata, simul omnia confregit, ne in eos qui illa fregissent, asperius animadverteret. Plut. in Apophth. Alius regis Thraciæ hoc nomine mentio est apud Tacitum 2. Annal. cap. 64. &c. Hic ille Cotys est ad quem, Ovid. Eleg. 9. lib. 3. de Ponto scripsit, exul scilicet in ejus regno.
Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi pervenit usque Coty.
Coti Odrysarum regis meminit Livius; Alius Coti Ædui Cæsar de bello Gallico.

Cotytto, ûs, Dea impudicitiæ, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur ejus sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ ab illa vocantur *Cotyttia*. Hanc Probus saltatricem fuisse existimat, unde etiam sacerdotes ejus lascivis saltationibus mores ejus referebant. Juvenal. Sat. 2.
Talia secretâ coluerunt orgia tædâ
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.
Horat. Epod. ult.
Inultus ut tu riseris Cotyttia
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis.
Vide Politian. Miscellan. cap. 10. Hesychius. Κοτυττὼ, ἡ μὲν Εὐπολις κατ' ἐμβολὴν τὸ ϖεῖς τοῦ Κοεινθίους φορτικὸν πνα δαίμονα διαπιδᾷ.

Cranaus, Athenarum rex, qui Cecropi in regno successit, à quo inquilini *Cranai* dicti.

Crantor, Solensis, Academicus Philosophus, Platonis auditor & Zenocratis condiscipulus ac Palæmonis, qui novis opinionibus Academiam Platonicam repleverunt. Hic scripsit librum de Consolatione, quem Cicero æmulatus est & de quo hoc reliquit elogium. *Est ille quidem non magnus, sed vere aureolus, & ad verbum ediscendus libellus.* Periit aquæ intercutis morbo. Taxavit Stoicorum indolentiam, quæ esse nullo modo potest, nisi plane hominem saxeum esse velimus' & omni sensu planè carentem. Cum Chrysippo eum conjungit Horatius, ubi de Homero ad Lollium.
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.
Item *Crantor* Pelei armiger, à Demoleonte Centauro interfectus. Ovid. Met. 12.

L. Crassus, Orator, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore, accusavit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens. Summam ingenii non laudem modo, sed etiam admirationem est consecutus; Defendit postea Liciniam virginem, cum annos 27 natus esset. In Bruto Ciceronis est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio, & Scævolâ comparatio. Deploratur multis verbis ejus mors à Tullio in exordio, lib. 3. De Oratore. Macrobius Sat. 2. 11. *Is tamen Crassus vir Censorius (nam cum Cn. Domitio censor fuit) cum supra cæteros disertus haberetur, esset que inter clarissimos cives princeps, tamen murænam in piscinâ domus suæ mortuam atratus tanquam filiam luxit. Neque id obscurum fuit, quippe Collega Domitius in senatu hoc ei quasi deforme crimen objecit.* Ælianus. Καὶ ϖότε Δομετίῳ ϖρὸς αὐτὸν εἰϖόντος, Ὡς μᾶζε μόγειναν ἑλκαυσας ϖεδιεῶζ. Ὁ δ' ὑϖολαβὼν, ἐγὼ δηεῖον ἔφατο, σὺ δ' ηξῆς γυναῖκας δεῖλας ὄκ ἑλκαυσας.

P. Crassus, Oratoris frater, Juris peritissimus, in dominatione L. Cinnæ Marianarum partium, ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Cæterum de morte ejus, & patris sui variant authores. Lucan. lib. 2.
——*Truncos laceravit Fimbria Crassos.*
Vide Appianum & Florum, lib. 3. cap. 21. itemque Livii Epitomatorem.

M. Crassus,

M. Craſſus, P. Craſſi filius. Romanorum omnium ditiſſimus: Negavit quempiam divitem habendum, qui annuo rēditu exercitum alere non poſſet. Hic ad bellum Servile miſſus, adverſus Spartacum gladiatorem, qui fugitivorum ingenti contractâ manu, Vatinium, Gellium, ac Lentulum Roman. Imperatores fugaverat, 12 millibus hoſtium unà cum eorum duce cæſis, apud Rhegium juxta Leucadis paludem victoriâ potitus eſt, urbemque ovans intravit, lauro, novo exemplo coronatus, cùm cæteri ante eum non niſi myrteam coronam accepiſſent. Poſtremo cum ei Syria ſorte obtigiſſet, profectus ad bellum Parthicum, ibi cum filio à Surenâ regis Præfecto captus, atque interfectus eſt. Et quoniam auri cupiditate expeditionem ſuſcepiſſe credebatur, Barbari liquefactum aurum in os ejus infuderunt, jubentes, ut ſaltem mortuus ſeſe auro ſatiaret, cujus famem vivus nunquam ſedare potuiſſet. Lucan. lib. 1.

——*Poſtquam crudeli funere Craſſus*
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras.

Hiſtoriam ejus habes apud Appian. in Parthicis & Plut. in M. Craſſo, & Florum lib. 3. Mem. & Strabo lib. 6. qui *Sinnaca* locum, ſive civitatem nominat ἐν ᾗ Κράσσον διεφθάρη δόλῳ λιφθεὶς ὑπὸ Σουρήνα τοῦ τῶν Παρθυαίων στρατηγοῦ, ut idem inquit. Cæterum Craſſi filii defuncti uxorem Corneliam, Metelli Scipionis filiam Pompeius uxorem duxerat, poſt mortem Juliæ, ut Plut. tradit, quare etiam eò reſpexiſſe Lucanus nonnihil videtur, cum dixit

——*Umbrâque erraret Craſſus inultâ.*

Quaſi tacitè moneret, Craſſi, utpote affinis ſui cædem ulciſcendam potius fuiſſe.

Craſſus, Craſſi divitis avus, nunquam riſiſſe fertur: ob id *Agelaſtus* eſt vocatus, Plin. 7. 19.

Craſſus, M. Craſſi divitis fil. Cæſaris legatus fuit in bello Gallico: In Cæſarinis tandem partibus adoleſcens occubuit. Fuit autem diſcipulus Ciceronis, de quo ille in Oratore.

Craſſus, P. Licinius ante ætatem Pont. Max. factus, quod nunquam antea contigit. Conſul profectus eſt contra Ariſtonicum Eumenis filium, in quo prælio profligato exercitu, ipſe, ne in manus hoſtium veniret, baculo Barbarum quendam in acie oculo converberato, in ſui necem provocavit. Val. Max.

Craſtinus, pugnam Pharſalicam exorſus eſt, cui diras imprecatur hoc modo Lucanus, lib. 7.

Dii tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed ſenſum poſt fata tuæ dent, Craſtine, morti,
Cujus torta manu commiſit lancea bellum,
Primaque Theſſaliam Romano ſanguine tinxit.

Craterus, Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam ejus res geſtas conſcripſit. Plut. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 347. & 462.

Craterus, ſtatuarius nobilis, quem probatiſſimis ſignis Palatinas domos Cæſarum repleviſſe, author eſt Plin. 36.

Craterus pictor, qui Comœdos Athenis in Pompeio pinxit. Plin. 35. 11.

Craterus, Antigoni Regis frater, Scriptor antiquus; citatur à Phlegonte Tralliano Mirabil. cap. 32.

Craterus, medicus inſignis, Cic. lib. 12. ad Atticum. Hujus ſervum ſcribit Porphyrius Tyrius morbo inuſitato affectum, quum medicamenta non prodeſſent, vipera piſcis in formam figuratâ & ab eo devorata ſanum factum. *Crateri* meminit etiam Horatius. 1 Serm. Sat. 3.

Non eſt Cardiacus (Craterum dixiſſe putato)

Itemque Perſius.

Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

Crates, Thebanus Philoſophus, Cynicus, Diogenis diſcipulus, qui, Suidâ ac Diogene Laertio teſtibus, in pecuniam omnem ſubſtantiam redigens, apud Trapezitam depoſuit, hâc lege, ut ſi filii philoſophi eſſent, eam indigentibus civibus diſtribuerit, nihilo philoſophos indigere exiſtimans: Si autem idiotæ, eis redderet, ut, vacuis virtute, ſaltem opes opitularentur. Philoſtratus autem in vitâ Apollonii, & Diocles eum ſubſtantiam ſuam aiunt in mare projeciſſe, uti liberius philoſopharetur, atque dixiſſe, *Abite peſſum malæ cupiditates, Ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis.* Neque enim putavit ſe poſſe, & virtutes, & divitias ſimul poſſidere. Sen. Ep. 10. Crates Stilponis auditor cum vidiſſet adoleſcentulum ſecreto ambulantem interrogavit, Quid illic ſolus faceret? Mecum, inquit, loquor. Cui Crates, Cave, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Emicuit autem Demetrii Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obſidentem miſſus legatus ſuâ authoritate eum ab obſidione patriæ removit. Plut.

Crates, Athenienſis, poeta Comicus, antiquæ Comediæ, auditor Polemonis philoſophi. Suidas. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 31. & 56.

Crates, Grammaticus ſub Ptol. Philometore, æqualis Ariſtophanis Grammatici, cognominabatur *Criticus*, ſive *Homericus*, ſcripſit in Iliaden & Odyſſeam lib. 59. Comment. Suidas. Studium Grammaticæ Romam primus intulit, teſte Suetonio: miſſus enim ad Senatum ab Attalo rege, ſub ipſam Ennii mortem plurimas acroaſes fecit, aſſidueque per omne tempus legationis diſſeruit.

Crates, Pergamenus, res mirandas de variis gentibus literis prodidit. De quo Plin. 7. 2. & Ælianus de Animalibus 17. 9. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 347.

Cratinus, poeta Comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus in Dionyſiis Athenis Satyricam fabulam induxit. Hor. lib. 1. Serm. Sat. 4.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poetæ.

Perſius Sat. 1.

——*Audaci quicunque afflate Cratino.*

Scholiaſt. Ariſtoph. Κρατῖνος ὁ τὴν παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητὴς αὐχηρὸς καὶ λοιδορίας ὄζων· Οὐ γὰρ ὥσπερ Ἀριστοφάνης ἐπιχέειν τὰ χείλεα τοῖς σκώμμασι πιεῖ, τὸ φορτικὸν καὶ ἐπιπόνως διὰ παντὸς ἀναιρῶν· ἀλλ' ἁπλῶς καὶ παρρησίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πᾶσι τοῖς βλασφημίας καὶ ἀμῶμον λόγον. Hic autem tuit ſupra modum gulæ ac omni voluptatum generi deditus, & præcipuè ebrietati, ad quod alludit Horatius in Epiſt.

Priſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla placere diu nec vivere carmina poſſunt
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Vide Voſſ. de P. Gr. pag. 30.

Cratippus hiſtoricus Thucydidis æqualis, ea quæ à Thucydide omiſſa erant complexus fuit. Auctor Dionyſ. Halicar. Mem. quoque Marcellinus in vitâ Thucydidis.

Cratippus, Mitylenæus, quem Athenis docentem audivit Marcus filius Ciceronis, ut eſt in proœmio librorum de officiis. Hic Pompeium poſt Pharſalicam pugnam fugientem apud Mitylenem conveniens ultro ſolatus eſt verbis philoſophicis, ad ſpemque hortatus, cum quædam de Providentiâ diſſeruiſſet, reſque Romanas tandem labi eſſe neceſſe affirmaret. Plut. in Pompeio.

Crator libertus fuit M. Aurelii Veri, at deſcripſit exactè, nomina, temporaque conſulum, atque aliorum, qui annuum magiſtratum Romæ geſſerunt annis 453. Teſtis Theophilus ad Autolyc. lib. 3.

Cratylus, philoſophus, cui Plato librum de ſignificatione nominum inſcripſit.

Creon, ontis, Corinthiorum rex, prædonis Siſyphi filius, qui Jaſoni poſt Medeam repudiatam filiam ſuam natu minorem nomine *Creuſam* uxorem deſpondit; quam rem iniquo animo ferens Medea coronam naphthâ illitam ſponſæ dono miſit, quæ ſub noctem, luminibus accenſis, concepto igne, non modo illam, verum etiam ſponſum, & ſocerum cum totâ regiâ concremavit.

Creon, Thebanorum rex, Menotii fil. & Jocaſtæ frater, qui Laio, ab Oedipo filio occiſo, regni adminiſtrationem arripuit. Verum cum Sphinx Typhonis & Echidnæ filia Thebanum agrum crudeliſſimè vaſtaret, neque aliud tantæ calamitatis remedium oſtenderetur, quam ſi quis ænigma ab illa propoſitum diſſolviſſet, Creon, propoſito per univerſum Græciam edicto, ſi quis id præſtare poſſet Jocaſtam, Oedipi matrem viduam, illi ſe uxorem daturum pollicitus eſt, regnoque Thebanorum ultro ceſſurum. Quibus præmiis illecti non pauci cum propoſitum ænigma diſſolvere non poſſent à Sphinge occiſi, temeritatis ſuæ pœnas dederunt, donec ad rei famam excitus Oedipus, Laii & Jocaſtæ filius ænigma explanavit. Quam rem tam ægrè tulit fera, ut protinus ſeſe ex prærupto monte dederit præcipitem. Hâc itaque viâ Thebanorum regnum adeptus Oedipus, matrem imprudens uxorem duxit, cum paulo ante etiam patrem occidiſſet. Quibus flagitiis poſtea cognitis, tantum ex iis animo dolorem concepit, ut lucis pertæſus, utrumque ſibi oculum eruerit, Antigoneſque filiæ ductu Athenis ſeſe in exilium contulerit, regno Eteocli & Polynici filiis ſuis, eâ conditione, relicto, ut alternis annis imperarent. Cum autem Eteocles (cui, quòd major natu eſſet, priores vices Polynices conceſſerat) exacto jam anno fratrem non reciperet, graviſſimum eâ occaſione inter Argivos & Thebanos bellum eſt exortum: In quo cum fratres ambo mutuis vulneribus cecidiſſent, Creon denuo regni gubernacula recepit. Verum cum præter alia complura inclementiæ ſuæ exempla, Antigonam & Agriam interficiendas curaſſet, quod illa fratres, hæc virum ſupremo ſepulturæ honore eſſent proſequutæ, cumque occiſorum Thebanorum propinquos funeris officio prohiberet, Theſeus Thebanarum matrum querelis commotus, Creonti bellum indixit, prælioque victum vitâ exuit. Statius in Thebaide.

Creon, primus Archon annuus Athenienſium. Velleius lib. 1. *Ex annuis (archontibus) primus Creon.* Euſebius in Chron. Ἔδοξεν αἱρεῖσθαι ἀρχοντα κατ' ἐνιαυτὸν, ᾧ πρῶτος ἡγήσατο ἐνιαυσίου ἄρχων Κρέων, ὅτε ἡ ὀγδοὰς πεπλήρωτο Ὀλυμπιάς.

Creophilus Samius, quem aliquando tradunt, ſuſcepto hoſpite Homero, accepiſſe ab eo donum, inſcriptionem poematis quod *Oechaliæ captivitatem* vocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium ſtatuit, quod quanquam Creophilus opus compoſuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hoſpitium. Quidam hunc Homeri magiſtrum tradunt, alia vero non hunc, ſed Ariſteam Proconneſium. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 347.

Crephegenetus, corruptè pro *Knephagenetus*, illud etiam corruptè pro Κνηφ αγενη. Vide *Cneph.*

Crepi, Luperci dicti ſunt à crepitu pellicularum, quem verberantes faciunt. Mos enim erat Romanis nudos diſcurrere in Lupercalibus, & obvias quaſque fœminas flagris ex pellibus confectis ferire. Feſtus.

Creſcentius Numentanus, Conſulem Rom. titulo ſe præferens, urbis dominium cepit. Item Philoſophus quidam Cynicus, Juſtino Martyri infenſus. Tatianus contra Gentes.

Cretheus, Æoli filius qui ex Tyro Salmonei fratris filiâ Æſonem genuit. Inde *Cretheia virgo* apud Val. Flaccum lib. 1. pro Helle Crethei nepte.

Crethon, Dioclis fil. qui cum patre Orſilocho ad bellum Trojanum profectus eſt, Græcis auxilium laturus. Verum cum duo hi fratres nimium ſuis viribus freti cum Æneâ congredi non dubitarent, ab eodem interfecti temeritatis ſuæ pœnas dederunt, vixque eorum cadavera à Menelao & Antilocho ex hoſtium manibus eripi potuerunt. Hom. Iliad. 5.

Creticus, Oratoris nomen, ponitur autem pro quovis judice. Juvenal. Sat. 2.

——— *Sed quid*
Non facient alii, cum tu multitia ſumis
Cretice? ———

Idem ibidem.

Acer & indomitus, libertatiſque magiſter
Cretice pelluces. ———

Creuſa, Creontis Corinthiorum regis filia, quam Jaſon, repudiatâ Medeâ, uxorem accepit, quamobrem Medea indignata, carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo incluſum per filios ſuos miſit. Eos vero præmonuit, ut ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur videndi cupida, nihilque mali ſuſpicans, ſcriniolum aperuit, & continuo evolavit ignis, Creuſamque & totam Creontis regiam exuſſit. Ovid. 1. de Art. Amand.

Cui non deſleta eſt Ephyrææ nata Creuſæ.

Creuſa, Erichthei filia. Alia Cecropis filia. De quibus vide Meurſium de Reg. Athen. lib. 2. capp. 13. & 14.

Creuſa, Priami & Hecubæ filia, Æneæ conjux, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilii ab Æneâ, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filiumque manu ducebat, perditam fuiſſe in itinere, dum vias notas exceſſiſſet, tradit Virg. Æn. 2. Sed nonnulli eam ab ipſo Æneâ ex pactione cum Græcis factâ occiſam volunt, ne quis ex ſemine Priami ſupereſſet. Alii rurſus non occiſam, ſed deſertam tradunt, idque eo conſilio, ne novas ſedes, novaque fœdera (quæ fere nuptiis ſolent coaleſcere) longinquis in regionibus quæſituro uxor obeſſet.

Crinis, Sacerdos Apollinis, qui cum ſacra Dei neglexiſſet, atque ob hoc nihil penitus fructuum eo anno collegiſſet, omnibus rebus à muribus corroſis, tanto detrimento commotus, ſacra Deo peregit; quo facto Deus illico mures omnes ſagittis ſuis perdidit, atque ex eâ re *Smintheus* Apollo dictus eſt: Cretenſes enim mures *Sminthas* vocant.

Pet. *Crinitus* Florentinus, præter libros de honeſtâ diſciplinâ etiam ſcripſit vitas Poet. Latinorum. Politiano præceptore defuncto, nobiles adoleſcentes erudiebat, ſed ita ut familiarius aliquanto cum iis verſaretur. Ea res, ut Jovius narrat, morti cauſam præbuit. Nam poſt cœnam, dum jocosè rixatur, cantharo frigidæ à petulanti convivâ perfuſus obriguit; dolorque contumeliæ in ἀκμῇ ætatis deceſſit. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. p. 673.

Criſon, Himeræus ſtadio vicit, Philiſco Archonte an. 1. Olymp. 83. teſtibus Dionyſ. Halicarnaſſæo lib. 11. Diod. Siculo lib. 12. Pauſaniâ Eliacis prioribus, itemque Euſebio, apud quem Κείσων ſcribitur, quemadmodum etiam apud Platonem de Legg. lib. 8 Καὶ ὴ ϗ Κείσωνα ϗ Ἄσυλλον ϗ ἄλλους παμπόλλους, ὁ αὐτός τε λόγος ἔχει. Clemens Strom. 3. Φασὶ ϗ ϗ ἀθλητὰς ὐκ ὀλίγους ἀφεῤῥιδίων ἀπέχεσθαι δι' ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατευομένους, καθάπερ ὁ Κροτωνιάτης Ἄσυλλος, ϗ Κείσωνα ὁ Ἰμεραῖον. Apud Ariſtophanem in quadam fabulâ corrupte Γείσων ſcriptum fuerat, unde eſt Heſychii Gloſſis. Γείσων ὗς. Ἀεισφάτης ὄνομα δεσμίου νενικηκότος ἐν Ὀλυμπίᾳ ταῦρον.

Criſpinus, Præfectus Prætorii Domitiani Principis, celebratur à Statio in ſylvis, qui patre illum Vectio Bolano, quem comitem habuit in Armenia Corbulo, prognatum ſcribit. At à Juvenale Sat. 1. proſcinditur, tanquam

Pars Niliacæ plebis & verna Canopi.

Et rurſum Sat. 4. ut adulter & inceſtus notatur.

Ecce iterum Criſpinus, & eſt mihi ſæpe vocandus
Ad partes, monſtrum nullâ virtute redemptum
A vitiis, &c.

Item *Criſpinus* Conſul Coll. Juventii Celſi, an. U. C. 865. Alius collega Æliani, an. U. C. 939. Tertius Conſ. cum Juliano, an. U. C. 976.

Criſpus Salluſtius, hiſtoricus Latinus, Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano, elegantiâ dicendi, Atticâ brevitate, ſententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus; à Trogo autem quod orationibus nimis longis utatur, ſicuti & Thucydides. Elogium ejus habes apud Martialem.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Primus Romanâ Criſpus in hiſtoriâ.

Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriuſque invectivis orationibus (modo eorum ſint) conſtat. M. autem Varro Criſpum Salluſtium in adulterio deprehenſum ab Annio Milone loris benè cæſum dicit; & cum dediſſet pecuniam, dimiſſum. Gellius lib. 18. Horatius de eo.

Tutior at multo merx eſt in claſſe ſecundâ
Libertinarum dico; Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui mœchatur.

Qui tamen Horatius alibi eum laudat tanquam liberalem. Carm. 2. Od. 2.

Nullus argento color eſt avaris
Abditæ terris inimice lamnæ,
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.

E contra Aſotiam ejus Lenæus Cn. Pompeii M. libertus perſtrinxit, *Laſtaurum, lurconem, nebulonem, popinonem* adpellans. Sueton. de Illuſtr. Gram. cap. 18. Et clamator ille quaſi Tullius, Salluſtio reſpondens, decoctorem eum depingit & *patrimonium* ei objectat *non comeſum ſed devoratum.* Notavit & Acro in Sat. 1. l. 1. *Quòd Caſſii Nomentani coquum Damam centenis millibus æris conductum habuerit.* Blanditur tamen ei ob amicitiam Cæſaris, de quâ recte Acro & Porphyrio. Et L. Seneca lib. 1. de Clem. cap. 10. ponit Salluſtium in Auguſti *cohorte primâ interioris admiſſionis.* Deceſſit ex hac vitâ quadriennio ante bellum Actiacum, compluribus Hiſtoriæ Romanæ libris perfectis & abſolutis, ſed quorum præter *Conjurationem Catilinæ*, & *Bellum Jugurthinum*, atque fragmenta quædam, temporum injuriâ nihil ad nos pervenit. Vide *Salluſtius.*

Criſpus, Conſtantini M. ex Minervinâ concubina filius, teſte S. Aurel. Victore. Quem pater, urgente Fauſtâ conjuge, interfecit, ut Eutropius in undecimo refert, quam deinceps in ultionem fervido balneo necavit. Oroſius autem auctor eſt tum Criſpum, tum etiam Licinium, Conſtantini ex ſorore nepotem, propter Arianam factionem à Conſtantino è vivis ſublatos eſſe. Alii ferunt Fauſtam Criſpum privignam, cujus amore capta erat, ad libidinem ſæpius tentaſſe: & renuentem, detuliſſe ad maritum, illum voluiſſe ſibi vim inferre, ob idque cæſum eſſe Polæ oppido Iſtriæ; Conſtantinumq; poſt aliquot annos, comperta cauſâ uxorem occidiſſe. Aliis magis veriſimile videtur, Criſpum Fauſtæ inſidiis circumventum occubuiſſe, ne militando filiis obeſſet; atque ob eandem cauſam paulo poſt ſublatum etiam eſſe Licinium. Sozomenus in Tripartitæ primo referri ſcribit, Conſtantinum pœnitentiâ ductum cum Sopatro Philoſopho de Purificatione conſultâſſe, quâ negatâ, perturbatum Cæſarem, invenſſe Epiſcopos, qui ex Baptiſmate purgationem delictorum promitterent, eaque occaſione Chriſtianum eſſe factum. Quod tamen Sozomenus ipſe non credit, temporis argumento ductus. Criſpum ſiquidem 20 Imperii paterni anno (qui eſt à Chriſto nato 330.) defunctum: quum tamen ante ſæpe patri in legibus pro re Chriſtianâ ſanciendis adfuerit. Criſpus hic Lactantium habuit magiſtrum, teſte Hieronymo, & ex eo Sophronio.

Criſpus Paſſienus, quo nihil ſe cognoviſſe ſubtilius in omnibus rebus, maxime in diſtinguendis, curandiſque vitiis Seneca ſcribit Præf. in lib. 4. Nat. Qu.

Critheis, ut ex Ephoro refert Plut. in vitâ Homeri, filia Atellis, quam moriens in Mæonis fratris tutela reliquit. Hic autem cum puellam vitiaſſet, gravidamque feciſſet, atque ob id facti vereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo, Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa vero non multo poſt Homerum peperit, qui *Meleſigenes* prius dictus, & poſtea *cæcus* factus *Homeri* nomen cepit. Ariſtoteles autem lib. 3. de poeticâ longe aliter hæc narrat, ut & Pauſanias ubi de Melete.

Critias, unus è 30 Tyrannis Athenienſibus à Lacedæmoniis impoſitis. Cic. lib. 2. de Orat. Vide Voſſ. P. Gr. p. 44.

Critias, ἐν τῇ πολιτείᾳ citatur à Julio Polluce lib. 7. c. 13. Egit eo opere de variis rebuſp. ac inter alias de rep. Lacedæmoniorum,

moniorum, cujus libri bis mem. Athen. lib. 11. Illuſtre hujus ſcriptoris teſtimonium adducit Clemens penè initio Sexti Stromateon. Putat Voſſius eundem eſſe, cujus Plut. meminit in Lycurgo & Solone. Alius fuit *Critias*, Callæſchri fil. poeta, cujus verſus recitant Plut. in Alcibiade, & Athenæus, lib. 13.

Crito, Athenienſis, Socratis familiaris, quem ex opibus juvit, & cum quo uſque ad extremum vitæ philoſophatus eſt. Alius Pieriota, (Pieria autem eſt urbs Macedoniæ) hiſtoricus, ſcripſit res Perſicas, Siculas, & Macedonicas. Alius genere Naxius, hiſtoricus quoque. Suidas.

Critobulus medicus. Plinius 7. 37. *Magna & Critobulo fama eſt, extracto Philippi regis oculo ſagittâ, & citra deformitatem oris curatâ orbitate luminis.*

Critodemus, res veteres memoriæ prodidit. Plin. lib. 7. cap. 56.

Critolaus, Athenienſis, nobilis Peripateticus, Romam ab Athenienſibus miſſus legatus cum Carneade ac Diogene Stoico, ut ſcribit Cic. 2. de Oratore; de quo idem Cicero in Tuſcul. Qu. Quo loco, inquit, quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram cor, oris, & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat.

Critolaus, hiſtoricus, le libris extulit rerum Epiroticarum, quorum tertium citat Plutarchus in Paral. cap. 4. Vulgavit & libros φαινομένων, ex quorum quarto quædam adducit eodem libro Plut. cap. 9. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 349.

Critolaus, Achæorum dux, qui Corinthum conſiliis ſuis evertit. Cic. lib. 3. de Nat. Deor. Sororem interfecit, quòd ſibi è victoriâ redeunti non gratularetur, quum tamen cæteri omnes ei applauderent. Poſtremo à Qu. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas veneno ſibi mortem conſcivit. Livius.

Criton, hiſtoricus, vide *Crito*. Reliquit Pallenica, Syracuſarum originem, Perſica, Sicula, &c. Suidas. Meſſenia ejus celebrat Jul. Pollux 10. 17. Getica etiam conſignaſſe ex Stephano diſcimus in Τετία.

Crobylus, leno quidam omnium ſceleſtiſſimus, qui duo ſcorta domi alebat, quorum lenociniis quamplurimos adoleſcentes in perniciem alliciebat, nec his contentus eoſdem illectos furto compilabat, unde proverb. *Crobyli jugum.* Vide Heſychium in Κρωβύλου. Item poeta Comicus.

Craſus, rex Lydorum Alyattæ fil. omnium, quos hominum memoria celebrat, ditiſſimus. Unde etiam hodie, cùm immenſas opes ſignificare volumus *Cræſi Divitias* dicimus. Ovid. 4. De Ponto.

Divitis audita eſt cui non opulentia Cræſi?

Unde pauperi Iro opponitur à Propertio lib. 3.

Lydus Dulichio non diſtat Cræſus ab Iro.

Martialis.

Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores
Et cum tot Cræſos viceris eſſe Numam.

Hic, cùm ſe omnium mortalium feliciſſimum crederet, monitus eſt à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum, quòd quoad vivimus, periculum ſit, ne inſtabilis hujus mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Juv. Sat. 10.

Feſtino ad noſtros, & regem tranſeo Ponti
Et Cræſum, quem vox juſti facunda Solonis
Reſpicere ad longæ juſſit ſpatia ultima vitæ.

Quam Solonis ſententiam veriſſimam eſſe Cræſi calamitas poſteà declaravit. Victus enim à Cyro, pyræque impoſitus tandem ſalubre Solonis conſilium agnovit, ejuſque nomen ſæpius inclamavit. Unde admiratus Cyrus quiſnam eſſet Deorum, hominumve, quem ille in extremo periculo ſolum invocaret, remque totam edoctus, humanæ viciſſitudinis memor, Cræſum ab incendio liberavit, ſummoque ſemper apud ſe in honore habuit. Herodotus lib. 1. Plut. in Solone. Horat. lib. 1. Ep.

Quid Cræſi regia Sardis?

Cronia, orum, Saturni feſta erant, quæ Romæ celebrabantur 14. Calend. Jan. Ita dicta ἀπὸ τῦ Κρόνυ, i. e. *à Saturno*, Latinè *Saturnalia* vocantur. Horum Macrobius latè meminit, citatâ etiam antiqui poetæ authoritate, apud quem legerat.

Maxima pars Graium Saturno, & maxima Athenæ
Conficiunt ſacra, quæ Cronia appellantur ab illis.

Crotopus, rex Argivorum, pater Pſamathes, quæ ab Apolline compreſſa, Linum peperit, quem cum inter vepres abſcondiſſet, canes extractum dilacerarunt: Ovid. in Ibin:

Quique Crotopiaden diripuere Linum.

Cteſiæ, duo fuerunt: Unus Cnidius, alter Epheſius. Utriuſque meminit Plut. lib. de Flum. Ac Cnidio quidem tribuit libros περὶ ὑδάτων, quorum è ſecundo teſtimonium promit in *Caico*, ut & Stobæus facit ſermone περὶ νόσυ. Eſtque hic nobilis ille Hiſtoricus, qui Artaxerxis tempore vixit, de quo Voſſius de Hiſt. Gr. 1. 5. Epheſio autem, cujus ætas neſcitur, idem Plutarchus adſcribit libros de Perſeo illo, qui Meduſam interemit. καλῶς ἱστορεῖ Κτησίας Ἐφέσιος ἐν ἀ Περσικῶν. Meminit & eodem libello librorum Cteſiæ περὶ ποταμῶν, unde ſecundum citat, ſed utrius ſint, non addit. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 349.

Cteſibius, Hiſtoricus, ex quo Hermippus Smyrnæus quædam de Demoſthene citavit, ut cognoſcimus ex Plut. in Demoſthenis vitâ. Demoſthene igitur junior fuit, grandior vero Hermippo, qui ſub Ptol. Evergete vixit. Apollodorus in Chronicis narrat, eum annos vixiſſe 104. teſte Phlegonte Tralliano περὶ μακροβίων, cap 2. Sed Lucianus in *Longævis* vixiſſe ait an. 124. nili locus corruptus, & ex Phlegonte emendandus, quod cenſet Meurſius. Ac junior hoc *Cteſibius* Alexandrinus, qui pneumaticam rationem, & hydraulica organa reperit, teſte Plin. lib. 7. cap. 37. *Cteſibius, pneumaticâ ratione, & hydraulicis organis repertis.* Organa muſica intelligit, in quibus aquæ motus & agitatio tubulos animat, ea vero pulcherrimè deſcribit Claudianus de Mallii Theodori Conſ. verſ. 350.

Et qui magna levi detrudens murmura tactu
Innumeras voces ſegetis moderatus aënæ
Intonet erranti digito, penituſque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas.

Is enim vixit temp. Ptol. Evergetæ, ſecundi ejus cognominis, qui aliter Phyſcon. Vide de hoc Cteſibio Vitruvium 9. 9. & Voſſ. de Scientiis Mathematicis.

Cteſibius, Athenienſis paraſitus, qui aliquando interrogatus, quid illi ex philoſophiâ ſupereſſet, reſpondit ἀσύμβολον εἶναι, *ſine ſymbolo cœnare*; nam cum jocis ſcateret ſæpius vocabatur. Rhod. 27. 24.

Cteſibochus, pictor nobilis, qui Jovem Bacchum parturientem, & ingemiſcentem muliebriter inter obſtetrices, Dearumque clamorem depinxit.

Cteſiphon, Athenienſis, decreto Athenienſibus perſuaſit coronari oportere Demoſthenem aureâ coronâ in theatro, probitatis, & virtutis omnis generis ergô. Ob id ab Æſchine, Demoſthenis inimico, tanquam pernicioſi decreti author accuſatus, defenditur à Demoſthene præclarâ illâ, atque omnium optimâ oratione quæ περὶ Στεφάνυ inſcribitur. Cicero.

Cteſiphon, hiſtoricus, cujus librum 3. rerum Bœoticarum Plutarchus teſtem adducit Paral. Min. cap. 12. Fortaſſis idem eſt cujus de plantis & arboribus libros idem Plut. advocat lib. de Fluminibus.

Cteſiphon, Architectus, qui templum Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe, opus mirabile, ac toto orbe celebratum; quod poſtea ab Heroſtrato quodam incenſum fuit, & hâc tantum de causâ ut ob aliquod facinus nominaretur.

Cteſippus, Chabriæ fil. quem Phocion mortuo Chabriâ amico, diligenter ac perhumaniter collegit, quo impuros adoleſcentis mores componeret. Ejus tamen cùm duro, tum minimè liberali ingenio nuſquam adduci potuit, ut curam, & laborem in illo inſtituendo dimitteret; cujus ineptias non modo pertulit patienter, verum etiam ſtudioſe tegebat. Quanquam ſemel aiunt, Phocionis conſtantiam importunitate leviſſimi hominis fuiſſe ſuperatam. Nam cùm ille Imperatorium quoddam munus ſtudio accuratiore obiret, Cteſippus, ut erat futilis, deliruſque, graviſſimum, peritumque Imperatorem cœpit fatuis quibuſdam interrogatiunculis obtundere. Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt, *O Chabria, Chabria, cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſolvo, qui nati tui deliramenta ſuſtineo.* Plut. in Phoc.

Cteſippus, hiſtoricus, Res Scythicas compoſuit. Plut. de Flum.

Cupido, Amoris Deus, quem Heſiodus natum vult ex Chao & Terrâ, Simonides ex Marte & Venere, Arceſilaus ex Nocte & Æthere, Alcæus ex Lite, & Zephyro, Sappho ex Venere & Cœlo, Seneca ex Venere & Vulcano. Quidam ex ſolâ Venere prognatum tradunt, citantes illud Virgilii lib. 1. Æn.

Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus.

Duplex autem eſt. Ovidius:

Alma fave, dixi, geminorum mater Amorum,

Seneca in Hippolyto.

Diva non miti generata ponto
Quam vocat matrem geminus Cupido.

Honeſtus videlicet & turpis; Illumque ex Venere & Jove patre natum volunt, hunc autem Noctis ac Erebi filium eſſe, quod ipſum refert Cic. lib. 3. de Nat. D. Fingitur à poetis flammis armatus, ac duobus diverſiſſimæ naturæ ſpiculis, altero videlicet aureo, altero plumbeo, quorum illud vim habet amorem conciliandi, hoc pellendi fugandique. Ovid. Met. 1. in Fab. Apol. ac Daphnes. Ejus potentiam ſupra vidimus in *Amore*, quam hic ulterius ex poetis Græcis oſtendimus. Anacreon, εἰς Ἔρωτα.

Ὁ δὲ χρυσὸς δωρεῖται,
Ὁ δὲ χρυσὸς βέλτερον διμάζει.

Theo-

Theocritus in Pharmaceutria.

——— Ἔρως δ' ἄρα κ) Λιπαρέϊς
Πολλάκις Ἀφαίστοιο σίλας φλογεώτερον ἄϊδει.

Idem Idyll. 3.

Νῦν ἔγνων τ' ἔρωτα, βαρὺς θεὸς, ἦ ῥα λεαίνας
Μασσὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τε μιν ἔτρεφε μάτηρ,
Ὅς με κατασμύχων κ) ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.

Idem Idyll. 2.

Αἰ αἰ ἔρως ἀνιηρὲ τί μοι μίλαν ἐκ χερὸς ἅμα
Ἔμφυς, ὡς λιμνᾶπις ἄπαν ἐκ βδέλλα πεπωκας;

Hesiodus de Capidine.

——— Ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.
Δάμνα) ἐν στήθεσσι νόον κ) ἐπήφενα βυλήν.

Tyrannum virorum vocat Euripides in Hippol. Ἔρωτα δὲ τὸ τύραννον ἀνδρῶν τ' τᾶς Ἀφροδίτας φιλτάτων θαλάμων κλῃδοῦχον ὁ στεῖζόμαν. Moschus.

Μίκκυλα μοὶ τήνω τὸ χερύδριον μακρὸ ἢ βάλλει,
Βάλλει κ' εἰς Ἀχέοντα κ) εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα.

Oppianus Halieuticon, lib. 4.

Σχέτλι' ἔρως, δολομῆτα, θεῶν κάλλιστε μυθῶ ὄστοις
Εἰσιδέειν, ἄλγιστε δ' ὅτε κραδίλιν ὀρθύνεις,
Ἐμπίπλων ἀδοκήτως, ὑπὸ φρένα δ' ὦρτε θύελλα
Μίσγων· ἀσπαίνεις δὲ πυρὸς δεινὸν ὀμοκλῶ,
Παφλάζων ὀδύνῃσι κ) ἀκείτοισι μανίαις.
Δάκρυ δέ σοι παρεσταλεῖν λαρὸν γάνος, ἡδὲ ἐσακοῦσαι
Εὐπειθὲς οἰμωγῆ, ἀπαλάγχνοις δ' ὑπὸ στέρνον ἔρεθος
Φοινίξαι, χρωτὸς ἢ ἁβρότερον ἄνθος ἀμέρσαι,
Ὀσσέ τε κοιλῆναι, πυρὶ τε φρένα πᾶσαν ἀέρσαι
Μαινομένῳ· πολλὰς ἢ κ) ἐς μόρον ἐξεκύλισας
Οὐσιος χειμείοις τέ κ) ἀγρίοις ἀντεβόλησας,
Λύσαν ἀγῶν, τύπας γὰρ ἀγάλλεαι εἰλαπίνῃσιν.

Idem Cynegeticon, lib. 2

Ὁμβερὲ ἔρως, πόσος ἐσσὶ, πόση σέθεν ἄπλετος ἄλκη,
Πόσσα νοεῖς, πόσα κοιρανέεις, πόσα, δαῖμον, ἀϋτεῖς.
Γαῖα πάλει σαθερὴ, βελέεσσι δ' ὑπ' οὐρανὸς ἔνδον),
Ἄσπετος ἔπλετο πόντος, ἀτὰρ σύγε κ) τὰ ἔπιξας.
Ἥλυθες εἰς αἰθέρ', οἶδεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος.
Δειμαίνει δέ σε πάντα κ) ἐρυὸς ὑπερθε, ταίης
Ὅσσα τ' ἔνερθε κ) ἔδρεια λυγερὰ καμόντων,
Οἳ Δίθης μοὶ ἄφυσαν ὑπὸ στόμα νηπαθὲς ὕδωρ
Καὶ φυγὸν ἄλγεα πάντα, σὺ δ' εἰσέτι πορφέρεσκες.
Σῷ δ' μένει κ) τῆλε περᾶς, ὅσον ἔκποτε λάβοσι
Ἥελος φαέθων, σῷ δ' αὖ πνεῖ κ) φάος εἴκει
Δειμαῖνον, κ) Ζηνὸς ὁμῶς εἴκοσι κεραυνοί.
Τοίης ἄγεσι δαῖμον ἔχεις πυρόεσσας ὀϊστὸς,
Πδικεδανὲς μαλερὸς, φθισίφρονας ὀισπίνεσσας
Τηκεδόνα πνείοντες, ἀναλδέας, οἷσι κ) αὐτὸς
Θῆρες ἀνεπτοίησας ἐπ' ἀζδήλοισι πόδεσσι.

Curetes, pop. Cretæ, qui & *Corybantes* & *Idæi Dactyli* appellati sunt: ex Idâ Phrygiæ monte (ut quidam volunt) oriundi. Dicti Κυρῆτες Straboni lib. 10. ὑπὸ τ κυρᾶν, h. e. à *tonsurâ*; anteriorem enim capitis partem detonlam gestabant, ne hostes eos cæsarie apprehenderent. Alibi autem aliam rationem nominis innuit: Θηλυτολοῦντες γδ, ὡς αἱ κόμαι τύφημα φέρι', τοῦτο τοῦ θεοῦ τ Αἰτωλίαν φασὶν. Eust. in Iliad. 22. Κυρῆτες χλιδῶντα πλόκαμον τρέφοντες, ὥστε παρδένοι ἀβρᾶς. ὅτω ἐκλήθησ κυρᾶς ἕνεκα. Alii sic dictos volunt ὑπὸ τ κυροτροφίας, eò quòd Jovem aluisse dicantur. Lucret. lib. 2.

Dictæos referunt Curetas, qui Jovis illum
Vagitum in Cretâ quondam occultasse feruntur.
Cum pueri circum puerum pernice choreâ
Armati in numerum pulsarant æribus æra.

Virg. Georg. 4.

Nunc age naturas apibus quas Jupiter ipse
Addidit, expediam, pro quâ mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaque æra secutæ
Dictæo cœli regem pavere sub antro.

Aratus:

Δίκτῳ ἐν ἰυώδει ὄρεϊ κεδὸν Ἰδαίοιο
Ἄνδρα ἐγκατέθεντο κ) ἔδρεον εἰς ἑνιαυτὸν
Δικταῖοι Κυρῆτες ὅτε Κρόνον ἐλδόσαντο.

Papin. Theb. 4.

———*Qualis Berecynthia mater*
Dum circa puerum jubet exsultare Tonantem
Curetas trepidos, illi certantia plaudunt
Orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.

Strabo ubi supra, Curetas quoque in Græciam commigrasse refert, tandemque consedisse trans Acheloum fluvium, ibique cum intonsa servarent capita, *Acarnanas* vocari cœpisse. Hos Ovidius ex imbre natos fabulatur. Met. 4.

———*Largoque latos Curetas ab imbre.*

Horum meminit Lucianus in Nigrino. Τλωιχῶντα χείσας τὸ βέλος, ὅτε ἐῷ, κδαίπερ τὰ Σκυθῶν, ὅτε ὀπῷ κδαίπερ τὰ Κρήτων. Ubi Palmerius, Mirum est, inquit, Lucianum tribuere hoc loco Curetibus sagittandi artem, quam nullus alius antiquorum illis tribuit, licet plures de illis plurâ dixerint. Omnes illis gravem armaturam, scutum, & hastas tribuerunt, & ἐνόπλιον ὄρχησιν. Orpheus, seu Onomacritus Hym. 1. & 2. in *Curetas*, mitte illis epitheta dedit, nullum tamen quod sagittandi peritiam significet. Imò contra eos ὁπλοφόρους φύλακας vocat, & χαλκοκόρυτας ἀρηΐα τεύχε' ἔχοντας. Callimachus etiam Hymno in Jovem.

Οὐλαὶ ἢ Κέρητές γε περὶ σφύλιν ὠρχήσαντο
Τεύχεα παλήσοντες. ———

Idem ait Apollodorus lib. 1. Οἱ ἢ Κέρητες ἔνοπλοι ἐν τῷ ἄντρῳ τὸ βρέφος φυλάσσοντες τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον. Dionysius Halicarnasseus lib. 7. Ὅτε τ Δία τιθηνέμενον θέλγειν ἐβούλοντο, κλύπω τε ὅπλων κ) κυνήσει μελῶν. Strabo lib. 10. ubi de Cretâ. Τύτες δὲ ἀνόμασαν Κέρητας νέας πυὰς ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ὑποδιδόντας, θεσσκηπαίμοσι μῦθον ἢ περὶ τῆ Διὸς γεννήσεως. Plin. 7. 56. *Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta.* Idem ait & Pindari Schol. ad Pyth. 2. &, ne te morer, lector, innumeris citationibus, quicumque de Curetibus scripserunt, iis tympana, & armorum strepitum & saltationem in armis tribuerunt, nullus sagittarum infectionem. Æto i certè, qui prius Curetes, & à quibus ortos Cretenses Curetas volunt, fundâ, non sagittis gloriabantur, & eorum dux Pyræchmes Degmenum Elæum sagittarium fundâ prostravit. His ductus auctoritatibus apud Lucianum hoc loco pro Κυρήτων lego Κρήτων minima mutatione. Nec mihi Diodori locus libri 5. ubi de novem illis Cretensibus Curetibus, scrupulum injicit, & ab eâ lectione inhibet, ubi inter plurium rerum & artium inventionem, quam Curetibus tribuit, addit: Τὰ περὶ τοξείαν κ) τὰς κυνηγίας εἰσηγήσασθ. Nam ultra quod Diodori auctoritas contra omnium antiquorum turbam & consensum mihi parum valere videtur, recantat ipse Diodorus, & contra seipsum pugnans ait ex Cretensium traditione Apollinem in Creta natum. εὑρετὴν τῆ τόξυ γενόμενον διδάξαι τὸν ἐγχωρίους τὰ περὶ τ τοξείαν. At certe si Apollo primus fuit arcus & sagittarum inventor, & ejus usum docuit Cretenses, non erat notus arcus Curetibus, qui ante Apollinem natum, & ipso Jove antiquiores in Creta habitabant. Hæc ille. Diomedes lib. 3. *Vel ab Idæis Dactylis quos Curetas, sive Corybantas Poetæ appellant: hi enim in insf. Cretâ Jovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusûs excogitato generi, clypeolis æneis inter se currentes, tinnitu æris illisi, rhythmicâ etiam pedis Dactyli compositione celavere vocem infantis.* Hos Curetas novem fratres fuisse Echemenes scripsit in rebus Cretensium; Dionys. Chalcidicus quindecim, Pherecydes vero quinquaginta duo. Ridiculus interim Agathocles Babylonius est apud Athenæum lib. 9. qui suis gu mitu Jovem à Saturno liberatum refert. Μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθ τ Διὸς τέκνωσιν ὑπὸ τῆς Δίκτης, ἐν ᾗ κ) ἀπορρήτ γίνε) θυσία. Λέγεται γὰρ ὡς ἄρα θηλὺ ὕπερθεν ὖς, κ) τῷ σφετέρῳ χρυσῷ πεποιημένα τ κυνιδίοις τῆ βρέφος ἀνεπαίσιον τοῖς παροῦσιν ἐτίθει, διὸ πάντες τὸ ζῶον τοῦτο σέβεσθον ἠγῶν).

Qu. Curio, pater, Orator egregius, sed nullâ memoriâ fuit. Hic in quâdam oratione Cæsarem *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem vocavit.*

C. Curio, filius. Trib. plebis, Cæsarinas partes secutus est, vir luxu & audaciâ singularis. Sexcentas enim H. S. debebat, uti Val. Max. *de luxu* scribit. Is itaque, ut se ære alieno liberaret, atque emergeret, Cæsarem ad bellum Civile impulit. Lucan. lib. 1.

Hos jam mota ducis, vicinâque signa petentes
Audax venali comitatur Curio linguâ:
Vox quondam populi: libertatemque tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.

Theatra duo juxta fecit amplissima è ligno cardinum singulorum versatili suspensa libramento: in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenæ, & repente circumactis ut starent, postremo jam die descendentibus tabulis & cornibus inter se coeuntibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis autoratum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? Artificem, an authorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an jubere? super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infidâ, instabilique sede. En hic est ille terrarum victor, & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet, jura externis mittit, Deorum quædam immortalium generi humano portio, in machinâ pendens, & ad periculum suum plaudens. Quæ vitalis animarum ista, aut quæ querela de Cannis quantum mali potuit accidere. Hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor est. Ecce Pop. Rom. universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, & seipsum depugnantem

nantem ſpectat periturus momento aliquo, luxatis machinis, &c. Vide Plin. Nat. Hiſt. 36. 15.

Cureotis, tertius dies Apaturiorum, ſic dictus ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἢ τῆς κόμης *à tonſurâ, aut à pueris.* Nam à parentibus pueri ad Tribules adducebantur, ibique tondebantur, ac Sodalitatibus, ſive tribubus adſcribebantur. Quod reſpondet, opinor Romanorum mori, quo virilem togam adoleſcentes ſumebant, & primam barbam ponebant, de quo Suetonius in Caligula cap. 10. & Nerone cap. 12. Igitur & apud Græcos, adoleſcentes ad annos pubertatis, in honorem alicujus Dei, capillum alebant, quem propterea θρεπτήριον vocabant. Eum deinde, ubi tondebantur, in ejus Dei templo conſecrabant, in cujus honorem ſe geſtaſſe profeſſi fuerant. Quod quia Apollini frequenter accidebat, illum ideo κομήτορον appellarunt. Demoſthenes in provocat. contra Eubuliden, Παιδίον ὄντα μὲ ἐυθέως ἦγον εἰς τὸν φράτορας, εἰς Ἀπόλλωνα πατρῷον ἦγον εἰς τ' ἄλλα ἱερά. Nulla tamen Religio certo numini eos altringebat; nam puellæ Atticæ, teſte Pauſaniâ, primitias comarum ad ſepulcrum Iphinoæ deponebant. Elææ virgines Opi, & Hecaergæ dicabant. Athenienſum vulgus Herculi. Heſychius: Ἀζώμενοι οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρεσθαι τὸ μειρὸν, εἰσήρεσαν Ἡρακλεῖ μίδον οἶνον, καὶ σπείσαντες τοῖς συνήθεσιν ἐπιδόσθαι πίνειν, ἢ ὃ ἀσυδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιστήρια. Nobiliores autem & qui ſupra vulgus exiſtimari volebant, antiquo inſtituto, cujus mem. Plut. in Theſeo, comam ſuam Apollini Pythio vovebant, ac Delphos proficiſcebantur, cum deponendi tempus advenisſet. At Κυρεώτιδος die conſecraſſe Dianæ comam expreſſe docet Heſychius: Κυρεῶτις, μιὰς Πυανεψιῶνος ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παιδῶν ἀποκείροντες τρίχας Ἀρτέμιδι θύουσι. Vide Caſtellanum de Feſt. Græc. in Ἀπατούρια.

Curius, Romanus civis exactiſſimæ frugalitatis, & perſpectæ fortitudinis. Hic cum in ſcamno ſedens, rapas in foro torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè miſſum attuliſſent, invitarentque ut eo uti volet, reſpondit, M Curium malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri, & qui acie vinci non potuiſſet, eum pecuniâ corrumpi non poſſe. Hunc omnium primum de Sabinis triumphaſſe, author eſt Livius. Idem etiam Pyrrhum, Epirotarum regem acie victum Italiâ expulit, populoque viritim quaterna agri jugera diviſit, ſibique nihilo plus ſervavit, docens, Neminem eſſe debere ducem, cui non tantum eſſet, quantum militi ſufficeret. Val. Max. Decretis à Senatu ſeptem jugeribus agri populo, ſibi autem quinquaginta, popularis aſſignationis modum non exceſſit: parum idoneum Reip. civem exiſtimans, qui eo, quod reliquis tribueretur non eſſet contentus. Plin. M. Curii nota concio eſt, pernicioſum intelligi civem cui ſeptem jugera non eſſent ſatis. Sen. 7. Ben. Emittet illam vocem quam Rom. Imp. emiſit, cum illi ob virtutem & bene geſtam Remp. tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuiri potuiſſet, Non eſt, inquit, vobis eo opus cive, cui plus opus ſit, quam uni civi. Loquitur de Curtio non Coclete Horatio, quod Mureto placet, uti à Lipſio oſtenſum in locum. Poſtremò de Lucanis ovans urbem intravit. Hor. Carm. 1. Od. 12.

Hunc, & incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit.——

Juv. Sat. 11.

——*Curius parvo quæ legerat horto*
Ipſe focis brevibus ponebat oluſcula, &c.

Claudianus.

Pauper erat Curius, reges quum vinceret armis.

Curius, Alexandriæ Presbyter fuit, tantæ doctrinæ famâ, ut *Origenes Junior* appellaretur. Hieron. Joannes *Curopalates*, divulgavit Hiſtoricum compendium, de quo Voſſ. H. Gr. p. 297.

Curtius, prænomine Marcus, adoleſcens Romanus nobilis, qui ſe pro ſalute patriæ Diis manibus devovit. Nam cum terra in medio foro ingenti hiatu deſediſſet, reſponſumque eſſet, non coituram iterum, niſi quiſquam ex primæ ſpei adoleſcentibus ſeſe in hiatum dejeciſſet, Curtius acceptam à patriâ vitam eidem impendere non dubitavit, conſcenſoque equo, ſine morâ ſe in ſpecum præcipitavit. Unde etiam *Curtius lacus* nomen creditur ſervaſſe. Ariſtides apud Plut. in Parallelis. Liv. lib. 6.

Curtius, eques Rom. deliciis diffluens quum apud Auguſtum cœnaret, turdum macrum è patinâ attollens, eumque manu tenens, interrogavit Cæſarem, num mittere liceret? Quumq; is reſpondiſſet, quidni liceat? Ille protinus avem per feneſtram miſit. Princeps ambiguitate verbi deluſus, factum æquo animo tulit. Macrob. Sat. lib. 2.

Q. Curtius, temporibus Tiberii floruit, in quem eſt ejuſdem Principis dictum, natalium ejus dedecus velantis. *Curtius mihi videtur ex ſe natus.* Ex ſectatore Quæſtoris in Africâ, conſulare imperium, Provinciam Africam, & triumphi inſignia meruit. Tacit. lib. 11. *De origine Curtii Ruſi, quem gladiatore genitum quidam prodidere neque falſa prompſerim, & vera exequi pudor. Poſtquam adolevit Sectator Quæſtoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat, oblata ei ſpecies muliebris ultra modum humanum & audita eſt Vox, Tu es Ruſe qui in hanc provinciam Proconſul venies.* Ubi quod ait *ultra humanum modum*; Semper ita antiqui loqui ſolent, ut fidem Divinitatis adſtruant hujuſmodi dolis. Virgil.

Viſa mihi ante oculos & nota major imago.

Juvenalis.

——*Tua ſacra & major imago*
Humanâ turbat pavidum cogitque fateri.

Xenoph. lib. 8. Παιδὶ ἔοικεν αὐτῷ φανῆναι, κρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον, εἰπεῖν Συσκιάζε ὦ Κῦρε, ἦλθε γὰρ εἰς δεκάτην ἡμέραν. Tac. 1. Hiſt. *Eruiſſe cellæ Junonis majorem humanâ ſpecie.* Plin. de eodem Curtio, lib. 7. ep. *Inclinato die ſpatiabatur in porticu, offertur ei muliebris figura humanâ grandior pulcriorque, perterrito, Africam ſe futurorum prænunciam dixit.*

Q. Curtius Rufus, nobilis hiſtoricus, de rebus geſtis Alexandri Magni ſcripſit hiſtoriam. Ætas ejus colligitur ex loco ipſius, lib. 10. ubi de *novo ſydere* loquitur. Quod alii de Auguſto Cæſare intelligunt, Lipſius de Claudio, Non nemo de Trajano. Voſſius autem optime ad Veſpaſiani tempora eum refert, quem vide de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 28.

Jo. *Cuſpinianus*, Sueinfortenſis, poeta ac medicus & Orator Maximiliani Auguſti, idemque ſolers antiquitatis indagator, de conſulibus Rom. itemque de Cæſaribus inſignem commentarium condidit; Auſtriam quoque deſcripſit: extat etiam liber ejus de Turcorum origine, religione & in Chriſtianos Tyrannide. Vitam ſcriptoris hujus expoſuit Nic. Gerbelius J. C. quæ cum Cæſaribus ejuſdem conjungitur.

Cyana, virgo Syracuſana, violatam ab ebrio patre pudicitiam ægrè ferens, apprehenſum capillis ſtupratorem ad aram traxit, mactavitque ac ſe ſuper eum necandam injecit, ad ſedandam peſtem, quâ propter facinus iſtud laborabant. Plut. in Parall.

Cyana, nympha Sicula, quæ cum Proſerpinæ adverſus Plutonem opem ferre conaretur, ab illo commutata dicitur in fontem ſui nominis, qui in agro Syracuſano oſtenditur, ubi Anapo miſtus, non procul ab Ortygiâ inf. illabitur in mare, Ovid.

Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Cyanee, vel *Cyanea*, nympha quædam, Mæandri flu. filia, quæ & Mileto Phœbi filio Byblidem & Caunum gemellos peperit. Ovid. Met. 9.

Hic tibi dum ſequitur patriæ curvamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem
Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.

Cyanippus, Syracuſanus, qui cum Bacchi orgia contemneret, ab irato Deo tantâ perfuſus eſt ebrietate, ut filiæ Cyanæ in tenebris, quamvis reluctanti vitium intulerit. Vide *Cyana.*

Cyanippus, Theſſalus, cum frequentiſſimè venatum ire conſueviſſet, nova ejus ſponſa, ob magnam viri in ſylvis conſuetudinem, alterius mulieris concubitum ſuſpicata euntem Cyanippum pedetentim ſubſecuta eſt, cumque inter denſa delituiſſet arbuſta, rerum præſtolatur eventum. At ramis forte commotis, feram adeſſe canes ſuſpicantes, impetu facto, amantiſſimam viri puellam, tanquam brutum animal dilacerarunt. Id vero inſperatum adeo facinus, cum Cyanippus inſpexit, mortem ſibi conſcivit. Plutarchus in Paral.

Cyaraxes, vel *Cyaxares*, Phraartis regis Perſarum ac Medorum filius, Aſtyagis pater, primus Aſiæ populos in provincias diſtinxit, primus in ſuum quoſque ordinem diſtribuit, haſtatos, ſagittarios, equites, cum prius omnia promiſcua eſſent, atque implicata. Cum Lydis prælium fecit, ac omnem trans Halym flu. Aſiam ſibi ſubjecit. Herod. lib. 1.

Cybebe, mater, quam dicebant Magnam, ita dicta, quod ageret homines in furorem, quod Græci κυβίζειν dicunt. Sic Feſtus. Nec eſt quod quis *Cybilen* legendum putet, nam continuo ſubdit, *Cybele vero eadem dicta eſt à loco qui eſt in Phrygiâ.* Etiam *Cybebe* agnoſcit. Euſt. in Odyſ. β. cui ἡ Ῥεά dicitur. Heſych. Κυβήβη, μήτηρ Θεῶν, ubi perperam vulgò Κυβήκη, uti & apud eum legas κυβῆκαι, στροφεῖα, χορευταὶ, ubi malim κυβίσεις. Sane apud eundem eſt Κύβησις Γάλλου, χίνευσις. Vide Voſſ. de Theol. Gent. l. 2. c. 52.

Cybele, Cœli ac Terræ filia, Saturni uxor, aliis nominibus *Ops, Rhea, Veſta, Magna mater, Dindymene*, & *Berecynthia* appellata. *Cybele* autem dicta putatur à *Cybelo* Phrygiæ monte,

monte, ubi ejus ſacra primo creduntur inſtituta. Heſychius. Κύζηα, ὄρη Φρυγίας, Κυβέλη μήτηρ θεῶν. Quanquam Feſtus ἀπὸ τῆς κυδίσειν ἢ καραλλᾶν dictam malit, quod Græcis ſig. *in caput ſaltare*, quo genere ſaltationis Galli, Deæ hujus ſacerdotes peculiariter in ſacris utebantur. Aliquando ſecunda ſyllaba corripitur. Martialis.

Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus.

Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp.

Turrigeramque petit Cybelen.

Quandoque vero producitur. Propertius.

Vertice turrigero juxtà Dea Magna Cybele.

Lucan.

Et lotam parvo revocant Almone Cybelen.

Buxus ei inter arbores ſacra. Virg. in Ciri.

Sæpe velut gelidis Ciconum Biſtonis in oris
Ictave barbaricâ Cybeles antiſtita buxo
Infelix virgo totâ bacchatur in urbe.

Claud. lib. 1. de Rapt. Proſ.

Non buxus, non æra ſonant, blandique leones
Submiſere jubas: adytis gaviſa Cybele
Exilit, & pronas intendit ad oſcula turres.

Quanquam ea quoque Bacchi ſacrificiis in uſu. Papinius Theb. 9.

——— *Cum Bacchia mugit*
Buxus, & inſanæ maculant trieterida matres.

Hujus Dei ſacris adhibebantur cymbala. Virg. Geor. 4.

Tinnituſque cie, & Matris quate cymbala circum.

Loquitur de apibus; unde Claud. de 6. Conſ. Hon.

——— *Qualis Cybeleia quaſſans*
Hyblæus procul æra ſenex revocare fugaces
Tinnitu revocatur apes.

Citat Euſeb. Præp. lib. 5. c. 5. hos verſus

Μητέρι μ' μακάρων μέλεϊ Τιτυϊδὶ Ῥείῃ
Αὐλοὶ καὶ τυμπάνων πάταγοι καὶ θῆλυς ὅμιλος.

Auctor Hymnorum illam vocat τυμπανοστέρνη, Lucret. lib. 2. de ſacris hujus Deæ:

Tympana tenta tonant palmis & cymbala circum.

Prop. 3. 17.

Vertice turrigero juxta Dea magna Cybele
Tundet & Idæos cymbala rauca choros.

Cyclicus. Callimachus:

Ἐχθαίρω πόιημα τὸ Κυκλικόν.

Ubi *poema Cyclicum* eſt quod ultra quam Poetam decet, vel minimas res proſequitur, ut nihil omnino omittat. Dicitur quoque Κυκλικὸν ἔπος. Inde *Scriptor Cyclicus*; & κύκλῳ διδάσκειν, nihil in docendo præterire, omittere. Illud autem Poetæ fugiendum monet Horat. in Art. Poet.

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem

Ubi ille per *orbem* κυκλὸν interpretatur.

Cyclopes, Neptuni & Amphitrites filii, miniſtri autem Vulcani, ſic dicti, quòd unicum haberent oculum, eumque orbicularem mediâ in fronte ſitum. Hi, teſte Heſiodo in Theog.

— Τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦεν,
Μοῦνον δ' ὀφθαλμὸν μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.
Κυκλῶπας δ' ὄνομ' ἦεν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἓν ἐνέκειτο μετώπῳ.

Ex his tres potiſſimum à poetis celebrantur, *Brontes, à tonitru* dictus; *Steropes à fulmine*; *Pyracmon* ab *igneâ incude*. Virgil. lib. 8.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro
Bronteſque, Steropeſque, & nudus membra Pyracmon.

Ovid. Faſt. 4.

Hinc mare Trinacrium, cadens ubi fingere ferrum
Brontes & Steropes, Acmonideſque ſolent.

Stat. 1. Sylv.

——— *Siculis an conformata caminis*
Effigies laſſum Steropen, Brontemque reliquit?

Claud. de 3. Honorii Conſulatu.

——— *Vobis jam Mulciber arma*
Præparat, & Siculâ Cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exaſperat ægida ſignis:
Altum fulmineâ criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyracmon
Igniſluiſque gemit Lipare fumoſa cavernis.

Cedrenus: Ἐκεῖθεν ἐμπέσοι (Ulyſſes) ἐν Σικελίᾳ Κύκλωπι, οὐχ ἑνὶ ὀφθαλμῷ, καθὰ τὰς μυθολογίας Ὁμήρου καχεμιδίῳ, ἀλλ' ἀνδρώπῳ μὲ δύω ἢ σύνη ὡς πάντες ἄνδρωποι, καὶ οἱ λοιποὶ Κύκλωπες. Οἱ καὶ τὸ εἶδος ἦσαν μεγάλοι, καὶ ἀπηνεμιδίοι, καὶ ἀπνυστοὶ, ἢ θεσπέσιον παγχάλεπον, καὶ ἰσοπεδρακόντοι, καὶ φονικώτατοι.

Cycnus, Martis filius, quem Hercules equeſtri prælio ſuperatum occidit, equo adjutus Arione, quem Neptunus in equum converſus genuerat. Hujus necem tam iniquo animo Martem taliſſe ferunt, ut ejus ulciſcendæ causâ adverſus Herculem arma ſumeret. Verum antequam ad manus venirent, Jupiter jaculato fulmine eos diremit, ut refert Hyginus, Fab. Poet. cap. 31.

Cycnus, Neptuni filius, omni ex parte invulnerabilis, cum quo Achilles Trojani belli tempore congreſſus, cùm fruſtra eum jaculis appetiiſſet, tandem re intellectâ, humi eum proſtravit, genibuſque collo innixus, animam eripuit, cumq; cadaver ſpoliare vellet, arma vacua invenit, Cycnumque in avem ſui nominis vidit commutatum. Ovid. Met. 12.

——— *Impulſum reſupino pectore Cycnum,*
Vi multâ vertit, terræque adfixit Achilles.
Tum clypeo genibuſque premens præcordia duris
Vincla trahit galeæ, quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces, & reſpiramen, iterque
Eripiunt animæ; victum ſpoliare parabat:
Arma relicta videt, corpus Deus æquoris album
Contulit in volucrem; cujus modo nomen habebat.

Cycnus, Hyries filius in olorem commutatus. Ovidius Met. 7.

Inde lacus Hyries videt & Cycneia Tempe,
Quæ ſubitus celebravit olor, nam Phyllius illic
Imperio pueri volucreſque ferumque Leonem
Tradiderat domitos: taurum quoque vincere juſſus
Vicerat; & ſpreto toties iratus amore,
Præmia poſcenti taurum ſuprema negabat.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit: & alto
Deſiluit ſaxo; cunctì cecidiſſe putabant:
Factus olor niveis pendebat in aere pennis.

Cycnus, Ligurum rex, qui eum Phaethontis propinqui ſui necem inſolabiliter defleret, in avem ſui nominis comutatus eſt. Virg. Æn. 10.

Non ego te Ligurum ductor fortiſſime, bello
Tranſierim Cinyra, & paucis comitate Cupavo,
Cujus olorinæ ſurgunt de vertice pennæ,
Crimen amor veſtrum, formæque inſigne paternæ.
Namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati
Populeas inter frondes, umbramque ſororum
Dum canit, & mœſtum musâ ſolatur amorem,
Canentem molli plumâ duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras & ſydera voce ſequentem.

Ovid. Met. 12.

Adfuit huic monſtro proles Stheneleia Cycnus,
Qui tibi materno quamvis à ſanguine junctos,
Mente tamen, Phaethon, propior fuit. Ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)
Imperio ripas virides amnemque querelis
Eridanum implerat, ſilvamque ſororibus auctam.
Cum vox eſt tenuata viro; canæque capillos
Diſſimulant plumæ; collumque à pectore longum
Porrigitur, digitoſque ligat junctura rubentes:
Penna latus veſtit: tenet os ſine acumine roſtrum:
Fit nova Cycnus avis, nec ſe Cæloque Jovique
Credit, ut injuſtè miſſi memor ignis ab illo;
Stagna colit, patuleſque lacus; ignemque peroſus
Quæ colat elegit contraria flumina flammis.

Cycnus, equi nomen apud Statium Thebaid. lib. 6.

Aſcheton increpitat, meritumque vocabula Cycnum.

Cydippus Mantineus inter eos eſt qui tractarunt de rerum inventoribus. Clem. Στρωμ. lib. 1.

Cydon, Rex Cretæ, quem Euſeb. collocat anno 90. Hebræorum ſub Ægyptiis ſervitutis. Verba ejus, Hieronymo interprete, ſcilicet *Hoc tempore Cydon regnat in Creta.* Sed in Græco textu hæc deeſt. Habuit filiam *Eulimenen* quam Lycaſtus adamavit, Aptero, tunc inter Cretenſes loci principi viro deſponſatam. Parthen. Eroticon, cap. 35. Ἐν δὲ Κρήτῃ ἐρᾷδη Λύκαστος ὁ Κυδῶνος συγατρὸς Εὐλιμένης, ἣν ὁ πατὴρ Ἀπτέρῳ τῷ δωμολόγητο, πρωτεύοντι τότε Κρητῶν. Ac ſeditione exortâ, cum deficerent urbes plurimæ, & conſilii pendent, miſit ſciſcitatum oraculum; qui reſpondit, immolandam heroibus indigenis virginem eam. Et cum forte ipſa Eulimene, ejus filia peteretur, ut Oraculo morem gereret, illum, ſicut juſſus erat, immolavit. Parthenius ubi ſupra. Alius eſt multò junior Mercurii ex Acacallide Minois filius, qui *Cydoniam* urbem condidit, à ſe dictam, uti teſtatur Pauſanias in Arcadicis & Steph. in Κυδωνία, qui Apollinis, non Mercurii, filium facit.

Cyllabarus, Stheneli fil. cum quo Servius Ægialen Diomedis conjugem, vigente bello Trojano, concubuiſſe tradit.

Cyllarus, unus ex Centauris, qui amantem habuit Hylonomen Centauram, ambo formâ præſtantes eâdem horâ perierunt. Ovid. Met. 12.

Cyllarus, equus Pollucis. Virgil. Georg. 3.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus ——— ———

Ubi Servius Cyllarum non Pollucis, ſed Caſtoris equum fuiſſe tradit, poetamque fratrem pro fratre poſuiſſe. Papinius de equo Domitiani,

Et

Et pavet aſpiciens Ledæus ab æde propinquâ
Cyllarus. Hic domini nunquam mutabit habenas:
Perpetuis frænis atque uni ſerviet aſtro.

Dicit equum Domitiani uni ſerviturum aſtro, non duobus ut Cyllarum. Indicat ergo Cyllarum utrique fratri ſerviſſe. Ita Turnebus. Atqui apud Pind. Olymp. 3. Tyndaridis mandatur ut operam probè impendant in Olympico certamine regendo, & mox illos εὐίππους Poeta vocat. Alcman apud Scholiaſt. Pindari. Κάζωρ τ' Πολυδεύκης κυδροὶ πώλων ταχέων δημιοπῆρες, ἱππόται σοφοί. Dionyſ. quoque lib. 6. Antiqu. utrumque Deum nullo diſcrimine Caſtorem & Pollucem inducit equitantes in bello Latino ante Dictatorem Poſtumium, & obvios quoſque Latinorum proſternentes, vertenteſque in fugam. Quin & Minutius ita de utroq; fratre: *Teſtes equeſtrium fratrum in lacu, ſicut ſe oſtenderant, ſtatuæ conſecratæ, qui anheli ſpumantibus equis, atque fumantibus de Perſe victoriam eodem die, quo fecerant, nunciaverunt.* Denique Suidas in Cyllaro ſcribit ceciniſſe Steſichorum, τ' Ἐμμιὸν ἁδωκέναι τοῖς Διοσκούροις Φλόγιον καὶ Ἄρπαγον ὠκέας πτόρον Ποδάργας καὶ Κύλλαρον. Quæ verba notanda in eos, qui ſemper faciunt Cyllarum, equum Caſtoris, Polluce prætermiſſo. Hi ſunt Claud. de 4. Conſul. Honorii, Mart. 8. 21. Seneca in Hippolyto. Reconditiore autem doctrinâ Virgil. Polluci dedit, ut qui ſciret ejus quoque eſſe hunc equum. Sane Ovidius ambos equites facit. Met. 8.

At gemini nondum cæleſtia numina fratres
Ambo conſpicui, nive candidioribus ambo
Vectabantur equis.

Seneca in Hippolyto.

Frænis Caſtoreâ nobilius manu
Spartanum poteris flectere Cyllarum.

Val. Flac. lib. 1. Argon.

Victorem pavidæ Caſtor dum quæreret Hellen,
Paſſus Amyclæâ pingueſcere Cyllaron herbâ.

Prop. 3. 21.

Potaque Pollucis lympha ſalubris equo.

Claud. de 4. Conſ. Honor.

Serviretque tuis contempto Caſtore frænis
Cyllarus, & flavum Xanthus ſprevisſet Achillem.

Cymodoce, nympha marina, Nerei & Doridis filia. Heſiod. in Theog. Virgil. Georg. 4. Idem Virgilius *Cymodoceam* vocat Æn. 10. ubi numerat eam inter nymphas marinas, in quas Æneæ naves commutatæ ſunt.

Cymothoe, nympha marina, Nerei itidem & Doridis filia. Heſiod. in Theog. Virg. Æn. 1.

Cymothoe ſimul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naves ſcopulo.

Cynæthus, poeta illuſtris, patriâ Chius, qui Syracuſis omnium primus Homeri carmen concinuit, illi quoque de ſuo inſertis pleriſque. Cæl. Rhod. 7. 29.

Cynægyrus, Athenienſis, bello Perſico magnâ pertinaciâ in inſectandis hoſtibus uſus eſt. Nam & navem onuſtam dextrâ manu tenuit, quâ amputatâ, ſiniſtram injecit, quam & ipſam cùm amiſiſſet, navem mordicus arripuit, morſuque retinuit furenti ſimilis. Herodot. Trogus. Valer. Max.

Cyneas, Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, longè diſertiſſimus eſt habitus: ut qui Demoſthenis auditor fuerit, adeo ut plures Pyrrho civitates facundâ oratione ſubegerit, quam ille armis expugnaverit. Eidem expeditionem in Italiam magnopere diſſuaſit. Præterea miſſus ad Romanos legatus de pace, uno die omnium Senatorum nomina edidicit, quorum conſeſſum totidem regum ſibi videri Pyrrho retulit. Plut. in Pyrrho. Hujus memoriam commendat Cic. Tuſc. Qu. lib. 1.

Cynici, Philoſophi quidam ſectatores Antiſthenis, qui primus novum hoc Philoſophiæ genus introduxit: Ita dicti ſive à *Cynoſarge* gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur; ſive à *caninâ mordacitate*, quâ in hominum vitas nullo diſcrimine invehebantur: aut (ut alii volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent, quemadmodum de Cratete, & Hipparchiâ tradit Laertius. Juvenal.

——Et Stoica dogmata legit
A Cynicis tunicis diſtantia.——

Cynoſura, id eſt, *canis cauda*. Sidus ſeptentrionale, ex ſeptem conſtans ſtellis, quod & *urſam minorem* vocant. Hanc poetæ fabulantur Nympham fuiſſe Idæam, unam ex Jovis nutricibus, poſtea ab illo rerum potito in hoc ſidus tranſlatam, ut ex Aglaoſthenis ſententiâ refert Hyginus in Aſtron. Poet. Ovid.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notat.

Val. Flac. lib. 1.

——Neque enim in Tyrias Cynoſura carinas
Certior, aut Graiis Helice ſervanda magiſtris.

Sil. lib. 3.

—— Semper media arva videntem
Sidoniis Cynoſura regit fidiſſima nautis.

Cyparissus, Telephi fil. puer formoſiſſimus ex Ceâ inſ. ab Apolline in deliciis habitus, qui cum ſervum manſuetum, ſibique in primis charum imprudens occidiſſet, doloris impatientiâ contabuit, Deique amatoris commiſeratione in cupreſſum arborem commutatus eſt. Ovid. lib. 10. Met. Servius tamen author eſt puerum hunc à Sylvano potius adamatum fuiſſe, unde Virg. Georg. 1.

Et tenerum ab radice ferens Sylvane cupreſſum.

Cyprianus, Carthaginenſis Epiſcopus martyrio coronatus A. D. 250. *Inter Latinos ad Apoſtolici pectoris vigorem propius accedit, ubique cenſeas loqui paſtorem, ac Martyrio deſtinatum.* Eraſmus Lib. 1. Ep. 186. Quanto in honore fuerit apud ſuos Carthaginenſes docet Procopius Gothicorum libro 3. Κυπριανὸν ἄνδρα μάλιστα πάντων ὁι Χαρχηδόνιοι σέβουσι. Καὶ αὐτῷ ναὸν πνα λόγῳ πολλοῦ ἄξιον ἐν τῇ πόλει ἱδρυσάμενοι ἔδραν τ' ἐν θαλάσσῃ ἤϊόνα, τά τ' ἄλλα ἐξοσιοῦσι, καὶ ἄγωνα ἐπιώσιον ἑορτῇ, ᾗν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι. Καὶ ἀπ' αὐτοῦ τ' χειμῶνα, ὁι ναῦται. ἀεὶ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρῃ φερσαγορεῦσιν εἰώθασιν, ἐπεὶ εἰς τ' χειμῶνα ἐπολήπτειν φιλεῖ, ἐφ' ᾧ ταύτῃ ὁι Λίβυες ἄγειν ἐπεὶ τ' ἑορτὴν νενομίκασι.

Cypselus, tyrannus apud Corinthum, à *ciſtulâ* nomen accepit, quam Græci *Cypſelon* vocant, in quâ delituit occultatus à matre, cum ad mortem quæreretur. Cic. Tuſc. 5. & Lib. de Fato.

Cyrene, Penei flu. filia, cujus amore flagrans Apollo, in Pelio Theſſaliæ M. eam rapuit, & in eam Africæ partem tranſtulit, quæ ab eâ poſteâ *Cyrenaica* dicta eſt, ubi Ariſtæum ex eâ ſuſcepit. Virgil. 4. Georg.

Cyrene ſoror ipſe tibi tua maxima cura
Triſtis Ariſtæus Penei genitoris ad undam.

Apud Heſiodum prope Peneum habitaſſe dicitur.

Πηνειῷ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

Item famoſa Meretrix. Heſych. Κυρήνη πόρνη πεῖπος ἐπαλεῖτο διὰ τὸ τοιαῦτα ῥήματα Ἀφροδίσια ποιεῖν.

Cyrenaici, Philoſophi ab Ariſtippo, omne bonum in voluptate poſuerunt, virtutemque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quod efficiens eſſet voluptatis. Vide omnino Voſſ. de Sect. Philoſ. p. 50.

Cyrenius, totius Syriæ præſes ab Aug. Cæſare conſtitutus, per quem cenſum, univerſamque deſcriptionem Cæſar fieri juſſit. Luc. cap. 2.

Cyrillus, Alexandrinus Præſul, edidit variarum hypotheſeon tractatus, & commentaria in varios Veteris & Novi Teſtamenti libros, Homilias plurimas, &c. Scripſit etiam contra Julianum, cujus temporibus vixit.

Cyrillus, Diaconus Heliopolitanus (eſt autem Heliopolis civitas inſignis ad Libanum ſita) imperante Conſtantino plurima Ethnicorum idola contrivit, cujus rei illi memores ſub Juliano Imp. vivo ventrem execuerunt, jecurque inde exemptum deguſtarunt. Suidas.

Cyrillus, Præſul Hieroſolymitanus, ſæpe ab eccleſiâ pulſus, & receptus ad extremum ſub Theodoſio Imp. octo annos in ſuâ ſede perſeveravit; Saraceni eum Martyrio affecerunt. Extant ejus Catecheſes. Hieron.

Cyrillus, monachus, prodidit Vitam præceptoris ſui Euthymii Archimandritæ in Palæſtinâ. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 264.

Cyrſilus, Athenienſis, lapidibus obrutus, quod inhoneſta ſuaderet. Cic. 3. de Off. *Athenienſes cum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerentque ut urbe relictâ, conjugibus ac liberis Troezene depoſitis, naves conſcenderent, libertatemque Græciæ claſſe defenderent, Cyrſilum quendam ſuadentem, ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt.*

Cyrſilus Pharſalius, de quo Voſſ. Hiſt. Gr.

Cyrus, Cambyſis fil. ex Mandanâ Aſtyagis regis filiâ, Perſarum ac Medorum rex, qui primus (ut Juſtinus, lib. 1. ſcribit) devicto Aſtyage ultimo Medorum rege, Medorum imperium tranſtulit in Perſas, & ſubactâ Aſiâ totum orientem in poteſtatem redegit. *Dei ſervus* apud Eſaiam prophetam vocatur. Poſtremò cum bellum Scythis intuliſſet, eoſque clade magnâ affeciſſet, Tomyris eo tempore Scytharum regina, compoſitis inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidavit, ita ut ne nuncius quidem tantæ cladis ſuperfuerit; Caput Cyri amputatum, in utrem humano ſanguine repletum conjectum fuit cum hâc exprobratione; *Satia te ſanguine quem ſtiſti.* Cyrum Perſico ſermone *Solem* ſignificare author eſt Cteſias, qui Paryſatidem Dario præter Artaxerxem alium filium genuiſſe narrans, addit Καὶ τόνδε τὸ ὄνομα αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κυρὸν. Plut. in Artax. Ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἀπὸ

Κύρε τῦ παλαιᾶ τέκνωμα ἔχων, ἐκείνῳ δ' ἀπὸ τῦ ἡλίε ἡδέως φασί. Κόρον γὰρ ἡλίην Πέρσας τ' ἦλιον. Unde apparet, toto quod aiunt cœlo Suidam in vocis hujus etymo errare; Sic enim ille. Κύρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὅτως ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν τῇ βασιλείᾳ λεγομένῃ πεδιάδι κυεῖσθαι τὸν ἥλιον.

Cyrus, minor, Artaxerxis frater, apud quem cùm falso delatus esset, ægreque matris precibus servatus, bellum adversus eundem suscepit: in quo cum jam Græcorum operâ penè victor evasisset, fortiter quidem sed incautè dimicans, est interemptus. Xenoph.

Cyrus, Panopolita fuit poeta, ob ingenium nobile, beneficio Theodosii Imp. ad episcopatum evectus. Suidas apud Volater.

DÆ

DÆdalion, Luciferi fil. Ceycis frater, filiam Philonidem, seu Chionem habuit, cum quâ unâ nocte concubuerunt Apollo & Mercurius, & ex Apolline Philammonem, ex Mercurio Autolycum peperit, Hyginus.

Dædalus, faber Athenienſis, Micionis fil. artificum omnium suæ ætatis ingeniosissimus, ut qui primus ferram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, & lithocollam dicatur invenisse, primusque omnium vela, & antennas navi imposuisse: Unde forte fabula *alarum Dædali*, nam Virgilius *Velorum pandimus alas*, & alibi. *Remigio alarum.* Statuis quoque immobilibus oculos induxit, & abditis quibusdam nervis effecit, ut huc atque illuc moverentur, adeò scitè, ut spectantibus vivere viderentur. In Cretâ item Labyrinthum constituxit, multiplici, & intricata viarum perplexitate irremeabilem, in quâ ipse unà cum Icaro filio à Minoe fuit inclusus eo quod Vaccam ligneam feciſſet cui inclusa Pasiphae taurus se commiscuerat. Quare cum terrâ marique effugium sibi negatum videret, fugam sibi per aerem tentandam duxit. Assimulans itaque se munus conficere velle, quo regis animum placare posset, pennas & ceram popoſcit, quibus impetratis, sibi, & Icaro filio alas confecit, atque è Cretâ evolavit. Deinde & Cumas delatus est, ubi Apollini templum erexit. Hesychius: Ἰκάριος, malim Ἴκαρος, ὡὸς Δαιδάλε, ὃν φασὶ πτηχήσαντα τὰ πτερυγίοις ἐπίπαν τῇ ὠῷ ὥστε πῆχυν ξύλινα, καὶ ἐκόλλησεν αὐτὰ κηρῷ καὶ ἐπιπάδην καὶ τῷ ἡλίῳ, καὶ ἐδέησαν ὁ ἥλιος τὰ κηρὸν, καὶ ἔλυσεν αὐτὸν, καὶ ἔπεσεν εἰς τὸ πέλαγος, καὶ ἐπίγη, ὅθεν ἐκλήθη ὁ τόπος, Ἰκάριον πέλαγος. Silius, lib. 12.

——*Cum regna teneret*
Dictæi regis (*sic fama est*) *linquere terras*
Dædalus invenit: nec toto signa sequenti
Orbe dare, ætherias alienâ tollere in auras
Ausus se pennâ, atque homini monstare volatus.
Suspensum hic librans media inter nubila corpus
Enavit, superosque novus conterruit alos.
Natum etiam docuit falsæ sub imagine plumæ
Attentare vias volucrum, lapsumque solutis
Pennarum remis, & non felicibus alis
Turbida plaudentem vidit freta.

Vide *Icarus*. Lucianus in lib. de Astrologiâ scribit Dædalum fuisse Mathematicum, & filium Icarum docuisse Astrologiam, sed eum juvenili ardore & persuasu Doctrinæ elatum aberrasse à vero, & decidisse in mare rerum immensæ profunditatis. Vide Diodorum, lib. 5. Hinc adjectivum *Dædalus*, ut *Dædala tellus* apud Lucretium, pro terrâ floribus variegatâ. *Dædala tecta*, apud Virgil. pro domibus artificiosè elaboratis. Item *Dædalæus*, ut apud Horat.

Pindarum quisquis studet æmulari,
Iule, ceratis ope Dædaleâ
Nititur pennis vitreo daturus
Nomina ponto.

Idem

Jam Dædaleo ocyor Icaro.

Item *Dædaleus*. Propert. 2. 15.

Dædaleum Lino cum duce rexit iter.

Dæmogorgon, Latinè dicitur *Deus terræ* (nam Dæmon, *Deus*, ut ait Lactantius, gorgon, *terra.*) seu potius *sapientia terræ*; quo nomine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

Dæmon, à Græco Δαίμων, quasi Δαήμων, i. e. *sciens*. Ita, Plato in Cratylo. Lactant. lib. 2. & Chalcidus in Timæum Platonis. *Dæmones* genii sunt, μυσταγωγοὶ τῦ βίυ, ut Menander inquit. *Domini Vitæ*; *Lares* Ciceroni, aliis etiam *Manes* ac *Lemures*. Genii boni, & mali, qui ἀλάστορες sunt ac Diaboli. Cæterum de variâ hujus vocis significatione vide Dausqueium in Basilium Seleuc. pag. 62. & seqq. Porro Astrologis *Dæmon* appellatur undecimus ab Horoscopo locus, ἀγαθοδαίμων Græcè dictus. Julius Firmicus, lib. 2. cap. 19.

* *Dagon*, idolum Philistinorum. *Dagonem* & *Atergatim* idem fuisse numen docti aliqui statuunt, adeoque *Atergatin* corruptè scribi pro אדיר דג *addir dag*, h. e. *magnifico pisce*, vel אדיר דגון *addir Dagon*, *magnifico Dagone*. Sed Bocharti judicio potior est veterum sententia, quâ Dagon & Atergatis vel Astarte planè diversa sunt numina. Quod planum ex Theologiâ Phœnicum apud Philonem Byblium, ubi Dagon frater est, & Astarte Saturni uxor. Ibidem Dagon redditur Σίτων *Frumentarius* qui דגן *Dagon* Ebræis est *frumentum*. & additur causa nominis; Ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς ἀρότριος.

Daimachus Platæensis, Legationem obiit ad Allitrochadem, Indiæ regem fil. Androcotti, qui quidem Androcottus *eâ tempestate*, *quâ Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta jaciebat Indiam possedit*, teste Justino, lib. 15. Mem. ejus Plut. in Public. & fortasse etiam in Lysandro, ubi *Damachus* nominatur. Indica scripsit, teste Athen. lib. 9. & Harpocratione in Ἐγγυηθῆναι. Δημάχος dicitur Apollonii Scholiastæ in lib. 1. Idem πολιορκητικὰ ὑπομνήματα reliquit, quorum 35. citat. Steph. in Λακεδαίμων. Fuit vero rerum Mathematicarum rudis, & imperitus, multasque fabulas Historiæ inserit, teste Strab. lib. 1. Cujus verba vide apud Voss. de Hist. Gr. pag. 76.

Dalila, seu *Delilah*, mulier quam amavit Sampson, cujusque operâ periit. Jud. 16. Lat. *paupertas*, aut *situla ejus*, aut *ramus ejus*, sive *exhauriens* aut *macilenta*. In Græcis est Δαλιδά. Josephus *Dalale* scribit. Fuit autem צונה *Zoneh*, i. e. *meretrix*, quod Targum & Kimchi pro *cauponâ* accipiunt. Lyra quærit, Judæane, an Palæstina fuerat? Et existimat Palæstinam fuisse, quæ in valle Sorek habitarit. Uxorem Sampsonis fuisse, præter Sulpicium Severum, etiam Chrysostomus, Cassianus, S. Ephræm & Pererius affirmant. Contra meretricem, & quidem à pauperioribus fuisse, Josephus, Ambrosius, Hieronymus, Abulensis, Serarius, & alii volunt. Quomodo enim ausi fuissent Philistæi principes tam fidenter & primo aggressu, solâ spe lucelli solicitare uxorem ad prodendum maritum? quomodo toties & tam diu latuissent tot armati in domo propriâ Sampsonis, nec ipso, nec ullo familiarium conscio?

Dalion, sive *Dallon*, de gentibus prodidisse aliqua videtur. Plin. 6. 30. Sed ab eodem in Elencho auctorum libri 20. 21. 22. & 23. inter medicos reponitur, & lib. 20. cap. 27. *herbarius* vocatur.

Dama, Pythagoræ filia, & ipsa philosophiæ sectatrix, quæ ingenium ac doctrinam in exponendis paternis sententiarum involucris exercuit. Cæl. Rhod. 4. 1.

Damaris, mulier quæ ad prædicationem Pauli Christo credidit Act. 17.

Damas, historicus, vitam Eudemi Rhodii scripsit, ut ait Simplicius in Com. Phys. pro quo perperam *Menodemus* legitur apud Agellium 13. 5.

Damascenus, Joannes, pater Ecclesiæ ac historicus, de quo Vide Vossium de Hist. Gr. 2. 24. Floruit sub Leone Isaurico.

Damascenus, Nicolaus. Philosophus Peripateticus, Augusto Cæsari familiaris, vir planè summus & undecumque doctissimus. Vide *Nicolaus*.

Damascius, Stoicus Philosophus, Simplicii familiaris, floruit sub Juliano. Scripsit comment. in Platonem & alia quædam quæ enumerantur à Suidâ.

Damasippus, vir ignobilis apud Rom. qui nobilissimos cives, qui partibus Syllanis faverant, inter victimas tanquam belluas enecavit, nec non Arvinæ Tribuni Plebis truncum in sublime elatum per ora vulgi deferri jussit, tandem à Victore Syllâ obtruncatus.

Damasippus, histrio, cujus meminit. Juven. Sat. 8.

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
Sisario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.

Damasippus, signorum & vasorum antiquorum mercator apud Serm. 2. Sat. 3.

Insanit veteres statuas Damasippus emendo.

Ubi Lambinus eundem esse suspicatur de quo Cic. epist. lib. 7. ad M. Fab. Gallum, qui mandato Ciceronis quædam ei signa emerat, haud illi grata, *Bacchas* nempe, & *Martis* signum. Verba ejus apponam. *Sed tamen si ista mihi sint habenda, certiorem velim me facias, ubi sint, quando arcessantur, quo genere vecturæ, si enim Damasippus in sententiâ non manebit, aliquem Pseudamasippum, vel cum jacturâ reperiemus.*

Damastes,

Damaſtes, Sigeenſis, Hellanici antiqui (erat enim & Hellanicus junior Grammaticus Ptolemæi Ariſtarchi Præceptor, teſte Suidâ in Ἀνδροκύδης, & Πτολεμαῖος) diſcipulus tempore Herodoti paulo ante bellum Peloponneſiacum Olymp. 87. 2. inchoatum floruit, juxta Dionyſ. Halicarn. lib. de *Thucyd. charact.* & Suidam in Δαμάσης. Ejus meminere Strabo lib. 14. Val. Max. 8. 13. Plut. in Camillo, & Steph. in Τρηβόρδοι; Necnon Rufus Avienus in orâ maritimâ. *Quin & Damaſtes nobili natus Sige.* Reliquit inter alia librum περὶ Ποιητῶν καὶ Σοφιστῶν teſte Suida; niſi juniori cuidam potius hic liber tribuendus erit. Diverſus ab hoc eſt Democriti Philoſophi, & Herodoti frater apud Suid. in Δημόκριτος; qui *Damaſus* dicitur Plinio 18. 35. Laertio lib. 9. in *Democrito*, & Heſychio Mileſio in *eodem*. In quo latens mendum alii jamdudum obſervarunt. Voſſius.

Damaſus, poeta Hiſpanus, qui floruit temp. Eutropii & Oroſii: Hic creatus Pont. Rom. complures hymnos ſcripſit. Vide Suidam. Contentionem inter eum & Urſinum de Papatu ſic deſcribit graviſſimus ſcriptor Am. Marcellinus lib. 27. *Damaſus & Urſinus* ſupra humanum modum ad rapiendam Epiſcopalem ſedem ardentes, ſciſſis ſtudiis aſperrimè conflictabantur, aduſque mortis vulnerumque diſcrimina adjumentis utriuſque progreſſis: quæ nec corrigere ſufficiens Juventius, nec mollire, vi magna receſſit in ſuburbanum; & in concertatione ſuperaverat Damaſus, parte, quæ ei favebat, inſtante. Conſtatque in Baſilicâ Sicinini ubi ritus Chriſtiani eſt conventiculum, uno die CXXXVII. *reperta cadavera peremptorum.* Hæc Ammianus. Subdit autem, *Neque ego abnuo oſtentationem* rerum conſiderans urbanarum, hujus rei cupidos, ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum jurgari debere, cum id adepti futuri ſint ita ſecuri, ut ditentur oblationibus matronarum procedantque vehiculis inſidentes, circum ſpectè veſtiti, epulas curantes profuſus, adeo ut eorum *convivia Regales ſuperent menſas.* [Hoc autem non fecerunt Petrus Pauluſve] *Qui* eſſe poterant beati revera ſi magnitudine Urbis deſpecta quam vitiis opponunt, ad imitationem Antiſtitum quorundam Provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parciſſimè, vilitas etiam indumentorum & ſupercilia humum ſpectantia Perpetuo Numini, veriſque ejus cultoribus ut puros *commendant & verecundos.*

Damianus, Epheſius, ſophiſta nobilis circa M. Antonini Imp. tempora, divitiis ac potentiâ inter ſuos præditus, viros doctos liberalitate proſecutus eſt. Philoſtratus in Sophiſtis.

Damis Aſſyrius. Hic Ninum veterem incoluit, quò ad eum Antiochiâ venit Apollonius Tyaneus; Iſthâc occaſione Apollonio uſus eſt familiariter, poſteaque ſcriptis conſignavit ejus ſermones, & vaticinia. Stylus erat minus laudabilis; quippe hominis Aſſyrii, inter Barbaros inſtituti: ſed tamen ea quæ vidiſſet, atque audiſſet, commodè ſatis ſcribere potuit. Auctor Philoſtratus lib. 1. de V. Apollon. & ex eo Suidas in *Damis*. Mem. ejus quoque Euſeb. contra Hieroclem. Voſſius.

Damocles, unus ex aſſentatoribus Dionyſii Siciliæ tyranni. De quo hiſtoriam ſequentem narrat Cic. Tuſcul. 5. *Cum quidam ex Dionyſii aſſentatoribus Damocles commemoraret in ſermone copias ejus, opes, majeſtatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negaretque unquam beatiorem quenquam fuiſſe. Viſne igitur*, inquit, *ô Damocles, quoniam hæc te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam? cum ſe ille cupere dixiſſet, collocari juſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto: abacoſque complures ornavit argento, auroque cælato. Tum ad menſam eximiâ formâ pueros delectos juſſit conſiſtere, eoſque ad nutum illius intuentes diligenter miniſtrare. Aderant unguenta, coronæ; incendebantur odores, menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebantur. Fortunatus ſibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſetâ equinâ appenſum demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos adminiſtratores adſpiciebat, nec plenum artis argentum nec manum porrigebat in menſam: jam ipſæ diffluebant coronæ; denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet eſſe.* Horat. Carm. 3. Od. 1.

Diſtrictus enſis cui ſuper impiâ
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non avium citharæque cantus
Somnum reducent.

Damocrita, matrona Romana, Alcippi civis clariſſimi uxor, quæ cum virum ab iis qui contrarias in Rep. partes favebant, in exilium actum ſequi prohiberetur, filiæque jam viro maturæ edicto publico nubere prohiberentur, ne ex iis quiſpiam Alcippi ultor naſceretur; concepit animo facinus ſupra omnem muliebrem audaciam. Nam cum ex more fœminæ primariæ noctu ſacrarum causâ conveniſſent, Damocrita à filiabus adjuta, magnam vim lignorum, quæ ad ſacrificia parata erant, ad fores congeſſit, ignemque injecit, ut intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde ſeipſam interfecit. Plut. in Paral.

Damocritus, hiſtoricus, geminum opus conſcripſit, unum de inſtruendis aciebus, alterum de Judæis, in quo prodidit eos caput aſini adorare ſolitos fuiſſe, etiam ſeptimo quoque anno peregrinorum aliquem, quem cepiſſent, ſacrificaſſe, carne ejus minutatim diſſecta. Suidas.

Damon, & *Pythias*, Pythagoræi, hoc animo (inquit Cicero) inter ſe fuerunt, ut cum eorum alteri Dionyſius tyrannus diem necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum causâ poſtulaſſet, vas factus ſit alter ſiſtendi ejus, ut ſi ille non revertiſſet, moriendum eſſet ipſi, qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. Vide Val. Max. De Amicitiâ.

Damon, Cyrenæus de Philoſophis monumentum ingenii ſui conſignavit, ut conſtat ex Laertio in Thalete. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 3. p. 351.

Damophila, Græca mulier, uxor Pamphili, ſocia Sapphûs poetriæ, poemata multa conſcripſit, partim amatoria partim in Dianæ laudes. Philoſtr. in vitâ Apollonii.

Damophilus, ſophiſta, quem nutrivit Julianus Conſul, ſub M. Antonino, ſcripſit ad Lollium maximum de vitâ priſcorum, & quædam alia. Suidas. Item plaſtes quidam ac pictor. Plin. 35. 12.

Damoſtratus, Philoſophus, ſcripſit de piſcibus libros 20. Suidas. Halieuticon quoque ejus meminit Ælianus lib. 13. cap. 21. Item lib. 15. & 9. adhuc cap. 19. ejuſdem libri, ubi & de eo ſic ſcribit: Καὶ λέγει Δημόστρατος, ἀνὴρ ὃς καὶ τῶτο λέγει ἤδη ἐν τῇ Ῥώμης τῇ βιβλίῃ γενόμενος, καὶ ὅτιπερ διὰ τῶτο ἤδη τεκμηριώσει ἱκανῶς. Δοκεῖ δέ μοι ὀπτήσιμος ὁ ἀλιεὺτικὸς εἰς ἄκρον ἐλάσαι, καὶ ὅσα ἔγνω, εἰπεῖν χάλλιστα.

Damoxenus, Athenienſium Comicus, cujus fabulæ nonnullæ commemorantur ab Athenæo, & Suidâ.

Danae, filia Acriſii, regis Argivorum, qui cum oraculo monitus eſſet, fore, ut à nepote occideretur, filiam munitiſſimæ turri incluſit: cujus amore captus Jupiter in imbrem aureum ſe convertit, & per tegulas in puellæ gremium ſe dimiſit. Quo ex coitu illa gravida effecta Perſeum peperit. Quamobrem indignatus Acriſius, filiam unà cum recens nato nepotulo arcæ includi juſſit, atque in mare projici. Verum id longe aliter cecidit. Nam arca ad Dauniæ litus delata à piſcatore reperta eſt; in quâ cùm Danaen cum filio reperiſſet, utrumque Pilumno regi obtulit, qui cum genus ac patriam ejus didiciſſet, Danaen quidem in uxorem duxit, Perſeum vero Polydectæ Seriphi inſ. regi educandum tradidit, qui poſtea adultus, cum Argos veniſſet, Acriſium avum, oſtenſo Meduſæ capite in ſaxum convertit. Ovid. Met. 4.

——*Neque enim Jovis eſſe putabat*
Perſea, quem pluvio Danae conceperat auro.

Fabulam explicat Horatius lib. 3. Carminum.

Incluſum Danaen turris ahenea,
Robuſtæque fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acriſium virginis abditæ
Cuſtodem pavidum Jupiter & Venus
Riſiſſent, fore enim tutum iter & patens
Converſo in pretium Deo.
Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo. ——

Lepidum etiam extat epigramma Pauli Silentiarii Antholog lib. 7.

Χρύσιος ἀλλοῖοιο διάτμαγεν ἄμμα χορείης
Ζεὺς, διὰ δὺς Δανάης χαλκοδάτους θαλάμους.
Φαμὶ λέγειν ἃ μῦθον ἐγὼ τάδε. χάλκεα νικᾷ
Δάπεδα καὶ δεσμὸς, χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Χρυσὸς ὅλας ῥυπῆρας, ὅλας κλισίδας ἐλέγχει
Χρυσὸς ὀπυιάμπαι πᾶν σοβαρόγλωσσος.
Καὶ Δανάας ἐλύγαινεν ὁ δὲ φρένα, μήτις ἐρύκοι
Διογένευς Παφίαν ἀργύρεον κεκτέχων.

Danaus, Ægypti frater, Argivorum rex, qui, Sthenelo rege expulſo, Argos tenuit, ibique quinquaginta annos regnavit. Ab eo Græci *Danai* dicti, literas Græcas reperiſſe dicitur. Vide *Belidæ*.

Daniel, propheta, quem Præpoſitus Eunuchorum Nabuchodonoſor, vocavit *Baltaſar*, Dan. cap. 1. De vitâ rebuſque geſtis ejus ſcripſerunt ex antiquis Joſephus lib. 10. cap. 14. Epiphanius de vitâ & interitu Prophetarum cap. 10. Dorotheus in Synopſi cap. 17. Iſidorus de vita & obitu Sanctorum cap. 40. aliique. Vide Sanctium Prolegom. in Danielem.

Daphitas, Grammaticus qui in Thorace monte cruci affixus est, quòd reges maledicis carminibus incesseret.

Daphne, Penei sive Ladonis flu. filia, quæ cùm Apollinis vim effugere non posset, implorato paterni nominis auxilio in laurum commutata est. Ovid. 1 Met. *Laurum* Daphne sig. ac fingitur Penei flu. filia, eò quod ripæ ejus lauro abundant; tum amata ab Apolline, quia hæc arbor præbet medicinæ magnum usum; estque spectatissima apud Delphos, ubi Apollo colebatur. Ipsius vero Daphnes in arborem semper virentem commutatio, docet immortalem gloriam esse paratam virginibus pudicitiam conservantibus.

Dardanus, Jovis fil. ex Electrâ Atlantis filiâ. Ovid. Fast.

Dardanon Electrâ quis nescit Atlantide natum?
Scilicet Electram concubuisse Jovi.

Hic cum Jasium fratrem interemisset, in Samothraciam fugit, postea vero ad Asiam venit, locaque tenuit Hellesponto proxima, urbemque de nomine suo dictam condidit, regionemque totam *Dardaniam* nominavit, quam postea *Tros* Erichthonii filius *Trojam* appellavit. Ab hoc Dardano originem duxit Priamus. Virg. Æn. 3.

Dardanus Iliacæ primus pater urbis & autor.

Dares, Phrygius, historicus, scripsit bellum Trojanum Græcè, in quo & ipse militavit, ut ait Isidorus. Captâ Trojâ cum Antenoris factione mansit, ut scribit Corn. Nepos, qui opus ejus è Græco in Latinum sermonem convertit, Sallustioque dicavit. Ita quidem vulgo creditum. Atqui scriptor est, in quo neque eruditionem, nec judicium, neque ullam elocutionis elegantiam invenias, ut nimis impudenter fecisse videatur, qui Corn. Nepotis nomen ementitus est, quasi inficetæ versionis authoris. In enarratione totius historiæ fere ubique abit ab antiquitate, pauca similia vero de suo adstruit, absurda & inconsequentia plurima; ut vel id quod de variis plurium annorum ac mensium induciis affingit, ut ad decennium perveniat. Nec quicquam in toto libello singulare, præter Theseidarum mentionem (quos unà cum Anio rem frumentariam curasse scribit) & ineptos illos Trojanorum, Græcorumque ducum ac mulierum formæ, morumque characteres, quibus similia deliramenta è Græcorum Neotericorum nugis ediderunt nuper viri docti. Item *Dares*, pugil apud Virgilium, ignavus quidem, sed ostentator maximus. Æn. 3.

Darius, Satrapas inter Persas nobilissimus, qui post mortem Cambysæ à nobilibus aliquot Persis adjutus, occiso Pseudosmerdi, Persarum regnum è Magorum manibus vindicavit, equique sui hinnitu declaratus, postquam 36. annos regnasset, Xerxen filium regni successorem reliquit. Latinè *coercitor*. Herod. lib. 6. Δωϊὰ γὴ καὶ Ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος Ἐρξέης. Atqui apud Barn. Brissonium *coercitus* perperam redditur. Ctesiæ Δαειαῖος dicitur, quæ forma propius accidit ad Persicam *Darjaves*. Origo nominis à *coercendo* vel *prohibendo*. Nam in linguâ Persarum דרוש est ἔρξις, ut Scaliger notat. Atqui Hesychius: Δαρεῖος ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος, ὑπὸ δὲ Φρύγων Ἕλλας.

Darius, ultimus Persarum rex, qui Alexandri adolescentiam despectui habens, bello eum aggressus est, ab eoque, quamvis exiguis copiis tribus ingentibus præliis victus, cum se fugâ victori eripere conaretur, à suis comprehensus est, ac trucidatus. Claudianus.

Darium manibus famulûm doluisse peremptum
Dicitur. ———

Templum Hierosolymitanum Judæis edicto suo restaurari dermisit sumptibus propriis. Esdr. 1. 6.

Datames patre Camissare, natione Care, matre Scythissâ natus fuit, vir fortissimus, maximique consilii omnium barbarorum, exceptis duobus Carthaginiensibus Hamilcare & Annibale, uti loquitur Corn. Nepos, apud quem vitam ejus sis pete.

Datismus, Datidis imitatio, dicitur de dictione pluribus verbis idem repetente & quidem σολοικῶς, proverbio sumpto à *Datide* quodam Persa, qui cum Satrapas esset in Græcia, Græceque loqui affectaret, dicebat: ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρομαι, *delector, gaudio, lætor*, pluribus super eadem re coacervatis synonymis, & Barbarè posito χαίρομαι pro χαίρω, ingrato simul sono ΜΗΔ ὁμοιοκαταλήκτων. Hunc *Datismum* Aristoph. in Pace, Δάτιδα μάλα vocat.

David, i, e. *dilectus*, filius Isai, rex Judææ potentissimus, idemque propheta. 1 Reg. 17. De quo vide Joseph. Ant. 7. 12. & Suidam, qui sua hausit ex Josepho. Plurimus autem est in laudibus Davidis Euthymius Monachus Zygabenus Præf. Com. in Psalmos, quæ O utinam Græcè prostarent! uti etiam Enarrationes ejus in 4 Evangelia! O Mæcenates ubi gentium ævum agitatis?

Daulis, nympha, à quâ Daulidi urbi nomen, quæ *Daulia* Straboni ac Livio dicitur, & est urbs Phocidis in Achaiâ, olim sub ditione Terei regis Thracum, unde Philomela ab Ovidio *Daulias* dicitur, quod in hâc urbe in avem sui nominis fuerit conversa. Ovidius:

Decet Threiciam Daulias ales Itym.

Daunus, fil. Pilumni, & Danaes, Turni avus, qui in Apuliâ regnavit, à quo, ut quidam volunt, *Daunia* regio dicta. Alius ejusdem nominis, prioris fil. ex Venilià sorore Amatæ Latini regis uxoris, qui Turnum suscepit.

Debora, nutrix Rebeccæ, Gen. 35. Mulier item, quæ populo Judæorum aliquot annos præfuit. Jud. 4. Latinè *apis*. Nec tantum judex erat, sed etiam prophetes. Uxor Lapidoth fuit. Eum Ebræi putant fuisse Baracum, in quo significatio fulguris; nec alienum ab eo vox לפיד quæ sæpe de fulgure usurpatur. Sed obstat huic opinioni, quòd Baracum aliunde advocavit; nam si maritus ejus esset, simul habitasset. Ideo in Midrasch exponitur *mulier lychnaria*, quod lychnos, i. e. לפידים conficeret ad usum sanctuarii. R. Salomo. R. David. Lyra.

December, mensis noster ultimus, Hebræis, כסליו *Cisleu*, Athenienſibus Ποσιδεών, in quo Saturnalia celebrare solebant cum Sigillariorum festo Romani. Ovid. in Fast.

Acceptus Geniis illa December habet.

Horatius:

———*Age libertate Decembri*
Quando ita majores voluerunt, utere.

Martialis:

Otia dum medius præbet tibi grata December.

Ausonius:

Aurea nunc reducet Saturni festa December
Nunc tibi cum Domino ludere verna licet,

Vide *Saturnalia*. *Amazonius* appellatus est etiam hic mensis ab adulatoribus in gratiam Commodi Imper. teste Lampridio.

Decii, Romani fortissimi, tanta patriam charitate complexi, ut pro ejus salute se Diis manibus devovere non dubitarint. Pater quidem bello Latino; Filius autem bello Hetrusco; Nepos vero eo bello quod Pyrrhus pro Tarentinis gessit. Cic. 1. Divinat. Virg. Æn. 6. Juvenalis.

Pluris enim Decii quam qui servantur ab illis.

Propert. lib. 3.

At Decius misso prælia rupit equo.

Cicero in Catone: *Decii ad voluntariam mortem equos incitaverunt.* Sen. Ep. 68. *In medios hostes Decius concitato equo corruit.* Manilius lib. 1.

Certantes Decii votis, similesque triumphis.

Dectandas à Parthemio laudatur in Eroticis, cap. 13. ubi ex eo quædam narrat de Harpalyce.

Decumanus, fluctus ponitur pro ingenti, sive ab observatione, quod *decimum* quodque magnitudine soleat superare, sive potius à Pythagoreorum superstitione, qui magnificè admodum de hoc numero sensere. Festus: *Decumana ova dicuntur, & fluctui decumani, quia sunt magna: Nam & ovum decimum majus nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur.* Testantur id passim Poetæ Latini. Ovid. Met. 11.

Vastior insurgens decimæ ruit impetus undæ.

Idem Trist. 1. Eleg. 2.

Qui venit hic fluctus fluctus supereminet omnes,
Posterior nono est, undecimoque prior.

Lucan. lib. 5.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Invalidâ cum puppe levat.

Seneca in Agamemnone.

Hæc onere fidit, illa convulsum latus
Summittit undis, fluctus hanc decimus tegit.

Val. Flac. lib. 2.

Incassum decimæ cecidit tumor arduus undæ:

Sil. lib. 14.

Non aliter Rhodopes Boreas à vertice præceps
Cum sese immisit decimóque volumine pontum
Expulit in terras. ———

Decumates, agri in Germ. sunt Tacito, ubi hodie Wirtembergensis ducatus est, Willichio teste. Iidem *Caritini* sunt Ptolemæo, ut Melanchthon & Peucerus existimant.

Deianira, Oenei Ætoliæ regis filia, primum Achéloo mox Herculi desponsata; quâ de re causâ exorto interrivales dissidio, Achelous singulari certamine superatus Herculi concedere coactus est. Porro cum Hercules transiturus esset Evenum, Ætoliæ fluvium, qui tunc temporis maxime excreverat, Nessus Centaurus seipsum ultro obtulit ad transvehendam Deianiram, quam cum illi commisisset, ipse primus intrepidè tranavit fluvium: Sed cum Nessus qui in alterâ permanserat ripâ novæ nuptæ vim inferre pararet, ægrè id ferens Hercules, sagittâ Hydræ sanguine infectâ Centaurum transfixit, qui se moriturum sentiens, ut hostem ulciscereturpro-

proprio ſuo ſanguine perfuſam dono dedit, aſſerens ei vim amatoriam ineſſe, & ſi hâc maritus indueretur, ipſum ab aliarum mulierum amore avocatum iri. Mulier itaque nimis credula munus accepit, & cum audiſſet maritum ſuum in Euboeâ amore Ioles Euryti filiæ detineri, veſtem Neſſi ſanguine imbutam Lichæ famulo tradidit Domino perferendam. Hercules igitur nihil mali ſuſpicans cum ſacrificaturus eam induiſſet, tantis cruciatibus affectus eſt, ut in furorem verſus Lichan in mare dejecerit, qui in ſcopulum mutatus eſt. Ipſe autem Philoctetæ arcu & ſagittis commiſſis ſe in ardentem pyram in Oetâ monte conſtructam conjecit. Quod audiens Deianira, dolore percita mariti clavâ ſe interfecit, ex cujus ſanguine poſtea nata eſt herba, quæ Nymphæa & Heracleon dicitur. Ovidius Metam. lib. 9. Vide Diodor. lib. 5. Et Sen. in Hercule Oetæo. Deianiram Amazonum ſtudia imitatam laudat Nonnus lib. 35.

Θάρσος Ἐνυαλίης μιμήσατο Δηϊανείρης,
Ὅς ποτε Παρνησσὸν κακοξείνων ἄδικ' ἔτισεν
Θαρσήσθη Δρυόπεσσι, καὶ ἔπλετο θῆλυς Ἀμάζων.

Apollodorus lib. 1.

Δηϊανείρη δ' ἠνιόχει καὶ τὰ κατ' πόλεμον ἤσκει.

Deilochus, ſcriptor vetuſtus, cujus apud Scholiaſten Apollonii mentio fit, cùm alibi ſæpe, tum lib. 2. ubi citatur ἐν πρώτῳ περὶ Κυζίκου. Hoc facit, apud ut Stephanum in Λαμψακὸς legendum putem Δηΐλοχος ὁ Κυζικηνός. Ubi vulgo Δηΐλοχος. Voſſ.

Delia, feſta apud Athenienſis, in quibus neminem morte plecti fas erat. Sen. Ep. 70. Socrates potuit abſtinentiâ finire vitam & inediâ potius quam veneno mori. Triginta tamen dies in *carcere & in expectatione mortis exigit*. Nimium poſt ipſam damnatione, quia Delia feſta, ut Xenoph. ait, intervenerunt, Ἀναγκαῖον, inquit, ἐγένετο αὐτῷ μὴ πρὸ τοσούτου τελέσαι τὴν ἡμέραν βιῶναι διὰ τὴν Δήλια ὀφθῆναι ἐκείνην τὴν μίαν ἔτι. Τὸν γὰρ νόμον μηδένα ἐξὸν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ.

Delius, unus ex ducibus Antonii miſſus ad accerſendam Cleopatram, mulieri perſuadet, monetque Homerico verſu ut ad judicium proficiſcatur quam maxime ornata. Plut. in Anton. Idem eum hiſtorias deſcripſiſſe tradit. Meſſala Corvinus hunc *deſertorem bellorum civilium* vocat, quia à Dolabellâ ad Caſſium tranſiit, à Caſſio ad Antonium, noviſſimè ab Antonio ad Cæſarem. Scripſit quoque laſcivas Epiſtolas ad Cleopatram. Vide *Adelphius*.

Delphinus, ſyderis nomen. Varro de R. R. 2. 5. Stellas ejus Aratus 4 tantum numerat, Ovidius vero novem. Atque hæ Romæ olim oriebantur heliacè 5. iduum Januarii, teſte Ovidio 1. Faſt.

Interea Delphin clarum ſuper æquora ſidus
Tollitur & patriis exerit ora vadis.

Occidebant autem ibidem 3. nonas Feb. eodem teſte, Faſt. lib. 2.

Quem modo cælatum ſtellis Delphina videbas,
Is fugiet viſus nocte ſequente tuos.

Vide Cæſii Cœlum Aſtron. Poet. cap. 21.

Deltoton, ſidus à figurâ triquetrâ τῷ Δ. Cicero in Aratæis.

Andromedæ ſignum, Deltoton dicere Graii
Quod ſolîti, ſimili quia forma litera claret.

Vide Hygin. lib. 2. & 3. Commentatores quoque in Aratum.

Demades, orator Athenienſis, plurimùm potentiâ, & opibus valuit, quod nihil præter Macedonum & Antipatri gratiam in Rep. quæreret. Ingentes divitias per luxum ac libidinem perdidit: Cumque eſſet ætate confectus, & luxu ſimul ac avaritiâ perditus, in eum ſolebat Antipater cavillari, nihil ei, ſicuti & cæſis victimis, præter linguam & ventrem ſupereſſe. Plut. in Demoſt. ac Suid.

Demænetus, Æſculapius dictus à *Demæneto* ejus templi conditore.

Demagoras, adulator, quem Athenienſes 10. talentis multarunt, quod Alexandrum Deum appellaſſet. Item Hiſtoricus, qui laudatur à Dion. Halicarn. lib. 1. Antiq. Rom. Ubi & ille, & Agathyllus de tempore conditæ Romæ conſenſiſſe dicitur cum Cephalone Gergithio. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 351.

Demaratus, Lacedæmoniorum dux, cùm exularet apud Athenienſes, bellique contra patriam cerneret apparatum, plus ſe debere patriæ, quam Athenis exiſtimans, clam Lacedæmonios certiores fecit; vixit Philippi Maced. regis temporibus. Plut. in Alex. Item Corinthius quidam negotiator dives, qui ob ſeditiones domo profugus tyrannidem Cypſelli fugiens, ut ſcribit Cic. 5. Tuſcul. Quæſt. in Hetruriam commigravit, comparatis opibus luculentis, & à Tarquinienſibus Hetruriæ populis acceptus, Tarquinium Priſcum. Pop. Rom. Imperatorem ex illuſtri Hetruſcâ uxore genuit, iiſque ad quos confugerat literas dediſſe fertur. *Demaratus* etiam quidam libros in publicum edidit, cum de Phrygiâ, tum de fluminibus, teſte Plut. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 352.

Demarchus ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων citatur ab Ariſtoph. Schol. pag. 606.

Demetrius Byzantinus, de poetis & poematis libros edidit complures, Athen. 10. & 12. Fuere autem *Demetrii Byzantini* duo: unus Philoſophus Peripateticus; alter hiſtoricus, qui volumina condidit de Gallorum ex Græcia in Aſiam tranſitu; & Ptolemæi, atque Antiochi rebus geſtis, & Libyæ ſtatu. Auctor Laertius. Voſſ. quidem vide Hiſt. Gr. pag. 352, 353.

Demetrius, Antigoni Macedoniæ regis filius cognomento *Poliorcetes*. Poſt Alexandrum, tranſmiſſo Euphrate, Babyloniam occupavit, Athenas Caſſandri, Polemæique imperio liberavit, Cyprum, victo Ptolemæo navali bello recepit. Pyrrhum ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Poſtremò cum bellum adverſus Antiochum ſuſcepiſſet, infeliciter pugnans, in ejus poteſtatem venit, Cherſoneſique ab eo cuſtodiæ traditus eſt, promiſſo tamen ei regio ſumptu, mollique victu, venationibus, omnibuſque voluptatibus, quibus ille uſus, minimum de ſalute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo periit. Cum M. Antonio à Plutarcho comparatur. Philam urbem in Macedoniâ à matris nomine condidit. Steph.

Demetrius Phalereus, Theophraſti auditor qui ob eximias virtutes Athenienſibus præfuit annis 10. ac 360. ſtatuis æreis honoratus eſt. M. Varro:

Hic Demetrius æreas tot aptu'ſt,
Quot luces habet annus abſolutus:

Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 12. Hic teſte Plut. monebat Ptolemæum regem, ut de regno imperioque libros ſibi compararet, atque perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris ſcripta eſſe. Hic Demetrius (ut quidam exiſtimant, nonnulli alium Demetrium fuiſſe dicunt) Ptolem. Lago perſuaſit, ut ſacra Biblia ex Hebræo in Græcum ſermonem converterentur. Joſeph. Ant. 12. 2. ſic dictus à *Phalero*, Atticæ portu, cujus ſcripta lege apud Geſnerum in Biblioth. ac vitam apud Suid. & Volat. Apud Phædrum Fabulatorem fab. 82. legitur.

Demetrius qui dictus eſt Phalereus
Athenas occupavit imperio improbo.

Confundit Demetrium Phalerea, cum Demetrio Rege, eumque vocat tyrannum, ſed neuter potuit Tyrannus eſſe. Phalereus quidem, quod præfectus ubi fuit à Caſſandro, non autem Tyrannidem invaſit. Alter autem quòd Athenas à Tyrannide Caſſandri liberavit. Cæterum de variis Demetriis vide Voſſium, ac Jonſium.

Demetrius Pompeii Magni libertus, de quo Sen. de Tranquill. An. *Feliciorem tum Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem eſſe Pompeio?* Facetam narratiunculam de illo habet Plut. in Cat. Uticenſi. *Hic Antiochiam ibat, &* videt extra portam, in utroque viæ margine, compoſite ſtantes viros, juvenes, pueros, cum diſcrimine ætatum in feſto omnes habitu & veſte: magiſtratus prætereà candidatos, ſacerdotes etiam ipſos coronatos. Cato ſtomachari, & ſuccenſere iis quos præmiſerat, tanquam indicaſſent. Itaque jam propior, deſcendit vehiculo, & ſuos idem facere ac pedibus ire juſſit: tanquam ſalutandus, & pompâ illa deducendus. Ac ecce ſenex quidem, coronâ & virgâ inſignis (diſſignator erat) ne ſalute quidem dictâ rogavit, *Ubi Demetrium reliquiſſent? & quando venturus?* Demetrius is erat Pompeii libertus, & multum apud illum poterat, in quem omnes mortales tunc oculos habebant conjectos. Itaque hic Catonis comites & indignari & riſu emori: Cato nihil aliud prolocutus quàm: O miſeram civitatem! *in eam* ingredi.

Demetrius, Seleuci filius, 1 Mach. 7. nomen etiam argentarii cujuſdam, Act. 19. Plurimi præterea *Demetrii* fuere, de quibus doctiſſimus Menagius ad Laertium p. 132. ad quem ſtudioſum lectorem remitto.

Demiurgus, ſummus erat magiſtratus in quibuſdam Græciæ civitatibus. Livius. Vide Martinii Etymologicon.

Democedes, Crotoniata, medicus illuſtris, qui cum inter Darii captivos eſſet, & Darius ipſe ob inverſum pedem graviter ægrotaret, ita ut jam nunc ſeptem noctes inſomnis exegiſſet, nec à medicis ſuis vel parum juvaretur, ductus in medium, ut erat vinctus Darium penitus liberavit, ac deinde maximo in honore apud regem, & Perſas omnes habitus eſt. Herod. lib. 14. Vide Ælian. Var. 8. 18.

Demochares, orator Athenienſis, Demoſthenis ex ſorore nepos, miſſus cum aliis ad Philippum regem legatus, expoſitis mandatis, petenti regi, quid gratum Athenienſibus facere poſſet, reſpondit, *Suſpendere.* Indignantibus ob eam rem cæteris, rex dimiſit incolumem, *Vos* (inquit) *rogate ab Athenienſibus,*

enſibus, quos cenſeant ſuperiores qui talia dicant, an qui audiant patienter? Sen. lib. 3. de Irâ. Hic etiam hiſtoriam earum rerum, quæ geſta erant ſuâ ætate Athenis, non tam hiſtorico, quam oratorio genere ſcripſit. Cic. in Bruto. Vide plura de illo apud Ælian. Var. 3. 7, 8. 12. & Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 68. & Valeſium notis ad Excerpta Polybii, pag. 10.

Democles, vide *Damocles*. Item puer quidam ingenuus ac formoſus, qui cum à Demetrio Poliorceta ad ſtuprum traheretur, neque vim tyranni poſſet effugere, famæ, pudicitiæque ſtudioſus in proximum aquæ ferventis lebetem ſeipſum conjecit, atque ibidem interiit. Plut. in Demetrio.

Democlides, medicus, qui Polycratem Samorum tyrannum talentis 2 curavit, ſcripſitque librum de Medicinâ. Suidas.

Democoon, Priami nothus, qui velociſſimos patris equos apud Abydum cuſtodiebat. Hunc Ulyſſes in bello interemit. Hom. Iliad. 4.

Democrates, architectus Alexandrinus. Item athletes qui facto in ſtadio circulo conſiſtens à nullo dimoveri poterat. Ælian. Var. 4. 15. Tertius Medicus qui invenit herbam hyberidam. Plin. lib. 25.

Democritus Philoſophus Abderites, qui accepta à fratribus natu majoribus paternæ hæreditatis portione, cognoſcendarum rerum cupiditate accenſus, bonam orbis partem peragravit. Poſtea patriam reverſus cum ſummâ inopiâ in hortulo juxta ſuæ urbis muros ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas contulit, à quibus ne externis objectis avocaretur, æneæ pelvis fulgore ſeipſum occæcavit. Quod tamen Laberius Poeta ideo factum ait,

Malis benè eſſe ne videret civibus.

Ut ipſe loquitur. Vide Gell. 10. 17. Sed dubitavit de eo Cic. 5. de Finibus. Plutarchus vero plene falſitatis arguit, lib. de Curioſitate. Civibus ſuis ob ſeceſſionem ejus pro phrenetico habitus fuit. Ad quem curandi causâ miſſus cum eſſet Hippocrates & cum eo collocutus fuiſſet, reverſus, ſapientiſſimum ipſum, dementeſque illos pronunciavit, qui eum ſtultitiæ accuſarent. Vide Epp. Hippocratis. Omnia fieri ex atomis dixit, ac plures eſſe mundos eoſque corruptibiles. Fertur Theologiam, ac Aſtrologiam didiciſſe à Magis ac Chaldæis; cum Gymnoſophiſtis quoque congreſſus eſt. De inſtituto autem ejus præter Laertium, Cic. lib. 5. de Fin. Origenes 2. contra Celſum, perſtringit quoque Horatius lib. 1. Epiſt. 12. Idem Cic. 1. Tuſc. & 2. de Nat. Deorum, *magnum virum* appellat. Plinius *virum ſagacem*, & *vitæ utiliſſimum* fuiſſe refert. In riſum pronum fuiſſe vulgò dicitur. Juv. Sat. 10.

Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus.——

Horatius:

——— *Excludit ſanos Helicone Poetas*
Democritus.———

Patrem ejus opulentiſſimum fuiſſe ex eo patet, quod Xerxis exercitui epulum aliquando dederit. Agebat autem 99. annos cum mortuus eſt. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 437.

Democritus, Epheſius, libros edidit de templo Dianæ Epheſiæ, ex cujus operis lib. 1. quædam de Epheſiorum in veſtitu mollitie ac luxuriâ narrat. Athenæus lib. 12.

Demodochus, citharœdus, quem Hom. Odyſ. 8. inducit in convivio Alcinoi regis Phæacum citharam pulſantem, & ſimul accinentem. Item Hiſtoricus, qui libro 1. de Heracleâ citatur à Plut. lib. de Flum. cæterum ſolutâ ne oratione, an carmine ſit uſus non ſatis liquet. Voſſius.

Demomorgon. Lactantius ſive Lutatius grammaticus in lib. 4. Theb. mentionem facit Dei cujuſdam, quem nominat Demogorgona ſummum, cujus nomen ſcire non licet, & addit: *Infiniti autem Philoſophi*, Magorum Perſæ etiam confirmarunt revera eſſe præter hos Deos cognitos, qui coluntur in templis; alium principem & maxime Dominum, cæterorum Numinum *ordinatorem*? Hæc ille. Quod nomen neque apud M. Tullium in libb. de N. D. neque apud alios Latinos vel Græcos, qui de Diis gentium ſcripſerunt reperitur, præterquam in hoc auctore & aliis recentioribus eum ſecutis. Quare quidam hanc vocem *Demomorgon* convertunt in Δημιοῦργον, qua voce Plato cæterique viri magni uſi ſunt, Deum ſummum & opificem cunctorum ſignificantes. Cujus etiam Dei nomen & Hebræorum religio occultum, nec vulgatum eſſe volebat. Certè Demomorgum non Plato ſolum & Triſinegiſtus, Hermes, Irenæus & alii, verum etiam Latini vocem illam interpretantes principem Deum & opificem & fabricatorem Deum appellarunt. Hunc Deum Plato ἀσώματον, καὶ ἄῤῥητον καὶ ἀνωνόμαστον, h. e. ut Apuleius interpretatur, *incorporeum, indicibilem, & innominatum* vocat. Eum etiam literis ſcribi non poſſe Martianus oſtendit, qui ἀχράματον illum appellat. Balleſter.

Demonax, Adriani temp. Philoſophus, qui non, ut plerique ſolitudinem ſectabatur, ſed nihil potius habuit, aut putavit inter homines amicitiâ, omnemque hominem ſibi familiarem exiſtimabat. Nullum ſibi unquam viaticum præparavit, ſed cum eſuriret, quam proximam domum apertam videbat, in eam ingrediebatur, & victum ſibi quæritavit. Centenarius deceſſit, elatus publico ſumptu. Lucianus.

Demonidas, Pædotriba claudicans, qui cum crepidas amiſiſſet, imprecabatur furi ut pedibus ejus convenirent. Rhod. 7. 3.

Demophilus, Sophiſta, qui ſcripſit ad Lollium Maximum de vitâ priſcorum. Item hiſtoricus antiquus de quo Voſſ. Hiſt. Gr. p. 463.

Demophoon, Theſei ex Phædrâ filius, rex Athenarum, qui ab expeditione Trojanâ rediens, adverſis ventis pulſus eſt in Thraciam, ibique à Phyllide Lycurgi regis filiâ hoſpitio, ac lecto ſuſceptus eſt: apud quam cùm aliquandiu delituiſſet, Athenas abiit, ibique mortuo patre, imperium ſuſcepit, oblitus Phyllidis, cui intra paucos menſes ſe rediturum juraverat. Quapropter illa videns ſe derelictam, amoris impatientiâ de amygdalo ſe ſuſpendit. Vide *Phyllis*. Item Vates qui periculum Alexandro imminens prædixit. Curtius.

Demoſthenes, civis Athenienſis, Græcorum omnium orator longè eloquentiſſimus, patre cultellario natus, qui ab eo relictus in hæreditate locupleti, tutorum fraude ac negligentiâ, direptis bonis vix habuit unde præceptoribus mercedem ſolveret. Verùm cùm multo ſtudio ac labore in clariſſimum Oratorem evaſiſſet, acerrimus extitit libertatis Græciæ defenſor, gravibus concionibus Philippum, ut publicæ libertatis inſidiatorem identidem inſectans. Poſt cujus mortem patriâ pulſus, tandem revocatus eſt. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græciæ præpoſito cum certam ſibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam inſulam, ubi (ut ſcribit Suidas) aſylum erat, Neptuno ſacrum, conceſſit. Quo cum veniſſet, Archias mimus tragœdus, qui ab Antipatro miſſus erat, ut Demoſthenem comprehenderet, primum ei perſuadere conatus eſt, ut unà ſecum ad Antipatrum ſe conferret, nihil moleſtiæ ab eo perpeſſurus. Cujus fraude intellectâ, Demoſthenes, *Nihil eſt*, inquit, *Archia quod conere. Neque enim in ſcenâ mihi unquam placuiſti mimus, neque nunc perſuadebis legatus.* Cum autem Archias ſe per vim eum detracturum minaretur, *Tandem*, inquit, *Macedonica oracula aperuiſti, nam prius, tanquam hiſtrio ſimulabas. Verum age parumper expecta, dum pauca domeſticis ſcribo*; Hæc locutus, ſumptis codicillis tanquam ſcripturus calamum ori admovit, hauſtoque quod eum in uſum ſervabat, veneno, necem ſibi conſcivit. Plut. Hic cùm ab ætatis initio eſſet balbus, neque literam R pronunciare poterat, quibuſdam calculis in os conjectis prope maris litus declamans, naturæ vitium emendabat, ut poſtea eloquentiſſimus evaſerit. Plurimus paſſim Tullius eſt in laudando Demoſthene. Tamen, *uſque adeo* (inquit in Oratore) *difficiles & moroſi ſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas.* Orare cœpit annos natus 17. Juv. Sat. 10.

Eloquio ſed uterque perit Orator, utrumque
Largus, & exundans letho dedit ingenii fons.

Et poſtea de Demoſthene.

———— *Sævus & illum*
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem & plenis moderantem fræna theatris.
Diis ille adverſis genitus, fatoque ſiniſtro,
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone & forcipibus, gladioſque parante
Incude & luteo Vulcano, ad Rhetora miſit.

Athenienſes ſtatuam ei æream poſuerunt cum inſcriptione hâc.

Εἰπερ ἴσην γνώμην ῥώμῃ Δημόσθενες εἶχες,
Οὐ ποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακέδων.

Demoſthenes, dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco apud Thucyd.

Demoſthenes, genere Thrax, grammaticus, Iliada Homeri, & Heſiodi Theogoniam in proſam Orationem convertit. Suid. Alius ab eo eſt *Demoſthenes* Bithynus, qui rerum Bithynicarum libros conſcripſit, quorum 4. 9, 10. & 12. citat Stephanus. Κτίσεις quoque ſcripſit, h. e. urbium, & locorum origines, quarum idem Steph. meminit in Ὀλίζων.

Demoſtratus, ſcriptor. Plin. 37. 6.

* *Demoteles*, unus erat ex 12 illis quos de pyramidibus Ægyptiis ſcripſiſſe Plinius docet 36. 12.

Demus, de rebus Atticis commentatus eſt, ſi vera eſt lectio apud Athen. lib. 14. ubi Caſaubonus jubet legere Κλείδημος. *Sane Clidemus* Atthidem ſcripſit, ut ex eodem Athenæo apparet. Fortaſſe tamen & *Demetrius* quiſpiam hanc materiam tractavit, eoque ex nomine hoc nomen fuerit corruptum, uti factum apud Dionyſ. Halicarn. in judicio de Dinarcho

narcho, ubi citatur Δήμ☞ ὁ Μάγνης, qui omnino eſt *Demetrius.* Voſſius.

Derceto, vel *Dercetis*, fabuloſa Dea, quæ apud Joppen, authore Plinio, aut, ut Diodoro lib. 1. placet, juxta Aſcalonem colebatur, humanâ facie, reliquo corpore piſcis. Hanc Syri *Atergatin* vocant. Ovid. Met. 4.

——De te Babylonia narrat
Derceti, quam versâ ſquamis velantibus artus
Stagna Palæſtini credunt celebraſſe figurâ.

Fabulam narrat Diodorus Siculus. Filiam habuit Semiramidem, quam à columbis educatam ferunt. Syris autem aves illæ ſacræ. Tibullus.

Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Dercyllus literis explicuit κτίσεις, ſive de locorum originibus, quarum 1. adducit Plut. in Parall. Min. cap. 17. Item *Italica* quorum 3. citat ibidem cap. 38. Item *Ætolica*, quorum teſtimonio utitur Plut. de Flum. ubi de Acheloo. Item *Argolica*, teſte Athen. lib. 3. Atque ab eodem etiam libri ejus περὶ Σαπειχῶν περὶ ὀρῶν, & περὶ λίμνων nominantur. Mem. Etymol. in Εὐ☞, & Euripid. Schol. in Phœniſſis, p. 271.

Deucalion, filius Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Hic cum apud Theſſalos regnaret, ingens diluvium univerſum terrarum orbem inundavit, genuſque humanum ad internecionem delevit, Deucalione tantum & Pyrrhâ ſervatis, qui in Parnaſſum montem naviculâ delati, ubi primùm aquæ deſediſſent, Themidis oraculum conſuluerunt, quanam ratione genus humanum poſſet reparari, acceptoque reſponſo, ut magnæ matris oſſa poſt terga projicerent, lectos humi lapides (eos enim magnæ matris h. e. terræ oſſa interpretabantur) poſt terga jactabant: qui protinus naturali poſitâ duritie, in utriuſque ſexûs homines ſunt commutati. Ovid. 1 Met. Virg. 1. Georg.

Quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,
Unde homines nati, durum genus.

Manil. Aſtron. 4.

——Sic quondam merſerat urbes
Humani generis quum ſolus conſtitit hæres
Deucalion, ſcopuloque orbem poſſedit in uno.

Juven. Sat. 1.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Navigio montem aſcendit, ſorteſque popoſcit,
Paulatimque animâ caluerunt mollia ſaxa
Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas.

Inde *Deucalionei imbres.* pro ingentibus. Lucan. 1.

Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres.

Porro reparatio hominum aſcribitur Deucalioni, nempe quòd Gentes ab eo edoctæ retinuerint memoriam diluvii. At hæc fabula Poetica, ſub verborum, & nominum involucris veram univerſalis diluvii à Moſe Dei ſervo deſcriptam hiſtoriam propoſuit; & artibus Satanæ factum eſt, ut quæcunque in ſacrâ hiſtoriâ occurrerent, Ethnicorum figmentis in fabellas verterentur. Apud Lucianum libello de deâ Syriâ extat locus ex quo manifeſtum eſt per Diluvium Deucalionis intelligi non inundationem illam, quâ olim Græcia abſorpta eſt, ſed diluvium univerſale, quod fuit Noæ temporibus. Quinetiam Plut. lib. de Animalium Induſtriâ ſcribit columbam in arcâ Deucalionis emiſſam attuliſſe indicium recedentis Diluvii. Noë dictus Δευκαλίων, quòd ante diluvium prophetabat hominibus dicens, Δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν. Theophilus lib. 3. ad Autolycum.

Dexippus, Herennius appellatus, orator Athenienſis, ſub Valeriano, uſque ad Aurelianum. Item alius Medicus Cous, Hippocratis diſcipulus, ſcripſit de Medicinâ librum unum & de Prognoſticis. Suid. Scripſit etiam τὰ μετ' Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις δ'. Photio teſte. Eum citat περὶ τῆ Μακεδόνων βασιλέων Euſeb. 1. Chron. ſcripſit præterea compendium hiſtoricum uſque ad Claudii qui Gallieno ſucceſſit principatum. Sæpius hoc opus laudant Hiſt. Aug. ſcriptores. Adhæc Scythica prodidit. Trebell. Pollio in Gallienis duobus; & Jornandes de rebus Geticis, cap. 22. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 242.

Dexter, Barcinonenſis hiſtoricus, qui omnimodam hiſtoriam ſcripſit.

Diadumenus, juvenis ſpecioſus filius Macrini Imp. qui patre ab Heliogabalo victo, una cum eo eſt interfectus. Item nomen amaſii Martialis,

Baſia da nobis Diadumene, &c.

Diagoras, philoſophus Athenienſis, qui *Atheos* cognominatus eſt, i. e. *negans Deos*; poeta Melicus poſt Pindarum, & Bacchylidem, quem Democritus, ob phyſiognomiam, cum ſervus eſſet, emit 1000. drachmis ut diſciplinis erudiret. Sic myſteria contempſit, ut etiam ea ſectantes averteret. Quare ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt, qui eum interfeciſſent. Suidas. Vide Voſſium Hiſt. Gr. pag. 436.

Diagoras Rhodius, 3 filios adoleſcentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem, eoſque omnes vidit vincere coronarique eodem Olympiæ die, cujus rei causâ gaudio nimio effuſus animam efflavit. Cic. 1. Tuſc. Qu. Gell. 3. 15.

Diana, Jovis filia ex Latonâ, eodem cum Apolline partu edita. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum conſortia fugiſſe, & ut à ſe libidinis pruritum amoveret venando ſylvas incoluiſſe, paucarum virginum comitatu contenta. Horat.

Montium Cuſtos, nemorumque virgo.

Et alibi.

Phœbe, ſylvarumque potens Diana.

Catullus:

Montium Domina ut foret
Sylvarumque virentium
Saltuumque reconditorum
Amniumque ſonantium.

Inde *turba Diania* apud Ovid. pro canibus, & *Arma Diania* pro inſtrumentis venatoriis Gratio dicuntur. *Integræ Tentator Orion Dianæ*, id eſt, Caſtæ. Laudatiſſimum templum habuit apud Epheſios; aliud item in Taurică reg. ubi carne tantum humanâ litabatur. Lucan. lib. 1.

Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

Sic dictam volunt quaſi *Jovianam* ἀπὸ τῆ Διὸς à *Jove*, ſc. Aliqui autem à *die* ſic appellatam tradunt; quia lux ejus æmula diei, ut innuit Cic. lib. 2. de N. D. eumque imitatus Firmicus lib. contra Gentiles cap. 19. *Luna, hæc eadem Lucina à nocturno lumine nomen accepit: hanc etiam quidam dici voluerunt Dianam, quòd per noctem lucens hominibus penè alterum diem faciat.* Producit primam ſyllabam Virgilius:

Exercet Diana choros.

Et Horatius:

Dianam teneræ dicite virgines.

Itemque Papinius:

——— Ipſa coronat
Emeritos Diana canes.

Corripiunt plerumque alii. Ovid. Amor. 2. 3.

Talia pinguntur ſuccinctæ crura Diana
Cum ſequitur fortes fortior ipſa feras.

Loquitur de habitu venantium: Talis enim Diana: Minutius Felix: *Diana interim eſt alte ſuccincta venatrix.* Arnob. lib. 6.

Semitectis femoribus Diana.

Sic etiam Claud. 2. de Raptu veſtit hanc Deam.

Brachia nuda nitent; levibus projecerat auris
Indociles errare comas; arcuque remiſſo
Oeia nervus agit: pendent poſt terga ſagittæ:
Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu
Poplite fuſa tenus.——

In Callimachi Hymno Diana ipſa petit à Jove, ut det ſibi ——Ἐς γόνυ μίχει χιτῶνα. Prudentius Hymn 10. περὶ στεφ. Dianam vocat *molle ſuccinctam*; *molle*, hoc eſt nudato genu.

Dicæarchus, Philoſophus Meſſenius, qui opinatus eſt hominum exordium nullum extitiſſe. Compoſuit 3 libros, in quibus ſcripſit animam nihil aliud eſſe, quam vim quandam, atque potentiam æquabiliter fuſam, tam in corporibus brutorum, quàm hominum, quæ à corpore foret inſeparabilis, ut à morte nullus ſenſus ſupereſſet, ſed omnia cum animâ morerentur. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 9. Alius Lacedæmonius Grammaticus Ariſtarchi auditor. Suidas. Vide Jonſium de Script. Hiſt. Philoſ. lib. 1. cap. 16.

Dictynna, nympha Cretenſis, quæ caſſes venatorios prima creditur inveniſſe; unde *Dictynna* dicta, cum antea *Britomartis* appellaretur. Ferunt autem hanc in Cretâ Dianæ conſuetudine familiariſſimè uſam fuiſſe, quæ ipſa ob id à Poetis nonnunquam *Dictynna* dicitur. Sunt qui Dictynnam à Minoe adamatam ferunt, ejuſque vim cum alioqui effugere non poſſet, ex editâ rupe ſe in mare præcipitaſſe, retibuſque piſcatoriis exceptam fuiſſe, indeque nomen accepiſſe. Item Cretæ urbs, à qua mons *Dictynnæus* & promunt. *Dictynnæum.* Strabo.

Dictys Cretenſis, hiſtoricus, qui cum Idomeneo Trojam profectus totum illud bellum Phœnicum literis deſcripſit. Vide Voſſium. Item Centaurûm unus Pirithoi manu in Hippodamiæ nuptiis interfectus. Ovid. Met. 12. Denique piſcator quidam, qui Perſeum educavit. Statius.

Fluctivagus volucrem comebat Perſea Dictys.

Didia lex, à *Didio* lata, poſt Fanniam 18. annos ſecuta eſt, cujus ferendæ duplex ratio fuit. Prima, ut non ſolum urbs Romana, ſed univerſa Italia lege ſumptuariâ teneretur. Secunda, ut non modo qui convivia majore ſumptu feciſſet, ſed

ſed etiam qui ad ea vocati eſſent, atque omnino interfuiſſent, pœnâ legis tenerentur. Macrob. 3. 57.

Didius Julianus 20. Rom. Imp. an. U. C. 945. Hic uſque adeo parcus erat, ut porcellum, atque lepuſculum ad ſe dono miſſum in triduanas partiretur cœnas; prandebatque interim paucis oleribus, ac herbulis contentus; cujus hic fuit vitæ exitus, ut à Septimio Severo ſucceſſore ſuo in abditas Palatii balneas ductus, extentâ damnatorum more cervice ultimum diem obierit. Sext. Aurel.

Dido, ſive *Eliza*, Beli Tyriorum regis filia, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis ſacerdoti juncta fuit; quem cum Pygmalion, Elizæ frater, theſauris ejus inhians ante aram obtruncaſſet, illa in ſomniis monita, cum iis quibus Pygmalionem inviſum eſſe ſciebat, effoſſis clam theſauris, navem conſcendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana dicta eſt, delata, tantum ſibi ſoli emit, quantum taurino corio poſſet circumdare. Virg. Æn. 1.

Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum potuit circumdare tergo.

Sil. lib. 1.

Tum pretio mercata ſolum nova mœnia ponit
Cingere quà ſecto permiſſum littora tauro.

Appianus in Libycis: Ἔδοντο δὲ χωρίον εἰς συνοικισμὸν λαβεῖν ὅσον ἂν βύρσα ταύρου περιλάβοι. Dionyſius.

Καρχήδονα, ἣν μόσῳ γαῖα βοὸς περιθήκατο.

Quo in loco cum corium in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet, locumque ſatis amplum complexa eſſet, urbem condidit, quam Carthaginem appellavit, arcemque in medio urbis, quam à Corio bubulo *Byrſam* vocavit. Deinde cum Iarbas Gætuliæ rex nuptias ejus ambiret, recuſantemque vi, armiſque cogeret, ſibi ipſi manus intulit, præferens nimirum morte occumbere, quam prioris lecti jura ſecundis nuptiis polluere. Silius lib. 8.

Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite Dido
Et ſpes abrupta è medio, in penetralibus atram
Feſtinat furibunda pyram, tum corripit enſem
Certa necis profugi donum exitiale mariti.

Virgilius lib. 1. & 4. Æn. fabulatur Æneam, captâ Trojâ, à patriâ profugum, vi tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatum, Elizamque amore ejus captam, & cum præter ſpem ab eo deſereretur, mortem ſibi conſciviſſe. Quod tamen graviſſimorum hiſtoricorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt ſeptuageſimo demum anno poſt Romam conditam, ab Eliſâ condi cœpiſſe. Ab Æneæ vero in Italiam adventu uſque ad U. C. numerantur anni amplius quam 330. quibus Albæ regnatum eſt. Hâc de re extat elegans apud Auſonium Epigramma. *Dido* Hebræis דידה *dilectulam* notat. Eſt enim dimunutivum à דוד h. e. *dilectus*: De quo tamen aliter veteres ſuo more; Euſtathius ſiquidem in Dion. Perieg. Διδὼ exponit Ἀνδρόγυνον. Servius in 1. Æn. ait linguâ Punica notare *viraginem*. At Etymologus & Varrinus Διδὼ interpretantur πλανῆτιν, h. e. *vagam*, ſeu *erraticam*, quomodo dictam arbitrantur, quia Tyro profuga variè eſſet vagata.

Didymarchus, libro 3 transformationum citatur ab Antonio Liberali narratione 23, quæ eſt de Barto. Sed ab interprete ſcriptores ex quibus ea hauſta eſt narratio, prætereuntur. Voſſius.

Didymus, vir Alexandrinus qui licet à puero oculis captus foret, divinas tamen literas optimè callebat, & inter Eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit. Hieronymus.

Didymus, Alexandrinus alius, ſalſamentarii filius, quo nemo, ut Quintilianus inquit, plura ſcripſit. Grammaticus fuit, & ad Auguſti tempora pervenit, qui ob aſſiduam circa libros moram Χαλκέντερος eſt appellatus: nam ad tria millia librorum, & quingentos ſcripſiſſe dicitur. Amm. lib. 22. *Inter quos Chalcenterus eminuit. Didymus, multiplicis ſcientiæ cœpti memorabilis, qui in illis 6. libris, ubi nonnunquam imperfectè Tullium reprehendit, &c.* Contra hos vero Didymi libros pro Cicerone ſcripſit Suet. Tranquillus teſte Suida. *Didymus*, alius Monachus, maximus contemplationum doctor cognominatus. De quo vide Hiſt. Tripart. lib. 8. cap. 1. *Didymus*, poeta, Georgica ſcripſit. Alius etiam Philoſophus Academicus.

Dieſpiter, Jupiter, quaſi *diei*, i. e. *lucis pater*, uti Macrobius interpretatur. Horat. 1. Carm.

——— *Namque dieſpiter*
Igni coruſco nubila dividens.

Et alibi.

——— *Sæpe Dieſpiter*
Neglectus inceſto addidit integrum.

Dieuchidas, hiſtoriam Megaricam ſcripſit, ut ex Harpocratione conſtat, apud quem corruptè interdum Διυχίδας legas. At fœdius etiam corruptum id nomen apud Schol. Apollonii 1. Argon. ubi Διηχίδας legitur.

Dinah, i. e. *judicium*, vel *judicans*. Jacobi ex Leâ uxore filia, Gen. 30. Hanc Sichem ſtupro ſubdidit, quod malum Jacobo immiſſum putant Rabbini, quòd in occurſu Eſaui fratris filiam occultaret, ne eam in uxorem peteret. Joſephus: Παρῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, ὁλοιόν τε κόσμιον τῶν ὑπηκόων γυναίκων.

Dinarchus, Delius, Cretenſes fabulas collegit, ut cognoſcimus ex Dion. Halicarn. in Dinarcho oratore; ubi ex Demi, vel potius Demetrii libro de ejuſdem nominis viris, quatuor *Dinarchos* enumerat. Videtur idem ſignari ab Euſeb. lib. 1. Chron. ubi de Bacchi geſtis loquens ait. *Ut Dinarchus loquitur, non ille orator ſed poeta.* Voſſius.

Dinias, hiſtoricus res Argolicas conſignavit. Citatur ab Apollonii Scholiaſte lib. 2. ἐν πρώτῳ Ἀργολικῶν. Mentionem quoque Diniæ facit Plut. in Arato, & Eurip. Schol. in Oreſte, & Sophoclis Interpres in Electrâ, qui ſeptimum Argolicorum citat.

Dinocrates, Meſſenius, Romæ in convivio temulentus muliebri ſaltavit habitu, poſtero die cùm ab Achæorum imperio Meſſanam ad defectionem ſollicitare vellet, peteretque propterea præſidium à Tito Flaminio, de his reſpondit Flaminius, Videbimus; Te vero miror vina tractare, ac ſaltare, & fœminam mentiri poſſe, quum res ejuſmodi moliri audeas. Plut.

Dinolochus Comicus. Voſſ. P. Gr. p. 40.

Dinon, Clitarchi fil. ſcriptor antiquus de quo Plin. 10. 49. Mem. ejus Plut. in Alexandro, Æl. de Anim. 17. 10. & Var. 7. 1. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 4. 8.

Diocles, Athenienſis comicus poeta antiquus, cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Item Medicus Caryſtius Darii Hyſtaſpis temp. Reliquit & ipſe commentarios. Suidas. Cæterum de variis hujus nominis hominibus videatur. Voſſius de Hiſt. Gr. p. 355.

Diocletianus Jovius, 38. Rom. Imp. cum 22. annis, quibus in imperio fuit, res magnas geſſiſſet, depoſito Imperio, ruri vitæ reliquum egit, non minori libertate, quam rei familiaris tenuitate.

Diodorus, Philoſophus Socraticus. Hieronymus, Quinque filias dialecticas inſignis pudicitiæ habuiſſe narratur. De quibus & Philo Carneadis magiſter pleniſſimam ſcribit hiſtoriam.

Diodorus, Erythræus, Alexandri *M.* Ephemeridas conſcripſit. Athen. l. 10.

Diodorus Sardianus Rhetor Poeta & hiſtoricus, Strab. lib. 13.

Diodorus Epheſius ſcripſit de Anaximandro. Laert. in Empedocle.

Diodorus, cognomento *Chronus*, Dialecticus ex Jaſſo Aſiæ civitate fuit Platonis temp. Euclidemque audivit. Dictus *Chronus* ab Apollonio *Chrono* ejus præceptore, cujus ut famam obſcuravit, ita & cognomen uſurpavit. *Dialecticus* autem, quia, teſte Laertio, primus involutum differendi genus invenerit. Apud Ptol. Soterem commorans, cum inter epulas à Stilpone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos extemplo nequiviſſet exſolvere, ob id à rege per jurgium *Chronus* appellatur, convivium deſeruit ac edito per otium ſuper eâ propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. Plin. 7. 53.

Diodorus, Stoicus, Ciceronis Præceptor in Dialecticis, ut in Bruto ſcribit ipſe. *Eram*, inquit, *cum Stoico Diodoro: qui cum habitaviſſet apud me, mecumque vixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus*: à quo cum in aliis rebus tum ſtudioſiſſime in dialecticâ exercebatur.

Diodorus, Comicus poeta, cujus fabulas enumerat Athenæus.

Diodorus, Alexandrinus, fil. Pollionis philoſophi ejus, qui compoſuit Dictionarium Atticum, floruit Adriani temp. Suid. *Diodoros* præterea duos è Lydiâ Tiberii temp. Strabo commemorat ambos oratores. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 187.

Diodorus Siculus. Res interim (inquit Voſſius) apertior eſt de ætate Diodori Sic. Antiquiorem paulo eſſe aliquis dicat, quia, tempore Jul. Cæſaris vixiſſe Euſeb. in Chron. tradat: atque adeo ipſe Diodorus non uno hoc loco de ſeſe teſtetur. Sed non male propterea Suidas, qui ſub Auguſto vixiſſe dicit. Natale ei ſolum Argyrium, ſive Angyrium, Siciliæ op. ut quidem vulgo legitur apud ipſum Diodorum, vel potius Agyrium, quod verum eſſe oppidi nomen probat Cluverius. Scripſit βιβλιοθήκην ἱστορικήν, in quâ agit de Ægyptiis, Aſſyriis, Medicis, Perſicis, Græcis, Romanis, Punicis, atque aliis. Conſtabat vero opus hoc libris 40. quorum argumentum ipſe in Præfatione recenſet. Multa ejus ſphalmata ſunt in Olympiadum annis & Romanis magiſtratibus, ut plane veriſimile ſit corruptis ac mutilis faſtis uſum eſſe. Cætera ſi ſpectes, magna ejus φιλοπονία fuit ut qui 30. annorum operam in hanc ſe hiſtoriam impendiſſe ſcribat in Præfatione ſuâ. Ubi & quanto veritatis ſtudio laborarit, oſtendit peregrinatione ſuâ in Aſiâ, atque Europâ; nempe periculis vel ærumnis nullis terri-

territus fuit, quo minus loca ipsa lustraret, de quibus scripturus esset. At egregium hoc Diodori opus non τῆς ἔξωθεν modo, sed etiam Justino Martyri ac Eusebio laudatum, non caruit seculo nostro reprehensoribus suis, seu rem seu dictionem spectes; Rem ipsam culpat Lud. Vives, qui in quinto de tradendis disciplinis refert *nihil Diodoro esse nugacius*: Contra profecto quàm Plinius judicarat, qui in Præfatione scripserat, cùm Græcorum alii magnificis titulis superbiant, Diodorum, qui ἁπλῶς βιβλιοθήκην vocat, *primum Græcorum desiisse nugari*. Quemadmodum vero ipsam rem Vives, ita dictionem Diodori arrodit Bodinus in Methodo Historiæ: Quanto melius de eo censuit Photius patriarcha μυριοσθένης suæ cap. 70. ubi ipsum ait φράσει σαφεῖ τε καὶ ἀκόμψῳ, καὶ ἰσχνείᾳ μάλιστα πρεπούσῃ. Addit, non affectare nimis dictionem Atticam, sed neque devolvi ad vulgarem ac tritam dicendi formam verum mediocri genere gaudere. Quæ sane majoris, quam Bodini judicium fieri debere, nobiscum fatebitur, qui vel de stylo judicare per se possit; vel, quàm exquisito in talibus judicio Photius fuerit, intelligat. Vossius.

Diodorus, Periegetes, terras descripsit, ut ex cognomine colligi potest. Idem de monumentis tractavit. Plut. in Themistocle. Meminit & idem hujus scriptoris in Theseo, ac Cimone.

Diodorus, Tarsensis Præsul. Hieronym.

Diodorus, qui & Tryphon, 14. Syriæ rex. Liv. lib. 55.

Diodorus, Episcopus sapientissimus, velut quidam fluvius perspicuus, atque torrens, oves quidem proprias irrigabat, luporum vero blasphemias penitus abluebat; ac generis sui nobilitatem spernens, libenter sustinebat quamlibet pro Fide calamitatem. Sozom. lib. 8. cap. 3. Trip. Hist.

Diogenes, philosophus Cynicus celeberrimus, Antisthenis Discipulus, ἀυτοδίδακτος, h. e. *in diem vivens*, vulgò appellatus, quod omni abjecta sollicitudine, cibum suum in singulos dies emendicaret. Habitavit in portarum vestibulis, & porticibus civitatum, cumque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum jocabatur, & se cum temporibus immutantem. Hyeme enim os dolii vertebat in meridiem, æstate ad septentrionem, & ubicunque sol se inclinaret, Diogenis prætorium vertebatur. Obiit fermè nonagenarius, mortique vicinus jussit cadaver suum inhumatum abjici; quærentibusque amicis, volucribusne & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqui? *Minime*, inquit, *sed bacillum apud me, quo illas abigam ponitote*. Irridens nimirum amicorum præposteram curam, qui tantopere de humatione cadaveris, omnis sensûs expertis erant solliciti: quasi magnum quiddam interesset, à ferisne, an à vermibus absumeretur. Cùm in patria adhuc esset, Pythiam consuluit, quonam modo posset excellere, respondit, *Si nummos adulteraret*. Quo ille facto patriâ pulsus, Athenas venit, jam senex à Scytalo piratâ captus, venundatusque Xeniali Corinthio fuit, qui eum manu misit, eique liberos suos ad erudiendum tradidit; apud quem Diogenes vivere voluit, cùm posset ab amicis redimi. De eo scribitur, quod cùm Antisthenes nullum Discipulorum reciperet & perseverantem Diogenem removere non posset, novissimè clavâ minatus est, nisi abiret; cui ille subjecisse dicitur caput, atque dixisse, *Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo posset obsequio separare*. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse, ne sibi apricanti à Sole obstaret. Plut. in Apophth. Juven. Sat. 10.

Sensit Alexander, testâ cum vidit in illâ
Magnum habitatorem, quanto felicior hic qui
Nil caperet, quam qui totum sibi poscret orbem.

Patriâ Sinopensis fuit, teste Suidâ. Ovid. De Ponto.

Non doluit patriâ Cynicus procul esse Sinopeus.

Antonius *Diogenes*, scripsit Incredibilium de Thule inf. lib. 24. quorum mem. Porphyr. in V. Pythagoræ, & Servius ad lib. 1. Georg. Eorum argumentum luculentè narrat Photius Tmem. 166. ac vixisse putat non multo post temp. Alex. Magni.

Diogenes, Cyzicenus, reliquit libros de patriæ suæ insulis, teste Stephano in Βίσβικος. Vide Vossium de Hist. Gr. Item alius Tragicus poeta.

Diogenes, Sicyonius, Peloponnesiaca scripsit. Vide Vossium de Hist. Gr. pag. 356. & 357.

Diogenes, Tarsensis, quæstionum poeticarum scriptor.

Diogenes, Laertius, sive, ut Tzetzes vocat, *Diogenianus*, cujus decem libros habemus de vitis Philosophorum. Parum idoneè de eo judicat Bartholomæus Keckermannus, vir cæteroquin eruditus, sed novellorum scriptorum, quam antiquitatis studiosior, uti notat Vossius. Ait ille libro suo de Historiâ, scripsisse Laertium *languidè & frigide, sæpe tamen non inutiliter*. Quæ profecto frigida laus est operis utilissimi, & auro contra non cari. Quippe ex quo discere sit, cum alia tam multa ad historiam temporum pertinentia, tum præclara tot veterum apophthegmata, quorum Keckermannus, malo sane exemplo, Erasmum laudare mavult authorem, quam Plutarchum, Laertium & similes. Quin quod caput est, discrepantes ex eodem Laertio sectarum sententias discimus. Multa ex hoc opere suis doctrinæ variæ eclogis inseruerat Sopater, teste Photio Tmem. 161. Atque hinc liquet vixisse Diogenem ante tempora Constantini M. à quo Sopater ille Apamensis, sive potius Alexandrinus, interfectus fuit, ut Suidas narrat in Ἀλέξανδρος. At junior omnino est Trajano. Siquidem in Speusippi, atque item Anaxagoræ vitâ, Plutarchi meminit, qui Trajani, atque etiam Hadriani tempore floruit. Præterea in Timone mentionem facit decem librorum Sexti Empirici, item Saturnini, qui Sextum audivit. Nempe vixit sub Antonino Pio, vel paulo post, quemadmodum ostendit Vossius de Nat. & Const. Rhetorices cap. 9. Hoc opus à Laertio scriptum fuisse ad fœminam, rectè tradit Lud. Vives lib. 5. de trad. disciplinis. Antiquissimus eorum, qui hujus scriptoris meminerunt, est Stephanus in Χολλίδαι, Ἐνετοὶ & Δρυΐδαι. Reliquit quoque epigrammata omni genere metrorum: Unde hoc opus πάμμετρον inscripsit; multaque de Philosophis epigrammata inde adducit, & Ἐπιγραμματογράφον ex eo vocat Tzetzes Chil. 3. cap. 61. Vossius.

Diogenetes (nisi rectum est *Diogenmetus*, vel *Diogenes*) Erythræus, memoratur Hygino in Poetico Astronomico, ubi de Piscium signo.

Diogenianus, ex Heraclîâ, grammaticus sub Adriano principe, scripsit Dictionarium per ordinem literarum, multaque alia in arte Grammaticâ. Fuit ἀνὴρ σπουδαῖος, καὶ φιλόλογος, *Vir studiosus & elegans*, ut ab Hesychio in Lexici sui initio vocatur: ubi ait se Diogeniani hujus exemplo parœmias quoque admiscere libro suo; multumque se ejus operâ fuisse adjutum. Diogeniani parœmias ex 2. Codd. Mss. primus divulgavit Andr. Schottus. Mem. vero ejus operis quoque Suidas. Quippe ubi dicitur edidisse compendio scripta collectanea περὶ ποταμῶν, legi debet περὶ παροιμιῶν. Alia quoque ejusdem memorat Suidas. Fuit etiam *Diogenianus*, seu Diogenes Grammaticus Cyzicenus, de quo Voss. Hist. Gr. pag. 356.

Diognetus, 7. Athenienſum Judex. Alius unus itinerum Alexandri Regis mensor, quem Plin. lib. 6. se sequi testatur. Tertius, Pictor egregius Antonini Imp. temp. Julius Capitolinus. Quartus Clitomachi pater illius Pœni, qui successit Carneadi, vocatus ante Asdrubal.

Diomedes, rex Ætoliæ, Tydei & Deipylæ filius, qui cum reliquis Græcis ad Trojam profectus adeo strenuè se gessit, ut post Achillem & Ajacem Telamonem fortissimus haberetur. Nam præter occisos à se reges, & singulares pugnas adversus Hectorem & Æneam aliosque insignes Trojanorum Principes, & captos Rhesi equos, Palladiumque Trojanis subtractum, de quo Silius, lib. 13.

Tum meus adjuncto monstratam evasit in arcem
Tydides Ithaco, & dextrâ molitus in ipso
Custodes adyto templi, cœleste reportat
Palladium ac nostris aperit mala Pergama fatis.

Martem quoque in bello vulneravit, Veneremque dextra manu, dum Æneam protegere vellet. Id quod ipse testatur Æn. 1.

——*Cum ferro cœlestia corpora demens*
Appetii, & Veneris violavi vulnere dextram.

Quamobrem Dea indignata Ægialem uxorem ejus tantâ libidinum turpitudine involvit, ut ejus causa patriam exosus Diomedes, domum reverti noluerit, sed in Apuliam profectus, regni partem à Dauno acceperit, ibique Arpos condiderit. Quidam ferunt Diomedem ab Æneâ dolo occisum, ejusque socios doloris impatientiâ in aves Diomedeas esse commutatos. Juv.

Aut reditum Diomedis ab interitu Meleagri.

Horat. 1 Serm. 5. ubi de Canusio.

Qui locus à forti Diomede est conditus olim.

Idem 1 Car. Od. 6.

Ope Palladis
Tydidem superis parem.

Virg. Æn. 1.

——*O Danaum fortissime gentis*
Tydide——

Ovidio Ætolius *heros* dicitur, *Calydonius heros* Statio, item *Ætolus dux*. Notissimum proverbium Διομήδεια ἀνάγκη, de quo Zenobius, Suidas, & Aristoph. Schol. in hæc verba Ἐκκλης. Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μᾶ ἔστ. Γρ. Διομήδεια. Obiter emenda Them. Orat. 1. Μηδ' ἂν ἰδίαν ἰδίᾳ αὖ ἀνάγκην σεμνύειν. Lege μηδ' ἂν Διομήδειαν ἀνάγκην.

Diomedes, Thraciæ rex, qui cum equos suos humanâ carne aleret, ab Hercule victus, equis suis in pabulum est objectus. Ovidius in Ibin.

Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano viſcere pavit equos.

Idem ibidem:

Ut qui Threicii quondam præſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.

Idem Met. 11.

Quid? quod Thracas equos humano ſanguine pingues
Plenaque corporibus laceris præſepia vidi,
Viſaque dejeci, dominumque ipſoſque peremi.

Idem alibi:

Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago.

Luc. lib. 2.

——— *Non Thracia tantum*
Vidit Biſtonii ſtabulis pendere tyranni.

Seneca:

Si quis Iſmarios greges Thracis cruenti vindicat.

Claud.

Diraque ſanguinei vertit præſepia regis.

Idem:

Et Diomedeos gramine pavit equos.

Et alibi:

O mites Diomedis equi, Buſiridos aræ
Clementes ——— ———

Diodorus Siculus lib. 4. Μετὰ δὲ ταῦτα [Ἡρακλῆς] ἔλαβεν ἆθλον ἀγαγεῖν τὰς Διομήδους τοῦ Θρᾴκος ἵππους. Αὗται δὲ χαλκᾶς μὲν φάτνας εἶχον, διὰ σιδηρᾶς δὲ καὶ ἰσχυρὰ ἐδεσμεύοντο. Τροφὴν δὲ ἐλάμβανον ἀνθρώπινα σώματα ἐν γῇ φυομένῳ, ἀλλὰ μὴ ξενῶν μέλη. Ταύτας ὁ Ἡρακλῆς βυλόμενος ἡμερώσαι καὶ κύριον Διομήδη παρέλαβε, &c. Papinii Scholiaſtes: *Diomedes Odryſiorum Thracum rex, equos habebat quos fame cruciatos aſſueverat hominis carnibus ſe nutrire. Hos Hercules occiſo Diomede, & ab equis abſumpto ad ſolita pabula*, h. e. *communia gramina, mollitâ feritate, revocavit.* Silius, lib. 13.

Cyclopas Scyllamque, & paſtos membra virorum
Odryſiæ telluris equos.

Apollodorus, lib. 2. de Diomede: Εἶχε δὲ ἀνθρωποφάγους ἵππους. Hos equos Marcianus à dirâ voracitate ξενοκτόνους, h. e. *hoſpitum interemptores dixit.*

Diomedes, Grammaticus, multi ingenii vir.

Dion, Alexandrinus Philoſophus præſtantiſſimus, qui cum à quodam probris ac conviciis graviſſimè fuiſſet laceſſitus, ne verbo quidem maledictis reſpondit, ſed hoc tantum, Ne gry quidem. Unde Proverb. *Dionis gry.*

Dion, Syracuſanus, apud cives ſuos potentiâ & facultatibus præditus, Platonem primo Syracuſis audivit, dum illic apud Dionyſium ageret, apud quem ipſe quoque in honore fuit. Sed poſtea (quòd eſſet ei propinquus & familiaris) cum eum ſæpè ad liberandas Syracuſas, tum per ſe tum Platonem hortaretur, in ſuſpicionem tyranno venit; quare in exilium actus, Athenas navigavit: quo tempore Platoni Iudorum præfecto, impenſas de ſuo ſuppeditavit. Tandem à Platone, ut creditur, inductus, patriam tyrannide liberavit, exacto Dionyſio. Plut.

Dion Caſſius. Vide *Dio.*

Dion Pruſiæus, Sophiſta, & Philoſophus, cognomento *Chryſoſtomus*, ex ſuavi, vividaque ejus oratione. Prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Trajanum plerumque vixit, cujus familiaris fuit, eodemque curru dignatus eſt. Plures Orationes conſcripſit. Vide Suidam.

Dione, nympha Oceani ac Tethyos filia, Veneris autem mater ex Jove. Inde *Dionæa* Venus. Virg. 3. Æn.

Sacra Dionææ matri, diviſque ferebam
Auſpiciis cæptorum operum, &c.

Idem in Eclog.

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Id eſt, Leonis ſignum, quod in Julio oritur, qui menſis à Cæſare nomen accepit, cum antea Quintilis diceretur; Cæſaris autem origo ad Venerem refertur. Ovid. Faſt. 5.

Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionen
Cum conſternatis diripereris equis.

Dionyſia, quæ & *Bacchanalia*, apud veteres varia fuere; *Antiquiſſima, Recentiora, Majora, Minora, Aſtica, Ruralia, Lenæa, Verna, Autumnalia, Omophagia, Nocturna, Brauronia, Theœnia. Antiquiſſima* die duodecimo menſis Anthelterionis acta, in Limnis, Atticæ loco, ubi templum Bacchi fuiſſe docet Ariſtophanis Scholiaſtes in *Ranis*: Λίμναι, χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσου ἱερόν. De hoc feſto agit Thucydides, lib. 2. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ Ἀκροπόλει, καὶ ἄλλων θεῶν ὄντι, καὶ τὰ ἔξω περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. Hæc autem in Limnis ſacra peragebant mulieres, quæ Γεραιραὶ vocabantur. Harpocration: Γεραιραὶ, αἱ τῷ Διονύσῳ ἱερομνῆαι γυναῖκες. Hæ numero fuere quatuordecim. Heſychius: Γεραιραὶ, ἱέρειαι κοινῶς· ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ δεκατέσσαρες. Quas à Rege deſignari Pollux author eſt, lib. 8. Αὗται ἄρρητα Διονύσῳ ἔδυον μυῆσαι ἄλλης θεωρίας, καθάπερ ἡ αὐτοῦ βασιλὶς ἔτους τεσσαρεσκαιδεκάτου. Quippe Regi ceremoniarum cura, & ſacrificiorum incumbebat, ejuſque uxor, quæ Regina dicebatur, occulta, & maribus non inviſa ſolum, ſed etiam inaudita procurabat. Demoſth. Orat. contra Neæram: Τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας ὁ Βασιλεὺς ἔδυε, καὶ τὰς σεμνοτάτας καὶ ἀῤῥήτους ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐπίει, εἰκότως βασίλισσα οὖσα. Hinc non niſi ſpectatæ probitatis virum ſacræ dignitati præficiebant: uxoris etiam indubitata caſtitas requirebatur; nam quæ alterius viri thorum experta fuiſſet, à Regis connubio leges arcebant: Τὸν μὲν Βασιλέα ἐδέησεν ἡμῖν ὁ Δῆμος ἠρέτο ἐκ πρώτων καὶ ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. Τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ νόμων ἔθετο ἄξιον εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμιγνύναι ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα καὶ τὰ πάτρια ἐν τῇ τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα χρόνῳ τοῖς θεοῖς ἐυσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύῃ, μηδὲ καινοτομῆται. Legem vero columnæ lapideæ inſcriptam in vetuſtiſſimo Bacchi templo ad Limnas collocarunt: Καὶ διὰ ταῦτα, inquit Demoſthenes, ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἕστηκε, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. Ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀνοίγει, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Ipſi etiam Regis uxori, ante aram & caniſtra Γεραιραὶ jurejurando ſuam fidem adſtringere debebant, antequam ſacra attrectare poſſent. Cujus ritus adminiſter erat, quem Ἰερομνήμονα nuncupabant. Sacramenti vero formula hæc eſt apud Demoſthenem: Ἁγιστεύω, καὶ εἰμι καθαρὸς, καὶ ἀγνὴ ἀπὸ παντὸς ἄλλου ὧν καθαρεύοντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ Θεόξενια, καὶ Ἰοβακχεῖα γεραίρω τῷ Διονύσῳ, κατὰ τὰ πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. Bacchanalia *Recentiora* nobis indicant Scholia Thucydidis ad locum antea productum: Ἀρχαιότερα εἶπε, διότι δεῖ καὶ νεώτερα ἄλλα. Sed an ab aliis, de quibus mox dicturi ſumus, hæc diſtinguantur, aſſerere nolim, niſi quando celebritatis variare tempora deprehenduntur. *Majora* ſunt eadem cum Antiquiſſimis, nam Ulpian. in Orat. Demoſthenis contra Leptinem eodem tempore celebrari notat: Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς πλείονος χωμῳδὸς δαπάνης, εἰς χορηγὸς ἐκάστης φυλῆς καθίστατο. Veris autem initio celebrabantur. Interpres Ariſtoph. *in Aves*: Λήνοντος τοῦ χειμῶνος, ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος γίνεται τὰ Διονύσια. Nam quoties Attici ſcriptores *Dionyſia* ſolum dicunt, ſine alterius particulæ adjectione, de *Majoribus* & *Antiquioribus* accipiendi ſunt. Per hæc feſta ſocii tributum Athenienſibus ferebant. Schol. Ariſtoph. in *Acharn.* Διονυσίων ἑορτὴ ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺ φόρους οἱ σύμμαχοι. *Minora* ſunt, tanquam præparatio ad altera Liberalia Majora; nec differunt à *Ruralibus*, & in Menſem Poſeideona incidunt. Theophraſtus *in deſcriptione hominis garruli*: Ποσειδεῶνος τὰ κατ' ἄγρας Διονύσια. Heſych. Τὰ μὲν κατ' ἀγρὰς μικρὰ Ποσειδεῶνος. Eadem quoque Λιμναῖα ſunt. Ariſtoph. in *Acharnan.*

Ἄξω τὰ κατ' ἀγρὰς εἰσιὼν Διονύσια.

Ubi Schol. Διονύσια, τὰ Λιμναῖα λεγόμενα, ἔνθεν τὰ Λιμναῖα, καὶ ὁ Ἐπιλιμναῖος ἀγὼν τελεῖται, τῷ Διονύσῳ. Λιμναῖον γάρ ἐστιν ἐν ἀγροῖς ἱερὸν τοῦ Διονύσου, διὰ τὸ πλῆθος ὑπαυθα γεγονέναι, ἢ διὰ τὸ φθόνον ἐν τῷ τότῳ τόπῳ λιμνῶν πεφυκέναι. Steph. Λιμναῖα· ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς ἀπὸ τῶν λιμνῶν. Sed alii menſe Gamelione celebrari ſolita tradunt. Heſychius autem cum dixiſſet Ruralia Liberalia menſe Poſeideone agi, deinceps addidit: τὰ δὲ Λιμναῖα μηνὸς Λιμναιῶνος. At Proclus ad Heſiodum, à Bœotiis ait Lenæona vocari, quando Sol Capricornum ingreditur, incipiente jam poſt vindemiam hyeme. Cæterum Lenæa in Autumno curabantur, atque ab iis peregrini arcebantur. Scholia *in Acharn.* Τὰ δὲ Λιμναῖα ἐν τῷ μετοπώρῳ ἦγετο, ἐν οἷς ὁ παρὴν οἱ ξένοι. Ideoque Demoſthenes in oratione contra Neæram graviter exaggerat, quod peregrina Regi nupta ſacrorum arcana luſtraſſet, & obiviſſet. Καὶ αὕτη ἡ γυνὴ ὑμῖν ἔδυε τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ εἶδεν ἃ οὐ θεμιτὸν αὐτῇ ὁρᾶν ξένῃ οὔσῃ. Καὶ τοιαῦτα ὅσα εἰσῆλθεν ἃ οὐδεὶς ἄλλος Ἀθηναίων τοσούτων ὄντων εἰσέρχεται, ἀλλ' ἢ τῆς Βασιλέως γυνή. Verum ab his diverſa fuere Liberalia Aſtica ſive *Urbana*, quæ vere quidem acta. Ariſtoph. Interp. *in Avibus*: τῷ ἔαρι ἐν ἄστει τελεῖται τὰ Διονύσια. Sed menſe Elaphebolione. Heſychius: Τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. Erantque non annua, ſed trieterica. Virg. Æn. 4.

——— *Qualis, commotis excita ſacris*
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia. ——— ———

Ubi Servius: *Liberi ſacra tertio quoque anno innovabantur.* Lucanus:

——— *Referunt trieterica Bacchæ.*

Atque

Atque hæc Bacchus instituisse traditur ad Callirrhoën, ut essent monumentum expeditionis Indicæ, in quâ triennii spatium absumpsit Cic. lib. 3. de N. D. quinque Dionysios enumerat, quintumque Nyso natum, & Thyone, *à quo Trieteridas constitutæ putantur.* Alia etiam fuere quinquennalia, de quibus Schol. Aristoph. *in Pacem.* Διὰ πενταετηρίδος χρόνου ἦγοντο αἱ θεωρίαι τῷ Διονύσῳ. *Brauronia*, à *Brauron*, op. Atticæ, in quo Liberalia libidinis scenam exhibebant. Schol. Aristoph. ubi supra. Βραυρὼν, πόλις τῆς Ἀττικῆς ἐν ᾗ τὰ Διονύσια ἦγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἤρπασαν. Idem habet Suidas in Βραυρῶν. Liberalium arcana noctu peragebantur. Euripides in Bacchis :

Τὰ δ' ἱερὰ νύκλωψ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
Νύκτωρ τὰ πολλὰ· σεμνότητ' ἔχει σκότος.

Unde, ut notat Servius in Æn. 4. *Ipsa sacra Nyctelia dicebantur.* Ipsaque adeo maximâ silentii religione continebantur. Pausan in Atticis. sacra Bacchi ad Alcyoniam paludem commemorans : Τὰ δὲ ἐς αὐτὸν Διονύσου δρώμενα, ἐν νυκτὶ μὲν ἔτος ἕκαστον ἔχω ὅσιον ἐς ἅπαντας ἦν μοι γενέσθαι. Θεοίνια dicebantur a Bacchi nomine Θεοίνης. Helychius : Θεόινια, θυσία Διονύσου Ἀθήνησι, καὶ Θεὸς Θεοίνιος, Διόνυσος. Ea per vicos sive populos actitabantur, & tum Γεννῆται sacrificabantur. Τὰ κατὰ δήμους Διονύσια, Θεόινια ἐλέγετο, ἐν οἷς οἱ Γεννῆται ἐπίδυον, ἤ γε Διόνυσον Θεόινον ἔλεγον. Γεννῆται vero apud Athenienses vocabantur, οἱ τῶν αὐτῶν γένος κοινωνοῦντες. *Omophagia* Dionysia, Latine *crudivora*, sic appellabantur, quod Mystæ furentes, & pleni Deo ; quoque præsentius Numen ostentarent, anguibus redimiti, crudas carnes ore dilaniarunt. Catullus in Argonaut.

Pars è divulso jactabant membra juvenco :
Pars sese tortis serpentibus incingebant.

Clem. Alex. in Προτρεπτ. Διόνυσον μαινόλῃ ὀργιάζοντι Βάκχαι, ὠμοφαγίᾳ τε ἱερομανίαν ἄγουσι, καὶ τελίσκοντι τὰς χρεωνομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένας τοῖς ὄφεσιν, &c. Arnobius lib. 5. *Bacchanalia etiam prætermittimus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est. In quibus furore mentito, & sequestratâ pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Bacchanalia in Ægypto nata Melampus in Græciam transtulit, teste Herodoto lib. 2. Porro Dionysia apud Athenienses in primis celebria fuerunt, ut sic eorum intervallis tempora distinguerent, quæ postea per Olympiadas numerari cœperunt. Suidas : Ἔθος ἦν Ἀττικοῖς λέγειν τὰ ἔτη, καὶ τὴν πεντάετηρον ἀεθμὸν ἀπὸ τῆς Διονυσίων. Præterea Bacchi sacerdos in spectaculis principem locum obtinebat. Commentator Aristoph. *in Ranas :* Παρὰ ταῖς θεαῖς πρωτεῖα ἐπετίμητο ὁ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου. His adde, quòd summus in Rep. magistratus illorum curator esset. Pollux, l. 8. Ὁ Ἄρχων διατίθησι Διονύσια. Pompa Dionysiorum antiquitùs simplex, & sumptuum expers erat, donec opum affluentia sacris etiam, mores suos, luxumque immisit. Plut. lib. περὶ φιλοπλουτίας. Ἡ πάτειος τῆς Διονυσίων ἑορτῆς τὸ παλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς, καὶ ἱλαρῶς, ἀμφορεὺς οἴνου, καὶ κληματὶς, εἶτα τράγον τις ἤλαυνεν, ἄλλος ὀφθὸν ἄρρίχον ἠκολούθει κομίζων, ὅπι πᾶσι μὲν ὁ φαλλός. Ἀλλὰ νῦν ταῦτα πάντα παρῆται, καὶ ὑφάνισαι, χρυσωμάτων πεπερασμένων, καὶ ἱματίων πολυτελῶν, καὶ ζεύγων ἐλαυνομένων καὶ θεραπαινίδων. Et quantum prima rudis ævi simplicitas mutarit, ex Athenæi libro 5. manifestum est, ubi Choragium Bacchi describit, quod magnifico prorsus apparatu Antiochus instruxit. Apparatus pompæ constabat Mystis & ferculis. Mystæ autem sunt Bacchantes, & sacris initiati. Eorum ornatus Nebrides, Sindones, Mitræ, Thyrsi, Ferulæ, Pampini, Hedera, Tympana, Tibiæ, Fistulæ, Tintinnabula ; de quibus passim Poetæ, eaque diligentissime tractarunt Lilius Gyraldus, Natalis Comes, & novissime in unum non pauca congessit Dempsterus ad Rosinum lib. 2. cap. 11. Porro Bacchantum alii Silenorum, alii Satyrorum, atque Panum habitu procedebant. Sic Plutarchus Antonium Liberi patris æmulum nonnullas civitates obiisse prodidit, atque Ephesum accessisse Bacchicâ pompâ, Εἰς γῆν Ἔφεσον εἰσιόντος αὐτοῦ γυναῖκες μὲν εἰς Βάκχας, ἄνδρες δὲ καὶ παῖδες εἰς Σατύρους καὶ Πᾶνας ἦγοντο διεσκευασμένοι, πολλῶν δὲ καὶ Θύρσων καὶ φαλλητείων, καὶ συείγων, καὶ αὐλῶν ἡ πόλις πλέα. Rursus alii asinis insidebant, alii hircos ducebant, quos immolarent, quorumque pellibus ad Ascolia uterentur. Hoc ornatu instructi utriusque sexus homines, lymphato cursu ferri, vario motu (ut videre est in Θεσμοφοριαζούσαις Aristophanis) Choreas sive Thiasos ductare, tremulis ululatibus æthera complere, caput jactare ; quod huic sacro fuisse velut proprium animadvertas, unde Euripides bacchantis gestum ait κρᾶτα σείειν. & Pindarus tales ῥιπτοκράνας vocat. In ista capitis jactatione crines effundebantur, quos Baccho alere solebant. Euripides.

Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.

Virg. Æn. 7.

Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.

Et apud Val. Flaccum lib 2. Hypsiphile patrem suum Bacchi cultu exornans, ut Lemniadum furori eripiat,

Serta patri, juvenisque comas, vestesque Lyæi
Induit. ——

Porro conciti furore, Deoque pleni acclamabant, Εὐοῖ Σαβοῖ, Εὐοῖ Βάκχε, ut ex Demosthene, Plutarcho, & poetis eruditi possunt observare. Dionysius.

Καὶ μὴν Λυκείων ἱερὸν χόρευν ἐκίνησαν
Ζώματα καὶ νεβρίδας ὀπὶ κιόσι λάβοντες
Εὐοῖ Βάκχε λέγοντες. ——

Atque hinc Εὐάζειν, & *Evare*. Fuit & illa acclamandi formula Ὦ Ἴακχε, quam Athenæus lib. 5. ἱερὸν τὸ Βάκχου φωνὴν appellat. Proclus in Chrestomathia : Ἰόβακχος ἐν ἑορταῖς, καὶ θυσίαις Διονύσου βεβαπτισμένος πολλῷ φρυάγματι. Agmen Bacchantium fercula sequuntur. Vas aquarium primo loco ferebatur. Plut. lib. de Is. & Os. Καὶ τὴν ἱερῶν αἰεὶ προπομπεῖν τὸ ὑδρεῖον ὅτι τιμᾷ τὸ θεῖον. Deinde Virgines procedebant Κανηφόροι, i. e. *cistarum gestatrices*, in quibus omnium fructum primitiæ, Deo sacratæ, claudebantur. Aristophanes in *Acharnanensibus.*

Καταθὲς τὸ κανοῦν ὦ θύγατερ ἵν' ἀπαρξώμεθα.

Ubi Schol. Κατὰ τὰ Διονύσια ἑορτῶν ὄντων τοῖς Ἀθηναίοις αἱ εὐγενεῖς παρθένοι κανηφόρουν, ἦν δ' ἐν αὐτοῖς πεποιημένα τὰ κανᾶ, ἐφ' ὧν τὰς ἀπαρχὰς ἀπάντων ἐπίθεσαν. Sed non solis fructuum primitus citas illas refertas fuisse putandum est, quas tanto horrore venerati sunt, ut his omnes Ceremoniæ contineri videantur. Catullus.

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis ;
Orgia, quæ frustra cupiant audire profani.

Valerius Flaccus.

——*Tacitâ plenas formidine cistas.*

Non potuere tamen Orgiorum arcana latere SS. Patres qui superstitionem, tenebrarum fide ac silentii se defendentem protulerunt in lucem, ut ejus partim vanitas, partim fœditas à pertinaciâ stolidi erroris animos hominum averteret. Clemens in Protreptico. Οἷα δὲ καὶ αἱ κίστη αἱ μυστικαί ; Δεῖ γὰρ ἀποχωμῶσαι τὰ ἅγια αὐτῆς, καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπεῖν. Ὄυ Σημαμᾶ ταῦτα, καὶ Πυεμάδες, καὶ τολύπια, καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τ' ἁλῶν, καὶ δεκόλων, ὄφιον Διονύζου Βατσάρου ; ἆρ' ὑσιαί ; φωὶς τοῖς, ὃ καρδίαι, νάρθηκές τ' καὶ κιττοί ; φωὶς δ' καὶ φδοῖς, καὶ μώκωνες ; ταῦτ' ὄζιν αὐτῆς τὰ ἄγια. Apud Plut. in Alex. Olympias Bacchi ὀργιαζούσας repræsentans, Ὄφεις μεγάλους ἐκ τῶν κιστῶν καὶ τῆς μυστικῶν λίκνων ὀφθαλμοῦμένους, ad augendam veneration.em ostentabat. Polit Κανηφόρες ibant Φαλλοφόροι. Aristophanes.

Ὦ Ξανθία σφῶιν δ' ὄζιν ὑρδὸς ἑκτέος
Ὁ φαλλὸς ἐξόπιθε τ' καγηφόρος.

Φαλλὸς autem est ξύλον ὀπίσκιος ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον. Unde ipsam solemnitatem Theodoretus lib. 3. Græc. Affectionum φαλλαγωγίαν appellat. Vocarunt etiam Περιφαλλίαν. Helychius : Περιφαλλία, πομπὴ Διονύσῳ τελουμένη τῆς φαλλοῦ. Sequebatur deinde chorus cantantium φαλλικὰ ἄσματα, i. e. ut notat Aristophanis enarrator τὰ ὅτι τῷ φαλλῷ ἀδόμενα μέλη. Aristophanes in *Acharn.*

Ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ἄσομαι τὸ φαλλικόν.

Phallophororum ornatum describit Athenæus lib. 14. hoc modo. Οἱ δὲ φαλλοφόροι περιπόλιον μὲν ἐλαμβάνοσι, περιπόλιον δ' ἐξ ἑρπύλλου πεπλεγμένοι, καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ὑπεστεφανωμένοι, στέφανόν τε δασὺν ἴων, καὶ κισσοῦ, αὐναντές τ' περιβεβλημένοι παρέρχονται. Et paulo post : Ὁ δὲ φαλλοφόρος ἐδὺ βαδίζων, καταπληδεῖς αἰδοίῳ. Phalli pompa, ut & aliæ Religionum, doctrinarumque perversitates ab Ægyptiis fluxerunt. Qui tamen in eo differunt à Græcis, quod vice pudendorum ex ligno dependentium homunciones circumducerent eximiè peculiatos, quorum muto tantum moveretur. Herodotus lib. 2. Ἀντὶ τοῦ φαλλοῦ ἄλλα σφι ὄζιν ἐξευρημένα, ὅσον τ' πηχαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι γυναῖκες κώμας αἱ γυναῖκας, νεῦον τὸ αἰδοῖον καὶ πολλῷ τεῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος, περιφέρεται δὲ αὐλός, αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσι τὸν Διονύσου. Διότι δὲ μεῖζόν τε ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος, ὄζι λόγος περὶ αὐτῶ ἱερὸς λεγόμενος. Eadem habet Lucianus de Deâ Syriâ, & Schol. Arist. in *Nebulis*. Igitur Melampus, qui Græcos Liberalia docuit, statuas omisit, & Phallos retinuit. Herodot. Ἕλλησι γὰρ Μελάμπους ὄζιν ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τε ἔνομα, καὶ τὴν θυσίαν, καὶ τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ. Causam φαλλοφορείας, ut ostendit Herodotus, arcanam Mystæ jactabant, cujus majestatem augere silentio volebant. Atque hinc plerumque authores, cum ritus sacrorum enarrant, ipsa mysteriorum penetralia non aperiunt, à quibus se religionis metu prohiberi profitentur. Diodorus Siculus Osiridem eundem cum Baccho statuens hanc refert originem. Osiridem duce Typhone, conjurati fratres dilacerarunt, membra partiti, quo fidem inter se firmarent & mors occultior foret. Virile membrum omnes aspernati in

lum abjecerunt. Poſtea Iſis mariti necem ulta, partes omnes recuperavit, excepto pudendo: quod ubi deeſſe vidit, imaginem ejus formavit, & in ſolatium doloris, tanto honore proſecuta eſt, ut illi ſacra cæremoniaſque inſtituerit, in quibus Phallus appellaretur. Plutarchus hujus fabulæ tegere conatur, Oſiridis aut Bacchi nomine rerum intelligi principium, quod vi generandi multiplicat ea, quæ ex illo producuntur. Atque eam ob cauſam, non modo Phallos, ſed etiam Bacchi imaginem circumferri, cujus triplex eſt pudendum. Addit præterea: καὶ γὰρ ὁ φερόμενος τοῦ μύθου λόγος, ὡς τὸ Ὀσίριδος ὁ Τύφων τὸ αἰδοῖον ἔῤῥιψεν εἰς τὸν ποταμὸν, ἀδὴλ Ἶσις οὐχ εὗρεν, ἀλλ' ἐμφερὲς ἄγαλμα ἐποίησε, καὶ κατασκευάσασα, τιμᾶν καὶ φαλλοφορεῖν ἔταξε, σήμαινε δὲ βούλεται, διδάσκων ὅτι τὸ γόνιμον καὶ τὸ σπερματικὸν τοῦ θεοῦ πρῶτον ἔχει ὕλην τὸ ὑγρὸν τοῦτο, καὶ δι' ὑγρότητος ἐπικρατῆ τοῖς πνευμάσι μετέχειν γένεσις. Par eſt ratio cur in pompâ præterretur aqua & ncus folio Regem depingerent, quod illam videlicet omnium rerum materiam exiſtimant, hujus autem forma partem generationi dicatam repræſentaret. Cæterum Diodori narrationem reſpexit Clemens Alexandrinus in Protreptico, & Arnobius lib. 5. cujus hæc ſunt verba. *Sed & illa deſiſtimus Bacchanalia altera prædicare, in quibus arcana ac tacenda res proditur; inſinuaturque ſacratis, ut occupatus puerilibus ludicris, diſtractus à Titanibus Liber ſit, ut ab iiſdem membratim ſectus, atque in ollulas conjectus coqueretur, quemadmodum Jupiter ſuavitate odoris illectus, invocatus advolarit ad prandium, compertaque re gravi graſſatores obruerit fulmine, atque in imas Tartari præcipitaverit ſedes, &c.* Verùm Ariſtophanis Scholiaſtes aliam narrat φαλλοφορείας occaſionem. Ἴσασι δὲ φαλλὸν τοῦ Διονύσου κατὰ τι μυστήριον, οὗ δὲ αὐτῷ τῷ φαλλῷ τοιαῦτα λέγεται. Πέμπασι γὰρ οἱ Ἐλευθερῆς (Ἐλευθέραι δὲ πόλις εἰσὶ Βοιωτίας) λαβὼν τὸ Διονύσου τὰ ἀγάλματα ἦκεν εἰς τὰς Ἀθήνας. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι οὐκ ἐδέξαντο μὴ τιμῆς τοῦ θεοῦ. Ἀλλ' ὅτε ἀμαθίᾳ αὐτοῖς ταῦτα βλάψαι μέλλοι ἀπέδη· μανίαι γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ νόσος κατέσκηψεν εἰς τὰ αἰδοῖα τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ δεινὸν ἀνήκεστον ἦν, οἱ δὲ ἀπεῖπον περὶ τοῦ νόσου κρείττω γενομένου πάσης μαγγανείας καὶ τέχνης, ἀπεφάλησαν ἐν Θεωρεῖ μὴ ἀπαδῆς. Οἱ δὲ ἐπανελθόντες, ἔφασαν ἴασιν εὑρεῖν μόνῳ ταύτῃ, εἰ δὲ πάσης τιμῆς ἄγοιεν τὸν θεὸν, πεισθέντες ἐν τοῖς ἀγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι, φαλλὸς ἱδρύσαντο καὶ δημοσίᾳ κατεσκεύασαν, καὶ τούτοις ἐχρήσαντο τὸν θεὸν, ὑπόμνημα ποιούμενοι τοῦ πάθους. Sed Chriſtiani Doctores altius arcana rimati, propudioſam fœdiſſimi ritus originem invenerunt, utque deteſtandæ ſuperſtitionis fundamenta ſubruerent, ex occulto in aperta protulerunt. Theod. lib. 7. Græcanicarum affectionum, ſive Serm. de Martyribus: Ἀλλ' ὅμως καὶ ἔτος θείας ἠξιώθη τιμῆς, γύνις ὢν καὶ θηλυδρίας, καὶ ἀνδρόγυνος. Καὶ, τὸ τοῖς ἐπικρᾶσι μιθὸν ὑπέχετο δόσεσιν, ἐ χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἀλλὰ ἢ ὕδωρ τοῦ σώματος, καὶ ὕπως ἀεὶ ἢ βδελυρὸν ἐκείνῳ ὑπόκοιτον ἐγίνετο φιλανθρώπῳ, ὡς ἢ βεβοσθηκότων τετελευτηκότων πρὶν ἢ λέξαι ἢ πολυθρύλλητον ἐκεῖνον μιθὸν, ἑτέρως ὀπωπόσι ἢ τὴ ἐπαγγελίας ἐκπλήρωσιν. Καὶ σιωπῶ τὸ σύκινον πίδ, καὶ τὰ ὁπὸ τούτῳ τελούμενα αἰδούμαι λέγειν, ἐφ' οἷς ἐπαινηύεζον οἱ Ἕλληνες. Arnobius lib. 5. *Ithyphallorum illa, faſcinorumque ſubrectio, quos ritibus annuis adorat & concelebrat Græcia, nonne illius facinoris ſimilitudinem refert, quo ſe à debito Liberavit?* Phallorum pompa excipiebant Ithyphalli muliebrem veſtem induti. Heſych. Ἰθύφαλλοι, ὑποχοροὶ, καὶ ἀκολουθοῦντες τῷ φαλλῷ γυναικείαν ἐχόντες στολήν. Hos Athenæus deſcribit lib. 14. Οἱ δὲ Ἰθύφαλλοι καλούμενοι περιπατοῦντες ἔχουσι, καὶ ἐστεφανωμένοι, χειρίδας ἀνδρείας ἔχοντες, χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ σκιζωτοῖς Ταραντίνοις κεκλυμμένοι αὐτοὺς μίτρᾳ ἢ σφυρῶν. Quo ordine vannus geſtaretur haud liquet; ſed abſque eâ Bacchi ſacra non fuiſſe celebrata, conſtat, unde Virgilius Georg. lib. 1.

——*Myſtica vannus Iacchi.*

Ubi Servius: *Myſtica Iacchi ideo ait, quòd liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant; & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Hinc eſt quod dicitur, Oſiridis membra à Typhone dilaniata Iſis cribro ſuperpoſuiſſe: nam idem eſt Liber pater in cujus myſteriis vannus eſt, quia, ut diximus, animas purgat; unde Liber, ab eo quod liberet dictus, quem Orpheus à Gigantibus dicit eſſe diſcerptum. Nonnulli Libeum patrem* Λικνίτην *appellant. Vannus autem apud eos* λικνὸς *nuncupatur, ubi de more poſitus eſſe dicitur, poſtquam eſt utero matris editus.* Hactenus Servius. Et certe Bacchus à Plut. Λικνίτης nominatur lib. de Iſ. & Oſ. Athenæus quoque lib. 5. in pompa Bacchi deſcribendâ mentionem quoque facit τῶν λικνῶν. Hæc autem qui ferebant, λικνοφόροι dicebantur. Harpocration: τὸ λικνὸν πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἔζιν, ὁ τοῦτο ἔν φέρων λικνοφόρος λέγοιτ' ἄν. Multa dicta, viſuque fœda ad animos populi diſfundendos in pompâ Myſtæ perpetrabant. Quos propterea D. Gregorius Naz. Orat. Εἰς τὰ ἅγια φῶτα, eſſe dicit αἰσχεῖς καὶ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς σχήμασιν. Auguſtinus quoque de Civ. Dei, lib. 6. cap. 21. turpitudnis licentiam, & exultantem in propatulo nequitiam gentibus exprobrat, matronam facere in publico, quod nec meretrix, ſi matronæ ſpectarent, permitti debuit in theatro. Et graviſſime Theodoretus: Ἐν δὲ ταύταις ἢ ὁμηγύρεσι πᾶν εἶδος ἀκολασίας ἀδεῶς ἐτολμᾶτο. Καὶ γὰρ αἱ τελεταὶ, καὶ τὰ ὄργια, τὰ τύφου εἶχεν αἰνίγματα. Τὸν κτένα μὲν Ἐλευσῖνι, ἡ φαλλαγωγία δὲ ἢ φαλλόν. Ἀπὸ δὲ καὶ ἄλλα τοῦ αἰνιγμάτων, τὰ φοβερὰ τοῦ ὀργιαζόντων δράματα, εἰς πᾶν εἶδος ἀσελγείας τοὺ ὁρῶντας ἠρέθιζε. Τὶς γὰρ ἄγαν λαγνιζόντων, ἔνδον ἐν τῷ θαλάμῳ τετόλμηκε τοιαῦτα, ὁπόια τοῦ Σατύρων ὁ χόρος ἠπίλυσε δημοσίᾳ πομπεύων· Nam & Satyri arecto veretro in hanc pompam producebantur, quod tamen ipſi rei divinæ ſignum autumabant, ut author eſt Aretæus lib. 2. acutorum cap. 12. Quam fœda porro civitatis facies, ubi tanta laſciviæ irritamenta, quæ pravis religionibus captas hominum mentes, velut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus, omnemque libidinem agerent. His adde ludos voluptatum illices, & nova comœdiarum ſpectacula, in quibus etiam flagitioſa jocorum libertas, plauſum merebatur. Jam commeſſationes adeo inſanæ, ut ſobrius pro tetrico, nimiumque ſevero haberetur. Certe Plato lib. 1. de Legg. dicere non erubeſcit: Πᾶσαν ἐθεασάμην τὴν πόλιν οἷον τὰ Διονύσια μεθύουσαν. Hic in publico furor: quid igitur corruptelæ defuiſſe putemus, ubi licentia tenebrarum acceſſerat. Facundiſſimè Livius lib. 9. Dec. 4. *Ex quo promiſcua ſacra ſint, & permiſti viri fœminis, & noctis licentia acceſſerit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermiſſum, plura virorum inter ſe, quam fœminarum eſſe ſtupra. Si qui minus patientes dedecoris ſint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari nihil nefas ducere: hanc ſummam inter eos religionem eſſe. Viros velut mente captos cum jactatione fanaticâ corporis vaticinari; Matronas Baccharum habitu, crinibus paſſis, cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, &c.* Quamobrem jure merito Romana gravitas illam ſcelerum officinam S. C. ſuſtulit, & curavit, ut omnia Bacchanalia Romæ primùm, deinde per totam Italiam diruerentur. Caſtell.

Dionyſia, martyrio apud Alexandriam ſub Decio coronata, An. Dom. 251.

Dionyſides, Poeta Tragicus ex Tarſo civitate. Strabo 14.

Dionyſiodorus, geometra nobilis, in cujus mortui ſepulcro affines reperiſſe dicuntur epiſtolam ejus nomine ad ſuperos ſcriptam, perveniſſe eum à ſepulcro ad infimam terram, eſſeque eò ſtadiorum 43 millia. Plin. Item tibicen nobilis; Idem Plinius. Item *Dionyſiodorus* Bœotus.

Dionyſiopolis, quæ & Negara, & Nyſſa Juſtino, urbs Indiæ citer. apud Indum flu. inter illum & Cophen. Ptol. & Arrian. *Nerus* hodiè ex tab. recent. Item alia urbs Myſiæ infer. Anto. vulgo *Varna*, *Crunos* olim teſtibus Plinio, ac Stephano Pop. *Dionyſiopolitæ*. Cic. 1. Ad Quintum fratrem.

Dionyſius, qui & *Bacchus* dicitur, vites & vini uſum, atque cæterarum arborum fructus inveniſſe fertur. Vide *Bacchus*, *Lenæus*, *Liber*, *Lyæus*, &c. Nomen quod attinet, Nonnus Panopolitanus à Νῦσος derivare videtur, quod eſt claudus, rationemque vocis iſtius reddit Baſſaricon lib. 8.

——Λοχεσμένῳ δὲ Λυαίῳ
Παιζούσην ἐπέθηκαν ἐπωνυμίην τοκετοῖο
Κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων
Ἥιε χωλαίνων Κρονίδης βεβεισόπι μηρῷ,
Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρηκοσίδι χωλὸς ἀκούει.

Optima autem proeuldubio Etymologia eſt *Du*, vel *Dy*, *Dominus*, & *Nyſa* per Metatheſin pro *Sina*, ut ſit *Dominus Sinæ*. Δοῦνος certè apud Indos Regem ſignificat. Δοῦνον δὲ καὶ βασιλέα λέγουσι οἱ Ἰνδοὶ, inquit Juba apud Etymologum. Et Tzetzes Κατὰ Ἰνδοὺς ἡ Δίονυσος. Δοῦνος καὶ ἄναξ Νύσης. Cæterum de variis Dionyſiis antiquis vide virum clariſſimum D. Langbainium Not. in Dionyſ. Longinum.

Dionyſius, Siciliæ tyrannus, Carthaginienſibus pulſis, occupatoque totius inſulæ imperio copias in Italiam trajecit adverſus Græcos, qui proxima Italiæ littora tenebant. Itaque Locros prius expugnat, deinde Crotoniatas aggreditur, qui Locris auxilium tulerant. Is deinde Dionyſius, quem paulo ante non Italia, non Sicilia capiebat, aſſiduis belli certaminibus à Carthaginienſibus victus inſidiis ſuorum interficitur. Juſtinus ex Trogo.

Dionyſius, ſuperioris fil. natu maximus inter fratres, Patri militum favore ſucceſſit, qui initio tyrannidis populum ſibi libertate concilians, tria millia captivorum è vinculis exire permittit. Tributa inſuper populo per triennium remittit, ſublatiſque fratribus ac propinquis, quos metuebat, paulatim in cæteros graſſatur. Itaque ob crudelitatem inviſus Syracuſanis, bello expugnari cœptus, in arcem ſe recepit. Legatos etiam Syracuſanos de pace, contra jus gentium retinuit. Cicero Tuſcul.

ſeul. Qu. lib. 5. *Ita propter injuſtam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipſe ſe incluſerat. Quinetiam ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Ita ſordido, ancillarique artificio regiæ virgines, ut tonſtriculæ tondebant barbam & capillum patris; & tamen ab iis ipſis, cum jam eſſent adultæ, ferrum removit; inſtituitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent*, Plutarchus tamen paulo aliter in Dione: Ὅυτω δὲ ἦν ἄπιστος, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ὑποπτος καὶ σκυθρωπὸς διὰ φόβον ὁ τραχύτητος Διονύσιος, ὥστε μηδὲ τὰς κεφαλὰς τὰς τέιχας ἀφελεῖν κειρικῆς μαχαίρας ἀλλὰ ὄστρακα πλατῶν τινὰ ὀπτοιοῦσι, ἀνθρακι τὴν κόμην ἀπείκασεν. Tandem vi pulſus ex arce profugus clam Italiam, Locros conceſſit, qui ſub ejus erant poteſtate. A Locrenſibus vero ignaris quod exul eſſet exceptus, ſolitam quoque in eos exercuit ſævitiam ſex annis, rapinis, ſtupriſque omnia complendo. Deinde Locrenſium conſpiratione civitate ejectus, in Siciliam rediit, ibique Syracuſas, ſecuris omnibus, poſt longum pacis intervallum per proditionem recepit. Cumque gravior eſſet, iteratâ conſpiratione duce Dione Syracuſano, cum Corinthiorum auxilio obſideretur, depoſito imperio, arcem Syracuſanis tradidit, atque in exilium Corinthum profectus eſt, ibique ludimagiſtrum agens pueros in triviis docebat. Erat enim eruditus, utpote olim Platonis auditor. Interrogatus jam exul, quid ei Philoſophia profuiſſet, Reſpondit, ut æquo animo ferrem talem Fortunæ mutabilitatem. Regnavit annis 38. Plutarchus regiam ejus pulverulentam fuiſſe ait propter eorum multitudinem, qui Geometricas in pulvere figuras deſcribebant. Hujus Dionyſii cum omnes Syracuſani interitum optarent, quædam anus ſola quotidiè Deum orabat, ut ipſe diu incolumis ac ſuperſtes eſſet, quod quidem audiens tyrannus admirabatur, & cauſam quærit. Ait illa, cum Puella eſſem, & gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam, ac ſucceſſit illi gravior; & cum illo item carere cupiebam, tertium te importuniorem excepimus; Timens ergo deteriorem ſuccedere tibi, caput meum pro tuâ ſalute devoveo. Tam facetam mulieris audaciam tyrannus erubuit. Hic Dionyſius acceptâ Tragœdiarum victoriâ, indeque nimio gaudio perfuſus expiravit. Plin. 6. 53.

Dionyſius, philoſophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui cum renum morbo laboraret, cruciareturque dolore intolerabili, ſuccumbens dolori clamabat, Falſa eſſe quæ à Zenone didicerat. Zeno enim & Stoici omnes hoc habent dogma, Dolorem non eſſe malum ſed indifferens. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 466.

Dionyſius, Dialecticus è Bithyniâ, Strabo lib. 11.

Dionyſius, Alexandrinus Grammaticus; pervenit ad Trajani tempora, cujus bibliothecæ & epiſtolis præfuit. Suid.

Dionyſius Mileſius hiſtoricus, ſcripſit res Perſicas, & ea quæ poſt Darium ſecuta ſunt. Suidas. Philoſtratus eum ſcribit Adriano Principi ob ingenium acceptum fuiſſe, à quo ſatrapes factus ſit, adſcriptuſque inter equites. Argonautica etiam feciſſe cognoſcimus ex Apollonii interprete, quorum 1. citat in lib. 2. & 2. in lib. 4.

Dionyſius Halicarnaſſenſis, Auguſti temporibus floruit, quod ſatis indicat Strabo. ejuſdem temporis ſcriptor. Sic enim ille lib. 14. καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς. At ne alium hunc Dionyſium putes, ipſe in præfatione ſcribit, in Italiam ſe veniſſe, ſimul ac Cæſar Auguſtus finem impoſuit bello civili; Ut omnino aliud egerit vir eruditus Barth. Keckermannus, cum in ſuo de hiſtoriâ opere tres eſſe ſcribit, qui acrius in Plutarchum cenſuram exerceant, eoſque inter eſſe principem Dionyſium Halicarnaſſeum. Subjungit poſtea Dionyſius noſter, ex eo tempore quo Romam venit, uſque ad illud quo iſtud ſcriberet, exactos eſſe annos viginti duos, quibus Romæ egerit, Urbiſque didicerit ſermonem, ac partim eruditorum hominum conſuetudine, partim lectione Porcii Catonis, Fabii Maximi, Valerii Antiatis & aliorum hiſtoriam iſtam ſcripſerit. Ac primum, ut, unde Romani genus ſumpſerint, liqueat, ea refert, quæ de Aboriginum populo, & priſcis Italiæ incolis, ferebantur. Pertexuiſſe vero ſe hiſtoriam dicit uſque ad primum bellum Punicum, ſive annum Urbis 488. vel, juxta alios 490. unde Polybium incipere ait. Opus hoc ipſe vocat Ἀρχαιολογίαν Ῥωμαϊκὴν, niſi is titulus proprius ſit priorum librorum, quos ante cæteros, ut totius operis guſtum haberent Romani, editos fuiſſe, rectè obſervavit Hen. Stephanus. Hodiè ex 20. libris (quot à Dionyſio ſcriptos fuiſſe etiam Photius dicit) tantum extant undecim; quibus pervenit uſque ad ſublatum Decemviratum, plebeios ad tribunatum militarem admiſſos, eamque poteſtatem abrogatam, & Conſules ex ordine patricio iterum electos, quod factum eſt An. U. C. 312. Ex poſterioribus libris qui perierunt, Stephanus περὶ πόλεων citat aliquos, ut decimum ſextum in Ἀσσύριον, & unde vigeſimum in Καινήτεια. Quare ut taceamus Dionyſium, quouſque hiſtoriam ſuam perduxiſſet: tamen ex Ἐθνικῶν ſcriptore ſatis conſtaret, Geleniuin falli, qui putabat, Dionyſium operi iſti immortuum eſſe, nec plura ſcripſiſſe, quam hodie habemus. Euſeb. Præp. Evang. 4. 16. vocat Διονύσιον τὸν Ἀλικαρνασσέα, ἄνδρα τὰ Ῥωμαίων ἱστορίας ἀκριβῆ καὶ μεγαλῳ ἅπασαν ἐπιδόντα. Et ſane Dionyſio huic laudem eam tribuit Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis, quòd curatius ea tempora nemo obſervarit. Hac quoque parte Livio præfertur, quod & plura & accurratius, multa tradat, quæ ad Romanas Antiquitates pertinent. Quâ de re H. Stephanum vide operæ primæ in Dionyſium capite 10. Stylus quoque, ut Photius loquitur, eſt χαρακτηρισὴς atque, ut idem ait, τὸ κομψὸν τῆ λόγε, τῆ τε ἐν μέρει ἁρμονίαι, καὶ τῆ περιόδων κατασκευῆ, καὶ ὅλῃ τῆ τραχύτητι ῥᾳστώνη διαπεπλεγμένον. Horum 20. librorum σύνοψιν ſcripſit ipſe auctor, eodem Photio teſte: addit autem in eâ ſolum neceſſaria expoſuiſſe, eoque utilem magis fuiſſe operam quàm ſuavem. Nec bonus tantum hiſtoricus fuit, ſed etiam Rhetor & Criticus nobiliſſimus, quod oſtendunt Rhetorica & Critica ejus opuſcula quæ ſuperſunt: præterque alia ejus generis elaboraſſe, cognoſcimus inde, quod in iſtis multa è ſuis hujus argumenti citet, quæ hodiè non habemus. Voſſius. Item alius Dionyſius Halicarn. fuit, ſub Ptol. Epiph. & Philomet. quem laudat Polyb. lib. 14. ubi de Halicarnaſſo. Tertius fuit hiſt. Muſicæ ſcriptor ſub Adriano Imp.

Dionyſius, natione Pergamenus, cognomento Atticus, diſcipulus Apollodori Pergameni, Rhetoris ejus, qui Auguſto Cæſari familiaris adeo fuit, & à quo condita eſt ſecta Apollodorea, quæ Theodoreæ opponitur, authore Strab. lib. 13. ubi & Dionyſius hic vocatur σοφιστὴς ἱκανὸς, συγγραφεὺς, καὶ λογογράφος. Meminit hujus Dionyſii etiam Suidas. Voſſius.

Dionyſius Periegetes, temporibus Auguſti, ſcripſit Geographiam verſibus hexametris Græcis, quæ hodiè extat: quod opus ἱστοικὸν καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ ut ait Euſt. Schol. Idem vixiſſe eum ait οὐκ ἀπὸ τῶ ὑπάτου, ἀλλ' ὅτι τῶ ἀνάκτων, *non ſub Conſulibus ſed ſub Imperatoribus*, atque hoc ipſum de ſe ſcribere dicit, ſignat vero locum iſtum.

Ἐκ Διὸς Ἀυσονίδες ἀεὶ μέγα χαιρήσοντες,

Et imprimis verſus iſtos.

Ῥώμλω πυθόμαν ἐμῶν μίγαν ὄικον ἀνάκλων,
Μητέρα πασάων πόλεων, ἀρετὴν ἔδεθλον.

Ubi Euſt. monet cum dicit ἐμῶν ἀνάκλων, ſatis oſtendere, non ſub conſulibus ſe iſta ſcribere, ſed ſub Imp. Quod verum eſt. Sed, quo ſub Imperatore, minus liquet. Antoninorum temporibus vixiſſe, cenſet C. Barthius Adverſ. 58. 5. Atque eos per ἀνάκλας intelligendos putat. Severi temporibus claruiſſe dicit Cl. Salmaſius in Solinum p. 628. Imò & Scaliger Euſebianis Animadverſionibus ad an. 2215. ubi per ſuos ἀνάκλας intelligere ait Severum cum filiis Getâ & Caracallâ, quos ipſos per *triplicem imperii virtutem* ſignat Tertul. lib. de Pallio. Sed ſi, quia ἀνάκλας dicit, plures deſignantur; quid prohibet ut Divos fratres M. Aurelium & L. Verum intelligamus? At multo ante vixiſſe putat Euſt. nempe ſub Nerone; imò Auguſto, juxta quoſdam: cujus etiam mentionem eidem facere videtur, cùm, poſtquam de Parthorum ferocià dixiſſet, addit.

Ἀυσονὶς βασιλὴς ὑπερήϋνεν ἀκωκὴ.

Sane conſules nunquam ἀνάκλας vocaſſet. Quod vero Parthos Auſonii domini haſtâ coactos ferociam depoſuiſſe ait, id optimè convenire Auguſto, oſtendit Tranquillus in Auguſto cap. 21. Quod ſiquis, quia Euſtath. dubitare videtur, num ſub Nerone, an Auguſto floruerit, eo & ipſe ambigat, ſub utro vixerit: at omnem ſcrupulum tollit illis temporibus proximus Plinius Secundus, ex quo etiam patriam dicimus fuiſſe Alexandriam, non illam Ægypti aut Syriæ, ſed op. Suſianæ ad ſinum Arab. inter Tigrim & Eulæum ſin. quod ut ſæpe nomen mutarit, idem Plinius refert. Adſcribam ea ſolum verba, quibus ſub Auguſto claruiſſe, atque Alexandriæ Suſianæ natum eſſe cognoſcimus. Locus eſt Nat. Hiſt. 6. 27. ubi cum de eo Suſianæ oppido egiſſet, ſubjungit iſta. *Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium, terrarum orbis recentiſſimum auctorem, conſtat; quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit Divus Auguſtus, iturus in Armeniam, ad Parthicas, Arabicaſque res, majore filio.* Quare omnino inanis eſt conjectura Suidæ, cum Dionyſium, ſi vulgata lectio vera eſt, Byzantium fuiſſe arbitratur, propter ea quæ de flu. Rheba canit. Sunt vero hæc.

Ἄσσα ἢ Βιθυνὰς λιπαρὸν χθόνα ναιετάουσι,
Ῥήβας ἔνθ' ἐκατὸν σπαρεῖσαι ῥόαθεν,
Ῥήβας, ὃς Πόντοιο πικρὸν σκιδνάμενος ἁλὶ νίσει,
Ῥήβας, ὃ κάλλιστον ὅσα χθονὶ σύρεϊ ὕδωρ.

Nimirum putavit Suidas, nili Rhebas patrium ſolum interliniſſet, nunquam illuſtri adeo elogio fuiſſe dignaturum. Porro ex Euſt. diſcimus, alia etiam huic Dionyſio tribui ſolere, ut Ἀσσιακὰ, Ὀρνιθιακὰ, Βασσαρικὰ. Ac idem Ἀσσιακὰ quidem Dionyſii hujus eſſe agnoſcat, propter ſuralem ſtylum. Ὀρνιθιακὰ

Διακὸ vero à doctioribus tribui dicit Dionyſio Philadelphenſi. Βασιλικὸ vero quia ſtylum habeant incultum, eò indigna eſſe viſa ait, quæ Dionyſii hujus crederentur; ſed potius adſcribenda eſſe Dionyſio Samio. Cæterum præter hunc Dionyſium περιηγητὴν, quem habemus, fuere etiam alii ejus nominis, qui ſimiliter περιηγήσεις ſcripſerint. Unus Mileſius fuit, qui Herodoto ipſo antiquior eſt, de quo Voſſius de Hiſt. Gr. 1. 2. Alter, utrum Samius, an Rhodius fuerit, non ſatis conſtat. Rhodium vocat Tertull. lib. de animâ, cap. 46. At Samium diſerte appellat Euſtathius.

Dionyſius Thrax, patriâ Alexandrinus; ſed *Rhodius* vulgò dictus, quia Rhodi habitaret. Strabo lib. 14. Ariſtarchi diſcipulus fuit, variaque grammatica, & commentaria ſcripſit, teſte Suidâ. Inter ea hiſtoricum opus erat περὶ Ῥόδου, cujus meminit Steph. in Ταφοὶ.

Dionyſius, Glauci filius, diſcipulus Chæremonis philoſophi, cui etiam Alexandriæ ſucceſſit, præceptor vero Parthenii Grammatici. Vixit Neronis temporibus uſque ad Trajanum: præfuit bibliothecis, fuit ab epiſtolis, & à reſponſis, & legationes varias obiit. Suidas.

Dionyſius, Halicarnaſſenſis hiſtoricus, laudatur à Strabone lib. 14. ubi de Halicarnaſſo Cariæ civitate ſic ſcribit. Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς, Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς, καὶ Ἡρακλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος, καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

Dionyſius, Halicarnaſſenſis junior ſub Adriano claruit. Edidit Hiſtoriæ Muſicæ libros 36. aliaque, de quibus Suidam ſis adi, & Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 220.

Dionyſius Areopagita, præſul Athenienſis, D. Pauli diſcipulus, ut ſcribitur in actis App. Solus Paulo concionanti, è philoſophis qui aderant, credidit. Hic cum eſſet in Ægypto, quo ſe diſciplinæ causâ contulerat, videretque eclipſim nulla ratione, cum Chriſtus paſſus eſt, unà cum Apollophane Sophiſtâ præceptore ſuo dixiſſe fertur. *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſolvetur.* Scripſit (ut quidam exiſtimant) ad Timotheum Epheſi Præſulem, de Divinis nominibus libros 12. He Hierarchiâ cœleſti, de cœleſtibus ordinibus, præterea alia complura opuſcula, teſte Suidâ. Vide Nicephorum 2. 20. & Metrodorum in ejus vitâ.

Dionyſius, Præſul Alexandrinus, Origenis diſcipulus, cujus operum meminit Hieronymus.

Dionyſius, Corinthiorum Præſul ſub M. & L. Antoninis, vir doctrinâ & ſanctitate clarus, ſcripſit epiſtolas quaſdam valdè laudatas. Hieron. Vixit A. D. 166.

Dionyſius, Papa, A. D. 268. tam Presbyteris urbis Romæ, quam aliarum gentium, templa, cœmeteria, ac parochias diviſit. Præterea Epiſcopis Diœceſes diſtribuit, mandavitque ut unuſquiſque ſuis finibus, limitibuſque contentus eſſet. Platina.

Dionyſius, Argivus, quid de Ilii capti tempore prodiderit, legere potes apud Clem. Alex. lib. 1. Strom.

Dionyſius, Byzantius ἀναπλῷ Βοσπόρου citatur à Stephano in *Chryſopolis*. Omnino alius eſt à Dionyſio Periegetâ. Ejus mem. Suidas, ac dicti operis, prætereaque panxiſſe ait Threnos, poema epicediis refertum.

Dionyſius, Chalcidenſis Κτίσεις, ſive *Origines civitatum* complexus eſt libris quinque, teſte Marciano Heracleotâ in περιηγήσει. Benè antiquum eſſe authorem, illud indicio eſſe poteſt, quod eo teſte utatur Dionyſ. Halicarn. lib. 1. Antiqu.

Dionyſius, Mitylenæus, poeta epicus, qui σκυτοβραχίων & σκυτὼς vocatus eſt, præter Bacchi & Minervæ expeditionem, etiam Argonautica 6. libris ad Parmenonem ſcripſit oratione ſolutâ. Diodorus Sic. lib. 2.

Dionyſius, Muſonii filius, ſacerdos templi Solis, nonnullis Samius, aliis Rhodius fuiſſe exiſtimatur, teſte Suidâ, qui author eſt compoſuiſſe hiſtorias τοπικὰς libris 6. orbis deſcriptionem, & hiſtoricæ inſtitutionis libros decem.

Dionyſius, Perſica conſignavit. Tull. 1. de Divin.

Dionyſius Siculus de rebus Siculis ſcripſit; argumentum autem deſumpſit ex Ariſtidis Mileſii rerum Sicularum libris. Plut. Par. Min. c. 1. ubi Lat. Interpres habet *Diodorus Siculus*.

Dionyſius Longinus Caſſius, nobilis Criticus, hæres Frontonis Emiſeni Oratoris; qui ejus avunculus fuit. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 241.

Diophanes, Bithynicus Uticenſem Dionyſium Pœni Magonis librorum de Agriculturâ interpretem per multa diffuſum volumina ſex epitomis circumſcripſit.

Diophantus, Lacedæmonius, condidit libros Antiquitatum 14. teſte Fulgentio Mythol. lib. 1. Agatharchides de Rubro mari cap. 31. auctor eſt deſcripſiſſe eum terras Septentrioni ſubjectas. Aſt alius eſt *Diophantus* Syracuſanus, Philoſophus Pythagoricus, cujus de mundi ortu ſententiam adfert Theodoretus Therapeut. lib. 4. qui eſt de Materiâ & Mundo. Alius eſt etiam *Diophantus* Alexandrinus, qui de Arithmeticâ ſcripſit. Vide Voſſ. de Scient Mathemat. cap. 10.

Diſcorides, hiſtoricus, de Rep. Lacedæmoniorum ſcripſit. Athen. lib. 4. Dubium vero idemne, an alius ſit, cujus epigrammata in Anthologiâ habentur. Item is, cujus mem. Apollonii Schol. in lib. 1. Is denique cujus νόμιμα citat Ariſtophanis Schol. ad Aves, necnon Suidas voce Σκυτάλη *Dioſcoridis* cujuſdam ὑπομνημονεύματα advocat ad Solonis vitam tradendam Laertius lib. 1.

Dioſcorides, Iſocratis diſcipulus, verſus quoſdam aliter legendos eſſe cenſet apud Athen. lib. 1. Idem forte, qui de Amphionis lyrâ egit, teſte Apollonii Schol. lib. 1. Alius Aſtrologus, de quo Cenſorinus cap. 17. Alius cum Serapione Ægyptio ad Achillem miſſus interficitur. Cæſar lib. 3. de bello Civili. Alius ſculptor Auguſti coætaneus. Plin. 37. 1. Alius Apollonii Neapolitani pater, de quo Gruter. Inſcrip. fol. 86.

Dioſcorides, medicus Herophileus, cognomento *Phacas* dictus fuit. mem. Galenus præfat. Gloſſarum Hippocratis. Idem forte quam Alexandrinum appellat in Gloſſis ipſis ἰνδικὸν. Vixit tempore Antonii & Cleopatræ, teſte Suidâ. Scripſit de nominibus medicinarum ſicut & Mneſitheus, Andreas, Chryſaris, & Xenocrates, teſte Galeno.

Dioſcorides, Anazarbeus, ab Alexandrino diſtinctus, teſte Galeno locis citt. Scripſit de materiâ medicâ, & Alexipharmacis, quæ etiamnum ſuperſunt. Vixit ætate Neronis, quod ipſe indicat dum præfatione librorum de re medicâ Licinii Baſſi ſe æqualem eſſe dicit. Atqui Licinius ille Baſſus conſul fuit cum Craſſo Frugi ſub Nerone A. U. C. 816. teſte Frontino de Aquæ-ductibus. Vide Jonſium de Script. Hiſt. Phil. p. 146.

Dioſcorus, Alexandrinus, à Synodo Chalcedonenſi D. C. Epiſcoporum damnatus, A. D. 543. Item alius conſul, coll. Eudoxii an. U. C. 1195. Tertius martyr ſub Decio apud Alexandriam A. D. 251. Denique nomen menſis. 3 Mach. 11.

Dioſcuri, à Græcis dicuntur *Caſtor* & *Pollux*, quos antiquitas credidit ſalutares eſſe navigantibus, ſi Gemini apparerent (apparent autem ignis ſpecie antennæ aut malo inſidentes) contra triſtes, ſi ſinguli. Dioſcuri apud Græcos, inquit Cic. 3. de Nat. D. multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Jove antiquiſſimo & Proſerpinâ nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Jove tertio nati ex Ledâ, Caſtor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis Aleo, Melampus & Emolus, Arei filii, qui Pelope natus fuit.

Dioſcrephes, vir peſſimus, φιλοπαιδίων, uti teſtatur B. Joannes epiſtolâ tertiâ.

Dioxippus, poeta Comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 359. Item nobilis Athleta. Plin. Item Alex. Magni miles mira fortitudine provocatus à Corrago (quem Horratum vocat Curtius) milite item Macedonico, clavâ eum occidit. Ælianus & Curt. lib. 8.

Diphilus, Athenienſis Imp. An. U. C. 311. Item architectus in perducendis ad finem operibus tardiſſimus, adeo ut locum fecerit proverbio, *Diphilo tardior*. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3.

Diphilus Sinopenſis, Comicus paulo junior Menandro. Vide Voſſ. de Poet. Gr. cap. 8. nec non de hiſtoricis Græcis pag. 360.

Dipſas, *adis*, lena, quam Ovidius inſectatur, quod puellam ſuam meretriciâ arte inſtrueret. Locus eſt lib. 1. Amorum Eleg. 8.

Eſt quædam (quicunque velit cognoſcere lenam,
Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus.
Ex re nomen habet; nigri non illa parentem
Memnonis in roſeis ſobria vidit equis.

Item *Dipſas* ſerpentis genus; Lucan. lib. 9.

—— *In mediis ſitiebant Dipſades undis.*

Idem ibidem. *Et torrida Dipſas.* Ubi alluſum vel ad Etymon, ὅτι τοῖς δακνομένοις ἐπ' αὐτὸ δίψαν ἐμποιεῖ, vel ad fabulam, quæ eſt apud Nicandrum, quâ dicitur: Jupiter aliquando Νεότητα h. e. Juventutem hominibus dono dediſſe, quam illi impoſitam Aſello in terras deferre voluerunt, Cæterum cùm Aſellus ſiti premeretur forte ad fontem pervenit, quem ſerpens aſſervabat. Cum itaque ſitis impatiens eſſet, neque tamen eandem levare poſſet propter aquæ Cuſtodem, pactus eſt cum ſerpente, ut quod in tergo vehebat illi daret, atque ipſe biberet. Atque ita factum, ut ſerpentes quidem perpetuo rejuveneſcant, ſenectute abjectâ, ipſe autem qui fontem aſſervaret, ſiti ea laboret, quâ antea Aſellus afficiebatur. Auctor fabulæ Sophocles citatur ἐν Κωφοῖς.

Dirce, Lyci Thebarum regis uxor, quam ille repudiatâ Antiope, duxerat, quæ cum Antiopen gravidam eſſe animadverteret (nam poſt repudium à Jove compreſſa fuerat) ſuſpicata

ta virum ſuum clam cum illâ conſuescere, in vincula eum conjecit. Verum inſtante jam partus tempore, Jovis miſeratione vinculis ſoluta, in Cithæronem M. confugit; ubi Amphionem & Zethum gemellos peperit, qui poſtea Lycum interfecerunt, Dircen vero caudæ indomiti Tauri alligarunt, quæ diu ita per terram raptata tandem Deorum commiſeratione in ſui nominis fontem converſa eſt, non procul à Thebis. Prop. lib. 3.

Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bovis.

Plaut. in Pſeudolo 1. 2.

Niſi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodie
Mihi erunt, cras te quaſi Dircam olim, ut memorant, duo
Gnati Jovis devinxere ad taurum, item hodie ſtringam ad carnarium id tibi.

Scholiaſtes Euripidis Phœniſſis: Δίρκη χρὴν Θηβῶν πλησίον τῆ Ἰσμηνῷ ἀπὸ Δίρκης ὀνομασθεῖσα· οἱ γὰρ περὶ Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα ἐκτεθέντες, ὑπὸ τ μητρὸς Ἀντιόπης, καὶ τραφέντες ἐν τοῖς βουκόλοις τ Δίρκης, ἐδυσκόλαινε αὐτῆ ὕστερον ἡ παιδίσκην αὐτοῖς τ Ἀντιόπην ἐπὶ τὸ διὰ πόνων διαπάσαι. Οἱ δ γνόντες αὐτὴν μητέρα αὐτῶν, αὐτῆς μ ἐφείσαντο, τ δ Δίρκην καλῶ καὶ ὁ τόπος ἔνθα ἐσύρη Δίρκη καλεῖ καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ ποταμός. Et poſtea: Δίρκη δ ποταμὸς ὠμώνυμος τῆ κρήνη βαθὺς καὶ πλατύς. Moſchopulus: Δίρκη ὄνομα πηγῆς, καὶ ποταμοῦ. Apollodorus. lib. 3. Τὼ δ Δίρκῃ δήσαντες ἐπὶ ταύρου θανεῖν ῥίπτουσιν εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην. Ovid. in Ibin.

Perque feros montes tauro rapiente traharis,
Ut tracta eſt conjux imperioſa Lyci.

Cadmea Dirce Lucano dicitur lib. 3. cujus nomen, inquit Bochartus, palam factum eſt ex Arabico זרקא *Zirca*, vel *Zarca*, pro mutatione literarum z. & d. quod *cærulum* ſonat, quod ipſiſſ. Dirces epitheton eſt apud Stat. lib. 1. Theb.

Cærula cum rubuit Lernæo ſanguine Dirce.

Hinc Ælian. Var. 12. 57. Δίρκη καθαρᾷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι· *Dirce pura ac dulci aquâ fluens.* Et in Euripidis Phœniſſis eidem tribuitur καλλιπόταμος νοτὶς, i. e. *pulcrifluus* humor. Hinc *Amphion Dircæus* pro *Thebano* apud Virgil. & *cygnus Dircæus* pro Pindaro Thebano apud Horat. Luc. lib. 4.

——*Sic ſemine Cadmi*
Emicuit Dircæa cohors, ceciditque ſuorum
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.

Claud. lib. 1. de Rapt. Proſ.

——*Dircæis qualis in arvis*
Meſſis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos ſtrinxit gladios, cum ſemine jacto
Terrigenæ galeâ matrem naſcente ferirent
Armiger, & viridi floreret milite ſulcus.

Dis, Jovis & Neptuni frater, Inferorum Deus, qui & Pluto, utroque nomine à *divitiis* deducto, quæ ab *inferis*, hoc eſt, ex intimis terræ viſceribus eruuntur. Item *Dis* qui & Samothes, Noe filius primus omnium Celticas colonias fundavit.

Diſcordia, magnum fulmen rerum humanarum, & pro Numine habitum in ſuperſtitione non illuminatæ mortalitatis, uti loquitur Barthius. Virg. lib. 8.

——*Triſtes ex æthere diræ,*
Et ſciſſâ gaudens vadit Diſcordia pallâ.

Horatius ex alio Poetâ, lib. 1. Sat. 5.

——*Poſtquam Diſcordia tetra*
Belli ferratos poſtes portaſque refregit.

Manilius fine lib. 1.

Atque adamantæis Diſcordia vincta catenis
Æternos habeat frænos in carcere clauſa.

Petronius ſpecimine belli Civilis:

Intremuere tubæ, ac ſciſſo Diſcordia crine
Extulit ad ſuperos Stygium caput.

Statius Theb. 2.

Et dolor & totâ preſſit diſcordia dextrâ.

Val. Flaccus, lib. 6.

——*Tunc enſibus uncis*
Implicat & trepidos lacerat Diſcordia currus.

Hæc cum ad nuptias Pelei & Thetidis ſola invitata non eſſet, indignata aureum in convivium malum immiſit, ſic inſcriptum Ἡ καλὴ λαβέτω i. e. *Pulchra accipiat.* Hinc de formâ inter Ven. Min. & Jun. orta contentio, itumque eſt ad Paridem judicem, ex quo judicio natum bellum Trojanum.

Dithyrambus, Bacchi apud Græcos cognomen, quod ei datum volunt, vel quod in antro διθύρῳ ſeu bifori nutritus fuerit, vel quod bis natus binas fores tranſierit, alvum matris videlicet, & femur Jovis, ut in fabulis eſt; cui originationi tamen quantitas ſyllabæ repugnat; nam vocula δι, binarium numerum, ſeu reiterationem denotans, primam ſemper corripit, quæ contrà in *Dithyrambos* producitur. Hinc *Dithyrambus*, hymni genus dicebatur, quod Baccho cani ſolebat. Nam quod à quodam Thebano, qui item Dithyrambus dictus fuerit, idq; invenerit dictum volunt nonnulli, approbari ſatis non poteſt. Nam ſi ita ſe habuiſſet res, Pindarus certè inter cæteras laudes patriæ ſuæ hoc inventum non tacuiſſet, quin vel magnificè extuliſſet. Nunc vero tantum abeſt, ut unquam meminerit, ut laudem & inventionem Dithyramborum potius Corinthiis diſertè aſcribat. Erat autem hoc carminis genus ita compoſitum, ut inventione, dictione, & numeris à caſtigatâ ratione abiret longius, & miram licentiam, audaciamque cum tumore quodam referret, ut non tam à ſanis & ſobriis, ſed furore Bacchico concitatis ſcriptum videretur, naturamque Dei, cujus honori dedicatum erat, imitaretur. Inde Horatius, 4. 2.

Seu peraudaces nova Dithyrambos
Verba devolvit.——

Benè *audaces*, propter τὸ ὕψος. Galenus, lib. 1. Therapeuticæ methodi πῶς μελοποιῆ χρὴ Πίνδαρος ἅπαντος ὑψηλῶς ἐν διθυράμβοις πάλαι τ Διόνυσον. Ὕψος vero illud in licentiâ & audaciâ rerum ac verborum. Rerum, qui Dithyrambici περὶ μετεώρων καὶ σφῶν νεφῶν λέγειν πολλὰ, teſte Suida in Διθυραμβοδιδάσκαλοι. Verborum autem quia σύνθετοι eorum καὶ πολυπλόκοι λέξεις, *juncta & contortuplicata verba.* Interpres Ariſtoph. in Nebul. Quemadmodum & Demetrius Phalereus, lib. de interpr. juncturam verbi audacem vocavit διθυραμβώδη διάπλωσιν. Et ille apud Suidam in Διθύραμβος· λόγος ἰδέα, διθυραμβώδης καὶ φλεγμαίνουσα ποιητικοῖς ὀνόμασι. Hinc & Cicer. 3. de Orat. *Licentior, & divitior Dithyrambus.* Huc facit Epicharmi verſus in Philoctete apud Athenæum, lib. 14.

Οὐκ ἔστι Διθύραμβος, ἂν ὕδωρ πίνῃ.

Vide Scal. Poet. 1. 44. Scnottum ad Chreſtomathiam Procli, virumque eruditiſſ. Eraſmum Schmidhium peculiari diatribe de Dithyrambis, quam Pindari commentario ſubjunxit.

Divitiacus Heduus, hoſpes & laudator Ciceronis, & Cottæ, naturæ rationem ſibi notam eſſe profitebatur, & partim auguriis, partim conjecturâ, quæ eſſent futura dicebat. Cic. 1. de Divinat.

Dius, hiſtoricus, de rebus Phœnicum conſcripſit. Eâ ex hiſtoriâ fragmentum de Solomone & Hiramo conſervavit nobis Flavius Joſephus, lib. 1. contra Ap. Item 27. Hieroſolymorum Epiſcopus A. D. 205.

Diyllus, hiſtoricus Athenienſis, de quo videſis Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 360. Item ſtatuarius, cujus opera commemorat Pauſanias in Phocicis.

Dolabella, familiæ Romanæ nomen. Lentulorum gentis fuiſſe dicuntur. Legimus namque apud Aſconium Pædianum, & Macrobium, Pub. Lentulum generum Ciceronis fuiſſe, exiguæ ſtaturæ hominem, quem longo accinctum gladio, Cicero videns, jocosè, quis illum alligaſſet gladio, quæſivit. At hunc Dolabellam dictum, apud quem Tullia ex partu deceſſit, conſtat ex epp. Ciceronis, & Plutarcho in Ciceronis vitâ. Ex hâc familiâ *Dolabelliana pyra*, de quibus Plin. 15. 15.

Dolon, vir Trojanus, egregiâ pedum pernicitate præditus, qui cum in caſtra Græcorum ſpeculator miſſus eſſet à Diomede & Ulyſſe deprehenſus, conſilia Trojanorum ſpe conſervandæ vitæ illis aperuit: quem tamen ut proditorem falsâ ſpe deluſum occiderunt. Ulyſſes ipſe apud Ovid. Met. 13.

Auſum eadem quæ nos Phrygiâ de gente Dolonem
Interimo, non ante tamen quam cuncta coegi
Prodere, & edidici quid perfida Troja pararet.

Plaut. in Pſeud.

Superavit Dolum Trojanum atque Ulyſſem Pſeudolus.

Id eſt *Dolonem.* Sic Tranium dixit pro *Tranione* Moſtell. act. 1. 3. Et *Electri* pro *Electryonis*, in Prolog. Amphitr. Douza.

Dolus Mendeſius, Ægyptiæ gentis author memorabilis dicitur Columellæ, l. 7. Citatur etiam ab eodem iterum, l. 11.

Domiduca, Juno dictæ eſt, quia veteri ritu ſponſas ad ſponſos ducere primâ nocte conſuerunt, nuptiis autem Juno præeſſe credebatur.

Domitianus, Imperator Rom. Flavium Clementem patruelem ſuum, (cujus filios etiam parvulos ſucceſſores palam deſtinaverat) interfecit, Diſcipulum Pantomimi puberem occidit, nullam aliam ob cauſam, quam quod magiſtro formâ ſimilis eſſet. Metium Pompoſianum quod habere imperatoriam geneſin ferebatur, & alias quaſdam ab cauſas leviculas necuit. Chriſtianos paſſim crudeliter perfecutus eſt. In exilium D. Joannem Evangeliſtam pepulit, ac Deus vocari voluit.

Domitius,

Domitius, Ulpianus Juriſperitus, Alexandro à conſiliis an. U. C. 976.

Domitius Marſus poeta, ſcriptor Epigrammatum. Idem compoſuit bellum Herculis contra Amazones, Et de urbanitate. Vide Voſſium de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 16.

Domitius Nero Imp. Romanus, vide *Nero*.

Domitius Afer Nemauſenſis, Tiberio Cæſare regnante cœpit inclareſcere. Sub Caio reus præter ſpem abſolutus eſt, quod illi accuſanti nihil reſpondiſſet, dicens ſe Caium oratorem magis quam Cæſarem expaveſcere. Unde non modo judicio liberatus, ſed & Conſul renunciatus eſt. Auctor Dio. ſcripſit de Teſtibus libros 2. Fabius 4. 7. Sunt & urbane dictorum ab eodem editi libri. Fabius 6. 4. Mortuus eſt in cœnâ ex cibi redundantiâ ſub Nerone, teſte Euſebio. Quintil. lib. 5. confitetur ſenem Domitium ſibi adoleſcentulo cultum, ſed priore authoritate multum imminutâ.

Domitius Calliſtratus de Heraclea libros compoſuit, quorum 4. citat Steph. in Ἀπολλώνια & Μόσσυνα. 6. in Ὀδίσποληις. 7. in Ὀλυμπη.

Domitius hiſtoricus. Vide Voſſ. H. Lat. p. 701.

Domitius, Sen. 3. de Ben. *Corſinium Cæſar obſidebat*: tenebatur incluſus Domitius. Imperavit medico, eidemque ſervo ſuo, ut ſibi venenum daret. Cum tergiverſantem videret: Quid cunctaris, inquit, tanquam tuâ in poteſtate totum iſtud ſit? Mortem rogo armatus. Tum ille promiſit, & medicamentum innoxium bibendum illi dedit: quò cum ſopitus eſſet, acceſſit ad filium ejus. Jube me, inquit, adſervari dum ex eventu intelligis, an venenum patri tuo dederim. Vixit Domitius, & ſervatus à Cæſare eſt, prior tamen illum ſervus ſervaverat. Vid. Plin. 7. 53. Suet. in Ner. c. 3. qui tamen paulo aliter referunt. At conſentit cum Seneca magis Plut. in Cæſare. *Pugnacem* vocat Lucanus.

Domna, Severi Imp. uxor Martia ſic dicta ab Oppiano Cyneg. 1. Vide ſis illic Ritterſhuſium.

Domnus, Demetriani Epiſcopi filius, damnato, ejecto, & excommunicato Paulo Samoſateno, Antiochiæ eccleſiæ præfectus eſt. Euſeb. 7. 26.

Donatus, Grammaticus doctiſſimus D. Hieronymi præceptor quemadmodum hic vir profitetur cum alibi, tum lib. 1. adverſus Rufinum his verbis: *puto quod puerum legeris Aſperi in Virgilium & Salluſtium* commentarios, Volcatii in Orationes Ciceronis Victorini in Dialogos ejus & in Terentii Comœdias, præceptoris mei Donati, æque in *Virgilium, & aliorum in alios*. Scripſit de octo partibus Orationis, quem librum emendatum operi ſuo Grammatico Diomedes adjunxit.

Donatus, Epiſcopus in Beroeâ, multa edidit miracula, inter quæ iſtud quod ſequitur hujuſmodi fuit. Draco circa pontem in viâ publicâ jacens, cibum habebat oves, capras, equos, boves, homines etiam abripiens devorabat. Ad quam beſtiam Donatus, ſive gladio, ſive aliquo jaculo veniens, cum illa levaſſet caput, quaſi voratura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem ejus digito deſignans in aere, in os ejus expuit. Beſtia vero ſputum mox ore ſuo ſuſcipiens, expiravit: quam 8 paria boum in vicinum campum traxerunt, ubi igne combuſta eſt, ne aerem fœtore corrumperet. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. 9. 46.

Donatus, hæreticus, natione Afer, Eccleſiæ Catholicæ Pacis egregius perturbator, qui dicebat Filium eſſe minorem Patre, & Spiritum Sanctum filio. Verum de Donato & ſectatoribus ejus Hiſtoriam ſcripſit Tho. Longus Eccleſiæ Exonienſis Præbendarius Lond. 1677.

Doris, nympha marina, Oceani & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupta immenſam vim nympharum marinarum peperit, quæ à nomine patris, *Nereides* appellatæ ſunt. Prop. 1. 17.

At vos æquoreæ formoſâ Doride natæ
Candida felici ſolvite vela Noto.

Ponitur nonnunquam pro ipſo mari. Virg. in Gallo.

Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Dorothea, puella Alexandrina, nobili orta familiâ, ingentibus divitiis, & propinquis nobilibus pollens; ſed in eâ ingenii, atque induſtriæ bonum, cæterarumque honeſtarum artium ſtudia magis, quam hæc vigebant. Formæ vero ac decoris gloria tanta ei fuit, ut mirum ac ſpeciale in eâ Dei figmentum crederetur. Sed illa, quæ religione animi, & honeſtate vitæ pulchrior, quàm vultu corporis eſſe ſtuderet, æquiſſimo mentis judicio, quod pulchrum, ac decorum inter homines videbatur, id potius Deo conſecrare, quam uſui humano indulgere ſtatuit, ut virgo Deo ſacra perſiſteret. At Tyrannus ad contemerandam virginem, ac polluendam ejus caſtitatem animum intendit. Comperto vero quod Chriſtiana eſſet, quæ ſecundum ſua edicta pœnæ magis, quam libidini ſubjicienda videretur, in ambiguo poſitus, æſtuare cœpit, & in quam ſe partem verteret, ignorare; Sed ubi dubios animos libido, quæ ei latius dominabatur, obtinuit, & expectantem virginem, pro martyrio ad ſupplicium rapi, per occultos nuncios de ſtupro interpellavit: Illa æquè ſibi nefas eſſe reſpondit templum ſui corporis, quod ſemel Deo conſecraverat, idolorum cultu, ac libidinis contagione polluere; Proinde ſe quidem ad mortem paratam eſſe. Ad quæ reſponſa Tyrannus libidine accenſus, cum acrius incaleſceret, & niſi verbis acquieviſſet, vi agere decerneret, omnibus, virgo pudiciſſima, facultatibus ſuis, domoque ac familiâ derelictâ, noctu clam cum paucis fideliſſimis famulis, & cum amiciſſimâ comite caſtitate diſceſſit, atque illuſum tyrannum reliquit. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 17.

* *Dorotheus*, Tyrius, qui ſub Diocletiano vixit, & ſub Juliano multa perpeſſus fuit, creditur à multis author eſſe libelli de vitâ & morte Prophetarum, Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti: Sed non pauca in eo ſunt tanto viro indigna. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. 2. 18.

Dorotheus, ſexto hiſtoriarum de rebus geſtis Alexandri citatur ab Athenæo initio lib. 7. Idem, ſeu alius in primo rerum Sicularum adducitur à Stobæo, loco de vituperio tyrannidis. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 361.

Dorſanes, Hercules apud Indos ſic dictus. Heſychius Δορσάνης ὁ Ἡρακλῆς παρ' Ἰνδοῖς. Difficile eſt Indicæ hujus appellationis cauſam adducere. Cæteroquin vicinum eſt Chaldaicum דרס *daras*, h. e. *calcare, premere*. Et in præcipuâ Herculis laude ponebatur, quod Tyrannos calcaret, & oppreſſerit.

Dorſenus Fabius, poeta Comicus, cujus teſtimonio ac verſibus utitur Plinius, 14. 13.

Dorus, nomen Bibliopolæ apud Romanos. Sen. 7. Ben. *Libros dicimus eſſe Ciceronis; eoſdem Dorus librarius ſuos vocat. Et utrumque verum eſt. Alter illos tanquam auctor ſibi, alter tanquam emptor aſſerit.*

Doſiadas, condidit è verſibus Βωμόν, ſive Aram, à figura ſic dictam. Meminit ejus Lucianus in Lexiphane. Patria Rhodium fuiſſe, liquet ex Græcis Scholiis ad Ovum Simmiæ. Primus edidit Salmaſius, ac eruditis Scholiis emendavit. At altera ara, quæ Theocrito ſolet ſubjungi, nec Theocriti, nec Doſiadæ eſt, ut eidem Salmaſio oſtenſum.

Doſiades, de rebus Creticis libros edidit. Plin. 4. 12. mem. ejus Athen. libb. 4. & 6. & Solin. c. 17. Fortaſſe idem eſt ac *Doſidas*, ex quo à Clemente in Protrept. quiddam de Lesbiorum ſacrificiis adfertur.

Doſitheus hiſtoricus, quem teſtem ſæpius adhibet Plut. in Paral. Min. Alius eſt *Doſitheus* Aſtrologus, cujus meminit Plin. 18. 31. Item nomen Ducis. 2 Macch. 11.

Doſo, cognomen populare Antigoni Demetrii nepotis, inde tractum quod benignè omnibus promitteret, nec promiſſa præſtaret. Ille enim quidvis petentibus reſpondere ſolebat Δώσω, i. e. *Dabo*, unde natum proverbium *Doſones*.

Doto, Nympha marina. Virg. Æn. 9.

——*Qualis Nereia Doto*
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.

Val. Flaccus, lib. 1. Argon.

Hanc Panope Dotoque ſoror.

Claud. de nupt. Hon. & Mar.

Mergit ſe ſubito, vellitque coralia Doto.

Et ante omnes Homerus.

Δωτώ τε Πρωτώ τε φέρουσά τε Δυναμένη τε.

Draco, antiquiſſimus Athenienſium legiſlator ante Solonem, cujus leges Solon ipſe, præterquam quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogandas curavit propter ſeveritatem. Nam una omnibus pœna conſtituta erat, ut etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera furripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, *Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe*. Gellius. 11. 18. cujus rei cauſam cum ab eo quidam quæſiſſet, reſpondiſſe fertur, parvas quidem ſe culpas eâ pœnâ dignas exiſtimaſſe, magnis vero quam majorem conſtitueret, non habuiſſe. Plut.

Dracontius, incertæ ætatis Poeta, hexaemeron, ſive de opere 6 Dierum, ſcripſit carmine heroico. Primi è Bibliothecâ S. Victoris edidere Pariſienſes, poſteaque mendis aliquot ſublatis Georgius Fabricius: hinc Bibliothecæ SS. Patrum à ſe editæ, editione ſecundâ, Tom. 8. inſeruit Margarinus de La-Bigne. Notas in eum ſcripſit Joannes Weitzius.

Druidæ, ſive *Druides*, (ſic enim vocantur à Cæſare, eodemque modo apud Ciceronem de Divinat. legit Nizolius) ii erant apud Gallos, qui Græcis Philoſophi, Perſis Magi, Indis Gymnoſophiſtæ, Aſſyriis Chaldæi: uti ſcribit in Proœmio Diogenes Laertius. Originem nominis à Græcis petit Plinius 16. 44. ubi ſic ſcribit. *Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant Magos) viſco, & arbore in quâ gignatur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos: nec ulla ſacra ſine eâ fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græcâ poſſint Druidæ videri.* Nimirum

mirum sensit esse à Græco Δρῦς, i. e. *quercus*: quia, ut inquit, *roborum eligunt lucos*, quod ipsum confirmatur illo Lucani, lib. 1.

——*Nemora alta remotis*
Incolitis lucis.——

Itemque hoc Cæsaris, lib. 6. De bello Gallico *Is certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, considunt in luco consecrato.* Sic eum locum rectè corrigit Isaacus Casaubonus notis ad Laertium. In vulgatis enim pro *luco*, est *loco*. Sed quod ad etymon hoc attinet, (quod Becmanus quoque sequitur, ac certissimum putat Fungerus) placet sapiens Strabonis consilium, qui negat in appellationibus gentium barbararum quærendas esse Etymologias Græcas. Mirum vero doctissimum Camdenum in Britanniâ suâ subscribere Plinio, cum idem auctor sit, Alfricum prodere, *Magum* Saxonibus *Dry* vocari. Nam verisimile magis ab hoc esse *Druidæ*, quam hoc à *Dryidis*. Adde quod *Druidarum* nomen inde est, unde disciplina, at Cæsar, lib. 6. ac Tacitus 14. Annal. auctores sunt, Druidarum disciplinam esse è Britanniâ, ubi nullam unquam Græcorum coloniam deductam constat. Non igitur à Græcis ea vox, sed Britannis, quibus Germanica lingua in usu fuit, testibus Tacito ac Cæsare: Ille enim habitantibus Caledoniam, quæ Scotia hodiè vocatur, Germanicam originem tribuit: Hic in Britanniam colonos transisse ait ex Belgicâ, in quâ eodem auctore, Germani Cis Rhenani. Quare ingeniosè Gorop. Becanus, lib. 1. Gallicorum, ubi *Druis* Germanicum esse putat, quasi *trowis*, & Britannicâ dialecto *truwis*. Sonat ea vox *Veritatis ac fidei doctorem*. Nam posterior vocis pars *Wis*, seu *Wys*, si verbum est, notat *ostendere*, (id enim Belgis *Wysen*) sin nomen, significat *sapiens, intelligens*: Prior *tru*, sive *trou* signat *fidem*, unde & Deus antiqua Germanorum linguâ *Drutin*, vel *Trutin*, quasi *fidelis* vocatur. Vossius. *Druidas* ipsos quod attinet, extincti sunt sub Tiberio Cæsare. Plin. 30. 1. *Tiberii principatus Druidas Gallorum sustulit.* Humanis hostiis sacrificare Mercurio soliti fuerunt, quam religionis immanitatem sustulit Claudius, teste Suetonio in ejus vitâ. Cæterum non virorum solum hoc nomen, verum & fatidicarum fœminarum. Vopiscus in Aureliano. *Dicebat quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Dryadas.* Vide Eliam Vinetum ad Professores Ausonii, & Cluverium, lib. 1. de Germ. Ant. c. 30. Et P. Merulam Cosmographiæ suæ parte 2. lib. 3. cap. 11. Lucan. lib. 1.

Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis.
Solis nosse Deos, & cœli numina vobis,
Aut Solis nescire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis, vobis auctoribus, umbræ
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis si cognita) vitæ
Mors media est.——

Drusus, vir Romanus, genere, & eloquentiâ magnus; sed ambitiosus, & superbus, Catonis avus. Cic. 4. de Fin. Interfectus est domi suæ. Idem pro Milone.

M. Livius Drusus Salinator, unà cum Claudio Nerone collegâ suo in consulatu Asdrubalem vicit. Virg. Æn. 6. Victoriam istam celebrat Horat. Carm. 4. Od. lib. 4.

Drusus, Liviæ Augustæ filius in Germaniâ periit; de cujus morte extat Ovidii carmen consolatorium ad Liviam matrem.

Jul. Drusus Publicola, haud immerito claruit, quod domus ejus pluribus partibus vicinis conspicua cùm pateret, & quinque eam talentorum omnino sumptu faber quidam evertendam, atque commodius dirigendam suscipere vellet; *Decem*, inquit, *dabo, si totam eam ita exponas conspicuam, ut universi cives, nedum vicini perspicere queant, quâ domi meæ ratione vivatur.* Nempe vir erat modestus, ac frugi, nec ei forte ejusmodi domûs perspicuitate opus erat, qui virtutis egregiæ specimen, & præclaræ vitæ documenta eruditissima quotidie foris dabat. Plut.

Dryades, nymphæ silvarum præsides, ita dictæ à Græco nomine Δρῦς. Virg. Georg. 1.

Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ.

Calpurnius Ecl. 2.

Adfuerant sicco Dryades pede, Naiades udo.

Claudianus.

Faunorum, Dryadumque dolor.

Ovid. in Ep.

Semideæ Dryades, Faunique bicornes.

Dryantiades, Lycurgus Thraciæ Rex, sic dictus, Dryantis filius, qui cum vites excindere vellet, ne Baccho in posterum libaretur, tibias sibi succidit. Ovid. in Ibin.

Utque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti,
In gemino dispar cui pede cultus erat.

Dryas, adis, Fauni filia, aspectum virorum usque adeo exosa, ut in publicum prodire nusquam visa sit. Quo factum est, ut sit vetitum, ne ejus sacris interessent mares. Plut.

Dryope, Oechaliæ virgo ab Apolline compressa, pòst Andræmonis uxor, tandem in Lotum arborem conversa est. Ovid. Met. 9. Nomen à *quercu* & *voce* factum est. Fingitur autem in lotum mutata, hanc forte ob causam, quod inter quercum, & lotum aliqua sit convenientia, voluitque Ovidius varias naturæ, rerumque vices eleganti admodum veteris philosophiæ penicillo adumbrare, ut jucundior rerum ex elementis creatarum compositio, & consideratio lectoribus appareret.

Duellonam, antiqui *Bellonam* appellabant. Var. 4. de L. L.

Duillius, Romanus, qui primus Romæ ex navali victoria triumphavit. Is jam senex & trementi corpore in quodam jurgio, audivit exprobrari sibi os fœtidum, tristisque se domum contulit: Quumque apud uxorem questus esset, quare nunquam se monuisset, ut huic vitio mederetur; *Feci sem* (inquit illa) *nisi putassem omnibus viris sic os olere.* Idem de Hieronis uxore narrat Plutarch.

Durius equus, vel *Durateus* ponitur pro equo Trojano, hoc est ligneo. Græci enim Δόρατα *Durata* vocant quæ Latini *ligna*. Val. Flac. lib. 2.

——*Manet immotis nox Duria fatis.*

Ubi vulgò sumitur pro eâ nocte quâ Durius equus à Trojanis exceptus fuit & in urbem admissus. Sed illic legend. *Dorica*. Lucret. lib. 1.

Nec clam Durateus Trojanis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Grajugenarum.

Magnus autem fuerit oportet hic equus in cujus alvo tot duces inclusi fuerunt, quot refert Isacius in Lycophronem. Ἱππουτέκτων ὁ Παυσανίας ὑὸς Ἐπειὸς ἐποίησε τὸ Δόρειον ἵππον, εἰς ὃν πεντήκοντα, ἢ ἑξήκοντα, ἢ κατ' ἄλλα κγ. ἄνδρες εἰσελθόντες ἐκάθηντο. Ideoque Virgilius, Æn. 2.

Instar montis equum ——

vocat. Et postea:

Hanc tamen immensam Calchas attollere mo'em.

Ex quo Seneca in Agamemnone:

Vidimus sinuata dona molis immensæ.

Ab eodem Virgilio *cavernæ ingentes* ei tribuuntur, quæ magnitudinem illius indicant, non minus atque illa Petronii:

Cum Delio præfante, cæsi vertices
Idæ trahuntur, scissaque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurarent equum,
Aperitur ingens claustrum, & obducti specus
Qui castra caperent.

Cedrenus: Μετὰ ταῦτα θυσιαζόντων τῶν Ἑλλήνων καὶ ἀποπλεόντων ἑλομένων, πάντας ἐνιόρκησεν Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ θυσίᾳ, μὴ ἀποπλεῦσαι τὴν Ἰλίου πρὶν ἢ τὸ Δόρειον ἵππον καταφλαδῆναι. Ἔνδον τοὶ καὶ ξύλοις τοῖς ἀρμοδιωτάτοις συμπήξαντες, καὶ ὑφαῖς καταχοσμήσαντες, καὶ τῇ Ἐπειοῦ τεχνουργίας θαυμασίᾳ αὐτὸν ὑφαῖς καταστολάσασιν, πᾶσιν μηχανορραφίαις, ὥστε καὶ γραπτὸν εἰκοστιπεύρων ὁπλιτῶν ἔνδον κρύπτοντα, ἀΐδιαστα δὴ δοχλίσιον ἑλκομένων τε φορείας ἀκολουθεῖν. Ab hoc equo Hadr. Junius formam proverbii hanc sumit Cent. 3. Δορείου πνὸς ἵππου εἰκόνα σώζει. & dici ait de homine multifariis & diversis inter se vitiis obnoxio. Unde Clemens Alex. 2. Strom. *Nunc autem hoc solum annotandum est, quod Durii equi, ut est in Poeticis fabulis, imaginem servat homo, ex sententiâ Basilidis: ut qui in uno corpore tot diversorum spirituum exercitum habeat insinuatum.* Ita ejus verba Latinè sonant, Græcus enim codex nunc non est ad manum. Ab hoc non multum abit Athenæus, lib. 9. ex Diphilo: Δόρειον ἵππον χλωὰ φυσήματι, *Vobis anserem affero tumore Durium.* Porro molem hujus equi declaravit Homerus.

Αὐταρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ——

Et Virgil.

Dimissum lapsi per funem.

Nam sic quoque altitudo demonstrata est, inquit Fabius, Instit. Oratoriar. 8. 3. Quin & Rhod. 29. 25. equos magnos staturosque dici posse *Durios* ait ex Trojani equi magnitudine. Unde Aristoph. in Avibus: —— Δύο ἁρματ'. Ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ Δόρειος. Qu. Calaber. lib. 12. & Dio Chrys. Orat. 11. de hoc equo μέγα ἔργον. Idem Calaber ἔργον ἀγητὸν, & μεγακήτεος ἵππου, quâ voce ingens vastitas innuitur. Idem ὄμβριμον ἔργον, & ἰφθίμου ἵππου. Dat etiam illi πλευχὰς, i.e. *recessus*. De hac etiam magnitudine multa Tryphiodorus. Vocat enim illum πλάσιον ἵππον De eodem εὐρὺς δ' ὑψηλός τε. Ut signet etiam amplissimum ait, εὐρυπάτης πλευρῆς. Dat demum illi ventrem νηὸς ὄγκον, i.e. *instar navis*. Atque hæc de Trojano equo. Cæterum an hic equus verè fuerit, dissident scriptores; ad quam rem idonea Delrii est hæc nota. *Pausanias in Corinthiacis* (in Atti-

cis dixiſſet) *prodidit non equum fuiſſe, ſed machinam ſubruendis muris idoneam, quod Vitruvio non diſplicet: Sunt qui velint, portam, cujus inſigne pictus equus, ab Antenore Græcis apertam: Sunt qui malint à Græcis equeſtri præ'io victos Trojanos in eam calamitatem incidiſſe: nec deſunt, qui Græcos, poſitis in Hippio monte inſidiis, interceptoque Trojanorum exercitu, in urbem irruiſſe, contendant, ut videre eſt apud Vitruvium, Palæphatum, Hyginum, Fulgentium.*

Duris Samius Hiſtoricus, multis auctoribus celebratus In 2. Libycorum citatur à Steph. in Λαμία. Præter librum de Tragœdiâ, Athenæo memoratum lib. 14. etiam condidit hiſtoriam Agathoclis Syracuſani, ex quo opere lib. 3. citat idem Athen. lib. 13. Et lib. 10. eundem memorat ἐν τῇ δικάτῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα. Scripſit præterea Macedonica, ex quibus 7. mem. idem Athen. lib. 4. & 15. Ariſtoph. Schol. in Nubes. Sed & in lib. 15. citat eum ἐν τοῖς Σαμίων ἔργοις. A Cic. ep. 1. lib. 6. ad Attic. vocatur *homo in hiſtoriâ diligens.* Photius vero in Bib. *Tmem.* 176. ait eum dictionis venuſtate longè inferiorem fuiſſe Ephoro, & Theopompo. Alius vero ni fallor ab hoc Duride eſt is, cujus liber de *picturâ* citatur à Laertio in Thalete. Eſtque is ſine dubio quem Toreuticen ſcripſiſſe ait Plinius. Voſſ.

Dyſares, Arabum Deus, idem cum Dionyſo, ſive Sole. Vox uti ſuſpicatur Voſſius ex דוש *duſ* & ארת *arets*, quorum prius *gaudium*, alterum notat *terram. Diſares* Tertulliano dicitur Apolog. cap. 24. *Unicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtarte, Arabiæ Diſares.* Ubi perperam in Aldinâ *Diaſares*. Etiam apud Steph. eſt Δυσάρη σύνοπλον καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας, εἰρηται δ' ἀπὸ τοῦ Δυσάρου, ὃς δέ ἐστι παρὰ Ἄραψι καὶ Δαραχηνοῖς πιμώνιον. *Dachareni* autem Arabiæ Felicis pop. qui aliter *Nabatæi*. Unde corruptus Heſychius, ubi vulgò legitur Δυσαρίων, ἢ Διόγνουν Μακεδόνα ὡς φησὶν Ἰσιδωρος. Ubi Ναβαταῖος legendum liquet. Aliud etymon hujus vocis petat, ſi velit lector ex Bocharti Phalege, lib. 2. cap. 19.

E B

EBionitæ, hæretici purum hominem ex communi nativitate è viro & muliere Chriſtum natum aſſerentes, legemque Moſaicam neceſſario obſervandam. Euſeb. Hiſt. lib. 3. Anno Dom. 81.

Ecebolius, ſophiſta Conſtantinopolitanus, propter frequentem apoſtaſiam à fide Orthodoxâ infamis. Eccl. Hiſt.

Echemenes, hiſtoricus, in Creticis adducitur ab Athenæo, lib. 13. Forte idem nomen reſtituendum Fulgentio 1. Mythologorum, ubi *Euxemenes* in primo Στολογιμῶν teſtis adhibetur. Voſſius.

Echetus, tyrannus immitiſſimus. Hom. Odyſ. σ. v. 84.

——Ἔχητον βασιλῆα βροτῶν ὀλέμονα πάντων.

Vide Eraſm. Adag. *Echeti imperium.* Heſychius: Ἔχητος ὄνομα βασιλέως τυράννου, ὅτος βασιλεὺς Ἠπειρωτῶν ὠμότατος, Ἀνιχόρους καὶ Φλογίας πῦρ, γῆς ἢ συγκέρα ἀφῆρθαι ἐπῴλωσι καὶ ἰωάγησιν ἀλεῖν οἰδυεν, πίνες ἢ χαλκῶς χρῆσθαι, ἐμάχετο ἢ Μετώπῳ. Καὶ ἐς πᾶσαν ὠμότατος ἦν, ὥστε καὶ τὰ ὦτα ἀφαιρεῖν, καὶ τὰς βίνας, καὶ τὰ αἰδοῖα τῶν παιδίων. Μέμνηται καὶ Ἀπολλώνιος τῆς ἱστορίας.

Echidne, Scytharum regina, ex quâ Hercules tres ſuſcepit liberos uno partu editos, quos cum eſſet enixa, ex Hercule quæſivit, quid de iis fieri vellet? Qui reſpondens ait, Cum primum in id ætatis, quâ arma ferre poſſent, perveniſſent, is, qui arcum, quem ei reliquiſſet, tendere poſſit, in regnum Scythiæ poſt eam ſuccederet. Quorum liberorum unus nomine Scytha ſolus arcum intendere potuit, qui regnum hâc ſorte conſecutus Scythiæ nomen dedit. Herod. lib. 4.

Echion, unus eorum quorum opera adjutus Cadmus Thebas ædificavit, unde & Thebani *Echionidæ*, & Thebæ *Echioniæ*. Ovid. Triſt. 5. 3.

Victor Echionias ſi vir penetraſſet ad arces.

Item curſor nobilis. Idem. Met. 8.

Impiger Eurytion, curſuque invictus Echion.

Echo, nympha Cephiſſi amnis accola, quæ Narciſſi amore capta, cum ab illo ſperneretur, doloris impatientia contabuit, & corpore in ſaxum converſo, nihil præter vocem retinuit. Ovid. Met. 3. Allegoricè ſignificat *jactantiam*, hæc ſpreta mutatur in ſonum, h. e. in rem inanem, ſignificat etiam Echo *vocis repercuſſionem*, inde *reſonabilis* Ovidio & *reparabilis* Perſeo dicitur. Fit præcipue in convallibus & locis concameratis, ubi ſcinditur reſultans aer, & acceptæ voces numeroſiore repercuſſu multiplicantur, nomenque *Echo* ejuſmodi voci à Græcis datum eſt, ut ſcribit Plinius, quoniam non eſt vagandi liberrimus campus, ſed objecta reflectitur. Quæ res etiam multas voces multis in locis reciprocas facit, ſicut in urbe Cyzico turres ſeptem acceptas voces multiplicant. Et Olympiæ porticus fuit quam *Heptaphonon* appellabant, quoniam ſepties eadem vox ibi reddebatur. Lucretius:

Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces
Unam cum faceres, ita colles collibus ipſi
Verba repulſantes iterabant verba referre.

Eadem à Latinis dicitur *Imago*. Horatius:

Quem Deum, cujus recinit joculoſa
Nomen Imago.

Val. Flac. lib. 3.

Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per longa reclamat
Avia; reſponſant ſilvæ & vaga certat Imago.

Eden, Orientalis regio If. 37. Lat. voluptas, vel *deliciæ*. Heſychius. ἐδὲμ, τρυφή. forte legendum ἐδὲν. Vide ſis Poli Synopſin Criticorum in Gen. pag. 19.

Edgarus Etheling, regni Anglorum hæres legitimus, cernens res patriæ undique perturbari, aſcensâ navi cum Agathâ matre ſuâ & ſororibus Margaretâ & Chriſtinâ, in Hungariam, ubi natus fuerat, reverti conabatur, ſed ortâ tempeſtate compulſus eſt in Scotiam applicare. Hâc occaſione factum eſt, ut Margareta regi Malcolmo nupta traderetur, ex quâ nati ſunt 6 filii & 2 filiæ quorum tres ſc. *Edgarus, Alexander*, ac *David* juxta generis ſui nobilitatem reges fuere. Hæc ex Mat. Pariſienſi. Eſt autem *Edgar* Saxonicè pro *Edig-ar*, i. e. *felix poteſtas. Eadig* legitur. Mat. 6. in Saxonico Teſtamento. *Ear*, ſive *Ar* eſt *honor*; unde *Arlic* & *Earlic Honoratus*, atque hinc factum eſt ut Comites qui cum Danis in Angliam venerunt *Earles* vocarentur. Camdenus.

Edmundus, Angliæ rex, mortuâ matre à Londinenſibus Rex ſalutatur. Pars Canutum regem elegerunt: quem ſæpius victum victoremque demum ſingulari certamine Edmundus proſtratum conſortem imperii fecit. *Eadmundus* Saxonicè dicitur, i. e. *felix pax*, nam *Ead*, vel *Eadig* eſt *felix*: *Mund* autem *pacem* ſignificaſſe oſtendit leguleiorum vocabulum *Mundbrech*, i. e. *pacis violatio*. Sic *Æ'mund tota pax, Ethelmund nobilis pax*, &c. Quidam vero *Mund* aiunt eſſe *Mouth*, ut *Pharamund, true mouth.* Camdenus.

Edom, ſic cognominatus fuit Eſau ob coctionem rufæ lentis, cujus edulio primogenituram perdidit. Gen. 35. Joſephus à colluſoribus adoleſcentulis per ludibrium ſic dictum tradit, lib. 2. Ἔνθεν δὲ καὶ ξανθότητα τοῦ βρώματος ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ἄδωμος καλεῖται, καὶ παιδιᾶς ἐπιλαβεὶς, Ἄδωμα γὰρ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι.

Edvardus, Ejus nominis Angliæ reges plures fuere. Ante Normannorum Imperium; Primus Alfredi fil. *Senior* cognominatus, Danos vicit, Orientalium Anglorum regnum ſuo adjecit; Edricio rege à ſuis interfecto Merciam quoque ſibi comparavit. Secundus Edgari fil. *Martyr* nuncupatus, poſt quadriennium à matre crudeliter necatus A. D. 979. Tertius *Confeſſor* dictus, Ethelredi fil. ob caſtitatem erga uxorem, & munificentiam erga Eccleſiam mirificè celebratus, A. D. 1042. Poſt Conquæſtorem vero,

1 *Edvardus*, Henrici Tertii Regis fil. quem pater Walliæ Principem fecit, Aquitaniæ præfecit. Hinc introducta conſuetudo, ut Rex Angliæ filium natu majorem Principem Walliæ dicat.

2 *Edvardus* Secundus, Primi Edvardi fil. *Carnarvan* dictus, ob tyrannidem primo regnum amiſit, deinde vitam perdidit. Vixit Anno Dom. 1308.

3 *Edvardus* Tertius, Edvardi Secundi fil. regnavit annis 50. Aureæ Periſcelidis Equitum Author, & Fundator fuit, Regum reliquorum omnium fortiſſimus, Bonis tam animi quam corporis egregiè ornatus.

4 *Edvardus* Quartus, Comes de *Marſh* plenis omnium ſuffragiis Rex electus, Anno Dom. 1461. Vixit annis 50. regn. annis 23.

5 *Edvardus* Quintus, Edvardi Quarti fil. patri ſucceſſit, An. Dom. 1483. A Richardo Tertio vitâ privatus poſtquam 2 menſes, & 18 dies regnaſſet.

6 *Edvardus* Sextus, Henrici Octavi Regis fil. patri ſucceſſit, An. Dom. 1547. Regnavit ſexennio quinque menſibus, & novendecim diebus.

Eetion, pater Andromaches, & ſocer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat. Hom. Il. 12. Hinc *Eetioneus* adject. Ovid. Met. 13.

Eetioneas implevit ſanguine Thebas.

Egebertus, primus Anglorum Rex Wallos domuit, Bertulphum Merciorum, Ethelwolfum Cantianorum, Suthredum Saxonum

Saxonum reges, & Northumbros vicit, quorum regna ſuo imperio adjecit. Primus omnium nomen Angliæ inſulæ impoſuit. Polyd. Virg. lib. 4.

Egeria, nympha, cui ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant faciſſe fœtum alvo *egerere*. Feſtus. Numa Pompilius, referente Plutarcho, quo majore in veneratione eſſet apud populum, ſimulabat ſibi eſſe nocturnos congreſſus cum Egeriâ nymphâ, velut cum conjuge. Florus ubi de Numâ, *Hæc omnia quaſi monitu deæ Egeriæ, quo magis barbari acciperent.* Juven. Sat. 3.

In vallem Egeriæ deſcendimus,
——Madidamque Capenam
Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

Hinc fingit Ovid. Met. 15. Egeriam luctu ob Numæ diſceſſum converſam eſſe in fontem. Erat autem Egeriæ fons Romæ extra portam Capenam.

Egeſidemus, utrum hiſtoriam an aliud ſcripſerit, incertum eſt; hiſtoricum quidem eſt illud, cujus causâ laudatur Plinio 9. 8. Et Solino cap. 18.

Egeſta Vide *Criniſus.*

Cn. *Egnatius* Verinus refertur inter auctores, quos ſecutus eſt ſcriptor de origine gentis Romanæ. Item Poeta, unde Virgilium quædam mutuatum fuiſſe Macrobius oſtendit Sat. lib. 6. Alius quoque *Egnatius* Calvinus, qui & ipſe quædam ſcripſit. Plin. 10. 48. Jo. Baptiſta Egnatius, Sacerdos Venetus, & in patriâ bonarum literarum profeſſor, Cæſarum hiſtoriam conſignavit à C. Cæſare uſque ad Maximilianum primum, quo Imperante vixit. Scripſit etiam de Origine Turcarum, Racematione, Comm. in Suetonium, Anhot. in Ovidii Epiſtolas, & in Dioſcoridem. Pervenit ad magnam ſenectutem; nam refert Geſnerus eum ſe Venetiis vidiſſe an. 1543.

Elaira, vide *Leucippides.* Erat autem Phœbes ſoror. Prop. 1. 2.

Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe,
Pollucem cultu non Elaira ſuo.

Electa, mulier, ad quam ſcribit Joannes Epiſtolam ſuam ſecundam. Alii tamen Interpretes *Electam* ibi non pro nomine proprio habent, ſed adjectivo, nec mulieris nomen eſſe volunt, ſed Eccleſiæ alicujus particularis, innominatæ tamen.

Electra, Nympha, Oceani & Tethyos filia, Atlantis uxor, cujus filia etiam *Electra* dicta fuit, quæ Jovi Dardanum peperit. Ovid. in Faſtis.

Dardanon Electrâ quis neſcit Atlantide natum?

Electra, Oreſtis ſoror, filia Agamemnonis, quæ cœlibem multum ætatis vitam egit, unde etiam ab Helenâ apud Eurip. Πολυχρόνιος παρθένος, h. e. *annoſa virgo* per contumeliam vocatur. Inde aliqui *Electram* dictam volunt, quaſi ἀλύπητον, h. e. *ſine thalamo*; quanquam aliis magis placet à flavo colore, electrumque referente ita fuiſſe appellatam. Prius *Laodice* dicebatur; poſtea vero *Electra* vocari cœpit. Ælianus ποικιλ. 4. Χάνδος ὁ ποιητὴς φησὶ μελῶν λέγει ἡ Ἠλέκτραν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐ τοῦτο ἔχειν τὔνομα πρῶτον, ἀλλὰ Λαοδίκην. ἐπεὶ ἡ Ἀγαμέμνων ἀνῃρέθη, ἡ ἡ Κλυταιμήστρα ὁ Αἴγισθος ἔγημε, καὶ ἐβασίλευσεν, ἄλεκτον ἔδη καὶ παρθένον Ἀργεῖοι Ἠλέκτραν ἐκάλεσε διὰ τὸ ἀμοιρεῖν ἀνδρὸς, καὶ μὴ πεπειρᾶσθαι λέκτρου.

Eleleus, unum ex Bacchi cognominibus ab ἐλελίζω quod ſig. *Vociferare*, quemadmodum prælio congreſſuri conſueverunt. Ovid. Met. 4.

Nyctileuſque Eleleuſque parens.

Hinc Bacchæ *Eleleides.* Ovid. 4. Ep.

Nunc feror ut Bacchi furiis Eleleides actæ.

Item Sol dictus eſt *Eleleus* ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι περὶ τὴ γῆν, h.e. quod æterno circa terram meatu volvi videatur.

Elephantis, poetriæ nomen, quæ libellos ſcripſit, quibus varia genera concubitus, varioſque coeundi modos complexa eſt. Martial. 12. 12.

Nec molles Elephantidis libelli.

Memoratur in Priapeiis, nec non Tatiano Aſſyrio adverſus Gentes. Spiſſus eſt autem error Jul. Cæſaris Capacii lib. 2. hiſt. Neapolitanæ, ubi non poetriam, ſed poetam fuiſſe exiſtimat. Item *Eleus* fluvius, qui Mediæ magnam partem irrigat.

Eleuſa, Siciliæ op. mediterraneum. Plin. Niger inſulam facit, & dicit hodiè *Curcu* vocari. Item inſula ex oppoſito Cypri.

Eleuſin, Theræ inſ. urbs. Ptol.

Eleuſinia, inter omnia Græcorum ſacra, tanta ſemper fuit *Eleuſiniorum* religio, ut commune myſteriorum nomen illis veluti proprium ab authoribus tribuatur, ideoque de iis paulo fuſius agendum. *Eleuſinia* vero ſic dicta ſunt ab *Eleuſi* Atticæ op. cujus appellationem ab *Eleuſinio* Mercurii filio deducunt. Harpocration: Ὠνομάσθη δὲ ἡ πόλις Ἐλευσὶς ἀπὸ Ἐλευσίνος τοῦ Ἑρμοῦ. Eadem habet Suidas, idque totidem verbis. Pauſan. in Att. memorat. Ἐλευσῖνα ἤρεσε δὲ ἀφ' ἧ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, ὃν μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶ), καὶ Δαείρας Ὠκεανοῦ ἐπιγαμβρεύσαι λέγουσι. Alii ἀπὸ τ ἐλεύσεως, i. e. *ab adventu* dici voluerunt, quod Ceres poſt longos errores eo tandem allapſa filiam invenerit. Etymologicum: Ἐλευσὶν, δῆμος Ἀττικὸς, διὰ τ τ Δημήτρος ἔλθουσαν, ὅτι ἐκεῖ ἐλθοῦσα, ἐυρε τ κόρην. Ariſtides in *Eleuſinia*: Ἃ δ' εἰς τὸ μέσον προενεγκεῖν καὶ λογοποιοῖς, καὶ συγγραφεῦσι πάσης ὑμνῆσαι, κόρην τ Δήμητρος ἁρπαγὴν γενέσθαι χρόνον τινα. Δήμητρα δ' ἐπέρχεσθαι γῆν πᾶσαν, καὶ θαλάτταν ζητοῦσαν τ θυγατέρα, τέως μὲν οὐκ οἶδα τίνι τρόπῳ εὑρεῖν. Ἐλθοῦσαν δὲ εἰς Ἐλευσῖνα, τιμὴ τ ἐπωνυμίαν ποιῆσαι τοῦ τόπου, καὶ τὴν κόρην εὑρεῖν ποιῆσαι τὰ μυστήρια. Diod. Sic. lib. 5. nomen loco poſitum ait, ut eſſet monumentum advecti aliunde frumenti. Τὸν δὲ τόπον τ ἐξ ἀρχῆς ἐξαίρετον τιμῆ δοῦναι ταύτῃ Ἐλευσῖνα προσαγορεῦσαι, ἀπὸ τῆς παρ' ἑτέρων τὸ σῖτ κομισθέν. Primum inſtituta volunt à Cerere, quæ ut benignitatem hoſpitii, quâ fuerat ab Athenienſibus excepta, pariaret, uſum frumenti, & tacenda ſacra demonſtravit. Iſocrates in Panegyrico: Δημήτρος ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανᾶτο τ κόρης ἁρπασθείσης, καὶ προὔς τοὺς ἄνθρ τοὺ ὑμετέρους ἐυμενῶς διαθεῖσης, ἐκ τ ἐυεργεσιῶν ἃς οὐκ ὄντα ἄλλοις, ἢ τίς μεμνημένος αἰκίας, καὶ δ' ὅσης δωρεὰς δοῦναι, αἵτινες μέγιστ' τυγχάνουσ ὄσαι, τάς τε καρπὸς, οἷς τῶν μὴ βιωτὸν ζῆν ἦν ἄνευ αὐτῶν γεύσασθαι, καὶ τὴν τελετήν. At contra Diod. Sic. lib. 6. Cererem hoc ſacrorum honore ab Athenienſibus affectam fuiſſe tradit, ut acceptam ab ea cultioris vitæ rationem gratâ recordatione teſtarentur. Idem tamen lib. 1. narrat inopinâ ſiccitate ad injuriam ſterilitatis ſola terrarum exaruiſſe; Ægyptum autem proprio ſemper amne perfuſam, nec alio genere aquarum ſolitum pingueſcere, ſqualentis cœli non ſenſiſſe damna: ſed tantis ſegetibus indutam ſtetiſſe, ut Athenienſibus ob cognationem meſſes ſuas ultrò communicaret. Sublevatam, duce Erechtheo, annonæ penuriam: hunc vero tanti beneficii causâ Regem creatum, ceremonias docuiſſe, & myſteria Cereris ritu quo apud Ægyptios agebantur. Idque non videtur alienum ab eo quod Herodotus lib. 2. & ex eo Pauſanias aſſerit, Græcos ab Ægyptiis & Deos, & Deorum nomina ſumpſiſſe: Græcorumque Apollinem, eſſe Ægyptiis Horum, Dianam, Bubaſtin, Iſida, Cererem, quod etiam à Plutarcho demonſtratur. Quocirca Lact. lib. 1. & Phornutus, ſacra Cereris Eleuſinæ non eſſe diſſimilia ſacris Iſidos oſtendunt. At Theodoretus lib. 1. *Græcanicarum Affectionum* ex Plut. ac Diod. Sic. non ab Erechtheo, ſed ab Orpheo ceremonias Iſidos in Cereris ſacra commutatas refert: Ὀρφεὺς εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος καὶ τ Ἰσιδος, καὶ τῶν Ὀσιριδος εἰς τε τ τ Δηοῦς καὶ Διονύσου μυστηρίων ἄρχα. Huc etiam facit Eurip. Schol. in Alceſt. Πρῶτος Ὀρφεὺς μυήσεις ἔφερε παρ' Ἕλλησιν, ὅταν καὶ Θρᾳκικὸς τὸ μυστήριον χαλέπτει, ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς Ὀρφέως. Aliter etiam Servius ad Georg. lib. 1. quem falli puto, dum Eleuſinia cum Theſmophoriis conjungit. Primum celebrari cœpta ad puteum Callichorum. Pauſanias: Φρέαρ καλλίχορον Καλλιχόρου, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσῖνίαι αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ὕστερον εἰς τὸν ἀριθμὸν ἐσῆλθον. Callimachus.

Τρὶς δ' ὅγε Καλλιχόρου χλαίνης ἐπεβήσατο φρεπί.

Clemens: Καὶ φρέαρ ἔστιν ἐν Ἐλευσῖνι λυσιμαχίᾳ. Eodem loco Deam excepit Metanira, ut author eſt Nicander in Theriacis.

Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ, ὅτ' ἐς Κελεοῖο δόμους
Ἀρχαίη Μετάνειρα βαλὼν ἐπέβησε γέροντα.

Ipſum vero ſaxum cui inſidens quievit ἀγέλαστον appellarunt. Schol. Ariſtoph. *ad Equites*: Ἀγέλαστος πέτρα, ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισεν ἡ Δημήτρα κλαίουσα, ὅτε ζητεῖ τὴν κόρην. Ἐρεσθεὺς γὰρ Πρεσβύτατος ὁ Πλείονων, ἵππους αὐτῷ κρύφα. Δημήτρα δὲ μετὰ λαμπάδων, πυκνὸς τε καὶ ὑμένας, καὶ πᾶς τὴν γῆν ζητοῦσα ἐπεπόρευτο, μαθοῦσα δὲ ἔθρηνε. Ἑρμιόνην, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργισθεῖσα θεοῖς κατέλιπε κρατεῖν, καὶ εἰκαθεῖσα χωμαὶ ἦλθεν εἰς Ἐλευσῖνα, ἔνθα ἐπὶ πέτρου ἐκαθέσθη τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν ἀγέλαστον. Hinc, ut author eſt Zenobius, adagium uſurpatur de rebus quæ dolorem conciliant. Hinc igitur ſedes myſteriorum Eleuſis, quæ tanta fide coluit, ut ab Athenienſibus in ſummas angustias redacta, hoſtium arbitratu deditione fecerit, niſi quod ſacra ſibi retinuerit. Pauſanias: Γεγράφασι δὲ Ἐλευσίνιοι μάχῃ φεύγ Ἀθηναίους, ἐπιβάντων μὲν Ἐρεχθέως, πρέσβεις δὲ Ἰμμαράτου ὁ Ἐυμόλπα. Καταλύσαντα δὲ ὅτι πεῖς δὲ τ πόλεμον, ὡς Ἐλευσῖνίους εἰς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας, ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. Quamobrem meritò eam Ariſtophanes *in Nebulis* Μυστῶν ὄχλον ἅδουσαν appellat. Imò tanta Eleuſiniorum dignitas, ut iis alia omnia poſthabuerint. Idem Pauſanias in Phocicis: Οἱ δὲ ἀρχαιότεροι τ Ἑλλήνων τελετὴν τὴν Ἐλευσῖνίων πάντων ὁπόσαι εἰς συνέλευσιν ἦλθεν ἢ τούτῳ ἦσαν ἐπισημότεραι, ὅσῳ καὶ θεὸς ἐπιφανεστάτην Ἡρώων. Quippe non ceu privata illius civit. ſed quaſi communia omnium gentium ſacra obſervarunt. Ariſt. Κοινότατ δ' γῆς πάντων, καὶ

πλυντων ὅσα θεῖα, ἀνθρώπων, ταῦτον φειδόμενον, καὶ φαιδρότατον. Et hanc ob causam ea templi magnitudo, ut ingentis turbæ capax esset. Strab. l. 9. Εἶτα Ἐλευσὶν πόλις. ἐν ᾗ τὸ τοῦ Δήμητρος ἱερὸν Ἐλευσῖνος, καὶ ὁ μυστικὸς σηκὸς, ὃν κατεσκεύασεν Ἰκτῖνος ὄχλον θεάτρου δεξάμενος μυριάδων. Ritus sacri consistebant in imitatione eorum quæ de Cereris erroribus fabulæ vulgarunt. Nam, ut inquit Lactantius, *refertur in sacris imago rei, quæ verè gesta est.* Quod antea præceptor ejus Arnobius speciatim de *Eleusiniis* dixerat. *Eleusinia*, inquit, *illa mysteria, & sacrorum reconditi ritus, cujus memoriam continent? nonne illius erroris, quo in filiæ conquisitione Ceres fessa, oras ut venit in Atticas, triticeas attulit fruges?* Ac ceremonias potissimum ad inventionem frugum fuisse relatas, author est etiam D. Augustinus lib. 7. de Civ. Dei, cap. 20. *In Cereris autem sacris* (inquit) *prædicantur illa Eleusinia quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt; de quibus nihil iste interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres invenit, & ad Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit.* Eleusinia vero duplicia fuerunt, Magna, ac Parva; Magnorum origo est ea quam supra diximus. Parva hanc ob causam instituta. Cum Hercules initiari cuperet, ac lex obstaret, quæ peregrinis id concedi vetaret; nec tamen integrum Athenensibus videretur, ejusmodi Heroem voto suo frustare, Parva Eleusinia instituerunt, ut & Herculi satisfacerent, & authoritatem tamen sacrificii, legisque vigorem conservarent. Aristophanis Enarrator ad *Plutum*: Μεγάλα καὶ μικρὰ μυήσεια ἐτελοῦντο ἐν Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς. Μὴ ὄντων δὲ πρότερον μικρῶν, ἐλθόντος Ἡρακλέους, καὶ σπουδῆς μυηθῆναι, ἐπεδὴ νόμος ἦν Ἀθηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν· αἰδεσθείσης τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, καὶ ὅτι φίλος ἦν τῆς πόλεως, καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς, ἐποίησε μικρὰ μυήσεια, ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν. Ἦσαν δὲ τὰ μὲν μεγάλα τῆς Δήμητρος, τὰ δὲ μικρὰ Περσεφόνης τῆς θυγατρός. Idem habet *ad Nebulas*, & Tzetzes ad Lycophronem pag. 195. Porro hæc minora Eleusinia in Ἄγραις agebantur. Stephanus: Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον, ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς. Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸς τῇ πόλει, ἐν ᾗ τὰ μικρὰ μυήσεια ἐτελεῖτο μίμημα τῶν ἐν Διονύσου, ἐν ᾧ λέγεται καὶ τὴν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. Diversum quoque celebrandi tempus. Majora siquidem Boëdromione celebrantur, Plut. in Demetr. Ἐτελοῦντο τὰ μεγάλα μυήσεια Βοηδρομιῶνος. Minora vero Anthesterione, Plut. ubi supra: Τὰ μικρὰ μυήσεια τῷ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο. Erant autem quasi quidam gradus in participatione mysteriorum observandi. Primum erat Purificatio; deinde sequebantur mysteria parva, quibus instituebantur, & ad majora præparabantur. Ultimæ majorum ceremoniæ erant Ἐποπτικὰ, ad quæ tandem per tot ambages admittebantur. Clemens 5. Stromat. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα, καὶ τὰ μυήσεια τὰ παρ' Ἕλλησιν, ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λεῦσον. Μετὰ ταῦτα δὲ δῆτα τὰ μικρὰ μυήσεια, διδασκαλίας τινὰ τοῦ θείου ἔχοντα, καὶ ὑποτυπώσεις τῶν μελλόντων. Τὰ δὲ μεγάλα ἤδη τὰ συμπάντων ἐπιβλέπειν ἔτι τοῦ λοιποῦ, ἐποπτείαν δὲ καὶ τηρεῖν τὴν φύσιν, καὶ τὰ πράγματα. Et qui parvis initiati erant, Mystæ: ad magna recepti *Epoptæ* nominabantur. Harpocration: Οἱ μυηθέντες ἐν ἑλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μήνει, ἐποπτεύειν λέγονται. Suidas: Διαφέρει μύσις καὶ ἐπόπτης. Ac differentiam ex Symmacho, vetusto admodum Grammatico, adsignat Schol. Aristoph. *ad Ranas*: Οἱ τὰ μυήσεια παραλαμβάνοντες μύσαι καλοῦντο. Οἱ δὲ παραλαμβάνοντες αὐτὰ τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυήσεια, καὶ ἐποπτεύουσιν. Igitur Epoptæ, aut Ephori erant inspectores, h. e. quibus anno postquam initiati primum fuerant, inspicere occultiores sacrorum ritus & ceremonias concedebatur. Neque enim à parvis initiis illico patebat aditus ad majora, sed annus experimenti causâ interponendus erat. Quamobrem in Demetrio notata exempli raritas, qui sine ullâ temporis intercapedine minora majoraque mysteria percipere voluit. Philochorus: Δημητρίῳ ἰδίον τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι, καὶ ἐποπτεῦσαι. Plutarchus de eodem: Τότε δ' ἦν ἀναζεύγειν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἄγεσθαι ὅτι βέλτιστα παραγενόμενον εὐθὺς μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν, ὑπὸ τῶν μικρῶν ἄρχει τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. Τοῦτο δὲ οὐ δεύτερον ἦν οὐδὲ γεγονὸς πρότερον. Ἐποπτεῦσαι δὲ τολάγιστον ὑπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Ubi non temerè τολάγιστον ponitur, nam revera minimum spatium quod interponi solebat, annus erat: nam quinto anno post parva, ut plurimum illa majora suscipiebantur. Tertullianus initio libri adversus Valentinianos: *Nam & illa Eleusina hæresis, & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent, pudor est. Idcirco aditum prius cruciant; diutius initiant, quam consignant. Cum Epoptas non ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis ædificent, &c.* Initiati myrto coronabantur. Isaac. Tzetzes: Οἱ μυούμενοι μυρσίνην ἐφόρουν. Cumque initiarentur, vestem novam ac puram induebant, quam deinde nunquam exuebant, quoad tandem lacera gestare non amplius posset. Schol. Aristoph. *ad Plutum.* Ὁ δὲ μυούμενος τὸ ἱμάτιον ὃ ἐφόρει ἐν τῇ μυήσει, ὁδέποτε ἀποδύεται μέχρις ἂν τελέως ἀφανισθῇ διαῤῥυέν. Sed & à quibusdam ad fascias infantum funt reservatas ait: Ἔνιοι δὲ τὰς τοιαύτας στολὰς εἰς τέκνων σπάργανα φυλάττουσι. At Melanthius libro quem *de Mysteriis* conscripsit, memoriæ prodidit, in more positum fuisse, ut vestem, in quâ fuerant initiati, Cereri & Proserpinæ consecrarent. Πάτειον δέ φησι θεᾶς ἀνιερῶν καὶ τὰς στολὰς ἃς μύσαις, ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. Quod vero tanti esset, participem fieri mysteriorum, persuasio faciebat, quâ existimabant initiatos, non tantum in summâ tranquillitate vitam ducere, sed & eam optato exitu esse terminaturos, ac post obitum quoque spem restare melioris. Isocrates in Panegyrico: Τελετῆς οἱ μετέχοντες, ὥστε τε περὶ τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἥδιους τὰς ἐλπίδας ἔχουσι. Aristides in Panathenaica: Ἀλλὰ μὴν τότε κέρδος μὲν παυηγύρεως, οὐχ ὅσον ἡ παροῦσα εὐθυμία, ἀλλ' αἱ περὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου λυσιτελεῖς, λύσεις, καὶ ἀπαλλαγαὶ, ἀλλὰ καὶ ὥστε τὸν τελευτῆσαι ἥδιον ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ὡς ἄμεινον διατάξαντας, καὶ ὃν ἐν σκότῳ τε καὶ βορβόρῳ κειμένους, ἀνθ' ἡμῶν ἀναμένειν. Procurabat mysteria Rex: author est Pollux, & Harpocration: Ἐπιμελητὴς δὲ μυηθείων παρ' Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος Βασιλεύς. Regi adjungebantur quatuor alii, quorum duo ex universo populo Athenienfium, ex Eumolpidarum gente unus, & ex Cerycibus alter eligebatur. Aristoteles de Rep. Athen. Ὁ δὲ Βασιλεὺς πρῶτον μὲν τὰ μυηθεῖα ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιμελητῶν, οὓς ὁ Δῆμος ἐχειροτόνει, τέτταρες ὄντες, ἐνὸς μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, εἷς δὲ ἐξ Εὐμολπιδῶν, καὶ εἷς ὁ Κηρύκων. In his erant Hierophanta, Daduchus Præco. Aristides: Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες, εἰς Ποσειδῶ τε καὶ Ἑρμῆν ἀναφέροντες Ἱεροφάντας, εἰ δὲ Δαδούχους παρέχοντα. Clemens: Τὸ Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων τὸ Ἱεροφαντικὸν ἔθνος γένος ἦν Ἀττικόν. Arnobius lib. 5. *Ex quibus & gens fuit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen, & qui postea floruerunt Caduceatores, Hierophantæ, atque Præcones.* Una enim eademque gens erat Cerycum, & Eumolpidarum ut ex Androtione Sophoclis Interpres ostendit ad Oedipum Coloneum. Et Æschines in oratione contra Ctesiphontem Eumolpidas & Cerycas ubique conjungit. Atque hinc obtinuit, ut mysteria penes Eumolpidas esse dicerentur; Licet præter hos ipsamet Dea alios etiam sua initia docuisse crederetur. Homerus:

Δείξεν Τελπολέμῳ τε Διοκλεῖ τε πληξίππῳ
Εὐμόλπῃ τε βίη, Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν
Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπίφρασεν ὄργια πᾶσι.

Cæterum Hierophanta, *ab ostendendis sacris* dictus, & ipse sacrorum Antistes, atque ut ait Hesychius. Μυσταγωγὸς, Ἱερεὺς, τὰ μυσήρια δηλῶν. Cujus erat munus initiare, & mysteria, quantum fas, etiam profanis enunciare. Hinc inter captiosas Chrysippi argutias exemplum ponitur.

Ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια ἀσεβεῖ,
Ὁ Ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει,
Ἀσεβεῖ ἄρ' ὁ Ἱεροφάντης.

Daduchus facem ferebat. Nam ut Lactant. ait lib. 1. quia Proserpinam, *facibus in Ætnæ vertice accensis, quæsisse in Sicilià Ceres dicitur; idcirco sacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur.* Atque in hujus rei memoriam non solum Daduchus, sed reliqui etiam mystæ faces inter currendum agitabant, Statius Silv. lib. 4.

Tuque Aclæa Ceres, cursu cui semper anhelo
Votivam taciti quassamus lampada Mystæ.

Seneca in Hyppolyto:

Jactare tacitis conscias sacris faces.

Claud.

——— *Sanctasque faces attollit Eleusis.*

Daduchus utebatur pellibus hostiarum, quæ Jovi fuerant immolatæ, vocabanturque Διὸς κώδια. Suidas: Διὸς κώδιον, ἐπὶ τοῦ ἱερείου Διὶ τεθυμένου, δύσει τε τῷ Μειλιχίῳ, καὶ τῷ Κτησίῳ Διΐ. Τὰ δὲ κώδια τῶν φυλάττουσι Διὸς σωτῆρος ἱερῶν ἐν σωτῆρος, ὅτε Σκιροφορίοις ἐπομπεύοντες, καὶ ὁ Δαδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ ἄλλοι τινὲς ἐκ τοῦ κωδαμοῦς, ὑποδραγυόντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν. Ex quibus intelligimus profanos, & aliquo scelere contaminatos, non potuisse loca sacra calcare. Et cum nihilominus in sacro peragenda esset expiatio, ne profanorum vestigiis Religio templi violaretur, subtratæ pelles, quibus insistebant siniftro pede, quoad purgati, lustratique piaculati nexu exsolverentur. Hesychius: Διὸς κώδιον, ὅτως ἔλεγον, ἐπὶ τοῦ ἱερείου ἐπίθετο, ἐφ' ᾧ ὁ κωδαμοῦς ἐκάθιζε ἀειστερῶ ποδί. Præco jubebat profanos abstinere, proclamans.

———Ἔκας, ἔκας ὄστις ἀλιτής.

Aut

———Ἔκας, ἔκας ὅστις βέβηλος.

Quod causæ fuit cur ab iis sibi abstinendum Nero putavit, Sueton.

Sueton. cap. 4. *Peregrinationi quidem Græciæ, quorum initiatione impii & scelerati, voce præconis submoverentur, interesse non ausus.* Lysis Pythagoræus: Βεβάλοις τὰ ἔξω Ἐλευσῖνιαν Θεᾶν μυστήρια ἢ δήγματα. Et ad hunc morem respexit Orpheus.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις.

Cæteros, i. e. initiatos, jubebat Εὐφημεῖν, id est, *linguis favere*, uti interpretatur Horatius. Cæterum Hierophanta in speciem Creatoris; Facifer, Solis; Minister ad Aram, Lunæ; Præco sacrorum, Mercurii ornabatur. Euseb. lib. 3. de Præp. Evang. Ἐν δὲ τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις, ὁ μὲν Ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ Δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται, δαδοῦχος δὲ εἰς τὸν Ἥλιον, καὶ ὁ μὲν ὅδε βωμὸν εἰς τὴν Σελήνης, ὁ δὲ Ἱεροκήρυξ Ἑρμῆ. Festi solennitatem ad dies plures duratæ certum est. Numerum tamen definire nondum queo: Duos hactenus inveni suis nominibus insignitos, quorum prior Ἴακχος appellabatur. Hesychius: Ἴακχον, τὸ Διόνυσον, ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ ἐκ Ἴακχον ἐξάγουσι. Qui vero pompam hanc comitabantur, Ἴακχον, Ἴακχον ingenti clamore personabant. Meminit Herodotus lib. 8. & ex eo verbum Ἰακχίζειν formavit Plutarchus in Themistocle. Via autem quâ pompa deducebatur, sacra vocabatur. Pausan. Ἴδιον δ' ἐστὶ Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν ἣν Ἀθηναίοις καλὸν ὁδὸν ἱερὰν. Dies ultimus mysteriorum Πληνοχόας, à quodam vasis genere vocabatur. Duas enim Plemochoas vino repletas eo situ collocabant, ut ortum altera spectaret, altera occasum, quas deinde recitato carmine precationum evertebant. Athenæus lib. 11. Πληνοχόη σκεῦός ἐστι κεραμεοῦν, βεμβικώδες ἐδαφιον ἠσυχῇ, ὃ κοτυλίσκον ἔνιοι σφυρίδιον. Χρῶνται δ' αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ σφυρηδόνιον Πληνοχόας· ἐν ᾗ δύο Πληνοχόας πληρώσαντες, πρὸς μὲν δύσεις ἀνατολὰς, πρὸς δὲ δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀναστρέφουσί τε ὀπίσω λέγοντες ῥῆσιν μυστικήν. Ipsa vero pompa non uno tractu Eleusinem ducebatur, nam aliquoties in itinere subsistebat. In quibus pausis, & hymnos cantasse, & sacrificasse cognoscimus ex Plut. in Alcibiade. Nam cum impedità viâ per mare pompa deferretur, aliquas ceremonias in viâ curari non potuisse refert. Et quidem in ponte, qui Cephisso insternitur subsistere solebant. In quâ morâ, quoscunque passim contumeliis incessebant. Hinc à γεφύρα id est, *pons*, γεφυρίζειν. *subsannare*, & γεφυρισὴς *convitiator*. Hesychius: Γεφυρισαί, οἱ σκώπτειν ἐπεὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῇ γεφύρᾳ τοῖς μυσταγωγοῖς καθεζόμενοι ἕκαστον τῶν παίοντας. Sed & cum sacra reducerentur Athenas, pari modo pausæ interponebantur. Ita subsistebant in suburbii loco, cui nomen ἱερὰ συκῆ *sacra ficus*. Hesychius: Ἱερὰ συκῆ, ἐν τῇ εἰς Ἐλευσῖνα ἀγούσῃ ὁδῷ. In his sacris mira nlentii fides: nam in eum qui arcana divulgasset, pœnâ capitis animadvertebatur, ut liquet ex Andocyde περὶ μυστηρίων. Pausanias non uno in loco de mysteriis agens, somnio se monitum ait, ne secreta proderet. Verba ejus sunt in Atticis: Τὰ δὲ ἔντοσθε τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ τότε ὄνειρον ἀναῖτιον γενέσθαι· καὶ τοῖς ὑπὲρ τελεσθεῖσιν, ὅπως ἂν θέας ἔχοιεν, δῆλα δή που μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναί σφισιν. Pausaniæ somnio respondet somnium Numenii Philosophi, qui Pyrrhonis Heliensis discipulus fuit, de quo Macrob. lib. 1. de Somn. Sc. cap. 2. *Numenio denique inter Philosophos occultiorum curiosiori, offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt. Viso sibi ipsas Eleusinias Deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostantes: admirantique & causas non convenientis numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas; ab ipso se adyto pudicitiæ suæ vi abstractas, & passim adeuntibus prostitutas.* Et proscriptus ab Athenienſibus Diagoras, quòd hâc in parte religionem violasset: Hinc etiam Hor. lib. 3. Od. 2.

Est & fideli tuta silentio
Merces; vetabo qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilem mecum
Solvat phaselum.———

At Augustus, teste Suetonio cap. 93. *Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de privilegio Sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quædam secretiora proponerentur, demisso concilio, & coronâ circumstantium, solus audiit disceptantes:* Ne sc. ad profanos quidquam emanaret. Excusiit tamen adyta superstitionis sagacitas Christianorum, qui, qualia hæc secreta fuerint, verbis minimè ambiguis exposuerunt, Tertullianus lib. adversus Valentinianos, nihil aliud præter membrum virile fuisse tradit, quod tam anxie tegeretur, & ad quod videndum, nemo, nisi interpositis tot cerentoniarum observationibus admitteretur. *Sequitur jam, inquit, silentii officium; attentè custoditur, quod tardè invenitur. Cæterum tota in adytis divinitas, tot suspiria Epoptarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membri virilis revelatur.* Theodoretus vero naturæ muliebris imaginem arcanis Orgiis celari prodidit, idque magis convenit fabulæ, quam Clemens refert, & ex eo Arnobius, quos qui velit consulat. Litabant fœtâ sue. Rationem reddit Phurnutus: Θύειν δὲ ὡς ἐγκύμονας δηλοῦσι, πάνυ οἰκείως, τὸ πολύγονον καὶ εὐπόλλητον, καὶ τελέσφορον καθιστάντες. Immolatorum autem nemo erat qui quidquam efferri. Schol. Aristoph. *ad Equites.* Οὐκ ἐξῆν τὰ δυόμενα δημόσιον, καὶ Περσεφόνῃ ἔξω ἀφιέναι. Postero mysteriorum die, Senatus ex lege Solonis Eleusinem conveniebat. Andocydes: Ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖται ἔωθεν ἐπὶ τῷ Σόλωνος νόμου, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ περὶ μυστηρίων βουλὴν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. Fortasse ut cognosceret, an sacra rite peracta, num in ea commissum foret, nam quædam capitali supplicio sancita fuisse, idem Andocydes in Orat. περὶ μυστηρίων testatur, quod sæpius reperit, quia talis culpæ velut affinis apud Senatum accusaretur. Ex Castellano.

Eleusis, ἐν τῷ περὶ Ἀχιλλέως citatur à Laertio in Thalete.

Eleusius, nomen viri, quem Ceres docuit omnem agriculturam, à quo *Eleusis* civitas cognominata est. Item *Eleusius*, Cyzici Episcopus, qui à fide Catholicâ ad Macedoniam hæresin desciscit: qui tamen postquam resipuisset, & Episcopatu seipsum abdicassset, reliquo vitæ cursu solitarius vixit. Niceph. 11. 5.

Elias, propheta sanctissimus, & celebratissimus 3 Reg. 17. Lat. *Deus.* aut *fortis dominus.* De Adventu Eliæ Hustius ad Origenem pag. 53. Vide Medum lib. 1. Dissert. 25. Quædam etiam habet Polus Syn. Crit. ad Mat. 17. 11. Vide quoque Isis Lanceloti Wintonienſis Episc. responsum ad Card. Bellarmini Apologiæ cap. 11. cujus Lemma, *De Enoch & Elia.*

Elias Monachus, non procul ab Antinoo civitate degebat in eremo, agens annum ætatis circiter centesimum decimum, ad quam ætatem jejunando, & viriliter conversando pervenit. Sozomen. 8. 1.

Elicius, Jovis cognomentum, qui in Aventino colebatur, ab *eliciendis*, h. e. evocandis fulminibus impositum. Ovid. Fast. 3.

Elicium cœlo te Jupiter: unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.

Solemnibus enim quibusdam verbis pronunciatis Jovem de cœlo ad sua sacrificia eliici posse putabant veteres, de quâre Cœl. Rhod. 16. 14. ex Pisone vetustissimo auctore, & Arnobius in quinto & secundo Historiarum Antiatis libro. Plut. autem in Numa *Elicium* Jovem videtur à Græcâ voce ἱλεῶ, i. e. propitio deducere. Legimus & apud Hesychium in Cypro Ἐλήπιον Jovem cultum. Sed hoc non est hujus loci.

Elisa, filius Javan. Gen. 10. Chaldæis est אלישה *Hellas*, Josepho *Æoles*, Villalpando *Elysii campi* in Fortunatis insulis, Arabi Interpreti *Almesisa*, i. e. *Mopsuestia* in Ciliciâ Bocharto Peloponnesus, quem consule, Phaleg. 3. 4.

Elizeus, propheta Eliæ discipulus, filii Saphat 1 Reg. 19. *Dei salus*, vel *Deus salvans* Jos. lib. 9. Ἀνὴρ ἐπὶ δικαιοσύνῃ θεοδότῳ, καὶ φανερῶς προφητείας ἐπιδείξατο ἔργα καὶ μύθους λαμπρὰς περὶ τοῖς Ἑβραίοις ἀξιωθέντα. Ἐπυχὼ δὲ καὶ ταφῆς μεγαλοπρεπῶς καὶ ὅσας εἰκὸς ἦν τὸν ὅσιον θεραπεῦσαι μεταλαβεῖν.

Elpenor, unus ex comitibus Ulyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum conversus fuit, & deinde pristinæ formæ restitutus: delapsus de scalis cervicem fregit. Hom. Od. 10. Ovid. Met. 14.

——— *Sors me fidumque Politen*
Eurylochumque simul, nimiique Elpenora vini,
Bisque novem socios Circea admœnia misit.

Juv. Sat. 15.

Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Ovid. Trist. 3. 4.

At miser Elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit regi flebilis umbra suo.

Elpis, uxor Boetii, de quâ hoc extat Epitaphium.

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patriâ conjugis egis amor.
Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora,
Cumque viro, solum spiritus unus erat.
Lux mea non clausa est tali remanente marito,
Majorisque animæ parte superstes ero.
Porticibusque sacris jam nunc peregrina quiescо,
Judicis æterni testificata thronum.
Neve manus bustum violet, ne forte jugalis
Hæc iterum cupiat jungere membra cinis.

Elpistici, philosophi quidam, qui summum bonum in Spe posuisse videntur. Plut. Qu. Conv. *Philosophos fuisse qui Elpistici Græcis sunt appellati, qui vitam potissimum Spe cont-*

continere affirmabant : eâque abscissa, & oblectationem quæ ab eâ oritur, vitam non posse tolerari.

Eluia, virgo Romana fulmine interempta, Julius Obsequens ex emendatione Caroli Neapolis : *Pomponius Eluius eques Romanus, à Ludis Romanis cum in Apuliam reverteretur, in agro Stellati filia ejus equo insidens fulmine icta, exanimata cecidit, vestimento deducto ab inguinibus, exerta linguâ adeo ut ignis ad os emicuerit, responsum, infamiam virginibus & equestri, quia equi ornamenta dispersi erant.* Orosius, Lucium Eluium hunc nominat. lib. 6. ubi prodigium istud fuse narratur. Plutarchus in Qu. Romanis : Λέγεται γὰρ Ἐλβίαν τινὰ παρθένον ὀχυμβρίῳ ὑφ' ἵππου βληθῆναι κεραυνῷ καὶ γυμνὸν ὑπὸ ἀνεμβάτου κεῖσθαι νεκρόν· ἐκπεσεῖν δὲ αὐτῇ, ὡς ἐπῆσθε ἀναγκάζουσι τὰ χρῶτα καὶ ὑπὸ τῆς ἀποῤῥήτου, ὑποδημάτων καὶ σκυτυλίων καὶ κεκρυφάλου διερριμμένων χωρὶς ἄλλον ἀλλαχόθι, τὸ δὲ σῶμα ἔξω περβεβλημένον καὶ γεγυμνωμένον.

Empanda, Paganorum Dea, quæ rebus patentibus præerat. Varro apud Nonium. *Hanc Deam Ælius putat esse Cererem : sed quod in Asylum qui confugerent, panis daretur, esse nomen fictum à pane dando pandere, hoc est aperire.*

Empedocles, Philosophus & Poeta Agrigentinus, qui de rerum naturâ versibus scripsit, ut apud Romanos Lucretius, qui de eo lib. 1.

Quorum Agrigentinus cum primis Empedocles est.

Hic, teste Hieronymo, omne quod vivit & movetur non putavit edendum, sicut & Pythagoras ; & ex lite ac amicitiâ inter se dissentientibus cuncta constare dixit. Animam non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse ; ac illis partibus homines magis sentire, quibus plus mentis inest, asseruit. Creditus est ab Aristotele Rhetoricam, Dominam rerum, primum novisse, quod etiam aliis ab aliis adscribitur, ut Parmenidi, Cadmo Milesio, Pherecydi Syro, & Hecatæo, qui primi solutâ oratione usi sunt. Lucretius lib. 1. mirificè eum extollit, ubi de eo & Siciliâ patriâ ejus, sic canit.

Nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se
Nec sanctum magis & mirum, clarumque videtur
Carmina quinetiam divini pectoris ejus
Vociferantur, & exponunt præclara reperta
Ut vix humanâ videatur stirpe creatus.

Doctum virum vocat Cicero in Lælio. Vide Voss. Hist. Gr. p. 438. & P. Gr. p. 33. Ferunt hunc, cum lacum Ætnæ montis investigari contenderet, decedisse in foveam igneam, & incendio consumptum. Vel, ut alii, noctu à sociis clam discedentem in ardentem caminum montis Ætnæ se demisisse, ut pro Deo haberetur ; Sed ferreas ejus crepidas ex camino per flammam rejectas rem patefecisse. Horatius ad Pisones.

——Deus immortalis haberi
Dum putat Empedocles ardentem frigidus Ætnam
Insiluit. Ubi alii *fervidus.*

Claud.

Alter in Ætnæas, casurus sponte fævillas
Dispergit, revocatque Deum.

S. Gregorius Nazianzenus :

Ἐμπεδόκλης σὺ μὲν αὐτὸν ἑτώσια φυσιόωντα,
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρητῆρες ἔδυσαν.
Σαῦλα δ' ἀποξεσσόντες ἑλαφρυνόοιο θεοῖο
Χάλκεα, καὶ τε βροτοῖσιν ἐπάτησα πᾶσι δόκησαν
Κύδει ἰμείρεντα δι' ἄλματος αἰνομόγοιο.

Emplocia, festa apud Athenienses, in quibus mulieres plexis capillis procedere solebant. Hesychius. Vide Meurs. Græc. Fer. pag. 108.

Empodus, historicus, ut videtur, Athen. lib. 9. Ubi Casaubonus malit *Posidonius.*

Empusa, genus larvæ ac terriculamenti, Hecatæ dicatum. Hesych. Ἔμπουσα, φάσμα δαιμονιῶδες ὑπὸ Ἑκάτης ἐπιπεμπόμενον, καὶ ὅς τινές, ἐνὶ ποδὶ χαλκοῦν. Ἀεισοφάνης δὲ καὶ Ἑκάτην φησὶν Ἔμπουσαν. Eust. in Odyss. λ. Οἵτινες μὲν ὀνόκωλιν λέγουσιν, οἱ δὲ ὀνόσκελον. Dionys. vers. 724.

Φύει δὲ κρύφαλλον, ἵν' ὑπεδύσατο Ἴασσαν
Ἐγχρὼ Ἐμπέσσης καὶ ἄλλοις εἰδώλοισι.

Empylus, Rhetor, M. Bruto familiaris, & contubernalis, libellum de Cæsaris nece reliquit. Plut. in Bruto.

Encænia, festa erant dedicationis apud Græcos, de quibus Lil. Gyraldus lib. 17. Hist. Deorum.

Enceladus, Titanis ac Terræ filius, Gigantum omnium, qui adversus Jovem conjuraverunt, longè maximus ; quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti supposuit. Virg. Æn. 3.

Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
Urgeri mole hâc, ingentemque insuper Ætnam
Impositam ruptis flammam expirare caminis.

Quintus Smyrnæus lib. 5.

Οἷος τὸ πάλαιγε Διὸς σφοδρὸν κεραυνῷ
Ἐγκέλαδος δέδμητο κατ' ἀκριτίοιο θαλάσσης
Τειρασίης ὑπένερθεν, ὅλη δ' ὑπενίσσετο νῆσος.

Idem lib. ult.

Ἔνθα πάρος μεγάλοιο κατ' Ἐγκελάδοιο δικέρων
Παλλὰς ἀειρομένη Σικέλιῃ ἐπικίδναλε νῆσον,
Ἦρ' ἔτι καίεται αἰὲν ὑπ' ἀκριμάτοιο γίγαντος
Αἰδαλέον πυρίου τε καὶ ἴφθιμον χθόνος.

Oppianus Κυν. α.

Καὶ τειρήεσσαν ὄρος, ὅθι τοι σκῆπας Ἐγκελάδοιο
Πυρσοῖς αἰθαλόεσσαν ἐρεύγομένοιο κεραυνῷ,
Σικελίης Αἴτνης ἀνεκάχλασεν αἴθονα πῦρ.

Corn. Severus in Ætnâ.

Gurgite Trinacrio mœrentem Jupiter Ætnâ
Obruit Enceladum, vasti qui pondere montis
Æstuat & patulis exprat faucibus ignes.

Stat. lib. 3. Theb.

—— Aut ubi tentat
Enceladus mutare latus, procul igneus antris
Mons tonat. ——

Claudianus 1. de Raptu.

In medio scopulis se porrigit Ætna perustis,
Enceladi bustum, qui saucia membra revinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur.
Et quoties detrectat onus cervice rebelli
In dextrum, lævumque latus, tunc insula fundo
Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus urbes.

Encratitæ, Hæretici à Saturnino, & Marcio neorti, vituperarunt conjugium & præceperunt suis continentiam ab uxoribus, & esum carnium, unde etiam nomen habent. Iren. 1. 30. Euseb. 4. 28.

Endymion, pastor quidam, Athli filius, quem Jupiter in cœlum assumptum, cum Junonem amaret, atque etiam cum Nube pro Junone concumberet, iratus rursum dejecit, & perpetuo somno damnavit ; unde proverb. *Endymionis somnum dormire.* Cic. 1. Tuscul. *Endymion vero, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latino obdormivit, qui mons est Cariæ, nondum opinor experrectus. Num igitur eum curare censes, cum Luna laboraret, à quâ consopitus putatur, ut eum dormientem osculetur ?* Idem ferè habes apud Lucianum in Dialogo Veneris, & Lunæ. Et Theocritus Idyllio 3. felicem existimare videtur Endymionem, quòd semper dormiret, nec ullas sentiret molestias.

Ζαλωτὶς μὲν ἐμὶν ὁ τὰ ἄβροτον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων.——

Hujus postea amore capta Luna eum in Latini Cariæ montis specu occultavit, atque ibidem cum eo conversata est. Hic primus Lunæ cursum invenit, & Astronomiæ studiosus eleganter à Poetis fingitur Lunæ amasius. Juvenalis pro pulchro posuit. Sat. 10.

Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ.——

Ovid. Trist. 2.

In Venerem Anchises, in Lunam Latmius heros.

Val. Flac. lib. 8.

Latmius æstivâ residens venator in umbrâ.

Martialis :

Quid tibi dormitor proderit Endymion ?

Propertius 2. 15.

Ipse Paris nudâ fertur persisse Lacænâ,
Cum Menelaeo surgeret è thalamo.
Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororem
Dicitur & nudæ concubuisse Deæ.

Ovid. 3. de Art. Am.

Latmius Endymion non est tibi, Luna, pudori.

Idem in Ep. Leandri.

Non sinit Endymion te pectoris esse severi,
Fac subeant animo Latmia saxa tuo.

Catullus in de Comâ Berenices :

Ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans
Sævus amor gyro devocet aerio.

Engonasis, signum cœleste, quod Latinè *Ingeniculus* dicitur, & est Hercules, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis Draconis dextram partem opprimere nititur. Cic. 2. de Nat. Deorum.

——Id caput autem
Attingens defessa velut mœrentis imago.

Quam quidam Græci

Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur.

Q. *Ennius*, poeta antiquissimus, Rudiis Calabriæ oppido natus, Qu. Valerio, & C. Manlio Coss. Ovidius.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

A Catone Quæstore in urb. adductus in Aventino habitavit, ancillæ unius ministerio contentus. Scripsit Annalium libros, Satyras, Comœdias ac Tragœdias, ex quibus ad nos nihil pervenit, exceptis aliquot versibus à scriptoribus veterabus partim citatis. Scipionem Africanum maximè coluit, itaque vicissim

ab

ab eo eſt adamatus, ut alter ab altero ne ſepulturâ quidem divelli voluerit. Cic. pro Archiâ poetâ. *In ſepulcro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore.* Liv. lib. 38. *Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt, quorum duæ P. & L. Scipionum dicuntur eſſe, tertia poetæ Q. Ennii.* Vide Val. Max. 8. 15. & Solin. cap. 7. Periit morbo articulari, quem immodico vini uſu contraxerat. Unde Horatius lib. 2. Ep. obiter eum tangit, tanquam vino plus ſatis deditum.

Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda.——

Prop. 3. 3.

Unde pater ſitiens Ennius ipſe bibit.

Qu. Serenus:

Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua.

Gloſſæ veteres: *Ennipater*, ἔννιος πατήρ.

Ejus mem. Lucret. lib. 1.

Ennius ut noſter cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Unde Prop. 4. 1.

Ennius hirſutâ cingat ſua dicta coronâ.

Ennii perſtudioſus fuit Virgilius, nam plura ex eo ſumpſit, & in carmina ſua tranſtulit, quorum partem notavit Macrob. l. 6. Saturn. cap. 1. Idem quum aliquando deprehenderetur Ennii poeſin legere, interrogatus quid ageret, reſpondit; *Aurum ſe ex Ennii ſtercore colligere.* De Ennio quoque Ovidius ſcripſit in Triſtibus.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Sicut & *rudem Ennii Muſam* dixit Statius, lib. 1. Sylv. ad nomen patriæ *Rudiæ* nimirum alludens uterque. Claud.

Hærebat doctus lateri, caſtriſque ſolebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

Sane *ingenioſum Poetam*, & *auctorem* valdè bonum vocat Cic. pro Muræná. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 2. Alius *Ennius* de augurandi diſciplinâ ſcripſit. Vide Sueton. de Illuſtr. Grammat. cap. 1.

Ennoſigæus, Neptuni cognomen ab eo quod *terram concutiat*, impoſitum, unde etiam *Enoſichthon* dicitur. Juvenal. Sat. 10.

Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum.

Enoch, filius Cain. Gen. 4. Prima quoque mundi civitas ab ipſo Cain ædificata, & filii nomine appellata. Fuit alius vir juſtiſſimus, qui cum Deo ambulavit, & ſublatus evanuit. Hic quaſdam invenit literas, quoſdamque libros conſcripſit, (Prophetiæ illius D. Judas meminit) ſub quo Adam mortuus eſt. Comeſtor in cap. 3. Gen. Luculentum teſtimonium de illo profert Apoſtolus epiſtolæ ad Hebr. cap. 11. Πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. Πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ. Sed & ante illum Siracides eum non uno elogio exornavit. Eccleſiaſtic. cap. 44. Ἐνὼχ εὐηρέστησε Κυρίῳ Θεῷ, καὶ μετετέθη ὑπόδειγμα μετανοίας τοῖς γενεαῖς. Item cap. 49. Οὐδεὶς ἐπὶτῆς τοιοῦτος ὃς καὶ ἡ γῆς ὅτι Ἐνὼχ, καὶ γὰρ ἀνῃρέθη ἀπὸ τῆς γῆς. Vide Druſii *Henochum*. Quomodo autem & in quem locum tulerit eum Deus non æque apud omnes ſacrarum literarum expoſitores certum eſt. Aliqui Ebræorum verbum illud *tulit eum Deus*, interpretantur, *mortuus eſt*, & quidem ante tempus, ne malitia mutaret cor ejus; quod is ſcripturarum mos ſit, & eum *tolli* dicant, qui de *vitâ tollitur*: juxta illud Eliæ: *tolle animam meam.* & Job: *poſt modicum tollet me.* Philo Jud. lib. 1. de V. Sapientis, dicit, Deum tranſtuliſſe Henoch, non per mortem, ſed per ſeparationem à conſortio & frequentiâ improborum hominum ad Virtutis ſeceſſum vulgo ignotum, & vix paucis, iiſdemque præſtantiſſ. viris agnitum. Procopius Sophiſta in Gen. innuere videtur Henochi tranſlationem fuiſſe non mortem, ſed mutationem quandam ex mortali ad immortale corpus. Aug. lib. 9. in Gen. & in lib. de peccatorum meritis negat Henoch immutatum eſſe in illam ſpiritualem qualitatem corporis, quæ in Reſur. promittitur; putatque ipſum iterum rediturum ad hanc V. & moriturum, ut corpus animale in ſpirituale mutetur. Interim vero aut ſine cibo à Deo ſuſtentari, ſicut Elias 40. dies ſine cibo vixit, aut ſi cibo opus habet in Paradiſo forte paſci, ſicut Adam de ligno Vitæ, & inde contra vetuſtatem vitæ ſtabilitatem accipere. Iren. vero lib. 5. adverſ. Hæreſ. Valentini aſſerit eum unà cum Elia vivere in eodem Parad. in quo primus homo à Deo poſitus fuit. Hieron. autem lib. 1. contra Jovinian. ferè ex memoriæ lapſu hanc tranſlationem tribuit non Enocho ſed Enoſo, cuique Henoch fuit abnepos; inquieris: *Si autem transfertur Enos, non reor iccirco translatum, quod uxorem habuerit, ſed quod primus invocaverit Deum.* Chryſ. & Theod. aiunt non eſſe curioſius inveſtigandum quò tranſlatus ſit, & num uſque ad præſens vivat, & quo modo nunc agat, ſed hoc eſſe ſatis ut credamus, & quod Deus eum tranſtulerit, & quod mortem non ſit expertus, ſicut & Apoſt. teſtatur ad Ebr. c. 11. Hujus Enochi & Methuſalæ hiſtorias promiſcent Ethnici; *Annacus* enim, i. e. *Enochus* [qui *Cannacas* in Eraſmo i. e. חנוך *Chanochus*, pro quo in Suidâ perperam ſcribitur Nannachus] *antiquus rex ante* Deucalionem. qui vixit ſupra trecentos annos (nempe 365.) *cum prævidiſſet venturum diluvium*, convocatis omnibus ad templum, diis cum lacrymis ſupplicabat, ut id malum averterent. Hinc proverbium, τὰ Κάννακος i. e. *res aut mala Cannacæ*; *vel de lamentis, vel de rebus vetuſtiſſimis.* Hæc Suidas & Eraſmus ex Hermogene in Chil. 2. 8. 19. Hic erat Enochus quem homines ad pœnitentiam & luctum invitaſſe conſtat ex nomine filii & ex Epiſtolâ Judæ. Stephanus in voce Ἰκόνιον. Aiunt Iconium fuiſſe Annaci urbem, de quo prædixit Oraculum, fore ut cum obiiſſet, omnes perirent. Quo audito Phryges *magnum luctum ediderunt.* Quæ falſa ſunt, niſi de filio ipſius intelligantur. Eupolemus apud Euſeb. Præp. lib. 9. Græcos ait *Atlanti tribuere inventionem Aſtrologiæ*: eundem autem eſſe Atlantem cum Enocho; Enochi porro filium eſſe Methuſalam quo ab Angelis Dei omnia edocto, nos deinceps ita didiciſſe. Bocharto. Phal. 2. 13.

Enodia, Hecate, quod in viâ inventa ſit ab Inacho. Steph. Heſychius: Ἐνοδία, Ἄρτεμις.

Enomides, ſcripſiſſe videtur de Deorum nominibus, naturâ & geſtis, teſte Etymologi Magni authore.

Enulus, à Delphino ſervatus. Vide Hiſtoriam apud Plut. circa finem libelli, *Utra animalia plus ſapiant*, & in convivio 7. Sapientum.

Enyalius, Bellonæ fil. Ἐνυοῦς υἱός, Martis quoque eſt epitheton ac interdum pro bello ponitur.

Enyo, ſoror Martis, Latinis *Bellona*. Ponitur etiam pro *bello*. Martialis.

Nec te decipiat ratibus navalis Enyo.

Id eſt, ναυμαχία. Heſychius, Ἔνυαλος, πολεμικὸς θεὸς, ἢ μάχη.

Eos, à Græcis dicitur, quam Latini *Auroram* vocant. Mons item Ægypti. Plin.

Eous, unus equorum Solis. Ovid. Met. 2.

Interea volucres Pyroëis, Eous, & Æthon
Solis equi, quartuſque Phlegon.

Epaminondas Thebanus, honeſto genere natus, Muſicam & Philoſophiam doctus, modeſtus, prudens, gravis, peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeo veritatis amans, ut ne joco quidem mentiretur. Hic cum apud Leuctra Lacedæmonios plagâ peſtiferâ adeo afflixiſſet, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amiſſum ultra reparare nequiverint, dicere ſolebat, Orbum ſe, non tamen ſine liberis, & ex ſe natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic poſt ingentia facinora edita extremo tempore apud Mantineam cum acie inſtructâ, & ducis optimi, & militis fortiſſimi officio fungitur, ſparo percuſſus, relatuſque in caſtra ſemianimis, requiſivit à circumſtantibus, Salvuſne eſſet clypeus? cum ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, allatum, veluti ſocium laborum gloriæque oſculatus eſt. Iterum quæſivit, eſſentne fuſi hoſtes? cum id quoque ut cupiebat, audiſſet, evelli tum denique ſpiculum juſſit; ita multo ſanguine profuſo in lætitiâ & victoriâ mortuus eſt. Ejus morte Thebanorum vires hebetatæ ſunt, ut non tam illum amiſiſſe, quam cum illo interiiſſe omnes viderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, & poſt interitum ejuſdem in ſervitutem priſtinam revoluti ſunt, ut manifeſtum ſit gloriam Thebanam cum illo natam & extinctam fuiſſe. Steſimbrotum filium ſuum, quòd contra mandatum cum Lacedæmoniis conflixiſſet, tametſi victor feliciter evaſiſſet, interfecit. Plut. Paral. Huic Thebani ſtatuam ferream dicarunt, ne erga tantum principem ingrati viderentur. Inter optimos Græcorum ſed pauperrimos ab Æliano numeratur. Sic enim ille: Πενέστατοι ἐγένοντο οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων, Ἀριστείδης, καὶ Φωκίων, καὶ Ἐπαμινώνδας, &c.

Epaphus, Jovis ac Iûs fil. qui Memphin in Ægypto condidit. Vide Ovid. Met. 1. Item hiſtoricus, qui de templo Delphico quædam tradidit, citatur à Servio in Æn. 3. & Macrobio, Sat. 3. 6.

Epaphroditus, à libellis Neroni Imp. à Domitiano capitis damnatus, quòd Neronem in conſciſcendâ ſibi nece ſuâ manu adjuviſſet. Item Grammaticus, patriâ Chæroneus, qui 30 millia optimorum librorum habuiſſe perhibetur. Vide Suidam. Item vir fidelis, de quo D. Paulus paſſim in Epiſtolis.

Epeus, Endymionis filius & Pæonis frater, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur. Plin. 5. 56. quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuiſſe equi lignei, quo Troja prodita eſt. Virg. Æn. 2.

——*Et ipſe doli fabricator Epeus.*

Item

Item *Epeus*, vir quidam timidiſſimus, de quo natum eſt proverb. *Epeo timidior*. Datum eſt hoc nomen Cratino Comico per alluſionem fortaſſis, quòd cùm Oeneidis tribûs Princeps eſſet, in eo munere timidius ſe gereret. Eraſmus in Chil.

Epheſtria, Thebis feſta fuerunt ob Tireſiam inſtituta, in quibus ipſius ſimulacrum, virilibus veſtimentis exuebatur, & muliebribus induebatur, moxque illis ademptis, iterum virilia imponebantur, alludentes ad ipſius Tireſiæ fabulam.

Ephetæ, magiſtratus apud Athenienſes. Hi à Demophoonte rege inſtituti, 50 ex Athenienſibus, totidemque ex Argivis, ut in Palladio foro de inconſultâ cæde cognoſcerent, majore deinde auctoritate, jureque ampliore à Dracone inſtructi ſunt, ſic enim inſtituti, ut 51 ex optimis eligerentur, qui de cauſis capitalibus judicarent. Non niſi 50 annos nati, moribuſque probatiſſimis eligebantur. Pollux. Suidas.

Ephialtes, Neptuni fil. Gigas incredibili corporis robore, qui cum ſingulis menſibus novem digitos creſceret, in tantam altitudinem evaſit, ut ſtaturâ ſuâ fretus, unà cum fratre Ocho ſuperis bellum inferret, quapropter à Jove fulmine ictus ad inferos eſt detruſus.

Ephippus Olynthius, ſcripſit de Alexandri & Hephæſtionis obitu. Athen. lib 4. Item Athenienſ. Comicus, cujus fabulas complures citat Athenæus. Diverſus forſan ab utroque eſt *Ephippus* ille, quem ſe Plinius ſequi profitetur in iis quæ de plantis ſcribit, lib. 12. & 13.

Ephippus Cumæus, auditor Iſocratis, qui ſcripſit hiſtoriam ab excidio Trojæ uſque ad ſua tempora, libris 30.

Ephori, apud Lacedæmonios tales erant magiſtratus, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo ſic oppoſiti ſunt Regibus, ut apud Rom. Conſulibus Tribuni. Ut enim à Conſulibus ad Tribunos, ita à Regibus ad Ephoros provocare quiſque poterat. Olim pro miniſtris Regum fuerunt, tandem eò potentiæ pervenerunt, ut ſenſim à Rege proprium Magiſtratum conſtituerent, nomine *Ephoriam*. Dicti ἀπὸ τῆ ἐφορᾶν, quod eſt *intueri*, quòd ad civitatis ſalutem intentos haberent oculos.

Ephorus, hiſtoricus Cumanus, Iſocratis auditor, & condiſcipulus Theopompi. Suidas. Item alius recentior. Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 37.

Ephræm Syrus, Juliani temp. floruit, obiit vero ſub Valente Imp. Quædam de eo Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 252.

Ephraim, poeta hiſtoricus, vitas Principum Conſtantinopol. Iambico carmine proſcripſit. Floruit initio ſeculi 14.

Epicaſte, eadem quæ Jocaſte, Heſychius: Κλῶθ' Ἐπικάστην, ὡ οἱ ἀπὸ Ὁμήρου Ἰοκάστην καλοῦσιν.

Epicharmus, Tityri (ut Suidas ſcribit) vel Chimari filius, Siculus, poeta Comicus, & philoſophus, cui nonnulli inventum Comœdiæ tribuunt, Pythagoræ auditor. Horat. ad Piſones,

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi.

Ὃς παῦσιν χρήσιμα εἶπε, *qui pueris utilia præcepit*, quemadmodum de eo Theocritus dixit. Eum ſæpe commemorat Marcus Tullius, ejuſque verſus non raro producit, ut lib. 1. Ad Attic. *Ut crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illa ſuam*, Νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν. Quæ verba ſic Latine reddidit Qu. Frater de petit. Conſul. ad Marcum. *Quamobrem* Ἐπιχαρμεῖον *illud teneto, nervos, atque artus eſſe ſapientiæ non temere credere.* Et primo Tuſculanarum. *Sed tu mihi videris Epicharmi, non inſulſi hominis, ut Siculi, ſententiam ſequi. Quam? non enim novi. Dicam ſi potero Latinè*, &c. *Emori nolo, ſed me eſſe mortuum nihili æſtimo.* Vide Voſſ. P. Gr. pag. 33.

Epicrates Ambraciata Comicus, de quo Voſſ. P. Gr. pag. 52.

Epictetus, Philoſophus Stoicus, ex Hierapoli Phrygiæ urbe Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari ſervivit, atque ad Marci uſque Antonini tempora pervenit, Domitiano autem imperante, ejus dominatu offenſus Româ Hierapolin migravit, ratus verum eſſe quod eſt Tragicum, Patriam eſſe cujuſque ubi quis rectè ageret. Tanta vero apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus lucernam ejus fictilem tribus drachmarum millibus, ob ejus authoritatem væniſſe tradat. Enchiridion Græcè ſcripſit in quod commentati ſunt Simplicius, & Arrianus. Hoc de illo extat diſtichon, tanquam à ſeipſo factum.

Δοῦλος Ἐπίκτητος ἠνώμην, καὶ σώματι πηρός,
Καὶ πενίην Ἴρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Philoſophiam totam duobus verbis complexus eſt, Ἀνέχου, καὶ Ἀπέχου. *Suſtine*, & *Abſtine*.

Dixi *Enchiridion ſcripſit*, ut loquerer cum vulgo. Nam reverà Arrianus ejus libri genuinus eſt auctor, qui & uberiorem in illum commentarium edidit, in quo diſputationes Epicteti plenius proſequitur. Teſtatur hoc Simplicius in præfat. Commentarii ad hunc libellum hiſce verbis: Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ὀλίγα μὲν ἐστιν, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀρριανὸς, τὰ κεφαλαιώτατα, καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ κυριώτατα πρὸς ψυχῶν ἐπλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων.

Epicurus, Athenienſis, ejus ſectæ author, quæ ab eo *Epicurea* dicta eſt, Olympiadis 109. anno tertio, ſeptennio poſt Platonis exceſſum. Obiit autem anno ſecundo 127. Olymp. cum vixiſſet an. 72. Nemini plus debuit quàm Democrito. Hinc Cic. 1. de N. Deorum: *Democritus vir magnus imprimis, cujus fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit.* Antea quoque dixerat; *In Democritum ipſum, quem ſecutus eſt, fuit ingratus.* Rhetoricen contempſit, ut qui omnem ſermonis laudem in ſolâ perſpicuitate collocaret. Laertius in Epicuro. Κέχρηται λέξει καθαρᾷ καὶ τῇ πραγμάτων, ὡς ὅτι ἰδιωτάτη ἐστὶν, Αἰσχύλος ὁ Γραμματικὸς φησίν. Imo Epicurus *orationis ornamenta neglexit*, ut ait Cic. lib. 8. de Finibus. *Neque literas didicerat*, ut ait B. Hieronymus Epiſt. ad Magnum. Dictionem autem hauſerat. ut Cleomedes ait lib. 1. Meteorolog. ἐν χαμαιτυπείοις, καὶ ἀπὸ μίσθου τῶν θεσσυλῶν, *ex proſtibulis & mendicabulis*. Dialecticen etiam parvo habuiſſe loco dicitur. Laertius ubi ſupra, Τὴν διαλεκτικὴν, ὡς περίεργον, ἐπιδοκιμάζουσιν, ἀρκεῖν γὰρ τοὺς φυσικοὺς χρῆναι τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους. *Dialecticam, tanquam perverſitatem repudiant: Aiunt enim ſufficere Phyſicis ſimplicia vocabula*, Etiam B. Hieronymus adverſus Rufinum ait: *Quoniam Stoici Logicam ſibi vendicant, & tu hujus ſcientiæ deliramenta contemnis, in hâc parte Epicureus es.* Et hujus ſtuporis argumentum eſto, quod negaret, contradictoriarum alterutram eſſe veram. Unde Cic. lib. 1. de N. D. *Totum hoc, aut etiam, aut non, negavit eſſe neceſſarium: quo quid dici poteſt obtuſius?* In Phyſicis maximè amplectebatur dogmata Anaxagoræ; ſic tamen, ut in quibuſdam diſſentiret. Atomos vero ſuos accepit à Leucippo ac Democrito, teſte Lactantio, lib. de Irâ Dei. Interim ſic Dialecticam contemnebat, ut in ejus locum ſubſtitueret Canonicam; de hâc erat Epicuri liber, qui Κανὼν inſcribebatur. Is fuit, ut Laertius ait, περὶ κριτηρίου, καὶ ἀρχῆς, καὶ στοιχειωτικῶν. *De judicii normâ, & principio, & opus prima tradens elementa.* Eo docebat normam omnis judicii non rationem eſſe ſed ſenſum. Matheſin quoque inſuper habuit teſte Plutarcho, lib. contra Epicurum. In Phyſicis vero & Ethicis magnus omnino ſuis viſus eſt, præcipuè Lucretio, qui univerſam Epicuream Naturæ ſcientiam 6 libris complexus eſt, quam tradiderat Epicurus ipſe libris triginta octo. Sic enim ille lib. 3.

Tu pater, & rerum inventor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuiſque ex, inclyte, chartis
Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta,
Aurea perpetuâ ſemper digniſſima vitâ.

Ejuſdem ſunt iſta de Epicuro.

Qui genus humanum ingenio ſuperavit, & omnes
Reſtinxit ſtellas, exortus uti æthereus Sol.

Quos verſus cum attuliſſet Lactantius, lib. 3. Inſtit. ſubjungit deinde: *Hos equidem verſus nunquam ſine riſu legere poſſum. Non enim de Socrate & Platone hoc ſaltem dicebat, qui velut reges habentur philoſophorum: ſed de homine, quo ſano & vigente, nullus æger ineptiùs deliravit. Itaque poeta inaniſſimus leonis laudibus murem non ornavit, ſed obruit & obtrivit.* Imò ſectatores admiratione illius, quolibet menſe, natali ejus ſacrificabant, idque die vigeſimo: unde ferias haſce vocabant εἰκάδας. Tantus quoque Epicureis amor magiſtri fuit, ut ejus imaginem annulo inſculptam, boni ominis causâ, quocunque circumferent. Auctor Plinius, lib. 35. cap. 2. Quod ad moralem philoſophiam attinet, Epicurus ſummum bonum poſuit in voluptate, non tamen in eâ quæ ad corpus pertinet, quemadmodum Ariſtippus, ſed in voluptate animi, h. e. in abſentiâ omnium dolorum. In hoc cum vulgo conſentiit, quod amicitias utilitate probaret. Sen. Ep. 9. Non ob hoc quod Epicurus dicebat, ut habeat qui ſibi ægro aſſideat, ſuccurrat in vincula conjecto vel inopi: ſed ut habeat aliquem, cui ipſe ægro aſſideat, &c. Laert. in ejus V. Ἔσεσθαι καὶ γνησίους τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας. Plut. de Am. in liberos: Θαυμάζεις ἐν τοῖς θαλάττοις ὁ σίφων. Μισεῖ γὰρ ἀνθρώπους, ὃς ἀνθρώπων φιλεῖ; Κατ' Ἐπίκουρον ὁ Παπὴς τὸν υἱὸν, μήτης τὸ τέκνον, οἱ παῖδες τοὺς τιτθεύτας. Stoici vero contra; & hanc quoque virtutem, ut omnes, ſuâ causâ & pretio colendam. Cic. 3. de Fin. *Minime vero probatur huic diſciplinæ* (Stoicæ) *de quâ loquor, aut Amicitiam, aut Juſtitiam propter utilitates adſciſci, aut probari.* Seipſum poſuit inter αὐτοδιδάκτους Cic. 1. de N. D. Gloriabatur, ut videmus in ſcriptis, ſe magiſtrum habuiſſe nullum. Sen. Ep. 52. Quoſdam ait Epicurus ad veritatem ſine ullius adjutorio contendere, ex iis ſe feciſſe ſibi ipſi viam. Idem ex Laertio; &

ſi quidam, audiſſe Xenocratem. Continentiſſimæ vitæ fuiſſe dicitur. Cibi tenuitatem non uno loco indicat Juven. Sat. 13.

——— *Non Epicurum*
Suſpicit exigui lætum plantaribus horti.

Et Sat. 14.

Quantum Epicure tibi parvis ſuffecit in hortis.

Horto ſiquidem delectabatur. Prop. lib. 3.

——— *Aut hortis, docte Epicure, tuis.*

Statius:

Mallet deſerto ſenior Gargettius horto.

Martialis *Cecropium* vocat.

Cecropium ſuperas qui bonitate ſenem.

Hoc pertinet quod de eo ſcripſit Ælianus, lib. 4. ποικιλ. exclamare eum ſolitum: Ὦ ὀλίγον ἐκ ἐκείνου, τούτῳ γὲ ἅδην ἐκείνου. Ἔλεγε ἢ ἐτοίμως ἔχειν ἢ τὸ δὴ ὑπὲρ εὐδαιμονίας δεῖ ἀγωνίζεσθαι, μάζαν ἔχων ἢ ὕδωρ. Non deſunt tamen qui alia ac diverſa planè de Epicuro ac libidinibus ejus tradiderunt; ſed falsò, quod & Diogenes agnoſcit. Atque quod ipſe juxta & Philoſophia ejus male audiit, diſcipuli ejus degeneres & intemperantes, ac eorum imprimis Metrodorus, fecere, qui pravè detorſerunt ejus dogmata, & quæ de purâ illâ, atque conſtante, & ſanctâ animorum voluptate tradiderunt, ad iſtam impuram, fugitivam ac pecuinam tranſtulerunt. Itaque Seneca, *Non dico*, inquit, *quod plerique noſtrorum ſectam Epicuri flagitiorum magiſtram eſſe. Sed illud dico, malè audit, infamis eſt; & immerito.* Significat nempe infamem eſſe Epicurum, & ejus ſectam propter voluptatis nomen infame. Vide ipſum de beatâ vitâ cap. 13. Hinc *Sancta Epicuri, & rectè præcipere Epicurum* ibidem ſcribit homo Stoicus, & voluptatis hoſtis profeſſus; ejuſque dicta paſſim laudat, commendat, inculcat, Epicureæ doctrinæ, atque auctoris ipſius laudem habes apud Lucianum in Pſeudomant. Nec repugnant quæ in Βίων πράσει ſcribit, ea enim ad degeneres diſcipulos pertinent, ut ſequens dialogus docet, quem *Piſcatorem* inſcripſit. Utcunque hoc eſt, fœdus ille & peſtilens error eſt Epicuri, quòd negaret Deum curare mortalia, animuſque ſimul cum corporibus interire putaret. Plura qui ſcire velit, Laertium Diogenem adeat & Gaſſendum.

C. *Epidius* multa oſtenta prodigiáque plane fidem excedentia conſignavit. Plin. 17. 25.

Epidotas, Heſychius. Ἐπιδόται, Ζεὺς ἐν Λακεδαίμονι. Apud Pauſ. in Laconicis eſt Ἐφόρητης, & *Genius quidam incertus* dicitur.

Epigenes, aſtrologus, & hiſtoricus, cum Beroſo & Critodemo conjungitur Plinio 7. 56. Alius eſt *Epigenes* Sicyonius Poeta, non quidem Comicus, ut Suidas putavit, ſed Tragicus, ut rectè eſt apud Michaelem Apoſtolium Chil. 15. prov. 13. Varia ejus citat Athenæus, & ex eo Suidas.

Epigoni, dicti ſunt authores ſecundi belli Thebani quaſi fœtus illorum, qui primum confecerant bellum. Græcè enim ἡ γονὴ *fœtus* appellatur, & qui poſt gignitur Ἐπίγονος. Inde Euripides Tragœdiam hoc argumento compoſitam *Epigonos* ſcripſit. Sunt qui exiſtimant Epigonos apud Strabonem eſſe populos à quibus fabulæ nomen inditum ſit: cùm Epigoni dicti ſint generali vocabulo omnes illi, qui ex diverſis populis conflati ſecundum bellum Thebanum duce Alcmæone confecerunt. Nam ex Statii lectione notum eſt bellum Thebanum primum, & nomina Ducum qui in eo loco occubuerunt; quorum filii uti mortem parentum ulciſcerentur, communi conſilio contra Thebanos iterum arma moverunt, qui acceperunt reſponſum ab Apolline, eam ſe civitatem expugnaturos, ſi Alcmæonem Amphiarai filium Imperatorem feciſſent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græciâ collecto contra Thebas duxit copias, acerrimaque commiſsâ pugnâ victoria potitus eſt, & Thebæ captæ, ac dirutæ ſunt. *Epigoni* etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum veteranorum, qui ſub Alexandro M. ex Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperunt.

Epimenides, poeta Epicus, patriâ Cretenſis, qui à patre Agiaſarcho in agrum ad cuſtodiendum pecus miſſus in quodam antro obdormivit annos 75. Unde emanavit Proverbium *Epimenidis ſomnum dormire*. Tandem expergefactus, cùm videret omnia mutata, domum reverſus, à fratre omnia didicit. Quamobrem pro Deo eſt habitus. Idem Athenienſibus peſtilentiâ laborantibus dixit Civitatem purgari, expiarique oportere. Pauſ. in Att. Plut. in Solone & Laertius. Itaque cum rogatus eò veniſſet, juſſit oves albas, atque nigras apud Areopagum immolari. Rediens deinde domum, oblatam ab iis pecuniam reſpuit, Plato in 1. & 2. De legg. Hunc *Cnoſſium* faciunt Diog. Laer. in ejus Vitâ lib. 1. Suid. in Ἐπιμενίδης. Plin. 7. 52. & Pauſ. in Att. Contra *Phæſtium* Plut. in Solone Tzet. Chil. 5. 18. Euſt. ad Iliad. β' & Dionyſium. De patre ejus variant auctores vett. quorum alii *Phæſtium* tradunt, alii rurſum *Doſiaden*, alii denique *Ageſarchum*, Apollonius *Boli* eum filium facit Hiſt. Mir. cap. 1. Matris nomen à Diogene prætermittitur; à Suidâ vero ea *Blaſta*, à Plut. autem in Solone *Balta* dicitur. De *Somno* ejus res eſt nota, quanquam variant in tempore. Vide Meurſium ad Apoll. Mir. c. 1. Primus traditur domos & agros luſtraſſe. Diogenes Λάερτ. ἢ κ. πρῶτ. οἰκίας κ. ἀγρὰς περιῆλθε. Hinc Καθάρτης *Luſtrator* cognomento dicebatur. Jambl. de V. Pyth. 1. 28. Ἄλλως ἢ κ. Ἀλεξάνδ. μὲν ὂν τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέες, Καθαρτὴς ἢ τῶν Ἐπιμενίδ., Αἰτροβάτης ἢ τὸ Ἀβάειδος. Totidem verbis eſt apud Malchum in Euſdem Vitâ. Animam ejus crem ixire dicta eſt. & redire, quando vellet. Suid. in Ἐπιμενίδης· ὁ λόγος ὡς ὅξοι ἢ ψυχὴ ὁπόσον ἤθελε χωρὶς, κ. πάλιν εἰσῆει ἐν τῷ σώματι. Heſych. Mileſius de Claris Philoſophis. Ἐπιμενίδ. τῶν Κρητὸς λόγος, ὡς ὑξήρχετο ἡ ψυχὴ ὅτε ἠβούλετο, κ. ὁπόσον ἤθελε χωρὶς, κ. πάλιν ἐσῆγετο. Hoc autem corvi effigie factum eſſe aſſerit Plin. 7. 52. Erat autem præditus futurorum ſcientiâ. Plut. in Sol. ἐοίκασι δέ τισι θεοφιλὴς κ. σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, κ. ἐνθουσιαστικὸν κ. τελεστικὸν σοφίαν. Cic. de Divin. lib. 1. *Contingit & nonnunquam Vaticinantibus per furorem: ut Bacis Bœotius & Epimenides Cres.* Diog. Φασὶ δ' κ. γνωστικώτατον γενέσθαι. Apul. Flor. 1. *Nec non & Cretenſem Epimenidem, incultum fatidicum.* Unde Max. Τὸν ἀνδρὸν τὰ θεῖα vocat & P. Paulus Περφύριος Tit. 1. Ad quem locum vide Scholium, ubi de hoc vate plura. Ariſtot. vero ait, eum non vaticinatum eſſe de futuris, ſed præteritis & obſcuris. Rhet. 3. 17. Ὡς ἐφὴ Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς· ἐκεῖνος γὰρ περὶ μὲν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύσατο, ἀλλὰ κ. περὶ γενομένων, ἀδήλων δέ. Errat autem manifeſtò: nam prædictionem ejus futurorum unam & alteram, memorat nobis Diog. & habemus item tertiam apud Plat. de Leg. lib. 1. Et ob rerum futurarum hanc ſcientiam, Baltæ eum Nymphæ filium, ac Curetem etiam novum hominem illius temporis appellabant, Plut. poſt citata verba. Διὸ κ. παῖδα Νύμφης ὄνομα Βάλτης, κ. Κέρητα νεὸν αὐτὸν οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον. Diog. Μυρσιανὸς ἢ ἐν ὁμοίοις φησὶν ὅτι Κέρητα αὐτὸν ἐκάλουν Κρῆτες. Tradit quidam, cibum à Nymphis accipere ſolitum; eumque bovis ungula conditum ſubinde ſumpſiſſe, & nec edere unquam viſum nec excernere. Diog. Φησὶ ἢ Δημήτριος πινὰς ἱστορεῖν, ὡς λάζοι ὄψῳ Νυμφῶν ἔδεσμά τι κ. φυλάττοι ἐν χαλκῇ βοός· προσφορώμενός τε κατ' ὀλίγον μηδεμιᾶ κακώσει ὑποκρίσει, μηδὲ ὑφιᾶται ποτὲ ἐδίων. Plut. in Conv. Sap. Ἆρ' ἔν, ἔφη κ. ἢ ἀπόρρητον ἡμῖν, Σόλων, ἢ ξένον, Ἐπιμενίδου, νόμος τὶς ἀπέχεσθαι κρὶ ἄλλων σιτίων καὶ δίαι, ἢ ἢ ἁλίμου δυνάμεως, ἵν' ἡδονὴν αὐτὸς συνιδὼν, μικρὸν εἰς τὸ σῶμα καμὼν ἀνάγκην, δι' ἡμερῶν ἀνάπαυσιν, κ. ἄδειπνον; Edebat autem Aſphodelum & Malvam. Plut. ubi ſupra: Ὁ ἢ Σόλων ἔφη θαυμάζειν ἢ Ἀρδαλον, εἰ ἢ νόμον ἦν ἀνέγνωκε ἢ διαίτης, τῶν ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τῶν Ἡσιόδου γεγραμμένον· ἐκεῖνο γάρ ὄζειν ὁ φῶτ. Ἐπιμενίδη σώματα ἢ ζωῆς ταύτης παρεῖναι, κ. ζητεῖν ὁ διδάξας ὅσον ἐν μαλάχῃ τε κ. ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. Ubi Proclus: Ἐπιμενίδην φασὶ μικρόν τι ἐδέσματον προσφορώμενον, ὥστε τελεῖν ἢ ἡμέραν· διὸ δ' ἐξ ἀσφοδέλου, κ. μαλάχης, ἦν γὰρ αὐτὸν ἅλιμον, κ. ἄδηλον ἐπεῖν. Hinc intelligendus Platonis locus de Leg. 3. Clin. Μῶν φράζεις Ἐπιμενίδην; Athen. ναὶ τοῦτον· πολὺ γὰρ ἡμῶν ἐκφερέστερον τῷ μηχανήματι τοῦτ' ξύμπαντας, ὦ φίλε, ὁ λόγῳ μὲ Ἡσίοδος ἐμαντεύετο πάλαι, τῷ δ' ἔργῳ ἐκεῖνος ἀπετέλεσεν, ὡς ὑμεῖς φατέ. Et huc pertinet quòd *Aſphodeli* etiam radix dicta fuit *Epimenidium*. Euſt. ad Iliad. φ'. Ἀσφόδελε ἢ ῥίζαν Θεόφραστος καλεῖσθαι φησὶν Ἐπιμενίδιον. Locus vero Theophraſti, quem reſpexit, eſt Hiſt. Plaut. 7. 9. Mortui pellis literata eſt reperta. Heſych. Mileſ. ubi ſupra: Τιμόσαντος ἢ ἀυτὸν, τὸ δέρμα ἐυρεθῆναι γράμμασι κατάστικτον. Idem tradit Suidas. Et hæc quidem a Lacedæmoniis ſervabatur: qui quod illam diligenter cuſtodirent, mox Proverbio dici cœpit, Ἐπιμενίδιον δέρμα de rebus quæ ſepoſitæ ſummâ curâ ſervabantur. Diogenianus Cent. 8. Prov 28. Ἐπιμενίδιον δέρμα· ὅτι δεῖ ἀποδόσθαι· κατέκειτο δὲ παρὰ τῇ Λακεδαίμονι τοῦτο. Idque ex Oraculo quodam. Appendix Vaticana Cent. 3. Pro. 99. τὸ Ἐπιμενίδιον δέρμα· ὅτι δεῖ ἀποδόσθαι εἰρηται· ἀπέκειτο δὲ κατά τι λόγιον τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸ τοῦ Ἐπιμενίδου δέρμα· Nam hi ipſi captum bello contra Cnoſſios, interfecerant, & in agro Corinthiaco ſenelierant. Pauſ. in Corinthiacis: Περὶ ἢ τοῦ νεὼ τῆ Ἀθηνᾶς, Ἐπιμενίδου λέγεται εἶναι τάφον· Λακεδαιμονίους δὲ πολεμήσαντας πρὸς Κνωσσίους, ἐλεῖν ζῶντα Ἐπιμενίδην, λαβόντας ἢ κατακλείσαι, δόξαι σφίσιν ἐκ αἴτια ἐμαντεύετο, αὐτοὶ ἢ ἀνελόμενοι δέρμα ταῦτη φασί. Struxerunt etiam monumentum in ipſo urbis Spartanæ foro uti refert Pauſ. in Laconicis. Sane Spartam Epimenidem veniſſe tradit Clemens Strom. 1. & Tatianus Orat. contra Græcos. Diogenes ſimpliciter mortuum eſſe dicit non multo poſt quam Athenis rediiſſet à luſtratione Urbis. Ἐπανελθὼν ἐκ ὤκει, μετ' ὀ πολὺ μετήλλαξεν. Jamblichus tradit, in latrones incidiſſe, & in his Furias ultrices imprecatum, diris illis effeciſſe, ut ipſi mutuis vulneribus ſe conficerent. Vide eum, lib 1. cap. 32. Vixerat autem annos 150.

Vide Meurs. ad Apollon. Dyscolum Hist. Mir. cap. 1. Mortuum Cretenses inter Deos censuere. Diogenes: Λέγουσι δέ τινες, ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν, ὡς θεῷ. Quidam eum inter septem Sapientes retulerunt: ut videre est apud Theodoret. lib. 5. Therapeut. Ejus scripta hæc traduntur à Diogene. Κυρήνων καὶ Κορυδαίντων γλῶσσις. Θεογονία. Ἀργοῦς ναυτιλία καὶ καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλους. Περὶ θυσιῶν. Περὶ τῶν ἐν Κρήτῃ πολιτείας. Περὶ Μίνω Ῥαδαμάνθου. Apud Suidam memorantur Μυσικὰ ἐν Καθαρμοῖς. A nonnullis Τελχινιακὴ Ἱστορία etiam adscribitur huic, teste Athenæo, lib. 7. Et ex his Καθαρμοὶ etiam citantur ab Eust. ad Iliad. 13. & Dionysium. Θεογονίας respectu Θεολόγος dicitur à Diod. Sic. lib. 5. Et ex eo Opere censeo quæ de Styge proferuntur à Pausan. in Arcad. De Pane & Arcade Jovis & Calliston filiis, à Schol. Theocriti Idyl. 1. De Saturni filiabus Eumenidibus, à Schol. Sophoclis ad Oedip. Colonensem; denique de Capricorno, à Germanici Interprete. Incerti operis est is versus quem Apostolus profert in Ep. ad Titum cap. 1. Ubi Hieronymus dicit esse ex *Oraculis*: sed hæc eum conscripsisse, nemo antiquorum dixit. Pariter incertum istud, ubi ὁμοκάπους vocet, quos Charondas ὁμοσιτίους, ubi refert Aristot. Polit. 1. 1. Quod postremum τὴ puto in eo Opere fuisse quod inscripserat: Περὶ τῶν ἐν Κρήτῃ Πολιτείας. Epiphanius Mithræ sacerdotem fuisse tradit ἀρχαῖον ὄντα φιλόσοφον, καὶ Μίθρα τοῦ ἀπὸ Κρητῶν εἰδωλίου ἱερέα. Climas apud Plut. ἀνέρα θεῖον vocat. Diod. Sic. θεολόγον, lib. 5. Strabo de eo lib. 10. καθαρμοὺς καὶ ἀφ' ὧν ἐποίησατο, idem habet & Suidas. Ad quem locum vide Grotium ubi de hoc vate plura. Præter hunc tres fuerunt alii *Epimenides*, duo quidam qui Genealogias scripsere, tertius qui Doricè Rhodi historiam condidit, uti ex Laertio discimus. Plura de Epimenide Vide Voss. Hist. Gr. p. 431. 432. & P. Gr. p. 17.

Epimetheus, Japeti fil. frater Promethei, qui cum ingenio plurimum valeret, hominis statuam primus ex luto finxit. Quamobrem indignatus Jupiter, eum vertit in simiam, atque in insulas Pithecusas relegavit.

Epimethis, Pyrrha Epimethei filia, Deucalionis uxor.

Epiphanes, hoc est *Illustris*, cognomen Antiochi Regis Syriæ, urbem condidit, quæ ab eo *Epiphania* dicebatur. Alius ejus nominis Rex Tacito memoratur. Hist. 2. 26.

Epiphanius, Salaminis in Cypro Episcopus, μέγας καὶ θαυμασὸς in Menologio Græcorum dicitur, ubi Maii die 12. hæc legas. *Epiphanius* è Phœniciâ oriundus fuit, in agro Eleutheropolitano, parentibus pauperibus, & manibus victum sibi quærentibus, humili in domo, & cujusmodi pauperum atque agricolarum esse potest, educatus; splendore ipse virtutis claruit & ad summum piæ, ac religiosæ Vitæ fastigium provectus est. Nam cum ejus parentes in Judaicæ cultu ligis, atque umbrâ perseverassent, neque gratiæ lucem aspicere potuissent, ipse levissimam occasionem nactus ad Veritatem Christianam confugit; Postquam enim Cleobius quidam illum equi indomiti ac contumacis insultu prostratum, & in femore sauciatum curavit; atque equus ipse interfectus est, statim quidem vario cogitationum æstu mens illius agitari cœpit; ita ut deinceps erga Legis servitutem non adeo esset affectus. Postea vero in Lucianum quendam monachum incidens, cum eum vidisset, à mendico stipem rogatum, ubi pallium suum largitus esset, veste de cœlo missâ protinus indutum, Christianæ Religioni nomen dedit, atque ab Episcopo baptizatus est. Quæ vero posteà gesserit paucis complecti omnia difficile est. Unum illud, & quidem necessarium, affirmare possumus, cum is ætate admodum adolescens esset, simul atque Christi fidem amplexus est, Monasticæ professionis instituto suscepto, æquales illum suos omnes continentiâ, & Asceticæ vitæ laboribus antecessisse. Posteaquam autem summum ad Sacerdotium pervenit, consentanea vitæ anteactæ Virtutum officiis præ se tulit. Etenim cum antea Monasticam vivendi rationem crebris miraculis, atque ægrotorum plurimorum curationibus exornasset, suscepto Pontificatu, præter hæc omnia sanam ac sinceram Doctrinam adjungens, etiam scriptorum suorum copiâ universos erudiit. Quibus dum intentum est, multos ab infidelibus & Hæreticis labores pertulit. Postremo cum 105. an. ac menses 3. explesset, quemadmodum Arcadio Imp. interroganti responderat, spiritum Domino reddidit, peregrè, & extra sedem suam: pro eo ac Chrysostomus petierat, quoniam relegationi hujus Epiphanius subscripserat. Vicissim autem Epiphanium rescripsisse memorant, neque illum locum eum, in quem deportari jussus est, esse visurum. Hæc Menologium. Suidas vero: Ἐπιφάνιος Κωνσταντίας τῆς Κύπρου Ἐπίσκοπος, ὁ φεύγειν διδασκῶν, ἔγραψε καὶ πολλῶν καὶ αἱρέσεων λόγους, ἃ Πανάρια λέγουσι, καὶ ἕτερα πολλά, ἅπερ παρὰ μὲν τῶν πεπαιδευμένων διὰ τὰ πράγματα, φεύγει δὲ καὶ ἐδιώχθη διὰ τὰ ῥήματα, ἀναγινώσκεται. Τὰ δὲ τὰ ἐξαπόγονα. Hieronymus de script. Eccles. *Epiphanius* Cypri Salaminæ Episcopus, scripsit adversum omnes hæreses libros, & multa alia quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus vero propter verba lectitantur. Supersit usque hodie & in extremâ senectute varia *cudit opera*. Photius Bibliothec. N. 124. *Lecta sunt* Sanctiss. Epiphanii Panaria 3. Voluminibus, tomis autem septem comprehensa, adversus Hæreses 80. Initium duxit à Barbarismo, & ad Messalianos usque pervenit. Hic omnibus qui ante ipsum adversus Hæreses lucubrationes ediderunt, uberior, atque utilior est. Nam nec ea prætermisit, quæcunque ab aliis prodita utilitatis aliquid continent; & ipse quæ potuit à se excogitata illis addidit. Genus dicendi humile, & cujusmodi ejus esse potest, qui Atticæ Doctrinæ rudis extiterit. Sed & in confutandis Hæresibus plerumque nervos non habet; quanquam interdum præstantissimis illas rationibus, ac sententiis aggreditur, etsi nihilo dictio sit, atque orationis structura, aut stylus ipse commodior. Gesnerus mem. libri de Vitâ Mariæ, qui temporibus ejus Epiphanio tribuebatur; eum vero Epiphanii alterius esse putat Vossius. Vitam quoque S. Hilarionis exposuisse dicitur, sed ea non extat. Eidem tribuitur vulgo Hist. de Prophetarum vitis. Attamen ejus libelli veteres non meminerunt, nec satis Epiphanio dignus videtur. Opera Epiphanii extant Græcè; Græcè vero ac Latine 2. Vol. in Folio Paris. 1622. cum Tralatione ac Animadversionibus V. Cl. Dionysii Petavii Soc. Jesu Theologi.

Equiria, Equitum erant festa, in quibus equorum cursu certabatur, de quibus Varro & Ovid. Aliàs *Ludi curules*, qui in campo Martio celebrabantur tertio Calend. Mart. Locus Ovidii est in Fastor. lib. 2.

Jamque duæ restant noctes de mense secundo
Marsque citos junctis curribus urget equos.
Ex vero positum permansit Equiria nomen.

Idem:

Altera gramineo spectabis Equiria campo
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.

Ubi dixit, *altera*, quia prima acta 111. Cal. Mart. *Erat* autem Martius campus, ut obiter notem, positus prope Tiberim. Dionys. lib. 5. Ἐν μόνον ἐξηλόμφοι πεδίον, ὃ κεῖται μεταξὺ τῆ πόλεως καὶ τοῦ ποταμοῦ. Sequitur apud Poetam:

Qui tamen ejectâ si forte tenebitur undâ
Cœlius accipiet pulverulentus equos.

Festus: *Martialis campus in Cœlio monte dicitur, quòd in eo Equiria solebant fieri, si quando aquæ Tiberis Campum Martium occupassent.*

Eraphiotes, vel *Eiraphiotes*, Bacchus dictus est ab inducendâ contentione, quoniam vinum iram, atque certamen inducit. Ἔρις enim *contentio* est, φαίνειν *ostendere* significat. Ita Ἐπιμολογεῖ apud Dionysium Eustath. additque postea sic dici propterea quod Ἐρράπται ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός. Utramque Etymologiam refutantem vide Doctiss. Tanaquillum Fabrum Epist. Crit. part. 1. pag. 59. Probat enim Bacchum ab Hesychio Ἐείριον vocari ab ἔειρον, ὁ μικρὸς αἴξ. Vide sis Bochart. Col. Phœn. 1. 18.

Erasinades, dux quidam fuit, qui, quia infeliciter pugnasset cum militibus suis omnibus ad internecionem extinctus, factus est proverbii locus *Militavit cum Erasinade*, de his quibus res undiquaque male processerunt.

Erasmus, Campanus Episcopus qui Diocletiano imperante floruit; huic inter vastas nemorum solitudines corvus pastum attulit.

Erasmus Roterodamus.

Erastus, Oeconomus, seu Quæstor civitatis Corinthi Rom. 16. Conversus à Paulo, aliquandiu comes fuit peregrinationum ejus, à quo ex urbe Epheso præmissus fuit in Macedoniam. Act. 19. Sed Paulo Romæ captivo Corinthi remansit. 2 Tim. 4.

Erato, una Musarum, ab *amore* nomen fortita, quòd (ut nonnulli putant) præsit his qui Heroum inclyta gesta, aut amores canunt. Virg. Æn. 7.

Nunc age, qui reges, Erato, &c.

Ovid. de Art. *Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.*

Apollonius, lib. 3.

Εἰ δ' ἄγε νῦν Ἔρατο παρὰ δ' ἴσασον, καί μοι ἔνισπε·
Ἔνθεν, ὅπως ἐς Ἰωλκὸν ἀνήγαγε κῶας Ἰήσων
Μηδείης ἐπάτερθε, σὺ γὰρ καὶ Κυθερείδος ἄεθλα
Ἔμμορες, ἀδμήτας δὲ τεοῖς μελεδήμασι θέλγεις
Παρθενικὰς· τῷ καί σε ἐπήρατον ὄνομ' ἀνῆπται.

Ubi Scholiastes: Τῶν Ἑρατὸ φασὶν ὄργανον εὑρηκέναι, ἐυλόγως ἡ Ἀπολλώνιος μιμησεῶδες δὲ Ἑρατὸ φησὶ καὶ ἀφεδίτης ὀρχίαν. Statius in Epithal. Stellæ & Violantillæ.

Hic Erato jucunda doce.

Ergo recte hæc Musa à Virgilio ubi supra invocatur ad nuptias, ut placata sit, quandoquidem τῇ Ἐρατῇ (ait Plato in Phædone) οἱ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, eam viz. Propitiam reddunt qui versantur in amoribus. Athenæus quoque lib. 13. per initia ait clarè invocandam Erato his qui de amoribus scribunt.

Eratosthenes, Cyrenæus, Aristonis Chii & Callimachi poetæ discipulus, *Plato minor* à quibusdam ob doctrinam vocatus, præfuit Bibliothecæ Regiæ, Cosmographus insignis. Primus

universum

univerſum totius Orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum eſſe prodidit, unde & *orbis terrarum menſor* appellatus eſt. Scripſit præter Philoſophiam, poemata, hiſtorias, aſtronomica, de Sectis Dialogos. Suid. Vixit annos 81, qui annus octogeſimus primus maximus climacter, & humanæ vitæ periculoſiſſimus à veteribus eſt creditus. Eſt enim numerus quadratus conſtans ex novem novenariis. Eodem ætatis anno deceſſit Plato, Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus. Hic Philologi nomen primus ſumpſit variâ & multiplici diſciplinâ præditus. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 108. & de P. Gr. pag. 66.

Erebus, inferorum Deus, & pater Noctis ex Chao & Caligine progenitus, ut refert Hyginus Fab. Poet. cap. 1. Cic. tamen de Nat. Deor. Noctem Erebi uxorem facit. Id quicquid eſt, Poetæ frequenter *Erebum* pro ipsâ inferorum ſede collocant. Virg. Æn. 4.

Pallentes umbras Erebi tranavimus amnem.

Et Proſerpina *Regina Erebi* Ovidio dicitur Met. 5. Ac *Dux Erebi* Pluto eſt Claudiano 1. De Raptu Proſ. Inde adject. *Erebeus*. Ovid. in Ibin.

Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.

Erechtheus, rex Athenienſis, uxorem duxit Praxitheam Phraſimi, & Drogeniæ Cephiſi filiæ filiam, ex quâ filios ſuſcepit Cecropem, Pandorum, & Metionem, filias vero quatuor Procrin, Creuſam, Chthoniam, Orithyiam, quæ cum virgines eſſent mortem pro patriâ contempſiſſe dicuntur. Cic. in Orat. pro Sextio. Ariſtides in Panathenaico. Lycurgus Κατὰ Λεωκράτους. Hygin. Fab. 46. & 238. Ammian. Marcel. lib. 16. *Ut Erechtheus in ſeceſſu Minervæ nutritus.* Hic eſt, inquit ibidem Valeſius, qui *Erichthonius* dicitur à mythologis, quem Homerus in Cat al. *Erechtheum* appellat his verſibus:

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δ' ζείδωρος ἀρούρη
Καδδὲ ἐν Ἀθήνησ' ἔθεσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ.

Hunc Minerva occultatum in ciſtâ cum geminis ſerpentibus Cecropis filiabus commendaverat: unde mos manavit, ut omnes ejus poſteri alerentur in cunis quæ auro ductos angues haberent appoſitos, uti ſcribit Euripides in Ione ſub initium. Eidem Erechtheo templum fuit Athenis in arce poſitum cujus mem. Herodotus in Uraniâ, ubi & ſerpentes illi erant duo cuſtodes arcis, quibus mellita quotidie apponebantur placenta, ut notat Heſychius ad illa verba ex Ariſtoph. Lyſiſtratâ, ὀικήσειν ὄφιν. Ab hoc autem Erechtheo diſtinguendus alter, Pandionis F. Erichthonii, ſeu Erechthei prioris nepos, à quo denominatos Ἐρεχθείδας tribules ſcribit Pauſanias, & Demoſth. ἐν ἐπιταφίῳ λόγῳ. Hinc *Erechthei coloni* pro populis Athenienſibus. Manilius, lib. 1. ex emendatione Tan. Fabri.

Qualis Erechtheos olim populata colonos
Extulit antiquas per funera peſtis Athenas.

Ergias, Rhodius, hiſtoricus, librum de Rhodo reliquit. Athen. lib. 8.

Erginus, rex Orchomeni, quem Hercules ex Minyis Orchomeni urbe extractum interfecit, eò quod tributa quotannis à Thebis exigeret, ipſamque urbem incensâ regiâ evertit. Item Thraciæ flu. Plin. & Mela, lib. 2.

Eribœa, dicta eſt ab Homero, Iliad. 5. Juno, quaſi *buculæ moleſtia*, quòd Io in bovem verſa, multis affecit moleſtiis. Nam ἔρις *contentionem*, & βῶς *bovem* ſignificat. Item Macedoniæ urbs. Ptol. *Croia* Moletio, aliis *Presba*.

Eribotes, Thebanis fil. fuit, medicinæ peritiſſimus, ut qui Oilei vulnus à Stymphalidibus illatum ſanaverit. Teſtis Orpheus in Argonauticis.

Ericates, viri cujuſdam Lycaonii nomen à Meſſapo Æneæ comite interfecti. Virg. Æn. 10.

Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpem,
Meſſapus Cloniumque Lycaoniumque Ericaten.

Erichthonius, quartus Athenienſium rex, ex ſemine Vulcani in terram projecto editus, unde & nomen habet ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, *ex certamine*, atque *humo*. Nam cum Vulcanus Diis arma feciſſet, ejus Jupiter optionem præmii dediſſet, quod vellet poſtulandi, juraſſetque per infernam paludem ſe nihil negaturum; tum ille Minervæ nuptias poſtulavit; quas cum Jupiter juramento aſtrictus ei negare non poſſet, Minervam tamen monuit, ut repugnaret, pudicitiamque defenderet. Tum in illâ colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen, atque inde editum eſſe puerum, draconem pedibus, nomine *Erichthonium*, qui cum adoleviſſet ut pedum deformitatem tegeret, primus currûs uſum adinvenit. Servius in illud Georg. 3.

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Jungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

Idem fuit argenti inventor ſecundum Plinium. Alius fuit Dardani fil. ex Candaviâ conjuge, ut quibuſdam placet.

Erichtho, mulier Theſſala, multitudine veneficiorum famoſa. Luc. lib. 6.

Hos ſcelerum ritus, hæc diræ carmina gentis
Effera damnarat nimiæ pietatis Erichtho.

Quo nomine etiam uſus eſt Ovidius in Epiſt. Sapphûs, pro Furiæ cujuſdam Infernalis nomine, his verbis.

——*Ut quam furialis Erichtho*
Impulit.——

Eridanus cœleſte ſignum Arieti proximum. Cicero in Arateis.

Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum
Cœli, funeſtum magnis cum viribus amnem, &c.

Claud.

Stellifer Eridanus ſinuatis fluctibus errans
Clara Noti convexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite ſydereo ſubterluit Oriona.

Erigone, Icarii filia. Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem ruſtici temulenti occiderant, ſeipſam ſuſpendit, deorumque miſeratione in cœlum tranſlata, *Virginis* nomen obtinuit. Virgil. Georg. 1.

Quà locus Erigonen inter Chelaſque ſequentes
Panditur.——

Manilius, lib. 2.

——*Pietate ad ſidera ductam*
Erigonen——

Stat. lib. 11.

——*Qualis Marathonide ſylvâ*
Flebilis Erigone cæſi prope funera patris
Queſtibus abſumptis triſtem jam ſolvere nodum
Cæperat & fortes ramos moritura legebat.

A Baccho compreſſam fuiſſe in uvam mutato docet Ovid. Met. 6.

Liber ut Erigonen falsâ deceperit uvâ.

Inde *Erigoneius* adject. Ovid. Faſt. 5.

Nocte ſequente diem canis Erigoneius exit.

Hoc eſt, oritur Canis, ſydus cœleſte.

Erigonus, vel *Erigon* Straboni, Thraciæ flu. *Viſtrizza* Sophiano. Item pictor inſignis. Plin. 35. 11.

Erinna, poetria, floruit Olymp. 106. an 4. ut eſt in Chronicis Euſebii: ſed perperam, Sapphûs enim fuit amica, uti conſtat ex Tatiano, & Suidâ.

Erinnys, una Furiarum infernalium. Virg. Æn. 2.

——*Quò triſtis Erinnys*
Quò fremitus vocat.——

Ovid. Met. 1.

Quà terra patet fera regnat Erinnys.

Helena, *Trojæ & patriæ communis Erinnys* dicitur Virgilio Æn. 2.

Itemque Cleopatra Lucano, lib. 10.

Dedecus Ægypti, Latii feralis Erinnys.

Inde *Erinnyes* num. pl. Ovid. in Epiſt. Canac.

Ferte faces in me quas fertis Erinnyes atræ.

Propertius, lib. 2.

Tunc me vel Tragicæ vexetis Erinnyes.

De quibus Græci poetæ paſſim, præſertim Tragici. Heſych. Ἐρινύας· τὰς ἀΐδρεις. Idem Ἐρινύς, δαίμων κατα χθόνιος, ἢ Ἀφροδίτης εἴδωλον.

Eriphyle, uxor Amphiarai, Adraſti ſoror, quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, ubi ſe moriturum ſciebat, proficiſci cogeretur, Adraſto prodidit. Quam uxoris perfidiam ægrè ferens filio Alcmæoni in mandatis reliquit, ut accepto primo mortis ſuæ nuncio, matrem interficeret, quod & ille in patris ultionem adimplevit. Juvenal. Sat. 6.

Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphylæ.

Virgil. Æneid. 6.

His Phædram, Procrinque locis, mœſtamque Eriphylen,

Cic. contra Verrem. *Eriphylam accepimus in fabulis eâ fuiſſe cupiditate, ut cùm vidiſſet monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulcritudine ejus incenſa, ſalutem viri prodidit.* Idem 1 de Juvent. *Mulierum genus avarum eſt, nam Eriphyle auro viri vitam perdidit.* Prop. 3. 13.

Tu quoque ut auratos gereres Eriphyla lacertos,
Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis.

Idem. 2. 16.

Aſpice quid donis Eriphyle invenit amaris.

Hinc *Eriphylæus* adject. Stat. Theb. 4.

Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit ſcelerumque ingentia ſemina movit.

Idem ibidem:

Jamque & fatidici mens expugnata fatiſcit
Auguris; ille quidem caſus, & dira videbat
Signa, ſed ipſa manu cunctanti injecerat arma
Atropos, obruerat que Deum, nec conjugis abſunt

Insidiæ, vetitoque domus jam fulgurat auro.
Hoc aurum Vati fata exitiale monebant
Argolico, scit & ipse nefas, sed perfida conjux
Dona viro mutare velit.——
Homerus Odyſ. λ.
—— Στυγερὸν τ' Ἐερύλλω
Ἣ χρυσὸν φίλε ἀνδρὸς ἐδέξατο πημάτα.
Ubi vetus Scholiaſtes incertus: Τὸ πημάτα ἐνημότερον rectè exponit. Heſychius: Ἐερύλης, ὁ χρυσίῳ παρδωκώς τὸν ἴδιον ἄνδρα.
Eriſichthon, Theſſalus, qui Cererem ſpernens, & ejus lucum ſuccidens tam famelicus factus eſt, ut propria membra præ fame comedere coactus ſit. Ovid. Met. 8. Vide *Metra*. Callimachus H. in Cererem.
Ἀ μὸ τόν' ἐπόϊσ' Ἐρυσίχθονι τεύχε πονηρά.
Αὐτίκα οἱ χαλεπόν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λιμόν,
Αἴθωνα, κραιπνόν. Μεγάλῃ δ' ἐπὶ νηὸν ἐρέπτο
Σπερμολόγος ἄνακτι, πόνων ἔχεν ἴμερος αὐτῆς
Εἴκατι δηΐτα πίνοντο, λυώδεκα δ' οἶνον ἄφυσσον.
Et paulo poſt:
Ἐνδόμυχος δ' ἤσκητο πανήμερος ἐλαπιναστὰς
Ἤδεε μυελὰ πάντα· κακὴ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ
Αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι· τὰ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσης
Ἀλεμάτως ἀχέλεσκε κατερρέεν εἰδατα πάντα, &c.
Erxias, Κολοφωνιακὸς literis mandavit, teſte Athenæo lib. 13. Niſi *Ergias* legendum, ut Geſnerus putat. Sanè in alterutro nomine peccatum videtur.
Eſdras, nomen ſacerdotis, 1 Eſdr. 7. de quo ſic D. Hieronymus in Præfat. in libr. Reg. *Certumque eſt*, inquit, *Eſdram ſcribam, legiſque doctorem, poſt captam Hieroſolymam, & inſtaurationem templi ſub Zorobabel alias reperiſſe literas, quibus nunc utimur, cum ad illud uſque tempus, iisdem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint, &c.* Totam ipſe Bibliothecam à Babyloniis combuſtam, reparavit: Moſis totum opus ab ipſo ſine librorum diſtinctione ſcriptum, in quinque partitus eſt libros. Comeſt. in cap. 1. Levit. Lat. *adjutor*, ſive *atrium*.
Eſernius, gladiator nobilis, cui æqualis, & par alter gladiator extitit, nomine Pacidianus; de quibus natum proverbium: *Eſernius cum Pacidiano*. Cic. lib. de opt. oratorum genere: *Ame*, inquit, *quo maximis minima conferam, gladiatorum par nobiliſſimum inducitur, Æſchines tanquam Eſernius, ut ait Lucilius,*
——*Non ſpurcus homo, ſed doctus & acer*
Cum Pacidiano hoc componitur, optumu' longè
Poſt homines natos.——
Eſmunius, Sadyci filius. Damaſcius apud Photium: *Æſculapius qui Beryti colitur non eſt Ægyptius, ſed Phœnix aliquis indigena. Sadyco enim filii fuere, quos Dioſcuros & Cabiros interpretantur:* Ὀνδρὸς δὲ ἐγένετο ἐπὶ τέτοις ὁ Ἔσμυνος: Ubi ad nominis rationem alludere videtur. Hebraice enim שמנה octavus dicitur.
Eſſæi vel *Eſſeni*, Judæorum ſecta, de quâ & inſtitutis ejus Solinus cap. 28. Item Porphyrius lib. 4. Περὶ ἀποχῆς. Copioſè de iis Philo lib. περὶ τῶ πάντα σπεδαῖον ἐλεύθερον. Item περὶ βίε θεωρητικῦ. Vide Joſeph. Ant. lib. 18. cap. 2. Unde dicti ex Epiphanio oſtendere conatur Petitus lib. 4. Var. Lect. cap. 9. Vide etiam de his Scaligeri trihæreſii elenchum. Hos *Bathoſæos* appellatos fuiſſe Fullerus obſervat Miſcell. Sacr. lib. 2. cap. 3. Vide eum & lib. 1. c. 3. Non incommode (inquit) videtur *Eſſæus* deduci ab אסא quod Græcè valet θεραπεύειν, i. e. *curare*, vel *ſanare*. Quæ mihi ſententia eò magis arriſit, quòd eam apertè ab ipſo Philone confirmatam viderem: quem nemo non novit, omnium maximè idoneum eſſe teſtem. Nam & utriuſque linguæ (ut probabile eſt) peritus, & cum eiſdem Eſſæis ſæpe familiariter verſatus fuit. Sic enim ille lib. *De vit. contempl.* Θεραπευταὶ, καὶ θεραπευτρίδες ἐπώνυμοι καλοῦνται παρ' ὅσον ἰατρικὼ ἐπαγγέλονται κρείσσονα τῶν κατὰ πόλεις. Ἡ μὲν γὰρ σώματα θεραπεύει μόνον, ἐκείνη δὲ καὶ ψυχὰς νόσοις κακοηθεστάταις καὶ δυσπάτοις. Epiphanius Hæreſ. 1. 29. *Eſſæos* dictos putat Ἰεσσαίες ab Ἰεσσαὶ ſc. patre Davidis, quod quidem nimis procul petitum eſt. Melanchton & Peucerus excellentes viri, omnique doctrinæ genere inſtructiſſimi *Eſſæos* tum ab עשה, quod eſt *facere, agere, operari*, quia bonis operibus Deo ſervire ſtuderent, tum etiam ab חזה quod eſt *conſiderare, ſpeculari, contemplari*, quia vitam in contemplatione poſitam colerent, nomen olim conſecutos eſſe prodiderunt. Apud Joſ. Scaligerum initio lib. 6. de Emend. Temp. aliam Etymologiam reperias alteri Philonis etymo, ſuperius recitato reſpondentem: dictos nimirum θεραπευτὰς, quod Dei cultores eſſent. Cui ſignificatui convenit vocabulum Syriacum חסו vel חסוא, unde Græcos ſuum ὅσιον mutatos idem Scal. aſſerit; indeque etiam Philo alicubi *Eſſæos* παρανόμως τ' ὁσιότητος eſſe ſcripſit. Hæc Fullerus. De Eſſenis vide Montacut. Appar. 7.

Eteocles, Oedipi, Thebanorum regis fil. ex nefando Joca-ſtæ matris concubitu editus, cum fratre Polynice ita convenerat, ut alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, cum Eteocles, qui, quòd major natu eſſet, primo anno regnarat, renueret fratri regno cedere, Polynices adjutus à Tydeo & Adraſto ſocero fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus ceciderunt. Impoſitis deinde cadaveribus eidem rogo, flammam ſe diviſiſſe tradunt, quaſi odium illud, quod inter vivos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Statius Theb. 12.
Ecce iterum fratris primos ut contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi, & novus advena buſtis
Pellitur, exundant diviſo vertice flammæ
Alternoſque apices abruptâ luce coruſcant.
Pallidus Eumenidum veluti commiſerit ignes
Orcus, uterque minax globus, & conatur uterque
Longius, ipſe etiam commoto pondere paulum
Seceſſere trabes.——
Ovidius.
Scinditur in partes atra favilla duas.
Triſt. 4. 6.
——*Commune ſacrum cum fiat in aræ*
Fratribus alternâ qui periere manu;
Ipſa ſibi diſcors, tanquam mandetur ab illis:
Ea ſacra quotannis facta, & ſe credere verè contingere hoc portentum, auctor eſt Pauſanias lib. 9. Ἐξῆς δὲ ἔστι τῷ Οἰδίποδος παίδων μνήματα, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δράμενα ἐς Θεσσαλούς πρὸ ὅμως ὑπείληφα ἔτι. Φασὶ γὰρ καὶ ἄλλοις Θηβαίοις ἐπὶ κακοῖσιν Ἡρώοις, καὶ τοῖς πασὶν ἐναγίζειν τοῖς Οἰδίποδος. Τέτοις δὲ ἐναγιζόντων αὐτῶν ἡ φλὸξ ἀπεώτως ἢ καὶ ἐπ' αὐτῆς κατανὸν, δηλοῖ διίστασθαι. Hyginus cap. 68. Eteocles & Polynices, inter ſe pugnantes, alius alium interfecerunt. His cum Thebis parentatur, etſi ventus vehemens extet, tamen fumus ſe nunquam in unam partem convertit, ſed alius *alio ſeducitur*. Loquitur autem de re ſuo adhuc ævo fieri conſueta, uti Pauſanias, qui utique Hygino illo recentior auctor eſt. Auſon. Epigr. 131.
Nec Stygiis lucis ineunt ſua fœdera fratres
Oedipodionidæ, de miſero ah miſeri!
Namque etiam ex uno ſurgentes aggere flammæ
In diverſa ſui diſſiliunt cineres.
Ovidius in Ibin.
Ante——
——*Nova fraterno veniet concordia fumo,*
Quam vetus accenſa ſeparat ira pyrâ.
Bianor lib. 3. Anthолog. cap. 14.
Οἰδίποδος παίδων θήκη τάφος· ἀλλ' ὁ μὲν ὠλὴς
Τυμβος ἔπ ζώντων διδάγετο δορέτων,
Κεῖνος ὅτ' Αἴδης ἐδαμάσατο, κλυὸ Ἀλάστωρ
Μάσνας· κείνων χὼ τάφος ἀνύπαλος.
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλαυξαν ἐναντίον· ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες, ἀκοιμήτων ἀφραδίων δορέτων.
Lucanus lib. 5.
——*Oſtendens confectas flamma Latinas*
Scinditur in proles, geminoque cacumine ſurgit
Thebanos imitata rogos. Barthius.
Silius lib. 16.
——*Corpora junctæ*
Una cum raperet flamma rogus impius, ignis
Diſſiluit, cinereſque ſimul jacuiſſe negarunt.
Cyprianus de Idolorum vanitate: *Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens regis diſſidentibus etiam in morte diſcordia.*
Eteſiæ, venti quotannis ſtatis temporibus flantes, biduo incipientes poſt Caniculæ exortum, & ad dies ferè 40. continuantes. Plin. 2. 47. Sic dicti quaſi *annui*. Ἔτος enim Græcis eſt *annus*.——*Eteſia flabra Aquilonum* Lucretio dicuntur libb. 5. & 6. Seneca *veliferas* vocat in Thyeſte *Æſtas veliferis ſolvit Eteſiis*. Unde Varro etiam *Navales* appellat. Stati enim ſunt & conſtantes. Æſtivos eſſe ventos conſtat ex Ariſt. lib. de mundo, Plut. in Dione, A Gellio lib. 2. cap. 22.
Evadne, Martis filia ex Thebe uxore Aſopi, & conjux Capanei, quem incredibili amore dilexit. Itaque cum audiviſſet illum apud Thebas fulmine periiſſe, ferè in ſtuporem diriguit, deinde cum celebraretur funus ſe in rogum projecit. Ovid. de Evadne.
Auſa maritales viva ſubire rogos.
Claud.
Caſta maritali ſucceſſit Theſſala buſto:
Mart. 4. 31.
Aſſerit Evadne flammis injecta mariti.
Prop. 1. 15.
Conjugis Evadne miſeros elata per ignes.
Occidit Argivæ fama pudicitiæ.

Idem

Idem 3. 13.

Nec fida Evadne, nec pia Penelope.

Stat. in fine Thebaidos.

Turbine quo ſeſe caris inſtraverit audax
Ignibus Evadne, fulmenque in corpore magno
Quæſierit. ———

Albinovanus ad Liviam.

Hoc fuit Evadne, tunc cum ferienda coruſcis
Fulminibus Capaneus impavida ora dedit.

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.

Cum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu
Non legis Evadnen erubuiſſe viro.

Iphidis filiam fuiſſe facit interpres Pindari. Hyginus Phylaci. Apollodorus lib. 3. Εὐάδνη ἡ Καπανέως, χαμοῦδης πυρᾶς, συγάπτ δὲ Ἰφιδ☉, ἑαυτὴν βαλοῦσα, συγκατεκαίετο. Vide Eurip. in Supplic. ubi Iphis pater fruſtra dehortari conatur filiam Euadnen à præclaro illo facinore. Ovid. 3. de Arte Amandi:

Fata, Pheretiadæ conjux Pagaſæa redemit
Proque viri eſt uxor funere lata ſui.
Accipe me Capanen, cineres miſcebimus, inquit
Iphias, in medios deſiluitque rogos.

Evagoras, rex Cypriorum, ad quem Iſocrates ſcripſit. Item *Euagoras* Lindius hiſtoricus, de quo Suidam adi. Diverſus ab illo eſt *Evagoras* Thaſius; qui inter eos fuit, ex quibus Plinius librum Hiſt. Nat. contexuit.

Evagrius, Presbyter, annis 14. manſit in ſolitudine, contentus pane, & oleo. Si quando Veneris titillaretur illecebris, demergebat ſe in puteum, ut aquæ frigiditas libidinis fervorem compeſceret.

Evagrius, cognomento *Ponticus*, quia natus fuit circa Pont. Eux. unde & Hyperboritam Hieronymus, ad Cteſiphontem ſcribens, vocat. A S. Baſilio Lector fuit ordinatus: A Gregorio Nazianzeno cooptatus eſt inter Conſtantinopolitanos Diaconos. Poſt illa Hieroſolymam profectus fuit: atque ibi ex Clerico factus eſt Monachus, Inde venit in Ægyptum, ubi in Nitriæ monte vixit an. 16. Valde eum laudat Gennadius in ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Etiam commendat eum, utpote ei familiaris Palladius Galata in Lauſiacis. Item Socrates Hiſt. Eccleſ. 4. 18. Sozomenus 6. 30. Sed ex Hieronymo conſtat, Pelagiani Dogmatis ſemina jeciſſe. Imo & inter hæreticos reponitur ab Antiocho Monacho, qui vixit ſub Heraclio Imp.

Evagrius Scholiaſticus, ſcriptor Eccleſ. Hiſtoriæ, quæ libris ſex conſtat; Eam inchoat, ubi Socrates ac Theodoretus, deſiere; perducit vero uſque ad annum Mauricii duodecimum, ut quidem ipſe teſtatur in fine operis, atque ex eo Photius Tmem. 29. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. 2. 23.

Evalces, Hiſtoricus, Ἐφεσιακὸς prodidit, ut cognoſcimus ex Athenæi libro 13.

Evan, unus ex Bacchi cognominibus, ab *Evantium* mulierum clamore impoſitum. Ovid. Met. 4. à quo etiam *Semeleius Evan* dicitur. Unde *Evantes* vocantur mulieres ejuſdem ſacra celebrantes. Propert.

Egit ut Evantes dux Ariadna choros.

Stat. in Sylvis.

——— *Baſſaridum jactator Evan.*

Et Theb. 5.

——— *A ſummis auditus montibus Evan.*

Clemens Protreptico: Διόνυσον Μαινόλλῳ ὀργιάζεσι Βάκχοι ὠμοφαγίᾳ ϗ ἱερομανίαν ἄγοντες ϗ τελίσκεσι τὰς χρεωμόλας ϗ φόνων ἀνεστιμμένοι τοῖς ὄφεσι ἱπολολύζοντες Εὐάν. Εὐὰν ἐκείνῳ, ὅτ' ἦν ἡ πλάνη παρηκολούθησε, ϗ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν, ὅρις δὲ τετελεσμένῳ. Αὐτίκα γεῦν ϗ ἀκεῖβη ϗ Ἑβραίων φωνῇ, τὸ ὄνομα τὸ Εὔα διασυρόμενον, ἑρμηνεύεῖ ὄφις ἡ ὄφεις. Gen. 3. 1. ſerpens Hebr. dicitur נָחָשׁ, at in Chaldaicâ Paraphraſi חִוְיָא. Item Exod. 4. 3. ut quidem vult A. Maſius à verbo חָוָה *nunciavit, indicavit*, quod nunciavit ipſi חַוָּה *Evæ* fructum vetitum; unde Bar-cepha Syrus eam dictam putat ab indicatione, Hebræi verò à vitâ. Eſt ergo Syrochaldaica vox *Chevia*, ſed & alibi ſæpe Hebræa lingua dicitur Syriaca, ut in Actis Apoſt. Epiphanius Epitome librorum contra hæreſes: Καὶ ϗ χρεωμόλαν μυῆντες τοῦ ὄφεις ἀνεστιμμένοι, ἀνάζοντες Ουα. Ουα, ἐκείνῳ ϗ Εὔαν ἔτι ϗ διὰ τὸ ὄφεως ἀπατηθεῖσ ἐπικαλούμενοι, ἢ διὰ ϗ διαυλίας φωνῆς ϗ ὄφιν ἀπὸ ϗ Ἑβραίων εἰς ἑαυτὴν πλάνην πλανήσοντες. Εὔα γὰρ καὶ ϗ φιλὼ ἐπόδυσον ϗ γυναῖκα, καὶ ϗ διαυλίαν Εὔτα ϗ ὄφιν παῖδες Ἑβραῖοι ὀνομάζουσι.

Evander, Carmentis fil. Arcadiæ rex, ob eloquentiam Mercurii filius ex Nicoſtratâ habitus eſt. Hic relictâ Arcadiâ, cum patrem caſu interfeciſſet, avito regno pulſus, ſuadente matre, quæ vates erat, conſcenſâ navi in Italiam venit, & pulſis Aboriginibus tenuit illa loca, ubi poſtea Roma condita eſt, parvumque oppidum in Palatino monte extruxit, Pallanteum, à *Pallante* pronavo dictum. Virg. Æneid. 8. *Romanæ conditorum arcis* appellat. Vide Juſt. lib. 43. & Liv. lib. 1. *Cum Evandri matre loqui* apud Gellium, eſt obſoletè loqui. Ita *catillum Evandri manibus tritum* pro antiquiſſimo, Hor. dixit lib. 1. Sat. 3. Ubi tamen Acron & Porphyrion vett. Scholiaſtes alium *Evandrum* intelligere videntur, nempe cælatorem nobilem Athenienſem à M. Antonio Alexandriam perductum, eoque victo inter captivos Romam advectum. Hinc *Evandrius* poſſeſſivum, ut *Evandria regna*, & *Evandrius enſis*, apud Sil. & Virg.

Evangelus, hiſtoricus Græcus, qui de re militari ſcripſit. Plut.

Evanoridas, Eleus, ſcripſit de iis qui Olympiis ludis vicerant. Pauſan. lib. 6.

Evanthes, vetus author, quem *inter authores Græciæ non ſpretum* vocat Plinius 8. 21. *Evanthis* ἐποποιῶ hymnum in Glaucum citat Athen. lib. 7. Sed fuere tres *Evanthes*, Unus Mileſius, cujus meminit Diog. Laertius in Thalete. Alter Samius, de quo Plut. in Solone, Tertius è Cyzico, quem celebrat D. Hieronymus 2. contra Jovinianum. Voſſius.

Evax, rex Indiæ, qui de virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem.

Eubius, ſcriptor quidam fuit, cujus mem. Ovid. Triſt. 2.

Nec qui deſcripſit corrumpi ſemina matrum
Eubius impuræ conditor hiſtoriæ.

Eubulè, filia fuit cujuſdam Orphei filii, quam cum Paſitheâ & Theope ſororibus, civitati immolandas exhibuit, ut ingens annonæ caritas, quæ Atticam vehementer premebat, finem ſecundum oracula caperet. Æl. Hiſt. Var. 12. 8. Suidas in Voce Λευκόειον, Cic. 3. de Nat. D.

Eubuleus, epitheton Plutonis: Heſych. Εὐβουλεὺς ὁ Πλούτων, ἀφ' οὗ δὲ τοῖς πολλοῖς ὁ Ζεὺς ἐν Κυρήνῃ. Nicander initio Alexipharmacorum:

Τόθι χάσμα δυσίδεγμον Εὐβουλῆ☉.

Ubi Schol.

Εὐβουλῆ☉, τῷ ἅδῃ κατ' εὐφημισμόν.

Eubulides, hiſtoricus, librum de Diogene reliquit, ex quo de philoſopho hoc quædam refert Laertius in ejus vitâ.

Eubulus, Athenienſis civis, Demoſtheni ſæpè adverſatus, ut ex ipſius in Midiana oratione notum eſt. Item *Eubulus* mediæ Comœdiæ poeta. Suid. de quo Voſſ. P. Gr. p. 50. Et alius hiſtoricus, qui hiſtoriam Mithræ multis voluminibus explicuit. B. Hieron. lib. 2. adv. Jovin. Hoc ex opere ſunt ea, quæ de Mithrâ commemorat Porphyrius in Com. de Nympharum antro. Item Viri ſancti nomen, cujus meminit D. Paulus 2. ad Tim. cap. 4.

Eucherius, nomen duorum epiſcoporum Lugdunenſium, de quibus vide Voſſium de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 17.

Euclides, geometra inſignis temp. primi Ptolemæi, antiquior Archimede, & Eratoſthene. Multa ſcripſit quæ ad Geometriam, & Muſicam pertinent. Inter opera vero ejus facile palmam obtinent libri 13. elementorum, magno Reipublicæ literariæ bono ad noſtra uſque tempora conſervati. Henr. Savilius Lect. 1. in Euclid.

Euclides, Megarenſis Socraticus, belli inter Athenienſes & Megarenſes tempore, muliebri veſte, noctu ad Socratem venire ſolitus. Ab hoc Philoſophi *Megarici* dicti. Suid. & Diog. Laert. Vide Voſſ. de Sectis Philoſophorum p. 62. Porro duo inveniuntur *Euclidæ* inter Archontas quorum nomina ſuperſunt. Primus an. 2. Olymp. 88. quinto anno belli Peloponneſiaci. Alter an. 2. Olymp. 94. de quo Lucianus in Hermotimo. Καὶ λήθῃ τῆς ἔτω αὐτῷ ὥσπερ τοῦ περὶ τὸν Εὐκλείδην ἄρχοντ☉. Eo enim Præturam obtinente facta eſt amneſtia, teſte Xenoph. lib. 2. Hellenicorum. Ideo ſæpe apud auctores hiſtoriæ & rhetoras ſit mentio περὶ Εὐκλείδου, quorum non licebat meminiſſe, nec ea exprobrare, & eo anno Athenienſium reſp. inſtaurata fuit, facta inter cives pace.

Eucrates, fuit verſutus quiſpiam, qui aliquo prætextu ſuffugiebat ſemper, ſi quando fides eſſet præſtanda. Hinc natum Proverb. *Vins novit quibus effugit Eucrates.*

Euctæus videri poteſt deſcripſiſſe tertiam orbis partem. Athen. lib. 10. Sed ibi leg. *Hecatæus*. Voſſius.

Eudæmon, Peluſiota poeta Græcus, Libanii Rhetoris æqualis, præter ea quæ ad artem Grammaticam, ac Rhetoricam pertinerent, varia poemata condidiſſe, ex Suidâ cognoſcitur.

Eudemus, hiſtoricus, Naxius, quem eundem eſſe cum Eudemo Pario nonnulli putant. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. p. 365.

Eudemus, orator Megalopolitanus, Philopœmenis ducis Præceptor. Plut. in Philop. Item 7. Corinthiorum rex.

Eudoxia, Theodoſii Jun. uxor, Leontii Sophiſtæ Athen. filia, ſcripſit Centones Homericos de Chriſto, ut quidam putant. Vide Voſſ. de Poetis Gr. p. 78. ubi dicitur *Eudocia*. Vide eund. de P. Gr. p. 80.

Eudoxius, primus Epiſcopus Germaniciæ, quæ eſt urbs ſita in finibus Syriæ, Ciliciæ, & Cappadociæ, mortuo Leontio ſedem Antiochenam invaſit, deinde remoto Macedonio, Con-

Constantinopolitanam. Favens Arianis simulatè subscripsit sententiæ Synodi, quumque apud Valentem Imp. in magnâ auctoritate esset, effecit, ut Gothis, qui pacem cum Valente certis conditionibus fecerant, Ariani doctores mitterentur. Trip. Hist. 7. 29.

Eudoxus, Cnidius, celebris astrologus, ac geometra. Primus apud Græcos annum constituit, unde Cæsar apud Lucanum lib. 10.

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Vitam ejus habes apud Diog. Laert. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 18. Fuit autem præter hunc alius ejusdem nominis Rhodius, historicus, cujus meminit Apollonius Hist. Commentitiæ cap. 24. Item Etymologus in Ἀδελαι, ubi eum citat ἐν ἐννάτῳ περὶ ἰσομέτρων; Sed iste quando vixerit, ignoratur. Celebratur quoque *Eudoxus* Cyzicenus, qui Ptol. Lathyrum fugiens, è sinu Arabico usque ad Gades navigavit, ut ex Posidonio narrat Strabo lib. 2. ex Corn. Nepote, item refert Plin. 2. 67.

Euelpis, Carystius, historicus, memoratur Porphyrio lib. 2. de Abstinentiâ.

Euemeridas, Cnidius, historica aliqua videtur divulgasse. Plut. lib. de Flum.

Euemerus, vel *Euhemerus*, historicus antiquus, è civitate Messanâ, teste Plut. lib. de Iside & Osiride. (Atqui Arnobius lib. 4. Agragantinum vocat) Lactantius lib. 1. cap. 9. *Antiquus author Euhemerus, qui fuit ex civitate Messanâ res gestas Jovis, & cæterorum, qui Dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur; maximeque in fano Jovis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove titulus indicabat, in quâ columnâ gesta sua perscripsit ut monumentum posteris esset rerum suarum. Hanc historiam & interpretatus est Ennius, & secutus.* Cicero idem paucis dicit lib. 1. De Nat. Deorum, ubi cum egisset de iis, qui in Deorum numerum relati essent, *Quæ ratio*, inquit, *maximè tractata est ab Euhemero, quem noster & interpretatus, & secutus est, præter cæteros Ennius.* Item Varro lib. 1. De R. R. cap. 48. *Id apud Ennium solum scriptum scio esse in Euhemeri libris versis.* Inter illos numeratus *Euhemerus* fuit, qui ἄθεος dicebantur; teste, cùm Sexto Empirico, tum etiam Plutarcho lib. De Placitis Philosophorum, ubi & Callimachi versiculos citat, quibus eum propterea perstrinxit. Ex nostris quoque Theophilus Antiochenus lib. 3 Τὰ περὶ Εὐημέρου τοῦ ἀθεωτάτου πλειόνων ἡμῶν καὶ λέγειν. Πολλὰ γὰρ περὶ θεῶν πολυπραγμονοῦσι φθέγξασθε, ἕκαστον καὶ τὸ ἐξόλλυμι μὴ εἶναι θεούς, ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ φοιτᾶσθε βάλλοντες. Etiam meminere *Euhemeri*, Columella semel, iterumque lib. 9. de R. R. cap. 2. & Minucius Felix in Octavio. Vide & Politianum in Miscellaneis cap. 34. Ad hæc Hyginus in Poet. Astronomico. Plin. quoque 35. 22. inter eos numerat, qui scripserunt de Pyramidibus Ægypti. E Græcis itidem mentionem faciunt, Strabo lib. 1. ubi eum cum Antiphane Bergæo conjungit, ac utrumque ut futilem, traducit. Flavius Jos. lib. 1. contra Ap. ubi & Judæorum ait meminisse. Ælian. Var. Hist. 2. 31. ubi eum cum Dionysio Phryge, & ejus farinæ aliis, inter ἀθέους, divinamque negantes providentiam, reponit. Vossius.

Euenus, Parius Poeta Elegiacus; Ætatem ejus inde cognoscimus, quòd fuerit præceptor Philisti Historici, qui floruit Olymp. 93. an. 3. Item Philosophus quidam, qui ignem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat. Plut.

Euexippe, & Theano filiæ Scedasi fuere, qui fortunâ pauper Leuctra (quæ vicus erat prope Thespias in Bœotiâ) habitabat. Hæ cum à juvenibus quibusdam Spartanis constupratæ essent, moxque interemptæ, in puteum quendam dejectæ sunt. Quâ re per patrem intellectâ, cum Lacedæmone, quo se contulerat, conatu, judicatuque excidisset, Furiis advocatis, ad filiarum tumulos seipsum confecit. Cæl. Rhod. 5. 8. ex Plut.

Eugamon, Cyrenæus, historicus, librum de Thesprotis edidit. Clem. Strom. 6. Qui tamen Eusebio 10. Præp. Evang. *Eugrammon* dicitur.

Eugenia, filia Philippi nobilis Romani, & Alexandriæ, sub Commodo, & Severo Impp. Primum relictis parentibus fidem Christi amplexa est, ac pro viro se gerens, monasterio virorum in Ægypto præfecta est, deinde à parentibus agnita, Romam cum matre, ac fratribus rediit, & multis ad religionem Christi conversis, tandem die 25. Decemb. interfecta est. Historia ejus prolixè exponitur in vitis Patrum, ubi & hoc *Eugeniæ* dictum celebratur.

Affatim dives est, qui cum Christo pauper est.

Euhyus, sive *Euius*, unum ex Bacchi cognominibus à Jove illi inditum eo in bello, quod Gigantes cum diis gesserunt. Fabulantur enim Poetæ, cæteris diis perterritis, Liberum Patrem se in Leonem convertisse, unumque ex gigantibus interfecisse, & ob rem tam strenuè gestam, *Euhyon*, i. e. *bonum filium*, à Jove fuisse salutatum. Sed nugas agunt qui tale etymon comminiscuntur. *Evius* enim qui poetis *Bacchus* sic dictus est quasi Εὖ οἰ, vel ἓν σοὶ. Unde apud Dionys. vers. 704. Εὐοῖ βάκχαι λέγοντες. *Euoe* autem quid sit, non latebit legentes hæc Solomonis Prov. 23. 29, 30. *Cui væ, cui* אבוי *Evooe? Iis qui vino immorantur.* Cui sententiæ subscribit etiam D. Heinsius in Exerc. Crit. *Quid autem Bacchus*, inquit, *idem qui Osiris, nisi verè lacrymosus Deus? Bacchus* enim non est dubitandum quin à בכה *bacha* quod est *ululare* aut *lamentari* dictus sit. Confirmant id antiquissima quæ extant, Hebræorum scripta, sacræ literæ nimirum. Apud Ezechielem sanè fœminæ, quæ Thammuz sive Adonim (quem eundem cum Baccho volunt esse Græci) celebrant מבכות *Mebacoth*, i. e. Βακχεύσαι, dicuntur. Aliam vero nominis originem nobis non ita pridem exhibuit Edm. Dickinsonus M. D. Oxon. Delph. Phœnic. cap. 10. Unde Εὐοῖ, inquit nisi ab יהוה? Græcos enim sic appellasse Hebræorum Deum, liquet ex Porphyrio, qui affirmat Sanchoniathonem, de Judæorum gente verissima tradidisse, ut qui rerum omnium summas accepisset παρὰ Ἰερομβάλου τοῦ ἱερέως τοῦ θεοῦ Ἰαΐω. Quomodo autem factum sit Ἰαΐω ex *Jehova*, ostendit vir doctiss. Nic. Fullerus lib. 2. cap. 6. Ideoque solenne illud Bacchantium Epiphonema Εὐοῖ Σαβοῖ nihil aliud esse decernas, quam *Jehovah Sabbaoth*. Est autem usitatissima ista vociferatio. Virgil.

Evohe Bacche fremens.

Q. Ennius in Athamante.

His erat in ore Bromius, his Bacchus Pater,
Illis Lyæus vitis inventor sacræ,
Tum pariter Evan, Evoe, Euoe, Evius
Ignotus juvenum cœtus, alternâ vice
Inibat alacris Bacchico insultans pede.

Catul.

Euoe bacchantes, Evoe caput inflectentes.

Inde apud Plautum Menæchmus assimulans se furere, ita ait, *Euoe, Evie Bromie, quo me in sylvam venatum vocas?* Hor. Carm. 1. Od. 19.

Euoe recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Lætatur Evoe, parce Liber,
Parce gravi metuende thyrso.

Apud Euripidem, Sophoclem, & Apollonium εὐάειν Bacchico furore correpti dicuntur. Pausanias etiam in Messen. Εὐοῖ definit Βακχικὸν ἐπιφθέγγμα, ac Eustathius ὑμνητικὸν λόγιον τοῦ Διονύσου ἐπιφωνούμενον. Callistratus autem in Statuis ait esse πικρστέρας σύμβολον.

Eulogius, Presbyter, fertur præscientiam habuisse cogitationum quorumlibet ad se venientium, eorumque delicta redarguere, & quæcunque latenter cogitassent, sibi revelata manifestare. Cum vero aliquid mali gessissent, vel parvum consilium adhibuissent, ab altari suspendebat, manifestans iis peccatum, quod egerant, ac diligenter purgatos rursus suscipiebat. Sozomen lib. 8. cap. 1. Hist. Trip.

Eumachius, Neapolitanus historicus, rerum Annibalicarum historias conscripsit, teste Athenæo.

Eumachus, orbis descriptionem consignavit, citatur à Philegonte Tralliano de rebus Mirabil. cap. 18.

Eumæus, subulcus Ulyssis, qui dominum post longos errores domum redeuntem, quamvis incognitum hospitio excepit & in urbem deduxit, eique in ulciscendis uxoris procis fidelem operam navavit. Hom. Od. 22. Statius Silv. 2. 6.

——*Non mente fidelior ægrâ*
Speravit tardi reditus Eumæus Ulyssei.

De fide hujus subulci mentio etiam apud Manil. lib. 5.

Et fidum Laertiadæ genuere syboten.

Eumelus Corinthius vetus Poeta, de quo Voss. P. Gr. p. 12.

Eumenes Cardianus, ex scribâ nobilissimus dux, de quo Nepotem vide in ejus vitâ. Alius *Eumenes* fuit Pergami rex, *amicissimus Romanis*, ut eum Nepos in Annibale vocat. Quem Φιλορωμαῖον Plut. dixit in Catone.

Eumelus, Locrensis cantor. Photius ep. 93. Εὔνομος ἄδων ἐστεμύνετο, φασὶν ὁ Λύκρος. Καὶ ἦδε γὰρ ἀλλων, καὶ κιθαρῳδὸς, τοῦ ἀκριβοῦς· Μιᾶς δέ ποτε ῥαγείσης αὐτῷ χορδῆς, τρίτης ὀλίγ' ἐπέχων κιθάρου, ἐφθόγγου ἀνεπλήρου, ἐ ῥαγείσης χορδῆς, καὶ ἦν Εὐνόμῳ πάλιν ᾄδειν, ὡς τὸ θεσπέσιον ἐμελῴδει.

Eumenides, Furiæ infernales κατ' ἀντίφρασιν καὶ εὐφημισμὸν, cum minime εὐμενεῖς, h. e. benevolæ sint. Servius in Æn. 6. *Dictæ quod minimè benè velint per antiphrasin, ut Parcæ, Bellum.* Εὐμενίδες αἱ σεμναὶ θεαὶ dicuntur Plut. in Theseo, & Pausaniæ in Atticis. De illis multa Æschylus, & Orpheus, hymno in *Eumenidas*. Has autem tres ferunt fuisse Acherontis, & Noctis filias, uno partu editas, & apud inferos *Canes Stygias*

gias vocari, apud mortales *Furias*, apud ſuperos vero *Diras*. Virg. Æn. 4.

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.

Idem lib. 6.

Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque ſeverum
Eumenidum aſpicies.———

Propert.

Eumenidum intento turba ſævera foro.

Stat. Theb. 4.

———*Stygias luſtrare ſeveris*
Eumenidas perhibetur aquis.

Eſt etiam *Eumenis* ſing. num. Idem Stat. Theb. 11.

———*Scidit orſa novo terrore cruenta*
Eumenis.

Sil. lib. 3.

Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus.

Idem.

Dea concita ſævam
Eumenidem incuſſit.

Porro Eumenides à poëtis pinguntur vipereo crine incinctæ. Catullus in Argonaut.

Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons.

Inde Ὀφιοπλόκαμοι Orpheo dicuntur. Hoc verſu:

Νυκτεναὶ κῆρες, ὀφιοπλόκαμοι, φοβερῶπες.

Cornutus Θεωρ. cap. 10. Σεμναὶ δ' αὖ τοῦ ὅλου αἱ θεαὶ καὶ Ἐυμενίδες κατὰ τὸ ἐπ' εἰς τοὺς ἀνθρώπους εὐωφέλειαν τῆς φύσεως διατείνειν καὶ τὸ ἐπ' ποινείαν κολάζειν. Φεικώδεις δὲ τὰς ὄψεις ἔχουσαι εἰσὶ καὶ πυκνὰ, καὶ μάστιξι τοὺς ἀσεβεῖς διώκουσι καὶ ὄφεως πλοκάμους ἔχουσι τῷ τοιούτῳ φαντασίαν τοῖς κακοῖς ποιεῖν, ὡς ἂν ἀποτίνωσι ποινὰς ἀντὶ τῶν πλημμελημάτων. Ejus ſcriptoris liber Θεωρία eo nomine inſcribitur, quod ea vox ſæpius Allegoriam valeat; allegorias autem Fabularum perſequitur Cornutus. Serpentibus etiam pro jaculis utebantur Furiæ. Ovid. Met. 4.

——————*Erinnys*
Inde duos mediis abrupit crinibus angues,
Peſtiferâque manu raptos immiſit. At illi
Inooſque ſinus, Athamanteoſque perrant
Inſpirantque graves animos, nec vulnera membris
Illa ferunt: Mens eſt quæ diros ſentiat ictus.

Virg. lib. 7.

Huic dea cæruleis unum de crinibus anguem,
Conjicit, inque ſinus præcordia ad intima ſubdit.

Papinius Theb. 1. ex emendatione magni Gronovii:

Tum geminas quatit ita minans, hæc igne rogali
Fulgurat, hæc vivo manus aera verberat hydro.

Niſi malis legere cum Barthio:

Tunc geminas quatit illa manus, hæc igne rogali
Fulgurat, hæc vivo vacuum aera verberat hydro.

Auctor libri de Flum. cap. 2. de Tiſiphonâ: Ἡ δὲ ἀποτυχοῦσα τῆς προαιρέσεως ὅτι τῆ πολυκάμῳ ἔνια τῶν δρακόντων ἀπεπατάσσων, καὶ ὅτι τὸν ὑποδήφανον ἔβαλεν.

Eumolpus, Athenienſis, quem Suidas Muſæi poëtæ filium fuiſſe ſcribit, verſificator ante Homerum fuiſſe traditur. Ovid. Pont. 2. 9.

Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi pervenit uſque Coty.

Ab hoc *Eumolpidas* ſacrorum quorundam præſides dictos volunt. Æſchines contra Cteſiphontem. Fuit & Pythionices quidam, h. e. *victor in Pythiis ludis* Græciæ. Hic vitium, aliarumque arborum culturas docuiſſe fertur, teſte Plinio.

Eumolus ἐν τῇ πεμπτῇ τῶν ἱστοριῶν adducitur à Laertio in Ariſtotele. Ambigi autem poteſt, legine debeat Ἔυμηλος, an Ἔυμολπος. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 366.

Eunapius Sardianus, ſophiſta, medicus, ac hiſtoricus inſignis, Proæreſii diſcipulus, ac affinis Chryſanthii, quippe qui Eunapius impulſu hujus Chryſanthii ſcripſit de vitis Sophiſtarum, opus elegans ac venuſtum, ſed in quo paſſim prodat, quam Chriſtiano nomini fuerit infeſtus. Idem res geſtas Cæſarum, exinde orſus, ubi deſierat Herodianus, ad ſua uſque tempora perduxit. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 18.

Eunice, uympha, una ex his quæ Hylam Herculis puerum rapuerunt. Item Timothei mater. 2 Tim. 1.

Eunomius, diſcipulus & notarius Ætii. Trip. Hiſt. 5. 13. Ordinatus eſt Epiſcopus Cyzici, tanquam qui poſſet populum calliditate verborum ad ſuum circumvenire conſenſum, cap. 35. & lib. 7. cap. 18. Propugnavit hæreſin Arianam, contendens per omnia, Filium diſſimilem eſſe Patri, quia nullo modo creatura poſſit ſimilis eſſe Creatori. Primum autem callidè diſſimulavit virus, tandem ſe prodens; Cyzico pulſus eſt. Quumque Samoſatenſibus à factione Ariana obtruderetur, & ſe in omnium odio eſſe animadverteret, illinc quoque diſceſſit. Tandem à Valente Imp. Cyzicum deductus eſt. Inde à populo rurſus conjectus, ad Eudoxium Conſtantinopolin venit, à quo ipſe ſe tandem ſejunxit. Ab hoc dicti *Eunomiani*. Extant contra Eunomium libri Baſilii & Nazianzeni.

Eunomus, muſicus, de quo Clemens Protreptici initio: Παύσομαι Ἑλληνικὰ ὅσα νεκρὸν Δεξάνδρου σωκρατεῖτε Πυθοῖ, ὅσα ἄριον ἔρματε ἀδολος Ἔυνόμᾳ, καὶ καθαίρομος ὥρᾳ κιθάρᾳ, ὁ πυθικὰ οἱ τέθριπες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ἥδον ἄνω τὸ ὄρος, δεδεγμένοι ἠλίῳ. Ῥήγνυται χορδὴ τῷ λοκρῷ, ἐφίππα δὲ ὁ τέθριππος τῷ ζυγῷ, ἐτρέπετο ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀχήματι· καὶ τὸ τέθριππον τῷ ἅρματι ἀρμοσάμενος ὁ ὠδὸς τὸ λεπτὸς ἀρτιπλήρωσε χορδῶν.

Euphantus Clynthius, præter temporis ſui hiſtoriam, plurimas Tragœdias ſcripſit, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. p. 38. & P. Gr. p. 53.

Euphemius, incertum an Aphrodiſius, auctor libri fuit, de patriâ ſuâ. Docent hoc verba illa Stephani in Ἀφρόδισιον· Ἀφροδίσιος ἤτοι Ἔυφήμιος, ἐν τῷ περὶ πατρίδος. Fortaſſe eſt idem Ἔυφήμιος, quem ἐν τῷ στεφανοπλόκοις citat Pollux 10. 27. ac ejus meminit Ammonius lib. de vocum differ. in Ἴδη. Voſſius.

Euphorbus, nobilis Trojanus Iliaco in bello à Menelao occiſus, cujus animum Pythagoras in ſe immigraſſe affirmabat. Ovid. Met. 15.

Ipſe ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in adverſo gravis haſta minoris Atridæ,
Cognovi clypeum noſtræ geſtamina lævæ, &c.

Euphorion, poëta Chalcidenſis, quem tranſtulit Gallus. Habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores, ut eum præferrent Ennio, & reliquis poëtis, ejuſque poëmata ſtudiosè cantarent, poſthabitis aliorum poëmatibus. *Obſcurum* eum vocat Tullius de N. D. lib. 2. Elegos eum ſcripſiſſe, Diomedes lib. 3. teſtis eſt, & oſtendit quoque Caſaubonus ad Suetonii Tiberium. Suidas etiam poëmatis cujuſdam meminit quod *Heſiodum* inſcripſerat. In quo proculdubio de agriculturâ præcepit. Quam ſorte ob cauſam Varro & Columella eum inter ſcriptores ruſticos celebrant. Vide Servium in illud Virg. Eclog. 10.

Ibo, & Chalcidio quæ ſunt mihi condita verſu
Carmina.———

Vide etiam ſis Quintilianum lib. 10. cap. 1. & omnino Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 105. & P. Gr. pag. 66.

Euphorus, ἐν τοῖς ἐυρήμασι citatur ab Athenæo lib. 4. Nec lectio ea in Ἔφορος mutanda, nam omnino diverſus eſt ab nobili illo hiſtorico. Meminit ejus Clem. 1 Strom. & Laertius in Thalete.

Euphranor, ſtatuarius laudatiſſimus, Iſthmius, qui de ſymmetriâ, & coloribus aliquot volumina conſcripſit. Floruit Olymp. 104. plurimaque ſigna nobiliſſima ex ære confecit, quæ numerantur à Plinio 34. 8. Idem & pictor, & marmorarius fuit, in unoquoque genere excellens, ſibique æqualis. Juven. Sat. 3.

Hic aliquid præclarum Euphranoris———

Euphrates, philoſophus graviſſimus temporibus Adriani Imp. voluntaria morte è vivis exceſſit, veniam ei dante Adriano, ut citra ignominiam & infamiam, cùm propter ſenectutem, tum etiam propter gravem morbum, cicutam bibere poſſet. Dio.

Eupolemus, hiſtoricus, citatur à Joſepho, Clem. Alex. nec non Euſebio. *Eupolemi* tactica celebrat Ælianus lib. περὶ τάξεων, cap. 1.

Eupolis, priſcæ comœdiæ ſcriptor, qui vitia populi magna cum libertate reprehendebat. Horat. Serm. 1. Sat. 4.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poëtæ, &c.

Perſius.

Iratum Eupoliden prægrandi cum ſene palles.

Scripſit comœdias 17. ex quibus 9. victoriam meruere. Periit in prælio navali inter Lacedæmonios, & Athenienſes juxta Helleſpontum commiſſo, cujus mors uſque adeo luctuoſa civitati fuit, ut poſtea edicto publico cautum fuerit, ne poëtæ in poſterum militare liceret. Vide Voſſ. P. Gr. p. 37, 38.

Euripides, inſignis poëta Tragicus, natus Salamine eo die quo numeroſus ille Xerxis exercitus ab Athenienſibus fuſus eſt. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam ſummo in honore eſt habitus. Scripſit fabulas 75 ex quibus 5 tantum victoriam reportarunt. Et 19 tantum extant: Auditor fuit Anaxagoræ ac Socratis. Cum Platone, diſcendi cauſâ, in Ægyptum ad ſapientes, & Sacerdotes profectus aliquando eſt, teſte Laertio. Vidiſſe ſe ſpeluncam terream ac horridam in Salamine, in quâ ſcriptitarit Euripides, Gellius affirmat, 15. 20. Μισογύνης à quibuſdam ab *odio mulierum* dicitur, φιλογύνης vero ab aliis. Mortuus eſt anno ætatis ſuæ 75. à canibus diſcerptus, veluti Gellius, & Val. Max. prodidere. Oſſa ejus Archelai regis juſſu, Pellam ſunt tranſlata, repulſis Athenienſium precibus, qui ſæpe per legatos tentaverant, ut civis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceat. Τραγικώτατον

eum

cum vocat Ariſtoteles. Et quanti verſus ejus fecerit. Cicero, non obſcurè teſtatus eſt, ſic ad Tyronem ſcribens lib. 16. Fam. Epiſt. *Euripidis, cui quantum tu credis, neſcio, ego certe ſingulos ejus verſus ſingula teſtimonia puto.*

Euripidius, numerus in talis quadragenarius ab Euripide inventus, eo tempore quo exactis 30 tyrannis, 40 principes Athenienſium Remp. adminiſtrabant. Vide Cæl. Rhod. 20. 27.

Euripus de Iſocratis diſcipulis volumen reliquit. Harpocration in Ἰσοῦ.

Euronotus, alio nomine *Vulturnus*, ventus ab Oriente hyberno ſpirans, quòd inter Notum & Eurum ſit.

Europa, filia Agenoris regis Phœnicum, quam Jupiter in bovis ſpeciem transformatus rapuit. Ovidius, Met. 2. Item nympha marina, Oceani ac Tethyos filia. Heſiod. in Theog. Ovid. Faſt. 5.

——Te Sidoni Jupiter implet,
Patrſque tuum terræ tertia nomen habet.

Idem ibidem:

Illa jubam dextrâ, lævâ retinebat amictus.

Luc. in Dial. Ζεφύρε καὶ Νότε. Ὡς ἢ οὖτ' ἐγχώσητε ὁρμαῖον μὲ ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, φέρων αὐτὸν καὶ ἐνήχετο ἐμπροσθεν, ἢ ἢ πάνυ ἐκ πλαγίου τῷ παραγωγῇ τῇ λαιᾷ μὲ εἶχετο τὸ κέρατος, ὡς μὴ ἀπολισθάνοι, τῇ ἑτέρᾳ ἢ ἠρεμοῦν τὸ πλοῖον ξωστίζῃ.

Eurus, ventus ſpirans ab ortu brumali. Plin. 2. 47. *Ab oriente æquinoctiali ſubſolanus, ab oriente brumali Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant.* Ovid. Met. 1.

Eurus ad Auroram Nabatæaque regna receſſit
Perſidaque & radiis juga ſubdita matutinis.

Euryale, Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. Alia fuit Prœti Argivorum regis filia. Tertia ex Gorgonibus una. Vide Servium in illud Virg. 6.

Gorgones, Harpyiæque & forma tricorporis umbræ.

Euryalus, unus ex principibus Peloponneſiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebant, & ad Trojam cum 80 navibus venerunt. Hom. Catal. Fuit etiam hoc nomine Trojanus quidam arctiſſimo amicitiæ vinculo cum Niſo conjunctus, qui noctu Rutulorum caſtra unà ingreſſi magnam hoſtium ſtragem ediderunt. Verum cum inſtante jam die ſeſe recipere conarentur, in hoſtium equitatum inciderunt, à quo circumventum Euryalum cum Niſus eripere non poſſet, certiſſimæ ſeſe morti maluit objicere, quam amicum deſerere. Virgil. Æn. 2. Item *Euryalus* alius, qui cum fratre Hyperbio primus lateritias domos Athenis conſtituit. Eſt etiam hiſtrionis cujuſdam nomen de quo Juvenalis.

Nobilis Euryalum, aut Mirmillonem exprimat.

Eurybates, præco Ithacenſis ex Ulyſſis comitatu ab Agamemnone miſſus, ut ab Achille auferret Briſeidem. Hom. Iliad. Ovid. Ep.

Eurybati data ſum Talthybioque comes.

Item latro quidam aſtutiâ ſingulari, quem deprehenſum cum cuſtodes vellent cogere, ut oſtenderet quibuſnam modis conſuevisſet domos conſcendere: ille aptatis ſpongiis & ſtimulis ferreiſque retinaculis irrepſit in parietem, & ſpectantibus illis, artificiique novitatem admirantibus prehenſo laqueari per tegulas effugit, eoque modo periculum evaſit.

Euryclea, Opis Piſenoridæ filia pulcherrima, quam Laertes in primâ exiſtens pubertate viginti boum pretio emit, nec minore, quam uxorem, honore domi habuit, Ulyſſemque nutriendum ei dedit quæ & eum primò in patriam redeuntem agnovit. Hom. Odyſſ. 19.

Eurycles, vates, qui de ſe, ſuiſque incommodis aliquid ſemper divinabat. Cæl. Rhod. 5. 10. De Eurycleo Engaſtrimytho vide Palmerium pag. 464. Et Montacutium ad Photii Ep. 151.

Eurydamas, vir Trojanus. Item Hectoris epitheton, quia cuncta domabat. Item pugil nobilis Cyrenæus, cui cum inter certandum forte adverſarius, quem validum nactus fuerat, plagarum vi & frequentia dentes excuſſiſſet, ne tali ſpectaculo illi animum adderet, proindeque inſuperabilis redderetur, omnes devorabat, quâ ratione ad illum ne minima quidem facti ſuſpicio pervenit. Rhod. 21. 41.

Eurydice, uxor Orphei vatis, cujus amore captus Ariſtæus, cum vim illi inferre pararet, illa per avia fugiens incidit in colubrum in herbâ delitescentem, cujus morſu interiit. Virg. Georg. 4.

Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas altâ non vidit in herbâ.

Feram quæ Eurydicem momordit *ſerpentem* nominat Tzetzes; nam de hâc re loquens: Ταύτην (ἐυρυδίκην) ὑπ' ὄφεως φασὶ δηχθῆναι. Quod videtur ſumpſiſſe ab Apollodoro. Sic enim ille lib. 1. Ἀποθανούσης ἢ Εὐρυδίκης ὑπ γυναικὸς αὐτῦ, δηχθείσης ὑπὸ ὄφεως. Ovid. Met. 10. *viperam*, ſic ſcribens.

Cauſſa viæ eſt conjux, in quam calcata venenum
Vipera diffudit, creſcenteſque abſtulit annos.

Orpheus vero uxoris mortem ægerrimè ferens, accepta citharâ, inferos adiit, ubi Plutonem Proſerpinamque tam ſuavi carmine demulſit, ut ei uxorem ab inferis reducere permitterent, eâ tamen conditione, ne prius eam quam ad ſuperos rediiſſet, intueretur. Quam legem cum ille amoris impatientiâ eſſet prævaricatus, Eurydice denuo ad inferos eſt retracta. Virgilius ubi ſupra.

Jamque pedem referens caſus evaſerat omnes,
Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequens (namq; hanc dederat Proſerpina legem)
Cum ſubita incautum dementia cepit amantem,
Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes,
Reſtitit, Eurydicenque ſuam jam luce ſub ipsâ
Immemor heu victuſque animi reſpexit, ibi omnis
Effuſus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera.——

Ovid. Met. 10.

Hanc ſimul & legem Rhodopeius accipit heros
Ne flectat retro ſua lumina, donec Avernas
Exierint valles; aut irrita dona futura.
Carpitur acclivis per muta ſilentia trames,
Arduus, obſcurus, caligine denſus opacâ,
Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ.
Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi,
Flexit amans oculos: & protinus illa relapſa eſt.

Seneca in Hercule Oetæo.

Conſumptas iterum Deæ
Supplent Eurydices colos.
Sed dum reſpicit immemor,
Nec rediens ſibi redditam
Orpheus Eurydicen ſequi,
Cantûs præmia perdidit.

Ita quoque cæteri poetæ. Aliter tamen viſum Platoni, qui in Convivio ſuo ſic habet: Ὀρφέα ἢ Οἰάγρε ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ ἅδε, φάσμα δείξαντες ἢ γυναικος ἐφ' ἣν ἐκὼν ἦκεν, αὐτὼ δ' ὐ δόντες. Item *Eurydice* Clymeni filia, uxor Neſtoris, ex quâ ſeptem filios, & unam filiam ſuſcepit. Hom. Odyſſ. 3. Item Lycurgi uxor, quam etiam Amphitheam vocant. Apollod. lib. 2. Λυκοῦργος δὲ Νεμέαν κατοίκησε, γήμας ἢ Εὐρυδίκην, ὡς ἢ ἔνιοί φασιν, Ἀμφιθέαν, ἐγέννησεν Ὀφέλτην καὶ Ἀρχέμορον. Argumentum lib. 5. Thebaidos:

——Archemorum ſacra ſerpente peremptæ
Conſpicit Eurydice, genetrix miſeranda querelis
Intonat & placat Graiorum turba Lycurgus.

Item Acriſii uxor. Apollod. lib. 3. Εὐρυδίκη, ἣν ἔγημεν Ἀκρίσιος. Erat autem hæc Lacedæmonis filia, teſte eodem lib. 2. Item Ili uxor. Item Apollod. lib. 3. Ἴλος ἢ γήμας Εὐρυδίκην ἢ Ἀδράστου, Λαομέδοντα ἐγέννησεν.

Euryleon, Latinorum rex, qui & Aſcanius. Dion. Halic. lib. 1. Dicebatur & *Julus* & *Ilus*. Auctor Etymologici Magni ait, Æneam ab Aſcalo Aſcalionis rege humaniter exceptum, ibi uxorem duxiſſe, & filium ſuſtuliſſe, cui in hoſpitis ſui honorem Aſcalio nomen fecit, quod Romani in Aſcanium immutarunt. Vide *Aſcanius*.

Eurylochus, unus ſociorum Ulyſſis, qui ſolus Circes pocula non guſtavit, ideoque nec in ſuis figuram eſt tranſmutatus. Ovid. Met. 14.

—— Solumque ſuis caruiſſe figurâ
Vidimus Eurylochum, ſolus data pocula fugit.

Item Phlegyarum rex, qui Pherecydi ſtruxit Thebas, antequam Cadmus adveniret, qui eas poſtea reædificabat.

Eurymachus, Thebanorum potentiſſimus, qui cum Platæas noctu per proditionem cepiſſet, rebellantibus deinde omnibus vivus in hoſtium poteſtatem venit, unaque cum ſuis omnibus ſupplicio affectus eſt. Thucydides. Item unus procorum Penelopes. Ovid. 1. Ep. lib. 1.

Eurymachique avidas, Antinoique manus.

Eurymedon, pater Peribœæ, ex quâ Neptunus Nauſithoum ſuſcepit, regem Phæacum, Alcinoi patrem. Hom. Odyſſ. lib. 7. Item filius Fauni. Stat. Theb.

Proximus Eurymedon, cui paſtoralia Fauni
Arma patris——

Euryminus, vir quidam, qui cum per calumniam conaretur Caſtorem, & Pollucem fidiſſimos amicos inter ſe committere, alterum apud alterum inſimulans, poſt deprehenſus utrique dedit graviſſimas pœnas. Inde abiit in Proverb. *Euryminus*, de iis qui per calumniam conantur fidos amicos inter ſeſe committere. *Eurymas* Heſychio dicitur. Sic enim ille. Εὐρυμας Ὠλένιος τὸ γλῶσ, διάλογος ἢ, ὅθεν ἀπηλθεν ὁ Πολυδεύκης: Καὶ ἡ ἱστορία φέρει Φερεκύδη.

Eurypylus, Telephi fil. bello Trojano, cui propter Caſſandræ amorem intercrat, extinctus eſt. Item Herculis fil. qui

regnavit

regnavit in Co insulâ, & omnium Græcorum augur peritissimus fuit. Virg. Æn. 2.

Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus.——

Prop. lib. 4.

Eurypylique placet Coæ textura Minervæ.

Ubi sis vide Passeratium.

Eurystheus, Stheneli filius, Mycenarum rex, qui Junonis odio obsequens, Herculem ad difficillima quæque pericula obeunda adegit, sperans futurum, ut ponderis magnitudine opprimeretur. Quâ in re mirum in modum deceptus est. Nam ille rebus ex sententiâ confectis semper victor rediit, clariorque ex periculis & major emersit. Virgil. Georg. 3.

—— *Quis aut Eurysthea durum*
Aut illaudati nescit Busiridos aras:

Cruentus Eurystheus dicitur Seneeæ in Herc. Oetæo. Hesiod. in Scuto Herculis.

Ὤχετο πιμπλῶν ἀλιτημόνων Εὐρυσθῆα.

Hesychius: Εὐρυσθεύς, Σθενέλε καὶ Νικίππης υἱός. Seneca in Hercul. Oet.

Pœnas cruentus jam tibi Eurystheus dabit.

Euripides scribit Erystheum non in pugnâ ab Iolao interemptum, sed ibidem captum, vivum Alcmenæ traditum fuisse. Strabo autem. lib. 8. Εὐρυσθεὺς μὲν ἦν, inquit, στρατόπους εἰς Μαραθῶνα ὅτι τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθοῦντων Ἀθηναίων, ἰσχυρῶς πιέσειν ἐν τῇ μάχῃ· Τοῦτο μὲν ἄλλο σῶμα Ταρχηδόνιοι παρῶσαι φασὶ καὶ ὑπὸ κεφαλὴν χεῖσθαι ἐν τῇ Κοίλῃ, ὑπὸ κλαυτοῦ αὐτῷ Ἰόλεω· ἀφελόμενον δὲ καὶ κεφαλὴν ὑπὸ Ἀθηναίας ἀφαιρεθῆναι. Pausanias vero in Atticis simpliciter ab Iolao cæsum testatur, non addens in pugnâ an à pugnâ idipsum contigerit.

Eurytion, unus Argonautarum. Ovid. Met. 8. Alter Lycaonis fil. Pandari frater. Virg. Æn. 5. Tertius, faber argentarius. Virg. Æn. 10.

Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.

Eurytus, Oechaliæ rex, pater Ioles, qui cum ab Hercule victus, pactam ei certaminis lege filiam tradere recusaret, ab eo irato occisus est, & Iole abducta, hinc *Eurytis*. Ovid. Met. 9.

Eurytidos lacrymas admoto pollice siccat Alcmene.

Item unus ex Centauris, qui cum Theseo Hippodamiam vi eripere vellet, ab eo est occisus.

Eusebius, cognomento Pamphili (quomodo vocabatur ob amicitiam cum Pamphilo martyre, teste Hieronymo) Cæsareæ Palæstinæ episcopus, quem πολυμαθῆ, καὶ πολυίστορα meritò appellat. Geo. Cedrenus. Vide Voss. de Hist. Gr. lib. 2. cap. 17. Præcipue vero Valesium in nuperâ editione Euseb. Hist. Eccl. Item *Eusebius* Scholasticus de quo Voss. Hist. Gr. lib. 3. cap. 18.

Eustathius, martyr, inter aulicos Trajani Principis, Placidus antea vocatus. Volaterr. Item *Eustathius* Epiphaneus, scripsit temporum epitomen ab Æneâ usque ad Anastasium principem sub quo fuit. Vide Suidam.

Eustathius, Præsul Antiochenus, adversus Arianorum dogma multa composuit sub Constantino Principe, pulsus demum est in exilium Tripolim, Thraciæ civitatem, ubi & sepultus est. Sunt quoque ipsius volumina de animâ, epistolæque plurimæ. Hieronymus.

Eustathius, Archiepiscopus Thessalonicensis, in Homerum, & Dionysium commentarios edidit. Auctor quoque creditur 6 librorum de Ismeniæ & Ismenes amoribus, verum in libris nonnullis *Eumathius* dicitur. Vixit Manuelis Comneni temporibus circa An. Dom. 750. Item sub Alexio Comneno, & improbo illo Andronico, ut constat ex Niceta Choniate, cui Eustathius hic vocatur nunc ὁ πολὺς καὶ μέγας ἐν λόγοις, nunc autem ἀρετῇ διαβοηθεὶς καὶ ἀπαρτιχῇ, ac à prudentiâ item singulari, & doctrinâ multijugâ celebratur. Item alius fuit *Eustathius* Syrus, orator insignis, qui à Nicephoro Call. in procemio inter eos refertur historicos, ex quibus suam consarcinarit historiam Euagrius Scholasticus.

Eustephius, Aphrodisiæus sophista, scripsit declamationes. Suidas.

Eustochium, Paulæ mulieris Romanæ filia, Latinarum, Græcarum, & Hebraicarum literarum perita, unde & suo tempore *novum orbis prodigium* vocata est: Ingenium sacris literis maximè devovit, atque adeo, ut Psalmos Hebraicè legeret cursim & mirâ celeritate. Quâ in re amorem B. Hieronymi sibi maximè conciliavit.

Eustochius, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem Principem, de Cappadociæ, aliarumque gentium antiquitate. Volaterr.

Eustratius, philosophus qui in ethica Aristotelis scripsit. In Bethleem civitate sepultus est.

Euterpe, una Musarum, quæ mathemata, vel, ut aliis placet, tibias invenit; à *concentus suavitate* nomen trahens. Est enim Εὖ *bene*, τέρπειν *delectare*. Virgil.

Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

Euthydemus, Rhetor, & Orator, qui quum ingentes opes à majoribus suis accepisset, ipse & dicendi facultatem, & gloriam addidit, & non solum in patriâ magnus fuit, sed etiam in Asiâ primos honores adeptus est. Strab. lib. 14. Item alius Massilicus Philosophus Apollonii Tyanæi præceptor.

Euthymanes, Massilienfis, Geographica conscripsit, uti constat ex epitome Artemidori Ephesii. Nisi fortè *Euthymenes* legendum. Sanè *Euthymenes* Chronographus, qui Homerum unà cum Hesiodo floruisse scripsit, à Clem. Alex. citatur.

Euthymenes, Chronica condidit, Clem. Alex. Strom.

Euthymius, Archimandrita in Palæstinâ, cujus vitam scripsit discipulus ejus Cyrillus Monachus.

Euthymius, Zygabenus historicus Græcus, Saracenica scripsit, ubi non satis semper veritati litat, eo quod usus sit pravâ Alcorani tralatione. Non parum tamen laudis invenit commentando in Psalmos, & 4 Evangelia; eo quòd sit *in verborum proprietatibus observandis diligentissimus*, ut optimè censet Maldonatus in Matt. 17. 18. Vide Voss. H. Gr. lib. 2. cap. 27.

Euthymus, pugil in Locris Italiæ, qui *Epizephyrii* cognominantur. Hunc semel à Thasio Theagene victum tradit Pausanias, non justo quidem certamine, sed circumventum dolo, unde nec Theageni decretus honor, insuper damnatus, ut mulctæ nomine talentum Euthymo solveret. Vide Æl. Var. Hist. lib. 8. & Plin. 7. 4. 7.

Eutocius, Ascalonita, commentaria fecit in Conica Apollonii: nec non in Archimedem de sphærâ, & cylindro, deque circuli dimensione, item æquiponderantibus. Theone, & Pappo, esse recentiorem, inde cognoscimus, quod ab utroque celebretur.

Eutrapelus, homo quidam calidissimus. Horatius.

— *Eutrapelus cuicunque nocere volebat*
Vestimenta dabat pretiosa.——

Item tonsor Mart. lib. 7.

Eutrapelus tonsor dum circuit ora Luperci.

Ubi à quibusdam interpretatur, comis, facetus, dicax.

Eutropius, sophista Italus, ut eum vocat Suidas, cùm alia quædam, eodem teste, tum breviarium scripsit Rerum Romanarum, ab U. C. Usque ad Flavium Valentem Aug. cui opus suum dicavit, Opus illud Græcè versum postea fuisse à Capitone Lycio, testatur Suidas. Militasse se ait sub Juliano, atque expeditioni ejus in Persas interfuisse. Quò & pertinent verba Georgii Codini in Selectis de originibus Constantinopolitanis, ubi sic scribit, Εὐτρόπιος ὁ σοφιστὴς, ὁ τοῦ μεγάλου Ἰουλιανοῦ συμπεραστὴς ἐν τῇ Περσίδι. Laudat vero eum testem in rebus Constantini M. quæ oculis suis vidisse eum ait. Vide Voss. de Hist. Lat. 2. 8. Item *Eutropius* consul cum Valentiniano Augusto, an U. C. 1140. Et cum Theodoro an. 1152.

Eutyches, Constantinopolitanus Abbas, tertius post Manetem & Apolinarem, alium affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei; Negabatque Christi carnem nostræ similem, nec duas in eodem supposito naturas esse, sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in Virginis uterum tanquam solis radios penetrasse, ut visum sit sane ex muliere generatum, quamvis vero generatum non sit. In hunc celebrata est quarta Synodus. Volater.

Euxenus, prisca ac fabulosa Italorum tempora carmine persequutus est. Dion. Halic. lib. 1.

Euxinthus, Lebenius Leucocomæ amator, de quo vide Strab. lib. 10. Et Plut. in Erotico.

Exagonus, legatus Ophiogenum, qui sunt populi in Cypro. Is cum Romam venisset, ibique de herbarum viribus multa differeret, volens, conjectus est à consulibus in dolium plenum serpentibus, experimenti causâ, ubi serpentes ipsi non solum eum non mordebant, sed etiam linguis demulcebant. Plin. lib. 28. cap. 3.

Excetra, dicta est Hydra serpens. Plaut. in Persa. *Nam cum leone, & cum Excetrâ, cum cervo, cum apro Ætolico cum avibus Stymphalicis, cum Antæo delucturi maximum.* Vide *Hydra*.

Execestus, Phocensium tyrannus duos gestabat incantatos annulos, & sonitu, quem invicem inter se edebant, rerum gerendarum tempus sciebat, mortuus tamen est dolo interfectus, etiamsi id ei prius significasset sonitus. Arist. ubi de Rep. Phocensium. & Clem. Alex. Strom. 1.

Exoucontii, hæretici Ariani, qui conabantur docere filium Dei ex nullis subsistantiis factum esse, i. e. ἐκ μὴ ὄντων.

F A

Fabia, mulier Romana, quæ Fabium Fabricianum interfecit ut liberius posset lascivire cum Petronio Valentiano liberali formâ adolescentulo, quocum adulterii consuetudinem habebat. Plut. In Paralel.

Fabianus Papyrius, naturæ rerum peritissimus fuit. Plin. 36.15. Hujus quoque meminit Seneca in Epistolis. Item 19. Romanorum Episcopus martyrio coronatus. Euseb. 6. 21. An. Dom. 151.

Fabii, Romani nobilissimi, simul ac potentissimi (quibus à *fabâ* cognomen erat, utpote quorum primus fabam optimè serebat; sic Cicerones, Lentuli, Pisones.) qui bellum adversus Veientes soli cum suis clientibus & servis in se receperunt, cumq; ex levibus aliquot præliis sæpius victoriam reportassent, tandem ad Cremeram flu. insidiis circumventi, ad unum omnes cæsi sunt. Ovid. Fast. 2.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes,
Ad bellum missos perdidit una dies.

Ex tantâ Fabiorum clade unus tantum superfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat; ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabundâ quâdam prudentiâ rem Romanam, aliorum Imp. temeritate labefactam, primus restituit, adeo, ut verissimè de eo Ennius dixisse videatur.

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Ovid.

Scilicet ut posses olim tu Maxime nasci,
Cui res cunctando restituenda foret.

Manil. lib. 1.

Invictusque morâ Fabius.——

Claud. de bello Getico:

——*Lento lustramine Pœnum*
Compressit Fabius.——

Silius, lib. 7.

——*Lento Pœnum moderamine lusit.*

Idem lib. 16.

——*Peperitque sedendo*
Omnia cunctator nobis.

Idem alibi:

Solers cunctandi Fabius cèu nocte sub atrâ
Munitis pastor stabulis per ovilia clausum
Impavidus somni servat pecus, effera sævit
Atque impasta truces ululatus turba luporum
Exercet, morsuque quatit restantia claustra.

Ubi bonum Imperatorem compalat cum vigili pastore; Uti libro primo eundem Fabium bono publico consulentem induxit eodem modo quo Gubernator navi prospicit uti videre est in his:

Providus hæc ritu vatis fundebat ab alto
Pectore præmeditans Fabius surgentia bella.
Ut sæpe è celsâ grandævus puppe magister
Prospiciens signis venturum in carbasa Corum
Summo jamdudum substringit linteа malo.

Val. Max.

Fabius Maximus, cujus non dimicare, vincere fuit.

Liv. lib.

Matura res erat, tergiversatur tamen Fabius.

Fabii genus suum ad Herculem referunt. Unde Ovidius, Fast. 2.

Ut tamen Herculeæ superessent semina gentis,
Credibile est ipsos consuluisse Deos.

Juvenalis Sat. 8.

Natus in Herculeo Fabius lare.

Lege Is Plut. in *Fabio*, Festumque in *Fovii*. Sil. lib. 2.

——*Fabius Tirynthia proles*
Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis
Abstulit una dies, cum fors non æqua labori
Patricio Cremeræ maculavit sanguine ripas.

Ubi Ovidio scripsit longe consultius, cujus verba superius adduxi; neque enim credibile est omnes prorsus Fabios cæsos uno duntaxat excepto quod idem Ovidius accinit:

Nam puer impubes & adhuc non utilis armis
Unus de Fabiâ gente relictus erat.

Et quidem contentionis funem cum Ovidio traxerunt Gellius 17.21. Orosius 2.5. Sex. Pompeius voce *Numerius*. Servius in illud *Quo fessum rapitis Fabii*, Eutrop. lib.1. Plin. de Viris Illustr. Sed his omnibus scriptoribus idem scribentibus unum ausim Dionysium apponere, qui hoc loco Ὀι δ' πάντα. Nam indubitanter ex 300 plures impuberes reliquerant domi filios, plures graves ætate parentes, & bello immunes, pluribus erant fratres bello immaturi. Unde verò emersa sit opinio de unico superstite Fabio ad rationes superas idem Halicarnass. Dionysius, lib. 9. Archæolog. dexterè aperit: Τῶ μηκέτι πρὸ ἄλλων ἀπομαχῆ πυκὰ, καὶ λαμπρῶς ἔχα τὰ ἐν θ, τὰ ἢ ἀνδραποδίντ θ γηνέας, παύτων φροντίσαι τοῖς πολλοῖς ἔδοξαν, ὅτι μόν θ ἐκεῖν θ ἐκ πρὸ Φαβίων ἦσαν λοιπὸς ἦν, οὐχ ὡς μηδενὸς ἄλλε ὄντος, ἀλλ' ὡς μηδενὸς ἐκείνοις ὁμοίε, ἀρετῆ τεκμαιρόμενοι τὸ συγγενές, ὃ τῆ φύσει.

Fabiola, Romana mulier, quæ cum magno studio sacras literas amplecteretur, Evangelia, & psalmos frequentissimè revolvebat, ut iterata plerumque lectio amorem divinæ religionis (quâ deflagrabat) augeret magis, unde & D. Hieronymus librum de veste sacerdotali eidem nuncupavit.

Fabius Maximus, consul cum C. Jul. Cæsare, an. U.C. 709. Hic in Hispaniâ Pompeianos vicit, Hispanias per deditionem accepit.

Fabius Max. Romani exercitus Imperator adversus Pœnos creatus, collatis manibus, cunctos ad unum amisit commilitones, ac ipse accepto mortifero vulnere in Annibalem cursu vehementi concitatus, juxta eum oppetiit. Plut. Paral.

Fabius Fabricianus, captâ Tuscio (ea est primaria inter Samnites civitas) victoriosam Venerem, quæ in fumno apud illos habebatur honore, Romam misit; Hujus uxor cum adolescentulo speciosо adulterium committebat: quocirca redeuntem virum dolosè obtruncavit. Fabricianum vero adhuc infantem, ex urgenti liberatum periculo, clam curavit alendum. At ille cum ad ætatis vigorem pervenit, matrem & adulterum interfecit. Senatus autem ne res illa Fabriciano esset fraudi decrevit. Plut. Paral.

Fabius Marcellinus, non parum laudis adeptus est in Alexandri Mammæi Vitâ. Vide Voss. Hist. Lat. pag. 703.

Fabius, homo loquax apud Horat. Serm. 1. Sat. 1.

Cætera de genere hoc (adeo sint multa) loquacem ut
Delassare valent Fabium.——

Vide Veterem Schol. & Lævin. Torrentium in loc.

Fabius Pictor, primus Romanorum solutâ oratione historiam scripsit. Ideoque *Scriptorum antiquissimus* à Livio dicitur, lib. 1. & *longè antiquissimus auctor*, lib. 2. Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 1. cap. 3. qui & alterius Fabii Maximi Serviliani ibidem meminit.

Numerius *Fabius* Pictor condidit Annales Græcos, de quo Cicero, lib. 1. de Divinat. & Halicarn. Dionys. lib. 1. Antiq. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 471.

Fabius Rusticus, historicus Latinus, floruit sub Claudio ac Nerone. Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 1. pag. 129.

Fabius Cerilianus, (ut Vopiscus in Caro ait) *tempora Cari, Carini & Numeriani, solertissimè persecutus est.* Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 2. cap. 4.

Fabius Marcellinus, Historicus, de quo Voss. de Hist. Lat. lib. 3. pag. 703.

Fabricius, Rom. civis frugalissimus, qui in tenuissimo censu Samnitum munera forti animo sprevit. Patellam & salinum ex argento tantum, colendorum deorum causâ, domi habuit, ita tamen ut patella corneo pediculo sustineretur. Cujus filiæ ob paupertatem de publico dotibus ornatæ ad maritos ierant, portantes gloriam domesticam, pecuniam pulicam. Hunc Pyrrhus Epirota nullo auro, nullis pollicitationibus expugnare potuit, ut secum esse vellet, ac proximum à se locum obtineret. Itaque dixit Pyrrho; Non hoc illi conducibile esse, *nam si Epirotæ*, inquit, *ambo nos norint, à me regi, quam abs te mallent.* Cicero, lib. 3. Off. Virgil. Æn. 6.

——*Parvoque potentem*
Fabricium.——

Vide Val. Max. 4. 3. Claud. Paneg. in 4. Cons. Hon.

Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis,
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.

Idem de bello Gildonico.

Noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius regi mutatâ fraude remisit.

Vide Florum, 1. 18. Gellius, 3. 9.

Fama, apud veteres pro Numine habebatur. Hesiodus de eâ Ὠδε γάρ τις δὴ κ' αὐτή. Dio Chrysost. Orat. 37. Aristides in 2. Platonicâ, Demosthenes de falsâ legat, & Æschines contra Timarchum, omnes Θεὸν nominant, & omnes Hesiodum advocant. Virg. Æn. 4.

Hæc passim Dea fœda virum diffundit in ora.

Statius Theb. 2.

Nec minus Ogygias eadem Dea turbida terras
Insilit. ——

Idem lib. 3.

Terga comasque Deæ Scythicâ pater increpat hastâ.

Utrobique

Utrobique ſermo eſt de Famâ. Unde etiam & Aras ſuas habuit. Pauſanias in Atticis: *Eſt ſua apud illos Pudori, Fame, Alacritati Ara.* Æſchines in Orat. contra Demoſthenem: Καὶ τῇ μὲ Φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν, ὡς θεῷ. Denique Ariſtides Orat. de non agendis Comœdiis Κλεηδόνι βωμὸς tribuit.

Fannia lex lata eſt an. U. C. 508. quæ ludis Romanis, item ludis plebeiis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus, in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit, decemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos: cæteris autem omnibus denos. Gell. 2. 14. Vide Macrobium Sat. 3. 17.

Fannii, oratores duo fuere, quorum Caius Fannius, qui conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſociis, & nomine Latino contra Gracchum reliquit. Alter autem Caius Fannius M. F. C. Lælii gener, & moribus & ipſo dicendi genere clarior, de his plura apud Cic. in Bruto.

Fannius, Poeta fuiſſe dicitur non admodum bonus, cujus tamen poemata in ædem Apollinis & Muſarum, aliamve bibliothecam cum imagine] fuerunt delata. Horatius, lib. 1. Sat. 4.

——*Beatus Fannius, ultro*
Delatis capſis, & imagine: cum mea nemo
Scripta legat vulgo recitare timentis.

Eundem Sat. 10. *ineptum* vocat.

Fannius Cepio, deprehenſus in conjuratione adverſus Auguſtum, mortem ſibi conſcivit. Martialis.

Hoſtem cum peteret, ſe Fannius ipſe peremit,
Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

Fas, illud dignum notâ, & obſervatione, priſcos Romanos Juſtitiam *Fas* appellitaſſe. Auſon. Idyll. de Diis.

Sunt & cœlicolum monoſyllaba, prima Deum Fas,
Quæ Themis eſt Graiis.——

Prima deum, inquit, i. e. antiquiſſima, à quâ ſecundam facit Rheam, quæ alio & Latino nomine appellatur *Ops*. Feſtus. *Themin deam eſſe putabant, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſſet, eamque id eſſe exſtimabant quod & Fas eſt.* Cui aſtipulatur vetus Gloſſarium, Θέμις, *Fas, Juſtitia.*

Faſcelis, Dianæ cognomentum, quæ apud Ariciam colebatur à *faſce* lignorum impoſitum, in quo Oreſtes & Iphigenia ejus ſimulacrum abſconderunt, cum ex Tauricâ regione in Italiam illud adferrent. Lucil. lib. 3.

——*Sæpe quod ante*
Optaſti, freta Meſſaneu, Rhegina videbis
Mœnia, tum Liparas, Faſcelidis templa Dianæ.

Fauna, deæ cujuſdam nomen erat, cui à Romanis matronis in operto ſacra fiebant nocturno tempore, viri autem tantâ curâ ab ejus ſacris arcebantur ut vel in ædem ejus inſpexiſſe capitale haberetur. Rationem hujus affert Macrobius Sat. 1. 12. Faunam, dum inter homines ageret, Fauni uxorem fuiſſe tantâ pudicitiâ, ut perpetuo gynæceo, eſt hoc mulierum conclavi inclusâ, nullum unquam virum præter maritum aſpexerit. Varro eandem eſſe exiſtimat, quæ & Telluris, & Terræ nomine à Romanis colebatur. Eadem & *Fatua* dicebatur, quod nomen à *fando* deductum volunt, quòd infantes non prius vocem edant, quam terram attigerint: Eadem & *Bona Dea* vocata eſt, quòd omnia, quæ ád victum pertinent, bona ſuppeditet.

Faunalia, feriæ nonis Decemb. in honorem Fauni celebrantur, quarum meminit Alex. ab Alex. 3. 18.

Fauni, agrorum, & ſylvarum putati ſunt dii, qui poſt longum tempus moriuntur, quòd è terrâ geniti ſint. Græci *Satyros* vocant. Virg. Geo. 1.

Et vos agreſtum præſentia numina Fauni.

Ovid. Met. 1.

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni.

Idem Met. 6.

— *Ruricolæ ſylvarum numina Fauni.*

Vide Plin. 12. 1.

Faunus, antiquiſſimus Aboriginum rex, filius Pici, pater Latini, à quo ruſtica prædicta numina genita putantur, quos *Faunos*, vel *Sylvanos* poetæ appellant, cornutis capitibus, & caprinis pedibus inſignes. Cæterum de *Fauno*, & *Faunis* vide N. Comitem Mythолog. 5. 9.

Favonius, ventus ab occaſu æquinoctiali ſpirans contra Subſolanum. Plin. 2. 47. à *fovendo* dictus, quòd cuncta *foveat*. Lucret. lib. 1. *Genitabilis aura Favoni.* Græci *Zephyrum* vocant.

Favorinus, philoſophus, Arelate oriundus, Dionis auditor, præterea Eunuchus, & Adriano principi infenſus. Ideo tria de ſe mira narrare ſolebat, *ſe Gallum Græciſſare, Eunuchum mœchum putari, & inimicum Imperatori vivere.* Ob quam cauſam ſtatua ejus disjecta Athenis, ubi vivebat. Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare, hæreſque librorum ab eo factus eſt Philoſtratus; Gellius hujus ſæpè meminit. Ælian. de Var. Hiſt. dicit hunc quandoque in diſputatione quâdam Adriano ceſſiſſe, admirantibuſque proximis, *Nonne cedam*, inquit, *ei qui habet 30 legiones?*

Febris, Dea culta eſt à veteribus, ne noceat. Val. Max. Cic. 3. N. D. *Febris enim fanum in Palatio conſecratum videmus.* Plin. 2. 7. *Febri fanum in Palatio dicatum eſt.* Duo etiam alia Febris fana Romæ fuere, unum in capite vici Longi, alterum juxta monumenta Mariana.

Februa, dea apud antiquos, quæ mulierum menſtruis præerat, dicta à *Februis*, i. e. *purgationibus*, quod fœminas poſt partum ſecundis exeuntibus purgare putaretur.

Februa, ſacra erant, quæ Diis manibus placandis dant menſe Februario. Ovidius Faſt. 2. libro ſecundo Faſtorum.

Februarius menſis ita dicitur, quia tum *februaretur* populus, h. e. *expurgaretur*. Nam duodecim diebus continuis tum pro defunctorum manibus *februa* fiebant, h. e. *ſacrificia καθάρσια*, ſive *expiatoria*. Varro, lib. 5. de LL. *Ut iidem ſcriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum heis parentetur. Ego magis arbitror, Februarium à die Februato, quod tum februatur populus, id eſt, Luperceis nudis luſtratum antiquum oppidum Palati, nunc gregibus humanis cinctum.* Ita eum locum legit Scaliger. Ovid. Faſt. 2.

Februa Romani dixere piamina patres,
Nunc quoque dant verbo plurima ſigna fidem.
Pontifices à Rege petunt, & Flamine Lanas
Queis veterum linguâ Februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina certis
Turbida cum micâ farra vocantur idem.
Nomen idem ramo; qui cæſus ab arbore purâ
Caſtâ ſacerdotum tempora fronde legit;
Ipſe ego Flaminiam poſcentem februa vidi:
Februa poſcenti pinea virga data eſt.
Denique quodcunque eſt, quo corpora noſtra piantur,
Hoc apud intonſos nomen habebat avos.
Menſis ab his dictus, ſectâ quia pelle Luperci
Omne ſolum luſtrant, idque piamen habent.

Feſtus: *Februarius menſis dictus, quod tum, id eſt extremo menſe anni, populus februaretur, id eſt, luſtraretur ac purgaretur: vel à Junone Februatâ, quam alii Februalem, Romani Februlim vocant: quod ipſi eo menſe ſacra fiebant, ejuſque feriæ erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur à Lupercis, amiculo Junonis, id eſt, pelle caprinâ, quam ob cauſam is quoque dies februatus appellabatur. Quæcunque denique, purgamenti cauſâ in quibuſque ſacrificiis adhibentur, februa appellantur: id vero quod purgatur dicitur februatum.* Eit præterea triplex Sententia de menſis ejus appellatione. Una eſt eorum qui putant nomen eſſe à Deo *Februo*, quem pleriq; *Plutonem* vel *Plutonis patrem* arbitrantur. Servius in 1. Georg. *Februus Ditis pater eſt, cui eo menſe* (Februario) *ſacrificatur.* Iſidorus lib. 5. cap. 33. *Februarius nuncupatur à Februo, id eſt, Plutone, non à febre, id eſt, ægritudine*, nominatur. Utrumque etiam conjungit Honorius Auguſtoduhenſis, lib. 2. qui eit de temporibus, cap. 5. *Secundus Februarius, à Februo, i. e. ab idolis, à Plutone Deo infernali, cui hoc menſe ſacrificabant, dum civitatem in ejus honorem luminibus luſtrabant. Dicitur etiam à Febre, i. e. frigoribus, quia frigidum eſt illud tempus.* De *Febre* etiam conſentire videtur Scriptor Iſagoges, quæ Sorani Epheſii nomen præfert. cap. 16. *Februario venam de pollice incidendam; quia tum febricitat terra, & omnia quæ in ea ſunt.* Tertium etymon docet Athenæus, lib. 3. ubi ait Jubam Maurum putaſſe Φεβρυάριον vocari quaſi φοβερὸν. Sic enim dici ἀπὸ τῆς κατὰ θεῶν φόβου καὶ ἀναίσχυντου τῶν δεισιδαιμόνων. Quartum etymon Suidæ eſt tane ridiculum. Nomen is accepiſſe ait à *Februario* quodam Romano Conſule, natione Gallo. Cum enim Camillus de Tyrrhenis triumphaſſet, invidia percitum clamaſſe ait, non Camillo victoriam deberi, ſed Fortunæ Romanorum: ad hæc falſis teſtimoniis inſontem, velut ad tyrannidem aſpiraret, ejeciſſe: Sed Camillum, cum Romam à Gallis recuperaſſet, cauſam in judicium adduxiſſe, oſtendiſséque *Februarium* omnium eſſe malorum caput ac fontem, propteréque hunc à Lictoribus veſte nudatum, & ſcirpeâ ſtoreâ indutum, adhæc virgis cæſum, urbe eſſe ejectum, relicto ab eo nomine menſis, ſed cæteris brevioris.

Felicitas, Romana mulier, quæ filios pro religione Chriſtianâ ſub Antonino mori læta conſpexit. Item dea, quam Romani venerabantur. Aug. de Civitate Dei.

Felicula, virgo ingenua, quæ cum nullis tormentis aut pollicitationibus à Chriſtianâ religione diverti poſſet, juſſu Flacci Comitis in latrinas detruſa eſt, & ibidem mori coacta.

Felix, Claudii Cæſaris libertus, Pallantis, qui omnia apud Claudium potuit, frater fuit, Judææ præfectus, & cuncta malè facta ſibi impune ratus, tantâ potentia ſubnixo, ut ait Tac. An. 12. qui de eodem Hiſt. 5. *Antonius Felix per omnem ſævitiam ac libidinem jus regium ſervili ingenio exercuit.* Nihil minus quam Arcadiæ Regibus ortus, quod illius adulatores plebi perſuadere volebant. Et hic tamen homo ſervili & ortu & ingenio, cohortibus quibuſdam & provinciæ Judææ præpoſitus fuit. Uxorem duxit Druſillam, Antonii Triumviri neptem, quâ mortuâ duxit filiam regis Agrippæ, quæ & ipſa Druſilla vocabatur, cujus mentionem facit B. Lucas Act. 24. Denique aliam quandam Heroinam duxit, ut indicat Suetonius in Claudii Vita, c. 28. *Trium reginarum maritum* illum appellans. Joſeph. Ant. 20. 14. Tacito lib. 12. vocatur *M. Antonius Felix.*

Felix, nomen 3 epiſcoporum Romanorum. Item duorum Conſulum. Unus conſul cum Tauro an. U. C. 1181. Alter cum Secundino, an. U. C. 1265.

Femella Amatriciana, mulier conſtantiſſima, quæ quum intellexiſſet filium demiſſo minus animo ad ſupplicium trahi, eidem occurrens juſſit, ut exuto periculi metu, cœlum & Solem ſuſpiceret, quod cum feciſſet, *An*, inquit, *ignoras fili, te confeſtim in arces illas emigraturum?*

Feneſtella, hiſtoricus Rom. ſæpe citatur à Plinio. Mortuus eſt Cumis, Auguſti tempore. Euſeb. *Feneſtella* alter, cujus de ſacerdotiis & Magg. Rom. ſcriptum extat eo multò eſt recentior. Verus quippe ſcriptor eſt Andreas Dominicus Floccus Florentinus, de quo Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 101. & pag. 581. Eſt & Portæ Romanæ nomen. Ovid. Faſt. 6.

Nocte domum parvâ ſolita eſt intrare feneſtrâ,
Unde Feneſtellæ nomina porta tenet.

Feretrius, dictus eſt Jupiter, non à *pace ferendâ*, (ut quibuſdam placet) ſed *à ferendis ſpoliis*. Nam Romulus devictis Ceninenſibus, hoſtium ſpolia, ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu ſuſpenſa Jovi conſecravit, eodemque in loco Jovi Feretrio templum condidit: authorque fuit poſteris, ut eò capta ex hoſtibus ſpolia deferrent. Numæ Pompilii lex prima: *Quo jus auſpicio claſſe procincta opima ſpolia capiuntor. Jovei Feretrio bovem cædito, qui cepit æris trecenta darier oporteto.* Quanquam alii à *ferendo* ſic appellatum malint. Vide Livium & Dionyſium in Romuli hiſtoriâ. Itemque Plut. in Romulo & Marcello. Et ante omnes Propertium lib. 4. Eleg. penult. cujus initium.

Nunc Jovis incipiam cauſas aperire Feretri.

Feronia, nemorum dea, à *ferendis arboribus* dicta. Hæc lucum habuiſſe fertur ſub monte Soracte, qui cum fortuitò aliquando arſiſſet incendio, & ob id transferre inde ſimulacrum accolæ vellent, ſubitò aiunt nemus revireſcere; unde Virgil. Æn. 7.

——— *Et viridi gaudens Feronia luco.*

Silius lib. 13.

——— *Itur in agros*
Dives ubi ante omnes colitur Feronia lucos,
Et ſacer humectat fluvialia rura Capenas.

Strabo author eſt, eos qui Feroniæ numine afflabantur, nudis pedibus ardentes prunas ſine ullâ læſione perambulare ſolitos.

Fides, Dea à Romanis culta, teſtibus Cicerone, Lactantio, & Auguſtino. Silius lib. 1.

Heu priſcis Numen populis, ac nomine ſolo
In terris jam nota Fides.

Idem lib. 6.

Nec levior, mihi Diva Fides:

Plautus in Ciſtell.

——— *Per Fidem quod creditum eſt.*

Val. Max. l. 3. c. 2. *In ædem Fidei publicè convocati patres.* Idem 6. 6. *Venerabile Fidei numen.* Dionyſ. Halicarn lib. 2. ubi de Numâ: Πρῶτον ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο Πίστεως δημοσίας, καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς δημοτελεῖς.

Fidius Deus, Jovis fil. à *fide* dictus cui præeſt, ut nonnullis placet. Plautus. *Per deum Fidium credis jurato mihi.* Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeo, ut templa cum ſacrificiis meruerit. Cultus eſt in Quirinali jugo Nonis Junii. Ovid. Faſt. 6.

Fimbria perditiſſimæ audaciæ homo, & ad quodvis facinus deſignandum accommodatiſſimus, qui Craſſum interemit, unde Luc. lib. 2.

——— *Truncos laceravit Fimbria Craſſos.*

Aug. de Civ. Dei. 3. 7. Certe enim civilibus jam bellis ſcatentibus quid miſerum commiſerat Ilium, ut à Fimbria Marianarum partium homine peſſimo everteretur, multò ferocius atque crudelius, quàm olim à Græcis? Nam tunc & multi inde fugerunt, & multi captivati ſaltem in ſervitute vixerunt Porro Fimbria prius edictum propoſuit, ne cui parceretur; atque urbem totam, cunctoſque in eâ homines incendio concremavit. Appianus quoque in Mithridatico ſcribit, poſtridie ejus diei quo Ilium conflagravit, Fimbriam ipſum ſuis oculis omnia diligenter eſſe ſcrutatum, nunquid ſupereſſet integrum, ut illud quoque diruëret & incenderet. Hic in funere C. Marii Qu. Scævolam virum ornatiſſimum & ſanctiſſimum vulnerandum curavit. Et ubi ferrum non altè in corpus deſcendiſſe accepiſſet, diem illi dixit. Admirantibus cunctis quod Pont. Max. optimum totius urbis civem accuſaret, & crimen expectantibus, dixit ſe illum accuſare quod non totum telum in corpore excepiſſet. Cic. pro Roſc. Amer.

Jul. *Firmicus*, reliquit Aſtronomicon libb. 8. Conſtantini M. & libb. ejus temporibus vixit. Primus vero huic artis patrocinium ſuſcepit: ſic tamen ut callidè negaret imperatorum geneſin eſſe aſtrologorum regulis ſubjectam. Satis vero frigidè Firmicum hunc laudat hujus ſcientiæ ſcientiſſimus Hieron. Cardanus in quartum Ptolemæi contextu 74. ubi commendato Ptolemæo ſubjungit: *Quare dico cavendum eſſe ab omnibus aliis libris; niſi quis velit legere commentaria Haly, & Firmicum ob linguæ candorem, & memoriam vetuſtatis.* Voſſius. Alius ab hoc eſt Jul. *Firmicus*, qui ſcripſit de erroribus profanarum religionum. Delrius ad Sen. Trag. pag. 11.

Firmianus. Vide *Lactantius.* Sophronii verſio habet φιρμιλιάνος. Quo nomine fuit Cappadox Cæſarienſis Epiſcopus apud Euſeb. Hiſt. Eccl. cujus etiam Theodoretus mem. lib. Hæreticarum Fabularum, in Paulo Samoſateno, qui eum virum illuſtrem appellat: & qui utramque habuerit eruditionem, externam viz. & divinam. Floruit autem Gregorii M. temporibus.

Flamen, Sacerdotem ſignificat. Tres autem erant *Flamines* apud Rom. qui cognomina ab eo Deo cui ſacra faciebant, ſumebant. Dialis à Jove, Quirinalis à Quirino. Martialis à Marte. Dicti quaſi *Filamines* à filo quo cingebant caput. Ita Feſtus, & Priſcianus. Varro etiam lib. 4. de LL. *Flamines*, inquit, *quòd caput velatum habebant filo.* Plutarchus à *Pileo*, quaſi *Pileamines* dictos arbitratur. Mihi nec à filo, nec à pileo id nomen accepiſſe videntur, inquit Voſſius. Longius enim vocabula hæc abeunt. Sed eſt *Flamen*, à *Flameo*, hoc eſt, *albo galero*, ſeu *velamento capitis* quo utebantur. Id autem flameum vocatum à *flameo colore*, hujus vero coloris erat, quia erant ſacerdotes Jovis Tonantis, cui is color convenit. Ita Feſtus. *Flameo veſtimento Flaminica utebatur*, id eſt, *Dialis uxor, & Jovis Sacerdos, cui telum fu minis eodem erat colore.*

Flaminicæ, Pontificum uxores dicebantur. Summæ autem curæ fuit veteribus ne Flaminicæ ὑποδήματα ſive ſandalia ex morticino corio geſtarent. Feſtus: *Mortuæ pecudis corio calceos, aut ſoleas fieri Flaminicis nefas habetur, ſed aut occiſæ alioqui, aut immolatæ, quoniam ſuâ morte extincta omnia funeſta ſunt.* Servius: *Sane Flaminicæ non licebat neque calceos, neque ſoleas morticinos habere.* Hxc Neapolis ad illud Faſt. 1.

Scortea non illi fas eſt inferre ſacello.

Ubi etiam Varronem adducit lib. 6. de LL. *In aliquot ſacris, ac ſacellis ſcriptum habemus: Ne quid ſcorteum adhibeatur, ideo ne morticinum quid adſit.*

Flaminius, civis Rom. à quo *via Flaminia*, *arcus Flaminius*, & *forum Flaminium*, conſul cum Annibale pugnans ad Thraſymenum lacum interfectus eſt: cujus cadaver inter mortuos ab Annibale quæſitum, nec inventum. Livius.

Flaminius, prænomine Quintus Superioris filius, qui Philippum Macedoniæ regem vicit, filiumque Demetrium obſidem dare coegit. Plutarchus in Flaminio.

L. Flaminius, quem Cato Cenſorius ignominioſè à ſenatu expulit, quòd Gallum quendam, in gratiam pueri quem deperiſſet, tum cum Galliæ præerat, interfeciſſet. Livius.

Flora, Dea Romanorum, quam floribus præeſſe volebant. Hanc meretricem fuiſſe aiunt, quæ cum magnas opes corporis quæſtu quæſiviſſet, pop. Rom. ſcripſit hæredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant *Floralia*, ſive ludos *Florales.* Quod quia Senatui flagitioſum tractu temporis videbatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, Deam finxerunt eſſe, quæ floribus præſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus & vitibus bene proſpereque floreſcerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laſcivia, convenienter in memoriam meretricis, nam præter verborum licentiam nudabantur flagitante populo, meretrices, quæ ſpectatores impudicis moribus detinerent. Ovid. Faſt. 5.

Quærere conabar quare laſcivia major
His foret in ludis liberiorque jocus.

Arnob. lib. 7. *Exiſtimatur tractari ſe honorifice Flora, ſi*

in

in suis ludis flagitiosas conspexerit res agi. Nudatæ tunc in scenâ mimæ, teste Senecâ; & quid non actum impudentius sub Floræ clypeo? Æl. Lampr. de Heliogabalo: *Hieroclem vero sic amavit ut ejusdem inguina oscularetur, quod dictu etiam verecundum est; Floralia sacra se asserens celebrare. Adegere ea Festa, ut è Theatro semel Cato egrederetur, nec denuò exinde viseret.* Val. Max. lib. 2. cap. 10. *Eodem ludos Florales, quos Messius Ædilis faciebat, spectante, populus ut mimæ nudarentur, postulare erubuit: quod cum ex Favonio amicissimo sibi unà sedente cognovisset, discessit è theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret: quem abeuntem ingenti plausu populus persecutus priscum morem jocorum in scenam revocavit.* Hæc à Græcis Χλωεὶς dicebatur. Ovid. Fast. 5.

Chloris eram quæ Flora vocor.

Fluonia, Juno quam mulieres colebant, quòd sanguinis fluorem, in conceptu retinere putabatur. Boccat. vel quòd menstrua fœminarum singulis mensibus sistere crederetur. Vide Vossium de Idololatriâ, lib. 2. cap. 26.

Fontania, sacra fontium, quæ fiebant coronatis puteis, & fontibus. Varro & Festus.

Fonteius Capito. Horat. in Hodœporico.

——Capitoque simul Fonteius, ad unguem
Factus homo, Antoni non ut magis alter amicus.

Fontinalis, fontium Deus, cujus sacra olim *Fontinalia*. Hinc jocus Plauti in Sticho: *Utrum Fontinali, an Libero imperium te adhibere mavis?* Fontinalia autem Romæ quotannis celebrata sunt ad 4. Id. Octob. uti in vetustis Fastis à Fabricio (apud quem *Fontanalia* perperam legas) Had. Junio, Haberto Goltzio, aliisque editis.

Fordicidia, ut inquit Varro, festa erant apud Romanos, dicta à *fordis*, i. e. bobus, cædendis, quæ celebrabantur ad 17. Calend. Mart.

Foriculus, Deus putabatur, qui Foribus præerat, sicut Cardinea Dea, quæ Cardinibus, & Limentinus Deus, qui Limini, ridiculâ Ethnicorum superstitione.

Fornicalia, feriæ à Romanis farris torrendi gratiâ institutæ, quibus ad fornacem in pistrinis sacrificium fieri solebat; dicta à *Fornace* Dea, in cujus honorem hæc erant instituta, & celebrabantur 12. Cal. Mart. Miratur vir doctissimus in Lex. Philologico, in lexico veteri Fornacem statui Deam; nempe non veniebat ei in mentem Ovid. illud in erudito de Fast. opere l. 6.

Et Fornicali sunt sua sacra Deæ.

Item hoc ejusdem in lib. 2.

Facta Dea est Fornax, læti Fornace coloni
Orant, ut vires temperet ipsa suas.

Idem:

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit: nec stata sacra facit.

A Numâ habuit initium hoc festum. Plinius ex Heminâ vetusto scriptore, lib. 18. cap. 2. *Numa instituit Deos fruge colere & molâ salsâ supplicare, atque far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset. Is & fornacalia instituit.* Sed fecit indictitias, non statas. Hinc illi qui eo die cum Fornacalia indicebantur, feriari non poterant, Quirinalibus sacra illa omissa coacti peragere forte quia hæc inter popularia. Festus: *Popularia sacra sunt, ut inquit Labeo, quæ omnes cives faciunt nec certis familiis attributa sunt, Fornacalia, Parilia, Laralia, porca præcidanea.*

Fortuna, dea antiquis credita, Juvenal.

Te facimus Fortuna Deam, cœloque locamus.

De Fortunâ prolixe differit N. Comes Mythol. 4. 9. Plin. lib. 2. cap. 7. *Toto quippe mundo & locis omnibus, omnibusque horis omnium vocibus Fortuna sola invocatur; una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum convitiis colitur: volubilis à plerisque vero, & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in totâ ratione mortalium, sola utramque paginam facit. Adeoque obnoxiæ sumus sortis, ut sors ipsa pro deo sit, quâ Deus probatur incertus.* Ejus varia nomina vide apud Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. Plautus in Mercatore 3. 4.

Divum atque hominum quæ spectatrix, atque Hera
eadem es hominibus
Spem speratam cum obtulisti hanc mihi, tibi grates
ago.

Loquitur ad Fortunam. Ennius de eâdem apud Cic. 1. Offic.

Vosne velit an me regnare Hera.

Plautus in Pseudolo:

Centum doctûm hominum consilia sola hæc devincit
Dea
Fortuna, atque hoc verum est: proinde ut quisque
fortunâ utitur
Ita præcellet; atque exinde sapere eum omnes dicimus.

Franciscus, Franciscanorum familiæ author. à Greg. Pont. Rom. in numero Sanctorum inscriptus est A. D. 1228. Ex Assisiâ Italiæ Civitate oriundus fuit, *Visionem* vero sive *Illuminationem* hujusmodi de se refert, scilicet; Quod cum *primam Regulam* suam constituisset, quamplurimi strictam nimis ac severam eam esse judicarunt; ideoque, ut nonnihil de rigore ejus diminueret; ipsum rogaverunt. Quocirca quum in montem quendam (*Palombo* vocant) ascendisset, post multas preces ac lacrymas cum jejunio, (nihil enim alimenti sumpsit præter panem ac aquam) *Spiritu Sancto* suggerente, & *Christo dictante*, istas Reguas conscripsit, quæ adhuc observantiam suam præ se ferunt, ut eam ob rationem ab Honorio III. confirmabantur. Hoc tamen non obstante, Fratres ejus de Assisio rigorem ac severitatem harum secundarum Regularum ægrè ferentes, *Superiorem* suum ad S. Franciscum secum deduxerunt. Qui cum adventantes conspexisset, eos ad se accedere causamque adventûs eorum exponere jussit. Illi vero animosè satis respondérunt, novam istam Regulam severam nimis esse, ac proinde eam sibi, non autem ipsis observandam curaret. Tum vero S. Franciscus facie in cœlum conversâ, Servatorem N. hoc modo compellavit: *Domine, nonne dixi tibi, quòd isti homines mihi fidem adhibere noluerunt?* Tunc audierunt omnes vocem Christi respondentem in aere; Francisce, *Nihil est in regulâ de tuo, sed meum est, quicquid est ibi. Et volo quod Regula sic observetur ad literam, ad literam, ad literam sine glossa, sine glossâ, sine glossâ.* Simul addens, *Ego scio quantum potest humana fragilitas, & quantum volo juvare eos, qui hanc regulam amplectentur, qui ergo nolunt observare eam, exeat de ordine.* Quibus dictis Fratrum animos emollivit, regulasque suas tali modo sibi de cœlo dictatas, quali Legem Mosi super Montem Sion à Deo ipso credidit. Hæc omnia unà cum Regula, & Papæ Bullis nec non testimonio S. Bonaventuræ typis mandata sunt. Interim vero carmina ista planè impia sunt ac blasphema, ab homine nescio quo μισυχείρῳ composita, quæque non semel in Tabellâ quadam legi, sed non sine horrore:

Angele sanguinea vulnus male discis ab hastâ,
Altius hâc ferri cuspide vulnus erat.
Nec benè purpureos vestigas Magdala clavos,
Sertaque letiferis trans caput acta rubis.
Angele Franciscum, pia Magdala consule Matrem,
Hæc animo, ille, suo corpore vulnus habet.

Frontinus, cognomento Julius, scripsit de scientiâ militar. Prætor Urbanus fuit, Vespasiano 2. ac Tito Coss. ut ait Tacitus lib. 4. Histor. quod fuit an. U. C. 823. Eo ejurante hanc dignitatem cepit Domitianus, *Consularem virum* eum appellat Ælianus lib. de instruendâ acie præfat. ad Adrianum Cæsarem cap. 1. In consulum tamen serie nulla ejus mentio, ut fuisse videatur ex consulibus in demortui locum suffectis. In pretio erat temp. Nervæ, & Trajani. Unde Ælian. præfat. Tactic. ait Frontinum idem argumentum tractasse, atque eum suæ ætatis scriptorem vocat. Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 3. 737, 738.

Fronto, philosophiæ simul & dicendi præceptor M. Antonini Imp. adeo ab illo dilectus ut statuam ei à Senatu erigi peteret. Jul. Capitolinus. Alterius *Frontonis* meminit Tacitus. Itemque Juvenalis Sat. primâ.

Frontonis Platani convulsaque marmora clamant.

Et Martialis:

Clarum militiæ Fronto togæque decus.

Frumentius, in Indiâ interiori Evangelium prædicavit, qui ab Athanasio ob id institutus fuit Episcopus. Totam hanc historiam lege apud Sozom. 2. 25. & Socratem, 1. 15.

Fugalia, festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum regum, vulgò *Regifugia* dicta; solita celebrari mense Februario post Terminalia. August. de Civ. Dei.

Baptista *Fulgosus*, cum esset Dux Genuensis, principatu à patruo suo dejectus fuit an. 1483. Quo vero exilii dolorem levaret, totum se studiis dedit, atque ad fil. Petrum scripsit libros 9. factorum & dict. memorabilium, opus eximium, ut Leander Albertus vocat. Vide Voss. Hist. Lat. p. 612.

Furiæ, Noctis, & Acherontis filiæ tres, *Alecto*, *Tisiphone* & *Megæra*. Fictum est à poetis infera loca Furias habitare, sed tormenta scelestæ mentis esse veteres voluerunt. Cic. pro Roscio Amer. Tres etiam hæ Furiæ significant tres animi affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, quorum Ira ultionem desiderat, Cupiditas opes, Libido voluptates. Eurip. in Oreste. Vide *Diræ*. & *Eumenides*. His Furiis taxus, venenata arbor, vti vulgò habetur, sacra. Claud. l. 3. de Rapt.

Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torva Megæra ruit, Cadmi seu mœnia poscat,
Sive Thyestæis properet servire Mycenis.
Dant tenebræ manesque locum, plantisque resultant
Tartara

Tartara ferratis, donec Phlegethontis in undâ
Conſtitit & plenos accepit lampade fluctus.

Stat. Theb. 4.

——*Flagranti prævia taxo*
Tiſiphones. Ubi Gloſſ. *Furiarum facibus.*

Idem Theb. 8. de Amphiarao:

Nondum illum aut truncâ luſtraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proſerpina poſte notarat.

Ideo Inferorum victimis adhibebatur. Val. Flac. lib. 1.

——*Veteris ſub nocte cupreſſi*
Sordidus & multa pallens ferrugine tantus
Stabat adhuc cui cæruleæ per cornua Vittæ
Et taxi frons hirta comis.

Fingebatur eâdem ratione apud Inferos pervenire. Sil. lib. 13.

——*Vaſta comas, nemoroſaque brachia fundit*
Taxus, Cocyti riguâ frondyſior undâ.

Lucan. lib. 6. De Ditis domo:

——*Pallida pronis*
Urget ſylva comis & nullo vertice Cælum
Suſpiciens, Phœbo non pervia taxus opacat.

Nec minus iter ad Inferos taxo obſitum fingebatur. Ovid. Met. 4.

——*Via declivis funeſtâ nubila taxo*
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.

Anguibus redimitas res ſuas peragere dicebantur hæ Furiæ. Catullus.

Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons. Varro Atacinus de quapiam Furiarum.
Cujus ut aſpexit torta caput angue revinctum.

Horatius alicubi. Od. lib. 2.

——*Et intorti capillis*
Eumenidum recreantur angues.

Ovid. Met. 10.

Nec metues atro crinitas angue ſorores.

Virgilius:

Talibus Alecto dictis exarſit in iras,
At juveni oranti ſubitus tremor occupat artus;
Diriguere oculi; tot Erinnys ſibilat hydris,
Tantaque ſe facies aperit, tum flammea torquens
Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura
Reppulit & geminas erexit crinibus angues.

Ovid. Met. 4. de Athamante.

Inde duos mediis abrupit crinibus angues
Peſtiferaque manu raptos immiſit. At illi
Inoeſque ſinus Athamanteoſque pererrant.

Idem in Ep.

Affuit Alecto brevibus torquata colubris.

Juvenal. Sat. 6.

Dic qua Tiſiphone, quibus exagitare colubris.

Stat. Theb. 5.

——*Implicitis arcana domorum*
Anguibus & ſævâ formidine cuncta replevit.

Val. Flaccus:

——*Inferni qualis ſub nocte baratri*
Accubat attonitum Phlegyan & Theſea juxta
Tiſiphone, ſævaſque dapes ac pocula libit,
Tormenti genus, & nigris amplectitur hydris.

Domos autem anguibus implere, & Infernis aquis aſpergere eadem fingebantur, ut furorem ſic immitterent. Nonnus, lib. 44.

Ἐυμηλίδες Πειθὼ ἐπιστρατόωντο μελάθρῳ,
Ὦν ἡ μὲ ζοφερῇσιν ἀλαθρώσκουσι μελάθροις,
Ταρταρίῃσιν ἐλίξεν ἐχιδνήεσσιν ἱμάσλῃσιν.
Κωκύτῳ δ' ῥέεθρον ἀείσετο, καὶ Στυγὸς ὕδωρ,
Καὶ χθονίῃ ῥαδάμιγγι δόμος ἔβρασεν Ἀχαιῶν.

Flagello quoque armabantur hæ Furiæ. Virgil. de Tiſiphone, Æn. 6.

Continuo ſontes ultrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans.

Stat. Theb. 2.

Diva ter admoto tetigit thoraca flagello.

Val. Flac. lib. 8.

——*Torto Furiarum erecta flagello*
Proſilit——

Furina, Dea furium, ſecundum Etruſcos verò dea Sortium ad lites dirimendas. Sacra ejus *Furnalia*, vel *Furinalia*.

G A

Gabienus, fortiſſimus Aug. Cæſaris claſſiarius à Sext Pompeio captus, cujus juſſu incisâ cervice jacuit in littore toto die, deinde cum adveſperaſſet, petiit ut Pompeius ad ſe veniret, aut aliquem ex charis mitteret, ſe enim ab inferis reniſſum habere quod nunciaret. Miſit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus dixit, *Diis Inferis placere Pompeii cauſas, & partes pias*; proinde eventum futurum quem optaret, hoc ſe nunciare juſſum, argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus expiraturus eſſet, idque ita evenit. Plin. 7. 1.

Gabina, Juno à Gabinis religioſiſſimè culta. Virgilius Æn. 7.

——*Quique arva Gabinæ*
Junonis, gelidumque Anienem & roſcida rivis
Hernica ſaxa colunt.——

A. Gabinius Romanus vir Conſularis, qui cum Syriæ præeſſet, Ptolemæum Ægypti regem in regnum reduxit, quo nomine damnatus eſt.

Gabinius, hiſtoricus Romanus, citatur à Strabone lib. 17. In hæc verba, *Sed nec Gabinius Romanarum rerum ſcriptor in deſcribendâ Mauritaniâ, fabulis prodigioſis abſtinet.* Scribit enim apud Lingen Antæi ſepulturam eſſe, & compagem oſſium cadaveris abſumpti cubitorum ſexaginta, namque à Sertorio detectam, & iterum humatam. Addit etiam de Elephantis fabuloſa quædam, &c.

Gabinus cinctus. Virgil.

Ipſe Quirinali trabeâ cinctuque Gabino
Inſignis referat ſtridentia limina conſul.

Ubi Servius, *Gabinus cinctus eſt togâ ſic in tergum rejectâ, ut una ejus lacinia à tergo revocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere utebatur Conſul bella indicturus, ideo quia cum Gabii Campaniæ civitas ſacris operaretur, bellum ſubito venit, tum cives accincti togis ſuis ab agris ad bella profecti ſunt, & adepti victoriam.* Lucan. lib. 1.

Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino.

Liv. lib. 8. De Conſule Decio qui ſe devovebat. *Ipſe incinctus cinctu Gabino armatus in equum inſiluit.* Denique interpres Perſii ita ſcribit, *Habitu Gabino Dii penates formabantur involuti togâ ſupra humerum ſiniſtrum & ſub dextro.*

Gad, Palæſtinæ urbs, ut habet Benjamin, quam ſuo tempore *Niphas* dici ſcribit. Item filius Jacobi ſeptimus ex Zelpha, ancilla Leæ uxoris ejus. Gen. 10. Nomen etiam Prophetæ, 1. Reg. 22. A verbo גדד *gadad turmatim convenire. Gad* primum ante alia Numina apud Syros culta, memoratus Gen. 30. com. 11. *Peperit itaque Zilpah ancilla Leæ ipſi Jacobo filium, & ait Leah* בגד *Bagad, & vocavit nomen ejus Gad.* Ebræorum aliqui *Fortunam bonam* hic intelligunt, Leamque loquutam, quaſi partui benè eſſet ominata; unde vulgata editio, quæ D. Hieronymi dicta, *Feliciter* pro *Bagad* habet. Rabbini ſiquidem reſolvunt בגד in בא גד i. e. *venit Gad*, quod interpretantur per בא מזל טוב *Ba Mazal tob*, i. e. *venit Fortuna Bona*, ſive *ſidus bonum, bonus Dæmon.* Et Mazorethis eſt hæc una ex quindecim dictionibus, quæ ſcribuntur ut una, & leguntur ut duæ. Certe גאד Arabibus *bonus*, ſeu *beneficus* eſt, adeoque *Jovis ſtellam* denotat. Ut Ebræi autem, ita Chaldæi locum illum Geneſeos, de verbis Leæ interpretantur. Onkelos enim habet אתא גד *Atha Gad*, i. e. *venit Fortuna*, ſeu *Gad*. Arabs quoque editionis Erpenianæ idem habet. Sed Paraphraſtes ille Pentateuchi qui ſub Jonathanis Ben-Uzielis nomine circumfertur, אתא מזלא טבא *atha Mazala taba*, i. e. *venit Mazala* ſive *Fortuna Bona.* Atque Targum Hieroſolymitanum אתא גדא טבא i. e. *venit Geda*, ſeu *Gad felix*, ſive *bonus.* Verum heic ſeptuaginta ἦλθε Λεία, ἐν τύχῃ, vertunt, quaſi *Beth* ſervilis eſſet loco præpoſitionis. Atque ita habet exemplar vetuſtiſſimum Geneſeos in Bibliotheca Cottoniana: Sed & in Græcorum verſionibus nonnullis legebatur τυπτήσας, uti videre eſt apud B. Chryſoſtomum in Gen. ſermone 56. Id interpretatur ille per ἐπάταξον τῷ σκότῳ. Inde etiam Latinis olim, *Beata facta*, vel *Felix ſum* ibi ſubſtitutum, uti advertit ibidem D. Auguſtinus. Vide Seld. de Diis Syris, Synt. 1. cap. 1.

Cn. Lentulus Gætulicus, Tiberii & C. Caligulæ temporibus vixit. Pater ejus fuit Cn. Lentulus Coſſus Gætulicus, qui cum L. Calpurnio Piſone conſulatum geſſit an. U. C. 752. Hujus mortem Tacitus refert, lib. 4. Annalium. Ibidem & filii meminit, quem conſulatum geſſiſſe ait cum C. Calviſio Sabino an. U. C. 778. Eo anno Tiberius Imp. Româ cum

modico comitatu in Campaniam abiit: nec Romam poſtea reverſus fuit, ut præter Tacitum auctor eſt Sueton. in Tiberio cap. 39. & Dio lib. 48. Anno autem proximo hic ipſe Gætulicus in Germania ſuperiori cum proconſulari fuit imperio, quinto imperii ejus anno occiſus eſt Romæ Sejanus. Tum accuſatus quoque Gætulicus, quod Sejani filium ſibi generum deſtinaſſet. Sed animosâ ſatis epiſtolâ ſe defendit, ac tantum effecit, ut delator urbe exigeretur: quâ de re vide Tacitum lib 6. Annalium. Dum ſuperioris Germaniæ legiones curat, ut ibidem legere eſt, *mirum amorem adſecutus eſt, effuſæ clementiæ, modicus ſeveritate, & proximo quoque exercitui per Luc. Apronium ſocerum non ingratus.* Sed benevolentia iſta militaris eum poſt Tiberii obitum Caio ſuſpectum reddidit. Nec aliâ de causâ ab eo occiſus fuit. Docet hoc nos unus Dio Caſſius, lib. 59. Γαιτουλικὸν Λεντοῦλον, πάνυ ἄλλως εὐδόκιμον ὄντα, καὶ τὴν Γερμανίας δίκῃ ἔτιον ἀρξάντα, ἀπέκτεινεν, ἐπὶ τοῖς στρατιώταις φθονήσας. Hiſtoriam ſcripſit, cujus meminit Tranquillus in Caligulâ, cap. 8. *Cn. Lentulus Gætulicus* (Caligulam) *Tiburi genitum ſcribit.* Poematis etiam claruit. Hinc Martialis præfat. lib. 1. *Sic ſcribit Catullus, ſic Marſus, ſic Pedo, ſic Gætulicus.* Meminit & Probus Grammaticus in Virgil. Georg. 1. ubi tres ejus hexametros adfert. Adhæc Sidonius, lib. 2. epiſt. 10. ubi nomen amicæ ejus Cæſenniæ fuiſſe ait. Et Carm. 9.

Non Gætulicus hic tibi legetur.

Imò & ejus eſſe epigrammata videntur, quæ libb. 3. & 6. Antholog. leguntur ſub nomine Γετυλλίου, vel, quod malim, Γετυλλικοῦ.

Rob. Gaguinus, natus eſt in vico Callinâ, qui eſt in Artoſiæ finibus ad Liſam flu. Puer ingreſſus eſt Monaſterium Prævinenſe, ac factus eſt Cœnobita S. Trinitatis. Inde Lutetiam Studiorum gratiâ profectus titulum Doctoris utriuſque juris accepit; tantaque prudentiæ ejus fama fuit, ut regum nomine ſæpius miſſus ſit legatus in Italiam, Germaniam, Britanniam. Scripſit libros undecim de geſtis Francorum. Ob. Lutetiæ. 1502.

Galanthis, Alcmenæ ancilla, quæ cum domina ſua partûs doloribus laborans, à Junone ne pareret impediretur, mirâ aſtutiâ dicitur deam eluſiſſe: veniſſe quippe ad eam riſu, ac lætitiâ geſtientem, & ſolutam jam partu reginam mentiendo confinxiſſe: quâ re intellectâ admiratione ſimul ac dolore concitam Deam ſolutis manibus ſurrexiſſe. Tunc ſubito Alcmenam ſine ullo cruciatu Herculem enixam: Lucinam vero indignatam, mox Galanthidem in animal ſui nominis *galen*, i. e. *muſtelam* mutaſſe, hâc additâ pœnâ, ut ore quo præcipuè peccaverat, pareret. Ovid. Met. 9.

Galatea, nympha marina, Nerei & Doridis filia, à Polyphemo adamata, quem cum illa ſperneret, Acimque ei præferret, indignatus Cyclops, rivalem ſaxo de rupe avulſo interfecit, cujus caſum miſerati dii marini in fluvium ſui nominis eum commutarunt. Ovid. Met. 13.

Candidior nivei folio Galatea liguſtri.

Notat Erythræus Poetas cum incidunt in Galateam, ſibi plurimum indulgere in eâ deſcribendâ; firmat Homero & Heſiodo; unde Philoxenus apud Athen. lib. 1. illam vocat ἐρωμένιον. Ovid. quoque lib. 2. Amor. Eleg. 11. uni Galateæ commendat Corinnam navigantem, tanquam formoſa curare formoſam debeat. Virg. Æn. 9.

——*Qualis Nereia Doto*
Aut Galatea ſecat ſpumantem pectore pontum.

Galba Sergius, vir conſularis temporum ſuorum eloquentiſſimus, quem Tranquillus ſcribit ex prætura Hiſpaniam obtinentem 30 millibus Luſitanorum perfidiâ trucidatis Viriarathini belli cauſam extitiſſe. Valerius autem ait eum trium Luſitaniæ civitatum convocato populo, tanquam de commodis ejus acturum, 9 millia hominum trucidaſſe. Pædianus dicit eum pro direptis Luſitanis accuſatum à Catone, duoſque amplexum filios prætextatos, abſolutum propterea miſericordiâ fuiſſe. Cic. in Bruto.

Galba, Sulpitiorum primus ab exilitate ita dictus. Eſt enim *galba* vermiculus miræ exilitatis qui in eſculentis naſcitur. Alii è contrario, quòd præpinguis fuerit, nominatum ſcribunt. Talem enim Galli vocant *galbam*. Alii quòd oppidum Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatum, illitis demum *galbano* faſcibus ſuccenderit. Nonnulli quòd in diuturnâ valetudine *galbeo*, h. e. remediis lanâ involutis, uteretur. Vitam ejus lege ſis apud Sueton. & Plut.

Galenus, medicus excellentiſſimus, ex Pergamo Aſiæ urbe; Clarus eſſe cœpit temporibus Trajani. Natus patre architecto civitatis eruditiſſimo, adoleſcens in Dialecticis, & elementis philoſophiæ, quòd ingenio valeret, feliciſſimè profecit, & mox ad medicinæ ſtudium animum adjecit. Præceptores audivit medicos eâ ætate præſtantes, Satyronem & Pelopem. Profectus deinde Alexandriam eſt, ubi tum hominum erat doctorum frequentia, quorum judicia & ſtudia exploravit. Romam quoque venit, ibique multa ſcripſit, annos natus quatuor & triginta. Inde enim diſcedens anno 37. in Aſiam rediit. Sed non multò poſt in Italiam literis Impp. Veri, & Antonini, revocatus eſt. Inde poſt interitum Antonini, qui in bello Marcomannico periit, in patriam rediit, ibique conſenuit, ac cum corpore & valetudine eſſet imbecilliori, quemadmodum de ſe ipſe ſcripſit, diligentiâ tamen in victu, & temperantiâ, ſatur ſcilicet nunquam de menſâ ſurgens, vitam in extremam uſque ſenectutem produxit.

Galeotæ, vates quidam in Siciliâ. Cic. 1. de Divin. *Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Siciliâ nominabantur, reſpanderunt*, &c. Vide Ælian. lib. 12. cap. 46. Γαλεοὶ Heſychio. Γάλεοι, μάντεις ἔτοι καὶ ἡ Σιβυλλαὶ ὄνομες. De quibus ita Archippus apud Athenæum.

Γάλεοί γὰ πάντων μάντιων σοφώτατοι.

Mythologi apud Stephanum à *Galeote* deducunt filio Apollinis & Themiſtûs; nempe ad fabulas confugerunt, cum neſcirent Phœnicium גלה *gala*, unde *Galei* & *Galeotæ* dicti propheticum eſſe vocabulum. Bochartus.

Galli, Cybeles ſacerdotes, qui ſi deliquiſſent in ſacris, verberabantur. Plut. adverſus Colotem: Γάλλους πλημμελήσαντας ἐν τοῖς μητρῴοις καλάζουσι· hoc eſt in æde, Deorum matris. Μήτηρ enim paſſim apud Græcos eſt Cybele non addito τῶν Θεῶν. Pindarus: Σαὶ μὲν κατάρχαὶ μᾶτερ πρὸς μεγάλοις δόμοις κυμβάλων. Unde ſimpliciter μητρῷον Athenis erat ædes matris Idææ. Pollux: Ἐλέγετο δὲ τὸ μὲν Μητρῷον Ἀθήνησι τὸ τῆς Φρυγίας Θεᾶς ἱερόν. Moſchopulus: Μητρῷον Ἀθηναίοις, τὸ τῇ μητρὶ τῇ παρ' αὐτοῖς Θεῶν ἀνεσιδρυον. Hi ſacerdotes ſeſe caſtrabant. Ovidius in Faſtis:

Nullaque ſunt ſubito ſigna relicta viri.

Non ſolum in corpore, ſed etiam nulla in cultu. Lucianus de Deâ Syriâ: Ὡς γάρ μιν ἡ Ῥέη ἔτιμα, βίῃ μὲν ἀνδρὸς ἀπεπαύσατο, μορφοῖ δὲ Σιδόνι ἠμείψατο, καὶ ἐσθῆτα γυναικηΐῃ ἐνεδύσατο. Ad hujus imitationem Hierapoli quotannis veris initio ſe caſtrabant, & muliebri veſtitu in poſterum incedebant. Lucianus ubi ſupra: Λαζοὶ δὲ ξίφει καὶ αἰχμῇ τέμνουσιν ἑωυτοὺς, διέστε διὰ τῆς πόλεως, καὶ τῆσι χερσὶ φέρει τὸ ἔτμα, ἐς οἰκίην δὲ οἰκίην πάντα ἀπορρίπτει, ἐν πομπῇ ἐόντα τῇ Σιδόνι καὶ κόσμον τὸ γυναικήιον λαμβάνει. Capitis jactatio his Gallis peculiare fuit. Ovidius ubi ſupra:

Venit in exemplum furor hic, malleſque minores
Cædunt jactatis vilia membra comis.

Plura obvia ſunt hujuſce ritus exempla, ſed ſatis hoc unum Lampridii de Elagabalo: *Jactavit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi devinxit, & omnia fecit, quæ Galli facere ſolent.* Lucanus, lib. 1.

——*Crinemque rotantes*
Sanguineum populis ululârunt triſtia Galli.

Vulcatius *Gallicanus*, unus ex Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus, ſub Diocletiano. Vide Voſſ. Script. Lat. Hiſt. 2. 5.

Gallicanus, Conſul cum Atilio Titiano, an. U. C. 879. & cum Venuſtio, an. U. C. 902. & cum Symmacho, an. U. C. 1082.

Gallienus, unà cum Licinio Valeriano, Romanorum Imperator, an. U. C. 1018. apud Mediolanum eſt interfectus. Eutrop. Oroſ.

Gallienus, Imp. Rom. cui tanta fuit in acceptis cladibus patientia, ut in his etiam jocari non dubitaverit. Nam cum accepiſſet Ægyptum à Rom. Imperio deſciviſſe, *Quid enim*, inquit, *ſine lino Ægyptio eſſe non poſſumus?* Perditâ Galliâ, ridens. *Et non eſt*, inquit, *tuta Reſp. ſine trabeatis ſagis?* Aſiâ Alemannorum, & Scytharum incurſationibus vaſtatâ: *Quid*, inquit, *ſine Aphronitis eſſe non poſſumus?* Cælius Rhod. lib. 18. cap. 21.

Gallio, L. Annæi Senecæ frater natu maximus, ad quem Libros de Irâ ſcripſit & miſit, quem in iis Novatum appellat: ut eundem, inſcriptione, de V.B. *Gallionem fratrem*, itemque in epiſt. *Dominum ſuum Gallionem*, honeſte ut ſeniorem fratrem. Hunc à ſuavitate ingenii Statius commendat:

Hoc plus quam Senecam dediſſe terris
Et dulcem generaſſe Gallionem.

Sonante tamen & ſtrepente quâdam eloquentia fuit, auctor lib. De cauſis corruptæ eloquentiæ oſtendit, qui commemorat *tinnitus Gallionis*; ſi tamen hujus non patris adoptivi.

Gallus Cornelius poeta, Ægypti Præſes: anno ætatis ſuæ quadrageſimo propriâ manu ſe interfecit, unde illud:

Sanguinis, atque animæ prodige Galle tuæ.

Vide Voſſ. de Poetis Lat. pag. 25.

Ganymedes, Trois fil. puer formoſiſſimus, quem cum Jupiter deperiret, in Idæ monte venantem ab aquila rapi juſſit, & in cœlum afferri, eumque poculis præfici, repudiato miniſterio Hebes, filiæ Junonis, quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat. Hujus raptus in aulæis apud veteres exprimi ſolebat. Virgil. Æn. 5.

Interſuſque puer frondoſâ regius Idâ

Veloces

Veloces jaculo cervos, cursuque fatigat
Acer, anhelanti similis: quem præpes ab Idâ
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

Papinius, lib. 1. Theb.

Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis,
Gargara desidunt surgenti, & Troja recedit,
Stant mœsti comites, frustraque sonantia laxant
Ora canes, umbrasque petunt & nubila latrant.

Val. Flaccus, lib. 2. Argon.

Pars & frondosæ raptus expresserat Idæ,
Illustremque fugam pueri: mox æthere lætis
Adstabat mensis: quin & Jovis armiger ipse
Accipit à Phrygio jam pocula blanda ministro.

Et ante omnes Plautus in Menæchmis:

Dic mihi, num quà tu vidisti tabulam pictam in pariete,
Ubi Aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

Hyginus in Astron. Poetico tradit Ganymeden inter sidera translatum conficere signum illud quod *Aquarium* vocamus, quòd ejus stellæ suo situ aquam fundentis imaginem referre videantur. Nihil aliud autem per hanc fabulam demonstrare voluerunt sapientes ethnici, teste Cicerone, lib. 2. Tusc. quàm prudentem virum è Deo amari, & illum solum proximè accidere ad divinam mentem. Est enim Ganymedes anima hominum quam ob eximiam virtutem Deus ad se rapit. Pocula autem Jovi ministrare, nihil aliud est quam Deum mirificè delectari officiis sapientiæ, quæ ab animâ virorum sapientum procedunt. Porro Ganymedi insignem corporis pulchritudinem tribuerunt, non solum quia vir sapiens caret sordibus animi, verum etiam quia sapientiæ tanta est pulchritudo, ut si oculis cerni posset, mirificos sibi amores in animis hominum excitaret. Dicitur etiam ab aquilâ raptus in cœlum fuisse propter perspicacitatem, atque ab ipso Jove in aquilam versum, quòd adjutor sit Deus ad Sapientiam. Obscœna autem & turpia quæ ab impuris quibusdam poetis & pictoribus de Ganymede ficta sunt, procul amovenda ab adolescentum oculis, & auribus boni omnes necessarium esse indicant. Horat.

Qualem ministrum fulminis alitem,
Cui rex Deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidelem
Jupiter in Ganymede flavo.

Idem:

Qualis aut Nireus fuit, aut aquosâ
Raptus ab Idâ.

De loco autem ubi raptus Ganymedes, dissentiunt Strabo & Athenæus; uterque lib. 13. Prior ait ostendi illius ἀφανίσιον in confinio Cyziceni & Priapeni agri: posterior apud Chalcidenses. Suidas vero raptum istum longè aliter narrat, quam habetur in fabulis, ut etiam Orosius, l. 1. c. 12. ex Phanocle poetâ. Ab Homero ἀντίθεος dicitur, h. e. *par Deo.* Item ξανθὸς, *flavus.* Ἀγακλυτὸν eum vocat Qu. Calaber, lib. 8. Χαρπὸν *gratum aspectu*, vel *fulvum* Theocritus Idyl. 12. & Οἰνοχόον, h. e. *pincernam*: Idyll. 15. Nonno in Bassaricis Τρώϊος βυκόλος, ὑγιαλιτὴς, ὑζητὴρ, ὀρεσσὶ Διὸς κυπέλλων, & ἰμερόεις dicitur. *Regius puer* vocatur Virgilio Æn. 5. *Puer Idæus* Ovidio Fast. 2. *Phryx puer* eidem Fast. 4. ac *Iliacus puer* Trist. 2. *Sangaricus puer* autem Statio Sylv. 3. Hinc pro pincerna quovis usurpatur, ut *Gætulus Ganymedes* apud Juvenalem pro Afro pocillatore. Et Martialis:

Atque mihi servit pro Ganymede manus.

Hoc est, ipse mihimet potum præbeo. Not. hic quòd Echemenes Ganymedem non à Jove sed Minoe raptum tradit Athen. lib. 13. Ἐχεμένης γοῦν ἐν τοῖς Κρητικοῖς ὑ φησὶν ἀρπάσαι Γανυμήδην, ἀλλὰ Μίνως.

Gargaris, Curetum rex, mellis colligendi usum primus invenit. Huic cum ex filiæ stupro nepos provenisset, omnibus modis eum perdere conatus est, sed frustra; tandem vero tot casuum periculorumque, quæ evaserat, admiratione, successorem illum in regnum designavit, nomenque illi Habidis impositum est. Justin. lib. 44.

Gargilius, historicus, qui vitam Alexandri M. est diligenter persecutus. Item venator nobilis, de quo Horatius.

——*Venator ut olim*
Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos
Differtum transire forum populumque jubebat, &c.

Gaudentius, episcopus Ariminensis pius & orthodoxus, tempore Constantini Imp. quum impiæ synodo Arianorum episcoporum, qui Arimini convenerant, nollet assentiri, crudelitèr interfectus est.

Gehenna, nomen loci apud Evangelistas; ponitur autem pro inferno, hâc occasione, teste Hieronymo. Erat idolum Baal juxta Jerusalem, ad radicem montis Moriæ, unde Siloa fluit. Hæc vallis est parva campi planities irrigua & nemorosa, plenaque deliciis & lucus in eo idolo consecratus. In tantam autem populus Israel venerat dementiam, ut relicto Templo, hostias ibi mactarent, filiosque suos incenderent Dæmonibus, vel initiarent. Appellabatur autem locus ipse *Gehinnom*, id est, *vallis Hinnom.* Et comminatur Deus se locum illum impleturum cadaveribus mortuorum, ut nequaquam *Tophet*, & *Baal* sed *Polyandrium* vocetur. Futura ergo supplicia, & pœnæ perpetuæ quibus impii cruciandi sunt, hujus loci vocabulo denotantur. Vide Fungerum in *Gehenna*, & Seld. de D. Syris Synt. 1. cap. 6. Origenes, lib. 6. contra Celsum: Τῶ γέεννα ἡμεῖς ἐν τῶ Εὐαγγελίῳ χρώμεθα ὡς κολαστηρίου ὑφεστῶτος, ἐζητήσαμεν εἴ πε ἦν παλαιῶν γραμμάτων ἀνακαθὴ, ἢ μάλιστα ἐπεὶ ἦν ἢ Ἰωδαίοις χρῶνται τῶ ὀνόματι. Εὑρομεν δ ὅτι μὲ φάραγξ ὑὸς Ἐννὸμ ὀνομαζομένου ἐν τῆ γραφῆ, ἐν ᾗ τῶ ἱερείῳ, ἀντὶ τῶ φάραγξ μεμαθήκαμεν ὅτι κατ' τὸ αὐτὸ κατοικεμένε ἐλέγετο ὑ φάραγξ Ἐννὸμ, ἢ ἡ Γέεννα· Ἐπιτρέψαντες δ τὰ ἀναγνώσματα, ἐνεσκοπῶμεν ἢ ἐν τῶ κλήρῳ τ φυλῆς Βενιαμὶν ἢ γέεννα ἢ φάραγγα Ἐννὸμ κατελεγμένη, ἔ ἰῶ καὶ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἐξετάζοντες ἀκολθίαν τῶ εἰ ἐπερέχειν Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ τῶ κλήρε Βενιαμὶν καὶ τ φάραγγ Ἐννὸμ, ἐνεσκεμμένοι τ εἰς ἀεὶ κολάσεως τόπον μεταλαμβανόμενον εἰς ἢ μὴ βασάνε κόλασιν τῶ πόνε δ ψυχῶν.

Gelasius Cyzicenus, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, tribus libris complexus est res in Synodo Nicenâ gestas. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 264.

Gellias, vir Agrigentinus, mortalium omnium munificentissimus, de cujus φιλοξενίᾳ, & in omnes hospitalitate multa Diodorus Siculus, lib. 13. nec pauciora Val. Max. lib. 4. cap. ult. Male Τελλίας vulgò apud Athenæum, lib. 1.

A. Gellius, quem nonnulli *Agellium* vocant, Grammaticus, Noctium Atticarum scriptor. Antonini Pii temporibus vixit, non diu post mortem Plutarchi. Coætaneos habuit Phavorinum Epicteti auditorem, Corn. Frontonem, & Herodem Atticum, quorum secundum adolescens Romæ docentem audivit, teste ipso lib. 19. cap. 8.

Gelo, puer quidam, qui à lupo feliciter & fortuito casu servatus fuit. Hunc enim ferunt, cum ipse aliquando in ludi literarii vestibulo libellum manu retinens sederet, accedentem lupum, libellumque de manibus raptum auferentem, cum clamore insecutum, magnum tumultum excitasse, quo ludi magistrum, omnesque pueros commotos, ut illi suppetias ferrent, arma, fustesque tumultuariè rapuisse: quo strepitu concussam domum latam ruinam dedisse, contignationibus solutis, puerosque omnes cum præceptore elisisse, qui circiter centum fuisse dicuntur, eoque modo Gelonem à lupo servatum fuisse perhibent. Leonic. Thom. 4. 104.

Geminus Rhodius, Ciceronis ac Pompeii temp. de Geometriâ scripsit. Proclus Γεμῖνον vocat, vix autem dubito, quin sit nomen Romanum. Sane *Geminii*, *Gemini* & *Geminiani* celebrantur in antiquis scriptoribus, & inscriptionibus. Vide Voss. de Scient. Math. pag. 160. & 329. Et Petavium præfat. ad Uranologion.

Gemoniæ, scalæ dicebantur Romæ ad quas corpora damnatorum, impacto unco trahebantur. Suetonius: *Nemo punitorum non in Gemonias abjectus, uncoque tractus.* Tacitus de Sabino: *Tunc confossum, collaceratumque, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.* Et Plin. 8. 40. scribit canem à corpore servi non recessisse abjecto in gradibus Gemoniis. Nonnulli à *Gemonio* auctore sic dictos putant. Beroaldo autem à *gemitu* sic appellati videntur.

Genethlius, Jupiter sic dictus, quod ei incumbat cura gignendorum liberorum. Item doctissimus sophista Palæstinus, discipulus Minutiani, & Agapeti, scripsit autem multas λαλιὰς, seu διαλέξεις, & μελέτας, & multa alia: Suidas.

Genetyllis, Venus dicta, ut Aristophanis Interpres ait, quòd genituræ præsit. Vide Aristoph. in Nubibus. Hesychius: Γενετυλλὶς γυναικεία θεὸς παρωνυμία τῶ ὀνόματος παρὰ τὰς γλώσσες ἑοικυῖα τῆ θορτῆ, διὸ κ ταύτη κύνας θυσιτίθησ, ἔστ δ ξενικὴ ἡ θεὸς, κ ἑορτὴ ἦν γυναικῶν.

Genius, dicebatur Naturæ deus apud veteres, & qui omnium rerum gignendarum vim haberet, unde cujusque rei dicebatur suus genius. Accipitur aliquando pro ipsâ naturâ. Quidam ipsam animam, vel deum, vel spiritum esse volunt, qui mortales ad voluptatem incitet, unde *Geniales* apud priscos vocabantur, qui ad curandam cuticulam erant promptiores. Inde Proverbium *Genio indulgere.* Fuerunt etiam, qui aquam, terram, ignem, aerem, item 12 signa, & Solem, & Lunam Deos genios facerent, & *à gerendo*, quod multa gerere possent, primùm *Gerulos*, deinde *Genios* appellatos esse putarent. *Loci genius* apud Virgilium ponitur pro deo topico. Orare solebant antiqui per Genium. Prop. 4. 9.

Exuitur,

Exuitur, Geniumque meum proſtratus adorat.
Tibull. 4. 4.
Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.
Horat. Ep. 7. lib. 1.
Quod te per Genium, dextramque, pioſque Penates,
Obſecro, & obteſtor.——
Stat. 2. Sylv.
——*Dum cunctis ſupplex advolveris aris,*
Et mitem Genium Domini præſentis adoras.
Soranus apud Aug. de C. D. 7. 13. *Genius, Deus eſt*, inquit, *qui præpoſitus eſt & vim habet omnium rerum gignendarum. Et alio loco Genium eſſe dicit uniuſcujuſque animum rationalem.* Vide Cenſorinum de die Natali c. 3. & ad eum Lindenbrogium. Genius, inquit Fungerus, inter Deos ſelectos unus, ut quidam volunt, à *generando* nomen ſuum obtinere videtur. Sed non omnes idem de eo. Sunt enim qui cuique loco ſuum aſcribunt, ſunt qui cuique homini ſuum aſſerunt. Auguſtinus Deum eſſe dicit qui omnium rerum gignendarum vim habeat, juxta profanam veterum opinionem, quanquam Varronem affirmare dicat, genium eſſe uniuſcujuſque rationalem animum. Feſtus Pompeius cum Auguſtino facit, *uterque* vero à *gignendo* derivat. Quare & Cenſorinus, qui hunc nobis aſſiduum velut obſervatorem appoſitum dixit (ut & Plutarchus Menandrum dixiſſe refert ἅπαντι ἀνδρὶ δαίμονα συμπεφυκέναι ἐνδυὸς ἡνιοχήσοντα, μυσάγωγον τοῦ βίου) appellatum ait, ſive quòd, ut generemur curet, ſive quòd unà gignatur nobiſcum, ſive quòd genitos ſuſcipiat ac tueatur. Quin veteres unicuique homini duos tribuebant genios, ſicut Angelos nonnulli ex noſtris Theologi, Baſilius imprimis adverſus Eunomium. Unum ex his bonum, alterum affirmabant malum, quem Empedoclem Terreſtrem appellaſſe crediderim apud Plut. his verbis: Δυσὶ τισὶ ἑκάστου παραλαμβάνουσι καὶ παρέχουσι βιῶναι καὶ δαίμονες, ἐνδεᾶ, χθονίω τε. Idem vult Servius ad illud Virgilii:
——*Quiſque ſuos patimur manes:*
Quando ait: *Cum naſcimur duos Genios ſortimur, unum qui hortatur ad bona, alterum qui depravat ad mala, nec incongruè dicuntur Genii, quod cùm unuſquiſque genitus fuerit, id ſtatim obſervatores deputantur.* Celebratur & illud Menandri:
Δαίμων ἀνδρὶ συμπαίσας ἐνδυὸς γινώσκω.
Arrianus in Epictetum etſi non ſtatuit duos, unum tamen cuique proprium Dæmonem pervigilem & incorruptum aſſignatum docet hoc modo: Καὶ ὅλως ὁρῶν ἑκάστῳ θεοὺς ἐπιστήσαι καὶ ἐπίτροπα δαίμονα, καὶ παραδοῦναι φυλάττειν αὐτὸν αὐτῷ, καὶ τοῦτον ἀκοίμητον, καὶ ἀπαράγωγον. Simulachrum Genii (ne illud omittam) interdum ſerpentis imagine effingebatur, interdum puerili, juvenili, ſenili formâ. Coronabatur Platani foliis, reſque illi ſacra fiebat floribus & mero. Unde Perſius.
——*Funde merum Genio.*
——*Silvanum lacte piabant*
Floribus & vino Genium.
Cujus rei cauſam explicant Cenſorinus & Varro. Thura quoque huic Deo adolebant. Tibullus de Natale Cherinti.
Magne Geni cape thura libens.
Geniales lectuli, qui puellis nubentibus ſterni ſolebant, vel à liberis *generandis* traxere nomen. Ab eadem orig. *genitalia* corporis partes verendæ, & *genitores* vocabulum deducunt. Plura de Genio vide apud Mart. Delrio Not. ad Senecæ Medeam verſu 1.

Genſericus, Princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepiſſet, omneſque opes, interfectis civibus in jus ſuum vertiſſet, animum ad Eccleſiarum ſpoliationem adjecit, quas ſacris vaſis exinanitas, & ſacerdotum adminiſtratione privatas, equorum ſuorum ſtabula fecit.

Georgius Merula, Angelo Politiano, Philippo Beroaldo, multiſque aliis viris doctis æqualis.

Georgius, Trapezuntius, nobilis Philoſophus, qui in extremâ ſenectute, omnium literarum, quas antea, noverat, nominiſque ſui oblitus eſt.

Georgius Cappadox, Trib. Mil. ſub Diocletiano, qui maximum ſerpentem peremit, liberatâ puellâ, quæ eidem in prædam devota fuerat. Theologi nonnulli exiſtimant fictitium eſſe nomen, ſub quo veteres Chriſti Eccleſiam à Satanæ tyrannide liberantis imaginem & paſſionis meritum propoſuerunt. Cæterùm veram hanc fuiſſe hiſtoriam multis argumentis probatum it vir doctus Petrus Heylinius libro cui Titulus. *The Hiſtory of Saint George.*

Georgius Piſides, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus, & Chartophylax, flor. circa A. D. 640. Condidit poema de opere 6. Dierum, quod Sergio Patriarchæ dicavit. Conſtitit olim 3. Senariorum millibus, ut Suidas teſtatur. Sed ex iis hodie ſolum ſuperſunt mille octingenti octoginta, qui procemium ſunt operis. Fecit quoque Senarios *de Vitæ Vanitate*, quos Græcè primus edidit, & Lat. verſibus reddidit Fredericus Morellus, Frederici F. An. D. 1584. Sed ex Suidâ dicimus præterea ſcripſiſſe de Heraclio Imp. de B. Perſico, itemque Avarica, idque καταλογάδην, hoc eſt, *ſolutâ oratione*: item Laudationem Anaſtaſii Martyris. Mem. ejus Tzetz. Chil. 3. Hiſt. 66. & Nicephorus, Hiſt. Eccleſ. 18. 48. Item *Georgius* Presbyter Eleuſius, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. 278.

Georgius Monachus, Taraſii Patriarchæ Syncellus: quomodo dicebatur qui proximus eſſet Patriarchæ hiſtoricus, vixit temp. Caroli M. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 184. Æqualis huic fuit *Georgius* Theophanes, Confeſſor, ut conſtat ex Michaelis Glycæ Annalium parte tertia. Voſſ. ubi ſupra.

Georgius Logothetes Chronicon edidit Conſtantinopolitanum, floruit autem temp. Mich. Palæologi. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 28. De *Georgio* Alexandrino Voſſ. Hiſt. Gr. p. 489.

Georgius ὁ Παχυμήρης, Sacerdos, Protecdicus, & Hieromnemon. Hic præter eum, quem in Dionyſ. Areopagitam commentarium habemus, condidit etiam hiſtoriam, quam orditur à temp. Michaelis Palæologi, qui imperare cœpit 1261. definit autem in an. 23. ſenioris Andronici ſub quo vixit.

Georgius Gemiſtus, philoſophus & Mathematicus cognomine Pletho, patriâ Conſtantinopolitanus, æqualis Beſſarionis Cardinalis, & Michaelis Apoſtolii. Præter illa de diſcrimine Platonis & Ariſtotelis, ac quædam alia fecit libros duos de geſtis Græcorum poſt pugnam Mantineam. Hi vero ita placuerunt M. Antonio Antimacho, qui eos Latinè vertit, ut diceret non tantum eſſe verbis aptos, preſſoſque: Sed etiam artificio tanto, tanta lenitate, ac rerum copiâ ferri, ut poſt Herodotum ac Thucydidem, cum antiquiſſimis terræ Græciæ hiſtoribus non immerito poſſit comparari.

Georgius Phranza Protoveſtiarius Chronicon reliquit de rebus Byzantinis, ac Peloponneſiacis quas magnam partem viderat, pleriſque etiam præfuerit. Finivit hoc opus A. D. 1457.

Georgius (neſcio cujas) de ſacrificiis Rhodiis ſcripſit. Athen. 15.

Georgius Chumnus Byzantinus rythmicam conſignavit hiſtoriam ab orbis Creatione ad Solomonis regnum.

Georgius Codinus Curopalates. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 368.

Geraræ, Græcis Γέρεραι, teſte Polluce, quatuordecim erant mulieres à rege Athenenſium conſtitutæ, quæ ſacra ſecreta Dionyſio faciebant. De quibus Demoſthene in Orat. contra Neæram, ubi & tale jusjurandum earum producit.
——Ὄρχος Γεραιῶν.
Ἁγιζέω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἀγνὴ ἀπὸ παντὸς ἄλλου παντὸς ἀκαθάρτου, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ Διονύσια, καὶ Ἰοβακχεῖα γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις.

Germanicus Cæſar, conſul, collega C. Fonteii Capitonis an. U. C. 764. *Germanicus Cæſar* filius fuit Druſi, à Tiberio adoptatus, atque ab eodem anno ætatis 34 veneno per Piſonem ſublatus. Hunc, ut poetam, celebrat Ovidius in Faſtis, quos ei dicavit, item carmine ad Suillium. Et fortaſſe ejus, non Domitiani Germanici carmen eſt, quod in veteribus epigrammatis legas, de puero Thrace, cui glacie caput abſciſſum. Orator etiam egregius fuit. Ovid. Faſt. 1.
Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Civica pro trepidis cum tulit arma reis.
Notavit & hoc Suetonius *Oravit*, inquit, *cauſas triumphales*, & Dio Caſſ. lib. 56. Καὶ αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἄξιον μνήμης παραξέ πλὴν ὅτι καὶ τότε ἐπῃδικήσεν. Suet. in Calig. *Omnes Germanico corporis, animique virtutes, ut quantas nemini cuiquam contigiſſe, ſatis conſtat.* Magnum & rarum elogium, in quo tamen conſentiunt Hiſtorici. Tac. lib. 2. pluribus perſequitur illius laudes, etiam cum Alex. M. comparatione facta. Dio paucis verbis non pauciora dicit, lib. 57. Κάλλιστος μὲν τὸ σῶμα, ἄκρος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἦν, παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥᾳθυμίᾳ διαφέρων, πρᾳότατός τε καὶ σωφρονέστατος ἁπάντων. Dilaudat eundem & Joſephus Originum, lib. 18. cap. 8. Unus Velleius per adulationem principis turpiſſimam auſus laudato ab omnibus juveni ignaviæ maculam aſpergere.

Geryon, ſeu *Geryones*, Chryſauris F. Heſiod.
Χρυσάορος δ' ἔτεκε τρικέφαλον Γηρυονῆα.
Trium inſul. rex, Balearidum, viz. duarum & Ebuſi, quæ res locum fecit Poetarum fabulis, ut Geryonem tricorporem fuiſſe dicerent. Servius ad illud Æn. 7.
——*Poſtquam Laurentia victor*
Geryone extincto Tirynthius attigit arva.
Geryones inquit, rex fuit Hiſpaniæ, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus inſulis præfuit, quæ adjacent Hiſpa-

niæ, Balearicæ, majori, & minori, & Ebuſæ, &c. Cedrenus: Τεισώματον ὑπ' Ἡρυθήλου φασὶν ὑπὸ τοσούτοις ἐχρήσατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ Ὠκεανῷ κείμεναι συνεμάχουν αὐτῷ. Hunc Hercules interfecit, boveſque ejus in Græciam abegit. Sunt etiam qui idcirco Geryonem tricorporem creditum velint, quòd tres fuerint eodem nomine fratres, tantâ inter ſe animi concordiâ viventes, ut animâ unâ regi putarentur. Juſtinus, lib. 44. *Porro Geryonem ipſum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuiſſe ferunt; ſed tres fratres tantæ concordiæ extitiſſe, ut uno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi ſuâ ſponte intuliſſe, ſed cum armenta ſua rapi vidiſſent, amiſſa bello repetiſſe.* Alii, nec abſque veri imagine, fabulam in hoc fundari putant quod Geryon Hiſpaniæ rex eſſet, quæ triplex eſt, Bætica, Tarraconenſis, Luſitanica. Interim vero non audiendus Suidas qui deridiculam commenti rationem hujuſmodi effert: Τεικέφαλον, ὅτι τρεῖς λόφους εἶχεν ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ. Euripides in Herc. Furente vocat eum Τεισώματον βοτῆρα Ἐρυθείας. Nonnus Baſſaricorum, lib. 25.

Καλλιπε κὴ τειλόφοιο κεφὴατα Γηρυονῆος.

Lucret. lib. 2.

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.

Horat. lib. 2. Od. 14.

——— *Qui ter amplum*
Geryonem, Tityonque triſti Compeſcit undâ.

Virg. Æn. 8.

Tergemini nece Geryonis ſpoliiſque ſuperbus.

Ovid. Met. 9.

——— *Nec me paſtoris Iberi*
Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, movit.

Silius Italicus, lib. 1.

Tres animas namq; id monſtrum, tres corpore dextras
Armarat, ternaque caput cervice gerebat.
Haud alium vidit tellus cui ponere finem
Non potuit mors una viro, duræque ſorores
Tertia bis rupto torquerent ſtamina filo.

Idem lib. 13.

Qualis Atlantiaco memoratur littore quondam
Monſtrum Geryones immane tricorporis iræ.
Cui tres in pugnâ dextræ varia arma gerebant,
Una ignes ſævos, aſt altera pone ſagittas
Fundebat, validam torquebat tertia cornum,
Atque uno diverſa dabat tria vulnera niſu.

Palæphatus: Γηρυόνιον φασὶν ὅτι τεικέφαλον ἦν, ἀδύνατον ἦ σῶμα τρεῖς κεφαλὰς ἔχειν, ἦ τοῦτο. Πόλις ἔστιν ἐν τῇ Εὐξείνῳ πόντῳ Τεικεφαλία καλουμένη, ἣν ἦ Γηρυόνης ἐν τοῖς πάνυ ἀνδρώποις ὀνομαστὸς, πλούτῳ τε κὴ ἄλλοις διαφέρων. Ἦλθε ἦ κὴ βοῶν ἀγέλην ἐλάσων, ἐφ' ἣν ἐλθὼν Ἡρακλῆς ἀνταπεμίμησον Γηρυόνην ἔκτεινεν. Οἱ ἦ βουκόλοι τρεφόμενοι τὰς βῦς, ἐδαίμονον, ἦ γὴ τὸ μέγεθος, μικραὶ, ἀπὸ ἦ κεφαλῆς ὅλη τῇ ὀσφύϊ μικραὶ κὴ σιμαὶ, κέρατα οὐκ ἔχουσι, ὀξὺ ἦ μαχεῖται κὴ πλατέα. Περὶ τοῦ πυνθανομένου ἦν ἔλεγόν τινες· Ἡρακλῆς ταύτας ἀπέλασεν, ἅσας Γηρυόνι τῷ Τεικεφάλῳ, τινὲς ἦ ἐν τῷ λεγομένῳ Κόκλασον αὐτὸν τρεῖς ἔχειν κεφαλάς. In Theologiâ Poeticâ & *fulmen* & *tonitru* deſignat Geryon. Nomen à ſono, nam γηρύειν, φωνεῖν, λέγειν dicitur Heſychio, illud autem ab Ebræo גרון *garon*, *guttur*, Doricè enim γαρύειν pro γηρύειν Pindaro. Fingitur vero Geryon triplex, quia triplex vis fulminis, nam eſt & terebrans, materiâ ſubtili, & diſcutiens, materiâ ventosâ, & urens materiâ viſcosâ. Hinc & *telum Jovis triſulcum* dicitur. Boves tribuuntur ei ob tonitrua, quæ bubus comparantur ob boatum, ſive horrendum ſtrepitum quem edunt. Abigit Hercules eas boves, quando ignea illa vis, nube ruptâ in terras vibratur. Vide Voſſ. De Idololatr. 3. 8.

Gether, filius Aram. Gen. 10. qui locumne aut populum aliquem de ſuo nomine appellaverit, haudquaquam ſcio. Mihi ſaltem nullus occurrit. Nam in vulgatâ *Gether*, 1 Reg. 30. 27. eſt pro Ebræo יתר *Jatthir*. Et ubi *Getara* pingitur in Ptolemæi tabulis ad mare Caſpium in Albaniâ, Græcus codex habet Γάζαρα. Denique in Peloponneſi deſcriptione apud Geographum Arabem *Gethuria* videtur eſſe Laconiæ Gerenia. Ex *Gethere* deſcendiſſe ſcribit Mercerus *Acarnanes*, *Cares*, & *Bactrianos vicinos inter ſe populos*. Quod viro alioquin impensè docto excidiſſe mirum eſt. Cum nemo ſit, qui neſciat, quantis locorum intervallis à ſe invicem diſſiti ſint Acarnanes in Græciâ prope Epirum, Cares in Aſiâ minore, è regione Rhodi inſulæ, & Bactriani in intimâ Aſiâ ultra mare Caſpium. Sed errori anſam dedere Joſephus, & Hieronymus, quorum ille Bactrianos, hic Cares & Acarnanes deducit ex Gethere. Fallor, aut Syrus author aliquis ſcripſerat Gether habitaſſe בגתרא *Begethera*, i. e. in Getherâ urbe, vel regione, ubicunque tandem fuerit. Pro quo Joſephus legit *Bactra*, vel *Bactra*, quaſi de Bactris ageretur. Pari errore בספרד *Biſpharad*, id eſt, *in Sepharad*, Abd. verſ. 20. Hieronymus *Boſphorum* reddit ac ſi B. præpoſitum pars eſſet vocabuli. Boch.

Gibelini, & *Guelphi*, duæ fuere quondam per Italiam factiones, An. Dom. 1240. quæ odio exitiali inter ſe digladiabantur. Earum autem origo talis fuiſſe dicitur. Cum Fredericus 2. Imp. in Italiam proficiſceretur, excommunicatus eſt à Summo Pontifice. Luſtrans vero ſingulas civitates, facilè deprehendit, qui propenſum erga ſe haberent animum. Qui igitur ei favebant, illos vocabat Germanico nomine *Gibelinos*: eos autem qui averſum à ſe habuerunt animum, appellavit *Guelphos*. Horum vocabulorum ratio eſt incerta. Hinc tandem varia & multiplicia ſcelerum genera in plurima ſubſecuta ſunt ſecula. Hanc hiſtoriam Munſt. lib. 2. cap. 3. fusè lateque ſcripſit.

Gigantes, Telluris filii excelſiſſimæ ſtaturæ, & draconum pedibus in deorum perniciem procreati, ut ſuperis ſcilicet bellum inferrent, Jovemque de cœli poſſeſſione dejicerent. Macrobius Sat. 1. 20. *Gigantes* nihil aliud fuiſſe credit, *quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, & ideo exiſtimatam Deos pellere de cœleſti ſede voluiſſe.* Et Cic. de Senectute: *More Gigantum bellare cum Diis quid eſt aliud, niſi naturæ repugnare?* Horum pedes in Draconum volumina deſinebant, quod ſignificat, nihil eos correctum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu, atque proceſſu in inferna vergente. Phyſici vero interpretantur Gigantes ſpiritus eſſe terræ incluſos, qui dum exitum non inveniunt, fractis interdum altiſſimis montibus vi erumpunt, & fragmina ipſa quaſi in cœlum ejaculantur. Hos Poetæ in campis Phlegræis cum Diis congreſſos fabulantur; ſed partim Jovis fulmine, partim Apollinis, & Dianæ telis confixos cecidiſſe, alioſque ſub Ætnâ monte, alios ſub Mycone, & Liparâ inſulis ſepultos eſſe: nonnullos etiam in Tartara detruſos impietatis ſuæ pœnas luere.

Gigantum vox inquit M. Delrius, ſumitur ſæpè pro quibuſvis hominibus, feris, robuſtis, audacibus, ſuperbis, impiis, confidentes in vi brachii ſui. Sic ſumi docent Gennadius in Geneſim, & Theodoretus; item Damaſcenus & S. Chryſoſtomus, cujus hæc ſunt: Γίγαντας, ὁ ξένλω πλάσιν, ὁδὲ ξένλω μορφὼ, ἀλλὰ τὸν ἥρωας, τὸν πλεμικὲς, τὸν ἰσχυρές. Maxime tamen ſi vaſtâ ac procerâ mole corporis eſſent, quos Theodoretus vocat παμμεγέθεις ἀνθρώπους; Divus Auguſtinus docet ſumi pro ſuperbis & fortiſſimis, D. Hieronymus pro inexpugnabilibus, ejuſque diſcipulus Philippus Presbyter, lib. 2. in Job. cap. 26. *Gigantes*, inquit, *appellat ſcriptura divina, homines ſuperbos, rebelles, & contumaces, ut fuit ille Nemroth Cigas venator contra Dominum.* Si tamen liber ille non potius Bedæ eſt. S. Cyrillus, lib. 9. contra Julianum Apoſtatam. *Mos eſt Divinæ* Scripturæ Gigantes vocare agreſtes & feroces & robuſtos. Nam de Perſis & Medis Judæam devaſtaturis, dixit Deus per Iſaiam: Gigantes venient *ut impleant furorem meum.* Benè Macrobius, Sat. 1. 26. *Gigantes autem quid aliud fuiſſe credendum eſt quàm hominum quandam impiam gentem Deos negantem & ideo exiſtimatam Deos è cœleſti ſede pellere voluiſſe.*

De Gigantum autem origine variæ ſunt priſcorum opiniones. Alii namque illos Titanis & Terræ filios fuiſſe ſcribunt. Alii ex ſanguine Titanum à Jove interfectorum è terra eſſe natos aiunt. Heſiodus ex ſanguine Cœli, amputatis illius à Saturno virilibus, genitos eſſe dixit. Joſephus vero in Antiq. Jud. contendit eos ex dæmonum coitu cum mulieribus fuiſſe procreatos: cui quidem opinioni & Lactantius ex Sacrâ Hiſtoriâ argumento ſumpto, aſtipulari videtur. Sed D. Auguſtinus, cæterique recentiores Theologi rectè iſtam rejiciunt opinionem, quòd Dæmones cum mulieribus verè coire poſſe, prolemque aliquam ſuſcipere, impoſſibile ſit.

Gigantum autem urbs maxima fuit Enos circa Libanum montem, qui univerſo dominabantur orbi, ab occaſu Solis ad ortum. Iſti vaſtitate corporis ac roboris confiſi, inventis armis opprimebant, libidinique inſervientes invenerunt papiliones, & inſtrumenta Muſica, omneſque delicias. Manducabant homines, & procurabant abortus, in eduliumque præparabant, & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, & maſculis, atque brutis: ac denique nihil erat ſceleris, quod non admitterent, Dei ac Religionis contemptores. Beroſus, lib. 1.

Gigantum eſſe Libyæ gentem quandam Eudoxus Cnidius refert, qui ex floribus, quos plurimos & odoratiſſimos apud eos ſponte ſua tellus producere ſolet, arte quadam optimum adeo mel conficere dicuntur, ut non multum ab apum melle diſtare videatur. Leonic. Thom. l. b. 5. cap. 77. Sic dictos volunt qu. Γηγενεῖς, id eſt, *terrâ nati*. Approbat hoc etymon Orpheus his verſibus:

Οὓς καλέεσκον Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μαχάρεσσιν,
Οὕνεκα γῆς ἐφύοντο κὴ αἵματος ἠεγερέσιο.

Ovid.

Ovid. Faſt. 4.

Terra feros partus, immania monſtra Gigantes,
Edidit, auſuros in Jovis ire domum,

Corn. Severus Elegans Poeta:

Tentavere nefas olim detrudere mundo
Sidera, captivique Jovis transferre Gigantes
Imperium, & victo leges imponere Cœlo.

Vide Philonem libro de Gigantibus. Silius, lib. 6.

Quantis armati cœlum petiere Gigantes
Anguibus.

Ubi Dauſqueius: Rectè vero diſputavit Apollonius apud Philoſtratum ridicularia illa bella: ideóque cœlo ac Diis pugnaſſe Gigantes dici, quòd expilarint templa, & ſacra profanaverint: Ἐγὼ δὲ Γίγαντας γηγενέας φημὶ, καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς ἀναδεικνυσθαι τοιαῦτα σώματα βαρβάρων τάφων. ὃ μὲν εἰς ἀγῶνα ἐλθεῖν τοῖς θεοῖς, ἀλλ' ὑβρίσαι μὲ τάχα εἰς τὸν νεὼν αὐτῶν, καὶ τὰ ἔδη· Οὐρανῷ δὲ ἐπιπεδῆσαι, καὶ μὴ συγχωρεῖν τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτῆς εἶναι, μανίαν μὲ λέγειν, μανίαν δ' ὅτι.

Gildas, Juſtiniani tempore atque ultra claruit *Gildas*. cognomine, *Sapiens*, Iltuti Morganenſis diſcipulus, & Bannochorenſis Monachus, atque Abbas. Cujus tum libellum de Excidio Britan. habemus, tum reprehenſionem acrem in Clerum Britannicum. Vide Voſſium de Hiſtoricis Lat. lib. 2. cap. 21.

Gildo, rex Africæ, Maſcezelis fratris ſui filios necuit. Is in Italiam fugiens ab Honorio copias accepit, & cum 5. mil. pugnatorum fraternas copias delevit. Oroſ. 7. 36. Diaconus, l. 13. Claud. de bello Gildonico.

Gingras. Adonis Phœnicibus dictus. Pollux, 4. 10. Ἡ Φοινίκων γλῶττα Γίγγρεν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασαι. Vide Heſychium in Γίγγει, & Boch. Phœn. Col. pag. 807.

Gippius, Rom. vir, qui ſimulabat ſe dormire, & ſtertere, quò facilius uxor ejus mœcharetur, unde natum adagium videtur Ciceroni in quadam epiſtola ad Fabium Gallum, *Non omnibus dormio*. Lucilius apud Beroaldum.

Glabrio, Conſul cum Ulpio Trajano, an. U. C. 845. Alius Conſul cum Hamullo, an. U. C. 904. Alius cum Antonino Commodo, an. U. C. 938. Alius denique cum Val. Maximo, an. U. C. 1008.

C. Acilius, C. F. L. N. *Glabrio* Quæſtor Provincialis an. ab U. C. 551. item Trib. plebis 556. Ejus Annales citat Plut. in Romulo. Mem. Cic. lib. 3. de Officiis. Eos annales tranſtulit Claudius, ſeu Quadrigarius, ſive alius, teſte Livio, lib. 25. & 35. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 17.

Glaucias Melioris libertus, cujus Epitaphium vide apud Mart. 6. 28. Et epicedium ejuſdem apud Papin. Silv. 2. Carm. 1. Erat autem *Glaucias* nomen virile ſatis notum Romanis. Aſcon. Pæd. in Orat. pro M. Scauro: *Qu. Servilius Cepio* Scaurum reum fecit repetundarum, lege quam tulit Servius *Glaucia*. In pari nominis & rei præmature obeuntem puerum. Epitaphium ſcripſit Auſonius quod eſt 33. inter Heroum.

Lætabis octono tibi jam ſub Conſule pubes
Cingebat teneras, Glaucia adulte genas, &c.

Glaucippus, De ſacris Athenienſium ſcripſit, teſte Macrobio, Saturn. 1. 13. *Glaucippum* Hyperidis filium auctorem laudat Plutarchus in Phocione.

Glaucopis, habens oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas, quæ Latinis cæſia, idque ut nonnullis placet, quaſi Cœlia. Diodorus autem ſcribit aerem nominatam eſſe Pallada, & ideo Glaucopin dici, quoniam aer glauci, h. e. viridis ſit aſpectûs.

Glaucus, Hippolochi fil. qui Trojano bello Priamo ſuppetias tulit, homo tam ſtupidus, ut cum Diomede, armorum permutatione factâ, ænea acceperit pro aureis. Homerus, Iliad. 6.

Ἐν δ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὅς ῥα πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχεα ἄμειβε
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων.

Inde Proverbium *Glauci & Diomedis permutatio*, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. Utitur hoc proverbio Plato in Sympoſio, & Ariſtot. lib. 5. Eth. ad Nicomachum. Mart. 9. 95.

Tum ſtupidus nunquam nec tu puto Glauce fuiſti,
Chalcea donanti Chryſea qui dederas.

Ferunt hunc ab Ajace occiſum; cum pro corpore interfecti Achillis pugnaret; & poſtea in Lycium ventis delatum in fluvium mutatum eſſe. Palæphatus. Pag. 32.

Glaucus piſcator, cum piſces captos in ripâ explicuiſſet, ii ſubito contactâ quâdam herbâ ſe colligentes in fluvium proſiluerunt, admiratus itaque Glaucus herbæ illius vim, cum & ipſe deguſtaſſet, piſces ſecutus in aquas inſiluit, mariſque Deus factus creditur. Alii aliter referunt hunc fabulam, Glaucum ſcilicet inſignem urinatorem fuiſſe, qui cum ſæpius inſpectantibus ſuis municipibus in fluvium ſe dejeciſſet, diutiuſque ſub aquis moratus ſemper emerſiſſet, tandem cum illis fruſtra expectantibus non rediret, creditus eſt factus eſſe maris Deus. Heraclides Glaucum ex Polybo Mercurii filio, & Euboeâ Larymni filiâ genitum fuiſſe tradidit, Mnaſeas vero lib. 3. Europæorum, Anthedonem, & Halcyonem parentes ejus fuiſſe affirmat, natandi vero urinandique apprimè peritum, ideoque Pontium, i. e. marinum vocatum fuiſſe, raptaque Syme, Jalemi ac Dotidis filiâ in Aſiam trajeciſſe, ac prope Cariam, deſertam quandam inſulam habitaſſe, quam Symen ab uxoris nomine appellavit. Euanthes heroicorum verſuum poeta in ſuo de Glauco hymno, Neptuni filium, Naidiſque nymphæ illum fuiſſe tradit, & cum Ariadne à Theſeo derelictâ, quam deperibat in inſulâ Diâ concubuiſſe. Poſſis Magneſius lib. 3. Amazonidis, navis Argi Glaucum architectum, gubernatoremque fuiſſe tradit, & in Jaſonis cum Tyrrhenis navali pugnâ ſolum eum nullo vulnere ſauciatum fuiſſe, ſed ut Jovi placuerat, in fundo maris apparuiſſe, Deumque maris ita factum, à Jaſone ſolum viſum, &c. Vide Athenæum lib. 7. ubi multa alia de hoc Glauco referuntur. Vide ſis etiam Palæphatum.

Glaucus, ex Potniâ Bœotiæ vico, Siſyphi filius, qui cum equas ſuas à coitu cohiberet, quo eſſent velociores, Venus indignata furorem eis tantum immiſit, ut dominum dilacerarint. Virg. Georg. 3.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum,
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.

Strabo lib. 9. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Δίρκη χρήνη καὶ Ποτνιαὶ, ἐν αἷς μυθεύεται τὸν περὶ τὰς Ποτνιὰς Γλαῦκον διασπασθέντα ὑπὸ τῶν Ποτνιάδων ἵππων ἐν πόλεως πλησίον. Fabulæ occaſionem narrat Palæphatus his verbis. Φασὶν ὅτι καὶ ἔτος κατεβρώθη ὑπὸ τῶν ἵππων, ἀγνοοῦντες, ὅτι ἐπιθυμῶν, καὶ τῶν οἰκείων ἵππων ἐπιμελῶμενος, καὶ μεγάλας δαπάνας ποιούμενος, ἐπιτείνω, καὶ ἐπίλιπεν αὐτὸν ὁ βίος.

Glaucus, Hippolyti filius à quo Iones nati ſunt reges; multique hoc nomine ſunt vocati, inter quos fuit Minois fil. in mellis dolio necatus, qui Æſculapii ope revixit. Palæphatus: Καὶ ἔτος ὁ μὲν μάγειρος, ὡς ὑπὸ Γλαύκου ἀποθανόν[τος] ἐπὶ τῷ μέλιτι, ὁ Μίνως ἐν τῷ τύμβῳ κατώρυξε καὶ τὸν Κοισσυρᾶ Πολύειδον, ὃς ἦν ἐκ τῆς Ἄργους ὃς ἰδὼν δράκοντα, ἐπέχοντα πόαν ἐπιθέντα τεθνεῶτι, καὶ ἀναστήσαντα αὐτὸν, καὶ ἔτος τὸ αὐτὸ ποιήσας εἰς τὸν Γλαῦκον, ἀνέστησεν. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον. Ἐγένετο δὲ τοῦτον τὸν Γλαῦκος πῶν μέλι ἐταράχθη, χόλος δὲ αὐτῷ πλείονος κινηθείσης, ἐλειποθύμησεν. Ἀφίκοντο δ' ἐν οἱ τὸν καὶ ἄλλοι ἰατροὶ καὶ ὁ Πολύιδος. Ὃς ἰδὼν τὸν πόαν, ἣν ἔμαδε παρὰ τοῦ ἰατροῦ, ᾧ ὄνομα ἦν Δράκων, καὶ ταύτῃ τῇ βοτάνῃ χρησάμενος, ὑγιῆ ἐποίησε τὸν Γλαῦκον.

Glaucus Caryſtius, pugil ex Eubœâ, qui ex aratro in Olympia productus ſæpe vicit.

Glaucus, Antenoris Trojani fil. ab Agamemnone interfectus. Dictys Cretenſis.

Glaucus, inter miniſtros Vulcani numeratur ab Herod.

Glaucus, Rheginus Italus, antiquorum poetarum & Muſicorum hiſtoriam ſcripſit, teſte Plut. lib. de Muſicâ. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 369. & lib. 4. cap. 2. Jonſium quoque de ſcript. Hiſt. Phil. lib. 1. cap. 4. Glaucus etiam antiquitates Arabiæ prodidit. Id opus Stephanus nunc vocat Ἀραβικὰ ἀρχαιολογίαν, ut in Γέα, & Σαλμωνεῖ, nunc Ἀραβικὰ, ut in Ἄτλαντος, ubi tertium ejus operis adducit. Fuit & *Glaucus* Locrus, qui ab Athenæo lib. 12. refertur, inter ὀψαρτυτικοὺς συνδείπνους. Ac meminit quoque ejus lib. 9. Item Julius Pollux lib. 6. c. 10. Eſt præterea *Glaucus* Athenienſis, cujus epigramma in Bacchi icona habes in quarto Ἀνθολογίας. Nec dubium quin ejuſdem ſint epigrammata, quæ alibi eodem in opere Glauco tribuuntur.

Mich. *Glycas*, Siculus ſcripſit annales quadripartitos, opus non hiſtoricum modo, ſed etiam Phyſicum, & Theologicum. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. l. 2. cap. 27.

Glycera, virgo formoſiſſima. Horat. lib. 1. Carm. Od. 11.

Urit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore pulchrius;
Urit grata protervitas,
Et vultus nimium lubricus aſpici.

Glycerium, Theſpienſis meretrix, quæ tabulam Cupidinis, quam à Praxitele gratis acceperat Theſpienſibus dono dedit.

Glycon, vir robuſtiſſimus. Horatius.

Nec quia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus, noli prohibere chiragra.

Item Panſæ Conſulis medicus, qui in carcerem conjectus eſt ob ſuſpicionem veneni, quod ferebatur indidiſſe vulneribus domini ſui. Sueton. in Aug. Et Cic. ad Brutum.

Gnatho, Siculus, homo voraciſſimus, qui conviviis adhibitus

sese in paropsides emungebat, ut, cæteris abstinentibus solus vesceretur.

Goliah, nomen Gigantis, quem expugnavit David. 1 Reg. 17. Prudentius:

Vidimus horrendum membris animisque Goliam
Invalidâ cecidisse manu: puerilis in illum
Dextera fundali torsit stridore lapillum.
Ille minax, rigidus, jactans, truculentus amarus,
Dum sese ostentat clypeo, dum territat auras,
Expertus pueri quid possint ludicra parvi,
Succubuit teneris bellator turbidus armis.

Vide sis ibi Jo. Weitzium.

Gomer, fil. Japhet. Gen. 13. de quo vide Boch. Geogr. Sacr. lib. 3. cap. 8. Item filia Diblaim, uxor Oseæ. Ose. 1. Lat. *consummans*, vel *consumens*, vel *deficiens*.

Gomerus Gallus, omnium primus suas posuit colonias in regno, quod pòst Italia dicta est, & regionem de suo nomine cognominavit, illosque docuit leges & instituta. Berosus lib. 3.

Gordius, rex Phrygiæ, rusticus alioquin & ignobilis, ideo tamen rex designatus & consalutatus ab omnibus, quòd ex oraculo Apollinis primus templum ingressus fuisset, in cujus rei memoriam, lora in templo suspendit, in quibus nodus visebatur propemodum indissolubilis; unde proverb. *Nodus Gordianus*; Quem nodum Alex. M. cum dissolvere non posset, discidit, oraculo eluso.

Gorgias, rhetor celeberrimus, qui pulcherrimum librum de concordiâ, Græcis tunc inter se dissidentibus, recitavit Olympiæ.

Gorgias Leontinus Philosophus, Empedoclis discipulus. Isocratis autem & aliorum philosophorum, & rhetorum præceptor. Cic. in Bruto. & lib. de Oratore. Hic arte suâ tantum pecuniæ corrasit, ut auream statuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici. Ausus est primus in conventu poscere, quâ de re quisque vellet audire: ac de omni re, quæcunque in disputationem, quæstionemque vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profitebatur. Is instituit orationem extemporalem, & declamationes exercitationis causâ. Philostratus.

Gorgias Atheniensis de scortis Atticis scripsit. Athenæo teste lib. 13,

Gordianus, Tres *Gordianos* separatim describit Capitolinus, totidemque agnoscunt Herodianus, & Aurelius Victor, non ille Schotti, sed alter: nam is auctor, quem ille edidit, duos solum prodit, & in totâ historiâ à Capitolino dissentit, Sed jure Capitolinus imperitos scriptores paulò post nominat eos, qui duos fuisse Gordianos scriberent, quo tamen in errore plerique veterum sunt versati, ut Eutropius, Eusebius, Zonaras, aliique. Cedrenus vero quas nugas blaterat in historiâ Gordianorum? Omittit eos qui in Africâ perierunt: eum nominat, qui cum Maximo & Balbino factus Imperator. Sed Maximus Albinus illi unius Augusti sunt nomina: cui successisse ait Publianum, qui sine dubio Pupienus est intelligendus, & putarem ita corrigendum, nisi ex eodem fonte Publium invenissem in Græcis fastis nominatum. Simili errore eundem vocat Zonaras Πομπιανὸν ac diversum facit à Maximo. Sed reliqua Cedreni spectemus: Huic, ait, successit Ἰούνιος. Quis iste? haud dubie monstrum in historiâ, confictum loco Gordiani secundi. Hic Latinis cognominatur à re *Junior*, inde ille fictitius Ἰούνιος. Nam & in Fastis Græcis scriptum offendimus Γορδιανὸς Ἐπίους, non absimili culpâ. Post hunc, inquit, regnavit fil. ejus Gordianus an. 4. Hic nempe est tertius Gordianus, quem non defuere qui Junioris filium dicerent. At quid dicemus de sequentibus verbis? Μετὰ Γορδιανὸν ἐβασίλευσεν Οὐνίωρ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη δύο. Quis, malum, iste *Unnorus*? profecto *Junior* est Gordianus, quem immani errore refert hic in scenam Cedrenus. Quare videant tirones, quantum in Romanis rebus recentioribus Græcis sit fidendum. Casaub.

Gorgones, Phorci filiæ, Medusa, Stheno & Euryale quæ Dorcadas insulas in Oceano Æthiopico sitas, habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. Nomen habent à *truculentiâ*, quam Græci Γοργότητα appellant. Scribit Diodorus, fœminas fuisse in Africâ bellicosas, adversus quas Perseus bellum gessit, & earum reginam Medusam debellavit, ac interfecit. Hinc *Gorgoneum venenum*. Virg. lib. 7.

Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis.

Idque duplici de causâ; tum quia caput Medusæ coronabatur venenatis serpentibus. Cedrenus loquens de simulacro Palladis: Καὶ τὸ Γοργόνειον τέρας, ἢ ὄφις περὶ τὸ τεῖχος ἐμπεπλεγμένος. Tum quia in Africâ venena omnia creduntur orta ex capite Medusæ Gorgonis. Ovidius de Perseo:

Cumque super Libycas victor penderet arenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ;
Quas humus exceptas varias animavit in angues.

Qui penè ad verbum sententiam transtulit ex Apollon. l. 4.

Γοργόνος ἀεπίτομον κεφαλὴν βαστάζοντα κομίζων,
Ὅσσαι κυανέης φαίης αἵματος ἔσταν ἵκοντο,
Αἱ πᾶσαι κείνων ὀφίων γένος ἐβλάστησε.

Gorgonia, Pallas dicta est, quòd Medusam, unam ex tribus Gorgonibus, quæ concubitu suo templum Deæ profanaverat, Perseus, Minervæ scuto armatus amputato capite occidisset. Fabulantur autem Gorgonis caput tale fuisse, ut homines hoc conspecto statim in lapides verterentur.

Gorgonius, vir nobilis, Diocletiano Imperatore, pro Christianâ religione vitam suspendio finivit, cujus corpus mortuum famelicis canibus objectum est, quod tamen remansit intactum. Item viri proprium malè olentis. Horat. *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.*

Gorgus, rerum metallicarum vir callentissimus, cujus operâ in multis usus est Alexander. Strabo lib. 15. Καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργυρείας ὁ πολὺ ἄπωθεν ὢν ἄλλοις ὄρεσιν ἰσορρεῖται κρᾶσι, ὡς ἐδήλωσε Γόργος ὁ μεταλλευτής.

Gotescalcus, Leodicens. Ecclesiæ Diaconus & Canonicus, postulatu Agilfridi Episcopi sui Vitam descripsit S. Lamberti Leodicens. Episcopi. Flor. A. D. 1270. Nomen quod attinet: Majoribus nostris, inquit Collerus, *scalcum servum* fuisse appellatum docent priscæ linguæ nostræ fragmenta ab aliis vulgata. Sic *Gotescalcum* ministrum Dei rectè interpretabimur. Dithmarus de ejus appellationis Episcopo Frisingensi: *Nomen cum re possidens.* Historiam ejus edidit R. Jac. Usserius Archiep. Armachanus.

Gothfredus, Apuliæ Comes, An. Dom. 1049. Germanicè sig. *Gods peace.* Apud Danos quoque *Guthfreiahed* est *Godlineſs.* Plures hujus nominis in recentioribus historiis occurrunt, inter quos *Gothfridus* Bullionius ab exercitu Rex Hierosolymorum constitutus. An. Dom, 1000.

Jo. *Gowerus* Anglus, ordinis Equestris, ut quidam volunt, ac poeta laureatus. Hic nomen suum extulit, partim iis quæ & Gallicè eleganter, & elegantius Anglicè elaboravit, partim illis, quæ nec ineleganter Lat. Sermone transtulit: uti Chronico 7. librorum cui Tit. *Vox clamantis.* Alia quoque conscripsit, nondum propalata. Ætate confectus & jam cæcus, Londini decessit an. 1402.

Gracchus Sempronius, Caii ac Tiberii pater, in Hisp. Proconsul missus, Celtiberos in deditionem accepit, Ilurcimque eorum oppidum splendidius à se restitutum, ut gestarum à se rerum memoria supereſſet, de suo nomine *Graechurim* appellavit. Huic uxor fuit Cornelia ex Scipionum familiâ, insigni pudicitiâ & eruditione mulier, ex quâ Tiberium & Caium Gracchos suscepit, generosissimæ quidem indolis juvenes, eloquentiâque imprimis admirabiles, cæterum popularis auræ plus satis avidos, quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad plebem se contulerint, legesque agrarias, perpetuos seditionum fomites in lucem reduxerint, neque antea quieverint, donec senatum in suam necem armarent. Tiberius prior occisus est in concione à Pub. Naſicâ; Caius autem biennio post, cum mont. Capitolinum occupasset, jussu Opimii consulis est interfectus. Cic. Orat. 1. in Catil. *P. Scipio Pontifex Max. Tib. Gracchum medioeriter labefactantem statum Reip. privatus interfecit.* Juven. Sat. 6.

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?

Lucan.

——*Ausosque ingentia Gracchos.*

Horum seditio fons & origo subversionis Reip. Rom. omnino fuit. Nam ex eâ ortus est tribunatus Liv. Drus. quem patres equitibus qui ex lege Gracchi judicabant, opposuerunt. Ex hoc bellum sociale, quod promissa à Liv. Druso civitas non præstaretur: ex hoc Mithridaticum, cum Mithridates Rex Ponti confisus discordiâ Italiæ, multa Civium millia, quæ in suo regno negotiabantur, jussit interfici. Ex hoc Bella Civilia Mariana, cum Marius provinciam, & bellum Mithridaticum L. Syllæ vellet eripere. Ex hujus seminibus Sertorianum, Lepidanum, conjuratio Catilinæ, postremo Pompejanum. Hinc Cæsaris regnum, quo occiso Bella Civilia Antonianum, Philippense Bruti & Cassii, Siculum sexti Pompeii, Actiacum. Tandem Resp. in Monarchiam & tyrannidem versa est. Lud. Vives.

Gradivus, Martis cognomentum *à gradiendo*, ut Festo placet, impositum, eò quòd *gradatim* & per ordines in bellum eatur, aut certe à *vibratione* hastæ, quòd Græci κραδαίνειν vocant. Homerus utrumque conjungit de Marte loquens:

Ἥιε μακρὸν βιβὰς κραδαίων δολιχόσκιον ἔγχος.

Hujus sedem apud Thracas & Getas poetæ collocarunt, quod eæ nationes sint bellicosissimæ & à pacis otiis alienissimæ. Hom. Il. ν.

Οἷς δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μίσγεται
Τῷ δὲ Φόβος φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς
Ἔστο, ὃς ἐφόβησε καὶ ἀφραδέα περ πολεμιστήν.

Τὼ μὲν ἄρ' ἐν Θρήκης Ἐφύρης μέτα δωρήσασθον
Ἠὲ μὲν Φλεγύας μεγαλήτορας.

Virgil. Æn. 12.

Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos, illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant, gemit ultima pulſu
Thraca pedum. ———

Val. Flac. lib. 7.

——— *Qualis Getico de pulvere Mavors.*

Intrat equis, uritque gravem ſudoribus Hebrum. *Getici* autem *Gradivi* plurima mentio apud Poetas. Virg. Æn. 3.

Gradivumque Patrem Geticis qui præſidet arvis.

Stat. Theb. 3.

Gradivum acciri propere jubet. Ille furentes
Biſtonas & Geticas populatus cædibus urbes.

Silius lib. antepenult.

Qualis apud gelidum currus quatit altior Hebrum
Et Geticas ſolvit ferventi ſanguine Mavors
Lætus cæde nives.

Val. Flac. lib. 5.

Ecce autem Getiis veniens Gradivus ab antris.

Claudianus:

Qualis lethifera populatus cæde Gelonos
Procubat horrendus Getico Gradivus in antro.

Græcus, nomen viri, unde *Græcia* dicta, & pop. *Græci*. Græcè Γραικοὶ. Ariſtoteles lib. 1. Meteor. Οἱ καλούμενοι πότε Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες. Marmor Arondelianum, quo monumento nihil ferè antiquius: καὶ Ἕλληνες, ἀνομάσθησαν ὕστερον Γραικοὶ καλούμενοι. Porro Γραικῶν appellationem, etſi vulgus Græcorum reſpuit, poetæ tamen non ſunt aſpernati. Lycophron.

Γραικῶν ἄρειος ὃς πάλαι τόλμῃ πάρος.

Vide Stephanum. Quis vero non miretur Heſychio, parum iſta fuiſſe cognita? Is enim putat à Romanis Græcos eſſe appellatos, qui Ῥωμαῖοι appellarentur ſine Γ.

Grajugenæ, Græci ſic dicti ſunt. Virg. Æn. 3.

Grajugenumque domos, ſuſpectaque linquimus arva.

Graius, adjectivum, idem quod *Græcus*. Apud Lucret, lib. 1. *Graius homo* ponitur pro Epicuro Græco. Ovid. Met. 13.

Eſt aliquid de tot Graiorum millibus unum
A Diomede legi. ———

Gratiæ, vocatæ ſunt à Latinis, quæ à Græcis *Charites*, aliorum parentum filiæ ab aliis ſcriptoribus creditæ ſunt. Heſiodus in Theogoniâ illas ex Eurynome Oceani filiâ, & Jove natas eſſe tradidit in his verſibus:

Τρεῖς δὲ οἱ Εὐρυνόμη Χαρίτας τέκε καλλιπαρῄους,
Ὠκεανοῦ κούη πολυήεστον εἶδος ἔχουσα,
Ἀγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν.

Orpheus vero in Hymno quodam *in laudem Charitum* compoſito, non Eurynomes, ſed Eunomiæ & Jovis filias eſſe ait in his:

Δεῦτέ μοι ὦ Χάριτες μεγαλώνυμοι, ἀγλαόπωλοι,
Θυγατέρες Ζηνός τε καὶ Εὐνομίης βαθυκόλπου,
Ἀγλαΐη τε, Θάλεια, καὶ Εὐφροσύνη πολύολβε
Χαρμοσύνης γενέτειραι.

Alii Jovis & Autonoes illas filias eſſe tradiderunt, nominaruntque *Paſitheam*, *Euphroſynen* & *Ægialen*. Antimachus, antiquiſſimus poeta, illas Ægles & Solis filias eſſe cenſuit. Alii duas tantum putarunt, *Clitan* & *Phaenam*. Alii *Auxo* & *Hegemonem*, ut ait Pauſ. in Bœoticis. *Suadela* etiam à nonnullis inter Gratias numeratur. Communior tamen ſententia eſt, quòd tres fuerint, ut in hoc verſu teſtatur Meleager:

Τρισσαὶ μὲν Χάριτες· τρεῖς δὲ γλυκυπάρθενοι Ὧραι.

Junguntur unà fere ſemper à poetis. Horatius.

Gratia cum nymphis geminiſque ſororibus audet
Ducere nuda choros.

Muſæus:

——— Οἱ δὲ παλαιοὶ
Τρεῖς Χάριτας ξανθόκομοι πορφυρέαι———

Pulchricomas vocat Homerus Hymno in Apollinem:

Αὐτὰρ εὐπλόκαμοι Χάριτες καὶ εὐφρόνες Ὧραι.

Horatius illas ſolviſſe zonas inquit, zonâ autem veſtitas eas fuiſſe innuit.

Fervidus tecum puer & ſolutis
Gratiæ zonis, properentque Nymphæ.

Hæ igitur cùm veſtibus operirentur antiquitus, vel quia turpe eſſet aſpectu nudas mulieres ſine veſtibus conſpici, vel quia brumæ frigora formidarent, inciderunt in recentiores tanquam in latrones, à quibus ſpoliatæ ſunt, & aufugere ex orbe terrarum coactæ, teſtante poetâ:

Ὤχατο μὲν Πίστις μεγάλη θεός, ἄχατο δ' ἀνδρῶν
Σωφροσύνη, Χάριτές τ', ἄ φίλει γλυκὺ ἔλπειν.

Vide omnino Senecam de Ben. 1. 3. & ad locum illum Lipſium.

Gratianus, Valentiniani Cæſaris fil. qui patri ſimul & Valenti patruo in imp. ſucceſſit, à Maximo quodam ſuo belli duce per inſidias in Galliis interfectus. Præceptorem habuit in literis Auſonium Burdigalenſem, quem tandem ad Conſulàrem dignitatem Romæ perduxit.

Gratianus, monachus Bononienſis, Petri Lombardi Sententiarum magiſtri frater, decreta Pontificum Rom. in unum volumen primus congeſſit circa An. Dom. 1189.

Gratidia, mulier Neapolitana unguentaria, & veneficæ, quam Horatius *Canidiam* vocat.

Gregorius, cognomento *Magnus*, erat natione Romanus, ex patre Gordiano, genus à proavis non ſolum nobile, ſed & religioſum ducens. Librum Jobi, quomodo juxta literam intelligendus, qualiter ad Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta referendus, quo ſenſu unicuique fidelium ſit aptandus, per 35 libros expoſitionis mirandâ ratione perdocuit. Alii quidem Pontifices, inquit Beda, conſtruendis, ornandiſque vel auro vel argento Eccleſiis operam dabant, hic autem totus ad animarum lucra vacabat. Luculentum quoque teſtimonium de Gregorio perhibet Trithemius Abbas lib. de Scrip. Eccleſ. *Gregorius*, inquit, *Papa, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, Theologorum princeps, ſplendor Philoſophorum, & Rhetorum lumen, vitâ & converſatione integer atque ſanctiſſimus.* Egregium quoque de eo hoc eſt Platinæ Encomium. *Is*, inquit, *non ſibi, ſed utilitati hominum, ac honori divino conſulens, quem certe ob religionem & pietatem rebus omnibus ſemper antetulerat, ſpretis opibus, poſthabitis voluptatibus, atque omni ambitione & potentiâ, gubernacula Reip. Chriſtianæ ſuſcipiens ita vixit, ut uſque ad tempora noſtra neminem ex ſucceſſoribus parem habuerit, nedum ſuperiorem vel ſanctitate vitæ, vel diligentiâ in rebus agendis, vel doctrinâ & ſcriptis.*

Gregorius Nazianzenus, floruit ſub Valente Imp. & anno 11. Theodoſii obiit, teſte Hieronymo. *Pietas ejus*, inquit Eraſmus, *propemodum ex æquo certat cum facundiâ.* Sed amat ſignificantes argutias, quas eo difficilius eſt Latinè reddere, quod pleræque ſint in verbis ſitæ. Tota vero phraſis nonnihil accedit ad ſtructuram Iſocraticam. Adde quod de rebus divinis, quæ vix ullis verbis humanis explicari poſſunt, libenter ac frequenter philoſophatur. Hic Baſilio Magno arctiſſimâ fuit neceſſitudine conjunctus, ac D. Hieronymum in Divinarum Scripturarum ſtudiis auditorem ac diſcipulum habuit.

Gregorius Nyſſenus Epiſcopus, quem Græci honoris causâ *Patrem patrum* appellant. Divi Baſilii Magni frater, Academicis, ac Peripateticis diſciplinis excultus, vir eloquentiæ nervoſæ ac preſſæ. Floruit A. D. 380.

Gregorius, Syracuſanus Archiep. cognomento *Asbeſta* fuit. In eum non minus quam in Photium Baronius ubique debacchatur. Multa ille paſſus fuit à factione Ignatianâ, & Pontifice Romano Nicolao, uti oſtenſum à Montacutio ad Photii epiſt. pag. 155.

Grunduli, vel *Grundiles*, Lares, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem Scrofæ, quæ 30 peperarat porcos. Caſſius Hemina Hiſt. lib. 2. *Paſtorum vulgus* (inquit) *ſine contentione conſentiendo præfecerunt æqualiter imperio Remum & Romulum, ita, ut de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit, ſus parit porcos triginta, cujus rei fanum fecerunt Laribus Grundulibus.* Diomedes lib. 1.

Gryllus Xenophontis filius, qui pro patriâ fortiter pugnans, occubuit. Hujus laudes & Epitaphia multi ſcripſere. Ariſtot.

Gyges, gigas centimanus, Cœli & Terræ filius, frater Briarei. Ovid. Triſt. 4.

Centimanumque Gygen, ſemibovemque virum.

Gyges, fuit quidam Lydus, cui cum Candaules, Lydiæ rex uxorem ſuam nudam oſtendiſſet, illa id ægrè ferens, Gygen ad necem ejus impulit, ſeſeque cum regno illi tradidit. Herod. lib. 1.

Gyges, quidam, de quo Cic. lib. 3. Offic. hæc ſcribit. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit, æneumque equum (ut ferunt fabulæ) animadvertit, cujus in lateribus fores eſſent, quibus apertis, hominis mortui corpus vidit magnitudine inuſitatâ, annulumque aureum in digito; quem ut detraxit, atque ipſe induit, (erat enim paſtor) tum in concilium paſtorum ſe recepit. Ibi cum palam ejus annuli ad palmam converterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat. Itaque hâc opportunitate annuli uſus, Reginæ ſtuprum intulit, eâque adjutrice regem Dominum interemit, regnoque ejus potitus eſt.

Gyges, viri nomen. Virg. Æn. 9.

Principio Phalarim & ſucciſo poplite Gygen.

Gyges, formoſi pueri nomen. Horatius:

Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiuſque Gyges.

Gylippus, vir Lacedæmonius, bello ſtrenuus, qui Athenienſes multis bellis, cladibuſque affecit. Tibullus lib. 4.

——— *Non magni potior ſit fama Gylippi.*

Petierant auxilium à Lacedæmoniis adverſus Athenienſes Syracuſani. Ab his mittitur Gylippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. Is centum & triginta naves Athenienſium cepit, & incendit, & Syracuſanos ab obſidione liberavit, captis Athenienſium ducibus, Demoſthene & Niciâ. Ita de eo Juſtinus lib. 4. Plutarchus tamen in vitâ Niciæ contaminaſſe eum rei bellicæ famam avaritiâ & ſordibus refert. Sen. 1. Nat. Qu. *Gylippo Syracuſas petenti viſa eſt* (interdiu) *ſtella ſuper lanceam conſtitiſſe.* Plut. περὶ ποιημ. ἀγ. & in Lyſandro furti nomine damnatum, & juſſum vertere ſolum, quod partem commiſſæ ſibi pecuniæ ſurripuiſſet, diſſutis ſacculis, & proditum arguto familiarium joco: *Sub tegulis Gylippi noctuas delitescere. Gylippi* etiam à Virgilio mentio fit, ſed Arcadis, & ad hunc nihil pertinentis, 12. Æn.

——— *Quos fida crearat*
Una tot Arcadio conjux Tyrrhena Gylippo.

Gymnoſophiſtæ, philoſophi Indorum, ſic dicti quod nudi incederent, Solem immobilibus oculis toto die intuentes. Frigora & flammas citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum M. ad eos acceſſiſſe, dixiſſeque: *Petite quodcunque vultis.* Qui reſponderunt: *Da nobis immortalitatem, quam præ cæteris optamus.* Quibus ille ait: *Cum ego ipſe ſim mortalis, immortalitatem nemini præſtare poſſum. Si ergo*, inquiunt, *mortalem te eſſe cognoſcis, cur non contentus patriis ſedibus, omnibus infeſtus totum orbum ſubjicere conaris?* Cic. Tuſc. Qu. lib. 5. Saturi vitæ in rogum ardentem ſe conjiciebant, ut finirentur. Lucanus lib. 3.

Quique ſuas ſtruxere pyras, vivique calentes
Conſcenſere rogos.———

Vide Strab. lib. 15. Philoſtr. lib. 3. Porph. lib. 4. περὶ ἀποχῆς, Clem. Alex. 1. Strom. Tertull. Apolog. cap. 41. & alios.

Gynæconòmi, Viri quidam Athenienſes convivia inſpiciebant, & numerus vocatorum, an eſſet ſecundum legem, inquirebant. *Gynæconomi* autem numero viginti præfecti fuerunt mulieribus, qui in parum pudicas ac modeſtas animadverterunt, & mulctas earum inſcribentes expoſuerunt in platano & ceramico. Jul. Pollux.

H A.

HAdes, qui & Pluto, Saturni filius tertius, quem Diodorus Sic. lib. 5. primum ſepulcrorum & funerum inventorem fuiſſe tradit, ideoque mortuorum Deum habitum. Quin & Magi Chaldæorum duos rerum auctores ſummos fuiſſe ferunt, bonum ſcilicet & malum, quorum huic Zeus & Oromaſdes nomen eſſe, τῷ δὲ Ἅιδης καὶ Ἀρειμάνιος, teſte Laertio Diogene in Procœmio. Hanc etiam optimorum & ſapientiſſimum opinionem fuiſſe tradit Plutarchus de Iſ. & Oſ. ſecundum quem Hades ab eodem σκότος καὶ νυκτὸς αἰδνᾶς κοίραν appellatur. Hujus quoque mem. Hom. Iliad. 15.

———Ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα.

Ponitur etiam pro Orco vel Inferis. Ἀείδης, inquit etymologus, ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν, ἄδης γὰρ δοκεῖ ἡ σκοτεινὴ οἰκία. Unde Sophocli in Oedip. μέλας ἅδης dicitur, & Euripidi in Alceſtide ἀνάλιος οἶκος *domus ſine Sole.* Lucianus *de Luctu* vocat τόπόν τινα ὑπὸ τὴν γῆς βαθὺν, μέγαν, καὶ ζοφερόν. Euſtathio quoque in Iliad. α. δεῖ τόπον σκοτεινὸν ὑπὸ γῆν, & Phavorino, χωρίον ἀφεγγὲς καὶ σκότους αἰωνίου πεπληρωμένον. Hinc apud Nicetam Choniatem legimus, τὰ τοῦ ἅδου ζοφερὰ καὶ φοβερὰ σκηνώματα. Niceph. Gregoras: Ἡ μὲ διὰ παντὸς τῆς σκότους, καθάπερ οὖς τὰς ἐν Ἅιδου καθάδους ποιεῖσθαι φασί. Nazianzenus quoque: Ἦκον εἰς Ἀΐδαο παλίσφυρα σίγην.

Hæmon, juvenis Thebanus, qui Antigonen, Oedipi & Jocaſtæ filiam tanto amore proſecutus eſt, ut cum eam Creontis juſſu occiſam intelligeret, propter ſepulturæ honorem quem fratribus impertiverat, doloris impatientiâ ad tumulum ejus ſeſe jugularit. Propert. lib. 2.

———*Antigones tumulo Bœotius Hæmon*
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus.

Ovid. Triſt.

Quid Danaen, Danaeſque nurum, matremque Lyæi
Hæmonaque & noctes quæ coiere duas.

Item *Hæmon* Bœotiæ rivus in Cephiſum defluens, quem olim *Thermodonta* vocatum putat Plutarchus in Demoſthene.

Haleſus, Faliſcorum conditor. Ovid. Faſt. 4.

Venerat Atridæ fatis agitatus Haleſus,
A quo ſe dictam terra Faliſca putat.

Idem Amor. lib. 3.

Argiva eſt pompæ facies, Agamemnone cæſo,
Et ſcelus, & patrias fugit Haleſus opes.
Jamque pererratis populis terraque, marique,
Mœnia felici condidit alta manu.
Ille ſuos docuit Junonia ſacra Faliſcos,
Sint mihi, ſint populo ſemper amica ſuo.

Conradus de *Halberſtet* Germanus Ord. prædicat. Floruit circa An. 1348. Inter alia opus reliquit de regno Romanorum. Maxima vero ejus laus eſt, quod primus nobis dederit, quas vulgo vocant S. Bibliæ *Concordantias*; qui labor meritò etiam à Sixto Senenſi commendatur.

Halia, Feſtum Solis à Rhodiis obſervatum. Athenæus lib. 13. Ῥόδιοι τὰ Ἅλια τιμῶσιν. Exiſtimarunt aliqui nomen eſſe deductum ab ἅλς, & notari Σαλαπλοκρασίας monumentum, quâ Rhodii olim floruerunt. Sed verſimilior eſt à voce Dorica ἅλιος pro Ἥλιος originatio, quia Rhodii Solem, tanquam apud ſe natum præcipuâ veneratione proſequebantur. Huc inſana referenda eſt Coloſſi ſubſtructio, quem fecit Chares Lyndius, Lyſippi diſcipulus; quodque Strabo narrat lib. 14. Ἡλιάδας, i. e. Ἥλιος, ſive *Solis* filios aliquando Rhodum tenuiſſe, cujus mem. Cic. lib. 3. de N. D. Euſt. ad Odyſ. Z. Ἅλιον ὅπερ ἦν ἡλίου ἱερὸν καὶ Ῥοδίων. Ariſtides etiam cum Rhodon vocaſſet urbem Solis, & ὅτι τὴν νῆσον ὅσον ὑπὸ τῇ Σαλάμῃ, καὶ κεκρυμμένῳ Ἡλίῳ δῶρον ἀνέθεσαν θεοί, addit, καὶ τὸ μὴ τὸ Ἅλιον ἀγάλμα ποιήσασθαι. Caſtell.

Halmus, Siſyphi fil. frater Porphyrionis, filiam habuit Chryſogonen, ex quâ & Neptuno natus eſt Minyas Orchomeniorum rex. Alii tamen volunt ex Jove & Heſione filiâ Danai natum eſſe Orchomenum, qui Orchomeno Bœotiæ urbi nomen impoſuit, & ex Hermippe Bœoti filiâ Minyam genuit, quem tamen multi Neptuni filium eſſe volunt, quamvis Orchomeni fil. vulgò haberetur.

Haloa, Heſychius: Ἅλῶα ἑορτὴ Ἀθήνησι. Cujus vero Dei fuerit haudquaquam exprimit, ut neque Harpocration & Suidas, qui tamen ex Philochoro nominis originem exponunt: Ἅλῶα ἑορτή ἐστιν Ἀττικὴ, Φιλόχορος δέ φησιν ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ τότε τοὺς ἀνθρώπους τὰς διαπεμπὰς περὶ τὰς ἅλως ποιεῖσθαι. Ubi indicare videntur hoc feſtum ab agricolis obſervatum, cum ad meſſem accingerentur. Euſt. ad Iliad. 1. Cereris & Bacchi ſacrum eſſe ait, quod comportatis in horrea frugibus agitatur. Ἰσέον δὲ ὅτι ὅτε συγκομιδὴ καρπῶν, ἐφ' ᾧ καὶ τὰ Θαλύσια ἐθύετο, ἑορτὴ ἦγετο Δήμητρος καὶ Διονύσου καὶ Παυσανίας, Ἅλῶα καλουμένη, διὰ τὸ ἅπαρχᾶς, καὶ μάλιστα ἐν Ἀθήναις, ἀπό ποτε καταχεομένας φερόντας εἰς Ἐλευσῖνα. Caſtellanus.

Halyætus, proprium viri, qui mutatus fuit in avem ſui nominis. Lege *Halyæetus*. Fuit autem Niſi nomen. Ovid. Met. 8.

———*Nam jam pendebat in auras,*
Et modo factus erat fulvis Halyæetos alis.

Halyattes, Lydiæ rex, Crœſi pater, qui ab eo *Halyatticus* cognominatur. Horat. Carm. lib. 3.

Quam ſi Mygdonis regnum Halyattici
Campis continuem.

Hamadryades, nymphæ. Virgil. Eclog. 10.

Jam neque Hamadryades rurſus, nec carmina nobis
Ipſa placent———

Ubi Servius: *Nymphæ*, inquit, *ſunt, quæ cum arboribus naſcuntur & intereunt; ἀπὸ τοῦ ἅμα, καὶ τὸ δρυὸς*, qualis fuit illa, quam Eriſichthon occidit. Ovid. Met. 8. quæ moriens ait:

Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno.

Catullus *Hamadryades Deas* vocat, & poſuit pro Naiadibus, vel Napæis, ut vice verſâ Naias pro Hamadryade apud Ovid.

Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis,
Illa perit: ſarum Naiados arbor erat.

Et Propertius in fabulâ Hylæ Hamadryadas poſuit pro Naiadibus.

Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryaſin.

Sic alibi:

Hoc & Hamadryadum ſpectavit turba ſororum.

Idem lib. 2. eleg. 34.

Quamvis ille ſuâ laſſus requieſcit avenâ,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.

Apollonius lib. 2. Argonauticon:

——— Ὁ δ' οἶος ἐν ὄρεσι νύσσετα τίμων
Δή τοθ' Ἁμαδρυάδων νύμφης ἀθεμίστων λεπάων.
Ἦ μιν ὀδυσσάμενον ἀδηκῶ μειλίσσατο μύθῳ,
Μὴ ταμίην τρέμιμον δρυὸς ἥλικος, ἢ ὅτι πυλὺν

Αἰῶνα

Αἶσαν τείσεσθαι διωνεκὲς· αὐτὰρ ὁ τῷ γε
Ἀφραδέως ἔτμηξεν ἀγλωσσείη νεότητος.

Ubi Scholiastes: Ἀμαδρυάδας νύμφας Μυησίμαχός φησι διὰ τὸ ἅμα τῇ δρυσὶ γηνᾶσθαι· ἢ ἐπεὶ δοκοῦσιν ἅμα τῇ δρυσὶ φθείρεσθαι Ἀμαδρυάδες λέγονται. Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἱστορεῖ, ὡς ἄρα Ῥοῖκος Θεασάμενος δρῦν ὅσην ὕπω μέλλοι ὀλεῖν, ὑπολαβὼν ἔφη, ὅσον χρόνον ἡ μέλλουσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυὶ νύμφη, ὑπισχνεῖται τῷ Ῥοίκῳ, χάριν οἱ ἐθέλειν εἰδέναι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἐπέτρεψεν ἡ αἰτήσασθαι ὅ, τι βούλοιτο. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἦλθεν συγγνώσεσθαι αὐτῇ, ὑπέσχετο δώσειν τοῦτο· φυλάξασθαι μόνον ἐτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν παρήγγειλεν· ἔσεσθαι δὲ μεταξὺ αὐτῆς ἄγγελον μέλιτταν, καὶ ποτὲ πειρωμένου αὐτῆς παρίσταται ἡ μέλισσα. Πικρότερον δὲ ὑποφθεγξαμένου, εἰς ὀργὴν ἐτράπη ἡ νύμφη, ὥστε περιθεῖναι αὐτὸν. Καὶ Πίνδαρος δέ φησι περὶ νυμφῶν παίσμονος ἦν λόγον. Ἰσοδώρα τέκνῳ αἰῶνος λαχοῦσα. Cujus verba integra transcripsit auctor Magni Etymolog. Erat autem certum tempus vitæ adscriptum his Nymphis, idque longissimum. Ausonius ex Hesiodo:

Ter binos decieſque novem ſuperexit in annos
Juſta ſenescentum quos implet vita virorum,
Hos novies ſuperat vivendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis ſecula cervus,
Alipedem cervum ter vincit corvus, & illum
Multiplicat decies Phœnix, reparabilis ales.
Quam vos perpetuo decies prævertitis ævo
Nymphæ Hamadryades, quarum longiſſima vita eſt.

Hamathæus, filius Chanaan. Gen. 10. Inde *Hamathæi* terræ *Hamath* incolæ, quorum metropolis Hamath est Antiochia, si Olympiodoro credimus, & Paraphrastis Jonathani & Jerusalem, & Rabbino Solomoni. Sed obstat quod in scripturis toties *ad introitum Hamath* Septentrionalis figitur Terræ sanctæ terminus, quam nemo locorum peritus Antiochiam attigisse dixerit. Huic dubio facile est occurrere ex Hieronymo, qui *Hamath*, vel *Hemath* duplicem fuisse statuit, quarum una sit Græcorum *Antiochia*, altera *Epiphania*. Illam addit vocari *magnam*. Amos 6. 2. ad distinctionem minoris, Epiphaniæ scilicet.

Hamaxa, regio Bithyniæ. Steph. Item sidus quod nos Septentriones dicimus, à figurâ, quia plaustri simile videtur. Gellius 2. 21. Homer. Odyss. ε.

Ἄρκτον θ' ἣν καὶ Ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.

Leander apud Musæum:

Καί μιν ἐποπτεύων ἐκ ὑψόμι διὸς Βοώτης,
Οὐ θρασὺν Ὠρίωνα καὶ ἄδεκτον ὀλκὸν Ἁμάξης.

Hamilcar, binominis fuit. Æmil. Probus, sive Corn. Nepos in ejus vitâ quæ sic incipit. *Hamilcar, Annibalis filius, cognomento Barca.* Polyb. lib. 1. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτῆς Ἀμίλκαν τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον. Diod. Sic. in Fragm. Ἦν δὲ υἱὸς Ἀμίλκου τοῦ Βάρκα ἐπικαλουμένου.

Hamon, Jovis cognomen, qui in arenâ putatur inventus, quæ Græcè hoc nomine hoc ἄμμος appellatur: cui cornua affigunarietis, à genere pecoris inter quod inventus est. Mela de Cyrenaicâ. lib. 1. cap. 8. *In eâ Ammonis oraculum.* Mirum autem est Ammonis oraculum poni ab omnibus ferè Græcis Latinisque in Cyrenaicâ, & vicinum ipsis Cyrenis, cum tot intersint gentes, & quadringentis, ut ipsi fatentur, distet ab eâ millibus. Sed variè accipitur Cyrene, vel Cyrenaica. Sæpissimè enim ponitur pro Pentapolitanâ provinciâ. Modo vero multo latius id vocabulum patet, accipiturque pro eâ regione, quam sub hoc nomine Ptol. describit. Cùm vero quàm latissimè sumitur Cyrenaica, tum comprehendit omne id quod à Syrti Majore usque ad Ægyptum extenditur. Itaque sub hoc nomine veniunt tota Marmarica, & Libya exterior. His contrarii sunt illi, qui totum hunc tractum Marmaricam vocant, ipsamque etiam in eâ collocant Cyrenaicam. In situ Ammoniaci templi non minor est auctorum discrepantia. Nonnulli enim proximè Syrtibus, quidam in Garamantum regione, alii alibi esse inquiunt. Mirus verò Geographus est Lucanus, qui modo in Marmaricâ, modo ad Syrtin majorem inter Leptin & Berenicen, modo verò apud Garamantas templum hoc collocat, uti lib. 9.

Ventum erat ad templum Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent: ſtat certior illic
Jupiter, ut memorant, ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Hammon.

Ita Vossius emendat hos versus ex antiquissimis membranis ubi vulgò, *Stat corniger illic*, quod ineptum isto loco, cum sequatur statim, *ſed tortis cornibus Ammon. Certior* autem Jupiter vocatur *Ammon*, quia ut inquit Arrianus, lib. 3. Ἀτρεκὴς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον Ἄμμωνος. Plures vero, uti diximus, Oraculum istud in ipsâ putarunt esse Cyrenaicâ, cum tamen neque imperium, neque nomen Cyrenensium unquam eo pertigerit. Sed nisi fallor, quia Cyrenenses hunc præcipue Deum colerent, ac sibi solis cultum ejus attribuerent, factum est ut in Cyrenaicâ templum ejus esse multi existimarint. Pindari eruditus Scholiastes idem ferè sensisse videtur ad Odam 4. Pyth. ubi Cyrene collocatur Διὸς ἐν Ἄμμωνος Θεμέθλοις. Hæc enim annotavit ad istum locum. Πῶς δὲ Κυρήνην τῇ μαλείᾳ πλησίον εἶναί φησι; ἀπέχει γὰρ ἱκανοῖς σταδίοις. Ἀλλὰ ῥητέον ὅτι πᾶσα ἡ χώρα ἀρίστως τῷ Διῒ. Hinc est quod in multis Cyrenæorum nummis imago Ammonis comparet.

Hanno, Carthaginensis prosecutus est Africæ ambitum & terras in Atlantico Oceano à se inventas. Librum istum Punicè scripserat, sed Græcè est translatus. Vide Voss. Hist. Gr. p. 505.

Hanno, Vide *Anno*.

Jo. *Hardingus*, Anglus, primùm adversus Scotos militavit, postea vero Chronicon condidit. A Bruto exorditur, ac usque ad Regem Hen. 4. refert quæ ab aliis jam tradita erant. Floruit senex sub Edv. 4. an. 1461.

Harmodius, & *Aristogiton* Tyrannicidæ, à Leænâ insigni meretrice, tam fideliter & unicè adamati sunt, ut illa, ne illorum conjurationem retegeret, torta, linguam dentibus prærosam in tyranni os expuerit. Plin. lib. 7. cap. 23.

Harmodius, Lepreates libro *de Legibus* in Phigaleâ citatur ab Athenæo, lib. 9. & 11.

Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile dedit, eò quòd ex conjugis adulterio fuisset propagata. Sanè rosam fuisse silentii symbolum innuit S. Greg. Nazianzenus in his:

Usque latet roſa verna ſuo putamine clauſa,
Sic os vincla ferat, validiſque arctetur habenis,
Indicatquè ſuis prolixa ſilentia labris.

Apollodorus, lib. 3. Ζεὺς ἔδωκεν Κάδμῳ γυναῖκα Ἁρμονίαν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως συγατέρα, καὶ πάντες θεοὶ καταλιπόντες οὐρανὸν ἐν τῇ Καδμείᾳ τὸ γάμου συνεχώρουν ἀνύμνητος. Ἔδωκε δ' αὐτῇ Κάδμος πέπλον, καὶ τὸ Ἡφαιστότευκτον ὅρμον, ὃν ὑπὸ Ἡφαίστου λέγουσί τινες δοθῆναι Κάδμῳ. Theognis:

Μοῦσαι καὶ χαρίτες, κοῦραι Διός, αἵ ποτε Κάδμῳ
Εἰς γάμον ἐλθοῦσαι κάλλον ἀείσατ' ἔπος.

Vide *Cadmus*.

Harmonides, Trojanus, quem præcipuo quodam amore Minerva dilexit, ideoque nihil eum fugit, quod fabrili arte effici posset. Is inter alia naves Alexandro ædificavit, malorum omnium, quæ Trojanis contigerunt, caput. Hom. Iliad. 5.

Μηριόνης δ' Φέρεκλον ἐπήρατο, τέκτονα δῖον
Ἁρμονίδαο, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα ἔργα
Τεύχειν, ἐξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη.
Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐίσας
Ἀρχεκάκους, αἵ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο.

Harmosyni, Hesychius: Ἁρμόσυνοι, ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι, ἐπὶ τῇ συνοικεσίᾳ τῆς γυναικῶν.

Harpagus, dux Cyri, interiorem Asiam subegit.

Harpalus, nomen prædonis, Cic. lib. 3. de Nat. D. Hic Diis illudebat, quòd in tantâ fortunâ tam diu viveret. Alius ab Alexandro fugitivus. Plut. in Phoc.

Harpalyce, Lycurgi filia, venationibus dedita, quæ cum patrem senem à Getis captum sensisset, collectâ confestim multitudine, celeriùs quam fœminâ sperari potuerit, illum armis & robore liberavit. Virgil.

——*Vel qualis equos Threiſſa fagitat*
Harpalyce, volucremque fugâ prævertitur Hebrum.

Item virgo quædam, quæ cum Iphiclum ardentissimo amore deperiret, spreta, dolore animi confecta, interiit, à quâ & canticum quoddam *Harpalyce* dicebatur. Turnebus, Advers. 10. 11.

Harpocrates, simulacrum in sacris Isidis & Serapidis erat, quod digito labiis impresso admonere videbatur, ut silentium fieret. Hunc Ægyptii silentii Deum esse volebant. Revera autem Græcus Philosophus fuit Harpocrates, cujus eruditio ac præcepta eò maximè tendebant, ut silentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Hinc *reddere Harpocratem* (ut monet Erasmus in adagiis) proverbialiter dictum pro *mutum facere*. Catullus, Epigr. 75.

——*Et patruum reddidit Harpocratem.*

Hujus meminit Ovidius, nomine prætermisso, cum Deos Isidis comites dinumeret.

Sanctaque Bubaſtis, variuſque colori'us Apis,
Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet,
Siſtraque erant, nunquamque ſatis quæſitus Oſiris.

Huic Harpocrati Cupido Veneris fil. parentis suæ rosam dedit in munus, ut scilicet si quid licentius dictum, vel actum sit in convivio, sciant tacenda esse omnia. Atque iccirco veteres ad finem convivii *sub rosâ*, Anglice *Under the Roſe*, transacta

esse

esse omnia ante digressum contestabantur; cujus formæ vis eadem erat, atque ista: Μισῶ μελίμοτα συμπόται. Probant hanc rem versus qui reperiuntur in marmore:

Est rosa flos Veneris, cujus quo furta laterent
Harpocrati matris dona dicavit Amor.
Inde rosam mensis hospes suspendit amicis,
Convivæ ut sub eâ dicta tacenda sciant.

Inde non malè quispiam utatur rosâ pro silentii Hieroglyphico. Ex hâc re fortassis adolevit mos ille, ut in tectis cœnaculorum conspiciatur plerumq; affixa rosa in ipsis lacunaribus vel laqueus quispiam instar rosæ. Quem morem adhuc Germani retinent, ac fere omnes Septentrionales in publicis hospitiis. Hæc Lud. de la Cerda, qui ex hâc re sibi videtur dedisse lucem Martiali 10. 19.

Hæc hora est tua dum furit Lyæus,
Cum regnat rosa, cum madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Sed quàm verè hæc ab illo, ipse viderit. Mihi sane tum rosa regnare videtur cum potator eâ coronatur. Vide *Tho. Brown* de Vulg. Erroribus, lib. 5. cap. 22.

Harpocration, qui *Ælius* vocabatur, professione Sophista fuit, præter alia commentatus est de iis, quæ à Rhetoribus ignorantur; ad hæc de agminum ordinibus, qui apud Xenophontem; item librum, quòd mentita sit Herodoti historia, sive, ut Græca retineam τὸ καταψεύδεσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν. Auctor Suidas: qui quatuor Harpocrationes ponit: unum Argivum, Philosophum Platonicum è quo Stobæum eclogas suas congessisse, Photius testatur in Bibliothecâ: alterum prænomine Caium: Tertium Ælium, de quo dictum: quartum Valerium, rhetorem Alexandrinum, auctorem Lexici in decem oratores. Vide Mauslacum in Harpocrationem.

Harpyiæ, Pontiac Terræ filiæ, teste Servio, unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Sic dictæ sunt ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, i. e. *à rapiendo*. Quam etymologiam confirmat Virgilius, Æn. 3.

At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntque dapes.———

Itemque Horatius:

Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus.

Hesiod. in Theog.

——Ἡ δ' ὠκείαν πέτεν Ἶριν,
Ἥνυτόμους δ' Ἀφύτας Ἀέλλω τ' Ὠκυπέτῃ τ'.

Et alibi alludens ad etymon:

Νὺν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.

Rutil. lib. 1.

———*Sacri justissimus arbiter ævi*
Circumsistentes reppulit Harpyias.
Harpyias, quarum decerpitur unguibus uncis
Quæ pede glutineo quod tetigere trahunt.

Etymologus: Αἱ ἁρπακτικαὶ θεαί, ἀφ' ὃ τὸ ἅρπη τὸ ἁρπάζω ἅρπυια, ὡς αἴδω αἴδυια, καὶ ἄγω ἀγυιά. Volatiles autem fingebantur, auribus ursinis, corpore vulturino, vultu virgineo, manibus uncis. Mythologiam earum habes apud Cæl. Rhod. 29. 27. Sidonius Apollinaris ep. 7. Harpyias vocat sanguinarios pecuniæ raptores & exactores. Plutarchus earum nomine fœneratores intelligit in Lucullo. Apuleius mulieres malas, &c. Vide *Phineus*, & Voss. de Theol. Gent. 3. 99.

Hatto, Moguntiæ olim Episcopus fuit, cujus tempore maxima grassabatur in terris fames. Videns igitur ille pauperes inediâ & fame premi, convocavit in horreum plurimos, & concremavit eos. Hæc enim crebrò usurpabat verba; *Non differunt*, inquit, *hi à muribus, qui frumentum comedunt, ad nihilum utiles.* At Deus tantam tyrannidem inultam non dimisit. Præcepit namque muribus, ut catervatim illum invaderent, ac diu noctuque affligerent, atque vivum devorare festinarent. At ille in turrim se recepit, putans se tutum fore à morsibus murium, quod tamen ei minimè profuit. Nam venerunt mures innumeri per Rhenum flumen natantes, executuri judicium Dei justum, quod miser agnoscens, tandem inter mures interiit, cujus quoque nomen parietibus ac tapetis prorsus abraserunt. Vide doctissimum Wendelinum historiam hanece latè confirmantem in Admir. Nili cap. 21.

Haymo, sive *Haimo*, aut *Heimo*, vel *Hemmo* Fuldensis, Fuldensis Monachus, deinde Halberstadensis Episcopus, floruit temp. Lotharii Ludovici Pii F. Hic præter commentarios in utriusque Testamenti libb. cum alia reliquit, tum opus Historicum de memoria rerum Christianarum. Trithemius eum obiisse ait sub Ludovico Caroli M. F. verum refellitur ex eo quod interfuerit Synodo Moguntinæ, quæ A. D. 848. præside Archiep. Rabano Mauro, celebrata fuit.

Hebe, filia Junonis, absque patre, Dea Juventutis. De cujus ortu hujusmodi refertur fabula. Apollinem, cum Junoni novercæ convivium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei appositisse, quas cum Juno avidè comedisset, cum antea sterilis esset, prægnans effecta est, peperitque Heben, quam postea Jupiter ob formæ elegantiam poculis suis præfecit; Verum cum Jove apud Æthiopas cœnante, Hebe pocula illi administrans, perque lubricum minus cautè incedens, cecidisset, revolutisque vestibus obscœna superis nudasset, ab officio est amota, ejusque loco Ganymedes subrogatus. Hæc Servius. Homerus autem ex Jove eam conceptam esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed cæterorum Deorum pincernam fuisse, Ganymeden vero solius Jovis. Hæc postremo Herculi nupsit in Deorum numerum relato, cujus etiam precibus adducta Iolaum Iphicli filium florenti ætati restituit. Ovid. Met. 9.

Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe.

Val. Flac. lib. 8. v. 231.

Seu cum cœlestes Alcidæ visere mensas
Jam vacat, & fessum Junonia sustinet Hebe.

Juvenal.

Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor.

Cic. lib. 1. Tusc. Qu. *Quo pacto*, inquit, *Hebe Junonis filia dicitur? quoniam è felicissimâ aeris temperie omnia herbarum, arborumque genera pullulant, & pubescunt.* Prop. 1. 13.

Nec sic cœlestem flagrans amor Herculis Heben
Sensit in Oetæis gaudia prima jugis.

Juventa Latinis dicta. Ovid. lib. 1. De Ponto.

Nectar & Ambrosiæ latices; epulasque Deorum
Det mihi formosâ gnava Juventa manu.

Ganymeda etiam priscis dicta, ut scribit Pausan. in Corinthiacis. Catullus ad Manlium:

Pluribus in cœli tereretur Janua Divis
Hebe, nec longâ virginitate foret.

Apollodorus, lib. 1. Jovem ait ex Junone tres filias suscepisse, Heben, Ilithyiam, & Argen. Homerus:

——Κεκίσφυγον Ἥβῃ,
Παῖδα Διὸς μεγάλοιο, καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου.

Plura de ea parum apud Poetas Græcos.

Hecaerge, nympha. Claudianus:

———*Metuenda feris Hecaerga,*
Et soror, optatum numen venantibus, Opis.

Callimachus:

Οὔπις ἐμοξώ ἐ καὶ ἐυαίων Ἑκαέργη.

Hecale, anus paupercula, quæ Thesèum adhuc adolescentulum hospitio susceperit. Hujus paupertatem Callimachus justo volumine celebravit. *Nunquam Hecale fies*, i. e. nunquam te inopia opprimet. Crinagoras Anthol. lib. 1. de Callimacho:

Ἀείδει δ' Ἑκάλης ἑ φιλοξείνοιο καλιλώ.

Ubi Scholiastes ὅτι Ἑκάλη ξενίσασα τὸν Θησέα. Et Apuleius: *Theseus non est aspernatus Hecales anûs hospitium.* Quod Plut. in Theseo somnium putat Ἡ δὲ Ἑκάλη καὶ τὸ ἀεὶ αὐτῷ μυθολόγημα. Ovid. de Rem. Am.

Cur nemo est Hecalen, nemo est quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Plautus in Cistellaria:

Ecastor haud me pœnitet, sicut dicis, ita futura es
Nam si quidem ita eris, ut volo, nunquam Hecale fies.

Petronius:

Qualis in Actæâ quondam fuit hospita terrâ
Digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis
Battiadæ vati, vivendo tradidit ævo.

Suidas Heroida fuisse ait, sic dictam ὅτι θεὸς ἑαυτῷ ἐκάλει. Fuit enim illi τεῖχος ἀκλινές. Vide Rhodig. 30. 11.

Hecalius, Jupiter ab *Hecale* sic dictus, quæ cum Thesèum quodam tempore comiter excepisset, promisisseque ei se suam ipsius animam Jovi immolaturam, si salvus ex prælio domum rediret; cumque ante Thesei reditum obiisset, occasionem Theseo dedit, ut in honorem ipsius sacrum Jovi instituret eumque *Hecalium* vocaret.

Hecate, Jovis & Latonæ filia, soror Apollinis; quæ & *Diana* dicitur. Huic triplex nomen attribuitur. Nam in cœlo creditur esse *Luna*; in terrâ *Diana*, & apud inferos *Proserpina*. Ovid. Fast. 1.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

Chariclides in Ἀλύσει. Δέασιν', Ἑκάτη, Τειοδῖτι, πείμορφε, πειθεσσωπε, τειγλας κηλαδιθρε. Ubi quid sit, τείγλη, in Hesychio legas: Τείγλα, ἐχθύς θαλάσσιος καὶ τόπος τις. Dianæ autem sacer, causâ non aliâ quam quod in cognomine illo τειγλαῖος quod illidatur, τείγλη aliquam habeat similitudinem. Sed audaculus videar. En eandem in Athen. lib. 8. Τῇ δὲ ἐκάτῃ ἀποδίδου ἢ τείγλη διὰ τὴν ὀνομασίας κοινότητα. Τειοδῖτις γὰρ καὶ τείγλαιος. Ibidem hâc de re diversæ ab

aliis

aliis cauſæ proferuntur, quas ſingulas vide. Quod autem ad illud Heſychii de Trigla; ᾗ πανος πῆς haud dubie locus erat Athenis celebris Statua numinis hujus Triglanthini. Euſtath. ad Iliad. V. Ὅτι ἡ ᾗ πάνος τις Ἀθήνησι Τειχίοις ἐνῆεν, ᾗ ὡς ἀνάθημα, ὡσ ἐπὶ Τειχιανθίνη Ἑκάτη· δηλοῖ δὲ αὐτὸ ᾗ οἱ παλαιοί. Eadem habet Athen. ubi ſupra. *Hecate* vero Servio dicta, quòd centum victimis placetur, aut quòd centum annos errare faciat inſepultos. Alii ab ἕκας quod eminus radios ſuos mittat Luna, & ejaculetur. Hæc & τριπρόσωπος cognominabatur, *quia* (ut inquit Orpheus in Argon.) *tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis.* Ovid. Met. 9.

Tuque triceps Hecate.

Virgil.

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Item *Hecate* herbarum, veneficiorumque peritiſſima, quæ in Taurica Cherſoneſo regnavit, filia Perſæ, fil. Solis, à quo & *Perſeis*, & *Perſeia* dicta. Tibullus.

Sola tenere malas Medeæ dicitur artes,
Sola feros Hecate perdomuiſſe canes.

Heſychius: Ἄγαλμα ἑκάτης, ἢ κύνα, διὰ τὸ ἐποφίεσθαι τῇ Ἑκάτῃ κύνας, ἢ διότι ᾗ αἰδὼ ἔνιοι κυνοπρόσωπον πλάττουσι. Barthius ad illud Statii, Theb. 4. ver. 429. Nocturnique canum gemitus. Ut ſolent, inquit, *Hecate* præſente, nam formidant monſtroſum dæmonem. Theocritus Pharmaceutriâ:

Τᾷ χθονίᾳ δ' Ἑκάτᾳ, τὰν ᾗ σκύλακες δεδίοντι.

Et rurſum:

Θέσσυλε ᾗ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πόλιν ὠρύοντ'
Ἄ θεὸς ἐν τριόδοισι.

Apollonius, lib. 3.

——Πειθὼ δέ μιν ἐσφάνωντο
Σιμβληλέοι δρυόεσσι μὴ πόρσιοι ἀμφιέποντες,
Σπερχνὴ δ' ἀπειρέσιον δεδίει σέλας· ἀμφὶ δὲ πόλιν
Ὀξείη ὠλακὴ χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο.

Virgil. lib. 6.

——*Viſæque canes ululare per umbram*
Adventante Deâ.——

Seneca in Oedipo.

Latravit Hecates turba.

Tibullus:

Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.

Horat. Serm. 1. 8.

——*Hecaten vocat altera, ſæva*
Altera Tiſiphonen: ſerpentes atque videres
Infernas errare canes.

Coronâ querniâ & Draconum Voluminibus olim hujus Deæ imaginem coronare mos fuit. Sophocles in Rhizotomis apud Apollonii Enarratorem.

Ἥλιε δυσόπτα ᾗ πῦρ ἱερὸν
Τῆς Ἐιναδίας ἑκάτης φέγγος,
Τὸ δι' Ὀλύμπου πολλὸν φερόμενον.
Καὶ γῆς ναὶ ὑπ' ἰερὰς πεδόσε
Στεφανουμένη δρυοῖ ᾗ πολίταις
Ὠμῶν σπερμάτων δρεπόμενον.

Hecataeus, Hiſtoricus Mileſius, Protagoræ auditor, qui primus ſolutâ oratione hiſtoriam condidit. Item alius Abderita, de quibus, & reliquis Hecataeis vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 4. cap. 3.

Hecatombe, ſacrificii genus, in quo ritus ſic ſervabantur, ut centenae ſui generis mactarentur victimae; ut centum ſues, centum hœdi, &c. Ovid. Met. 8.

Vota Jovi Minos taurorum corpora centum
Solvit.——

Hector, Priami & Hecubæ filius, Trojanorum omnium fortiſſimus, ab Achille interfectus. Dictus, teſte Platone, διὰ τὸ ἔχειν ᾗ πόλιν, quòd urbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriamque ſervarit. Eo namque ſoſpite Troja nunquam potuit expugnari. Unde Horatius, Car. 3. Odyſ. 4.

——*Ademptus Hector*
Tradidit feſſis leviora tolli Pergama Graiis.

Quod ſumpſit ex Hom. Iliad. 24.

——Ἄνερ γεώσεαι ᾗ ὄψιμος
Ῥηΐτερος δὲ μᾶλλον Ἀχαιῶν δὴ ἔσεαι
Κείνου πεπνυμένου ἐναίσιμά, &c.

Virgil. Æn. 9.

Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſgâ
Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum.

Inde Chorus apud Sen. in Troadibus:

Columen patriæ, mora fatorum,
Tu præſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeriſque tuis
Stetit illa decem fulta per annos,
Tecum cecidit, ſummuſque dies
Hectoris idem patriæque fuit.

Vide *Achilles*.

Hecuba, Priami uxor, filia Dymantis Homero, aut, (ut Virgilius Euripidem ſecutus ſenſit) Ciſſei, captâ Trojâ in canem versâ. Ovid. lib. 13. Met. Quam fabulam inde oftam putat Servius, quod cum à Græcis captiva abduceretur, & filii ſui Polydori corpus in mare abjectum agnoviſſet, quoniam aliter injuriam ulciſci non poſſet, Græcos inanibus conviciis laceſſiverit. Juven. Sat. 10.

——*Torva canino*
Latravit rictu.——

Plautus in Menæchmis: (*canem*

Men. Non tu ſcis mulier Hecubam quapropter
Graii eſſe perhibebant? Mu. *non equidem ſcio.*
Men. Quia idem faciebat quod tu nunc facis
Omnia mala ingerebat, quemquem adſpexerat,
Atque adeo jure cœpta appellari canis.

Hegemon, Characeus (eſt autem Charax Phrygiæ urbs) verſificator, ſcripſit libellum Leuctricôn, Thebanorum, & Lacedæmoniorum. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 370.

Hegeſagoras, in Megaricis ab Apollonii Scholiaſte in lib. 1. citatur.

Hegeſander, Delphicus Hiſtoricus, de quo vide Voſſ.

Hegeſianax, Alexandrinus hiſtoricus, Troïca ſcripſit; teſte Athenæo, lib. 9: vide Voſſium.

Hegeſias, Cyrenaicus philoſophus, qui tantâ eloquentiâ mala vitæ repræſentabat, ut eorum miſerandâ imagine audientium pectoribus inſertâ, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret: Ideoque à rege Ptolemæo ulterius hâc de re dicere prohibitus. Cic. lib. 1. Tuſc. Qu. Alter Magneſius, orator quòque egregius, cujus meminit Strabo. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 80.

Hegeſigonus, aliqua conſignavit de mirificis hominum in Indiâ formis, quemadmodum cognoſcimus ex Tzetze, Chil. 1. Hiſt: 18. & Chil. 7. Hiſt. 144.

Hegiſonus, de rebus terræ Atticæ poema condidit, teſte Pauſaniâ in Bœoticis.

Hegeſippus, hiſtoricus, quem quinque actuum Eccleſiaſticorum libros elucubraſſe auctores ſunt Hieronymus, ac Honorius, & quintum eorum citat Euſebius Hiſt. Eccleſ. l. 2. c 22. ac Græcè κγ. ubi de Jacobi fratris Domini martyrio, verba facit. Itemque Photius Bibl. cod. 232. ubi vocatur ἀρχαῖος τὰ ἀνὴρ ᾗ ἀποστολικός. Ex illuſtribus vero fragmentis, quæ apud Euſebium habemus, omnes vident, quanto cum damno libri ejus interciderint. At Hegeſippus ille vulgaris, quem B. Ambroſius Latinè vertiſſe diu creditus fuit, ſcriptor eſt omnino ἀποκολιμαῖος teſte Voſſio de Hiſt. Gr. 2. 14. *Hegeſippus* alius hiſtoricus, reliquit volumen de Pallene, auctor ſane vetus, quippe qui etiam Dionyſio Halicarn. *antiquus* vocetur lib. 1. ubi eum cum Cephalone Gergithio conjungit, quos ἀνδρας ἀρχαίους, ᾗ λόγῳ ἀξίους vocat. Palleniaca ejus citat Steph. in Μηκύβερνα; Item Parthenius Eroticôn cap. 6. Qui & cap. 16. advocat librum primum Hegeſippi de rebus Mileſiorum. Idemne an alius ſit, haud temerè dixeris. Sed alius ſaltem ab eo eſt Hegeſippus Tarentinus Poeta Comicus, de quo Suidas. Fuit & alius *Hegeſippus*, Demoſthenis æqualis, & ejus in legatione collega: cujus eſſe creditur oratio de Haloneſo, quæ vocatur Philippica Demoſthenis ſeptima. Vide Etymologum in Ἡγήσιππος. Fuit præterea denique *Hegeſippus* ὁ λοιμοπαῖς ἀρχιγραμματεὺς σοφιστής, cujus meminit Jul. Pollux, 6. 10. Etiam Ὀλυμπιονίκας *Hegeſippi* memorat Athenæus, lib. 12. quod idem opus. Voſſius.

Hegeſiſtratus Epheſius, ob tribulis ſui necem exul, Delphos perveniens, quemnam locum coleret, conſuluit Deum, cui Phœbus, ubi ſaltantes videris ruſticos cum coronis oleagineis. Itaque profectus in Aſiam, ruſticos eo modo cernens, urbem condidit Eleam; Pythocles Samius apud Plutarchum.

Helena, filia Jovis ex Ledâ Tyndari Laconiæ regis uxore, quæ à Jove in Cycni formam tranſmutato compreſſa, duo peperit ova, ex quorum altero Helena & Pollux, ex altero Caſtor & Clytæmneſtra excluſi fuerunt. Ex his Helena, cùm cæteris ſuæ ætatis fœminis formæ elegantiâ præſtaret, à Theſeo rapta eſt adhuc virguncula, non multo tamen poſt Caſtori & Polluci fratribus eam repetentibus citra injuriam reſtituta eſt, & Menelao uxor tradita, cui & Hermionem filiam peperit. Poſthæc famâ pulchritudinis ejus illectus Paris, contractis aliquot navibus, in Græciam ſeſe contulit; ubi à Menelao hoſpitio exceptus clam ſe in amorem Helenæ inſinuavit, tandemque abſente conjuge, eam rapuit, & in patriam abduxit. Quâ tam inſigni injuriâ commoti Græcorum principes, de bello Trojanis inferendo in Aulide Bœotiæ conjurarunt. Nec multo poſt mille contractis navibus in Aſiam trajecerunt, multiſque expugnatis oppidis, tandem Ilium obſederunt. Quo in bello cum Paris occubuiſſet, Helena Deiphobo

fratri ejus nupsit. Verum cum eò jam res rediisset, ut Græci armis dissidentes, ad dolum se converterent, Helena quoque proditionis particeps fuisse putatur, & facem (quod signum aggrediundi negotii inter ipsam, & Græcos convenerat) ex arce sustulit, captâque jam urbe Menelaum in Deiphobi cubiculum introduxit: eoque interfecto cum priore viro in gratiam rediit. Virg. Æn. 7. Ubi de Alexandro vel Paride:

Ledæamque Helenam Trojanas vexit ad urbes.

Ubi aperte Ledæ filiam facit; & ita quidem vulgò omnes tam Græci quam Latini. Sed Poeta quidam apud Athenæum, lib. 8. Helenam facit filiam Nemeseos his versibus:

Τοῖς ἢ μὲ τεκτάτω Ἑλένην τέκε θαῦμα Βεδυῖσι
Τὴν ποτε καλλίκομος Νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ θεῶν βασιλῆι τέκε κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.

Quis vero hic Poeta, an Cyprius an Stasimus ipse ambigit Athenæus, in posteriorem video Doctos inclinare. Sed sciendum ex Lactantio, lib. 1. cap. 21. Ledam post mortem dictam Nemesin à Gentilibus, qui mortuis solebant mutare nomina. De quâ re vide *Marica*. Hinc esse quod Callimachus Ἑλένην Ῥαμνουσίδα vocat. Ubi Scholiastes ait esse è Rhamnunte Atticæ pago, ubi Jupiter cum Nemesi concubuit, quæ postea ovum peperit: quod cum Leda reperisset illud, fovit, & Helenam cum Dioscuris in lucem protulit; quam fab. quoque narrat Hyginus. Item *Helena* meteori species, nautis infesta. Plin. lib. 2. cap. 37. Ubi de Stellis Castoribus. *Quarum adventu fugari diram illam ac sinacem appellatamque Helenam ferunt.* Solinus, cap. 4. expositis multis malis quæ adfert mulierum sanguis menstruus: *Habet*, ait, *plane id solum salutare, quod avertit sydus Helenæ, pernicioſissimum navigantibus.* Papin. lib. 3. Sylv. in Propempt. Celeris:

— Antemnæ gemino consistite cornu
Oebalii fratres, vobis pontusque polusque
Luceat. Iliacæ longè nimbosa sororis
Astra fugate procul, totoque excludite cælo.

Idem Theb. 7.

Non aliter cæco nocturni turbine Cori
Stat peritura ratis, cum jam damnata sororis
Igne Therapnæi fugerunt carbasa fratres.

Apollo tamen apud Euripidem in Oreste, salutare nautis Helenam esse pronunciat:

Ἑλένην Ζηνὸς μιαιφόροις πελάσσω,
Λαμπρῶν ἄστρων πόλον ἐξανύσας,
Ἔνθα παρ' Ἥρᾳ, τῇ δ' Ἡφαίστου
Ἧβη πάρεδρος θεὸς ἀνθρώποις
Ἔσται σωτῆρας ἔντιμος ἀεὶ
Σὺν Τυνδαρείδαις τοῖς Διὸς υἱοῖς
Ναύταις μελέσσα θαλάσσης.

Helenus, filius Priami ex Hecubâ, vaticinio clarus, quem quidam ob id à Græcis servatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipsis indicasset. Quin etiam eversо Ilio Pyrrhum à navigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non solum à Pyrrho servatus, verum etiam liberaliter habitus est: Quumque ille Oresti Hermionem eripuisset, Andromachen, quam antea justæ uxoris loco habuerat, Heleno concessit, adjectâ etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaoniam appellavit, ubi & urbem ad similitudinem Trojæ condidit, in quâ profugum Æneam hospitio susceptit. Virg. Æn. 3.

Heliades, filiæ Solis, & Clymenes, sorores Phaethontis, quarum duæ *Lampetie* & *Phaethusa* Ovidio dicuntur. A Patre *Sole* sic dictæ. Ἥλιος enim *sol* Græcis dicitur. Hæ cum juxta Padum mortem fratris insolabiliter deflerent, in alnos versæ sunt, electrum lacrymantes. Vocantur & *Phaetontiades*. Virgil.

Tum Phaetontiadas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Alii in populos mutatas fuisse volunt. Martialis, 4. 59.

Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit,
Fluxit in obstantem succina gemma feram.

Inde ponitur pro Electro. Idem Mart. 4. 32.

Et latet & lucet Phaetontide condita gutta.

Et lib. 9. 14.

Gemma quod Heliadum pollice trita notet.

Juvenal. Sat. 5.

——Ipse capaces
Heliadum cruſtas, &c.

Id est, phialas ex electro factas.

Helice, Græcè dicitur, quæ nobis *Ursa major*, ἀπὸ τῆς ἕλικος, i. e. à *circumvolutione*, quod diei noctisque spatio circum polum arcticum vertatur. Lucan. lib. 2.

Parrhasis obliquos Helice quem verteret axes:

Vide *Cynosura*.

Heliconius, Byzantinus Sophista, quem Suidas ait Annalium compendium scripsisse ab Adamo usque ad Theodosium M. libris 10. Similerus ait se accepisse, in Italiâ etiam extare.

Heliodorus, περὶ μνημάτων libros conscripsit, quorum 3. laudatur à Plut. lib. de 10. Rhetoribus in Hyperide.

Heliodorus, ὁ περιηγητὴς ἐν ᾧ φησὶ περὶ Ἀκροπόλεως citatur ab Athen. lib. 9. Quindecim libris id opus constitisse idem in 6. auctor est. Mem. quoque Harpocration in Θησαλῶ, Νύσα, & Πεζοπόλαια. Nec dubium, quin idem sit qui innotuit opere de Anathematis Athenienſium, ut cognoscimus ex Elencho auctorum apud Plin. lib. 33. Imo fortasse idem opus priori erat, integraque inscriptio fuerat: Περὶ ἀφ' ἀναθημάτων ἃ ἐν τῇ Ἀκροπόλει· quomodo opus suum inscripserat Polemo, teste Strab. lib. 9. Alius fuisse videtur qui poema *Protesilaum* fecit, unde versum hexametrum citat Steph. in Φυκάλη. Etiam *Heliodorus* carmen condidit de spectaculis Italicis, unde 16. Heroicos adduxit Stobæus serm. de morbis, &c. Vide quæ de *Heliodoro* Poeta ex Galeno refert Lilius Gyraldus, lib. 3. Dial. 3. *Heliodorus* Stoicus numeratur inter veteres Arati Interpretes. Voſſ.

Heliodorus, Sophista clarus, cujus etiam extat Historia Æthiopica. At vero Dramatis prædicti author Triccæ oppidi Thessalici Episcopus fuit, ut Ecclesiasticæ historiæ scriptores perhibent, de quo certi fere nihil est, nisi quod certissimum est, eum ipsum esse, ad quem D. Hieronymi epistolæ. Heliodorus enim ille, de quo Philostratus περὶ σοφιστῶν, is est Sophista, qui Imp. Adriano familiaris fuit. Vide Voſſ. Hist. Gr. pag. 487. Fuere olim duo Heliodori, quorum unus Geographus, alter Tragicus, ut sæpissime patet apud Græcos enarratores. Fuit & unus Medicus, de quo in Bibliothecâ Medicâ. Fuit præter ea Heliodorus Rhetor Horatii comes, quem *Græcorum longè doctissimum* vocat Serm. 1. Sat. 1.

Heliogabalus, Anton. Caracallæ filius, qui ad imperium assumptus fuit matris operâ apud Antiochiam. Hujus mores impurissimos Lampridius describit. Patria Emissenus fuit, & in Emisâ urbe Sacerdos Dei Alagabali, qui Deus peculiaris fuit illius urbis. Vide Salmasium ad Lampridium.

Helladius, S. Basilii discipulus & in Pontificatu successor, de Præceptoris sui Basilii vitâ librum reliquit; ex quo locum adducit Damascenus Orat. 1. De imaginibus.

Hellanicus, nomen duorum historicorum, quorum unus Mitylenæus, alter Milesius. De priore Voſſ. Hist. Gr. 1. 1. de posteriore idem ibid. lib. 4. cap. 5.

Helle, Athamantis regis Thebarum, & Nepheles filia, quæ unà cum Phryxo fratre, novercales insidias metuens, cum accepto à patre ariete aureo Pontum vellet trajicere, magnitudine periculi perterrita, in mare decidit, eique nomen fecit, quod Hellespontum hodie vocant.

Hellen, à parvulo in ministerio nutritus, & educatus, plurima insolitè edebat miracula, ita, ut etiam ignem in sinu portaret, & nequaquam ejus vestis arderet. Sozomen. 8. 1.

Hellotia, panegyris erat apud Athenienses, ut cum Scholiaste Pindari narrat Triclinius, Minervæ Hellotidis causâ institutâ. Cum enim Dorienses Heraclidarum opere Peloponnesios aggressi, Corinthum captam incendissent, virgines quædam incendium perniciemque sui effugere volentes, cum Eurytione & Hellotide sororibus, in templum Minervæ confugerunt. Quod cum animadvertissent hostes, templum incenderunt. Unde cum aliæ virgines effugissent, Eurytione & Hellotis sorores ibi solæ conflagrarunt. Hinc peste deinceps exorta, editum est à Minervâ oraculum, non antea desituram luem, quam animas crematarum virginum expiassent. Quare Minervæ Hellotidi ædem sacram extruxerunt, & panegyrin *Hellotia* dictam pro Hellotidis expiatione instituerunt. Quidam vero *Hellotiam* dicunt appellatam fuisse Minervam à palude quæ est apud Marathonem, ubi sacrum est ipsi templum: ἕλος enim Græcis est *palus*. Est etiam hujus nominis festum Lampado-dromicum Corinthi in Minervæ honorem, in quo juvenes lampadas habentes currebant. Quam celebritatem quidam volunt inventam postquam Bellerophontis equum Pegasum Dea subjecit, frænumque illi indidit, & ita ipsum ἕλας h. e. *cepit*. Benedictus.

Hemitheon, Sybarita Philoni ac Luciano memoratus: ex quibus constat versus ejus fuisse, ac Sybaritică urbe condignos. Conqueritur Ovidius quòd sibi solum fuerit vertendum magis quàm Poetæ, qui multo scripserat impudicius. Tr. l. 2.

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.

Sybaritidem eam signavit Mart. 14. 97.

Musæi pathicissimos libellos
Qui certant Sybariticis libellis.

Hephæstion, unus ex Alexandri M. ducibus, multum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, ut hunc quidem φιλοβασιλέα, Hephæstionem vero φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc vita functum tam magnifico funere prosecutus est, ut facilè omnes pompas superaret. In funus enim hoc supra 12 talentorum millia impensa feruntur. Plut. in Alexandro. Vide Voss. Theolog. Gent. lib. 1. cap. 15. Mortem ejus prædixit Pythagoras vates apud App. Arrian. Civil. lib. 2. & Arrian. lib. 7. & Plutarch. cap. 124. Mortuus autem est ad Ecbatana Ælian. Var. Hist. 7. 8. Item *Hephæstion* Alexandrinus Grammaticus, de quo Suidam adi. Extat unà cum Scholiaste Parisiis 1553. apud Adrian. Turnebum Typographum regium.

Hephæstos, proprium viri, & nomen Vulcani, Doricè Ἄφαιστος, id est, אב אשתא *af-esto*, *pater* seu *inventor ignis*, quia ut Græci fabulantur δοῦρα πῦρ, ἢ τέχναι δὲ δι' ἐν πυρὸς ὀπώπασι, uti loquitur Tzetzes Chil. 10. 335. Bochartus.

Heptaphonos, nomen porticûs, quòd in eo septies vox reddatur in Olympiâ. Plin. 36. 15. Ejus meminit Plut. lib. περὶ ἀδηλότητος. Et quid ni putem eo respexisse Lucretium lib. 4. cum ait.

Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces,
Unum cum jaceres, ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.

Heracleotes res tradidit Heracleensium. Aristoph. Schol. in Aves.

Heraclides, Serapionis fil. vixit temp. Ptol. 6. h. e. Philometoris, teste Suidâ: De patria non satis convenit. Nam Diogenes ipse, dubius inquit, Καλλατιανὸς, ἢ Ἀλεξανδρεύς. Est vero Καλλατία in Mœsiâ min. juxta Ptolemæum. Suidas neutrum probat, nam Ὀξυρυγχίτην appellat. Est autem Oxyrynchus, Ægypti civitas, teste eodem Ptolemæo. *Lembus* vocabatur, quod cognomentum præter Laertium & Suidam, ei dant Athenæus lib. 13. & Fest. Pomp. in *Romam*. Sed Laertius etiam causam nominis explicat; compositisse enim ait Λεμβώδικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο. Varia scripsit. Porro 14 ejus nom. agnoscit Laertius, quos inter est *Heraclides* Magnesius, Mithridaticorum scriptor, & *Heraclides* Cumanus, qui reliquit 5. lib. de rebus Persicis, cujus operis mem. lib. 3. 11. & 12. ac Etymologus in Δανάκης. Et fortasse alii etiam fuere; cum non desint qui vicinum argumentum tractarint, ut *Heraclides* Cretensis, cujus librum de Civitatibus Græciæ citat Apollonius Hist. Mirab. cap. 19. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 372.

Heraclides Origenista, de quo Voss. Hist. Gr. lib. 2. cap. 19.

Heraclides, Sophista Lycius, Smyrnæ docuit, ubi in honore maximo fuit. Dicunt eum olim apud Severum Principem extemporali facultate dicentem, aulicis præsentibus exterritum, sermone excidisse. Solus Sophistarum ad hanc artem industriâ, & labore, naturâ minime juvante contendit. Philostratus.

Heraclides, è Mopso civitate, Ciliciæ Grammaticus nobilis. Steph. Item pictor nobilis Macedo, qui initio naves pinxit, captoque Perseo à Paulo Æmilio Athenas commigravit, eodem tempore, quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin.

Heraclides Ponticus Philosophus, Athenas concessit, Platonem, deinde Aristotelem audivit. Reliquit ingenii monumenta quæ non extant. Vir fuit mollioris habitus, ut pro *Pontico Pompicus* vocaretur. Diog. Laert. Cic. 5. Tuscul. Scripsit mulierem quandam septem diebus exanimem ad vitam fuisse revocatam. Plin. 7. 52. Cæterum de hoc, uti & de Heraclide Cumano, Lembo, ac Magnesio, Vide Voss. Hist. Gr. 1. 9.

Heraclitus Lesbius Macedonicam fecit Historiam, teste Laertio; unde liquet diversum esse ab illo nobili Ephesio, Philosopho ὃς παρ' ὀρφίοις τὰ πλεῖστα ἐλήφθη, ut Clem. ait 6. Strom. Is vero Heraclitis quos memorat Laertius, adde Heraclitum Sicyonium, cujus secundum de lapidibus librum laudat Plut. de Flum. ubi de Scamandro.

Heraclitus, philosophus Ephesius Σκοτεινὸς cognominatus, hoc est, *tenebricosus*, propterea quod de industriâ adeo stylum obscuraret, ut ejus scripta philosophi sudantes vix intelligerent: De hoc memoriæ proditum, quoties domo egrederetur, flere solitum, cum Democritus contra soleret ridere, propterea quod alteri omnia quæ agimus, miseriæ, alteri ineptiæ viderentur. Sen. 2. de Irâ: Heraclitus quoties prodierat, & tantum circa se malè viventium, imò malè pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium quæ sibi læti feliceisque occurrebant, miti animo, sed nimis imbecillo, & ipse inter deplorandos erat. Democritum contra aiunt nunquam sine risu in publico fuisse, adeo nihil illi videbatur serium eorum quæ serio gerebantur. Quæ sumpsit à Sotione, si Lipsio credas, qui Sermones de Ira scripsit Stobæo aliquoties citatos; in quo hoc ipsum fragmentum: τοῖς δὲ σοφοῖς αἰτιᾶ ὀργῆς Ἡράκλειτος μὲν δάκρυα, Δημόκριτος δὲ γέλως ἐστίν. Vergente in senium ætate in hydropem incidisse ferunt; cumque spretis medicis fimo bubulo se obliniisset, & ad solem se fiecaret, dormientem à canibus esse dilaceratum. Nullum invenitur habuisse præceptorem, tantum natura, & diligentia sola profecit, quidam tamen audisse Xenocratem, & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus ultimi Darii, scripsit poeticè multa, ab Aristotele sæpè testis citatur. Fuerunt quatuor alii *Heraclidi*, primus poeta Lyricus, secundus Halicarnassæus, summæ elegantiæ, tertius Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam, quartus vir ridiculus.

Hercules, ita veteres pro more solito fortes fere appellarunt. Erat enim Hercules qui & *Alcides* ab ἄλκη *robur*, ut quidam putant, valde torosus, quod fortitudinis indicium Physiognomici putant. Seneca in Hippolyto:

Æquas Herculeos jam juvenis toros.

Idem in Herc. Furente:

——*Agnosco toros*
Humerosque & alto nobilem trunco manum.

Val. Flaccus:

Conspicuusque toris Tirynthius.

Tres hujus nominis numerat Diodorus lib. 4. Sex Arnobius itidem in 4. uti & Cic. de Nat. Deor. Imò Varroni erant *Hercules* quadraginta tres; In quibus tamen quosdam fuisse totos Symbolicos, non ad gestorum historiam, sed ad rerum naturam prorsus spectantes veresimile est, qualis *Ogmius*, sive *Hercules Celticus* apud Lucianum, qui eloquentiæ symbolum erat. Item *Hercules Romanus* S. Aurelio Victori ex L. Cassii Heminæ Annal. lib. 1. *Recaranus*, & Verrio Flacco apud Servium ad 8. Æn. *Caranus*, vel *Garanus*, Poetis *Gradivus* dictus.

Omnium vero antiquissimus erat ille *Hercules Ægyptius*, qui Diodoro lib. 1. teste, Mitzraimo, Osiridi illi antiquissimo, filio Chami, genere propinquus, ac dux fuit exercitûs, secundum aliquos, *Gignon*, vel *Gigon* dictus. Unde Hesychius: Γιγὼν, οἱ δὲ Γιγὼν Παπυκὸς, Ἐπαπαϊκὸς, τεραπίζιος, οἱ δὲ Ἀιγύπτιον Ἡρακλέα. Et ab hoc diversus, quippe qui longè junior, est alter *Ægyptius*, vel potius *Ægyptiocananæus*, à devictâ Cananæâ sic dictus; quem nullum alium quam *Josuam* esse, maximus ille Vossius lib. 1. Idol. cap. 26. luculentissime demonstravit. Atque sic ad minimum duo sunt Hercules Ægyptii.

Præter hos alius fuit *Hercules Phœnicius*, sive *Tyrius*, Athamantis, sive, ut traditum Sanchoniathoni, aut Philoni Byblienſi, Jovis Demaroontis regis Phœniciæ filius, & Cadmi Phœnicis ex filiâ Ino nepos. Hic *Palæmon* dictus, posteà vocabatur *Melicarthus*, sive *Melicerta*, hoc est, *rex civitatis*. Διὸς πολιοῦχος, ex Ebræo מלך *melech* rex, & קרתא *carta*, civitas, Amathusiis verò, teste Hesychio *Malica*, quod ex priori formatum videtur, literis ultimis abjectis: Et Eusebio in Chron. ad Num. 497. *Desanaus*, sive *Desanes*, Indis, teste Hesychio, *Dorsanes*, denique Georgio Syncello Διωδῆς, *Diodes*. Atque hic ortus est ex posteris *Esaui*, sive *Edomi*, quem gentiles interpretatione regem *Erythræ* memorant.

Cæterum alter ille *Tyrius Hercules*, sive *Asiaticus* Justino dictus, qui florentibus demum Tyriorum rebus, iisque maris imperium præ aliis obtinentibus, in Gades Hispaniæ insulam coloniam duxit, ac Geryonem, teste Just. lib. 44. cum duobus fratribus regno excussit, hic, inquam, multo junior est quam *Idumæus* ille, cui nomen *Melicartho*. Hic enim Tyri natus; sed in insulâ Gaditanâ (cui denique nomen datum *Erythiæ* ab ἐρυθρὸς, h. e. *rubor*, quasi *Phœniciam*, sive *Idumæam* dixeris) denatus ac sepultus est: quod prodidit Mela 3. 6.

Rursus alius fuit *Hercules Libycus*, cognomento *Macerûs*, pater Sardi; qui coloniam in insulam maris Tyrrheni, sive Inferi, tunc *Ichnusam*, sed posteà *Sardiniam* dictam, ex Libyâ duxit: ubi & unà cum patre cultus est, teste Pausaniâ in Phocicis, Silio Italico lib. 12. Solino cap. 10. & Isidoro lib. 14. Origin. cap. 6.

Alius *Hercules Creticus*, sive *Telchinus*, unus ex Idæis Dactylis, sive Curetibus, præstigiator, ac imperator celebris: à quo, teste Diodoro, institutum certamen Olympicum.

Alius *Hercules Romanus*, quem *Sangum*, vel *Sancum*, vel *Sanctum*, item *Sancum Semonem Fidem* dixere. De hoc Varro lib. 4. de LL. *Putabant Fidium esse Sanctum à Sabinâ linguâ, & Herculem à Græcâ*. Et Festus. *Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratiâ*, Herculi, *aut* Sanco, *qui scilicet idem est Deus.*

Alius item *Hercules Germanus*, quem & *Celticum* plerisque

que dictum memorat Elias Schedius de Diis Germanis, pag. 476. De hoc sic Tacitus de moribus Germanorum. *Fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt.* Aventinus lib. 1. Annal. Boj. scribit hunc *Alemannum* cognomento *Herculem*, cujus insigne fuerit Leo, causa nominis, postremum extitisse regum Germaniæ, quos Berosus enumerat, & primum Bojorum conditorem. Cæterum de hoc vide plura apud Cælium in Cœlo Astron. Poet. pag. 161, 162.

Nunc sequitur omnium horum licet novissimus, tamen longè celeberrimus, ac famigeratissimus Heros *Hercules Thebanus*, patronymicè *Amphitryoniades* dictus; Quippe filius erat Amphitryonis ex Alcmenâ, Thebis Bœoticis natus. Sed communis opinio est, prodente Euripide in Hercule Furioso, quod Jupiter quidam tralatitius, dum Amphitryo unà cum rege Creonte adversus consanguineos suos Teleboas, Ætoliæ populos, bellum gerebat, ut patris ac fratrum Alcmenæ cædem ulciscetur, nequiter apud Alcmenam res egerit mariti, unde Hercules sit natus. Atque huic Herculi omnia quæ à superioribus prius enumeratis gesta sunt, pro more solito tribuerunt Græculi, quasi ipse ea solus perpetrasset, ut eo magnificentior, ac illustrior fieret. Tria hæc docuit, teste Cedreno, μὴ ὀργίζεσθαι, μὴ φιλησδονεῖν, μὴ φιλαργυρεῖν. Adolescentes legant, quæ de Virtute, & Voluptate cum Hercule colloquentibus, elegantissimo commento ex Prodico recitantur à Xenophonte lib. 2. de dictis, & factis Socratis. Quæ elegantibus versibus Silius expressit, lib. 5. Cæterum triplici modo *Herculem* suum considerarunt, ac venerati sunt gentes; nempe ἡρωϊκῶς, ut Heroa, sive Deum animalem; ἠθικῶς sive φιλοσοφικῶς, ut Deum ethicum, & moralem, h. e. ut exemplum fictitium prudentiæ ac fortitudinis, & φυσικῶς, sive θεολογικῶς, ut Deum mere naturalem, sub quo intellexerunt, ac veneratisunt Solem. Ejusmodi erat Petiarum & Medorum *Hercules Sandes*; ut auctores sunt apud Agathiam lib. 2. Symmachus & Athenocles. Atque hinc est, cum scil. Sol quotannis permeet duodecim signa cœlestia, , quod pro istis 12 signis *duodecim* præcipuos statuerint *Herculis labores*, imò totidem illi attribuerint annos, quibus Eurystheo, id imperante Oraculo, ministerium suum exhibuerit.

Illos vero 12 labores enumerat Lucretius lib. 5. in principio, & alii passim Græci Latinique scriptores. Ovid. Met. 9. vers. 182. Sen. Agam. 806. Herc. Fur. 214. & 526. Herc. Oet. 15. Silius 3. 333. Sidonius Carm. 9. Boetius lib. 4. Met. 7. Claudianus præf. in lib. 2. de Raptu Proserpinæ. Nos Martialem tantum impræsentiarum, & Ausonium in medium producemus, quorum hic lib. 9. Ep. 103.

Si cupis Alcidæ cognoscere facta priora,
Disce: Libyn domuit: Aurea mala tulit.
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo:
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Æripedem sylvis cervam, Stymphalidas astris
Abstulit: à Stygiâ cum cane venit aquâ.
Fœcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
Hesperias Tusco lavit in amne boves.

Ubi novem tantum enumerantur. Ille Idyll. 19.

Prima Cleonæi tolerata æruma leonis.
Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cervi.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliavit Amazona baltheo.
Septima in Augeæ stabulis impensa laboris.
Octava expulso numeratur adorea Tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Undecimo mala Hesperidum districta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Quintus Calaber octodecim Herculis labores describit in Eurypyli clypeo, lib. 6. quem sis consule. Idem, citante Eliâ Schedio, tredecim alibi recensèt: Sunt autem sequentes:

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βεβαρὸν κατέπεφνε λέοντα,
Δεύτερον, ἐν Λήρνῃ πολυαύχενον ὄφιν Ὑδρην,
Τὸν τρίτον αὖτ' ὄρεϊ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκλαγε κάπρον,
Χρυσοκάρηνον δ' ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἔχεδεν τέταρτον,
Πέμπτον δ' ὀρνίθας Στυμφηλίδας ἐξελάσασα,
Ἕκτον, Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν,
Ἕβδομον Αὐγείᾳ πολλὰ κόπους ἐχεδόπευεν,
Ὄγδοον ἐκ Κρήτης Διομήδεος ἤγαγε ἵππους.
Τηνύδνῃ δέκατον βόας ἤγαγον ὀλλυμένοιο.
Δωδέκατον δ' ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσια μῆλα,
Τὸ τρὶς ἓξ δέκατον τοῖον λυκὸν ἔσχεν ἄεθλον,
Μενοντιάδῃ πεπιθοντα ξυμβλήσατο κύρσας.

Paulo brevius hos labores enumerat Philippus Byzantius, uti videre est in his.

Ὤλεσα τ' Νεμέης θῆρ' ἄπλετον, ἄλεσα δ' Ὑδρίλω,
Καὶ παῖδεν, κάπρον δ' ἀμφετίναξα γένος.
Ζωστῆρ' ἐλκύσας, πτῶλις Διομήδεος εἶλον,
Χρύσια μῆλα κλάσας, Γηρυόνιλω ἔλαβον.
Αὐγείαν ἐδάλω, καμάτε φύγεν, ἔλαφον ὄρειν,
Κέρβερον ἠγάγομεν, αὐτὸς Ὄλυμπον ἔχω.

In hujus sationem Lycophron unicam noctem, alii duas insumpsisse Jovem dicunt. Sen. de Brev. V. At contra quam exiguæ noctes videntur quas in complexu scortorum, aut vino exigunt? Inde etiam poetarum furor fabulis humanos errores alentium, quibus visus est Jupiter, voluptate concubitus delinitus duplicasse noctem. Unde D. Hieronymus: Duas noctes Jupiter copulavit, ut magnæ fortitudinis Hercules *nasceretur*. Stat. 4. Sylv.

O bona nox, junctaque utinam Tirynthia Luna.

Laboribus suis cœlum obtinuit. Cic. Tusc. 1. *Ad Deos Hercules nunquam abiisset nisi cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset.* Hor.

Hâc arte Pollux & vagus Hercules
Innixus artes attigit igneas.

Apul. in Apol. *Hercules lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor in cœlum ob virtutem ascitus.* Vide quæ eleganter Jo. Levineius ad Propertianum illud 2. 22.

Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos
Et cœlum noctu bis sine rege fuit.

Et Jo. Meursius ad Lycophron. pag. 106. qui ex Clem. Alex. & Arnobio notant etiam de 9. continuatis noctibus. Intercedere his dicas Nonnum, qui Alcmenæ quidem ad extrudendum Herculem tres, Mnemosynæ vero scilicet ut confierent tot illi puellæ Musicæ 9. noctes Jovem concubuisse canit lib. 31.

Ἀλλὰ τέκεν Κρονίωνι κορύσσατο, μὴ πάλιν ἄλλῳ
Μὴ πάλιν ὑπνάκυκλον ἀναπλήσειεν ὁμίχλῃ·
Μνημοσύνης τρισσῇσι μιμήσατο, τῇ παρεμοῦσαν
Ἐννέα νύκτας ἔμιμνεν ἔχων ἄκρυπνον ὀπωπῇ,
Οἷσιν ἔχων πολύτεκνον ἀκοιμήτων ὑμεναίων.

Dixerat autem paulo ante de Herculis præfatione vers. 161.

——Ἀμφιτρύων μὲν
Νόσφιν ἐὼν Θαλάμοιο σιδηοχίτων μεταναίσσῃ
Μάργα. Ἀλκμήνῃ δὲ παρὲξ ἐνδόμυχος Ζεὺς,
Νυμφιδίῳ ἀκόρητος ἔχων τερσάλγεον ὁμάχλῃ.

Jo. Antiochenus: Τὸν Ἡρακλέα τὸν τῆς Ἀλκμήνης φιλόσοφον ἱστορεῦσιν, &c. Herculem Alcmenæ filium aiunt philosophum fuisse. Is pingi solet pelle Leoninâ amictus, clavam ferens, ac tria poma manu tenens, quæ cum Draconem clavâ occidisset, abstulisse dicitur. Per Draconem autem intelligere oportet varium ac multiplicem affectum pravæ cupidinis, quem Hercules prudentiâ, quasi Leonis exuviis tectus philosophiæ clavâ peremit. Atque ita tria poma abstulit, i. e. Virtutes tres, Iracundiæ moderationem, Continentiam, ac Contemptum pecuniæ. Hic, uti Atlas, humeris suis cœlum sustinuisse fingebatur. Seneca in Herc. Fur.

Mediusque collo sedit Herculeo polus,
Immotæ cervix sidera & cœlum tulit.

Claud. 2. de Rapt.

Firmiter Herculeâ mundus cervice pependit.

Sidonius Apollinaris:

Cùm Libycâ se rupe gigas subduceret, & cùm
Tutior Herculeo sedisset machina dorso.

Inter Arbores populus ei sacra. Theocritus Idyl. 2.

——Ἡρακλέϊ ἱερὸν ἔρνος.

Virg. Eclog. 7.

Populus Alcidæ gratissima.

Et lib. 2. Georg.

——*Herculeæque arbos umbrosa coronæ:*

Hercules ipse apud Senecam in Fur.

Populea nostras arbor exornet comas.

Sed quæ species? Alba. Ovid. in Epistolis:

Aptior Herculeæ populus alba comæ.

Seneca in Hercule Oetæo:

Cuna rigentem populo vinctus comam.

Iterum:

Cunâ revinctus populo horrentem comam.

Inde Statius 3. Sylv. loquens de Hercule:

Populeaque movens albentia tempora sylvâ.

Lud. de la Cerda. Quem sis vide ad Virg. Bucol. p. 141. Hujus in Italiâ templum fœminis ingredi non licuit. Rationem reddit Macrobius lib. 1. Sat. cap. 12. *Herculi cum boves Geryonis per Italiæ agros duceret, sitienti respondit mulier se non posse aquam præstare quod fœminarum Deæ celebraretur dies: nec ex eo apparatu gustare viris fas esset. Propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est præsentiam mulierum: & Potitio, ac Pinario, sacrorum custodibus jussit, ne mulierem interesse permitterent.* Prop. 4. 10. de arâ Herculis:

Hæc nullis unquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximii ne ſit inulta ſitis.

Silius lib. 3.

Tum queis fas & honos adyti penetralia noſſe
Fœmineos prohibent greſſus.

In hoc templo nullum ſimulacrum fuit. Sil. lib. 3.

Sed nulla effigies ſimulacraque nota Deorum,
Majeſtate locum & ſacro implevere timore.

Philoſtratus: Ἄγαλμα δ' αὐτῷ οὐκ ἔστι· *neutri Herculi ſtatuam eſſe.* Hunc Cynici exemplar habebant roboris & perpeſſionis; unde Diogenes dicere ſolitus, τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τῷ βίῳ διαζάγειν, ὅπερ καὶ Ἡρακλῆς. Hinc *Herculeus*, & *Herculaneus*. Ut Scyphus Herculaneus. Sen. ep. 83. *Intemperantia bibendi, & ille Herculaneus ac fatalis ſcyphus condidit.* De quo Plut. in Alex. Quoſdam tradere, quod ſcypho Herculis epoto, ſtatim in morbum incidiſſet. Quis autem ille? In Athenæi 11. leges: *Bœotios primum magnos* quoſdam argenteos ſcyphos feciſſe quos Herculaneos vocant, quia Hercules ille Bœotius ſit uſus. Idem ſcriptor in 12. oſtendit, ſcyphum eum fuiſſe libatorium & in extremâ mensâ uſurpatum. Nam Herculem epulandi cupidiſſimum fuiſſe; ideoque apud homines, ejus exemplo, morem obtinuiſſe, ut libantes nihil in calice vini relinquat. Nicetas Choniates de Camatero Logothetâ: *Magnum edonem & bibonem* fuiſſe, ſuperaſſe illos, in quorum manibus amphoræ, ut calices verſabantur; καὶ ἦν σκύφου εἶχεν ἀεὶ ἐπιδέξιον ὁ Ἡρακλέων. Nominis rationem quod attinet, ſunt qui *Herculem* ab Ebræo הֵאִיר בֵּר *Hier col*, h. e. *illuminavit omnia* deducunt. Cui conſine eſt Etymon Græcum. *Hercules* enim Græcis quid aliud eſt, quam Ἥρης κλέος, i. e. *aeris gloria?* quæ porro eſt aeris gloria, niſi Solis illuminatio? Macrob. Sat. 1. 20. Porro de Hercule, & ejus geſtis vide Lilium Gyraldum peculiari Syntagmate, & N. Comitem lib. 7. cap. 2.

Herennius Senecio hiſtoricus Rom. ſub Domitiano; A Metrio Caro accuſatus, & Cæſaris juſſu interfectus fuit, quod libros ſcripſiſſet de vita Helvidii Priſci. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. p. 154.

Herillus, Chalcedonius philoſophus, Zenonis diſcipulus, qui cum audiſſet ſcientiam laudatam eſſe ab Ariſtotele, & Theophraſto, ſummum bonum in eâ poſuit. Cic. lib. 4. Acad. Qu. & lib. 2. De Fin.

Hermagoras Æolides, Carion cognominatus, rhetor egregius, ſcripſit artem Rhetoricam libris 6. de diligentiâ orationis, de decoro, de elocutione, & de figuris. Docuit Romæ Auguſti tempore, deceſſitque ſenex. Item Amphipolitanus philoſophus, diſcipulus Perſei, plures ſcripſit Dialogos. Suid. Alius philoſophus & orator. Cic. in lib. De claris Oratoribus.

Hermaphroditus, Mercurii & Veneris filius, ut ex ipsâ ſtatim vocis compoſitione apparet. Nam Mercurius Ἑρμῆς, Venus Ἀφροδίτη Græcis dicitur. Hic cum vagabundus in Cariâ ad limpidiſſimum fontem, quem Salmacis nympha incolebat, perveniſſet, illa ſubito ejus amore correpta (erat enim adoleſcens formoſiſſimus) cum neque blanditiis neque precibus ad concubitum flectere eum poſſet, ſimulato receſſu poſt vepres latuit. Is autem nympham abiiſſe ratus, fontem nudus intravit: quod videns Salmacis ſubito accurrit, & abjectis veſtibus arctiſſimè eum complexa eſt. Sed cum ne ſic quidem obſtinatum juvenis animum exorare poſſet, à diis petiit, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. Quibus precibus à ſuperis exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, ita tamen, ut ſexus uterque integer remaneret; Quod cum vidiſſet Hermaphroditus, à ſuperis petiiſſe dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, i. e. utrumque ſexum habens, exiret. Ovid. Met. 4. Fingitur autem *Hermaphroditus* Mercurii & Veneris fil. eò quod ſtella Mercurii, ob qualitates, quibus præeſt, mediæ naturæ putatur. Nam cum aliæ ſtellæ ab aſtrologis dicantur *maſculinæ* propter majus robur quo calorem excitant: aliæ vero propter debiliores vires, & naturam humidi, cui dominantur, *femininæ*, Mercurii ſtella nunc humidum, nunc calidum abundè excitat, pro ſitu & motu ſuo. Porro Salmacidis nymphæ fabula, non tam ad vitium aquæ, quam ad inertiam, & otium, quo vires hominum enervantur, referenda eſt. Erant enim Cares, qui eo loco habitabant, homines deſidiæ, & luxuriæ pleni, ac fœdis dediti libidinibus, unde & *Hermaphroditi* vulgò appellabantur, nam ſic etiam dicuntur, qui molles ſunt, & utramque Venerem exercent. In eam ferè ſententiam & Strabo exponit hanc fabulam lib. 14. cui conſentit Ovidius, Salmacidem nympham otio & libidini deditam, deſcribens. Cæterum de Hermaphrodito lubet elegantiſſimos antiqui Poetæ verſiculos hic apponere.

Quum mea me genetrix gravidâ geſtaret in alvo,
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt, Phœbus ait, Mars fœmina, Junoq; neutrum,
Quumque foremnatus, Hermaphroditus eram.
Quærenti Lethum, Dea ſic ait, Occidet armis,
Mars cruce, Phœbus aquis; Sors rata quæq; fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis
Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramis, caput incidit amne, tulique
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Hermeas, è Cariâ dux inclytus Antiochi magni, qui cum eo & Taurum pertranſit, & res magnas geſſit. Ad extremum ab eo ob ſuſpicionem interfectus unà cum conjuge, & liberis qui erant Apameæ. Polyb.

Hermeias Methymnæus, hiſtoricus, res Siculas conſcripſit, quarum lib. 3. citat Athen. lib. 10. Ἑρμαῖος dicitur Diodoro lib. 15. Vide Voſſium.

Hermeias Siculas conſcripſit, quarum tres citat Athen. lib 10. Mem. ejus Diodorus lib. 15. Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 373.

Hermes, cognomen Mercurii, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, i. e. *ab interpretatione*, quòd nuncius & interpres Deorum ſit habitus; vide *Mercurius*.

Hermes Triſmegiſtus, philoſophus Ægyptius, poſt Moſen fuit, cujus tempore in Ægypto ſtudia philoſophiæ clarere cœperunt, cùm antea tantum circa Aſtronomiam, & hujus generis diſciplinas verſarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quam ad illuſtrandum animum valent. Scripſit patriâ linguâ Dialogum, ubi Aſclepius introducitur. Deum omnino unum opinatur, omnium conditorem, erroremque fatetur parentum ſuorum, qui ſuperſtitiones Idolorum invenerunt. Suidas, & Auguſt. de civit. Dei. Hic cum in Ægypto ſacrum quoddam animal Serapi dicatum, in totâ die duodecies urinam facere, pari ſemper temporis intervallo obſervaſſet, per 12 horas diem dividi debere conjecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore eſt cuſtoditus, & poſteà per horas diviſus eſt dies. Polyd. Virg. de Rerum Invent. 2. 5. Item alius *Hermes* Ægyptius fuit, auditor Syriani Sophiſtæ, condiſcipulus Procli ſub Adriano Imp. Vide Suidam.

Hermeſianax, vetus author, ex quo quintam, & vigeſimam ſecundam hiſtoriam ſumpſit Parthenius in Eroticis. Ex Eliacis Pauſaniæ diſcere eſt, Colophonium hunc poetam filium Agonei fuiſſe, ac publicis Colophoniorum ſumptibus ſtatuam ei poſitam fuiſſe. Sed vide quæ de hoc, & altero ejus nominis Colophonio, Nicandri in Theriaca Interpres, & ex eo Lilius Gyraldus tradit in libris de Poetis. Præterea fuit alius *Hermeſianax* Cyprius, qui rerum Phrygiarum hiſtoriam dedit. Plut. de Fluminibus.

Hermias, Eunuchus, trapezitæ cujuſdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Ariſtotelemque audivit, ac domum reverſus, cum Domino ſuo, Atarnenſes, & Aſſenſes aggreſſus, eos ſubegit, & illis ſimul cum domino imperavit.

Herminius, Hermannorum dux fuit, qui Varum Auguſti legatum cum tribus legionibus ad internecionem deduxit. Sueton. & Tacitus. Vide *Arminius*. Item Romanus quidam, unus ex his qui unà cum Coclite Hetruſcis in ponte Sublicio reſtiterunt, donec à tergo ſolveretur. Livius lib. 1. Item Hetruſci nobilis nomen apud Virgil. Æn. 9.

———*Ingentem corpore & armis*
Dejicit Herminium. ———

Hermione, filia Menelai ex Helenâ, quam Tyndarus avus maternus Oreſti deſpondit, ignaro patre, qui id temporis pro Helenâ uxore bellum ad Trojam gerebat. Quo in bello cum Achilles Paridis fraude occiſus eſſet, Pyrrhuſque filius ejus in patris locum ſucceſſiſſet, Menelaus ignarus eorum quæ à ſocero geſta erant, Hermionem Pyrrho deſpondit, & in patriam reverſus uxorem ei tradidit; quam rem ægre ferens Oreſtes Pyrrhum in Apollinis templo trucidavit, ſponſamque ſuam recepit. Virg. 3. Æn. Extat apud Ovidium Epiſtola Hermiones ad Oreſtem. Prop. 1. 4.

Spartanæ referas laudibus Hermionæ.

Ovid. 2. de Art. Amandi:

Scilicet Hermionem Helenæ præponere poſſis.

Hom. initio 4. Odyſſ.

——— Ἔξειναο πῶϋ' ἐφετμὴν
Ἑρμάωνι, ἢ εἶδος ἔχε χρυσῆς Ἀφροδίτης.

Hermippus, Athenienſis, poeta antiquæ comœdiæ, altero captus oculo, frater Myrtili Comici, ſcripſit fabulas 40.

Hermippus, Berytius, Philonis Byblii diſcipulus, qui multa compoſuit ſub Adriano Principe. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 220.

Hermippus Smyrnæus, Theophraſti vitam ſcripſit, teſte Laertio, aliaque, de quibus videndus Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 103.

Hermocrates, Phocenſis, Sophiſticâ facultate clarus, Antipatri magiſtri Epiſtolarum Severi Principis filiam haud formâ bonâ invitus, Imperatore cogente duxit, quam poſteà repudiavit. Philoſtratus.

Hermodorus, Siculus, Platonis auditor, cui vitio datum, quòd quæſtu Philoſophiam habuerit, dicta, quæ ſub Præceptore audiverat, colligendo, ac deinde in Siciliâ venditando; unde

unde adagium, *Verba importat Hermodorus.* Item Philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius J. C. tradit authorem fuisse duodecim Tabularum ferendarum Decemviris. Plin. 34. 5. dicit hunc fuisse interpretem Legum Decemviralium, eique ob id statuam publicè dicatam. Strabo lib. 14. In Epheso fuere viri memoratu digni, ex antiquis Heraclitus & Hermodorus; de quo hic idem inquit, Dignos esse omnes Ephesios strangulari, qui Hermodorum virum inter eos frugi ejecerunt, dicentes, Nemo nostrum frugi esto, alioqui cum aliis ejiciatur. Item alius *Hermodorus* Salaminius, qui cum Philone Architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, quâ in contentione, ut minus eloquens, victus fuit. Cic. 1. de Orat. *Hermodorus* etiam quidam fuit, qui Νόμιμα tradidit. Athen. lib. 2. Iis retulit leges variarum gentium. Denique *Hermodorus* Poeta, Plut. in Apophtheg.

Hermogenes, Tarsensis, annos natus 15. Sophista adeo probatus est, ut fama ejus ad auditorium M. Antoninum Principem exiverit, ab eoque munera egregia tulerit, deinde tempore procedente, eum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi causa. Proinde Antiochus Sophista dicebat, *Hermogenes in pueritiâ senex, & in senectute puer.* Alium oportet fuisse Hermogenem Tarsensem, de quo Sueton. in Domitiano cap. 10. *Occidit item Hermogenem Tarsensem, propter quasdam in historiâ figuras; librariis etiam, qui eam describerant, crucifixis.* Quin & Flavius Josephus *Hermogenis* cujusdam meminit, lib. 1. contra Apionem; ubi eum & Judæorum ait non obiter feciſſe mentionem. Scripsit περὶ Φρυγίας, uti testatur Apollonii Scholiastes in lib. 2. Item Hæreticus quidam qui corpus D. N. Jesu Christi post ascensionem suam in Sole depositum fuisse somniavit. Theodoretus: Οὗτος (Ἑρμογένης) τὸ Κύριον τὸ σῶμα ἐν τῷ ἡλίῳ εἶπεν ἀποτεθῆναι. Eadem hæresis fuit Seleucianorum & Hermianorum; de quibus Philastrius & ex eo D. Augustinus: *Negant Salvatorem*, inquit, *in carne sedere ad dextram patris, eamque in Sole posuisse, accipientes occasionem de Psalmo:* In Sole posuit tabernaculum suum, Hæres. 59. Vide D. Pearson in Symb. Apost. pag. 373.

Hermolaus, Constantinopolitanus Grammaticus, scripsit ad Justinianum Cæsarem Epitomen in librum Stephani de Urbibus. Suidas. Memoratur & ante hunc alius qui contra Alexandrum M. conjuravit. Item Statuarius quidam inter eos, qui ædes Principum signis nobilibus ornarunt. Plin. 36. 1.

Hermolaus Barbarus Patricius Venetus natus fuit an. 1454. Obiit vero 1493. ætatis suæ 39. Vide Voss. Hist. Lat. pag. 621.

Hermon, Pelasgiorum Princeps, qui, quia unà cum suâ gente Pelasgâ coactus, nimirum Darii Athenienſium Ducis metu, reliquisset Lemnum, quam occupaverat, simulabat tamen se volentem cedere, quò gratum faceret Athenienſibus; ideo factus est proverbio locus, *Hermonium officium:* de eo qui vult videri aliquid officii gratiâ facere, quòd alioqui coactus facit. Vide totam historiam apud Erasm. in Chiliadibus. Hesychius: Ἑρμώνιος χάρις, παροιμία ἀπὸ Ἑρμωνος τοῦ Λήμνιος τυράννου, ὃς ἐπολιόντων αὐτὸν Ἀθηναίων, μὴ δυνάμενος αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, ἔφη τὸ προσανόμενα ὑπ' αὐτῶν διὰ χάριν πιεῖν· Τάσσει δὲ ἐπὶ τῶν κατ' ἀνάγκην τι ποιούντων, ἢ προσποιουμένων χάριν.

Hero, puella formosissima, ex Sesto Thraciæ urbe ad Hellespontum sita, Veneris sacerdos, cujus mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu ejus causâ Hellespontum solebat trajicere. Verùm cum aliquando nimio amatæ desiderio, mari tempestatibus agitato se commisisset, viribus destitutus, submersus est. Cujus cadaver, cum fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Hero doloris impatientiâ, ex editissimâ sese speculâ in mare præcipitavit; sive ut Musæus habet,

Ῥοιζηδὸν προκάρηνος ἀπ' ἠλιβάτου πόρε πύργου.

Item urbs Ægyptiaca, *Hæmus* etiam dicta, eo quod Typhon ibi fulminatus sanguinem suum fuderit. Strabo Heroum civitatem vocat. Stephanus.

Herodes, Tres hoc nomine Judææ reges fuere. *Herodes* cognomento *Magnus: Herodes Antipas*, ejus filius, & *Herodes Agrippa*, Magni nepos. De quibus versiculi.

Ascalonita necat pueros; Antipa Joannem;
Agrippas Jacobum, clauditque in carcere Petrum.

Ad Magnum pertinet Augusti jocus, Macrobio lib. 2. Saturn. cap. 4. relatus. Nam cum audiisset inter pueros, quos in Syriâ Herodes rex Judæorum, intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait, *Melius est Herodis porcum esse, quam filium.* Nempe illic vivebat,

Observant ubi festa mero pede Sabbata reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Uti loquitur Juvenalis, ab eo nomen acceperunt *Herodiani*, secta apud Judæos, quæ Herodem Messiam credidit. Vide Scalig. ab Euseb. pag. 150. Casaub. com. in Pers. Sat. 5. ver. 180. Item Exercit. 1. in Baronium. Sect. 5. & Grotium Annot. in Mat. 16. 6. & Marc. 3. 6. Samuelem Petitum lib. 5. Var. Lect. 2. 1. & 4. 9. qui tamen à cæteris diversus abit. Denique Montacutium ✠ πάνυ Appar. 7. Num. 67.

Herodes, dictio est propria Novi Test. inquit Lud. Ballester. Jesuita, sign. *Pellis gloriam, vel pellibus gloriantem, aút montem gloriæ, vel arrogantiæ;* Syriacè vero *Draconem ignitum.* Nomen est proprium Regis Judææ. Julius enim Cæsar, finito bello Ægyptio, per Syriam in Armeniam proficiscens Antipatrum Romanâ civitate donavit, quòd Mithridatem in Ægypto militantem strenuè juvisset: Antipatrum præterea tutorem totius Judææ constituit, atque ita via strata est ad futuram Herodis tyrannidem, ut scribit Josephus Antiq. l. 14. c. 16. & 19. Denique idem Cæsar ut idem Josephus scribit cap. 18. cum Judæam appulisset, rebus Syriæ compositis, muros Jerusalem à Pompeio dirutos refecit, & Herodem 15. (mallem 25.) annum agentem, tutorem Galilææ creavit. Herodes ergo primùm tutor Galilææ, à Cæsare, deinde Judææ tetrarcha ab Antonio, denique ubi Romam venisset, ab Triumviris Rex constituitur, & sic sensim familia regia extincta est. Hic Hyrcanum regem & socerum falsis criminationibus oppressum, securi percussit; Mariamnem uxorem, Alexandrum socrum, Alexandrum & Aristobulum è Mariamne filios, calumniis obrutos interfecit, ac tandem regni sui an. 30. Synedrium, sive Concilium Judæorum è 70. senioribus de domo David, ex illa familia removit, uti scribit Philo Judæus, senioribus illis omnibus, uno excepto peremptis. Hic Infanticidium perpetravit; cujus rei fama Romam perlata est, & pervenit ad aures Imperatoris: Quod Ethnicus auctor testatur Macrobius lib. Sat. 2. cap. 4. *Cum*, inquit, *audiisset* (nempe Augustus) *inter eos quos in Syriâ Herodes Rex Judæorum infra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait: Melius est, Herodis porcum esse quàm filium.* Erat autem quod verissimè observat doctiss. Baronius, ad an. 8. Servatoris, ut aliis sceleribus contaminatissimus, ita animal cum primis libidinosum, & Venereus planè furciter. *Uno enim eodemque tempore*, Josephus ait, *novem uxoribus utebatur. Fuit Herodes* (ait ille, quicunque tandem fuerat, Gorionides) *homo importunus ac improbus, qui vexationem, jugumque suum aggravavit super nos vehementer, & crudelitatem, quâ superbus populum, & crudelis vexavit, non autem regnavit, adeo ut in canâ etiam senectute suâ quosdam interficeret. Detraxit ipsi populo integumentum ac vestem: nulli divitiarum alicus reliquit, propter vexationes & exactiones quibus nos oppressit, gravissimas. Alienigenas ditavit, & Judæos pauperavit. Ipse in templum simulacra introduxit, & Sanctuarium polluit: ut beatus sit qui antea mortuus est, & non sensit crudelitatem Herodis, in paucis illis annis, quæ fluxerunt à tribulatione il'a, quæ fuit in captivitate, in terrâ inimicorum nostrorum, quando regnaverunt super nos Reges Babyloniæ. Quoniam Herodes iste afflixit nos in terra nostra gravius, quam expertissimus in terrâ inimicorum nostrorum, in diebus Medorum & Persarum. Nam fuit multo crudelior Dario,* jactantior Artaxerxe, & avarior Medis. *Animam exhalavit Regni sui 37. anno, & horrendo morbo, quem sic describit Josephus:* Lento calore torrebatur, qui calor non externo tactu *deprehendebatur, sed internè viscera exedebat. Aderat & vehemens voracitas, ita ut continuo cibi essent suppeditandi: vexabatur præterea intestinorum exulceratione & colicis doloribus, pedes tumebant phlegmate humido, & pellucido, necnon & inguina. Ipsa quoque verenda putrefacta scatebant vermiculis, accedente fœtore, nec minus molestâ tentigine. Super hæc omnia nervorum contractione laborabat, & difficultate spirandi, ita ut constanti opinione prædicarent passim homines, Deum pœnas ab eo reposcere propter pietatem tot modis ab eo læsam. Ille tamen de salute non desperabat; sed undique medicos & auxilia perquirebat; usus est & balneis ultra Jordanem Callirrhoes, cujus aqua non tantum medica sed & potabilis erat. Hic dum in olei plenum dolium immergitur, visus est animam exhalasse, unde inter suos & familiares ejulatus exoriebatur. Ille reversus ad se, ubi nullam spem salutis animadvertit, Hiericuntem relatus, melancholia ita concitabatur, ut jugulum sibi cultello arrepto peteret, sed à circumstantibus impeditus, horrendum plane, & fidem omnem excedens facinus meditabatur: accersiverat, complures è nobilioribus Judæi, sub pœnâ capitali edicto evocatos, quos in Circum conclusit universos, & sororem suam Salomen, ac maritum ejus Alexiam obtestatur, ut quamprimum ipse animam efflasset, milites immitterent quos donativo demeruerat, ac universos & singulos ibi collectos trucidarent; ut ita publico luctu, vel ab invitis Judæi, mors ipsius honoraretur. Sed mandata tam horrenda non sunt executioni tradita.*

tradita. Dum vero tam crudeliter truculentus ille mandat, ſuperveniunt ex urbe miſſi legati, qui nunciabant omnia ibi ex ſententiâ ejus tranſacta; quo i le paululum recreabatur, ſed mox recrudeſcente morbi violentiâ, ita ut ſibi manus inferre iterum tentaverit, & lamentatio exoriebatur: quam ubi audivit in carcere Antipater, ratus patrem expiraſſe, egit cum cuſtode carceris de fugâ, multa pollicitus, cum regnaret. Ille autem preces & promiſſa reſpuens rem detulit ad patrem, qui excandeſcens irâ, miſit continuo ſpiculatorem, qui Antipatrum obtruncaret. Atque ita nequiſſimus mortalium, excepto parente, meritas impietatis pœnas dedit, & parenti anteambulo deſcendit ad Infernum, qui poſt quintum ab Antipatri cæde diem, ſecutus eſt, vir in omnes ex æquo truculentus, imò bellua plane non homo, cujus epitaphium defuncto prorſus dignum. Vide ſis Lector apud Salianum To. ult. p. 795. Plura de hoc Herode habes apud Cl. Montacutium Appar. 5. & 7. Conſtat autem quatuor *Herodes* in N. Teſt. dictos fuiſſe; primus eſt ille, de quo diximus, Rex Judææ. Secundus *Herodes* Tetrarcha filius prioris, & germanus Philippi ex matre Cleopatrâ Hieroſolymitide qui non fuit Rex. Tertius *Herodes* Agrippa filius Ariſtobuli, filii Herodis Aſcalonitæ, qui in Actis Jacobum interfecit. Quartus *Herodes* frater hujus Herodis Agrippæ, cujus fit mentio Actorum cap. 23. Fuit etiam *Herodes* Dynaſta Chalcidis, de quo Joſeph. Ant. lib. 19. cap. 7. Cæterum ab *Herode*

Herodiani, ſecta apud Judæos, quæ Herodem Meſſiam credidit. Ita Tertullianus, & Epiphanius, quibus conſentit quoque B. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos, affirmans *Herodem* ab *Herodianis* illis pro Domino Chriſto agnitum & ſuſceptum fuiſſe. At in cap. Mat. 22. alia ei mens. *Cæſar*, inquit, *Auguſtus, Herodem, filium Antipatri, alienigenam & proſelytum regem Judæis conſtituerat, qui tributo præeſſet, & Romano pareret Imperio. Mittunt igitur Phariſæi diſcipulos ſuos cum Herodianis: id eſt, militibus Herodis, quos illudentes Phariſæi, quia Romanis tributa ſolvebant, Herodianos vocabant.* Hæc fuit proculdubio Hieronymi ex animo ſuo prolata ſententia. Unde contra priorem opinionem ſic invehitur paulo poſt. *Quidam Latinorum ridiculè putant Herodianos dictos, qui Herodem eſſe Chriſtum dicebant, quod uſquam legitur.* Ultriuſque ſententiæ mem. Chryſoſtomus: *Herodiani autem*, inquit, *quinam erant? Vel milites Herodis: vel hæreſis quædam nuper tunc exorta, quæ Herodem dicebant eſſe Chriſtum, propterea quod in illo, ad ſuam periodum pervenerat ſucceſſio Regum Judaicorum.* Ita duas jam vidimus de Herodianis opiniones. Accedit tertia, apud Interpretem Syrum, qui domeſticos & Aulicos Herodis arbitratur illos. Et certè ſive milites, ſive Hæretici fuerant, poterant fuiſſe domeſtici h. e. ex Aulâ Herodis. Quartam habet Hugo in Gloſſ. ſuper Marc. 12. qui milites quoque fuiſſe arbitratur, ſed numero tantum 200. conſcriptos, quos Herodi miſerat, in auxilium Cleopatræ, perditis & profligatis Antonii rebus. Abſurdiſſimè; quaſi non diu ante iſta tempora Cleopatra admotis aſpidibus in Ægypto interierat. Quæ neque cum in vivis eſſet, & potentiâ floreret, Herodi tantopere favebat, ut milites ei mitteret; aut ſi faviſſet, nunquam ei 200. & non plures miſiſſet. Quintam refert Maldonatus non minus inſulſam, Judæ illius Galilæi, qui tempore cenſus ſeditionem movit, reliquias fuiſſe hoſce Herodianos, qui tributum Romanis ſolvendum negabant, & ideo vocabantur Herodiani, quod Herodes ſe illis favere, & bene cupere ſimularet, quo gratiam iniret apud Judæos; à qua ſententia non multum abhorruiſſe videtur Beza. Sed pugnat ratio temporis, rerum ſeries, Herodis animus, actorum perpetuus tenor, & obſervantia in Romanum nomen, & Auguſti domum. Nam quod Beza, de Herode ſecundo Antipa hoc intelligit, explosum eſt. Sed magis adhuc abſurda eſt illa Druſii ſententia, qui è Lexico quodam Juris Hebraico profert Rabbinorum ſtupenda deliramenta. Herodem (ſed non conſtat, uter fuerit) ex deſerto Græcos attuliſſe, qui in terrâ habitatâ fuerant, & ex ejus nomine ſunt Herodiani appellati. Septimam refert & cæteris præfert Maldonatus, Herodianos videri appellatos illos, qui Tributum Cæſari ſolvendum contendebant; vel quia tributis colligendis Herodes præfectus à Romanis fuerat, vel quod iſto modo gratiam & favorem Imperatoris aucuparetur. Et certe Herodem ſive metu, ſeu ſponte ſuâ, Romanorum voluntatibus, præcipuè vero Auguſti Cæſaris ſemper libentiſſimè obſecundatum non negavero; & non eſt probabile, Herodianos iſtos, ſive hæreticos ſive milites, ſeu domeſticos & familiares, qui ad nutum Herodis ſuadebant omnia, impensè ſuaſiſſe tributi ſolutionem. Sed falſum eſt & ἀνυσόφωνον Herodi mandatum fuiſſe id officium; atque ob eam cauſam in Judæâ eum fuiſſe regem conſtitutum, qui tributis præeſſet, cum regiam exerceret ubique, pro omnia, in omnes, & quidem liberrimam poteſtatem. Et ſi id ita fuiſſet, non tamen propter ſimilem cum Rege voluntatem, denominationem hanc tam ſpecialem ſortiretur. Quocirca in re dubiâ & non explicatâ illud potius arbitror, ſtatuendum fuiſſe hæreſin quandam Judæorum Herodianam, quæ Herodem & Judæum ortu, & Meſſiam eſſe officio contendebat. Hoc autem rectè ſtatuit doctiſſ. Euſebii Animadverſor, Hæreſin fuiſſe, non corpus quoddam, atque ſodalitatem, ad exemplum eorum qui confratriæ appellantur: qui, ut multa in gratiam vivi Herodis, ita quoque & in memoriam mortui faciebant: cujus natalem diem feſtum ſacrificii quotannis & aliis honoribus proſequebantur: qui & huc quoque retulit illa Perſiana è Sat. 5.

——— *At cum*
Herodis venere dies, unctáque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,
Portantes violas, rubrumque amplexa catinum
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino.

Ad quem locum vetuſtiſſ. Schol. à Pithœo editus, ex aliquo proculdubio antiquo authore, qui nobis cum multis hodie non extat. *Herodiani*, inquit, *diem Herodis natalem obſervabant, ut etiam ſabbata: quo die lucernas accenſas, & violis coronatas in feneſtris ponebant. Montacutius.*

Herodes, Atticus, vir Conſularis, amœno ingenio, Græcaque facundia ita excellens, ut gravitate, copiâ, & elegantiâ omnes alios longe præſtiterit. Vide Gellium 1. 2. 9. 2. 19. 12. Vitam ejus habes apud Philoſtratum. Item *Herodes*, rex Parthorum, qui M. Craſſum occidit. Lege *Horodes*, vel *Orodes*.

Herodianus, condidit hiſtoriarum libros 8. Eos exorſus ab exceſſu M. Aurelii Antonini Philoſophi; deſiit in morte Balbini, & Maximi, ac imperio Gordiani nepotis. Stylus, Photio teſte, eſt elegans, perſpicuus, ac talis plane, ut vix hiſtoricorum ulli ullâ virtute cedat. Veritati etiam ſtuduit, niſi quod fides ejus nutet in Alexandro, & Maximino, quod obſervatum Julio Capitolino in Maximinis duobus, ubi ait, *Herodianus, Græcus ſcriptor, ei, quantum videmus, in odium Alexandri plurimum favit.* Voſſius.

Herodianus Alexandrinus Grammaticus, Apollonii Dyſcoli Grammatici filius, ſcripſit multa, floruit autem ſub M. Antonino Cæſare. Suidas. *Artium minutiſſimum, ſciſcitatorem* vocat Ammian. lib. 22.

Herodias, Herodis primi neptis, ex filio Ariſtobulo, nupta fuit primùm Philippo. Ab hoc eam abduxit frater ejus Herodes Antipas: Quod ſceſſus cum accuſaret Jo. Baptiſta, fraude & violentiâ Herodis interfectus eſt. Matth. 14.

Herodicus Crateteus, ſic dictus quòd præceptorem Cratetem habuerit. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 139. Alius ab hoc eſt *Herodicus*, magni Hippocratis Coi præceptor, ut in vitâ ejus Soranus teſtatur. Is enim ante bellum Peloponneſiacum vixit. De Herodico, qui Periclis ætate vixit, Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 454.

Herodorus, commentarium reliquit de Macronibus, gente Ponticâ, de quo vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. p. 374.

Herodorus, Megarenſis, corpore brevi, ſed valido, & vegeto, homuncio, ac tibicen, tantæ fuiſſe voracitatis dicitur, ut ſiliginei quidem panis caniſtros 6. carnium vero 20 librarum pondo ſolus facile devoraret, ac vini congios 2. biberet. Cæterùm tubis ſimul duabus adeo violenter uti ſolitum tradunt, ut quam latiſſimè illarum ſonus exaudiretur. Feruntque aliquando cùm Demetrii milites, ejus ſcilicet, qui *Urbium Expugnator* eſt cognominatus, maximam illius machinam, quam Helepolim vocabant, in Argivæ urbis oppugnatione, ob immenſam ponderis gravitatem, muris applicare non poſſit, violento, terribilique hujus duarum tubarum ſono excitatos, ac velut adjutos præter omnem ſpem, machinam illam, quam prius admovere non poterant, urbi haud magnâ cum re admoviſſe, illamque vi expugnaſſe. Leon. Tho. lib. tertio cap. 2.

Herodotus Halicarnaſſæus, ſcripſit hiſtoriam libris novem; quorum quilibet Muſæ nomine inſcribitur. Cœpit à Cyro Perſarum rege. Seceſſit in Samum, Lygdami tyrannide offenſus, qui tunc in patriâ regnabat; eo expulſo, rediit. Poſtremo invidiæ civium obnoxius, ſponte Thurium conceſſit, Athenienſium coloniam, ubi extinctus eſt, & ſepultus; licet aliqui Pellæ dicant. Suid. Cic. in lib. de LL. *Patrem hiſtoriæ* appellat. Alius ab hoc eſt *Herodotus*, qui de pubertate Epicuri ſcripſit, teſte Laertio, de quo, uti & de priori, Voſſium ad Hiſt. Gr. pag. 375.

Heroes, dicti ſunt à veteribus viri nobiles, & illuſtres, qui mortales cum eſſent, rerum tamen à ſe geſtarum magnitudine, quàm proximè ad deos immortales acceſſerunt, eamque apud vulgus opinionem emeruerunt, ut poſt mortem in Deorum numerum credantur relati, quales fuerunt ſemidei illi, de quibus fabulatur antiquitas, quos altero parente Deo, altero mortali, prognatos credebant. Heſiodus.

Ἀνδρῶν Ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται
Ἡμίθεοι, ——

Ubi

Ubi Proclus: Ἡμιθέους ἢ οὖς τὸ μὲν ἔχοντας θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρωπικὸν κρεῖττον· ὅσους ἂν δεῖ θεῶν μόνων, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων θεῶν καὶ ἀνθρώπων, ὅτου δὲ τὸ σύμμικτον ἔχοντες θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἡμίθεοι λέγονται. Lycophron in Alexandrâ ἡμιθνήτους nuncupat:

Τοῖς ἡμιθνήτοις ὀνύχοις λαφρίοις.

Ubi Tzetzes: Ἡμιθνῆς, καὶ ἡμίθνητος διαφέρει, ἡμιθνὴς γὰρ λέγει ὁ Λυκόφρων, καὶ ἦδη τὸ ἥμισυ θανών· ἡμίθνητος δὲ, ὁ τὸ ἥμισυ ἔχων θνητὸν, καὶ τὸ ἥμισυ ἀθάνατον, ἤτοι ἡμίθεον. Vide Hieroclem ad Aurea carmina Pythagoræ. Lucianus 3. Dialog. Mortuorum definit Heroa hunc in modum Ἥρωα δεῖ μήτε ἄνθρωπος, μήτε θεὸς, ἀλλὰ συναμφότερος. *Neque homo eſt, neque Deus, ſed utrumque ſimul.* Sed Ἥρως, unde ſit, non convenit. *Heroas*, inquit Servius ad Eclog. 4. *quidam à terrâ dictos volunt, quod terra ἥρα dicta ſit, unde initio nati creduntur homines, qui nomen à matre traxerunt.* Ubi pro ἥρα legendum ἕρα nam ἥρη eſt Juno, h. e. *aer.* Mart. Capella, lib. 2. *A medietate aeris, uſque in montium, terræque confinia, hemitheï heroeſque verſantur, qui ex eo quod Heram* (lege *Eran*) *terram veteres dixerunt, heroes nuncupati.* Sed Platoni in Cratylo placet id nomen eſſe ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, i. e. ab *amore*, quòd videlicet Heroes vel ex amore eorum erga mulieres humanas, vel amore virorum erga Deas ſunt geniti. Sic enim ille. SOCR. Οὐκ οἶδα ὅτι ἡμίθεοί ὀνομάζουσιν; HER. Τί δ'; SOCR. Πάντες δήπου γεγόνασιν, ἐρασθέντες, ἢ θεοὶ ὄντες, ἢ ὄντος θεᾶς. Vide & Dionyſ. Halicarn. 1. Antiqu. cap. 78. Et hanc ob cauſam Cicero *Heroica tempora* vocavit, quibus Hercules, Caſtor, Orpheus, & alii hujus generis, ex Diis, ut credebantur, geniti floruerant. Unde Catullus de Argon.

Heroes, ſalvete Deûm genus.

Vel ſecundum eundem Platonem *Heroes* nomen habent ἀπὸ τοῦ εἰρεῖν, i. e. *dicere*; Antiquâ enim, ut ait, Atticorum linguâ ἥρωες ii, qui dicendi, ſeu interrogandi facultate valerent, appellati ſunt. Itaque Oratorum, quod addit, & Sophiſtarum genus, eſt Heroica natio. Hierocles. ΗΡΩΕΣ ἢ οὓς ἐρωτᾶς πρὸς ὄντας καὶ εἰρητοὺς, οὓς ἐρωτικοὺς, καὶ διδακτικοὺς ἐρασταὶ τοῦ θεοῦ.

Alii denique ſic dici arbitrantur ἀπὸ τῆς ἥρης, i. e. à *Junone*, uti tradit Auguſt. lib. 10. de Civ. Dei. cap. 21. & ex eo Iſidorus 8. 9. nempe quia aer eſt dicatus Junoni, ac *heroes* putantur poſt obitum in aere cum dæmonibus habitare; quod & ſuperior Capellæ locus indicat, ac hic Heſiodi verſus confirmat:

Ἥρωα ἐκατόμπυροι πάλιν φοιβήσαντες ἐπ' αἶαν.

Quin & Philo, lib. de mundo ἥρωας καὶ δαίμονας Græcis dictos ſcribit, quos Moſes ἀγγέλους appellavit, qui inter Deum & Homines medium locum obtinent, ſc. inter Cœlum & Terram. Atque huc pertinent quæ & Jamblichus de differentiâ Dæmonum, Heroum, & humanorum animorum in *de Myſteriis* diſputat. Thales vero hominum animas jam ſeparatas corporibus, *heroas* appellavit, quemadmodum Athenagoras Legatione pro Chriſtianis obſervat. Quò fortaſſe Virgilius reſpexit, Æn. 6.

Atque huic reſponſum paucis ita reddidit heros:

Ubi *heroem* de animâ Muſæi dixit. Atque hæc oſtendunt, ut ſe torſerint Græci in hujus vocis etymo. Sed veriſimile eſt id vocabulum originem potius Chaldæis debere. Nam his הוררין dicuntur *nobiles, liberi candidati* ἥρωες, uti docet Fabricius in Dictionario Syro-Chaldaico. Hinc *Herois* fœmina nobilis. Stat. Sylv. 3.

Quæ veteres Latias, Grainſque Heroidas æquas.

Prop. 1. 12.

Illa ſit Inachiis & blandior Heroinis.

Heron, Cotyos F. Orator Athenienſis, præter alia fecit epitomen hiſtoriarum Heraclidis: ad hæc opus elaboratum de antiquis oratoribus, & orationibus, quibus, inter ſe certantes, alii alios vicerunt. Idem divulgavit commentarios in Herodotum, Thucydidem, & Xenophontem. Suidas.

Herophila, nomen proprium Sibyllæ Erythrææ, quæ Tarquinii tempore Romam venit, treſque ſecum libros attulit heroico carmine conſcriptos: quorum nomine quam magnam pecuniæ ſummam à Rege petiiſſet, nec obtinuiſſet, duos exuſſit: uniuſque, qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantum paulo ante pro tribus poposcerat. Suidas.

Herſe, Cecropis filia, formæ præſtantiſſimæ, à Mercurio adamata, cui ſoror Aglauros invidens, & Mercurium à quo aurum pacta erat, ut illum ſorori conciliaret, introitu prohibens, in lapidem verſa eſt. Ovid. Met. 2. Cæterum ex Herſe & Mercurio natus eſt Cephalus. Apollod. lib. 3.

Herſephoria, vide Caſtellanum in Ἁρπηφορία.

Herſilia, uxor Romuli, quam rapuerat Sabinis inter alias virgines, cùm ex invidiâ filias ſuas Romanis collocare recuſarent. Hæc poſtea in Oram Deam mutata eſt, Ovid. Met. 14. Nam mortuis honore Deorum conſecratis nomina immutabantur, ne crederentur mortales fuiſſe. Sic Romulus mutato nomine dictus eſt Quirinus. Quin & Herſilia *Horta* etiam dicta, ut Plut. refert in libro Problematum, eo quod juvenes ad virtutem & res gerendas *hortatur*. Hanc Romani ſuo Quirino, perinde ut uxorem conſecrarunt, ſignificantes imperium non deſidiâ & otio, ſed virtute, & fortitudine parari, atque conſervari. Virtutem vero bellicam niti flore juventutis, Herſilia enim apud Romanos erat, qualis Hebe apud Græcos. Silius Italicus, lib. 13.

Vis & Martigenæ thalamos ſpectare Quirini?
Herſiliam cerne, hirſutos cum ſperneret olim
Gens vicina procos, paſtori rapta marito,
Luſtravitque caſam, culmique è ſtramine fultum
Preſſit læta torum, & ſoceros revocavit ab armis.

Herſilius, vir quidam qui ſororem ſuam in uxorem duxit. Cujus epitaphium extat in marmore Italico:

Herſilius hic jaceo, mecum Marulla quieſcit,
Quæ ſoror & genetrix, quæ mihi ſponſa fuit.
Vera negas, frontemque trahis, ænigmata Sphingis
Credis? ſunt Pythio vera magis tripode.
Me pater è nata genuit, mihi jungitur illa,
Sic ſoror & conjux, ſic fuit illa parens.

Heſiodus, poeta natus in Aſcrâ Bœotiæ vico, unde & *Aſcræus* dictus. Hic miſſus à patre ad ovium cuſtodiam, dormiens ſomniavit, ſe repente poetam factum. Scribit Pauſanias ejus carmen adhuc ſuo tempore in plumbeis tabulis in Muſarum templo (cujus ſacerdos Heſiodus fuit) ſervatum fuiſſe. Scripſit Poemata, *Theogoniam*, unde eum *fabularum authorem* Quintilianus dixit, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, *Opera & Dies*, librum παραινετικὸν, & *moralem*, quem ediſcere Græci pueri ſolebant, quemadmodum & Leptæ Cicero præcepit, lib. 6. Famil. *Lepta ſuaviſſimus ediſcat Heſiodum, & habeat in ore:*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.
Sudorem poſuere dii Virtutis ad arcem.

Item Γεωπονικὰ, nam qui illud unum & idem opus eſſe cum Ἔργοις putant, valde falluntur, ut eruditè oſtendit Heinſius in Introductione ad Heſiodi libros. Ex Plinio & aliis vett. citatur Heſiodus in Aſtrologiâ, & ex eâ petuntur

Tempora, quæ meſſor, quæ durus orator haberet. Sed alia Geoponica ſcripſiſſe præter Ἔργα καὶ Ἡμέρας quæ hodie extant nullus veterum prodidit. Quare Scalig. Manilium miratur, qui aliam Theologiam, alia Geoponica Heſiodi hariolatur. Vide eum ad præd. Poet. pag. 111. Fuit Heſiodus poſterior Homero annis 120 circiter, ut Velleius auctor eſt lib. 1. cap 7. Alii vero majorem Homero; nonnulli æqualem prodiderunt. Vide Gellium, 3. 11. & 17. 19. Jul. Scaliger. lib. 1. Poetic. cap. 5. iis accedit, qui majorem ſtatuerunt: *quod major ſimplicitas, & quaſi rudior antiquitas in Heſiodo appareat.* Porro quo caſu in Locris interfectus ſit Heſiodus, & in mare projectus, ex quo cadaver recens in littus exportarit grex Delphinorum, interfectores vero ejus inventi, atque in mare demerſi ſint, ædibus ipſorum ſuccenſis prius, optimè narrat Plut. in convivio 7. ſapientum, & lib. de induſtriâ animalium, ubi autores cædis à cane proditos narrat.

Heſione, Laomedontis Trojæ regis filia: quam Hercules ceto expoſitam liberavit. Verum cum Laomedon, accepti beneficii immemor, pactam ei mercedem denegaret, Hercules hominis perfidiam ægre ferens, Trojam diripuit, Heſionemque Telamoni, qui primus murum conſcenderat, uxorem dedit. Ovid. Met. 11. Virg. Æn. 8.

Heſperidas, Heſperi, fratris Atlantis, filiæ, *Ægle, Arethuſa*, & *Heſperethuſa*, quas poetæ fabulantur habuiſſe hortos, nemore aurifero pretioſos, à dracone pervigili ſervatos, quem Hercules dicitur interfeciſſe, pomaque aurea ad vitricum Euryſtheum retuliſſe. Plinius & Solinus interpretantur fuiſſe æſtuarium maris, meatu flexuoſo inſtar draconis quod hortos Heſperidum amplectebatur, ubi præter oleaſtrum, nihil aliud ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oves intelligit, quas Hercules ex Africâ in Græciam exportaverit. Nam μῆλον apud Græcos ſignificat *ovem* & *pomum*. Vide Nat. Com. 7. 7. Lucretius:

Aureaque Heſperidum ſervans fulgentia mala
Aſper, acerba tuens, immani corpore ſerpens
Arboris amplexus ſtirpem.

Lucanus:

Abſtulit arboribus pretium, nemorique laborem
Alcides, paſſuſque inopes ſine pondere ramos,
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.

Heſperus, filius Iapeti, & frater Atlantis, qui à fratre regno pulſus, in Italiam ſeſe contulit, regionemque eam *Heſperiam*, de ſuo nomine appellavit. Diodorus, lib. 2. ait Heſperum hunc Atlantis montis cacumen aſcendiſſe, ut ex loco eminen-

eminentiore astrorum cursum commodius observaret, nunquam autem deinde comparuisse. Quo factum est, ut vulgus in astrum illud lucidissimum versum putarit quod mane solum præcedens *Luciferum*, vesperi subsequens, de nomine ejus *Hesperum* appellamus. Vide Nat. Com. 4. 7. Cleomedes. lib. 1. Τὸ τοῦτον (Solem) ὁ μὲν Ἀφροδίτης ἀστὴρ δεῖ, καὶ αὐτὸς ἐπιφανείαν μὲν ἑωσφόρου ἔχων. Κληθεὶς δὲ ὁπόταν ὑπερανατείλῃ τὸν ἥλιον Ἑσπέρου· ὁπόταν δὲ μεσουρήσῃ αὐτῷ ἑωσφόρος, τινες δὲ τοιοῦτον καὶ φωσφόρον καλεῖν εἰώθασι. Ubi fis vide Balsoreum commentatorem pag. 170. Hom. Iliad. 22.

Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἕσπερος ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Nonnus, lib. 26.

——Βολίγγεσι κατέφερπεν, ὡς ὑάσιν ἄστρον
Αἰθέρα φαιδρώων ἀμφύσας ἔπαρος ἀστὴρ
Ἕσπερος ἐπομβρίης λιποφεγγὲς ἄγγελος ὀρφνίης.

Moschus:

Ἕσπερε σὶ ἱερᾶς χρύσιον φάος Ἀφροδίτας.

Hestiæa, Alexandrina dissertationem edidit, Utrum, quæ Homerus de bello circa Trojam gesto cecinit, historia, an fabula, sint. Quam rem plenius docet Strabo, lib. 13. Aliqui *Histiæam* vocant.

Hesus, Gallorum Deus. Lucan. lib. 1.

Teutates, horrensque feris altaribus Hesus.

Bochartus Martem fuisse putat; *Hesus*, inquit, *proprie fortem sonat*, ut Ebræis *Hizzuz*. Inde Marti factum nomen apud Phœnices. Quod ex Jamblicho docet Julianus ὁ φιλόσοφος. Orat. in Solem. Ἄρης Ἄξιός λεγόμενος ὑπὸ τῶν ἰκνουμένων τὴν Εὐξεινον Σύριων.

Hesychius, Milesius cognomento *Illustris*, qui tempore Anastasii Principis floruit. Scripsit universalem historiam; quam *Romanam*, & *Omnigenam* inscripsit. Vide Vossium de Hist. Gr. 2. 22. Alius autem ab hoc est *Hesychius* ὁ παιδεύτης, h. e. *Notarius*; cujus meminit Georgius Codinus libro de Originibus Constantinopolitanis. Item *Hesychius* Grammaticus, quem *Glossographorum longe principem* Casaubonus in Athen. vocat. Idem Epist. 49. *Omnium veterum Criticorum, quos habemus hodie, longè si quid judico, doctissimus, & serio Græcantibus apprime utilis.* Ex nuda indicis percursione, structorem vocabularii illius (rem nondum omnibus creditam) patebit Christianum fuisse. Quis enim (ut novi Fœderis tot ῥήσεις mittam) Evangelistas, Apostolos, Prophetas, Prophetarum expositores, à verâ fide alienus suo operi inseruisset? Pricæus præfat. ad Ind. Alphab. Scriptorum qui in *Hesych.* Græc. vocab. laudantur. Gregorii Nazianzeni auditorem, ac discipulum vocat Flac. Illyr. Catal. Test. cui etiam Vir in divinis Scripturis multùm versatus, & Hierosolymitanæ Ecclesiæ Presbyter dicitur.

Heva, prima mulier creata à Deo. Gen. 3. Lat. *viva*, vel *vivens*.

Hevæus, filius Chanaan. Gen. 10, à quo populi *Hevæi*, habitantes ad meridiem, de quibus vide Bochart. Geogr. pag. 345.

Hevila, filius Chus, Gen. 10. qui & *Havilah*, & *Chavilah*, de quo vide Boch. Georg. 2. 28.

Hexagon, legatus Ophiogenum (qui populi sunt in Cypro) à consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus, experimenti causâ, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Plin. 18. 3. Vide *Exagon*.

Hicesius, historicus, opus reliquit de mysteriis. Clem. in Protrept. Plinius, 27. 4. *Hicesii* cujusdam meminit, quem *non parvæ autoritatis medicum* vocat. De vino eum scripsisse innuit idem Plinius, lib. 14. cap. 19.

Hieracitæ, à quodam *Hierace*, in Ægypto, orti, negant resurrectionem corporum, improbant conjugia, negant infantes esse hæredes vitæ æternæ. Epiphanius.

Hierax, adolescens, qui, cum Io vaccam rapere vellet Mercurius, Argo custode excitato, à Mercurio in accipitrem, avem sui nominis mutatus est.

Hiero, Syracusanus, cum esset ex duce rex factus, populi Rom. perpetuus amicus fuit, & cum omnis expers disciplinæ in morbum incidisset, erudiri cœpit, ac sese ultro sermonibus Physicis accommodare, donec paulatim, dum per valetudinem licuit, poetis Pindaro, & Simonide accersitis usus est. Ælian. Var. Hist. Hic corporis pulchritudine, & viribus adeo præstitit, ut omnibus penè miraculum esset. Justin. lib. 23. Fidem ejus ac studium erga Romanos celebrat Silius, lib. 14.

His longo mitis placido dominator in ævo
Præfuerat terris Hieron, tractare sereno
Imperio vulgum pollens, & pectora nullo
Parentum exagitare metu; pactamque per aras
Haud facilis temerare fidem, socialia jura
Ausoniis multos servarat casta per annos.

Item Atheniensis quidam, familiaris Niciæ Ducis Athenienſium, unáque cum eo disciplinis eruditus, poemata nonnulla conscripsit, quæ Plutarchus in Niciâ ad ætatem suam perveniſſe testatur.

Hierocles, libros edidit nomine Φιλίστεως, quasi *historiæ amantes* dicas. Steph. & Tzetzes. Alius videtur is esse, de quo Steph. in Τλαέιμα, cujus fuerit commentarius qui extat in Aurea Pythagoræ carmina. Item Φιλαλήθης, liber sic dictus, in quo Apollonium Tyanæum Servatori nostro Christo impiè comparat, cui sacro ejus, ac horribili libro respondit Eusebius Pamphilus. Alius etiam videtur fuisse *Hierocles*, de quo Athen. lib. 14. Etiam *Hieroclis* Excerpta habemus in Mulomedicinæ scriptoribus. Fuit & *Hierocles* orator Alabandensis. Strabo, lib. 14. Cæterum de variis hujusce nominis hominibus videndus Vir Doctissimus Jo. Pearsonus in Prolegom. ad Hieroclem de Provid. & Fato.

Hieron, Alexandrinus, sive Ephesius commemoratur Phlegonti Trall. de Mirab. cap. 2. ubi ex eo de Polycriti spectro, ac capite monstrosi pueri à capite avulso, diraque Ætolis comminante, longos texit logos. Voss.

Hieronymus, Siciliæ tyrannus, Hieroni patri successit, admodum puer; Silius, lib. 14.

——*Bis octonis nondum rex præditus annis.*

Livius, lib. 24. *Erat autem quindecim tunc ferme annorum*, cui pater metuens, relictis tutoribus duodecim, moriens injunxit, ut fidem erga pop. Rom. annos 50. à se cultam, inviolatam servaret. Hic posteà abjectâ tutelâ, contemptâ patris disciplinâ, ac moderatione, luxuriosius, & arrogantius agendo, à Romanis descivit, Annibalique adhæsit. Cumque superbè nimis in cives sese haberet, ab eis interfectus est. Silius, lib. 14.

Sævos namque pati fastus, juvenemque cruento
Flagrantem luxu, & miscentem turpia duris
Haud ultra faciles, quos ira metusque coquebat
Jurati obtruncant.——

Suidas de ejus crudelitate: Ὥστε μήτε Φάλαριν, μήτε Ἀπολλόδωρον, μήτε ἄλλον, μηδένα γεγονέναι τύραννον ἐκείνου πικρότερον. Item historicus Rhodius familiaris Demetrii Poliorcetis, relictusque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ipsius Demetrii gestas. Plutarch. in Demetrio. Item Rhodius philosophus, qui finem summi Boni ponebat in indolentiâ.

Hieronymus, Rhodius, Aristotelis discipulus, scripsit lib. *de Ebrietate*, teste Athenæo, lib. 10. & 11. A quo lib. 14. Περιπατητικὸς vocatur, uti à Plut. φιλόσοφος, in Agesilao. Vide Voss. de Hist. Gr. pag. 48.

Hieronymus Phœnix, vel potius Ægyptius, Syriæ præfectus, historicus, cujus mem. Lucian. libro *de Longævis*. Vide Voss. Hist. Gr. 1. 11.

Hieronymus Cardianus, scripsit de rebus gestis Alex. M. Vide Vossium ubi supra.

Hieronymus, Poetarum historiam condidit, ut cognoscere est ex Athenæo, lib. 14. Mem. ejus Suidas in Ἀγαμέμνων, ubi citatur ἐν τῷ περὶ τραγῳδῶν.

Hieronymus, scriptor Ecclesiasticus, vir doctissimus, ac eloquentissimus. Natus est Stridone oppido olim in finibus Dalmatiæ & Pannoniæ, postea eversо à Gothis. Patris nomen erat Eusebius, adolescens à parentibus discendi causâ, Romam missus est, ubi Donatum ac Victorinum rhetorem audivit, & aliquandiu Damasi Papæ scriba fuit. Postea, ut linguas, & doctrinam Ecclesiæ cognosceret, & cum præcipuis Ecclesiæ Doctoribus colloqui, & vivas audire, & reddere voces posset, magnam partem Europæ, & Asiæ peragravit. Gregorium Nazianzenum in Cappadociâ, Epiphanium in insulâ Cypro, Didymum Alexandriæ in Ægypto audivit. Linguæ Hebrææ cognitionem tantâ aviditate, & ardore expetiit, ut noctu Judæum Barrabanum discendi causâ conveniret. Tandem bonam vitæ suæ partem in Bethleem transegit, quo ut liberius orationibus vacaret, Bibliaque Latina faceret, se receperat, ubi vitam cum morte commutavit, an. 91. agens. A. D. 422. *Linguarum, historiarum, & locorum situs peritissimus vir* dicitur Fullero Miscell. 2. 8.

Hilarion, Eremita clarus, in Syriâ pium monachorum institutum adauxit, qui cum signis & miraculis jam clarescceret, in Gaza urbe tres cujusdam matronæ filios, simul repentè morbo correptos, invocato nomine Jesu, extemplo curavit: quod postquam auditum est, certatim ad eum de Syriâ & Ægypto confluebant ita, ut multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. Nondum enim tunc monasteria erant in Palæstinâ, nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syriâ noverat. Ille fundator & eruditor hujus conversationis, ac studii in hâc provinciâ fuit. Hieronymus.

D. *Hilarius*, Pictavensis Episcopus, hæreticorum flagellum, & malleus, rectæ fidei dogmata tam Italis, quam Gallicanis

licanis Episcopis præseminavit, ac tanquam disertus, suis libris satisfactionem de Trinitatis consubstantialitate conscripsit & Arianorum dogmata destruxit. Sozom. 6. 24. plura de eo Voss. Hist. Lat. 1. 2. pag. 199. Item *Hilarius* Phrygius quidam vates, sub Joviniano Principe, literarum quidem imperitus: cæterum tantâ divinandi peritiâ præditus, ut Deus cum illo futurorum cognitionem communicasse videretur.

Hildegardis, virgo monialis, & prophetissa, An. Dom. 1250. in oppido Bingio in Germaniâ, quæ rapta frequenter in somnis, didicit non solum, quod verbis effunderet, sed quod scribendo Latinè dictaret. Multa fertur prædixisse de futuris: ad quam etiâm D. Bernardus scripsit literas. Item Conjux Caroli M. filia Hildebrandi Suevorum regis, condidit monasterium Campoducense in Sueviâ, An. Dom. 777.

Himilco, Pœnus, à Senatu Carthaginensi missus est, ut occidua Europæ littora exploraret, quo officio functus iter suum in commentaria retulit. Festus Avienus.

Hippagoras, famam sibi peperit, opere de Carthaginensi Rep. Athen. lib. 14.

Hipparchia, mulier quædam Græca doctissima, quæ philosophicis disciplinis valdè excelluit. Laertius.

Hipparchus, Nicæus astrologus, scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de Lunæ motu contra Platonem. Primus instrumenta Mathematica invenit, unde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maximè laudatus, lib. 2. c. 26. *Hipparchus nunquam satis laudatus, ut quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine siderum animasque nostras partem esse cæli*, Item Poeta Comicus, cujus fabula quædam περὶ γάμων inscribitur. Suidas. Alius propinquus Aristotelis, alius Eretriæ tyrannus. Hipparchus quoque filius Pisistrati tyranni, qui ob libidinem in Harmodium Aristogitonis conjurationem in se excitavit. Thucyd. Idem ut invidiam tyrannidis sapientiæ opinione extingueret, literas coluit, virisque doctis maximè favit. Ælian. Var. Hist.

Hippasus, Metapontinus, auditor Pythagoræ, vir doctissimus, nihil scripsit. Omnia ex igne creari dixit. Laertius. Item unus ex Centauris.

Hippe, Chironis Centauri filia, quæ cum in monte Pelio sese venando exerceret, gravida facta est, & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam conversa est, & in cœlum translata. Sunt qui mulierem fatidicam fuisse asserant.

Hippia, Minerva Arcadibus, quòd usum quadrigarum invenisse crederetur. Item urbs Perrhæbiæ, quæ & *Phalanna*. Steph.

Hippias Eliensis breviarium Olympionicarum edidit, admodum incertis fultum argumentis. Plut. in Niciâ.

Hippias, Eleus philosophus, discipulus Hegesidemi, ita se comparavit, ne cujusquam ope egeret. Summum Bonum Αὐτάρκειαν posuit, h. e. eo contentum esse, quod simplici victui sat esset. Is Olympiam cùm venisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus est, Nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret; nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, literarum cognitionem, & poetarum, atque illa quæ de naturis rerum, deque hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: sed etiam annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se suâ manu confecisse. Cic. lib. 3. de Oratore. Item Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. Alius Erythræus, qui de Erythris, Ioniæ urbe, historiam reliquit. Athen. de quo Voss. Hist. Gr. p. 378.

Hippo Rheginus librum partim Physicum, partim historicum condidit. Mem. Antigonus Caryst. Mirab. c. 133. ubi tamen forte scribendum Ἵππυς; de quo alibi.

Hippobotus ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων citatur à Laertiensi Diogene in Aristippo; unde sectarum historiam scripsisse cognoscitur. Nec dogmata tantum tradidisse, sed & vitas inde scimus, quia idem ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων ab eodem citatur in Thalete. Mem. ejus quoque Malchus in Pythagorâ.

Hippocentauri, monstrosum hominum genus in Thessaliâ juxta Pelion montem, anteriore parte (ut poetæ fabulantur) hominum, posteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occasionem ministrasse videtur, quòd primi equos domare cœperint, iisque ita aptè insidere, ut homines cum equis unum in corpus coaluisse viderentur. Iidem antea *Centauri* dicebantur παρὰ τὸ κεντεῖν ταύρους, h. e. ab eo quod tauros stimulis agitarent. Verùm cum idem postea ex equis præstarent, iisque insidentes stimulis tauros præ se agerent, *Hippocentauri* dici cœperunt: qui cum ad Peneum amnem aquatum venissent, conspecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt: præsertim cum inclinata potandi gratiâ, equorum capita non conspicerentur. *Hippocentaurus* quidam D. Antonium est allocutus, ei viam quò tenderet commonstrans. D. Hieronymus in vitâ Pauli Eremit.

Hippocrates, Cous medicus, auditor Democratis, ut quidam volunt, vixit apud Perdiccam Macedoniæ regem. Excessit è vivis annos natus 104. Suscepit filios Thessalum, & Draconem. Hic vir divinâ scientiâ dicebat coitum esse morbum comitialem leviorem. Ejus libri, tanquam divino emanaverint ore, ubique celebrantur. In primo enim Jusjurandum continetur, in secundo Prognostica, tertio Aphorismi, quarto illa admirabilis compositio 60 libris omnem scientiam Medicinæ complectens. Artem medicam in lucem revocavit, in quâ usque adeo enituit, ut venientem ab Illyriis pestilentiam prædixerit, ac discipulos ad auxiliandum circa urbes dimiserit: cui ob meritum honores illos, quos Herculi, tota Græcia decrevit. Quinque alios ejusdem nominis, omnesque ejusdem artis, & familiæ Suidas memorat. *Hippocratem* etiam alium Athenienſium ducem ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides. Denique Mathematicus quidam, qui mercaturam exercuit: quia tunc temporis hæc non habebatur vilis, modo tenuis non esset, teste Plutarcho.

Hippodame, & *Hippodamia*, filia Oenomai regis Elidis & Pisarum, qui cum ex oraculo se à genero interemptum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiam expeteretur, curule certamen procis proposuit (habebat enim equos velocissimos, qui ex ventorum flatu creati erant) eâ lege, ut qui vinceret, filiam haberet, victus subiret mortem. Tredecim igitur victis ac occisis, Pelops Tantali filius visâ puellâ, ejus amore protinus exarsit; Cujus nuptias ut assequeretur, Myrtium ejus aurigam pollicitis corrupit, sic ut ille axes infirmos, & fragiles subjunxerit, vel, ut alii volunt, obicem axi non objecerit, & sic fracto ac dissoluto curru, Oenomaus excidit, morienſque Myrtii caput devovit; obtestans Pelopem, ut vicem suum ulciscereturque, quod & factum est. Cum enim pactum sibi perfidiæ præmium à Pelope poscret, ab eo in mare dejectus est, atque hoc modo Pelops puellâ & regno potitus est. Ovid.

Venit ut in Phrygios Hippodamia sinus.

Propert. 1. 12.

Nec Phrygium salso traxit candore maritum
Avecta externis Hippodamia rotis.

Hinc Ovidius:

Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

Idem:

Quid? non Tantalides agitante cupidine currus
Pisæam Phrygiis vexit eburnus equis.

Euripides:

Παρθένον Πισσαίαν ἐκπρεπῆ
Ἱπποδαμείαν, Οἰνόμαου κτανών.

Virg. Georg. 3.

Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno.

Hippodamia, Pirithoi uxor, quam cum ipso nuptiarum die Centauri ei eripere conarentur, ab Hercule & Theseo ingenti clade profligati sunt. Ovid. Met. 12. Idem in Epist. Helenæ:

An fera Centauris indicere bella coegit
Atracis Æmonios Hippodamia viros?

Et lib. 1. Amor. Eleg. 4.

Desine mirari posito quod candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros.

Plut. in Theseo. *Deidamiam* vocat. Propertius ex Callimacho *Ischomachen*, lib. 2. eleg. 2.

Qualis & Ischomache Lapithæ genus Heroinæ
Centauris medio grata rapina mero.

Item *Hippodamia*, Brisei filia, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit, quæ & *Briseïs* dicta. Alia Anchisæ filia, Alcathoi Trojani uxor, quem postea Idomeneus Cretensis in pugnâ cecidit.

Hippodamus Milesius, primus eorum qui in Rep. versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo civitatis statu. Constituit enim civitatem ex numero 10 millium, divisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam, & privatam. Aristot. lib. 2. Polit. Item alius Milesius Architectus qui Athenienſibus Piræum portum extruxit, à quo forum Piræi *Hippodamium* appellarunt. Suidas.

Hippodorus, unus Codridarum, invidiam populi vitare cupiens, & optimam simul principis famam inter Athenienses adipisci, severitate in suos usus, filiam cum mœcho deprehensam currui jussit alligari, atque discerpi.

Hippodromus, Thessalus genere, patriâ Lariſsæus, circa M. Antonini Principis tempora Athenis Scholæ successit. Philostratus.

Hippolyte, Amazonum regina, quam Hercules prælio superatam Theseo uxorem dedit, cui & Hippolytum peperit. Prop. lib. 4.

Felix Hippolyte nudâ tulit arma papillâ.

Claudianus:

——*Quoties Arctos populata virago Hippolyte.*

Fuit

Fuit altera Acaſti uxor, de quâ Horat. Carm. 3. 7.

Narrat pene datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

Vide *Acaſtus.*

Hippolytus Thebanus memoratur Glycæ in tertiâ parte An. Conr. Geſnerus in ſuâ Bibl. ait compoſuiſſe Chronicon, atque id Romæ extare in Bibl. Vaticanâ. At omnino fallitur idem Geſnerus cum ſuſpicatur, Thebanum Hippolytum, eundem eſſe ei de quo B. Hieronym. agit in Catalogo, nam is quidem Origenis fuit æqualis, Arabum Metropolitanus, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. p. 495. De *Hippolyto* Martyre Voſſ. ubi ſupra.

Hippolytus, Theſei, & Hippolytes Amazonis filius, Demophon, prius dictus, teſte Plutarcho, Tyndarides vero vocatur à Pauſaniâ, quomodo etiam illum nominat Plinius lib. 29. cap. 1. qui cum cœlibem ducens vitam venatu ſeſe exerceret, & conſtanti animo ſperneret mulieres, à Phædrâ novercâ abſente patre amatus eſt: cujus turpi deſiderio cum obtemperare noluiſſet, illa filium apud patrem detulit, tanquam de ſtupro eam appellaſſet. Quamobrem cum videret Hippolytus patrem, novercæ dolo perſuaſum, de nece ſuâ cogitare, conſcenſo curru fugam arripuit. Sed dum phocæ, quæ tum forte in littus exierant, equorum, & rotarum ſtrepitu perterritæ, magno impetu ſe in mare præcipitarunt, exterriti equi, fruſtra, obluctante Hippolyto, currum per ſcopulos, & ſaxa traxerunt, juvenemque infelicem loris implicitum, varias in partes diſcerpſerunt: Virg. Æn. 7.

Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte novercæ
Occiderit, patriaſque explerit ſanguine pœnas
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Ætheria, & ſuperas cœli veniſſe ſub auras,
Pæoniis revocatum herbis & amore Dianæ.

Claudianus de Bello Getico:

Et juvenem ſpretæ laniatum fraude novercæ
Non ſine Circæis Latonia reddidit herbis.

In nemore autem Aricino Dianæ ſacro ſepultus eſt. Ovid. Faſt. 3.

Hic jacet Hippolytus loris diſtractis equorum,
Unde nemus nullis illud aditur equis.

Ubi alii *direptus* legunt. Sic Faſt. 6.

Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionen,
Cum conſternatis diripereris equis.

Idem de Art. Amand.

Hippolytum pavidi diripuiſtis equi.

Porro caſtitatem ejus innuit Prop. 4. 5.

Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem.

Ovid. Amor. 2. 4.

Illic Hippolytum pone, Priapus erit.

Mart. lib. 14. Lemmate *Puella Gaditana.*

Tam tremulum criſſat, tam blandum prurit, ut ipſum
Maſturbatorem fecerit Hippolytum.

Et in Priapeis:

Criſſabit tibi fluctuante lumbo,
Sic ut non modo te, Priape, poſſet,
Privignum quoque ſed movere Phædræ.

Horat. lib. 4. Carm.

Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.——

Negabant hunc ab equis diſcerptum Troezenii apud Pauſaniam in Corinthiacis. Nam de illis & Hippolyto loquens ita ait: Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οὐκ ἐθέλουσιν συρέντα ὑπὸ ἡμιόνων. Adducit argumentum: Οὐδὲ ἡ τάφος ἀποφαίνουσι. Imò de illo: Τὸν δ' ἐν ὕδατι καλούμενον ἡσιοχόν τοι ὕστερον τιμὴ νομίζουσιν ἐκεῖνον Ἱππόλυτον. Inde lucem carpſit Ovidius 6. Faſt. ubi de Ophiucho:

Surgit homo juvenis ſtellis afflatus avitis,
Et gemino nexas porrigit angue manus.
Notus amor Phædræ, nota eſt injuria Theſei
Devovit natum credulus ille ſuum.

Idem Pauſanias eum cultum ſcribit ut Deum lib. 2. illique ab eo aſſignantur θυσίαι ἐπίτειοι. Adducitur hoc divinitatis illius argumentum: Ἔκφυτη παρθένῳ πλόκαμον ὑποκείρῃ οἱ πρὸ γάμου, κειρομένη, ἢ ἀνέθηκεν εἰς τὸν ναὸν φέρουσα. Vide *Virbius.*

Hippomachus, tibicen, qui cum videret à plebe laudari diſcipulum, quem tamen in arte peccare cognoſcebat, baculo tactum deſiſtere juſſit, dicens, maximum erroris argumentum, quòd ab ignarâ turbâ laudaretur. Ælian. Var. Hiſt. 2. 6.

Hippomanes, de quo & quid ſit, varia tradunt auctores. Columella lib. 6. cap. 27. generaliter de eo loquitur, & venenum quidem & medicamentum ſutorium eſſe declarat; ſed quid ſit illud, non adjicit: ſic adpellatum ſcribit tamen, quod equinæ cupidini amorem ſimilem accendat. Ariſtoteles & Plinius nunc liquorem, nunc carunculam; ac idem modo, modo diverſum faciunt. Etiam Virgilius, quòd mirêre, ſibi non conſtat. Alibi enim liquorem viroſum tradit. Georg. lib. 3.

Hunc demum Hippomanes vero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus,
Hippomanes, quod ſæpe malæ legere novercæ.

Alibi carunculam teneram in fronte pulli equini, recens editi, quam genetrix illico devorat, aut partum ad ubera non admittit: nam Æn. 3. ita ſcribit.

Quæritur & naſcentis equi de fronte revulſus,
Et matri præreptus amor.

Ipſe etiam à ſe hâc in re diſſentit Ovidius: Nam Amor. lib. 1. el. 8. *(ſcit lena)*

——*Quid valeat virus amantis equæ.*

At lib. 2. de Art. Amand. ait:

Datque quod à teneri fronte revellit equi.

Juvenalis priori ſententiæ adhæret, Sat. 6.

Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli
Infudit.——

Et paulo poſt:

Tanti partus equæ, quanti una venefica conſtat.

Itemque Lucanus lib. 6.

——*Aut cum turgentia ſucco*
Frontis amaturæ ſubducunt pignora fœtæ.

Tibullus & Propertius priori: Hic lib. 1. eleg. 4.

Et quod ubi indomitis gregibus Venus afflat amores,
Hippomanes cupidæ ſtillat ab inguine equæ.

Ille lib. 4. eleg. 5.

Hippomanes fœtæ ſemina legit equæ.

Theocrito herba eſt, quâ guſtatâ, equi in furias aguntur. Sic enim canit in Pharmaceutriâ:

Ἱππομανὲς φυτὸν ἔστι παρ' Ἀρκάδι, τοῦ δ' ἔπι πᾶσα
Καὶ πῶλοι μαίνονθ' ὧρσε, καὶ ἄνδρες ἵπποι.

Ubi Schol. utriuſque ſententiæ meminit, h. e. & eorum qui carunculum quandam, & eorum qui herbam, ſive plantam dixerunt eſſe. Theophraſto vero Hiſt. Plant. 9. confectio quædam, quæ apud Arcadas in urbe Ægeâ ex tithymallo herbâ præparatur, eo nomine venit.

Hippomedon, Niſimachi & Mythidices Talai filiæ, ſororis Adraſti (ut vult Hyginus fab. 70.) vel Niſimachi, & Naſicæ filius (ut vult Lactantius in lib. 1. Theb.) unus ex 7 ducibus, qui ad Thebas profecti ſunt, dum in Iſmeno flu. pedeſtri certamine decertaret, extinctus eſt. Stat. l. 9.

En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenæ,
Argolicique lares, numenque ante omnia Juno.

Hippomenes, Macarei, vel Megarei & Meropes fil. Neptuni pronepos, vel, ut alii, Martis: cum Atalantam Schœnei filiam adamaret, Veneris beneficio voti ſui compos factus eſt. Nam cum illa virginitatem illibatam cuperet ſervare, procis ſuis curſûs certamen eâ lege propoſuit, ut illi inermes currerent, ipſa cum telo inſequeretur, & quem curſu aſſequi poſſet, venabulo confoderet. Cum itaque non paucos ſpe nuptiarum ejus illectos, neci tradidiſſet, Hippomenes, qui & ipſe amore ejus tenebatur, neque tamen pedibus ſatis valebat, Veneris opem imploravit, quæ tria illi aurea mala tradidit, & quis uſus eſſet in illis, edocuit. Hiſce itaque fretus Hippomenes, curſu cum Atalantâ certare non dubitavit, cumque parum abeſſe videret, quin illa præcurrentem aſſequeretur, mala aurea à Venere accepta, quàm longiſſimè extra viam diverſa in latera abjecit, quorum pulchritudine capta Atalanta, dum ea colligit, aurumque admiratur, Hippomeni victoriam tradidit. Hâc itaque ratione voti ſui compos effectus, cùm Veneri, cui victoriam debebat, gratias agere neglexiſſet, illa indignata, tam effrænatam illi cupiditatem injecit, ut in ipſo matris Deum delubro, nullâ habitâ Numinis reverentiâ, cum uxore concuberet. Quod flagitium ægrè ferens Cybele, Hippomenem in leonem, Atalantam in leænam commutavit. Ovid. Met. 10.

Hippomenes, 27 Athenienſium Archon. Is filiam Limonem in adulterio deprehenſam equo feroci vorandam præbuit. Unde Proverb. *magis impius Hippomene.* Ovid. in Ibin:

Solaque Limone pœnam ne ſenſerit illam,
Et tua dente ferox viſcera carpat equus.

Hippona, dea equorum, quam ſtabularii colebant. Juv. Sat. 8.

——*Jurat*
Hipponem, & facies olida ad præſepia pictas.

Sed hæc codicum corruptorum lectio, in melioribus tam editis, quam Manuſcriptis ita legitur:

Solam Eponam, & facies, &c.

Atque hanc lectionem etiam vetus Scholiaſtes agnoſcit. Nam ad illa verba *Solam Eponam*, hæc notat. *Quia mulio eſt qui conſulitur, Epona Dea mulionum.* Meminit hujus Deæ Apul. lib. 3. Mileſ. & Tertull. in Apol. Item Min. Felix. Vetus Inſcriptio DEÆ EPONÆ MANLIUS RESTIO. Prudent. contra Symmachum:

Nemo Cloacinæ, aut Eponæ ſuper aſtra deabus.

Plut. in Paral. Ἐστὶ γὰρ Διὸς Ἐπόνα φέγγους πομπὴ καὶ ἵππων. Vide Turneb. Adverſ. 24. 4. & 26. 10. Valeat igitur commentitia *Hippona*, & in ejus locum ſuccedat *Epona*.

Hipponax, poeta Epheſius, à quo Iambicum *Hipponacticum*, ſeu *Hipponacteum* carmen, quod & Scazon dictum eſt, nomen ſortitum videtur. Plin. 36, 5. Hic tam deformi, & fœdâ facie fuit, ut ejus effigies à pictoribus quibuſdam publicè expoſita fuerit deridenda: quamobrem indignatus Hipponax, in illos invectus eſt, ut aliquot ex illis ad ſuſpendium adegerit. Unde natum Proverb. *Hipponacteum præconium*.

Hipponicus, Calliæ fil. Athenienſis, cum patriæ ſtatuam dedicare decreviſſet, nonnullis eam à Polycleto confici ſuadentibus, illi nequaquam viſum eſt, quòd ob operis pulchritudinem ab aſpicientibus, non dedicantis, ſed potius artificis virtus laudaretur. Ælian. Var. Hiſt. 14. 16.

Hippoſtratus, genealogias Siculas expoſuit, teſte Pindari Scholiaſte. Minois quoque res geſtas conſignavit, authore Phlegonte Tralliano. Mirabil. cap. 30. Etiam *Hippoſtratus* inter eos, qui de mirificis hominum formis in India ſcripſerunt à Tzetze refertur, Chil. 7. Hiſt. 144.

Hippotades, patronymicum ab *Hippotâ* deductum; quo poetæ fere utuntur pro Æolo, ventorum rege, Hippotæ Trojani ex Segeſtâ filia nepote. Ovid. Met. 11.

Quod ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes
Contineat ventos, & cum velit æquora placet.

Hippys Rheginus Darii & Xerxis temp. fuit; ſcripſit rerum Sicularum lib. 5. item Chronica libris 5. & κτίσιν ſive origines Italiæ, &c. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 442.

Hirtius, conſul Rom. unà cum C. Pansâ, quo tempore Brutus ab Antonio obſeſſus fuit Mutinæ, ad quem liberandum profectus, unà cum collegâ interfectus eſt. Item *A. Hirtius*, ſive *Hircus* hiſtoricus, author lib. 8. de Cæſaris bello Gallico, ut Sueton. in Julio teſtatur. Ejuſdem ſunt libri de bello Alexandrino, & Africano. Dictionem ejus meritò commendat Juſt. Lipſius. *Hirtius*, inquit, *terſiſſimo belli Africi commentariolo*. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 66.

Hiſtiæus Mileſius res Phœnicum conſignavit. Joſeph. Antiqu. 1. 3. Aliis Ἑστιαῖος dicitur. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 379.

Hœdi, ſignum cœleſte, pluviæ cauſa. Virg. Æn. 9.

Quantus ab occaſu veniens pluvialibus Hœdis
Verberat imber humum.

Servius: *Auriga ſignum in humeris fert capram, quæ Jovem aluit, & ſiniſtra Hœdos, quorum & ortu & occaſu concitatur tempeſtas.* Theocritus in Thalyſiis:

Χ' ὅταν ἐφ' ἑαυτείοις ἐείφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ
Κύματα.

Scholiaſtes ejus: Ὅταν ἀνατέλλωσιν οἱ ἔριφοι ἀγριαίνῃ ἡ θάλασσα. Horatius 3. 1.

Nec ſævus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi.

Ovid. Met.

Sævior illa freto ſurgente cadentibus Hœdis.

Unde cum Orione nimboſo conjungit Prop. lib. 2.

Purus & Orion, purus & Hœdus erit.

Homerus, nomen Poetæ Græci excellentiſſimi, qui floruit ante Romam conditam annis circiter centum ſexaginta, ut Cornel. Nepos tradit in libris Chronicorum. Cæcum fuiſſe vôlunt, & ob id *Homeri* nomen ſortitum fuiſſe, quum prius *Meleſigenes* diceretur, quod ad *Meletem* flu. natus eſſet. Cumæi namque & Ione captos oculis ὁμήρους vocant. Hinc cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano Capellâ lib. 1: De patriâ ejus nihil certi traditur. Peculiarem libellum de eâ ſcripſit vir doctiſſimus Leo Allatius. Ejus carmen, quod Iliados, & Odyſſeæ nomen habet, oſtendit Principum familias ejus ætatis, & pingit imagines variarum perſonarum, conſiliorum, & mirabilium eventuum in hâc vitâ. Baſilius Magnus univerſam Homeri poeſin *laudem* dixit *eſſe virtutis*. Et ante eum Horatius.

Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius, ac melius Chryſippo, & Crantore dicit.

Ælianus ſcribit Agathonem pictorem quendam Homerum pinxiſſe vomentem, reliquos vero poetas, ea quæ ipſe evomuiſſet, exhaurientes, ad quod & Ovid. reſpexit.

Aſpice Mæoniden, à quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Manilius lib. 2:

Cujuſque ex ore profuſos
Omnis poſteritas latices in carmina duxit.

Silius lib. 13.

Atque hic Elyſio tendentem limite cernens
Effigiem juvenis caſtæ, cui vitta ligabat
Purpurea effuſos per colla nitentia crines;
Dic ait hic quinam, virgo? Nam luce refulget
Præcipua frons ſacra viro, multæque ſequuntur
Mirantes animæ, & læto clamore frequentant.
Qui vultus? quem (ſi Stygiâ non eſſet in umbrâ)
Dixiſſem facile eſſe Deum. Non falleris, inquit
Docta comes Triviæ; meruit Deus eſſe videri,
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, ſidera, manes,
Et cantu Muſas & Phœbum æquavit honore.
Atque hæc cuncta, priuſquàm cerneret, ordine terris
Prodidit, & veſtram tulit uſque ad ſidera Trojam.

De Homero eſt ſermo, qui τυφλὸς ὢν παιδὸς γηγονὼς. Τὸ δὲ ἀληθές, ὅτι οὐκ ἐπῄδων ὀπιδυμίας, ἡ δὲ ἡδὺ τὸ ὀφθαλμῶν ἔρχεται· καὶ διὰ τοῦτο ἰσορρόπουν τυφλός. Ita Suidas, amplo de Homeri caſtimoniâ elogium. Diſtichon Græcum:

Εἰ θεὸς ἔστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω
Εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

Columella præfatione: *Nec parens eloquentiæ Deus ille Mæonius vaſtiſſimis flumineis facundiæ ſuæ poſteritatis ſtudia reſtinxerat.* In laudem ejus hoc cedit quod neminem in ſcriptis ſuis præter unum Therſitem vituperaverit. Quod obſervarunt duo diſertiſſimi Oratores. Them. Orat. 1. Ἴσως γάρ τι ὅτι Ὁμήρῳ πάντα ὅσα ἐνομίζετο, καὶ ἐπῄνει, καὶ οὐδὲ τὰ πάνυ φαῦλα ἀπᾴξιοῖ ἢ ἀναδὴς μαστυρίας, &c. Θερσίτῃ δ' ἄρα ἐλοιδορήσατο μόνῳ, &c. Dio Chryſ. Orat. 33. Ὁμήρῳ μὲν γὰρ ἅπαντα ἐνεπνευμάτωσε καὶ θεία καὶ φυτὰ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ὅπλα καὶ ἵππους, καὶ οὐδὲν ἔδει ὅτου μισθοὺς λαβεῖς ἐπαίνου τε καὶ τιμῆς, ὡς ἄν ἕκαστος τις, παρῄνεσεν. Ἕνα γὰρ μόνον ἐξ ἁπάντων ἐβλασφήμησε Θερσίτην, &c. Mortuum eſſe Homerum ſenem, dolore dictum, quod quæſtionem ſtultam de pediculis ſolvere non potuerit, fabula eſt à quodam oſore Homeri conficta. Sotades apud Stobæum fame extinctum prodidit. Τὸν θεῖον Ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησε. Peculiarem de vitâ Homeri librum Herodotus ſcripſit, Plutarchus item, & Porphyrius, qui hodie extant & conjunguntur ab Hen. Stephano Editione Homeri, An. Dom. 1566. Sed de Homero nos alibi. Fuit alter *Homerus* Chius, medicinâ clarus teſte Archilocho. Tertius Chius magicâ arte clarus. Idem. Quartus inſtitoriâ arte Salaminenſis civis perdives. Idem. Quintus Colophonius pictor, & ſtatuarius præclarus habitus. Idem. Sextus, civis Athenienſibus leges dedit. Idem. Septimus, arte Muſicâ & Geometriâ clarus. Idem: Octavus, patriâ Mæon, certamine Olympico vicit, cui poſtea jus literarum, & linguæ Græcæ emendandarum ſoli tributum eſt, cujus quoque emendatione, & literæ, & lingua Græca uſque in hanc diem contenta fuit. Idem. De Homero Tragico. Voſſ. P. Gr. pag. 65.

Hora, Dea quædam apud Romanos, ita dicta ἀπὸ τῆς ὥρας, i. e. *à venuſtate*, & *Pulchritudine*, cui præeſſe putabatur. Hanc Romani putarunt eſſe Herſiliam; Romuli uxorem, quæ poſt mariti apotheoſin in cœlum tranſlata, Herſilia vocata eſt. Qu. Ennius.

Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirinam.

Apud Ovid. tamen in fine lib. 14. legitur *Ora*, ſine aſpiratione, & priore correptâ.

——Priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat, Oramque vocat, quæ nunc Dea juncta Quirino eſt.

Horæ, Jovis ac Themidis filiæ. Heſiod. in Theogoniâ:

Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν, ἣ τέκεν Ὥρας,
Εὐνομίην τ', Δίκην τε, καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν,
Αἵ τ' ἔργ' ἀνθρώποισι κατᾳδύνουσι βροτοῖσι.

Orpheus non ſolum ex prædictis parentibus, ſed etiam vernо tempore natas eſſe dixit in his carminibus:

Ὧραι δυγατέρες Θέμιδος καὶ Ζηνὸς ἀνακτος,
Εὐνομίη τε, Δίκη τε καὶ Εἰρήνη πολύολβε,
Εἰαιναὶ, λειμωνίδες.

Pauſanias in Bœoticis non hæc ſed alia Horarum nomina attulit longè diverſa; vocavitque aliam *Carpo*, aliam *Thalloten*, alterius nomen non dixit. Καρπὸς autem *fructum* ſig. Θάλλειν vero *pullulare*. Quas iccirco ὁπωροφόρους, ſive *fructiferas* vocavit Aratus, uti videre eſt in his:

Ἐν τοῖς ἡλίου φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσαι
Πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγουσι, καὶ οἱ θεὸς τόσσον ἵησιν
Κύκλον, ἀέξουσι πᾶσαι ὁπωροφόροι Ὧραι.

Has portas cœli ſervare dixit Ovidius Faſt. 1.

Præſidio foribus cœli cum mitibus Horis.

Idem Met. 2. miniſtras Phœbi, ſive Solis facit.

Jungere equos Titan velocibus imperat Horis,
Juſſa Deæ celeres peragunt.

Has & molles habere pedes, & omnium Deorum tardiſſimas eſſe, & novi ſemper aliquid adferre teſtatur Theocritus in Syracuſiis:

Μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακὰς ἐπόδας ἤγαγον Ὧραι,
Βαρδίστᾳ μακάρων Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθεῖναὶ
Ἔρχον πάντεσσι βροτοῖσιν ἀεὶ τὸ φέρτερον.

Hom.

Hom. Iliad. 5. non ſolum portas Cœli ſervare, ſed etiam nubes inducere, & ſerenum facere cum libuerit, inquit.

Αὐτόμαι δὲ πύλαι μύκον ἔρχυθ', ἃς ἔχον Ὧραι
Τῇς ὀπιτέτραπται μεγάς οὐρανός, ἤλυμπός τε,
Ἢ μὲν ἀναπλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ὀπιθεῖναι.

Horatius Cocles, nobilis Romanus, qui in eo bello quod Porſena Hertruriæ rex pro reſtitutione Tarquiniorum cum Romanis geſſit, cùm Janiculum jam captum videret, hoſteſque inde in urbem irruere, reliquis omnibus attonitis, & in fugam converſis, duobus tantum comitatus, hoſtium impetum tantiſper remoratus eſt, donec pons à tergo ſolveretur; quem cum jam interciſum videret, ut erat armatus in Tiberim inſiliit, & incolumis ad ſuos tranavit. Sen. ep. 120. Horatius Cocles ſolus implevit pontis anguſtias, adimique à tergo ſibi reditum, dummodo iter hoſti, auferretur, juſſit: & tam diu reſtitit prementibus, donec revulſa ingenti ruina tigna ſonuerunt: Poſtquam reſpexit, & extra periculum eſſe patriam ſuo periculo ſenſit: Veniat, ſi quis vult, inquit, ſic euntem ſequi, deditus ſe in præceps: & non minus ſollicitus in illo rapido alveo fluminis, ut armatus, quam ut ſalus retento armorum victricium decore tam tutus rediit quàm ſi ponte veniſſet. Vide *Cocles*. Fuere præterea tres *Horatii* qui cum Curiatiis ſingulare certamen inierunt. Vide Liv.

Horatius Flaccus, poeta Venuſinus, Lyricorum, & Satyrarum ſcriptor, qui anno Imperii Auguſti 33. ætatis vero ſuæ 63. morieus Auguſtum reliquit hæredem, maximâ pompâ juxta Mecœnatem in Exquiliis conſepultus. Ovid.

Pervenit ad noſtras numeroſus Horatius aures,
Dum ferit Auſoniâ carmina culta lyrâ.

Vide L. Gyraldum & Crinitum.

Hormiſda, è Perſiâ oriundus, *interrogatus, quid de Româ ſentiret? id tantum ſibi placuiſſe aiebat, quòd didiciſſet ibi quoque homines mori.* Am. Marcell. lib. 16. Hic Saporis Perſarum Regis frater fuit, & quidem natu major: qui cum forte in convivio ſupervenienti ſibi optimates non aſſurrexiſſent, minatus eſt Marſyæ eis ſupplicium ſe irrogaturum. Cujus vocis memores optimates, mortuo Narſeo Saporem in regem ſubſtituerunt, à quo mox Hormiſda in vincula conjectus, poſtea uxoris induſtria liberatus ad Conſtantinum fugit, uti refert Zoſimus lib. 2. & Suidas voce *Marſyas*. Hæc Valeſius, quem ſis vide.

Hortenſia, Hortenſii filia eloquentiſſima, quæ, cum matronarum ordo gravi tributo à Triumviris, Octavio, Antonio, & Lepido premeretur, nec virorum quiſquam ipſi adeſſe auderet, cauſam conſtanter egit, repræſentatâque patris facundiâ, impetravit, ut major pecuniæ pars ei remitteretur. Appianus.

Hortenſius, Romanus rhetor, qui in foro Romano *Cauſarum rex* ob eloquentiam dictus eſt, licet ejus ſcripta intra famam fuerint. De quo Cicero in Bruto ſic refert. *Primum memoria tanta quantam in viro cognoviſſe me arbitror, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis iiſdem redderet, quibus cogitaſſet.* De quo etiam fertur, quòd ſedens olim totum diem in auctione, omnes res venales, ut pretia & emptores ordine ſuo recenſuerit, argentariis recognoſcentibus, ita ut à nullo falleretur.

Hoſtilius in exiſtimatione non exiguâ olim fuit annalibus carmine contextis: ex quorum 1. eſt verſus iſte citatus Priſciano in ſexto:

Sæpe greges pecuum ex hibernis paſtubu' pulſi.

Dubium, idemne, an alius ſit Hoſtilius mimographus, de quo Tertull. in Apol. cap. 15.

Hur, vir antiquus, ſapiens & expertus, Maritus Mariæ, ut dicunt antiqui doctores & Joſ. Ant. l. 5. Hunc Rabbini à populo interfectum tradunt, quod Hebræos ob Idololatriam arguerit. Quod haud verum videtur, nam hoc à Moſe minime omiſſum fuiſſet.

Hyacinthia, pl. num. ſacra nocturna à Lacedæmoniis inſtituta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline diſci jactu interfecti. Ovid. Met. 10.

Hyacinthides, quænam ſint non convenit inter authores. Harpocratio tradit Hyacinthi Lacedæmonii filias eſſe. In eâdem ſententiâ eſt Apollodorus, qui quatuor eas memorat, *Antheidem*, *Ægleidem*, *Eutheniden*, & *Lytæam*, mactataſque ab Athenienſibus ex vetere Oraculo pro Salute publicâ ad tumulum Geræſti Cyclopis. Bibliothecæ lib. 3. Alii Erechthei filias fuiſſe tradunt, in quibus eſt Demoſthenes Orat. Fun. Alii 6. commemorant *Protogeniam*, *Pandoram*, *Procridem*, *Creuſam*, *Orithyiam*, & *Chthoniam*; atque ex his duas priores mactandas ſeſe præbuiſſe in colle Hyacinthio, unde *Hyacinthides* dictæ. Hyginus unam tantum memorat, Spariantidem, fab. 238. Meminit earum Heſychius.

Hyacinthus, Amyclæ regis fil. Eurotæ nepos, eodem tempore à Zephyro & Apolline adamatus. Verum cum in Apollinis amorem propenſior eſſet, ægre id ferens Zephyrus, amorem in odium convertit. Cum Hyacintho deliciis ſuis diſci jactu, dum ſeſe exerceret Apollo, Zephyrus nocendi occaſionem nactus, diſcum ab Apolline emiſſum flatu ſuo in caput Hyacinthi convertit, puerumque interemit. Cujus mortem cum ægerrimè ferret Apollo, Tellus in amatoris Dei ſolatium, cruorem ejus commutavit in florem ſui nominis. Palæphatus paulo aliter. Ovid. Met. 10.

Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon, honorque
Durat in hoc ævi, celebrandâque more priorum
Amua præclarâ redeunt Hyacinthia pompâ.

Lutatius vetus Papinii Scholiaſtes ad Theb. 4. verſ. 223. Laconiæ civitas, ſacra Apollini, in quâ Hyacinthius agon celebratur in honorem pueri regis, qui cum exerceretur diſco, percuſſus Zephyri vertigine, quod ſibi Apollinem prætuliſſet, occiſus eſt. Porro de amore Zephyri, narrat ipſe Apollo apud Lucianum Deorum Dialogis: Διεσκεύην ἐμάνθανε, καὶ γὰρ σωεδίσκευον αὐτῷ· ὁ δὲ κέκικε ἀνέμων ἀπολέμιον Ζεφύρῳ ἔρως, ἤρα μὲν ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτὸς, ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων ὑπερηφάνειαν, ἐγὼ μὲν ἀνέρριπτα, ὥσπερ εἰώθειμεν, ὁ δίσκος ἐς τὸ ἄνω. Ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ παύγκτου καταπεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν τοῦ παιδὸς ἐνέσεισε φέρων αὐτὸν, ὥστε ὑπὸ τῆς πληγῆς αἷμά τε ῥέον πολὺ καὶ τὴν παῖδα ἐυδὺς ἀποθανεῖν. Nonnus lib. 29.

——— Ὡς Ὑακινθον Ἀπόλλων
Ἔξενεν ἀνδρεφόνῳ βεβολημένον ὀξέϊ δίσκῳ
Μεμφόμενος Ζεφύρῃ ζηλήμονος ἄθμια δυέλλης.

Ovid. in Ibin:

Aera ſi miſſo vacuum jaculabere diſco,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.

Vide Paſſerat. in illud Prop. 3. 14. *Mittite nunc diſci, &c.* Nicander in Theriacis:

——— Καρπόν τε πολυθρίνε Ὑακίνθε,
Ὃν Φοῖβος θρήνησεν, ἐπεὶ ῥ' ἀκόντι ἔκτα
Παῖδα, βαλὼν σφενδόνῃσιν Ἀμυκλαίῃ ποταμοῖο
Πρωθήβην Ὑακινθον, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε χέρσῳ
Πέτρῃ ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤρεξε κάλυμμα.

Coluthus Thebanus in Helenæ Raptu:

Ἔνθα δὲ Καρνείοιο φιλοχαμάδας Ὑακίνθε,
Ὃν ποτε κυνίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
Δῖος Ἀμυκλαίων, ἠράσσατο μὴ Διὶ Λητὼ
Σκυζομένῳ κὴ πῶτον ἀνηγαγεν· Αὐτὰρ Ἀπόλλων
Οὐκ ἐδίη Ζεφύρῳ ζηλήμονι παῖδα φυλάσσων.
Γαῖα δὲ δακρύσασα χαριεσσαμένῳ βασιλῆϊ,
Ἄνθος ἀνηυξησε πυραίφασιν Ἀπόλλωνι,
Ἄνθος ἀειζήλοιο φερώνυμον ἠβητῆρος.

Alius Lacedæmonius prioris ex Cynortâ patre nepos, Oebali filius, pater Hyacinthidum. Item pagus ſupra Sphendonios, ubi Erechthei filias immolatas eſſe tradit Suidas in Παρθένοι.

Hyades, ſtellæ 7. in capite Tauri, quæ quoties naſcuntur, vel occidunt, pluvias creant, unde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῦ ὕειν, quod eſt *pluere*. Ovid. Faſt.

Ore micant tauri ſeptem radiantia flammis
Sydera, quas Hyadas Graius ab imbre vocat.

Heſychius: Ὑάδες, τὰ ὀπὶ τῦ μετώπυ κέρατα τῦ Ταύρυ, τῦ ἐν ὀφρυῖ ὄντος. Εἰσὶ δὲ ἀστέρες ἑπτὰ ὧν χεὶ ἡ ἀνατολὴ ὑετὸς γίνεται. Fabulantur poetæ has Bacchi nutrices fuiſſe, quæ & *Dodonides* nymphæ vocatæ ſunt, à *Dodonâ* Epiri civitate: quæ cùm Junonis iram verentur, fugerentque Lycurgi regis ſævitiam, à Jove in cœlum ſunt tranſlatæ. Alii tradunt Atlantem ex Æthra uxore Hyan filium ſuſcepiſſe, ſeptemque puellas, quarum hæc ſunt nomina, Ambroſia, Eudoxa, Paſithoe, Corone, Plexauris, Pytho & Tyche, quæ cum fratrem à leone devoratum implacabili luctu proſequerentur, doloriſque magnitudine extabeſcerent, Jovis miſeratione in 7 ſtellas ſunt converſæ, &, ut in perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimonium, à fratris nomine *Hyades* appellatæ. A Latinis *Suculæ* dicuntur, quòd propter maximas, quas ex ortu ſuo afferunt, pluvias, luto gaudere videantur, tanquam ſues. Ovid. Faſt. 5.

At ſimul inducent nocturna crepuſcula noctem,
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.

Aliter Plinius: vi. *Nonas Maii Cæſari Suculæ matutino oriuntur*; & viii. *Idus Capella pluvialis.* Ætius: Μηνὶ Ἀρτεμισίῳ ὅ δύει Μαΐῳ α'. Ὑάδες ἅμα Ἥλιῳ ἀνατολῇ ὀπτίλλουσι. Tyro Liberius apud Gell. 13. 9. in quo ſcriptor ille ἀναγρολόγητον ſe vel puero oſtendit. *Adeo Romani literas Græcas neſciverunt, ut ſtellas quæ in capite Tauri ſunt propterea ſuculas appellarunt quod eas Ὑάδας Græci vocant.* Tanquam id verbum Latinum verbi Græci interpretamentum ſit, quia Græci ὗες *ſues* Latinè dicuntur. *Sed ὑάδες*, inquit, ὐκ ἀπὸ τῦ ὗων, *ut noſtri Opici putaverunt, ſed ab eo quod eſt ὑᾶν appellantur, nam & cum oriuntur & cum occidunt, tempeſtates, pluvias, largoſque imbres cient.* Statius in Sylv.

Non tantis Hyas inſerena nimbis
Terras obruit, aut ſoluta Plias.

Hydra

Hydra Lernæa, ſerpens erat 50 capita, unicumque duntaxat corpus habens, ex quibus uno occiſo, duo alia ſtatim repullulabant. Ovid. Met. 9.

——*Nec profuit Hydræ*
Creſcere per damnum, geminaſque reſumere vires.

Horatius:

Non Hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem.

Stat. 4.

——*Squallet triplici ramoſa coronâ*
Hydra recens obitu.

Hydræ laborem Herculeum occiſæ nemo melius deſcripſerit Apollodoro lib. 2. Ἔχιδνα δὲ Τυφῶνι συνελθοῦσα σῶμα, κεφαλὰς ἔχον ἐννέα, τὰς μὲν ὀκτὼ θνητὰς, τὴν δὲ μίαν, ἀθάνατον· ὀπιβὰς ὃν ἄρματος ἡνιοχοῦντος Ἰολάου, παρεγένετο εἰς τὴν Λέρνην, ἔνθα τοῦ μὲν ὕπνους ἔσχεν· ἡ δὲ Τύδραν εὑρὼν ὑπὸ τῆς λόφῳ θεᾷ τὰς πηγὰς ἡ Ἀμυμώνης, ὅτε ὁ φωλεὸς αὐτῆς ὑπῆρχε, βαλὼν βέλεσι πυρωθεῖσι ἀνάγκασεν ἐξελθεῖν· ἐμβαίνοντι δὲ αὐτῷ κρατήσας κατέσχεν, ἡ δὲ δᾶκνον τοῦ ποδὸς ἐνέσχετο· ἀπαλαίσας, τῷ ῥοπάλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς κόπτων ὑδὲν ἀνύειν ἐθαύμαζε· μιᾶς γὰρ κοπτομένης κεφαλῆς δύο ἀνεφύοντο· ἐπιβοηθεῖ δὲ κατ' αὐτοῦ τῷ Τύδρᾳ ὑπερμενὴς δάκνων τὸν πόδα· διὸ τοῦτον ἀποκτείνας ἐπεχείρησε καὶ αὐτὸς βοηθὸν τὸν Ἰόλαον, ὃς μέρος τι κατορθώσας τῶν ἐγγὺς ὕλης τοῖς δαλοῖς ἐπικαίων τὰς ἀναπολὰς τοῦ ἀναφυομένων κεφαλῶν ἐκώλυεν ἀνιέναι· κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ ἀναφυομένων κεφαλῶν ἀπεμόμενος. τὴν δὲ ἀθάνατον ἀποκόψας κατώρυξε, καὶ βαρεῖαν ἐπέθηκε πέτραν παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν φέρουσι διὰ Λέρνης εἰς Ἐλεῦνταν. Mythologiam pulcrè ponit Platonicus vates Claudianus, divino & omni ævo laudando Panegyrico in quartum Honorii Conſul. cujus principis inter multa infortunia, una felicitas fuit tantus præco. Barthius. Igne autem hanc beſtiam fuſtuliſſe volunt Poetæ. Euripides:

Τὰν δ' μελέπεφνον πολύφονον κύνα
Λέρνας Τύδεϊν ἐξεπύρωσε.

Seneca in Her. Inſano:

Quid ſæva Lernæ monſtra, numeroſum malum,
Non igne demum vicit & docuit mori?

Veram autem hujus fabulæ allegoriam non à Palæphato, ſed ab Albrico Philoſopho, lib. de Deorum imaginibus petere oportet. Ptol. Hephæſtio ex Ariſtonico Tarentino refert, dimidium caput Hydræ, qui cum Hercules pugnavit, aureum fuiſſe. Auctor Phot. in Biblioth. cap. 190.

C. Julius *Hyginus*, Auguſti libertus, natione Hiſpanus, etſi nonnulli Alexandrinum putent, & à Cæſare Romam advectum, Alexandriâ captâ. Studiosè imitatus eſt Cornelium Alexandrum, Grammaticum Græcum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhiſtorem multi vocarunt. Præfuit Palatinæ Bibliothecæ, fuitque familiariſſimus Ovidio Poetæ, & C. Aſinio conſulari hiſtorico, qui eum pauperem deceſſiſſe tradit, & liberalitate ſuâ quoad vixit ſuſtentatum. Scripſit de vitâ rebuſque geſtis illuſtrium virorum, præterea Exemplorum volumen, Gell. 1. 7. & 10. Item de urbibus Italicis, Servio, & Macrobio teſtibus. Genealogiarum quoque libros reliquit, ut ait ipſe in poetic. aſtronomico, quo loco de Perſeo tractat. Commentarios quoque in Virgilium, Ὑπομνήματα Cinnæ, de Agricultura, de Penatibus, de Proprietatibus Deorum, &c. Hodie nihil Hygini habemus præter poeticon, & fabularum librum. Nam Gromatica, ſive de limitibus conſtituendis, non hujus ſunt Hygini, ſed alterius, qui Trajani ætate vixit: ut ex ipſis Gromaticis videre eſt.

Hylæus, Centauri nomen à *ſylvis* deductum, qui à Pirithoo invitatus ad nuptias, viſâ puellâ permotus eſt, & cum violentus ei eſſe conaretur, à Lapithis prohibitus eſt. Virgil. Georg. 2.

Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

Hor. 2. 12.

Nec ſævos Lapithas & nimium mero
Hylæum. Item canis Actæonis:

Ovid. Met. 3.

Hylæuſque ferox nuper percuſſus ab apro.

Hylas, filius Theodamantis, quem Hercules rapuit. Cùm enim ex Calydonia, occiſo Oenei pincernâ fugeret, veniſſetque cum Deianirâ & Hyllo filio ad Dryopes, & eſurienti puero, cùm Lichas pædagogus abeſſet, à Theodamante aliquid cibi poſtulaſſet, ille autem denegaſſet, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Quamobrem Theodamas, convocatis popularibus, arma adverſus Herculem movit: & quamvis in ea pugna pene oppreſſus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiſo Theodamante Hylam filium ejus ſecum abduxit, quem poſteà unice dilexit, ſecumque cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verum cum inter remigandum Hercules remum ſuum fregiſſet, unà cum Hyla navi egreſſus eſt, ut alium in Myſiæ ſylvis quæreret; Invaleſcente autem æſtu, cùm ſiti premeretur, Hylam cum urna ad Aſcanium flu. miſit, ut inde ſibi aquam afferret; Verum cùm ripa altior eſſet, quàm ut ſtans haurire poſſit, procumbens in pectus Hylas urnam è manibus amiſit: quam cum ſubito recipere conaretur, pondere ejus demerſus eſt; Quæ res poetis occaſionem dedit fabulandi, Hylam à nymphis fuiſſe raptum. Hercules autem cùm Hylas nuſquam compareret, caſum eius tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Myſiam totam oberrans, Hylam quæreret. Dionyſ. Perieg. verſ. 807. De Cio flu. loquens

Τῆ ποτ' ἐπὶ σχεδίην Ὕλαν ἱερώσατο νύμφη
Ὀρτηγὸν διερέσσοντα πλωείης Ἡρακλῆος.

Juv. Sat. 1.

Et multum quæſitus Hylas, urnamque ſecutus.

Stat. Sylv. 1.

Quantum non clamatus Hylas.

Theocritus de *Hylâ*,

——Τεὶς μὲν Ὕλαν ἄυσε.

Virg. Ecl. 6.

His adjungit Hylam, nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent, ut littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

Val. Flac.

Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per longa reclamant
Avia, reſpondent ſylvæ, & vaga certat imago.

Papinius Theb. 5.

Audet iter, magnique ſequens veſtigia mutat
Herculis, & tarda quamviſe mole ferentem
Vix curſu teneræ quot Hylas, Lernæaque tollens
Arma, ſub ingenti gaudet ſudare pharetrâ.

Concinit Val. Flac. lib. 1.

Protinus Inachiis ultro Tirynthius Argis
Advolat: Arcadio cujus flammata veneno
Tela puer, facileſque humeris gaudentibus arcus
Geſtat Hylas; velit ille quidem, ſed dextera nondum
Par oneri clavæque capax.

De Hyla elegantiſſima carmina ſunt Theocriti & Propertii. Rem totam narrat Apollonius lib. 3. Argon. circa verſum 1200. Cujus Scholiaſtes etiam ex Pherecyde, Callimacho, Hellanico, Anticlide, Socrate, Onaſo, Archilocho non indigna memoria producit. Apollonii tradita ſequitur Apollodorus lib. 1. itemque Hyginus cap. 14. qui loca raptus *Cion* & *Aſcanium* vocat. Nonnus Baſſaricon lib. 11.

Οὐ πόσιν Ἡρακλέης δέμας ἤνυεν, ὁππότε νύμφαι
Ἄβαντα Ὕλαν φδυνερῆσι κατηκεύλαντο ῥεέθροις.

Sed, *Cui non dictus Hylas puer?*

Hyllus, fil. Herculis ex Deianira, qui Iolem, patre mortuo, uxorem duxit. Ovid. Met. 9. Hic poſtea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule ſuperſtites fuere, ab Euryſtheo pulſus, Athenas confugit, ibique Miſericordiæ templum condidit, quod & accepti ab Athenienſibus beneficii teſtimonium, & miſeris in poſterum aſylum eſſet, & profugium. Item alius Herculis fil. ex Melita Ægæi flu. filia, à quo populi *Hyllienſes*. Eſt & fluvius Lydiæ in Hermum influens Straboni & Livio Phrygius dictus.

Hymenæus, Deus nuptiarum præſes, qui & *Hymen* dicitur, & conjunctis dictionibus *Hymen Hymenæus*. Hic Liberi patris, & Veneris, aut ut alii malunt Uraniæ fil. fuiſſe putatur, & primus certas nuptias inſtituiſſe. Nomen autem accepiſſe creditur ἀπὸ τῆς Ὑμένος, h. e. *à membranâ*, quæ clauſtrum virginitatis eſſe, & primo coitu rumpi putabatur. Quanquam anatomicæ rei periti negant in virginum diſſectionibus pelliculam ejuſmodi ullam inveniri. Alii virum Atticum fuiſſe volunt qui raptas à latronibus virgines parentibus intactas reſtituit: Ideoque nuptiis ejus nomen invocari, tanquam defenſoris Virginitatis, vocemque hanc nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis Virginalibus *Thalaſſii* nomen invocant. Alii dicunt eum fuiſſe juvenem, qui die nuptiarum ruina oppreſſus, interiit, unde poſteà inſtitutum eſt, ut expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Non raro quoque Poetæ *Hymenæos* ponunt pro nuptiis. Virgil.

Pergama cum peteret inconceſſoſque Hymenæos.

Obiter emendabis Claudianum de Raptu Proſerp.

——*Nimbis Hymenæus hiulcis*
Intonat.——

Mirum enim eſt Hymenæum intonare, & Jovis τῆς βεγγλῶντος officio fungi, quare *Hymenæon* legendum putat Nicol. Heinſius, ut ad Jovem referatur. Apul. Met. 4. *Tota domus lauris obſita, tædis lucida obſtrepebat Hymenæum.* Heſych. Ὑμέναιος, γάμος, ἢ ὠδὴ ὑμεναίου. Nihil frequentius poetis hac locutione. Statius genethliaco Lucani:

Et veſtros Hymenæon ante poſtes
Feſtis cantibus ipſe perſonabo.

Ovid. Met. 12.

Ecce canunt Hymenæon, & ignibus atria fumant.

Seneca

Seneca in Troad.

Tritonum ab alto cecinit Hymenæum chorus.

Musæus:

Οὐχ Τμέναιον ἄειδε παῖς, &c.

Item nomen viri, qui à Christiana fide excidit. 2 Tim. 2.

Hypatia, mulier Alexandrina, Theonis geometræ filia, uxor Isidori philosophi, sub Arcadio Imp. professa est Alexandriæ varia disciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, convolantibus undique discipulis. Suidas, & Socrates 11. 12.

Hyperechius, Alexandrinus Grammaticus sub Principe Marciano; scripsit artem Grammaticam, de nominibus, de verbo, & Orthographiâ. Suidas.

Hyperides, Athenienſis, unus ex decem oratoribus clarissimis, æmulus quandoque Demosthenis, accusatusque ab eo super rapinâ pecuniæ, deinde cum eo damnatus jussu Antipatri, aufugit in Æginam. Plut. in Demosth.

Hyperion, aliis Solis pater, aliis Sol ipse, quod *eat super terras*; Diodorus Saturni fratrem facit Cœli filium, qui Solis ac Lunæ aliorumque astrorum motus, horasque primus observavit. Frequens est Solis Epitheton apud Hom. Inde *Hyperionii currus* Val. Flacco.

Hypermenes, Scipsit librum περὶ Χίου. Photius.

Hypermnestra, una ex quinquaginta Danai filiabus, quæ cum totidem Ægypti filiis nupsissent, jussæque essent à patre primâ nocte maritos interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter epistolas Ovidii una Hypermnestræ ad Lynceum virum suum.

Hyperochus, plerisque auctor creditur historiæ Cumanæ carmine contextæ. Athenæus, lib. 13. Pausanias in Phoc.

Hypsicratea, uxor Mithridatis regis, quæ Persico habitu induta, & in habitum virilem reformata tonsis capillis, victum à Cn. Pompeio Mithridatem per efferas gentes fugientem, animo pariter & corpore indefesso sequuta est. Volater.

Hypsicrates, Amisenus, memoratur Luciano, ultimo loco inter Historicos longævos.

Hypsicrates, Phœnicum res eorum linguâ perscripsit, Auctor Tatianus, & ex eo Euseb. Præp. lib. 10. Alius *Hypsicrates* est Grammaticus cujus mem. Varro, lib. 4. de LL. & Steph. in Ἀμίσος, & Gell. 16. 12. ubi eum composuisse ait libros nobiles super his quæ à Græcis accepta sunt.

Hypsipyle, Lemni regina, Thoantis filia, quæ cum reliquæ mulieres ejus insulæ viros, cognatosque omnes ex communi sententiâ occidissent, sola patrem servavit. Ob quam pietatem à Lemno ejecta, capta fuit à piratis, & Lycurgo Nemeæ regi vendita: à quo liberaliter habita fuit, & nutriendo filio ejus præposita. Nam paulo ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Jasone, quem in Colchos navigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea cum Argivis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostendisset, & Archemorum alumnum humi depositset, eâ absente adrepens serpens puerum interemit: quo nomine cùm à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, cæterisque Argivis servata est. Statius, lib. 4. & 5. Thebaidos. Orpheus Argonaut. ver. 477.

Φίλτρις Τψιπύλω ἐρατοῖς ἐδάμασσεν Ἰήσων.

Apollodorus, lib. 1. Τψιπύλη δὲ Ἰάσονι συνδυάζει, καὶ γίνεται παῖδας Εὔνεον καὶ Νεբρόφονον. Papinius vero unum horum filiorum de avi suo nomine Thoantem vocatum fuisse scribit, Theb. 6.

Ecce & Jasonidæ juvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere jugo, quo vectus uterque
Nomen avo gentile, Thoas, atque omine dictus
Euneus Argoo.——

Vide Barthium ad locum.

Hyrcanus, Josephi filius, sibi mortem conscivit. Jos. Ant. 11. 5. Item alius, qui & *Joannes*, dux Judæorum 4. An. U. C. 621. Hebræorum primus peregrinos alere incœpit, Idumæam subegit. Jos. Ant. 13. 13. Samariam funditus delevit. Idem 16. 17.

Hyreus, rusticus quidam Bœotius, qui cum Jovem, Mercurium, ac Neptunum hospitio susceptisset, jussus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus, respondit quidem, se nihil æquè cupere ac filium, uxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto tres Dii in bubulum tergus, quod ille juvenco detraxerat, quem Jovi recens immolaverat, lotium reddidere. Ex quo decimo mense natus est puer, quem illi ἀπὸ τῆς οὐρῆς, *ab urinâ*, *Urionem* vocavere; qui deinde primâ literâ immutatâ, dictus est *Orion*. Hyginus vero Fab. 195. vult *Hyreum* regem fuisse, non rusticum.

J A

JA, nomen min. filiæ Atlantis. Arnobius, lib. 5. *Nonne illarum repetitio lanarum est, quibus Ja deficientem contexit*, &c. Ita Meursius. *Ja* enim Attidem expirantem lanâ contexit, non Mater magna. Arnobius ante. *Virgo sponsa quæ fuerat quam Valerius Pontifex Jam nomine fuisse conscribit, exanimati pectus lanis mollioribus velat.* Est etiam Dei nomen apud Ebræos. Hesychius: Ἰα δισυλλάβιον τὸ ἄλφα, καὶ ὀξυνόμενον ὁ θεὸν σημαίνει παρ' Ἑβραίοις.

Iacchus, unus ex Bacchi nominibus ἀπὸ τοῦ ἰάζειν, i. e. à *vociferando*. Eustathius ad finem Iliados ἀ· Ἰαχεῖν (inquit) τὸ ἠχεῖν, καὶ ἰάζειν λέγω καὶ ὀνοματοποιίαν, ἀφ' ἧς καὶ Ἴακχος ὁ μόνον ὁ ὅτε Διονύσῳ ἦχος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος. Solent enim Bacchæ Liberi patris Orgia celebrantes omnia inconditis clamoribus implere. Et quoniam Bacchus vini præses esse creditur, non raro *Iacchum* poetæ pro vino usurpant. Virgil. Ecl. 6.

Inflatum hesterno venas, ut semper Iaccho.

Idem Geo. 1.

Et mystica vannus Iacchi.

Ubi Lud. de la Cerda: Inter multa Bacchinoia, inquit, illud maximè pertinuit ad sacra; tunc enim Iachus dicitur, cum præeest mysteriis. Inde Sacerdos Bacchi, & initiatus signate dicitur Pollùci Ἰακχαγωγός. Ab Artemidoro quoque lib. 2. cap. 44. una cum μεμυημένοις conjungitur Ἴακχος, ficuti Δημήτης & Κόρη; quæ omnia nomina ad religionem pertinent. Quin & Herodotus scribit hoc nomen fuisse familiare Eleusiniis Deabus, non minus quam nomen *Virbii*, *Adonidis*, *Attidis*, in sacris *Dianæ*, *Veneris*, *Cybeles*. Claudianus quoq; de Raptu inter sacra:

——*Templumque remugit*
Cecropidum, sanctasque faces extollit Eleusis.
Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur, latusque simul procedit Iacchus.

Seneca Oedipo in re sacrâ:

——*Nunc Cadmeas*
Inter matres impia Mænas
Comes Ogygio venit Iaccho
Nebride sacra præcincta latus.

Clarissimè etiam Cicero 2. de Legg. *Quid ergo aget Iacchus*, *Eumolpidæque nostri*, *& augusta illa mysteria*, *siquidem sacra nocturna tollimus.*

Jacob, fil. Isaac, Lat. *supplantator*, quòd ex utero exiens fratrem Esau plantâ pedis arreptum teneret, quem postea etiam non sine Dei providentiâ supplantavit. Deinde *Israel* dictus est, i. e. *Dei princeps*, in celebri illâ cum angelo luctâ, quam describit Moses, Gen. 36.

Jacobus, Apostolus, frater Joannis Evangelistæ, quorum pater Zebedæus dicebatur. Matth. 4. Hesych. Ἰακωβος, περιστερὰ πόντου.

Jalemus, Calliopæ fil. infelix, nulliusque pretii homo, præsertim in cantu supra modum frigidus, unde pro cantilenâ lugubri poni solet. Apollon. Arg. lib. 4.

Παννύχιοι ἐλέεινον Ἰήλεμον ὠδύροντο.

Athen. lib. 14. Ἐν γάμοις Τυδέως, ἐν ᾧ πένθεσιν Ἰάλεμος. Vide Henricum Stephanum in Ἰάλεμος. Hesych. Ἰάλεμος, υἱὸς Καμίδης, καὶ καλοδαίμων, καὶ ὁ καλός, καὶ ὁ στερεόμυθος, καὶ ὀφαυός. Ἔνιοι δὲ, ὕπνος ἀξιος. Vide Zenob. pag. 92.

Iambe, muliercula quædam Metanirææ ancilla, uti tradit Philochorus, Panos & Echûs filia, quæ cum Cererem mœstam videret, ridiculas narratiunculas, & sales Iambico metro, ad commovendam Deam ad risum, & ad sedandum dolorem interponebat. Nicander in Alexipharmacis:

Ἐμπάζεσθαι κυκεῶνα πόρεις ἐς κύμβεσι τοῖξας
Νισαίης Δηοῦς μορόεν πόνον, ᾧ ποτε Δηὼ
Λαθικηδίῃ ἔδρεξεν ἀν' ἄσυεργα Ἰαμβοδότητος
Θρηΐσσης ἀδύγειον ὑπαὶ ῥήτρησιν Ἰάμβης.

Hesych. Ἰάμβη γυνή τις, ἐφ' ᾗ ἡ Δημήτηρ ἐγελοίασε πινοῦσα, ἀφ' ἧς Ἰαμβίζειν τὸ λοιδορεῖν, κακολογεῖν. Apollod. lib. 1. Ἔπειτα πρὸς Κύπελλον ἐλθοῦσα (Δημήτηρ) ὑπ' βασιλέως τότε Ἐλευσῖνος, ἐνδὸν ὄσων γυναικῶν, καὶ λεγόντων τούτων παρ' αὐτὰς κωμάζειν, χαίρειν τε Ἰάμβη σκώψασα ὑπέδυσε μειδιάσαι. Διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορείοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσι.

Jamblichus, Pythagoricus philosophus è Chalcide Syriæ, Porphyrii discipulus, Constantini M. tempore, qui adeò profecit, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret. *Hominem prodigiosæ superstitionis, & disciplinæ* vocat L. Vives in Aug. de Civ. D. 10. 11. Vide plura de eo ac variis *Jamblichi*

blichis apud Jonſium de Script. Hiſt. Phil. pag. 174. 292. &c. Critici *Jamblichum* ſcribi volunt, accentu penultimam longam denotante. Sane Syrophœniceum iſtud nomen ſervatur adhuc in ſacris Ebræorum literis יַמְלִיךְ *Yamlech* pro יַמְלִיךְ *Yamlich*. 1 Par. 4. 34. Ubi tertia futuri perſona ſingularis migrat in proprium nomen, & quòd ſit in conjugatione *Hiphil*, habet vocalem longâ accentu dotatam, i. e. *Hhirek* magnum, quod optimè per ει diphthongum exprimitur, ut אֱלֹהִים Ἐλωείμ in Philone Byblio apud Euſebium. Ita ſi ſcriberetur Ἰαμβλειχος, omne dubium evaneſcet. Græcè autem M. & Λ concurrere non poſſunt niſi B interveniente. Sic M. & P. ut נִמְרֹד *Nimrod*, Græcè Νεμβρώδης, ab ἡμέρα μισήμερον.

De *Jamblicho*, Babylonicorum ſcriptore. Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 482.

Jambulus, de mirificis hominum formis in Indiâ quædam tradidit. Tzetzes Chil. 7. Hiſt. 147.

Janthe, puella Cretenſis, uxor Iphidis quæ ipſo nuptiarum die ex fœmina mutata eſt in marem. Ovidius Met. 9.

Janual, lib. genus, quod *Jano* tantum libantur, Feſtus. unde Ovid. Faſt. 1.

——— *Cereale ſacerdos*
Imponit libum, farraque mixta ſale.

Januarius, Conſul, collega Juſti, an. U. C. 1080. Item *Januarius* menſis, à *Jano* dictus. Cenſorinus lib. de Die Nat. cap. 22. *Januarius à Jano, cui attributus eſt, nomen traxit.* Suaves autem ſunt Græci, qui ſic dictum volunt qu. Ἀσωνάριον. Suidas. Ἀσωνάριος, ὁ Ἰανάριος· ἢ ὅτι τὸν Λογγῖνον αὐτὸν ἐφιλωσόφει βιάζεσθαι, ὡσανεὶ ἀῶνος πατέρα. Vel à *Janua*. Porphyrius, lib. de antro Nutarum: Διὸ Ἰανάριον εἰπόντες ἢ θύραν, καὶ Ἰανάριον μῆνα ἢ θυρεῶνα μεσοῦντα. Quamvis hoc Latinis etiam nonnullis placuit.

Janius, antiquiſſimus Italiæ rex, qui Saturnum à Jove filio Cretâ fugatum, navique in Latium appulſum, hoſpitio ſuſcepit, agrique colendi rationem ab eo edoctus in regni portionem eum recepit. Amboque unanimi conſenſu imperantes, duo condiderunt oppida, quorum-alterum *Janiculum*, alterum *Saturnium* vocarunt. Monetam quoque æream primi cuderunt, in cujus altero latere roſtrum navis, in altero Jani imago erat impreſſa. Plut. in Ῥωμαϊκοῖς ad Quæſtionem, (ut nummi veteres ab unâ parte haberent Ἰανοῦ δικέφαλον εἰκόνα *Jani bifrontem imaginem*, ab alterâ πλοίου πρύμναν ἢ πρῷραν ἐγκεκαραγμένου, *navigii puppim, aut proram inſculptam*) à pleriſque aſſeri dicit id fieri. Ἐπὶ τιμῇ Κρόνου πλοίῳ διαπεράσαντος εἰς Ἰταλίαν. *In Saturni honorem, qui navi in Italiam trajecerit.* Totam rem explicat Draco Corcyræus Περὶ λίθων apud Athen. lib. 15. his verbis: Ἰανὸν ἢ λόγος ἔχει δικέφαλον γενέσθαι, τὸ μὲ ὀπίσω, τὸ δ' ἔμπροσθεν ἔχοντα πρόσωπον· ἀπὸ τούτου καὶ ἢ Ἰανὸν ποταμὸν, καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομάζεσθαι, κατοικήσαντος αὐτοῦ ὀλίγον τῆς ὄρους. Πρῶτον ἢ σίφαρον εὑρεῖν, καὶ χαλκᾶς καὶ πλοῖα, καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξαι, διὸ καὶ πρὸ χρὸ ἢ Ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, καὶ πρὸ χρὸ ἢ Ἰταλίαν, καὶ Σικελίαν, ὅτι τὸ νομίσματος ἐγχαράξαι πρόσωπον δικάρηνον, καὶ ὃν πατέρα μέρος ἢ χαλκᾶς, ἢ σίφαρον, ἢ πλοῖον· τοῦτον ἢ ἀδελφῷ χωθῆσαι, καὶ αὐτὸν ὡς μεῖζόνων ἐρεχόμενον πραγμάτων, εἰς ἢ Ἰταλίαν διαπλεῦσαι, καὶ οἰκήσαι τὸ πλησίον Ῥώμης ὄρος κείμενον, τὸ ἀπ' αὐτοῦ Ἰάνικλον ὀνομαζόμενον. Ovid. Faſt. 1.

Ipſe ſolum colui, cujus placidiſſima lævum
Radit arenoſi Tibridis unda latus.

Fabius Pictor: *Is Janus ſub initium Aurei ſeculi Lævum latus Tiberis Hetruriæ tenuit.* Janum autem regum omnium ſuæ ætatis prudentiſſimum fuiſſe volunt, & præterita ſcientem, & futura prævidentem; unde & Bifrons fuiſſe fingitur. Mortuus, inter Deos relatus eſt, templumque habuit Romæ ad infimum Argiletum à Numâ Pompilio poſitum, quod tempore belli patebat, pacis tempore claudebatur. Unde *Patulejus* & *Cluſius* dictus eſt. Conſtat autem templum hoc ter fuiſſe clauſum, primùm regnante Numâ, iterum poſt bellum Punicum ſecundum, tertio poſt bellum Actiacum. Hujus autem claudendi, vel aperiendi ratio varia eſt. Alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, cùm jam prope vinceretur, calidam aquam ex hoc loco erupiſſe, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo locò fuerat conſtitutum, quaſi ad ſpem priſtini auxilii. Alii dicunt Tatium, & Romulum facto fœdere hoc templum ædificaſſe. Unde & Janus ipſe duas facies habet, ut oſtendat duorum regum coitionem: vel quòd ad bellum ituri debeant de pace cogitare; vel quòd ad prælium exituri locum ſibi apertum debeant relinquere, quo tutò poſſint reverti. Hunc nonnulli eundem eſſe putarunt cum Sole, ideoque & Quadrifrontem fecerunt ob 4. quos ambit orbis cardines. Eundem hunc cum Gyge ac Noe fuiſſe volunt. Verſus Ovidii de Jani monetâ Lib. 1. Faſt. hi ſunt.

Multa quidem dixi. Sed cur navalis in ære,
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?
At bona poſteritas puppim formavit in ære
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Oſtendimus antea ex Plutarcho veterum de hâc re opinionem, quam tamen ipſe non probat, quia cum multis aliis Saturno commune id fuit. Καὶ γὰρ Ἰανὸς καὶ Ἐνάλιος, καὶ Ἀσυλία ἐν Θαλάττῃ πεφηνομίσθησε. Itaque videntur veteres Symbolo navis aliud ſignaſſe, nempe arcam Noæ, quâ cum ſuis ſervatus eſt ab univerſali diluvio. Cæterum *Janus* ab Ebræo יַיִן *Jain* derivari videtur, quia vini repertor fuit, quâ ſignificatione *Oenotrius* dicitur Halicarnaſſeo. Hujus nominis uſus vel nullus, vel rarus ſemper fuit apud Græcos. Ovid. lib. 1. Faſt.

Quem tamen eſſe deum te dicam Jane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.

Athen. lib. 15. Ὅτι Ἰανὸς ὁ παρ' ἡμῖν Θεὸς ὃν καὶ πατέρα προσαγορεύομεν. Idem ibidem.

Præſideo cœli foribus.

Hoc ſibi veteres induxerunt, ob cauſam quam tetigit Macrobius, Sat. 1. *Janum quidam volunt Solem demonſtrare, & ideo bifrontem, quaſi utriuſque januæ cæleſtis ortus & occaſus potentem; qui exoriens aperiat diem, occidens claudat.* Ex hâc opinione Janum matutinum dixit Horatius, lib. 3. Sat. 6. Nominis rationem reddit Ovidius, ubi ſupra.

———*Redit officio Jupiter, itque meo,*
Inde vocor Janus.———

Huc ſpectat locus Tullii 2. de N. D. *Quod ab eundo nomen eſt ductum, ex tranſitiones, perviæ Jani foreſque in liminibus profanarum ædium* januæ *nominantur.*

Jaü, ita Ethnici Jehovam vocavere, teſte Diodoro lib. 1. ubi poſtquam oſtendit veteres Nomothetas leges ſuas à Diis acceptas fuiſſe, populo perſuadere ſolitos, ſubdit, Παρὰ ἢ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν ἢ Ἰαὼ ὀνομαζόμενον Θεόν. Vide *Jehova*.

Japetus, Cœli, ſive Titanis & Terræ fil. (ut inquit Heſiodus) vir quidam potens apud Theſſalos, ſed protervi ingenii, magiſque filiorum, quam ſuâ virtute clarus. Ferunt hunc Aſiam Nympham uxorem duxiſſe, & ex eâ Heſperum, Atlantem, Epimetheum & Prometheum ſuſcepiſſe. Hic Gigas erat proceriſſimæ ſtaturæ. De quo paſſim poetæ. *Japetum* autem, i. e. *Japhetum* Græci generis ſui authorem eſſe agnoſcunt, nec putant Japeto quicquam eſſe antiquius. Unde eſt quod decrepiti & deliri ſenes pop convitium *Japeti* vocabantur. Heſychius Ἰάπετος ὅτι διὰ συμφορῶν φρονοῦντες ἀεχαῦς, ita lege, non ἀεχηγὸς) idque ex Suidâ, apud quem Japetus ὄνομα κύριον, λύπης, μωρὸς, ἀεχαῦς.

Japis, nobilis Ætolus, qui patriâ pulſus, cum ad intimum maris Adriatici ſinum veniſſet, oppidum de ſuo nomine condidit, à quo ea pars Italiæ, quæ Timavo flu. irrigatur, *Japidia* dicta eſt. Quinetiam Timavum ipſum ab hujus nomine *Japidem* cognominat. Virg. Georg. 3.

Caſtella in tumulis, & Iapidis arva Timavi.

Japys, nomen auguris, ac citharœdi, lege *Japis*. Virgil. lib. 12.

Famque aderat Phœbo ante alios dilectius Iapis,
Iaſides acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium, citharamque dabat, celereſque ſagittas.

Japyx, Dædali filius, à quo *Japyges* pop. Solin. cap. 8. Item ventus ex Apuliæ orâ proficiſcens. Horat.

——— *Ego quid ſit ater*
Adriæ novi ſinus, & quid albus
Peccat Iapyx.———

Idem Car. lib. 1.

—*Obſtrictis aliis præter Iapygâ.*

Virg. Æn. 8.

Illam inter cædes pallentem morte futurâ
Fecerat Ignipotens undis & Iapyge ferri.

Hoc eſt, vento ex Apulia ſpirante.

Jarbas, Jovis & Garamantidis Nymphæ filius, Gætulorum rex, qui cùm Didûs ambiret nuptias, ab eâ repulſus naſcenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod cùm Pœni propulſare non poſſent, reginam ſuam eò adegerunt ut nuptiis pacem redimeret. Quod cùm illa aliâ ratione effugere non poſſet, ſimulat ſe ante Sichæi prioris mariti manes placare velle. Eam itaque ad rem impetrato ſpatio, pyram ingentem extruxit, cui ſuperincumbens ſuis ſibi manibus necem conſcivit. Ita enim habet veritas hiſtoriæ, etiamſi Virg. lib. 4. Æn. de Jarbâ rege, & exitu Didûs alia quædam commineſcatur.

Jasion, quem Diodorus, lib. 6. etiam *Jasium* appellat, Jovis & Electræ fil. adeo à Cerere adamatus, ut in ejus gratiam ad nuptias Hermiones sororis ipsius maximam & frumenti & panis copiam attulerit. Quin & Plutum ex eâ fertur genuisse, qui cultum vitæ instituere, pecuniasque coacervare, ac in usus custodire omnium primus docuit. Quidam eum à Jove ex invidiâ fulminatum ferunt: quamvis non desint qui aliam mortis causam afferant, nempe quod simulachrum ejus contumeliâ affecisset.

Jasis, dicta est Atalanta ab *Jaso* patre.

Jason, Pontifex Max. Judæorum, primus ex Sacerdotum numero gymnasium Hierosolymis instituit, in quo juventus more Græcorum exerceretur in disciplinis Ethnicis. 2 Mac. 4. Quanquam Josephus hujus fratri Oniæ, qui & Menelaus, hoc facinus adscribit.

Jason Historicus, cujus lib. 3. *de sacrificiis Alexandri in Alexandriâ*, citat Athen. lib. 14. Etiam Vitam Græciæ scripsit. Stephanus: Ἰάσων, ὁ τὴν Ἑλλάδος βίον γράψας ἐν ιβ'. βιβλίοις.

Jason, Byzantinus innotuit opere de Tragicis. Plut. in Flum. Vir eruditus in Notis ad eum locum esse eundem suspicatur cum superiore. Sed fallitur. Nam ille Argivus Grammaticus fuit, teste Suidâ in Ἰάσων.

Jason Cyrenæus flor. sub. Ptol. Philomet. Gesta Asmonæorum, sive Maccabæorum quinque libris descripsit. Eos in compendium redegit scriptor 2. Maccabæorum libri, uti videre est ex ejus capite 11. versu 24.

Jason Pheræus, de quo Cic. 3. de N. D. Nec prodesse Pheræo Jasoni voluit is qui gladio vomicam ejus aperuit, quam sanare medici non poterant. Multi enim etiam cùm obesse vellent, profuerunt, & cum prodesse obfuerunt. Idem habet Valer. M. 1. 8. At Plut. De utilit. ex inimicis cap. Prometheo Thessalo tribuit, his verbis. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν Θεσσαλὸν Πειριθόα κλεῖναι διαπρεπεῖς, ἅπαντα τὸν ξίφει τὸ φῦμα, καὶ δείλην ὕπνος ἄσχι σωθῆναι τὸν ἄνδρωπον. Seneca vero neminem nominat, refert autem 2. Ben. *Tuber quidam tyranni gladio divisit, qui ad eum occidendum venerat: non ideo illi tyrannus gratias egit, quod rem quam medicorum manus reformidaverant, nosendo sanavit.*

Jason, fil. Æsonis ex Alcimede quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendavit, tradito ei regno, ita tamen ut illud adulto Jasoni restitueret. Alcimede vero suspectum habens Peliam, Jasonem Chironi alendum dedit: Itaque Jason adultus cum ad repetendum paternum regnum veniisset, Pelias juvenem laudis avidum ad Colchicam expeditionem excitavit, sperans futurum ut periculi magnitudine succumberet. Fabricatâ itaque navi, quæ ab Architecti nomine dicta est Argo, Jason cum Græciæ juventutis flore mari se commisit, primumque ad Lemnum insulam appulit, ubi ab Hypsipyle, & hospitio, & thalamo susceptus est. Deinde ad Phineum regem, à quo muneris loco edoctus est, quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes, ad Colchos usque tutò navigare posset. Quò cum pervenisset, Medea Colchorum regis filia, formâ ejus capta, à certissimo eum eripuit exitio, ostensâ ratione, qua & æripedes tauros perdomare, & draconem pervigilem sopire posset; Ejus itaque consilia secutus Jason, aureum vellus sustulit, & inde clam cum sociis & Medeâ fugam arripiens ad Istri ostium pervenit, adversoque fluvio subiens, cum eum tandem in locum perveniisset, ubi Danubius Liburniæ montibus proximus est, navim, quâ vectus erat, suis, sociorumque humeris superatis montibus in mare Adriaticum deportavit, tandemque sospes in patriam revectus, duos ex Medeâ filios suscepit. Sed postea cùm Creusæ Corinthiorum regis filiæ amore flagrans, eam uxorem duxisset, Medea ægrè ferens divortium, Creusam cum regiâ exussit. Sunt qui tradunt Medeæ postea reconciliatum Jasonem, multaque præclara gessisse, adeo ut divinos in Asiâ honores fuerit promeritus. Papinius Theb. 5.

——*Scit blandus Jason*
Virginibus dare vincla novis.

Ubi Schol. Vet. Blandus à pulchritudine suâ. Quod etiam testantur non uno loco ejus præcones Orpheus, Apollonius, Val. Flaccus. Quorum secundus, lib. 3.

Ὡς ἄρα τῇ γλαυκῶ μὲν ἐπήλυδον εἰσαφίκανε Αἰσονίδης.

Unde γλαυκὸν ἀνδρῶν eum appellat Pindarus, & μειλιχίοις λόγοις usum fuisse prohibet, Pythionic. 4. Etiam Ovidius formæ blanditias in eo jungit, Epistolâ Medeæ:

Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli
Et decor & linguæ gratia ficta tuæ.

Et alibi:

Et formosus eras, & me mea fata trahebant.

Idem Met. 8.

Quam, nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas,
Et jus & virtus? quam non, ut cætera desint,
Forma movere potest?

Apollonius ubi supra.

Θειοτάτην δ' ἐν πᾶσι μετιφθιμένην Αἰσονίδαι
Κικλήσκει τε γαίητιον, ἠπ' αὐτῷ δ' ὄμματα πάντα
Λοξὰ παρὲξ λιπαρῶν χροιῆς ὑπὸ πηλύζηλα.

Horat. in Epod.

Ut Argonautas inter omnes candidum
Medea mirata est ducem.

Jasonem, pro quovis ditissimo rege dixit Plautus in Pseudolo:

——*Atque adeo ut frumento affluam,*
Ut civitas mihi nomen commutet, meque ut prædicet
Lenone ex Ballione regem Jasonem.

Verum de Aureo Vellere, ita Suidas in Δέρας τὸ χρυσόμαλλον· *Aureum vellus*, quod Jason & Argonautæ Pontico mari in Colchidem profecti, unà cum Medeâ, Regis Æetæ filiam, rapuerunt. Id vero non ejusmodi fuit, ut Poetæ fabulantur: sed liber fuit in membranis scriptus, qui continebat, quomodo per artem fundendi, quam Chymiam dicunt, aurum esset faciendum. Merito igitur tum id vellus aureum appellabant, propter artem quæ in eo tradebatur.

Jasus, pater Atalantæ, quæ ab eo *Jasis* dicta. Prop. 1. 1.

Sævitiam duræ contudit Iasidos.

Apollodorus, lib. 3. Ἰάσου δὲ καὶ Κλυμένης, ἣ Μινύα Ἀταλάντη ἐγένετο· Callimacho Hymn. in Dianam *Jasius* dicitur:

Ἤνησας δ' ἐπὶ πάγχυ ποδώκεϊ Ἀταλάντῃ
Κάρῃ Ἰασίοιο συοκτόνον Ἀρκαδίδαο.

Jason nominatur à Scholiaste Apollonii. Ἀταλάντη Ἰάσονος συζάπτης ἦν ἔγημε Μελανίων, ἐπειδὴ δὲ ὤφθη Ἀρκεία, ἡ Σχοινέως, ἣν ἔγημε Ἱππομάδων· *Jasion* appellatur ab Æliano initio lib. 3. Var. ubi explicatur fabulam Atalantæ.

Ibycus, Rheginus poeta, quem maximè omnium amore flagraviisse, ex ipsius scriptis constare scribit Cic. Tusc. Qu. l. 4. Inde proverb. *Ibyci grues*, quoties sceleribus novo quodam & improviso casu proditis scelesti pœnas dant iis quos læserunt. Id ex hujusmodi quodam eventu natum memorant. Ibycus cùm in latrones incidisset jam occidendus, grues forte supervolantes obtestatus est. Aliquanto post tempore cum iidem latrones in foro sederent, rursumque grues supervolarent, per jocum inter se susurrabant in aurem Αἱ Ἰβύκου ἐκδικοι πέλουσιν. Eum sermonem assidentes in suspitionem rapuerunt, maximè desiderato jam pridem Ibyco. Rogati quidnam sibi vellet ea oratio, hæsitanter & inconstanter responderunt, subjecti tormentis facinus confessi sunt. Atque ita velut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt. Cujusmodi ferme Plut. in De futili loquacitate. Auson. in Monosyllabis.

Ibycus ut perit, vindex fuit altivolans grus.

Ibzan, Bethlechemites, judicavit Israelem annis 7. Judic. 12. Hunc quidam Hebræorum putant esse Booz patrem Obed, patris Isai, patris David.

Icadistæ, Epicurei sic dicti quod τὰς εἰκάδας, h. e. vicesimum quemque Lunæ diem, quo natus est Epicurus, celebrarent, imagines ejus per cubicula circumferentes. Athen. lib. 7.

Icadius, prædo, de cujus fato sic scribit Cicero in lib. de Fato. *Ne hercule quidem Icadii prædonis video fatum ullum, nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur ex spelunca, saxum in crura ejus incidisse?*

Icarius, Oebali fil. pater Erigones, qui cùm à Libero patre utrem vini accepisset, ut ejus usum mortalibus communicaret, in Atticum agrum sese contulit, ibique pastoribus, qui æstu Solis sitim, contraxerant, vinum propinavit, qui cum novo potûs genere delectati, largiùs hausissent, altissimoque primum somno, deinde & crapulâ correpti essent, toxicum sibi datum rati, Icarium interfecerunt, occisumque in puteum projecerunt. Aderat forte Icario canicula nomine Mæra, quæ ad Erigonen reversa, vestem ejus mordicus arripuit, illamque sequentem ad patris cadaver perduxit: quæ tantum ex patris nece dolorem concepit, ut mala multa ejus percussoribus imprecata, laqueo vitam finierit. Mæram quoque tam heri quam filiæ herilis desiderio ferunt contabuisse, Jovisque miseratione in cœlum translatum, in Caniculæ stellam conversam esse, Icarium autem in Booten, Erigonem vero in Zodiaci signum, quam Virginem appellamus. Hyginus, lib. 1. Fab 130. Hic *Icarus* Tibullo dicitur, lib. 4. Ad Messalam.

——*Etiam Phœbo gratissima dona*
Cres tulit, & cunctis Baccho jucundior hospes,
Icarus, ut puro testantur sidera cælo
Erigonenque Canisque——

Ovidius in Ibin.

Mentribusque tuis ladaris, ut Icarus, in quem
Intulit armatas ebria turba manus.

Propertius, lib. 2. eleg. 33.

Icare Cecropiis merito jugulate colonis,
Pampineus nosti quam sit amarus odor.

Icarius, patriâ Lacedæmonius, pater Penelopes; Hinc illud,

Κύρη Ἰκαλίοιο πολυφράδεια.

Passim apud Hom. in Odysseâ. Ovid. Ep. 1.

Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit.———

Inde Penelope vocatur *Icaris*. Ovid. in Ibin.

Et velut Icaridos famulæ periere procique.

Item *Icariotis*. Prop. 3. 13.

Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,
Quæque terunt fastus Icarioti tuas.

Ovid. Pont. 3. 1.

Nil opus est lecto, nihil Icariotide telâ.

Icarus, Dædali filius, qui unà cum patre è Creta fugiens fretus alarum fiduciâ, quum ultra patris jussa altius evolasset, Solisque ardore cera, quâ pennæ continebantur, liquefacta esset, ita ut ab alis defluereat, decidit in mare, quod est inter Myconem & Gyarum, à quo postea *Icarium mare* appellatum fuit. Ovid. Fast. 4.

Transit & Icarium, lapsas ubi perdidit alas
Icarus.———

Seneca in Herc. Fur.

Medium cœli dum sulcat iter
Tenuit Latias Dædalus oras
Nullique dedit nomina Ponto.
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patriasque puer
Despicit alas, Phœboque volat
Proximus ipsi dedit ignoto
Nomina Ponto.———

Icelos, unus filiorum Somni, cui ab *assimulando* nomen factum. Ovid. Met. 11.

———*At alter*
Fit fera, fit volucris, fit longo tempore serpens.
Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat.———

Ichnæa, Themidis epitheton, vel cognomentum. Hom. in Hymno Apollinis.

———Θεμὶς δ' ἔπειτα θεὰ ἱκνάδε πῶνον,
Ὅσσα δείρας ἔχει, Δίκτυν τ', Εἰν τε,
Ἰχναίη τ' Ὀθίη, καὶ ἀγάστονος Ἀμφιτέτη.

Lycophron de Themide, Solis filiâ:

Τῆς δ' ἁλὶς Συμαίθη Ἰχναίαι βεβλήδις.

Vide Stephanum. Dicitur & Nemesis *Ichnæa*. Diodorus poeta Epigrammatarius:

Ἀδρήστεια δέα καὶ Ἰχναία σε φυλάσσοι,
Παῖδα θεῶν ἢ πολλὸν ἐδουμένη Νέμεσιν.

Item regio Macedoniæ. Hesychius: Ἰχναίαν, χώραν τῆς Μακεδονίας, ἀπὸ τοῦ μαντεῖον ἐν Ἀπόλλωνι κεῖσθαι καὶ πηγήν.

Ictæus Tarentinus, nobilis palæstrita, toto vitæ tempore Veneris expers fuit, ut arti accommodatior esset, tanta illi gloriæ libido. Ælianus Var. Hist. Lege autem *Icchus*, locus est lib. 11. cap. 3. Vide eundem de Anim. 6. 1. vide sis etiam Pausan. in Eliacis, nec non Platonem de Legg. lib. 8.

Idæa, Deorum mater. Lucret. lib. 2.

Hanc variæ gentes antiquo more sacrorum
Idæam vocitant matrem.

Veram etymologiam esse arbitratur Tan. Faber, non quam Lucretius, & alii omnes attulere, sed hanc. Ἴδη (inquit) sunt montes, & loca saltuosa Hesychio, & Eustathio, unde & Ἴδη pro ligno seu materiâ tectonicâ. At primi homines glande vescebantur, & in querceti penuarium iis erat. Hinc itaque mater Deum *Idæa*. Sed post indictum tritici usum Θρυλία dicta fuit, nam triticum φρύγειν seu *torrere* solebant, quod hodieque fit circa farinam, ubi major alendi pueri cura est.

Idæi Dactyli, filii Minervæ & Solis, vel, ut alii volunt, Saturni & Alciopes, dicuntur & *Corybantes*. Ferrum ii primùm adinvenerunt. Herod. lib. 7.

Idæus Rhodius, versificator, scripsit Rhodiorum res gestas versibus ter mille. Suidas.

Idas, Aphareï filius nomine, re autem ipsâ Neptuni, qui acceptis à patre velocissimis equis, Marpessam filiam formosissimam Evenï regis Ætoliæ, Martis filii, in Dianæ luco saltantem rapuit (qui nulli procorum filiam suam nuptum dare voluerat, nisi certamine cursûs fuisset victus: à se autem victos decollare, eorumque capita in aliorum terrorem de muris ædium suarum suspendere solebat) dolore commotus, interemptis, quos habebat, equis, se in fluvium Lycormam, qui postea ab ipso Evenus dictus est, præcipitavit. Cæterum fugienti cum puella, Apollo in itinere obvius ei factus est, qui cùm Marpessam & ipse præripere Idæ vellet, ventum utrinque ad certamen est. Sed à Jove missus Mercurius arbitrium Marpessæ commisit, ut ipsa, utrum vellet, eligeret: illa autem Idam elegit, verita ne se ætate provectam Apollo relinqueret. Propertius, lib. 1. el. 2.

Non Idæ & cupido quondam discordia Phœbo
Evenï patriis filia lsttoribus.

Vide *Marpessa*.

Idmon, vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ fil. Apollonio vero & Herodoto Abantis filius. Orph. in Argonaut.

Δὴ τοτ' Ἄβαντος παῖς νόθος ἤλυθε κήρτεος Ἴδμων.

Ἀμπυκίδης eidem dicitur.

Idomeneus, Deucalionis fil. nepos Minois, rex Cretensium, populos suos ad Trojam duxit, & cum post eversam Trojam reverteretur, in tempestate devovit, Diis sacrificaturum se rem quæ ei primum occurrisset; contigit autem ut ei filius primùm occurreret: quem cum ut alii dicunt, immolasset, vel, ut alii, immolare voluisset, à civibus pulsus regno, Salentinum Calabriæ promuntorium tenuit, juxta quod civitatem condidit.

Idomeneus Lampsacenus Ptol. Lagi temp. vixit. Strab. lib. 13. ait Epicurum eo familiariter usum esse. Item ex decimo Laertii lib. constat fuisse auditorem Epicuri. Scripsit libros de Socraticis, quorum mentio apud eundem Laert. in V. Socratis. Item historiam Samothraciam, teste Suidâ. Mem. Idomenei hujus Plut. in Demosth. Pericle, Aristide, Phocione, Athenæus, lib. 14. atque alii.

Idothea, filia Prœti Argivorum regis, quam unà cum sororibus furiis agitatam Melampus sanitati restituit. Hom. Od. 11.

Idothea, Protei senis marini filia, cujus monitu Menelaus Proteum adegit, ut sibi ab illo diceretur, quando domum repetere posset. Hom. od. 4.

Πρώτιστα ἰφθίμην Συγατὴρ ἁλίοιο γέροντος
Εἰδοθέην.———

Vide Eust in illud Dionysii Ἦχὶ πὰρ ἄκραι
Φαίνουσ' ἀκταὶ Παιλωίδος Εἰδοθείης.

Jebusæus, fil. Canaan. Gen. 10. à quo *Jebusæi*, de quibus vide Bochartum in Phal. pag. 344.

Jehova, יהוה quod nomen recentiores Judæi, crescente inter eos superstitione, ἀνεκφώνητον judicarunt, cum à Magistris eorum denunciatum jam esset; *Partem non habiturum in futuro seculo, quisquis nomen illud pronunciare præsumeret.* Quod tamen per ætates retro ab orbe condito antegressas proferre non licitum tantummodo, sed & pium, ac laude dignum habebatur. Etymon quod attinet, descendit à verbo היה *fuit*, ut יהוה sit ὁ ὤν, i. e. *existens, qui est*, vel *qui existit*; Deus sc. æternus, nulli mutationi obnoxius. Itaque docuit & Rabbi Moses Ægyptius in libro *More* cætera Creatoris nomina ab effectibus esse derivata, solum vero nomen hoc τετραγράμματον, quod etiam *Schem hammephoras* nominant, peculiare esse & proprium soli ejus substantiæ. Imo Rabbi Haccadosh in *Arcanorum revelatore* probare nititur, comprehendi in eo divæ Trinitatis mysterium; ut haud absque ratione afferat Philo Judæus merito & justè tribui Deo: maxime cum Mosi scisciranti ipsius nomen respondet אהיה אשר אהיה. Ubi quanquam futuri temporis sit אהיה *Ehie*, h. e. *ero*, tamen cum in linguâ Hebraeâ pro præsentibus sæpe usurpentur futura, non existimandum est male reddidisse Hieronymum cum Septuaginta Ἐγώ εἰμὶ ὁ ὤν. Ut ità efficaciùs & evidentiùs subsistentem per se essentiam divinam exprimerent, inque eo vivere, & ab eo proficisci omnia & pendere significarent. Hebræi יהוה legunt *Adonai*, & Septuaginta Κύριος semper interpretantur, quod nomen non legitur in primo capite Geneseos, sed Elohim ὁ Θεός. At in secundo יהוה Κύριος. Hinc argutati sunt Tertullianus & & quidam veterum Deum non prius Dominum fuisse, quam Adam factus esset. Phœnices Ἰαὼ dixerunt pro *Jehova*, Samaritæ Ἰαβαὶ, Alii Ἰαὼ, ut Orpheus ac Diodorus Siculus. Vide doctiss. Gatakerum in tractatu cui titulus *De nomine Tetragrammato dissertatio*, in quâ vocis *Jehova* apud nostros receptæ usus defenditur, & à quorundam cavillationibus iniquis pariter atque inanibus vindicatur.

Jehu, 10. rex Israelitarum, ab Heliseo unctus, omnem domum Achab delevit, Joram interemit, Jezabelem è domo præcipitavit, sacerdotes Baal occidit, Idoli templum succendit. 4 Reg. 9. Jos. Ant. 5. 6. Lat. *ipse* sive *existens*.

Jephthe Judex in Israele. An filiam suam immolaverit vide Diatribam singularem Lud. Cappelli ubi affirmatur. & Annot. H. Grot. in historiam Jephthe ubi negatur.

JESUS;

JESUS, Hebræum nomen, quod Latine *Servator* dicitur. Mat. 1. 21. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ, αὐτὸς γὰρ ΣΩΣΕΙ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Act. 4. 12. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. Οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις ἐν ᾧ δεῖ ΣΩΘΗΝΑΙ ἡμᾶς. In tres sententias eunt, qui SS. hujus nominis Etymon investigarunt.

Primo, Alii à radice יָשַׁע originem ejus ducunt. Hique adeo יְהוֹשֻׁעַ aut יֵשׁוּעַ Hebraicè scribi volunt. Sententia ipsa canitie sua ex longo ævi decursu veneranda.

Secundo, Reliquæ duo multò videntur juniores. Et quidem hæc (Reuchlini, Andreæ Osiandri & aliorum sententia) à הוה nomen hoc deducit ש licentiâ nescio quâ utcunque interpositâ, in hunc videlicet finem, ut Tetragrammaton illud Dei nomen prius ineffabile, deinceps pronunciari possit. Sententia parum solida, & vacillans. Nam ut libenter concedamus, cùm cætera Dei nomina, tùm maximè augustissimum illud Jehovæ nomen, nisi gravissimâ de causâ, prorsus ineffandum esse, ne libertas in licentiam exeat, & contemptus nominis in contemptum numinis redundet, nemo admittet illud in Hebraicæ saltem linguæ idiomate ineffabile habendum. Græcè quidem ἀνεκφώνητον esse in confesso est, Inde enim Græci Ἰαὼ pro Jehovah corrupte enunciarunt, ut auctor est Diod. Sic. lib. 1. Inde etiam 70. illi Sacri codicis Interpretes nunquam nomen hoc κύριος reddidere, cum ne possit quidem, sed tantum κατ' ἰσοδυναμείαν, nimirum in locum ejus, quoties occasio tulit, Κύριον substituentes. At verò Hebraicè ineffabile esse nunquam evinci potest. Certè testantur Talmudici Doctores vel ipsos Judæos nomen illud ad mortem usque Simeonis effari solitos. Sed ut hoc demus, quid causæ fuerit, quòd ש sola omnium Alphabeti literarum admiscenda esset, ut ineffabile illud nomen tandem linguæ potens evaderet? Atqui hisce diluendis immorari operæ pretium haud fuerit. Neque enim profecto opus est, cùm jam viderim Osiandrum à Flac. Illyrico, & aliis, eo nomine merito enervatum. Verum, ut per omnia cum illo sentire integrum non sit, summo tamen viro debitus honos minime denegandus est, quod Reuchlini auspiciis veritati jam diu obrutæ indagandæ aditum nobis utcunque aperuerit.

Tertiò, Cæterum corona unico Castellioni reservanda, utpote qui in tertiâ suâ, quæ jam supereſt, sententiâ, opus ab Osiandro feliciter inchoatum ad culmen usque perduxit. Ille enim pulcherrimam interpositionis ש, quam Osiander non potuit, rationem exhibet. Quâ de re verba ipsius hic apponam. Cum diu, multumque (inquit) considerarem, neque cur hæc litera ש interposita foret, viderem, quippe cum non sit servilis, h. e. ejus literarum generis, quæ solent in deductis aliunde verbis ad primigenia adhiberi: cœpi cogitare, verbum hoc compositum esse oportere, Tandemque Dei beneficio comperisse videor. Quemadmodum enim *Jesus*, & Deus est & Homo, ita nomen ejus ex Dei & Hominis nomine esse conflatum.

Id autem didici ex Exod. 15. 3. ubi dicitur יְהוָה אִישׁ מִלְחָמָה, i. e. *Jehova vir belli.* Ubi vir bellicosus dicitur, quoniam de Christo sermo est, qui vir futurus erat. Est igitur JESUS nomen compositum ex יְהוָה אִישׁ, interpositâ litera ש ex nomine אִישׁ, reliquis autem duabus rejectis, quippe quæ serviles sint, & addi, adimique sæpe soleant, ut sit יְהוֹשׁוּעַ *Jesus*, idem quod *Jehovah Vir*, ut intelligamus *Jesum* non esse *Jehovam* (nam hoc de ejus patre dicitur) sed *Jehovam hominem*, i. e. corporatum, &c. Sic ille super Mat. cap. 1. v. 21. ut extat in elegantissimâ suâ Bibliorum versione An. 1573. Basileæ editâ. Vide libellum, cujus titulus est, Exercitatio de Verâ SS. Nominis Jesu Etymologia, Lond. 1652. Vide Suidam in verbo Ἰησοῦς: & confutationem ibidem à Theodosio quodam Judæo traditorum per Hentenium ad calcem Euthymii Zygabeni in Evangel. Paris. 1547.

Jesus, Nave fil. qui & *Josue* vocatur, Israelitarum post Mosem dux sapientissimus. Item Sirachi fil. libri Ecclesiastici auctor. Fuerunt & alii ejusdem nominis in Vet. & Nov. Testamento.

Jesuitæ in vet. Testamento, filii *Jesui* Num. 26. 44.

Jesuitæ, ordo Religiosorum, uti vocant, in Eccles. Rom. ab Ignatio quodam Loyolâ fundatus circa A. D. 1540. *Novo, atque ut plerisque visum est, superbo nomine appellati sunt*, inquit Thuanus Hist. Tom. 1. lib. 15. Ferunt autem Sixtum V. Pont. Rom. cum Generalem Jesuitarum coram tribunali suo convocasset, eum interrogasse, Quare se & reliquos Ordinis sui *Jesuitas* nominaverint? Respondisse vero Generalem: Nos eo nomine, inquit, non appellamur, sed solum *Clerici è Societate Jesu*. Cui Papa: Utquid vero vos id nomen vobis tanquam peculiare arrogatis, cum & cæteris quoque Christianis commune sit, teste Apostolo 1 Cor. 1. 2. *Vocati sumus in societatem Filii ejus*. Obmutuit generalis, nec habuit quid pro se ac sociis responderet. Nec enim hoc nomen aliquibus in viâ competit, Papistis ipsis testibus. Bernard. à Bustis in Mariali: *Nunc dicimur Christiani à Christo, & in Paradiso appeliabimur Jesuani à Jesu.* Lindwood in Constitt. *Ratio quare dicimur Christiani à Christo, non à Jesu Jesuani est, quia rem signatam hoc nomine Christus scilicet Unctionem communicavit, sed rem signatam nomine Jesu non communicavit: interpretatur enim servator, cujus effectus, viz. servare ipsi soli convenit. Ipse enim ut dicitur in Evangelio, salvum faciet populum suum, &c. ac si diceret, ipse solus & non alius.* Cæterum cùm hostis humani generis animadverteret Curiam Rom. omnis Idololatriæ officinam labascere, & tantum non fœdam ruinam minitari; simulque intelligeret Clericorum & Monachorum quantumvis pingues & crassos ventres hanc ruinam non posse amplius fulcire ac sustentare, ut afflictis rebus suis maturè succurreret, Jesuitas in lucem edidit. Et hi quidem Satanæ in fulciendo Antichristi regno strenuam operam locarunt, unde etiam ausi sunt Pontificiam Cathedram ruentem, aut certè ruinam minitantem, pingere, quam ipsi suis humeris densâ testudine conferti sustinerent. Non puduit eos, nec pudet adhuc, veternosos, turpissimos, ac pernicioſissimos, luce meridionali manifestiores errores & superioribus seculis introductos palliare, tegere, verborum lenociniis involvere, Rhetoricisque coloribus pingere, maximè autem augustissimo Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ titulo ornare. Attestatur hoc Pa. Florenius Jesuita Theolog. Dr. & Professor in Colloquio cum Christiano Franco Philosophiæ Professore in Cæsareo Jesuitarum Gymnasio Viennæ Austriæ A. D. 1578. 20. Jan. habito. Videtur, inquit, mihi Christiane rem omnem sincerius & subtilius contemplanti nostra hæc in qua versamur religione Jesuit. tota ex superstitiosâ hypocrisi & fictâ quadam pictaque sanctitate conflata, ultimaque hâc mundi senectute à Diabolo excitata, quæ omnes errores, nugas, superstitiones, quæ (uno ut verbo dicam minus honesto, quidem, & quo sanè invitus utor, sed huic rei aptissimo, planeque necessario) quæ, inquam, omnia turpissima Papæ stercora (tum graviter per se olentia, tum vero hoc tempore, quo ab eruditis viris crebrò commoventur, multo magis fœtentia) sanctiori jam quadam simulatione condita, Mæandrisque nescio quibus involuta orbi Christianò venderet pro aromatis, atque adeo per vim ferè quandam obtruderet, ut nihil tam turpe fœtidum & falsum in Eccles. Rom. cernatur, quòd hæc novo non artificio, vel mentis aciem perstringendo, vel omnem turpitudinem & falsitatem callidè tegendo, pulchrum apparere faceret atque verum. Quare oportet Christiane, considerandum nobis etiam, atque etiam censeo in quâ religione versamur ne hanc esse fallam ignorantes, & ipsi à Deo ignoraremur. Hæc Florenius. Hi vero Jesuitæ quia S. Scripturâ Divino Sp. Sancti instinctu editâ & inspiratâ palam repulsi sunt, eò confugiunt, unde subsidium omnino nullum iis ostenditur, ad scripta nimirum Patrum, & totius orbis Christiani oculos splendore Vet. Ecclesiæ luminum perstringere conantur. Utque hoc facilius efficiant, licentia & potestas data est iis, à Gregorio 13. A. D. 1573. Jan. 8. ut terras, mariaque peragrantes, & Bibliothecas omnes perlustrantes Patrum & historicorum tum veterum, tum recentiorum, imo Scholasticorum quoque libros, qui non cum iis eorumque doctrinâ per omnia consentiant interpolare voces, sententias, quinetiam integras paginas addere, affuere, detrahere, mutilare, nefarieque pro arbitratu & libidine suâ corrumpere audeant, quod ipsi honesto (si Diis placet) titulo seu nomine, *libros repurgare* vocant. Sed quasi hoc nihil aut parum esset hoc novum genus hominum novâ suâ doctrinâ tubam ac facem fuisse multorum in Europâ motuum, bellorum, parricidiorum, ac turbarum ipso facto lueulenter probat. Docent enim Jesuitæ pro invalidis & planè nullis haberi debere pacta & conventa Imperatorum, Regum & Principum, aliorumque ordinum, etiamsi juramento confirmata, non autem à Rom. Pont. approbata sunt. Ex hoc axiomate docent etiam pacem religionis inter Principes Germanos non esse obligatoriam, uti per vim extortam. Docent hoc tempore adlaborandum Pontificiis, ut Lutheranos, Calvinistas, eorumque fautores omnibus modis opprimant. Docent quando Pontificii Regem vel Principem suum pro tyranno in Collegiis suis decreverint, tum illum abdicare, & seipsos omni obligationis vinculo ac nexu solvere posse. Docent Imperatores, Reges, aliosque magistratus, hoc est, Evangelicos, pro excommunicatis habendos, si non de facto, tamen de jure, ideoque, proscribendos, & è medio tollendos esse. Docent principes à Rom. religione deficientes vel saltem hæreticis faventes abdicandos esse. Docent, æquivocationibus uti, iisque magistratus decipere Pontificiis permissa esse, h. e. licere sibi, aliisque Papistis non tantum simpliciter manifestam veritatem celare, aut negare, sed piè & religiosè asserere, perque salutem æternam protestari, imo jurare in illa quæ certissimè cognoscunt falsissima esse, retinendo tantum proprium quendam & re-

conditum ſenſum, & ejuſmodi æquivocationes pro bonâ prudentiâ habendas. Docent de S. Scriptura quod ſit *Naſus cereus, materia litis, liber hæreticorum, litera muta, mortua, ambigua, obſcura, varia, mutabilis, inſufficiens, imperfecta,* & quæ propterea non ab omnibus Chriſtianis in vernaculâ linguâ legi debeat. Porrò Jeſuitæ Colonienſes in ſuâ Cenſurâ S. Scripturæ nominant *ſermonem abbreviatum imperfectum,* doctrinam quæ non omnia neceſſaria ad fidem, bonos mores & Beatam vitam conſervanda contineat. Ex Scripturâ certum & ratum intellectum dari non poſſe, ſed eſſe eam plumbeum inſtrumentum, Lesbiam regulam, quam & Catholicus & hæreticus ſuæ ſententiæ aptare poſſit, &c. Plura vide apud Rod. Hoſpinianum Hiſtor. Jeſuit. Tiguri 1619. & *Moralia Jeſuitarum* per Doctorem Sorbonicum Lond. 1670. & *Myſterium Jeſuitiſmi* per Petrum Jarrigium. Ibid. Papæ *Janizarios* vere dicas. Sunt enim teſte Langio *poſtremus Diaboli conatus, & ſeculi excrementum.* Concludas itaque veriſſime cum cenſura Doctoris cujuſdam Sorbonici: Videtur hæc Societas in negotio fidei periculoſa, pacis Eccleſiæ perturbativa, Religionis rectæ everſiva, & magis ad deſtructionem quàm ad ædificationem. Vide Exercitia ſpiritualia Ign. Loyolæ Ant. 1635. Et ibidem Regulas aliquot ſervandas. Prima Reg. eſt ſublato OMNI JUDICIO proprio tenendus eſt ſemper paratus animus ad obediendum veræ Eccleſiæ, [i. e. Romanæ,] Reg. 13. ſic ſe habet: Denique ut ipſi Eccleſiæ Catholicæ omnino unanimes conformeſque ſimus; ſiquid, quod oculis noſtris apparet eſſe ALBUM NIGRUM eſſe ILLA DECREVERIT, debemus itidem quod ſit NIGRUM PRONUNCIARE: Et alibi: Qui obedit conſiderare debet vocem à ſuperiore egreſſam UT SI A CHRISTO DOMINO EGREDERETUR ut OMNINO DIVINÆ MAJESTATI placere potuit. Iterum. Valde neceſſarium eſt, ut OMNES perfectæ obedientiæ ſe dedant, ſuperiorem (quicunque ille ſit) LOCO CHRISTI agnoſcentes, & quæ injungit integre, prompte, ſine excuſationibus & obmurmurationibus obediant. Ac rurſum: Superior, cui nos ut Dei vicem gerenti & DIVINÆ VOLUNTATIS INTERPRETI, moderandos tradidimus. Denique: Sibi quiſque PERSUADEAT ſe FERRI ac REGI DIVINA PROVIDENTIA per ſuperiores; & ſinere debet, AC SI CADAVER ESSET, quod quicunque verſus ferri quâcunque ratione tractari ſe ſinit; velut ſenis BACULUS qui UBICUNQUE & QUACUNQUE in re velit eo uti, qui eum in manu tenet, ei inſervit. Denique: Ad ſuperioris vocem PERINDE AC SI A CHRISTO DOMINO egrederetur quam promptiſſimus, re quâvis relictâ. Qui plura de Jeſuitis videre velit adeat librum Alphonſi de Vargas Toletani, cujus Titulus eſt, Relatio ad Reges & Principes Chriſtianos de Stratagematis & Sophiſmatis Politicis Societatis Jeſu, ad MONARCHIAM ORBIS terrarum SIBI conficiendam. In quâ Jeſuitarum erga Reges ac populos INFIDELITAS, ergaque IPSUM PONTIFICEM PERFIDIA, contumelia, & n REBUS FIDEI novandi libido ILLUSTRIBUS DOCUMENTIS, comprobatur. Edit. A. D. 1636. & poſtea 1642. Ubi eos deſcribit, ut homines palam avaros, inſatiabiles, Æruſcatores, Regiorum vectigalium fures, arrogantes, ambitioſos, Principum aſſentatores, Aulicos, & negotiis ſecularibus ubique ſe implicantes, fraudulentos, mendaces, veritatis interverſores, infamatores virtutis, vitæ Religioſæ hoſtes, deliciarum amatores, impoſtores, pietatis velo opertos, lupos in veſtimentis ovium, novitatum amicos, Sanctorum Doctorum contemptores, Lutheri & Calvini partiarios, ac de Hæreſi ſuſpectos, pacis, publicæ perturbatores, Diabolicæ induſtriæ homines, Serpentes, Cacodæmones, ac ab omnibus cavendos ac fugiendos.

Jezabel, filia Ethbaal regis Sidoniorum, uxor Regis Ahab. 1 Reg. 16. Lat. *inſula habitaculi*, vel *væ habitaculo*, aut ex Hebræo & Syro, *inſula ſterquilinii*, vel *væ ſterquilinio*. Aliter D. Ambroſius: Non veniat ergo in vos Jezabel, vanum & illud & ſeculare profluvium, hoc enim ſignificatur vocabulo vana & vacua redundantia. Τὸ γύναιον Ἰεζαβηλεῖόν τε καὶ πολυπεῆ eam vocat Joſephus, ubi de eâ.

Ignatius, Antiochenæ Eccleſiæ Præſes, An. Dom. 91. Is Romam perductus, ac beſtiis objectus eſt, Euſeb. 3. 35.

Ilia, quæ & *Rhea* Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius, pulſo jam Numitore fratre, & interfecto ejus filio Lauſo, Virginem Veſtalem fecit, ut ſub ſpecie honoris ſpem partûs ei adimeret. Verum cum illa aquam è Tyberi ad obeunda ſacra peteret, in ripâ fluminis obdormivit, & in ſomnis ſibi viſa eſt à Marte comprimi, & ſic gemellos concepit: quos cum peperiſſet, exponi juſſit, matremque Iliam vivam apud Tyberim flu. infodi, unde Poetæ eam Tyberi nupſiſſe fingunt, qui ob id quoque *Uxorius amnis* ab Horat. lib. 1. Op. 2. dicitur. Virg. Æn. 1.

Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Plutarchus: Ταύτην μὲν Ἰλίαν, οἱ δὲ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλουίαν ὀνομάζουσι. Ælian. ποικιλ. 7. 16. *Serviam* vocat: Ῥώμη γὰρ Ῥώμῳ καὶ Ῥωμύλῳ ἐωυτὴν, φησὶ, Ἄρεϊ καὶ Σεξβίᾳ παῖδων, ἣν δὲ αὖτη μία φησὶ Αἰνείου γυναικῶν.

Ilias, Homeri opus clariſſimum, ab eo dicta, quod bellum contineat apud *Ilium* inter Græcos ac Trojanos ob raptum Helenæ geſtum. Quoniam vero hoc in opere nullum mali genus non recenſetur, factum eſt, ut *Ilias malorum* pro omni genere calamitatis accipiatur. Hanc *Iliadem* in nuce incluſam tradidit Cic. Plin. 7. 21. Item mulier Trojana. Unde *Iliades*. Virg.

——— Ad templum non æquæ Palladis ibant
Iliades. ———

Ponitur & pro Æneide Virgilianâ de qua Prop.

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graii,
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.

Ilione, Priami filia natu maxima, Polymneſtoris Thraciæ regis uxor. Virg. Æn. 1.

Prætereà ſceptrum Ilione quod geſſerat olim,
Maxima natarum Priami.

Ilioneus, nomen Trojani, Phorbantis filius, qui deleto Ilio Æneam in Italiam ſecutus eſt, & quoniam eloquentiâ plurimùm pollebat, legationibus aliquot ab eo præfectus eſt. Servius in Æn. 1.

Ilithyia, Dea parturientium, quæ & Juno Lucina. Horat. in Carm. Secular.

Lenis Ilithyia tuere matres.

Ovid. Met. 4.

Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam.

Itaque & Græci pro partu ipſo dixere *Ilithyiam*, ut Oppian. Halieut. 4. ubi non modo mulieribus ſed etiam piſcium ſexui fœmineo partus ait eſſe difficiles.

——— Οὐδ' ἄρα μοῦνον ὀπιχθονίοισι γυναιξὶν
Ἀλγεα, πάντῃ δ' εἰσὶν ἐπαχθέες Εἰλείθυαι.

Etymon ex oriente petendum eſt. Eſt autem ab יָלַד *jeled*, h. e. *partus, proles, puer*, vel *puella*, hoc ab *jalad*, quod tum de viris dicitur, qui gignunt, tum de mulieribus qui pariunt. Item civitas in Ægypto: Steph.

Ilus, fil. Trois regis Trojanorum, pater Laomedontis, quem maturâ ætate moriens, regni hæredem reliquit. Ab hoc celeberrimum illud Myſiæ min. ſive Troadis caput *Ilii* nomen accepit: ſive quòd ab *Ilo* primùm fuerit conditum, cum Dardanus antea in montibus Dardaniam condidiſſet, ut placet Hom. Il. 23. ſive quòd à Dardano exſtructum inſtauravit Ilus, & auctiùs reddiderit. Author eſt Strabo lib. 13. primum omnium Ilum auſum fuiſſe in campis habitare, proindeque in mediis campis fuiſſe ſepultum: cujus ſepulcri meminit Hom. Il. 3. Ilus cum in Ilio Minervæ templum arderet, curſu concitus, demiſſum cœlo Palladium eripuit, ſtatimque oculis captus eſt (haud enim ulli mortalium oculis illud cerni licebat) poſtmodum placatâ Deâ priſtinum viſum recuperavit. Fuit & alter *Ilus* Æn. fil. Aſcanii nomine appellatus. Virg. Æn. 1.

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.

Inachus primus Argivorum Rex qui *Inacho* fluvio nomen dedit hac occaſione, quam refert Fabulator inſignis, quem Plutarchum Juniorem dicunt his verbis: Περσηφόνῃ δὲ Ἴναχος ὁ ποταμὸς διὰ αἰτίαν τοιαύτην. Ἴναχος Ὠκεανοῦ παῖς, φθαρείσης τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ἰοῦς ὑπὸ Διὸς, τὴν μὲν βλασφήμοις λοιδορίαις ἐπέπληττεν, κατόπιν ἀκολουθῶν· ὁ δὲ ἀναξιοπαθήσας, ἔπεμψεν αὐτῷ Τισιφόνην μίαν τῶν Ἐρεννύων, ἀφ' ἧς ἐξοιστρηλατούμενος ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἀλιάκμονα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἴναχος μετωνομάσθη. Hujus filiam nomine Io cum Jupiter corrupiſſet, & in Cretam advexiſſet, Juno pellicis impatiens odiis eam exagitavit. Quæ res poetis occaſionem fabulandi dedit eam fuiſſe Junonis metu à Jove in vaccam mutatam. Vide *Io*. Horat.

Diveſne priſco natus ab Inacho
Nil intereſt, &c.

Seneca in Thyeſte.

Antiqui genus Inachi.———

Indigetes, Dei antiquis vocati, quod nullius rei *indigeant*, vel Dei ex hominibus facti. Alii *Indigetes* fuiſſe volunt, quos *indigitari*, id eſt, vocare, & nuncupare fas eſſet, atque hos Deos fuiſſe, in quorum cuſtodiâ eſſent urbes, & invocati faciles, præſtoque aderant. Alii ſunt, qui putant ſic dictos quaſi *in loco geniti*, vel *degentes*. Virg. Georg. 1.

Dii patrii Indigetes, & Romule, Veſtaque mater.

Vide ſis illic Lud. de la Cerda. Hinc & Æneas *Indiges* dictus fuit. Ovid. Met. 14.

Luſtratum genetrix divino corpus odore
Unxit, & ambroſiâ cum dulci nectare mixtâ

Conti-

Contigit os, fecitque Deum, quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem, temploque ariſque recepit.
Virg. Æn. 12.

Indigetem Æneam ſcis ipſe, & ſcire fateris.

Ino, Cadmi & Harmoniæ filia, Liberi patris nutrix, cum quâ Athamas Thebanorum rex ſecundas contraxit nuptias, poſtquam Nephele (ex quâ ilie jam Phryxum & Hellen ſuſceperat) Liberi patris furore agitata in ſylvas ſe contulerat. Hæc, ut erat, ita revera ſe novercam geſſit, privignoſque identidem apud patrem accuſans, eo compulit, ut conſcenſo aureo ariete fugam ſibi conſulerent. Quam rem ægrè ferens Juno, Athamanti Furias immiſit, quæ in tantam eum adegerunt rabiem, ut cum Ino ad ſe accedentem aſpiceret, hanc quidem lœnam, filios ſuos autem catulos ejus eſſe arbitraretur, atque raptum Learchum alterum ex filiis ſaxo illiſerit, idem in uxorem exemplum editurus, niſi illa, arrepto Melicerte filio altero, unà cum illo in mare ſe abjeciſſet, ubi Deorum miſeratione in Deam marinam eſt transmutata, quam Græci *Leucothean*, Latini vero *Matutam* vocant, Melicertes autem in Palæmonem, quem nos *Portunum* nominamus. Ovid. Met. 4.

Flebilis Ino. Horat. in art. Poet.

Hom. Odyſ. ε.

Τὴν δ' Ἀΐδην Κάδμε Σεμέλη καλλίσφυρος Ἰνὼ
Λευκοθέη, ἣ πρίν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα
Νῦν δ' ἅλὸς ἐν πολιῇσι θεῶν ἔξεμμορε τιμῆς.

Orph. in Hymn.

Λευκοθέαν καλέω Καδμηΐδα δαίμονα σεμνὴν
Εὐδύνατον, θρέψασαν ἐϋστεφάνῳ Διονύσῳ.

Ovid. de Bacchо:

——— ——— *Accipit Ino*
Te puer & ſummâ ſedula nutrit ope.

Inopus, Deli fluvius, qui eodem modo quo Nilus ac pariter cum eo decreſcit, augeturque, atque hâc de causâ Ægyptium vocat Callimachus Hym. in Dianam verſ. 171.

——Αἰγυπτίη Ἰνωπὸς.

Sed & alia cauſa eſt ut tradit Ortelius, nam Deli incolæ occulto meatu ex Nilo ad ſe venire credebant; & ſic, cauſa in aperto eſſet cur cum illo pariter & decreſceret, & augeretur; & hæc eſt ſententia Callimachi, ut patet ex his verſibus Hym. in Delum:

Ἴζετο δ' Ἰνωπὸν ἐπὶ ῥόον, ὄφρα βάδισον
Γαῖαν τὸν' ἐξαίνων ὅτε πλήσονται ῥέεθρα
Νείλου ὑπὸ χρημνοῖο κατερχόμενοι Διὸς ὄμβρῳ.

Io, filia Inachi fluvii, à Jove adamata, quam ob interventum Junonis, ne agnoſceretur, Jupiter in juvencam transformavit: Juno tamen ſuſpicata id quod res erat, vaccam eam à Jove ſibi dono dari poſtulavit: quam cum accepiſſet, appoſuit ei cuſtodem Argum centoculum, à quo cùm moleſtiſſimâ cuſtodiâ premeretur, ægrè id ferens Jupiter, per Mercurium eum interficiendum curavit. Quamobrem indignata Juno, œſtrum pellici immiſit, cujus aculeis exagitata in Ægyptum uſque fugit; ubi implorato Jovis auxilio, priſtinam formam recuperavit, regique Oſiridi nupſit, Ægyptiiſque omnibus adeo chara fuit, ut poſt mortem pro Deâ habita ſit, quam illi *Iſidem* vocarunt. Val. Flac. Argonaut. lib. 7.

Qualis ubi extremas Io vaga ſentit arenas,
Fertque refertque pedem, tumido quam cogit Erinnys
Ire mari, Phariæque vocant trans æquora matres.

Dionyſius ubi de Boſporo Thracio:

———Ἣν πάρος Ἰὼ
Ἥρης ἐννεσίῃσιν ἐνήζατο πόρτις ἐοῦσα.

Nonnus Dionyſ. lib. 1.

Ζεῦ ἄνα πόρτις ἐοῦσα χαρασσόρος ἤμβροτεν Ἰω.

Idem plenius lib. 3.

Ταυροφυὴς ὅτε πόρτις ἀμβολιδίοιο σεσκὼς
Εἰς ἀγέλην ἄγεσυλος ἐλαύνετο σύννομος Ἰώ,
Καὶ δαμάλης ἀχύτοκον ἐθήκατο βουκόλον Ἥρη,
Ποικίλον ἀπλανέεσσι κεκασμένον Ἄργον ὑπώπαις.
Τυρόβρῳ δὲ μύωπι χαραξαμένην Νύσας Ἰὼ,
Ἰονίης ἁλὸς οἶδμα κατέγναφε φοιτάδι γηλῷ.
Ἤλυθε δ' εἰς Αἰγυπτον, ὅπη βοέῃ σθένει μορφῇ
Δαμονίης ὑπάλυμα μεταλλάξασα κεραίης
Ἔσκε θεὰ φερέκαρπος.———

Lycophron in Caſſandra:

Οἳ τ' βοῶπιν παρεμπάρθενον κόρην.

Sophocles in Electra:

Σῆς εἰσεπλῆγ' ἄλσ' Ἰνάχου κόρης.

Euripides in Phœniſſis:

——Κοινὰ τέκνα τῆς χαρασσόρου
Πέφυκαν Ἰοῦς.———

Æſchylus in Prometheo Vincto:

Κλυΐς φάτιγμα τῆς βύκερως παρθένου.

Idem eam εἰσεφθίνητον κόρην, & alibi δίκραναν πυρθένον, καὶ πολύπλαγκτον vocat. Solebat in clypeis depingi. Virg. Æn. 7.

Ad lævem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibant, jam ſetis obſita, jam bos
Argumentum ingens, & cuſtos Virginis Argus
Cælataque amnem fundens pater Inachus urnâ.

Theocritus Idyl. 19.

Ἐν μοῖ ἔλιω χρύσεο τετυγμένη Ἰνάχω Ἰὼ
Εἰσὶν πόρτις ἐοῦσα, φυλὼ δ' ὑπ' ἔχε γυναικός.

Joatham, i. e. *conſummatus*, vel *perfectus*. Filius Oziæ, ſive Azariæ regis Judæ. 2 Reg. 15. Filius item Jerobaal, ſive Gedeonis. Jud. 9. Filius Jahaddai. 1 Par. 2. Filius Azariæ. 1 Par. 3. Admodum ſanctus fuiſſe traditur (inquit Sulpitius Severus) proſpereque imperium adminiſtravit. Joſephus ubi de eo: Οὗτος βασιλεὺς ἀδὲ μιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο, ἀλλ' εὐσεβὴς μὲ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, δίκαιος δὲ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἐπῆρχεν, ὑπιωλετὴς δὲ ὅλ' χῶ τὴν πόλιν.

Job, nomen viri. Lat. *dolens*, *gemens*, vel *ululans*, aut *exoſus* vel *patiens inimicitiam*. Vide Suidam in Ἰώβ. Sulpitius Severus Hiſtoriæ Sacræ lib. 1. *Hoc tractu temporum Job fuit, legem Naturæ, & agnitionem Dei, & omnem juſtitiam complexus, prædives opibus, atque eo illuſtrior, quod his neque integris corruptus, neque amiſſis depravatus eſt. Nam cum per Diabolum exutus bonis, liberiſque etiam eſſet orbatus, ad extremum diris ulceribus affectus non potuit vinci, ut præ doloris impatientiâ aliquâ in parte peccaret. Mercedem denique Divini teſtimonii conſecutus, ſanitati redditus eſt, ac omnia quæ amiſerat in duplum recepit.* Vide plura de *Jobo* apud Caſp. Sanctium Prolegom. in Jobum, & quæ nuper edidit ſingulari libro Spanhemius.

Jocaſta, Oedipi mater, filia Creontis Thebanorum regis, uxor Laii, quæ poſt mariti necem Oedipo filio imprudens nupſit, ex quo Eteoclem & Polynicen genuit, qui cùm ſe mutuis vulneribus confeciſſent, ipſa quoque ſibi manus intulit. Vide Stat. 2. Theb. & Sen. in Oedipo.

Johannes, Apoſtolus & Evangeliſta, in inſ. Pathmon relegatus eſt. Euſeb. 3. 18. Unde revocatus poſtea Epheſum rediit. Fuit & nomen præcurſoris Chriſti, cognomento Baptiſtæ. Luc. 1.

Johannes, Chryſoſtomus vel Chryſorrhemon, Epiſt. Conſtantinopolitanus, à Theophilo Alexandrino Epiſcopo oppreſſus, Pontum in exilium pergere coactus eſt, ubi obiit An. Dom. 403. Hiſt. Tripart. lib. 10. cap. 18. *Quo nemo* inquit Boiſius noſter, *ex antiquis aut majore dexteritate ſcripturas tractavit, aut populum docuit ſalubriùs, aut hæreticos oppugnavit acriùs, quo nemo aut ad virtutis ſtudia inflammavit vehementiùs, aut vitia ſui temporis inſectatus eſt liberiùs.* Idem. *Poſt ſacra Biblia & Paulinas imprimis Epiſtolas, nullum novi ſcriptum, in quo, qui concionatores ſunt & Græcè non neſciunt, majore cum fructu verſentur, quam in B. Chryſoſtomi homiliis, quas ita numeroſas reliquit, ut nemo plures, ita bonas, ut nemo meliores, ita diſertas ac dilucidas, ut nihil excogitari quidem poſſit diſertum aut dilucidum magis.* Montacutius: *Diſertiſſimus Patrum, & in Scripturis enarrandis Græcorum Princeps.* Eraſmus lib. 26. Ep. 33. *Hos Triumviros Gregorium Nazianzenum, Baſilium, Chryſoſtomum una tulit ætas apud Græcos, pietate pares, nec diſpares eruditione, ſed dictionis charactere diſſimiles: quos ſi cum noſtris conferre velis, Chryſoſtomus non diſſimilis eſt Auguſtino, Gregorius Ambroſio. Quem Baſilio conferam, nondum invenio, niſi ſi quis Scripturarum cognitionem quam habuit Hieronymus, cum Lactantii felici facilitate copulet.* Joſ. Scaliger lib. 4. Ep. 389. *Ego ſtudioſiſſimus iſtius Patris ſum, tum quia nullus melior Novi Teſtamenti Interpres, tum & propter miram dulcedinem & amœnitatem dictionis, quam poſt illum nullus Eccleſiaſticus ſcriptor conſequi potuit.*

Johannes Antiochenus, vixit ſub Heraclio Imp. ac opere περὶ ἀρχαιολογίας ſui memoriam reliquit. Hactenus tamen inéditus eſt. Extat autem MS. in Bibl. Bodleianâ. Excerpta ex eo edidit Valeſius Gr. Lat. Pariſiis 1634. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 380. Alius *Joannes Antiochenſis* Rhetor, de quo idem Voſſ. p. 498.

Johannes Moſchi cognomento *Eviratus*, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. p. 278.

Johannes Monachus Alexandri M. vitam ſcripſit, quæ Angelum Coſpum Bononienſem nacta interpretem pleriſque Curtii editionibus præmittitur. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 380.

Johannes Cuthembergus, natione Teutonicus, equeſtris dignitatis vir, primus omnium in urbe Moguntiâ, imprimendarum literarum excogitavit artem, primumque ibi eam exercere cœpit. Polyd. Virg. 2. 7. De rerum invent.

Johannes, nomen quorundam Conſulum ac 23. Paparum Romanorum, ac aliorum, quibus impræſentiarum ſupersedemus.

Ἰο

Οὐ γὰρ ἔτι μοι ἐπιπρέπει ἄτομα πάντων.

Iolaus, Iphicli fil. qui Herculi Hydram interficienti adfuit, ferroque candenti cruorem cohibuit, ne alia ex eo capita suppullularent. Hic cum ad decrepitam ætatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt. Ovid. Met. 9.

Iole, Euryti Oechaliæ regis filia, ab Hercule adamata, quam cum Eurytus jam victus ei tradere recuſaſſet, licet certaminis lege debitam, irâ accenſus Hercules Eurytum interfecit, urbeque direptâ Iolem abduxit, poſteâque Hyllo filio suo uxorem tradidit. Ovid. Met. 9.

Ion, Xuthi filius, vel Apollinis & Creuſæ Erechthei filiæ, è quo *Ionia* dicta eſt Attica. Steph.

Ion, Chius, poeta Tragicus, fabulas docere cœpit. Olymp. 72. Suidâ teſte. Ariſtophanes in Pace Ἤϊον, h. e. *Matutinum*, vel *Orientalem* vocat. Ἴων ἐν Φοίνιξι ἢ Καινεῖ memoratur Athenæo lib. 10. ubi ait Batonem Sinopenſem vitam ejus ſcripſiſſe, eumque temulentiæ arguiſſe. φιλοπότην enim καὶ ἐρωτικώτατον eum vocat. Ejus non pauca citant Pauſ. Eliac. 1. Et Sextus Empiricus contra Mathematicos, fol. 69. Epigramma ejus de Pherecyde in Philoſophi hujus vitâ citat Laertius. Meminit ejuſdem *Ionis* Strabo lib. 1. Jul Pollux 11. 4. 21. & alibi paſſim. Nec alium *Ionem* intelligit Voſſius apud Plin. 18. 31. ubi ex eo refert tempus quo Capella, quo item Hœdi oriuntur.

Ion, Epheſius, cujus nomine Dialogum ſcripſit Plato, eumque Rhapſodum facit cum Socrate colloquentem. Quid ſi idem ſit cum Ione prædicto, patriâ nempe Epheſius, habitatione Chius? Atqui tempora repugnant, cum Ion Chius, Olymp. 72. jam floruerit, Socrates autem qui cum coævo Ione Epheſio colloquitur, demum Olymp. 77. natus ſit. Certum quidem eſt alibi rationem hanc valere, in Platone non item, quippe qui nullo temporis reſpectu habito, perſonas facit colloquentes ἀνυγχρόνους, cujus culpæ dudum eum arguit Atheri. lib. 7. cap. 13. Malè igitur Jul. Scalig. Poet. 1. 46. *Multum operæ in hoc genere poematis* (*Dithyrambici*) *poſuit Ion Chius, cujus nomine ſcripſit Dialogum Plato.* Ob quem ſaçilem lapſum miſerè vapulat à Leone Allatio lib. de patriâ Homeri, fol. 273.

Jona, ſive *Jonas* propheta, filius Amathi. 4 Reg. 14. Pater Joſeph, patris Judæ, patris Simeon. Luc. 3. Pater item Petri Apoſtoli. Johan. 21. Heſychius: Ἰωνᾶς, ἐρμηνεύεται περιστερὰ, φερώνυμος παρ' ἑβραίοις. Cedrenus: Ἱστορεῖ δὲ Ἰώσηπος ἐν τῷ θ' τῆς ἀρχαιολογίας ἢ Ἰωνᾶν καταπεφθῆναι ὑπὸ τοῦ κήτους μὴ πρὸς ἡμέρας καὶ πρὸς νύκτας ἑβδομήκοντα ζῶντα ἐν τῷ Ἐυξείνῳ πόντῳ.

Jopas, rex Afrorum, unus ex procis Didûs, ut Punica teſtatur hiſtoria. Virg. Æn. 1.

——— *Citharâ crinitus Iopas*
Perſonat auratâ. ———

Hic Muſicus fuit præſtantiſſimus, qui apud eundem Virg.

——— *Canit errantem Lunam Soliſque labores.*

Jophon Tragicus Poeta, Sophoclis F. teſte Suidâ. Item *Jophon* Gnoſius, qui vatum oracula carmine expreſſit Heroico, teſte Pauſan. in Atticis.

Jornandes, hiſtoricus, Getica conſignavit. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 20.

Joſaphat, filius Aſæ regis. 3 Reg. 15. Joſephus lib. 8. cap. 9. Οὗτος εἶχεν εὐμοιρίας τε καὶ συνεργὸν τὸ θεῖον, δίκαιος ὢν καὶ εὐσεβὴς, καί τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδὺ ποιῆσαι καὶ φρονεῖς τῷ θεῷ ζηλῶν. Filius Ahilud. 3 Reg. 8. Filius Pharuæ. 3 Reg. 4. *Vallis Joſaphat* Joel 3. Item vir Mathanites.

Joſeph ab Arimathæâ, ἀνὴρ εὐσχήμων uti vocatur in Evangelio, occultus Jeſu Chriſti diſcipulus, qui ejuſdem corpus ſummo ſtudio honorificè, ac piè ſepelevit; ac deinde in Angliam Jeſu Chriſti fidem intulit, ibique ſacrum primus diſſeminavit Evangelium. Beda Hiſt. Eccleſ.

Joſephus, cognomento Flavius, Mattathiæ filius, vir apud Judæos, nec non & Romanos nobiliſſimus, & ſacerdos, de Chriſti veritate teſtis digniſſimus; cujus teſtimonium enervare nititur vir doctiſſimus Tan. Faber Epiſt. Crit. p. 126. Confirmat autem Iſ. Voſſius, quem vide. Vide etiam Suidam in Ἰώσηπος, ac Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. cap. 8.

Joſippus Gorionides, ſcriptor Hiſtoriæ de Bell. Jud. quæ Hebraicè extat, ac beneficio Munſteri, mutile tamen, in lucem prodiit Baſileæ, integrius, vero excuſa eſt Venetiis. Pro ſuppoſititio ſcriptore habent Baronius, Poſſevinus, Maldonatus, & Voſſ. quem vide Hiſt. Gr. p. 197.

Joſua, filius Nun, fuit miniſter & ſucceſſor Moſis, qui populum Iſrael per ſiccatum Jordanis alveum in terram Canaan introduxit. Ὁμώνυμος & typus Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui filios promiſſionis Abrahæ per Jordanem ærumnarum hujus vitæ & mortis in requiem vitæ æternæ introduxit. Hiſtoria ejus è ſacrâ ſcripturâ petenda eſt. Joſ. Ant. 5. 9. Ἀνὴρ μήτε συνέσεως ὢν ἐνδεὴς, μήτε τῶν τὰ νοηθέντα φρονῶν πολλῆς σαφῶς ἐξενεγκεῖν ἀπόρως, ἀλλ' ἐν ἀμφοτέροις ἄκρος. Πρὸς τὰ ἔργα δὲ καὶ τοὺς κινδύνους εὐψυχος καὶ μεγαλόπολις, πρωτεύσαι τε τὰ κατ' αὐτὸν ἐσπούδασε, καὶ πρὸς ἅπαντα χαλεπὸν ἀρετῇ ἠμύνατο.

Jovianus Pontanus, Philoſophus & Poeta, multa ſcripſit tum proſâ oratione, tum carmine, quæ extant.

Jovinianus, Maximianus Cæſar ſic voluit vocari, quòd ſe fortiter in Illyrico geſſiſſet.

Jovinianus, nuptias virginitati præferebat, ſecutus opinionem Stoicorum de virtutum æqualitate. Ejus ſcriptis reſpondit Hieronymus.

Iphianaſſa, Iphinoe, & Lyſippe, filiæ Prœti Argivorum regis, quæ cum ad Junonis templum veniſſent, Deam contumeliis affecerunt, patris ſui domum, divitiis templi Junonis, vel ut alii ferunt, formam ſuam Deæ pulchritudini præferentes, à Junone in furorem verſæ ſunt. Vide *Prœtides*. Item *Iphianaſſa* ponitur pro *Iphigeniâ* Lucret. l. 1.

Aulide quo pacto Triviai Virginis aram
Iphianaſſai turparunt ſanguine fœdè
Duces Danaum delecti, prima virorum.

Iphiclus, vel *Iphicles*, fil. Amphitryonis, ex Alcmenâ eodem cum Hercule partu editus, quamvis diverſo ex patre. Hic, cum Juno novercali odio concitata Herculi angues duos immiſiſſet, tanto perculſus eſt timore, ut de cunis decidens vagitu ſuo parentes excitarit: qui cum repente ſurrexiſſent, viderunt Herculem duos miræ magnitudinis angues manibus elidentem. Vide Theocr. in Heraclico.

Iphicrates, Vir Athenienſis, non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplinâ militari nobilitatus. Æmilius Probus, & Plut. Item ſculptor nobilis apud Athenienſes.

Iphigenia, Agamemnonis & Clytæmneſtræ filia, de quâ fabulam hujuſmodi comminiſcuntur Poetæ. Cum Agamemnon in Aulide cervum Dianæ imprudens occidiſſet, Dea indignata, contrariis flatibus Græcorum navigationem eſt remorata. Quâ de re cum vates conſulerentur, reſponſum eſt, Agamemnonio ſanguine Deam eſſe placandam; miſſus igitur Ulyſſes, Iphigeniam aſtu à matre abduxit, Achilli eam nupturam ſimulans, cumque jam immolanda eſſet, Dea ejus miſerta, cervum pro eâ ſuppoſuit, virginem autem in Tauricam regionem tranſtulit, ubi à Thoante rege ejus Deæ ſacris præfecta eſt, quæ humano ſanguine fieri ſolebant. Quo cum poſtea Oreſtes furiis agitatus veniſſet, jamque eſſet immolandus, à ſorore agnitus & liberatus eſt: cum quâ non multo poſt, occiſo Thoante rege, aufugit, ablato ſecum Dianæ ſimulachro, in lignorum faſce abſcondito (propter quod illam *Faſcelidem* vocarunt) quod cum in Italiam veniſſent in Aricino nemore collocarunt. Ovid. Met. 12.

Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.

Prop. lib. 3. el. 7.

Hoc juvene admiſſo claſſem non ſolvit Atrides,
Pro quâ mactata eſt Iphigenia morâ.

Sequitur eorum opinionem qui mactatam volunt Iphigeniam. Ut Virgilius Æn. 2.

Sanguine placaſtis ventos & virgine cæsâ.

Idem lib. 4. el. 1.

Idem Agamemnoniæ ferrum cervice puellæ
Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.

Alii cervam ejus loco mactatam aſſerunt. Ovid. Met. 12.

Suppoſitâ fertur mutaſſe Mycænida cervâ.

Idem Triſt. 4. 4.

Hic pro ſuppoſitâ virgo Pelopeia cervâ.

Juv. Sat. 12.

——— *Et ſi qua eſt nubilis illi*
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etſi
Non ſperat tragicæ furtiva piacula cervæ.

Mart. 3. 49.

Suppoſitam fama eſt quondam pro Virgine cervam.

Iphimedia, uxor Aloei, quæ compreſſa à Neptuno filios geminos peperit. Vide *Aloidæ*.

Iphinous, unus ex Centauris Ovid. Met. 12.

Iphis, puer formæ venuſtate conſpicuus, qui cum Anaxereten puellam impotenter adamaret, neque illa ejus amori reſpondiſſet, impatientiâ repulſæ vitam laqueo finivit; cumque jam ad ſepulturam efferetur, Anaxarete è feneſtrâ proſpiciens, immotiſque oculis funus aſpiciens in ſaxum mutata eſt. Ovid. Met. 14.

Iphis, puella quædam Cretenſis ex Phæſto op. Lygdi & Theletuſæ filia, ipſo nuptiarum die in marem mutata. Nam cum Lygdus uxorem gravidam eſſe animadverteret, peregrè proficiſcens, in mandatis ei reliquit, ut ſi filiam pareret, exponi eam curaret. Idque cum ita evenisſet, anxia Telethuſa, quòd neque naturæ legem, quæ liberis nobis nihil charius eſſe voluit, neque mariti juſſa auderet prævaricari, mediam viam delegit, quâ & pietatis fines non prætergrederetur, & viri indignationem evitaret. Simulat itaque marem ſe peperiſſe, habituque virilem mentitur ſexum, nomenque Iphidis imponit, mari

mari fœminæque commune. Verùm cum jam adoleviſſet, paterque puellam Janthen ei deſpondiſſet, Telethuſa animadvertens rem diutiùs celari non poſſe, Iſidis opem imploravit, quæ precibus ejus exauditis, Iphidem in marem commutavit. Ovid. Met. 9.

Iphitus, Euryti Oechaliæ regis filius, quem Hercules, occiſo patre, è turri præcipitavit. Item Vir Trojanus. Virgil. Æn. 2.

———*Divellimur inde*
Iphitus, & Pelias mecum.

Irene, Conſtantini ſeptem Imp. mater, imperavit cum filio annis 9. An. Dom. 783. Irene & Conſtantinus Synodum in Nicæâ urbe 301 epiſcoporum celebrarunt, in quâ Sanctorum imagines ſunt reſtitutæ. Blond. Conſtantius jam adultus, matrem haud amplius paſſus, imperio dejecit, in ordinem redegit, & ſolus regnavit annis 7. Irene autem hanc repulſam ægrè ferens, filium dolo captum, effoſſis oculis conjecit in carcerem, in quâ & exhalavit animam, An. Dom. 798. Tum imperavit ſola an. 4.

Irenæus, Lugdunenſis Epiſcopus, vir doctiſſimus, cujus extant opera, an. ſal. 179. Euſeb. 5. 5.

Iris, Thaumantis filia, quam poetæ Junonis nunciam faciunt, h. e. aeris. Eſt autem revera arcus cœleſtis, pluviæ plerumque prænuncia. Unde Poetis ὑετόμαντις dicitur, ut ait Olympiodorus Meteor. 3. Plautus in Curcul.

———*Ecce autem bibit arcus, pluet*
Credo hercle hodié.———

Virg. Georg. 1.

———*Et bibit ingens*
Arcus.———

Quo de loco Sen. Nat. Qu. 1. 6. Prop. 3. 4.

Purpureas pluvius cur bibit arcus aquas.

Tib. 1. 4.

Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

Mart. 12. 29.

Caſuras altè ſic rapit Iris aquas.

Ac ne poetis inſiſtam. Vitruvius 9. 4. *Per calorem videmus non minus aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari.* Vide Voſſ. de Theologiâ Gent. 3. 14. Nobis autem Chriſtianis, ut & olim Judæis, aliud Iris ſignificat, de quo Moſes. Gen. 9. 13. *Arcum meum poſui in nubibus, qui erit in ſignum fœderis, &c.* Quod etiam obſcurè innuit. Hom. Il. λ.

———Ἶριν ἠϊόνδε ἄγε Κρονίων
Ἐν νέφεϊ σκίξε τέρας μεγάθυμον ἀνδράσιν.

Et Iliad. ρ.

Ἦτοι πρόφρονι θυμῷ Ἶριν ἀπτῆσι πτερύγεσσι
Ζεὺς ὑψ ἠεροέσσαν τέρας ἔμμεναι ἀνθρώποισι.

Eruditè de *Iride* diſſerit Ammianus lib. 20. ſub finem.

Iromus, Rex Tyri. Tertul. in Apol. *Iromus Phœnix Tyri rex.* In Menandri Epheſii fragmentis à Scaligero editis, ubi de regibus Tyri. Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἴρωμος.

Irus, mendicus Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, vero nomine *Arnæus* dictus. Quem Ulyſſes domum revertens, pugno interfecit. Hom. Odyſſ. 18. Hujus paupertas abiit in proverbium, ſecundum illud Ovidianum:

Irus & eſt ſubitò qui modo Cræſus erat.

Filiam habuit Chryſippen, quæ ex Phthio Hellenem peperit. Steph. in Ἑλλάς.

Iſaac, filius Abraham ex Sarâ: Gen. 17. Joſephus Ant. lib. 1. cap. 20. Γίνεται δὲ Ἀβραάμῳ μετὰ τὸν πολὺν καὶ παῖδος ὀν Σάρρας, ὃν Ἴσαακον ὠνόμασε, τοῦτο γέλωτα σημαίνῃ, διαιρῶντι τὸ τ Σάρραν μεταλλάσαι, πέφευγε φήσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ, μὴ θεραπαινίδων ἤδη τοκάδι φρονούσῃ ἔτι, τ υἱὸν ἔτως ἐκλέσειν.

Iſacius, Comnenus, Græcorum Imp. Hinc uſque adeo continens fertur, ut uxorem nunquam inire voluerit, poſt prolem ſemel ex eâ ſuſceptam, quamvis ad morbi remedium medici conſulerent, ut frequentiore Venere uteretur.

Iſacius. Vide Τζετζες.

Iſæus, Aſſyrius Rhetor, adoleſcentiam variis corporis voluptatibus tradidit, deinde vir factus, frugaliſſimus omnium fuit; Eloquentiam ejus innuit Juvenalis:

Ingenium velox, audacia perdita, ſermo
Promptus, & Iſæo torrentior.

Iſaias, *Jeſaias*, ſive *Eſaias*, nomen prophetæ, qui nobili genere ortus, nihil ruſticitatis in ſermone habuit, nec tam Propheta, quam Evangeliſta dicitur, *Univerſa Chriſti Eccleſiæque myſteria proſequitur, ut non putes eum de futuro vaticinari, ſed de præterito hiſtoriam texere*, ut loquitur Hieronymus. Tandem ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes, occubuit, uti perhibet Epiphanius.

Isburgis, fœmina pudiciſſima, Philippi Theodati Francorum regis uxor, à marito repudiata, quòd is eam ſibi ſanguine propinquam exiſtimaret. Hæc poſtea in perpetuâ continentiâ vixit. Cujus corpus in Eccleſiâ D. Joannis de Inſula jacet ſepultum. Epitaphium autem eſt ejuſmodi.

Hic jacet Isburgis regum generoſa propago,
Regia, quod regis fuit uxor, ſignat imago.
Flore nitens morum vixit patre rege Dacorum,
Inclyta Francorum regis adepta thorum.
Nobilis hujus erat (quod in orbis ſanguine claro
Invenies raro) mens pia, caſta caro.
Annus millenus aderat, decieſque vicenus,
Ter duo, terque decem, cum ſubit iſta necem.

Iſcariotes; Judæ Proditoris cognomentum; quod ſi vivo ei inditum fuerit non incongrue à סקרטיא deduxeris quod & אסקרטיא ſcribitur, & ſig. *indumentum coriarii.* Gloſſa: *Cinctorium coriaceum* indutum à Coriariis, ſupra veſtes ſuas. Ita ut Jud. Iſc. idem forte ſig. quod Jud. cum cinctorio. Anglice *Judas with the Apron.* Jam vero in iſtiuſmodi cinctoriis conſutas habuerunt crumenas, in quibus nummos ſuos circumgeſtare ſolebant. Aut quid ſi artem Coriarii exerceret antequam cooptatus eſſet in diſcipulatum. Simonem certè legimus Coriarium, Act. 10. 43. Atque hunc Judam filium Simonis Jo. 12. 14. Quod ſi non niſi poſt mortem tituli hujus ſtigma inuſtum ei fuerit, ab אסכרא ego deductum reor, i. e. *Strangulamentum* vel *angina. Lightfoot.* Vide M. Kempium de Oſculo Judæ. Art. 2. Sect. 6.

Iſchomache, uxor Pirithoi, ex Atracià Theſſaliæ reg. quæ & *Hippodamia*, quam cum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theſeo profligati ſunt. Vide *Hippodame.*

Iſidorus Characenus, *In deſcriptione Parthiæ* citatur ab Athen. lib. 3. Ejus ſcriptoris Σταθμοὶ Παρθικοὶ primus in lucem protraxit David Hoeſchelius, citatur pluribus in locis à Plinio. Malè autem Schottus eum confundit cum C. Cæcilio Claudio Iſidoro, de quo idem Plin. 33. 10. Alius quoque *Iſidorus* fuit Phyſiologus, ex quo Germ. Cæſar de corvo quædam refert. Diverſi quoque ab his *Iſidorus* Peluſiota, cujus epiſtolæ hodiè extant; & *Iſidorus* Hiſpalenſis cujus originum libri manibus omnium terentur.

Iſigonus, Cittienſis memoratur à Cyrillo adverſus Julianum lib. 3. *Iſigonus* Nicæenſis à Gellio lib. 9. cap. 4. De utriſque Voſſ. Hiſt. Gr. p. 381.

Iſis, vide *Io.* Fuit autem uxor Oſiridis, & pro Deâ ab Ægyptiis culta. Lucan. lib. 8.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.

Sacerdotes ejus *Iſiaci* dicti, qui veſtibus tantum lineis, quas illi λινοσιδίας appellabant, amiciebantur. De quibus vide Diod. Sic. & Plut. pecul. lib. De Iſide & Oſiride. De habitu vero eorum adi Torrentium ad Domitianum Suetonii cap. 1. Herodotus Musâ ſecundâ: Ἐσθῆτι δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέῃ μούνῃ. Apul. in Apol. ratione apertâ cur lana à ſacrificio ſit alienior addicit: *Sed enim* munditiſſima lini ſeges inter optimas fruges terra exorta non modo indutui, & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui in rebus ſacris uſurpatur, Juven.

Qui grege linigero circumdatur.———

Iſmene, Oedipi filia, Cyrrhæi cujuſdam juvenis ſponſa, qui ante nuptias à Tydeo occiſus eſt. Apollodorus: Οἰδίπους δὲ καὶ τ βασιλείαν παρέλαβε, καὶ παῖδας ἐτέκνωσεν, ἐξ αὐτῆς Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα, θυγατέρας δὲ Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην. Hyginus cap. 67. *Oedipus regnum paternum & Jocaſtam matrem inſcius accepit uxorem, ex quâ procreavit Eteoclem & Polynicen, Iſmenen & Antigonam.* Diodorus Siculus lib. 4. Τὸν δὲ Οἰδίποδα γήμαντα τ ἀγνοούμενον ὑφ' ἑαυτῆς μητέρα, γεννῆσαι μὲν ἐξ αὐτῆς Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην, δύο δὲ θυγατέρας, Ἀντιγόνην καὶ Ἰσμήνην.

Iſmenias, nomen Thebani tibicinis. De quo Plut. in Pericle. *Cum audiſſet Antiſthenes Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, malus igitur. Nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.*

Iſocrates, Orator Athenienſis, unus è decem, dulcis & numeroſus in dicendo fuit. Ad Remp. non acceſſit, neque in concionem aſcendit, deficiente pronunciatione: tum etiam ad evitandam invidiam eorum qui libenter iis, qui eloquentiæ honore præſtant, ſe opponunt. Civitatem tamen juvit, Philippumque in his quæ ad illum ſcripſit Athenienſibus conciliavit. Item *Iſocrates* prioris auditor, ex Apolloniâ Ponti, Orator & ipſe nobilis: Scripſit orationes quinque, quæ & unà cum claris oratoribus certavit in funere Mauſoli Artemiſiæ viri. Suid. Item *Iſocrates* ac Machaon Præfecti claſſis Corinthiorum in bello Peloponneſiaco contra Athenienſes à Thucydide commemoratur.

Iſrael, nomen Jacob, inditum ei ab angelo. Gen. 32. verſ. 28. Inde pop. *Iſraëlitæ.* Eſt autem שרה ex ישראל quod eſt *prævalere*, ſeu *principatum obtinere* & אל quod

Deum

Deum & *fortem* significat. Iodque initio positum nominis proprii est formativum ut in יצחק *Isaak* & יעקב *Jaacob*. Muisius,

Ister, sive *Istrus*, historicus, Callimachi discipulus, unde *Callimachius* dictus est, varia scripsit, quorum meminerunt Athenæus, Harpocration, Plut. Laert. Eust. Steph. & alii. Duo autem fuere *Istri*, alter Alexandrinus, ut videre est apud Plut. in Qu. Græc. Alter Calatinus, Steph. in *Calatis*. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 4. cap. 12.

Isthmia, inter quatuor sacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græciâ celebrantur in honorem Neptuni, instituta à Theseo (ut Plutarcho videtur) aut Palæmonis, ut ex Archiæ Poetæ Græco epigrammate colligitur, quod etiam hodie extat in Anthologiâ. Hujus certaminis victores pinu coronabantur. Vide Plut. in Theseo.

Istomachus, laudatur Sorano in Vita Hippocratis, ubi eum fuisse natum primo octagesimæ Olymp. anno refert.

Italus, & *Atlas* dictus est Kittim, Janigenarum rex, hic filiam suam Electram Janigenarum principi Cambobloscono dedit conjugem, & Romam filiam suam Aboriginibus sacravit. Berosus. Hæc Romæ fundamenta posuit, quæ postea à Romulo ita sunt exornata, ut meritò urbs diceretur. Fab. Pictor. Item Cheruscorum rex, an. U. C. 799. Item Telegoni filius, qui Italiam ex suo nomine vocavit. Hygin. fab. 127. Dion. Halicarn. lib. 1. Ἰταλίαν δὲ ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθη ἐπ' ἀνδρὸς δυνατοῦ, ὄνομα Ἰταλοῦ· τοῦτον δέ φησιν Ἀρτιοχος ὁ Συρακούσιος ἀγαθὸν μὲ σοφὸν γενόμενον καὶ πλησίον ὄντα τοῦ μὲ λόγοις ἀναπείθοντα τοὺ δὲ βίᾳ προσαγόμενον ἅπασ ὑφ' ἑαυτὰ ποιήσασθ & γλυκὺ ὅσον ἐστὸς ἦσαν τοῦ κόλπου εἶτε Νεαπόλιν καὶ τὸ Σκυλάκιον.

Ithyphallus, Priapus est. Colum. lib. 10.

——*Sed truncum forte dolatum*
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Inde *carmen Ithyphallicum*, cujus exemplum Casaubonus produxit Animadvers. in Athenæum lib. 6. cap. 15. Hesychius: Ἰθύφαλλον, τὸ ἐντεταμμένον αἰδοῖον. Δημοσθένης δὲ γελοίους τινὰς ἀσελγεῖς τοὺ ἰθυφάλλους εἴρηκε. Λέγεῖ δὲ καὶ ποιήματά τινα ἐπὶ τοῦ ἰσχυρῶν φαλλῶ ᾄδόμενα.

Itonus, Thessaliæ rex, Deucalionis filius, invenit rationem conflandi æris, argenti & auri, signandæque monetæ. Lucan. lib. 6.

Primus Thessalicæ rector telluris Itonus
In formam calidæ percussit pondera massæ;
Fudit & argentum flammis, aurumque monetâ
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.

Itylus, filius Zethi ex Aëdone conjuge, quem mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amalea Amphionis filium, cujus fœcunditati invidebat, quòd jam sex filios mares peperisset. Quo errore mane cognito, doloris impatientiâ contabuit, & Deorum miseratione in luscîniam commutata est. Catullus epigr. ad Ortalum:

Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias absumpti fata gemens Ityli.

Ityς, Terei Thracum regis fil. ex Progne Pandionis Atheniensium regis filiâ, quem mater interemit, Tereoque viro suo, quòd Philomelæ sorori suæ vim intulisset, epulandum apposuit. Quam uxoris impietatem, cum Tereus, agnito filii capite, deprehendisset, strictoque ense Prognem ac Philomelam insequeretur, in upupam dicitur esse commutatus, Progne vero in hirundinem, Philomela autem in luscîniam, *Ityς* denique in phasianum. Ovid. Met. 6.

Juba, rex Mauritaniæ Pompejanarum partium constantissimus assertor, qui Curionem à Cæsare in Africam missum cum omnibus copiis delevit. Victo verò Pompeio, cum Scipione copias conjunxit, commissoque prælio superatus, cum nulla jam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis vulneribus concurrens cecidit. Plut. in Cæs. Item *Juba* superioris fil. vir multijugæ eruditionis, paternæ dignitatis plane exsors non remansit. Nam Augustus studiis eum jam egregiè excultum, suasque secutum partes adversus Antonium, pro paterno regno, quibusdam Gætuliæ partibus, & Bocchi, & Bogudis ditionibus donavit, præterea uxorem ei dedit Cleopatram Selenen, juniorem Antonii Triumviri ex Cleopatrâ filiam. Edidit inter alia Commentarios de Libyâ, & alia. Vide Voss. Hist. Gr. 2. 4. & P.Gr. p. 71. Alius est *Juba*, ex quo Priscianus, initio libri de versibus Comicis, aliqua refert de Iambicis cacometris. Grammaticus is fuit, ac Latinè scripsit.

Jubal, fil. Lamech ex Adâ uxore, Gen. 4. Item *Jubal* Celtarum rex primus, qui eò à Jano, h. e. Noe patre suo missus est. Berosus lib. 3. Hesychius: Ἰυβάλ, κλεινὸν ὄνομα τῶ κατα δύσεως κελτῶν.

Judas, fil. Mattathiæ, 1 Macch. 2. *Judas* Iscariotes unus ex 12 Apostolis. Item frater Jacobi. Jud. 1.

Judas Galilæus, seditionis author. Vide Jos. Ant. lib. 17. cap. 15. Item *Judæus* Gaulonites, qui seditionem movit contra Romanos. Jos. ant 12. 3. De bello Jud. 2. 2.

Judas, scriptor quidam Ecclesiasticus, qui de septimanis, quæ à Daniele referuntur, differuit, & Antichristum jamjam imminere existimans, multorum fidelium animos perturbavit. Euseb. 6. 3.

Judith, nomen viduæ cujusdam nobilis, quæ Holophernem ducem exercitûs regis Assyriorum patriam suam obsidentem dolo peremit. Judith. cap. 8. Multi viri eruditi, inquit Grotius, sudant ut quæ hoc libro continentur quæ ipsi revèra ita gesta putant, concilient cum historiis non dubitatis, quæ sunt aut in sacris, aut in Græcorum literis. Puto diu sudaturos, priusquam aut aliis, aut sibi satisfaciant; veriusque esse, ea quæ sunt in hoc libro esse αἰνιγματώδη· scriptumque librum cum primum Antiochus Illustris in Judæam venisset, templo nondum per Idolum polluto in hoc ut Judæi spe divinæ liberationis confirmarentur. Nam יהודיא esse Judæam gentem nemo negaverit. Bethulia בית-אל יה est Templum. Gladius inde egrediens sunt preces sanctorum. Nabuchodonosor Hebræis sæpe Diabolum fig. & Assyria fastum. Diaboli Instrumentum Antiochus qui hic tecto nomine Holophernes (id est חלפר נחש *lictor serpentis*, Chaldaice, i. e. ut jam diximus, minister Diaboli) Judæam, formosam quidem (nam propterea apud Danielem צבי dicitur) sed viduam i.e. ab omni auxilio destertam subigere volebat. Sperabant pii, fore ut is Deo pœnas daret, quemadmodum dedit. Joachim in Græco, aut, in Latino est, Eliakim, qui hic dicitur fuisse summus sacerdos, Deum surrecturum significat. Ea spes homines Deo conjungit, quod opus sacerdotis maximi. Vide 1 Mac. 7. 14. Cætera sunt ἐπισοδιώδη, ornamenti causa addita, qualia in parabolis multa.

Jugula, hoc nomine Plautus dixit sydus Orionis in Amphitryone: *Neque Jugula, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt*. Festo ab eo videtur dici, quòd ea stella amplior cæteris, quasi nux Juglandis. Sed aliter Varro lib. 6. de L L. aliter Isidorus lib 3. Orig. & eum secutus vetus Germ. Cæsaris Scholiastes, quos vide, & infra in *Orion*.

Jugurtha, fil. Mastanabalis, fratris Micipsæ, regis Numidarum, quem patruus moriens hæredem regni sui constituit, unà cum duobus filiis suis adhuc impuberibus, Adherbale, & Hyempsale: quos ille posteà beneficiorum immemor, insidiis adortus interfecit, uti solus regnaret. Id ægrè ferentes Romani, bellum adversus eum moverunt; quod ducum inertiâ, perfidiâque præter omnium expectationem, multos in annos est protractum: quo temporis intervallo, vario sæpe eventu pugnatum est, donec misso in Numidiam Mario, Jugurtha, fractis opibus suis, ad Bocchum Mauritaniæ regem confugit: à quo proditus, Syllæque traditus, ad Marium perductus est, & ab eo Romæ triumpho ductus, tandemque in carcerem conjectus animi dolore periit. Sallust. de bello Jugurthino. Lucan. lib. 2.

Nuda triumphati jacuit per regna Jugurthæ.

Et lib. 9.

——*Quàm ter Capitolia curru*
Scandere Pompeii, quàm frangere colla Jugurthæ!

Claud.

Traximus immanem Marii sub vincla Jugurtham.

Inde *Jugurthinus*. Unde est illud in Sallustium apud Quint. lib. 8. cap. 5.

Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe, Jugurthinæ conditor Historiæ.

Julia, Augusti filia, parum secundæ famæ, adeo ut ob frequentia adulteria à patre sit in insulam relegata.

Julia gens, dicta est ab *Iulo* Ascanio, sive ab *Iulo* filio ejus. Festus. Vide Steph. in Ἰουλεῖς.

Julianus, Rom. Imp. cognomento Ὁ παραβάτης sive Apostata, quòd à Christianismo ad Ethnicismum impiè desciverat. De cujus parentibus, ac scriptis vide Voss. Hist. Gr. pag. 250. Puer bonæ indolis apparuit ab initio, & institutus Christianismo, tunc cœpit esse fidei desertor, cùm contra Christianos edidit librum, quem argutissimè Cyrillus, Alexandriæ episcopus, confutavit. Gallis primum fuit præpositus, unde & in campis Argentoratensibus cum parvâ manu infinitas hostium copias delevit, ob id assensu militum concordi, Augustus factus est. Hinc Constantinopolim profectus est in Persas bellum gesturus. Christianis Scholas prohibuit, ne doctores artium liberalium essent, unde materia deesset, & paulatim ingenium fidei defendendæ deficeret. Jo. Antiochenus: Χειστιανὸς ἐκέλευσεν ἑλληνικῆς παιδείας ἀπολαμβάνειν. Idem tradit Socrates, Theodoritus, ac Sozomenus, iisque posteriores Zonaras ac Cedrenus. Constat tamen Julianum non discendi sed docendi tantum ac publicè profitendi facultatem Christianis ademisse. Sic Marcellin. lib. 25. *Inter quæ erat illud inclemens, quòd docere vetuit magistros Rhetoricos, & Grammaticos Christianos, ni transissent*

fissent ad Numinum cultum. Accedit Eunapius, qui Proæresium magistrum suum imperante Juliano scribit à docendi munere exclusum fuisse, eo quòd Christianus haberetur. Nec dissentit Orosius, lib. 7. *Aperto tamen præcepit edicto, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset.* Postremo extat Edictum ipsum Juliani, inter ejusdem epistolas, quo disertè edicit eam legem ad solos professores ac magistros pertinere: τοῖς δὲ παιδευταῖς καὶ διδασκάλοις ἄπασι κοινὸς κεῖται νόμος· ὁ βελόμενος γὰρ ἧς γέων φοιτᾶν, ἐκ ἀπεκέλευσα. Sed edictum ipsum obscurioribus verbis de industriâ conceptum fuisse videtur, eo, ut invidia, atque atrocitas rei molliretur. Plura vide in Annal. Ill. Card. Baronii, cujus opinionem temerè reprehendit. R. Montacutius in notis ad Gregorii συλλογικὸν d. *Valesius.* Lex vero ista non ad solos Grammaticæ ac Rhetoricæ magistros, sed etiam ad Medicinæ professores pertinuit. Chrysost. Hom. 40. in Juventinum & Maximum: Ἰατροὺς καὶ γραμματικοὺς καὶ σοφιστὰς καὶ ῥήτορας ἅπαντας ἀφίσασιν ἧς ἐπιτηδευμάτων, ἃ ἦν πίστιν ἐξόμνυσι ἐκέλευον. Extat hoc ipsum Edictum Juliani Ep. 42. cujus pars esse videtur lex V. Cod. Theod. *de Medicis & Professoribus.* Sed ea lex postea à Valentiniano abrogata est, & professores Christiani thronis suis restituti lege 6. ibidem. Idem. Ornamenta divino cultui dicata, & sacras Ecclesiæ pecunias auferebat. Sacerdotes, & Clericos, populumque Christianum crudeliter vexabat, templaque diruebat. Prælio tandem cum Persis commisso, acceptoque lethali vulnere, & manu cruore repletâ, ut in Deum nostrum blasphemaret, in aerem sanguinem projiciens, dixit *Vicisti tandem, Galilæe, vicisti.* Sic enim Christum vocare solebat, ejusque cultores Galilæos, Sozom. 6. 7. & 10.

Julianus Saba, Eremita, cum aliquanto intentius Deum deprecaretur, eo ipso die, quo cæsus fuit Julianus Apostata, rescivit, quamvis pluribus quam 20 stadiis exercitus abesset, ab eo loco, in quo precibus vacabat. Vide Theodor. Hist. 3. 24.

Julius Africanus, Christianus Chronologus, de quo vide Voss. Hist. Gr. p. 236. & 287.

Julius Maximus, cum filio Maximino 26 Rom. Imp. Germanos vicit, crudelis in Romanos fuit, Alexandri Severi amicos undique interfecit. Capitolinus. Herodianus, lib. 7.

Julius Cæsar, Rom. Imp. vide *Cæsar.* Ejus res gestas breviter perstrinxit, Plin. 7. 25. *Juliorum* autem nomen ab *Iulo* Ascanio Æneæ filio tractum putatur. Virg. Æn. 1. Hujus honori tributum est, ut septimus anni mensis (eo enim natus est) *Julius* fuerit appellatus, cùm antea Quintilis diceretur, quòd quintus esset à Martio, à quo Romani suum olim auspicabantur annum.

Julius Cordus, historicus, qui vitas Imperatorum scripsit.

Julius Montanus, poeta quidam Elegiographus, cujus meminit Crinitus.

Julus, Æneæ fil. qui & *Ascanius.* Virgilius:

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia.)

Julus Antonius, fil. M. Antonii Triumviri & Fulviæ. Dio lib. 51. Ἴουλον τὸν Ἀντωνίου καὶ τῆς Φουλβίας υἱὸν, &c. Ubi rectè *Julus.* At eidem malè *Julius* est lib. 54. & 55. ut & Suetonio in Claudio c. 2. & de Illustribus Grammaticis, cap. 21. Consul fuit cum Paulo Maximo, an. U. C. 743. Huic Horatii Oda secunda libri quarti inscripta est.

Junius Saturnius de Augusto quidpiam scripsit. Sueton. in Octaviano, cap. 27.

Juno, Saturni & Opis filia. *Jovisque Et soror & conjux*, uti seipsam vocat apud Virg. Æn. 1. Dea regnorum fuit & divitiarum, quæ & nubentibus præesse creditur, unde *Pronuba* vocatur, & parturientibus obstetricari, unde *Lucinæ* nomen sumpsit. Unde mulieres Junonem invocabant, aut advocabant. Ut illa apud Petronium. *Junonem* meam iratam habeam. In Tibullo amator ad suam:

Hæc per sancta tuæ Junonis numina juro.

In Satyrico:

Et per Junonem Domini jurante ministro.

Scilicet illi molli & pathico, qui fœminam se ferret & exhiberet. Filiam habuit Heben, quam ex sylvestribus lactucis concepisse fertur, quas ab Apolline invitata avidiùs comederat. Jovi Vulcanum, & Martem peperit, quamvis Ovidius Martem sine viro eam malit concepisse, Olenii tantum floris contactu. Physici *Junonem, aera* interpretantur, ideoque *Jovi* & *sororem*, & *conjugem* dictam volunt, quòd summa sit aeris cum æthere cognatio, & similitudo. Inde *Junonius* Ovid.

Laudataſ ostentat avis Junonia pennas,

Pavonem intelligit. Avis enim illa Deæ illi sacra. Juven.

——Didicit jam dives avarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Ut pueri Junonis avem.

De Junone Moneta vide Ovid. Fast. 6. vers. 183. Ex hujus lacte effuso Galaxiam factam fuisse fabulatur Eratosthenes. Achilles Tatius in Isagoge ubi de lacteo Circulo. Περὶ δὲ τούτου φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Καταστερισμῶν μυθικῶν ἐκλογῇ Γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος· τὸν γὰρ Ἡρακλέα ἔτι βρέφος ὄντα, καὶ τὸ μαζὸν τῆς Ἥρας ἐπισπασάμενον σφοδρότερον, ἐκείνην ἀπωσαμένην, καὶ ὑπὸ πλεονάζοντος τοῦ γάλακτος κύκλον γενέσθαι πεφυκότος. Poetæ, ut plurimum, Majestatem planè regalem ei tribuunt. Manil. lib. 1.

Nec mihi celanda est fama vulgata vetustas
Mollior: è niveo lactis fluxisse liquorem,
Pectore Reginæ Divum, cœlumque colore
Infecisse suo, quapropter Lacteus orbis
Dicitur, & nomen causſa descendit ab ipsâ

Virgil. Æn. 1.

Effodere loco signum quod Regia Juno
Monstrabat, caput acris equi.

Et lib. 4.

Tunc sic excepit Regia Juno:

Et lib. 10.

Tum Regia Juno Acta furore gravi.

Val. Flaccus, lib. 5.

Patitur nec Regia cerni Juno virum.

Papin. Theb. 5.

Tunc Regia Juno Arma habituſque virum, &c.

Huic enim Divæ imperia & omnia magnifica inter mortales largiri posse dederunt ijdem Poetæ, imo & Oratores. Sic enim Junonem depingit Lucianus in Judicio Formarum: Ὡς ἦ βασιλικὸν αὐτῇ καὶ σεμνὸν ἀπολάμπει καὶ ἀληθῶς ἄξιον τοῦ Διός. Pollicetur vero & ipsa Judici. Εἰ γαλάσοι τὸ δῶρον ἡ νίκης ἡ ἐμῆς. Ἦν γάρ μοι Ὦ Πάρι δικάσῃς τὸ κάλλος, ἀπόσης ἴσον ἡ Ἀσίας ἅπασης. Huc pertinet quod veteres de incessu ejusdem tradunt. Ipsa apud Virg. Æn. 1.

Aſt ego quæ divum incedo Regina——

Athenæus quoque Ἡραῖον βαδίζειν dixit ad gravitatem incessus explicandam. Prop. 2. 2.

——Incedit vel Jove digna soror.

Addit Turnebus hinc lucem dari Horatio Sat. 3. lib. 1.

Sæpe velut qui Junonis sacra ferret.

Nam qui ferebant Junonis sacra, ejus quoque incessum imitabantur. *Juno infernа* pro Proserpinâ. Virg. Æn. 6.

——Lento vimine ramus
Junoni infernæ dictus sacer.

Statius:

Stygiæque severos Junonis thalamos.

Idem:

Jam complexa manu crinem tenet Infera Juno.

Silius:

——Comites Junonis Avernæ.

Phylarchus historicus, lib. 19. ait olim Junonem Jovi iratam in Eubœam secessisse, quam cum placare Jupiter conaretur, ad Cithæronem Platæensium regem, hominem vaferrimum, consilii capiendi causâ, accessit: à quo edoctus ligneum simulacrum affabrè dedolavit, ad muliebrem effigiem, idque plaustro impositum, vestibus ornatissimis induit, rumoremq; sparsit, se Platæam Asopi filiam, uxorem ducturum, quo nuncio accepto Juno, quæ nullis precibus placari potuerat, ultro Jovem accedit, procatur, amplexatur; ipsi simulacro, pellicem ultura, manus injicit: ut vero se ludum fieri sensit, nullâ morâ interpositâ cum Jove in gratiam rediit. Huc etiam spectat callidum Æsopi fabulatoris, de reducendâ Xanthi Philosophi uxore, quæ diverterat, commentum, à Max. Planude in ejus vitâ relatum.

Jupiter, Opis & Saturni filius in Cretâ insulâ, eodem cum Junone partu editus, & in Idâ monte à Curetibus educatus, idque clam patre, qui ex pactione cum Titane fratre initâ, filios suos omnes devorabat. Cum autem in virum adolevisset, cognovissetque etiam tunc patrem vitæ suæ insidiari, regno eum pepulit, mundique imperium cum fratribus Neptuno & Plutone sorte divisit: ac Jovi quidem cœli, & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit. Eum in Cretâ natum certum est, ideoque Creta dicta ejus insula, & ipse *Creticus* Minucio Felici, *Mars Thracius, vel Jupiter Creticus, vel Juno Argiva*, & *Cretensis* Lactant. lib. 1. Sed sciendum hanc rem incertam esse, & planè fabulosam. Nam Demetrius Scepsius, ut est apud Schol. Apollonii, lib. 3. tradit Phrygas Jovem apud se natum & educatum contendere cum Cretensibus, & Arcadibus, ex quâ fabula Delrius in Troad. Sen. lucem dat Propertio 3. 1.

Idæum Simoenta, Jovis cunabula parvi.

Lege Pausan. in Arcad. & Messen. apud quem utraque hæc gens sibi vendicat natales Jovis. Nomina, cognomina & Epitheta Jovis collegit & ordine alphabetico digessit Xystus Bo-

tulejus ad Lact. pag. 79. Cedrenus: Ὁ Ζεὺς πάντων ἀνθρώπων φησὶν ἀπ' αἰῶνος ὑπερμεγεθῶν πλείονα, χρόνον, φαντασίας μεγάλων δεινῶν, μυσερῶν πολέμων, ἀστέρων, αὐτὸς ὢν μανιερώτατος καὶ δρασιχώτατος καὶ βδελυρώτατος μοιχείας, καὶ ἀνδρομανίας καὶ ἀρρητοποιίας τε πάσης, καὶ μιαιφονίας καὶ ἀκαθαρσίας, καὶ πάσης ἀθεμιτουργίας καὶ αἰσχυντηλίας ἐναγεστάτης ἐν γνησίῳ ἐτῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι χρόνων ἡ ζωὴ αὐτῷ (πρεσβύτερα γὰρ φασιν αὐτὸν ζῶσα) ἐφολακὼς πάντας τοὺς θεοὺς αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτὸν ἀθεμίτως ἐβασίλευσεν. πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ καὶ ἀκαθαρτότατα πάντων πολλάκις πονηρῶν ὧν ἐπ' αὐτῷ, καὶ πάσας κρύας ὠφελίας, ὅσας λέγουσι θεὸν ὀφθαλμοῖς διέφθειρεν, &c. Cæterum de variis (ut ita dicam) *Jovibus* vide omnino clariſſimum Voſſ. de Theolog. Gentili. lib. 1. cap. 14. De nominis etymo Lactantius, lib. 1. Ζεὺς vel Ζῆν *appellatus eſt, non à fervore cæleſtis ignis, vel quod vitæ dator, ſed quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit.* Etymologus autem: Ζεὺς (inquit) παρὰ τὸ ζῆσαι, διαμένειν γὰρ ὁ ἀήρ, quod etiam tanto magis probabile videtur, eò quòd & hic Jupiter *Hammon* ſeu *Ammon* vocatur, quæ vox (inquit Bochartus) à vocabulo Ægyptiaco Ἀμὼν deſcendit, quod ab Ebræo חמם derivatur, i. e. *fervere, incaleſcere.* Idem Lactant. dicto loco, *Jupiter, quaſi juvans pater dicitur.* Sic Agellius 5. 12. *Jovem Latini veteres à juvando appellavere, eundemque alio vocabulo juncto, patrem dixerunt.* Hoc etiam voluere Cicero, & Cato de R. R. cap. 141. Alii autem ab Ἰαὼ πατὴρ ſeu Ἰαὲ πατὴρ, i. e. *Jehova pater*, Latini autem veteres *Joupater* dicebant pro *Jovis pater*, ut & *Jouglans*, pro *Jovis glans*. Phyſici Jovem interpretantur eſſe elementum ignis, dictumque eum putant à *juvando*, eo quod nulla ſit res, quæ ſic omnia foveat, quemadmodum calor. Aliquando pro *aere* ponitur. Horat. 1. Car. 1.

——*Manet ſub Jove frigido*
Venator.——

Hoc eſt, ſub *Dio*. Aliquando pro *pluviâ*. Virg. Georg. 2.

Et jam maturis metuendus Jupiter uvis.

Tzetzes in priorem librum Ἔργων· Ζεὺς σημαίνει βασιλέα πραγματικῶς ψυχικὸν ἢ ἀέρα νῦν ὃς καὶ τὰς γνάφους Μέσους ἡμᾶς. Στοιχειακῶς ἢ πᾶν τὸ ὑφέστον σῶμα, καὶ τὰ μὲν ἄνω, ἀέρα καὶ τὸ νεφηγόδες κατάστημα καὶ ὄμβριον· ἢ ἥλιον, ἢ ἀέρα, ἢ πλάνητα, καὶ ἢ Εἱμαρμένην καὶ τὸν Στωϊκόν. Ennius:

Hic is eſt Jupiter quem dico, quem Græci vocant
Aerem.

Min. Felix: *Interpretantur Junonem aera, Jovem Cælum*, Neptunum mare, Ignem eſſe Vulcanum. Homerus: Ἐκ Διός. Ubi Scholiaſtes: ἀντὶ τοῦ ἐκ νεφελῶν. Διὸς ὄμβρος apud Theocritum. Virgil. Georg. 2.

Et jam maturis metuendus Jupiter uvis.

Juven. Sat. 5.

Fremeret ſævâ cum grandine vernus Jupiter.

Claud. 1. in Eutrop.

——*Nimboque minacem*
Sanguineo rubuiſſe Jovem.

Val. Flaccus, lib. 5.

Qualiter ex altâ cum Jupiter arce coruſcat
Pleiadas ille movens, miſtumque ſonoribus imbrem
Horriferamque nivem.——

Mart. 6. 35.

Cum pluvias madidumque Jovem perferre nequiret,
Et rudis hybernis villa nataret aquis.

Hor. 1. Carm. 22.

Quod latus mundi nebulæ, maluſque
Jupiter urget.——

Fuſius Bibaculus merito ab eodem Horatius irriſus hoc verſu:

Jupiter hybernas canâ nive conſpuit Alpes.

Et quamvis trecentos *Joves* à M. Varrone enumeratos Tertullianus teſtetur, tamen huic uni Jovi omnia tribuuntur, ne multitudo memoriam fallat. Metamorphoſes autem varias Jovis demonſtrant tyrannos, & ſceleratos homines libidini deditos in omnes brutorum formas mutari, & ad turpiſſima quæque dilabi. De variis hujus Dei cognominibus vide omnino Lud. Vivem in Aug. de C. D. 7. 11. Inter aves Aquilam Jovi Poetæ dederunt. Horat.

Qualem miniſtrum fulminis alitem,
Cui rex Deorum regnum in aves vagas
Permiſit, expertus fidelem
Jupiter in Ganymede flavo.

Et proinde *Jovis armigerum* Silius; *Jovis volucrem* vocat Lucanus. Hic lib. 10.

Armiger haud aliter magni Jovis, anxia nido
Cum dignos nutrit geſtanda ad fulmina fœtus,
Obverſam ſpectans ora ad Phaethontia prolem
Explorat dubios Phœbeâ lampade natos.

Ille lib. 9.

Utque Jovis volucer calido cum protulit ovo
Implumes natos, ſolis convertit ad ortus,
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Suſtinuere diem, cœli ſervantur in uſus,
Qui Phœbo ceſſere, jacent.

Vide Claud. præfat. ad lib. de 3. conſ. Honorii.

Juſtinianus, Rom. Imp. multa bella per legatos ſuos confecit, Jus civile in eum ordinem redigendum curavit, quo nunc utimur. Suidas literarum rudem fuiſſe ſcribit. Zonaras tom. 3. ait immodico ædificandi ſtudio flagraſſe, ut & ſtipendia artium liberalium magiſtris jam olim conſtituta ſuſtulerit, ut haberet ſumptus, quos in ædificationes profunderet. Ejus ingenium ita deſcribit Procopius: juxta malignus erat & deceptu facilis; cujus ingenium pravum & fatuum dixeris. Diſſimulabat ipſe fraudibus omnium expoſitus Temperamentum inſolitum, cum ex contrariis conſtet. Inconſtans amicis, inimicis inexorabilis, avarus, contentioſus, novarum rerum cupidus; ad ſcelera facile, ad optima nullis ſuaſionibus moveri poterat.

Juſtinianus 2. Rom. Imp. Conſtantino patri ſucceſſit. Is per ætatem & imperitiam malè Remp. gerebat, & violatâ pace, quam ejus pater cum Saracenis fecerat, & Bulgaris, eò demum redactus eſt, ut pacem ab utriſque cogeretur ipſe petere. Tandem ob crudelitatem ejectus, & præciſis naribus relegatus, Leontium reliquit ſucceſſorem. Vide Diac. lib. 19.

Juſtinus, 1. Imp. Rom. Anaſtaſio ſucceſſit, obſcuro genere natus, & è ſubulco factus miles, uti ſcribitur.

Juſtinus, 2. Imp. Rom. Juſtiniani Primi ex filiâ nepos.

Juſtinus, Hiſtoricus, Trogi epitomator, Antonini Imp. ætate vixit, ſi Voſſio credimus, quem vide de Hiſtoricis Gr. 1. 32.

Juſtinus, natione Samaritanus, Philoſophus, Apologeticum pro Chriſti fide conſcripſit, & Antonino Pio Rom. Imp. tradidit, tandem martyrio coronatus. Euſeb. 3. 8.

Juſtus, hiſtoriographus quidam Tiberienſis, qui de rebus Judaicis hiſtoriam ſcripſit. Operis ejus mem. Phot. Tmem. 35. Ubi judicium tale de eo refert, ſc. Stylum ejus eſſe, *conciſum, & pleraque relatu maximè neceſſaria prætermittentem.* Ad hæc dicit, communi Ebræorum vitio laboraſſe, ut cum Judæus genere eſſet, nullam de Chriſti adventu, aut miraculis ejus, faceret mentionem. Multa item in hiſtoriâ finxiſſe ait: imprimis de iis quæ ad Romanorum adverſus Judæos bellum, & excidium Hieroſolymorum pertinerent. Plura de eo Joſephus in Vitâ ſuâ. Mem. etiam Euſeb. Hiſt. Eccleſ. 3. 9. Item Hieronym. in Catalogo, nec non Steph. in Τιβεριάς. Item mem. Honorius in Luminaribus Eccleſiæ, apud quem perperam *Juſtinus* legitur. Alia quoque ab eo edita fuiſſe ex Suidâ diſcimus. Apud Laertium in Socrate citatur Ἵππος ὁ Τιβεριεὺς ἐν τῷ σίμωνι, ubi ſignat opus de Regibus Judaicis coronatis. Fruſtra vero Xylander apud Steph. *Joſephus* pro *Juſtus* legendum eſſe ſuſpicatur. Nam Joſephus non Tiberienſis fuit, ſed Hieroſolymitanus.

Juſtus, Hieroſolymorum epiſcopus, Simeoni cruci affixo ſucceſſit, an. ſal. 97. Alius Hieroſolymorum epiſcopus, an. ſal. 118. Alius Alexandriæ epiſcopus an. ſal. 122.

Juſtus, conſul cum Januario, an. U. C. 1080.

D. Juſtus, vir ſanctiſſimus, ob Chriſtianæ fidei confeſſionem in exilio martyrium conſtantiſſimè paſſus eſt. Ado archiep. Vien.

Juturna, Dauni filia, Turni Rutulorum regis ſoror, quam Jupiter pro ereptâ virginitate, immortalitate donavit, Numicique flu. nympham fecit. Hæc in bello fratrem adverſus Æneam multum juvit, ſed videns fratri necem inſtare, in Numicum flu. ſe occultavit. Virg. Æn. 2. Alii dicunt eam rem habuiſſe cum Latino rege, eoque palam facto, ſuâ ſponte ſe in Numicum præcipitaſſe. Reverâ autem *Juturna* fons eſt in agro Latino in Numicum amnem influens, quæ res poetis occaſionem fabulandi dedit.

Juvenalis, poeta Satyricus ex Aquino oriundus; Is ferè ad mediam ætatem declamavit, poſtea vitiis offenſus Satyras ſcripſit, ſed cum Schemate notaſſet Paridem Pantomimum, jam octogenarius ſpecie honoris præfectus eſt cohorti in extimâ Ægypto, inde *Irati hiſtrionis exul* vocatur à Sidonio Apollinari.

Juvencus, Presbyter Hiſpanus, Evangelia heroicis verſibus explicuit, an. ſal. 332.

Juvencus Martialis, hiſtoriam ſcripſit Cæſaris Dictatoris. Sidonius, lib. 9. ep. 14.

Juventas, vide *Hebe*.

Ixion, Phlegyæ; ſive ut Hyginus mavult, Leontei filius, qui ſocerum ſuum Deioneum, vel Erioneum fraude peremit. A quâ cæde cum neque homines, neque dii eum luſtrare vellent, diuque incertus vagaretur, Jupiter illius miſertus in

cœlum

cœlum aſſumptum expiavit. Cumque jam purgatus apud ſuperos degeret, Junonem amare cœpit, eamque de ſtupro appellavit, quod cum Jupiter intellexiſſet, nubem illi ſub Junonis effigie oppoſuit, ex quâ ille Centauros genuit. Dejectus deinde in terram, cum paſſim gloriaretur cum deorum reginâ ſe rem habuiſſe, Jupiter indignatus, fulmine ad inferos eum detruſit, curavitque ut ibi rotæ illigatus perpetuo circumageretur. Virg. Georg. 4.

Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.

Ovid. Met. 10.

Stupuitque Ixionis orbis.

Idem:

Volvitur Ixion & ſe refugitque fugitque.

Tib. 3. 1.

Illic Junonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rotâ.

Claud. 2. de Raptu Proſ.

Non rota ſuſpenſum præceps Ixiona torquet,

Ixion, tertius Corinthiorum rex.

Ixionides, Pirithous, Ixionis filius. Prop. 2. 1.

Theſeus internis, ſuperis teſtatur Achilles
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.

K E

THO. de *Kempis* cognomine *Malleolus*, Canonicus Montis S. Agnetis prope Zwollam in Diœceſi Epiſcopi Ultrajectini. Claruit temporibus Sigiſmundi, Alberti ſecundi & initio Frederici Secundi. Magnopere celebratur libellis quatuor de imitatione Chriſti; quos ut ipſe in autographo adnotarat, ſcripſit A. D. 1441. Vitam ejus ſcripſere Jodocus Badius Aſcenſius. Franc. Tolenſis, Canonicus regularis & Heribertus Roſweydus S. Jeſu. Deceſſit An. 1471. 8 Kal. Aug.

Alb. *Krantzius* Hamburgi Theologiæ profeſſor, & ejus Collegii Decanus fuit. Scripſit Metropolim, ſive hiſt. Eccleſiaſticam, de Eccleſiis Caroli M. ætate conſtitutis, vel inſtauratis: item hiſt. Saxonicam, & Vandalicam, &c. Obiit an. 1517. Præclare de eo judicat Gerardus Geldenhaurius Noviomagus præfat. in Germaniæ illuſtratæ ſcriptores: *Unus ferè Alb. Krantzius ſemper mihi viſus eſt præ aliis hiſtorici nomine dignus, &c.* Diligentiam ejus commendat Geo. Fabricius lib. 1. Saxoniæ ſuæ. Vide & quæ de eo Pantaleo notavit, Part. 2. illuſtrium Germaniæ ſcriptorum.

Kunigunda, Henrici Imp. uxor, virginitatem perpetuam obſervaſſe fertur cum marito, & poſt mortem miraculis claruiſſe, an Sal. 118. Munſt. lib. 3. Coſmogr. de illa ſic ſcribit. Quanquam continentiſſimè cum ea vixerit Imp. ſeminator tamen zizaniæ injecit illi ſcrupulum zelotypiæ, cùm ei ſuggereretur quod ipſa militem quendam amicius eſſet intuita, quàm par eſſet. Quod ubi illa reſciverit, juſſit ſecreto ſex igniri vomeres, eoſque in Imperatoris aliud agentis, afferri conſpectum. Miratus ille quid ageretur, vidit deinde chariſſimam conjugem nudis pedibus conſcendere ferrum ignitum intrepidum. Vides, inquit illa, O Imp. illæſam à ferro, illæſam ab omni immunditiâ. Ille autem in ſe converſus cœpit cogitare, quid eſſet ſuſpicatus, qui mox procidens ad uxoris genua provolvitur. Illa procumbentem amiciſſimè levat, & ex illâ die omnis ſiniſtra ceſſavit ſuſpicio. Cohabitantes, itaque in pudicitiâ virginali ad finem vitæ uſque perſeverarunt; unaque ſepulti in Cathedrali, quam conſtruxerant, Eccleſiâ.

L A

Labda, Amphionis cujuſdam ex Bacchidarum genere filia fuit, quæ quòd clauda eſſet, & ob id à cæteris ſperneretur, Ætioni nupſit, eique puerum peperit, quem ab eventu Cypſelum appellavit. Nam cum duo Corinthiis reddita eſſent oracula, ut Labdæ fil. Corinthi aliquando tyrannidem invaderet, miſſi ſunt publico decreto decem viri, qui puerum interfecerent. Verum cùm forte puer ei, qui primus eum à matre acceperat, arriſiſſet, ille miſericordiâ motus adduci non potuit ut eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rurſus alii, atque ita infans per manus traditus, à decimo matri redditus eſt, nemine eum interficere volente. Poſt hæc illi egreſſi & pro foribus ſtantes ſeſe mutuò, præcipue vero qui primus puerum acceperat, increpabant, qui eum ex convento non occidiſſet. Quod cum audiſſet Labda, quæ intus ad fores ſtabat, puerum in menſurâ frumentariâ quam *Cypſelum* vocant Græci, occultavit. Vide latiùs hanc hiſtoriam apud Herod. Musâ quintâ.

Labdacus, Phœnicis filius, qui ætate jam in ſenium vergente, Thebas evocatus, aliquandiu ibi regnavit, filiumque habuit Laium, Oedipi patrem, qui illi in regno ſucceſſit, unde & *Labdacides* dictus eſt. Stat. lib. 6. Etiam *Labdacidæ* Thebani dicuntur à *Labdaco*.

Labeo Antiſtius, Juriſconſultus, de quo Gellius 13. 10. & 12. Horat. Lib. 1. Sat. 3.

——Labeone inſanior, inter
Sanos dicatur.——

Ubi Labeonem Antiſtium carpens, Auguſto aſſentatur. Nam hic Labeo uſque adeo fuit liber, & contumax, ut etiam Auguſto ſæpe reſtitit.

Laberius, poeta mimographus, eques Rom. Macrob. Sat. lib. 2. Gellius 2. 9. Sen. 7. Declam. Laberium mimum Divus Julius ludis ſuis produxit, deinde Equeſtri ordini reddidit: quem cum juſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctaverant, ut venientem non reciperent. Horat.

——Nam ſic
Et Laberi mimos, ut pulchra poemata, mirer.

T. Labienus, hiſtoricus ac declamator, Auguſti temporibus floruit, à *Rabie Rabienus*, teſte Seneca lib. 5. Contr. appellatus. *Labienus* alius qui à Cæſare ad Pompeium deſcivit. Lucan. lib. 5.

——Dux fortis in armis
Cæſareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.

Item alius, qui Parthorum adverſus Romanos dux fuit. De omnibus Vide Voſſ. Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 23.

Labyrinthus, locus multis viarum ambagibus inflexus. Quatuor autem præcipuos fuiſſe Labyrinthos docet Plin. 36. 12. Creticum à Dædalo factum. Ægyptium Pſammetichi opus. Lemnium columnarum nitore inſignem, ac Italicum à Porſenâ Hetruſcorum rege, ſepulchri causâ extructum. Ægyptium Labyrinthum ſic Mela deſcribit. 1. 9. *Pſammetichi opus Labyrinthus, domos ter mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus, ac tectus, unum in ſe deſcenſum habet, intus pene innumerabiles vias, multis ambagibus, huc & illuc remeantibus, ſed continuo anfractu, & ſæpè revocatis porticibus ancipites. Quibus ſubinde, alium ſuper alios orbem agentibus, & ſubinde tantum redeunte flexu, quantum proceſſerat, magno & inexplicabili errore perplexus eſt.* Multi quidem de hoc Ægyptio Labyrintho agunt, nemo tamen diligentiùs Plinio, qui illum *portentiſſimum humani impendii opus* appellat. Vide Voſſ. ad Melam pag. 56. *Labyrinthum Creticum* ſic exprimit Virg. lib. 5. Æn.

Ut quondam Cretâ fertur Labyrinthus in altâ
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum, quò ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus, & irremeabilis error.

Ubi Servius: *Labyrinthus locus apud Cretam factus à Dædalo, perplexus parietibus, ubi Minotaurus incluſus eſt, ex Paſiphae, & tauro genitus.* Euſtathius Λαβύρινθον, αὐλαῖον Κρητικὸν λαβύγειόν τι ἢ πολυέλικτον. Suidæ, & Heſychio Κοχλοειδὴς τόπος dicitur. Hinc *Labyrinthus*. Catul. in Argon.

Nec Labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur & inobſervabilis error.

Laccopluti, cognominati ſunt poſteri Calliæ Athenienſis qui *Laccoplutus* dictus fuit, quòd is repente ditatus eſſet theſauro in campis Marathoniis ſubter terram invento. Λάκκος enim Græci *loca ſubterranea* vocant. Vide Suidam.

Lacedæmon, Semeles fil. Moyſis tempore Lacedæmoniorum civitatem condidit. Comeſtor in cap. 10. Exod.

Lacheſis, una Parcarum, *Sors* Latinis, ἀπὸ τῆς λαγχάνειν. Juv. Sat. 3.

Dum ſupereſt Lacheſi quod torqueat.

Claud. 2. de Laud. Stil.

Et eodem nevimus auro
Aurea quo Lacheſis ſub te mihi ſecula texit.

Parcas ſiquidem Heroum felicium tempora, non lanâ ſed auro nere, & ducere cenſebant Poetæ. Seneca Apocolocynthoſi, ubi adhuc non deſipienti Neroni proſpera omnia auguratus eſt.

At Lacheſis redimita comas, ornata papillas
Pieriâ crinem lauru, frontemque coronans
Candida de niveo ſubtemine vellera ſumit
Felici moderanda manu, quæ ducta colorem
Aſſumpſere novum: mirantur penſa ſorores
Mutatur vilis pretioſo lana metallo
Aurea formoſo deſcendunt ſecula filo.

Lactantius, Hieronym. De Viris illuſtribus. Firmianus qui & Lactantius, Arnobii diſcipulus, ſub Diocletiano Principe ac-

citus cum Flavio Grammatico, cujus de medicinalibus versu compositi extant libri. Nicomediæ Rhetoricam docuit: ac penuria discipulorum, ob Græcam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus ejus Symposium, quod adolescentulus scripsit in Africâ; & Hodœporicon de Africâ usque ad Nicomediam, hexametris scriptum versibus; & alium librum qui inscribitur Grammaticus, & pulcherrimum de Irâ Dei & institutionum Divinarum adversus Gentes libros 7. Epitomen ejusdem operis in libro uno acephalon, & ad Asclepiaden libros duos, de Persecutione librum unum, ad Probum Epistolarum libb. 4. ad Severum Epistolarum libb. 2. ad Demetrianum auditorem suum epistolarum libb. 2. Ad eundem de Opificio Dei, vel formatione hominis librum unum. Hic in extremâ senectute magister Crispi Cæsaris, filii Constantini in Galliâ fuit, qui postea à patre interfectus est. Eadem Græcè habet Sophronius.

Ladas, Alexandri M. cursor, tantâ pedum velocitate, ut vestigia ejus in arenâ non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam νικηφόρον cognominabant. Catullus Epigr. 56.

Non Ladas si ego, pennipesve Perseus.

Solinus: primam palmam velocitatis Ladas quidem adeptus est, qui ita supra canum pulverem cursitavit, ut arenis pendentibus, nulla indicia relinqueret vestigiorum Pausanias Corinthiacis: Τῷ ναῷ δὲ ὄψιν ἐντὸς Λάδας ποδῶν ἀκύτητι ὑπερβαλλόμενος τοὺς ἐφ' ἁπᾶ. Mem. quoque in Laconicis & Arcadicis, sed & Martialis in secundo:

Invitum jubeas subire Ladam.

Et rursum:

Habeas licebit, alterum pedem Ladæ;
Inepte frustra crure ligneo curres.

Nominat eum quoque Cornificius lib. 4. ad Herennium.

C. Lælius, Scipionis Africani summus amicus. De hoc multa Cicero. Horat. Serm. 2. Sat. 1.

Virtus & mitis sapientia Læli.

Silius lib. 15.

Lælius ante omnes, cui dextera clara domusque.
Terdeno bove & æquorei certaminis, alto
Donatur titulo, Pœnique recentibus armis
Rectoris. ——— ———

Livius lib. 27. Jam enim & Lælius redierat ab Româ, sine quo nihil majoris rei motum volebat Scipio. Idem lib. 26. Cum iret oppugnatum Carthaginem, nemo omnium quo iretur, sciebat præter Caium Lælium. Polybius lib. 10. Πάντας ἀπεκρύψατο χωρὶς Γαΐου Λαιλίου. Ergo virtutem Lælii impensius est remuneratus Scipio. Livius ubi supra: Ante omnes C. Lælium præfectum classis & omnis generis laudis sibimet ipsi æquavit, & coronâ aureâ, ac triginta bobus donavit.

Laertes, Arcesii filius, pater Ulyssis, qui ab eo *Laertiades* dicitur. Hinc *Laertius*. Virg. Æn. 3.

Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna.

Lætus, libro de rebus Phœniciis citatur à Clemente Alex. lib. 1. Strom. ubi ex eo quædam refert de Menelai in Phœnicen adventu.

Lagus, pater Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus successit in regno. Hinc *Lageus* Sil. lib. 1.

Terminus huic rosseos amnis Lageus ad ortus.

Id est, Nilus. Lucan. lib. 1.

Quà mare Lagei mutatur gurgite Nili.

Lais, meretrix nobilissima, quæ quæstûs gratiâ ex Siciliâ, ubi nata fuit, Corinthum sese contulit. Ad hanc propter insignem pulchritudinem potentissimi quicunque ex omni Græciâ conveniebant, nec quispiam admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat. Unde Proverbium.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Tam carè enim Lais suas locabat noctes, ut vel potentissimi pretii magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demosthenes fuisse fertur, qui cum scorti tam nobilis famâ accensus, aliquando Corinthum navigasset, illaque noctis unius operam decem millibus drachmarum indicasset, expavefactus pretii immensitate, Græcè respondit:

Οὐκ ἀνῶμαι μετανοεῖν δραχμῶν μυριάδος.

Non emam decem millibus drachmarum pœnitentiam.

Propert. lib. 2. 6.

Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes,
Ad cujus jacuit Græcia tota fores.

Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 5.

Dicitur & multis Lais amata procis.

Hæc aliquando in Thessaliam profecta, cum ab adolescentibus Thessalis sic admaretur, ut ejus vestibulum etiam vino aspergerent, Thessalæ mulieres invidiâ motæ, eam in Veneris templo, dum sacra fierent, quæ viris nequaquam adire fas erat, consoderunt, propter quod facinus Thessaliam pestis invasit, nec prius cessavit, quam Veneris ἀνοσίας templum condidissent. Pausanias in Corinthiacis. Ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλο ἐν Θετταλίᾳ Λαΐδος φάσμα μῆμα παρεγένετο δὲ εἰς Θετταλίαν ἐφ' ἵππου Ἱπποτάτου. Ubi Palmerius. Videtur, inquit, Pausanias duas ignorasse Laidas, matrem & filiam sive naturalem, sive adoptivam, ob pulchritudinem & meretricias artes celebratas. Nihil tamen est certius. Prima Lais è Sicilia advecta est septennis à Niciâ, Chabriâ Archonte, teste Aristophanis Scholiaste ad Plutum. Hoc fuit anno secundo Olympiadis 91. Anno igitur quarto Olympiadis 98. Dexitheo Archonte, quo anno natus est Demosthenes, nata erat illa Lais annos 37. At Gellius lib. 1. cap. 8. ex Sotione Peripatetico narrat Demosthenem adiisse clam Laidem, & ab eâ noctem poposcisse; quæ cum illum drachmas decem mille postulasset, eum deterritum magnitudine summæ abiisse ac dixisse: Non emo drachmis decem mille pœnitentiam: Unde colligitur, Demosthenem à secundâ Laide noctem poposcisse; nam prima illa Lais sexagenaria erat eo tempore, quæ ætas non amplius est apta meretriciis artibus; & pretium tam immensum innuit Laidem illam fuisse in flore juventæ. Id etiam firmatur ex loco Pausaniæ prædicto, ubi duo sepulchra Laidis duas fuisse arguit. Sed apertius ex Athenæo lib. 13. ubi ait amicam Alcibiadis Damasandram, quam Plutarchus Timandram, Scholiastes Aristophanis Epimandram vocat, fuisse matrem junioris Laidis: Δαμασάνδραν τὴν Λαΐδος τὴν νεωτέρας μητέρα, quæ verba supponunt alteram Laidem antiquiorem.

Laius, fil. Labdaci regis Thebarum, pater Oedipi qui Jocastam Creontis Thebani filiam uxorem duxit: quam cum concepisse audisset de futurâ prole oraculum consuluit, cui responsum est, eum nascituri manu periturum. Quo responso perterritus, puerum recens natum uni ex satellibus necandum tradidit, qui cum neque herilis impietatis se ministrum præbere vellet, neque rursus domini mandata auderet negligere, viam mediam delegit, trajectisque vimine pueri pedibus ex arbore eum suspendit, futurum ratus ut inedâ moreretur. Verum cum Phorbas, Polybi Corinthiorum regis pastor, illac iter faceret, audito vagitu, eò occurit, puerumque servavit, quem & reginæ, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à quâ veluti puer cœlitus missus, filii loco est educatus, & à *pedibus* ex vulnere *tumentibus* Οἰδίπους dictus est. Vide *Oedipus*.

Lallus, Deus fuisse videtur, qui præesset næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Nulla enim litera est, quam facilius sonant pueri, quam *Lambda*: Quin etiam ejus frequentia somnum inducebant. Ausonius de filio Probino: *Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.* Turn. Adverf. 18. 34.

Lamech, Methusaelis fil. Bigamiam primus introduxit: & sic adulterium contra legem naturæ, ac Dei decretum commisit. Fuit autem vir sagittarius, qui diu vivendo oculorum caliginem contraxit, & habens adolescentem, dum exercet venationem, ob usum tantum pellium (quia non erat usus carnium ante diluvium) dirigente juvene sagittam, casu inter fruteta interemit Cain. Comestor in cap. 4. Gen.

Lamia, meretrix quædam insignis fuit, Demetrii regis amica, cui blandientes Thebani *Veneris Lamiæ* delubrum consecrarunt.

Lamiæ, ab antiquis mulieres esse putabantur, sive verius, dæmonum quædam phantasmata, quæ formosarum mulierum specie assumptâ, pueros, præsertim juvenes, blanditiis allectos devorabant. Hæ cùm foris essent egregiè oculati, domi prorsus cæcutiebant. De nomine Bochartus. Ut *Lamus* rex ἀνθρωποφάγος, ita *Lamia* fingitur esse monstrum libidinis ac humanæ carnis avidum. Sic affirmat Apollonius apud Philostratum lib. 4. Lamias σαρκῶν, καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων ἐρᾷν. Hinc Horat. in Arte:

Neu pranfæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.

Itaque *Lamus* & *Lamia* sunt voces ejusdem originis. *Lamiæ* porro nomen esse Punicum suadet, quòd Libyca est tota fabula. *Lamia* enim mulier Africana fuisse fertur (Ita tradunt Hesychius & Doris vel Duris potius apud Suidam) Βύλλα καὶ Λιβύης δυνάστης, ut legere est in Schol. Aristoph. in Pace. Sed & his longè antiquior Euripides de *Lamiâ* sic habet:

Τίς τόνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς
Οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένους;
Quis Africanæ nesciat Lamiæ genus,
Infame nomen & tetrum mortalibus?

Et Diodori libro 20. Ophellas rex Cyrenarum ad Agathoclem se conferens, qui Carthaginensibus bellum in Africâ moverat, reperisse legitur circa Automolas in profundâ valle ἄντρον εὐμεγέθες, κατὰ τὰ σύλακα συνηρεῖς, ἐν ᾧ μυθεύεται γεγονέναι βασίλειαν Λαμίαν, *vastum antrum hederâ, & taxo consitum, in quo reginam Lamiam natam esse fabulantur.* Unde colligas etiam barbaris in infimâ Africâ Lamiæ nomen non fuisse ignotum, factum id, ut videtur, à Punico verbo לעם *Laham*, vel *Lahama*, quod *vorare* significat hodieque in usu est apud Arabas. Vide Cæl. Rhod. 29. cap. 3.

Lami-

Lamiarum, nobilis Romæ familia fuit à *Lamo* orta, Antiphatis patre. Juv. Sat. 4.

——*Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.*

Id eſt, *nobilium ſanguine*. Vide *Lamus*.

Lamiſcus, Samius, hiſtoriarum ſcriptor, conjungitur cum Meliſſo à Palæphato, initio eorum quæ de incredibilibus prodidit.

Lampetia, filia Solis ex Neærâ, ſoror Phaethuſæ, quas pater gregibus ſuis in Siciliâ paſcendis præfecit. Ad has cum Ulyſſes veniſſet, tempeſtate in Siciliam ejectus, ſocii, qui ſummâ cibi penuriâ premebantur, ipſo dormiente, boves aliquot mactarunt. Quam rem cum ex Lampetiâ filiâ ſuâ Apollo didiciſſet, querelam ad Jovem detulit, qui nati precibus obſequens, Ulyſſis ſocios ad unum omnes fulmine, & tempeſtatibus perdidit. Hom. Odyſ. 2.

Lampon, miræ velocitatis equus, de quo Silius lib. 9.

Evolat ante omnes, rapidoque per aera curſu
Callaicus Lampon fugit, atque ingentia tranat,
Exultans ſpatia, & ventos poſt terga relinquit.

Fuit & *Lampon* ſacrificus, vates, per anſerem, velut avem auguralem, jurare ſolitus. Eraſm. in Proverb.

Lamus, Læſtrygonum rex, à quo nobilis Lamiarum familia nomen accepit apud Romanos. Hor. 3. 17. Ad Ælium Lamiam.

Æli vetuſto nobilis ab Lamo, &c.
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lirim
Late tyrannus.

Etiam Hom. Odyſſ. 10. videtur Lamum Formiarum, quam Λαιστρυγονίαν vocat, conditorem fuiſſe ſignificare in his:

Ἐβδομάτῃ δ' ἰκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην. ——

Fuit autem hic *Lamus* Neptuni filius, quemadmodum ad eum locum notat Euſtathius.

Laocoon, fil. Priami ex Hecubâ, Apollinis Thymbræi ſacerdos, qui primus omnium equum ligneum, quo Troja prodita eſt, intra urbem recipiendum diſſuaſit, haſtamque in eum tanto impetu contorſit, ut ſonantia intus arma audirentur. Quo facto deorum indignationem in ſe creditur concitaſſe, tanquam doni Minervæ violator. Protinus enim è mari duo immenſæ magnitudinis ſerpentes emerſerunt, qui primum duos ejus filios, deinde & ipſum auxilio accurrentem occiderunt. Virg. Æn. 2.

Laodamia, Bellerophontis filia, cujus amore correptus Jupiter cum eâ concubuit, ſuſcepitque Sarpedonem Lyciæ regem. Hinc Diana infenſa ſuis eam telis confixit. Hom. 6. Iliad. Item *Laodamia* Acaſti filia, Proteſilai uxor, quæ virum ſuum tanto amore adamavit, ut cum ab Hectore occiſum cognoviſſet, ſuperſtes ei eſſe noluerit. Priuſquam tamen interiret in ſolatium mœroris optavit, ut mortui umbram videre poſſet: quâ viſâ in illius amplexibus expiravit. Ovid. Ep. 13.

Laomedon, Ili filius, Trojanorum rex, qui cum de ædificandis Trojæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotii dedit, pactus mercedem, quam mox exſtructis mœnibus ſe illis ſoluturum juravit. Verum cum poſtea juramenti immemor, mercede eos fraudaret, illi indignati novam urbem duplici affecerunt calamitate, Neptuno inundationem, Apolline vero peſtem eo immittente. Quâ de re cum Laomedon oraculum conſuleret, reſponſum eſt, aliâ ratione Deos placari non poſſe, quam ſi quotannis virgo Trojana, quam ſors declaraſſet, ceto dilaceranda exponeretur. Verum cùm ſors poſt aliquot annos Heſionem ejus filiam prodidiſſet, & jam ſcopulo alligata, monſtrum expectaret, Hercules illâc forte iter faciens, liberandam Heſionem eâ conditione recipit, ſi equos divino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Hunc igitur in modum pactione factâ, Hercules interfectâ bellua, virginem liberavit. Sed cum Laomedon promiſſis non ſtaret, indignatus Hercules, collecto undiquaque exercitu, Ilium expugnavit, Laomedontem occidit, Heſionem Telamoni uxorem dedit, quòd primus murum conſcendiſſet. Priamum quoque ejus filium captivum abduxit, qui poſtea auro à vicinis redemptus fuit, ideoque ἀπὸ τῆς πράσεως, h. e. à *redimendo* nomen obtinuit. Horat.

——*Ex quo deſtituit Deos*
Mercede pactâ Laomedon.——

Virg. Georg. 1.

Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.

Laomedontiades poni ſolet pro Priamo Trojanorum rege, Laomedontis filio. Heſychius: Λαομεδοντιάδης, παρωνυμικῶς ὁ Πρίαμος, ἢν γὰρ παῖς Λαομέδοντος. Juv. Sat. 6.

——*Quibus incendat jam frigidus ævo*
Laomedontiades, vel Neſtoris hernia poſſit.

Laonicus. Vide *Chalchocondylas.*

Lapes, Rex Cretæ. quem Euſeb. collocat in anno nono Jeſu Nave quadrageſimo ab initio Apteri. Ita enim ait: Κρὴς ἐβασίλευσε Λάπης.

Lapidoth, maritus Deboræ prophetidis. Jud. 4. Eum Hebræi putant eſſe Barak, in quo ſignificatio fulguris. Nec alienum ab eo vox לפיד, quæ ſæpe de fulgure uſurpatur. Sed obſtat huic opinioni, quod Barac aliunde advocavit, nam ſi maritus ejus eſſet, ſimul habitarent, ideo in Midraſh exponitur *mulier lychnaria*, quod lychnos, id eſt, לפידים conficeret ad uſum ſanctuarii.

Lapus Florentinus vixit circa An. 1440. *Vitas aliquot Plutarchi de Græcis in Latinum eleganter vertit*, uti loquitur Leander. Vertit idem Dionyſii Halicarnaſſenſis Antiquitates Romanas, ſed non ſatis fideliter, imo ſæpe parum Latinè. Meliori fide, ac ſtylo id præſtitit Gelenius, ſed aliquanto liberius, uſque adeo, ut ſubinde binas vel etiam ternas periodos unà conſtringat: eaque imprimis cauſa fuit, cur poſt hoſce novam interpretationem dare voluerit Æmil. Portus.

Lara, ſive *Larunda*, una Naiadum, Almonis fluvii filia, ex quâ Mercurius Lares dicitur genuiſſe; Ferunt enim Jovem cum Juturnam Turni ſororem adamaret, neque illâ potiri poſſet, quod protinus illa in fluvium inſiliens ſui copiam illi eriperet; Latii totius nymphas convocaſſe, & ab iis petiiſſe, ut Juturnæ ad Tiberis ripam obſtarent, ne eo in fluvio ſeſe poſſet occultare. Quâ in re cum cæteræ nymphæ Jovi operam ſuam eſſent pollicitæ, Lara illius conſilium primum Juturnæ, deinde & Junoni enunciavit. Quam rem tam ægrè tulit Jupiter, ut uſu linguæ eam privarit, Mercurioque ſtatim tradiderit, ad inferos ducendam. Verum Mercurius cum juſſa captis exequitur, Laræ formâ captus in itinere eam compreſſit, gemelloſque legitimo tempore ex eâ ſuſcepit, quos ex nomine matris *Lares* appellavit. Ovid. Faſt. 2.

Fitque gravis, geminoſque parit qui compita ſervant,
Et vigilant noſtrâ ſemper in æde Lares.

Olim *Lalara* dicebatur. Idem ibidem:

Forte fuit Nais Lara nomine: prima ſed illi
Dicta bis antiquum ſyllaba nomen erat.

Lactantius de Deâ mutâ: *Hanc eſſe dicunt ex quâ nati Lares, & ipſam Laram nominant, vel Larundam.* Quod veriſſimum. Gloſſæ: *Larunda*, Δαιμόνιον μάτης. Auſon. in Idyll.

Nec Genius domuum, Larundâ progenitus Lar.

Hæc eſt Mania Macrobii: *Idque aliquandiu obſervatum*, (ille inquit) *ut pro familiarum ſoſpitate pueri mactarentur Maniæ Deæ, matri Larium.* Alii autem *Lares* Privati, alii Publici erant, qui & *Compitales* & *Viales* appellati, quòd compitis, viiſque publicis præeſſent. Privati, qui ſuum cujuſque focum ac domum ſervare credebantur. *Præſtites* iidem appellati ſunt.

Quod præſtent oculis omnia tuta ſuis.

Ut Ovidius auctor eſt, quem vide Faſt. 5. verſ. 129, &c. Cur canis iis additus, ibidem etiam habes. Lares nonnullos malos, nocenteſque Genios dixiſſe Plut. auctor eſt Qu. Rom. His porci in ſacrificiis immolabantur. Horat. 3. 23.

Si thure placaris & hornâ
Fruge Lares, avidâque porcâ.

Et lib. 2. Sat. 3.

——*Immolet æquis*
Hic porcum Laribus.——

Tibul. lib. 1. de Laribus:

Hoſtiaque è plenâ myſtica porcus harâ.

Propert. lib. 4.

Parva ſaginati luſtrabant compita porci.

Et in Menæchmis Plauti porci Lares piare dicuntur inſanos. Quin & vinum, thus & flores his Numinibus offerebant veteres. Plautus in Prologo Aululariæ: *Huic filia una eſt, ea mihi quotidie aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat.* Idem in Aulul.

Nunc tuſculum emi, & haſce coronas floreas:
Hæc imponentur in foco noſtro Lari.

Tibull.

Redderet antiquo menſtrua thura Lari.

Prudent. 10. Periſteph.

Fuliginoſo thure placantur Lares.

Suetonius in Auguſto Cæſare cap. 31. *Compitales Lares ornare bis in anno inſtituit vernis floribus, & æſtivis.* Non mirum hoc de Auguſto utpote quum Laribus coli ſolitum erat. Hor. 4. Car. Od. 5.

——*Et Laribus tuum*
Miſcet numen.——

Juv. Sat. 9.

O parvi noſtrique Lares, quos thure minuto
Aut farre aut tenui ſoleo exornare coronâ.

Idem Sat. 12.

——*Laribuſque paternis*
Thura dabo atque omnes viola jactabo coronas.

Hi Pœnum Induperatorem ab urbe Româ abegerunt. Prop. 33.

Hannibalemque Lares Romanâ ſede fugantes.

Lararium, ſacrarium domeſticum, in quo Lares & Dii peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alex. Severum in Larario rem divinam matutinis horis factitaſſe ad effigies Deorum, in quibus habebat Apolloníum, Orpheum, Abrahamum & Chriſtum, in ſecundo Larario ſimulachrum habuit Virgilii & Ciceronis.

Laſcaris, vir Græcus, apprimè doctus, curâ Franciſci 1. Francorum regis literas Græcas attulit Pariſios.

Laſus, primus de Muſicâ ſcripſit, & Dithyramborum certamen primus protulit, vixitque temporibus Darii regis Perſarum. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 23.

Lateranus, patricius Rom. qui latere frequens in otio ſolebat. Hic conſul deſignatus, juſſu Neronis interfectus eſt. Ædes ejus ampliſſimæ datæ fuerunt à Conſtantino Imp. Pontifici maximo. Hodie *Lateranum*, templum in urbe Româ cum ædibus Pontificiis in Cœlio mont. ad portam Latinam. Prud. 1. contra Symmachum.

Cætibus aut magnis Lateranas currit ad ædes.

Latinus, Laurentum rex, Fauni, & Maricæ nymphæ, aut, ut Heſiodo placet, Ulyſſis, & Circes filius, qui ex Amata Dauni Rutulorum regis ſorore Laviniam ſuſcepit; quam cum externo genero tradere oraculo juberetur, Æneæ poſt excidium Trojæ in Latium delato eam deſpondit. Quâ re intellecta, Turnus, qui illam impotentiſſimè adamavit, tam ægrè tulit advenam ſibi præferri, ut ea de cauſa bellum adverſus Æneam ſuſcepit: cujus is fuit exitus, ut ſingulari certamine victus Turnus, vitaque exutus, victoriam cum ſponſâ rivali reliquerit. Virg. Æn. 12. Heſiodi vero locus de parentibus Latini extat in fine Theogoniæ:

Κίρκη δ' Ἠελίῳ δυοκαίδεκα Τηλεμονίδαο
Γείνατ', Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
Ἄγριον, ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε,

Quicum conſentit Marcianus Heracleota in Periegeſi:

Ἐτοὶ δ' ἐπέγω μὲν Ἀβ' Πελασγῶν Ὀμβρικοὶ,
Οὓς ὤχισεν ἐκ Κίρκης Ὀδυσεῖ γαμόμενος
Λατῖνος.

Nec non Stephanus: Περάνες, πόλις Ἰταλίας ἀπὸ Περάνου τοῦ Λατίνου τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης.

Latona, filia Coei Titanis, quæ à Jove compreſſa, geminam ex eo prolem concepit. Quam rem tam ægrè tulit Juno, ut immiſſo adverſus illam Pythone ſerpente, per totum terrarum orbem pellicem perſecuta ſit, & ne partui quidem vicino quietem, locumve parendi conceſſerit, donec tandem illa poſt longos errores ad Aſteriem ſororem pervenit, in Ortygiam inſulam jam permutatam, à quâ ſuſcepta, primò Dianam peperit, quæ è veſtigio obſtetricis officium matri præſtitit, Apollinemque naſcentem ſuſcepit: qui poſtea adultus, maternæ injuriæ memor, Pythonem ſagittis interfecit. Juvenalis:

Pulchrâ gaudet Latona Dianâ.

Hinc Apollo *Latonius*, & Diana *Latonia*. Item *Latonia Delos* apud Virg. Quid autem Latonæ figmento veteres intellexerint, explicat Nat. Com. 9. 6. Heſiodus:

Φοίβη δ' εἰς Κοῖο πολυήρατα ἤλυθεν εἰς εὐνάς,
Κυανοδίνῃ δ' ἅπτετο δῖα θεὰ ἐν φιλότητι
Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο.

Tac. An. 12. ex emend. Joſ. Merceri: *Cœum Latini parentem.* Huic ipſi rei Gryphus in Athenæi x. ex vet. carmine:

——Μήτηρ δ' ἐς' ἀειθαλέος παῖς.
Numeri mihi filia mater.

Scilicet *Latona*, inquit Athenæus, Cœi filia, quia *Macedones nimirum Cœum agnominant.*

Laverna, Dea quam Romani coluere, à quâ *Laverniones* dicti ſunt fures, quòd ſub tutela hujus deæ eſſent. Horat.

——*Pulchra Laverna*
Da mihi fallere, da juſtum, ſanctumque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Ædes ejus *Lavernium* dictum, ut & *Dianium*, & *Minervium*. Item *Laverna* loci nomen. Plut. in Syllâ.

Lavinia, Latini regis & Amatæ filia, primùm Turno deſponſata; Verum cum Latinus poſtea Fauni patris oraculis externo eam genero locare juberetur, denuo eam Æneæ deſpondit. Vide *Latinus*. Mortuo vero Æneâ, Lavinia, quæ prægnans relicta erat, privigni inſolentiam timens, in ſylvas profugit, & apud Tyrrheum paſtorem divertit, ibique peperit filium, quem Iulum Sylvium Poſthumum appellavit: eò quod poſt patris funus in Sylvis natus eſſet. Virgil. Æn. 11.

Nec non ad templum ſummaſque ad Palladis arces
Subvehitur, magnâ matrum Regina catervâ
Dona ferens: juxtaque comes Lavinia virgo
Cauſa mali tanti, atque oculos dejecta decoros.

Ubi poſtrema verba ex magno Virginitatis decoro dicuntur. Apud Val. Flac. lib. 7. Medea adhuc virgo attollit vix tandem lumina. Idem habitus datur Charicleæ ab Heliodoro, κάτω νεύουσα. De Aſpaſiâ Ælianus Var. Hiſt. 2. 1. πάντα κάτω. De Hypſipyle Apollon. lib. 1.

——Ἐγκλιδὸν ἴσον βαλοῦσα.

Adraſti filias virgines ita deſcribit Stat. Theb. 2.

Ibant inſignes, vultuque habituque verendo,
Candida purpureum fuſæ ſuper ora ruborem
Dejectæque genas.——

Qu. Curtius lib. 6. *Formam pudor honeſtabat, dejectis in terram oculis.* Ælian. Var. Hiſt. 13. 1. Τί δέ ἔπαθες αἰδέσιον γένοιτο ἀνθρώπῳ, ὡσανεὶ κάλλει, ἢ τὸ πρόσωπον αἰδοῖδος πεπλησμένη παρθένου.

Laurentius, natione Hiſpanus, Diaconus & Quæſtor Eccleſiæ Rom. de quo B. Ambroſius 1. de Offic. cap. 41. ſcribit. Quum videret Sixtum Epiſcopum ſuum ad martyrium duci, his verbis eum compellavit. *Quo progrederis ſine filio pater? &c.* Cùm autem Sixtus juberet Laurentium diligenter theſauros Eccleſiæ adſervare, ſtatim juſſu Imperatoris Laurentius quoque comprehenſus eſt. Cumque ab eo peterent ſatellites, ut theſauros Imperatori traderet, petiit ſpatium tridui ad colligendos eos ſibi concedi. Interea convocavit omnes mendicos, pauperes, ægrotos. Hos conſtitutâ horâ poſt triduum oſtendit ſatellitibus, addens, hos Eccleſiæ theſauros eſſe, quibus ſi quid detur, non perire, ſed cum ampliſſimo fœnore in cœlo reddi. Hâc oratione corvi hiantes deluſi, & exacerbati tradiderunt Laurentium carnificibus, qui eum craticulæ, cui prunæ ſubſtratæ erant, impoſuerunt. Jacens autem in craticulâ ſummâ cum alacritate animi gloriatus ſe non torreri, ſed ſuaviter refrigerari, Præfecto attanti dixit, unum latus jam ſatis aſſatum eſt, appone igitur & comede, & aſſaturam verte. Tandem commendans animam ſuam filio Dei obiit, An. Dom. 254. &c. Hiſtoria tota prolixè & ſplendide recitatur à Prudentio. Magis vero conſentaneum eſt, quod Eutropius ac Euſebius ſcribunt, Laurentium Fabiani Epiſcopi Diaconum fuiſſe, qui ſub Decio martyrii coronam accepit.

Laureolus, latro ſceleſtiſſimus, eoque nomine in crucem actus, & à feris devoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in ſpectaculis repræſentata eſt, idque à Domitiano. Mart. in Amphitheatro:

Qualiter in Scythicâ religatus rupe Prometheus,
Aſſiduam nimio pectore pavit avem.
Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo,
Non falsâ pendens in cruce Laureolus.

Lauſus, fil. Numitoris, frater Iliæ Sylviæ, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Ovid. Faſt.

Enſe cadit patrui Lauſus.——

Item filius Mezentii, quem Æneas interfecit, cum parentem vulneratum defendit. Virg. Æn. 11.

Lauſus equum domitor, debellatorque ferarum.

Lazarus, nomen viri pauperrimi. Luc. 16. Item alterius ex Bethaniâ amici Chriſti, fratris Mariæ, & Marthæ, quem Chriſtus ſuſcitavit à mortuis. Joh. 11.

Leander, vel *Leandrius*, patriâ Mileſius, de Mileto, & Mileſiis commentarium reliquit, teſte Laertio in Thalete. Alius eſt Λέανδρος ὁ Νικάνδρου, qui μετονομασίας conſignavit, ac patriâ Cyrenæus fuit, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 12.

Leander, juvenis illuſtris ex Abydo Aſiæ oppido, vide *Hero*. Inde *Leandrius Helleſpontus*. Sil. lib. 10. Hujus hiſtoriam bellè attigit Lucanus lib. 9.

——*Amore notatum*
Æquor, & heroas lachrymoſo littore turres.

Manilius lib. 4.

Hic pontus, juveniſque fretum, merſæque puellæ.

Virgilius Georg. 3.

Quid juvenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæcâ ſerus freta; quem ſuper ingens
Porta tonat cæli, & ſcopulis illiſa reclamant
Æquora: nec miſeri poſſint revocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli funere Virgo.

Learchus, Athamantis, & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit, leænæ catulum ſibi viſus interimere. Quod cum vidiſſet Ino, arrepto Melicertâ altero filio, in mare ſe præcipitavit: atque illa quidem in deam maris mutata eſt, quam Græci Leucotheam, Latini Matutam vocant: Melicertes autem in deum marinum, quem Græci Palæmona, Latini Portunum vocant. Ovid. Faſt. 6.

Hinc igitur furiis Athamas ſub imagine falsâ,
Tuque cadis patriâ parve Learche manu.

Val. Flac. lib. 6.

——*Inoo linquens Athamanta Learcho.*

Leda, Theſtii filia, Tyndari Laconiæ regis uxor, quam cum Jupiter adamaret, transformatus in cygnum cum eâ concu-

concubuit, cùm jam antèa ex Tyndaro gravida esset, Marcus Manilius rerum Astronomicarum, lib. 1.

Proxima sors Cygni, quem cœlo Jupiter ipse
Imposuit formæ pretium, quo cepit amantem,
Cum Deus in niveum descendit versus olorem,
Tergaque fidenti subjecit plumea Ledæ.

Expletis itaque legitimis mensibus Leda duo peperit ova, ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor, & Clytæmnestra. Ovid.

Leda fuit nigrâ conspicienda comâ.

Idem Met. 6.

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.

Ovid. Fast. 5.

Mox etiam Lemures animas dixere silentum.

sic dictos volunt, quasi *Remures* à *Remo* scilicet, cujus occisi animâ Romulus exagitabatur. Hinc *Lemuria*, festa Lemuribus sacra, quæ cum celebrabantur (id autem erat mense Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæ omnes infaustæ putabantur, quæ res locum fecit Proverb. *Malum mense Maio nubere.* Ovid. Fast. 5.

Ritus erat veteris nocturna Lemuria sacri:
Inferiæ tacitis Manibus illa dabant.

Vide quæ sequuntur vers. 485. Ubi inter cætera:

Vertitur & nigras accipit ore fabas.

Festus Pomp. *Fabam nec tangere, nec nominare Diali Flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus jacitur, Larvis & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore ejus luctus literæ apparere videntur.* Varro de vitâ pop. Rom. *Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures extra januam ejicere.*

Lenæus, Bacchi cognomen ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, h. e. *à torcular.* Virg. Georg. 2.

Huc pater ô Lenæe veni, nudataque musto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

Tibull.

Odit Lenæus tristia verba pater.

Cedrenus: Διονύσιος, οὐχ ὁ τῆς Σεμέλης, ἀλλ' ἄλλος τότε πολὺ ἀρχαιότερος ἢ οἶνον ἔξευρε καὶ ἐν τοῖς ληνοῖς ἀπέθλιψεν, ἀφ' οὗ καὶ Ληναῖος ὠνομάσθη.

Lentulus, Vide *Gætulicus.*

Leo, Alabandensis orator, præter artem de Statibus, composuit Caricorum libros 4. totidemque Lyciacorum, teste Suida, qui & scripsisse ait sacrum bellum Phocensium, & Bœotorum. Equidem id negare non ausim, sed tamen fieri posset, ut eos secutus sit Suidas, qui confuderunt Leonem Alabandensem, cum Leone Byzantio, quem de bello sacro scripsisse paulo ante ipse dixerat Suidas. Alteruter etiam res Ægyptiacas literis mandavit, teste Hygino, ubi de Ariete. Fuit & Leo Pellæus, qui Deorum naturam, & gesta videtur exposuisse. Vide Arnob. lib. 4. contra Gentes. Vossius.

Leo Isaurus, 71 Rom. Imp. An. Dom. 719. Apud Pontificem pluribus egit, imagines ut aboleret. Cui Papa restitit, perque universum orbem scripsit, ne Imperatoris jussionibus obedirent, & in apertam rebellionem plurimos abduxit. Blond. lib. 10.

Joannes Leo Granatensis, patriâ ab regibus Hispaniarum Ferdinando & Elisabetha occupatâ, in Mauritaniam profugit, & Fessæ operam Arabicæ linguæ dedit. Scripsit de Africâ Arabicè, & posteà Italicè. Eam autem descriptionem Latinè transtulit Jo. Florianus. Juxta insulam Zerbi captus à Piratis Leoni decimo donatus est, qui eum ob egregiam eruditionem honestè admodum habuit; & cum Mahumedicâ religione desertâ, fieret Christianus, ei in Baptismo nomen imposuit *Joannis Leonis.*

Leo Byzantius, auditor Platonis, sophista nobilis, Philippo contra Byzantium venienti occurrens, *Dic, age,* (inquit) *Philippe, quæ te causa trahit oppugnatum nostra mœnia?* At ille, *Amor,* inquit, *tuæ patriæ, quâ, ut potiar, veni.* Leo excipiens respondit, *Atqui instrumento Musico, non bellico, amantibus opus est.* Philostratus. Suidas ait, Philippum, quum Leonem in expugnatione Byzantii, præter cæteros adversantem haberet, epistolas ad Byzantios scripsisse calumniæ plenas: si voluisset dare tantum pecuniæ Leoni, quantum petebat, jamdudum urbe fuisse potitum. Cives hoc accepto, domum ejus circumstetere: ille sibi metuens, laqueo vitam finivit, parum Philosophicè. Hic Leo Byzantius olim venit Athenas, populo inter se dissidente de concordiâ suasurus: qui ibi visus pusillus, derisui habitus est. *Quid,* inquit, *viri Athenienses, si uxorem meam videritis, quæ tantilla est, ut vix me genu tenus pertingat?* Maior hinc sublatus est risus, *Atqui,* inquit, *nos tantopere pusillos & breves, si inter nos dissidium esset, vix oppidum Byzantium capere posset.* Plut. Scripsit res Philippicas & Byzantinas, lib. 7. Teuthranicum, de Besalo, & de seditionibus, Sacrum bellum, & de rebus Alexandri. Ubi si Alexandrum M. intelligit fœda est oscitantia. Apud Plut. lib. de Flum. in Ismeno legas Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς. Scripsit igitur & historiam rerum Bœoticarum. Item in Tigri: Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν γ'. περὶ ποταμῶν. Citat eum quoque Athenæus, lib. 12.

Leocorion, monumentum ab Athenienses in medio Ceramico erectum: nam cùm Attica universa, maximâ fame laboraret, unumque hoc ab oraculis ostenderetur remedium, si quis suos liberos immolaret, inventus est Leo quidam Orphei fil. qui tres filias suas Virgines Pasitheam, Theopen, & Eubulen tradidit immolandas. Cujus beneficii memores Athenienses monumentum ei erexerunt, & *Leocorion* appellarunt.

Leocrines, historicus quidam, de quo vide Etymologum in Κεῖος.

Nic. *Leonicus*, Thomæus, Maximiliani 1. temporibus floruit, vir Latinè Græceque eruditus, quod abunde Dialogi aliaque ejus scripta testantur, puri sermonis amator & bene peritus interiorum literarum, pariterque Platonicæ & Aristotelicæ gnarus Philosophiæ, quam florentissimè docuit Patavii. Inter alia quoque Variæ Historiæ tres libros reliquit.

Leonidas, nobilis Spartæ, deinde Lacedæmoniorum Dux, qui adversus Xerxem pene incredibilia egit. Hic commilitonibus dicebat, *pergite animo forti, hodie apud inferos forte cœnabimus.* Cecidit ad Thermopylas, cum illas angustias custodiret quadringentis solum militibus, cujus cor excidens Xerxes pilosum invenit. Plut.

Leontius, Neapolis, Cypriorum Insulæ Episcopus, de quo Vossius Hist. Gr. pag. 276. Quem vide quoque pag. 489.

Leontius, Antiochenæ Ecclesiæ Præsul, cùm presbyter esset, dignitate privatus est, quia cum muliere Eustolia nomine degens, & turpem suspicionem celare volens, genitalia sibimet noscitur abscidisse, ac deinceps quidem fiducialiter cum eâ muliere vivebat. Postea vero Imp. Constantii studio in Antiochenâ Ecclesiâ ordinatus est Episcopus. Qui cum esset Arrianus occultus, videns divisos sacerdotes, & populum, & alios dicentes, *Gloria Patri & Filio*, &c. & alios *Gloria patri per filium*, &c. ipse sub silentio dicebat orationem, & nihil aliud audiebant astantes nisi cum diceret *In sæcula sæculorum.* Sed quia etiam contra milites veritatis acuebatur, non nisi hæreticos provehebat, celabatque pestem, modo timore populi, modo formidine Imperatoris, qui Filium Dei dissimilem patri dici prohibuerat. Theod. lib. 5.

Leontychides, Spartæ rex, Persas eodem die quo ad Platæas Mardonius superatus est ad Mycalen quadraginta millibus cæsis, devicit. In expeditione Thessalicâ dux cum liberâ potestate, magnam pecuniæ vim corruptus accepit, & in castris deprehensus est, cum utraque manu pecuniam retineret. Itaque delatus Spartam, damnatusque Tegeam in exilium, ibi mortuus est, cum regnasset annos 22. Diodor. lib. 21.

Leotrophides, Dithyrambopœus, adeo tenuis & gracilis, ut in proverbium abierit, *Leotrophide macilentior.* Suidas. Erasmus.

Lepidus, cognomen apud Rom. quo quatuor imprimis nobiles fuere, de quibus Rutilius Numatianus in Itinerario, cujus versus illustrat, declaratque Lipsius ad 14 Annal. Taciti. pag. 369.

Lepidus, fecit epitomen Historicam. Steph. in πτελέα.

Leptines, Athenienses, orator nobilis, qui cum liturgiarum onus ad paucos, eosque tenuioris fortunæ rediisse videret, potentioribus fere omnibus immunitate donatis, tulit legem, ut sublato jure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à ditioribus suppeditarentur. Quam legem oppugnat Demosthenes eâ oratione quam adversus Leptinem inscripsit.

Leucippides, filiæ Leucippi à Castore & Polluce raptæ, Phœbe, & Elaira, ex Aphidnis civitate Laconicâ. Ovid. in Ep. Paridis:

Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi.

Idem 1. de Art.

Vim passa est Phœbe, vis est allata sorori,
Et gratus raptis victor uterque fuit.

Prop. 1. 2.

Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe
Pollucem culta non Elaira suo.

Apollodorus, lib. 3. Λευκίππῳ δὲ Φιλοδίκης ἢ Ἰνάχου, συνάτεκες ἐγένοντο Ἱλαείρα καὶ Φοίβη· ταύτας ἀρπάσαντες ἔγημαν Διόσκουροι. Vide Theocr. in Dioscuris, & Ovid. sub fin. lib. 5. Fast. ubi hanc fabulam narrat, & Hyg. Fab. 80.

Leucippus, Philosophus, qui omnia pleno & inani constare dixit. Cic. Tusc. Qu. lib. 4. Dogma hoc plenius explicat Laertius, & qui eum exscripsit Hesychius Illustrius. De eo sic Galenus, sive Ætius περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. Τοῦτο δ' Λευκίππου Ἀβδηρίτης ἄτομον ὄντων ἀπείρων τὸ πλῆθος τῶν

τος. Clementi Alexandrino in Propemptico dicitur *Mileſius*, ac poſuiſſe ἀρχὰς, τὸ πλῆρες, καὶ τὸ κενόν. De eodem ita Epiphanius. Λεύκιππος ὁ Μιλήσιος, καὶ Δημόκριτος καὶ ἕτεροι ἰσοειδεῖς ἐν ἀπείρῳ. Lactant. lib. 3. Inſtit. *Ubi ſunt, aut unde iſta corpuſcula? cur illa nemo, præter unum Leucippum ſomniavit? à quo Democritus eruditus hæreditatem ſtultitiæ reliquit Epicuro.* Item 8. Sicyoniorum rex, reg. an. 53.

Leucon, rex Ponti, à fratre Oxylocho necatus, quòd cum ejus uxore adulterii & inceſtûs conſuetudinem habuit. Ovid. in Ibin:

Aut pia, te cæſo dicatur adultera; ſicut,
Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia eſt.

Leucothea, uxor Athamantis, vide *Ino*, & *Athamas*. Propert. 2. 28.

Ino etiam primâ terris ætate vagata eſt,
Hanc miſer implorat navita Leucothoen.

Ovid. Met. 4.

Leucotheaque Deum cum matre Palæmona dixit.

Et Faſtorum 6.

Leucothoe Graiis, Matuta vocabere noſtris.

Cic. 1. Tuſc. Qu. *Quid? Ino Cadmi filia, nomine Leucothea nominata eſt à Græcis, Matuta habetur à noſtris.* Vet. Gloſſ. *Albunea*, Λευκοθέα. Fabula eſt apud Apollodor. lib. 3. Hom. Iliad. ε. Pauſan. Atticis, Corinthiacis & Meſſenicis.

Leucothea, Orchami Babyloniorum regis filia, cujus amore captus Apollo, in Euryntomes (ea Leucothoes mater erat) figuram ſe transformavit, & tanquam ſecretò aliquid cum filia colloqui vellet, famulas, quibus comitata erat, ſecedere juſſit. Deinque priſtinæ formæ reſtitutus, profeſſus quis eſſet poſt multas blanditias, non admodum invitæ vim intulit. Quod cum reſciviſſet Clytie, quæ mutuo Apollinis amore tenebatur, zelotypiæ ſtimulis exagitata, Orchamo regi filiæ amores enunciavit, qui ut natura crudelis erat, filiam vivam defodit. Cujus mortem ægerrimè ferens Apollo, cum vitæ eam reſtituere non potuiſſet, in virgam thuream eam commutavit: Ovid. Met. 4. Arbor autem thurifera eadem ratione fingitur amata ab Apolline, ſeu Sole, qua Daphne, ſeu laurus, viz. quòd gaudeat locis maximè apricis, & ferat fructus ad ſalutaria remedia utiles.

Leucus, ἐν τῇ Λ. τῆς ἰσοειῶν citatur à Malcho, ſive Porphyrio de Vita Pythagoræ.

Levi, tertius fil. Jacob ex Leâ uxore, Gen. 30. Sic vocabatur Matthæus Apoſtolus. Item pater Matthat. Luc. 3.

Leviathan, magnus piſcis marinus, Job. 41. Leviathanem vero non ſignificare *Balænam*, ut vulgò putatur, ſed *crocodilum*, fuſe probat Bochartus ὁ μέγας Hierozoici, part. 2. lib. 5. cap. 16.

Libanius, Sophiſta Antiochenus, floruit Juliani Imp. temporibus uſque ad Theodoſium ſeniorem. Hic Athenis audivit Diophantum philoſophum, deinde in declamationibus ſe exercuit. Conſtantinopolim profectus ibidem ludum aperuit, unde propter laſcivum in pueros amorem pulſus Nicomediam venit, indeque eandem ob cauſam ejectus, in patriam reverſus eſt; ſcripſit Declamationes, Progymnaſmata, orationes, & Epiſtolas, item opus de modis dictandi epiſtolas. Hic etiam argumenta in omnes orationes Demoſthenis edidit. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 497.

Libanotus, ventus flans inter Africum, & Notum. Plin. 2. 47.

Liber Deus vini, qui & *Bacchus*, & *Dionyſius* dicitur. Multos autem fuiſſe Liberos oſtendit Diod. Siculus, quorum longe celeberrimus eſt, qui ex Semele & Jove genitus fertur, quem tertium fuiſſe autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui *liber* appellatus eſt à *liberando*, nam libertatis Deus eſt, ſive quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit (ipſe enim ut inquit Plutarchus pro Bœotiæ libertate pugnavit) vel quia vinum curas ſolvat, & mentem ab illis liberet, ſeu quod vino uſi homines liberè loquantur. Sen. de Tranqu. *Liber non ob licentiam* Linguæ dictus eſt inventor vini, ſed quia liberat ſervitio curarum animum, & aſſerit, vegetioremque & *audaciorem in omnes conatus facit*. Quod dicit, *ob licentiam*; in mentem revocat Varronis etymon: *Liber à libendo, quod lubrica mens ebrii, quò libet prolabatur*. Plutarchus: Διά τι ὁ Διόνυσον Λίβερον Ῥωμαῖοι καλοῦσι; πότερον, ὡς ἐλευθερίας παντέλειαν τοῖς πίνουσι χαρίζονται; γίνονται γὰρ οἱ πολλοὶ θρασεῖς καὶ παῤῥησίας ὑπερπιπλῶντες ἐλεύθεροι πρὸς πάντας· ἢ ὅτι τὸ λοιβὴν τιθέασιν; ἢ ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἀπὸ τῆς ἐλευθερίας Ἐλευθέρας ἡ Βοιωτίας ἐλευθερίας Διονύσου θεραπευομένης. Ovid. Faſt. 3.

Sive quod es Liber, veſtis quoque libera pro te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.
Seu quia tu Pater es, patres ſua pignora natos,
Commendant curæ numinibuſque tuis.

Servius: *Pater licet generale ſit omnium Deorum, tamen propriè Libero ſemper cohæret.* Jon. Chius: Χαίρετε ἡμετέρης βασιλῆς Σεμέλης τε Διός τε. Solem quoque Poetæ Liberum vocant, quia liberè per aerem vocatur. Liber Pater emere & vendere inſtituit; ac diadema regum inſigne, ac triumphum invenit. Plin. 7. 56. Feſta ejus *Liberalia* dicebantur. Ponitur aliquando pro vino. Quint. Ennius:

——Hæc anus admodum
Friguttit, nimirum ſauciavit ſe flore Liber.

Horatius:

Condita cum verax aperit præcordia Liberi.

Plautus in Ciſtellariâ:

Quippe ubi linguam percuſſi flore Liberi.

Feſtus:

Florem anclabant Liberi è carcheſiis.

Eſt autem *flos* vini ἀνθεσμὸς οἴνου· vinum optimum & odoris jucundiſſimi. Plautus in Curcul.

Flos veteris vini naribus objectus eſt meis.

Alias, flos vini, tenuis ſpuma iri ſummo innatans. Turneb. 29. 34. Cæcilius apud Nonium in *Floces*, tria hæc numerat, *florem, floces*, i. e. *fæcem*, & *vinum*. *Ego*, inquit, *neque florem, neque floces volo: mihi vinum volo.*

Libera, Jovis & Cereris filia, quæ & *Proſerpina* dicitur. Cic. 1. De Nat. Deorum. Sed Ovidius de Ariadne loquitur Faſt. 3. uti videre eſt in his:

——Audierat jam verba querentis
Liber ut à tergo forte ſecutus erat;
Occupat amplexu, lachrymaſque per oſcula ſiccat,
Et pariter cœli ſumma petamus, ait,
Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula ſumes,
Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.

Mulierem quoque ſemen emittere tradit Hippocrates in lib. de geniturâ. Nemeſius, lib. 1. de Naturâ hominis cap. 25. Inde etiam gentiles olim fœminæ *Liberam* coluerunt, ut B. Auguſtinus docet lib. 6. de Civit. Dei, cap. 9. *Liberum*, inquit, *à liberamento appellari volunt, quòd mares in coeundo per ejus beneficium emiſſis ſeminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, quod & ipſas perhibeant ſemina emittere, & ab hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ.*

Liberalis Antonius, innotuit metamorphoſeon collectaneis. Sed narrationes iſtæ, ut philologo utiles, ita hiſtoricum nihil juvant, niſi quatenus hiſtoria ſubeſt; ut fere in fabulis ſolet. Putabat vir magnus Notis ad Suetonium de claris Rhetoribus, hunc eſſe illum Liberalem, de quo Suetonium, libro de claris Rhetoribus egiſſe, ex indici reſiduo liquet: item de quo Hieronymus in Chronico Euſebiano ad ann. 2064. ait, *Marcus Antonius Liberalis, Latinus rhetor, graviſſimas inimicitias cum Palæmone exercet.* Hoc ſi eſt, Claudii Imper. ac fortean etiam Neronis temporibus vixerit. Sed malo credere Scaligero, qui ad eum Hieronymi locum monet, eſſe alterius Liberalis μεταμορφώσεις iſtas. Movet me quod hic *Antoninus*, ille *Antonius* dictus: hic Græcè ſcripſerit, neque niſi Græcos citet ſcriptores; ille Latinus fuiſſe Rhetor diſertus ab Hieronymo & Suetonio dicitur.

Libertas, Dea apud Romanos. Ovid. Faſt. 4.

——Populo dignisſima noſtro.
Atria Libertas cœpit habere die.

Hoc Atrium Tib. Gracchus primus Romæ dedicavit, teſte Plutarcho; reſtauravit poſtea Senator ille nobilis Aſinius Pollio. Sueton. lib. 2. de ſacris operibus Auguſto invitante, excitatis: Multa à multis extructa ſunt, ſicut à M. Philippo ædes Herculis Muſarum, à L. Cornificio ædes Dianæ, ab Aſinio Pollione atrium Libertatis. Ubi *extructa*, idem quod *reparata*. Hic Aſinius atrium, puto de novo polivit; certum eſt addidiſſe Bibliothecam, quæ omnibus pateret, & hanc ſcriptorum iconibus adornaſſe, Iſidorus: Primus Romæ bibliothecas publicavit Pollio, Græcas & Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubiis magnificentiſſimum extruxit. Ovid. Triſt. 3. 1.

Nec me quæ doctis patuerunt prima libellis
Atria Libertas tangere paſſa ſua eſt.

In hoc atrio publica acta ſignata etiam antequam illud augeretur Bibliothecâ; cum an. U. C. 585. id uſui fuiſſe certum ſit ex Livio, lib. 43. *Cenſores extemplo in atrium Libertatis aſcenderunt, & ibi ſignatis tabellis publicis, negarunt ſe quidquam publici negotii geſturos, quâ judicium populi de ſe factum eſſet.* Situm erat in Reg. Urbis 13.

Libethrides, dictæ ſunt Muſæ à *Libethrâ* Magneſiæ fonte, Muſis ſacro, & poetarum carminibus celebrato. Mela lib. 2. Strabo tamen author eſt, Muſas appellatas eſſe *Libethrides*, à *Libethro* Traciæ monte, quem poſtea Macedones tenuerunt, ſub

ſub quo & antrum fuiſſe ait, Muſis Libethridibus à Thracibus conſecratum. Virg. Eclog. 7.

——*Nymphæ, noſter amor, Libethrides.*

Ubi *Nympharum* nomine Muſas intelligit Lil. Gyraldus. Quod & Acron quoque docet ad Horat. 19. lib. 2.

——*Nymphaſque diſcentes.*

i. e. Muſas: nam & Lydi ſuas Muſas *Nymphas* vocabant. Idem quoque hic ex Varrone Servius. Ludovicus tum de la Cerda; locutus eſt poeta, inquit, ut eſt ſcientiſſimus ex cognatione antiquitatis. Nam Strabo & Pauſanias, ubi loquuntur de Libethro, Nymphis ſacrum ſignatè aſſerunt, non Muſis: imo poſterior aperte diſcriminat Muſas & Nymphas Libethridas, ut hinc appareat Poetam locutum verè de Nymphis, non de Muſis, Strab. lib. 9. Ἐνταῦθα δ' ὄζει τό, τε τῶν Μουσῶν ἱερὸν, καὶ ἡ Ἱππουκρήνη, καὶ τὸ τῶν Λειβηθρίδων Νυμφῶν ἄνδρον. Pauſanias in Bœoticis: Κοσσυφίας δ' ἑξῆς ὡς τεσσαράκοντα ὄρος ἀπέχει τὸ Λιβήθριον, ἀγάλματα δ' ἐν αὐτῷ Μουσῶν τε καὶ ἐπικλοῦ δὴ Λιβηθρίων.

Libitina, Dea apud Rom. in cujus templo locabantur, & vendebantur ea, quæ ad ſepulturam pertinebant, ita dicta à *libitu*, vel *libidine*. Plutarchus Venerem fuiſſe putat, redditque rationem in Problematibus, quare Romani ea quæ ad pompam funebrem ſpectarent, in Veneris templo voluerunt aſſervari, ut ſc. eo ipſo humanæ fragilitatis admoneremur, certo ſcientes exitum ab ortu non procul abeſſe, cum eadem Dea, & morientibus præſit, & vitam ingredientibus. Auctor eſt Dionyſ. Hal. Servium Tullium Regem cum ſcire numerum naſcentium, morientium, in viros tranſeuntium vellet; inſtituiſſe ſingulis templum, in quod nummum aliquem inferrent, atque ita numerarentur deſcriberenturque. Ut naſcentes in Junonis Lucinæ; morientes in Veneris Libitinæ, puberes, & qui virilem togam ſumerent, in Juventatæ. Hinc manavit ut ea Dea funeribus preeſſe crederetur; atque inibi, quicquid ad ea curaretur. Hinc *Libitinarii* qui *Libitinam* (ut Valer. 5.2.) *exercebant*. Gloſſæ, *Libitinarius* ἐνταφιαστής, ſive *Funerator*. Item Ἐνταφιοπώλης, qui vendit quæ ad funus. Ipſa *Libitina* quoq; ἐνταφιον, *funus*. Horat.3.Car.Ode ult.

Non omnis moriar, multaque pars mei Vitabit Libitinam.

Livius poſuit pro officio. *In urbe peſtilentia tanta*, ut Libitina tunc vix ſufficeret. In Aſconii pro Milone legas: *Faſces ex lecto Libitinæ raptos allatos ad domum Scipionis & Hypſæi*: Cape de faſcibus Deſignatorum, qui illic aſſervati. Sane lictores iis dat Horatius:

——*Cum ſieus prima calorque*
Deſignatorem decorat lictoribus atris.

Alii malint Proſerpinam eſſe Plutonis uxorem, quam, quòd inferorum crederetur regina, mortuis præeſſe putabant.

Libo, civis Rom. qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod ideò Libonis puteal dicitur. Horatius 1. Epiſt. 19.

——*Forum putealque Libonis*
Mandabo ſiccis.——

Item alius conſul cum Fabio Chilone, an. U. C. 956. Porro *Libones* fuerunt ex familiâ Albanorum ſeu Trojanorum. Sil. lib. 5.

——*Victum ſpoliaſſe Libonem*
Laurigeris decus illud avis.

Avis, h. e. triumphalibus. Inclaruit vero *Libonum* ſplendor ex illo Corneliæ ad Paulum Propertii verbis lib. 4. eleg. 12.

Altera maternos exæquat turba Libones,
Et domus eſt titulis, utraque fulta tuis.

Libra, ſignum Zodiaci, quod æquinoctium facit autumnale. Virg. Geor. 1.

Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas,
Et medium lucì, atque umbræ jam dividit orbem.

Quam Libræ deſcriptionem facientis dies æquos cum noctibus, ingenii oſtentatione exſecuti ſunt. Seneca in Hercule Inſano:

Libra Phœbæos tenet æqua currus.

Idem in Hippolyto:

Paremque toties Libra compoſuit diem.

Manilius, lib. 3.

Libra Arieſque parem reddunt noctemque diemque.

Idem iterum:

Libra diem noctemque pari cum fœdere ducit.

Ac rurſus:

——*Æquantem tempora Libram.*

Lucanus, lib. 8.

Tempus erat quo Libra pares examinat horas
Non uno plus æqua die, noctique rependit
Lux minor hybernæ verni ſolatia damni.

Idem Lib. 4.

Atque iterum æquatis ad juſtæ pondera Libræ,
Temporibus vicere dies.

Auſonius Eclog.

Libra die ſomnique pares detraherat horas,

Libs, ventus ab occaſu brumali flans adverſus Vulturnum, ita dictus quòd à Libyâ ſpiret, quâ ratione & *Africus* Latinis dicitur. Gel. 2. 22. Plin. 2. 47.

Lichas, puer Herculis, per quem Dejanira viro ſuo in Oetâ monte ſacrificaturo, veſtem miſit ſanguine Neſſi Centauri infectam; quam cum ille induiſſet, ſerpente jam per corpus veneno, doloris magnitudine in furorem verſus, Lichan pernicioſi muneris latorem capillis arripuit, & in ſubjectum mare præcipitavit, quem poetæ fabulantur in ſaxum ſui nominis fuiſſe mutatum, quod à nautis in mari Eubæo oſtenditur. Ovid. Met. 9.

Nunc quoque in Euboico ſcopulus brevis emicat altè
Gurgite, & humanæ ſervat veſtigia formæ.
Quem quaſi ſenſurum, nautæ calcare verentur,
Appellantque Lichan.——

Licinius Stolo, Trib. Plebis cum L. Sextio, à plebe factus, poſtquam ſolitudo magiſtratuum tenuit civitatem quinquennio, legem tulit ne quis plus quam quinquaginta agri jugera poſſideret, quâ lege ipſe damnatus eſt. Liv.

Licinius, Valerianus & Gallienus Impp. an. U. C. 1006. Ambo ob diſſidium obortum inter Gallienum & Aureolum apud Mediolanum, interfecti ſunt. Oroſius 2. 21.

Licinius, Cæſaris libertus, qui ab Auguſto curationi Galliarum præpoſitus eas ſpoliavit, eoque pacto ditiſſimus evaſit. Perſius de eo:

Nunc Licini in campos, nunc Craſſi mittit in ædes.

Juvenal. Sat. 1.

——*Ego poſſideo plus*
Pallante & Licinis.——

Limnæ, vicus inter Laconici & Meſſeniaci agri fines, ubi Limnatidis templum. Callimachus Hymn. 3.

——ἢ ἐνὶ Λίμναις.

Ubi Schol. Λίμναι δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τιμᾶϊ ἡ Ἄρτεμις. Eſt etiam Λίμναι locus in Attica, ubi Dionyſii templum, ut notat Schol. Ariſtoph. ad hunc locum Βατραχ.

Φθεγξόμεθ' ἴυγμὸν ἡμὰν ἀοιδὰν
Ἣν ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς
Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχόμεθ'.

Ubi in 1. verſu leg. ἁμὰν Doricè. i. e. *noſtrum*.

Limnatis, Diana dicitur Pauſaniæ in Meſſenicis Achaicis, & Arcadicis paſſim, à *Limnis* oppido in confiniis Lacedæmoniorum, & Meſſeniorum, in Laconicis ejuſdem Λιμνάδος male pro Λιμνάτιδος. Idem in Corinthiacis Ἀρτέμιδος Λιμναίας meminit. Certe apud Lacedæmonios cultam fuiſſe *Limnatim* Dianam ex Tacito diſcimus Annal. 4. ubi perperam etiam *Limeneditin Dianæ* pro *Limnetidis*, vel *Limnatidis* dicitur. Λιμνᾶτιν etiam Dianam à piſcatoribus cultam, ut à venatoribus Ἀγροτέραν, teſtis eſt Artemidorus, lib. 2. Vide Meurſium in Miſcell. Laconicis, lib. 1. cap. 2.

Limniades, ſtagnorum nymphæ apud Ethnicos. Λίμνη enim *ſtagnum* ſignificat. Vide Nat. Com. 5. 12.

Limoniades, Nymphæ florum, & pratorum, quas aliquando mori, ac deficere dixit Ariſtoteles ſicut Panes ac Fauni.

Linus, Oechalienſis citatur à Stephano in Οἰχαλία.

Linus, auditor & comes Pauli Apoſtoli. 2 Tim. 4. Primus poſt Petrum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus fuiſſe dicitur, An. Dom. 70. Euſeb. 5. 6. Irenæus, 3. 3. Sub hujus nomine duo circumferuntur libri ad Eccleſias orientales, qui acta continent Paſſionis Petri & Pauli, ſed libri illi commentitii ſunt, & multos continent errores. Vide Bellarm. De ſcript. Eccleſ. & lib. 1. De Rom. Pont. cap. 9. Baronium ad an. 69. Poſſevin. in apparatu ſacro. Voce *Linus*.

Linus, filius Apollinis ex Pſamathe Crotopi Argivorum regis filiâ; Cum enim Apollo, occiſo Pythone ſerpente, ad Crotopum veniſſet, ab eo hoſpitio ſuſceptus, clam cum Pſamathe ejus filiâ concubuit, quæ ex eo compreſſu gravida effecta, expletis legitimis mentibus, puerum peperit, quem *Linum* appellant. Hunc, cum patris indignationem metuens inter virgulta occultaſſet, canes inde extractum dilacerarunt.

Linus, Apollinis, & Terpſichores filius, Muſicæ peritiſſimus, Thamyræ, Herculis & Orphei præceptor. Virgilius, Ecl. 4.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamvis, atq; huic pater adſit,
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Hunc ab Hercule occiſum ferunt, impactâ in caput citharâ, quod ipſum ruſticiùs canentem irrideret. Pauſanias, lib. 9. Mart. 9. 88.

Ipſe meum flevi, dixit Apollo, Linum.

Prop. lib. 2. el. 13.

Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino.

Liriope, nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex quâ Cephiſſus amnis Narciſſum puerum formoſiſſimum ſuſceperit. Ovid. Met. 3.

Prima fide vociſque ratæ tentamina ſumpſit
Cærulea Liriope; quam quondam flumine curvo
Implicuit, clauſæque ſuis Cephiſos in undis
Vim tulit, enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem, Nymphis jam tunc qui poſſet amari,
Narciſſumque vocat.———

Lithobolia, apud Trœzenas feſta, à *lapidum jactu* ſic vocata, quòd in ſeditione nonnulli duas Cretenſium puellas, Limiam, & Auxeſiam, lapidibus nequiter obruerant, ac trucidaverant, unde ut earum manes placarentur, feſtum quotannis ſolenniter celebrandum ſtatuerunt. Plut.

Lityerſa, nothus erat Midæ regis. Hic cùm ageret in Celænis, exceptos eos, qui adveniſſent, compellebat, ut ſecum meterent, deinde præfectis capitibus reliquum corpus manipulis involvebat. Idem inſtituit, ut in honorem Midæ, æſtivus ſive meſſorius hymnus caneretur, unde proverbium, ut qui coacti canerent, hi Lityerſæ cantionem canere dicerentur. Vide Eraſm. in Chiliad.

Livia, Druſilla, Auguſti Cæſaris conjux ſecunda. De quâ Ovid. Faſt. 1.

Sic Auguſta novum Julia numen erit.

Ad quæ hæret Marſus: de Juliâ, inquit, Auguſtâ non legimus aliquid ſacri. O pepo! Hæc enim poſtea mariti adoptione in Juliorum domum admiſſa eſt, eique nomen fuit *Julia Auguſta*. Eam autem nepos Claudius conſecraſſe dicitur. Sueton. 5. 11. *Avæ Liviæ divinos honores & Circenſi pompâ currum elephantorum Auguſteo ſimilem decernendum curavit.* Dio Caſſius, lib. 60. Τὴν τε πάλαι ἀλλὰ μόνον ἔπαινον ἐπήμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τε ἐν τῷ Αὐγουσείῳ ἱδρύσας, καὶ τοὺς δυσὶ καὶ εἴκοσι δήμους λαβεῖν, ἐπώνυμον ἑκάστου αὐτῆς ποιήσας καλέσας τε γυναῖκα ἔχειν τὸ ὄνομα αὐτῆς ποιήσας καλέσας. Habuit etiam præter has Virgines Veſtales, ſuam Flaminicam, quò referas vetuſtam hanc baſim, quæ Aquini eſt: *Deutriæ L. F. Pollæ Sacerdoti Divæ Auguſtæ poſt mortem D.D.* Et hoc paſſim in Inſcriptionibus antiquis litatum Juliæ videmus, ut in his fragmentis Fratrum Arvalium:

Divo Auguſto bovem marem
Divæ Auguſtæ vaccam. Neapolis.

T. Livius, hiſtoricus Patavinus, res Romanas miro artificio luculentoque ſermone perſcripſit. Hieronymus ad Paulinum: *Ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem, ab ultimis Hiſpaniæ Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus: Et quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, illius hominis fama perduxit.* Hunc Caius princeps, tanquam verboſum inſectabatur; Pollio vero tanquam Patavinitatem redolentem. Quintiliano magnopere laudatur, qui eum Herodoto comparat, in concionibus præſertim, ſuadetque pueris ediſcendum, ut Ciceronis imitatorem.

Livius Andronicus, Livii Salinatoris libertus, cujus filios erudiit, ab eoque ob ingenium libertate donatus. Primus Romæ fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, & M. Tuditano Coſſ. anno ante nativitatem Ennii. Vide Voſſ. Poet. Lat. pag. 3.

Lebon, Argivus, librum de Poetis conſcripſit. Laertius & Epimen. & Thalete.

Locuſta venefica Neroni grata, ex Galliis evocata; cujus operâ Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio ſuſtulerunt. Tac. lib. 11. Juven. Sat. 1.

Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquus.

Loemius, Apollinis cognomen, quod ei Lydii impoſuerunt ob malorum expulſionem, finitâ peſtilentiâ. Sol enim aera rarefacit, & expurgat. Hinc Seneca in Oedip.

——— *Una jam ſupereſt ſalus,*
Si quam ſalutis Phœbus oſtendit viam.

Longimanus, Artaxerxes, rex Perſarum, ſic dictus quòd manum alteram haberet longiorem.

Longinus Caſſius, Philoſophus, Porphyrii præceptor, vir multæ eruditionis & Criticus; floruit ſub Aureliano Cæſare. Libellum ejus περὶ ὕψους, ſive *de ſublimi dicendi genere*, hodie habemus.

Longus Sophiſta, ſcripſit Paſtoralium de Daphnide & Chloe, libros quatuor. Gothofredus Jungermannus recenſuit, in latinum ſermonem vertit & notas addidit. Hanoviæ 1605. Poſtea vero Petrus Moll. Snecanus recenſuit, in latinum ſermonem convertit, notis, & animadverſionibus illuſtravit. Franekeræ, 1660.

Lot, fil. Haran. Gen. 11. quem δίκαιον vocat D. Petrus. 2 Ep. c. 2. verſ. 7. Ejus uxor cùm intueretur ulterius poſt eum, ſtatua ſalis effecta eſt. Gen. 19. Græcè eſt στήλη ἁλός. Ebraice à נצב, unde *Niſibis*, quæ & *Neſebis*, & *Naſebis*. Sic interpretatur hoc nomen Philo Byblius apud Stephanum *de urbibus*. Statuam autem alii *cumulum*, alii *columnam* vocant. *Diſtat à mari Sodomeno duabus leucis: conſtatq; adhuc cumulus ille*, ait Benjamin in Itinerario, *qui à gregibus aliquando lambendo imminutus, denuo ad priſtinam creſcit molem.* Thargum Hieroſolymitanum: *Quia uxor Lot erat ex filiabus Sodomæ, reſpexit poſt ſe, ut videret quid tandem eventurum eſſet domui patris ſui: & ecce ipſa ſtetit* (i. e. manſit) *columna ſalis, duraturâ uſque ad tempus illud quo reviviſcent mortui.* Hanc ſuo etiam tempore ſuperfuiſſe teſtantur Joſephus & Clemens Ep. ad Romanos; Vide Burchardum & alios qui ibi fuere. Sulp. Severus: *Sed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo ægrius vetitis abſtinetur) reflexit oculos, ſtatimque in molem converſa traditur.* Cyprianus:

——— *Et ſimul illic*
In fragilem mutata ſalem ſtetit ipſa ſepulchrum.

Tertullianus carmine de Sodomâ:

——*Ipſa ſibi formam ſine corpore ſervans,*
Durat adhuc, nunquam pluviis nec diruta ventis.
Quin etiam ſi quis mutilaverit advena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet.

Cæterum uxor Lothi in ſalem converſa, magno admonuit Sacramento, neminem in viâ liberationis ſuæ, præterita deſiderare debere, uti notat Auguſtinus. Unde Prudentius:

Nemo memor Sodomæ, quæ mundi forma cremanda eſt,
Ut ſemel, è muris greſſum promoverit, ore
Poſt tergum verſo reſpectat fumera rerum.

Inceſtum hic Lothus cum filiabus ſuis inſcius commiſit. Ratio autem quæ filias ejus ad hoc facinus commovit hæc à Joſepho refertur. Αἱ δὲ παρθένοι πᾶν ἡγησάμεναι τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀπολωλέναι γήμου, καὶ παιδοποιοῦσι δύνασθαι λαθεῖν, ἐπόθουν ἢ οὕτω γένεσθαι τῆς μὴ γήμου ἐκλιπεῖν. Sulp. Severus: *Lot autem filiæ exiſtimantes humanum genus interiiſſe, concubitum inebriati patris appetiverunt.* Licitum ſiquidem arbitratæ ſunt, quod ab Arabibus vicinis quotidie fieri intelligebant, ut Strabo docet. Sed fœdum hoc facinus haudquaquam, quod Chryſoſtomus facit, excuſandum eſt.

Lotis, nympha formoſiſſima, Neptuni filia, quæ cum Priapi vim effugere non poſſet, invocatâ Deorum ope, in *lotum* arborem eſt commutata. Ovid. Met. 9.

Loxias, Apollo dictus, quòd obliqua ederet reſponſa, aut ab eo quòd Zodiacum Sol obliquè percurrat. Macrob. Saturn. Seneca in Oedipo:

Reſponſa dubiâ ſorte perplexa latent.
Ambage nexa Delphico mos eſt Deo
Arcana tegere.———

Lua, Dea quædam apud veteres, à *luendo*, expiandoque nomen ſortita, quæ præerat luſtrationibus, & luſtris. Vide Turneb. Adverſ. 16. 20. & 23. 22. & 10. 11.

Lucanus, Cordubenſis patriâ, poeta egregius, in Piſonianâ conjuratione deprehenſus, brachium ad ſecandas venas medico præbuit. Hujus vitam habemus à Suetonio exaratam. Vide Crinitum & Lil. Gyraldum. Etiam fusè de eo agit Voſſius, lib. 1. Hiſt. Lat. cap. 26.

Lucas, medicus Antiochenus unus è 4 Evangeliſt. Euſeb. 3. 4.

Lucia, Sicula, ſeu, ut alii volunt, Romana vidua, à proprio filio Chriſtianiſmi accuſata, martyrio coronata ſub Diocletiano. Fuit & alia Syracuſana, ſed virgo, quæ cum bona à parentibus relicta pauperibus diſtribueret, à proprio ſponſo accuſata martyrii coronam accepit. Vide Bapt. Mantuanum.

Lucianus, presbyter Antiochenus, martyr Nicomediæ ſub Maximiano. Hieronymus. Suidas.

Lucianus, Samoſatenſis, ſcriptor præſtantiſſimus, & facetiſſimus, primum Chriſtianus, demum fidei deſertor, ſed tandem ſuæ improbitatis luit pœnas graviſſimas, nam à canibus devoratus miſerè interiit. Suidas. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 232. Et de ſectis p. 57. Alius ab hoc eſt *Lucianus* ille, cujus meminit Laertius lib. 6.

Lucifer, una errantium ſtellarum, quam & *Venerem* appellamus, quæ mane Solem præcedens, unaque cum Auroræ ſeſe oſtendens (unde & Auroræ filius fingitur) *Lucifer* dicitur; veſperi autem Solem ſubſequens, *Heſperus* nominatur. Poetæ comparatione ab hâc ſtella deſumptâ ſæpius utuntur. Virg. Æn. 8.

Qualis ubi Oceani perfuſus Lucifer undâ,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes,
Extulit os ſacrum cœlo, tenebraſque reſolvit.

Val. Flaccus lib. 6.

——— Qualis roſeis it Lucifer alis,
Quem Venus illuſtri gaudet producere cœlo.

Ovidius Ponticorum lib. 2. eleg. 3.

Surgit Iuleo juvenis cognomine dignus,
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.

Seneca in Hippolyto:

Qualis eſt primas referens tenebras
Nuncius noctis, modo lucus undis
Heſperus, pulſis iterum tenebris
Lucifer idem. ——— ———

Lucilius, ad quem Epiſtolas ſcripſit Seneca, origine humilis fuit, induſtriâ tamen emerſit, & ad equeſtrem ordinem, tum ad procurationem Siciliæ pervenit. Diſces ex Epiſtolis iſtis, ſi obſerves. Ingenium illuſtre fuiſſe videtur, literis & Poeticæ etiam amicum, iiſque dotibus Senecæ carum. Qui eum mirificè laudat, etſi colore quodam & figuratè, lib. 4. Nat. Qu. initio, quos ipſos libros ei inſcribit. Oſtendit ibi ſub Caio potuiſſe, ſub Claudio. Fidem ejus commendat, invictum muneribus animum, alia digna lectu, ſi quis virum noſſe cupit. In iiſdem Epiſtolis, à juventute ſe ei amicum fuiſſe ſignificat, & ætatem perſeveraſſe. Alia de viro non poſſum, nec cognomen quidem ejus eruere. Nam quod quidam *Juniorem* appellant, inducti loco Senecæ (Ep. 25.) *Junior es? quid refert? Non dinumerantur anni:* puer videt, quam ſit puerile. Ad ætatem ea, non appellationem ſpectant. Lipſius.

Lucilius, vetus, & venuſtus poeta, patriâ Auruncanus' unde *magnus Aruncæ alumnus* dicitur Juv. Sat. 1. qui primus Latinorum Satyras ſcribere aggreſſus eſt. Pacuvio, & Accio florentibus viguiſſe docet Velleius libro altero, & Quint. 17. 21. Natus eſt Olymp. 153. ut apud Hieronymum in Chronico eſt ex Suetonio. Ac ibidem legas Olymp. 169. Neapoli mortuum an. ætatis 46. ac publico funere elatum. Magnus fuit Magni Pompeii avunculus, uti teſtatur Porphyrio. Vide Horat. lib. 1. Sat. 10. & quæ iſtic interpretes annotarunt. Perſius:

———Secuit Lucilius urbem
Te Lupe, te Meti, & genuinum fregit in illis.

Juv. Sat. 1.

Enſe velut ſtricto quoties Lucilius ardens
Infremuit.———

Horatius de eodem:

Primores populi arripuit, populumque privatim,
Scilicet uni æquus virtuti, atque ejus amicis.

Lucilius homo doctus & perurbanus, dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neque ab indoctis legi velle, neque à doctiſſimis, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe, quam ipſe de ſe; Cic. lib. 2. de Oratore. *Lucilius* Baſſus, Judææ legatus, An. Dom. 74. Item miles quidam fortiſſimus Rom. qui cum videret inclinatam aciem Bruti apud Philippos, obtulit ſe periculo, ac in medias hoſtium manus irrupit, ut ipſe Bruto tempus ad fugam faceret.

Lucilla, virgo filia Nemeſii Tribuni, quæ cæca primùm, demum à Stephano pontifice viſum recepit. Hæc ſub Valeriano principe paſſa eſt. Volat.

Lucillus Tarrhæus, hiſtoriam urbis Theſſalonicenſis condidit, teſte Stephano in Θεσσαλονίκη. Contexuit quoque Scholia in Argonautica Apollonii, ut ex præfatione Anonymi Græci conſtat. Edidit & adagia: Sanè Zenobius indicat ſe proverbia ſua ex Tarrhæo ac Didymo collegiſſe. Voſſius.

Lucina, Dea partuum præſes, quæ & *Juno* dicitur, & *Diana*. Prop. lib. 4.

——— Cum Cynaræ traheret Lucina dolores.

Ovid. Faſt. 2.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomine lucus,
Seu quia principium tu Dea lucis habes.

Vide eundem Faſt. 6. & Met. 9. Catullus.

Tu Lucina dolentibus
Juno dicta puerperis. Vide *Ilithyia.*

Lucius, viri proprium, quia luce oriente natus eſt, ſic *Lucia*, nomen mulieris.

Lucius Antonius Commodus, Rom. Imp. à primâ ſtatim pueritiâ turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, ore pollutus, conſtupratuſque, 300 concubinas & 300 pueros in deliciis habuit. Æl. Spartianus. Coloſſi capite ſublato ſuæ imaginis caput juſſit imponi, Hercules, ac Deus voluit vocari. Vide Herodianum lib. 1.

Lucius Antonius, coſ. cum P. Servilio Iſaurio, ſeditionem movit adverſus Cæſarem, apud Peruſiam victus eſt. Appian. lib. 4. Florus 4. 7.

Lucius Patrenſis memoriæ tradidit μεταμορφώσεις, Vide Voſſ. H. Gr. p. 517.

Lucius Corn. Sylla, coſ. cum Pompeio Ruffo, anno U. C. 666. Inter hunc & Marium contentio orta eſt propter Mithridaticum bellum. Dictator cum eſſet multos proſcripſit, tyrannidem exercuit, Romanorum primus fuit, qui cives ſuos morte multavit, an. U. C. 674. depoſito magiſtratu vitam vixit privatam. Plut. In campo Martio ſepultus eſt. Vide *Sylla.*

Lucius Quintius Cincinnatus, Trib. Mil. an. U. C. 370. Idem ab agro accerſitus, ut Dictator fieret, arans, & ſuâ manu ſemen ſpargens inventus eſt. Perſius Sat. 1.

Unde Remus, ſulcoque terens dentalia Quinti,
Quum trepida ante boves Dictatorem induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit:

Lucius Septimius Severus, 21 Romanorum Imperator anno U. C. 946. Apud Cyzicum Æmilianum Nigri ducem fudit fugavitque. Rurſus in Bithynia Nigri milites à Severianis victi ſunt. Ad Iſſicum ſinum in Ciliciâ Niger victus, fugatuſque eſt, & in ſuburbano quodam capite truncatus. Clodium Albinum apud Lugdunum vicit fugavitque & civitatem incendit. Albini caput Romam miſit. Superato Albino, Senatores & optimates, quam plurimos occidit, Arabiam Felicem vaſtavit, Armeniorum rex fœdus cum eo init, Augarus Oſthœnorum rex ei ſe dedidit, filios obſides tradidit. Artabanum Parthorum regem fugavit, Cteſiphontem cepit, & Adiabenos ſuperavit. Britannis bellum movit, ut receptas provincias redderet ſecuriores, vallum per 133. m. p. à mari ad mare duxit. Herod. lib. 3.

Lucretia, Romanæ pudicitiæ lumen præcipuum, filia Lucretii Tricipitini præfecti urbis, uxor Tarquinii Collatini, quam Sext. Tarquinius cùm precibus exorare non poſſet, vi oppreſſit. Stricto enim gladio in cubiculum irruens, mortem minabatur, ni voluntati ſuæ obſequeretur; addebatque, ſe cum mortuâ jugulatum ſervum poſiturum, ut in ſordido adulterio necata diceretur. Quibus minis illa perterrita, ut infamiæ ſuſpicionem effugeret, expugnari ſeſe paſſa eſt. Poſtridie vero convocatis patre, marito, cæteriſque amicis, obortis repente lachrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem ſub veſte occultum habebat, ſeſe ſtatim confodit. Quâ re moti amici, populo ad arma concitato, reges expulerunt. Liv. lib. 1. Juv. Sat. 10.

Sed vetat optari faciem Lucretia qualem
Ipſa habuit.———

Martial. 1. 91.

Eſſe videbaris fateor Lucretia nobis.

Silius lib. 13.

Ecce pudicitiæ Latium decus, inclyta lethi
Fert frontem, atque oculos terræ Lucretia fixos.
Non datur heu tibi Roma, nec eſt quod malle deceret,
Hanc laudem retinere diu.

Sp. Lucretius, Tricipitinus ſocer Tarquinii Collatini. Cæſo Bruto in conſulatu ſucceſſit cooptatus à P. Valerio, qui & illi, ut natu majori prius faſces dedit. Verum ætate confectus, quum ad obeunda munera conſularia vires non ſuppeterent, intra paucos dies mortuus eſt, cui mox M. Horatius Pulvillus ſucceſſit. Livius. Dionyſ. Plut.

T. Lucretius Carus, poeta ſynchronus Tullii & Terentii Varronis, etſi paulo antiquior. Scripſit libros 6. De rerum naturâ, in quibus Epicurum, & Empedoclem ſequitur. Id opus plerique à M. Cicerone emendatum volunt, quum auctor id ipſum imperfectum & inemendatum reliquiſſet: Et quanquam Cicero fratris ſententiam confirmans, non multa habere ingenii lumina fatetur, multæ tamen artis eſſe dicit. Quintilianus etiam in ſuâ materia elegantem, ſed difficilem eſſe teſtatur. Ovidius:

Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Periit, quomodo tradit Euſebius, ſuâ ipſius manu, quum amatorio poculo in furorem actus eſſet. Id datum ab uxore Luciliâ volunt, deque eâ intelligendum illud Senecæ: *Livia virum ſuum occidit, quem nimis oderat, Lucilia ſuum, quem nimis amaverat.* Auctor vitæ Virgilii, Pompeio & Craſſo 2. Coſ. deceſſiſſe tradit, quum eodem die Virgilius virilem togam induiſſet.

L. Lucullus, vir clariſſimus Rom. qui præclaras res geſſit. Hic nobilis, diſertus, dives, munus Quæſtorum ampliſſimum dedit. Prætor Africam juſtiſſimè rexit. Adverſus Mithridatem miſſus, collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberavit. Cyzicon obſidione ſolvit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumque regno ſuo Ponto exuit, quem rurſum cum Tigrane rege Armeniæ ſubveniente, magnâ felicitate ſuperavit. Hic (ut refert Athenæus) cùm Romam poſt expeditionem Ponticam rediiſſet, ad vitam ſumptuoſam, & elegantem ſe convertit, tantas enim opes paraverat, ut ædibus & prætoriis extruendis, hortis, & cœnationibus amœniſſimis, incredibilique ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni utriuſque linguæ libris referta, atque omnibus obvia ac patenti, opes bello quæſitas conterere non potuerit, cum interim quotidiano

epularum appáratu, in Proverbium penè venerit. Nimius in habitu, maximè ſignorum, & tabularum amore flagravit. Poſt cum alienatâ mente deſipere cœpit, tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt. Vir fuit omnino eloquens, & utraque linguâ exercitus, ita ut Sylla commentarios de rebus à ſe geſtis ei dicarit, conditione eâ, ut illos digereret, ac poliret, teſte Plut. in ejus vitâ, ex quo etiam diſcimus Lucullum ipſum ſcripſiſſe Græcè hiſtoriam Belli Marſici: Horat. 1.Ep.6.

——*Chlamydes Lucullis, (ut aiunt)*
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſem ? ait : tamen & quæram, & quot habebo
Mittam : poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum : partem vel tolleret omnes.

Sen. ad Polybium: *Quid referam duorum Lucullorum diremptam morte concordiam ?*

Lucumo, C. Lucumo Propertio; ſic enim ille.

Prima Galeritus poſuit tentoria Lucmon.

Vocabulum Tuſcum, quo Rex ſignificabatur, ut Servius auctor eſt in Æn. 2. Et ita videtur uſus Sidonius lib. 5. ep. 7. *Temperat Lucumonem noſtrum Tanaquil ſua.* Loquitur enim de Chilperico rege. Aliter Feſtus. *Lucumones*, inquit, *homines inſani dicti, quod loca ad quæ veniſſent infeſta redderent.* Vide Scaligerum ibidem & in illud Auſonii:

Sallito decies ſi cor purgeris aceto,
Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen.

Voſſius *Lucumones* & Λυκόντας eoſdem eſſe, planeque Latinum ſive Thuſcum illud ex Græco hoc factum putat. Λυκόων enim Arcadiæ rex fuit, ac Arcadia ab eo aliquando *Lycaoniæ* nomen habuit. Is autem in lupum à Jove commutatus dicitur, ut præter poetas tradit Pauſanias. Conſtat etiam Λυκάονας dici, qui vulgò Λυκανθρώπους. Eſt vero *Lycanthropia* Melancholiæ genus, quo qui laborant, noctu luporum inſtar exeunt, & uſque dum luceſcat circa mortuorum corpora verſantur; ut ex Æginetâ, & Ætio conſtat. Quæ qui conſiderarit, non mirabitur uti Λυκάων apud Græcos, ita Lucumo apud Thuſcos (qui ex Arcadiâ in Italiam venere) utramque habuiſſe notionem, puta ut tum pro rege, ſeu præfecto, tum pro Melancholico vel inſano ſumeretur.

Luitprandus, Ticinenſ. Eccleſiæ Levita ſive Diaconus, poſtea vero Epiſcopus Cremonenſis, hiſtoriam ſcripſit de rebus ſuo tempore per Europam geſtis; floruit vero ſub Ottone primo Imperatoris. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. p. 344.

Luna, Dea apud veteres, eadem quæ *Lucina*: Cic. lib. 2. de N. D. *Luna à lucendo nominata ea enim eſt Lucina.* Ut vero Soli quadriga, ſic Lunæ biga à Poetis attribuitur. Tertull. de Spect. cap. 9. *De jugo vero quadrigas Soli, bigas Lunæ ſanxerunt.* Sen. in Herc. Oetæo:

Cujus ad primos Hecate vapores
Laſſa nocturnæ levat ora bigæ.

Manilius in Aſtronom.

Quadrijugis ut Phœbus equis, & Delia bigis.

Papinius:

Rorifera gelidum tenuaverat aera bigâ:

Fulgentius ubi totam curruum Solis & Lunæ fabulam paucis complectitur:

Solverat ignivomos mundi regione peracta
Quadrupes, gelidumque rotis tepefecerat orbem
Rector, & auratis colla ſpoliabat habenis.
Jam Phœbus disjungit equos, jam Cynthia jungit,
Quaſque ſoror liquit, frater pede temperat undas,
Tum Nox ſtellato cœlum circumlita peplo
Cærula rorigenis pigreſcere juſſerat alis,
Aſtrigeroque nitens diademate Luna bicornis
Bullatum bijugis conſcenderat æthera tauris.

Idem Fulgentius Lunam modo ab equis, modo à tauris trahi ſignificavit. Equos ei tribuit Homerus in Hymnis, Manilius, & Ovidius 1. Triſt.

Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Quorum unum album, atrum alium ſcribit Boccatius. Vaccas autem ei tribuunt Auſonius:

Jam ſuccedentes quatiebat Luna juvencas.

Prudentius:

Nunc bijugas frænare boves.

At Avienus & Claudianus juvencos, ſeu boves mares, ad ſterilitatem Lunæ ſpectantes, ut & ii qui Mulas currui ejus junxere. Qui vero cervos ad Lunæ in curſu ſuo perficiendo velocitatem attenderunt. Macrob. lib. 1. Sat. adducit Philochorum in Atthide, Venerem eſſe Lunam, ejus Sacrificium facere viros veſte muliebri, mulieres cum virili, quod eadem & mas & fœmina crederetur, Apul. lib. 2. Transf. ad Lunam: Sed tu cœleſtis Venus, quæ primis rerum exordiis ſexuum diverſitatem generato amore ſociaſti, &c. Unde Aug. de C. D. 7. 15. *Ibi eſt & illa omnium clariſſima* quæ ab eis appellatur Venus, & tamen eandem Venerem eſſe etiam Lunam volunt, quamvis de illo fulgentiſſimo ſidere apud eos tanquam de malo aureo Juno Venuſque contendant. Paganis autem veteribus perſuaſum eſt magicis incantamentis detrahi cœlo Lunam poſſe. Virg. in Pharmaceut.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Maga apud Horat. inſultans & jactabunda:

An quæ movere cæreas imagines
Ut ipſe noſti curioſus, & polo
Deripere Lunam vocibus poſſum meis
Poſſum crematos excitare mortuos
Deſideriique temperare poculum.

Ovid. de Medeâ:

Illa reluctantem curſu deducere Lunam
Nititur & tenebras addere Solis equis.

Idcirco nutrix apud Sen. in Hippol. cum Lunam veneratur, ad hunc loquitur modum:

Sic te gerentem fræna nocturni ætheris,
Detrahere nunquam Theſſalæ cantus queant.

Adjuvari autem putabant Lunam ſic laborantem ſonitibus permagnis, ne voces incantantium eò poſſint pervenire, ut ab eâ exaudirentur. Idcirco, pelves & tympana & cymbala pulſabantur. Hoc enim prodeſſe plurimum exiſtimabant. Propert.

Cantus è curru Lunam deducere tentant,
Et facerent, ſi non æra repulſa ſonent.

Unde Juvenalis argutè de fœmina loquaciſſima Sat. 6.

Una laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.

Luc. lib. 6. de Magorum vi loquens:

——*Iliis & ſidera primum*
Præcipiti deducta polo, Phœbeque ſerena
Non aliter diris verborum obſeſſa venenis
Palluit, & nigris, terreniſque ignibus ærſit,
Quam ſi fraterna prohiberet imagine tellus
Inſereretque ſuas flammis cœleſtibus umbras:
Et patitur tantos cantu depreſſa labores,
Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.

Vide plura quæ nos in *Theſſalia*. Fiebat autem hoc cum Luna deficeret, amoto Sole interjectu terræ, cujus rationem ignorabant veteres. Unde Plin. l. 2. de his qui cauſas defectuum Solis Lunæq; prodiderunt loquens, *Viri*, inquit, *ingentes ſupraque mortalium normam tantorum numinum* lege deprehenſa, & miſera hominum mente abſolutâ in defectibus Stellarum ſcelera, aut mortem aliquam ſiderum paventes: quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari vatum ſublimium ora palam eſt, deliquio Solis & in Luna veneficia arguente mortalitate, & ob id *crepitu diſſono auxiliante.* Nec mirum eſt creditum olim rudi hominum generi Lunam cœlo auferri, cum noſtrâ memoriâ ſit populus qui Lunam ab Aſino epotam credidit cum is aſinus de fluvio biberet, qui Lunæ ſpeciem, ut fit, reddebat, illaque objectu nubis ſubito ſe condidiſſet, aſinuſque in carcerem conjectus, & poſt legitimam quæſtionem ſectus eſt ut Lunam mundo redderet. Ut Claudianus:

Dixit, & extemplo frondoſâ fertur ab Alpe
Trans pelagus, cervi currum ſubiere jugales.

Loquitur de Lunâ.

Lupa, quæ & *Acca Laurentia*, ſive *Larentia*, Fauſtuli uxor, paſtoris armenti regii, quæ geminos infantes Veſtalis filiæ Numitoris ad ripam Tiberis expoſitos aluit.

Lupercal, locus ſub Palatino monte Pani paſtorum Deo conſecratus, in quo ſolennia quædam ſacra quotannis fiebant menſe Februario, quibus Panos ſacerdotes, qui *Luperci* dicebantur, nudi per urbem curſitabant, mulierum palmas uteroſque caprinâ pelle ferientes, quâ re & fœcunditatem & facilem partum fieri putabant. Inſtituta autem putantur hæc ſacra ab Evandro in honorem Panos Lycæi, quem Arcades ſimili honore colebant; Quare autem nudi diſcurrebant hanc cauſam adfert Servius, cum Romulus & Remus ludicro huic intenti erant, latrones interim, occaſione arreptâ, pecora illorum abegiſſe, eâque re intellectâ, Romulum cum omni juventute, abjectis veſtibus, ut ad curſum expeditiores eſſent, latrones eſſe inſecutos, iiſque oppreſſus prædam recepiſſe. Quæ res quoniam feliciter ceſſiſſet, manſiſſe deinde morem ſolemnem, ut Lupercalia à nudis celebrarentur. Virgil. Æn. 8.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum
Rettulit, & gelidâ monſtrat ſub rupe Lupercal,
Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Ovid Faſt. 2.

Illa loco nomen fecit, locus ipſe Lupercal,
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

De Lupercis autem Virg. ubi ſupra:

Hic exultantes Sanios nudoſque Lupercos.

Juvenalis:

Nil prodeſt agili palmas præbere Luperco.

Lupercalia itaque nomen habuerunt à *Lupercis*, quorum plures ſodalitates fuere. Una Fabiorum, altera Quintiliorum:

& hæ

& hæ antiquiſſimæ. Addita poſtea ea Juliorum à C. Jul. Cæſare; cujus inſtitutionis mentio apud Dionem lib. 44. Verba ſunt: Ἱερονίκης τε ἐς τὰς τῶν Παρὸς γυμνοπαιδίας, κἀμὲ δ' ἐπιείαν, ἵν' Ἰκελίαν ἀνάμαξ, Tria ergo Romæ Lupercorum collegia, quæ ſacra quotannis rite facerent. Hæc aliquantulum remiſſa Auguſti ævo, ſed ab eodemmet reſtituta. Suetonius lib. 2. *Nonnulla etiam ex antiquis cæremoniis paulatim abolita reſtituit*, ut Salutis augurium, *Diale Flaminium*, *ſacrum Lupercale*. Hæc Neapolis, qui etiam in illud Faſt. 2.——*Nudos Aurora Lupercos aſpicit*: De hoc more, inquit, Plut. in C. Cæſare: Τῶν δ' εὐγενῶν νεανίσκων καὶ ἀρχόντων πολλοὶ διαθέοντες ἀνὰ τὴν πόλιν γυμνοὶ, σκύτεσιν λασίοις πρὸ ἐμπεσόντες ὑπαντιῶντας καὶ γέλωτα παίοντες· Subligacula tamen habebant circa pudenda ex ipſimet pellulis caprarum, quas in ſacrificio feçerant. Dionyſ. lib. Q. Ἡνίκα ἐχθὲς πρὸ μὲν τὸ Παλάντιον οἰκοῦντας ἔτι νέον ὂν τῇ Λυκαίᾳ περιθέουσι δρόμῳ καὶ κούρων γυμνῶν, ὑπεζωσμένων καὶ αἰδῶ καὶ δεξιᾶς ἅπτ νεοθήτων. Nudum etiam corpus tunc illis unctum, neſcio an vulgo notum ſit; ſed eruo ex Appian. lib. 2. Bell. Civil. Ἀντώνιος ὑπατεύων σὺν αὐτῷ Καίσαρι καὶ διαθέων τότε γυμνὸς ἀλειμμένος (ὥσπερ εἰώθασιν οἱ τῶν ἱερῶν ἱερεῖς) ὅτε τὰ ἔμβολα ἀναδραμὼν ἐστέφανοι διαδήματι. Uncti igitur & ſeminudi diſcurrebant vicatim ludentes, hinc *Luperci* appellati. Tertullianus de Spectac. *Sed etſi Varro ludos à Ludo, i. e. à luſu interpretatur, ſicut & Lupercos ludos appellabant, quòd ludendo diſcurrant.* Qui legunt utrobique *Ludios*, non damno. Idem enim antiquis aliquando fuit *ludus* & *ludius*. Porro ex Arcadiâ hæc ſacra in Latium cum Evandro tralata fuere, quod & ſupra monuimus. Plut. in vitâ Romuli: Τέτραται δὲ τῆς ἑορτῆς Ἑλληνιστὶ σημαίνει Λυκαῖα, καὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο παμπάλαιος ἀπ' Ἀρκάδων εἶναι τοῖς περὶ Εὔανδρον. Clem. Strom. 1. ubi de Carmenta: ἧς ὑὸς Εὔανδρος ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τῷ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λυπέρκιον καλούμενον κτίσας. Hoc ſanum auxerunt poſtea magnis ædificiis Romani, teſte Haliçarn. lib. 1. Nam vetus illud Arcadicum fuit humile, & in ſpeluncâ multâ fronde pertectâ: de qua idem: Ἔνθα ζωμὸν ἱδρυσάμενοι τῷ θεῷ τὸ πάτριον θυσίαν ἐπιτέλεσε, ἵν' μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου Ῥωμαῖοι θύουσιν ἐν ὕλῃ φιζοειδεῖ.

Luſii, vel *Luſſa* (nam ἡ ἐυθεῖα τὰ Λύσσα, inquit Schol. Callimach.) Arcadiæ vicus Pauſaniæ, Steph. & Polyb. ὅπου Μελάμπους ἔλυσε τὰς Περίτου θυγατέρας, καὶ ἔπαυσε τὴν μανίαν· Callim. Hymn. 3. ubi de Prœto 2. templa condente:

——Τὸν δ' ἐνὶ Λύσοις
Ἥμενον ἕνεκα θυμὸν ἀπ' ἀχείων εἵλαο πείσων.

Lyæus, unum ex Liberi patris cognominibus ἀπὸ τοῦ λύειν, quod vino mentes & curæ ſolvuntur. Horat. Epod. 9.

Curam, metumque Cæſaris rerum juvat
Dulci Lyæo ſolvere.——

Petronius in Satyrico:

Anículæ ſolutæ manus.——

Iterum:

Cum ſolutus mere amiſiſſem ebrias manus.

Oppianus 4. Κυνηγ.

——Τπὸ λυσιπόνῳ Διονύσῳ.

Ovid.

Turpe jacens mulier multo reſoluta Lyæo.

Forſan & huc referendum Propertianum illud l. 3. Eleg. 5.

Me juvat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in vernâ ſemper habere roſâ.

Lycambes, Neobules pater, qui cum filiam ſuam Archilocho poetæ deſpondiſſet, poſteaque pœnitentiâ ductus non tradidiſſet, tum acerbo carmine ab eo eſt perſtrictus, ut unà cum filia laqueo vitam finierit. Horat. Epod. 6.

——*In malos aſperrimus*
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.

Hinc *Lycambeus*. Ovid. in Ibin.

Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

Lycaon, Arcadiæ rex, Pelaſgi fil. quem Jupiter, quòd aram ſuam in Lyceo monte, mactati pueri ſanguine reſperſiſſet, in lupum mutavit. Pauſan. in Arcadicis. Ovid. tamen Met. 1. aliam tradit transformationis hujus cauſam, quæ ſic ſe habet. Jupiter aliquando cum multa de humani generis impietate inaudiſſet, neque tamen omnia crederet, ut rem omnem certius exploraret, relicto cœlo in terram deſcendit, aliquotque regionibus peragratis, tandem ſub noctem in Arcadiam pervenit ad Lycaonis regiam. Ubi cum ſe Deum eſſe ſignificaſſet, vulguſque ſe ad ſacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, eâ ipſe nocte periculum ſe facturum dixit, Deumne an mortalem hoſpitio ſuſcepiſſet, conatuſque eſt noctu dormientem interimere. Quòd cùm fruſtra tentaſſet, aliâ ratione rem aggreſſus eſt. Habebat obſides à Moloſſorum gente ad ſe miſſos, horum unum jugulavit: partimque aſſum, partimque elixum Jovi epulandum appoſuit. Cujus rei immanitate indignatus Jupiter, regiam tyranni immiſſo fulmine euſſit, ipſumque in ſylvas fugientem in lupum transformavit. Hinc *Lycaonius*, ut *axis Lycaonius*, i. e. Urſa major, in quam Calliſto Lycaonis filia creditur transformata. Ovid. Triſt. 1.

Quæque Lycaonio terra ſub axe jacet.

Idem Met. 1.

Fœda Lycaoniæ referens convivia menſæ.

Nonnus Baſſariçorum lib. 18.

Ἔκλυον ὡς ὑπέδυκτο τὸν γαστῆρα Λυκάων
Αὐτὸν ὁμῶ μαιφόνον· καὶ ὑὸς χεῖα δαΐζας
Νύκτιμον ἀγρώσσοντι τῷ παρὰ κλιτὺν ἑταίρῳ, &c.

Item Nelei fil. & Neſtoris frater, quem Hercules expugnato Pylo occidit. Alius Priami filius, ab Achille occiſus. Item Gnoſius faber, & artifex enſis quem Aſcanius dedit Euryalo. Virg. Æn. 9.

Lycaſte, filia Priami ex concubinâ, cujus amore flagrans Polydamas, Antenoris & Theanus ſororis Hecubæ filius eam uxorem duxit. Item *Lycaſte*, meretrix nobilis apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ cum Buten Amyci Bebryciorum regis filium hoſpitio excepiſſet, ejus concubitu uſa, Erycen ei peperit; quo factum eſt ut apud poſteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycen genuiſſe.

Lycæas, Naucratita, Ἀιγυπτιακὸς conſignavit, ut cognoſcimus ex Athenæo lib. 14. Meminit & *Lyceæ* Plin. in Elencho eorum, quos ſequitur lib. 36.

Lycidas, Centaurus, unus ex iis qui Pirithoo Hippodamiam ſponſam eripere conati, à Lapithis ſunt interfecti. Ovid. Met. 12.

At non Eurynomus, Lycidaſque & Areus, & Imbreus
Effugere necem.——

Eſt & nomen paſtoris apud Virg. Ecl. 9.

Lycimnia, amica Horatii. Carm. 2. Od. 12.

Me dulcis domina muſa Lycimniæ
Cantus me voluit dicere Lucidum,
Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus.

Lycius, Apollo ἀπὸ τῆς λύκης, i. e. *à lupo* ſic dictus, quòd ſicut lupi pecora raptunt; ita Sol humorem haurit radiis. Priſci Græcorum primam lucem, quæ præcedit ſolis ortum λύκιν appellarunt, idque temporis hodiè quoque λυκόφως cognominant. Et Lycii Apollinis oraculum, quia in Lyciâ maximè clarus fuit ob luporum interfectionem.

Lycomedes, Scyri inſ. rex, cui Thetis filium ſuum Achillem, dormiente præceptore ſuo Chirone, clam raptum ſervandum tradidit, ut ibi inter ejuſdem regis filias (erat enim facie venuſtâ, & puellari, ita ut facile pro puellâ ſeſe gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Trojanum, à quo illum non reverſurum eſſe ſciebat, proficiſci cogeretur: apud quem cum deliteſceret Deidamiæ regis filiam vitiavit, & ex eo Pyrrhum ſuſcepit. Deidamiæ vero & Achillis egregium Epithalamium ſcripſerat Bion, cujus fragmentum ex 2 MS. libris edidit Fulvius Urſinus. Ejus Idyllii ductum initio Achilleidos videtur ſecutus & expreſſiſſe Statius. Ita enim canere orditur Lycidas:

Ἄρπασε τὰν Ἑλένᾳν ποτ' ὁ βάκολος, ἆλε δ' ἐς Ἴδαν
Οἰνώπᾳ κακὸν ἄλγος, ἐχείσατο δ' ἃ Λακεδαίμων,
Πάντα ἢ λαὸν ἀγείρων Ἀχαικὸν, ὐδέ τις Ἕλλαν
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἠλείων, οὔτε Λακώνων
Μείνεν ἐὸν κατὰ δῶμα, φέρων χάριν Ἀτρεΐδαισι
Λάνδανε δ' ἐν κοίταις Λυκομήδεω μίτυος Ἀχιλλεύς
Εἶεμα δ' ἀνθ' ὅπλων ἐλίσσετο, καὶ χέρι λευκᾷ
Παρθενικὸν κόσμον εἶχεν· ἐφαίνετο δ' οὔτε κούρῃ,
Καὶ γὰρ ἴσον πώεσι θαλύνετο, καὶ τόσον ἄνθος
Χιονέῃς πόρφυρε παρειαῖς, καὶ τὸ βάλσαμα
Παρθενικῆς ἐβάδιζε, κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρῃ
Θυμὸν δ' ἀνερὸς εἶχε καὶ ἀνερὸς εἶχεν ἐρωτα.
Ἐξαῦς δ' ὅτε νύκτα μακέλετο Δηιδαμείᾳ,
Καὶ ποτὲ μὲν κείναις ἑτέρωθι κλίσια, πολλαχὶ δ' αὖτὰς
Καλὸν ἀνὰ στρωμὶ δείρε, τὰ δ' ἄλλια δάκρυ ἐσήνει, &c.

Scholiaſtes Homeri: Λέγεται δὲ Θέτιν φοβῆσαι Διὸς μαθεῖν περὶ Ἀχιλλέως ὅτι, εἰ μὲν μείνῃ ἐν τῇ Φθίᾳ, μὰ συμπλέουσα Ἕλλησιν εἰς τὴν Ἴλιον, πολλὰ μὲν ἔσῃ αὐτῷ ζωῇ, ἀθάνατος δέ· Εἰ δὲ συνέλθοι αὐτοῖς, ἔσῃ ὀλιγοχρόνιος μὲν, ἀλλ' ἀοίδιμος καὶ εὐκλεής. Ὅθεν ὡς περιῆλθε ἡ Θέτις τοῦτο, ἵν' αὐτὸν παραθεμένη εἰς τὸν Λυκομήδους παρθενῶνα, ὡς κόρην αὐτῆ Σκύρῳ. Item *Lycomedes* Creontis filius. Hom. Iliad. 9. Vide Palmerium ad auctores Græcos, pag. 429.

Lycon Jaſenſis, Pythagoræ vitam memoriæ tradidit. Athen. lib. 10. Alius Socraticus, ſive Peripateticus, eloquens & in dicendo ſuavis, adeo ut *Glycon* à dulcedine dicendi appellaretur. Tertius Poeta. Quartus Epigrammatum ſcriptor. Laertius.

Lycophon, poeta Chalcidenſis, Sophoclis Grammatici, adoptione vero Lyci Rhegini fil. inter ſeptem poetas, qui *Pleiades*

dicer-

dicebantur à numero ſtellarum, Philadelpho Ptolemæo acceptus. Erant autem hi Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philicus, Homerus Junior, ac Lycophron. Alii aliter numerant. Scripſit Alexandram poema valde obſcurum : unde Statius in Sylvis.

Tenebraſque Lycophronis atri.

In eo mentionem facit de vaticiniis Caſſandræ, exorſuſque ab Hercule, & rebus Trojanis, proſequitur uſque ad Alexandrum Macedonem. De hujus morte Ovid. in Ibin :

Utque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.

Alius fuit Periandri Corinthiorum regis fil. qui matrem occiderat, vivente adhuc parte, de quo multa Herod. lib. 3. & Laertius in Periandro.

Lycoris, Volumnii ſenatoris liberta, vero nomine *Cytheris* dicta, miſerè à Corn. Gallo adamata : quo tamen ſpreto, Antonium in caſtra ſequuta eſt. Virg. Ecl. 10.

Tua cura Lycoris
Perque nives alium, perque horrida caſtra ſequuta eſt.

Lycurgides, Lycurgi fil. Ovid. in Ibin :

Quique Lycurgiden laceraret ab arbore natum,
Idmonaque audacem te quoque rumpat aper.

Lycurgus, Nemeæ rex, Archemori pater. Stat. Theb. 5. Vide Hypſipyle. Hic cum fortiſſimo Heroe Amphiarao armis pugnaſſe dicitur tantâ vi, ut Adraſtus & Tydeus duellum diremerint. Pauſ. lib. 3. Ἐρμῆς δὲ φοὺς Ἀλέξανδρον πεπονθώς ἄγει τὰς Ἰνάς. Ἄδρας Θ δὲ ϗ Τυδεὺς Ἀμφιάρεων ϗ Λυκοῦργον ἢ Πρόναξ Θ μόνος κατακτείνει. Item *Lycurgus* gigas ab Oſiride in Thracia peremptus. Beroſus lib. 5. Diodorus Sic. lib. 1.

Lycurgus, nobilis Spartiata, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum regis, cui etiam in regnum ſucceſſit, ignarus Eunomum, uxorem gravidam reliquiſſe ; quod ubi primum cognovit, poſito regis nomine, Prodici, hoc eſt, Tutoris nomen aſſumpſit, regique adulto, Charilao ei nomen erat, regnum fideliter reſtituit. Verùm cum civitatem peſſime inſtitutam animadverteret, ad conſtituendam ſalubrioribus legibus Rempublicam animum adjecit. Conſcriptis itaque iis, quæ longâ peregrinatione didicerat, civitati utilia fore, Delphos ſeſe contulit, ut Dei quoque conſilium in re ſanctiſſimâ exploraret. Cumque Pythia conſilium ejus à Phœbo maximè probari, deique potius, quam hominis inventum eſſe reſpondiſſet, alacrior ad peragendum inſtitutum factus, foro armatis aliquot occupato, leges ſuas profert, quibus cum jam cives mediocriter aſſuefactos videret, ut quas tulerat leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus eſt. Simulat arduum adhuc quidpiam ſupereſſe, quod ad civitatis ſalutem pertineret, quod tamen inconſulto oraculo aggrediendum non eſſet, eaque de cauſa ſe Delphos proficiſci velle. Interim tamen Reipublicæ intereſſe, ut leges quemadmodum latæ erant, in reditum ſuum inviolatæ ſervarentur, idque ita futurum, primum à regibus, deinde à cæteris omnibus jusjurandum exegit. Profectus itaque Delphos, cum Pythiam reſpondendum audiſſet, nihil legibus illis abſolutius eſſe, feliciſſimamque fore civitatem eam in quâ illæ quam diutiſſimè ſervarentur, conſtituit ſibi amplius in patriam non eſſe redeundum, ne illi aliquando jurejurando ſoluti, leges ſuas excuterent. Miſſo itaque Spartam Oraculo, amicoſque itineris comites amplexus, iiſque dimiſſis, Cyrrham conceſſit, ubi mox ſuis ſibi manibus necem conſcivit. Quanquam alii Criſſæ, nonnulli etiam in Cretâ interiiſſe volunt, ubi etiam ſepulchrum ejus apud Pergameam urbem oſtenditur. Spartani mortuo ſacellum conſecrarunt, & ob ſingularia ejus in patriam merita, divinos ei honores tribuerunt. Vide latius vitam ejus apud Plutarchum. Juſtinus lib. 3. *Proficiſcitur autem in Cretam, ibique perpetuum exilium egit, abjicique in mare oſſa ſua moriens juſſit, &c.* In Samo autem vitâ exceſſiſſe Lycurgum author eſt Heraclides : Λυκοῦργον ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησε, ϗ ϗ Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τοῖς Ἰωνόσιν τῶν Κεωφύλου λαζὼν, πρῶτ Θ διεκόσμησεν εἰς Πελοπόννησον. Sed ibi legendum, monente Iſ. Voſſio, Ἐν Σάμῳ ἐγένετο, ut eſt in MS. Sami enim aliquandiù egit. Claud. de Mallii conſul.

Spartanis potuit robur præſtare Lycurgus
Maribus, & ſexum leges vicere ſeveræ :
Civibus & vetitis ignavo credere muro
Tutius objecit nudum Lacedæmona bellis.

Idem in Conſul. Quarto :

Sic armipotens Lacedæmon
Deſpexit muros, rigido munita Lycurgo.

Quanquam vero Lycurgus Laconibus leges præſcripſerit, non tamen earum conditor fuit, Lacedæmonii enim leges ab Athenienſibus hauſere. Iſocrates Panathenaico : Οὐχ ὡς Λυκόργου τι τούτων ἐνόντ Θ, ἢ Διονυσόδ Θ, ἀλλ' ὡς μιμησαμένῳ ϗ διόκησον ὡς δυνατὸν ἄριστα ϗ τ πρότερον ϗ ἀμείνω καὶ τὴν δ δημοκρατίαν κατασήσω Θ παρ' αὐτοῖς ϗ ἀνεκραπ ϗ μεμιγμένην.

Lycurgus, Thraciæ rex, fil. Dryantis, qui quod Thracas immoderatè vino deditos conſpiceret, vites omnes toto regno excidi juſſit. Plut. in lib. De Poetarum utilitate. Hinc datus poetis locus fabulæ, Lycurgum infeſtiſſimo Bacchum odio proſecutum eſſe, adeo ut nutrices illius in Nysâ latentes perſequeretur, & Baccho ipſi tantum terroris incuſſerit, ut præcipiti fugâ trajecto mari in Naxum ſe receperit : ideoque juſtâ numinum irâ Lycurgum in furorem converſum, & tibias ſibi ſuccidiſſe. Virg. Æn. 2.

Terra procul paſtis colitur Mavortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Propertius 3. 17.

Veſanumque novâ nequicquam in vite Lycurgum.

Horat. lib. 2. Od. 19.

Thracis & exitium Lycurgi.

Papin. Theb. 5.

——— *Nec inhoſpita tecta Lycurgi.*

Ubi Barthius : Alluſum ad alterum Lycurgum, inhoſpitalem nempe qui hoc removetur. De illo Petronius : *Omnes fabulæ* habuerunt ſine æmulo complexus : At ego ſocietatem *recepi hoſpitem Lycurgo crudeliorem.* In quo fruſtra laborant Schioppius & Salaſius. Proverbium enim fecit *crudelitas Lycurgi*, qui nec hoſpitibus pepercerit ; nec quicquam illorſum facit Virgilii locus. Poteſt autem alludi notiſſimus ille Spartanorum Legiſlator, cujus crudelitatem ipſæ leges ſatis teſtantur, & referremus ex Plutarcho eam qua hoſpitibus ſive peregrinis infeſtus fuit, niſi viderem eam jam dum notatam in proverbiis à doctiſſimo viro Adriano Junio. Sed verius eſt Lycurgum Bacchi adverſarium intelligi, qui cæſorum hoſpitum membris domum ſuam ornabat, & ipſi ita Dionyſio minatur apud Nonnum lib. 20.

Εἰ καρδοις Σατύρῳσι κεραφόρε Βάκχε καλδίες,
Τιμίας ἴσα βόεσσιν ἀμῷ βυπλῆγι δαμάσω.
Τῶτό σοι ἐξ ἐμεῖθεν ξεινήιον· ὄφρα τις εἴπῃ
Ἡ Θεὸς, ἢ μεδέπωνις, ὅτι φερεπύλαια Λυκόργε
Ἡμιτόμοις μελέεσσιν ἐμιγνώθη Διονύσῳ.

Et ante eodem libro traditur Martis filium Lycurgum hoſpites vi attractos Patri mactaſſe, ſummis membris poſtibus ædium præfixis, & coegiſſe ſibi pro Jove ſacra facere, & ad ipſam Dei Hoſpitalis aram eos interfeciſſe. Quali homine an crudeliorem hoſpitem nominare potuerit Petronius, non commiſcimur, ſuo vero Lycurgo illius famam ſcite amolitur Papinius. Verba Nonni pariter proponemus, ſunt enim jucundiſſima :

Τοῖ Θ ἴλω Λυκόορ Θ ὁμόφρορ Θ, ἀγθοφόρες δὲ
Πολλάκις ἐν πείσθισιν ἀλήμονας ἀνδρας ὁδίτας
Δῆσας εἰς δόμον ἕλκων. Ἐνυαλίῳ δὲ τοκῆϊ
Δαιτρδίην ἱέρδε· διϊζομένων δὲ μαχαίρῃ
Ἄκρα βαλὼν ἐπύκαζε καπροξείνης πυλεῶνας·
Ὡς δ' ὅτε δυσμενέων μὲ φυλοπὶν ὀρὲ μολόντες
Ἀνδρὸς ἀκοντοφόρῳο νέης ἀναθήματα νίκης
Ἀσπίδες ἢ πίλυκες ἐπικρεμόωντο μελάθρῳ.
Οὕτω ϗ φονίοιο Θεοῦ φερεπύλαια Λυκόργε
Ἄκρα πυθῶν ϗ χέρες ἐπικρεμάσωτο δυνόντων, &c.

Crudelitatis Lycurgum arceſſit etiam Lucanus lib. 1.

Thebanam qualis Agaven
Impulit aut ſævi contorſit tela Lycurgi Eumenis.

Lycus, Bœotiæ rex, qui Antiopam Nyctei regis filiam uxorem duxit, quam poſteà cum à Jove in Satyrum converſo compreſſam cognoviſſet, repudiavit, Dircenque uxorem duxit, quæ verita ne Antiopa cum Lyco in gratiam rediret, arctiſſimis eam in vinculis aſſervavit, quibus Jovis miſeratione diſſolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem & Zethum peperit, qui poſtea à paſtore, qui ipſos nutriverat edocti, eum unà cum uxore interfecerunt. Vide *Amphion*, & *Dirce*.

Lycus, exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos deſcenderat, rei benè gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, Creonte occiſo, regnum Thebanorum occupavit, cumque jam Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppreſſus eſt, ut latius videre eſt apud Senecam in Hercule Furente. Julius Hyginus in fabulis (non quidem, ut arbitror, antiquus ille qui Auguſti tempore vixit, ac de Virgilio, teſte Gellio lib. 16, & de urbibus Italiæ, auctore Servio, ad 7. Æn. ſcripſit.) *Lycum Neptuni filium*, quod Megaram, *Creontis filiam, uxorem ejus, & filios Theromachum, & Ophitem, occidere voluit, interfecit.* Vide Euripidem. Ἐν Ἡρακλεῖ Μαινομένῳ.

Lycus, nobilis Trojanus, unus ex comitibus Æneæ. Virg. Æn. 1.

Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci.———

Lycus, Priami filius ; Item unus ex Centauris. Et fluvius Aſſyriorum, qui Tigri immiſcetur.

Lycus, medicus nobilis Neapolitanus, de quo Plin. 20. 20.

Lycus, rex Libyæ, qui cum hoſpites ſuos immolare conſueverat, à Callirrhoe filiâ proditus fuit. Nam cum hæc Diomedem, qui direptâ Trojâ in Libyam tempeſtate delatus fuerat, amore deperierat, eum è vinculis emiſit; At ille ſpreto ſalutis authore, enavigavit. Ea autem ultro vitam laqueo finivit. Plut. Par.

Lycus, puer quidam ab Alcæo dilectus. Horat. lib. 1. Carm. Od.

Liberum & Muſas, Veneremque & illi
Semper hærentem puerum canebat,
Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

Lycus Rheginus hiſtoricus, Demetrii Phalerei inſidiis appetitus, teſte Suida. Mem. ejus Agatharchides lib. de Rubro mari, item Porphyrius, ſive Malchus de vitâ Pythagoræ. Clem. Alex. 1. Strom. ubi Peripateticus vocatur, item Tzetzes Chiliad. 3. Hiſt. 100. Condidit, Suidâ teſte, hiſtoriam Libyæ & Siciliæ. Ex Libycâ quædam citat Antigonus, Hiſt. Mirab. 66. qui & ejus de flum. ac fontibus lib. advocat Hiſt. 148. & 154. Ac præterea de Alexandro ſcripſiſſe diſcimus ex Stephano in Σκίρος.

Lyde, Antimachi poetæ uxor, quam egregiè animo charam habuit, quæ cum mortua eſſet, ille elegiam, quâ mœrorem ſolaretur, ſibi fecit, nomine Lyden, ubi enumeratis heroicis calamitatibus, & infortuniis, malis alienis ægritudinem ſibi minuit. Hujus meminit Plut. in lib. De Conſolatione. Ovid. Triſt. 1. 5.

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetæ.

Lydia, purpuræ venditrix, quæ omnium prima in urbe Philippis Evangelium amplexa eſt, & Paulum ac Sylam hoſpitio accepit. Act. 16.

Lydus, Atyos Mœoniæ regis fil. & frater Tyrrheni. Nam cum Atys domi ſibi multitudinem abundare videret, filiis ſuis hanc propoſuit conditionem, ut inter ſe ſorte ducta, alter onerosam multitudinem educeret, novasque ſibi ſedes quæreret, alter paterni regni ſucceſſor remaneret. Quare cum ſors ita cecidiſſet, ut Tyrrhenus relictâ patriâ, novarum coloniarum author fieret, in eam Italiæ partem ſeſe contulit, quæ mare inferum ſpectans, ab eo Tyrrhenia appellatur. Lydus vero domi relictus, paternique regni hæres factus, Mœoniam de nomine ſuo Lydiam appellavit.

Lygdamus, viri nomen apud Prop. 3. 7. & 4. 7. 9. ſed ita, ut neſcias Propertiine ſervus, an Cynthiæ fuerit. Eo ſe nomine Tibullus appellat, cum ait

Lygdamus hic ſitus eſt.

Eſt apud Herodotum *Lygdamus* quidam Naxius Piſiſtrato adjutor in recuperandâ Tyrannide.

Lynceus, Apharei fil. unus ex Argonautis, tantâ oculorum acie præditus, ut ea per denſos etiam quercetorum truncos, ac ſtipites, atque adeo uſque ad inferos vim ſuam expromeret. Orpheus in Argonaut.

Λυγκέϊς θ' ὃς πάλισσα δι' αἰθέρος ἠδὲ θαλάσσης
Βένθεα καὶ πλωτῆς ὑποχθονίοιο βέρεθρα,
Μοῦνος ἀπ' ἀνθρώπων δεινοῖσιν ὀπώπειν ὄσσοις.

Quæ Cribellus Mediolanenſis ejus interpres ita vertit:

Quique procul longè trans æthera, trans mare Lynceus
Et ſubter Plutum, terræque barathra profundæ
Solus in humanis viſu penetravit acuto.

Apollonius, Argonaut.

———Λυγκεὺς ὃ καὶ ὀξυτάτοις ἐπέκαρσε
Ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πόλει κλέος, ἀνέρα κεῖνον
Ῥηιδίως καὶ νέρθε καὶ ἐμβόλου αὐγάζεσθαι.

Staſinus *in rebus Cypriis*:

———Αἶψα δὲ Λυκεὺς
Τηύγετον ϖερσέβαινε ϖοσὶ ταχέεσσι ϖεποιθὼς,
Ἀκρότατον δ' ἀνάβας διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταρταλίδης Πέλοπος. Τάχα δ' εἰσιδὲν ὄβριμος ἥρως
Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης
Κάσορα δ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.

Val. Flac. 1. Argonaut.

At frater magnos Lynceus ſervatur in uſus,
Quem tulit Arene, potuit qui rumpere terras
Et Styga tranſmiſſo tacitum deprendere viſu.

Fabulæ originem præbuit, quòd multa obſervaret ſecreta naturæ: in his metalla primus, vel ſaltem illa, quæ beare imprimis creduntur, nempe aurum, argentumque effodere terris docuiſſet, vel quoniam multa, ſeu idem, ſeu alius, ad ſcientiam pertinentia ſideralem comperiſſet, quale eſt illud quòd noviſſimam, primamque Lunam (ἔνλη καὶ νέαν Græci dicunt, teſte Heſychio) eodem die in ſigno arietis conſpexiſſet, quemadmodum Plinius refert. 2. 17. Indeque jam memoratus Flaccus:

———*Solus tranſibit nubila Lynceus.*

Ac ob hoc oculorum acumen quiſquis ille Lynceus celebratur Pindaro in Nem. Ariſtoph. in Plut. Theocr. in Dioſcuris, Similiter Lynceis fuiſſe oculis dixeris Strabonem illum minimè Strabum, qui, ut ex Varrone prodit Solinus lib. 6. è Lilybæo promuntorio, ſi fas credere, naves numerabat è Carthaginis portu ſolventes. Id ſpatium 135 m. p. continet, ut ibidem ait Solinus, imo mille ac 500 ſtadia, ſive mi p. 200. ut ex maritimo Antonini Itinerario colligitur.

Lynceus, Idæ frater, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas ipſis deſponſatas Caſtor & Pollux rapuerant, arma ſumpſerunt, initaque pugnâ Caſtor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas vero cum ipſum etiam Pollucem adoriri conaretur, immiſſo à Jove fulmine interiit. Ovid. Faſt. 5.

Pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe,
Non expectato vulnere preſſit humum.
Ultor adeſt Pollux, & Lyncea perforat haſtâ,
Qua cervix humeros continuata tegit.

Apollonius tamen in Argonautis, Idam à Caſtore interfectum tradit; idque Lynceum per abietem vidiſſe, & Caſtorem occidiſſe. Hic eſt idem cum ſuperiore. Horat.

Non poſſis oculo quantum contingere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Lynceus, quem Ovidius *Linum* vocat, fil. Ægypti & ſolus ex 50 fratribus miſericordiâ Hypermneſtræ conjugis evaſit à morte, qui poſtea expulſo, vel etiam occiſo Danao, regnavit apud Argos.

Lynceus Samius, Duridis Samii frater, Theophraſti diſcipulus, teſte Suidâ. Varia ſcripſit, uti videre eſt apud Athen. libb. 6. & 8. De Lamiæ quoque cœnâ ſcripſiſſe, teſtatur Plut. in Demetrio.

Lyncus, ſive *Lyncæus*, aut *Lynx*, Scythiæ rex immaniſſimus, qui Triptolemum à Cerere miſſum, ut hominibus frugum uſum commonſtraret, hoſpitio excepit: cumque nomen, patriam, viæque cauſam ab eo didiciſſet, ut tam præclari inventi gloriam in ſe transferret, hoſpitem obtruncare conſtituit. Cumque jam noctu dormientem aggredi vellet, Ceres indignata in Lyncem feram eum convertit. Ovid. Met. 5.

Rex ibi Lyncus erat, regis ſubit ille penates.

Lyra, ſignum cœleſte, ſtellarum novem inter genu, & manum ſiniſtram Engonaſis ſitum. Oritur cum Sagittario, occidit autem exoriente Virgine. Ovid. Faſt. 3.

Illâ nocte aliquis tollens ad ſydera vultus,
Dicet, ubi eſt hodie, quæ Lyra fulſit heri?

Qui poeticam aſtrologiam conſcripſerunt, volunt Lyram hanc eſſe à Mercurio primùm inventam in Cyllene-Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam: Ab Apolline autem inventâ citharâ Orpheo conceſſam, eoque interempto, à Muſis in cœlum tranſlatam.

Lyſander, dux Lacedæmonius invictiſſimus, cujus ductu Athenienſes cum duce Conone navali pugnâ cladem acceperunt; Ex quo Athenæ ſemidirutæ impoſitumque jugum 30 tyrannorum fuit. Victus denique Lyſander à Conone ipſo terreſtri pugnâ, & interfectus, ubi Pauſanias ejus collega in exercitu ſuſpectus, in exilium profectus eſt. Lyſander & rebus geſtis, & animi magnitudine Syllæ comparatur. Plut. in Parallel.

Lyſaneas, de Iamborum ſcriptoribus teſtis adhibetur ab Athenæo lib. 7.

Lyſanias, orator Græcus. Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit. Item procurator conſtitutus à Romanis ſuper Abilenem regionem. Luc. 3. Item Ptolemæi Maneti qui ad Libanum habitavit, filius.

Lyſias, Syracuſanus genere, Cephali filius, unus è decem Oratoribus, natus Athenis, quò pater ſe tranſtulerat. Puer Thurion coloniam migravit, rediit annos natus 47. interque principes oratores habitus. De quo Cic. in Bruto. *Tum fuit Lyſias*, inquit, *ipſe quidem in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregiè ſubtilis ſcriptor, atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere*, &c. Item princeps quidam exercitûs. 1 Mach. 3. & alius Act. 24.

Lyſidice, Pelopis & Hippodamiæ filia, quæ Electryoni nupſit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit. Plut. Alii vero, inter quos eſt Homeri Commentator, matrem Alcmenes non Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxo Ancæi cujuſdam filiam faciunt.

Lyſimachides de Atticis Rhetoribus edidit Commentarium. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 478.

Lyſimachus, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, ſecundas poſt Leoniden obtinuit, nullo urbanitatis genere præditus, niſi quod ſe Phœnicem, Alexandrum, Achilfem, Philippum vero Peleum nuncupavit. Plut. in Alexandro.

Lyſimachus, Agathoclis filius è ſucceſſoribus Alexandri M. Pergamo præfuit, ubi theſauri regis fuerunt. Hic illuſtri quidem Macedoniæ, loco natus, virtute illuſtrior fuit, amore literarum aç Philoſophiæ ardebat adeo, ut Calliſthenem tunc ab Alexandro afflictum atque in vinculis habitum,

de

de virtute disserentem sæpius audiverit, poculumque ei, ac remedium miseriæ optanti propinaverit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni objecisse dicitur: Sed ille viribus fretus rem posteris prodendam fecit. Manum amiculo convolutam in os leonis inferens, abreptâ linguâ feram exanimavit; quo facto vehementius postea Alexandro dilectus fuit. *Trogus lib. 15. Sen. de Ira, 3. 17. *Lysimachum* æque familiarem sibi Leoni objecit. Nunquid ergo hic Lysimachus, felicitate quâdam dentibus leonis elapsus, ob hoc, cum ipse regnaret, mitior fuit? Idem de Clem. *Quid enim interest*, oro te Alexander, leoni Lysimachum objicias, an ipse laceres dentibus tuis? Tuum iliud os est, *tua illa feritas*. Plinius quidem lib. 8. c. 16. *inclusum cum leone, Alexandri jussu, eumque strangulatum ab eo* scribit; cui fere assentitur Pausan. in Atticis. Adde Curt. lib. 8. qui tamen inclinat fabellam esse.

Lysimachus Alexandrinus historicus, de quo vide Voss. Hist. Gr. lib. 3. pag. 384. Item frater Menelai. 2 Mach. 4.

Lysippe, una filiarum Proeti, soror Iphianassæ, & Iphinoes, quæ quòd se Junoni præferre non essent veritæ, tanto furore correptæ sunt, ut per agros discurrentes, se vaccas esse crederent.

Lysippus, clarissimus statuarius, patriâ Sycyonius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic, teste Quintiliano ad veritatem optimè accessit, quamobrem etiam Alexander illè Magnus ab uno Lysippo se fingi voluit, & pingi ab Apelle. Horat. ad Aug. Cæs.

Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.

Propertius:

Gloria Lysippo est animosa effingere signa.

Papinius de Domitiani equo maximo 1 Sylv. 1.

——— *Quem tradere ex ausus*
Pellæo Lysippe duci. ———

Item Poeta Comicus, cujus fabulas enumerat Athenæus. Plin. 7. 37.

Lysis, Philosophus quidam, qui dixit Deum numerum esse ineffabilem, aut maximi intimique numeri summitatem. Origines. De Lysi de Pythagorico Voss. P. Gr. pag. 48.

Lysistrate, Aristophanis Comœdia sic dicta.

Lysius, Liberi patris cognomen apud Bœotios ἀπὸ τῆ λύειν, h. e. *à solvendo* impositum. Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus deprehensos, partim captos partim in fugam versos fuisse, ex quibus cum nonnulli ad Trophonii specum confugissent, visum est iis noctu astantem loci ejus Deum, Liberi Patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi Thracas ex insidiis adorti sunt, quos cum vino, somnoque obrutos invenissent, nullo negotio superarunt, receptisque suis, cùm in patriam rediissent, Dionysio cognomento Lysiæ templum consecrarunt. Author Heraclides Ponticus. Julius autem Pollux, deos omnes, qui averruncandi mali gratiâ colebantur *Lysios* vocari ait, quos ἀλεξικάκους, & ἀποτροπαίους Græci nominant.

M A

Macareus, filius Æoli, qui mutuo Canaces sororis suæ amore correptus, cum eâ concubuit, puerumque ex eâ suscepit, cujus & pater erat, & avunculus. Quam rem cum Canace patrem nescire maximè cuperet, sacris frondibus puerum legit, curatque clanculum ad nutricem perferendum. Verum cum per Æoli aulam efferetur, vagitu suo puer proditus est, avique jussu canibus objectus. Filiæ autem pater ensem per satellitem misit, ut eo pro meritis uteretur, quo & necem illa sibi traditur consciviisse, Macareus vero re cognitâ, fugâ salutem quæsivit, cumque Delphos venisset, Apollinis factus est sacerdos. Extat Epistola Canaces ad Macareum apud Ovid.

Macareus, vetus historicus, de rebus Coorum scripsit, Athenæo teste, lib. 6. & 14.

Macaria, Herculis filia, quæ pro incolumitate publicâ se devovit. Hercule enim defuncto, quum Eurystheus illius liberos insectaretur, atque illi ad Misericordiæ Aram confugissent, Athenienses recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurystheo bellum susceperunt. Porro edito oraculo, futurum ut Athenienses ab Eurysthei incursatione liberarentur, si quis Heraclidarum se sponte offerret ad necem, seque inferis devoveret, Macaria sese spontaneæ morti obtulit. Quo facto congressi cum hostibus Athenienses victoriam reportarunt, cùm aliis quamplurimis interfectis, tum Eurystheo ipso ab Hylo, sive Jolao Herculis filio peremptо, cujus caput amputatum ad Alcmenam detulit. Illa vero defuncti oculos effodit. Cæterum Athenienses magnificum Macariæ funus fecerunt, tumulumque ejus floribus coronis decorarunt. Imo & illi ad scelus expiandum sacra facere soliti sunt, ut ex Platone in Hippiâ colligere licet. Rhod. 13. 7.

Macarius, sub Decio Romanorum Imp. martyrio apud Alexandriam coronatus, An. Dom. 251. Item alius Hierosolymorum episcopus 35. An. Dom. 316. *Macarii* præterea duo fuere, unus Ægyptius, alter Alexandrinus, de quibus Suidam adi.

Macedonius, hæreticus qui Spiritum sanctum creaturam esse, non Deum dixit, quare Πνευματόμαχος dictus. Aug. De Hæresibus.

Macer, poeta qui de herbarum viribus scripsit. Ovid. Trist. 4. 10.

Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque nocet serpens, quæ juvat herba, Macer.

Præterea vero cecinit ἀνθρωπόμυρα Homeri. Idem. Ponticorum secundo Eleg. 10.

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summâ Troica fata manu.

Vide Voss. de Poetis Lat. p. 28.

Machabæus, cognomentum fuit solius Judæ filiorum Mattathiæ natu maximi, idque jam à puero, quamvis Judæi velint illum ita demum appellatum esse ab eo tempore, quo vexillo suo singulares literas intexi curavit, quæ singulorum illorum verborum, Exod. 15. initia essent *Mi Chamocha Bælohim Adonai*. Sed ex vetustissimis Judæorum monumentis scimus Leonem ejus vexillo intextum fuisse. Cæterum veteres Ecclesiastici, non Judam solum, sed multos alios Machabæos vocant. Eusebius omnes Hasamonæos, i. e. omnem progeniem Mattathiæ Hasamonæi, vocat *Machabæos*, lib. 8. Quin & *Machabæi* dicti sunt septem fratres filii Annæ, propter verum cultum à satellibus Antiochi excarnificati de quibus in Epitomâ Jasonis Cyrenæi, *Itaque omnes qui ob legis observationem excruciati, cæsi, & malè tractati sunt, à veteribus Christianis dicuntur Machabæi, ut qui propter Christum dicti Martyres.* Hid. Pelus. lib. 3. ep. 4. ait *Machabæum* Persicâ linguâ *Dominum* significare. Subdit Μακκαβαῖος γὰρ ἐκλήθης ἐν οἷς ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς χεδνοις τὰ ἀνήκεστα κατωμωμοκώτες, καὶ μὴ ἐξομοσάμενοι τὸν πατρώους νόμους.

Machaon, filius Æsculapii & Arsinoes. Alii Coronidis, alii Hesiones filiæ Meropis, alii Xanthiones filium faciunt, Podalirii frater & medicus insignis, qui unà cum reliquis Græciæ principibus ad Trojam profectus, tandem ab Eurypylo est occisus. Ponitur aliquando simpliciter pro medico. Ovid.

Firma valent per se nullumque Machaona quærunt.

Martialis:

Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.

Virg. lib. 2. *Machaonem* numerat inter eos, qui equo ligneo inclusi Ilii portas suis reserarunt. Porro *Machaon* Gereniæ, quæ Laconiæ civitas est, sepultus fuit, cujus tumulus templo colebatur magnifico, quod variorum morborum hinc peterentur remedia. Ejus simulacrum æreum erat, quod etiam coronâ insigniebatur.

Macrobius, nomen viri, qui scripsit Saturnalium libros, & commentarios in somnium Scipionis. Hoc somnium Græcè tralatum quòd perperam Gazæ tribuatur, veteres Codd. MSS. testantur: in quibus non modo id somnium, verum etiam tota Macrobii ejus somnii explicatio Græca continetur, Maximoque Planuli adscribitur. Guil. Morellius: *Curiosissimus in loquendo, & reconditissimæ scientiæ* dicitur Laurentio Vallæ lib. 9. eleg. cap. 13. Nec me movet quod Vossius eum alicubi *bonorum scriptorum Lavernam* appellet. Quam vellem plurimos ejusdem fures haberemus! Nescio autem quare tam infensus ei fuerit Ang. Politianus, qui eum *dapibus partim emendicatis, partim suffuratis suas cœnas instruxisse* ait. Utinam vero locis nonnullis Maroni paulo iniquior non fuisset: hinc enim fit quod Jovianus in Antonio vocet eum *lippum, cæcutientemque Grammaticum, auctorem sordidæ locutionis, & orationis, hominem peregrinum, qui ne Latinè quidem loqui sciat, barbarum, ineptissimè ineptientem, audacissimum, ut qui de maximo Poetâ, tanquam Prætor judicet; proferentem judicium, non ut qui esset sobrius, sed ut conviva, sed ut satur, ut inter rorantia pocula, ut in Saturnalibus, hominem bellissimum, qui convivam statuat judicem, mensam prætorium.* Sed nec Scaligero patri forsan ignoscas, qui tenerrimo & penè nimio in Virgilium affectu abreptus, Macrobium appellat, *pessimum lancinatorem, corruptissimum judicem.*

Mænades, eædem quæ Bacchæ, h. e. mulieres inſanientium ritu Bacchi orgia celebrantes, ἀπὸ τῆς μαίνεσθαι, quod ſignificat *inſanire*. Prop. lib. 3.

Seu ſequitur medias, Mænas ut acta, vias.

Ovid. Faſt. 4.

Mentis inops rapitur, ut quas audire ſolemus
Threicias fuſis Mænadas ire comis.

Prop. iterum ubi ſupra:

——— *Neque enim Ilia quondam*
Verax Pergameis Mænas habenda malis.

Juv. Sat. 6.

———*Crinemque rotant ululante Priapo*
Mænades.———

Mænius, decoctor quidam fuit, & luxurioſus, qui ampliſſimo conſumpto patrimonio, & domo venditâ, columnam tantum exceperat, unde ſpectaret gladiatores, quæ propterea *Mæniana* dicta eſt. Horat. 1. Sat. 3.

Egomet mî ignoſco Mænius inquit.

Idem Ep. lib. 1. Ad Vallam:

Mænius ut rebus maternis atque paternis
Fortiter abſumptis, &c.

Vide Lambinum ad locum.

Mæon, viri proprium. Stat. Theb. 2.

——— *Nullâ deceptus ab alite Mæon.*

Apollodorus, lib. 3. Διαπεσεῖν δὲ Θηβαίων Τυδέα ποιήσωσθαι, πάντων ἀπεκτάνθαι· οἱ δὲ πεντήκοντα ἄνδρες ἐπίσαντες ἀπόν τι ἐνέδρευσαν αὐτῷ· πάντας δὲ αὐτὸς χωρὶς Μαίονος ἀπέκτεινε. *Hæmoniden* vocant alii exemplo Homerico Iliad. Δ. Ubi de Tydeo ad Thebas adventante:

Οἱ δ' χολωσάμενοι Καδμείοι, κέντορες ἵππων
Ἀν' ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἶσαν ἄγοντες
Κέρες πεντήκοντα· δύω δ' ἡγήτορες ἦσαν,
Μαίων Αἱμονίδης ὀπιθεικελος & ἀμαπάνισιν
Τίός τ' Ἀυτοφόνοιο, μωσπόλεμος Λυκοφόντης.
Τυδέος μὲν ἔπειτα πότμον ἐφῆκε
Πάντας ἔπεφν' ἕνα δ' οἶον ἴει οἶκόν δε νέεσθαι
Μαίον' ἀέκα θεσέηκε θεῶν τεράεσσι πιθήσας.

Mæra, canis Orionis, ut poetæ narrat; proprie tamen eo nomine capra ſignificatur. λευκομέλαινα, i. e. ex albo nigricans. Cæl. Rhod. 17. 18. Heſychius Μαῖρα κύων τὸ ἄστρον, ἢ ἀκμαιότατον καῦμα, οἱ δὲ τὴν Σελήνην. Vide Voſſ. de Idolat. 1. 30.

Magdalena, mulieris nomen. Mat. 28. Luc. 8. Hanc eandem fuiſſe cum Mariâ ſorore Lazari pluribus aſtruit Baronius [Annal. ad Chriſti an. 32. p. 147.] quem vide. Satis ex Matt. 28. 56. confirmatur. Nam ſi Maria Magdalena eadem non fuerit cum Mariâ ſorore Lazari, tum aut non affuit Maria ſoror Lazari ad crucem Chriſti, atque ad ejus ſepulturam, aut ſilentio præteritur ab evangeliſtis, quod utrumque incredibile. Unde *Magdalena* ea dicta fuerit, non adeo clare liquet; an à *Magdala* op. ad lacum Geneſariticum, an à voce מגדל quæ *plicaturam*, aut *cincinnationem crinium* denotat, meretricibus uſitatiſſimam. Lightfoot.

Magna mater, eadem quæ & *Deorum mater*. Stipe honorabatur, idque non magnâ. Ovid. Faſt. 4.

Dic inquam parvâ cur ſtipe quærit opes?

Quam exiguam vocat in Pont.

Ante Deûm matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exiguæ quis ſtipis æra neget?

Hanc vicatim colligebant Phrygii generis vir & mulier per eos dies quibus Diva per urbem ferebatur. Dionyſ. lib. 2. Ἱερᾶς δὲ αὐτῆς ἀνὴρ Φρὺξ, καὶ γυνὴ Φρυγία, καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν ἔτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος πάτριος τε περικείμενοι τοῖς σώμασι καὶ κυμβαλίζοντες ᾠδὴν ἐπιμύθιον τὴ μητρῶα μέλη καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Non audio Codd. in quibus μιαιγυρτοῦντες· nam erogatio illa ſemel annua fuit, non menſtrua. Μητραγυρτεῖν, inquit Euſt. eſt τὸ μὴ τυμπάνων καὶ πυῶν τοιούτων περιέναι, καὶ ὅτι τῇ Μητρὶ ἀγείρειν ὀφαὰς. Inde *Metragyrtæ* qui ſtipem cogebant Matri deorum cum tabellâ ut ait Comicus in Ἡσυχῷ. His mendicantibus ſolitus olim dicere Antiſthenes ἐλέφω τὴν Μητέρα τῶν Θεῶν, ἵνα οἱ Θεοὶ τρέφωσιν· teſte Clem. Alex. in Protrept. Obſervandum tamen hujuſmodi munus nunquam, ut civis Rom. exerceret, Senatum permiſiſſe. Auctor idem Dionyſ. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐτοχθόνων ὅτε μήτρα γυρτῶν τις, ὅτε καπηλεύων πορδίῃ, καὶ νόμων, ἢ ψήφισμα βουλῆς. Extera hæc & inſana ſacra reſpuit ſemper urbica gravitas.

Magius, præfectus Piſonis, in quem Gallus productus teſtis, quum innumerabilem pecuniam Magio datam dixiſſet, idque Scaurus tenuitate Magii redargueret: *Erras*, inquit, *Scaure: Ego enim Magium non conſervaſſe dico, ſed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abſtuliſſe*, Cic. De Orat. 2.

Magnentius, Rom. Imp. an. U. C. 1103. Victus Lugdunum aufugit. Deinde in furorem converſus Deſiderium fratrem vulneravit, quoſquam amicos interfecit, tandem vero ſe gladio confodit, an regni 3. Trip. Hiſt. 5. 10.

Magnes, Athenienſis Comicus antiquæ Comœdiæ tempore Epicharmi, docuit fabulas 9. vicit 2.

Magnes Smyrnæus puer præ cæteris mortalibus formoſus, poeticâ inſuper & Muſicâ ornatus, coronâ inſignis aureâ, ac habitu molliore indutus civitates obibat, multis dilectus, præſertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum hujuſmodi peroſi, captâ occaſione comam ejus inciderunt, veſtem, ornatumque omnem laceraverunt. Quare perturbatus Gyges in Magneſios bellum movit, quibus tandem ſuperatis revertens, Sardibus Panegyricum celebravit magnificentiſſimum. Suidas.

Mago, hujus nominis plures fuiſſe conſtat. Primus rem ac diſciplinam Carthaginenſium auxit. Is ante bellum Punicum, ut Livius, & Trogus referunt cum 120 navibus bello Tarentino auxilio venit Romanis, ægre ferens Italiam ab externis invadi, cui actæ à Senatu gratiæ, auxiliaque remiſſa. Duos moriens filios reliquit Aſdrubalem & Hannibalem. Item *Mago* Annibalis frater, cauſa victoriæ apud Trebiam fuit, ſed apud Locros à Manlio clauſus ab Annibale liberatur. Livius quoque lib. 30. ſcribit Magonem tum, cùm in Africam per legatos evocatus navigaret, apud Corſicam obiiſſe. *Magò* alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hiſpaniâ, Romamque per Lælium mittitur. *Mago* denique de Re Ruſticâ ſcripſit, quem Columella, lib. 1. *ruſticationis parentem* vocat. Cujus viginti octo memorabilia volumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem converſa ſunt. Hujus meminit Servius, quem Virgilium in Georgicis imitatum ſcribit.

Magus, Græcè Μάγος. Præluxiſſe Perſis olim Magos ſapientiæ ſtudiis, atque etiam rerum Divinarum notitiâ varii tradunt ſcriptores. Apul. in Apol. *Nam ſi quod ego apud plurimos lego, Perſarum linguâ magus eſt, qui noſtrâ ſacerdos.* Siquidem *Magia* eſt quod Plato interpretatur Θεῶν θεραπείαν. Porphyrius περὶ ἀποχῆς δ'. Παρά γε μὲν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τότε θεραπεύοντες, Μάγοι μὲ φερωνυμίαν, τοῦτο γὰρ δηλοῖ μὴ πλὴ ἐπιχώριον αὐτῶν διάλεκτον ὁ Μάγος. Heſychius ſcribit Magum à Perſis vocari ἢ θεοσεβῆ καὶ θεόλογον, καὶ ἱερέα. Suidas autem Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι, καὶ φιλόθεοι. Cic. De Divinat. *Sapientum & doctorum genus Magorum habebatur in Perſis.* Hinc Philo in lib. *Quod omnis probus liber ſit.* Magos deſcribit, ut eos τὰ φύσεως ἔργα διερμηνεύοντας appellet. Clariſſimus Voſſius ab Ebræo מגג deducit, quod *meditabundos ac in rerum cognitione occupatos* ſignificat, à Radice הגה quod aſt *meditari*.

Mahometes, Arabs ex Hebræis partim, partim ex Chriſtianis novam deſumptam doctrinam introduxit, A. D. 625. Cujus vitam, mores, & genus, lege apud Polyd. Virg. de invent. rerum lib. 7. Et Theodorum Bibliandrum. Quædam etiam exhibet Cedrenus. De Alcorano ejus ita Lipſius monit. & exempl. Politic. cap. 3. *O nugas! ô deliria! primum commentus eſt Deum unum ſolidumque. Chriſtum non Deum, ſed magnum vatem & prophetam, ſe tamen majorem, & proximè à Deo miſſum. Præmia qui ipſum audient, Paradiſum, qui poſt aliquot annorum millia reſerabitur, ibi 4, flu. lacte, vino, melle, aquâ fluere, ibi palatia & ædificia gemmata, atque aurata eſſe, carnes avium ſuaviſſimarum, fructus omne genus, quos ſparſi jacenteſque ſub umbra edent. Sed caput felicitatis, viros fœminaſque majores ſolito magnis genitalibus aſſiduâ libidine, & ejus uſu ſine tædio & fatigatione*, &c. *Sed & phyſica quoque miranda. Nam facit Solem & Lunam in equis vehi, illum autem in aquam calidam veſpere mergi, & benè lotum aſcendere, atque oriri; Stellas in aere è catenis aureis pendere; Terram in bovini cornu cuſpide ſtabilitum, & agitante ſe bove ac ſuccutiente fieri terræ motum; Hominem autem ex hirudine, aut ſanguiſuga naſci*, &c.

Mahometes, Amurathis filius Turcarum Imp. 9. Imperavit annis 30. An. Dom. 1449. Conſtantinopolim vi cepit, & expugnavit. Conſtantini Palæologi Imperatoris caput per ludibrium pilo affixum, & in urbe circumgeſtatum fuit. Regna duodecim Chriſtianis ademit, 200 urbes cepit, & in his Chalcidem inſulam armis, & Scodram deditione Venetis extorſit. Bellum maritimum armis multis cum noſtris majoribus geſſit. Rhodum fruſtra tentavit, Italiæ, captâ Hydruntè, arma intulit. Egnatius, lib. 3. an. 1463.

Maia, Atlantis filia ex Pleione nymphâ, ex quâ Jupiter Mercurium ſuſcepit. Virg. Æn. 8.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas
Idem Atlas genuit, cœli qui ſydera fulcit.

Nonnulli etiam tradunt eam Vulcano nupsisse. Significat & *obstetricem*, ut ait Suidas in Socratis vitâ. Est & dea Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant. Item Hellesponti urbs. Steph.

Majestas, Dea Honoris & Reverentiæ filia, Ovid. Fast.

Donec Honor placidoque decens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc sata Majestas quæ mundum temperat omnem
Quaque die partu est edita, magna fuit.
Nec mora consedit medio sublimis Olympo
Aurea purpureo conspicienda sinu.

Majorianus, Constantino, & Rufo consulibus, an. U. C. 1210. fit Magister militiæ. Exempto non multo post Martiano Imp. quum & Avitus in Italiâ decessisset, apud Ravennam invadit imperium. Quod cum prope 4 annos tenuisset, Derthonæ juxta Hyram flu. fraude Richemeris patricii cæsus est, an. U. C. 1214. Procopius *Majorinum* appellat, ac de ejus virtute multa præclara memorat in 3. belli Vandalici libro. Sed & Sidon. Apollinaris Panegyrico illius laudes celebrat. Vide Car. Sigonium de Imperio occidentali, & Onuphrium Panvinium.

Majus, mensis à *majoribus* dictus est, quia (ut inquit Macrobius) majoribus consecratus est, quorum consilio Resp. gerebatur, sicut Junius à Junioribus, qui rem armis gerebant. Postquam enim Romulus populum Rom. in majores, minoresque divisit, ut altera pars consilio, armis altera Remp. tueretur, in honorem utriusque partis, hunc Majum, sequentem Junium vocavit. Ovid. Fast.

Hinc sua Majores tribuere vocabula Majo,
Junius à Juvenum nomine dictus adest.

Sunt qui à *Majestate* deâ dictum volunt, quòd Flamen Vulcanalis calendis Maii huic Deæ rem divinam facit. Alii à *Maiâ* Mercurii matre, propterea quòd hoc mense Mercatores Maiæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant.

Malachus, vel *Marachus*, Poeta Syracusanus, Aristoteli in Quæstionibus memoratur, qui nunquam melius scribebat, quam cùm irâ percitus ad carmen accedebat.

Malacus, vetus author de finibus Siphniorum scripsit. Athen. lib. 6.

Malchus, nomen servi summi Pontificis, cui Petrus auriculam abscidit. Jo. 18.

Malchus historicus, scripsit historiam à Constantino usque ad Anastasium. Suidas. Hoc nomine etiam dictus Porphyrius, teste seipso in vitâ Plotini: Βασιλοῦς τέκνωσα τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ φέρουσιν, ἐπὶ μὴ πάτριον διάλεκτον Μάλχῳ καλοῦντι.

Malela, Vide *Joannes* Antiochenus.

Mallephoros, Ceres in Megaride sic dicta, quod nomen ei ab illis videtur impositum, qui mortalium oves connutrire cœperint. Siquidem lanam dicunt Græci μάλλον, ex quo & iidem eam Μηλωτὴν vocarunt. Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 1.

Mamercus, Præsul Viennensis, qui teste Ptolemæo Lucensi, An. Dom. 453. supplicationes primus instituit, quas Rogationes vocant.

Mamers, linguâ Oscorum dictus est *Mars* adjectione syllabæ, qui & *Mavors* etiam appellatur. Inde *Mamercus* Æmilius dictator, & gens *Mamerca* Livio.

Mamerthes, Corinthius, filium fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum rescivit, eum membratim descripsit. Ovid. in Ibin.

Mamluchi vel *Mammaluchi*, Sic olim filii Christianorum empti à Turcis & à Christianismo ad Turcismum traducti vocabantur, i. e. *empti*. Cum enim Tartari subegissent Armeniam, vendiderunt pueros Christianorum: Hos Melech-Sala Ægypti Sultanus emit magno numero, ipsosque in militiâ exerceri curavit, & vocavit Mamluchos, i. e. *emptos*. ממלך *malac* enim Arabicè sign. *emere* & *acquirere*. Post mortem Sultani Melech-Sala cœperunt Mamluchi ex suo collegio, quod solis Christianis apostatis constabat regem constituere, A. D. 1252. Ut autem cœperunt hi Mamluchi sub Frederico 2. Imp. ita extirpati sunt à Selymo Ægyptum occupante. A. D. 1516.

Mammon, vox quæ apud Evangelistas aliquoties occurrit. Hesychius: Μαμωνᾶς, σκαιωρὸς πλεονεξίας. Phavorinus: Μαμωνᾶς, ὁ ἀδικὸς· ἢ ὕλη χρεία πλοῦτος.

Mamurius Veturius, faber ærarius laudatissimus, qui tempore Numæ floruit & Saliorum ancilia confecit ad similitudinem ejus quod de cœlo deciderat. Quo confecto præmii loco petiit, ut suum nomen Salii inter carmina canerent. Ovid. Fast. 3.

Inde sacerdotes operi promissa vetusto
Præmia persolvunt, Mamuriumque vocant.

Prop. 4. 2.

At tibi Mamuri formæ cælator aheneæ,
Tellus artifices ne terat Osca manus.

Fabrum quidem hunc fuisse, fabulosum multis, ut M. Varroni, cui *Veturius Mamurius nihil aliud est quàm Vetus memoria*. Vidit hanc Discordiam Plutarchus. Ideo, οἱ δέ, inquit, Ὀυετύριον Μαμύριον εἶναί φασὶ καὶ ἀδιάφορον, ἄλλοι Ὀυετέρειαν Μεμορίαν. Per tempus hujus festi nihil publicè geri poterat, nullum iter alicui fuerat aggredi. De Othone apud Tacit. Hist. 1. *Fuere qui proficiscenti Othonimoras reliquorumque nondum conditorum ancilium adferrent; Aspernatus omnem cunctationem, ut Neroni quoque exitiosam.* Et Sueton. lib. 8. *Expeditionem autem impigre & præproperè suscepit, sed & motis, nec dum conditis ancilibus.* Hinc Ovidius:

Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo,
Differ: habent parvæ commoda multa moræ.

Vide Festum.

Mamurra, Formii natus Eques Romanus, uti tradit Cornelius Nepos, primus Romæ in Cœlio monte parietes domus suæ marmore incrustavit. Hic est qui Epigrammate Catulli proscissus est. Idem columnas ex Carystio marmore habuit. Plin. 36. 6. Horat. Sat. 5. lib. 1.

In Marmurrarum lassi deinde urbe manemus.

Manasses, filius Josephi primogenitus. Gen. 41. Pater Esriel. 1 Par. 7. Filius Ezechiæ regis Judæ. 4 Reg. 21. Hesychius: Μανασσῆς, ὁπλομανούμενος.

Manasses, vide *Constantinus*.

Mandane, Astyagis filia, quæ ei visa est per quietem, tantum urinæ facere, ut omnem ipsius urbem oppleret, atque universam Asiam inundaret. Hæc Cambysi nupsit, ex quo peperit Cyrum. Herod. lib. 1.

Mandanis, Gymnosophista insignis, quem cùm Alexander per internuncios ad Jovis filii epulum vocari jussisset, & parenti amplissima præmia, detrectanti verò gravissimum cruciatum proponeret, constantissimè ferunt respondisse, Nec illum Jovis filium esse qui magnæ parti terrarum imperaret: nec se illius donis promoveri, cui nulla esset satietas, nec minas pertimescere, quòd viventi India abundè multa esset suppeditatura: mortem vero tantum abesse ut formidaret, ut multis etiam votis eam expeteret, quæ sese marcidâ senio carne liberatum, in puriorem, melioremque vitam immutaret. Strab. lib. 15.

Mandonius, dux Hispanus & Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispaniâ juvarunt, deinde Scipione ægrotante, seditionem agitavere, in Romanosque insurgere cœpere. Quos cùm Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officii memor, tantum castigatos verbis dimisit. Livius, lib. 29.

Mandrabulus, viri proprium. Hesychius: Ἐπὶ τῶν Μανδραβούλου, Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀεὶ ὀπὶ τὸ χεῖρον τρεπομένων, ἀπὸ Μανδραβούλου τινός. Vide Zenob. pag. 213.

Maneros, Jul. Pollux lib. 4. cap. 7. Ἀλλ' Αἰγυπτίοις μὲν ὁ Μανέρως γεωργίας εὑρετὴς, μουσῶν μαθητής.

Manes, à quo Manichæi hæretici orti sunt, natione Persa fuit, servus cujusdam viduæ Persicæ, quæ moriens Manem hæredem instituit, eique non solum opes magnas sed etiam libros fanaticorum hominum Scythioni & Therebinthi, quorum integram historiam Epiphanius recitat, reliquit. Ex his libris hausit fanaticas opiniones, quas postea sparsit. Forte eo tempore ægrotabat Regis Persarum filius. Itaque se in aulam confert Manes medendi artem profitens, sed quum necasset puerum, aufugit inde in Mesopotamiam, ubi discipulos sibi adjunxit, quibus dogmata sua tradidit. Inde rursus à piis Episcopis pulsus, aufugit, & jussu regis Persarum captus & excoriatus est, circa An. Dom. 280. Sed secta ipsius latè postea in Arabiâ, Ægypto, & Africâ, annis fere 200 propagata est, ac ipse beatus Augustinus novem annos in sectâ Manichæâ versatus est. Postea vero erroribus agnitis refutavit Manichæos, ac nominatim Faustum, Felicem, Fortunatum, Adimantum, & alios. Libri extant in 6. tomo operum Augustini. Erant autem hæ Manichæorum opiniones præcipuæ. Fingebant duos esse Deos, alterum bonum, authorem rerum bonarum, quem φῶτα, i. e. lucem nominabant. Alterum malum pari potentiâ, quem Hylen vocabant, à quo conjugium, imperia, & omnia mala orta essent. Itaque abstinebant à conjugio, & politicâ gubernatione, jactitabant se suis ritibus consequi afflatus divinos. Contendebant Filium Dei non assumpsisse humanam naturam verè, sed tantum simulatè seu putativè. Legem Mosis fingebant à malo Deo traditam, ideoque abrogatam esse, abstinebant à carnibus, & mactationibus pecudum, denique magna confusio erat fanaticarum opinionum, quas, qui volet legat apud Epiphanium lib. 2. Tom. 2. Facit & *Manis* mentionem Eusebius, lib. 7. cap. 27.

Manes,

Manes, Theophraſti ſervus, de quo Laertius in *Theophraſto*. Ita vocabatur & ſervus Diogenis Cynici, de quo Laertius itidem in ejus vitâ. Fuit & ancillarum appellatio *Mariæ* ut videre eſt apud Athen. 13. 5. & Plut. in Demetrio. Eſt autem Μάνης vox Babylonica, quæ σκεῦος, i. e. *vas* ſignificat, ſi Epiphanio fides in hæreſi Manichæorum. Phrygiacam vero eſſe ait Macon comicus apud Athen. dicto loco, & Strab. lib. 7. Sane ſervile nomen fuiſſe apud veteres docet Euſtathius ad Iliad. E. Μάνης δωλικὸν ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Vide Suidam in Μάνης. Cæterum hanc notam debes Doctiſſ. Menagio obſerv. ad Laert. p. 127.

Manes, animas è corporibus egreſſas intelligimus, aut Deos Inferos, authore Servio. Sunt autem inquit, noxiæ, & dicuntur per antiphraſin. Nam Manum bonum eſt. Alii manes à *Manando* dictos intelligunt. Nam manibus plena ſunt loca inter lunarem & terrenum circulum, unde defluunt. Hæc ille. Lucan. lib. 9.

Quodque patet terras inter, Lunæque meatus
Semidei Manes habitant. ———

Virg. Æn. 12.

——— *Vos ô mihi Manes*
Eſte boni. ———

Prop. 1. 19.

Non ego nunc triſtes vereor mea Cynthia Manes.

Virg. Æn. 3.

———*Stant Manibus aræ*
Cæruleis mœſtæ vittis. ———

Augilæ pop. Africæ juxta Syrtes, Manes tantum Deos putant, per eos dejerant; eos ut oracula conſulunt, precatique quæ volunt, ubi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia. Verba ſunt Melæ lib. 1. Manes etiam ad Genios duos, quos cum vitâ ſortimur, authore Servio, retulit. Virg. Æneid. 6.

Quiſque ſuos patimur manes.

Manes enim δαίμονες ſunt præſules corporibus humanis attributi, qui parentum ſeminibus manaverunt. Inde *Summanus*, i. e. Summus inter manes dictus eſt. Pluto. Verum Manes quoniam corporibus eo tempore tribuuntur quo fit prima conceptio, poſt vitam iiſdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur Lemures; Qui ſi vitæ purioris adjuti fuerint honeſtate, in Lares domorum urbiumque vertuntur. Ac proinde pro *Laribus*, *manes* poſuit Silius lib. 2.

——— *Ceu prodita tecta*
Expulſi fugiunt Manes. ———

Vide ibi Heinſium. Sin vero animi depravantur ex corpore, Larvæ perhibentur ac Manes. Feſtus ait, Manes Dii ab auguribus vocabantur quòd per omnia manare credebant, eoſque Deos ſuperos ac inferos dicebant. Cic. lib. 2. De Legg. *Deorum Manium jura ſancta ſunto.* Vide Voſſium in *Manes*.

Manethus, vide *Manæthus*. Cæterum de *Manetho* vel *Manethone*. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 1. 14.

Manilia lex, illos etiam admittebat ad gerendos magiſtratus, quorum majores in Romana Rep. magiſtratum non exercuiſſent. Vide Cic. pro lege Manilia.

Manilius Octavius, à quo *Manilii* fluxere. Is Tuſculanorum dux, & Tarquinii gener fuit, ad quem ille poſt fugam ſe recepit, ejuſque auxilio Romanis bella intulit. Liv. lib. 1.

C. Manilius Antiochenſis, nobilis Mathematicus & poeta. Scripſit primus Romanorum omnium de Aſtronomiâ carmen ad Auguſtum Cæſarem, malè à quibuſdam *Manlius*, ab aliis *Mallius* vocatur. Vide Voſſ. de Poetis Latinis, pag. 36.

Manis, rex Phrygiæ vetuſtiſſimus, bonitate ac potentiâ perinſignis, cujus de nomine Phryges etiam nunc admirandaque omnia *Manica* nuncupant. A quibuſdam *Maſdes* vocatur. Rhod. 21. 7.

Manlius, Capitolinus, prænomine Marcus, nobilis Romanus, qui re male geſtâ à Coſſ. ad Alliam contra Gallos Senones, videns in mœnibus urbis parum eſſe præſidii, lectâ mille juvenum manu, arcem Capitolinam occupavit, & à vi hoſtium intactam ſervavit. A quâ tamen ipſe arce, quòd in affectati regni ſuſpicionem veniſſet, poſtea præcipitatus eſt, cautumque eſt Senatus conſulto, ne quis ex Manliâ gente Marcus diceretur. Liv. lib. 2. Et Servius enarrans illud Virg. Æn. 8.

In ſummâ cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis.

Vide Plin. 7. 28.

T. Manlius Torquatus, cognomento Imperioſus. Atque inde *Manliana Imperia* pro ſeveris. Liv. lib. 4. Gell. 9. 13. quia filium, quòd contra edictum ſuum cum hoſte pugnaſſet, virgis cæſum ſecuri juſſiſſet percuti. Eraſm. in Chil.

Manlius Torquatus, qui ob ingenii & linguæ tarditatem à patre in prædia ruſticana relegatus fuit: patremque judicio exemit, à M. Pomponio accuſatum. Liv. lib. 4.

Manlius Volſo, de quo Livius lib. 8. Cn. Manlius Volſo, inquit, Conſul in Aſiâ acceptis à Scipione copiis, & exercitu luſtrato, contra Gallogræcos bellum geſſit, eiſque ſuperatis revertens, cum in Ædè Bellonæ triumphum peteret, decem legati qui cum eo miſſi fuerunt, reſtitere: Inter quos Lucius Furius Purpurio & L. Æmilius Paulus dicebant ſe legatos Cn. Manlio datos, pacis fœderiſque cum Antiocho ineundi gratiâ, Manlium autem operam dediſſe, ut eam pacem turbaret, multoſque nobiles viros in exercitu ſuâ temeritate morti objeciſſe. Vicit tamen, amicis, atque cognatis ſuffragantibus, res feliciter geſtas, & exercitum integrum reportatum dicentibus. Triumphus igitur ei decretus eſt. *Manlius* Proconſul ex Hiſp. revertens, cum in Ædè Bellonæ triumphum ob res benè geſtas peteret, exemplum obſtabat quod ita comparatum more majorum eſſet, ne quis qui exercitum non deportaſſet, triumpharet, niſi perdomitam pacatamque provinciam ſucceſſori tradidiſſet. Medius igitur ei honos habitus eſt, ut ovans urbem intraret. Liv. lib. 50.

T. Manlius, Juris Pontificii peritiſſimus, judex inter Macedonas accuſatores & filium conſtitutus, auditâ causâ ita pronunciavit, *Cum probatum ſit Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum Rep. & prole meâ indignum judico, protinuſque è conſpectu meorum abire jubeo.* Silanus itaque dolore animi percitus nocte proximâ ſe ſuſpendit, neque pater exequiis interfuit: ſed dum funus duceretur conſulere ſe volentibus, ſui copiam fecit, vacuaſque aures præbuit. Val. Max. *de Severitate*.

Manlius Torquatus, Ciceronis temporibus vir doctus, ex Rhodia diſciplina Molonis, & natura ad dicendum nec ſatis ſolutus, neque expeditus. Cui ſi vita ſuppeditaſſet ſublato ambitu Conſul factus eſſet. Cicero.

L. Manlius Torquatus, *cui etſi non deerat* (inquit Cicero) *oratio, quam Græci Politicen dicunt, erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ, ſumma verborum & gravitas, & elegantia, atque hæc omnia vitæ decorabat gravitas, ne quidem admodum delectat.* Pædianus autem de eo ſic ſcribit: *L. Torquatus qui P. Syllam patris competitorem in conſulatu accuſavit, quo & ipſe Sylla, & collega damnati ſunt.* Rurſus eam accuſavit, quod in conjuratione Catilinæ fuiſſet, ſed defenſus eſt à Cicerone, cujus extat Oratio.

L. Manlius, pictor egregius, apud quem cum Servilius forte cœnaret, filioſque ſuos deformes animadverteret. *Non ſimiliter*, inquit, *Manli, fingis, & pingis*; Ad quem Manlius, *In tenebris*, inquit, *fingo, luce pingo.* Macrobius.

Manlius Antiochenus, conditione ſervus, aſtrologus, ac poeta unà cum Plotio poetâ mimorum, & Laberio Grammatico conſervus ex Aſia unâ navi advectus deſcribitur. Plin. 35. 17. Sed ibi *Manilius* legendum. Fuit & cognomen ejus qui Carthaginem vicit. Hunc Plinius maximis utilem doctrinis nullo doctore fuiſſe prodidit. *Manlius* Mathematicus, de quo Plin. 36. 10. ſed ibi quoque legendum *Manilius*.

Manto, mulier fatidica, Tireſii Thebani filia, quæ cum poſt patris obitum Creontis & Theſei tyrannidem fugeret, primùm in Aſiam venit, ubi Apollinis Clarii templum condidit. Deinde in Italiam delata, ex Tyberi flu. (ut poetæ fabulantur) aut certe ex Tyberino rege Ocnum peperit, qui poſtea ad flu. urbem condidit, quam à nomine patris Mantuam appellavit. Virg. Æn. 10.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantûs, & Tuſci filius amnis,
Qui muros matriſque dedit tibi Mantua nomen.

Innuba Manto Statio dicitur Theb. 4. Ubi Lutatius: *Filia Tireſiæ*, virgo. Apollodor. lib. 3. Τῆς δὲ λείας μίρος εἰς Δελφοὺς πέμπουσιν Ἀπόλλωνι, καὶ Τειρεσίου θυγατέρα Μαντώ. Non autem ſervavit virginitatem poſt exceſſum patris Tireſiæ hæc vates Ab Alcmæone enim ob matricidium Furiis agitato compreſſâ, duorum liberorum mater facta eſt. Apollodorus ubi ſupra: Εὐριπίδης δὲ φησιν Ἀλκμαίωνα καὶ τὴν μανίας χρόνον ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου, παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον ἄρρενα, καὶ θυγατέρα Τισιφόνην. Alia pridem doctis ſunt notata. Illud minus notum fortaſſe, omnibus Homerum argui ex carminibus hujus poetriæ multa ſuis libris intuliſſe. Diodorus Siculus lib. 4. cujus codices perperam *Daphnen* appellant: Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν ὀπίγονοι πολὺ πλῆθος ἔλοντες διέβησαν, καὶ τὴν Τειρεσίου θυγατρὸς Δαφνῆς ἐγκρατεῖς γεγόμενοι, ταύτην μὲν ἀνέθησαν εἰς Δελφοὺς, κατά τινα εὐχὴν ἀναθεῖναι τῷ θεῷ· Αὐτοὶ δὲ τὴν μητρικὴν τῶν πατρὸς ἔδραν ἔσχον, εὐθὺς πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Δελφοῖς διαπρέψασαν, καὶ τελευτὴν ἐπιδέξιον· Φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένην χρησμοὺς ἐγγράψαι πανδέκτας, διαφόρους τοῖς κατακούουσι. Ὅπερ ἔνιοι καὶ Ποιη-*

ἡ Ποιητὼ πολλὰ ἢ ἐπῶν σφετερισαμένων κομπήσαι ἢ ἴδιον ποίημα. Seneca in Agamemnone:

Quam fatorum præscia Manto
Sata Tiresia, Latonigenæ
Monuit, sacris celebrare Deos.

Quæ omnino sumpsit ab Ovidio lib. 6. Met.

Nam sata Tiresiâ venturi præscia Manto
Per medias fuerat divino concita motu
Vaticinata vias; Ismenides, ite frequentis
Et date Latonæ, Latonigenisque duobus
Cum prece thura piâ.——

Bapt. Spagnola *Mantuanus*, ordinis Carmelitarum Prior generalis fuit, creatus Romæ an. 1513. Sed exinde an. quarto, ut invitus honorem susceperat, ita sponte depositus. Versus reliquit supra quinquagies quinquies millenos. Valde eum epistolis suis celebrant Jovianus Pontanus, Picus Mirandula, & Phil. Beroaldus. Vide Voss. Hist. Lat. p. 665.

Maranatha, Hesychius: Μαϱαναθὰ, ὁ Κύϱιος ἦλθεν, ἢ ἔϱχου ὁ Κύϱιος. Vide Suidam.

Marcellinus, historiæ Græcæ scriptor, ex quâ solum superest dissertatio de Thucydidis vitâ, & ejus genere dicendi, quæ historico huic præmitti solet. Arbitratur Vossius eundem esse, cujus in Hermogenem de Statibus commentarios unà cum Syriano, & Sopatro excudit Aldus. Quin & Conradi Gesneri suspicio est, non alium hunc esse ab Ammiano Marcellino, cujus ex 31 historiarum libris extant libri 18. Nempe quia Ammianus ille Græcam se fuisse dicit extremis lib. 31. verbis, & phrasis ipsa satis hoc prodit. At satis constat Ammianum illum vixisse sub Gratiano, & Valentiniano Juniore. Altero quoque argumento ætate ejus ostendere idem conatur, nempe quia Marcellinum dicat Suidas fuisse familiarem Sallustio philosopho. Eum censet esse Sallustium prætorio præfectum qui Valentinianum designavit Imperatorem, ut Suidas ait. Sed scrupulum injicit quod Suidas Sallustium hunc distinguat à Sallustio philosopho; Adde, quod non videas, unde Marcellinum, quem Principem Dalmatiæ, & Illyridis, fuisse dicit Suidas, colligi possit, eumpse esse, ac qui Græcè historias emisit.

Marcellus in Æthiopicis laudatur à Proclo comment. in Timæum lib. 1.

Marcellus, Romanus vir clarissimus, cujus gesta & à Plutarcho, & ab aliis scripta sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit, Annibalem primus vinci posse docuit. Syracusas per tres annos expugnavit, quinquies consul infidis Annibalis deceptis, & occisus, magnificè sepultus est.

Marcellus, prænomine *Veius*, Eques Rom. cujus prædia h. e. prata, & oleæ, intercedente viâ publicâ, in contrarias sedes fuerunt transgressa, quod maximè mirandum est. Plin. 2. 83. leg. *Vectius* pro *Veius*. Erat autem Neronis Imp. procurator, prædiaque ejus in agro Marrucino fuere.

Marcianus Heracleota Geographiam conscripsit, cujus sæpe meminit Steph. de urbibus. Alius fuit Smyrnæus qui de simplicibus effectibus egit. Plin. 24. 4.

Marcina, inter Sirenusas, & Posidoniam, urbs in Italiâ. Strabo Τυῤῥηνῶν κτίσμα vocat.

Marcion hæreticus, Cerdonis hæretici discipulus, An. Dom. 143.

Marcius Sabinus, à quo *Marcia gens* Romæ traxit originem.

D. Marcus Evangelista, D. Petri discipulus, & Interpres, quæcunque meminerat ab eo dictâ, conscripsit. Eusebius 3. 4.

D. Marcus, D. Pauli discipulus, primum Bavaris Evangelium annunciavit. Johannes Aventinus scripsit se legisse in Bibliotheca Patavienſi, quòd hic Marcus Laureaci, & per ascensum Danubii, Christum prædicaverit.

Marcus Eremita, cui occasioni conversionis, commissum homicidium fuit. Nam cum puer esset, & oves pasceret circa Marciam paludem ludens, quendam coætaneum interfecit, & metuens fugit in solitudinem. Qui cum tribus annis sub dio moraretur, postea parvum hospitium fecit sibi, in quo annis 25 moratus est. Fuit valde mansuetus, sapiens, memoriaque scripturarum sacrarum clarissimus, denique tam amabilis, ut cum Dominicum corpus accederet, Angelus ei sacramenta præberet; cujus manum usque ad juncturam brachii tantummodo se dicebat aspicere. Sozom. 8. 1.

Marcus Antoninus. Vide *Antoninus*.

Marcus Antonius. Vide *Antonius*.

Marcus Attilius Regulus, vir Romanus egregia virtute primo Carthaginienses pluribus præliis vicit, tandem tamen ab iis, duce Xanthippo Lacedæmonio, captus Romam missus est de captivis commutandis acturus, fide data, se, si nihil perfecisset, rediturum. Cum autem Romæ in senatu ita ageret, ut censeret è Rep. non esse captivos commutandos, factumque esset in ejus sententiam senatusconsultum, amicis omnibus invitissimis, ut fidem suam liberaret, ad Carthaginienses rediit, ab iisque est exquisitissimis suppliciis interfectus. Cic. in Paradoxis & aliis locis. Vide *Attilius*.

Marcus Aurelius, Imp. Rom. exercitui suo siti periclitanti, Christianorum precibus à Deo pluviam obtinuit. Euseb. 5. 5. Etiam Tertullianus hæc commemorat, & apud Paganos Apollinaris.

Marcus Calphurnius Bibulus, Cons. cum C. Julio Cæsare, nullam partem juris sui obtinuit. Collega omnia pro libidine agente tantâ petulantiâ, ut aliquando Bibulum liberius sibi resistentem in carcerem duci curaverit, magnâ omnium bonorum indignatione. Hic legem Agrariam tulit, & aliam de jure trium liberorum. Sueton. in Cæsare. *Unus ex eo tempore omnia in Rep. ad arbitrium administravit, ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum testandi gratiâ signarent non Cæsare & Bibulo, sed Julio & Cæsare consulibus actum scriberent, bis eundem præponentes nomine atque cognomine, ut vulgo mox ferrentur hi versus.*

Non Bibulo quicquam nuper sed Cæsare factum est,
Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Marcus Cl. Marcellus, vir Consularis, cum Pompeio favisset, à Cæsare tamen per Senatum veniâ impetratâ rediens Romam à familiari quodam suo occisus est. Extat elegans Ciceronis Oratio, quâ Cæsari ob ejus restitutionem, gratias agit.

Marcus Corn. Cethegus, Cons. cum P. Sempronio Tuditano, an U. C. 550. Hic eloquens dictus est, ut Sempronius Σοφός. Q. Ennius.

Additur orator Cornelii suaviloquenti
Ore Cethegus Marcu' Tuditano collega
Marci filius, is dictus popularibus ollis,
Qui tunc vivebant homines, atque ævum agitabant,
Flos delibatus populi, Suadæque medulla.

Vide Tullium in Bruto.

Marcus Crassus, avaritiæ gurges, & abyssus inexplebilis, cum templum Hierosolymitanum sacris thesauris expoliasset, à Parthis apud Charram, unà cum Romanorum exercitu peremptus est. Plut. in *Crasso* & App. in Parthicis.

Marcus Curtius nobilis Romanus, qui cum Romæ in foro terra ingenti hiatu discessisset, respondissentque haruspices Deos manes, non aliter quàm humanâ victimâ posse placari, neque prius hoc barathrum claudendum esse, quam si se aliquis in id sponte dejecisset, armatus equo insidens se Diis Manibus devovit, atque ita in apertam voraginem se præcipitavit, quæ eo facto clausa est. Vide *Curtius*.

Marcus Fabius, cognomento Pictor nobilis Romanus qui præter studia literarum, & rei bellicæ quibus insignis erat etiam pingere didicerat, unde cognomen reportavit. Scripsit etiam historias, quarum fragmenta quædam hodiè extant. Vide omnino Voss. Hist. Lat. 1. 3.

Marcus Horatius Pulvillus, cons. cum C. Valerio eopse anno quo reges exacti sunt. Nam cum Brutus cons. cum Arunte Tarquinio congressus mutuo vulnere occubuisset, Spuriusque Lucretius in ejus locum suffectus, paulo post esset etiam mortuus, Horatius ei successit in id quod ejus anni superaret, biennioque post consul factus est cum Val. Publicolâ.

Marcus Horatius Pulvillus Pont. Max. tantâ constantiâ, ut cum Capitolini Jovis ædem dedicaret, postemque tenenti allatum esset de morte filii, neque vultum mutaverit, neque postem remiserit, carmenve quod pronunciabat, interruperit, neque prius quidquam nuncio responderit, quam absoluta dedicatio esset. Val. Max.

Marcus Livius Drusus. Vide *Drusus*. Alius, cons. cum L. Pisone Cæsoniano, Scordiscos vicit, gentem à Gallis oriundam, an. U. C. 642.

Marcus Livius Salinator, cos. cum Cl. Nerone, bello Punico secundo Asdrubalem ex Hisp. ad fratris Annibalis auxilium advenientem, collegæ ope interceptum vicit, & occidit, quæ res præcipue Annibalis animum debilitavit. Sic enim exclamat apud Horatium.

Occidit, occidit
Spes omnis & fortuna nostri
Nominis, Asdrubale interempto.

Idem cum Tarentum amisisset, atque apud Fabium Max. qui illud recuperarat, gloriaretur suâ operâ receptum esse. *Certè*, inquit Fabius, *nisi enim amisisses, nunquam id recepisses.*

Marcus Lollius, consul cum Q. Lepido, an U. C. 735. His consulibus Horatius jam quadragesimum quartum ætatis annum agebat teste seipso ad librum suum, his verbis.

Forte meum siquis te percontabitur ævum,
Me quater undenos sciat implevisse Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Marcus

Marcus Manlius Capitolinus. Vide *Manlius.*

Maria, vel *Miriam*, soror Aaron & Mosis, Nun. 27. Filia Ezra. 1 Par. 4. Nomen item B. Virginis quæ Christum in utero tulit. Mat. 1. Soror item Marthæ sororis Lazari. Luc. 10. Joan. 11. De quâdam Mariâ loquitur & Paulus, Rom. 16. Fuerunt & aliæ duæ *Mariæ*, altera mater Jacobi, altera Jesu Christi. Fuit & altera *Maria* nobilis mulier, quæ Hierosolymis à T. Vespasiano obsessis, proprium filium, fame urgente, devoravit. Joseph. lib. 7. cap. 15. Cæterum quod ad Beatæ Virginis nomen attinet, quidam dignitatem quandam eo denotari volunt. Gregorius Nyssenus: Homil. in Natal. Christi. Ἐπειδὴν ἐτέχθη τὸ παιδίον, οὐνόμασε μ' αὐτῷ Μαρίαν, ὡς ἂν ἡ ἐπωνυμία τὸ δεσποτικὸν διασημαίνειν ἀξίωμα. Ubi tamen male, ut videtur, *Mariæ* etymon tribuit, quod *Hannæ* matri ejus proprium est. Ita ille *Gratiam*; alii autem *Dominationem* ejus nomine contineri putarunt. Author Homil. de laud. B. Mariæ, sub nomine Epiphanii. Ἡ Μαρία ὁρμηνεύεται κυρία, ἀλλὰ, καὶ ἐλπίς. Κύριον μὲν ἔτεκε τὸν ἐλπίδα τῶν πάντων κόσμων ἀγαθόν. Damascen. lib. 4. cap. 15. Τίκτει τοιγαροῦν ἡ χάρις (τοῦτο γὰρ ἡ Ἄννα ἑρμηνεύεται) τὴν κυρίαν, τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ τῆ Μαρίας ὄνομα. S. Hieronymus de Nom. Hebr. *Sciendum quod Maria sermone Syro* Domina *nuncupatur.* Isidorus aliam nobis originationem exhibet. *Maria illuminatrix, sive stella maris; genuit enim lumen mundi.* Hæc quoque etymologia Hieronymum habet authorem; sic enim ille: *Mariam plerique existimant interpretari*, illuminant me isti, *vel* illuminatrix, *vel* smyrna maris; *sed mihi neutiquam videtur. Melius autem est ut dicamus; sonare eam* stellam maris, *sive* amarum mare. Hæc ille. Et sane Judæi ipsi *Miriam* deducunt ab Ebræo מרר *marar*, quo servitutis Israelitarum in Ægypto denotetur. Atqui malim cum eruditissimo D. Pearsonio *Mariam* deducere à radice רום unà cum additione Mem Heemantici; sic autem notatio manifestior erit, & significatio planius apparebit, quasi *aliis prælata.* Plurimus est in laudibus B. Virg. D. Bernardus, ne dicam nimius: Monet siquidem nos in angoribus nostris ad auxilium ejus tanquam ad asylum confugere: *Respice stellam: Mariam cogita: Mariam invoca.* Non ferendus autem Bonaventura, dum in Psalterio suo, quæcunque de Deo dicuntur B. Virgini tribuit. Bernardinus de Bustis in Mariali. *Maria apud Deum omnibus Sanctis potentior est.* Idem: Maria sola plus potest apud Deum impetrare, quam omnes Sancti in cœlo. Imo Ludulphus & Chrysostomus à Visitatione affirmare non erubescunt (ego vero horresco referens) *quod velocior est nonnunquam Salus invocato nomine Mariæ, quam invocato nomine Domini unici filii ejus.* Et in discipulo de Tempore legimus: *Nihil nos Deus voluit habere, quod per manus Mariæ non transeat.* Vergerius in Indice librorum prohibitorum A. D. 1559. pag. 9. refert se scriptum invenisse in lib. quodam Italico, cui tit. *Flosculi S. Francisci*, quod *Maria Virginitatis suæ merito mulierum omnium servatrix fuerit usque ad tempus S. Claræ, sicut Christus viros omnes servavit usque ad ætatem Francisci:* quo tempore etiam floruit ipsa Clara. Narrat insuper se libro isti respondisse, responsionem vero ejus, tanquam hæreticam fuisse condemnatam, idque tribus Indicibus libro prohibitorum. Ambros. Catharinus oratione quam habuit A. D. 1546. Concil. Trid. sess. 2. appellat hanc B. Virginem, *Fidelissimam Christi Sociam.* Alter quoque primæ magnitudinis Papista in Mariali suo: *Fuit Dominus cum Mariâ, & ipsa cum Domino in eodem labore & opere Redemptionis. Mater enim misericordiæ adjuvit Patrem misericordiarum in opere nostræ Salutis.* Qui metuens, ne quis in Christi partem illud Is. cap. 63. adducat: *Solus torcular, &c.* hoc modo objectioni tali occurrendum sibi putavit. *Verum est O Deus, quòd non vir tecum, sed mulier una tecum est, quæ omnia vulnera quæ tu suscepisti in corpore, suscepit in corde.* Plura huc spectantia videat Anglicanus Lector in lib. cui tit. *More work for a Mass-Priest*, p. 37. Lond. 1622. Adeo falsus & absurdissimus est Card. Bellarminus cum ait, *Prudentes & benè instituti Catholici neque Divam, neque Deam vocant.* Hæc ille Apol. contra Regem Jacobum, p. 94. Ubi Episcopus Eliensis: Non Divam? Certe cui Religio sit (tum de Sanctis agitur) *Divi* vocem, vel *Divæ* usurpare vix, credo, *reperias.* Vide vel Lipsium (Sapientiæ utique & Literarum Antistitem) atque ejus *Divam* geminam *Hallensem & Æuticollem.* Frons ipsa vocem præfert, & vertex cujusque paginæ. Legas ibi plus centies: *O Diva*, &, *O Diva Divarum.* At (non Dea.) Imo nec ea voce abstinuit in Hallensi (*si vota concepissent Hallenses Deæ.*) Tum in illa alterâ Dea suâ sesquipedali: *An sudas Dea sanguinem? De quâ sacra profantur, hanc fore quæ Serpentis conteret caput: Fecisti ô Dea:* & postea:

Tum tibi laudes, Dea, dicet omnis sexus & ætas.

Pergit Cardinalis: *Neq; ab eâ petunt*, ut *filio imperet.* Imò petunt. Nam quid illa sibi volunt? *Monstra te esse matrem, Ora Patrem & jube filio, O felix Puerpera! Nostra pians scelera. Jure matris impera Redemptori.* Notavit Cassander Consult. p. 142. Subdit: *Neque dicunt, quòd absurdis cujuslibet inepti hominis Orationibus pateat.* Imo dicunt. Bernried. in vita Greg. 7. p. 42. legas *Hildebrandi ventrem manu versâ percutientem, post, leni manu quasi corpus ejus perungentem.* Tho. Becketti nostratis detrita & lacera femoralia consuentem; eoque signo, ne Presbyterum (durum ingenio supra modum) gradu moveret, sed eum suâ insufficientiâ literarum dispensaret, severè edicentem. (Vincent. Spec. Hist. 7. 84.) In os ægri Clerici, extractis uberibus, lac immulgentem. Læsam Monialis tibiam unguento de pyxide oblinentem, post manum sub mento ponentem & quomodo disciplinate genu flecteret edocentem. *Adami* Sacerdotis, tum pueri, scabiosum caput sanantem. Juttæ filiolam sublatam (quam lupus in sylvas asportarat) anxie reddentem, idque, præ timore ac minis; filiolo enim suo *Jesu* alioqui carituram, quem *Jutta* è sinu ejus avulsum (in vindictam) nunquam ei reddituram fuerat, nisi si curasset restitui sibi, suum. Latronis decollati corpus effodientem, caput cervicibus adaptantem, & unientem; in feretro ponentem, purpurâ (miræ texturæ, & plusquam humani artificii) feretrum ejus obtegentem, de exequiis ejus honorificè celebrandis severe præcipientem. Neque etiam oscula neganda sunt, vel *complexus, sed neque magis absurda. Accede ad me, & da mihi osculum* (ait B. Virgo) *& coegit eum*; post etiam strepam tenuit, quo equum conscenderet. Alteri Monacho, collum ejus brachiis suis stringens, dedit osculum. Alteri in Pomario cantillavit. Sed & in Choro Monachorum singulorum vultus detergentem videas. Et in Cellâ lectos circumeuntem, & manum super singulorum capita ponentem. Et hæc nonne absurda? Quid illa? Cum primâ nocte nuptiarum B. Virgo inter Sponsum & Sponsam media recubuit; eò quod Sponsus, (adhuc puer) imaginis suæ digito, annulum joco indidisset. Quid illa dictu fœda de *Beatrice*, quæ dum publicè scortum ageret, B. Virgo totos quindecim annos, formâ & habitu ejus assumpto, vicem supplevit in Monasterio. Denique, quod Abbatissæ gravidæ factæ à Dapifero suo obstetricata est, & infantem ex stupro susceptum, Eremitæ cuidam, educandum per duos Angelos transmisit? Hæc & his plura apud Vincentium & Cæsarium reperienda. Absit autem ut quisquam S. Mariam divinæ gratiæ privilegiis, aut speciali gloriâ, fraudare conetur. Loquamur cum Ecclesiâ Christi primævâ: Ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ Κύριος θεοτοκεύεται; Ita Epiphanius; & alibi: Εἰ καλεῖται ἡ Μαρία, καὶ ἁγία, καὶ τετιμημένη, ἀλλ' ὡς εἰς τὸ θεοτοκεῖσθαι. Græci eam Θεοτόκον vocare solent, nunquam tamen quod sciam, μητέρα τοῦ Θεοῦ. Μήτηρ tamen Κυρίου ab Elisabethâ vocatur Luc. 1. Quam non solum ante Nativitatem Filii sui, sed postea, imo in perpetuum immaculatam, & Beatam Virginem fuisse pie credidit antiquitas; Unde *Antidicomarianitæ* appellati sunt hæretici, qui Mariæ Virginitati usque adeo contradicunt, ut affirment eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam, ut tradit B. Augustinus.

Mariamne Regina, Machabæorum stirpe inclyta, Herodis pessimi omnium viri uxor optima; formâ corporis supra cæteras eximiâ; animi etiam virtutibus major, integerrimæ pudicitiæ, & ineluctabilis patientiæ fœmina iniquissimis calumniis oppressa, mariti gladio Regias cervices dedit. Anno ante Christi Natalem vicesimo octavo.

Marica, Nympha, Liris fluvii accola quæ Regi Fauno nupsit, eique Latinum peperit, quam *Faunam* quoque, aut *Fatuam* à *fando* Servius scribit. Lactantius autem Maricam hanc Circen fuisse tradit, lib. 1. c. 21. *Solent mortuis* nomina immutari: nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, Leda Nemesis & Circe Marica. Quæ sententia eloquentissimi Patris defendi potest hoc pacto, quia Latinum Regem, quem Virgilius canit, filium Maricæ, Hesiodus scribit filium fuisse Circes, ac proinde liquidum satis est Circen & Maricam eandem esse. Dea fuit littoris Minturnensium juxtam Lirin flu. Hor. lib. 3. od. 17.

Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps & innatantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lirim
Latè tyrannus.——————

Lucanus lib. 11.

——*Umbrosa Liris per regna Maricæ*
Vestinis impulsus aquis.

Claudianus:

Flavæque terens querceta Maricæ
Liris. ——————

Porphyrion in Horat. *Liris flumen*, ubi Marica Nympha colitur.

Marinus

Marinus Neapolitanus, philosophus & Rhetor, Procli discipulus, inque Scholâ successor. Composuit librum de vitâ præceptoris sui Procli, qui hodieque exstat. Nec prosâ sola, sed etiam carmine edidit. Vide Suidam.

Marius, prænomine Caius, vir strenuus fuit ex municipio Arpinate humili loco natus, qui multos annos vitam rusticam egit procul ab urbanis negotiis. Deinde per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidiâ criminando, consulatum adeptus, Jugurtham captum ante currum egit. Prop. lib. 3.

Consule cum Mario victæ Jugurtha sedes.

Tantam fortitudinis suæ opinionem Romanorum animis infixam reliquit, ut imminente Cimbrorum Teutonumque terrore quinque continuos consulatus ei detulerint; unde Ovid.

Consule quo toties Roma superba fuit.

Sen. ep. 94. Quid, tu C. Marium semel consulem (unum enim consulatum accepit, cæteros rapuit) cum Teutonicos Cimbrosque concideret, cum Jugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio. Hæc ille. Ad parenthesin vero quod spectat, non videtur vera, si duos ultimos excipias. Nam priores, in discrimine patriæ, absenti delati. Vide Plut. Prop. 2. 1.

Cimbrorumque minas & benefacta Mari.

Hinc Cic. (qui de consulatu ejus carmen scripsit) pro C. Rabirio, *C. Marius pater patriæ.* Et pro Sextio, *Ad salutem Romani Imperii natus.* Dictus & *Tertius Romæ conditor.* Sextum cons. cum Catulo factus, Cimbros in Gallià, Teutonas in Italià vicit, deque his triumphavit. Cimbrico bello primum profligatus in somnio præmonitus est, victoriam se consecuturum, si prius diis victimam filiam nomine Calphurniam faceret. Patriæ igitur charitati naturâ postpositâ, eo facto victoriam comparavit. Duæ adhuc hisce temporibus in Germ. aræ sunt, quæ eo tempore quo victoriam Marius est consecutus, tubarum clangorem edunt. Plut. in Mario. Victus à Syllâ Minturnis in palude latuit: inventus, & in carcerem conjectus, immissum percussorem Gallum vultûs autoritate, & his verbis, *Tune homo audes occidere Caium Marium?* deterruit, acceptaque naviculâ in Africam trajecit, ubi diu exulavit. Mox Cinnanâ dominatione revocatus, cæsis inimicis septimo consulatu, morbo, aut (ut quidam ferunt) voluntariâ morte decessit. Sen. 5. Ben. *Ingratus C. Marius* ad Consulatum à caligâ productus: qui nisi Cimbricis cædibus Romana funera æquaverit, nisi civilis exitii & trucidationis non tantum dederit signum, sed ipse *signum fuerit.* Hoc est à seipso dabat, ut sc. interficerentur quibuscunque manus osculum negasset. Flor. lib. 3. Ancarius, ipso vidente Mario, confossus est, quia scilicet fatalem illam manum, non porrexerat salutanti. Plut. in Mario: Quoscunque salutantes, neque affatus esset, neque resalutasset, complexusve esset, hoc ipsum signum erat interficiendi eos in viis. Unde Aug. 3. de C. D. In ipsius autem Marii oculis continuò feriebantur, quibus salutantibus dextram porrigere noluisset. Lucanus optime paucis verbis crudelitatem ejus describit. *Vir ferus & fato cupienti perdere Romam sufficiens.* Hic cum in cruribus varices haberet, præbuit varicosum crus medico secandum, & dum secaretur, neque suspirans, neque supercilia contrahens, pertulit sectionem. Cumque medicus alterum crus sectare vellet, painimè assensum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. Habuit filium Marium nomine, qui cum esset 27 annorum consulatum invasit: quem honorem mater tam immaturum flevit. Hic patri saevitiâ similis curiam armatus obsedit, & inimicos trucidavit. Tandem & ipse crudelissimo mortis genere Catuli manibus placatum missus est. Vide Lucan. lib. 2. sed hic fuit M. Marius, Caii frater. Juv. Sat. 8.

Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro,
Nodosam posthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigrâ munisset castra dolabrâ.
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum
Excipit, & solus trepidantem protegit urbem.

Idem Sat. 10.

Exsulium & carcer Minturnarumque paludes,
Et mendicatus victâ Carthagine panis
Hinc cujas habuere. Quid illo cive tulisset
Natura in terris, quid Roma beatius unquam,
Si circumducto captivorum agmine, & omni
Bellorum pompâ animam exhalasset opimam,
Cum de Teutonico vellet descendere curru.

Manilius lib. 4.

——— *Adite & civilia bella:*
Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum:
Ad Consul totiens, exulque, ex exule consul;
Et jacuit Libycis compar jactura ruinis
Æque crepidinibus cepit Carthaginis urbem.

Lucanus lib. 2.

Cum post Teutonicos victor, Libycosque triumphos
Exul limosâ Marius caput abdidit ulvâ.
Stagna avidi texere soli, laxæque paludes
Depositum, Fortuna, tuum: mox vincula ferri
Exedere senem, longusque in carcere pædor,
Pœnas ante dabat scelerum. Mors ipsa refugit
Sæpe virum, frustraque hosti est concessa potestas
Sanguinis invisi, primo qui cædis in ictu
Diriguit, ferrumque manu torpente remisit.
Viderat immensam tenebroso in carcere lucem,
Terribilesque Deos scelerum, Mariumque futurum,
Audieratque pavens: Non hæc contingere fas est
Colla tibi: debet multas hic legibus ævi
Ante suam, mortes: vanum depone furorem, &c.
———Idem pelago delatus iniquo
Hostilem in terram, vacuisque mapalibus actus
Nuda triumphati jacuit per regna Jugurthæ,
Et Pœnos pressit cineres. Solatia fati
Carthago Mariusque tulit, pariterque jacentes
Ignovere deis. Libycas ibi collegit iras,
Ut primùm Fortuna redit: servilia solvit
Agmina: conflato sævas ergastula ferro
Exeruere manus.———
——— Prò fata quis ille,
Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia victor
Corripuit? quantoque gradu mors sæva cucurrit, &c.
Septimus hæc sequitur, repetitis fascibus annus.
Ille fuit vitæ Marii modus, omnia passo
Quæ pejor fortuna potest, atque omnibus uso
Quæ melior, mensoque homini quid fata pararent.

Livii lib. 80. Epitome. *Marius* Severus Licinium Senatorem de saxo dejici jussit, editisque multis sceleribus, Idibus Januariis decessit. Vir cujus si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior an pace pernicioſior fuerit; adeo quam Remp. armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.

C. Marius, prioris fil. de quo vide Plut. in vitâ Patris. Mortem ejus innuit Strabo ubi de Prænestæ cuniculis lib. 5. Ὧν ἐν μιᾷ Μάριος πολιορκούμενος ἀπέθανε. Epitome lib. 88. *C. Marius Prænestæ obsessus à Lucretio Asella Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu mortem sibi consciscit in ipso cuniculo, cùm sentiret se evadere minimè posse.* Vell. Pat. libro altero. *Inde Coss. Carbo 3. & C. Marius septies* Consulis Fil. annos natus 26. vir animi magis quam ævi paterni, multa fortiterque molitus neque usquam inferior nomine consulis, apud Sacriportum pulsus à Sulla acie, Prænestæ, quod ante naturâ munitum præsidiis firmaverat, se, exercitumque contulit. Solus Appianus hunc Marium fratris filium vocat. De ætate quoque discrepant auctores. Ille qui Livium in Epitomen redegit lib. 86. inquit: *Consul antè annos viginti per vim creatus.* Quem locum ad Octavium Suetonii contra Dionem laudat max. Casaub. quia ille scripserat Octavium sine exemplo ante annum 20. iisse consulatum; sed non dubitat Vossius quin mendum sit in Epitome Livianâ & pro 20. ad minimum reponi debeat 25. ut ei sic conveniat cum auctore de viris illustribus.

M. *Marius* Gratidianus, de quo Seneca 3. de Irâ: M. Mario cui vicatim pop. Statua posuerat, cui thure & vino Rom. pop. supplicabat L. Syllæ perfringi crura, erui oculos, amputari manus jussit, &c. Valerius 9. 2. *Singulas corporis partes confringeret. Orosius: Effossis oculis* membrisque minutatim defectis, vel etiam fractis. Q. Cic. de Pet. Consul. Firmicus lib. 1. & alii. Ejus mem. Cic. Offic. 3. Ne noster quidem Marius Gratidianus officio viri boni functus est tunc cum Prætor esset, Collegiumque Prætorum Tribuni pl. adhibuissent, ut res nummaria de communi sententiâ constitueretur. Conscripserunt communiter edictum, cum pœnâ & judicio, constitueruntque ut omnes simul in Rostra post meridiem descenderent. At Marius à subselliis in Rostra rectà, idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res ei magno honori fuit, omnibus vicis statuæ: ad eas thus & cerei; quid multa? nemo unquam multitudini fuit carior. Ubi nota vocat *suum*, & paulo ante *propinquum suum* quia sc. Cicero ex cognatione Marii: & hic illius frater, ut Florus scripsit, sc. adoptione.

Marius & Casprus, amicorum par fidelissimum. Silius Italicus lib. 9.

Sternitur unanimo Marius succurrere Caspro
Conatus, metuensque viro superesse cadenti:
Lucis idem auspicium, ac patrium, & commune duobus
Paupertas, sacro juvenes Prænestæ creati

Misce-

Miſcuerant ſtudia, & juncta tellure ſerebant.
Velle, ac nolle ambobus idem, ſociataque toto
Mens ævo, ac parvis dives concordia rebus.
Occubuere ſimul, votiſque ex omnibus unum
Id fortuna dedit, junctam inter prælia mortem.

Marius Priſcus, Proconſul Africam Provinciam ſpoliavit. Juven. Sat. 1.

Exul ab octavâ Marius bibit, & fruitur diis
Iratis, at tu victrix provincia ploras.

Idem Sat. 8.

Cum tenues nuper Marius diſcinxerit Afros.

Marmeſſus, Mars eſt Romanorum linguâ. Lycophronis interpres.

Marnan, templum Jovis Cretenſis in Gazâ Palæſtinæ. Vocantur autem puellæ in Cretâ *Marnan*. Stephanus Μάρναν ἑρμωνύμως Κρητικῶς. Ridiculè, neque enim id ſignificat *Marnas*, ſed *Dominum hominum*. Bochartus.

Maro, opifex fuit figulus, ſive, ut alii putant, magi cujuſdam viatoris mercenarius, Virgilii, Latinorum Poetarum Principis pater: qui & ipſe ſic appellabatur. Alcinous, vetus Poeta:

De numero vatum ſi quis ſeponat Homerum
Proximus à primo tum Maro ſolus erit.
At ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum
Longè erit à primo quiſque ſecundus erit.

Vide *Virgilius*.

Marpeſſa, filia Eveni ſpecioſa, uxorque Idæi omnium illius ſeculi virorum formoſiſſimi, mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ uxoris Meleagri. Hanc maritus fertur tam tenerè adamaſſe, ut cum eam Apollo rapere conaretur, ſumpto arcu & ſagittis raptorem invadere non dubitavit. Verum cum ejus recuperandæ ſpes nulla ſupereſſet, mater eam pro Marpeſſa Alcyonem nominavit, quòd fatum cum eâ ſimile ſortita videretur. Hom. Iliad. 9.

Mars, Deus belli ab antiquis creditus, Dictus Varro enim lib. 4. de LL. quòd *maribus* in bello præſit, aut certe à Sabina voce *Mamers*, quod nomine illi *martem* dicebant. Cedrenus vero. Ὅτι ἡ Μάρτεμ οἱ Ῥωμαῖοι μάρτεμ ἐκάλεν, οἱονεὶ θάνατον, ἢ κινητὸν ὄν τεχνῶν, i. e. quòd *artium* ſit *motor*, ἢ ἐκ τῆς μάρναδς καὶ Φιλόξενον. Lucum habuit in Ponto etiam Athenis & Albæ, ubi Rhea peperit Juven. Sat. 1.

Nota magis nulli domus eſt ſua quam mihi lucus
Martis.———

Val. Flac.

Martius ante urbem longis jacet horridus annis
Campus.———

Item:

Excubias Gradive tene, præſentia luco
Arma tubæ ſonent.

Eum autem Poetæ deſcribere ſolebant. Horat.

———*Dum Lucus & ara Dianæ.*

Et Perſius:

——*Nec ponere lucum*
Artifices.———

A Poetis *Mavors* dicitur per epentheſin. Jovis ac Junonis filius fuiſſe fingitur, vel, ut Ovidius fabulatur, ſolius Junonis. Cum enim olim Juno turbata, quod animadvertiſſet Jovem percuſſo capite ſine fœminæ commercio procreaſſe Minervam, verſus Oceanum proficiſcitur, ut ſcrutaretur quo pacto & ipſa ſine viro parere poſſit; & itinere fatigata ſecus fores Floræ Deæ, conjugis Zephyri conſedit. Cumque interrogata ab eâ eſſet, quam ob cauſam ad Oceanum pergeret, rationem reddidit. Quâ cognitâ, facturam ſe voti compotem Deam pollicita eſt, ſi id Juno Jovem celaret. Quod cùm Juno jurejurando affirmaſſet, mox illam Flora monuit in campis Oleniis florem eſſe, quo tacto ſtatim conciperet ſine viro. Id experta Juno concepit, & Martem peperit. Hunc ferunt poſtea cum Venere concubuiſſe, eoſque Vulcani artibus, ut erant nudi, occultis laqueis irretitos, Deorum omnium riſui expoſitos fuiſſe, donec Neptuni precibus motus Vulcanus eos diſſolvit. Sororem habuit Bellonam, belli Deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum, quos in Dei hujus tutelâ eſſe credi voluerunt. Salios habuit ſacerdotes & Flamines, qui ab eo *Martiales* dicebantur. Ponitur ſæpiſſime pro ipſo bello. Hinc *Martius*, i. e. *bellicoſus*. Nulla huic Deo pax, niſi in thalamo & complexibus Veneris. Lucretius, de Venere lib. 1.

Nam tu ſola potes tranquillâ pace juvare
Mortales, quoniam belli fera munera Mavors
Armipotens regit, in gremium qui ſæpe tuum ſe
Rejicit æterno devinctus vulnere Amoris.

Notum eſt autem ex Hom. Odyſ. O. Venerem Martis amicam eſſe, eamque cum illo in adulterio deprehenſam fuiſſe, cum eos ambos tenuiſſimis & ſubtiliſſimis vinculis irretitos, atque implicatos Vulcanus Diis ſpectandos præbuiſſet. Quæ fab. ſign. primarum qualitatum calidi, frigidi, ſicci, humidi. Mars enim ſiccus eſt & calidus: Venus autem humida & frigida. Juvenalis:

———*Plus etenim fati valet hora benigni*
Quam ſi nos Veneris commendet Epiſtola Marti.

Claud. in *Magnete*:

Sic Venus horrificum belli compeſcere Regem
Et vultum mollire ſolet, cum ſanguine præceps
Æſtuat, & ſtrictis mucronibus aſperat iras.
Sola feris occurrit equis, mollitque tumorem
Pectoris, & blando præcordia temperat igne,
Pax animo tranquilla datur, pugnaſque calentes
Deſerit & rutilas declinat in oſcula haſtas.

Mars ipſe apud Statium Theb. 3.

———*Lacrymas non pertulit ultra*
Bellipotens haſtam læva tranſumit & alto
Haud mora diſſiluit curru, clypeoque receptam
Ludit in amplexu, dictiſque ita mulcet amicis:
O mihi bellorum requies & ſacra Voluptas
Unaque pax animo: ſoli cui tanta poteſtas
Divorumque hominumque meis occurrere telis
Impunè, & media quamvis in cæde frementes
Hos aſſiſtere equos, hunc enſem evellere dextrâ.

Cedrenus: Ἦν ὁ Ἄρης ὕτος πικρὸς καὶ ἄγαν δυσκαταγώνιστος πολεμιστὴς, ὃς Καικάσῳ τινὶ ἀνδρὶ γιγαντοφυεῖ δυναστῷ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰάφετ ὡρμημένῳ ἐπιλέκων καὶ καταπολεμήσας, καὶ ἀνελὼν, παρέλαβε τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ὅτι τὸν Θρᾴκιον ἐλθὼν καὶ τελευτήσας ἐκεῖ ἔκτισε. Ett & ſtella una ex ſeptem errantibus ſupernè Jovi proxima, quatuor & viginti menſibus & ſex diebus orbem luſtrans. Lucanus, lib. 2.

Et cælum Mars ſolus habet.

Cæterum quid nomine Martis veteres poetæ, & philoſophi intellexerint prolixè docent Lilius Gyraldus & Nat. Comes.

Martius, menſis primus anni olim apud Romanos, quem Romulus genitori ſuo Marti conſtituit. Ovid. Faſt. 3.

Marſpiter, Martis pater, ſicut Dieſpiter, Diei pater. Gell. 5. 12.

Marſus, regnavit in Tuſcia an. ante Romam conditam 318.

Marſus, Syriæ præfectus ſub Claudio Cæſare.

Marſyas Pellæus hiſtoricus, nutritus unà cum Alex. Magno, ſcripſit res Macedonicas libris 10, à primo rege uſque ad Alexandrum. De rebus Atticis libros 12. *Marſyas* Philippus item hiſtoricus. *Marſyas* Tabenus, qui ſcripſit de tranquillitate libros 12, fabuloſa lib. 7. & quædam alia de patriâ ſua. *Marſyas* fratrem habuit Cibyram, & Tabas in Lydia condidit.

Marſyas, ſive *Marſya*, inſignis tibicen ex Celænis op. Phrygiæ. Ovid. Satyrum fuiſſe author eſt, qui tibiis à Minerva inventis, auſus ſit Apollinem provocare, à quo victus & excoriatus eſt: Met. 6.

——*Satyri reminiſcitur alter*
Quem Tritoniacâ Latous arundine victum
Affecit pœnâ. Quid me mihi detrahis, inquit,
Ah piget: ah non eſt, clamabat, tibia tanti.
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus.
Nec quicquam niſi vulnus erat, cruor undique manat,
Detectique patent nervi: trepidæque ſine ullâ
Pelle micant venæ. Salientia viſcera poſſis
Et perlucentes numerare in pectore fibras.

Marſyas, Cujus ſtatua in foro Rom. erat & ad eam tribunal. Horatius:

———*Obeundus Marſyæ.*

Sen. 6. Ben.

Quotidianum ad Marſyam concurſum.

Itaque coronare Marſyam victores ſolent, & qui cauſas tenuiſſent. At hæc muliercula (Auguſti filia, de eâ ſiquidem loquitur Seneca) libidinum coronas, & pugnarum numeros imponebat. Plin. 21. 3. Apud nos exemplum licentiæ hujus non eſt aliud quam filia D. Auguſti cujus luxuriâ noctibus coronatum Marſyam, *literæ illius Dei gemunt*. Ubi Lipſius *degemunt* quem vide ſis.

Martha, ſoror Lazari illius quem ſuſcitavit Chriſtus. Luc. 10. Jo. 11. Lat. *provocans*, vel *amaricans*, vel Syriacè *Domina*, ſive *doctrix*.

Martia, princeps Romanarum, ictâ fulmine quùm eſſet gravida, partu exanimato, ipſa citra ullum aliud incommodum vixit. Plin.

Martia, Catonis minor filia, quæ cum quæreretur ab ea cur poſt amiſſum maritum denuo non nuberet, reſpondit, non ſe invenire virum, qui ſe magis vellet, quam ſua. Oſtendens, Divitias magis in uxoribus eligi ſolere, quam pudicitiam.

Martia, Catonis Uticenſis uxor, quam poſteà cum ex eâ aliquot liberos ſuſtuliſſet, Hortenſio amico conceſſit: eoque mortuo

mortuo ſub initium bellorum civilium eam reduxit. Quâ in re Catô malevolorum reprehenſione non caruit, qui vacuam & pauperem eam dimiſſam eſſe calumniabantur, ut poſteà Hortenſii teſtamento locupletem reciperet. Plut. in vitâ Caton.

Martialis, poeta lepidiſſimus juxta ac ſpurciſſimus ex Bilbili Hiſp. oppido in Celtiberis. Tempore Claud. Imp. ſub Nerone an. nat. 20. Romam venit, atque annos iſtic egit 35. Tito, ac imprimis Domitiano carus fuit, à quibus & donatus jure trium liberorum. Etiam Tribunus, & equeſtris dignitatis fuit. At non item in honore fuit mortuo Domitiano. Itaque ſub Trajano in patriam rediit: atque ibi conſcripto libro Epigrammatum duodecimo, partim tædio patriæ, quia non [illegible] honore eſſet, quanto fuerat Romæ, partim etiam à civibus ſuis ſugillaretur, tædio vitæ, ut veriſimile eſt, deceſſit. De morte ejus extat epiſtola Plinii ad Priſcum.

Martianus, Rom. Imp. ſucceſſit Theodoſio Juniori, favente Arcadii filiâ Pulcheriâ, qui licet humili loco natus, & ſenex eſſet, tamen rebus geſtis, & arte militari clarus, per annos fere ſeptem imperium Orientis tranquilliſſimè gubernavit. Dicere ſolitus erat, *Dum pax conſtare poſſet, non ſumenda arma.*

D. Martinus, ex Pannoniâ ortus poſt D. Gratianum Turonenſem Archiepiſcopatum adeptus, An. Dom. 415. Multa dejecit Paganorum Idola, altariaque effregit. In e iſcopatu autem vixit an. 26. menſes quatuor, dies ſeptem. Ejus vitam doctiſſimis libris editis perſcripſit Sulpitius Severus.

Martion, Smyrnæus, de ſimplicibus affectibus ſcripſit. Plinius, 26. 3.

Petrus *Martyr*, Mediolanenſis, Ferdinandi, & Iſabellæ, Hiſpaniæ regum à conſiliis, ſcripſit libros 30. de navigatione Oceani ac terris ſuo tempore repertis. Hæc autem, ut ipſe teſtatur lib. 2. in literas referebat an. 1502.

Petrus *Martyr* Vermilius, Hetruſcus, Florentinus, concionari cœpit, ut Regularis Monachus an. æt. 26. Tum Abbas Spoletanus creatus eſt, poſtea præfectus Coll. Neapolitano S Petri ad Aram: triennio poſt Generalis Ordinis Viſitator declaratus, demum prior S. Fridiani Lucæ fuit deſignatus: Lucâ relictâ ob ſtructas ſibi jam Evangelico, inſidias Tigurum ſe contulit, paulo poſt Argentinam, dein Angliam, ubi Sacras literas magnâ cum laude docuit Oxonii. Ob. 1562.

M. Marullus, Poeta Mimographus ſub Antonino philoſopho, ipſum etiam Imp. inceſſere ſolitus. Hujus eſt illud: *Tu ut Hector ab Ilio nunquam recedis.* Meminit hujus Hieronymus contra Ruffinum, & Galenus, qui ſe filium ejus graviſſimo laborantem morbo, curaſſe ſcribit.

Marullus, Calaber poeta, quum Attilam regem Hunnorum per adulationem Deum, & Divinæ ſtirpis prolem nominaſſet, propemodum vivus ab ipſo, una cum carmine exuſtus eſt. Philippus Callimachus in Attila.

Marullus, Rhetor à Senecâ Controverſ. 1. pro præceptore agnoſcitur. Sic enim in præfatione: *Quum eſſemus*, inquit, *condiſcipuli apud Marullum Rhetorem, hominem ſatis aridum, pauciſſima bellè, ſed vulgato genere dicentem: quum ille exilitatem orationis ſuæ imputaret controverſiæ, ac diceret, Neceſſe eſt me per ſpinoſum locum ambulantem ſuſpenſos pedes habere.* Aiebat Latro, *Non mehercule tui pedes ſpinas calcant, ſed habent.*

Pomp. Marullus, Grammaticus, Romæ profitebatur, ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, cum in oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmante Atteio Capitone, & eſſe illud Latinum, etſi non eſſet, futurum certe ob Cæſaris autoritatem & gratiam: *Jam inde mentitur* (inquit) *Capito: Tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verba non potes.* Lege *Marcellus.*

Maſcezel, viri cujuſdam nomen apud Claud. lib. de bello Gildonico:

Eſt illi patribus, ſed non & moribus iiſdem
Maſcezel——

Vide ſis Heinſium in locum.

Maſiniſſa, rex Numidarum, acerrimus primùm nominis Romani hoſtis, poſteà vero fideliſſimus ſocius. Hic ad extremam uſque ſenectam mirâ valetudinis proſperitate, vegetoque corporis robore uſus eſt, adeo ut nonageſimo ætatis anno filium genuerit. Livius de tertio bello Pun. Ovid. Faſt. 6.

——*Superat Maſiniſſa Syphacem.*

Maſſa, morio quidam & inſignis delator; cujus mem. Juvenalis, Sat. 1.

——*Quem Maſſa timet.*

Jac. ubi de nece Piſonis. *Aderat Bebius Maſſa qui noceret jam tum optimo cuique exitioſus delationibus ſuis.*

Maſtiphat, princeps Dæmonum, Cedrenus: Ἐν τῇ λεπρᾷ Γενέσει κεῖ, ὅτι Μαστιφὰτ ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων προσελθὼν τῷ θεῷ εἶπεν, Εἰ ἀγαπᾷ σε Ἀβραάμ, δώσατο σοι ἢ υἱὸν ἀπῆ.

Maſurius Sabinus, eques Romanus, J.C. auditor & ſucceſſor Attei Capitonis. Meminit illius Perſius:

Excepto ſi quid Maſurii rubrica notavit.

Similiter Pomponius Pandect. de Origine Juris. Citatur ſubinde ab A. Gellio. Scripſit Faſtorum, & rerum memorabilium libros, Commentarios de Indigenis, de Jure civili, de Furtis. Porro jam quinquagenarius quum inopia magna laboraret ab auditoribus ſuſtentatus eſt. Floruit ſub Tiberio, à quo ut ſibi de Jure reſpondere liceret, obtinuit. Athenæus, lib. 14. hæc de eo habet. Μασύριος ὁ πάντα ἄριστος, καὶ σοφὸς, καὶ τῶν νόμων ἐξηγητὴς ἀδιάφθορος ἀδύτερος. Alius eſt, cui Paulus aliquot libros ſcripſit. 2 Inſtit. 14.

Matho, Afer quidam ſeditioſus, cujus hiſtoriam vide apud Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 2.

Matho, cauſidicus, de quo Juven. Sat. 1.

Cauſidici nova cum veniat lectica Mathonis
Plena ipſo.——

Idem alibi Sat. 7.

Sic Pedo conturbat, Matho deficit.

Ubi Lubin.

Dejicit. —— ——

Matreas, Alexandrinus quidam, qui Romanis, Græciſque admirationi fuit, quòd diceret feram à ſe nutriri, quæ ipſa ſemet vocaret, ut vel anxiè ſcrutentur multi, Τὸ Ματρέως θηρίον τί ὄζει, id eſt, *Quænam ſit Matreæ fera.* Euſt. in Odyſ. α.

Matrona, Juno dicta eſt, quòd iis præſit mulieribus, quæ aptæ ſunt, ut fiant matres. Hinc *Matronalia*, primus dies olim anni Rom. feſtus, Martiis nempe Calendis. Ovidius, Faſt. 3.

Cum ſis officiis Gradive virilibus aptus
Dic mihi matronæ cur tua feſta colant.

Erat autem hoc feſtum ex Sabino, Romuleoque inſtituto Plut. in Rom. ἑορτὴν ἦγον καὶ θυσιῶν ἀλλήλοις μετεῖχον, ὡς μιᾶς ἡγεμὼν τὰ πρῶτα φερούσης· οὐκ ἀνελόντες, ἑτέρας δὲ θέμενοι καιρὰς, ὧν ἥκιστα Ματρωνάλιον ὄζει δοδεῖσα δὲ γυναιξὶν ὀλὴ τὴν τῶν πολέμων καταλύσει. Hinc Juvenalis *Calendas Martias vocat fœmineas.* Tertullianus autem in de Idolol. *Matronales ferias.* Tunc ſolitæ munuſcula illæ invicem miſſitare. Plaut. in Mil. Gl.

Da mihi vir Calendis quæ mittam cum Matriæ venerit.

Feſtus: *Martias Calendas matronæ celebrant quòd eo die Junonis Lucinæ adcoli cœpta ſit.*

Matthæus Apoſtolus & Evangeliſta, qui & *Levi* dictus, Alphei filius, Mat. 10. Quum autem exactor publicorum vectigalium eſſet, vocatus eſt à Chriſto ad miniſterium Apoſtolicum, Euſeb. 3. 24. & 5. 10. Eccleſ. Hiſt. vult Matthæum Evangelium ſuum conſcripſiſſe linguâ Ebraeâ. B. Hieron. quoque in Catal. Script. Eccleſ. Evangelium Matthæi Ebraicum in Bibliothecâ Cæſarienſi extare ait, & à ſe deſcriptum fuiſſe. Sunt qui velint Matthæum, quum Ebræis primùm Evangelium prædicaſſet, poſtea diſceſſiſſe, & peragratâ Aſiâ, & Ponto in Æthiopiam veniſſe, atque ibi Chriſtum annunciaſſe, & tandem ab Hyrtaco quodam ad aram obtruncatum fuiſſe, A. D. 76. Heſych: Ματζαῖος, ἀπωσημένος. Ματθίας ὁ δῶμα θεῦ.

Matuſius, de quo hanc hiſtoriam refert Hyginus ex Phylarcho. Regnante Demophoonte in Cherſoneſo Thracica, per totum regnum peſtilentia adeò vehemens graſſabatur, ut propterea oraculum Apollinis conſulerent. Quod cum reſponſum dediſſet, non prius liberatum iri regnum à peſte, quàm ſingulis annis virginem quandam nobilem ſacrificarint: Rex protinus mandavit, ut omnium virginum in civitate ejus nobilium nomina reponerentur in cratere quodam; unde ſorte detractâ una victima fieret pro omnibus. Sed Demophoonte ex hoc ſortilegio filias ſuas excipiente, magna inter nobiles exorta eſt invidia. Quin & *Matuſius* quidam aperte dixerat, ſe nolle amplius conſentire, ut filia ſua ſorti ſit objecta. Quibus verbis offenſus rex protinus juſſit, ut, ſortione neglectâ, filia Matuſii mactaretur. Qui iram quidem occultans, ſimulabat id ſibi non adeo ingratum fore: & poſt tempus aliquod regem cum duabus filiis invitavit ad convivium, ubi filias regias in conclave incluſas mactari, & partem ſanguinis vino mixti in cratere quodam regi juſſit afferri. Qui cum filias deſideraret, & quid his factum eſſet, reſciſſet, Matuſium cum cratere in mare projici juſſit.

Matuta, ab antiquis dicta eſt Aurora, quam Græci Λευκοθέαν vocant. Hanc Poetæ volunt fuiſſe filiam Cadmi, nomine Ino, Athamantis uxorem, quæ mariti inſaniam fugiens in mare ſe præcipitavit unà cum Melicerte filio, quorum corpora cum

nuſquam

nuſquam invenirentur, pro Diis marinis habiti ſunt, & Ino quidem Græcis Λευκοθέα, Latinis *Matuta*: Melicerte vero à Græcis Παλαίμων, à Latinis *Portunus* dictus. Lucret. lib. 5.

Tempore item certo roſeam Matuta per oras
Ætheris Auroram defert.

Mauſolus, Cariæ rex, de quo Theopompus ait, eum nullâ re abſtinuiſſe, pecuniæ causâ. Suidas. Fuit autem provinciæ Græciæ præfectus, quem *Satrapam* Perſæ vocant, Artemiſiæ maritus, quæ illum tam ingenti amore proſecuta eſt, ut ejus fato perfuncti cineres vino permiſtos tradatur ebibiſſe. Ad hæc ſepulcrum eidem ſumptuoſiſſimum extruxit, quod à nomine ejus *Mauſoleum* eſt appellatum, ob operis magnificentiam inter 7 Orbis miracula nominatum, à quo omnia pretioſa ſepulcra *Mauſolea* dicuntur. Unde Suet. ſepulcrum Cæſarum appellavit *Mauſoleum*. Sic enim ille in Veſpaſiano. *Cum inter prodigia cætera Mauſoleum Cæſarum derepente patuiſſet.* Florus, 4. 11. *Quod ubi deſperavit à principe* (Cleopatra) *ſervarique ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodiam in Mauſoleum ſe* (*ſepulcra regum ſic vocant*) *recepit.* Mart. Spect. 1.

Aera nec vacuo pendentia Mauſolea
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.

Idem Epigr. 65. lib. 5.

Jam vicina jubent nos vivere Mauſolea,
Cum doceant ipſos poſſe perire Deos.

Idem 10. 36.

Marmora parva quidem, ſed non ceſſura, viator,
Mauſoli ſaxis Pyramidumque legis.

Vide Plinium, 36. 5. Herodotum, lib. 7. Gellium, 18. 10. Prop. 3.

Nec Mauſoli dives fortuna ſepulcri
Mortis ab extremâ conditione vacat.

Maxentius, crudeliſſimus tyrannus Romæ Cæſaris nomen invaſit, Severum à Maximino Cæſare adoptatum prælio fudit. Poſtea tamen à Conſtantino victus, in Tyberi ſubmerſus eſt, Chriſtiani nominis hoſtis teterrimus, Euſeb. 9. 9.

Maximilla, Montani hæretici ſcortum, & pſeudoprophetiſſa, ut ipſe Montanus, ſuâ ipſius induſtriâ laqueo vitam finivit. Euſeb. 5. 14.

D. Maximinus, Apoſtolorum diſcipulus, unà cum Lazaro, qui à Salvatore ex mortuis fuerat excitatus, venit in Gallias: qui in civitate hujus nominis, in provincia Narbonenſi ſepultus. Belfor. Tom. 1. Coſmogr.

D. Maximinus, Juliacenſis Epiſcopus, ab Herulis, & Oſtrogothis patibuli ſuſpendio, martyrium paſſus eſt, An. Dom. 479. Munſt. lib. 3. Coſmogr.

Maximus, Rom. Imp. cum Pupieno, Balbino, & Gordiano Romæ in tumultu militari occiſus.

Maximus Hieroſolymorum epiſcopus, An. Dom. 148.

Maximus, conſul cum Gordiano, an. U. C. 903. Alius cum Orphito, An. Dom. 914. Alius cum Apro. an. U. C. 959. Idem ſecundus conſul cum Æliano, an U. C. 976. Alius cum Albino, an. U.C. 977. Alius cum Lupo, an. U.C. 984. Idem proximo anno cum Paterno, & ſequenti cum Urbano.

Maximus Tyrius, Philoſophus Platonicus M. Antonini præceptor. Scripſit de Homero, & quæ apud eum antiqua philoſophia; an recte Socrates Apologiam detrectaverit, & alias id genus quæſtiones philoſophicas. Ita Suidas, qui eum Romæ ſub Commodo Imp. vixiſſe perhibet. Fuit præter hunc *Maximus* Epheſius Philoſophus & Sophiſta præceptor Juliani ob magiam tandem à Valentiniano interfectus, teſte Socrate 3. 1. Item *Maximus* Alexandrinus Philoſophus Cynicus, qui poſtea Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit. *Maximus* quoque Ægienſis fuit qui de Apollonio Tyaneo Pythagorico, nonnulla literis prodidit, geſta ſc. ab eo Ægis. Vide Philoſtratum, lib. 1. de vita Apoll. cap. 5. Alius vero eſt *Maximus*, de quo Tzetzes Chil. 9. Hiſt. 291.

Mazaroth, Job cap. 38. Ἢ διανοίξεις μαζιρὼθ ἐν καιρῷ αὐτῶ; Ubi Græcus Interpres: Μαζιρὼθ τὰ συζήματα λέγει ἤγουν ἀστέρων, ἃ ἐν τῇ συνηθείᾳ ζῳδία καλοῦσι. Ἄλλοι δέ φασι Μαζιρὼθ Ἑβραϊκῶς τὸ ἔτος λέγειν, σημαίνειν ἢ τὰ ὡρῶν κύκλα.

Mecænas, eques Rom. Auguſto gratiſſimus, ab Hetruriæ regibus oriundus, cui velut unico ſtudiorum patrono Virgil. Georgica ſua, & Horatius libros Carminum inſcripſit. Delicatum hunc fuiſſe, non ſolum cultu ac moribus, ſed etiam ſtylo commemorant, quare Auguſtus eum frequenter exagitat, ut Cacozelum. Sen. ep. 19. *Volo tibi hoc loco referre dictum Mecænatis. Vera in ipſo oculeo docuit: Ipſa enim altitudo attonat ſumma. Si quæris in quo libro dixerit, meo qui Prometheus inſcribitur. Hoc voluit dicere, attonita habet ſumma. Eſt ergo tanti ulla potentia, ut ſit tibi tam ebrius ſermo? ingenioſus vir ille fuit, magnum exemplum Rom. eloquentiæ daturus, niſi illum enervaſſet felicitas, imò caſtraſſet. Et alibi Ep. 92. Habuit Mecænas grande & virile ingenium, niſi ipſe illud diſſcinxiſſet.* Fuit hic vir in provehendis cùm omnium diſciplinarum, tum præſertim poeticæ cultoribus adeo benignus, ut ab eo etiam hodiè ſtudiorum patroni, qui in ſublevandâ doctorum hominum egeſtate ſe munificos præbent, *Mecænates* appellentur. Mart.

Sint Mecænates, non deerunt, Flacce, Matones.

Hic reperit notas, quibus celeriter ſcribi poſſet, & per Acilium. Aquilamve libertum publicavit. Ejus mollitiem Seneca philoſophus irridet, & exagitat. Scribe *Mecænas*. Apud Herodianum legitur Μαυίννας, ut Latinè eſſet *Mæcinnas*. Quem tamen in membranis antiqui Μαυλῶν eſſe teſtatur vir doctiſ. Frid. Sylburgius Indice in Hiſt. Rom. ſcriptores Minores, nec alio à Jul. Capitolino nomine appellatur. Cæterum de nobili hoc Romano ſingularem librum ſcripſit Meibomius, cui titulus *Mecænas*, quem ſis vide.

Meddix, ſummi magiſtratus nomen erat apud Oſcos. Ennius:

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Medea, filia Æetæ regis Colchorum ex Hypſeâ, vel, ut alii, Idyiâ conjuge, quæ Jaſonem Colchos cum reliquis Argonautis profectum hoſpitio ſuſcepit. Cumque ejus amore flagraret, vereturque ne incolumis non rediret, utpote quæ periculà noſceret, habitâ ſui conjugii ratione, docuit ipſum, quâ ratione æripedes tauros domare, & jugo ſubmittere, draconemque pervigilem ſopire, ac deinde occidere, ejuſque dentes ſulcis immittere, & vellus aureum rapere poſſet. Vide *Jaſon*, & *Abſyrtus*. Medeam nonnulli non veneficam, ſed prudentem fœminam fuiſſe dixerunt, quæ exercitiis gymnaſticis molles & effœminatos homines ad integram ſanitatem traduxerit, & laboribus in locis calidis ſervaverit. Eam ob cauſam fabulæ occaſio data, quaſi homines coquendo in juventutem reſtituerit. Vide Diod. Sic. lib. 4. Plut. in vitâ Alexandri ignem quo Creuſa exuſta eſt, & quem in ſcriniolo muneris loco ei Medea miſit ad Naphthæ Babylonicæ vim refert. Medeæ fabulam explicat eruditè Nat. Comes Mytholog. 6. 7. Veneficia ejus, & furores notiſſimi ex Ovid. lib. 7. Met. item ex Seneca in Medeâ. Horat. Epod. 5.

Cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ valent.

Ovid. ἀκοντιάς, lib. 2.

Non facient ut vivat amor Medeides herbæ.

Tib. lib. 1. Eleg. 2.

Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas.

Quibus locis moveor, ut errorem ex Propertio tollam, apud quem lib. 4. Eleg. 7. depravatè, ut puto, legitur,

Si te non totum Chloridos herba tenet.

Repone *Colchidos*, id eſt, *Medeæ*. Sic enim frequenter à poetis appellatur. Horat. in Epod.

Nec impudica Colchis intulit pedem.

Ovid.

Colchida reſperſam puerorum ſanguine culpant.

Statius Syl. 2.

Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras.

Val. Flac. lib. 7.

——— *Alium dehinc turbida Colchis*
Exarmat. ———

Seneca in Medeâ verſ. 362.

Maſuſque mari Medea malum.

Unde Simocattus in Epiſtolis: Μηδείας ἢ Φαίδρας φοβερώτερα. Ideo cum maximè crudelem, immanem, impiam fœminam innuere quis volet, Medeam vocet, licebit. Ovidius ſanè in Epiſt. Hypſip.

Pellicis ipſa meos impleſſem ſanguine vultus
Quoſque veneficiis abſtulit illa mihi;
Medeæ Medea forem, &c.

Horat. ad Piſones:

Sit Medea ferox.

Rabiem ejus ac furorem cum ferocitate tigridis comparat Seneca ubi ſupra:

Ut tigris orba natis
Curſu furente luſtrat
Gangeticum nemus: ſic
Huc fert pedes & illuc.
Frænare neſcit iras
Medea, non amores.

Quâ ſimilitudine eâdem in re nihil frequentius apud Poetas, Lucanus, lib. 1.

Utque feræ tigres nunquam poſuere furorem,
Quas nemore Hyrcano matrum dum luſtra ſequuntur,
Altus cæſorum pavit cruor armentorum.

Idem lib. 5.

Ocyor & cœli flammis & tigride ſævâ
Trajiciurrit. ———

Statius, lib. 2. Theb

Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas, ſomnoſque excuſſit inertes,
Bella cupit, laxatque genas & temperat ungues;
Mox ruit in turmas, natiſque alimenta cruentis
Spirantem fert ore virum.

Idem lib. 4.

——Raptis velut aſpera natis
Prædatoris equi ſequitur veſtigia tigris.

Et lib. 8.

Inde velut primo tigris gaviſa cruore
Per totum cupit ire nemus.

Et lib. 10.

Caſpia non aliter magnorum in ſtrage juvencûm
Tigris ubi immenſo rabies placata cruore
Laſſavitque genas, & craſſo ſordida tabo
Confudit maculas, ſpectat ſua facta, doletque
Defeciſſe famem.——

Et poſtea ibidem:

——Sic aſpera tigris
Fœtibus abreptis Scythico deſerta ſub antro
Accubat & tepidi lambit veſtigia ſaxi.

Et lib. 12.

Non ſecus afflavit molles ſi quando juvencas
Tigridis Hyrcanæ jejunum murmur, & ipſe
Auditu turbatus ager, timor omnibus ingens
Quæ placeat, quos illa fames deſcendat in armos.

Sil. lib. 4.

Sic ubi Caucaſeis tigris ſe protulit antris
Linquuntur campi, & tutos petit omne latebras
Turbatum inſano vultu pecus, illa pererrat
Deſertas victrix valles, jamque ore reducto
Paulatim nudat rictu, ut præſentia mandat
Corpora, & immani ſtragem meditatur hiatu.

Et lib. 12.

Haud ſecus amiſſo tigris ſi concita fœtu
Emicet, attonitæ paucis luſtratur in horis
Caucaſus & ſaltu tranſmittitur alite Ganges:
Donec fulmineo partus veſtigia curſu
Colligit, & rabiem prenſo conſumit in hoſte.

Claud. lib. 3. de Rapt. Pros.

Arduus Hyrcanâ quatitur ſic matre Niphates,
Cujus Achæmenio regi ludibria natos
Avexit tremebundus eques, fremit illa marito
Mobilia Zephyro, totamque virentibus iram
Diſpergit maculis, jam jamque hauſura profundo
Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ;
Haud aliter genetrix, &c.

Medullina, virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata, ut ſtupri authorem agnoſceret, digito ejus annulum detraxit; Ubi autem ex pignore patrem eſſe comperit, eum ad aram gladio confodit. Plut. in Parall.

Meduſa, filia Phorci ex Ceto marinâ belluâ, quæ unà cum duabus ſororibus Euryale & Sthenione Dorcadas inſulas in Oceano Æthiopico tenuiſſe fertur. Hæc præter alias formæ inſignis dotes capillos habuiſſe fertur proximè ad auri colorem accedentes; quarum ſplendore captus Neptunus in Minervæ templo cum eâ concubuit, unde Pegaſus equus natus eſt. Quam injuriam Minerva gravi ac iniquo animo ferens, Meduſæ crines, quibus maximè amatori ſuo placuerat in angues mutavit, deditque, ut omnes eam aſpicientes in lapides verterentur. Ovid. lib. 1. de Ponto:

Ipſa Meduſa oculis veniat licet obvia noſtris,
Amittet vires protinus ipſa ſuas.

Quamobrem cùm nemo tam immane monſtrum intueri poſſet, Perſeus Jovis & Danaes filius, Mercurii talaribus, & falcato enſe accepto, Palladis item ſcuto, ut ære repercuſſam effigiem ejus videre impune poſſet, ex improviſo (cum ipſa angueſque ſopiti eſſent) eam adortus uno validiſſimo ictu interemit, & in patriam rediens, cum ejus caput ſecum deferret, contigit ut guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Africæ mutarentur in ſerpentes. Lucan. lib. 9. v. 619. Fabulam ejus fuſe explicat Nat. Comes lib. 7. cap. 11. Dicitur & *Gorgon*. Ovid. Triſt. 4.

——Credam prius ora Meduſæ
Gorgonis anguineis.——

Item *Phorcynis*. Lucan. ubi ſupra.

Squallebant latè Phorcynidos arva Meduſæ.

Et *Phorcys*. Prop. lib. 4.

Sectaque Perſea Phorcydos ora manu.

Megabyzus, nobilis Perſa, unus ex ſeptem qui Magorum tyrannidem ſuſtulerunt, à Dario rege dux exercitûs in Europâ relictus, Perinthum cepit, Pæones vicit, Thraciam omnem ſubegit, Macedoniam fruſtra per legatos tentavit, quos rex Amyntas vino obrutos interfecit.

Megacles, hiſtoricus, de viris illuſtribus ſcripſit, teſte Athenæo, lib. 10.

Megaclo, filia Maçaris Lesbiorum regis, quum patrem moroſum, & ſemper cum uxore contendentem videret, matris vicem dolens Muſas ancillas emit, & Myſas linguâ Æolicâ vocavit; has docuit canere, & veterum facta ad citharam modulari. Quum vero illæ cantûs ſuavitate Macarem demulcerent, & iram ejus ſedarent, uxorique placarent, Megaclo pro matre eis referens gratias poſuit columnas æneas, & per omnia templa honorari juſſit. Clemens Alexandrinus in Protreptico.

Megæra, una Furiarum, Noctis & Acherontis filia, ita dicta ἀπὸ τῆς μισεῖν, quod *odiſſe* ſeu *invidere* ſignificat. Fallitur itaque Statii Scholiaſtes, qui ſic dictam putat quaſi Μεγάλη ἔρις. Virg. Æn. 12.

Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ,
Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram
Uno eodemque tulit partu.

Et alibi:

——Furiali è cæde Megæra.

Claud. 1. in Ruf.

Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra.

Seneca in Hercule Inſano:

——Agmen horrendum anguibus
Megæra ducat, atque luctifica manus
Vaſtam rogo flagrantem corripiat trabem.

Stat. Theb. 2.

——Tiſiphone fraternâ claudere quærit
Bella tubâ, nec ſe tanta in certamina fidit
Sufficere, infernâ comitem in ſede Megæram
Et conſanguineos in prælia ſuſcipit angues.

Ab Hebræo מְגֵרָה *megara* ſic dicitur, quod *ſerram* ſignificat. Familiare id olim Orientalibus, etiam Judæis ſuppliciums: Furiæ autem ſuppliciorum præſides. Caſaub. in Suet.

Megaleſia, dies qui dicatus erat Magnæ matris Deûm ceremoniis. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipſo Magnæ matris Deum conſpectu, *Megaleſia* dicebantur. Liv. *Marcus Junius Brutus ædem Magnæ matris Deûm in palatio dedicavit, & ludos ob eam dedicationem factos Megaleſia appellavit.* Juvenal. Sat. 6.

Atque à plebeis longe Megaleſia.

Hinc *Megaleſiacus*. Idem Sat. 11.

Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ
Idæum ſolenne colunt.——

Meganira, Celei uxor fuit, ac Triptolemi mater, cujus ſacellum erat non longè à puteo Bœotiæ, qui alio nomine *Anthion* dicebatur.

Megara, Creontis Thebanorum regis filia & uxor Herculis. Nam cum Erginus Orchomeniorum tyrannus Thebanos gravi tributo premeret, Herculi filiam ſuam eâ lege pactus eſt, ſi urbem ex onere liberaſſet. Quo præmio inductus Hercules, Orchomeniis bellum intulit, urbeque expugnatâ, tyrannum interfecit, victorque Thebas reverſus, Megaram uxorem duxit. Verum cum poſtea Euryſthei juſſu ad inferos deſcendiſſet, diutiuſque ibi moraretur, Lycus exul Thebanus, rei benè gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, regnum Thebanorum invaſit, cumque Megaræ animum ad nuptias ſuas flectere non poſſet, vim ei inferre parabat. Inter hæc opportune rediens Hercules Lycum interfecit, regnumque Thebanorum Creonti reſtituit. Lyci autem necem iniquè ferens Juno, tantum Herculi furorem objecit, ut ille Megaram uxorem cum liberis ex eâ ſuſceptis interficeret. Hygin. & Sen. in Herc. Fur.

Megareus, pater Hippomenis, nepos Neptuni ex Onchesto Bœotiæ oppido oriundus, vel filius Onchesti, quæ controverſia ex variâ lectione orta eſt, apud Ovid. Met. 10.

Namque mihi genitor Megareus, Onchesius illi
Eſt Neptunus avus; pronepos ego regis aquarum.

Alii ita legunt:

——Mihi genitor Megareus, Onchesius at illi.

Megaſthenes, Hiſtoricus, cujus mem. Clem. 1. Strom. & Euſeb. Præp. 9. Unde etiam cognoſcimus eum Indica ſcripſiſſe, quæ cum conſignaret, apud Indorum reges commemorabatur, ut omnia bona fide traderet. teſt. Plin. 6. 17. & Solin. cap. 49. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 69.

Megiſtanes, dicuntur proceres & magnates, viri ſummates, quibus permiſſum erat cum regibus epulari. Nam & Herodes D. Marco cap. 6. dicitur μειζᾶσιν convivium præbuiſſe, quos vetus interpres *Principes* vertit. Ulſi hâc voce Seneca Epiſt. 21. Tacitus 13 Annal. & Sueton. in Caligulâ.

Mela Pomponius, Geographus cujus extat liber de ſitu Orbis. Natione Hiſpanus fuit, Claudiique Imp. temporibus floruit, ut rectè primus adſtruxit Vadianus. Inde eſt, quod & ipſe meminit Corn. Nepotis, ut recentis ſcriptoris, & ad

partes

partes à Plinio advocetur in Hiſt. Naturali, qui Veſpaſiani temporibus claruit. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 25.

Melampus, Amythaonis & Dorippes filius. Hom. Odyſ. penult. Sic dictus quòd mater eum infantem expoſuerit toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui à Sole atri facti ſunt. Augurio claruit, omnino avium cæterorumque animalium voces novit & intellexit. Fuit & medicus præſtantiſſimus, cui templum erectum, feſtaque ſolennia, & ſacrificia fuere ſtatuta, Pauſan. lib. 1. Biantem juvit in auferendis bobus Iphiclo, quos ille Neleo reſtituit, cujus beneficii memor Neleus filiam ſuam nomine Pero ei uxorem tradidit. Filias quoque Proeti furiis agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum unam Iphianaſſam cognomine conjugem accepit. Virg. Georg. 3. De peſte.

———*Ceſſere magiſtri*
Phyllyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus.

Tibullus ad Meſſalam:

———*Compertum eſt veracibus ut mihi ſignis*
Quem Amythaonius nequeat certare Melampus.

Papinius Theb. 8.

Inſignem famâ ſanctoque Melampede cretum
Thiodamanta volunt.

Apollodorus lib. 1. Μέλαμπους ὅτι τὴν χωρίων διατελῶν, ὕσης φερὸ τὴν οἰκήσεως ἀυτῶ δρυὸς, ἐν ᾗ φωλεὸς ὄφεων ὑπῆρχεν, ὑποκλεινάντων τὴν θεραπόντων τοὺ ὄφεις, τὰ μὲ ἐπτὰ, ξύλα συμφορήσας, ἔκαυσε· τοὺ δὲ τὴν ὄφεων νεοσὸς ἔσφαξεν. οἱ δὴ γηράμενοι τέλειοι, θεισάντες αὐτῶ κοιμωμένῳ τὴν ὤμων ἐξ ἑκατέρου, τὰς ἀκοὰς τὴν γλώσσας ἐξεκάθαιρεν. ὁ δὴ ἀνασὰς, καὶ γηράμενος θεσθεὶς, τὴν ὑπερπτομένων ὀρνέων τὰς φωνὰς συνίει, καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνων, παρήνεσε τοῖς ἀνθρώποις τὰ μέλλοντα. Plura de eodem idem lib. 2. Atia, & etymon hujus nominis tradit Scholiaſtes Theocriti Idyl. 3. verſ. 43. Propert. 3. 2.

Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus,
Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boves;
Quem non lucra, magis Pero formoſa coegit
Mox Amythaoniâ nupta futura domo.

Item unus ex canibus Actæonis. Ovid. Met. 3.

———*Primuſque Melampus*
Ichnobateſque ſagax latratu ſigna dedere.

Melampygos, cognomentum Herculis quaſi *nigro podice*: quod eam partem corporis, non Lydorum more vulſam, neque candidam, quemadmodum ſolent effœminati; ſed nigris pilis hirſutam ac ſylvoſam haberet. Vide Eraſm. in Prov.

Ne incidas in Melampygum.

Melanchætes, unus ex canibus Actæonis. Ovid. Met. 3. à *nigredine pili* dictus.

Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit.

Melaneus, Euryti pater, à quo Eretria *Melaneis* dicta. *Melaneus* etiam inter canes Actæonis numeratur ab Ovidio Met. 3.

Harpalos & Melaneus, & Abas prædator aprorum.

Melanis, Venus dicta eſt, quòd ipſa tenebras amet, hominesque noctu ſæpius coeant. Palæph.

Melanion, vir quidam tantæ caſtitatis ut odio mulierum in ſolitudinem abierit, ac per avia montium & nemorum, cane, quo uno convictore utebatur, feras inſectaretur, nec unquam domum revocari potuit: unde Proverb. *Melanione caſtior.*

Melanthius, nomen viri, qui cum Gorgiæ inimicus eſſet, dixit, hic nobis de concordiâ præcipit, qui tres in unâ domo concordes facere non potuit. Eſt & nomen viri Trojani proprium, quem Eurypylus in bello Trojano interemit. Hom. Alius ejuſdem nominis paſtor apud Theocritum. Item caprarius Ulyſſis, qui quòd & rem domini abſentis unà cum procis abſumpſiſſet, & tam heræ, quàm herili filio moleſtum ſeſe præbuiſſet, poſt reditum Ulyſſis à Telemacho trucidatus eſt. Hom. Odyſ. l. 22. Ovid. Ep. 1.

Irus egens, pecoriſque Melanthius author edendi.

Item Cappadociæ fluvius. Plin. Et Syriæ mons ubi Veſtæ fanum. Cedrenus.

Melanthius. hiſtoricus de rebus Atticæ libros reliquit, teſtibus Harpocratione, & Athenæo. Alius eſt, quem inter clariſſimos pictores numerat Plin. lib. 35. 7. Quem etiam de arte ſuâ ſcripſiſſe teſtatur Diogenes Laertius in Polemone. Fuit etiam *Melanthius* poeta Tragicus, qui Cimonis Athenienſium ducis æqualis fuit, de quo Ariſt. in Avibus & Plut. in Cimone. Vide Voſſ. P. Gr. p. 46. Photius ep. 88. Μελάνθιον φασὶ τραγωδίας ὑποκεῖσθαι, ὅτου τὴν ὀψοφαγίας ἕνεκα γενέσθαι, ὥστε καὶ ἀδυμεῖν, ἐπεὶ μὴ τὴν κύκλῳ τράχηλον ἔσχεν, ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον διὰ τὸ λαιμὸ ῥεύσῃ, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἡδονὴν ἀπολαύσῃ. De eodem narrat Athenæus in 12. eum ſuffocatum tandem, & ſtrangulatum: Τραχήλου, inquit, καταπεινῶν ἀπάγχεται ἐπὶ τῶ ἀπολαύσαι. In lib. 8. ait illum fuiſſe τραγωδίας ποιητὴν & non ὑποκειτὴν. Hujus illius voti, uti & Philoxeni, qui gruis collum optavit, meminit idem Athen. lib. 1. Μελάνθιος ὁ τὴν ἀπολαύσεων ἐφῶν ἤυξατο τῆς μακραύχενος ὀρνίθος τὴν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ὅτι πλεῖστα τοῖς ἥδιστον ἐνδιατρίβῃ. Ubi nec gruis, nec cygni meminit, vult autem collum longiſſimum. Montacutius.

Melantho, filia Protei, cui conſuetudo fuit, poſitis veſtibus dorſo Delphinum inſidere, atque ſic per maria patris vagari. Qua re ſic cognitâ Neptunus ſe in Delphinum tranſformavit, illamque blandiendo illexit, ut dorſo ſuo inſideret, tranſvectæque in adverſum littus ſtuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum natum fuiſſe quidam prodiderunt, quem tamen Servium Melites filium facit.

Melanthus, 19 Athenienſium rex, an. ante U. C. 367. Is erat Meſſenius, & cum ab Heraclidis in Peloponneſum reverſis, pulſus eſſet, Athenas venit, ubi interfecto ſingulari certamine Bœotorum hoſtium-duce Xanthia, rege Thymoete abdicato ad regnum evectus eſt. Ab eo Melanthidarum familia orta. Idem Apaturia ſacra Athenis inſtituit.

Melanyon, ſecundum quoſdam dictus eſt Hippomanes, eò quod pomis certamen confecerit, ἀπὸ τῶ μήλων, h. e. à *malis*, & ἀνύω *perficio*. Aliis Melanion dicitur à nomine μῆλον, & verbo ἀνίημι, quaſi *mala* è manu *emittens*. Tu lege & vide *Milanion*.

Melcartus, Hercules Tyriis dictus, quaſi *Rex fortis* מלך *melec* enim *Regem* ſonat. Unde & Heſych. Μάλικα τὸν Ἡρακλέα. ערי *aritz* autem *validum* ſonat, unde Ἄρης Græcorum, & ἥρως.

Melchiſedech, Sacerdos, & Rex Salem. Lat. *Rex juſtitiæ*. Gen 14. Heb. 7. 1. Hunc fuiſſe Semum volunt Hieronymus, Gerundenſis, Primaſius, Jonathan, Hieroſolymitanus, & alii. Contra, eſt Procopius Gazeus in Gen. 14. & alii multi, quæ ſententia firmatur ex Ep. ad Ebr. cap. 7. Nec probabile eſt Semum habitaſſe inter Chananæos. Quanquam R. Salomon velit Chananæos fuiſſe ex poſteris Sem; in quo valde fallitur. Melchiſediciani Spiritum Sanctum, Didymus, & Origenes Angelum, Cunæus non hominem, i. e. Meſſiam fuiſſe volunt. Quæ omnia falſa, & à Conſtantino L' Empereur fusè refutatâ. Fuit enim unus ex regulis Chananæorum, qui piè inter illos, ac ſanctè vixit. Suidas oriundum vult à Side filio regis Libyæ, cujus parentes Epiphanius Heraclam patrem, Aſtaroth vero vel Aſteriam matrem appellat. Cedrenus: Τύποις τοῖς χρόνοις ἤκμασε Μελχισεδὲκ, παρὸ Ἑβραίοις ἱερεὺς, ἀγενεαλόγητος, ἐν ἀρετῇ καὶ ὁσιότητι πάντων τὴν ἀναίμακτον θυσίαν χεῖρα τῶ θεῶ ἡμῶν. Τινὲς δὲ τὴν ὁ Μελχισεδὲκ Σίδα βασιλέως υἱὸν Ἀγυπτίου ὃς καὶ κλίζει Σιδῶνα πόλιν. Ἀπάτωρ δὴ καὶ ἀμήτωρ, καὶ ἀγενεαλόγητος λέγεται, διὰ τὸ μὴ ἐξ Ἰουδαίων γένους καταγῆναι, καὶ διὰ τὸ τοὺ γονεῖς αὐτῶ πανηρὲς ὄντας, μὴ ἀναγράφεσθαι μήτε ὁσίων. Et poſtea: Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀλλοτρίᾳ ἔθνους, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς Ἀσεβοῦς ὁ Μελχισεδὲκ καταγεῖ, οὐκ ἐτεάφη δὲ ποτε ἐγνώσθη, καὶ ἀπὸ ποίου πατρὸς καὶ μητρός, ἢ ποτε ἀπέθανε, δικαίως ἂν λέγοιτο μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν αὐτόν.

Meleager, Oenei Calydoniæ regis filius ex Althæâ conjuge: quo recenter nato viſa eſt mater ejus ſibi tres Parcas igni aſſidentes videre, manuque ſtipitem tenentes, æqualem puero cum ſtipite vitam aſſignare. Recedentibus itaque Parcis Althæa extinctum ſtipitem diligentiſſimè aſſervavit. Adulto deinde Meleagro, contigit ut pater ejus ex ſuſceptis frugibus, omnibus diis ſacrificaret, omiſsâ Dianâ quæ ob id.

———*Oenos ultorem ſpreta per agros*
Miſit aprum, quanto majores herbida tauros
Non habet Epiros: ſed habent Sicula arva minores,

Uti loquitur Ovid. Met. 8. Ad hunc igitur conficiendum Meleager collectâ robuſtiſſimorum juvenum manu, aprum interfecit, caputque ejus Atalantæ dedit Jaſii Argivorum regis filiæ, quæ prius aprum vulneraverat; quod ægrè ferentes Plexippus, & Toxeus Althææ fratres, Atalantæ caput auferre conabantur. Quamobrem Meleager irritatus eos obtruncavit, duxitque Atalantam in uxorem, qui ei Parthenopæum peperit. Nuntiatâ itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientiâ in furorem verſa, fatalem illum ſtipitem in ignem conjecit: quo exuſto Meleager etiam exuſtis intus inteſtinis omnibus conſumptus eſt. Quæ de fatali ſtipite in ignem conjecto referuntur, intelligenda ſunt, ait Sabinus, de execrationibus magicis quibus Althæa Meleagro imprecata eſt mortem. Nam Hom. teſtatur eam oraſſe Plutonem, & Proſerpinam, ut filio mortem inferrent. Vide Paſſeratium in illud Propertii 3. 22.

Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes
Exitium nato matre monente ſuo.

Erat unus ex Argonautis. Orpheus verſ. 156.

Ἐκ δὲ λιπὼν Καλυδῶνα θοὸς Μελέαγρος ἔβαινεν
Οἰνῆος ῥ' ἐλόχοιο, καὶ Αἰολίδος ῥοδόπηχυς.

Hunc ab Hercule pene ſecundum facit Apollon. lib. 1.

Οἰγνῦσις δ' ἐπὶ τοῖσιν ἀφαρμαξεὶς Καλυδῶνος
Ἀλκείης Μελέαγρος ἀνήλυθε, Λαοχόην τε,
Ὤμῳ δ' ἐπικείμενον ἀκαδείρατα δῶκεν ὄμιλον
Ἡρώων τῷ δ' ἤτοι ἀκήρατος, ἄλλοθι δῖα
Νοσφιν γ' Ἡφαίστοιο ἐπιλύσατο μίτρη.

Eundem Herculi æquat Val. Flac. lib. 1.

At tibi collectas ſolvit jam fibula veſtes,
Oſtenditque humeros fortes, ſpatiumque ſuperbi
Pectoris, Herculeis æquum Meleagre lacertis.

Vere igitur magnum *Oeniden* eum vocat Stat. Papinius Theb. 5.

Melicerta, Inûs, & Athamantis filius. Virg. Georg. 1.

Glauco & Panopææ & Inoo Melicertæ. Vide *Ino.*

Meliſſa, Meliſſi Cretenſium regis filia, quæ unà cum ſorore Amalthea, Jovem caprino aluit lacte. Hanc primum mellificium ferunt inveniſſe, unde nata eſt occaſio fabulæ, Meliſſam in apem fuiſſe converſam. Columella 9. 2. *Nec ſane ruſtico dignum eſt ſciſcitari, fueritne mulier pulcherrimâ ſpecie, quam Jupiter in apem convertit.*

Meliſſæ Cereris ſacerdotes ſic dictæ. Callim. Hymn. 2. verſ. 110.

Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ πατρὸς ὕδωρ φορέοισι Μέλισσαι
Ἀλλ' ἥπερ κυδρή τε καὶ ἀχραντος καὶ ἀώρητοι
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς.

Ubi Tanaquilli Fabri filia: Ita præcipue dicebantur Cereris ſacerdotes: monet Pindari Schol. qui tamen pro quâvis ſacerdote uſus eſt, Od. 4. Pyth. Μελίσσας Δελφίδος, h. e. *Delphicæ ſacerdotes*, ad quem locum erit operæ pretium adire Scholiaſten Græcum. Notum autem eſt non fuiſſe olim in quibuſdam ſacris cujuſlibet aquæ uſum promiſcuum: ita Romani Cybelen Almone lavabant, non Titeri, nec igne quolibet ad ſacra utebantur, ſed ritè accenſo; Phædrus alicubi. Scholiaſtes Theocriti in Idyll. 15. Cum explicat cur Μελιτωδὴς dicatur Perſephone, addit, ἢ ὅλως τὸ τὰς ἑταίρας αὐτῆς καὶ Δημητρὸς Μελίσσας λέγειν, ubi pro ἑταίρας legendum ἱερείας. Porphyrius de Nympharum antro: Τὰς Δημητρὸς ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν.

Meliſſa Periandri Corinthiorum tyranni uxor: quam ille concubinarum delationibus temere credens, cum gravida eſſet, pedibus conculcans interemit. Laertius in vitâ Periandri. Item filia Epidamni. Steph. in *Dyrrhachio.*

Meliſſeus, ἐν Δελφικοῖς Jo. Tzetzæ memoratur Chil. 6. Hiſt. 90. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 518.

Meliſſus, Cretenſium rex, Hyginus in Poet. Aſtron. *Parmeniſcus autem ait, Meliſſea* quendam fuiſſe Cretæ regem. Ad ejus filias Jovem nutriendum delatum; quæ quod lac non haberent, capram ei admiſere Amaltheam nomine. Lact. lib. 3. 22. Didymus, in libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, ait, Meliſſea, Cretenſium regem, primum diis ſacrificaſſe: ac ritus novos, ſacrorumque pompas, introduxiſſe. Hujus duas fuiſſe filias Amaltheam & Meliſſam, quæ Jovem puerum caprino lacte, *ac melle nutrierunt.* Item Grammaticus muneri datus Mæcenati, & manumiſſus ab eo. Tranquillus.

Meliſſus, inter hiſtoricos fortaſſe nomen meretur, de quo Palæphatus initio lib. de Incredibilibus. Vide Voſſium. Alius quoque *Meliſſus* ille ex quo Plin. profeciſſe ſe fatetur dum conſcriberet libros 7. 9. 10. Item *Meliſſus* Samius, Parmenidis auditor, philoſophus, civibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit, Remp. adminiſtravit, claſſique in bello præfuit. Apollodorus.

Melitè, unus ex feliciſſimis illis fatuis, quos Homerus ſuo carmine nobilitavit. Is non poterat numerare ſupra quinque, ductaque uxore novam nuptam non attigit, veritus, ne ſe illa accuſaret apud matrem, cujus ſtultitia abiit in Proverb. *Melitide ſtultior.* N. L.

Melito Epiſcopus, cujus meminit Euſeb. 4. 21. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 229. Alius qui de familiis Athenienſium commentarium fecit. Harpocration in Κόθωκος.

Melitus, Orator ac Tragicus Poeta, ſed, ut veteres tradidere ἀνανδρότατος, i. e. *ſubfrigidus.* Eſt hic ille qui cum Lycone & Aniyto Socratem accuſavit, ut eſt apud Suidam, Ariſtophanes etiam ridet eum in Neb.

Sp. Melius, vir Equeſtris ordinis ac prædives, largitione frumenti delinito populo, quum conſilia regni agitaret, vocatus à Dictatore L. Quintio Cincinnato, quod ad illum venire nollet, opem plebis invocans, à C. Servilio Ahalâ Magiſtro equitum interemptus eſt, an. U. C. 314. Bona publica facta, domus diruta & area *Æquimelium*, dicta. Varro lib. 4. de L. L. Val. Max. 6. 3.

Melixandrus, Mileſius, Lapitharum, & Centaurorum bellum ſcripſit. Ælian. Var. Hiſt.

Melpomene, una Muſarum Tragœdiarum inventrix, à *modulando* nomen trahens. Horatius.

——*Præcipe lugubres*
Cantus Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum citharâ dedit.

Membliarus, unus ex Cadmi ſociis Theram inſulam condidit. *Membliarus* item inſ. prope Theram, & Anaphen, à *Membliaro* Cadmi ſocio. Dicitur & *Bliarus* per aphæreſin. Steph. Vide Bochart. de Phœn. Col. lib. 1. cap. 15.

Memmius, civis Rom. ambitus poſtulatus à Qu. Curtio. Cic. ad Quintum fratrem lib. 3. Hic cùm ageret Tarracinæ deperibat quandam mulierem, non ſine Largio quodam rivali: cum quo, quum aliquando rixa incidiſſet, eò iracundiæ provectus eſt Memmius, ut ipſi Largio brachium mordicùs aripuerit: unde fluxit adagium in vulgus, *Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.* Porro *Memmiam* gentem plebeiam fuiſſe declarant tribunatus plebis à Memmiis geſti. Veruntamen ſi nobilitas antiquitate penditur, nobiliſſima eſt: A Mneſtheo enim Trojano oriundam eſſe traditum eſt, idque teſtatur Virgil. Æn. 6.

Mox Italus Mneſtheus, genus à quo nomine Memmi.

Itaque non immerito Lucretius C. Memmium Gemellum ad quem ſuos libros miſit, claram Memmii propaginem dixit. Hic *Memmius* Gemellus eſt, ad quem ſcriptæ ſunt epiſtolæ aliquot à M. Tullio lib. 13. Epiſtolarum. Vide Lambinum præfat. ad Lucretium.

Memnon, fil. Tithoni fratris Laomedontis ex Aurorâ ſuſceptus. Vnde *Auroræ nigrum partum* vocat. Manil. lib. 1. Virg. Æn. 1.

Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis.

Heſiod. in Theog.

Τιθωνῷ δ' ἠὼς τέκα Μέμνονα χαλκοκορυστὴν
Αἰθιόπων βασιλῆα.

Oppian. Κυν. β.

——Ἀκούειον ναετῆρες
Μέμνονα δακρύοισι χλύτην γόνον Ἠριγενείης.

Pind. Olymp. Od. 2.

Αὖς τε παῖδ' Αἰθίοπα.

Et Od. 6. Nem.

Φαεννᾶς υἱὸν Αὔως.

Philoſtr. 1 Icon.

Μέμνων ὁ τῆ Ἠοῖ.

Qui cum maximâ Orientalium populorum copia in auxilium Priamo venit, & in pugnâ ab Achille occiſus, vel ut alii tradunt, ab inſidiis Theſſalis interfectus eſt, qui cum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in avem mutatus eſt, ex eademque pyrâ multæ aliæ aves evolarunt, quas *Memnonias* vocarunt, quæ quotannis ex Æthiopiâ in agrum Iliacum dicuntur advolare, Memnoniſque ſepulchrum ter luſtrare, deinde duas in partes diviſæ roſtris, unguibuſque concurrere, & generis ſui authori ſanguine ſuo parentare. Ovid. Met. 13. *Memnonis effigies*, De qua Tac. Annal. 2. *Cæterum Germanicus aliis quoque miraculis animum intendit, quorum præcipuæ fuere Memnonis ſaxea effigies, ubi radiis ſolis icta eſt, vocalem ſonum reddens.* Dionyſ. ver. 249.

——Ἔνθα μεγαυχὴς
Μέμνων ἀντέλλοντι ἑλὼ ἀκαμάτῳ Ἠοῖ.

Lucianus in Toxari: Τὸν γὰρ Μέμνονα βοᾷν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. Juven. Sat. 15.

Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ.

Plinius 36. 7. *Non abſimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis ſtatuâ dicatus, quem quotidiano Solis ortu contactum radiis crepare dicunt.* Philoſtr. lib. 1. Iconum: Δοκεῖ γὰρ ὁ ἥλιος οἱονεὶ πλῆξαν καὶ τὸ στόμα ἐμπίπτον τοῦ Μέμνονι, ἐκκαλεῖσθαι φωνὴν ἐκείνην, ἣ λαλοῦντι ἐοικέναι ἀδρανεῖς τινὰ ἡμίφωνον. De eadem re late idem Philoſtratus lib. 6. De vitâ Apollonii cap. 3. Calliſtratus quoque vocat marmor Memnonis ἠχῶνον ab hâc vocalitate. Et in ſtatuâ ipſius dat eidem marmori ἔξοδον φωνῆς, & explicans ait Oriente die loqui ad contactum Solis ſtatuam, cum gaudio veluti ad matris præſentiam exhilaratam, abeunte die marmor ingemere. Vide Strab. lib. 17. Pauſan. in Attic. Tzetzen Hiſt. Chil. 6. 64. &c.

Memnon hiſtoricus, ſcripſit de rebus Heracleæ Ponticæ. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 182.

Memnon, Darii Perſarum regis dux exercitûs, Chium, Methymnam, Ereſam ac Pyrrham & Mitylenem vel occupavit, vel vi cepit, quo tempore Alexander primùm in Aſiam trajecit.

Menæchmi, nomen comœdiæ Plautinæ.

Menæchmus, Philoſophus Platonicus Proconneſius, Eudoxi auditor; vixit temporibus Platonis. Item hiſtoricus Sicyonius. Voſſ. Hiſt. Gr. 1. 11.

Menalippe, Antiopes Amazonum reginæ ſoror, ab Hercule in bello Amazonico capta, quam cum ſorori reſtitueret, accepit pretium arma reginæ, & baltheum, nam hæc quoque

que ex eo bello reportare fuerat jussus ab Eurystheo. Juven. Sat. 8.

Smyrna vel Antigones, vel personam Menalippes.

Menalippides, poeta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plures libros, & poemata Lyrica, & epigrammata, & elegos. Hujus ex filiâ nepos *Menalippides* junior, item poeta, scripsit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuusque est apud Perdiccam regem Macedoniæ. Suidas.

Menalippus, civis Thebanus qui cum Tydeo ad Thebas vulnus lethale inflixisset, ille sibi hoc mortis solatium à suis præstare petiit, ut antequam moreretur, Menalippi caput ad se referrent, quod cum non exiguo suorum, hostiumque sanguine obtinuissent, feræ ritu dentibus dilaniavit, tandemque veluti vindictæ satur, æquiore animo expiravit. Statius Theb. 8. Item Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremisse, obque id fratricidium exulasse. Item Trojanus quidam ob virtutem à Priamo filii loco amatus. Scribitur etiam *Melanippus*. Vide Barthium ad illud Statii Theb. 8.

Astacides Melanippus erat.

Menander Athenienſis, novæ comœdiæ comicus, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus. Scripsit fabulas 80. & epistolam unam ad Ptolemæum regem, aliaque nonnulla solutâ oratione. Suidas. Quintilianus autem de eo fine lib. 8. *Menander*, inquit, *meo judicio diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus efficienda sufficit. Ita omnium imaginem in vitâ expressit, tanta in eo inveniendi copia, & eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus, ut omnibus ejusdem operis authoribus tenebras obduxerit.* Porro tanto fuit in pretio, ut etiam invitatus sit à regibus Ægypti, oblatis magnis honoribus & divitiis. Ovid. Trist. 2.

Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri.

Prop. 3.

Librorumque tuos, docte Menandre, sales.

Idem lib. 4.

Sed potius blandi Thais preciosa Menandri.

Stat. Sylv. 2.

Attica facundi decurreret ossa Menandri.

Auson.

Conditor Iliados & amabilis orsa Menandri.

Vide Voss. P. Gr. pag. 57.

Menander Ephesius, historicus, de quo vide Voss. Hist. Gr. lib. 3. pag. 386.

Menander, Laodiceus Sophista, scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. Suidas.

Menander, Pergamenus historicus. De rebus Phœniciæ egit, ut cognoscere est ex orat. Tatiani adversas Gentes, & Clem. Alex. 1 Strom.

Menander, alius Simoni Mago successit, non solum ejus referens impietatem, sed longè superans, sese Servatorem dictitans, ex Olympo ad hominum salutem demissum, docensque nullo pacto angelos ab hominibus, vinci, aut cogi posse, quam artis Magicæ disciplinâ, & baptismo ab eo traditis, ex quibus immortalitas humano generi proveniat. Justin. & Euseb. lib. 3.

Menecles Bacaleus, historiam prodidit, teste Athenæo. Alius videtur esse orator Alabandensis. Strabo lib. 15. Priorem, vel tertium aliquem signat Pind. Schol. in Olymp. Od. 2.

Menecrates, Elaita scripsit Ἑλληνοτραπεζίην θεόδοσιν, unde de Halizonibus quiddam refert. Strabo lib. 12. ubi etiam ex eo & Xantho Lydo, tradit, Mysos ita dici ab ὄξυη arbore, quæ Lydorum linguâ μύσος vocatur, ac copiosa crescit juxta Olympum.

Menecrates, Syracusanus medicus, nullam dicitur accepisse mercedem medendi. Curavit imprimis sacrum morbum, tantùm hac mercede contentus, ut liberati, se ipsius esse servos faterentur: se vero Jovem appellabat. De quo lepidam historiam narrat Ælian. Var. Hist. 12. 51. *Menecrates Medicus*, inquit, *adeo superbiâ turgebat, ut seipsum Jovem appellaret. Misit autem aliquando literas ad Philippum Macedonum regem, in hæc verba.* Φιλίππῳ Μενεκράτης ὁ Ζεὺς εὖ πράττειν. Ad ea autem rescripsit Philippus Φιλίππου Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Συμβουλεύω σοὶ σεσαυτὸν ἀναγνῶναι καὶ τοῖς ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ πέμμασι. Quibus eleganter hominem non esse sanæ mentis significavit. Eandem historiam habes apud Athenæum lib. 7. nec non apud Eust. in Iliad. Δ. vide Suidam in Μενεκράτης. Sed & alteram historiam de *Menecrate* non invenustam exhibet nobis idem Ælianus prædicto loco. *Aliquando lautissimum convivium instruxit Philippus, ad quod illum etiam invitavit, seorsimque ei mensam jussit apparari, & apponi acerram, suffitumque fieri. Reliqui vero epulabantur, eratque admodum opipara cœna. Menecrates itaque primo ferebat, gaudebatque honore; Postquam vero paulatim fames obreperet, & homo esse convinceretur, idemque vanus, & stolidus, consurgens discedebat, sesequæ injuriâ affectum querebatur, festivissimè Philippo stultitiam ejus redarguente, & in lucem proferente.*

Menecrates, Comicus poeta. Suidas. Item *Menecrates* Xanthius historicus, de quo videndus Voss. Hist. Gr. p. 387. Quem vide quoque, p. 156. & p. 441.

Menedemus, Philosophus nobilis inter Socraticos, Phædri discipulus, pauperis architecti filius, ex Eretriâ civitate, à quâ Philosophi *Eretriaci* dicti sunt. Eretria vero in Euboeâ est. Strabo lib. 9. Hic militiam primo exercuit, postea ad Platonem concessit. Fuit honestate, & gravitate insignis: statura corporis in eo sene, ut in juvene firmus fuit, & validus. Et cum primum ab omnibus ludibrio haberetur. Postea in tantâ admiratione habitus est, ut civitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitæ suæ anno 73.

Menedemus, Lampsacenus, Cynicus, qui tam in prodigiosam venerat superstitionem, ut sumpto habitu furiæ, prodiret, dictitans se exploratorem ex inferis venisse, delaturum dæmonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat cum tunicâ talari adstrictâ balteo puniceo, Arcadium pileum gestabat, cothurnos Tragicos, virgam in manu. Laertius.

Menelaus, filius Atrei, & Æropes, ut Hom. tradit. Plisthenis vero ut Hesiodus, & frater Agamemnonis rex Spartæ, qui Helenam Jovis & Ledæ filiam uxorem habuit; quam cum Paris Priami fil. eo absente, rapuisset, legatos ad Paridem misit, qui illam repeterent, qui cum re infectâ rediissent, omnes totius Græciæ principes ad bellum convocavit: qui collectâ mille navium classe, ad unum sub Agamemnone rege in excidium Trojæ conjurarunt. Quumque jam totâ Phrygiâ, atque Mysiâ devastatâ, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis, quam viribus expugnaverunt: atque sic egregiam suam conjugem recepit, conscensaque navi post octavum erroris annum domum rediit. Hom.

Menelaus, Anæus (Anæa autem Cariæ urbs est) historicus summus vocatur Stephano in Ἀναία. Diversus ab eo est Menelaus poeta, qui patriâ Ægæus fuit, & Thebaidem libris 12. aliaque teste Suidâ, scripsit.

Menenia, gens Romæ fuit, ex qua Agrippa *Menenius* C. F. Lanatus, cos. cum P. Posthumio, an. V. C. 250. Cassiodorus.

Menephron, viri proprium, qui cum matre concubuit. Ovid. Met. 7.

Dextrâ Cyllene est, in quâ cum matre Menephron
Concubiturus erat sævarum more ferarum.

Menestheus, Pelei fil. Erichthei regis pronepos, undecimus Athenienſium rex, an. 24. regnavit. Hic seditione in absentem Thesæum Athenis excitatâ, regnum occupavit ope Tyndaridarum, quorum sororem Helenam ille rapuerat, deinde cum cæteris Græcis ad Ilium expugnandum profectus, ibi mortuus est.

* *Menetor*, vetus author, de Donariis opus fecit. Athen. lib. 14.

Menippus, Phœnix Philosophus Cynicus, nihil memorià dignum edidit; porro ipse librique ridendi. Cumque habendi cupidissimus esset, bonis amissis laqueo vitam finivit. Laertius. Item Poeta Comicus. Suidas.

Menippus, Stratonicensis in totâ Asiâ disertissimus, præceptor Ciceronis, teste ipso in Bruto. Alium præterea ejus nominis Macrobius adducit, quem Philosophum, & servum fuisse tradit: scripsisseque libros, quos in Satyris M. Varro imitatur, quas *Menippeas* nominavit. Alii vero Cynicas vocant. De variis *Menippis* vide Voss. de Hist. Gr. p. 388.

Menodorus, medicus insignis ætate Serapionis, cujus meminit Galenus in Therapeut. Fuit etiam *Menodotus* Samius historicus, teste Athenæo lib. 15. *Menodotum* fortasse alium signat Laertius in Aristippo.

Menœceus, juvenis Thebanus, Creontis filius qui pro patriæ salute sanguinem suum, atque adeo vitam ipsam sponte profudit. Nam cum Thebanis eo tempore, quo ab Argivis obsidebantur, redditum esset oraculum, urbem salvam fore, si ultimus ex Cadmi posteris spontanea se morte manibus ejus devoveret, intelligens Menœceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio necem consciviit. Stat. Theb. 10. Cic. 1. Tusc. Qu. Apollodorus lib. 3. Ἐγένετο δὲ πολυχόνιος ὁ Τειρεσίας· οὗτος ἐν Θηβαίοις μαντεύσατο εἰπὼν, νικήσειν, ἐὰν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρεϊ σφάγιον αὐτὸν ὀπάσῃ, τοῦτο ἀκούσας Μενοικεὺς ἑαυτὸν πρὸς τῷ πύλῃ ἔσφαξε. Juv. Sat. 14.

——— *Amor in te est*
Quantus erat patriæ Deciorum in pectore quantum
Dilexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus.

Vide Barth. ad Theb. 10.

Meno-

Menœtius, filius Actoris ex Æginâ, quam vitiatam Jupiter illi conjugem dederat. Hic poſtea relictâ Æginâ matre, in Opuntem Locrorum ſe contulit, ibique Patroclum ex Sthenele uxore ſuſcepit, qui ab eo *Menœtiades* dictus eſt. Ovid. Epiſt. 1.

Sive Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis.

Mentor, vaſis cælandis mirus artifex. Plin. 33. 13. *Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos* 10. *H. S. emit.* Id eſt 2500 coronatis Gallicis. Juv. Sat. 8.

———*Raræ ſine Mentore menſæ.*

Martialis:

Vaſaque Mentoreâ nobilitata manu.

Prop. 1. 14.

Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Idem 3. 9.

Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ.

Mart. alibi:

Solus Mentoreos habes labores.

Idem 5. 88.

Inſerta phialæ Mentoris manuductæ
Lacerta vivit, & timetur argentum.

Mephitis, ait Servius ex ſententiâ aliquorum *Mephitim* eſſe Deum Leucotheæ connexum, aut Junonem, nam Juno aer eſt, atqui putor naſcitur ex corruptione aeris, ac proinde ait *Mephitis* erit Dea odoris graveolentis. Pertinent ad hanc opinionem numinis verba Taciti lib. 19. *Solum Mephitis templum ſtetit ante mœnia, loco, ſeu numine defenſum.* Ait Priſcianus lib. 7. deduci vocem à Græco Μεσίτης, mutatione σ in φ. Scal. tamen in Conjectaneis ait eſſe vocem Etruſcam, Etruſcos autem ab Syris accepiſſe. Syrorum vero linguâ hâc voce ſignificari, *gravitatem*, aut *exhalationem* & *flatum ſpiritûs*. Virg. Æn. 7.

———*Lucoſque ſub alta*
Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat, ſævamque exhalat opacâ Mephitim.

Perſius Sat. 3.

Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur
Gutture ſulphureas lente exhalante Mephites.

Mera Proeti & Antiæ filia, quæ cum venationi dedita, Dianam per nemora ſequeretur, à Jove conſpecta eſt, & adamata: qui cum nullâ ratione caſtiſſimæ puellæ animum ad ſui amorem poſſet pellicere, ad dolum confugit, Dianæque figurâ aſſumptâ vim ei intulit. Quamobrem cum Dianæ conſortium illa deinde fugeret, nec vocanti deinceps deæ parere vellet, ſuſpicans ne Jupiter aliquis ſub ejus imagine lateret, telis ejus eſt confoſſa, tandemque deæ ejuſdem miſeratione in canem mutata. Ovid. Met. 7.

Mercurius, Jovis & Maiæ fil. Græcis *Hermes* ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, h. e. *ab interpretando* dictus. Voſſius vero Ἑρμῆς vult eſſe ab מטר id eſt, *ſermo, eloquium*. Erat enim nuncius Deorum, unde Horatio in Odis dicitur.

———*Superis Deorum*
Gratus & Imis.

Claud de eo.

———*Commune profundis*
Et ſuperis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habet, geminoque facit commercia mundo.

Habitum ejus & indumenta ſic deſcribit Statius 1 Theb.

Paret Atlantiades dictis genitoris & inde
Summa pedum properè plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, & temperat aſtra galero,
Tum dextræ virgam inſeruit, quâ pellere dulces
Aut ſuadere iterum ſomnos, quâ nigra ſubire
Tartara, & exangues animare adſueverat umbras.

Claud. 1. de Rapt.

———*Cyllenius adſtitit ales*
Somniferam quatiens virgam, tectuſque galero.

Ovid. Met. 1. de ſopito Argo:

———*Firmatque ſoporem*
Languida permulcens medicata lumina virgâ.

Horat. 1. Od. 10.

Tu pias lætis animas remonis
Sedibus, virgâque levem coerces
Aurea turbam.

Ubi videtur exprimere voluiſſe Græcam vocem χρυσόῤῥαπις. Sic enim dictus eſt à Græcis Mercurius: de quâ virgâ ſic Hom. Iliad. Ω.

Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Quem Virgil. imitatus eſt 4. Æn.

Tum virgam capit, hâc animas ille evocat Orco.

Odyſſea vero vult hâc eadem virga animas deduci ad inferos:

Τῇ ῥ' ἄγε κηλήσας, αἱ δ' ἕπεσθαι ἔπονται.

Horatius alibi:

Non vanæ redeat ſanguis imagini
Quam virga ſemel horridâ
Nigro compulerit Mercurius gregi.

Præter hunc tres alii *Mercurii* dicuntur, unus Cœli ac Diei fil. alter Liberi, & Proſerpinæ, tertius Jovis, & Cyllenes, quem fama eſt ob Argi cædem profugum, literas Ægyptiis oſtendiſſe. Verum omnes hi ad Maiæ filium referri ſolent; cui idcirco alas in capite & pedibus attribuunt, eo commento ſignificare volentes, velocem fieri per aera ſermonem. Ideo autem Deorum nuncium dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enunciantur. Dictus eſt Deus facundiæ, quòd hominibus eloquentiam præſtare putabatur. Habitus eſt etiam Deus mercatorum, lucri, palæſtræ, furum. Lyram invenit, Hermaphroditum ex ſorore Venere genuit, Martem è duris carceribus liberavit. Argum interemit, Prometheum in Caucaſo relegavit. Eſt etiam unus ex ſeptem Planetis, omnium minimus, fere ſemper ſubeſt radiis ſolaribus, à quibus non recedit longiùs quam viginti octo gradus. A *merce*, ſive *mercimonio* Mercurii nomen potius cum Feſto arceſſam, quam à *medio, currendoque*, quod Στοιχωτέως Arnobius voluit, cujus hæc verba lib. 3. *Mercurius*, inquit, *quaſi quidam Medicurrius dictus eſt.* Et illud Feſti, & hoc Arnobii etymon legas apud Iſidorum lib. 8. cap. 11. Fulgentius Mercurium dici ſcribit, quaſi *Mercium curam*, atqui tunc penultima eſſet producta. *Rides*, lector, & *Nimis uncis Naribus indulges.* Atqui en adhuc magis ridiculum, ſiquidem Alberti Magni Interpres ſic dictum autumat, quaſi *Mercatorum* Κύριον h, e. *Dominum*. *Mercurius* vero (inquit Vir Doctus) Hebræis eſt *Mercolis* à רכל *negotiari*: ut in illo proverbio de quo Druſius Proverb. Claſſ. 1. lib. 2. Proverb. 34. *Sparſit lapidem in Mercolis.* Pro eo Solomon habet *Margemah*, à רגמה *lapidibus obruit*. Proverb. 26. 8. *Sicut qui mittit lapidem in Margemah*, vel, ut habet vulgaris, *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii*; ita qui tribuit inſipienti honorem. Erant autem apud priſcos Ἑρμαῖοι λόφοι, ſive lapidum acervi Mercuriales, viis publicis & compitis ad itinera commonſtranda congeſti, quos tranſeuntes viatores crebro lapidum jactu in Mercurii honorem augebant. Dicuntur acervi iſti Ἑρμακες Nicandro; ac de iis eſt intelligendum Epigramma Anthol. lib. 4. 12.

Ἱερὸν Ἑρμείῃ μακαρίσσεις ἔχθεϊ
Ἀνδρωποι λίθινον σωρόν.

Voluit igitur ſapientiſſimus ille hominum, eum qui ſtultum honeſtaverit, perinde facere ac ſic acervum Mercurii lapidis jactu augeret, neuter enim beneficium agnoſcit, neuter rependit. Alii autem à מכר *vendere Mercurium* deducunt.

Mercurius Triſmegiſtus, philoſophus Ægyptius antiquiſſimus, ſcripſit plurimos libros de ſapientiâ Divinâ, quorum quædam fragmenta hodieque extant. Vide Caſaub. Exercit. 1. contra Baronium, 10. ubi plura habes de hoc *Mercurio* & quid de libris ejus cenſendum ſit. Nonnihil & Dan. Heinſius Epiſt. ad Balſacum.

Meriones, auriga Idomenei, & cum eo dux navium, quæ è Cretâ venerunt ad Trojam, fortitudine Matri ipſo comparandus. Hom.

———Ὀπάων Ἰδομενῆος
Μηριόνης ἀπάλαιτος Ἐναλίῳ Ἀνδρειφόντῃ.

Ovid. Met. 13.

Nec minus Idomeneus, patriâque creatus eadem
Meriones.———

Horat. 1. Od. 6.

———*Pulvere Troico*
Nigrum Merionem.

Merope, una filiarum Atlantis, ex Pleione nymphâ, cujus ſtella ex ſeptem Pleiadibus obſcuriſſima apparet, quòd cùm ſorores ejus omnes Diis nupſiſſent, illa ſola Siſypho nupſerit mortali. Ovid. Faſt. 4.

Pleiades incipiunt humeros relevare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quod in amplexum ſex hinc venere Deorum:
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt:
Neptuno Halcyonen, & te, formoſa Celæno,
Majan & Electran, Taygetanque Jovi.
Septima mortali Merope tibi, Siſyphe, nupſit.
Pœnitet, & facti ſola pudore latet.

Georg. *Merula* Alexandrinus, ab aquis Statiellis, vir ingenio, atque eruditione præſtans, atque, ut Jovio vocatur, *Grammaticorum exactiſſimus*, de quo Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 602.

Meryllus, in primo Bœoticorum citatur à Plut. in Paral. Min. cap. 14. Item in tertio Italicorum, cap. 26.

Meſſala, dictus eſt Val. Corvinus, quia Meſſanam in Sicilia vicit, & urbis captæ in ſe tranſlato nomine *Meſſana* primò,

primo, paulatimque vulgo permutante literas *Messala* dictus est. Sen. de Br. V. c. 13. Sane & hoc ad rem pertineat, quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in se tralato nomine Messana appellatus est, paulatimque vulgo permutante literas Messala dictus est. Hæc ille, calamo tamen errante; Habuit enim hic cognomen *Maximi*. Fasti Capitolini: M. Valerius M. F. M. N. Maximus, qui in hoc honore Messala *appellatus est*. Id factum an. V. CDXC. Macrob. Sat. 1. *Valerius Max. postquam Messanam urbem nobilissimam Siciliæ cepit, Messala cognominatus est.* Unde & *Messalarum* familia Romæ florentissima, ex quâ *Messala* Corvinus orator nobilis ortum habuit. Hic cum provectior foret, biennium antequam moreretur adeo memoriæ sensum amisit, ut vix paucula verba conjungeret, & nominis quoque sui immemor esset. Tandem vero ulceri ori innato seipsum inedià confecit. Crinitus 1. 12. Is orator fuit, Fabio teste, nitidus, & candidus, & quodammodo præ se ferens nobilitatem suam, viribus tamen minor. Horat. De Arte.

——Mediocris abest virtute diserti
Messalæ.——

Mart. 10. 9.

Marmora Messalæ findet caprificus.

Vide Passeratium in Tibulli Panegyricon ad Messalam. Persius:

Quin damus id superis de magnâ quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago.

Messalina, filia Barbari Messalæ consobrini, Claud. Imp. Quæ cum adolescentula esset, ipsi Claudio seni nupta fuit, summæ libidinis mulier, adeo ut innumeris adulteris se submiserit, & mutatâ veste lupanaria celebraverit: Quinetiam cum scorto famoso aliquando certavit, & superatam à se meretricem gloriata est, & se inter diem, & noctem viginti quinque passam concubitus affirmavit: præterea sese labore potius fessam, quam concubitu satiatam destitisse. Tandem ab ipso Claudio supplicio affecta est, cum C. Silio nupsisset. Sueton. in Claudio. Prodigiosam hujus libidinem lege apud Juvenal. Sat. 6. Tacit. lib. 11. & Plin. 10. 63.

Messalini, hæretici sub. Valente, & Valentiniano A. A. Omne opus manuum fugiebant, nihilque bonorum operum, præter orationem probabant, innumeris superstitionibus dediti.

Metabus, Privernatium tyrannus, Camillæ pater, qui à suis per seditionem regno pulsus, filiam fugæ comitem assumpsit, quam & Dianæ consecravit. Virg. Æn. 11. Item Sisyphi filius, Æoli nepos, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit. Steph.

Metageitnia, sacra quædam in honore Apollinis Metageitnii apud Græcos instituta, quæ fiebant secundo Græcorum mense. Gyraldus, lib. 17. Hist. Deorum.

Metanira, Celei conjux. Ovid. Fast. 4. ubi codd. vulgò *Menelina*, alii *Menalia*, alii *Melanira*. Μετανείρα est Nicandro in Theriacis, ejusque Scholiastæ, itemque Nonno Dionys. libb. 27. & 47. cui ἀγκάλη dicitur κατ' ἔξοχὴν, ut & Nicandro. Μετανείρη etiam vocat Apollodorus, libro 1. bis, ut & Aristides in Eleusiniâ Oratione, Athenagoras Legatione pro Christianis, & Jo. Tzetzes in Hesiodum. Μεγανείρα Pausaniæ in Atticis, & Nicandri Scholiastæ in Alexipharm. mendosè dicitur. Hujus nominis scortum etiam nobile fuit Athenis, cujus meminit Athen. libb. 3. & 13. non semel, à Lysiâ, & Isocrate amatum, nisi diversæ fuerunt, & cognomines.

Metellus, Pont. Rom. quem adeo impeditæ, ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, ut multis mensibus fatigatus, totusq; fuerit, dum meditaretur in Æde Opiferæ dicere. Multis diebus in Pontificatu vixisse perhibetur. Hic Metellus, prænomine Lucius, conflagrante Æde Vestæ, Palladium Trojâ advectum subtraxit ab incendio, magnâ quidem pietate, sed eventu misero. Nam dum in flammas avidus se conjiceret, orbatus est visu. Plin. 7. 44. Juv. Sat. 3.

——Procedat vel Numa, vel qui
Servavit trepidam flagranti ex æde Minervam.

Hic etiam primo bello Punico de Pœnis speciosissimum egit triumphum, 13. ducibus hostium & 120 elephantis in eo ductis.

Q. *Metellus*, à domitâ Macedoniâ *Macedonicus* vocatus. Prætor Pseudophilippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Invisus plebi ob nimiam severitatem, ideo consul ægre factus. Liv. lib. 5. Hic ille *Metellus* est qui in exercitu arcanum quiddam interrogatus, respondit εἰ ὦμλω ἢ χιτωνά μι συνειδέναι τοῦτο τὸ ἀπόῤῥητον, &c. *Si existimarem tunicam mihi esse conscium hujus arcani exutam eam in ignem injicerem.* Plut. de Garrulitate. Vide plura de eo apud Plin. 7. 13. & 44. Cic. 1. Tusc. P. Victorem de Viris illustribus. Plinii verba subjungam. Q. *Metellus Macedonicus* felicissimus ab omnibus judicatus est, quod omnibus corporis & animi dotibus præditus fuerit, idem consul & censor, idem magnum bellum feliciter gesserit, triumphavit, quatuorque filios reliquerit, tres consulares, duos triumphales, unum censorium, quartum prætorium & consulatus candidatum, ut scribit Velleius, quem magistratum adeptus est, tres filias clarissimis viris nuptas ex quibus nepotes viderit; & à tantâ, tamque illustri & honoratâ turbâ à se progenita, extremâ senectâ facillimo vitæ curriculo usus, rogo sit impositus. Hæc ille. Cum vero Aug. 2. de C. D. ait *Metellus* enim Romanorum laudatissimus qui habuit quinque filios consulares, &c. ea historia depravata esse videtur, nec credo Augustinum eam scripsisse, inquit Lud. Vives, nisi quis dicat quinque illos filios fuisse consulares i. e. consulatu dignos, quod acutissimè & aspexit meus festivissimus Interpres, & plane nunquam tam acutè vidisset, nisi legisset dialecticam, ita ut sint consulares, que *Consulabiles* vel *consulificabiles* magistraliter loquendo, h. e. apti nati ad fiendum consules.

Metelli milites, qui & Ærarii. Vide Meursium ad Lycophronis Cassandram pag. 300. Memorantur alii *Metelli* ut Balearicus, Vittatus, quem Plinius Diadematum vocat.

Metellus Numidicus, quòd de Numidiæ rege Jugurtha triumphavit, dictus. Hujus Metelli de uxoribus ducendis ad populum hæc verba fuerunt, teste Gellio, 1. 6. *Si sine uxore, Quirites, esse possemus, omnes eâ molestiâ careremus; sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum.*

Metellus Creticus, à devictâ Cretâ dictus. Plut. in Pompeio. Item *Metellus Dalmaticus* à devictis Dalmatis. Pædian. act. 3. contra Verrem. *Metelli* autem plebeii fuere, ut ait Liv. lib. 9. verum clari victoriis, & magistratibus, & *Cæcilii* omnes vocati.

Metellus, Pœnis & Siculis socia adversus Romanos arma parantibus, Imperator cum esset creatus, omnibus Diis, exceptâ duntaxat Vestâ, sacrificium fecit. Quæ cum adversos clausi ventos immisisset, C. Julius vates eos cessaturos dixit, si filiam suam immolasset. Ille, urgentibus rebus, filiam nomine Metellam immolaturus abduxit. Dea vero adolescentulam miserata buculam supposuit, puellamque ad Lanuvium pater deferens, sacerdotem draconis qui in eo loco colebatur, fecit. Plutarchus, Par.

Methodius, Tygri Episcopus, de quo Voss. Hist. Gr. pag. 245.

Metiscus, Turni auriga, Virg. Æn. 12.

Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Exuit.——

Sunt qui scribendum putent *Methyscus*, Etymon ejus derivantes à μεθύσκομαι, quod est *inebrior*.

Metius Suffetius, quem alii *Fufetium* vocant, Albanorum Dictator, tempore Tulli regis Rom. qui, quòd ex præscripto fœderis ad belli societatem contra Fidenates vocatus, euntibus in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, jussu Tulli, duabus admotis quadrigis, discerptus est. Virg. Æn. 8.

Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per silvam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

Ovid. Trist. 1. Eleg. 3.

Sic doluit Metius tunc, cum in contraria versos
Ultores habuit proditionis equos.

Dion. Hal. lib. 3. Ἐις ὃ τὸ ἐκείνε τόπον ἀποδείκνυ) στρατηγὸς αὐτοκράτωρ κατὰ δὴ τὸ στρατόπεδον Μέτιον Φυρίτην, ἀνὴρ ὅτε πολέμιε ἡγεμὼν ἐκεῖνος, ὅτε εἰρήνης βέβαιος φύλαξ. *Perfidum* vocat Claud. Paneg. 4. Hon.

Perfidiam damnas? Metii satiabere pœnis.

Idem de bello Gildonico:

Exemplum sequerer Tulli, laniandaque dumis
Impia diversis aptarem membra quadrigis.

Sidonius:

I nunc & veteris præfer præconia Tulli
Ætas cana patrum: quod pulchro hortamine mendax
Occuluit refugi mutantia fœdera Meti.

Meton, Astrologus ex his unus qui Athenienſibus adscriptus fuit navigaturis in expeditionem Siciliæ, qui onus detrectare cupiens, tempestatem futuram prædixit, cumque propterea minimè proficeret, simulavit insaniam, atque hoc modo missionem impetravit. Ælian. Var. Hist. 13. 12.

Metra, Erisichthonis Thessali filia, quæ à Neptuno vim passa, hoc muneris ab eo impetravit, ut in quascunque vellet species transmutaretur. Quare cum pater fame coactus eam vendidisset, illa statim in piscatoris habitum conversa servitute se exemit. Quâ occasione usus Erisichthon iterum, atque iterum illam vendidit. At illa modo bovis, modo cervi, modo avis specie assumpta, protinus sese asserebat in libertatem. Ovid. Met. 8. Revera autem Metra nobilis fuit meretrix, quæ

nonnunquam

nondum invento auro, aut gemmarum usu, bobus, aut equis, aut alterius generis pecoribus noctes suas locabat: unde factus est locus vulgi fabulæ, ut Metra diceretur transformari in ea omnia quæ ab amatoribus accipiebat; indeq; manavit Proverb. *Mutabilior Metrâ.*

Metrodorus Scepsius, è philosophicâ vitâ in civilem mutatus est. Magna ex parte in suis scripturis oratoriè loquitur: & novo quodam dicendi genere usus est, quo multos deterruit. Propter nominis famam, quanquam pauper erat, clarum tamen conjugium apud Carthaginenses adsecutus est, atque uti Carthaginensis vivebat. Quumque amicitiam Mithridatis regis sibi conciliavisset, ad illum cum uxore discessit, & honore maximo affectus est. Strabo, lib. 13. Hujus summa memoria à Cic. commendatur lib. 1. Tuscul. Qu. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 156.

Metrodorus Chius, mundum æternum esse dicebat: Quoniam si factus esset, ex non ente factus esset, infinitum vero esse quoniam æternum, & quum non haberet principium, unde incipiat, nec exitum habiturum quo terminetur. Immobilem quoque asseruit, quoniam moveri non possit quod non transeat: transire autem necesse est aut in plenum aut in vacuum, in quorum alterum transitus fieri non potest. Ex æthere autem nubes fieri densatione aquæ, quæ supra Solem ascendens extinguat ipsum, & rursus rarefacta accendat. Solem siccitate constipatum ex aquâ splendidâ, stellas efficere. Dixit etiam diem ac noctem inde fieri, quod sol extinguatur, Eclipsin quoque extinctione fieri. Euseb. Præp. Evang. 17. 14.

Metrodorus Melicus, artem memoriæ ita consummavit, ut nihil non iisdem verbis redderet auditum. Plin. 7. 14. Cæterum de variis *Metrodoris* vide Voss. Hist. Gr. pag. 389. & Jonsium de script. hist. Philosoph. lib. 1. cap. 12.

Metrophanes, Sophista, præter commentaria in Hermogenem, & Aristidem, item volumen de statibus, deque Ideis, scripsit 2 libros de Phrygiâ, Suidas, apud quem duo alii sunt ejusdem nominis. Vossius.

Mezentius, Tyrrhenorum rex, summus Deorum contemptor, qui cum tyrannidem domi crudelius exerceret, à suis per seditionem pulsus unà cum Lauso filio ad Turnum sese contulit, id temporis bellum adversus Æneam gerentem. Quo in bello, cum magnam tam Trojanorum, quam Hetruscorum stragem edidisset, unà cum filio ab Æneâ est interemptus. Virg. Æn. 10. Idem de eo lib. 8. vers. 483.

Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni
Effera? Dii capiti ipsius generique reservent.
Mortua quinetiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora,
(Tormenti genus) & sanie taboque fluentes
Complexu in misero longâ sic morte necabat.

Vide de la Cerdam ad locum.

Michael Antiochenus condidit historiam omnigenam, de quâ Possevinus in apparatu sacro.

Michael Sicidotes, historicus, cujus historia Græca adservatur in Bibliothecâ Vaticanâ, ut monet Gesnerus.

Michael Attaliates, scripsit Pragmaticam, quæ est Tom. 2. Juris Græco-Romani, Jo. Leunclavii curâ editi. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 4. cap. 21.

Michael, Monachus vitam exaravit æqualis sui, Theodori Abbatis cognomento Studitæ. Multaque propterea quòd imaginum cultum propugnaret, perpessus est ab Impp. Iconoclastis. Obiit An. Dom. 826.

Michael Psellus, sive Balbus Leone quinto Armenio per fraudem necato imperio suo cuncta subjecit, an. Dom. 821. Alius ab hoc fuit Michael Psellus πολυγαφώτατος, præfectus studiis Michaelis Ducæ, An. Dom. 1058. De quo Voss. Hist. Gr. pag. 295.

Michael Palæologus, Imp. Constantinopolitanus, quem mortuum Græci sacerdotes, quia se Romanæ Ecclesiæ, in concilio Lugdunensi, subjecerat, sepulturâ arcuere. Blondus.

Michael Glycas, vide *Glycas.*

Matthias à *Michou* Art. & Med. Dr. Canonicus Cracoviensis libros duo reliquit, quorum prior est de Sarmatiâ Asiaticâ, alter de Europæâ. Scripsit autem circa An. 1517.

Micipsa, Numidarum rex, Masinissæ regis filius, qui Jugurtham Manastabilis fratris filium unà cum Adherbale, & Hyempsale filiis regni participem reliquit. De quo Sallustius in Bello Jug. Ponitur aliquando pro Africano. Juvenal Sat. 5.

——*Illud enim vestris datur ulveolis quod*
Canna Micipsarum prorâ subvexit acutâ,
Propter quod Romæ cum Boccare nemo lavatur.

Midas, Gordii bubulci filius, Phrygiæ Rex pecuniosissimus, qui cum Bacchum hospitio suscepisset, jussusque esset petere quicquid vellet, mox voti compos futurus, nihil æquè se optare respondit, quam ut protinus quicquid attigisset in aurum verteretur. Quod cum Bacchi benignitate obtinuisset, solidas arces & regias solo contactu in aurum convertit. Aristot. de Midâ Polit. 1. πάντων δ' παρατιθέντων αὐτῷ χρυσῶν γλωμῶν. Verum cum urgente fame cibum sumere conaretur, atque illum quoque in aurum mutari videret, sensit tandem stolidus se parum sapienter optasse. Pulchrè Claud. 1. in Ruff.

——*Sic rex ad prima tumebat*
Mœonius pulchro cum verteret omnia tactu.
Sed postquam riguisse dapes, fulvaque revinctos
In glacie vidit latices, tum munus acerbum
Sensit, & invisо votum damnavit in auro.

Petiit itaque à Libero Patre, ut munus illud quantumvis speciosum, sibi adimeret. Misertus itaque ejus Bacchus, jussit ut in Pactolo fluvio se ablueret. Cui cum morem gessisset, ipse quidem pristino statui restitutus est; cæterum Pactolus ex eo tempore aureas arenas volvere cœpit, unde & Chrysorrhoas est appellatus. Post hæc cum Pan Apollinem ad cantûs certamen provocasset, Tmolusque judex electus secundum Apollinem pronunciasset, approbantibus Judicis æquitatem cæteris qui aderant omnibus, unus inventus est Midas, qui Panem Apollini præferre non dubitaret. Quamobrem Apollo indignatus asininas ei auriculas addidit, quas tam scitè occultavit, ut nemo sciret præter solum tonsorem: qui cum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamavit. *Auriculas asininas habet Rex Midas.* Deinde fossam terrâ adoperuit, eoque in loco temporis processu creverunt arundines, quæ commotæ vocem quam tonsor infoderat, reddiderunt, ut latius fabulatur Ovid. Met. 11. Alii tamen malunt Midam inter Apollinem & Marsyam decertantes judicem constitutum, & cum pro Marsyâ sententiam tulisset, auriculis asininis à Phœbo fuisse donatum. Hinc natum Proverb. *Auriculas Asini Midas habet*, quo utimur in stolidos, & crassis auribus, pinguique judicio homines. Alii rursum sic narrant. Cum præteriret aliquando Midas Liberi Patris asinos, atque eos affecerit injuriâ, iratum Bacchum asininas aures ei addidisse. Sunt qui dicant huic aures naturâ prælongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atque hinc fabulæ locum ortum esse. Quanquam pluribus placet, hâc allegoriâ significatum Midam, utpote tyrannum subauscultatores dimittere solitum, per quos, quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utens aurium vice. Proinde cum vulgus admiraretur ab illo reseiri etiam ea, quæ clam ac procul fierent, occasionem fabulæ datam esse, ut Midas diceretur auriculas asini habere, idque vel quòd nullum aliud animal acriùs audit quam asinus, excepto mure, vel quòd aures habeat omnium longissimas.

Milanion, adolescentes qui Atalantam puellam venatricem in Arcadiâ adamavit. Musæus:

Παρθένε δ' ὅτε λέκτρον ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντης
Ἦ ποτε Μειλανίων ἐρατεινὸν φύλον ἐνίκα
Παρθενίης ἀλέγουσα· χολωσαμένης δὲ Ἀφροδίτης
Τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν, ἐνὶ κραδίῃ δέτο πάθην.

Propertius. 1. 1.

Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Sævitiam duræ contudit Iasidos.

Ovid. Art. 2.

Quid fuit asperius Nonacrinâ Atalantâ?
Succubuit meretrix, trux tamen illa viri,
Sæpe suos casus, nec mitia facta puellæ
Flesse sub arboribus Milaniona ferunt.

Idem lib. 3.

Milanion humeris Atalantæ crura ferebat.

Et. Eleg. 2. lib. 3. Amorum:

Talia Milanion Atalantæ crura fugacis
Optavit manibus sustinuisse suis.

Milesius, cognomen Apollinis, cujus & Strabo, & Lactantius meminerunt. Hic consultus aliquando, Utrum Christus homo esset an Deus, respondit.

Θνητὸς ἦλω κατὰ σάρκα, σοφὸς περιώσιον ἔργοις,
Ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συλληφθείς,
Τόμφοις καὶ σκόλοπι πικρῷ ἀνέλυσε τελευτῶ.

Mortalis erat secundum carnem, Sapiens portentosis operibus:

Sed sub Chaldæis judicibus armis comprehensus,
Clavis & cruce amarum toleravit finem.

Miletus, fil. Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ, vel ut Ovidius habet, Deionis, qui cum Minoa Cretensium regem jam senem regno privare vellet, à Jove territus in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine *Miletum* appellavit, ejusque incolas *Milesios.* Ovid. lib. 9. Met. Alii tamen Miletum conditam malunt à Sarpedone Jovis filio Minois ac Rhadamanthi fratre, & ab eo Miletum appellatam fuisse, ab alterâ ejusdem

ejusdem nominis urbe quam in Cretâ reliquerat. Strabo, lib. 14.

Milichius, Bacchus sic dictus, quòd non solum vini, sed ficuum & fructuum prope omnium inventor fuerat. Nam *Milicha*, *ficus* olim significabant. Illud nos docuit Andriscus apud Athen. lib. 1. Νάξιοι Μειλίχιον τιμῶσι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν συκίνου καρποῦ παρασκευήν, &c.

Milo, Crotoniensis, homo tantæ fortitudinis ut in Olympico certamine bovem retento anhelitu per stadium portaverit, quem ictu pugni interfecit, unoque die integrum devoravit. Malum tenenti digitis nemo poterat extorquere, dum constitisset, nemo vestigio educere. Quum autem nimiâ nervorum fiduciâ arborum in parte mediâ hiantem deducere vellet, brachiis hinc inde constructis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. Cic. Val. Max. Plin. Ovid. Met. 15.

——*Fletque Milon, senior, cum spectat inanes*
Illos qui fuerant solidorum mole tororum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.

Vide Lubinum in illud Juvenalis Sat. 10.

——*Viribus ille*
Confisus periit admirandisque lacertis.

Milo, qui & T. *Annius Milo*, è Lanuvio municipio familia Papia, adoptatus à T. Annio avo materno, qui cum P. Clodium Trib. pleb. multa seditiosè in Remp. molientem occidisset, frustra à Cic. defensus elegantissimâ illâ oratione, quæ etiam hodiè omnium manibus teritur. Massiliam damnatus in exilium profectus est. Pædianus. Hic cum ob eam causam exularet Massiliæ, vidissetque Ciceronis orationem pro se scriptam longe meliorem eâ quæ habita fuerat, dixisse fertur, *Si sic orasset Cicero, non ego Massiliæ lumbricos legerem.* Dio Cassius.

Miltiades, dux Athenienstum clarus, qui decem millibus suorum civium, & Plateensibus auxiliariis mille, profligavit 600 millia Persarum in campis Marathoniis. Just. lib. 2. Postea tamen peculatûs damnatus in carcere, & vinculis mori ab Athenienstbus coactus est. Val. Max. 5. 3. Alii fuere duo *Miltiades* Archontes Athenienses priore antiquiores. Item *Miltiades* Doloneorum tyrannus Olymp. 57.

Mimallones, mulieres Liberi Patris orgia celebrantes Straboni, quæ & *Thyades* dicuntur, & *Mænades*, & *Bacchæ*. Dictæ putantur à *Mimante* Ioniæ monte Baccho sacro, vel, ut quidam nugantur, ἀπὸ τῆ μιμεῖδζ, eo quod thyrsos & cornua ferentes, Indicam Bacchi expeditionem videntur imitari. Hinc *Mimalloneus*. Persius Sat. 1.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Dicuntur *Mimallonides* Ovid. lib. 1. De Arte Am.

Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.
Ecce leves Satyri, prævia turba Dei.

Nonnus Bassaricon 17.

Ὁππότε κωμάζουσα ποδῶν διδυμάονι ῥυθμῷ
Βακχὰς ἀκρήδεμνος ἐπικρεπάλιζε Μιμάντων.

Mimallonides, Bocharto sunt quasi מטלטלין *memallelan*, i. e. *garrulæ*, & *loquaculæ*. Nisi qui à מטל *mamal* seu *torculari* deduci malit, ut *Mimallonides* eædem sint quæ Λῆναι. Vide Barthium ad Stat. Theb. 4. p. 1187.

Mimnermus, poeta Colophonius Ligyrtiadæ fil. teste Suidâ; aut ut alii malunt, Smyrnæus. Claruit circa Solonis tempora. Elegiacis poetis eum accensct Censorinus in Fragmento cap. 9. Apud Pausan. quoque in Bœoticis legas elegiaco versu tradidisse pugnam Smyrnæorum contra Gygen & Lydos. Etiam Ἐρωτικὰ scripsisse indicat illud Propertii, lib. 1. El. 9.

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

Horat.

Si Mimnermus uti censet sine amore jocisque
Nil est jucundum. ——

Supersunt hodiè quoque ejus versus contra Solonis sententiam annum septuagesimum homini supremum statuentis. Nam ille octogesimum potius annum statuit. Ipse, Mimnermus apud Plut.

Τίς δὲ βίος; τί δὲ τερπνὸν ἀτὲρ χρυσῆς
Τειθαίλω, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα, μέλοι Ἀφροδίτης;

Mindyrides. Vide *Smyndirides.*

Minerva, sapientiæ, & bonarum omnium artium dea, ex Jovis cerebro sine matre procreata. Ferunt enim Jovem, cum Junonem sterilem videret, ne prorsus sine prole esset, cerebrum suum percussisse indeque Minervam prosiluisse. Quo commento illud significare voluerunt poetæ, bonarum artium disciplinas, humani ingenii non esse inventum, sed ex Jovis cerebro, h. e. inexhausto divinæ sapientiæ fonte in humanum usum esse depromptas. Vide *Pallas*, & *Tritonia*. Hæc prima lanificii inventrix creditur extitisse, deque artis ejus præstantiâ cum Arachne puellâ Lydiâ contendisse, cumque jam pene ab eâ vinceretur radio percussam in araneam eam commutasse. Sunt qui Arithmeticæ inventionem ei tribuunt. Livius, lib. 7. *Eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus à Minerva inventus sit.* Olei quoque usum prima putatur ostendisse, ob id honores meruisse, dignamque ideo judicatam esse, quæ Athenarum urbi nomen imponeret, rejecto Neptuno, qui edito equo nascenti urbi potentiam bellicam promittebat. Virg. Geo. 1.

——*Oleæque Minerva*
Inventrix.——

Hæc etiam ædificia invenisse dicitur. Ideoque Virgil. Ecl. 2.

——*Pallas quas condidit arces*
Ipsa colat.

Lucianus in Hermotimo: Inquit fabula Palladem, Neptunum, Vulcanum de artificio contendisse: atque Neptunum taurum fabricasse, ἢ Ἀθηνᾶν ἢ οἰκίαν ἐλαίνου. Oppian. 2. Halieuticon.

Δῶρα δὲ τεκτιώσασθαι ἀνασσῆσι μάλιστα
Πομπαὶς ἐπιχθονίοις ἐδιδάξατο.

Qu. Smyrnæus, lib. 12. ait Epeum edoctum à Pallade architectandi rationem.

Δέδαεν δέ μιν ἔξοχον Ἀθήνη.

Virgil.

Instar montis equum divinâ Palladis arte
Ædificant.——

Val. Flaccus, lib. 1.

——*Ad charum Tritonia devolat Argum*
Moliri hunc puppim jubet.

Inde à Pindaro & Callimacho & Aristophane πολιοῦχος appellata est. i. e. *urbium præses.* Catullus.

Diva quibus retinens in summis montibus urbes.

Phornutus quoque de hâc ipsâ deâ: Ἱδρυθῆναι δ' ἐν τῇ ἀκροπόλει μάλιστα. Vulcani nuptias constantissimè fertur repudiasse, virginitatemque perpetuò illibatam servasse, unde & *Innuptam* peculiari epitheto appellant poetæ. Virgil. Æn. 2.

Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.

Horat. *Castam* vocat Carm. 3. Od. 3. Hinc apud Coluthum γάμων ἀδίδακτος Ἀθηνᾶ. Et apud Tryphiod. Παλλὰς ἀχειρώτοιο θεῆς. Inde Lycophroni μισόγυμφος, Orpheo φυγόλεκτος. Nonno ἀνύμφευτος, φυγόλεκτος, ἄγαμος, ἀπειρόγαμος, πόθων ἀδίδακτος, ἐυπάρθενος & καθαρὴ dicitur. Quinque autem *Minervæ* fuerunt. Prima Apollinis mater, secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt. Tertia, quam à Jove generatam supra diximus. Quarta à Jove nata & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam (alii Coryphasiam) nominant, & quadrigarum inventricem ferunt. Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. Hæc Cic. lib. 3. De N. Deorum. Quod ad nomen attinet, Arnobius quasi *Meminervam* dictam vult, eandemque *Memoriam* esse putat, lib. 3. Etymon hoc firmat quod alii *matrem* ejus *Memoriam* faciunt. Afranius apud Agellium:

Usus me genuit, mater peperit Memoria,
Sophiam vocant me Grai, vos Sapientiam.

Sed duo alia etyma adducit è Festo Paulus, his verbis. *Minerva dicta, quod benè moneat. Hæc enim pagani pro sapientiâ ponebant. Cornificius vero, quòd fingatur, pingaturque minitans armis, eandem dictam putat.* At apud Cic. aliud quoque Etymon legas secundo de N. Deorum: *Minerva*, inquit, *quæ vel minueret, vel minaretur.* Ubi cum *minuere* ait, respicere eo videtur, quod bello exhauriatur genus humanum. Minerva enim Dea bellica. Apud Isidorum quoque legas 8.2. *Minervam vocatam, quasi Deam & munus artium variarum.* Videtur ex *munus*, & *ars* & *varia* deducere. Vossius putat esse ab antiquo *minervo* pro *monco*, unde *promenervo* eapse notione in Saliari carmine, teste Festo, & inde veteribus *Menerva* dicebatur. Interim vero mirificus etymologus est Mr. Rob. Holcot in c. 8. Sap. Sal. ubi hæc legas: *In hujus figuram apud Poetas Dea Sapientiæ dicebatur Minerva, i. e. non mortalis. Min idem est quod non, Erva mortalis interpretatur. Inde Minerva qu. immortalis* quod *inconveniens ἕπτιον* merito vocat Editor, ubi etiam *Erva* in quâ linguâ *mortalis* sonet, ignorare se fatetur. Benè saltem habuit quod linguam calluit in quâ *Min.* sig. *non.* Durum esset sanè si quæ sequuntur supprimam. Subdit enim *Juxta modum quorundam loquendi vocatur Tritonia, i. e. trina notitia juxta Remigium, quia Philosophi in 3. maxime laborabant, viz. Creatore, Creatura, Anima. Vocatur etiam Pallas i. e. nova, quia Sapientia nullum senium, nullam sentit vetustatem. Invitâ*, seu *repugnante Minervâ*, idem est quod ingenio, vel natura repugnante. Horatius.

Tu nihil invitâ dices, faciesve Minervâ.

De Minerva nonnulla scribit Barthius ad finem lib. 2. Theb. Hujus ad pedes draco effingi solet. Pausanias in Atticis de hâc Deâ: Πρὸς τοῖς ποσὶν ἄσπις τε κεῖται, καὶ πλησίον τῆ δεξιτος δράκων ἕρπει. Plut. de Is. & Os. Τὸ δὲ τῆ Ἀθηνᾶς καὶ δράκοντα

θεαῖς παρέδωκε. Ibidem numerans varia animalia ſacra variis Diis, inter alia ἃ Δήμητρι καὶ Ἀθηνᾷ. Proinde apud Virg. Æn. 2.

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt: ſævæque petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibuſque Deæ, clypeique ſub orbe regiuntur.

Hinc credo dictum ab Accio in Eriphylâ:

Pallas bicorpor anguium ſpiras trahit.

Hinc *Minervale διδακτρον* præmium quod præceptoribus dabatur. Sed (notante Voſſio) non eſt tam ſalarium ipſum, quam gratuitum munuſculum quo aliquis ſe in diſciplinam tradens, novo commendabat magiſtro, unde in Gloſſis Philoxeni legas *Minervalitium* συγκλητὸν quaſi dicas *commendatitium*. Nomen, ut diximus, à *Minerva* ingeniorum præſide, cujus imago in Scholis poni ſolebat. Namque *Minerval* deſignat Juvenalis illo Sat. 10.

Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Minervam.

Minos, filius Jovis ex Europâ, ut poetæ fere omnes aſſerunt. Alii vero affirmant Xanthi regis Cretenſium filium fuiſſe, cui in regno ſucceſſit. Idem primus Cretenſibus leges dedit. Ariſt. Polit. 1. Inde *Legifer* Ovidio dictus.

Optavit Minos ſimiles ſibi Legifer annos.

Paſiphaen Solis filiam matrimonio ſibi junxit. Maxima bella geſſit adverſus Megarenſes, & Athenienſes, quòd filium ſuum Androgeum occidiſſent: atque Megaram quidem Scyllæ puellæ proditione cepit, quæ amore Minois captâ Niſum patrem fatali capillo ſpoliavit: Athenienſes autem eò neceſſitatis compulit, ut ſeptem quotannis juvenes in Cretam mittere cogerentur, Minotauro monſtro objiciendos. Dædalum quoque Athenienſem patriâ exulantem hoſpitio ſuſcepit, qui cum ingenio, artíque fabrilis peritiâ plurimum valeret, labyrinthum ei extruxit, innumeris viarum ambagibus inextricabilem, cui & Minotaurum incluſit, monſtrum ex Tauro & Paſiphae uxore ſuſceptum. Verum cum poſteà didiciſſet, Dædalum uxori ſuæ in tam nefando concubitu adjutorem ſe præbuiſſe, vaccamque ligneam fabricaſſe, cui illa incluſa tauro fuerat commiſta, ipſum unà cum Icaro filio eodem labyrintho incluſit, cumque illi alis cera conglutinatis inde evolaſſent, claſſe eos in Siciliam uſque eſt perſecutus: ubi apud Cameri-nam, ſeu Camicum urbem à filiabus Cocali regis occiſus eſt. Alii tamen à Cocalo ipſo per proditionem captum, & in thermis ſuffocatum tradunt. Ovid. in Ibin:

Vel tua maturet, ſicut Minoia fata,
Per caput infuſæ fervidus humor aquæ.

Horatius:

Et Jovis arcanis Minos admiſſus.

Unus ex inferorum Judicibus à poetis ſtatuitur. Virgilius, Æn. 6.

Quæſitor Minos urnam movit.

Prop. lib. 3.

Non tamen immerito Minos ſedet arbiter Orci.

Horatius:

Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria. ———

Claud.

Urna nec incertas verſat Minoia ſortes.

Cæterum duo Minoes erant, de quibus Voſſ. de Idololatr. l. 1. c. 14.

Minotaurus, monſtrum biforme, partim habens formam hominis, partim tauri, natum ex Paſiphae uxore Minois, quæ operâ Dædali cum tauro concubuerat, juſſu Minois Labyrintho incluſum, humanis carnibus veſcebatur. Huic quotannis Athenienſes ex præſcripto fœdere ſeptem ex ſuis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Ægei fil. Theſeus ſorte miſſus Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fugâ evaſit. Servius interpretatur Taurum fuiſſe ſcribam Minois, qui abſente rege, cum Paſiphae concubuit in domo Dædali, & quia Paſiphae eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro eſſet ſimilis, factum eſſe locum fabulæ, ut Minotaurum biforme monſtrum peperiſſe dicatur. Vide Plut. in Theſeo. Hunc Minotaurum Ovid. lib. 2. Art. vocat.

Semibovemque virum, ſemivirumque bovem.

Virgil. Æneid. 6.

Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus.
Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto
Paſiphae, miſtumque genus, proleſque biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.

Hanc fabulam quoque Catullus refert in Argonaut. Vide etiam Ovidii epiſtolam decimam, ſed imprimis Diodorum Siculum, lib. 5. cap. 13.

Minthe, à Poetis Cocyti filia puella fingitur, quam cum Proſerpina cum Plutone deprehendiſſet, in herbam ſui nominis commutavit. Nam Μίνθη Priſcis Græcis dicebatur herba quæ poſtea ab odoris ſuâvitate ἡδύοσμος appellabatur. Latini *Mentham* vocant. Ovid. Met. 10.

——— An tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas,
Perſephone, licuit? ———

Minutianus ſophiſta Athenienſis, qui artem Rhetoricam & præexercitamenta ſcripſit.

M. *Minutius* Felix, cujus Imperatoris temporibus Romæ vixerit, non ſibi ſatis liquere ait Franc. Balduinus, Proleg. ad Minuc. Fel. Octavium. Hieronymus in ſuo Catalogo, quo ſcriptores Eccleſiaſticos eo, quo vixerunt, ordine recenſere videtur, illum Origeni proximum, Cypriano priorem fuiſſe, obſcurè ſignificat. Idem vero in Epiſtolâ ad Magnum, loquens de Latinis Eccleſiæ ſcriptoribus, etſi Minucium ante Cyprianum laudet, tamen illam de Idolis orat. aſcribere Cypriano magis videtur. Sed & in apologiâ pro ſuis adverſus Jovinianum libris, primo loco Tertullianum, ſecundo Cyprianum, tertio Minucium commemorat. Sabellicus, ſed ſine teſte, affirmat eum Romæ floruiſſe, quo tempore Urbanus ibi erat Epiſc. h. eſt. temporibus Alexandri Severi Imp. Si ita eſſet, Minucius antiquior Cypriano, æqualis Tertulliano, adeoque Juriſconſultis Ulpiano & Paulo foret. *Minuciam* vero gentem olim Romæ nobilem fuiſſe ſatis conſtat; in quâ quatuor Conſules *Minucii Augurini* intra annos quadraginta numerari poſſunt. Sed & *Minucios Rufos*, & *Minucios Thermos* in Faſtis Conſularibus legas. Denique & *Minuctus Fundanus* Aſiæ Præſes fuit illuſtris, ad quem Adrianus Imp. non iniquam de Chriſtianis legem miſit: ut jam nihil dicam de eo, cujus in Epp. mem. Plinius, vel quem Julianus J. C. laudat, cujus ad *Minucium Natalem* libri de Jure civili laudantur. His vero omnibus unus *Minucius Felix*, etſi non fuerit ejuſdem aut gentis, aut familiæ, facile antetponendus eſt, ætate quidem poſterior, doctrinâ tamen, virtute, & (quod primo loco numerandum eſt) pietate multo ſuperior. Fuit enim non modo Juriſconſultus magnus, & excellens ſuo tempore Orator, ſed (quod majus eſt) fuit ſeriò Chriſtianus. Luculentum teſtimonium de hoc ſcriptore profert Lactantius, lib. 5. cap. 1. *Minucius Felix non ignobilis inter cauſidicos loci fuit. Hujus liber, cui* Octavio *titulus eſt declarat, quam idoneus veritatis aſſertor eſſe potuiſſet, ſi ſe totum ad id ſtudium contuliſſet.* Sed & Hieronymus ad Magnum: *Minucius Felix cauſidicus Romani fori, in libro, cui titulus* Octavius *eſt, & in altero* contra Mathematicos, *ſi tamen inſcriptio non mentitur auctorem, quid gentilium ſcripturarum dimiſit intactum?* Juniorem quidem, ſed fere æquævum Tertulliano credit Joan. à Woweren. Scaligeri quoque verba apponam: *Æqualem Tertulliano*, inquit, *Minucium fuiſſe, ſemper mihi perſuaſi, & quæ in utroque ſcriptore totidem verbis perſcripta extant, uter ab altero mutuatus ſit dubio. Sub Heliogabalo ambos ſcripſiſſe veriſimile eſt.* Hæc ille.

Minutius Augurinus, Trib. pl. qui Sp. Melium regnum Romæ affectantem reum peregit. Huic quòd farris pretium trinis nundinis ad eam vilitatem redigiſſet, ut aſſe modius væniret, tanto à plebe eſt habitus honore, ut collata in capita ſtipe unciariâ, ænea ei ſtatua extra portam Trigeminam fuerit collocata. Plin. 34. 5.

Miſcellus, vir fuit cui redditam ferunt ſortem ex adytis; Conditurum eum urbem ubi in ſerenitate ipſum excepiſſet pluvia. Id nunquam futurum conjectatum ab eo, ob rei abſurditatem. Cum tamen in Italiam appuliſſet, & maxima eventûs fluctuaret incertitudine, aſſedit illi pellex uberius flens, mœſtaque. Quod conſpicatus Miſcellus, finem habere oraculum ſuſpicatus, civitatem (Crotonem) condere adortus eſt. Cæl. Rhod. 12. 4. Cæterum varie ſcriptum hoc nomen apud auctores invenias. *Mycilus*, *Miſſilus*, *Mirſilus* & *Micilos*. Heinſius in Met. 15. legit *Myſcelos*. Μύσκελος eſt Dionyſio Halic. lib. 2. Suidæ, Ariſtophanis Scholiaſtæ, ac Chronici Alexandrini authori. Straboni nunc Μύσκελος, nunc Μύσκελλος. Μύσκελλος Zenobio in Adagio.

Δῶρον δ' ἦν δοῦναι ἐπαινεῖ.

Μύσκελλος vero dicitur Marciano Heracleotæ, & Scholiaſtæ Dionyſii Alexandrini, Μυσκέλλος Stephano in Συρακοῦσαι. Solino *Myſcellus*.

Miſenus, Æoli fil. Hectoris tubicen in ciendis militum animis præſtantiſſimus. Virg. Æn. 9.

Miſenum Æoliden, quo non præſtantior alter
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Quo mortuo ſecutus eſt Æneam in Italiam. Hic cum deos marinos ad tubæ certamen provocaret, à Tritone ſubmerſus eſt: ſed poſtea ab Æneâ inventus, ab eo in monte quodam Italiæ ſepultus eſt, qui deinde *Miſenus* vocari cœpit. Erat autem in Campaniâ, non procul à Cumis. Virg. lib. 6.

Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur ———

Pomponius, 2. 4. *Miſenum id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen.* Prop. 3. 18.

Quà jacet & Trojæ tubicen Miſenus arenâ.

Miſtyllus,

Miſtyllus, coci nomen, in quem jocatus eſt Martialis, lib. 1. ep. 51.

Si tibi Miſtyllus cocus Æmiliane, vocatur :
Dicetur quare non Taratalla mihi ?

Ex Hom. Iliad. α. verſ. 465.

Μίσυλλόν τ' ἄρερ τ' ἄλλα, κἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν.

Mithæcus, viri proprium, de quo Plato in Gorgiâ : Θεαγενὴς ὁ ἀθλητὴς καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ἰατρικὴν συγγεγραφὼς ἢ Σικελικῶν, Them. Orat. 1. Καὶ πρόσωπον Ἀγαμέμνονος ὑποκρινεῖ Μίθαικός τις ὢν ἔνδοξον ἢ Θαλείαν. De *Mithæco* etiam mentio eſt apud Max. Tyr. Diſſert. 7. ubi à Spartanis ad quos ſeſe contulerat urbe pulſum aſſerit. Suidas Grammaticum eundem vocat.

Mithra, Perſis dicitur Sol. Strabo lib. 15. Τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον, ὃν Μίθρην καλοῦσι. Plut. in lib. de Iſide & Oſiride poſt relatam eorum ſententiam, qui duos eſſe Deos credebant, quaſi adverſarios & ἀντιπάλους, quorum alter Bonæ, alter Malæ operaretur, illumque Deum, hunc Dæmonem appellabant : idem & ſenſiſſe Zoroaſtrem ait, qui ὀνομάζει δὲ μὲν (viz. Bonum Genium) Ὡρομάζην, ſeu Ὡρομάσδην, δὲ θάτερον (ſc. Malum Genium) Ἀρειμάνιον, μέσον δ' ἀμφοῖν δὲ Μίθρην εἶδε. Διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι δὲ μεσίτην ὀνομάζουσιν. Heſychius : Μίθρης ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης ὁ φωστὴρ ἐν Πέρσαις θεός. A מיתר *mithar* Perſico deduci videtur, quod ſignificat *Major*. Et quamvis ſit gradus comparativi, Perſis tamen abſolutè dicitur, cujus generis exempla ſunt in eâ linguâ quamplurima. Hujus poſitivum eſt מה *Mai*. Unde lucem præbeamus Heſychio : Μαὶ μέγα, Ἰνδοί. Perſas intelligit, quod nec ſemel apud eum reperies. Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apul. lib. ult. *Ipſumque Mithram illum ſuum ſacerdotem præcipuum ſacrorum miniſtrum decernit.* Vide Lactantium Statii Scholiaſten in illud Theb. lib. 1. in fine.

——Seu Perſei ſub rupibus antri
Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.

Vide etiam Bernartium & Barthium ibidem. Hinc *Mithriaca ſacra*, de quibus Lampridius in Commodo. Claud. lib. 1. de laud. Stilichonis.

——Rex ipſe micantem
Inclinat dextrâ pateram, ſecretaque Beli,
Et vaga teſtatur volventem ſidera Mithram.

Mithridates, rex Ponti, vi tantâ & animi, & corporis, ut 6 juges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Primus autem *Mithridates* ex genere fuit ſeptem illorum Perſarum, qui Magis imperium abſtulere. Huic inimicus fuit Antigonus rex Syriæ, expulitque eum in Cappadociam, ubi poſtea regnavit, regnumque per manus filiis tradidit, illique à ſe genitis continuâ ſerie uſque ad ſextum nepotem, de quo jam ſermo. Nicomedem Bithyniâ, Ariobarzanem Cappadociâ expulit. Græciam, inſulaſque omnes, exceptâ Rhodo, occupavit. Cives Romanos totâ Aſiâ negotiantes nocte unâ occidendos curavit. Qu. Oppium proconſulem & Apuleium legatum in vincula conjecit : Sed à Syllâ apud Dardanum fuſus, cum L. Lucullo apud Cyzicum congreſſus tantâ ſuorum clade ſuperatus eſt, ut rebus ſuis diffidens, ad Tigranem Armeniæ regem confugerit : cujus ope cum bellum inſtauraſſet, à Pompeio omnibus prorſus viribus eſt exutus, tandemque à Pharnace in regiâ obſeſſus veneno vitam abrumpere tentavit. Verum cum eâ viâ parum proficeret, quòd corpus multis antea antidotis adverſus venena firmaviſſet (unde Mart. 5. 77.)

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſint ſæva nocere ſibi.

Vide Plin. 25. 2. & Gell. 17. 16.) immiſſum percuſſorem Gallum, authoritate vultûs ejus territum revocavit, & in cædem ſuam manum trepidantis adjuvit. Hic *Mithridates* maximæ crudelitatis arguitur. Nam Laodicem conjugem, & ſororem, præterea matrem, fratremque ac tres filios impuberes, totidemque filias interfecit. Ab hoc Mithridate, Mithridaticum antidotum appellatum volunt. Quintus Serenus Sammonicus :

Antidotus vero multis Mithridatica fertur
Conſociata modis. Sed magnus ſcrinia regis
Cum raperet victor, vilem deprehendit in illis
Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina riſit.
Bis denum rutæ folium, ſalis & breve granum,
Fuglandeſque duas terno cum corpore ficus :
Hæc oriente die modico conſperſa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quæ pocula mater.

Mithridates alius Bruti epiſtolas collegit, quæ impreſſæ ſunt ab Aldo. Item filius Gazabar. 1 Eſdr. 1. Alius Parthorum rex Olymp. 129. Alius rex Pergami. Olymp. 183. Alius item Parthorum rex. Olymp. 203. Alius Armeniæ rex. Olymp. 206.

Mitys, vir quidam, cujus ſtatua eum à quo interfectus fuerat Mitys, collapſa oppreſſit. Ariſt. c. 10. De Poetica.

Mnaſeas, ſcripſit libros de Libyâ. Heſychius in Βαρκαίοις ὄχοις. Erant autem tres ejuſdem nominis hiſtorici, Berytius, Colophonius, & Patrenſis, de quibus vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 21.

Mnaſon, Elatenſium tyrannus, qui pro duodecim Diis dedit Aſclepiodoro pictori in ſingulos minas trecentas, ac Theomneſto in ſingulas heroinas minas centum. Plin. 35. 16. Item nomen veteris diſcipuli cujuſdam, prout vocatur Act. Apoſt. cap. 21. verſ. 16.

Mnemoſyne, nympha Pieria, quæ Jovi nomen Muſas peperit. Heſiod. in Theog. Latinè *Memoriam* interpretari poſſumus, quam ideo Muſarum matrem fingunt poetæ, quod omnium ſcientiarum theſaurus memoriæ beneficio acquiratur, & conſervetur.

Mneſimachus, poeta Comicus cujus tres fabulæ enumerantur à Suidâ. Vide Voſſ. de Poetis Græcis. Alius eſt ab eo *Mneſimachus* ὁ Φασηλίτης, qui ἐν Διακόσμοις citatur ab Apollonii Schol. lib. 4. Ejus lib. 1. idem citat in lib. 2. ac eopſe libro ex illo tradit *Hamadryades* ita dici διὰ τὸ ἅμα τῇ δρυὶ γεννᾶσθαι.

Mneſtheus, nomen proprium viri Trojani, qui ab Aſſaraco rege oriundus fuit. Virg. Æn. 12.

Et genus Aſſaraci Mneſtheus.

Nonnunquam vero metri causâ additur *e* poſt *m*. Virg. Æn. 10.

Nec Clytio genitore minor, nec fratre Mneſtheo.

Nec aliter poteſt ſtare verſus, ut annotavit Servius. Item Pelei filius 11 Athenienſium rex, an. ante U. C. 450.

Mnevis, bos Soli ſacer, quem Heliopolitæ pro Deo colebant, in ſepto eum nutrientes. Strab. lib. 17. Suidas. Vide Voſſ. de Theolog. Gentili lib. 1. cap. 29.

Moab, filius Loth ex filiâ ſuâ majore, Gen. 19. A quo urbs Arabiæ (quæ aliàs, ut Euſebius refert, *Areopolis* dicitur) & regio nomen acceperunt. Iſa. 11. Eſt & regnum filiorum Loth ad orientem Judææ ſitum, proximum mari mortuo, & Jordani. Eſt præterea nomen regis. 1 Reg. 12. Heſychius : Μωὰβ, λέβης ἢ ἐλπὶς ὅλων ἐθνῶν τὸ σύστημα διὰ τὴν Μωὰβ θεογονείας αἰνίττεται· θυσία ἀλληθινὴ τῷ πνεῖ τῷ θείῳ πνεύματι θεμιανοῦσθαι.

Moaphernes, matris Strabonis Geographi patruus. Strabo ipſe lib. 12. Ὠλὲ δὴ Μοαφέρνης ὁ θεῖος ἢ μητρὸς ἡμῶν.

Mochus, Phœnix, Phœniciâ linguâ res patrias conſignavit, cujus meminit Athen. lib. 3. Videtur Voſſius de Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 390.

Mœragenes, quatuòr libros de Apollonio edidit. Iis fidem habendam negat Philoſtratus lib. 1. cap. 4. Meminit & Tzetzes Chil. 2. Hiſt. 60.

Moloch, idolum Ammonitarum, cui filios ſuos immolabant Iſraelitæ. 4 Reg. 24. Act. 7. dicitur & *Milchom*, de quo videndus Voſſius de Theol. Gent. lib. 2. cap. 5.

Molorchus, paſtor ſeniculus in agro Cleonæo, qui Herculem illac iter facientem comiter hoſpitio accepit. Cujus beneficii gratiam, ut hoſpiti ſuo rependeret Hercules, Leonem Nemeæum interfecit, qui circumjacentem regionem latiſſimè devaſtabat. Huic ſeni ſacra ſolennia inſtituta, quæ *Molorchea* dicebantur. Virg. Georg. 3.

Cuncta mihi Alpheum linquens lucoſque Molorchi
Curſibus, & crudo decernet Græcia cæſtu.

Tibull. lib. 4. ad Meſſalam :

Quin etiam Alcides Deus aſcenſurus Olympum
Læta Molorchæis poſuit veſtigia tectis.

Vide ſis illic Paſſeratium. Stat. Sylv. 3. 1.

Non te Lerna nocens, nec pauperis arva Molorchi.

Idem 4. 6.

——Parci domus admirata Molorchi.

Mart. 9. 44.

Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi.

Idem 4. 64.

Jam non invida, tamque liberalis,
Tam comi patet hoſpitalitate
Credas Alcinoi pios penates
Aut facti modo divitis Molorchi.

Papin. Theb. 4.

——Et quas in prælia vires
Sacra Ceonæi cogunt vineta Molorchi.

Nonnus lib. 17.

Τὸν δίχθα δείπνον ἄδειπνον ἀδαιτρεύτοιο τραπέζης
Οἷα Κλεωναίοιο φατίζει ἀμφὶ Μολόρχῳ
Κεῖνα τά περ αὐγάσαντι Λεοντοφόνῳ δι' ἀγῶνας
Ὠπασιν Ἡρακλῆι.——

Apollod. lib. 2. de Hercule : Καὶ ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χειμάρρῳ Μολόρχῳ.

Moloſſus, pes dictus eſt ab ejus patriæ ſaltatione, vel quòd eo metri genere odas in templo Jovis ad laudem canere conſueverint ad memoriam Moloſſi filii Pyrrhi, & Andromaches,

vel, ut alii volunt, quòd *Molossi*, i. e. Theſſali ad bellum procedentes, hujus modulatâ compoſitione utebantur, conſtat autem tribus longis ut *Æneas*.

Molpis Lacon, de Republicâ Lacedæmoniorum ſcripſit. Athen. lib. 4.

Moly, Græcè Μῶλυ, *herbarum laudatiſſima*, teſte Plin. 24. 4. ſed ignota. Homerus à Mercurio monſtratam eam ſcribit contra veneficia Circes, Odyſ. 10.

Ὡς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης,
Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτῆς ἔδειξεν.
Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἴκελον ἄνθος·
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, &c.

Ovid. Met. 14.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant ſuperi; nigrâ radice tenetur.

Momus, Deus quidam à poetis fingitur. Nocte matre, ut inquit Heſiodus, ac Somno patre progenitus: cujus naturæ proprium eſſe ferunt, ipſum quidem nihil operis edere ſed aliorum Deorum opera curioſis oculis contemplari, & ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſummâ cum libertate carpere, unde & nomen accepit. Nam Μῶμος Græcè *reprehenſionem* ſonat. Vide de eo fabulam apud Lucianum Dialogo de ſectis, & Proverbium *Momo ſatisfacere*. In hominis opificio illud potiſſimum notavit, quòd artifex non in pectore feneſtras, aut oſtiola quædam addidiſſet, per quæ perſpici, quid in corde lateret, poſſet, quod ſinuoſum multis alioqui receſſibus finxiſſet. Vitruvius vero præfat. lib. 3. id ipſi Socrati tribuit.

Monachus, Solitarius Latinè dicitur ἀπὸ τῦ μονάζειν. Eleganter Rutilius Numatianus Itinerarii lib. 1.

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit,
Squalet lucifugis inſula tota viris;
Ipſi ſe monachos Graio cognomine dicunt,
Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.

Hieronymus ad Paulinum: *Sin autem cupis eſſe quod diceris Monachus, id eſt ſolus, quid facis in urbibus? quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum.* Habitarunt enim principio Monachi non in urbibus, ſed in locis deſertis procul à converſatione hominum. Progreſſu vero temporis in urbes commigrarunt. Primus in occidente monaſteria in civitatibus condidiſſe dicitur Euſebius Vercellenſ. Epiſc. An. Dom. 360. Baſilius in Oriente, A. D. 370. Vide Ambroſ. Ep. 62. Æn. Sylv.

Non audet Stygius Pluto tentare quod audet
Effrænis monachus, plenaque fraudis anus.

Vide Rod. Hoſpinianum de Origine ac progreſſu Monachatûs: Tiguri 1588.

Moneta, Junonis cognomentum apud Rom. à *monendo* impoſitum, Cic. 1. de Divin. *Nam cum urbs maximo terræ motu concuteretur, nec quiſquam noſſet quâ victimâ id mali poſſet expiari, vox ex Junonis templo audita eſt, quæ ſacerdotes monuit ſue gravidâ terræ motum eſſe procurandum.* Plut. Liv. Suidas Μονήτα ἡ Ἥρα.

Monica, mater D. Auguſtini, cujus vitæ ſanctimoniam & ipſe D. Auguſtinus & Maphæus Vegius Laudenſis vates literis mandaverunt.

Monothelitæ, hæretici quidam, qui duas in Chriſto voluntates negabant, divinam ſcilicet & humanam, quum tamen res aliter ſe habeat. Princeps ſectæ fuit Sergius Præſul Conſtantinopolitanus.

Montanus Julius, poeta hexametro & elegiaco pollens carmine. Ovid. Ponticorum ultimo:

Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

Tolerabilem Poetam vocat Sen. Ep. 122. Sen. vero pater de eodem Contr. 1. 7. *Montanus Julius qui comis fuit, quique egregius Poeta.* Vide Voſſ. de Poet. Lat. pag. 36. Item Curtius *Montanus* Orator ſub Veſpaſiano, quem & carmina ſcripſiſſe docent illa Taciti. *Num Montanum deteſtanda carmina factitantem eludere impune ſinerent?* ac poſt pauca. *Indignum, Montanum, probe viventem, extorrem agi quia famoſi carminis protulerit ingenium.* Meminit quoque lib. 4. Hiſt. Extat quoque ad eum epiſtola Plinii lib. 7. de monumento Pallantis liberti. Juv. Sat. 4.

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus.

Montanus, hæreticus quidam, An. Dom. 173. Euſeb. 5. 16. Alius item hæreticus, An. Dom. 254. à quo *Montani*, qui & *Cathari*. Euſeb. 6. 34.

Monychus, Centaurorum fortiſſimus, corporis robore in tantum pollens, ut vel proceriſſimas arbores humo evelleret. Hoc autem proprium equorum eſt epitheton, qui unicâ, eâque ſolidâ ungulâ pedes habent calceatos. Quo fit ut & Centauris tribuatur, quibus poetarum fabulæ equinos pedes tribuerunt. Val. Flaccus:

Fert gravis invito victorem Neſtora tergo
Monychus.——

Juv. Sat. 1.

——*Quantas jaculetur Monychus ornos.*

Et ante utroſque Lucanus:

Aſperaque Pholoes frangentem Monyche ſaxa.

Monyma, Mithridatis uxor, quæ in deſperatione rerum profligatarum detractum è capite diadema, illud collo circumligaſſe traditur, ſeſeque ſuſpendiſſe, & cum corporis pondere laqueus ille direptus eſſet, dixiſſe, *Execrandum diadema, neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti*; moxque eum ſæpe illud humi abjectum inſputaſſet, Eunucho regio jugulandam ſeſe obtuliſſe. Plut. in Lucullo.

Monymus, Corinthii cujuſdam trapezitæ ſervus, qui cum philoſophiæ amore teneretur, cuperetque maximè operam dare Diogeni, neque tamen hoc à domino poſſit impetrare, ſimulatâ inſania monetam cœpit ſpargere, eoque modo dimiſſus ad philoſophiam ſe convertit, Diogenemque ſecutus eſt. Diog. Laert.

Mopſus, Deus Cilicum cui divinos honores exhibebant, ut eſt apud Origenem lib. 3. contra Celſum; & ante eum ita Tertullianus de Animâ, cap. 46. *Nam & oraculis hoc genus ſtipatus eſt orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Mopſi in Ciliciâ, &c.* Sed quis *Mopſus* iſte fuerit, quæri video. Tres vulgò *Mopſos* imprimis celebrant, imò totidem à Strabone in nono referri annotavit Andreas Schottus ad Melæ lib. 1. c. 27. nempe iſthie legas, *Mopſium* Pelaſgitidis in Theſſaliâ urbem ſic dici, non à *Mopſo* vate Tireſiæ Thebani filio, ſed à *Mopſo* Lapithâ Argonautarum uno: ac deinde in codicibus vulgatis edi ſolet Ἄλλος δ' ὅτι Μόψος ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. Et ſane à *Mopſo*, *Mopſopiam* dici ſententia Stephani eſt in Μοψοι, qui ſimiliter apud Strabonem legiſſe videtur, quin idem etymon extat apud Euſt. in Dionyſ. Verum obſtat quod à *Mopſo* eſſet *Mopſia*. Recte igitur Caſauboniana Strabonis editio pro Μόψος habet Μόψοπος, unde ἀναλόγως eſt Μοψοπία, uti & à Μόψος quomodo idem vocatur Callimacho apud Steph. in Μοψοπία. Quare non dubium quin Mopſus ille, cujus oraculum in Ciliciâ erat, vel Thebani Tireſiæ filius fuerit, vel Argonautarum unus. Poſterius cenſet Pamelius ad allatum Tertulliani locum. Fuit is Ampyci filius, unde *Ampycides* dicitur Apollonio in quarto, & Ovid. Met. 12. Vatem autem hunc fuiſſe clare & Apollonius, & Val. Flaccus teſtantur, quanquam veriſimilius ſit oraculum illud Mopſi in Ciliciâ non fuiſſe Argonautæ Theſſali, ſed Tireſiæ filii, aut nepotis. Siquidem Mopſus vates, cujus in Ciliciâ oraculum, non Argonauticis vixit temporibus, ſed belli Trojani, uti conſtat ex Strab. lib. 14. Jam vero Argonautica expeditio generatione integrâ bellum Trojanum anteceſſit. Hic *Mopſus* etiam fuit à quo in Ciliciâ *Mopſi focus*, *lares*, ſive *domus*. Græce Μοψεσία. B. Hieronymus *Mopſi viculum* appellat. Μόψου ἐσίαν vocat Strabo lib. 14. Cicero ſcribens ad Appianum Pulchrum: *De noſtris rebus quod ſcire vis: Tarſo Nonis Octobribus Amanum verſus profecti ſumus. Hæc ſcripſi poſtridie ejus diei, cum caſtra haberem in agro Mopſuheſtiæ.* Locus celebris mortuo illic Conſtantio Imp. & epiſcopatu Theodori Mopſueſteni, viri à Baſilio, Chryſoſtomo, Cyrillo laudati, ſed poſt exortum dogma Neſtorianum ab eodem Cyrillo & Eccleſiâ damnati. Etiam hunc *Mopſum* intelligo apud Pomp. Melam. lib. 1. cap. 14. cum ſcribit; *Trans eoſdem mons Sardemiſos, & Phaſelis à Mopſo condita, finis Pamphyliæ.* Interea & Mopſus Argonauta ſuum habuiſſe oraculum videtur, idque in Africâ proprie dictâ (interjecta nempe inter Cyrenen, & Mauritaniam.) Apuleius de Deo Socratis: *Pro numine poſtea ab hominibus culti in Bœotiâ Amphiaraus, in Africâ Mopſus, in Ægypto Oſiris.* De hoc *Mopſo* apud Statium Theb. 3. ſic ipſe Amphiaraus:

——*Nec me ventura locuto*
Sæpius in dubiis auditus Iaſone Mopſus.

Ubi ſic Lactantius, ſive Lutatius interpres. *In tantum magnus fuit Mopſus in augurali peritiâ, ut poſt mortem templa ei dicata ſint, à quorum adytis ſæpe homines reſponſa accipiunt.* Quibus cultus fuerit locis, non addit, ſed de Africâ credere debemus Apuleio homini Afro, addo, & Mago, eoque oraculorum callentiſſimo. Proque hoc etiam facere videtur Seneca in Medeæ Choro, ubi legas.

Idmonem, quamvis bene fata noſſet,
Condidit ſerpens: Libycis arenis
Omnibus verax, ſibi fallſus uni,
Concidit Mopſus, caruitque Thebis.

Quanquam eo de loco non magnopere contenderim, gnarus quam variè eum diſtinguunt viri doctiſſimi, ſed iſta quam poſui ſententia maximè convenit menti Apuleii, & favet Ammianus lib. 14. ubi quidem Argonautam Mopſum in Ciliciâ cultum, at rectè eum in Africâ mortuum tradit. Ad quem locum ſic vir Magnus: Hic ſine dubio fallitur Marcellinus,

qui

qui duos Mopsos inter se confundit: Mopsum scilicet Mantus & Apollinis filium cum altero Mopso Ampyci filio, & Chloridis Orchomeni filiâ. Prior Argivus, alter Titaresius, seu Titaronius fuit, qui locus est in Thessaliâ. Et hic Argonautarum comes fuit ut canit Apollod. Rhod. lib. 1.

Ἦλυθε δ' αὖ Μόψος Τιτηρήσιος, ὃν ποτε πάντων
Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας ἀνθρώπων.

De quo etiam Hesiodus in hoc versu:

Μόψον τ' Ἀμπυκίδαο Τιτηρήσιον, ὄζον Ἄρηος.

Uterque porro vates fuit teste Strab. lib. 9. Sed Mopsuestiam non hic Thessalus Mopsus, verum alter ille Argivus condidit, qui post Trojæ excidium una cum Amphilocho in Ciliciam profectus, Mallum & alios urbes in orâ Ciliciæ condidit ut scribit Strabo lib. 14. Et Euphorion Poeta apud Schol. Lyco. pag. 78. Cic. lib. 1. de Divin. *Amphilochus & Mopsus Argivorum Reges fuerunt, sed iidem Augures, iique urbes in orâ maritimâ Ciliciæ Græcas condiderunt:* Unde & Mopsi oraculum in Ciliciâ fuisse dicitur à Tertulliano lib. de Animâ. Idem postea: De Mopso Lapithâ Ampyci filio Argonautarum comite id verissimum est, non de illo Mopsuestiæ conditore. Apollon. lib. 1. Argon.

——— Αἶσα γὰρ ἦσαν
Αὐτὸν ὅμως, Μόψον τε δαήμονα μαντοσυνάων
Πλαζόμενοι λιβύης ἐνὶ πείρασι δινωθῆναι.

Et lib. 4. eum à Serpente percussum in Africa periisse memorat, atque ibidem sepultum, Lycophron in Cassandrâ, in Pentapoli juxta urbem Teuchira humatum perhibet his versibus:

Ἄλλος δὲ Σῦρις, οἵ τε τεύχειραν πόλιν
Μύρμηκας αἰάζουσιν ἐμβεβεασμένους.
Μόψου παραίνεσιν ἔνθα ναυβάτου
Θανόντα δαρχόσαντο.

Idque confirmat Clemens Alex. lib. 1. Strom. Quod si ita est male hic Africæ littus & cespitem Punicum posuit Marcellinus. Videsis quæ sequuntur.

Morges, in Italiâ regnavit sub annum mundi 2349. Italo regi successit, & ab eo *Morgetes* dicti qui prius Oenotri. Porro & Morgetes & Siculos ex Italiâ in Siciliam trajecisse etiam ex Thucyd. & Diodoro notum est.

Morpheus, Somni minister, qui, ut in fabulis est, jussu domini quoscunque vultus hominum fingit, verba ipsa, mores item, & gestus imitans. Ovid. Met. 11.

Excitat artificem formatoremque figuræ
Morphea. ———

Morpho, apud Lacedæmonios Venus dicta ἀπὸ τῆ μορφῆς, id est, *à formâ*. Hujus simulachro Tyndarus pedicas imposuit, non quod Venerem vinxerit, ut Deæ in filias opprobria ulciscereturque, quod nonnulli putarunt: sed ut per illas denotaret, mulieres domi manere debere maritorum dicto audientes.

Morta, una ex Parcis, quòd qui nascuntur ante tempus, vel post tempus quasi monstra habeantur. Gell. 3. 16. Cæsellius autem Vindex in Lectionibus suis antiquis, *Tria*, inquit, *Nomina Parcarum sunt, Nona, Decima, Morta:* & versum hunc Livii antiquissimi poetæ in Odysseâ.

Quando dies adveniet, quem profata Morta est?

Sed homo minimè malus Cæsellius *Mortam* quasi nomen accepit, cum accipere quasi *μοῖραν* deberet. Hæc ille. Etsi vero Natura à nullo æque abhorret ac à morte, tamen & illi apud poetas in Numinibus est locus. Unde Virg. lib. 11.

Multa boum circa mactantur corpora Morti.

Ubi Servius annotat, & Mortem esse Deam, memoratam quoque Lucano, Statioque, hujus esse,

In scopulis Mors sæva sedet.

Ita est apud Servium, sed apud ipsum Statium:

In speculâ Mors atra sedet.

Illius autem:

——— *Ipsamque vocatam*
Quam notat à nobis Mortem tibi coge fateri.

Illi Lacedæmonii templa dedicarunt, auctore Plut. in Cleomene Θανάτῳ ἱερὸν, ait ille. Pausan. etiam simulachri cujusdam meminit, quod erectum fuit Ὑπνῳ καὶ Θανάτῳ. Sed & in Orphei Initiis habes hymnum Morti, cui manna thuris sacrificatum. Est autem Numen hoc implacabile, cùm eam effugere liceat nemini. Itaque nulla ei fuit ara instituta, exceptâ unâ apud Gaditanos, uti testis est Eust. in Iliad. 9. & in Dionys. Perieg. Meminit vero Ælianus in Var. Hist. Vide Barth. ad Stat. Theb. 4. p. 1141.

Tho. *Morus* Anglus Londinensis, circa an. 1513. quo tempore vicecomes erat civitatis Londinensis, consignavit historiam Richardi 3. Angliæ Regis, quam ad umbilicum neutiquam perduxit. Vir fuit omnino facetus & eruditus, quicquid in suo Antimoro dicat Germanus Brixius. Vide Hist. Univers. Oxon. lib. 2. p. 358. Lud. Viv. in Aug. de C. D. 2. 7. Cujus laudes obiter atque aliud agentem attingere penè sit nefas. Grandibus enim voluminibus vix adhuc totæ queunt explicari. Quis enim de illius ingenii acumine, de judicii acrimoniâ, de varietate eruditionis, atque præstantiâ, de facundâ linguæ elegantiâ, de suavitate morum ac probitate: in providendis rebus consilio, in exequendis dexteritate, in omnibus moderatione, integritate, æquitate, fide, satis pro dignitate dixerit? nisi uno verbo summa, perfecta, undique absoluta suis omnibus consummata numeris dixerit: nisi id, quod res est, exemplaria, specimina sui quodque generi affirmavit? Magna loquor & mirabuntur qui Morum non norunt: sed sciunt vera me loqui qui norunt, qui libros legerint, qui actus vel legerint, vel audiverint, fidem facillime habebunt. Cæterum in hujus viri laudibus velut in latissimo pelago erit aliud tempus, quo liceat vela pandere & nos totos prosperrimæ auræ committere scribereque tum multa, tum maxima, idque secundis lectoribus. *Britannorum doctissimum* vocat Scævola Sammarthanus in elogiis Gallorum vitâ illustrium. Præclare etiam de eo judicat Lilius Gyraldus. Objectat quidem non pauca Brixius, quæ eum fugerint, pleraque sane minuta. Sed quis ea non condonet lubens viro omni pene vitâ publicis muneribus distento, tandemque per varios gradus ad cancellarii munus evecto? Unde sic de eo Erasmus in Ciceroniano suo *Fateor ingenium felicissime natum*, & quod nihil non potuisset efficere, si totum his studiis vacare licuisset. Cæterum illo puero vix tenuis odor literaturæ melioris demigrarat in Angliam, deinde parentum auctoritas ad leges ejus gentis discendas adegit; mox in causis agendis exercitatus, hinc ad Reip. munia vocatus: vix succisivis horis respicere potuit ad eloquentiæ studia. Tandem in Regiam pertractus & regni regiorumque negotiorum undis immersus magis amare potest studia quam colere, &c. Hic dum Regis sui Hen. 8. consiliis adversari non dubitat, in carcerem conjectus, & postquam in proposito persisteret, secuti percussus fuit A. D. 1535.

Morychus, cognomen Bacchi apud Siculos, cujus faciem vindemiæ tempore musto, & recentibus ficis oblinere consueverunt. Item Tragicus quidam poeta ab Aristophane derisus. Erasmus in Proverbio *Morycho stultior.*

Moschus, Grammaticus, & poeta Syracusanus Bucolicus, quem Aristarcho fuisse familiarem scribit Suidas. Floruit sub Ptolemæo Physcone.

Moses, nomen inclyti Judæorum ducis, qui scriptor fuit primæ, & antiquissimæ historiæ mundi, & Ecclesiæ à primâ orbis creatione usque ad annum 2493. Estque scriptorum omnium tam sacrorum, quam profanorum antiquissimus. Nam Pherecydes Syrus, quem Plin. primum prosam orationem condidisse scribit, posterior Mose fuit, ut ostendit Euseb. lib. 11. De Præp. Evangel. Literas eum invenisse, Judæisque tradidisse idem author est lib. 8. & 10. quas tamen Philo ad Abrahamum refert. Mortuus est Moyses in monte Abarim, & non apparuit, nec inventum est ejus corpus, quod sepelivit Dominus Angelorum ministerio, quod ideo factum esse autumant Hebræi, ne eum ipsi pro Deo colerent, quia proni ad idololatriam erant. Comestor in cap. 34. Deut. Atqui non apparet Judæos tunc temporis adeo Idololatriæ deditos fuisse, ut homines mortuos colerent. Et cum Michael Archangelus à Juda Apostolo introducitur πρὸ διαβόλῳ διακενόμενος περὶ τῆ Μωσέως σώματος, de Ecclesia Judæorum intelligi potest, quæ eadem ratione *Corpus Moysis* dici queat, quâ Ecclesia Christiana *Corpus Christi* vocatur, 1 Cor. 12. 20. Vide D. Hammondum in locum. Hebraicè משה i. e. *attractus*, vel *assumptus* sc. de aquis, Exod. 2. ut non sit audiendus Fla. Josephus, qui eo quòd Græcè Μωϋσῆς dicitur, credit esse ex Syriaco Μῶ *aqua*, & ὑσῆς *servatus*, quod ab הושע Quanquam Clemens Alex. in primo Strom. ait Μωϋσῆς esse ex eo quòd ὕδωρ μῶυ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. De quo & illustris locus est apud Hipparchum περὶ τῆ Διδύμης ζωδίων, ubi differens cur signo quod proximum est ab Ariete, Tauro sit nomen datum, de Nilo addit ista. Περὶ τὸ Ταύρου φωνλιὸ τὸ ὕδωρ μῶς οἱ Αἰγύπτιοι, ὡς διλοτικὸν ὑδάτων, ἐκάλεσε. Μῶς γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ὕδωρ σημαίνει. Sanè hodieque Germanis *Moja* fluvii nomen; non quidem ab Ægyptiis, sed ut puto, à communi origine linguæ deperditæ. A Μῶ etiam fuerit *Monius* quomodo ab Ægyptiis dictum ait Abenesra. Imo in quibusdam Orphei versibus dicitur ὑδατογλυὴς, h. e. ὑδατογλυφὴς, quasi dicas *Aquigena*. Imo & vestigium nominis *Mosis* in sacris Liberi supersunt. Nam Orpheus in Hymnis, sive potius initiis *Liberum* vocat Μισῆα quod à vero nomine unicâ aberrat vocali. Nec obstat Μίσῆα ibidem dicat ἄῤῥητον ἄνασσαν *Indictam Reginam*; Nam Dionysius juxta Orpheum, sexum habuit utrumque. Imo Alex. Polyhistor tradit mulierem fuisse nomine *Moso*, quæ leges tulerit Judæis. Vide Voss. de Idol. lib. 1. cap. 30. Salmasius autem Ep. 60. *Mosis* etymon plane Ægyptiacum esse putat, & ad verbum sonat, inquit, ἀναλημφθεὶς ἐξ ὕδατος, ut vetus poeta apud Eusebium auctor est, h. e. Μωυσῆ. Μῶ enim

in

in illâ linguâ *aquam* significat *& assumere*. Moses hic, Act. 7. dicitur ἀστεῖος τῷ θεῷ. Est autem Græcis ἀστεῖος, πρᾶος, ἢ χαρίεις, ἢ καθόλου ἐν πολιτικῇ ὁμιλίᾳ ἐπιδέξιος. Unde putet quis non de specie Stephanum, sed de moribus loqui, & quidem Moses *mitissimus super faciem terræ* dicitur. Sed rectius, Pricæo judice, referas ad formæ elegantiam ejus. Glossarium *Elegans* ἀστεῖος. Suidas. Οὐδεὶς ἦν φιλόπρωτος ἕως ὡς Μωσῆν θαυμάζω μὴ ἐκπλαγεῖν τὴν εὐμορφίαν. Quæ tamen propriè huc non spectant, ut de Mose adulto dicta: cum hic, ob sequentia ea ἀντιφρασιν & ἐπαυδίωσιν intelligenda sit venustas oris quæ in recens nato eminebat. Philo in ejusdem vita de eodem Γεννηθεὶς ἐνδὺς ὄψιν ἐνεφάνην ἢ κατ' ἰδιώτου ἀσενοτέραν. Joseph. Ant. 4. 5. narrat ut eum adoptarit Thermuthis filia Regis, quia esset μορφῇ θείᾳ, καὶ φρονήμασι γενναίᾳ. Et quid apertius illis Trogi, sive Justini lib. 36. *Filius ejus Moses fuit, quem præter paternæ scientiæ hæreditatem etiam formæ pulchritudo commendabat.* Porrò *Mosis* mentionem faciunt Gentilium plurimi. Juv. Sat. 14.

Judaicum ediscunt, & servant, ac metuunt Jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.

Plin. 30. 1. *Est & alia Magices factio à Mose etiamnum & Jochebel Judæis pendens. Fuit autem Jochebel ipsius Mosis mater.* Locus corruptus. Lege *Jochebed* ex Sacris. Quin & Apuleius Mosen, & Jannem tanquam celeberrimos Magos conjungit in Apologiâ. Sed Strabo lib. 16. Mosen non tam fuisse magum dicit, quam oraculis deditum, quales Minos, Lycurgus, &c. Quod & clare indicat Diodorus Siculus, cujus verba hic apponam, Lib. 1. Παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν Ἰαὼ ἐπικαλούμενον θεόν. *Apud Judæos Moses Deum, qui Iao dicitur, legum suarum auctorem finxisse perhibetur.* Corn. Tacit. Hist. lib. 5. *Moses, quo sibi in posterum gentem firmaret novos ritus, contrariosque cæteris mortalibus indidit, &c.*

Mulciber, ciberi, idem qui Vulcanus. Ovid. Art. 2.

Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.

Apud Cic. vero Tusc. 2. legitur *genitivus Mulcibri* 2 declinationis 3 syllabarum: *Jovisque numen Mulcibri adscivit manus.* Etiam *Mulcibero* auferendi casu legas apud Martianum Capellam lib. 6. Alii à *mulcando*, alii à *mulcendo* derivant. Prius placet Donato in illud Adelph. 1. 2. *Omnem familiam mulcavit usque ad mortem. Multavit* (lege *Mulcavit*) inquit, *mutilavit, maceravit, mollivit atque dissolvit, unde Mulciber.* Additur, *à multando quasi Multiber.* Sed putat Vossius hæc esse ab alienâ manu. Nisi forte jam Donati ævo *multare*, & *mulcare* confundebant. Posteriorem vero opinionem sequitur Festus: *Mulciber Vulcanus à mulcendo scilicet ferro dictus est. Mulcere enim mollire, sive lenire est.*

L. Mummius, homo novus, & ad Consulatum evectus contra Achæos, jam à Q. Metello ad Thermopylas victos missus est. Cum quibus, duce Diæo motus ejus & belli auctore ad Isthmon conflixit, vicitque. Mox omni Achaiâ in deditionem acceptâ, Corinthum ex S. C. diruit, quoniam legatos violassent. Thebæ quoque & Chalcis quæ auxilio fuerant, dirutæ sunt. Ipse Mummius se abstinentissimum virum gessit, nec quicquam ex iis opibus, ornamentisque quæ prædives Corinthus habuit in domum ejus pervenit. Sic fere Livius lib. 21. Item Plin. de viris illustribus. Acto triumpho, quæ signis & picturis variis spectatissimus fuit, *Achaici* nomen tulit. Gessit posteà Censuram cum P. Scipione Æmiliano; in quo honore cum lenior visus esset, non dubitavit Scipio pro Rostris dicere, se omnia ex majestate Reip. gesturum fuisse, si sibi cives collegam vel dedissent, vel non dedissent. Val. Max. 6. 4. Paterculus tam rudem & indoctum fuisse tradit, ut captâ Corintho, quum maximorum artificum perfectas manibus tabulas, ac statuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros. Scitum est quod scripsit Strabo lib. 8. Lucullum cùm Ædem Fortunæ construxisset, atque item porticum quandam, statuas, quas Mummius complures habebat, petivisse in eum usum. Nihil minus autem cogitantem statuas concessisse Mummium, Lucullum vero eas omnes Deæ consecrasse, quod sciret tum auferri non licere, & tamen ministris repetentibus, ut inde tollerent, jussisse, adjecto, etiam sibi jam nullum illarum usum esse. Quam illius improbitatem & stropham quum Mummius æquo animo ferret, omni prorsus amissarum statuarum abjectâ curâ, populum longe majore laude & gloria Mummium, quam qui eas Deæ posuerat, Lucullum celebrasse. Decessit cùm ære Corinthio & signis urbem replevisset, non relictâ dote filiæ. Plin. 34. 7.

P. Mummius, dexteritate morum valde commendatus est, quem C. Publicius ob id dicere solebat, cuivis tempori hominem esse. Refert id apud Cic. 2. De Orat. Cæsar. Ubi quod adjicit sumptum ex Catone, priorem illo, vel certe synchronum fuisse arguit.

L. Munatius Plancus, patrem, avum, & proavum eodem prænomine habuit, orator ac discipulus Ciceronis. Militavit sub Cæsare in Galliâ, cui & in bello civili quum adhæsisset, post Præturam designatus ab illo Consul cum D. Bruto Galliam Comatam administravit. Bello Mutinensi summa de se Reip. & Ciceroni pollicitus, ad extremum iis desertis cum Antonio & Lepido se conjunxit, quoque magis eisdem & Cæsari gratificaretur, fratrem proscribi passus est, Lepidi, qui & ipse fratrem prodiderat, studiosus imitator. Unde mox illis triumphantibus milites per jocum hunc versum jactarunt, *De Germanis, non de Gallis triumphant Consules.* Post bellum Perusinum profectus ad Antonium, quum diu illi & reginæ Cleopatræ servilibus obsequiis & assentationibus se comprobasset, inter apparatum Actiaci belli transfugit ad Cæsarem, à quo post aliquot annos ad Censuram evectus est, pluribus etiam honoribus decoratus. Cæterum Plancus idem aliquando in Meviâ Gallâ puptà malè audivit. Unde sutor rogatus ab illo in judicio, quo se artificio tueretur, urbanè respondit, *Gallam se subigere*, adulterium per ambiguitatem exprobrans. Illud scitum est quod refert Plin. in Præfatione, quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, sed post mortem primum edendas, ne respondere posset, dixisse Plancum, *Cum mortuis non nisi larvas luctari.* Quo dicto sic repercussit adversarios, ut apud eruditos nihil impudentius judicaretur.

Murcea, Dea quam ita appellabant, quod præter modum faceret hominem murcidum, i. e. desidiosum; Cui contraria erat Dea *Strenua* quæ faciebat homines strenuos.

Murena, vel *Muræna*, cognomen viri Romani ab eo pisce deductum, qui *Muræna* dicitur, pro quo etiam extat Ciceronis oratio.

Murtia, Veneris cognomentum à *Myrto* arbuscula illi sacra impositum, unde primum *Myrtia* dicta est, & deinde corrupto nomine *Murtia.* Plin. 15. 29. *Murcea* Festo. Vide Varr. de L. L. lib. 4.

Musa, Latinè *vestigatio*, seu *inquisitio* dicitur. Sic enim Phornutus in lib. de Nat. Deorum. Καλεῖν δὲ Μοῦσαι ἀπὸ τοῦ μοῦδος ὅ ἐστι ζητεῖν. Eo quoque alludit Theognis ubi ait,

Χρὴ Μουσῶν ἀνέφκοντα καὶ ἄγγελον εἶπ' ἀγαθόν
Εἰδέναι σοφίης, μὴ φρονεῖν ὑπὲρ θεόν,
Ἀλλὰ τὰ μὲν μοῦδος τὰ δὲ δικαιύσυν——

Sunt qui à convenientiâ, seu nexu disciplinarum, & encyclopædiâ *Musas* quasi ὁμωύσους dictas putent. Euseb. de Præp. Evang. à μύω *Musæ* nomen deduci, id significat *instituo, instruo.* Scal. Poet. 1. 2. ἀπὸ τοῦ μαυῶδος, quod iis inventio tribuatur, Platonem secutus deducit. Dan. Heinsius in Aristarcho sacro ab Ebræo *Musar* quod disciplinam significat, derivat. Musas autem Poetæ *Jovis*, i. e. intellectus, & *Memoriæ* filias fecerunt. His enim rebus eruditio constat. Musarum autem nomine omnes artes liberales continentur; quippe quæ ab iis inventæ creditæ sunt, Plut. Sym. 8. 14. Hinc Cicero Musas *humanitatem*, & *literas*, interpretatur in Tusc. Qu. & Orat. pro Archiâ, Gell. 9. 3. *A liberali tamen Musâ, & à studiis humanitatis nunquam abfuit.* Idem. *Ejusdem Musæ*, id est, studii seu disciplinæ. *Musam Platonis* pro Philosophiâ Boethius dixit lib. 3. Metr. 11. & lib. 1. Prosâ 1. *Poeticas Musas* ad differentiam aliarum dixit, de quo & Barthius Adversar. 6. 20. Præcipuè tamen *Musarum* voce *Poesis*, & *Musa* designabantur. His enim artibus primum omnium pueri imbuebantur. Hinc *Amusos*, i. e. imperitus Musicæ apud Vitruvium, & *amusia* pro imperitiâ canendi Varroni dicitur. Vulgò sedem Musarum Helicona, Parnassumque montes constituunt. Virg. Georg. 3.

Aonio rediens deducam vertice Musas.

Sed in cœlo Hesiodus locat, itemque Hor. lib. 3. od. 4.

Descende cœlo & dic age tibiâ,
Regina longum Calliope melos.

Vide Macrob. in Somn. Scip. 2. 3. ubi & *Sirenas* appellat. Lesbo autem, si Myrsilo Lesbio audimus, novem Musas debemus; ita quidem ex eo refert Clem. Alex. in Protreptico; vide *Megaclo.* Cicero lib. 3. De N. Deorum de Musis sic scribit. *Jam Musæ primæ quatuor, natæ Jove altero Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete. Secundæ Jove tertio & Mnemosyne procreatæ novem. Tertiæ Jove tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas poetæ vocant, eodem numero quo proximè superiores.* Aliqui tamen Cœli & Terræ filias dixerunt, ut Alcmæon & Phurnutus, unde & Pindarus alicubi Musam ὀργᾶ συγατέρα vocat. Idem βαθύκολπους Musas merito appellat ob scientiarum profunditatem, & multiplicem difficultatem. Sic Thetim βαθύκολπον, ob maris profunditatem Theocritus vocat. 17. Idyll. Musarum epitheta sunt *Camœnæ, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Aganippides, Thespiades, Libethrides, Castalides*, &c. Vide Lilium Gyrald. Syntag. de Musis.

Musæus,

Musæus, tres ejus nominis commemorat Suidas, unum Eleusinium, Antiphemi filium, versificatorem, discipulum Orphei, qui scripsit Τιμοθέας, i. e. vitæ præcepta, ad Eumolpum filium versuum fere quatuor millibus. Alterum Thebanum Thamiræ filium, Trojani belli tempore, qui poeta etiam fuit, scripsitque Lyricos versus, & cantica. Tertium Ephesium item versificatorem, qui tempore fuit Eumenis & Attali Pergami regum, scripsitque res Pergamenses, præterea Persеidos libros decem. Musæum vero, qui amores Leandri & Herûs conscripsit, Cæsar Scaliger (at quantus vir!) in suis de re poeticâ libris Homero præmisit, quia hunc putaret esse illum, cujus à Virgilio fit mentio Æn. 6.

Musæum ante omnes.——

Sed nihil manifestius, quam hunc vixisse sub Augustis, & quidem post quartum seculum. Itaque in vett. libb. dicitur Μουσῶ ὁ γραμματικός. Lege Jul. Scal. lib. 5. Poet. cap. 2. in quo grande Musæi hujus encomium cum summo Homeri contemptu. Est etiam in Cassiodoro lib. 2. ep. 20. Musæi elogium istud: *Musæum etiam & Artis Orphei filium & Naturæ Maronis præpotens lingua concelebrat dicens apud Inferos in summâ beatitudine constitutum, quod per Elysios campos felices animas septem chordarum pulsibus amænabat, significans summo præmio perfrui, cui disciplinæ hujus contigerit suavitatibus appellari.* Certè à præstantiâ hujus credi dicta possunt *Musæa*, loca Musis sacra, non fortasse à *Musis* ipsis, quod Vulgus credit. Movet Pausaniæ auctoritas, qui lib. 1. qui celeberrimum in Atticâ Musæum, & ad cujus imaginem reliqua omnia dicta, ad hunc virum refert, non autem ad Musas; ait enim, *Demetrius præsidio, & munitionibus eum locum, firmavit, quem Musæum appellant. Est autem intra vetus pomærium, è regione arcis, collis; in quo Musæum vatem canere solitum, atque ibidem senectute consumptum, humatum ferunt.* In eodem Pausaniâ multa est mentio Musæi, & semper honorifica, ut cum ait: Πάντας Μουσαῖον ὑπὸ Βοᾶς δαίμονα. Est etiam honesta illius mentio in Protagorâ Platonis, & in Apologetico ejusdem, & in Eleusiniâ Aristidis.

Musæus de Isthmiis scripsit. Euripides Scholiastes in Medeam.

Muta, Dea apud Romanos. Ovid. Fast. 2.

Protinus à nobis quæsit Dea Muta requiris.

Lactantius: *Quis cum Deam Mutam audiat, tenere risum queat?*

Mutius, nobilis Romanus, qui acceptâ potestate à senatu in castra Porseniæ regis tum temporis Romanos obsidentis, solus intravit eo animo, ut regem occideret; sed cum regem non cognosceret, unum ex purpuratis pro rege occidit. Propter quod comprehensus, & ad regem perductus est: qui cum extrema supplicia ei comminaretur, Mutius injectâ in focum dexterâ, sponte sibi eam exussit: partim ut eo specimine doceret, se vel exquisitissima supplicia facilè posse contemnere; partim ut pœnam eam à dexterâ suâ exigeret, quæ in cæde aberrans, satellitem purpuratum pro rege occidisset. Hinc postea *Scævolæ* cognomen traxit, quòd sinistrâ manu pro dextrâ uteretur. Σκαιὰν enim Græci *sinistram* vocant. Admiratus itaque hominis fortitudinem Porsena, liberum eum dimisit. Cujus beneficii nomine cum regi gratiæ aliquid vellet rependere, indicavit illi 300 juvenes simili modo in eum conjurasse. Quare territus Porsena, acceptis obsidibus, bellum paci mutavit. Martialis 1. 22.

Cum peteret regem decepta satellite dextra,
Injecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæva pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis jussit abire virum.
Urere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit:
Major deceptæ fama est & gloria dextræ,
Si non errasset, fecerat illa minus.

Idem lib. 8. Epigr. 30. De spectaculo Scævolæ.

Qui nunc Cæsareæ lusus spectatur arenæ
Temporibus Bruti gloria summa fuit.
Aspicis, ut teneat flammas, pœnaque fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus.
Ipse sui spectator adest, & nobile dextræ
Funus amat: totis pascitur illa sacris.
Quod nisi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sævior in lassos ire sinistra focos.
Scire piget post tale decus, quid fecerit, ante:
Quam vidi satis est hanc mihi nosse manum.

Quod Mutii facinus hic laudat, alibi elevat. lib. 10. Epigr. 25.

In matutinâ nuper spectatus arenâ
Mutius, impositi qui sua membra focis,
Si patiens, fortisque tibi, duruque videtur,
Abderitanæ pectora plebis habes.
Num cum dicatur tunica præsente molestâ;
Ure manum: plus est dicere; Non facio.

Vide Flor. 1. 10. Livium, Dionys. Halic. &c. Fuerunt præterea alii *Mutii*, vel *Mucii*, quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterranus, lib. 17. ex Livio, Plutarcho, & aliis.

Myagrus, nomen viri, cujus meminit Plin. 34. 4. Quo etiam nomine dictus musarum deus, qui aliter vocatur Myodes & Achor, ut scribit Plut. Plin. 10. 28. *Invocant & Ægyptii ibes suas contra serpentium adventum; & Eleo Myagron Deum, muscarum multitudine pestilentiam adferente: quæ protinus intereunt, quâ litatum est illis die.*

Mycale, nomen veneficæ mulieris. Ovid. Met. 12.

Mater erat Mycale: quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.

Seneca in Herc. Oetæo:

Hoc docta Mycale Thessalas monuit nurus
Unam inter omnes Luna, quam sequitur magam
Astris relictis——

Mycithus, Anaxilai Rheginorum tyranni servus, cui cùm dominus moriens, & regnum, & liberos suos commendasset, tutelam eorum tam sanctè gessit, imperiumque tam clementer obtinuit, ut Rhegini à servo regi non dedignarentur: adultis deinde pueris & bona, & imperium tradidit, ipse parvo viatico sumpto profectus est, & Olympiæ summâ cum tranquillitate consenuit. Macrob. Sat. 1. 11. *Micythum* alii vocant. Justino lib. 4. *Micalus* dicitur.

Mydon, auriga, Atymnis fil. Hom. Il. 4. vers. 580.

Αὐτίλοχος δ' Μύδωνα βάλ' ἱππιοχάρην Θεμίστορος
Ἐσλὸν Ἀτυμνίδην.——

Alius ab Achille interfectus, Iliad.

Ἔνθ' ἔλε Θοαρίλοχόν τε Μύδωνά τ'.

Mygdonus, frater Otrei, teste Porphyrio in Iliad. 3. ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cissei filii, ambo reges in Thraciâ: & à *Mygdono* ejus filius Corœbus *Mygdonides* dictus est. Virgil. Æn. 2.

——*Juvenisque Corœbus*
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore.

Mylitta, Venus dicta est apud Assyrios, ad cujus templum mulieres indigenæ semel in vitâ cum externis hominibus consuetudinem habere lege cogebantur: hospitem verò illum qui pecuniam in sinum mulieris injiciebat, dicere oportebat, *Tanti ego tibi Deam Mylittam imploro.* Herod. lib. 1. Subdit Μύλιττα δὲ καλέουσι Ἀσσύριοι Ἀφροδίτην Ἀσσυρίην., Ritum istum Assyriorum, sive Babyloniorum etiam Strabo commemorat lib. 16. Est vero Μύλιττα, ut arbitratur Vossius à מולדת *Moledeth*, h. e. *nativitas, progenies, genitura.* Gen. 48. 6. Ezech. 16. 3.

Myrinus, Apollinis cognomentum à *Myrinâ* Æolidis urbe, in quâ religiosissimè colebatur. Item viri nomen Martialis 12. 29.

Nuper cum Myrino peteretur missio læso,

Erat autem gladiator. Idem Spectac. Ep. 20.

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum.

Myrmecides, nomen viri proprium, de quo Cicero in Acad. *Ut etiam inter Deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.* Vide Æl. ποικιλ. lib. 1. cap. 17.

Myro Byzantia, Homeri Tragici filia, teste Suidâ. Reliquit versus Elegiacos & Melicos, multumque Athenæo celebratur.

Myron, Prienensis Messeniaca condidit, quorum 2: citat Athen. lib. 6. & 16. Mem. & Pausan. in Messeniacis.

Myron, statuarius insignis, Ageladis discipulus, qui cùm multis aliis operibus, tum præcipue buculâ ex ære veræ vaccæ simillima claruit multis poetarum versibus. Proper. 2. 31.

Atque aram circum steterant armenta Myronis
Quatuor artificis vivida signa boves.

Ovid. 3. de Arte amandi:

Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,
Pondus iners quondam duraque massa fuit.

Idem Ponticorum. 1. 4.

Ut similis veræ vacca Myronis opus.

Juvenal. Sat. 8.

Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis.

Stat. Sylv. 1. In Tiburtino Manlii:

Quicquid & argento primum, vel in ære Myronis
Lusit, & enormes manus est experta colossos.

Idem 4. Sylv.

Hic tibi quæ docto multum vigilata Myronis
Æra.——

Petronius: *Myron qui pene hominum animas, ferarumque ære comprehenderat, non invenit hæredem.* Vide Plin. lib. 34. cap. 8. Legendus etiam, lib. 4. Antholog. Tit. Εἰς ἀγάλματα ζῴων, quæ epigrammata Latinè fecit Ausonius. Ep. 57. 58. &c.

Myroni-

Myronianus, *hiſtoriarum ſimilium capita* reliquit, teſte Diog. Laertio in Xenocrate, Theophraſto, Epimenide & Platone.

Myrrha, filia Cynaræ Cypriorum regis, quæ patris ſui nefando amore flagrans, nutricis auxilio cum eo concubuit, peperitque Adonim filium. Pater vero cùm illud nefas cognoviſſet, filiam ſuam gladio interficere voluit: ſed illa fugiens per Arabiam, deorum commiſeratione in arbuſculam ſui nominis commutata eſt. Vide *Cynaras*, & *Adonis*.

Myrſilus, Myrſi filius, ultimus ex Heraclidarum genere, Lydiæ rex, alio nomine *Candaules*; qui cum uxorem haberet formoſiſſimam, non contentus ſecretâ ſuarum voluptatum frequentiâ, Gygi cuidam ex ſuis ſatellitibus nudam eam oſtendit, quod indignè illa ferens, Gygem ad viri necem impulit: ſeſeque illi & Lydorum regnum tradidit. Herodot. l. 1.

Myrſilus, Lesbius, ſi Inſcriptioni fides, de origine Italiæ, ac Tyrrhenorum ſcripſit. Edidit eum Jo. Annius Viterbienſis, & comment. ſuis illuſtravit. Sed *Myrſilus* iſte ipſius Annii proles putatur. De genuino autem *Myrſilo* Lesbio videndus Voſſius de Hiſt. Gr. lib. 3.

Myrtilus, Mercurii ex Phaethuſâ, ſeu Myrto Amazone filius, auriga Oenomai, qui à Pelope curuli certamine cum Oenomao Centauro pollicitis corruptus, axi vectem non objecit, ut ea ratione Oenomai currus diſſolveretur, & Pelops victor evaderet. Quæ res cum Pelopi ex ſententiâ ſucceſſit, Oenomaus curru delapſus, cervicem fregit, jamque animam agens Pelopem obſecravit, ut vicem ſuam ulciſceretur. Quare cum pactum ſibi perfidiæ præmium à Pelope repoſceret, ab eo in mare projectus eſt, quod inde *Myrtoum* appellabatur.

Mys Myos proprium nomen viri, qui claruit argento cælando. Prop. 3. 9.

Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ,
At Myos exiguum flectit Acanthus iter.

Mart. *Quis labor in phialâ docti Myos anne Myronis?*
Idem: *Archetypum Myos argenti te dicis habere.*

N A.

Nabaioth, fil. Iſmaelis. Gen. 25. Ab hoc omnis regio ab Euphrate, uſque ad mare Rubrum *Nabathena* dicitur, quæ pars Arabiæ eſt. Iſa. 60.

Nabuchodonoſor, rex Chaldæorum, *qui* (inquit Origenes) *gentibus innumeris propinavit mœroris potum, ſuperbè ac orudeliter, quod Domini fiebat virtute ſibi arrogantius aſcribens.*

Næniam, Deam veteres coluere: cui ſacellum, auctore Feſto, extra portam Viminalem, fuerat dedicatum. Vide Voſſium in *Nenia* ſic enim ſcribendum.

Nævius, Poeta qui bello Punico primo militavit, & ejus belli hiſtoriam reliquit: varias item fabulas docuit, ac primam quidem, an. U. C. 519. Vide Voſſium de Poetis Latinis, itemque de Hiſtoricis Latinis, lib. 1. cap. 2.

Naiades, vel *Naides*, Nymphæ fontium & flu. ἀπὸ τῦ νάειν, quod eſt *fluere*. *Naiada* Tibullus poſuit pro lymphâ, 3. 7.

Naiada Bacchus amat, ceſſas, ô lente miniſter,
Temperet annoſum Martia lympha merum.

Inde *Naicus*. Prop. 2. 32:

Suppoſita accipiens Naica dona manu.

Ubi tamen Scaliger *Nai caduca*. Etiam apud inferos ſunt *Naiades*. Stat. Sylv. 2. 6.

Forſan Avernales alludunt undique mixtæ
Naiades, obliquoque notat Proſerpina vultu.

Dicitur enim & *Nais* ſing. num. Virgil, Ecl.

——*Tibi candida Nais*
Pallentes violas, & ſumma papavera carpit.

Columella in horto:

Et tu, ne Corydonis opes deſpernat Alexis
Formoſo Nais puero formoſior ipſa.

Nannacus, rex ante Deucalionem fuiſſe narratur, qui diluvium futurum prævidit. Unde ob ejus antiquitatem natum eſt proverbium, *A Nannaco*.

Nannium, meretricula, *Proſcenium*, teſte Athenæo, dicta, quòd veſtium & auri cultu plurimo ſpecioſa videbatur, quum exuta foret vel turpiſſima; Hæc item ſi Suidæ credimus, facetè dicta eſt capra, quòd Thalli cujuſdam cauponam faciens bona deglutiſſet. Capræ enim thallis, h. e. germinibus delectantur, & iis veſcuntur.

Napææ, ſylvarum, ſaltuumque Deæ, *ſaltus* enim Græcè νάπος dicitur. Virg. Geor. 4.

——*Faciles venerare Napæas.*

Narciſſus, Hieroſolymorum Epiſcopus undecimus, An. Dom. 180. De quo hunc in modum Euſeb. lib. 6. cap. 7. Hiſt. Eccleſ. Accidit aliquando, inquit, in die ſolenni vigiliarum Paſchæ, oleum deeſſe luminaribus, cumque per miniſtros innotuiſſet, mœror plebi maximus fuit. Sed Narciſſus fide fidens, miniſtris imperat aquam haurire, ſibique deferri. Cumque detuliſſent, oravit, & benedixit aquam, & infundi luminaribus præcepit: tum repente miro, & ſeculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem verſa, ſplendorem luminum etiam reddidit clariorem. Is prætèrea cum inter cætera virtutum ſuarum bona eſſet valdè conſtantis animi ac juſti, rectique indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam, & malè ſibi conſcii, metuentes ne criminum ſuorum, ſi arguerentur, non poſſent effugere vindictam, præveniunt, & factionibus circumvenire parant eum, cujus judicium verebantur. Concinnant igitur adverſus eum infame ſatis ac noxium crimen, conveniunt auditores: & ex ſemetipſis producunt, qui ſub ſacramento juramenti, quæ objiciebantur, confirmarent, alius, ne in ignem incideret, vera ſe dicere teſtabatur: alius ita, ne regio morbo corrumperetur; tertius ita, ne luminibus orbaretur. Et quamvis ne juramentis quidem iſtis, quiſquam fidelium, ac Deum timentium crederet, eò quòd vita Narciſſi, & inſtitutio, ac pudicitia ab omnibus noſceretur, ipſe tamen indignitatem iſtam ac moleſtiam non ferens, ſimul & ſecretam, ac philoſophicam vitam ſemper habere deſiderans, ſubterfugit Eccleſiæ multitudinem; & in deſertis locis, atque agellis ſecretioribus delituit annis quamplurimis. At non ille magnus divinæ Providentiæ oculus quieſcit in longum, ſed impios ultione per ea, quæ ſibi in perjuriis ſtatuerant, maledicta molitur. Primus namque ille teſtis parvâ ignis ſcintillâ, noctis tempore, domo ſuâ incensâ, cum omni genere ſuo, totaque familiâ flammis ultricibus conflagravit. Alter repente ab imis pedibus uſque ad ſummum capitis verticem, morbo regio, quo fuerat imprecatus, repletur, atque conſumitur. Tertius autem priorum exitum videns, & oculum divinum non ſe latuiſſe perſpiciens, prorumpit in medium, & audientibus cunctis ſerâ pœnitentiâ, univerſum ſceleris concinnati ordinem pandit. Tantis autem lachrymis commiſſum facinus deflet, uſque quo luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti ſui hujuſcemodi pœnas dederunt, & Narciſſus epiſcopatui reſtitutus. Hæc Euſebius.

Narciſſus, puer formoſiſſimus, Cephiſſi amnis, & Liriopes Nymphæ filius, quo recens nato Cephiſſus Tireſiam vatem de pueri fato conſuluit, reſponſumque accepit, tamdiu victurum, quamdiu à ſui conſpectu abſtineret. Quod reſponſi genus quamvis primum ridiculum videretur: eventu tamen ipſo eſt approbatum. Nam cum Narciſſus jam adultus, à Nymphis quampluribus, & præcipuè ab Echo adamaretur, mirâ omnes conſtantia eſt aſpernatus. Verum cum aliquando æſtu defatigatus ad limpidiſſimum fontem bibendi gratiâ ſe contuliſſet, imagine ſuâ in fonte conſpectâ, ſui amore captus eſt: cumque nulla potiundi amoris ſpes eſſet, nimio deſiderio contabuit, & in florem ſui nominis eſt commutatus. Ovid. Met. 3. Monumentum ejus fuit in orâ Bœotiæ, per quod tranſeuntes ſilebant, unde Taciturnum vocabant. Sapienter ab Ovidio fingitur Nemeſis inſolentiæ, & arrogantiæ vindex, repetere pœnas à Narciſſo ſeipſum amante, ut ſuam ipſius umbram admiraretur. Divinitus enim puniuntur ſui amantes hâc dementiâ, ut etiam inſcitiam ſuam eſſe ſapientiam arbitrentur. Mutatus in florem oſtendit quàm lenis & evanida ſit inanis gloria mundi, & ſero flaccéſcens monet, ne nimis mature, & ante tempus ſapere incipiamus, neve nos, aut noſtra nimis amemus, atque admiremur. Stat. Sylv. 1.

Hic te conſpicuum melius Narciſſe videres.

Narciſſus, nomen viri, cujus meminit D. Paulus Rom. 16. Item Claudii Imp. libertus potentiſſimus ac ditiſſimus apud principem.

Narſes, Eunuchus Juſtiniani Imp. bibliopola prius, deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus, vir religione, ac pietate præditus. Is in locum Beliſarii Ducis in Italiam miſſus 10 annis variis eventibus pugnavit. Volater. Item Perſarum rex, An. Dom. 294.

Naſica, Scipio dictus eſt, nobilis Romanus, qui Gracchum ſeditioſum virum occidit. Cic. 1. Tuſcul. Horat.

——*Nubet procera Corano*
Filia Naſicæ metuentis reddere ſoldum.

Naſo. Vide Ovidius.

M. Actorius *Naſo* hiſtoricus memoratur Suetonio in Jul. Cæſare. Cap. 9. & 52.

Natalis, confeſſor egregius, qui propter Chriſtum innumera tormenta paſſus fuerat, tandem ab hæreticis deceptus, eorum conſtitutus fuit epiſcopus: ſed in ſomniis frequenter admonitus à Domino, quia miſericors Deus, ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus nolebat martyrem ſuum, qui ſibi in multis paſſionibus teſtis extiterat, de eccleſiâ perdere. Sed cum negligentius ſuſciperet viſiones, turpis lucri devictus illecebris, ad ultimum à ſanctis angelis per totam noctem verberatus, manè conſurgens cilicio ſe induit, ac multis lachrymis errorem ſuum

deflens

deflens ante pedes Zephyrini episcopi seipsum prosternit, & vestigiis omnium non modo clericorum, sed etiam laicorum, multâ cum lamentatione, provocatus in lacrymas & lamentationes omnem provocavit Ecclesiam, ut indulgentiam sibi à Christo, continuis & jugibus pro ipso precibus implorarent, tandemque aliquando in communionem corporis Ecclesiæ revocatus est. Euseb. Hist. Eccl. lib. 5. cap. ult.

Natio, Dea à *nascentibus* dicta, quòd matronarum partus tueretur. Cic. De N. Deor. lib. 3. Scribitur & *Nascio*.

Jo. *Nauclerus*, nobilis Suevus, cum Juris studio Theologiam conjunxit, ac nova ab Wirtembergensi Comite Academiâ Tubingæ erectâ, primus ejus Rector fuit an. 1477. Scripsit Chronicon ab initio mundi usque ad an. 1500.

Naucrates, dicitur Ægyptios docuisse animalium, arborumque figuris scribere: hunc Mercurium Trismegistum, quem *Thoyth* dicunt fuisse, Ægyptii crediderunt, vel saltem Mercurium alium Jovis filium fugientem in Ægyptum Argo interfecto.

Navius Actius, vir Rom. tantâ augurandi peritiâ, ut à Tarquinio Prisco Romanorum rege accersitus, & interrogatus, an id quod cogitasset fieri posset, capto augurio, posse, respondérit: cumque illi cotem se novaculâ dividere velle dixisset, id quòque fieri posse confirmarit, tanta erat artis fiducia, ac denique cotem allatam novaculâ diviserit. Vide Lactant. l. 2. c. 7. *Nevium*, vocat Dionys. Halicarn. qui sic de illo l. 3. Νῦν, ἔφη (Tarquinius sc.) χρεὼς ἐπιδείξασθαί σε τὴν ἀκρίβειαν τῆς μαντικῆς ἐπιστήμης, ὃ Νέβιε. Πρᾶξιν γὰρ ἐπιχειρῶν μεγάλην διανοοῦμαι, εἰ τὸ δυνατὸν αὐτῇ φρόνησι μαθεῖν βούλομαι. Ἀλλ' ἅπερ ἂν ἐγὼ διανοοῦμαι ἢ πράξω, ταχέως ἐγὼ δι' ἐνδείας καθήμενος ἀναμένω· ἐπεὶ τὰ καλούμενα ὁ μάντις, καὶ μετ' ὀλίγου πολὺ παρὼν αἰσίως εἰληφέναι λόγων οἰωνούς, καὶ δυνατὸν εἶναι τοῦτο ἢ μὴ ἀναφαίνων. Πύθεσθαι δ' ὁ Ταρκύνιος ἐπὶ τῷ λόγῳ, καὶ φανερόν γε ἐν τῷ κόλπῳ ξυρὸν καὶ ἀκόνην, λέγει πρὸς αὐτόν, Ἐλαφρὰς ὦ Νέβιε, φανερίζων ἡμᾶς καὶ καταβάλλων τῇ δαιμονίᾳ καταφρονῶν, ὁπότε καὶ τὰς ἀδυνάτους πρᾶξεις τετόλμηκας λέγειν δυνατάς. Ἐγὼ γὰρ ἐν διανοοῦμαι εἰ τόδε ξυρῷ πρὸς ἀκόνην πλῆξας, μισὴν δυνήσομαι διελεῖν. Γέλασεν δ' ἐξ ἁπάντων ἡμιόλιον ἐπὶ τῷ βήματι, ἐδὲν ἐπιταραχθεὶς ὁ Νέβιος ἀπὸ τῆς παιδιᾶς τε καὶ τῆς δοξοσκοπίας. Παῖε θαρρῶν, ἔφη, Ταρκύνιε ἀκόνην, ὡς φέρεται διανοεῖσαι· καὶ, ἢ πάρεστιν ὅπερ ἔτοιμος ἐγώ, θαυμάσῃ. Ἔτεμε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ θράσος τῆς μαντικῆς, φέρει τὸ ξυρὸν διὰ τῆς ἀκόνης· ἡ δὲ ἀκμὴ τῆς σιδήρου δι' ὅλης καταβᾶσα τῆς λίθου, ἠὺ διέκοψε καὶ διεῖρε καὶ κατέχασε αὐτὴν χωρὶς ἐπιτόμου τοῦ μέσου.

Naupliades, nomen patronymicum, i. e. Nauplii filius, & ponitur pro Palamede.

Nauplius, fil. Neptuni, & Amymones filiæ Danai Argivorum regis. Item rex Eubœæ, pater Palamedis, qui cum filium Ulyssis operâ, iniquo judicio circumventum, & ab exercitu lapidibus obrutum audisset, necis ejus ulciscendæ avidus, per totam Græciam vagari cœpit, uxoresque principum, qui ad Trojam militabant, in juvenum adulteria pellexit, futurum sperans, ut gravissimis eâ de causa inimicitiis inter ipsos exortis, mutuâ cæde Palamedis necem expiarent. Nec eo contentus, Græcis captâ jam Trojâ in patriam redeuntibus ac tempestate laborantibus ex Caphareo monte ignem extendit, bonamque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum adnavigantem in asperrimos scopulos pellexit, miserandoque perdidit naufragio. Postea vero cum intellexisset Ulyssem ac Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes evasisse, doloris impatientiâ seipsum in mare præcipitem dedit. Prop. 4. 1.

Nauplius ultores sub nocte parrigit ignes,
Et natat exuviis Græcia pressa tuis.

Nausicaa, Alcinoi Phæacum regis filia & Aretes, quæ cùm forte cum pedissequis suis extra civitatem se contulisset, vestes in flumine ablutura, incidit in Ulyssem naufragum in littore sedentem, nudum, arborum ramis circumtectum, cui supplici, & vestes dedit, & in regiam patris sui eum perduxit.

Nautes, vates Trojanus, qui dum incensæ ab Iride in Siciliâ comburebantur Æneæ naves, docuit hoc fieri Junonis odio, ut Latio Trojanos averteret, monuitque Æneam ipsum, ut non succumberet calamitatibus, sed invicto animo perseveraret. Vide De la Cerd. in illud Æn. 5.

Tum senior Nautes, &c.

Nazaræi, dicebantur qui votum habebant sub lege, ab Ebræo נזר *nazar*, *separare*. Separabant enim seipsos à tribus, vino sc. novaculâ, & pollutione à mortuis, idque vel ad tempus, vel ad vitæ terminum. Hesychius: Ναζιραῖος (lege Ναζωραῖος) ὁ διὰ κεκαρμένος, καὶ ἀφειρωμένος, βαπτιστὴς, ἱερεύς. Quidam vocis *Nazaræi*, vel *Nazareni* homonymiam distinguunt: considerandam esse aiunt duplicitur vel ut in Hist. Eccles. repetitur, vel ut in Hist. Sacrâ: I. Modo sumitur dupliciter, 1. Apud Epiphan. lib. 1. contra Hær. pro iis qui V. T. rejecerunt, quos Ναζωραίους per σ à verbo *naster* i. e. *rescindere* vocant. 2. Apud Euseb. Hist. Eccles. lib. 6. cap. 17. pro iis qui ita in Christum crediderunt, ut legalium cæremoniarum observationem simul cum Evangelio Christianis esse necessariam prædicarent. II. In Hist. Sacrâ duo sunt *Nazaræorum* genera. 1. Primum illorum, qui legibus illis à Mose scriptis Num. 6. tenentur. 2. Secundum eorum qui à *Nazareth* Galilææ dicti sunt, & hi in N. T. tantum reperiuntur. Qui vero locum Matthæi 2. 23. ad Nazaræos V. T. referunt, triplices fuisse Nazaræos dicunt. 1. Votivos, secundum legem Num. 6. 2. Natos, & divinitus affectos, ut Sampson & Jo. Baptista. 3. Ab utroque genere conjunctim sic dictos.

Neæra, Nympha, quæ duas Soli filias peperit, Phaethusam & Lampetiam, quæ armenta Solis transeunti Ulyssi juxta Siciliam ostendebant. Hom. Odyss. 12. Item mulieris cujusdam nomen apud Virg. Eclog. 3. *Ipse Neæram dum fovet.* Item apud Horat. Epod. 15.

O dolitura meâ multum virtute Neæra.

Neanthes, Cyzicenus Orator, de quo videndus Voss. de Hist. Gr. lib. 1. pag. 98.

Neanthus, vir quidam qui propter Chelyn Apollinis temerè affectatam, Deo vindice, à canibus discerptus est. Politian. in Nutriciâ:

Improbus hanc stultè Chelyn affectare Neanthus
Ausus Apollinea pendentem sustulit æde:
Quem tamen indocto ferientem pollice chordas
Vindice discerpsit rictu nocturna canum vis.

Nearchus, teste Suidâ cum Alexandro militavit, deque eo historiam scripsit. Videtur esse idem Nearchus, cui, post Alexandri obitum Lyciæ & Pamphyliæ præfectura obtigit, uti scribit Justin. lib. 13. Vide Voss. Hist. Gr. p. 60.

Nebris, hinnuli pellis, Baccho sacra, quâ ipse amiciebatur. Unde Νεβρίδης dictus. Claud. de 4. Conf. Honorii:

Talis Erythræis intextus nebrida gemmis.
Liber agit currus, & Caspia flectit eburnis
Colla jugis.

Eodem habitu Bacchæ ornabantur. Seneca in Oedipo,

Iuter matres impia Mœnas
Comes Ogygio venit Iaccho
Nebride sacrâ præcincta latus.

Nonnus lib. 14. Dionys. describens expeditionem Bacchi in Indos & varia genera armorum quibus Bacchæ armabantur, ita canit:

Ἄλλη ποικιλόνωτον ἐπὶ στέρνοιο καλύπτρῃ
Πεφαλιόων, ἐτίρη ᾗ καὶ χροὸς οἷα χλαῖνα
Σπιρτὸ φιλοσκοπίλων ἐνεδύσατο δέρματα νεβρῶν
Δαιδαλέης ἐλάφοιο θεσπεσίῃ ξυσα χλαίνᾳ.

Æl. Anton. *Nebrissensis*, flor. an. 1494. Bonas literas primus in Hispaniam excitavit. Variæ omnino eruditionis vir erat; eoque illum nomine etiam Erasmus laudat in Ciceroniano. Vide Voss. Hist. Lat. pag. 658.

Necepsus, rex Ægyptiorum in astrorum cognitione peritissimus. Ausonius:

Quique mages docuit mysteria vana Necepsus.

Neith, Minerva apud Ægyptios, teste Platone in Timæo; ubi cum dixit præfecturam Saiticam sic vocari à regionis urbe maxima, cui nomen Sais, inde subdit ἡ πόλεως θεὸς ἀρχηγὸς ἔστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τύνουα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δέ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. Unde Hesychius corrigendus Νηΐθη, παρ' Αἰγυπτίοις, lege Νηΐθ.

Neleus, Neptuni filius ex Tyro nympha Salmonei filia, qui à Pelia fratre Thessalia pulsus in Laconiam venit, ubi Pylon urb. condidit. Hom. Odyss. 2. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua 12 filios suscepit, quos postea omnes præter unicum Nestorem tum sorte ablegatum interfecit. Ovid. Met. 12.

Nembroth, de quo Sulp. Severus, lib. 1. *Chami filius Chus nomine Nembrod gigantem genuit.* Ebræis *Nimrod* à מרד *marad*, *rebellavit*. Νεβρωδ 70 Interpretibus. Unde in Josepho Ναβρωδ. Gigantem dixit Sulpitius ex antiquâ opinione orâ ex 70 Interpretibus. Quod enim Gen. 10. scribitur. *Ipse cœpit esse potens in terrâ*, reddiderunt illi Οὗτος ἤρξατο εἶναι Γίγας. Ita quoque ab Ambrosio & Augustino dicitur. Sed γίγας illic non significat *gigantem*, verò vertendum, *cœpit esse potens*. Hesychius: Γίγας, δυνάστης, ἰσχυρός. Aliter paulo Chrysostomus γίγας, τύραννος, πολεμικὸς καὶ κυνηγὸς θηρῶν Josepho, unde forsan *venator* dictus. Vide *Nimrod*.

Nemesis, dea scelerum ultrix, Jovis, & Necessitatis filia, puniens immoderatos, & impudentes, unde ejus iram deprecabantur qui loquebantur de se. Vide Callimachum Hymno in Cererem vers. 56. Euripidem in Phœnissis vers. 189. Itemque Ausonium Idyllio 5. & 8. Dicitur vel à νέμω

succenseo, seu à νέμω, quòd bona & mala distribuat. Dicta fuit & *Adrastia*, ab *Adrasto* rege, qui primus ei templum posuit, & *Rhamnusia* à *Rhamnunte* oppido Asiæ, in quo templum habuit. Plato de Legg. Nemesin δίκης ἄγγελον, h. e. *judicii angelum* vocat. Catullus Epigr. 51. de Nemesi.

Est vehemens Dea, lædere hanc caveto.

Habuit ex Antimacho. Unde Statius etiam:

Est Dea quam Nemesin dicunt, Dea magna potensq;
Quæ bona cœlestum conces su cuncta Deorum
Possidet.——

Item *Nemesis*, Tibulli amica. De quâ ipse 2. 3.

Ut mea luxuriâ Nemesis fluat, utque per urbem
Incedat donis conspicienda meis.

Martialis 8. 7. 3.

Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli.

Neobule, Lycambis Thebani filia, quam cùm pater Archilocho poetæ despondisset, posteaque facti pœnitens tradere eam recusaret, tam acri Iambo ab Archilocho fuit perstrictus, ut doloris impatientiâ mortem sibi laqueo credatur conscivisse. Vide *Archilochus*, & *Lycambes*. Item Horatii amica, cujus meminit. Carm. 3. Od. 12.

Tibi qualum Cytheræ puer ales
Tibi telas, operosæque Minervæ
Studium aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebri.

Neocles, philosophus Athenienfis, frater Epicuri; scripsit de sectâ suâ. Diog. Laert. Fuit etiam *Neocles* Themistoclis pater. Æl. Var. Hist. 2. 12.

Neophron, seu *Neophon*. Sicyonius, 120 edidit Tragœdias. Ejus quoque credita est esse Medea quæ Euripidi tribui solet. Primus induxit in scenam pædagogos & servorum tormenta. Callisthenis Philosopho amicus fuit, ac propterea ab Alex. M. cum Callisthenem interficeret, unà neci datus.

Neoptolemus, cognomen Pyrrhi Achillis filii, inde impositum, quòd admodum adoleicentulus primum tyrocinium in bello Trojano posuit. Νεοπτόλεμος enim Græcis *tyronem* sonat. seu *militem novitium*. Virg. Æn. 2. Hinc Νεοπτολέμειος πίτις, *Neoptolemica vindicta*, ubi quis idem patitur, quòd in alios fecit. Siquidem *Neoptolemus*, qui Priamum in ipsis palatii focis occiderat, ipse vicissim apud Delphos, ad Apollinis Aram interfectus est. Item Tragœdus, de quo Sueton. in Calig. cap. 107. ubi Torrentius videri potest.

Nepa, pro cœlesti Scorpione passim apud Ciceronem in Arateis; Exemplo hæc sint.

Ipsaque consequitur lucens vis magna Nepæ.

Et, *Quare cum magnis sese Nepa lucibus effert.*

Manilius lib. 2.

——*Pietate ad sidera ductam*
Erigonen, ictuque Nepam, spoliosque Leonem.

Et libro quarto.

Hærentesque decem partes Nepa vindicat ipsi.

Et libro quinto:

Sed regione Nepæ vix partes octo trahentes.

Nepam Afrorum esse vocabulum scribit Festus, i. e. Pœnorum, ut interpretatur Bochartus, quorum linguâ נֵבֶל *neb* vel נֵבָה *nebba* dici potuit à *caudæ internodio*.

Nephele, uxor Athamantis, mater Phryxi & Helles, à quo Ovid. Met. 11. Hellen *Nepheleida* cognominat. Hinc *Nephelæus*, ut *pecus Nephelæum* pro Ariete qui Phryxum & Hellem vexit. Val. Flac. lib. 1.

I decus: & pecoris Nephelæi vellera Græio
Redde thalo.——

Vide Nat. Com. 6. 9.

Nephthali, sextus filius Jacob ex Balâ ancillâ Rachel. Gen. 30. Lat. *comparatio*, vel *æquiparatio*, aut *retorsio*, vel *tortuositas*. Hesychius: Νεφθαλείμ, μαντικός.

Corn. Nepos, & ante Cæsaris dictaturam, & eo dictatore, & postea vixit. Hieronymus in Chronico Eusebiano refert illum ad annum Augusti quartum. Padi fuit accola, teste Plin. 3. 18. Unde Catullo epigrammate primo *Italus*; Ausonio autem Epist. 24. *Gallus* vocatur; nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. Historicus hic Ciceronis amicus familiaris à Gellio vocatur 15. 28. Chronica scripsisse, testis est idem Gellius 17. 21. In his pro triplici tempore, ἀόλλῳ, μυθικῷ καὶ ἱστορικῷ tres videtur scripsisse libros, quòd liquidò testatur Catullus initio. Hendecasyllaborum. Neo historicum tempus ab eo solùm esse tractatum, indicio est illud Ausonii Epist. ad Probum Præfat. *Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios Apologos (nam & ipsa instar fabularum sunt) ad nobilitatem tuam misi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adversus Gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores disertim reponit) dicit, haud alium Saturnum, quàm hominem, promulgasse. Quod etiam Lactantius tradit 1. 13. Reliquit præterea libros illustrium virorum, quorum Gellius meminit, 11. 8. & Servius in Æn. 1. Eorum librum 1. 15. & 16. citat Charisius. Ex his habemus 22. exterarum gentium Imperatores. Vide Voss. Hist. Lat. 1. 14. & Jonsium Hist. Phil. Script. lib. 2. cap. 18.

Neptunius dux, Sextus Pompeius sic dictus. Horat. Epod. 9.

Ut puer, actus cum freto Neptunius
Dux fugit, ustis navibus.

Hic enim, teste Appiano Ἐμφυλ. 5. Θαλάσσης καὶ Ποσειδῶνος υἱὸς ὑφίστατο καλεῖσθαι. Ac Dione lib. 48. non semel, qui & illud exprimit, Neptuni filium dici voluisse, quia pater ejus Pompeius M. maris olim potitus imperio. Neque minus insolens Agrippa Augusti nepos ex Juliâ, qui & ipse Neptunum se vocavit. Dio lib. 55.

Neptunus, Saturni & Opis filius, cui in orbis totius divisione maris regnum obtigit, unde & tridentem gestat, peculiare ejus regni sceptrum. Ipse apud Virgil. Æn. 1. ventos alloquens,

Non illi imperium pelagi sævumque tridentem,
Sed mihi sorte datum.——

Uxorem habuit Amphitriten, multarum nympharum matrem, quarum nomina exequitur Hesiod. in Theog. Hinc deducitur *Neptunine* patronymicum fœmininum. Catul. in Argon.

Téne Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Hinc etiam *Neptunius*, ut apud Virg. Æn. 3.

——*Et ex imo fumat Neptunia Troja.*

Equos primus omnium domuisse, artemque equitandi tradidisse fertur. Diod. Sic. lib. 6. Sophocles quoque in Oed. Col. inventionem freni Neptuno attribuit, saltem in Atticâ. Ad quam opinionem alluit Papinius Theb. 6.

Neptunus equo, si certa priorum
Fama patet, primus teneris læsisse lapatis
Ora & littoreo domuisse in pulvere fertur.

Vide *Scyphius*. Alii volunt ipsum hominibus equum antea ignotum primum edidisse, quod afferit Lucanus in his:

Primus ab æquoreâ percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiluit.——

Virgil. lib. 1. Georg.

——*Tuque ô cui prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa tridente
Neptune.——

Quid autem Neptuni nomine intellexerint veteres, prolixè docet Natalis Comes lib. 2. cap. 8. Nomen ejus quod attinet, ita Cic. 2. de N. D. *Ut à portu Portunus, sic Neptunus à nando, prioribus literis paulum immutatis.* Legendum autem *à nubendo*, vel *à nuptu*, non *à nando*. Sic enim Varro *Neptunus* (inquit) *quod mare terras obnubit.* Nam olim *Neptunus* dicebatur, ut à portu *Portunnus*, à satu *Saturnus*: sic hodie in antiquis libris *Pilunnus*, *Picunnus*, *Vertumnus*. Lipsius Saturn. 1. 2. At Scal. de Plantis Neptuno ait nomen à *lotione* attributum, sc. ἀπὸ τῆς νήψεως. Bochartus vero *Neptunum* ab Ebræo פָּתָה deducit, quod sig. *dilatare*, illud autem in conjugatione niphal נִפְתָּה *Niphta*. Sed melius deduci potest ab Ægyptio Νέφθυν, de quo Plut. in Iside. Νέφθυν δὲ καλοῦσι τὴν γῆς τὸ ἔσχατον, καὶ παρεῖναι, καὶ ψαύοντα τῆς θαλάσσης. De variis autem *Neptunis*. Vide Voss. de Theol. Gent. 1. 15. De simulachro autem ejus ac sacrificiis idem agit lib. 9. cap. 18.

Nereus, Ponti, sive Oceani & Tethyos filius. Hesiod. in Theog.

Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος,
Πρεσβύτατον παίδων, αὐτὸς καλέσας Γέροντα,
Οὕνεκα νημερτής τ' ἠδ' ἤπιος, οὐδὲ θεμιστέων
Λήθει, ἀλλὰ δίκαια, καὶ ἤπια δίδυε εἰδὼς.

Illum igitur & veridicum & vatem esse crediderunt, cum Trojanas etiam calamitates Paridi nunciaret, ut ait Horat. lib. 1. Carm. in his.

Pastor cùm traheret per freta navibus
Idæus Helenam perfidus hospitam,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata, &c.

Fertur hic in mari Ægæo præcipuè domum habuisse. Apollonius lib. 4.

Ὡς ἔφατ' αὐτίκα δ' Ἶρις ἀπ' Οὐλύμποιο θορεῖσα
Ταμίνῃ παρὰ κύμα πτερόεσσ', ὄφελ' εἰν πόντῳ
Αἰγαίῳ τόθι περ ῥ' ἔμιμνε Νηρῆος ἕδρη.

Hunc antiquissimum Deum vocavit Orpheus in Argon.

Νηρέα μὲν πρώτιστα καλῶ πρέσβυν ἀπάντων.

Unde Virgilio *Grandævus Nereus* Georg. 4. & Æschylo παλαιγενὴς, Homero autem γέρων simpliciter vocatur. Hunc mari præesse, & in mari habitare solitum, delectari choris puellarum, principiumque esse & finem aquarum, testatur Orpheus in Hymnis.

Ὦ κα-

Ὦ κατέχων πόντε ῥίζαι παναιόλε ἔδρῃ,
Πορφύρεον κόρσειον ἀναλλόμενος κατὰ κῦμα
Καλλιτρίχοισι θέρεις Νηρεῦ μεγαλώνυμε δῶμον,
Πυθμένα μὲν πόντε, γαίης πίσεις, ἀεγὲ ἀπάντων.

Genuit Nereidas, numero quinquaginta, quorum nomina habes apud Hom. Iliad. 6. Vide Nat. Com. 8. 6. Inde *Nerine*. Virgil. Eclog. 8.

Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblæ.

Figuratè accipitur pro mari. Perſius Sat. 1:

Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Item nomen viri ſancti Rom. 16.

Nerio, rionis, vel *Neriene*, & apud antiquiſſimos *Neria*, Martis uxor. Gell. 13. 21. docet Sabinum eſſe vocabulum, quo ſignificatur virtus & fortitudo, unde & pro vi, poteſtate & majeſtate Martis accipitur. Plautus in Truculento:

Mars peregrè adveniens ſalutat Nerienem
Uxorem ſuam.———

Qu. Ennius Annal. 1. *Neriene Mavortis*, ſubaudi uxor. Licinius Imbrex ſive Tegula, vetus Comicus:

Nolo ego Neæram te vocent, ſed Nerienem,
Cum quidem Marti es in connubium datum.

Nero, Rom. Imp. omnium quos terra ſuſtulit, crudeliſſimus; Hinc proprium nomen in appellativum commutatum eſt, ut *Neroues* crudeles, & *Neroniores* crudeliores dicamus. Eſt autem *Nero* (teſte Gellio 13. 21.) verbum Sabinum quo ſignificatur virtus & fortitudo. Suetonius in Tiberio. *Inter cognomina autem & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur linguâ Sabinâ fortis ac ſtrenuus.* Unde Gloſſæ, *Nero*, Ἀνδρεῖος. Notat Caſaubonus Sabinorum veterem linguam non aliam fuiſſe à Græcâ. Græci vero hominem bonis lacertis vocant νευρώδη. Dicæarchus in Clementis Protrep. Herculem deſcribit ῥώμῃ νευρώδη, μέλαινα. Et νευρᾶν accipiebatur pro robuſtum reddere & validum. Verbum eſt artis Gymnaſticæ, quo uſus eleganter Chryſoſtomus in poſter. ad Corinthios: εἰς τὸ ἰσχνὸς ἀλείφειν παχέσι καὶ νευρᾶν, ubi vox utraque proprie de Gymnaſtis uſurpatur. Inde Νέρων, ut Γάϊος, Κεφάλων, Χείλων. Nero autem à Νάειν diſſolutâ diphthongo & imminuta ε ut *periri*, unde *experiri* à πειρᾶν. *Nerio* autem & *Nero* Hebraicè *terribilis* eſt: nam נוֹרָא *nora*, à יָרֵא *Fare* timuit. Unde Deus ſæpe in ſacrâ paginâ terribilis vocatur. Vide Illyrici Clavem in *Terribilis*. Hujus temporibus amnes retro fluere viſi ſunt. Plin. 2. 103. Iſte in tantum ſceleris eſt progreſſus, ut matrem & amitam, imò & uxorem, affines, & neceſſarios, viroſque illuſtres alios quamplurimos interficeret. Senecam Præceptorem ad necem compulit, Romam incendit. De quo Boetius libr. 2. de Conſ. Phil.

Novimus quantas dederat ruinas,
Urbe flammata, patribuſque cæſis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & viſu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lacrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris.
Hic tamen ſceptro populos regebat, &c.

Idne autem fecerit, dubium relinquere Tacitus maluit, cum tam propudioſum facinus hominem, nedum Romanum Principem admiſiſſe ſibi quidem perſuadere non poſſet, ut crederet. Sed cur Suetonius vulgavit? *Addantur*, inquit, *his atrociora, nec incertis authoribus ad viſendum interfectæ matris cadaver accurriſſe, contrectaſſe membra, alia vituperaſſe, alia laudaſſe, ſitique interim aborta bibiſſe.* Sed ô pudet verborum Dionis: Μαθὼν δὲ ὁ Νέρων ὅτι τέθνηκεν, ἐκ διπλοΐδος. Ὑπὸ γὰρ τῆς ὀργῆς τῆς πολεμίας ἀπορίᾳ αὐτῷ ὑπερχυθείς, καὶ τοῦτο αὐτόθεν ἐπιθυμήσας τῷ πάθει γενέσθαι, καὶ αὐτίκα τε πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν ἐκδεξάμενος, καὶ τὰ πρώτιστα αὐτῆς ἐπισκέψατο, καὶ τέλος, πολὺ καὶ τὸ φόνε ἀνοσιώτερον ἐπεφθέγξατο. Εἶπε γὰρ Οὐκ ᾔδειν ὅτι ἔτω καλὴ μητέρα εἶχον. Ita certe eſt; occidiſſe minus fuit. Quam improbitatem ejus Domitius pater tum ex ſuis, tum uxoris Agrippinæ moribus olim prædixerat, teſte Xiphilino, Ἀδύνατόν ἐστιν ἄνδρα πονηρὸν ἀγαθὸν ἐκ τε ἐμοῦ καὶ ταύτης γενέσθαι. Tandem cum ab omnibus derelictus eſſet, ex urbe fugit. Sed quæſitus, ut ad ſupplicium vivus attraheretur, ferrum jugulo adegit, ac ſic defecit, extantibus, rigentibuſque oculis ad hôrrorem uſque formidinemque viſentium, eodem die quo Octaviam quondam è medio ſuſtulerat. Sueton. Regnavit an. 13. menſes 8. Miſerrime vero hallucinabantur in hoc principe Seneca vatici nando, Lucanus adulando. Hic de morte Claudii Cæſaris:

Hæc ait & turpi convolvens ſtamina fuſo
Abrupit ſtolidæ regalia tempora vitæ,
At Lacheſis redimita comas, ornata capillos,
Pieriâ crinem lauro, frontemque coronans,
Candida de niveo ſubtemina vellere ſumit,
Felici moderanda manu: quæ ducta colorem
Abſumpſere novum: mirantur penſa ſorores.
Mutatur vilis pretioſo lana metallo:
Aurea formoſo deſcendunt ſecula filo.
Nec modus eſt illis, felicia vellera ducunt,
Et gaudent implere manus, ſunt dulcia penſa.
Sponte ſuâ feſtinat opus, nulloque labore
Mollia contorto deſcendunt ſtamina fuſo.
Vincunt Tithoni, vincunt & Neſtoris annos.
Phœbus adeſt, cantuque juvat, gaudetque futuris:
Et lætus nunc plectra movet, nunc penſa miniſtrat.
Detinet intentas cantu, falluſque laborem.
Dumque nimis citharam, fraternaq; carmina laudant
Plus ſolito nevere manus: humanaque fata
Laudatum tranſcendit opus. Ne demite Parcæ,
Phœbus ait: vincat mortalis tempora vitæ.
Ille mihi ſimilis vultu, ſimiliſque decore
Nec cantu, nec voce minor: felicia laſſis
Secula præſtabit, legumque ſilentia rumpet.
Qualis diſcutiens fugientia Lucifer aſtra,
Aut qualis ſurgit redeuntibus Heſperus aſtris:
Qualis cum primum tenebris Aurora ſolutis
Induxit rubicunda diem, Sol adſpicit orbem
Lucidus & primos è carcere concitat axes:
Talis Cæſar adeſt, talem jam Roma Neronem
Adſpiciet, flagrat nitidus fulgore remiſſo
Vultus, & affuſo cervix formoſa capillo.

Ille Pharſaliæ lib. 1.

Quod ſi non aliam venturo Fata Neroni
Invenere viam, magnoque æterna parantur
Regna deis, cœlumque ſuo ſervire Tonanti
Non niſi ſævorum potuit poſt bella Gigantum:
Jam nihil ô ſuperi querimur: ſcelera ipſa, nefaſque
Hâc mercede placent. Diros Pharſalia campos
Impleat, & Pœni ſaturentur ſanguine manes:
Ultima funeſtâ concurrant prælia Mundâ.
His, Cæſar, Perufina fames, Mutinæque labores
Accedant fatis: & quas premit aſpera, claſſes,
Leucas: & ardenti ſervilia bella ſub Ætnâ.
Multum Roma tamen debet civilibus armis
Quod tibi res acta eſt. Te, cum ſtatione peracta
Aſtra petes ſerus, prælati regia cœli
Excipiet, gaudente polo: ſeu ſceptra tenere,
Seu te flammigeros Phœbi conſcendere currus,
Telluremque nihil mutato Sole timentem
Igne vago luſtrare juvet: tibi Numine ab omni
Cedetur: juriſque tui Natura relinquet
Quis Deus eſſe velis: ubi regnum ponere mundi.
Sed neque in Arctoo ſedem tibi legeris orbe:
Nec polus adverſi calidus qua vergitur Auſtri,
Unde tuam videas obliquo ſidere Romam.
Ætheris immenſi partem ſi preſſeris unam
Sentiet axis onus. Librati pondera cœli
Orbe tene medio: pars ætheris illa ſereni
Tota vacet, nullæque obſtent à Cæſare nubes.
Tunc genus humanum poſitis ſibi conſulat armis
Inque vicem gens omnis amet: pax miſſa per orbem
Ferrea belligeri compeſcat limina Jani.
Sed mihi jam Numen———

Nero calvus, maledictis populi appellatus eſt Domitianus, quod ſævitiâ Neronem vel exæquaret, vel ſuperaret, ac Nero alter eſſet. Juven. Sat. 4.

Cum jam ſemianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus, & Calvo ſerviret Roma Neroni.

Neronianæ Thermæ, à Nerone Imp. ædificatæ. Mart. lib. 7. Ep. 33.

Quid Nerone pejus?
Quid Thermis melius Neronianis?

Vide eundem lib. ep. 48. & 3. 25. & 10. 48.

Nerva, Rom. Imp. 13. Flavio Domitiano, cui ſucceſſit, diſſimillimus, animoque verè paterno erga populum affectus. Hic cum nullos ſibi liberos genuiſſet, Ælium Trajanum ſibi adoptavit, qui illi etiam in imperio ſucceſſit. Mart. 8. 70. laudat eum ab ingenio Poetico, qui etiam puer, à carminis dulcedine *Tibullus* appellabatur. Idem 11. 6.

Tantu tibi eſt recti reverentia, Cæſar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat; ſed Numa pauper erat,
Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores:
Et cum tot Cræſos viceris, eſſe Numam.
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elyſium liceat ſi vacuare nemus:
Te volet invictus pro libertate Camillus;
Aurum Fabricius, te tribuente, volet.
Te duce gaudebit Brutus; tibi Sylla cruentus
Imperium tradet, cum poſiturus eris.

Et te privato cum Cæsare Magnus amabit,
Donabit totas & tibi Crassus opes.
Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris
Si Cato reddatur, Cæsarianus erit.

Nessus, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, qui cum Herculi ad Evenum flu. operam suam obtulisset, ad Dejaniram in ripam ulteriorem trajiciendam, jamque trajectæ vim inferre pararet, ab Hercule sagittis confossus est; cujus quidem corpus suo ipsius fœtore totam fœdavit, & infestavit regionem, quæ ob id *Ozolis*, i. e. *putida* dicta. Hic, cùm jam mortem imminentem videret, Deianiræ vestem tradidit, sanguine suo infectam, vim amatoriam illi inesse simulans, virumque alterius fœminæ amore captum ad ipsius amorem posse revocari. Cujus verbis illa temerè fidem adhibens, Herculi Oetâ monte sacrificanti per Lichan puerum vestem eam misit, quam cum ille induisset, veneno statim per viscera serpente, doloris impatientiâ in ardentem sese rogum conjecit. Stat. Theb. 11.

Qualis ubi implicitum Tirynthius ossibus ignem
Sensit, & Oetæas membris accedere vestes.
Vota incepta tamen, libataque thura ferebat
Durus adhuc, patiensque mali, mox grande coactus
Ingemuit, victorque furit per viscera Nessus.

Seneca in Hercule Oetæo:

Transire Nessus vorticem solitus vagum
Precium poposcit, meque jam dorso ferens,
Qua jungit hominem spina deficiens equo.

Sophocles de Nesso: Ὃς ἢ βαδύρρουν ποταμὸν Εὔηνον βεβὼς μισθῷ πόδε χερσίν. Strabo lib. 10. Καὶ ὁ Νέσσος ἐνταῦθα λέγεται πορθμεὺς ἀποδειχθεὶς ὑφ' Ἡρακλέους ἀποδανεῖν, ἐπειδὴ πορθμεύων ἢ Δηάνειραν ἐπεχείρει βιάζεσθαι. Hinc *Nesseus*. Ovid. Epist. 9.

Illita Nesseo misi tibi texta veneno.

Seneca in Hercule Oetæo:

Tabe Nessea illita palla.

Nestor, fil. Nelei & Chloridis, Hom. Odyss. 2. qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum vivo patre, adversum Epeos, Peloponnesi populos, qui postea Elii dicti sunt: ac deinde cum Pirithoi nuptiis interesset, adversus Centauros, qui Hippodamiam jam rapere conabantur, strenuè pugnavit. Unde Val. Flac. lib. 1.

Fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus.———

Postremo belli Trojani tempore, jam senior effectus, ut idem Hom. Iliad. 2. scribit, 50 navibus cum reliquis Græcis Principibus ad Trojam venit; ubi consilio suo tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon profiteri non dubitaret, brevi se Ilium fuisse expugnaturum, si 10 sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam, ætatis diuturnitate collectam (quâ

———*Componere lites*
Inter Peliden tentavit & inter Atridem,

uti loquitur Horat.) tantâ præterea eloquentiâ excelluit, ut ejus ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Unde Ἡδυεπὴς Πυλίων ῥήτωρ λιγὺς ab Homero dicitur. Sil. lib. 16.

Ille foro auditus cum dulcia solveret ora
Æquabat Pyliæ Neleia verba senectæ.

Uxorem habuit Eurydicem, Clymeni filiam, ex qua 7 filios & 1 filiam suscepit. Cic. ad Att. lib. 14. *Non alienum est dignitate tuâ, quod ipsi Agamemnoni regi fuit honestum, aliquem in consiliis capiendis Nestorem habere.* Exegisse autem Nestorem 3 secula vivendo Homerus prodidit, ad quod alludit Juvenal. Sat. 10.

Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.

Homeri versus de Nestoris vitâ is est. Iliad. γ.

Τεὶς γὰρ δὴ μὶν φασιν ἀνάξασ γένε' ἀνδρῶν
Illum jam exegisse hominum tria secula fama est.

Unde Nævius illum *Trisecliſenem*, quanquam durius, apud Gellium 19. 7. appellavit. Quam ob causam de eodem Horat. 2. 9.

At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos.———

Ipse apud Ovid. Met. 12.

———*Vixi*
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

Tibullus Panegyrico ad Messalam:

Vixerit ille senex quamvis dum terna per orbem
Secula fertilibus Titan decurrerit horis.

Et postea:

Terna minus Pyliæ miretur secula famæ.

Multi aiunt eum vixisse annos solummodo 90. Inter quos Acron & Eust. attribuentes seculo 30 annos.

Nestor, poeta è Lycia reg. pater Lysandri poetæ, qui tempore Severi Principis panxit Ἰλιάδα λειπογράμματον; ita ut libro primo deesset litera α; in secundo nusquam inveniretur litera β; in tertio deesset γ, atque ita in cæteris. Similiter Odysseam scripsit Tryphiodorus. Item Alexandrinus Grammaticus, qui Marcellum, Augusti sororis filium erudiit. De quo vide Voss. Hist. Gr. lib. 2. cap. 4. Alius Episcopus Pergæ in Pamphyliâ, & Martyr sub Decio. Item Confessor quidam qui se Thessalonicæ ad monomachiam cum Gigante obtulit, sub Imp. Maximiniano.

Nestorius, Germaniciensis ad gubernationem Ecclesiæ Constantinop. Antiochiâ accersitus est: homo naturâ eloquens, sed αὐτοδίδακτος & arrogans, defendit Anastasium Presbyterum, qui docuerat B. Virginem Mariam non esse appellandam Θεοτόκον, i. e. *Deiparam*, vel *Dei genetricem*. Item, Judæos non crucifixisse Deum. Contra hunc convocata est Synodus à Theodosio Juniore in urb. Ephesum, An. Dom. 435. In eâ Synodo præsedit Cyrillus Alexandrinus, damnatusque fuit Nestorius, qui aliquot annis post in exilio tabe consumptus est. Hist. Trip. 12. 4. & 5.

Neverita, Dea, quam in decimâ cœli regione ponit Martianus Capella, ubi tamen alii libri habent *Nerita*, forte pro *Nerina*, ut opportunè jungatur, quem Capella ibidem recenset. Glossæ tamen *Neverita*, *reverentiæ Deæ*. Grotius.

Nicænetus, Abderites, vel Samius fuit, ut ait Athen. lib. 13. ubi citat ejus περὶ γυναικῶν καταλόγων. Lilius Gyraldus Poet. Hist. lib. 3. ait etiam *historiam indigenam* puta Abderiticam, vel Samiam, condidisse. Sed non hoc dicit Athen. lib. 15. Tantum ait, historiam secutum suæ gentis. Verba ejus hæc sunt Νικαίνετος ὁ ἐπικοὸς ἐν τοῖς ὀπτηγεμμασι, ποιητὴς ὀπχέως, οὐ ἢ ὀπχεῖον ἰσχνὰν ἠγαπικὼς ἐν πλείοσι.

Nicagoras, Athenienſis sophista, Mnesæi Rhetoris fil. Minuciani Sophistæ pater, flor. sub Philippo Rom. Imp. eo qui Alexandrum excepit: Scripsit βίους ἐλλογίμων, teste Suidâ. Magnam huic eruditionis laudem tribuit Himerius Areopagetica apud Photium Eclog. 243. Κήρυξ Eleusine fuit, & Philostrato familiaris, teste ipso Philostrato lib. 2. de Sophistis in Aspasio. Alius ab hoc fuit *Nicagoras* Zelita, ætate Alexandri Mercurius dictus, apud Clementem in Protrept. *Nicagoram* Leucadium ac Rhodium memorant Nummi Goltziani. De *Nicagorâ* Cyprio vide Voss. Hist. Gr. lib. 4. p. 519.

Nicander, Colophonius Grammaticus, poeta & medicus, tempore Attali, juvenis illius, qui Gallogræcos vicit. Scripsit *Theriaca*, seu de venenatis bestiis, in quæ, præter alios, commentarium scripsit Demetrius Phalereus, ut indicat Stephanus in Κοφῶν. Item *Alexipharmaca*, sive de Remediis contra venenum, nec non Ἑτεροιούμενα, opus Ovidianæ Metamorphosi non absimile. Meminere Athenæus & Tzetzes. His adde Ἰάσεων συναγωγὴν, Remediorum collectionem, & Προγνωστικὰ δ' ἐπῶν, quæ ex Prognosticis Hippocrateis desumpta erant. Præterea Georgica reliquit, quorum mem. Cic. 1. de Orat. & alia multa, de quibus Voss. Hist. Gr. lib. 4. cap. 14. Ἐις Νίκανδρον:

Καὶ Κολοφὼν ἀείδηλος ἐοὶ πολίεσσι τέτυκται,
Δουρὶ σὺς ἀρειφίλῃ πῶδας ἀειγονέας.
Πρωτότοκον μὶν Ὁμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπεσσι,
Ἀμφοτέρους Μούσας ὄρεσσιν φίλους.
Ἄδηλον.
Φάρμακα πολλὰ μὶν ἐδλὰ μιμυγμένα, πολλὰ ἢ λυγρὰ
Νίκανδρος κατέλεξεν, ὀδισάμενος πὲρ πάντων
Ἀνθρώπων· ἢ γὰ Παιήονός ὄτι γενέθλης.

Nicander Alexandrinus, libro innotuit de Aristotelis discipulis, teste Suidâ in Ἀριστέων.

Nicander, Chalcedonicus, scripto prodidit Περσέως συμπώματα, teste Athenæo lib. 11.

Nicander, Thyatirenus, περὶ Νόμων citatur ab Harpocratione in Τπαχίδαι.

Nicanor, natione Cyprius, unus ex 7 Diaconis ab Apostolis in divinum ministerium selectus. Act. Ap. 6. Apud Cyprum martyrio coronatus.

Nicanor, medicus Græcus, qui de Medicinâ multa scripsit.

Nicanor Alexandri M. historiam prodidit. Vide Voss. Hist. Gr. p. 520.

Nicanor, Alexandrinus Grammaticus sub Hadriano Imp. Suidas. Vide Voss. Hist. Gr. lib. 2. cap. 12. Τρεῖς γεγόνασι Νικάνορες, inquit Suidas, Ὁ μὶν υἱὸς Βαλάκρου, ἕτερος ὁ Παρμενίωνος, ἄλλος ὁ Σταγειρίτης τὸ γένος, ὃς καὶ Τπεὶδης μνημονεύει ἐν τῷ χρ' Δημοδόκης.

Nicarchus, Philosophus Corinthius sub Periandro. Plut. in Symp. 7. Sap.

Nicephorus, ὁ Βασιλάκης, sive Βασιλάκιος, Rhetorices Constantinopoli professor, floruit sub Alexio Comneno, qui patri Michaeli successit 1131. De quo Nicetas Choniates lib. 7. gestorum

geſtorum Manuelis Comneni, & Jo. Cinnamus lib. 4. Hiſt. Rom. & ex hiſce Leo Allatius in præfatione quam præmiſit excerptis Heracliti, Libanii, hujuſce Nicephori, & aliorum, quos primus Græcè edidit Romæ 1641. Latineque vertit. Ac Baſilacæ quidem ſunt iſta: μῦθοι, ἀνεκδοτα, & ἠθοποιΐαι. Voſſius.

Nicephorus, Calliſti fil. Xanthopulus; qui inclaruit Hiſt. Eccleſiaſticæ, ad Andronicum Palæologum exaratæ, lib. 23. quorum poſtremi 5 perierunt. Condidit hoc opus, annum necdum 36 egreſſus; ut ait ipſe in procemio. Ineptum, & ridiculum ſcriptorem vocat Beza, viz. propter fabellas complures, & errores non exiguos: quos in eo etiam Baronius, Poſſevinus, atque alii obſervarunt. Sed ætatem cogitemus quâ vixit, pro quâ dictione uſus eſt non invenuſtâ. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 29.

Nicephorus, Patriarcha C. P. reliquit ἰσοδείαν σύντομον, ſive Breviarium de rebus geſtis à Mauricii cæde, uſque ad Leonis 4 Porphyrogenneti & Irenes nuptias, hoc eſt, Conſtantini Copronymi, an. 29. Chriſti vero 769. Primus publicavit, ac tralationem ſuam addidit V. Cl. Dionyſ. Petavius. Alius *Nicephorus* Conſtantinopolitanus junior Chronographus. De quo Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 25.

Nicephorus, Diaconus Phryx inter eos, qui de ſui ævi rebus aliquid prodiderunt, memoratur à Joanne Curopalate, & Georgio Cedreno, utroque in hiſtoriæ procemio.

Nicephorus Gregoras, præterquam quod interpretatus eſt Syneſii librum de Inſomniis; præter item alia multa, quæ in Italiæ Bibliothecis aſſervantur, etiam hiſtoriæ Byzantinæ 11 libros condidit, quibus complexus eſt res annorum 145. à Theodoro Laſcare priore uſque ad ſuam ætatem ſive obitum Andronici Palæologi poſterioris, qui incidit in An. Dom. 1361. Hunc primus cum tralatione ſuâ publicavit Hieronymus Wolfius. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 29.

Nicephorus, Philoſophus atque orator; cujus oratio funebris extat de vitâ Antonii Patriarchæ C. P. qui deceſſit, An. Dom. 901. Habes apud Surium Tom. 1. die 12. Febr.

Nicepſos, rex Ægypti. Scal. Exer. 266. Circuli decuſſati atque in quadrantes redacti numeros conſtituit Petoſiris, vel Nicepſo. Vide *Necepſo*.

Nicetas Choniates, vir Conſtantinopolitano imperio illuſtris, floruit initio ſeculi tertiidecimi. Libris 21 complexus eſt hiſtoriam annorum 85, nempe ab obitu Alexii Comneni, ubi deſierat Zonaras, uſque ad annum 1203. Diligens fuit Homeri lector ac imitator, adeo ut ob poeticam, atque inſolentem dictionem, quandoque durior fiat: cum primis in præfatione, quæ ſalebroſa eſt. In cæteris mollius fluit, ut videatur ibi oſtentare voluiſſe, quantus logodædalus foret; quod ſimiliter in hiſtoriâ ſi feciſſet, ne ille multo minus laudis, quàm nunc habet, mereretur. Voſſius.

Nicetas David, ſive Paphlago, Photii adverſarius. Compoſuit vitam Ignatii Monachi, Michaelis Trauli Imp. F. Patriarchæ C. P. quo exacto Photius ex ſenatore factus eſt Patriarcha. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 25.

Nicetes, Smyrnæus Sophiſta, Adriano Imp. gratioſus, ab eoque Muſeo Ægyptio adſcriptus. Quum cauſas tentaret, foro etiam aptiſſimus videbatur. Adeo ingenium ad utramque dicendi rationem accommodavit, ut judiciale ſophiſticâ quâdam facultate exornaverit. Sophiſticum vero & umbratile forenſibus aculeis roboravit, genuſque dicendi antiquum & politum retinuit: laſcivius nihilominus, & Dithyrambicus viſus. Philoſtr.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens ei promiſit Pyrrhum veneno necaturum. At ille averſatus facinus, Pyrrho reſcripſit, ut à Niciâ ſibi caveret. Plut.

Nicias, Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui ejus in epiſtolâ quâdam ad Atticum meminit, item in epiſtolâ ad Dolabellam. Tranquillus.

Nicias, Maleotes, hiſtorias vel fabulas reliquiſſe videtur. Plut. in Paral. min.

Nicias, Nicenus, conſignavit philoſophorum hiſtoriam, ac ſucceſſiones, teſte Athenæo lib. 4. 6. 10. & 13. Vide Jonſium de Hiſt. Philoſoph. ſcript. p. 340. Fortaſſe nec alius eſt *Nicias*, quem Ἀρχαδικὰ literis prodidiſſe Athenæus auctor eſt lib. 14. Etiam *Niciam* ἐν τοῖς περὶ λίθων teſtem adhibent Plut. de Flum. & Stobæus.

Nicias, Athenienſis, gente clarus, ad quem poſt mortem Periclis primæ partes delatæ ſunt. Miſſus igitur Imperator unà cum Demoſthene altero duce contra Syracuſanos, qui Gilippum Lacedæmonium auxilio accerſiverant, infeliciter pugnantes ambo à Syracuſanis in bello capti ſunt; in carceremque conjecti ſibi manus attulere. Plutarchus eum M. Craſſo comparat, quòd & divitiis abundaverit, & eundem fere exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos invenerit. Apud Stobæum de Niciâ ſic legas: Νικίας ὁ ἔπος ἦν φιλόπονος, ὥστε πολλάκις ἐρωτᾶν τοὺς οἰκέτας, εἰ λέλουκε, καὶ εἰ ἠρίστηκεν.

Nicias, Athenienſis pictor, qui diligentiſſimè mulieres pinxit. Plin. 32. 2. Hic in artem tantâ contentione animi incubuiſſe dicitur, ut cibum ſumere ſæpe oblitus ſit. Ælian. ποικιλ. 3. 35. Vide Pauſan. in Att. & Stobæum Serm. 27. Quibus adde Plut. in lib. *An ſeni ſit gerenda reſpublica?* Qui ſic de hoc pictore: Νικίας ὁ ζωγράφος ἔπως ἔχαιρε τοῖς τῆς τέχνης ἔργοις, ὥστε τοὺς οἰκέτας ἐρωτᾶν πολλάκις, εἰ λέλουκε, ἢ ἠρίστηκεν. Fuit etiam *Nicias* alter Pergaſeus, helluo, qui ſeipſum interfecit, teſte Æliano Var. Hiſt. 4. 23.

Nicochares, poeta Comicus Græcus, Athenienſis, Philonidis filius, coævus Ariſtophanis, qui multas fabulas ſcripſit. Vide Voſſ. P. Gr. p. 48.

Nicocles, Salaminiorum rex, cui cum Stratone Phœnicum rege certamen fuit, uter eſſet mollior ac effœminatior, uterque autem violentâ morte periit. Item *Nicocles* Cyprius quidam luxurioſus, de quo Ælian. V. Hiſt. 7. 2. De *Nicocle* Evagoræ filio ita Diod. lib. 15. Νικοκλῆς, ὁ Εὐαγόρου καὶ βασιλεύσας. Ejus cædis non meminit omnino Iſocrates; ſed ex ejus ſilentio, non eſt damnandus, ut falſus, hoc loco Diodorus. Nam is Rhetor Nicocli adulatur, & ideo potuit prætermittere tam dirum facinus. Theopompus certe lib. 12. hiſt. apud. Phot. Eunuchum quendam ait cædem patraſſe, ſed eum Thraſydæum nomine, patria Eleum fuiſſe ait. Occidit autem non ſolum Evagoram, ſed & ejus filium Pythagoram, majorem, ut puto, natu, & forte, ut regnaret Nicocles, ut conjicere licet ex illo Theopompi loco cum hoc Diodori collato, & ex Iſocratis ſilentio, qui de morte Evagoræ, nec in Evagora, nec in 2. ad Nicoclem exhortationibus ne verbum quidem fecit. Ideo Νικοκλῆς καὶ ὁ Εὐνοῦχος legit Palmerius.

Nicocreon, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philoſophum malleis ferreis cædi juſſit. Vide *Anaxarchus*.

Nicodemus, nomen viri Phariſæi, Judæorum primarii. Joan. 3.

Nicolaa, quæ & *Nicaule*, regina Saba. Salmanticenſis lib. Juchaſim fol. 156. 1. *Regina Saba, quæ Nicolaa vocabatur, venit ex regno Jeman ad audiendam Sapientiam Solomonis.* Vide Boch. Phaleg. 2. 26. Cedrenus de hâc Regina: Βασίλισσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρὰ Ἕλλησι φοιτῆσαι πρὸς Σολομῶντα καὶ ἐν τύτῳ Εὐσεβῆ γῆ παῖδας ἀρρένας τε καὶ θηλείας ὁμοιοτρόπως τολμᾶ καὶ χεραὶ τῇ αὐτῆ πεσεγκλαπῆσαι παρῆσησεν αὐτῷ, ζητῆσα, ἑκατέρᾳ ἥβης διάκειτιν ποιήσειας. Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς νίκαδαι τύτοις φοβοτάξε τὸ φοβερὸν, καὶ φύσιν ἑκατέρων διάγνωκε, καὶ μὲ ἀρρένων ευτόνως καὶ ἀνδρικῶς τὰς ὅλεις καταψυχόντων, καὶ ἡ θηλειῶν ἁπαλῶς καὶ ἀπειρημβύως.

Nicolaitæ, quinam fuerant ex Euſebio diſcimus Eccleſ. Hiſt. lib. 3. cap. 29. qui ex Clem. Alex. lib. 3. Strom. hæc refert. Nicolaus Diaconus, cujus mentionem facit B. Lucas Hiſt. SS. Ap. cap. 6. uxorem habens formoſiſſimam, ab Apoſtolis, quaſi zelotypiæ morbo laboraſſet, reprehenſus fuit. Ille autem, uxore in medium productâ, cuilibet eam ducendi poteſtatem fecit, dicens hoc dicto iſti conſentaneum eſſe Ὅτι δεῖ χρῆσθαι τῇ σαρκὶ δεῖ, hoc eſt, *carne abuti (ſive injuriam ei facere) homines debere.* Idem affirmat B. Irenæus lib. 2. cap. 27. Reliqui autem ejus ſectatores ſermonem ejus ἁπλῶς καὶ ἀδιασκέπτως accipientes, ἀναίδειαν ἐκπορνεύσιν, inquit Clemens ubi ſupra. Sermo autem ille quo uſus eſt Nicolaus, & quem non ſano ſenſu ſectatores ejus acceperunt, Sancto Matthiæ ab Euſebio attribuitur, viz. Σαρκὶ μὲ μάχεσθε, καὶ πρόσχρησθε, καὶ μηδὲν αὐτῇ περὶς ἡδονὴν ἐκδίδοται, ψυχὴ δὲ αὔξειν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως. Et hæc, inquit, Nicolai verborum fuit ſententia. Quod autem uxorem in medium protulerit, ἀποβολὴ παίδων, καὶ ἡ ἐγκράτεια τῶν πεπατημένων ἡδονῶν fuiſſe dicitur. Cujus veritatis argumento eſſe poteſt, quòd fœminam nullam, præter uxorem propriam unquam attigerit, ex qua cum liberos ſuſcepiſſet, illi omnes virginitatem perpetuam conſervarunt. Hæc de Nicolao hiſtoria ſive vera ſit, ſive falſa, illud ſaltem certiſſimum eſt, Sectatores ejus, qui ab Euſebio & αἵρεσιν αὐτῶν μιμῆται dicuntur, atque Apoc. cap. 2. Νικολαΐται vocantur, ἀκαθαρσίας abominandæ rei fuere. Aliter D. *Lightfoot*, qui ad illud Ap. in 1 Cor. cap. 6. ver. 12. Πάντα μοι ἔξεστιν, &c. ſic ſcribit. Tranſit jam Apoſt. ad aliud Thema, agitque tacitè contra peſtem iſtam in Eccleſiâ; nimis graſſantem faemoroſam hæreſin *Nicolaitarum* quæ ad comedenda Idolothyta ſuaſit, & fornicationem: Sectam Nicolaitarum à Nicolao de 7. diaconis uno cognominationem ſuam hauſiſſe, qui negaverit næ ille toti antiquitati videbitur certè contrariari. Et tum inter ipſos antiquos, non ſatis eſt de re conſenſum: Adeantur authores, & in partes eos iviſſe comperies, an à facto Nicolai emanarit hæreſis, an à quodam dicto. Quid ſi à neutro? At à verbo נִיכוֹלָה *Nicolah* deductum ſit ſectæ nomen, quod denotat *Comedamus.* Nam ut vox Hebræa נָאכַל Chaldæis tranſiret in נִיכוֹל quis non novit? Et cum nequiſſimis iſtis homuncionibus,

cionibus, nihil antiquius foret, quàm ſeſe mutuo ad comedenda Idolothyta animare dicentes invicem aliiſque quod conjectari licet, נוכל Comedamus, quam aptiſſimè inde ab orthodoxis denominari poterant Nicolaitæ? Targum in Eſ. 20. 13. אטכח ניכל בסר: Undecumque tum ſectæ nomen vix dicas an horrenda ea, magis an miranda. Nam cum nuperrimè decreverit Synodus Hieroſolymitana contra comeſtionem Idolothylorum & ſcortationem, Act. 15. ſtupendum eſt exortum illico eſſe genus hominum eorumque Evangelium profitentium, qui ipſi omni audaciâ in contrarium irent, alioſque omni nixu ac induſtriâ excitarent, ad comedendum Idolothyta & fornicandum.

Nicolaus Damaſcenus, Hiſtoricus & Philoſophus, cujus ætas nulli ignota eſſe poteſt, qui ſciat familiarem fuiſſe Herodi regi; amiciſſimum item Auguſto Cæſari, uſque adeo, ut *Nicolaorum* nomen ab hoc imponeret, ſive dactylis, quod eſt apud Athenæum, lib. 14. Plutarchum Συμποσ. lib. 8. cap. 4. Iſidorum in Gloſſis, & Adhelmum lib. de Virginitate, ſive placentæ generi, juxta Serenum Sammonicum, Heſychium Mileſium, Photium & Suidam, quomodo & Palladius uſurpat lib. de monachis Ægyptiis Hiſtor. 8. Meminit Damaſceni quoque Euſeb. Præp. Evang. lib. 9. Fuit autem Philoſophus Peripateticus, vir planè ſummus, & undecunque doctiſſimus. Scripſit de vitâ propriâ, teſte Suidâ, qui & alia multa nominat, quæ apud eum legi malo. Ipſe ea ſolum adferam, quæ hiſtorica ſunt. Qualis eſt hiſtoria Aſſyria, quam ab eo ſcriptum fuiſſe, auctor eſt Photius: Qui etiam putat, fuiſſe ejus Collectanea morum incredibilium. Plane autem cenſeo hiſtoriam Aſſyriam fuiſſe partem univerſalis hiſtoriæ. Ea librorum erat 80. juxta Suidam: 124, juxta Joſephum: ſed fuiſſe librorum 144. indicat Athenæus lib. 6. Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς, εἰς ἣν ἦν τῶν περὶ τὸν Ἡρώδην, ἐν τῇ πολυβίβλῳ ἱστορίᾳ (ἐκτὸν γὰρ καὶ τεσσαράκοντά εἰσι αἱ πᾶσαι τῆς ἱστορίας) τῇ ἑκκαιδεκάτῃ, καὶ ἑκατοστῇ φησιν, &c. Ex libro 96 locum quendam de diluvio, & arcâ citat Fla. Joſephus Ant. 1. 5. Item alium de Patriarcha Abrahamo, & illius habitatione apud Damaſcenos, cap. 7. ejuſce libri. Operæ pretium quoque fuerat adire librum 16. hujuſce operis, cap. 11. ubi oſtendit, quantopere ejus fides fuerit ſuſpecta in rebus Herodis Magni, quo vivo ſcribebat. Quædam etiam quæ ad Indiam pertineant, refert ex eo Strabo lib. 15. Etiam geminum ejus fragmentum eruditis notis illuſtravit Joſ. Scal. append. operis de Emend. Temp. Nicolai Damaſceni συναγωγὴ. h. e. *Collectanea* citat Abba Maximus Eclog. cap. 4. indeque aliqua adducit, Voſſius. Comœdias etiam & Tragœdias ſcripſit, eaſque εὐδοκίμους. ut ait Suidas. In iis fuit Tragœdia Suſanna cujus mem. Euſt. in Dionyſium. Scripſit etiam de vita ſuâ, item de Inſtitutione Cæſaris Auguſti.

Nicolaus, ex Myris urbe Lyciæ, igneus, id eſt, vehemens Chriſtianorum & æmulator & ſacerdos, qui magnam cum Deo familiaritatem habebat. Hic nihil quidem ſcripſit: ſed in ſomnis Imp. Conſtantino adſtans, tres duces ob quendam calumniatorem capitis condemnatos liberavit, ab ipſis per preces invocatus. Alios etiam quoſdam milites ex morte pariter eripuit. Suidas. Alius *Nicolaus* itidem è Myris urbe Lyciæ, frater Dioſcoridis Grammatici, & Hipparchi, & Hypati patricii. Scripſit artem Rhetoricam & declamationes. Suidas. Alius Orator, diſcipulus Plutarchi & Procli, illius inquam Plutarchi, cui cognomen erat Neſtorii. Scripſit Progymnaſmata & declamationes Rhetoricas, & alia quædam. Floruit autem ſub Leone Imp. ſeniore, & Zenone, & Anaſtaſio. Suidas.

Nicolaus, Myrepſus, qui *Præpoſitus* dici ſolet, unus ex Græcorum recentiſſimis medicis fuit. Nam citat Meſuem Arabem medicum, qui claruit, A. D. 1155. ſub Frederico Barbaroſſâ. Et vel barbaries multorum vocabulorum indicat ætatem. Accuratè tamen, quo ſeculo vixerit dicere non poſſumus. Super eſt ejus liber de Compoſitione medicamentorum particularium ſecundum genera κατὰ στοιχεῖα, ſive ordine literarum. Voſſius.

Nicomachus, pater Ariſtotelis philoſophi. Nicomachos vero 5. tradit Suidas; Primum ex Alexandriâ Troadis, poetam Tragicum, qui ſcripſit tragœdias undecim. Secundum Athenienſem item Tragicum, qui vicit Euripidem & Theognin. Tertium Medicum Machaonis filium, Æſculapii nepotem, qui ſcripſit de Medicinâ libros ſex, ac de philoſophiâ unum. Reliquos patrem & filium Ariſtotelis ponit. Sextum addit Plinius pictorem Ariſtodemi filium ac diſcipulum, qui pinxit raptum Proſerpinæ, Scyllamque. Plin. 35. 2.

Nicomachus, quidam Pythagoricus, ut videtur, ſcripſit vitam Apollonii Pythagorici, teſte Sidonio Apoll. 8. 3. Vixit poſt Philoſtratum, vel ejus ætate. Erat & Geraſenus quidam Nicomachus, itidem Pythagoricus, de quo videatur Meurſius notis ad Nicomachi hujus ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν. Vixit hic ante Apulei Madaurenſis ætatem, quandoquidem Apuleius Arithmeticam ejus Latine tranſtulit, teſte Caſſiodoro. Alter quoque hic legi meretur *Nicomachus* Aureliano Imp. clarus qui epiſtolam Zenobiæ Palmyrorum reginæ, præter ſextum tumidam in Græcam ex linguâ Syrorum tranſtuliſſe ſe dixit apud Vopiſcum *Aurelian.* Hunc cum priore eundem eſſe opinantur Savaro & Meurſius, ſed abſque ratione. Alius Virius *Nicomachus* Flavianus, Hiſtoricus diſertiſſimus, teſte Inſcriptione apud Voſſium de Hiſt. Lat. p. 744. cujus crebra apud Symmachum fit mentio lib. 6. epiſtolarum. Sed præter hos, & eos, quos inſuper Meurſius recenſet, fuere quidem Nicomachi plurimi. Memoratur *Nicomachus* Phocenſis Thucydidi lib. 4. *Nicomachus* πυξινὸς Ariſtophani in Ranis. *Nicomachus* Teius Xenophonti lib. 4. περὶ ἀναβάσ. *Nicomachus* Daiphanti filius Demoſtheni pro Cteſiph. Lyſiæ oratio contra *Nicomachum* γραμματέα extat. *Nicomachus* exoletus apud Diod. Sic. lib. 17. cap. 79. & Curtium lib. 6. cap. 2. *Nicomachus* Tyrius, Ciceronis hoſpes, Ciceroni in Fragmentis de Philoſophiâ apud Nonium. *Nicomachi* librum περὶ ζωγράφων ſignat Hephæſtion in Enchiridio. *Nicomachus* Acarnan, Ætolorum legatus Polybio lib. 17. *Nicomachus* Rhodius eidem Polybio lib. 8. Quidam ignotus apud Simplicium lib. 2. de cœlo text. 56. niſi forte hic eſt Peripateticus ille. At minimè hic à Meurſio præteriri debuit Nicomachus Muſicus, Iſmeniæ Chorauli & Dionyſiodoro Muſicis æqualis, apud Plin. 37. 1. Uti nec *Nicomachus* alius omittendus erat Jo. Jonſio, qui de Feſtis Ægyptiis libros conſignavit, teſte Athenæo lib. 10.

Nicomedes, rex Bithyniæ, Romanis amicus, qui olim raſo capite, ſumpſit pileum, & ſe Romanorum libertum vocavit. Suetonius in vitâ Julii Cæſaris:

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem:
Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem.

Item hiſtoricus, qui περὶ Ὀρφέως tractavit, cujus operis librum primum citat Athenæus libro decimo quarto.

Nicoſtrata, mater Evandri Arcadis, futurorum vaticinatrix, quæ à carminibus, quibus Phœbi oracula ſignificare volebat, *Carmenta*, ſeu *Carmentis* Latinè dicta eſt. Vide *Carmenta*.

Nicoſtratus, Macedo, orator inter decem ſecundus, tempore Marci Antonini, ac Dionis Chryſoſtomi, Ariſtidis oratoris æqualis, ſcripſit nonnulla, quæ citat Suidas. Item poeta Comicus, de quo vide eundem Suidam, Athenæum, itemque Ælianum ποικίλ. lib. 4. cap. 12. & Voſſ. P. Gr. p. 51.

Niger Peſcennius, Proconſul Syriæ, Didio Juliano interfecto, cum Septimio Severo de Imperio certavit, & victus eſt. Herodian. lib. 3. Vide Eutropium ſub finem lib. 8. & Xiphilinum Dionis Epitomatorem in Didio Juliano.

Stephanus Niger Philoſtrati Heroica Latinè vertit, ac dialogum conſcripſit, quo complexus eſt quicquid memorabile de Græciæ rebus Pauſanias prodidiſſet. Vixit An. Dom. 1517. unus fuit eruditorum Infelicium, de quo Pierius Valerianus lib. 2.

P. Nigidius Figulus, vir Prætorius, non humanarum modo literarum, ſed & Philoſophiæ, & Aſtrologiæ, & rei Medicæ conſultiſſimus extitit; Ciceroni ſummâ gratiâ junctus, & honorificentiſſimè ſemper ab illo habitus, quem & in libello de Univerſitate ab ingenio & eruditione vehementer laudat, & exulantem ſub Cæſare diligenter conſolatus eſt, ut videre licet in Fam. Epiſt. lib. 4. Laudat eum quoque Lucanus lib. 1. verſ. 639.

At Figulus, cui cura Deos, ſecretaque mundi
Noſſe fuit, quem non ſtellarum Ægyptia Memphis
Æquaret viſu, numeriſque moventibus aſtra,
Aut hic errat, ait, nullâ cum lege per ævum
Mundus, & incerto diſcurrunt ſidera motu:
At ſi fata movent, orbi, generique paratur
Humano matura lues.——

A. Gellius *Romanæ civitatis doctiſſimum* vocat. Idem ætatem illam Ciceronis & Cæſaris multiformium doctrinarum, variarumque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmina habuiſſe duo ſcribit, M. ſc. Varronem, & hunc P. Nigidium, cujus tamen lucubrationes, non ita, ut Varronis, in omnium manibus frequentes fuiſſe oſtendit, quod propter obſcuritatem, ſublimitatemque in vulgus non exirent. Citantur ejus Commentar. Grammaticorum lib. 24. præterea de Annalibus, de extis & ventis. Ejus eſt illud apud eundem Gellium relatum: *Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat.* Neutiquam vero prætereundum, Figuli cognomen inde adeptum, quod interroganti, ut Aſtrologiæ peritiſſimum, cur gemini diſpari conditione naſcerentur? commentum illud de rotâ figulari propoſuerit, quæ brevi temporis momento maxima ſpatia revoluta percurrat. Cujus reſponſi meminit D. Auguſtinus de C. D. lib. 5. cap. 3. Illud ſingularem ejus in divinando felicitatem arguit, quòd, cùm ageretur in Curiâ de conjuratione Catilinæ, & Octavius pater ob uxoris puerperium ſerius acceſſiſſet, P. Nigidius, comper-

compertâ moræ causâ, Dominum terrarum Octavio natum affirmavit, ut est apud Sueton. in Augusto. Decessit in exilio, potiente rerum Cæsare, quomodo testatur Eusebius, & id ipsum indicat M. Tullius Philippicâ secundâ.

Nileus, Philosophus, quem Athenæus lib. 1. ait habuisse in suâ potestate omnes libros Aristotelis; ejus tamen non meminit Laertius.

Nilus, historicus, Græcè extare dicitur à Rob. Constantino in suo Nomenclatore. Alius autem sine dubio est *Nilus*, B. Chrysostomi discipulus, monachus C P. ac Theodoreti æqualis; scripsit de cæde SS. Martyrum, monachorum in monte Sina. Alia etiam reliquit, sed parænetica. Vide Photium in Bibl. cod. 276. & Nicephorum Eccles. Hist. lib. 14. cap. 54.

Nimrod, Ναβρώδης Josepho, qui sic de eo Ant. lib. 1. cap. 5. Ἔξῆρε δὲ αὐτοὺς φεύγειν τε θεὸν καὶ καταφρόνησιν ὁ Ναβρώδης, ὡς ὑφηνὸς μὲν ὢν χάμει τὴν Νῶχε, τολμηρὸς δὲ καὶ χειρὸς γενναῖος. ἔπειθεν αὐτοὺς μὴ τῷ θεῷ διδόναι τὸ δι' ἐκεῖνον εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. Et posteà. Ἀμυνεῖσθαι τε τὴν θεὸν πάλιν ἡτείλει τὴν γῆν ὅπλα λύσεσθαι θελήσαντα. Πύργον δὲ οἰκοδομήσειν ὑψηλότερον ἢ τὸ ὕδωρ ἀναβῆναι δυνηθεῖν, μετελεύσεσθαι δὲ καὶ τὴν φθορὰν ἀπολείας. Cedrenus: Τὸν Νεβρὼδ ὑποθέσαντες οἱ Ἀσύριοι ἐν τοῖς ἄστροις τὴν ὀφρὺν ἔταξαν καὶ καλοῦσιν Ὠρίωνα. Οὗτος κατέδειξε τὴν κυνηγετικὴν, διὰ καὶ τὴν καλούμενον κύνα ἄστρον τῷ Ὠρίωνι συνῆψαν. Vide *Nembroth.* & Boch. Geograph. Sacr. lib. 4. cap. 12.

Ninus, filius Beli, primus Assyriorum rex; nam Belus solam habuit Babyloniam, Ninus verò totam Assyriam. Primus omnium regum fuit τὰ εἰς ἱστορίαν καὶ φήμην ἐκφερόμενον, id est, *qui scriptores rerum suarum nacti sunt*, inquit, Diod. Sic. Regn. an. 52. Idololatriam in orbem invexit. Chaldæis *Hercules*; Assyriis *Jupiter* dictus. Non alius forsan à Babylone, Beli filio. *Nini* enim vox *filium* sig. id autem Hebræis נן *nin*, uti Ægyptiis *non*; unde *Nonni*, & *Nonnæ* vocabula, quibus qui præerat *Abbas*, h. e. *pater* dicebatur. Colophonius Phœnix, vetus poeta vitam Nini sic descripsit,

Νίνος τις ἐγένετ' ὃς ἐγὼ κλύω
Ἀσύριος, &c.——
Ninus vir quidam fuit, ut audio
Assyrius, qui auxi mare possidebat,
Et alia copiosius, quam arena est Caspia.
Astra nunquam vidit, nec forsitan id optavit:
Ignem apud Magos sacrum non excitavit,
Ut lege statutum est, Deum nec virgis attigit.
Sacrificiis Deos non est veneratus, jura non reddidit.
Sub ectos sibi populos affari non didicit, ac ne numerare quidem:
Verum ad edendum & bibendum strenuissimus,
Vinumque miscens, cætera in saxa amandabat:
Vir ille, ut mortuus est, hoc de se testimonium reliquit omnibus:
Sepulcrum hoc conspicatus, nunc ubi Ninus sit,
Audi, sive sis Assyrius, sive Medus,
Sive Coraxus, sive à supernis paludibus
Indus capillatus: frivola non denuntio.
Quondam ego Ninus fui, spiritumque vitalem hausi,
Nunc vero aliud nihil, quàm terra factus sum:
Quicquid comedi habeo, quicquid volupe mihi fuit:
Et quicquid pulcharum fœminarum in amore lascivii:
Opes quibus eram beatus, inimici coeuntes
Auferent, hœdum ut crudum quæ bacchantur Thyades:
Ad inferos cum descendi, nec aurum, nec equum
Nec argenteum currum egi.
Cinis jam multus, qui olim mitram gestavi.

Ninyas, Asiæ rex, ex Nino & Semiramide genitus, domi præ voluptate semper latitabat; nulli prætereuam suis uxoribus se conspiciendum exhibens. Athen. lib. 12.

Niobe, filia Tantali, soror Pelopis, uxor autem Amphionis regis Thebanorum, quæ cum viro suo sex filios, totidemque filias peperisset, animo elata, Latonæ sese præferre non dubitavit. Quamobrem indignata Dea, Apollinis & Dianæ sagittis liberos ejus ad unum omnes interficiendos curavit, Niobenque ipsam sibi convitiantem turbine venti in Asiam rapuit, & juxta Sipylum urb (quæ illi patria erat) in saxum transformavit. Alia fuit Phoronei filia, ex quâ Jupiter Apim, qui postea Osiris & Serapis dictus est, genuit. Per saxum in quod Niobe mutata est, intelligitur immodicus dolor, qui tandem in stuporem ac dedolentiam convertitur, fecitque, ut Niobe diriguerit, & veluti lapis immota steterit. Cic. 3. Tusc. *Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium.* Vel per saxum intelligere possis lapideam statuam, quam orba liberis sibi erexit in monumentum, uti refert Palæphatus in his. Νιόβην ὑπενόουν τὴν ἑαυτῆς παῖδων, ποιήσασα ἑαυτὴν εἰκόνα λιθίνην, ἔστησε ὅθι τὸ τύμβῳ τῶν παίδων. Subdit, Καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτὴν οἷα καὶ λέγεται. Stat. 5. Sylv.

——*Citius genetrix Sipylcia fertur*
Exhausisse genas.——

De numero liberorum Niobes non consentiunt auctores. Homerus Iliad. ult. 12. prodidit, ut videre est in his:

Καὶ γὰρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
Τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο,
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ὠβώοντες,
Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο,
Χωόμενος Νιόβῃ, τὰς δ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,
Οὕνεκ' ἄρα Λητοῖ ἐισάσκετο καλλιπαρῄῳ.

Quem sequitur Propertius lib. 2. eleg. 16.

Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lachrymans desluit à Sipylo.

Itemque Statius Theb. 6.

——*Geminis Niobe consumpta pharetris*
Squalida bisenas Sipylon deduxerat umbras.

Hyginus fab. 2. & Apollodorus lib. 3. 7 mares & 7 filias nominant; quibus concinunt Ovidius, Seneca, & Ausonius. Hic lib. 6. Met.

——*Hunc natas adjice septem*
Et totidem juvenes.——

Ille in Medeâ vers. 954.

Utinam superbæ turba Tantalidos meo
Exisset utero, bisque septenos parens
Natus tulissem.——

Tertius Epigr. 27.

Bis septem natis genetrix læta, atque superba
Tot duxi mater funera quot genui.

Hesiodus 10 mares & 10 fœminas facit, ut ait idem Apollodorus. Herodotus 2 mares, & 3 fœminas. Addit Apollodorus, Amphionа è maribus & è fœminis Chlorin servatos; & Telesillam Poetriam duas filias incolumes scripsisse, Amyclam & Meliboeam. Vidè Ælian. lib. 12. Ποικίλης ἱστορίας, cap. 36. & Gell. lib. 20. cap. 7. Hinc *Niobæus* adject. Horat. Car. 4. Od. 6.

Dive, quem proles Niobæa magnæ
Vindicem linguæ, Tityosque raptor
Sensit ulterem.——

Niobe, Phoronei filia, Pelasgi mater. Dion. Hal. lib. 1. Ἡ δὲ ὁ Πελασγὸς ἐκ Διὸς, ὡς λέγεται, καὶ τῆς Νιόβης τῆς Φορωνέως, ἣ πρώτη γυναικὶ ἐνιπτῇ μίσγεται ὁ Ζεὺς, ὡς ὁ μῦθος ἔχει.

Niphe, una ex comitibus Dianæ, à *niveo candore* appellata. Ovid. Met. 3.

Excipiunt laticem Nipheque, Hialeque Rhanisque.

Nipte legit Bersmannus ἀπὸ τοῦ νίπτειν. Sed rectè vetustiores codd. *Nepheleque* & sic legit Nicol. Heinsius.

Nireus, rex Naxi, Charopi & Aglaiæ filius, quem omnium formosissimum ad Trojam venisse tradit Homerus Iliad. β. his versibus.

Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἑίσας,
Νιρεὺς, Ἀγλαΐης υἱὸς Χαροπού τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

Ovid. Ponticorum quarto, Eleg. 13.

Tam mala Thersiten prohibebat forma latere
Quam pulchrâ Nireus conspiciendus erat.

Propertius 3. 18.

Nirea non facies, non vis exemit Achillem.

Horat. Carm. 3. Od. 10. eum cum Ganymede conjungit:

Qualis aut Nireus fuit, aut aquosâ
Raptus ab Idâ.

Edem Epod. 15.

Formâque vincas Nirea.

Nisus, Hyrtaci fil. Euryalo indissolubili amicitiæ vinculo conjunctus; quorum historiam copiosè satis describit Virgil. lib. 9. Æneid.

Nisus, Megarensium rex, purpureo capillo insignis, à quo, cùm regni sui fatum pendere nosset, diligentissimè eum asservabat. Verum cum postea Megarenses unà cum Atheniensibus, invidiâ correpti, Androgeon, Minois filium, Palæstritam insignem interfecissent, Minosq; eam ob causam Megarensibus bellum inferret, Scylla, Nisi filia, hostis amore correpta, patrem purpureo capillo spoliavit, unaque (ut erat in fatis) patriam hosti tradidit. Quam rem tam iniquo animo tulit Nisus, ut doloris impatientiâ extabuerit, deorumque miseratione mutatus sit in Haliæetum avem ex genere accipitrum. Scylla autem cum sese præter spem à Minoe (quem patriæ proditione satis se demeruisse putabat) desertam videret, in Cirin avem cristatam conversa est, cum quâ Haliæetus etiam hodiè internecinum odium exercet. Virg. Georg. 1.

Apparet liquido sublimis in aere Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunq; illa levem fugiens, secat æthera pennis

Ecce

Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus, quà ſe fert Niſus ad auras
Illa levem fugiens raptim ſecat æthera pennis.

Tota fabula eſt lib. 8. Met. Sic enim ille :

——— *Cui ſplendidus oſtro*
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.

Apollodorus, lib. 3. πορφυρέαν ἐν τῇσι τ κεφαλῆς vocat. Tibullus, l. 4.

Carmine purpureæ eſt Niſi coma, carmina ni ſint
Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.

Propertius, lib. 3.

Tuque ô Minoâ venundata Scylla figurâ,
Tondens purpureâ regna paterna comâ.

Ovidius Artis Amatoriæ, lib. 1.

Filia purpureos Niſi furata capillos
Puppe cadens celsâ facta refertur avis.

Et lib. de Rem. Am. verſ. 67.

Impia ſi noſtros legiſſet Scylla libellos,
Hæſiſſet capiti purpura, Niſe, tuo.

Nitocris, Babyloniorum regina, Nabuchodonoſoris, ut quidam volunt, uxor; Euphratem flu. qui mediam Babylonem rectus præterfluebat, tortuoſum reddidit, ſupraque pontem erexit trium ſtadiorum, difficillimum factu propter paludes, quæ urbem ambiunt; fecit etiam ingentes cavernas ad excipiendum fluminis impetum, egeſſitque quicquid erat limi ad facienda fundamenta. Autores Herodotus, & Qu. Curtius. Non ab Herodoto Nicaule (inquit Bochartus) ſed Nitocris illa mulier dicitur, quæ ſola in Ægypto regnavit. Nec eſt quòd quiſquam ſuſpicetur vocem eſſe corruptam, & Joſephum aliter legiſſe. Aſſerit enim Herodotus eam regionem Babylonicæ Nitocri fuiſſe cognominem : τῇ ἧ γυναικὶ ἔνομα ἦν, ἥτις ἐβασίλευσε τόπῳ τῷ Βαβυλωνίῃ Νίτωκρις. Nihil potuit ſcribi diſertius. Et in Dynaſtiâ Memphitarum apud Africanum ex Manethone : Νίτωκρις γυναικάτη, ᾗ ἐυμορφοτάτη ἦν κατ' αὐτὴν γυμνὴν, ξανθὴ ἧ χροιὰν ἡ ἧ πεῖτην ἤγειρε πυραμίδα, ἐβασίλευσεν ἔτη ιϛ. Et apud Euſeb. lib. 1. Chron. Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ἔτη κβ' Νίτωκρις γυνὴ ἀνὴ τῶν ἀνδρῶν, ὅ ὅτιν Ἀθηνᾶ νικηφόρος. Nempe Ægyptiis *Nit*, vel *Neith* erat Minerva. Plato in Timæo ubi de Nomo Saitico : τότε ἧ τῷ νόμῳ μεγίστη πόλις Σαΐς, ὅθεν ἧ ᾗ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς, ἧς ἡ πόλεως θεὸς ἀρχηγὸς ὅτιν, Αἰγυπτίοις μὲ τόνομα Νηίθ, Ἕλλησι ἧ ὡς ὁ ἐκείνην λόγος Ἀθηνᾶ. Rurſus Arabica linguâ, quæ inter Ægyptiam & Hebræam media eſſe creditur קהר *cahara* eſt *vincere*, & קהר *cahr*, *victoria*. Itaque ex *Neith* & *Cahr* conflatam vocem *Nitocris* Minervam victricem veteres rectè interpretantur. Hæc itaque *Nitocris* à ſuperiore diſtinguenda.

Nixii, Dii erant nixuum in puerperio adjutores. Feſtus. Nixus enim pro partu uſurpari ſolet. Virg. Georg. 4.

———*Haud fœtus nixibus edunt.*

Aulus Gellius, lib. 12. *Quam diutinum puerperium, & quam laborioſi nixus fuiſſent.*

Nixus, ſidus cœleſte, quod Jul. Firmicus *Ingeniculum* vocat. Cicer. in Arateis. Hunc Hyginus Herculem eſſe ait, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur. *Nixus* autem non eſt proprium nomen ſideris cœleſtis, ſed participium à verbo *nitor*; quanquam cum *genu* junctus pro *Engonaſi* uſurpatur. Ovid. Met. 8.

Qui medius Nixique genu eſt, Anguemque tenentis.

Manilius, lib. 5.

Nixa genu ſpecies, & Graio nomine dicta
Engonaſi. ——

Noctiluca, Lunæ cognomen, quòd noctu luceat. Horat. Carm. 4. Od. 6.

Rite creſcentem face Noctilucam.

Ubi fortaſſe expreſſit epitheton Νυκτιλαμπῆ, quod ante eum uſurparat Simonides, ut intelligere licet ex quibuſdam ejus verſibus, qui reperiuntur apud Dionyſium Halicarnaſſeum περὶ συνθεσ. ὀνομ. ſub finem.

Nocturnus, noctis Deus. Plaut. in Amphitryone :

Credo ego hâc noctu Nocturnum obdormiviſſe ebrium.

id eſt Veſperum, quem pro *Lucifero* ſumpſit. Neque turbet aliquem quod ſtatim *Veſperuginis* mentio fiat à Soſiâ : hæc enim decore confunduntur in ſervo. Douza. Hieronymus adverſus Vigilantium : *Liberè proclamabo te eſſe aut Mercurium, propter nummorum cupiditatem, aut Nocturnum, juxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente, in Alcumenæ adulterio duas noctes Jupiter copulavit, ut magnæ fortitudinis Hercules naſceretur.* Papinius :

Roſcida jam novies cœlo dimiſerat aſtra
Lucifer & totidem Lunæ prævenerat ignes
Mutato Nocturnus equo.

Dicebatur quoque Noctifer. Catullus :

Jamdudum Oetæos oſtendit Noctifer ignes.

Nodinus, Deus, quem D. Auguſtinus, lib. de C. D. ex Varrone ſcribit cultum fuiſſe à veteribus Romanis, putantibus Proſerpinam præpoſitam germinantibus, & proſerpentibus : geniculis vero nodiſque culmorum Deum Nodinum : involucris autem illis folliculorum Deam Volutinam : cum folliculi pateſcant, quo exeat ſpica, Patelenam : cum ſegetes novis ariſtis exæquantur, Hoſtilinam Deam, quia hoſtire & hoſtimentum veteribus exæquationem ſignificat. Floram quoque adjicit & Lactucinam & Maturam, quæ florentibus, lactantibuſque ac matureſcentibus præſint frumentis. Arnobio, lib. 4.

Noduti, dicitur Deus qui ad nodos perducit res fatas. Arnobius, lib. 4. Ibi Meurſius legit *Nodutus*; aitque ſic legi debere apud Aug. de C. D. lib. 4. cap. 8. ubi *Nodotus* legitur.

Noe, Latinè *ceſſatio*, vel *requies*. Unde Heſychius : Νῶε, ἀνάπαυσις, (ideoque ridiculè Suidas Νῶε, ὄνομα χθεσιον, παρὰ τὸ νῶ, τὸ κολυμβῶ, ſcilicet quòd in arcâ incluſus, in mediis aquis natarit) fil. Lamech, vir Deo gratus, cui, cum homines ejus temporis perdere vellet, juſſit, ut navem, ſive arcam fabricaret, cujus beneficio ab aquis cum familiâ tutus, cæteris ſubmerſis, hominum genus reſtituit. Sulp. Severus, lib. 1. *Ex quo Noe natus, juſtitiâ egregius, & præ cæteris mortalibus, Domino carus acceptuſque.* Et poſteà, *Quâ tempeſtate cùm jam humanum genus abundaret, Angeli, quibus ſedes cœlum erat, ſpecioſarum formâ Virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt : ac naturæ ſuæ, originiſque degeneres, relictis ſuperioribus, quorum incolæ erant, matrimoniis ſe mortalibus miſcuerunt; ex quorum coitu Gigantes editi eſſe dicuntur. Quibus rebus offenſus Deus, maximeque malitiâ hominum, quæ ultra modum proceſſerat, delere penitus humanum genus decreverat. Sed Noe virum juſtum, vitâ innocens deſtinatæ exèmit ſententiæ.* Joſeph. Ant. lib. 1. cap. 4. Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεοῦ γυναιξὶ συμιγέντες, ὕβρεις ἐγέννησαν πάσας, καὶ πάντες ὑπερβολὰς κακίας διὰ τ ἐπὶ τῇ δυναμεῖ πεποίθησιν. Ὁμοῖα τοῖς ὑπὸ γιγάντων πεπολιτευμένοις λεγομένοις ὑφ' Ἑλλήνων καὶ ἔτοι δράσαι παραδέδοται. Ὁ Νῶχος ἧ τοῖς ὑπ' αὐτῷ περιοικοῦσι συλλεγέντων, καὶ ἀλγηδὼς ἔχων, ἐπειδὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἡ διάνοια, καὶ τὰς παρεξέις μεταφέρειν. Ὁρῶν ἧ ὐκ ἐνδιδόντας, ἀλλ' ἐμμενῶς ὑπὸ τ ἡδονῆς πρὸ κακῶν κεκρατημένους, δείσας καὶ μὴ φονεύσωσιν αὐτὸν μὴ γυναικῶν καὶ τέκνων καὶ πρὸ τούτοις συνοίκων, ἐξελοίμενοι τ γῆς. Ὁ ἧ θεὸς τοῦτον μὲ τ δικαιοσύνης ἠράσθην. Noam Saturnum veterum fuiſſe fuſe probat Bochartus Geogr. Sacr. lib. 1. cap. 1.

Nomius, dictus eſt Apollo ἀπὸ τῆς νέμειν à paſcuis, qu. *paſtor*, quia Sol paſcit omnia, quæ in terris gignuntur; ſive, ut alii volunt, quod olim juxta Amphryſum, Theſſaliæ flu. divinitate, ob interfectos Cyclopas, ſpoliatus Admeti regis armenta pavit. Callimachus :

Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν.———

Nona, una ex Parcis. Gellius, 3. 16. Latini *Nonam*, *Decimam*, & *Mortam*, Parcas dixere.

Nonius Marcellus, Grammaticus, cujus libros habemus de Latinorum nominum origine.

Nonnoſus, hiſtoriam edidit, qua legationem ſuam complexus eſt ad Æthiopas & Homeritas, ac Saracenos, aliaſque Orientis gentes. Eo ex opere Excerpta quædam habemus apud Phot. Tmem. 111. ubi & Juſtiniani tempore vixiſſe ait, aliaque quædam de eo & parente ejus Abrahamo & avo item refert. Voſſ. Dicitur etiam *Nonnus*.

Nonius, quidam, à pugna Pharſalica fugientem Pompeium hortabatur ad bene ſperandum, ſeptem adhuc aquilas ſupereſſe dictitans. Cui Cic. *Rectè*, inquit, *ſi nobis cum graculis bellum eſſet.*

Nonius Actianus, crebris delationibus apud Neronem famoſus, ſub initio Principatus Veſpaſiani, in Senatu eo crimine poſtulatus. Tac. Hiſt. 4. 41.

Nonnus, Edeſſenus Epiſcopus. Niceph. lib. 24. cap. 30. Martyrologium Romanum 2 Decembris : *Edeſſæ S. Nonni epiſcopi, cujus precibus Pelagia pœnitens ad Chriſtum converſa eſt.*

Nonnus, Abbas de Narrationibus Græcorum extat Scodriaci in bibliotheca Regis Hiſpaniarum; ut apud Poſſevinum legas in Appendice Apparatûs Sacri p. 22.

Nonnus Panopolita, poeta egregius, Theodoſii temporibus floruit, cujus Paraphraſin, & Dionyſiaca habemus. Agathiâ eſſe antiquiorem certum eſt, cum hic ejus meminerit, vixit vero Agathias ſub Juſtiniano. Chryſoſtomo eſſe juniorem inde colligit Voſſius, quòd uſque adeo veſtigiis ejus in Joanne interpretando inſiſtere amet. Præterea id dictio indicat Sophiſtica, qualis ſeculo quinto fuit ac deinceps : uti ex Heliodoro Syneſio, & aliis liquet. Ac ſimiles ex poetis Quintus, Tryphiodorus, alii. Suidas. Νόννος Πανοπολίτης ὗτος Αἰγύπτιος λογιώτατος, ὁ καὶ τ παραφρασιν Θεολόγου ἐξηγήσατο δ' ἐπῶν.

Εἰς Νόννον ἄδηλον.

Νόννῳ ἐγὼ. Παιδὸς μὲ ἐμὴ πόλις ἐν Φαείῃ
Ἐγχεῖ φοινήεντι χορὰς ἡμισυ Γιγάντων.

Nortia, i. e. *Fortuna* Tuscis: Meminit Livius, lib. 7. Juvenal. Sat.

——*Idem populus si Nortia Thuſco*
Faviſſet.——

Ubi vulgò *Nurſcia*. Capella lib. 1. *Quam alii Sortem aſſerunt, Nemeſinque nonnulli, Tychenque quamplures, aut Nortiam.* Alii *Nyrtia* legunt.

Novendium, ſeu *Novendiale*, ſacrificium funebre, quod fiebat nono die poſt mortem alicujus. Horatius:

Nec in ſepulcris pauperum prudens anus
Novendiales diſſipare pulveres.

Inde *Novendialis cœna* Tacito An. 6. Plinius *Novendiale convivium* vocat. 20. 11. *In Novendiali convivio magnos gemitus edebant, & atroces contra Deos.* Apuleius Met. 9. *Famque nono die completis ſolennibus, familiam ſuppellectilemque & omnia jumenta ad hæreditariam deduxit auctionem.* Græci τὰ ἔνατα vocant.

Novenſiles, Dii à Sabinis Romam deducti exiſtimantur, atque iis à Tatio rege ex voto ædes dicatæ fuerunt. Varro de L. L. Sunt qui Novenſiles Deos appellatos putent, *Herculem, Veſtam, Salutem, Fortunam*, &c. quòd noviſſimè in Deorum numerum recepti ſint, quaſi *nuper*, aut *noviſſimè ſalientes*, h. e. in numerum Deorum aſcendentes. Liv. lib. 8. in Decii pro legionibus devotione. Alii, quod veriſimilius videtur, numina peregrina ſic appellata fuiſſe exiſtimant. Solebant enim Romani Deos omnes urbium ſuperatarum, partim per familias ſpargere, partim publicè conſecrare; ac ne aliquis Deorum multitudine, aut ignorantiâ præteriretur, brevitatis & compendii causâ uno pariter nomine cunctos *Novenſiles* invocabant. Arnobius, lib. 3. contra Gentes. Vide Voſſ. in *Novem.*

Numa Pompilius ex Curibus Sabinorum urbe ortus, ſecundus rex Romanorum juſtitiâ & pietate inſignis, qui pacatis finitimorum odiis, quò truces efferatoſque longâ militiâ animos ad pacis artem traduceret, ad Deorum cultum animum adjecit, primumque ad intimum Argiletum Jani templum condidit, quod apertum, bellum; clauſum pacem indicaret. Dein Dialem, Martialem & Quirinalem Flamines creavit. Salios item 12. Marti aſſignavit; Virgines Veſtales ſacravit. Pontificem maximum primus declaravit, dies faſtos, nefaſtoſque condidit; annum in duodecim menſes diviſit. Quæ omnia, quò majore apud imperitam plebem in veneratione eſſent, fimulavit ſibi cum Egeriâ Nymphâ nocturnos congreſſus eſſe, ejuſque ſe monitu, quæ acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere. Juven. Sat. 3.

In vallem Egeriæ deſcendimus——
Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

Poſtremò ubi maximâ cum reverentiâ & ſuorum, & finitimorum quadraginta annos regnaſſet, diem obiit. Liv. Plut. &c. *Numa* autem à ▭ *num, dormitavit*, quia non tam bellicoſus fuit hic rex, quam Romulus; ſed potius ſacrificulus, ac tranquillitatis amans: ideo fortaſſe populus bellicoſus à dormitatione nomen impoſuit, inquit Flacius Illyricus. *At ego potius* (inquit Simpſonius) *Dormitatorem dictum fuiſſe putarim, quia ſe dormire dixit; quia ſermonem Dei ſic citare ſolebat, dixit Deus*, &c. Virg. Æn. 6.

——*Noſco crines, incanaque menta*
Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terrâ
Miſſus in imperium magnum.

Regis hujus elogium, ut Romanos omittam ſcriptores, hoc exſtat apud Dionem Chryſoſtomum Oratione 25. Νομᾶς ὁ Πομπίλιος Πομπηίου μὲν ἄδοξον, ἔτι δὲ ἐν ἀλλοφύλοις οἰκήσαντος διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ πονηροὺς ἔχοντος τοὺς ἐνοικοῦντας, ἔτι δὲ τοῖς περιοίκοις πᾶσιν ἐχθροὺς καὶ πένητας, καὶ ἀγρίους, καὶ ὀλίγων ζῶντας, τὴν Ῥωμύλου πολεμοστάτου γῆν, αὐτοῦ βεβαίως ἔχειν ἐποίησε, καὶ φίλους εἶδε τοὺς περιοίκους, καὶ νόμους, καὶ θεοὺς καὶ πολιτείαν κατεστήσατο, καὶ πάσης αὐτὸν ὑπῆρξε τὴν λεγομένην ὕστερον εὐδαιμονίας. Horatius Carm. lib. 1. Od. 12.

Romulum poſt hos prius an quieti
Pompili regnum memorem?

Mart. lib. 12.

Pacifici Latiâ reddis ab urbe Numæ.

Ovidio *munificus, intenſus* & *juſtus* dicitur. Lucano autem *ſacrificus*. De libris ejus vide Aug. de C. D. 7. 34. 35.

Numenius, Apameenſis Syrus, Pythagoricus, & Platonicus, ἀνὴρ ἐπιφανὴς juxta Euſeb. Præp. lib. 11. Cronii, celebris illius Platonici familiaris, juxta Porphyrium lib. de antro Nymph. in Odyſſ. Libros ejus περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως laudat Euſeb. Præp. lib. 14. Edidit præterea περὶ τοῦ Πλάτωνα ἐπιῤῥῆσθαι, unde fragmentum adfert idem Euſeb. Præp. lib. 13. Scripſit etiam περὶ παλιβόου aliquot libros, quorum primo Judæorum mentionem facit, teſte Euſebio, eumque citat Origenes, lib. 1. contra Celſum. Ex ejus περὶ ψυχῆς libro quædam adducit Theodoretus Serm. 4. Vide Heſychium Mil. in Νομ. Ejus Plotinus inventa & dogmata ſibi tribuere à maledicis quibuſdam dictus eſt, quo plagii crimine, ut liberaretur, Amelius librum ſcripſit de differentiâ doctrinæ Plotini & Numenii. Vixit poſt Chriſtum natum, teſte Theodoreto θεραπευτ. β. ubi Plotinum, Plutarchum, & Numenium, cum poſt Chriſtum natum vixerint, multa Chriſtianæ Theologiæ myſteria ſuis libris inſeruiſſe dicit. Diverſus ab hoc eſt *Numenius* ille Pyrrhonius, Pyrrhonis auditor apud Laert. lib. 9. Alius quoque eſt *Numenius* Heracleota, cujus ἀλιδικὸν laudat Athen. 7. 9. *Numenium* quendam rhetora ſub Adriano floruiſſe docet Suidas. Apollonii ad *Numenium* ſententiam laudat Stobæus Serm. 123. Conſolat. *Numenii* cujuſdam filium memorat Hippocrates 1. Prorrh. apud Galenum Comment 11. Sect. 50.

Numeria, Dea numerandi.

Numerianus, Rom. Imp. cum Caro & Carino.

Numitor, fil. Procæ Albanorum regis, quem Amulius frater minor natu regno pepulit, Lauſumque fil. ejus interfecit, filiamque ejus Rheam Sylviam Virginem Veſtalem legit, ut ſub ſpecie honoris perpetuâ virginitate ſpem partûs ei adimeret. Verum cum illa ex Marte (ut Romani credi voluerunt) gravida facta eſſet, ipſam quidem in Tiberis ripâ vivam defodit, pueros autem in fluvio mergi juſſit, quos cum in ſicco deſtitutus Fauſtulus inveniſſet, Accæ Laurentiæ uxori ſuæ educandos tradidit. Hi poſtea adulti Amulium interfecerunt, regnumque avo ſuo Numitori reſtituere. Plutarchus.

Numdina, Romanorum Dea, à *nono die* naſcentium dicta, qui & *luſtricus* dicitur, quo infantes luſtrabantur. Macrob. Sat. 1. *Luſtricus dies olim appellabatur, quo pueri luſtrabantur, & nomen accipiebant.* Suetonius in Claudio: *Ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico extitit.*

Nyctelius, vocatus fuit Bacchus, quod ſacra ejus noctu fiebant, νὺξ enim *nox* eſt, & τελέω *perficio*, & *ſacra peragere* etiam ſignificat, unde τελεταὶ pro myſteriis. Anthol. lib. 3.

Νυκτέλιον, Νόμιον, Νεβρώδεα, Νεβριδόπλοκον.

Hinc *latex Nyctelius* pro vino apud Sen. in Oedipo. Bacchi ſacra noctu fieri ſolita paſſim perhibent Poetæ. Virg. Geo. 4.

Inter ſacra Deum, nocturnaque orgia Bacchi.

Et alibi Æn. 4.

——*Qualis commotis excita ſacris*
Thyas ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron.

Ovid. 1. Art. Amatoriæ:

Nyctelliumque patrem, nocturnaque ſacra precare.

Dionyſ. Periegetes:

——Ἔνθα γυναῖκες
Ὀρνύμεναι τελέουσι κατὰ νόμον ἱερὸν Βάκχῳ,
Στεφάνοις κισσοῖο μελαμφύλλοιο κορύμβοις
Ἐννύχιαι.——

Oppianus 1. Cynegeticon νυκτερὰ ᾠδὰ vocat, i. e. *nocturna ſacra.*

Nycteus, Neptuni fil. ex Gelene Atlantis filiâ, quem ex Amaltheâ Cretenſi nymphâ Antiopam & Nyctimenen ſuſcepiſſe ferunt. Ex his Nyctimene fœdo patris amore capta, operâ nutricis cum eo concubuiſſe dicitur. Tandem vero re cognitâ, cum pater eam occidere vellet, Minervæ miſeratione in noctuam converſa eſt. Item *Nycteus* Antiopæ pater. Prop. 3. 15.

Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſæva
Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco.

Et lib. 4. el. 4.

Tu licet Antiopæ formam Nycteidos.——

Nyctimene, de quâ ſupra in *Nycteus*. Ovid. Met. lib. 2.

An quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? avis illa quidem: ſed conſcia culpæ
Conſpectum lucemque fugit, tenebriſque pudorem
Celat; & à cunctis expellitur æthere toto.

Nymphæ, aquarum Deæ, quaſi *Lympharum* numina, ut quidam volunt. Oceani filias fuiſſe teſtatur Orpheus Hymno in honorem earundem conſecrato:

Νύμφαι ὑγατέρες μεγαλήτορες Ὠκεανοῖο
Τχεοπόροις γαίης κατὰ κεύθεσιν οἰκί' ἔχουσαι.

Virgilius eas fluviorum matres eſſe putavit; Æn. 8.

Nymphæ Laurentes, Nymphæ, genus amnibus unde eſt.

Has autem non ſolum communi nomine appellavit Orpheus in illo Hymno, ſed etiam *Hamadryadas*, cum inquiat,

Κῦρι Ἁμαδρυάδες, φιλοπάγμονες.

Id ſanè effectum eſt, quia Nympharum aliæ ſunt creditæ cœleſtes, aliæ terreſtres, aliæ fluviales, aliæ marinæ, aliæ ſtagnorum præſides, quam diviſionem fecit Mneſimachus Phaſelites. Et Homerus de quadam varietate harum ita mem. Hymno in Venerem.

Ἥ τις Νυμφάων, αἵ τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται,
Ἥ Νυμφῶν, αἵ καλὸν ὄρος τόδε ναιετάουσι,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ βήσσας ποιήεντα.

Terreſtres Nymphæ putatæ ſunt à nonnullis Cererem & Bachum educâſſe. Cœleſtes Nymphæ credebantur eſſe animæ ſphærarum, quas etiam *Muſas* vocarunt, ac vires quæ inde ad nos venirent. Terreſtrium aliæ ſylvis præerant, ut *Dryades*, aliæ montibus, ut *Oreades*; aliæ ſingulis arboribus, ut *Hamadryades*, aliæ paſcuis & floribus, ut *Napeæ*. Fluviorum præſides *Naiades* dicebantur; ſtagnorum & lacuum *Limniades*. Quas vero fontibus præeſſe putarunt antiqui *Ephydriades* appellarunt. Hermocreon:

Νύμφαι Ἐφυδριάδες, ἣ Ἑρμοκρέων πάϊς ἔδρεξα
Εἵσατο κλητινάν πίδακος ἀντιόσας.
Χαίρετε, καὶ σύνοικον ἐμοῖς ποσὶν ὑδατόεντα
Τὸν δὲ δόμον, καθαρῇ πιμπλάμενον πόματος.

Aliæ marinæ putabantur, ut *Nereides*. Quod vero loca nonnulla Diis variis forent conſecrata, & quâ de causâ id fieret, teſtatur Dion. Halicarn. lib. 1. hoc pacto. Ὅσην μὲ καὶ πάσας Πανὶ, λειμῶσι δὲ καὶ πηδαλίοις χωρία Νύμφαις, ἀκταὶ δὲ καὶ νήσοις πλαγίοις ἁλίμοις. Τῶν δὲ ἄλλων, ὡς ἑκάστῳ τὸ θεῖον καὶ δαίμονι ἐπιεῖον. Pauſanias in Phocicis quandam ex Nymphis *Lilæa* nominat, Cephiſi filiam, atque alibi de Nomiâ indigenâ Arcadum mentionem facit, atque, Nymphas non eſſe quidem omnino ſempiternas, ſed innumerabilem penè annorum numerum vivere, idque ex antiquorum poetarum ſententiâ. Afflabantur vates non minus Nympharum, quam cæterorum Deorum numine, quare Pauſanias in Meſſeniacis refert, nonnullos earum numine afflatos civitatum ruinas prædixiſſe. Lac autem & oleum eis offerebatur, cum ſacra fierent. Theocritus in *Viatoribus*:

Στασῶ δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις, σασῶ δὲ καὶ ἀλλοθεν ἐλαίω.

Conſueverunt quoque capras illis immolare. Idem ibidem:

Τὸ κρόκωλόν μοι ἔδωκε τὸ ποικίλον, ἀντὶ δ' ἔδυσε
Ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα ——

His etiam mel offerri ſolitum quidam putarunt, quia floribus delectarentur, è quibus mel conficitur: è quorum opinione Virgilius illas flores colligentes inducit:

—— *Tibi lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais
Pallentes violas, & ſumma papavera carpit.

Alii id contigiſſe maluerunt, quod ille Ariſtæum, quem putantur educaſſe, mellis & olei conficiendi viam docuerint. Offerebatur & vinum, ut Apollinis reſponſum declaravit apud Euſebium Nat. Comes.

Nymphis, Heracleotes, hiſtoricus, qui res geſtas ab Alexandro libb. 24. compoſuit; item de Heracleâ libb. 13. uſque ad everſionem tyrannorum, & ad 3. Ptolemæum. Suidas. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 1. 16.

Nymphodorus, Amphipolites, de Aſiaticorum legibus & ritibus libros compoſuit. Clem. Alex. 1. Stromat. Item *Nymphodorus* Syracuſius, *in Aſiæ Periplo* citatur ab Athenæo libb. 6. 7. & 13. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 393. & 394.

O A

OAnes, Græcè Ὤαννης, animal biceps, cætera piſcis, è cujus caudâ adnaſcebantur pedes humanis ſimiles. Vox ei humana; ex mari autem Erythræo emerſum Babyloniam perveniſſe aiunt, occidente vero Sole in mare rediiſſe; ab eo homines omnifarias artes, literas, agriculturam, ædium ſacrationes, architecturam, & leges politicas didiciſſe, nec non quicquid ad vitam civilem pertinere poſſit, hiſtoriamque portentoſiſſimam de Belo & Omarca; quam ex Polyhiſtore, Beroſi exſcriptore, diſcas licet apud Euſebium. Simulacrum autem ejus uſque ad Beroſi tempora, i. e. ad initia Græcæ monarchiæ ſervatum. Fuſiùs autem ex eodem Beroſo narrat Apollodorus, Oannes quatuor, Annedotos dictos, ſeculorum viciſſitudine è Rubro item mari comparuiſſe, quorum quiſquis ſemihomo, & ſemipiſcis. Horum ſecundi meminit Abydenus, & ἡμιδαίμονος figuram ei tribuit. Vix alibi de his mentio fit: verum ab Helladio Beſantinoo in Chreſtomathiâ Oannem deſignatum eſſe merito ſuſpiceris. Tradit is hominem quendam nomine Ὥαν è Rubro mari aſcendiſſe, capite, manibus, pedibuſque humanis; cætera membra piſcem præ ſe tuliſſe: literas autem & aſtrorum ſcientiam oſtendiſſe; quæ omnia ſunt ipſiſſima pene Beroſi de Oanne hiſtoria. Unde depravatum *Oannis* in Ὥων nomen ſentit magnus Scaliger à compendioſâ librariorum ſcriptione. Vide Seldenum de Diis Syris lib. 2. cap. 3.

Occaſio, à Poetis Dea fingitur rerum gerendarum opportunitati præſidens. Hujus ſimulacrum ita pingebatur, ut pennatis pedibus volubili rotæ inſiſteret, vertigine quâdam velociſſimâ ſe in orbem circumagens, priore capitis parte capilloſa, poſteriore glabra. Quo commento, Occaſionis brevitatem & inconſtantiam denotare voluerunt, quæ, niſi cum primùm ſe offerat, arripiatur, ſtatim è manibus elabitur, nihilque nobis remanet præter pœnitentiam, quæ perpetua Occaſionis fingitur eſſe comes. De effigie ejus Auſonius Epigrammate 12.

Oceanus, Cœli & Veſtæ fil. maris Deus, maritus Tethyos, fluviorum, fontiumque omnium pater; ſic dictus ab Ὠκὺς quod eſt *velox*, quod præter Servium teſtatur Solinus cap. 36. his verbis. *Nam* Ὠκεανὸς, inquit, *quem Græci ſic nominant à celeritate*, &c. Agathemeres lib. 1. Ὠκεανὸς ἢ (dictus eſt ſcilicet) διὰ τὸ Ὠκέως ἀνύειν κύκλῳ ἢ γῆν. Aliter Suidas, Ὠκεανὸς, παρὰ τὸ κέω, χέζω. Phœnices autem in navigationibus ſuis per mare illud vaſtiſſimum, quo terram circumquaque cingi deprehenderunt אוג *Og* ſuâ lingua vocaverę, i.e. *mare ambitus*. Unde Græcis nata vox Ὠγὴ, quod Oceani fuit priſcum nomen. Heſychius. Ὠγὴ, Ὠκεανός. Sic in Alexandrâ Lycophronis:

Γραῖαν ξωίδηνον Ὠγὴν Τιτανίδα.

Et Pherecydes Syrus, apud Clem. Alex. Strom. 6. Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα ἐν καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει Γῆν καὶ Ὠγηνὸν, καὶ τὰ Ὠγήνου δώματα, i. e. Oceani. Sane אוג in Scriptura verbum Geographicum eſt. Eſaiæ 40. 22. *Qui ſedet ſuper* אוג *Og circulum terræ*. Proverb. 8. 27. *Cum conſtitueret* אוג *Og circulum ſuper faciem abyſſi*. Vide Job 26. 10. Porro *Oceanum* veteres rerum omnium patrem vocarunt, quia cuncta ex humiditate conſtare ſuſpicabantur. Id quod etiam Metaphyſ. 1. annotatum ab Ariſtotele, & Thaletis reſpicit ſententiam, qui principium rerum fecit aquam. Hinc forte & Orphei illud:

Νηρέα μὲ πρεσβύτα καλῶ πρόσβυσον ἀπάντων.

Homerus quidem diſerte canit Iliad. 4.

Ὠκεανόν θ' ὃς γαῖαν περίρρυτος, καὶ μητέρα Τηθύν.

Et Iliad. 21. ad nominis etymon veluti alludens:

Ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ ῥέουσι.

Eâdemque de causâ Ποσειδῶνα γωνίδιον vocat Apollonius. Obſervatu dignum hoc loco, Maris Atlantici nomen olim multo latius acceptum, quam nunc accipi ſolet. Legimus enim in Somn. Scipionis, ompem terram, quæ colitur à nobis, Atlantico mari circumfundi. Et Strabo ſcribit Indiam definere in mare Orientale, & in Auſtrinum, Atlantici partem. Sanè Suidas omnia maria navigabilia *Atlantica* vocari ſcribit. Et Ariſtoteles libro de Mundo, modo ejus ſit, Τὸ δὲ πέλαγος τὸ ἔξω τῆς οἰκουμένης Ἀτλαντικὸν καλεῖται, καὶ ὁ Ὠκεανὸς περιῤῥέων ἡμᾶς. Herodotus quoque tantum duo univerſi maris nomina novit, cum *Atlanticum* mare & *Rubrum*, tum quod Græci navigant, dictum poſtea *Mediterraneum*, unum eſſe, & idem ſcribit, *Caſpium* vero eſſe alterum. Quo ſenſu forte Zoſimus Rhenum ſe in Atlanticum mare exonerare tradit, quod hodie *Germanicum* vocatur. Sic enim ille lib. 3. p. m. 706. Τῷ Ῥήνῳ φερὴς ἡ ἐκβολὴς ἡ Γερμανίας εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἐκδιδόντος. *Oceanus* autem interdum ponitur pro *Aere* unde Veteres Critici Heſiodi illud

—— Παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην

interpretati primo omnium videntur ἐν τῷ ἀέρι; poſtea vero vocem Ὠκεανὸς ita ſumpſerunt, tanquam per ſe ἡ ἀὴρ deſignaret. Unde Heſychius, Ὠκεανὸς, ἀὴρ, θάλασσα. Idem Ὠκεάνοιο πόρον, ἡ ἀὴρ εἰς ὃν αἱ ψυχαὶ ἧῆς τελευτώντων ἀποχωροῦσι. Atque hinc Heroas ſuos, qui παρ' Ὠκεανὸν conſtituuntur, *Aerii in lætis campis* conſtituit Maro. At Græci interpretes magno ſe ἀτοπήματι traduxerunt, cum παρ' Ὠκεανὸν verterunt κατὰ ἡ Ὠκεανὸν, quod & reliqui ſecuti ſunt. Melius multo & prudentius Silius Italicus *ultra Oceanum* redidit. Sic enim ille lib. 13.

Verum ultra Oceanum ſacro contermina fonti
Lethæos latices, & ſacra oblivia potat.

Vide Heinſium ad Heſiod. pag. 63.

Ocellus Lucanus, antiquus Philoſophus, ſcripſit librum de univerſi naturâ, cujus textum è Græco in Latinum tranſtulit, collatiſque (ut ait ipſe) multis exemplaribus etiam MSS. emendavit, Paraphraſi, & commentario illuſtravit Car. Emmanuel Vizzanius, A. D. 1546.

Ochus,

Ochus, rex Perſarum, qui avaritiæ notâ adeo laboravit, ut urbem nunquam iniret, ne mulieribus congiarium impertiretur. Nam Cyrus lege ſanxerat, ut quo primùm rex Perſarum ingrederetur, mulieres quotquot adeſſent, ſingulos auri nummos ab ipſo rege acciperent. De *Ocho* Perſarum rege Juſtinus, lib. 10. *Hæreditas regni Ocho tradita, qui timens parem conjurationem, regiam, cognatorum cæde, & ſtrage principum replet, nulla non ſanguinis, non ſexus, non ætatis miſericordiâ permotus.* Ab Eunucho Bagoâ veneno necatus eſt, teſte Diodoro Sic. lib. 17. Cujus cadaver ab interfectore ſelibus objectum eſt, & oſſa quædam ipſius, exprobrandæ crudelitatis causâ, in manubria gladiorum ſunt converſa. Ælian. ποικίλ. 6. 8.

Ocnus, Tyberis & Mantus filiæ Tireſiæ vatis filius. Hunc Mantuam condidiſſe tradunt, & Æneæ in auxilium veniſſe adverſus Turnum Virg. teſtatur Æn. 10.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantûs, & Tuſci filius amnis,
Qui muros matriſque dedit tibi Mantua nomen.

Idem hunc *Bianora* vocat Eclog. 9. teſte Servio. Vide *Bianor*.

Ocnus, nomen cujuſdam apud Inferos, quem effinxerunt perpetuò torquentem funem, aſtante aſellâ; quæ quantum ille torſiſſet, ſtatim præroderit. Inde proverbium, *Ocnus funiculum torquet*: quod cùm in eos omnes competat, qui non profuturam in re aliquâ operam collocant, tum in eos præcipuè quadrat, qui cum nihil neque laboris, neque induſtriæ ad augendam rem familiarem prætermittant, nihilo tamen redduntur ditiores; quod domi habeant aſellam, h. e. uxorem prodigam, quæ quicquid miſellus multis ſudoribus corraſit, ſtrenuè profundit. Propertius 4. 3.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternuſque tuam paſcat aſella famam.

Vide Plin. cap. 11. lib. 35. Quia autem ſummæ erat pigritiæ non abigere aſellum, ideo Ariſtoteles hunc Ocnum ait mutatum in Erodii genus omnium pigerrimum, ut poſt Politianum, qui jam hunc verſum illuſtrarat, notat Turnebus, lib. 8. cap. 1. Fabulam illam refert Pauſan. in Phocicis, & interpretatur. Meminit Schol. Ariſtoph. in Ranis, & Diodorus, lib. 2. Quærit autem Eraſmus in Chiliadibus quare ὁ χοινοπλόκος Ὄκνος dicendus ſit potius quàm aſinus, qui funè paſcitur. Nam, inquit, aſinus ipſe potius piger eſt quàm ὁ χοινοπλόκος. Atqui verba ipſa quæ adducit ex Plutarcho (ſunt autem ea lib. περὶ εὐθυμίας) ſolvunt dubium, cum dicat ὅτι ὁ χοινοπλόκος παίσιον ἦν χοῖνον κατασφάττων, & ſenex ille ſinat ab aſino funem depaſci, neque abigat.

Ocriſia, Tulli regis Rom. mater. Ovid. Faſt. 6.

Namque pater Tulli Vulcanus, Ocriſia mater.

Ubi tamen *Ocreſia* legendum ait N. Heinſius, quia Plutarcho, Ὀκρήσια dicitur, Ὀκριολην autem ſemper vocat Halic. Dionyſius. Apud Feſtum in voce *Nothum Oclifia* perperam dicitur.

Octavia, gens à Velitris originem accepit, quam aſſentationis gratiâ propter Auguſtum excellere dixerunt. Ipſe autem Auguſtus nihil amplius quam equeſtri familiâ ortum ſe ſcribit, vetere, ac locuplete, & in quâ primus ſenator ejus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat Reſtionem è pago Turino, & avum argentarium. Cic. in ep. quâdam eum nepotem argentarii & filium adſtipulatoris vocat. Utcunque tamen conſtat Auguſti patrem honeſtiſſimum virum fuiſſe, magnâque laude Macedoniam provinciam adminiſtraſſe, idque ex ipſius M. Tullii teſtimonio, ubi ad Qu. fratrem ſcribens hortatur eum ut promerendis ſociis vicinum ſuum Octavium imitetur.

Octavia, Octavii Cæſaris ſoror, Antonii Triumviri uxor, ab eo poſtea repudiata. Plut.

Octavia, Cl. Cæſaris fil. Neronis uxor, ab eo interfecta, teſte Suetonio, cum prius in Pandatariam inſ. relegata eſſet. Tragicus tamen ille qui *Octaviam* ſcripſit, in Ægyptum relegare videtur. Sic enim ille:

——Date vela fretis
Ventiſque, petat puppis rector
Tandem Phariæ littora terræ.

Niſi ſi hoc vult, Alexandrinâ duntaxat navi avectam Octaviam. Alias repoſuerim ego:

Pandatariæ littora terræ.

Lipſ. ad Tac. An. 14.

Octavius Avitus, & Petilius Fauſtinus furta Virgilii adnotarunt, notantes unde quæque carmina ſurriperentur, ut ait Servius.

Octavius, Hiſtoricus antiquus, de quo Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 714.

Ocypete, una Harpyiarum, *à celeri volatu* nomen habens. Sorores habuit Aëllo & Celæno, cum quibus Strophadas inſulas fertur incoluiſſe.

Ocyroe, Nympha, Chironis Centauri & Chariclûs Nymphæ filia, ita dicta *à celeriter fluendo*, quòd in rapidi fluminis ripis nata eſſet. Hanc poetæ fabulantur fuiſſe fatidicam, eandemque in equam tandem converſam. Ovid Met. 2.

Ecce venit rutilis humero projecta capillis
Filia Centauri, quam quondam Nympha Caici
Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit
Ocyroen.——

Odoacer, Herulorum rex, An. Dom. 476. Danubium tranſgreſſus in Italiam Veronam pervenit, & perſecutus Oreſten Gothum, qui Momyllum fil. ſuum Auguſtum creaverat, Ticinum includit, & urbem tandem capit, & militibus diripiendam præbet, & die viceſimo tertio Auguſti proclamatur Rex Italiæ. Inde Ravennam in poteſtatem accipit; tandem Romam proficiſcitur & Momyllum Auguſtulum, qui præmetu imperio ſe abdicaverat, in Lucullanum Campaniæ caſtrum in exilium ejicit, atque ita finis factus eſt Imperio Occidentali, quod ſteterat poſt victum Pompeium, incipiendo à Julio Cæſare an. 522. Deinde à Theodorico Gotho, Amali filio, bello petitus, variâ fortunâ uſus Ravennæ includitur, & poſt longam obſidionem & obleſſis, & obſidentibus defatigatis pace factâ à Theodorico ad convivium vocatus trucidatur, A. D. 429.

Oeagrus, Orphei pater, teſte ipſo in fine Argonauticorum, modo ſint ipſius.

——Ἔνθα δὲ μήτηρ
Τέλσατο μ' ἐν λόχμῃσι μεγαλήτορος Οἰάγροιο.

Apollonius Argon. lib. 1.

Πρῶτά νυν Ὀρφῆος μνησώμεθα, ὃν ῥά ποτ' αὐτὴ
Κικλήσκουσι Θρῇκες ἐπ' ἀγκῶνι ξυνιέσιοι,
Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης Πιμπληίδος ἄγχι τεκέσθαι.

Vide ſis illic Scholiaſten. Plato in Convivio: Ὀρφέα δὲ Οἰάγρου. Hinc *Oeagrius*. Virgil. Georg. 4.

Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.

Ubi Servius ait Oeagrum Orphei patrem fuiſſe fluvium, à quo Hebrus naſcitur, & ideo Hebrum dictum Oeagrium.

Oedipus, Laii Thebanorum regis & Jocaſtæ fil. ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τῶν ποδῶν, h. e, *à tumore pedum*, ut Euripidi placet. Seneca Tragœdus:

Forata ferro geſſerat veſtigia
Tumore nactus nomen, ac vitio pedum.

Hunc pater, cum ex Apollinis oraculo futurum intellexiſſet, ut à filio occideretur, paſtori necandum tradidit; qui miſericordiâ commotus, cum invitus regiæ ſtirpi manus inferret, neque tamen regis imperium detrectare auderet, perforatis gladio plantis, vimineque trajecto, ex arbore ſuſpendit, futurum putans, ut ita inediâ moreretur. Cæterum cum Phorbas Polybi Corinthiorum regis paſtor illac iter faceret, audito vagitu, eò accurrens, puerum ſervavit, reginæque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit, à quâ, veluti puer cœlitus miſſus, filii loco educatus eſt, & à pedibus ex vulnere tumentibus Οἰδίπους appellatus. Grandior deinde natus factus, cum ſe non Polybi filium audiſſet, patrem perquirere ſtatuit, & conſulto oraculo, accepit ſe in Phocide patrem inventurum. Quò cum veniſſet, orta inter Phocenſes ſeditione, Laium conantem reprimere tumultum incognitum interemit. Poſtremo, tanquam oraculo luſus, Thebas petens, in itinere in Sphingem incidit, quam, problematibus ſolutis (unde Terentii illud, *Davus ſum non Oedipus*, cujus Plautus quoque meminit in Pœnulo) cum occidiſſet, Thebas intravit, & quoniam Polybi filius credebatur, Joçaſtam matrem inſciens uxorem duxit, & ex eâ 4. filios genuit. Poſtea vero cum ſe matrem ſibi conjugio copulaſſe, patremque occidiſſe cognoviſſet, dolore percitus, ſibi ipſi in pœnam oculos eruit, quem poſtea cæcum Antigona filia circumduxit, & ſe occidere volentem prohibuit. Alii dicunt, quod repudiatâ matre Aſtymeduſam duxit uxorem, Athenas autem in voluntarium conceſſit exilium. Fabulam hujus habes apud Sophoclem, & Senecam in Oedipo, & Euripidem in Phœniſſis. Hinc *Oedipodionius*. Ovid. Met. 15.

Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?

Oeneus, Calydoniæ rex, filius Parthaonis, qui ex Althæa, Theſtii filiâ, Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit, Herculis poſtea uxorem. Hic, cum Dianam in ſacrificiis ſuis per contemptum præteriiſſet, Dea

——Oeneos ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum,——

uti loquitur Ovid. Met. 8. qui reg. univerſam latiſſimè vaſtavit, donec Meleager, collecto juventutis flore eum interfecit. Hinc *Oenides*, & *Oeneius*.

Oeniſteria, Athenienſium ſacra, quæ peragebantur ab ephebis pubeſcentibus, antequam lanuginem, comamque tonderent; Herculi vero uni certam menſuram offerebant. Horum mem. Heſychius, & Jul. Pollux.

Oeno, una fuit ex filiabus Anii & Dorrippes, quibus id impertiverat Dionyſius, ut quicquid attigiſſent, in triticum ſtatim, aut vinum, aut oleum verteretur. Unde dictæ *Cænotropæ*, quaſi in novas formas omnia vertentes. Cæl. Rhod. 7. 15. Vide *Anius*.

Oenomaus, Martis fil. Elidis & Piſæ rex, Hippodamiæ pater; qui cum ex oraculo ſe à genero interfectum iri didiciſſet, & filia tamen à multis procis ob formæ præſtantiam ambiretur; curule certamen procis propoſuit, eâ lege, ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem ſubiret (inde *Piſæique tori legem* dixit Nemeſianus) Tredecim igitur victis & occiſis, Pelops, Tantali filius, amore puellæ captus, Myrtilum aurigam pretio corrupit, ut axes infirmos & fragiles curru ſubjungeret. Quo facto Oenomaus unà cum curru corruit, membriſque omnibus è ruinâ colliſis, jamque morti vicinus, Pelopem precatus eſt, ut vicem ſuam ulciſceretur. Quare cum Myrtilus pactum ſibi perfidiæ præmium à Pelope contumelioſius exigeret, ab eo in mare præcipitatus eſt; eoque modo & puellâ & regno potitus Pelops, totam Cherſoneſum de ſuo nomine Peloponneſum appellavit. Vide Hyginum. Statius Theb. 1.

——— *Illic Mavortius axis Oenomai.*

Apollonius Argonaut. lib. 1.

Ἐν δ' Λήῳ Ἥρῃσι πιτνήατο δειδιότες,
Καὶ τὸ μὲ τεθνάμεναι Πέλοψ ἶδυτε πάλοχον
Ἠλίε, σὺν Μ οἱ ἔσκε θοὸς ἅρμασι Ἱππόδαμεια·
Τὸν δ μετατρομέοντα ὅτι Μυρτίλῳ πλάσαν ἵππους,
Σὺν τῷ δ' Οἰνόμαο θεσπεσίους δόρυ χειὶ μιμήσπως
Ἄξονα ἐν πλήμνῃσι πεφυλιδὸν ἀγνυμένοιο
Πίπτειν, ἐπεσύμβο Πελοπίδα νῶτα λιλίζαι.

Hiſtoriam alludunt plerique omnes Poetarum, vel deſcribunt; Recenſet integram Hyginus, cap. 84. Vide quæ ad Sidonium Jo. Savaronius, & ad alios notant alii. Meminit & ultimus ferè Romanorum vatum Corippus, certe Latinitatem poſtremus ferens, lib. 1.

Oenomaum referam primas junxiſſe quadrigas,
Et currus armaſſe novos, Pelopemque ſecundum
In ſocium veniſſe necem.

Oenomaus, Cynicus Gadarenſis, Porphyrio paulo ſuperior. Scripſit περὶ τῆ καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας, teſte Suida, in Οἰνόμαο. Item περὶ Κυπρίων, περὶ Κρήτης, καὶ Διονύσου, καὶ τῶν λοιπῶν, teſte eodem Suida, ubi ſupra. Meminit ejus Theodoretus Θεράπευτ. Serm. 6. & 10. ubi ipſe & Diogenianus de oraculorum mendaciis ſcripſiſſe dicuntur.

Oenone, nympha Idæa, mutuo amore Paridis capta, cùm ille adhuc incognitus circa Idem Phrygiæ pecus ſervaret. Hæc fatidica fuiſſe fertur, Paridique in Græciam naviganti prædixiſſe futurum, ut inde patriæ incendium ſecum referret. Extat epiſtola ejus ad Paridem inter Ovidianas, quâ illum ad ſui amorem revocare conatur. Author eſt Dictys Cretenſis ἀποβολιμαῖο, Paridis interempti cadaver ad Oenonem fuiſſe relatum, ut ab illâ ſepulturæ mandaretur: illam vero priſtini amoris recordatione ad primum ſtatim cadaveris conſpectum mortuam concidiſſe, eodemque cum illo funere ſepultam fuiſſe. Ovid. de Rem. Am.

Et Paris Oenonen ſummos tenuiſſet in annos,
Si non Oebaliâ pellice læſa foret.

Idem:

Pegaſis Oenone Phrygii celeberrima nymphis.

Vide Parthenium Eroticôn cap. 4.

Og, rex Baſan. Num. 21. Gigas immenſæ magnitudinis, à Joſue devictus & interfectus. Lat. *ſubcinericius panis*, aut *ſubſannatio*, vel Syriacè *detentus*, aut *impeditus*. Vide Voſſium de Idolol. lib. 1. cap. 26. & Dickinſonum Delph. Phœnic. cap. 2.

Ogmius, Hercules à Gallis ſic dictus. Lucianus. Τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἑαυτῶν εἰφ. *Ogmion*, i.e. ὈΓΜΙΟΝ *agemion*. Barbaros & peregrinos ita nominant, inquit Bochartus. Nempe, vel ex Phœnice Hercules, vel ex Africâ, aut Gadibus, ad Gallos ſe contulerat. Atque id ipſum ejus pictura referebat. Quippe pingebatur Γέρων ἐς τὸ ἔσχατον, ἀναφθαντίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὄψια λοιπὰ δῆλ τειχῶν, ῥυσὸς τὸ δέρμα, καὶ διακαυμένο ἐς τὸ μελάγχρωτον, οἷοί εἰσιν οἱ διαπύρῳοὶ γέροντες. Vide Cæl. Rhod. 6. 7.

Ogyges, Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias condidit circiter mille & quingentos annos ante Romam conditam. Sub hoc rege fuit diluvium magnum, teſte Aug. in lib. de C. D. non illud quidem Maximum, quod Noæ temporibus contigiſſe ſacræ literæ teſtantur; ſed tamen majus eo, quod Deucalionis ſeculo bonam terræ partem inundavit. Dicebatur autem & *Ogygus*, & ex Athenienſium regibus primus omnium fuiſſe fertur. Euſeb. Chron. lib. 1. Πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις (βασιλεὺς) μυθεύεται Ὤγυγος. Etymologici Auctor. Ὤγυγος ἀρχαῖο βασιλεὺς Ἀθηναίων. Erat vero Neptuni fil. & Aliſtræ. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem Ὁ δ Ὤγυγο υἱὸς ἦν Ποσειδῶνο, καὶ Ἀλίστρας. Stephanus filium ſermeræ dicit. Ὠγυγία λέγε καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἡ Θήβη, ἀπὸ Ὠγύγε τῆ Τερμέσσης. Scholiaſtes Apollonii ex Corinnâ filium Bœoti tradit, lib. 3. Ὠγυγίας δ τὰς Θήβας ἀπὸ Ὠγύγε τῆ βασιλεύσαντος αὐτῆς. Κόρινν δ τ Ὤγυγον Βοιωτῆ υἱὸν εἶναι. Thebæ ab hoc rege & conditore, uti ſupra diximus, *Ogygiæ* cognominabantur. Pauſan. in Bœotic. Γῆ δ τ Θηβαΐδι οἰκῆσαι φασὶν λέγουσι πρῶ Ἐκτλῦας, βασιλέα δ τῆδ Ἐκτλύων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον, καὶ ἀπ' τότε τοῖς πολλοῖς Θήβῃσι ποιητὴ ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν, Ὠγυγίαι. Immo Bœotia univerſa *Ogygia* dicta, teſte Strabone lib. 9. Ἡνίκα δ Βοιωτίαν ὑπῆρξε, κατεμόνησε τότε Ὠγυγίας. Quin & Thebarum urbis porta quædam *Ogygia* appellabatur. Pauſanias ubi ſupra, Thebarum portas recenſens: Τὰς δ ἐπὶ παύταις πύλαις, ὀνομάζυσιν Ὠγυγίας. *Præter eas portas, eſt quæ Ogygia nominatur.* Lutatius ad Statii Theb. 7. *Una Thebarum porta ex ſeptem Ogygia nuncupatur.* Tum antiqua quoque cuncta etiam *Ogygia* dicta. Heſychius, Ὠγύγια, ἀρχαῖα. Item Ὠγύγε, παλαιᾶ, ἀρχαῖα. Ita Etymologus, Suidas, Euſtathius: Ita Nicander in Theriacis Ὠγύγο δ' ἄρα μῦδος ἐν αἰζηοῖσι φορεῖ). Ubi Scholiaſtes, Ὠγύγο ἀπὸ Ὠγύγε τινὸς, ὃς ἐστιν ἀρχαῖο, καὶ παλαιός. Philo Judæus de ſacrificiis Abelis & Caini. Παλαιᾶς, καὶ Ὠγυγίας ἐπιτηδείας δόξας, *Antiquis & veteſtis opinionibus innutriri.* Atque uti ab antiquitate ejus vetera quæcunque *Ogygia* appellabant; ita quoque à potentiæ illo tempore magnitudine, magna omnia. Suidas. Ὠγύγιον, ἀρχαῖον, παλαιὸν, ἢ ὑπερμεγέθες. Atq; ſic interpretatur apud Heſiodum in Theogon. Jo. Meurſius, cui hanc notam debeo:

Τοῖον ἀρ' ὄρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδως
Ὠγύγιον. ———

Ac pro magno utitur quoque eâ voce Philo lib. *Quod Deus ſit immutabilis.* Ἀσεῖος μὲ λόγος, ἐπαινετὰς δ πραξεις ἀγύγιο εὐηθείαι παρέχοιεν. i. e. *Sermones quidem civiles, ac laudabiles actiones præterire, ingens vecordia eſt.* Et Ὠγύγιον ἄνθρωπον Heliodorus *hominem ſtaturæ ingentis* appellavit. Porro ab *Ogyge* etiam Attica dicta *Ogygia*. Stephanus in Ὠγυγία, ὡς Χάραξ φησὶν ἐν τοῖς Χρονικοῖς. Etiam Ægyptus, Bœotia, & Ὠγυγία. Videatur idem Stephanus in Αἴγυπτο, Βοιωτία, & Ὠγυγία. Hujus tempore Minerva conſpecta fuit ad lacum Tritonidem. Aug. de C. D. 18. 8. *Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus Ogygi ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali fertur apparuiſſe ætate.* Euſebius in Chron. Can. Ὤγυγος ἐφ' Ἄκτη, τῆ νῦν Ἀθηνῶν ἐκαλέσθη, ὅτε παρθένο φανεῖσα ἐξ τῆ Τριτωνίδ λίμνης, Ἀθηνᾶ παρ' Ἕλλησιν ὠνομάσθη. Hic condidit Eleuſinem, aliaſque urbes quaſdam. Africanus apud Euſeb. Præp. Ev. lib. 10. Ἀπὸ δ πεντεκοσῖης καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ὅτ' Ὤγυγον, ὃς ἔκτισεν Ἐλευσῖνα. Pauſanias de conditore urbis verbum nullum faciens, nominatam eſſe dicit ab Eleuſine; quem Mercurii & Dairæ, cum nonnulli filium dicerent, alii rurſum Ogygi commemorabant. Locus iſte eſt in Atticis, ubi in Eleuſiniis agit: Ἐλευσῖνα δ ἤρωα, ἀφ' ἧ δ πόλιν ὀνομάζυσιν, οἱ μὲ Ἕρμε παῖδα εἶ), καὶ Δαείρας, Ὠκεανῆ θυγατρός. Τοῖς δ' οὐ ταυτὰ μυθολογέα, Ὤγυγον πατέρα. Hujus temporibus Moſen extitiſſe tradunt. Juſtinus Martyr Orat. ad Gentiles. Ἐν δ τοῖς χρόνοις Ὠγύγε δ καὶ Ἰναχε, ὃς καὶ γνησίως τινὲς φασὶ παρ' ὑμῖν εἰληφέναι γενεθλίους, Μωυσέως μέμνηνται, ὡς ἡγεμόνο δ ἄρχοντος τῆ φασὶ Ἰουδαίων γένους. Idem tradit Africanus apud Euſeb. Chron. lib. 1. & de Præp. Evangel. lib. 10. aliique auctores. Verumtamen alii poſteriorem eum volunt. Sub hoc, uti ſupra innuimus, accidit diluvium apud auctores πολυθρύλλητον. Tatianus contra Gentes. Μνημονεύε παρ' Ἀθηναίοις Ὤγυγος, ἐφ' ᾧ κατακλυσμὸς ὑπ πορῶτος. Meminit item ejus Nonnus Dionyſ. lib. 3.

Πρώτε γὰρ κελάδοντος ἐπειρήθη νιφετοῖο
Ὤγυγος, ἡλικάπτοιο δ' ὕδατος αἶψα πέμπων,
Χθὼν ὅτε κλύζετο πᾶσα καταῤῥύτοις.

Ex hoc diluvio ſoſpitem eum evaſiſſe, diſcimus ex Africano apud Euſeb. de Præp. Evang. lib. 10. Φαυλὸ πάνυ ἐν τῆ δ τῆ συγγράμματος, Ὤγυγον, ὃς τῆ πρώτε κατακλυσμῆ γόνον ἐπώνυμος, πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς, καὶ δ' Ἀθηνᾶς ἔτη πεντήκοντα δύο. Ὄνομα τῆ ἀνδρὶ Ὤγυγος, ἐπ' αὐτῆ γόνος κατακλυσμὸς ἐν τῆ Ἀθηνᾶ μόνῃ, αὐτὸς δ ἀπώλετο, καὶ ἡ χώρα πᾶσα. Uxor Ogygi Thebe fuit, Jovis filia, ex Jodamâ Tithoni. Lycus in opere *de Thebis* apud Iſacium Tzetzem com. in Lycophronem. Ζεὺς μιγεὶς Ἰοδάμα τῆ Τιθωνῆ, τῆ Ἀμφιτρύωνο, γυνᾷ Θήβῃσι, ἣν δ' ἔδωκεν Ὠγύγῳ, ἀφ' ἧ Ὠγυγίη

Ὠγυγίη ἡ Θήβη. Filios ejus duos invenio; unum Cadmum, alterumque Eleusinem. Cadmus memoratur Suidæ. Ὠγύγια κακὰ, ὅτι ἦλθ' ὀχλήσων, ἐπεὶ συνέβη Κάδμον ἢ Ὠγύγιον, διὰ τὰς συγκύρσεις κακοῖς ἀσπασθῆναι. De Eleusine Pausanias ubi supra. Ἐλευσῖνα ἢ ἤρωα, ἀφ' οὗ ἡ πόλις ὠνομάζετο, οἱ μὲν Ἐρεμοῦ παῖδα εἶναί φασι, Ὠκεανοῦ δὲ καὶ Γῆς λόγιοι, τοῖς δὲ ὅτι πεποιημένα, Ὠγύγου εἶναι παῖδα. Filias plures habuisse, & in his Alalcomeniam, animadverto apud Pausaniam in Bœoticis. Οἱ δὲ, εἶναι καὶ ἐκ Ἀλαλκομενοῦς καὶ Ὠγύγου συγκύρσεως, φασίν. Etiam Aulidem ille indicat, à qua Aulis, urbs Bœotiæ, nuncupata, in Bœoticis iisdem; Καὶ ὀλίγον ἀπ' αὐτῆς σταδίοις ἐστὶν Αὐλίς. Ὠνομάσθαι δὲ ἀπὸ τῆς Ὠγύγου συγκύρσεως φασὶν αὐτοῦ. Quin tres erant; hæ quas dixi, Aulis, & Alalcomenia, tertiaque Thelxinia, atque omnes Πελασγίδες nuncupatæ. Vide *Praxidice.*

Oileus, Locrorum rex, pater Ajacis, quem Οἰλῆος ταχὺν υἱὸν vocat Homerus. Virg. Æn. 1.

Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei.

Olenus, vir quidam, qui Lethæam duxit uxorem eximiâ pulchritudine, adeoque superbam, ut se Deabus præferret. Illæ autem cum de eâ supplicium sumere vellent, Olenus in se culpam uxoris transferre volens, unà cum illâ in lapidem conversus est. Ovid. Met. lib. 10.

Quique in se traxit crimen, voluitque videri
Olenus esse nocens: tuque ô confisa figurâ
Infelix Lethæa tuâ, junctissima quondam
Corpora, nunc lapides, quos humida sustinet Ida.

Ab *Olenus* est adject. *Olenius*, ut *Olenia Capra*, quam sic dictam volunt, quòd apud urb. Bœotiæ *Olenum* nutrita fuerit, ut est apud Strab. lib. 8. vel quod in *ulnas Aurigæ* sive *Oleni* Vulcano prognati filiæ excepta fuerit. Aratus in Phænomenis.

Ὠλενίην Ν' μιν ἄλγα Διὸς καλέυσ' ὑποφῆται.

Ubi Scholiastes: Ὠλενίην λέγει, διὰ τὸ ἐπὶ ἡ ὠλένης τῆ ἰωιόχυ, ἢ ὡς ἄλλοι, Ὠλένυ θυγατρὸς. Ovid. Fast. lib. 5,

Nascitur Oleniæ sidus pluviale Capellæ,
Illa dati cœlum præmia lactis habet.

Olybrius, Consul Rom. cum Probino, A. U. C. 1148. Claudianus in Prob. & Olyb. Coss.

——*Veteris quis facta Probini*
Nesciat, aut nimias laudes ignoret Olybri?

Olympia, orum, ludi ab Hercule instituti in honorem Jovis, circa Olympiam Eleæ reg. urbem; à quâ & nomen habent. Hercules enim Augeâ Elidis rege superato, ejusque stabulo repurgato, in campis Olympiæ vicinis, juxta Alpheum flu. sacrum certamen instituit, quod quinto quoque anno, vel, ut Lycophronis interpres asserit, quinquagesimo mense, celebraretur: idque eo consilio, ut in illo certamine, Græciæ juventus se pentathlo, seu quinquertio exerceret, *cæstibus* scilicet *cursu, saltu, disco*, & *palæstrâ*: iisque velut meditationibus vero certamini præluderet. Huic certamini, quinto die finis imponebatur, & victor, qui *Olympionices* vocabatur; & qualem esse, uti Cic. pro L. Flacco refert, apud Græcos judicabatur prope esse majus & glorioſius, quam Romæ triumphasse; oleastro, vel, ut Aristoteli placet, oleâ, quæ Philostephanos dicitur, coronabatur; tantumque honoris ei habebatur, ut non per portas urbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam reveheretur. Hinc *Olympiacus.* Virgil. Geo. 3.

Si quis Olympiacæ miratus præmia palmæ,
Pascit equos. ——

Item *Olympicus.* Horat. Carm. 1. 1.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat.——

Lucianus in Harmonide περὶ μεγάλων Ὀλυμπίων meminit, ubi τὰ μεγάλα non παρέλκει, sed ἐξ quòd in pluribus locis Græciæ certamina sacra celebrabantur sub Olympiorum nomine, ideo dixit *Olympia magna* ad differentiam eorum, quæ minus celebria erant. Intelligit igitur Olympia magna, quæ Pisæ ad Alpheum celebrabantur, quæ & antiquissima à Pelope & Hercule erant, & celeberrima non solum in totâ Hellade, sed etiam Italiâ, Siciliâ, Asiâ, Ægypto, Syriâ, Cyrenaicâ, concurrentibus ad spectaculum & athletas & quadrigas eò mittentibus: Minora vero Olympia erant, quæ celebrabantur Dio Macedoniæ ab Archelao rege instituta; quod nos docet Demosthenis Scholiastes ad Orat. περὶ παραπρεσβείας his verbis. Τὰ Ὀλύμπια ἦγεν ὁ Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ ἡ Μακεδονίας κατέδειξεν, ἤγετο ἡ ἐπ' ἐννέα, ὡς φησὶν, ἡμέρας ἑορτὴ ἡ Μούσαις. Eodem nomine erant etiam Athenis, uti docet Pindari Scholiastes ad Olymp. 7. ad hæc verba Κεφαλαῖς ἐν Ἀθήναις. Sic enim commentatur: Εἰσὶ δ' ἂν ἤτοι Παναθήναια, ἢ τὰ Ἡράκλεια ἢ τὰ Ὀλύμπια, &c. Vetus inscriptio Romana, de quâ Jos. Scaliger lib. de Emend. Temp. 5. pag. 476. Olympia etiam post Panathenæa recensent, & Hesychius Ὀλύμπια ὁ Ἀθήνησιν ἀγών. Item alia Olympia, quæ Smyrnæ, & alia quæ Pergami, & alia Alexandriæ, quorum mentionem fieri in Pandectis asserit idem Scaliger. Respectu igitur horum omnium certaminum, quæ sub nomine Olympiorum diversis locis celebrabantur, dicta sunt *Olympia magna* ea, quæ Pisæ committebantur. Originem Olympiorum lege apud Pausan. lib. 5. Honorem ejus quod attinet, Pind. Od. 1. Olymp. ait hoc certamen excedere inter reliqua, non aliter atque inter Elementa aqua excellit, inter opes aurum, Sol inter sidera: additque nihil se excellentius cantaturum, Μηδ' Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα φάτιν εὐδαίμονα. Olympionicarum vero quatuor præmia fuere, quæ Ludovicus de La Cerda recenset ad prædictum Virgilii locum. Primò Corona ex Oleastro. Archias, qui unico versu præmia certaminum quatuor ita includit:

Ἆθλα ἡ Πίσῃ, κότινος, μῆλα, σίλινα, πῶυς,

Ubi κότινος Olympicos ludos respicit, & *Oleaster* fig. Aristophanes in Pluto, præcedente mentione Olympici certaminis, ita ait.

Τῶν ἀθλητῶν τοὺ νικῶντας στεφανώσας κοτίνῳ στεφάνῳ.

Philo in lib. ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος. Τηρεῖ κοτίνου, ἢ σελίνων ἐυκλεὴς ἀγωνιστὴς ἢ τελευτή. Nazianzenus loquens cum S. Cypriano Orat. 18. Τοῦτό σοι καὶ Πίσῃ λόγων γέγας, καὶ ἡ ἀθλήσιος, ἃ κότινος Ὀλύμπιος. Ubi malè Latinus Interpres vertit *Olivam Olympicam.* Oppianus Κυνηγετικῶν quarto.

—— Πολλοῖσιν ἐρεμνὰμβρος κοτίνοισι,

Dio quoque Chrysostomus Orat. 27. nominans 4. illa præmia, unum eorum ponit κότινον. Stat. 6. Thebaidos.

Hunc pius Alcides Pelopis certavit honorem,
Pulvereumque ferâ crinem detorsit olivâ.

Circumfertur & Græcus versiculus;

Ζωὸς Ὀλύμπια νικῶντες φέρει ἀγγέλλους.

Plinius in promptu est lib. 15. cap. 4. & lib. 16. cap. 44. Quædam etiam ad hanc rem observat ex Themistio Junius, lib. 4. cap. 21. Secundò, Corona ex oleâ. Virgilius Geor. 2.

Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ
Dona feram. ——

Eurip. apud Plut. in Alcib. Olympionicen infert δῖς στεφάνῃσι ἐλαίᾳ. Pind. Od. 4. Olymp. Plaumidem Olympici certaminis victorem ἐλαίᾳ στεφανωθέντα Πισαίᾳ. Vide Cæl. Rhod. lib. 12. cap. 19. Cui adjunge Artemidorum, lib. 4. cap. 54. qui de Olympiis loquens utrumque nominat ἔλαιαν, & κότινον. Tertiò, Corona ex auro. Ideoque Pindarus Olympiam vocat, μιτρέφα χρυσοστεφάνου ἀέθλων. Quarto ferebant non solum coronas in capite, sed palmam in manu. Vitruvius, lib. 9. *Athletæ, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum majores ita magnos honores instituerunt, uti non modo in conventu stantes cum palmâ & coronâ ferant laudes, sed etiam cum revertantur in suas civitates cum victoriâ, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias invehantur, è reque publicâ perpetuâ vitâ constitutâ vectigalibus fruantur.* Seneca in Agamemnone:

Cape hoc decorum ludicri certaminis
Insigne frontis, lævâ victricem tenens
Frondem, virenti protegat ramo caput,
Et ista domum palma Pisæi Jovis
Velamen eadem præstet, atque omen tibi.

Hæc tantum invenî, si quis alia, his adjungat. Nam verba illa in Prologo Agathiæ, ἃ γὰ οἶμαι κοτίνου γε ἕνεκα, καὶ σελίνου οἱ Ὀλυμπονίκαι ἐν ἡ κονίσραις ἐναπεθέντο. Hæc verba, inquam novum præmium non faciunt, etiamsi apium nominetur; Nam apium præmium fuit tantum Nemeorum, sed ex dignitate Olympicorum natum, ut trium etiam reliquorum ludorum certatores *Olympionicæ* dicerentur, & sensu isto capiendus Agathias. Ulpianus in Demosth. Orat. contra Leptin. insinuat præmium aliud, Οἱ μὲ γὰ περὶ ἀγώνων εἰσὶ στεφανῖ, οἱ ἡ ἀργυρεῖ. Sed non liquidum, an Olympicorum esset pecunia, & credibile non fuisse. Nam apud Herod. lib. 8. Tigranes laudat Græcos, quod in Olympicis darent præmium, στέφανον, ἀλλ' ἃ χρήματα, De la Cerda.

Olympias, spatium quinque seu quatuor potius annorum. Vide Scalig. lib. 2. Auson. Lection. cap. 23. & lib. de Emend. Temp. Seneca in Hercule Insano. v. 839.

Quantus Eleum coit ad Tonantem,
Quinta cum Sacrum revocavit æstas.

Ubi Farnabius, *Quarto quidem expleto anno, quinto ineunte; neque enim Olympias, aut lustrum quinque absolutos annos complectitur.* Ibi etiam pro *coit* alii *ruit* malunt. Sane Ovid. 1. de Art. Am.

Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos.

Censorinus de die Nat. cap. 18. *Sed horum omnium* Πενταετηρίδας *maximè notandis temporibus Græci observant,*

id

id est, quaternum annorum circuitus, quas vocant Olympiadas. Hoc esse verum spatium Olympiadis, videre est apud Dionys. Halicarn. lib. 1. Rom. Ant. pag. 61. Nam centum viginti annos, triginta Olympiadas facere, disertè memorat. Vide Africanum citatum ab Euseb. lib. x. Præp. Evang. pag. 286. D. Cyrillum Catech. 12. quique illum locum in sua collectanea retulit, Suidam in Ὀλυμπίας. Isidor. lib. 5. cap. 37. Solin. cap. 1. Quia vero hoc temporis spatium etiam πενταετηρὶς dicitur, ideo Poetæ pro solido quinquennio accepere. Ovid. Pont. 4. 8.

In Scythiâ nobis quinquennis Olympias acta est,
Jam tempus lustri transit in alterius.

Olympias, Alexandri M. mater. Plutarchus.

Olympiodorus, vir quidam qui docuit Epaminondam tibiis canere. Item historicus, qui historiarum condidit libros 22. atque incepit ab Honorii Consulatu septimo, & Theodosii secundo, h. e. An. Dom. 407. desiit vero ubi Valentinianus, Placidæ & Constantij fil. factus est Imp. Rom. h. e. anno 425. Dicavit historiam suam Theodosio minori, Arcadii filio. Stylo usus est commentariis non historiæ, convenienti; quod nec ipse nescivit, ut qui libros suos Ὕλλα, sive sylvam, historiæque materiam inscribat: uti Latini solent Commentarios. Auctor Photius; apud quem etiam Excerpta admodum luculenta ex commentariis istis habemus. Vossius. *Olympiodorus* scripsit in Threnos, & Ecclesiasten, itemque in Meteora Aristotelis, & Hypotheses in librum Job. Diversus est *Olympiodorus* ille ὁ Ἀλωιεὺς περιηγητὴς qui de Diogene Cynico nonnihil tradidit, teste Laertio, lib. 6. Fuit & *Olympiodorus* Alexidis apud eundem Laert. in Platone. Item *Olympiodorus* tibicen, magister Epaminondæ fuit, teste Aristoxeno apud Athen. lib. 4. Denique medicus quidam apud Plin. lib. 1. 12.

Olympius Nemesianus, qui, teste Vopisco in vitâ Cæsarum, scripsit Halieutica, Cynegetica, &c.

Olympius præsul, natione Hispanus, inter Christianos scriptores commemoratur à Gennadio. Edidit librum adversus eos, qui naturæ non arbitrio vitam referunt. Item unus ex Italiæ Exarchis.

Olympus, historicus, cujus ætatem satis indicat, quòd fuit medicus Cleopatræ, Julii prius, post Antonii, amasiæ, de quo Plut. in Anton.

Omphale, regina Lydiæ, cui Hercules propter amorem servivit, multisque ab eâ muneribus est donatus, quod ad Sangarim flu. serpentem multos homines interficientem interemisset. Hæc, ut tradit Donatus in Terentium, ipsum Herculem sibi servientem etiam ad lanificium compulit, cum ipsa calathum & colum, cultusque fœmineos, sagittis & clavâ, leonisque tegmine mutasset. Terentius in Eunucho.

Qui minus quam Hercules servivit Omphalæ.

Propertius, lib. 3. eleg. 11.

Omphale in tantum formæ processit honorem,
Lydia Gygæo tincta puella lacu,
Ut qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tam durâ traheret mollia pensa manu.

Ovid. in Fast. ubi de Omphale:

Cultibus Alciden induit illa suis.

Tertullianus, lib. de Pallio: *Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit, quam aliqua materna formido; tametsi adoratur à vobis, qui erubescendus est Scytalosagittipelliger ille qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensavit.* Idem Ovidius:

Dat tenues tunicas Gætulo murice tinctas.

Has ἀδρὸν κύπασσιν vocavit Diotimus Poeta vetus, traditque ab eâdem in templo Dianæ consecratas in hoc Epigrammate, nescio an adhuc edito:

Χαῖρέ μοι ἀδρὰ κύπασσι τ' Ὀμφάλη ποτὲ Λύδη
Λυσαμένη φιλότητι ἦλθεν ἐς Ἡρακλέης·
Ὀλβίῳ ἥδια κύπασσι, καὶ ὡς τότε καὶ πάλιν ὡς νῦν
Χρύσιον Ἀρτέμιδος τοῦτ' ἐπέβης μέλαθρον.

Seneca in Hippolyto:

Natus Alcmenâ posuit pharetram,
Et minax vasti spolium leonis;
Passus aptari digitis smaragdos,
Et dari legem rudibus capillis:
Crura distincto religavit auro,
Luteo plantas cohibente socco.
Et manu, clavam modo quâ gerebat,
Fila deduxit properante fuso.
Vidit Persis, ditisque feræ
Lydia regni, dejecta feri
Terga leonis; humerisque quibus
Sederat alti regia cœli,
Tenuem Tyrio stamine pallam.

Vide Athen. lib. 6. Plut. in Theseo. Ovid. 2. de Art. Am. & in epist. Dejaniræ. Apollodor. lib. 2. Meminit & Pausan. in Atticis. Non omittendus est Palæphatus ubi de *Omphale*. Λέγεται ὡς λαμπρὸν ἦν Ἡρακλῆς τοῦτο, ὁ δὲ λόγος μετὰ τοῦτο ἐστὶν· Ἐξὸν δὲ καινότητι καὶ περὶ ὑπαρχόντων αὐτῷ, λαοὺς εἶναι. Ἐμίσητο τοίνυν ὑπ' Ὀμφάλης τοῦ Ἰαρδάνου βασιλέως, Λυδῶν βασιλεύοντος, αὐτὴ ἀπέκτεινε δὲ Ἰάρδανον Ἡρακλῆς, φεύγοντος ἐξὸν αὐτοῦ. Ἡρακλῆς πλουτίσας ἔφυγε εἰς Λυδίαν αὐτῆς, γυνὴ δὲ ἐξ αὐτῆς ἦν Λαομέδων, ὑβρίζων δὲ αὐτῇ ἔφυγεν ὅτι φεύγοντος ἦν Ὀμφάλης, οἱ δὲ ἀνῆκεν ὑπάλακον λαγχάνειν αὐτῇ.

Onesicritus, in Alexandri comitatu fuit, qui ab eo ad Indiæ sophistas missus erat: atque ex iis etiam collocutus est cum Calano, nobili philosopho; qui postea in Persiam usque Alexandrum est secutus, ac spectantibus Macedonibus & Persis spontaneo ultimum diem vivicomburio clausit. Auctor Strabo, lib. 15. quo res Indicas persequitur. Meminere *Onesicriti* præter Strabonem, qui multa imprimis ex eo refert, etiam Plut. in Alex. (ubi & legas, fuisse philosophum ex Diogenis Cynici contubernio) Agellius, lib. 9. cap. 4. & Qu. Curtius, lib. 9. Adhæc ita Lucianus de longævis; Ὀνησίκριτος ὁ τὰ οἷα Ἀλεξάνδρου συγγράψας. Item Ælianus lib. 16. de An. cap. 30. ubi vocatur Ὀνησίκριτος ὁ Ἀξυπαλαιεύς. Mentionem quoque ejus idem Ælianus facit lib. 17. ejusdem operis, cap. 6. Item Jo. Tzetzes Chil. 3. Hist. 113. Et, qui antiquâ magis fide est, Arrianus lib. 6. ubi hæc legas; Τῆς δὲ αὐτῆς νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ, ἵνα μὴ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνήγαγε, καὶ τοῦτο ἐμιμήσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν ἐπὶ γεφύρας, κυβερνήτην ὄντα. Sed non in eo solum fefellit, nam in multis ejus fides suspecta fuit. Neque tamen vulgaris navis gubernator fuit, sed regiæ, quod ipse agnoscit Arrianus lib. 7. ubi vocatur κυβερνήτης τῆς νεὼς τῆς βασιλικῆς. De stylo ejus ita censet Suidas, Xenophontem sibi imitandum proposuisse, sed elegantiam ejus assequi minime potuisse. Fuit item medicus.

Onesimus, Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini M. scripsit de Rhetoricâ, de statuum differentiâ, Præexercitationes, Declamationes, & alia. Suidas. Item Philemonis servus.

Onomacritus, sortilegus Athenienses, Musæi socius, ab Hipparcho Athenis expulsus. Herod. in Polyhymn. *Onomacritum*, Athenienssium vatem, Clem. Alex. ait vixisse circa Olympiadem 50. Sed verisimilius est, eum scripsisse 60. Nam addit claruisse tempore principatûs Pisistratidarum. Atqui Pisistratus, qui ter tyrannidem invasit, primo eam obtinuit Olymp. 51, an. 1. obiit autem Olymp. 63. an. ult. Hujus Onomacriti poemata sunt ea quæ Orphei dicebantur; Item χρησμοὶ, sive responsa, quæ Musæo adscribebantur. Vide Voss. Poet. Gr. p. 23.

Opalia, dies festus, Opi Deæ dicatus. Erant autem Opalia post Saturnalia, vel eodem die, quia Opem Saturni conjugem esse crediderunt.

Opertanei, Dii quidam sic dicti. Mar. Capella lib. 1. *In primâ cœli regione sedes habere memorantur post Jovem, Dii Consentes, Penates, Salus, ac Lares, Janus, Favores, Opertanei, Nocturnusque.* Meminit Plinius sacrorum Opertaneorum.

Ophion, vir, qui cum Eurynome uxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum rerum potitus est, quem Saturnus fugavit. Apollon. Argon. lib. 1. de Orpheo canente.

Ἤειδεν δ' ὡς πρῶτον Ὀφίων Εὐρυνόμη τε
Ὠκεανοῦ νιφόεντος ἔχον κράτος εὐρύμπυιο,
Ὡς τε βίῃ καὶ χερσὶν ὁ μὲν Κρόνῳ εἶκαδε πᾶσι,
Ἡ δὲ Ῥέῃ, ἔπεσον δ' ἐν κύμασιν Ὠκεανοῖο.

Item Gigantis nomen apud Claud. 3. de raptu Pros. Denique unus ex Cadmi sociis, qui è dentibus serpentinis nati fuerunt, unde & nomen traxit. Ὄφις enim Græcè *serpens* dicitur. Ovid. Met. lib. 3.

Quinque superstitibus; quorum fuit unus Echion,
In sua jecit humi monitu Tritonidis arma.

Ophiuchus, sidus cœleste, stellis 16 constans quod Poetæ Latini verbum verbo reddentes *Anguitenentem* appellarunt. Qui Astronomicum Poeticum conscripserunt, Herculem esse putant, qui adhuc in cunis vagiens, angues à Junone immissos manibus præfocavit. Alii Æsculapium esse volunt. Cic. 2. de N. D. *Atque hæc quidem à tergo, propter caput autem Anguitenens.*

Quem claro perhibent Ὀφιοῦχον *nomine Graii:*
Hic pressu duplici palmarum continet anguem.
Ejus & ipse manet religatus corpore torto:
Namque virum medium serpens sub pectore cingit.

Ovid. Met. lib. 8.

Qui medius Nixique genu est Anguemque tenentis.

Opilius Macrinus, cum Diadumeno fil. Imperator ab exercitu salutatus post mortem Caracallæ; annum, aut non multo diutius in imperio fuit; ab exercitu enim uterque interfectus est.

Oppia,

Oppia, una ex Veſtalibus, quæ convicta ſtupri, viva defoſſa eſt. Hæc enim talium pœna memoratur. Juvenalis.

——*Cum quo nuper vittata jacebat*
Sanguine adhuc vivo terram ſubitura ſacerdos.

Oppianus, poeta eximius, Ageſilai & Zenodotæ filius, ex Anazarbo, ſive (ut Suidæ placet) Coryco, Ciliciæ civitate. Scripſit Ἁλιευτικὰ & Κυνηγετικὰ elegantiſſimis verſibus quæ Antonino Caracallæ obtulit, non ſine doctrinæ ſuæ maximâ commendatione. Hujus poemata cum apud Imperatorem recitata eſſent, donatus eſt in ſingulos verſus aureo ſtatere, ut viginti millia aurêorum pro omnibus acceperit. Suidas. Vixit annis 30 & ſæviente in civitate Anazarbi paulo poſt peſte obiit parentes relinquens ſuperſtites. Cives autem eum ſepelierunt, & ſumptuoſam ſtatuam illi erexerunt cum hoc epigrammate:

Ὀππιανὸς κλεῖνον εἶλον ἀοιδῶν, ἀλλά με μοῖρης
Βάσκανος ἐξήπαξε μίτος, κρυεροὶ τ' Ἀΐδαο πύλαι
Καὶ νέον ὄντα κατέφθιτο, ἐνπλοκίης ὑποφήτην.
Εἰ δ' ἔτι πολιὸν μοι χρόνον ζώειν μίμνεν φθόνος αἰνὸς
Ἐιασεν, οὐκ ἂν τις μοι ἴσον γένος ἤλασε φωτῶν.

Oppianus vatum decus immortale fuiſſem,
Invida ni gelidum rapuiſſet Parca ſub Orcum
Me juvenem, placidæ clarum ſplendore Camœnæ.
Ni livor longæ violaſſet tempora vitæ,
Non mihi laude parem quenquam terra alma tuliſſet.

Ops, opis, filia Cœli ex Veſtâ, ſoror & conjux Saturni, quæ & *Rhea* & *Cybele*. *Ops* autem idcirco dicta putatur quòd terræ *ope* vita hominum ſuſtentetur. Cic. lib. 2. de N. D. *Terram Opem Latini idcirco nominant, quod opes omnes è terrâ.* Unde & Plutus in Theſmophoriis unà cum Cerere colitur. Ariſtoph. Reperitur apud Heſych. Ὦπις, unde noſtrum *Ops* ait Scaliger. Ab Ὦπις autem vel Ὦπος, ὀπίζομαι *colere*, ut *Venerari à Venere*. Porro *Ops*, vel *Opis* pro Rheâ, ut ſupra diximus, Latinum eſt, pro Dianâ autem Græcum. Ὦπις, & Οὖπις Doricè. Vetus Poeta apud Macrobium, lib. 5. cap. 22.

Ὑμῆσαι ταχέων Ὦπιν βλωπῆγιν ὀϊστῶν.

Callimachus Hymn. 3.

Οὖπι ἄνακτ' ἐνῶπι, φαεσφόρε. ——

Meurſius. Tibullus 1. 4.

At qui non audit Muſas, & vendit amorem,
Idææ currus ille ſequatur Opis:
Et ter centenas erroribus expleat urbes,
Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos.

Turrigeram vocat Ovidius Triſt. 2.

Ipſe quoque Auſonias Cæſar matreſque nurusque
Carmina turrigeræ dicere juſſit Opi.

Optatus, libertus Cæſaris, præfectus claſſis ſub Tiberio Claudio Principe, ſcaros à mari uſque Carpathio petitos inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminavit. Ab eo tempore frequentes in Italiæ littore inveniuntur. Plinius, 9. 7.

Optatus, Afer, Epiſcopus Milevitanus. Ejus extant de Schiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum Donatiſtam libri ſeptem, cum Notis & Emendationibus Merici Caſauboni Canonici Cantuarienſis, Londini, A. D. 1631.

Optiletis, Minerva dicta eſt ab oculis quos ὀπτίλους Dores appellant. Refert enim Plut. in Vitis, cum Lycurgus privatorum luxum ſuſtuliſſet, divitibuſque ob hoc factus eſſet inviſus, quendam inſolentem hominem Alcandrum nomine alterum oculum Lycurgo eruiſſe, poſteaque Lycurgum in ejus calamitatis memoriam templum ſtatuiſſe, quod *Optiletim* vocavit. Pauſaniæ communi Græcorum Dialecto Ὀφθαλμῖτις nuncupatur.

Orbana, Dea quæ Romæ ad ædem Larium Aram habuit. Plin. 2. 7. Lege *Orbona*. Arnobius. *Orbona Dea in cujus tutelâ erant orbati liberis parentes.*

Orbilius, Beneventanus Grammaticus, tempore Ciceronis profitebatur, vir acer in diſcipulos, ac *plagoſus* propterea ab Horatio dictus. Vixit prope ad centeſimum annum, amiſsâ jampridem memoriâ, relicto ex ſeſe Orbilio, & ipſo Grammatico. Tranquillus.

Orchanus, Aſſyriorum Rex, Achæmenidis filius, qui ex Eurynome conjuge Leucothoen filiam ſuſcepit, quam poſtea vivam defodit, quod cum Sole concubuiſſet. Domitius in Comment. in Ibin Ovidii, & Ovidius ipſe Met. 4. Lege *Orchamus*.

——*Leucothoe multarum oblivia fecit;*
Gentis odoriferæ quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome, ſed poſtquam filia crevit
Quam mater cunctas, tam matrem filia vincit.
Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: iſque
Septimus à priſci numeratur origine Beli.

Et paulò poſt,

——*Ille ferox immanſuetuſque precantem,*
Tendentemque manus ad lumina Solis, & Ille
Vim tulit invitæ, dicentem, defodit altâ
Crudus humo; tumulumque ſuper gravis addit arenæ.

C. *Orchius*, Trib. plebis, tertio ante anno quam Cato Cenſor fieret, legem tulit de Senatus ſententiâ, quæ dicta eſt *Orchia*, quâ præſcribebatur numerus convivarum. Macrob. Sat. 3.

Oreades, Nymphæ montium, ἀπὸ τοῦ ὄρους, quod *montem* ſig. Virgil. ubi de Dianâ:

——*Quam mille ſecutæ*
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Ovid. Met. lib. 8.

Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.

Calpurnius Eclog. 4.

Per juga ſiccato velox pede currit Oreas.

Oreſtes, Agamemnonis & Clytemneſtræ filius; cui ſoror Electra necem parari ab Ægiſtho, qui patrem Agamemnonem interfecerat, matremque conſtupraverat, prævidens, ipſum per pædagogum in Phocidem clam ablegat ad Strophium Phocenſium principem, qui Agamemnonis ſororem duxerat. Illic 12. annos moratus cum pædagogo ſuo Argos rediit, ubi ſub ſpecie hoſpitum Phocenſium, quos Strophius miſerat, ut Oreſtis obitum nunciarent, intromiſſus ad Clytæmneſtram, eam cum Ægiſtho adultero, conſciâ Electra, in ultionem patris occidit. Deinde Pyrrhum quoque, Macarei ſacerdotis ope, in templo Apollinis interfecit, eo quod Hermionem, Menelai filiam, ſibi prius deſponſatam rapuiſſet. Propter quæ ſcelera furiis agitatus eſt, quibus non ante purgari potuit, quam ad aram Dianæ Tauricæ à Pylade perductus, perpetrata facinora expiaſſet. Ἀπὸ τοῦ ὄρους, i. e. *à monte* dictus eſt, vel ob magnam & monſtroſam corporis magnitudinem, quod ſeptem cubitos longitudine æquaſſe Herodotus & Solinus prodiderunt; vel, ut immanes ac feros ejus mores exprimerent, id quod Euſebius vult Præp. Evang. lib. 4. & ante Euſebium Plato. De furore ejus multa Sophocles in *Electrâ*, Euripides in *Oreſte*, Val. Flaccus, lib. 7. & alii authores. Virgilius:

——*Scenis agitatus Oreſtes.*

Juv. Sat. 1:

Nec dum finitus Oreſtes.

ſcilicet fabula de Oreſte. Probus ſcribit diu illum hoc furore vexatum didiciſſe tandem ex reſponſo, non prius ſe liberaturum iri, quàm flumine eſſet ablutus, quod ſeptem fluminibus confunderetur; atque ita tandem in Rheginî agri flumine purgatum ad priſtinam mentem rediiſſe; cujus & Varro meminit Rerum Humanarum, lib. 10. Neronem etiam de Oreſte Tragœdiam cantaſſe, idque in ſcenâ, apud Suetonium legas. Hic *Oreſteus*, ut *Oreſtea Dea* apud Ovidium, & *fides Oreſtea* apud Claudianum. Vide *Pylades*, & *Iphigenia*.

Orgia, Bacchi ſacra, alio nomine *Bacchanalia*, *Dionyſiaca*, *Trieterica*, de nocte celebrari ſolita, omni poſthabito pudore, teſte Livio, in Thraciâ primum ab Orpheo inſtituta, à quo etiam *Orphica* dicta ſunt, Diodoro Siculo authore. Virgil. Geo. 4. ubi de Orpheo:

Inter ſacra Deum nocturnaque Orgia Bacchi.

Idem Æn. 4.

——*Qualis commotis excita ſacris*
Thyas, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron.

Ovid. Met. 12. (ubi de Baccho agit)

——*Cui Thracius Orpheus*
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo,

Statius 1. Achilleidos:

Lucus Agenorei ſublimis ad Orgia Bacchi
Stabat.——

Idem lib. 2.

——*Quid ſi Baccheæ ferentes*
Orgia, Palladias aut circumvideris aras?

Claudianus:

——*Dubitaſſent Orgia Bacchi*
Cui furerent.——

Inde Heſychius: Ὀργιάζειν, τελεῖν Διονύσῳ. Catullus in Ariadnâ:

Pars obſcura cavis celebrabant Orgia ciſtis,
Orgia, quæ fruſtrà cupiunt audire profani.

Juvenal. Sat. 6.

Talia ſecretâ celebrabant Orgia tædâ
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyttò.

Nomen traxerunt ἀπὸ τῆς ὀργῆς, i.e. *à furore* vel *irâ*, ut cenſet Euſeb. de Præp. Evang. Phurnutus, & alii, vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν i.e. *montibus*, quòd in montem Cithæronem ſacra illa ex Thraciâ primùm tranſtulerit Orpheus; vel ἀπὸ τῶν ὀργάδων, h. e. *conſecratis alicui Deo locis*. Vel ἀπὸ τοῦ εἴργειν, i. e. *arcendo*, quòd profani arceantur ſacris, id quòd Apollonii interpres

interpres lib. 1. etiam affirmat his verbis: Ὄργια, μυστήρια ἢ δὲ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῆς. Addit; ἢ τὰ ἐν ὀργάσι γινόμενα, ὀργάδας δ' συμφύτους τόπους καλεῖσθαι, καὶ ὑγιές. Possis etiam à ῥέζω deducere, cujus præteritum ἔοργα, ut ita dicantur quasi θεῖα ἔργα. Est & verbum Ὀργᾶν, idem Græcis quod ἐφίεσθαι, h. e. appetere, quâ in significatione usus est quandoque Aristoteles in Problem. τμημ. δ'. Et Hesychius Ὀργᾷ, ἐπιτιμᾷ ἢ ἐπιθυμεῖ. Quid si quis inde auspicium nominis deducere velit, cum constet omne eos turpitudinis genus exercuisse in iis sacris. Hinc verbum Ὀργιάζειν, quod idem est cum θύειν, teste Suidâ, & Ὀργιῶναι Bacchi sacerdotes in specie, & eorum cœnæ δεῖπνα Ὀργιωνικὰ Athenæo. Nam alias etiam aliorum sacrorum antititles Ὀργιῶνας dictas inveniio. Scribit enim Servius omnia apud Græcos sacra *Orgia* significasse, sicut *ceremoniæ* apud Latinos; additq; proprie dicta *Orgia*, causâ turpitudinis à pop. Rom. fuisse antiquata. Facit quoque nobiscum Strabo, lib. 10. *Plurimi Græcorum totum ceremoniale negotium, quod* Orgia *vocant, tum Bacchanale & Choricum, & sacrorum mysteria Liberο Patri attribuerunt.* Cæterum *Orgia* pro omnibus ceremoniis, uti diximus, capiuntur. Unde idem Strabo, *Cybelem præcipuo venerantur honore, ejus* Orgia *frequentantes.* Hinc Ὄργια πόθων, i. e. *Amorum sacra*, in Epigrammate. Dixit quoque Plato generaliter Ὀργιάζω θεὸν, *sacrificiis placo Deum.* Ita Μικῶν Ὄργια, apud Aristoph. in Ranis. Hinc Prop. 3. 1.

Primus ego ingredior puro de fonte Sacerdos,
Itala per Graios Orgia ferre Choros.

Sic Stat. 5. Sil. Epitaph. in fil.

——— *Quæ vestra sorores*
Orgia Picriæ, quas incestavimus aras?

Oribasius, Juliani Imp. familiaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros Medicinæ 72. ad Julianum, & eorum epitomen in libris 9. ad Eustathium fil. de Regno, & de Affectibus. Suidas. Eunapius vero Sardinius in lib. Sophist. *Oribasius*, inquit, *Pergamenus genere in eloquentiâ pariter & medicinâ profecit, Julianoque propterea, ut medicus fuit accersitus; invidiâ deinde succedentium Principum bonis privatus, ac in exilium ad Barbaros missus, animum Philosophi semper in calamitate retinuit. Tantâ autem apud eas nationes gratiâ & opinione ob doctrinæ, & medicinæ experimenta perseveravit, ut pro Deo penè coleretur.*

Origenes, author Ecclesiasticus, cujus dogmata quædam damnata sunt, cùm in varios errores incideret, quos Augustinus libro de Hæreticis commemorat. A quo *Origeniani* dicti, qui eum sequuntur. Virilia sibi amputavit, ne molestam sibi Venerem experiretur. Imitatus Hierophantas, Athenienses sacerdotes, qui sorbitione cicutæ se castrabant, quo castius in sacerdotio viverent. Præceptores ejus erant Clemens Alex. & Ammonius. *Secundus Ecclesiæ magister post Apostolos* dicitur Hieronymo. Sena millia librorum scripsisse, author est Epiphanius Hæres. 4. Hexaplorum conditor fuit, qui cum duabus posuisset columellis sacrum contextum, semel Hebræis, atque iterum Græcis literis, duabus his columellas addidit quatuor, sc. versionem 70 Interp. Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, unde & *Hexapla* dicebantur. Parum probè de Origene sensit Theod. Beza. Sic enim ille, Epist. 29. *Est certe hic scriptor adeo omnibus modis impurus, sive ita ipse scripsit, sive depravata postea fuerant ejus scripta, ut nullam in Ecclesiâ authoritatem in rebus controversis mereatur.* De Doctrinâ quoque ejus hæc breviter notavit Epiphanius; καλῶς δογματίσας τὰ περὶ πίστεως, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν γεγραφῶν καλῶς φέρουσι. *Adamantius* ob studiorum & laborum tolerantiam dictus est. Obiit in summâ paupertate A. D. 253. Vide Suidam in Ὠριγένης. *Orus* autem nomen fuit regis Ægyptii, imò apud Etymologum etiam Grammatici. Atque, ut ἀπὸ τοῦ Διὸς proprium est nomen Διογένης, quasi *Jovigenam* dixeris, sic ἀπὸ τοῦ Ὥρου est Ὠριγένης, quasi *Origenam* dicas. Aliud visum Andreæ Schotto, suis in Origenem Observationibus, lib. 1. contra Celsum, ubi eum tradit ita vocari, qu. Ὀρειγενής, h. e. *montigenam*, quemadmodum Ascetæ quidam Chrysostomo Hom. 13. in Ep. ad Ephes. οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι vocantur, & Laertio Heraclitus Ephesius dicitur ἐν τοῖς ὄρεσι διαιτώμενος. Sed præterquam quod prima in Ὄρος sit correpta, in Ὠριγένης porrecta, hoc nihil ad Origenem Alexandriæ natum & educatum, ubi *Or*, seu *Orus* pro Numine colebatur, & ab eo quoque hominibus nomen id fuit, ut, quin inde *Origenes* appelletur, minime sit dubitandum.

Origo, mima, & meretrix. Horat. lib. 1. Sat. 2.

——— *Marsæus amator Originis.*

Orion, Poetis venator est, & satelles Dianæ, auditor Atlantis, qui doctrinam de cœlestibus motibus, & stellis ex Libyâ in Græciam attulit. Nomen ejus quidam ab ὄρος, quod sig. differentias temporum anni, ver, æstatem, &c. deducunt. Quanquam Strabo appellatum eum velit *Oriona*, quòd esset educatus in *Oræo* op. Eubœæ. Grammatici vero ab ὄρσην derivant, i.e. *urinâ* quia Cosmicus occasus Orionis in Novembri ciet sævas tempestates; unde Virgilius, Æn. 7. dixit.

Sævus ubi Orion hybernis conditur undis.

Horat. 3. 27.

Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. ———

Idem Epod. 15.

——— *Et nautis infestus Orion*
Turbaret hybernum mare.

Apollonius, lib. 1. Argon.

Χειμαίην ὀλοοῖο δύσις πάλαι Ὠρείωνος.

Statius Theb. 3.

Cum fragor hyberni subitus Jovis, omnia mundi
Claustra tonant, multusque polos inclinat Orion.

Claudianus de bello Gildonico circa finem:

Imbribus humescant Hœdi, nimbosaque Taurum
Ducat Hyas, totusque fretis descendat Orion.

Propertius, lib. 2.

Non hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion.

Sane Plinius, lib. 11. cap. 28. Orionem nominat inter noxia sidera, ita etiam alii. Excitat quippe tempestates ortu suo & occasu. De ortu Virgilius, Æn. 1.

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada cæca tulit. ———

De occasu Horatius, Epod. 10.

Nec sidus atrâ nocte amicum appareat,
Quâ tristis Orion cadit.

Utrumque Aristoteles conjunxit lib. 2. Meteor. scribens, Orionis δύσιν, καὶ ἀνατολὴν παραχάδη, *dirum esse ortum occasumque.* Sed aliam causam affert Lactantius, Statii vetus Scholiastes, in lib. 7. Thebaidos. Fabula sic se habet. Pelasgus pauper quidam, *Oenopeus* nomine, vel *Oenopion*, (*Hyreus* autem Ovidio dicitur) Jovem, Neptunum, & Mercurium susceperat hospitio. Qui referendæ gratiæ copiam dedere precandi quod vellet. Pelasgus orbus filium optavit. Dii in corium bovis immolati mingunt, defossumque post novem menses tolli jubent, tum igitur natus est Orion. Ovid. Fast. 4.

Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Oriona,
Perdidit antiquum littera prima sonum.

Vide Palæphatum de Orione. Hic postea adultus strenuus venator extitit, Dianæque comes adhæsit. Verum cùm corporis robori plus satis fidens, jactitaret nullam esse feram, quam conficere non posset, Terra hominis insolentiam non ferens, scorpionem peperit, cujus ictu Orion interiit; Diana autem eum in cœlum transtulit, & juxta Tauri sidus constituit. Contra tamen Lucanus, scorpionem hunc à Dianâ immissum tradit, aliorumque Deorum miseratione in cœlum fuisse translatum. Sic enim ille lib. 9.

——— *Quis fata putaret*
Scorpion, aut vires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis, & recto verbere sævus,
Teste tulit cœlo victi decus Orionis.

Ejus meminit Nicander in Therimacis statim ab initio:

Τὸν ῥ' χαλαζήεντα κόρη Τιτωνὶς ἀνῆκε
Σκόρπιον, ἐκ κενθμοῦ πεδηγυθρόον, ἦμος ἐπέχει
Βοιωτὸς τοξόχοιο κακὸν μόρον Ὠαείωνι,
Ἀχαιΐνων ὅτε χεῖρα διῆς ἐδράξατο πέπλων.

Et paulo post:

Τῷ ῥ' τέρας θελξιμον ἐν ἀσφάσιν ἀπλανὲς αὔτως
Οἷα χυνηλατέοντος ἀειδελον ἐσθέειν.

Horatius autem Dianæ telis eum confossum occubuisse tradit in his:

——— *Notus & integræ*
Tentator Orion Dianæ
Virgineâ domitus sagittâ.

Oarion dicitur Catullo. Sic enim ille.

Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Scriptum reliquit Dorion in libro de piscibus Orionem filium fuisse Neptuni & Brylles Minois filiæ, quæ sententia fuit etiam Hesiodi. Huic sororem addiderunt Candiopen. Fabulantur præterea hunc munus à patre Neptuno impetrasse, ut tam super undas, quàm super terram posset incedere. Alii tamen tantæ fuisse magnitudinis senserunt, ut nulla esset tanta profunditas, è quâ non humeri saltem extarent è mari, quam sententiam sequi videtur Virg. Æn. 10.

——*Quam magnus Orion*
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna, viam scindens, humero superemine undas.

Papinius in Silvis:

——— *Magnus quanto mucrone minatur*
Noctibus hybernis, & sidera terret Orion.

Ubi

Ubi gladio armatus introducitur. Unde Ovid. Met. 3.

——*Nitidumque Orionis enſem.*

Et lib. 2. Μαπαιοτεχνίας·

——*Enſifer Orion aſpiciendus erit.*

Lucanus:

Enſiferi nimium fulget latus Orionis.

Euripides quoque in *Ione* Ὠρείωνα vocat ξιφήρη. Virgil. Æn. 3.

Armatumque auro circumſpicit Oriona.

Claud. de Conſ. Olybr. & Prob.

——*Jam caligantibus armis*
Debilis Orion dextram miratur inermem.

Seneca in Hercule Furioſo:

Ferro minax hinc terret Orion Deos.

Orionem luculenter deſcribit Manil. lib. 1.

Cernere vicinum Geminis licet Oriona
In magnam cœli tendentem brachia partem,
Nec minus extento ſurgentem ad ſidera paſſu:
Singula fulgentes humeros, cui lumina ſignant,
Et tribus obliquis demiſſus ducitur Enſis;
At caput Orion excelſo immerſus Olympo,
Per tria ſubductus ſignatur lumina vultus,
Non quod clara minus, ſed quod magis alta recedant:
Hoc duce per totum decurrunt ſidera mundum.

Hic cum poſtea in Chium ad Oenopionem veniſſet, Æropen illius uxorem vitiare conatus eſt. Qui graviter id ferens, comprehenſo Orioni oculos effodit, & mox extra ſuam reg. ejecit; qui poſtea in Lemnum profectus à Vulcano perbenignè excipitur, qui ejus miſertus Cedalionem unum è famulis ei ducem viarum dedit, qui in Orientem ad Solem profectus ab eo ſanitati reſtitutus eſt, ac lumen recuperavit. Deinde contra Oenopionem arma ſuſcepit, quem à civibus ſuis ſub terrâ occultatum, cum non ſperaret ſe amplius poſſe invenire, in Cretam profectus eſt, ubi ob inſolentiam à ſcorpio, ut ſupra dictum, occiſus eſt, uti quoque teſtatur Euphorion in his: Συγκυνηγῶν ᾧ ἔτος Ἀρτέμιδι, ἐπιχείσιον αὐτῷ βιάζεσθαι, ὀργισθεῖσα ᾗ ἡ Ἠὼς, ἀνέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκορπίον, ὃς αὐτὸν πλήξας κατ' ἀσφάλειον ἀπέκτεινε. Quidam vero maluerunt occiſum fuiſſe à Dianâ, quia illam invitaſſet, ut diſco ſecum luderet. Alii quia vim Opi uni è virginibus, quæ Dianam ex Hyberboreis ſecutæ fuerant, inferre voluerit, à Dianâ confixum ſagittis exiſtimarunt, ut ait Apollodorus lib. 1. Neque vero ipſius ſolum Orionis magna fuit arrogantia, ſed etiam Side ejus uxor dicitur auſa fuiſſe cum Junone de formâ contendere, quare ad inferos fuit ab illâ dejecta. Porro Fabulam Orionis ad Naturalem Philoſophiam doctè applicat, & explicat Nat. Comes lib. 8. cap. 13. Aſtronomiam ejus vide apud Cæſium, & Heſychium in Ὠείων. Nos impræſentiarum paucula tantum de magnitudine ejus dicemus. Fuit enim Homero teſte, ſi hiſtoricè ſpectes, maximus & proceriſſimus ævi ſui. In Odyſ. λ. πλοείῳ dicitur. Ibidem ait Otum & Ephialtem μηκίστους omnium fuiſſe.

——Μετὰ γὰ κλυτὸν Ὠείωνα.

Vide quoque Plin. lib. 7. cap. 16. Atque ſic utrumque Hemiſphærium obſidens, ſecundum longitudinem obtinere dicitur partes ſeptendecim; ſecundum latitudinem vero triginta. Hinc Manilius in Sphærâ barbaricâ:

——*Orion magni pars maxima cœli.*

Et Pindarus in Iſthmiis φῶτ' Ὠειωνίαν pro *immani corpulentiâ* dixit. Theocritus in Thalyſiis, verſ. 52.

Ἐστὴ Ἀγαάναξ κῆλος πλόῳ ἐς Μιτυλάναν,
Χ' ὅταν ἐρ' ἐσπερίοις ἐείφοις νότος ὑγρὰ δοκῇ
Κύμαπα, κ' Ὠείων ὄκ' ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴαχῃ.

Idem in Ἡρακλίσκῳ·

Ὠείωνα κατ' αὐτὸν, ὁ δ' ἀμφαίνει μέγαν ὦμον.

Aratus:

Ὅς κ' ἐπορώμενος φοίνικι μέγαν Ὠείωνα.

Orithyia, filia Erechthei Athenarum regis, quam cùm Boreas adamaret, neque bonâ cum gratiâ nuptias ejus poſſet impetrare, vi eam rapuit, raptamque tulit in Thraciam, & ex eâ Zethen & Calaim ſuſcepit, qui cum Argonautis in Colchos navigarunt, & Harpyias fugaverunt. Nomen habet ἀπὸ τοῦ ὄρους *monte*, & ὄθω *concitor*. Quidam tradunt eam raptam à Boreâ Strymonis filio, inter quos Heſagoras, idque Poetas ab homine tranſtuliſſe ad ventum. At Hermias Platonicus ſcripſit Aquilonis impetu eam ex alto præcipitatam, atque inde datam fabulæ occaſionem. Eleganter deſcripſit hunc raptum Apollonius Argon. lib. 1. quem potiſſimum imitatur Ovid. Met. 6. Meminit & Plato in Phædro, ubi Socrates quoque fabulam refert ad ventum Borealem, qui ipſam cum Pharmaceâ ludentem de proximis petris dejecerit. Prop. lib. 3.

Infelix Aquilo, raptæ timor Orithyiæ.

Aëtias Orithyia dicitur Virgilio Geor. lib. 4. Hinc Muſæus:

Ἀτθίδος ἠ Βορέλω ἀμνήμονα κάλλιπε Νύμφης.

Nonnus Dionyſ. lib. 1.

Ναὶ λίτομαι, Βορέης, ὡς ἥρπασας Ἀτθίδα Νύμφην.

Dionyſius factum hoc ait ad Iliſſum, cum alii juxta fontem Cephiſium fieri volunt. Sic enim ille verſ. 424.

——Πρὸς αὐγὰς Ἀθηναῖον ἕδας,
Τῇ διὰ Θεσπιέων φέρεται ῥόος Ἰλισσοῦ,
Ἔνθεν κὴ Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Suidas: Ὠρείθυια ἡ τοῦ Βορέου ἐρωμένη. Vide Nat. Com. 8. 2. & Cælium Rhodig. 15. 23. Item *Orithyia*, Amazonum Regina, de quâ Juſt. lib. 2.

Ornithiæ, venti Septentrionales. Columella, lib. 11. cap. 2. *Decimo Kal. Mart. Leo deſinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta eſſe ſolent.* Vide Plin. 2. 47. Ab *avium* adventu dicuntur.

Orodes, rex Parthorum, qui Craſſum cepit & occidit. Plutarcho in *Craſſo* eſt Ὑρώδης, Africano apud Euſebium Ἠρώδης, malim utrobique Ὀροώδης, ex Velleio, Floro, Appiano, & aliis. *Morodem* vocare videtur Servius ad Æn. 11. ſed videtur tantum, nam locus iſte eſt mendoſus, uti oſtenſum Gerardo Voſſio filio ad Velleium pag. 67. Item nomen viri à Mezentio interfecti. Virg. Æn. 10.

Oromedon, Gigantis nomen eſt apud Propertium, lib. 3.

Te duce vel Jovis arma canam, cœloque minantem
Cœum, & Phlegræis Oromedonta jugis.

Oroſius, Hiſpanus patriâ, domo (ut Jo. Gerundenſis tradit) Tarraconenſis, ſub Arcadio & Honorio vixit, ut Proſper in Chronicis ait. Hic cum Româ ab Alarico Gothorum rege captâ, gentiles, & hujus, & omnium calamitatum cauſam in Chriſtianos conjicerent, compoſuit, hortatu B. Auguſtini, ſeptem hiſtoriarum libros: quibus oſtendit, ab Orbe condito, uſque ad tempus, quo illa ſcriberet, (id ſpatium ipſe dicit annorum eſſe quinquies mille ſexcentorum, & duodeviginti) maximas ſemper atque atrociſſimas, per orbem calamitates contigiſſe. Scriptor eſt planè utilis, ſed qui ſcriptores Græcos non legerit: imò Græcarum literarum expers fuit. In temporibus etiam crebrò fallitur, ut vel illa oſtendunt, quæ in eo caſtigavit Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. 2. 14. qui de eo fusè agit Hiſt. Pelag. 1. 17.

Orpheus, ut ſenſit Myrleanus Aſclepiades, Apollinis & Calliopes, unius Muſarum, filius fuit. Virg. in Pollione:

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus; huic mater quamvis, atque huic pater adſit,
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Apoll. v. l. 1. Arg. Oeagri, & Calliopes filium facit:

Πρῶτά νυ Ὀρφῆα μνησώμεθα, ἤ ῥά ποτ' αὐτὴ
Κικλήσκῃ Θρῄκιν φατίζει ὑμνηθεῖσα
Οἰάγρῳ σκοπιῆς Πιμπληΐδος ἄγχι τεκέσθαι.

Alii Oeagri, & Polymniæ, alii Menippes, alii Tamyridis filium fuiſſe voluerunt, atque Jalemum & Hymenæum hujus fratres fuiſſe conſtat. Hunc à Mercurio, ſive ut alii habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt, eâque tantum valuiſſe, ut illius cantu ſylvas, & ſaxa moverit, fluviorum curſum inhibuerit, ferasque mitiores reddiderit. De quibus poſtea. Quamvis autem multi fuerunt Orphei, teſtante Suidâ, omnia tamen cæterorum facinora ad vetuſtiſſimum Thracem, Oeagri filium referuntur, qui, ut Tzetzes ait Hiſt. 399. Chil. 12. fuit Herculis coætaneus, ac floruit annis 100. ante bellum Trojanum. Hic primus omnium apud Græcos de Aſtrologia ſcripſit. Lucianus de Aſtrol. Ἕλλωες δέ ἔστε παρ' Αἰθιόπων, ἔστε παρ' Αἰγυπτίων ἀστρολογίης οὕνεκα ἀδὲν ἧκας, ἀλλά σφιν Ὀρφεὺς, ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης πρῶτος τάδε ἀφηγήσατο. Idem primus Bacchi ſacra in Græciam introduxit, & in monte Bœotiæ Thebis, ubi Liber Pater natus eſt, ſacra illa quæ *Orphica* vocantur, in quibus ipſe poſtea fuit laceratus, inſtituit, ut ait Lactantius de falsâ Religione. Hic multa humanæ, politicæque vitæ utilia invenit, ut ait Pauſan. in Bœot. Deorum initia, & univerſam Theologiam primus aperuit. Scripſit de Elementorum inter ſe mutuâ generatione, de vi amoris in rebus naturalibus, de Gigantomachiâ, de Raptu Proſerpinæ, de Cereris erroribus, de Laboribus Herculis, de Idæorum, & Corybantum ſacrorum ritibus, de occultis oraculorum reſponſis, de Veneris & Minervæ ſacrificiis, de luctu Ægyptiorum Oſiridis cauſâ, ac de illorum luſtrationibus, de vaticiniis, de obſervationibus auſpiciorum, de ſitu fibrarum, de ſomniorum interpretatione, de ſignis ac prodigiis, deque illorum expiationibus, de expiatione inferorum, de ratione & motu aſtrorum, quo pacto Dii irati placari poſſint, &c. de quibus omnibus ſe ſcripſiſſe teſtatur initio Argonauticorum, quæ ſub illius nomine circumferuntur. Non defuerunt qui Orpheum & Amphionem magos Ægyptios fuiſſe arbitrati ſunt, ut ait Pauſ. in poſt. Eliacis. Uxorem habuit Eurydicen, cujus amore cum flagraret Ariſtæus, eamque inſequeretur, ut captæ vim inferret, illa per loca devia fugiens à ſerpente in herbâ latente icta interiit. Virgil. Geor. 4.

Illa quidem dum te fugiens per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas altâ non vidit in herbâ.

Tum fama eſt Orpheum ſumptâ citharâ ad inferos deſcendiſſe, atque cum mirificam quandam lamentationem ceciniſſet, lacrymas inferis excitaſſe; Plutone deinde placato ac Proſerpinâ, ſeveriſſimis mortuorum regibus, cantûs ſuavitate non ſolum obtinuiſſe, ut ipſe poſt viſam Eurydicen in lucem rediret, ſed etiam ut eam ſecum abduceret; eâ tamen conditione, ne prius reſpiceret, quam ad ſuperos perveniſſet. Verum cum ille amoris impatiens reſpexiſſet, uxorem amiſit. Hunc inquiunt, cum ad inferos deſcendiſſet, ibi Deorum omnium laudes ceciniſſe, præterquam Liberi Patris, quem per oblivionem prætermiſit: quare iratus Dionyſus furorem ſuis Bacchis immiſit, à quibus apud Hebrum flu. fuit diſcerptus, membraque ejus per agros ſparſa, ut à canibus vorarentur: ſed tamen à Muſis dicuntur fuiſſe collecta, & in Dio Macedoniæ loco ſepulta. Alii dixerunt à Jove fuiſſe percuſſum fulmine, ſicut Leonides teſtatur hoc epitaphio:

Θρηϊκα χρυσολύρῳ τῇ δ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔδαψαν,
Ὃν κτάνεν ὑμμέων Ζεὺς ϕολόεντι βέλει.

Fertur ejus caput in Hebrum dejectum cum lyrâ in Lesbum delatum fuiſſe, atque ibi ſepultum, Lyram autem inter ſidera relatam, & à ſingulis Muſis quarum laudes eximiè cecinerat, novem inſignibus ſtellis inſignitam. Alii memorant illum poſt mortem Eurydices cæterarum mulierum conjugium ſpreviſſe, multiſque perſuaſiſſe hominibus, malum ingens eſſe fœminam; quare cum multi abſtinerent à nuptiis fœminarum, ab illis per ſimulata Liberi Patris ſacrificia diſcerptus fuit, teſte Apollodoro libro de Diis. Alii turpiſſimam cauſam tradiderunt, aiunt enim eum παιδερασίας authorem fuiſſe, quam ita attigit Ovidius:

Ille etiam Thracum populis fuit author amores
In teneros transferre mares; citraque juventam
Ætatis breve ver, & primos carpere flores.

Vide Rhod. 15. 19. Pauſ. in Bœot. indignatas ait Thracum fœminas, quòd ob cantûs ſuavitatem multos viros ſecum abduceret. At Gelous Apollodorus in Philadelphis, judicem Calliopem electam fuiſſe inquit à Jove, contendentibus Venere & Proſerpinâ de Adonide; quæ cum Adonidem communem adjudicaſſet, Venus indignata mulieres in Orpheum filium ejus concitavit. Alii dicunt ita Venerem vertiſſe amorem omnium mulierum in Orpheum, ut ab illis raptim captus, dum inter ſe contenderent de Orpheo, fuerit laniatus. Agatharchides Cnidius, lib. 22. rerum Aſiaticarum, Orpheum ſcripſit, mortuâ Eurydice, veniſſe ad Aorrhum in Theſprotidem ubi pervetus erat orcaculum evocandarum animarum: ibi cum Eurydicem ſibi adeſſe putaſſet, ſeque deceptum comperiſſet, ſibi mortem conſciviſſe. Inde ſcripſit Pauſanias, luſcinias quæ forent circa ſepulcrum Orphei in Thraciâ cantum emittere cæteris omnibus ſuaviorem. Denique alii vitæ pertæſum poſt mortem uxoris ſibi manus intuliſſe inquiunt præ mœrore. *Vetuſtiſſimum poetarum* appellat Lactantius, lib. 1. verſus autem qui illi vulgo tribuuntur, ϕασὶν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντεθῆναι, ait Tatianus. Clariſſimus Voſſius Orphea hunc nunquam fuiſſe putat, ſed eſſe nomen ab antiquâ Phœnicum linguâ, quâ uſi Cadmus, ejuſque poſteri, atque à ſcientiâ nomen hauſiſſe. *Arifa* enim Arabibus eſt *ſcire*; Unde *Arif, ſciens, doctus*. Hanc ſententiam veriſimiliorem facit quod Cic. lib. 1. de N. D. refert, Ariſtotelem prodidiſſe Orphea iſtum nunquam fuiſſe, quæ vero carmina ejus nomine circumferuntur, ea à Pythagoricis attribui *Cecropi* cuidam, vel, ut legi debet, *Cercopi*. Nota etiam Origenem negaſſe ulla Orphei ſcripta ſuo ævo extitiſſe, lib. 1. κατὰ Κέλσου. Fabulam Orphei optime omnium fusè tractat Virgil. Geor. lib. 4. Et

Proximus huic, longo ſed proximus interva llo,

Ovidius Met. lib. 11. Vide Boetium de Conſol. Phil. lib. 3. Mythologiam ejus habes apud Nat. Com. lib. 7. cap. 14. Et eam quoque breviter innuit Horatius ad Piſones:

Sylveſtres homines, ſacer, interpreſque Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidoſque leones.

Poetæ plurimi ſunt in laudibus ejus decantandis, apud quos, imo & Oratores ac Philoſophos movit Orpheus ſuâ citharâ & cantilenâ Homines, Deos, Aſtra, Fluvios, Mare, Ventos, Arbores, Volucres, Animalia, Lapides, Montes, Inferos. I. Homines. Calpurnius Ecl. 2.

Convenit umbroſâ quicunque ſub ilice lentus
Paſcit oves.——

Plato quoque in *Protagorâ* ait Protagoram ipſum homines cantu & eloquentiâ demulſiſſe ὥσπερ Ὀρφεύς. II. Deos. Calpurnius ubi ſupra:

——*Faunuſque pater Satyrique bicornes*
Adfuerant, ſicco Dryades pede, Naiades udo.

Sil. Italicus, lib. 11.

Auditus Superis, auditus Manibus Orpheus.

III. Aſtra. Hæc, ſi non ipſe, certe ejus lyra ex fictione Manilii. Nam de hâc, quæ in cœlo eſt, ita ille:

Tunc ſilvas & ſaxa trahens, nunc ſidera ducit:
Et rapit immenſum mundi revolubilis orbem.

IV. Fluvios. Apoll. lib. 1. Argon.

—— Ποταμοῖό τ' ῥέεθρα.

Horatius Carm. lib. 1.

Arte maternâ rapidos morantem
Fluminum curſus.——

Prop. lib. 3. cum illo loquens:

——*Te concita dicunt*
Flumina Threiciâ detinuiſſe lyrâ.

Seneca in Herc. Furente:

Ars quæ præbuerat fluminibus moras.

Et in Medeâ:

Ille vocali genitus Camœnâ,
Cujus ad chordas modulante plectro
Reſtitit torrens.——

Calpurnius:

Et tenuere ſuos properantia flumina curſus.

Sidonius Panegyr. Anth.

Cum ſtarent Hebri latices, curſuque ligato
Fluminis attoniti carmen magis unda ſitiret.

Boetius ubi de Orpheo:

Sylvas currere mobiles,
Amnes ſtare coegerat.

V. Mare. Antipater in carmine de Orpheo inter alia nominat παπαῖνας ἅλα *mare obſtrepens*, quod ille flexit ſuo cantu. Inde pulchra illa fictio Valerii & Papinii de nave Argo per mare eunte, quam Orpheus ſuo cantu dirigebat, elemento illi imperans. Ait prior, lib. 1.

Nec verò Odryſius tranſtris impenditur Orpheus,
Haud pontum remo ſubigit, ſed carmine tonſas
Ire docet, ſummo paſſim ne gurgite pugnent.

Poſterior, lib. 5. Thebaidos:

——*Oeagrius illic*
Acclivis malo mediis interſonat Orpheus
Remigiis, tantoſque jubet neſcire labores.

Utrique Silium adjungas, qui ſic lib. 11.

Quin etiam Pagaſæa ratis, cum cærula nondum
Cognita terrigenis, pontoque intrare negaret,
Ad puppim ſacræ citharâ eliciente carinæ,
Adductum cantu venit mare.

VI. Ventos. Calpurnius de Orpheo:

Deſiſtunt tremulis decurrere frondibus Euri.

Horat. ait. lib. 1. Carm. Od. 12. tardatos Orphei arte

Fluminum curſus, celereſque ventos.

Senec. in Medeâ de rebus Orphei. *Siluere venti.* Antipater, lib. 3. Anthologiæ dat illi domitum ἀνέμων βρόμον, *ventorum impetum*. Et uſurpat verbum κοιμάσεις *conſopies*.

VII. Arbores. Euripides in Bacchis de Orpheo. Συνῆγε δένδρεα, *conduxit arbores*. Dio Chryſoſtomus Orat. 53. φυτὰ nominat inter alia. Et Orat. 73. ita ait. Ἐπὶ δὲ τοῖς δένδρων συρρεόντων ἅμα τοῖς καρποῖς καὶ ἀνθεσι, *concurriſſe arbores ad illum, unà cum fructibus, & floribus*. Antipater inducit δελεσμάτας δρύας *permulſas quercus*. Seneca in Medeâ: *Sylvas trahit*. Et Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt. *Cum traheret ſylvas Orpheus*. Horatius: *inſecutæ Orphea ſylvæ*. Et,

——*Auritas fidibus canoris*
Ducere quercus.——

Virg. Eclog. 3.

Orpheaque in medio poſuit, ſilvaſque ſequentes.

Q. Calaber:

Ὀρφῆϊ, ὅ μολπῇσι ἐφέσπετο πᾶσα μὲν ὕλη.

Antipater in Anthologiâ:

Οὐκ ἔπι δελεσμάτας Ὀρφεὺς δρύας ὐκ ἔπι πέτρας
Ἄξεις.——

Apollonius 1. Argonaut.

Φηγοὶ, ἃς——
——Θρῃκιμβρὰς φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν.

Dio Orat. 35. de Orpheo: Πείθειν τὰς δρῦς καὶ τὰς πέτρας, καὶ τοὺς λίθους. Claud. 2. de laud. Stilic.

——*Orpheo migrantes pectine ſylvas.*

Idem in Præf. lib. 2. de Rap. Prof.

Sylvaque Biſtoniam ſæpe ſecuta chelyn.

Sidonius Apollinaris:

——*Digitiſque canoris*
Compulit auritas ad plectrum currere ſylvas.

VIII. Volucres. Calpurnius:

Et quæcunque vagis altum ferit aera pennis.

Seneca

Seneca in Herc. Fur.

Aves traxerat.

Et in Medeâ:

Cui ſuo cantu volucris relicto
Adfuit totâ comitante ſylvâ.

Ovid. Met. 10.

——*Attonitas etiamnum voce canentis*
Innumeras volucres.——

Silius:

Immemor & dulcis nidi, poſitoque volatu,
Non motâ volucris captiva pependit in æthrâ.

Orpheus ipſe de avibus:

——Ἑῆς δ' ἐλάθοντο κελεύθου.

Dio Chryſoſtomus Orat. 78. meminit τῶν ὀρνίθων κατατερπομένων πρὸς αὐτὸν (Ὀρφέα) ἀδόντα. Et Orat. 32. numerat πλωτὰ καὶ πεζόβατα. IX. Animalia. Euripides in Bacchis inter res Orphei numerat θῆρας ἀγρώτας, *feras ſylveſtres*. Ut etiam Dio Orat. 32. τὰ θηρία ἡμέρωσε, *feras manſuefecit*. Et 78. meminit τῶν θηρίων κηλουμένων ὑπὸ τῆς φωνῆς καὶ παρεκηκόντων πρόσω, καὶ ἀδορύβως, *ferarum, quæ ejus voce leniebantur, adſtabantque prope illum manſuetè, & quietè*. Prox. lib. 3. *Orpheu te tenuiſſe feras*. Ovid. 3. Art. Am.

——*Victas obſtupuiſſe feras.*

Pauſan. quoque lib. 9. ait, videri ſtatuam Orphei, quam circumſtabant feræ expreſſæ in marmore, atque ære. Boetius de Conſ. Philoſ. lib. 3.

Junxitque intrepidum latus
Sævis cerva leonibus,
Nec viſum timuit lepus
Jam cantu placidum canem.

Ex hoc miraculo pulchrè Claud. ubi ſupra de Orpheo jam ceſſante à Muſicâ:

Sæva ferîs natura redit, metuenſque leonem
Implorat citharæ vacca tacentis opem.

X. Lapides. Antipater petras inducit ab Orpheo θελγομένας *mulſas*. Apollon. Argon. 1.

——Πέτρας
Θέλξαι ἀοιδῇσιν ἐνιπῇ.

Orpheus ipſe in Argon.

Πέτρηαί δ' ἐσμαραγίγων,

ſonuerunt ſaxa, videlicet ad Vatis modos. Dio Chryſ. Orat. 53. λίθους κηλεῖν καὶ ἄγειν, *delinire ſaxa & ducere*. Et Orat. 78. καὶ τῶν λίθων κηκιμένων, καὶ ξωνύντων, ὥστε μεγάλα ἕρματα ἀθροίζεσθαι λίθων πλησίον αὐτοῦ. Ovid. 3. de Art. Am.

Saxa, feraſque lyrâ movit Rhodopeius Orpheus.

Et lib. 3. Amor.

Duraque percuſſam ſaxa ſecuta lyram.

Seneca in Medeâ:

Qui ſaxa cantu mulcet.

XI. Montes. Orpheus ipſe in Argon.

Ἔσχε δ' ἄκρα κάρηνα, καὶ ἄγνια δενδρήεντα
Πηλίου. ——

Caſſius Parmenſis:

Convulſoſque ſuis ſcopulos radicibus egit.

Silius Italicus:

Non illo Pangæa juga, aut Mavortius Hæmus,
Non illo modulante ſonos ſtetit ultima Thrace,
Cum ſylvis venere, feræ cum montibus amnes.

Claud. lib. 3. de Conſul. Honorii:

——— *Rhodopeia ſaxa*
Orpheïs animata modis.

Sidon. Apollin. in Panegyr. Anthemii Aug.

Qui cantu flexit ſcopulos.

XII. Inferos. Virg. Geor. 4.

Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima lethi
Tartara, cæruleoſque implexæ crinibus angues
Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.

Ovidius 3. Art. Am. ait illum moviſſe:

Tartareoſque lacus, tergeminumque canem.

Idem Metam. 11.

Talia dicentem, nervoſque ad verba moventem
Exangues flebant animæ.

Seneca in Herc. Fur.

Immites potuit flectere cantibus
Umbrarum dominos.

Silius Italicus:

——*Pallidâ regna*
Biſtonius vates, flammiſque Acherónta ſonantem
Placavit plectro, & fixit revolubile ſaxum.

Orphne, nympha, Aſcalaphi mater, quem apud inferos peperit. Ovid. Met. 5.

———*Soluſque ex omnibus illud*
Aſcalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne
Inter Avernales haud ignotiſſima nymphas
Ex Acherónte ſuo furvis peperiſſe ſub antris.

Orpheus, unus ex equis Plutonis à *tenebris* nomen habens. Claud. in fine lib. 1. de Rapt. Proſ.

Orpheus crudele micans, Æthonque ſagittâ
Ocyor, & Stygii ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Diriſque notâ ſignatus Alaſtor.

Ortalus, Qu. Hortenſii nepos. Tac. An. 2. & Suetonius in Tiberio. Val. Max. lib. 3. ubi *Corbio* vocatur. Forſan hic eſt ad quem Catullus Epigr. 66.

Etſi me aſſiduo confectum cura dolore
Sevocet à doctis Ortale virginibus.

Orthagoras, de rebus Indiæ volumen condidit. Ælianus de An. lib. 16. cap. 35. & lib. 17. cap. 6.

Orthus, Cerberi frater ex Echidnâ, Geryonis canis. Silius Italicus:

Illatrat jejunis faucibus Orthus
Armenti quondam cuſtos immanis Iberi.

Orus, Ægypti rex, ante U. C. an. plus minus 830. Item Apollo ſic dictus apud Ægyptios: Et Grammaticus quidam apud Euſt. in Iliad. λ. ubi etiam cum Ælio Dionyſio, & Alexandro Cottyaenſi conjungitur. Vide Etymologum in Πάτμος, & Seldenum de Diis Syris Synt. 2. cap. 16. Item Hiſtoricus, vel Geographus, cujus mem. Steph. in Νικία κώμη.

Oſcophoria, feſta Athenienſia hanc ob cauſam inſtituta. Athenienſes ob cædem Androgeo, Cretenſibus ad 9 an. pœnæ causâ ſeptem adoleſcentes, totidemque puellas, oraculi juſſu pendere cogebantur. Cumque tertia penſio jam exigeretur, Theſeus cum reliquis profectus, illâ tributi vexatione patriam liberavit, & in rei memoriam Ὀσχοφόρια cum ſuis redux conſtituit, Χαρισήρια ὑποδλῆς, ut ait Proclus, Ἀθηνᾷ καὶ Διονύσῳ, οἱ αὐτῷ κατ' ἦ νῆσον ἦ Δίαν ὀπιφάνησ. Alii in honorem Liberi Patris & Ariadnæ inſtituta tradiderunt; vel quod reditus in id tempus incidiſſet, quo fructus auctumni colliguntur. Plut. utrumque tangit. Φέρεται δ Διονύσῳ καὶ Ἀριάδνῃ χαριζόμενοι, διὰ τὸ μῦθον, ἢ μᾶλλον ὅτι συγκομιζομένης ὀπώρας ἐπανῆλθον. Et poſtremo hoc mihi cum Plutarcho magis placet; cui & ipſa ratio nominis adſtipulatur, ἀπὸ τῆ φορᾶς τῶν ὀσχῶν. At ὄσχη apud Harpocrationem eſt κλῆμα βότρυος ἐξηρτημένος ἔχον. Unde Heſychius. Ὄσχαι, κλήματα βοτρύων γέμοντα. Porro ſolennitatem auſpicabantur adoleſcentes duo ex ordine nobilium & divitum electi. Harpocration ex Philochoro, Ἔνεκα τῆ κοινῆς σωτηρίας τῶν κληρωθέντων Ὀσχοφόρων κατελέγησαν δύο τῶν γνίων καὶ πλούτῳ προεχόντων. Atque hi adoleſcentes habitu muliebri ornabantur. Proclus in Chreſtomathiâ. Τῆ χορῆ δ δύο νεανίαι κατ' γυναικας ἐσθισμένοι, κλῆμά τ ἀμπέλε κομίζοντες μεσῶν ἐνδαλῶν βοτρύων (ἐπάλλον δ αὐτὸ ὅμοιον, ἀφ' ἧ καὶ τοῖς μίλησιν ἡ ἑπωνυμία) τ ὁσχῆς καλοῦνται. Præterea certamen curſus inter adoleſcentes committebatur: quos omnes & patrimos, & matrimos & genere nobiles eſſe oportebat; curſu autem à Bacchi templo ad Minervæ Scirados contendebant. Scholiaſtes Nicandri in Alexipharmacis. Ὀσχοφόρια δ λέγεν Ἀθηναῖοι παῖδας ἀμφιθαλεῖς, ἀμιλλωμένους κατ' φυλάς, οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλε, ἐκ τῆ ἱερῆ τῆ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. Εἰσὶ δ κλήματα ἔχοντα βότρυς. Heſychius. Ὠσχοφόρια, παῖδες εὐγενεῖς ἡλῶντες κατελέγον, οἱ φέροντες τὰς ὄσχας εἰς τὸ τ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. Εἰσὶ δ κλήματα ἔχοντα βότρυς. Hoc Minervæ templum erat in in Phalero, Heſych. Ὠσχοφόριον, τόπος Ἀθήνησι Φαληρεῖ, ἔνθα τὸ τ Ἀθηνᾶς ἱερόν. Nam alterum erat Minervæ templum in Sciro, pago inter Athenas & Eleuſinem, de quo dicemus in *Sciróphoria*. Vide Caſtellanum de Feſt. Græcorum.

Oſiris, Jovis fil. ex Niobe Phoronei filiâ. Cujus nomine non ſolum Sol intelligebatur apud Ægyptios, verum etiam Dionyſius ſive Bacchus, Jupiter quoque pater, juſtus, & dux, quique unà cum Anubi Gigantes ex Italiâ expuliſſe legitur. Quibuſdam *virum beatum* ſignificare videtur, & proinde rectiſſimè derivari ab אשר *Aſchre beatus*, & איש *Iſch* vir. Aliis Ægyptiacum placet etymon. Scribit enim Plut. Ὀσ apud Ægyptios deſignare *multum* & ἴειν *oculum*, lib. de Iſ. & Oſ: quod etiam approbat Euſebius, cui propterea, ut Dionyſius, πολυόφθαλμος dicitur. Idque cum Solis ſignificato probè congruit. Eadem ratione juſtum eſſe dixerunt. Quid ita? Annón Orpheus affirmat Solem eſſe δικαιοσύνης ὄμμα? Annon Theologi veteres Juſtitiam prodiderunt è medio Solis throno per cuncta propagari, omniaque dirigere? Ex Plutarchi libro etiam colligitur *Oſirim* Nilum vocari, & nigro fuiſſe corporis colore: & Hellanico teſte Ὅσιριν appellatum à ſacerdotibus, proprio vero nomine *Arſaphen* dictum, quod Plut. tamen parum probat, qui & eum nomen accepiſſe ait ἀπὸ τῆ ὁσίε ἱερᾶ, *ex ſacro ſancto*. Hinc Suidas. *Deum hunc alii Jovem eſſe*

dixerunt, alii Nilum, propter modium, quod in capite habet, & cubitum, mensuram aquæ scilicet. Plinio *Pan, Serapis, & Ammon* dicitur. Cultus tandem & Romæ fuit, pluresque ei ædes & templa extructa fuisse ex P. Victoris, & Onuphrii Panvinii descriptionibus 14. Regionum urbis apparet. Columnæ ejus teste Diodoro, hujusmodi fuit inscriptio. Πατὴρ μοῦ ἔστι μοι Κρόνος, νεώτατος Διῶν ἁπάντων. Εἰμὶ δ' Ὄσιρις ὁ βασιλεὺς, ὁ στρατεύσας ἐπὶ πᾶσαν γῆν, ἕως εἰς τοὺ ἀοικήτους τόπους τῆς Ἰνδῶν, καὶ πρὸς θερμὴν Ἄρκτον κεκλιμένους μέχρις τῆς Ἴστρου ποταμοῦ πηγῶν, καὶ πάλιν ἐπὶ πάλλα μέρη ἕως Ὠκεανοῦ. Εἰμὶ δὲ υἱὸς Κρόνου πρεσβύτατος, καὶ βλαστὸς ἐκ καλοῦ τε καὶ εὐγενοῦς, σώφρονος ἀνδρείας τε καὶ εὐσεβείας συγγενὴς ἐγενήθην ὧν ἐγὼ εὐεργέτης ἐγενόμην. Agriculturam Ægyptios docuit, quod beneficium occasio procul dubio fuit quamobrem pro Deo cultus sit. Tibul. lib. 1. El. 7.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adjungere vitem,
Hic viridem duræ cædere falce comam.

Suidas: Ὄσιρις. Τοῦτον οἱ μὲν λέγουσι τὸν Διονύσιον, οἱ δὲ, ἄλλον, ὃν ὑπὸ Τυφῶνος διαιμονος ἀναιρεθῆναι, καὶ μέγα πένθος γενέσθαι τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τὰ ἀπορρήτα μυηθῆναι ποιεῖσθαι ὑπὲρ πάντα τὸν χρόνον. Typhon ille frater ejus fuit. Diod. Sic. lib. 1. Φασὶ γὰρ νομίμως βασιλεύσαντα τὸν Αἰγύπτου τὸν Ὄσιριν ὑπὸ Τυφῶνος ἀναιρεθῆναι τῶν ἀδελφῶν, βιαίῳ καὶ ἀσεβεῖ θανάτῳ. Ejus mem. Juvenalis, Sat. 8.

Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Invento.———

Id est, non minori lætitiâ, quam Ægyptii exultant, ubi invenerint Apim bovem, qui Osiridem, i. e. frumenti latitionem repræsentet, exclamantes εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Athenagoras Orator in legatione pro Christianis. Per hunc jurare solebant veteres. Horat. 1. Epist. 18.

———*Licet illi plurima manet*
Lacryma, per sanctum juratus dicat Osirim,
Credite, non ludo.———

Non prætermittendum est hoc loco quod de Osiride habet Mercurius ille Trismegistus in τῇ Κόρῃ τῶν Κόσμου. Osiris ibi σωμάτων ἐνδεᾶ ἔσυσι ἡγεμὼν, καὶ ἰχθὺς, καὶ ῥοῦμβος καὶ σκῆπτρα appellatur, nominibus puta, quæ ad eum proprie apud Ægyptios spectabant. Eum nempe corporum, adeoque itinerum, uniuscujusque gentis, virium item ac roboris ductorem esse, sive ducem obtendebant Hierophantæ. Vide plura de Osiride apud Seldenum, lib. De Diis Syris.

Ossæi, iidem quos Josephus & Plinius.

Ossenos vocant, de quibus Epiphanius Hæres. 1. 19. Vide Fuller. Miscellan. l. 3. & Montacut. Appar. pag. 279.

Ostracismus, species judicii popularis apud Athenienses. Heraclides ab Hippiâ tyranno, Pisistrati filio, adversus eos qui tyrannidem appeterent, institutum scribit. Ælianus vero à Clisthene. Est autem Ὀστρακισμὸς dictus ab Ὄστρακον testula, in quâ nomen ejus, quem urbe pellere cupiebant, inscriptum fuit: Vide Arist. 3. Polit. & Plut. in Aristide & Themistocle. De authore Ostracismi disputat Scal. ad Euseb. p. 47. De quo tamen aliter sentit Maussacus ad Harpocrationem p. 139. & seq. Hesychius: Ὀστρακισμὸς, εἶδος φυγῆς ἐν ὀστράκοις γραφόντων. Athenienses enim cum potentiam & opes civis alicujus formidare inciperent, testulis inscribebant ejus nomen & comitiis inferebant. Tum cujus plures testæ in urnam erant conjectæ, is de concilii sententiâ ab aris, atque focis projectus 15. aut 10. annorum spatio vertere solum compellebatur. Irrita tamen erant, & nulla ista comitia, nisi supra 6. civium millia concilio interfuissent. Hinc ὀστρακίζεσθαι apud Thucydidem de *extorribus* & *exsulibus*. Abibant autem tales exsulatum Argivam, ubi quia bos erat æneus visendæ magnitudinis, per jocum dicebantur servare bovem. Tandem vero hoc more damnandi adeo abusus est populus, multorum capitum bellua, ut etiam optimos, ac benè meritos cives sæpe ejiceret, qualis Theseus, quem exegerunt in Scyrum, Solon legislator, Aristides, quo justior nemo, Miltiades clarus victoriis, gravis orator Pericles, liberalis Cimon, qui agrorum suorum sepes sustulit, ut hospites, & ex civibus quicunque opus fructibus haberent, impune frui possent. Fungerus.

Otho Sylvius, ex Hetruscorum regum genere, Eques Rom. Galbâ Imp. jugulato, per scelus adeptum imperium cum adversus Vitellium tueri non posset, sibi vim attulit, qui per totam vitam paulò mollior in solâ morte sortis visus est illis *Qui tunc vivebant homines atque ævum agitabant*, uti loquitur Ennius. Plut. Tacit. Juvenal. Sat. 2.

Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis,
Actoris Arunci spolium: quo se ille videbat
Armatum, cum jam tolli vexilla jubebat.

Otho Roscius, Tribunus plebis, tulit legem, quâ cautum est, ne quis in numero equitum sit, qui 400 H. S. non habeat. Nostræ monetæ 3125. libras. Juv. Sat. 3.

——— *Exeat, inquit,*
Si pudor est, & de pulvino surgat equestri,
Cujus res legi non sufficit, & sedeant hic
Lenonum pueri, quocunque in fornice nati.
Hic plaudat nitidi præconis filius, inter
Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ,
Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.

Othryades, Spartiata, qui cum inter Argivos & Spartanos convenisset ut 300. utrinque delecti de agro Thyreatico inter se decernerent, & utri superiores extitissent, earum regio foret; unus hic tantum victor è Spartanis superfuit. Quum vero duo qui ex Argivis reliqui erant, fugissent, castris suorum relictis, aiunt, Othryadem, spoliatis prius hostium corporibus, & ad sua castra relatis armis, deinde erecto tropæo, cruoreque suo insignito, ac Jovi dicato, & in scuto suo quum adscripsisset, *Vici*, cum puderet Spartam reverti ob socios interfectos, sibi mortem consciviisse. Vide Val. Max. lib. 3. cap. 2. Mem. ejus Herodotus. Plut. in Paral. Strabo, & Suidas. Quibus adde Senecæ locum in Suasoriis, quem sic lege; *Othryades pene à sepulcro victor digitis vulnera gessit, ut tropæa Laconum inscriberet. En dignum Deo in Spartano sacramento virum, cujus ne literæ quidem fuere sine sanguine.* Nec omittendum illud Crinagoræ Ὀθρυάδην Σπάρτης τὸ μέγα κλέος.

P. Ovidius Naso, Poeta Rom. patriâ Sulmonensis, ut ipse de se testatur, cujus historiam habes Trist. lib. 4. eleg. 10. Natus est Hirtio & Pansâ Coss. *Cum cecidit fato Consul uterque pari*, uti legimus loco citato. Institutus Latinis literis patris jussu ad Oratoriam facultatem se contulit; à quo tamen institûto, postea factus arbitrii sui, resiluit, totoque pectore Poeticam, cui natus videbatur, amplexus est. Scripsit quamplurima vulgo nota, ex quibus dolendum est interiisse Halieutica, Medeam, & sex libros Fastorum posteriores. Uxorem habuit post unam, aut alteram repudiatam, Fabiam Perillam, formâ & integritate morum præstantem. Sustulit & filiam, ex quâ bis avus factus est. Cum autem Augustum imprudenter offendisset, in Scythas relegatus est, annos natus quinquaginta. Cujus exilii, de quo ubique tristissimè queritur, causas fuisse duas testatur; unam, quòd libros de Art. Am. composuisset; alteram, errorem quendam in Augustum, sed cujusmodi fuerit, ut ubique ipse dissimulat, ita nec divinari quidem potest; nec scire ipse quidem voluit, sicut inquit:

Et quid præterea peccarim, quærere noli.

Cum autem exilium annis 8, & mensibus quibusdam pertulisset, in eo demum obiit anno Tiber. Imp. 5. Tomis autem sepultus est, uti tradit Eusebius, ad A. M. 2032. Ubi vide sodes quæ scripsit Jos. Scaliger ad hanc nostram Literaturam verè μοισηγὴς ἀνήρ. Seneca Declam. lib. 2. declam. 1. scribit se vidisse Ovidium declamantem apud Rhetorem Arellium Fuscum, cujus auditor fuerat, ut Varronis admirator, habitumque declamatorem bonum, verbis minimè licenter usum, nisi in carmine, in quo non ignorarit vitia sua, sed amarit. Rogatum enim aliquando ab amicis, ut tolleret tres versus excipiente, quum utrique suos descripsissent, repertos esse eosdem. Ex quo apparet summi ingenii viro judicium non defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum, quum interim & hoc dictum usurparit: *Decentiorem faciem esse, in quâ nævus aliquis esset.* Generum reliquit Cornelium Fidum. Gens *Ovidia* fuit Equestris. Ipse Ovid. de se ad Suillum:

Seu genus excutias Equites ab origine primâ
Usque pro innumeros inveniemur avos.

Nomen ejus quod attinet Ὄϊδιον ovicula est. Sic ab *asino Asinius*, à *porco Porcius*. Verum de Ovidio nos alibi plura.

Ovinia lex, quâ sancitum est, ut Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatum legerent. Quo factum est, ut qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi. Nam antea præteriti Senatores in opprobrio non erant; quum, ut ante Reges sibi legebant, sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita post illos exactos, Consules quoque, & Trib. Militum consulari potestate conjunctissimos sibi quosque Patriciorum, & deinde Plebeiorum legebant. Sext. Pompeius.

Q. *Ovinius*, ab Aug. Cæs. punitus est, quod cum Senator esset Romanus, lanificio, textrinæque Reginæ Cleopatræ præesse non erubuisset. Orosius, lib. 6. cap. 49. Eutrop. lib. 1.

Ovinius, Vatinii libertus, roganti Ciceroni de valetudine patroni, *Rectene omnia?* quum respondisset, *Rectè*: tum Cicero, *Ergo mortuus est*, inquit. Quintil. l. 3. c. 4.

P A

Pachomius, Abbas seu Pater Eremitarum, in Scythiâ; à juventute ad senium usque optimè conversatus, quem neque circa corporis sanitatem, neque circa animi passionem Dæmon aliquando decepit, si Sozomeno credas lib. 8. cap. 6.

Pacorus, Orodis Parthorum regis fil. ejus qui Crassum dolo circumventum interemit, quam maculam postea Ventidius Bassus, Antonii legatus delevit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Martialis.

Quicquid in Arsaciâ Pacorus deliberat aulâ.

Pacuvius, Brundusinus poeta, Tragœdiarum scriptor, Ennii poetæ ex sorore nepos. Romæ picturam exercuit, ac fabulas venditavit: Inde Tarentum transgressus, prope nonagenarius diem obiit. Ejus epitaphium extat apud Agellium, lib. 1. cap. 24.

Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Ut se aspicias, deinde quod scriptum est legas:
Hic sunt poetæ Pacuvii sita Marci
Ossa: Hoc volebam nescius ne esses. Vale.

Hic, ut Quintilianus ait, gravitate sententiarum, pondere verborum, authoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Horat.

——Aufert
Pacuvius docti famam senis, Accius alti.

Ejus lectione & imitatione antiquarii delectabantur. Pers. Sat. 1.

Sunt quos Pacuviusque & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Mart. lib. 11.

Attonitusque legit terrai frugiferai,
Accius & quicquid Pacuviusque vomunt.

S. Pacuvius Taurus, quum munus ab Augusto peteret, diceretque rumore sparsum pecuniam haud parvam ipsi à Cæsare datam; *Sed tu*, inquit Cæsar, *noli credere.* Idem Trib. Plebis tulit ad populum, ut mensis Sextilis Augustus vocaretur, estque eo nomine plebiscitum factum, ut scribit Macrobius, lib. 1. cap. 12. Factum ejus in adulando Augusto, dum illi divinos honores tribuens sacrificat, & simul illum cum filio suo dicit hæredem ex æquo se relinquere, non quòd quicquam haberet, sed quòd accipere vellet, pete ex Dione, lib. 53.

Pacuvius, legatus Cn. Sentii in Syriâ, mortuo Germanico sub Tiberio, be quo sic Seneca epist. 12. *Pacuvius qui Syriam usu suam fecit, cum vino & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentaverit, sic in cubiculum ferebatur à cœnâ, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβιωκα, βεβιωκα, nullo non se die extulit.*

Pæan, hymnus in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui teste Polluce, post victoriam, nonnunquam etiam avertendorum malorum causâ cani solebat. Καταχρηστικῶς autem pro omni Deorum laude ponitur. Unde opus suum Pindarus de Deorum omnium laudibus *Pæana* inscripsit. Speciatim vero, ut dixi, *Pæan* Apollinis fuit, addo & Martis. Sic enim Suidas clarè distinguit. Παιᾶνες δύο ἦσαν, Ἐνυάλιος, ὅτε ἦρχον, ὃς καὶ περὶ τὰ μάχας ἐγένετο, καὶ ἕτερος ὅτε ἐνίκων. Et clarius. Δύο Παιᾶνας ἦδον οἱ παλαιοὶ περὶ μὲν τὸν πολέμου τὸν Ἄρεα, περὶ δὲ τὰ πόλεμον τὸν Ἀπόλλωνα. Accepit hæc Suidas (annotante de la Cerda) ab Scholiaste Thucydidis; ubi enim Græcus scriptor lib. 1. dicit Ἐπεπαιώνιζον αὐτοῖς ὡς ὁπλίταις, *Pæan his clamatus ad navalem congressum*: Schol. subdit ipsa verba quæ apud Suidam habentur. Ovid. 2. de Art. Am:

Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Propert. lib. 3.

——Victorque canebat
Pæana Amphion ripâ, Aracynthe, tuâ.

Virg. Æn. 6.

——Lætumque choro Pæana canentes.

Ubi Servius. *Laudes Apollinis propriè; abusivè vero omnium Deorum.* Quin & Apollo ipse *Pæan* dictus est. Juvenalis.

Parce precor Pæan, & tu depone sagittas.

Hesychius vero Παιὰν, Ζεὺς παῖτας ἐν Ῥόδῳ, ἢ εἶδος ᾠδῆς. Apollinem vero sic dictum volunt ἀπὸ τῦ παίειν, h. e. à *feriendo* quia Pythonem sagittis suis confecit. Forte vero *à medendo* nomen habet. Hesychius Παίων ὄνομα καὶ ἰατρός. Idem: Παιώνια, φάρμακα ἰάσεως, ἢ θεραπείαι.

Pæanius Sophista Græcus, Eutropii historiam Græcè vertit. Ejus metaphrasis cum aliis Romanæ historiæ scriptoribus edita est à doctissimo Frid. Sylburgio.

Pædaretus, proprium nomen viri ἀπὸ τῦ παιδείας καὶ ἀρετῆς ut vulgò volunt, h. e. à *disciplinâ* & *virtute.* Non electus inter trecentos haud ægrè tulit, quia tot in civitate se essent præstantiores. Plut. in Lycurgo: Ὁ μὲν γὰρ Παιδάρετος, ἐκ ἐγκριθεὶς εἰς τοὺς τριακοσίους, ἀπῆει μάλα φαιδρῶς, ὅσους χαίρων, ὅτι βελτίονας αὐτῦ τριακοσίους εἶχεν ἡ πόλις.

Pæon, medicus peritissimus, quem Hom. lib. 5. Iliad. scribit curasse Plutonem graviter ab Hercule vulneratum, à quo *Pæonia* herba dicitur, quam invenit; & *Pæonius* adject. i. e. *medicinalis.* Virgil. Æn. 7.

Pæoniis revocatum herbis & amore Dianæ.

Pæon, Amathusius, utrum inter historicos locum habere debeat, nondum constat. Memoratur Plutarcho in Theseo.

Pætus, vir quidam, qui in Ægyptum causâ pecuniæ comparandæ navigans, submersus est. Propertius, lib. 3. pecuniam alloquens:

Tu Pætum ad Pharios tendentem linea portus
Obruis insano terque quaterque mari.

Cæcina *Pætus*, Arriæ maritus, cui, cum in partibus Scriboniani contra Claudium fuisset, ad mortem adacto, uxor extractum è suo vulnere pugionem porrexit hâc voce: *Non dolet.* Tacit. An. 16. Dio lib. 60. Plin. 3. epist. 16. Martialis, lib. 1. ep. 14.

Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit,
Sed quod tu facies hoc mihi, Pæte, dolet.

Paganalia, Festa agriculturæ causâ sunt instituta in *pagis*, à quibus & illis nomen. Solebant enim tunc temporis, ut & in Sementinis Festis, solenni pompâ circumire, atque lustrare pagum, & liba quotannis Deorum aris inferre, id quod haud obscurè etiam Ovidius indicat Fast. lib. 1.

Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,
Et date Paganis annua liba focis:
Placentur matres frugum, Telluſque, Cereſque
Farre suo gravidæ, visceribusque suis.

Regem Tullium horum auctorem esse produnt Halicarnasseus Dionysius ac D. Hieronymus. Celebrabantur autem mense Januario & quidem post Sementinas.

Palæmon, fil. Athamantis & Inûs, alio nomine Melicertes dictus. Hujus mater, cum virum tanto furore correptum videret, ut Learchum, alterum ex filiis, saxo allideret, jamq; sibi similem exitum videret imminere, alterum filium, nomine Melicertem, ulnis complexa, in mare se præcipitavit, amboque Dii marini facti sunt, mutatisque nominibus, mater *Leucothea*, h. e. *alba dea*, dicta est, creditur que eadem esse cum *Aurorâ*, quæ & *Matuta* à Latinis nominatur: Ille vero à Græcis *Palæmon*, à Latinis quod *portubus* præesse putetur, *Portunus* est appellatus. Apotheosin eorum narrat Ovidius, lib. 4. Met.

Innuit oranti Neptunus, & abstulit illis
Quod mortale fuit, majestatemque verendam
Imposuit, nomenque simul, faciemque novavit,
Leucotheâque Deum cum matre Palæmona dixit.

Idem Ovidius alibi:

Et juvenem possim sperare Palæmona nando,
Miraque quem subito reddidit herba Deum.

Scribit Pausanias in Atticis Melicertam à Delphine exceptum fuisse, cum cecidisset è saxo Moluride & in Corinthiorum Isthmum expositum mutato nomine Palæmonem fuisse appellatum, atque inter cæteros honores, petram istam illi fuisse consecratam, & Isthmicos ludos illi à Sisypho, Æoli filio, fuisse institutos, qui tunc imperabat Corinthiis, cum esset Melicerta fratris filius: atque primum pinu, deinde apio sicco victores ibi coronati sunt. Musæus quoque in eo libro quem *de Isthmiis* conscripsit, duo certaminum genera celebrari solita in Isthmo scribit, alterum in honorem Neptuni, alterum in Melicertæ. Ejus meminit Orpheus in Hymnis:

Σωτῆρα Βάκχε χορηγὸν Διωνύσε πολυγηθῆ
Κικλήσκω σε Παλαίμονα ἐπ' εὐιέρους τελεταῖσιν,
Ὃς ναίεις πόντοιο βυθὸς βαθυκύμονας ἀγκὰς,
Ἐλθεῖν εὐμενέοντα νέῳ γήθυντα θεραπτῇ,
Καὶ σώζειν μύστας κατὰ τε χθόνα, καὶ κατὰ πόντον.
Ποντοπλάνοις δὲ ἀεὶ ναυσὶν χειμῶν ἐναργὴς
Φαινόμενος

Φαινόμηδος οὗτος, μῦθος ὑπὸ τοῖς ἀναφαίνω
Ρυόμηδος μῦθον χαλεπὸν καὶ πόνον οἴδμα.

Euripides quoque in Iphigenia in Tauris, custodem & servatorem navium Palæmonem vocavit :

Ὦ πυτίας παῖ Λαομέδας, νεῶν φύλαξ,
Δεσπότα Παλαίμον ἵλεως ἡμῖν γένου.

Inde *Palæmonius* adject. Claudianus,

Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis
Adsit. ———

Statius :

Curva Palæmonio secluditur unda Lechæo.

Vide Nat. Com. lib. 8. cap. 4. Hesych. Παλαίμων, Ἡρακλῆς.

Palæmon, Grammaticus Vicentinus, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio Impp. tantâ vir arrogantiâ, ut M. Varronem porcum appellaret ; secum autem & natas & morituras literas jactaret. Luxuriæ quoque ita indulsit, ut sæpius in die lavaretur, nec sufficeret sumptibus. Tranquillus. Ejus mem. Juv. Sat. 6.

——— ———*Odi*
Hanc ego quæ repetit, voluitque Palæmonis artem.

Idem Sat. 7.

Quis gremio Enceladi, doctique Palæmonis affert
Quantum grammaticus meruit labor ?

Quærant eruditi quisnam *Palæmon* ille fuerit, de quo Martialis lib. 2. epigr. 86.

Scribat carmina circulis Palæmon.

Palæmonius, Argonautarum unus, quem Orpheus claudum fuisse his verbis innuit.

Ἐν δὲ Παλαιμόνιος λίθον νόθον ἤλυθεν ἰδὼς,
Σίσυφος δὲ σφυρὸν διαπὸ, πόδες δ' οὐκ ἦεν ἀρηρώς,
Τύχεκεν Ἡφαίστοιο γόνον κολίτονον ἅπαντες.

Palæphatus, scriptor antiquus, patriâ Parius, aut (ut alii malunt) Prienæus, Artaxerxis tempore natus, teste Suidâ, qui ἀπίστων, h. e. *rerum incredibilium* volumina quinque scripsit. Hinc *Palæphatius*. Virgilius in Ciri :

Infamem tali meritò rumore fuisse
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Cæterum de variis Palæphatis vide Vossium de Hist. Gr. l. 3. pag. 395, 396.

Palamedes, Nauplii Eubœæ regis filius (à quo *Nauplíades* à Poëtis dictus est) acerrimus Ulyssis inimicus fuit, à quo tandem iniquo judicio circumventus est, & ab exercitu lapidibus obrutus. Nam cum omnes totius Græciæ principes ad bellum Trojanum convocarentur, Ulysses, quem uxoris juvenculæ amor domi retinebat, insaniam simulavit, & quo melius rei fidem faceret, junctis diversæ naturæ animalibus, salem serebat. Palamedes autem ut viri astutiam deprehenderet, Telemachum filium aranti objecit : quo viso Ulysses aratrum subito suspendit, ne eum læderet. Quo argumento simulatione deprehensâ, invitus est pertractus. Deinde vero cum in Thraciam frumentatum missus esset Ulysses, & nihil inde attulisset, neque quidquam se invenisse diceret : Palamedes eodem missus plurimum frumenti advexit. Vide Photii epist. 142. Quamobrem Ulysses invidiæ stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in quâ agebat Palamedi proditionis gratias, commemorabatque secretum auri pondus esse transmissum, quod ipse Ulysses per corruptos servos in tentorio ejus infodi curarat. His igitur literis in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Ulysses reo adesse simulans, hostilibus literis nihil fidei habendum contendit, easque re ipsâ facile posse coargui, si Palamedis tentorium scrutaretur : In quo si aurum, inveniretur, nullum illum supplicii genus recusare. Missi itaque, qui tentorium ejus perscrutarentur, cum aurum invenissent, Palamedes velut proditionis convictus lapidibus obrutus est. Hic fertur Trojano bello quatuor literas inveniss θ ξ χ φ. Hic etiam calculorum ludum, & mensurarum ac ponderum rationem excogitavit, & suffragia, quibus in liberando, judicandoque nunc utimur, primus omnium reperit. Polyd. Virg. Astrologiæ insuper peritus fuisse dicitur, annumque ad cursum Solis, & menses ad cursum Lunæ accommodasse, primusque in castris visam atque reformidatam Solis Eclipsim naturalem, minimeque timendam esse docuisse ; præterea ordinationem aciei, ac tesseras, h. e. symbolum bellicum, & vigilias invenisse. Numeri inventorem fuisse affirmat Plato : Ἦ οὐκ ἐννενόηκας ὅ φησὶν ἀριθμὸν εὑρεῖν ; Sophocles de eodem.

Οὗτος δ' ἐφάνη τὰ Ἀργείῳ στρατῷ
Σταθμοὺς τ' ἀριθμὸν τ' εὐθυμὸν εὑρὼν διήνυσεν
Κἀκεῖν' ἔτλαζε ——— ———

Euripides in Phœnissis :

Καὶ τὸ μίτρᾳ' ἀνθρώποισι, καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, καὶ θμὸν διώρισε.

Et Manilius lib. 4.

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis
Imposuit, certumque modum, propriasque figuras.

Quæ omnia à gruibus fertur didicisse. Illæ enim non nisi acie instructâ volant, electo duce, quem sequantur, depositisque in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & qui noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandum etiam mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere, quas etiam ab iis primus observasse fertur Palamedes. Hinc à Poëtis *Palamedis aves* grues dicuntur. Mart. lib. 13.

Turbabit versus, nec littera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

Atqui apud Æschylum Prometheus hoc ἕυρημα sibi vindicat :

Καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων
Ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις
Μνήμην ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.

Si Æschylo credas, etiam Palamedes primus acies ordinaverit, duces, centuriones instituerit. Ita enim in Tragœdiâ apud eundem gloriatur :

Καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατηγὸς
Ἔταξα. σίτου δ' εἰδέναι διώρισα,
Ἄεισα, δόρπα, δεῖπνά θ' αἰξιδᾶς τελῶ.

Ubi etiam ter cibum in die sumendi auctorem se profitetur. Nomen ejus quod attinet, Ebræi doctores & professores publicos (inquit Fungerus) מורים *Morim*; & מלמדים *Melammedim* vocant ; unde natum nomen *Palamedis*. Sane Phœnicii, quorum lingua Hebraicæ fuit affinis, plurima nomina Græcis tradiderunt, qui suo idiomati accommodarunt ea, ac de rerum inventoribus suo more gloriari solent.

Palamedes Eleates Grammaticus, scripsit Onomasticon de Tragicis & Comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ, ac Doricæ linguæ. Suidas. Vide Voss. de Hist. Gr. pag. 396.

Palatinus Apollo dictus est à *Palatio*, ubi Augustus Apollini post Aruspicum responsa ædem construxit, porticibus & Bibliothecâ Latinâ Græcaque valde celebrem, unde est illud apud Horatium in Epp.

——— *Et tangere vitet*
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

In eo templo fuit columna quædam 50 pedum, dubium pretione, an pulchritudine nobilior, cortinæque aureæ ab Augusto, conflatis omnibus aliis imaginibus Apollini Palatino dicatæ.

Pales, pastorum vel pabuli Dea. Hanc quidam, teste Servio, Vestam, Deorum matrem vocant : Virg. Ecl. 5.

Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.

Et in tertio Georgicorum :

Te quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso. ———

Fuit hæc Dea, vel hic Deus (nam Varro masculino genere habet) præcipuo honore à pastoribus culta ; ideo ab Ovidio Fast. 4. invocatur :

Alma Pales faveas pastorum sacra canenti.

Cana Pales Papinio dicitur, lib. 6. Theb. *Quia vetustissimis culta pastoribus*, uti loquitur Schol. Vet. Merito autem *cana*, ut quæ idem numen faciat cum matre Deorum, ut memorat Servius, Com. in 3. Georg. Prodit is ibidem de Deo masculo hujus nominis. Arnobius scite, lib. 3. Cæsius & ipse assequens fortunam esse arbitratur & Cererem, Genium Jovialem, ac Palem, sed non illam fœminam quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis, Jovis ministrum ac villicum. Illi lacte sacra fiebant ; auctores Ovidius ac Tibullus : Prior :

——— *Et tepido lacte precare Palem.*

Posterior :

Et placidam niveo spargere lacte Palem.

Ideo *fœcundam* Calpurnius vocat. Nemesian. Ecl. 1.

Dat grandæva Pales spumantia cymbia lacte
Mella ferunt Nymphæ, pictas dat Flora coronas.

Nominis rationem quod attinet, vide Boch. de Phœn. Col. lib. 2. cap. 9.

Palfurius Sura, Orator & Causidicus, ob suspicionem quòd cum Vitellianis sensisset, senatu à Domitiano fuit amotus. Juv. Sat. 4.

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum pulchrumque ex æquore toto
Res fisci est ubicunque natat.

Palilia, vel, ut alii, *Parilia* sacra Palis Deæ. Hesychius : Παλίλια, ἀγών. Οἱ μὲν τῇ Πάλλῃ, ἔνιοι δὲ τῇ Πανί. Hæc à pastoribus in agris fiebant 1 Calend. Maii. quo die Romulus urbem fundavit, vel ad lupos arcendos, morbosque à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. In hoc die festo, palearum accensi acervi certo ordine in loco plano collocabantur, quos pastores saltando transiliebant (Solinus à *partu Iliæ* dici vult, unde *Parilia*. Vide Fungerum.) Ovid. Fast. 4.

Moxque per ardentes stipulæ crepitantis acervos
Trajicias celeri strenua membra pede.

Prop.

Prop. 4. 1.

Annuaque accenſo celebrare Palilia fœno,
Qualia nunc curto luſtra novantur equo.

Idem eleg. 4. ejuſdem libri.

Urbis feſtus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Unde Ovid. Met. 14.

——— *Feſtiſque Palilibus urbis*
Mœnia conduntur. ——— ———

Cic. lib. 2. de Divinatione: *L. Tarutius Firmanus, familiaris noſter, imprimis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam noſtræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus:* Suetonius in Caligulâ cap. 16. *Decretum autem, ut dies, quo cepiſſet imperium, Palilia vocaretur, velut argumentum rurſus urbis conditæ.* Ovid. Faſt. 4.

Per flammas ſaliiſſe pecus, ſaluiſſe colonos,
Quod fit natali nunc quoque Roma, tuo.

Idem Faſt. 6.

Dena quater memorant habuiſſe Palilia Romam,
Cum flammæ cuſtos æde recepta Deæ eſt.

Id eſt 40. natales & annos. Vide Dionyſ. Halicarn. Ant. l. 1. Plut. in Romulo, & Caſaub. ad illud Perſii lib. 1.

Et focus, & porci, & fumoſa Palilia fœno.

Palinurus. Vide alteram part. huj. Dict.

Pallades, virgines erant quas Thebani apud Ægyptios Jovi ſacrabant, de quibus Strabo lib. 17. in hunc modum: *Jovi, quem præcipue colunt, virgo quædam genere clariſſima & ſpecie pulcherrima ſacratur, ὃς καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες Παλλάδας. Ea, pellicis more, cum quibus vult coit, uſque ad naturalem corporis purgationem. Poſt purgationem viro datur, ſed prius quam nubat, poſt pellicatus tempus in mortuæ mœrem lugetur.* Idem habet Euſt. ad Iliad. α. Odyſ. γ.

Palladium, Palladis ſimulachrum quod Romæ in æde Veſtæ fuit, cujus mem. Herodianus lib. 1. Id fuit è ligno compactum, movens oculos, atque haſtam, quam manu geſtabat, ut ſcribit Servius. Nam cum apud Trojam in honorem Palladis arx, & in ejus ſummo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & locum ſibi in eo templo delegit, nondum cooperta æde: moxque ab Apolline redditum eſt oraculum, ejus civitatis futurum exitium, ſi id ſimulachrum extra muros portaretur. Ovid. in Faſt. Quod factum eſt, in tempore belli Trojani cum Diomedes & Ulyſſes cuniculis, vel, ut alii dicunt, cloacis aſcenderent in arcem, & occiſis cuſtodibus ſimulachrum ſuſtulerunt. Virg. Æn. 2.

——— ——— *Impius ex quo*
Tydides ſed enim ſcelerumque inventor Ulyſſes
Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacram effigiem, manibuſque cruentis
Virgineas auſæ divæ contingere vittas.

Trojam ſane ἀνάλωτον fore, niſi exportatq Palladio, fatale fuit. Ovid. Met. 13.

Nempe capi Trojam prohibebant fata ſine illo.

Ligneum fuiſſe volunt Grammatici: Παλλάδιον, τοῦτο ἦν ξόανον μικρὸν ξύλινον ὃ ἔλεγον ἐὰν τετελεσμένον φυλάττον ἡ βασιλείαν ἡ Τροίης. Clem. in Προτρεπτικῷ· Πολλοὶ δ' ἂν τάχατε θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον, τὸ Διοπετὲς καλούμενον.

Palladius, nomen viri proprium, qui de Agriculturâ ſcripſit.

Palladius Galata, hiſtoricus, floruit ſub Theodoſio M. Vitas aliquot ſanctorum in literas retulit; quæ vulgo *Hiſtoria Lauſiaca* dicitur, quia nuncupata eſt *Lauſo* præfecto. Opus hoc certis diebus in Eccleſiâ prælegi ſolere, ex Triodio oſtendit in Gloſſario ſuo clariſſimus Jo. Meurſius qui & primus hunc ſcriptorem Græcè edidit.

Palladius Methonæus floruit ſub Conſtantino M. Præter orationes ac diſputationes varias etiam hiſtoricum ac philologicum opus contexuit de feſtis Romanorum, ut è Suidâ cognoſcimus.

Pallas, adis, filia Jovis, ex cerebro ejus prognata, ſapientiæ, diſciplinarumq; omnium Dea, quam Latini Minervam vocant. Sic dicta, ſecundum quoſdam quod ab eâ *Pallas* ſit interemptus, aut διὰ τὸ ἀναπαλάχθαι ὑπ' αὐτῆς τῷ Διΐ, aut ex *Pallante* palude, juxta Feretum. Quid quod aliqui datum velint nomen ἀπὸ τῆς πάλλης τὸ δόρυ, alii *à* ſaliendo, ſive ſaltando in bello. Euſt. in Iliad. α. Τὸ δὲ λέγειν ὅτι καλεῖσθαι αὐτὴν, ἐπειδὴ ἐν τῇ Γιγαντομαχίᾳ Παλλαντά τινα περιῶσαι λέγεται, ἢ ὅτι ὑπ' αὐτῆς ὁ Διὸς συνεπάλτο καθαλλῆς, ἢ ὅτι καθαυτὴν ἡ Σεμέλης βλησθείσης, καὶ τῶν Διονύσου ἀνεκπαύστου ἐμβρύου, παλλομένου ἐν τῷ ἀμβλώματι καθάλλαν ἤνεγκε τῷ Διΐ. Nonnulli ab Ebræo פלס *palas*, ſ. e. *agitare*, quia quatit haſtam, vel quia mens eſt in perpetuâ agitatione, unde παλλὰς ſignificaret agilitatem animi, eſſetque epitheton, non proprium nomen. Alii denique à verbo פלל quæ vox Ebræis admirabile quiddam ſonat. Vide Fungerum in *Pallas*.

Pallas, antis, filius Evandri, qui à patre iis copiis, quas Æneæ auxilio miſit, præfectus, magnâ jam hoſtium ſtrage editâ, à Turno eſt interfectus. Vide Virg.

Pallas, antis, hiſtoricum volumen condidit de myſteriis Mithræ. Porphyr. περὶ ἀποχῆς lib 2.

Pallas, Claudii Cæſaris libertus, ditiſſimus, qui Craſſo fertur ditior vicies, & quinquies centenis millibus. Plin. 33. 10. Vide Tacit. Annal. l. 12. Et Plin. ep. l. 8. epiſt. 5. Juv. Sat. 1.

——— *Ego poſſideo plus*
Pallante & Licinis. ———

Pamphila, genere Ægyptia, vixit temp. Neronis Imp. ac ſcripſit perutiles 8. libros hiſtoriæ miſcellæ, quibus congeſſit, quæ vel ex marito quicum 13. an. nupta fuit, audiſſet, vel ex viris eruditis, qui mariti ædes frequentaſſent, vel quæ ipſa obſervaſſet. Auctor Phot. Tm. 8. ſed Suid. ait Epidauriam fuiſſe, fil. Soteridis, conjugem Socratidis, ac ſcripſiſſe hiſtoriarum lib. 33. & Epitomen Cteſiæ lib. 3. &c. Mem. ejus Gellius 15. 17. & Laertius in Pittaco, Periandro, Socrate, Platone, Theophraſto, Thalete, Chilone & Cleobulo.

Pamphilus, Neoclidis fil. Platonis auditor; qui circa Phædonis principium, dicit illum inter eos qui in acie ceciderunt, 10. dies jacuiſſe, triduoque poſtquam inde ſublatus fuerat impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe.

Pamphilus Presbyter, Euſebii Cæſarienſis neceſſarius, tanto Bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut bonam partem voluminum Origenis ſuâ manu deſcripſerit. Martyrio coronatus eſt apud Cæſaream Palæſtinæ ſub Maximo. Suidas tres Pamphilos commemorat, duos ſcil. Grammaticos, quorum alter Sicyonius genere de Grammaticâ picturâque ac ſcriptoribus claris ſcripſit. Alter Alexandrinus Dictionarium edidit, quod *Pratum* appellavit. Tertius Athenienſis fuit Reip. expilator, unde proverbium; *Pamphili furtum.*

Pamphilus Amphipolita, aut Sicyonius, aut Nicopolita (nec enim de patriâ convenit) inter alia illuſtrium pictorum hiſtoriam ſcripſit, teſte Suidâ, cui Philoſophus dicitur. Unde opinari quis poſſet eſſe Pamphilum Platonis diſcipulum. Compoſuit quoque libros tres de R. R. quorum præter Suidam etiam meminere Geoponica Conſtantino dicata. Antoninus Liberalis narrationem viceſimam tertiam quæ, de Batto eſt, exſcripſit ex lib. 1. Pamphili cujuſdam, & iis quos Pamphilus ſecutus erat. Etiam Athen. lib. 13. refert ex quodam Pamphilo Abydi eſſe templum Ἀφροδίτης Πόρνης. Fortaſſis is eſt Pamphilus Alexandrinus cujus idem mem. libb. 2. 3. 8. 9. Voſſius.

Pamprepius, poeta Panopolitanus, floruit ſub Zenone, etiamque gratiâ apud eum valuit. Magni fuit Procli diſcipulus, inque religione Gentili perſtitit, nec id diſſimulavit, ubi omnes videret in urbe Chriſtianos. Vide de eo multis differentem Suidam. Voſſius.

Pan, quem paſtorum, venatorumque Deum, & univerſæ vitæ ruſticanæ præſidem crediderunt antiqui, cujus fil. fuerit non ſatis conſtat. Homerus in Hymnis Mercurii filium facit:

——— Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα,
Ἀγροπόλων, δηρίφατα, φιλόκερτον.

Herodotus in Euterpe Penelopen matrem ejus fuiſſe refert: Παρὰ δὲ τοῖσι ἐν Πανελόπης, ἐν ταύτης δὴ καὶ Ἑρμείαν λέγουσι γενέσθαι. Durius autem Samius in eo libro quem ſcripſit de Agathocle, Penelopen cum omnibus procis rem habuiſſe narrat, è quorum congreſſu Pana inquit natum fuiſſe. Πᾶν enim Græcis *totum* vel *omne* ſig. Hom. autem in Hymnis ſic dictum putat, quia Deorum omnium mentes delectaverit, cum citharam nuper natus ſcitè pulſaret:

Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψε.

Veteres autem ita Pana pinxerunt, ut nihil ex toto univerſo in eo prætermiſſum videatur. Habet enim cornua in radiorum Solis, & cornuum Lunæ ſimilitudinem. Rubet ejus facies ad ætheris imitationem, in pectore Nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem: pars ejus inferior hiſpida eſt, propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, ut oſtendat terræ ſoliditatem. Hic à nonnullis Demogorgonis fil. creditur fuiſſe, & fiſtulam compoſuiſſe 7. imparibus calamis ſimul conjunctis, propter harmoniam cœli. Traditur enim cum Cupidine aliquando pugnaſſe, (à quo ſuperatus eſt) & incidiſſe in amorem Syringis, ſeu Syringæ virginis, quam, cum tranſire Ladonem Arcadiæ amnem non poſſet, Nympharum precibus in paluſtrem calamum mutatam vidit, ex hoc ſtatim compoſuit fiſtulam, quæ ex puellæ nomine apud Græcos *Syrinx* eſt vocata. Bion. Idyll. 3.

Ὡς δ' ὅτε πλαγίαυλον ὁ Πὰν, ὃς σὺν Ἀθήνᾳ.

Virg.

Virg. Eclog. 2.

Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Instituit.———

Idem Eclog. 8.

Panaque qui primus calamos non passus inertes.

Prop. 3. 3.

———*Calami Pan Tegeæe tui.*

Redeo autem ad etymon, in quo plane etiam nobiscum facere videtur Orpheus, *universam* sub ejus nomine *naturam* intelligens. Verba ejus sunt:

Πᾶνα καλῶ πρᾶτιστον ἠδ' Ἀιθον, κόσμοιο τὸ σύμπαν,
Οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν,
Καὶ πῦρ ἀδάμαντον· τάδε γὰρ μέλη ἔστι τὰ Παντός.

Colebatur per totam Arcadiam, potissimùm tamen in Lyceo & Mænalo montibus. Virgil. Ecl. 10.

Pan Deus Arcadiæ venit.

Ovid. Fast. 2.

Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades, Arcadiis pluribus ille jugis.

Propertius:

Arcadio pinus amata Deo.

Alcæus:

Ἰὼ Πᾶν Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς.

Quin & Simonides hunc Deum vocat τερπόπων καὶ Ἀρκάδα. Dionys. Hal. lib. 1. Ἀρκάσι γὰρ θεῶν, ἀρχαιότατός τε καὶ πυριώτατος ὁ Πᾶν. Dixi Deum hunc montibus gaudere. Hom. in Hymn.

———Ὃς πάντα λόφον νιφόεντα λέλογχε,
Καὶ κορυφὰς ὀρέων, καὶ πετρήεντα κέρηα.

Testes quoque Horatius ac Ovidius. Hic. lib. 1. Od. 4.

———*Deum cui pecus, & nigri*
Colles Arcadiæ placent.

Hic Fastorum 2.

Ipse Deus velox discurrere gaudet in altis
Montibus, & subitas concitat ille feras.

Ab istâ subitâ concitatione *terrores Panici*, Græcè Πανικὰ δείματα vocabantur, de quibus in Miscellaneis vir summus Angelus Politianus. Appositè Val. Flac. lib. 3.

Ludus & ille Deo, pavidum præsepibus aufert
Cum pecus, & profugi sternunt dumeta juvenci.

Cic. lib. 5. Ep. ad Atticum *Scis enim quædam* Πανικὰ dici. Hyginus in Capricorno: *Hic enim dicitur cum Jupiter Titanas oppugnaret objecisse hostibus terrorem, qui Panicus dicitur.* Vide Barth. ad Theb. 11. p. 1358. & Suid. in Πανικῷ δείματι. Hinc aliquibus *Pan* dictus videtur à verbo Ebræo פון *Pun*, vel *Pon, attonitus est*, ita ut dubius sit animi, ne plane pereat; & פן *Pen* adverbium dubitantis est. Mali autem ominis habebantur hi terrores apud veteres, teste Plut. in Cæsare, & ex eo Dionys. Halic. lib. cap. 16. Qui tamen Dionysius Fauno hos terrores Romanos adscribere solitos fuisse testatur, unde *Faunum* eundem esse cum *Pane* probat Bochartus ὁ μέγας. Sed nihil opus est argumentis, cum in eam rem expressa sint testimonia veterum. Sextus Aurelius Victor de origine gentis Romanæ; *Hunc Faunum plerique eundem Sylvanum à sylvis, & Inuum Deum, quidam etiam Pana dixerunt.* Rutilius lib. 1. Itiner.

Hoc Inui castrum fama fuisse putat.
Seu Pan Tyrrhenis mutavit Mænala sylvis,
Sive suos patrios incola Faunus init.

Fuit etiam venatorum Deus, qui si favisse putaretur venatoribus, ab illis colebatur à venatione reversis: at si frustra laborassent, scillas in illum conjiciebant, uti testatur Theocritus in Thalys.

Κλῦθί μοι τοῦθ' ἑρδοις, ὦ Πὰν φίλε, μή τύ γε παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευρὰς ἢ καὶ ὤμως
Ταύρεα μαστιόδιεν, ὅκα κρέα τυτθὰ παρείη.

Ovidius quoque in ep. Phædræ, unà cum Diana Panes & Satyros venantium præsides facit:

Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit,
Silvaque perdendas præbeat alta feras.
Sic faveant Satyri, montanaque numina Panes,
Et cadat adversa cuspide fossus aper.

[Nam non unum solummodo sed plures Panes fuisse apud veteres legimus. Theocr. in Amaryllide:

———Τὸ τοι γένος ἦν Σατυείοις
Ἐγγύθεν, ἢ Πάνεσσι καχοκήμοισιν ἐείσατ.

Propert. 3. 16.

Capripedes calamo Panes hiante canent.]

Sed quid venatorum Deum fuisse dicimus? Ipsemet Pan fuit venator, ut ait Theocritus Idyll. 1.

———Τὸν Πᾶνα δεδίηκμις, ἢ γὰρ ἀπ' ἄγρας
Ἀίνιγε κνημαὶς ἀμπαύεαι, ἐπὶ γε πικρὰς.

Memoriæ prodidit Isacius Pana Deam Echo adamasse, quare eum maritum Echûs appellavit Theætetus in his carminibus:

Ἄλσεάτας, φιλόδενδρος, ὀρεσκύλα πόσις Ἠχοῦς,
Πάνσοφος, εὐκερὰς μηλόφυλαξ ἀγέλας.

Quam amicam ejus nominavit Archias in his:

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὀρῶς φίλε, Πανὸς ἑταίρη,
Ἀντίτυπον φθογγὼ ἔμπαλιν ἀσομένη.

Fuit etiam à Lunâ amatus cum in niveum arietem pulcherrimum se convertisset. Virg. Georg. 3.

Munere sic niveo lactis (si credere dignum est)
Pan Deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit,
In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.

Porro libidinosum finxerunt hunc Deum propter spermaticarum rationum copiam, ideoque Nymphas non solum insequi, sed etiam pueros formosos. Hesychius: Πᾶνες, τοὺς ἐπιτηδείους σφοδρῶς περὶ τὰς συνουσίας ἔλεγον. Coluerunt etiam Πᾶνα piscatores, cum in locis mari propinquis plerumque versaretur, quem etiam ἁλίπλαγκτον Sophocles in Ajace vocat. Offerebatur huic Deo lac & mel in pastorum poculis, quod significavit Theocritus in Viatoribus:

Σταθῶ γ' ὀκτὼ μὲ γαυλὼς τᾷ Πανὶ χάλαισθε,
Οὐκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κήνει ἐχοίσας.

Quare non rite sacrificabant, qui tauros illi immolabant, aut qui in aureis poculis lac aut vinum offerebant, cum vasa ex eo metallo superis ac cœlestibus Deis, non autem terrestribus vel pastorum curam habentibus convenirent. Apollonius Smyrnæus:

Ἀγρωστέων Θεός εἰμι, τί μοι χρυσοῖο δαπέων
Σπένδετε, πᾶσι δ' Ἰταλὸς χεῖτε μέθυ Βρομίος,
Καὶ γυρὸς παίρων πίσυρ ἐσσομένοιτε τέκνοισι;
Φείσασθ', ὑ τόσοις δύνασι τερπόμεθα.
Πὰν ὁ παρωρείτης, αὐτόξυλος, ἀργεοδοίνης
Εἰμὶ καὶ ἐγχθονίοις γλαυκωπίδος κύλικος.

Pinus Pani arbor sacra fuit. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17. Propertius 1. 18.

Vos eritis testes, si quos habet arbor honores
Fagus, & Arcadio pinus amata Deo.

Ovidius de Lupercalibus, qui erant sacerdotes Panis: Fast. 2.

Ipse ego Flaminiam poscentem februa vidi,
Februa poscenti pinea virga data est.

Pinus, inquam, grata Pani arbos, & inde nectit coronam. Ovid. Fast. 1.

Pars tibi qui pinu tempora nexa geris.

Idem ibidem.

Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acutâ.

Et in Epist. Oenones:

Cornigerumque caput pinu præcinctus acutâ
Faunus.———

Et lib. 3. Fastorum.

Pinigeris Fauni Mænalis ora caput.

Lucretius lib. 4.

———*Cum Pan*
Pinea semiferi capitis velamina quassans.

Unde apud Stat. lib. 2. Sylvarum, Pan ipse loquitur:

———*Et nostræ stupeant tua germina pinus.*

Panem ipsum descriptum habes apud Silium Ital. lib. 13. vers. 326.

Pan Jove missus erat, servari tecta volente
Troja: pendenti similis Pan semper, & imo
Vix ulla inscribens terræ vestigia cornu.
Dextera lascivit cæsâ Tegeatide caprâ
Verbera læta movens festa per compita caudâ.
Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus.
At parva erumpunt rubicundâ cornua fronte.
Stant aures, summoque cadit barba hispida mento.
Pastorale Deo baculum, pellisque sinistrum
Velat grata latus, teneræ de corpore damæ.
Interdum inflexus medio nascentia tergo
Respicit arridens hirtæ ludibria caudæ.
Obtendensque manum solem infervescere fronti
Arcet & umbrato perlustrat pascua visu.

Festa ejus dicebantur *Lupercalia*, fiebantque in Aventino monte, mense Februario, quorum author fuit Evander.

Panætius, Philosophus Stoicus, patriâ Rhodius. Is fuit Scipionis præceptor, quem imitatus est Cicero libris de officiis, ipso teste lib. 3. *Panætius igitur qui sine controversia de officiis accuratissimè disputavit, quemque nos, correctione quâdam adhibitâ, potissimum secuti sumus, &c.* Item primus in Sicilià tyrannus. Olymp. 42.

Panagæa, Diana dicta est, quod vagaretur, & per nemora montesque aberraret. Quin domicilium etiam subinde mutat nunc ad superos, nunc ad inferos agens. Nec specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla. Unde natum proverb. *Panagæa Diana.*

Panathenæa, Ericthonius Vulcani fil. Minervæ festum instituit, & Παναθήναια qu. d. *Minervalia*, vocavit. Harpocration: Ἦγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐρεχθόνιος ὁ Ἡφαίστου, καθά φασιν

φασιν Ἑλλάνικός τε καὶ Ἀνδρομέων, ἐκ τετραετηρίδος ἐν πρώτῃ Ἀττικῇ· πρὸ τούτου δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο. Πρὸ τούτου, h. e. *ante Theſeum.* Ille enim omnibus Atticæ populis in unam civitatem redactis, inſtauravit, &, ut inquit Plutarchus, Παναθήναια, θυσίαν ἐποίησε κοινήν. Pauſan. in Arcadicis: Τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν. Παναθήναια δὲ καλεῖσθαι φασιν ὑπὸ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη συνελθόντων εἰς μίαν ἁπάντων πόλιν. Suidas. Παναθήναια, Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ συνοικισμῷ. Πρῶτον ὑπὸ Ἐρεχθέως τῶ Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. Sed Theodoretus lib. 1. Græcanicarum affectionum, ſive ſermonum de Fide, eorum authorem Orphea facit. Cæterum duplicia fuere, Magna, & quinquennalia; Parva & annua. Harpocration: Διττὰ Παναθήναια ἦγετο Ἀθήνησι· τὰ μὲν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὰ δὲ διὰ πενταετηρίδος, ἅπερ καὶ μεγάλα ἐκάλουν. Eadem totidem verbis Suidas. Verum author argumenti, quod orationi Demoſthenis *contra Midiam* præfigitur, magna quinquennalia, ſed parva triennalia, fuiſſe tradit. Διάφορα δὲ ἦν Ἀθηναίοις ἡ ἑορτή· ἐν αἷς μὲν τὰ Παναθήναια, ἅπερ μὲν δὴ πάλαι, μικρὰ τε καὶ μεγάλα. Καὶ τὰ μὲν μεγάλα κατὰ πενταετηρίδα ἐτελεῖτο, τὰ δὲ μικρὰ κατὰ τετραετηρίδα. Falſus igitur eſt Scholiaſtes Ariſtophanis *in Pace*, ad hunc verſum.

Καί σοι τὰ μεγάλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν.

Οὐχ inquit, ὡς καὶ μικρῶν ὄντων τοῦτό φησι, ἀλλ' αὔξων τὴν χάριν. Dixi feſtum communiter ab omnibus Atticæ pop. actum: nam & ſinguli bovem mittebant inſtaurandis ſacrificiis; hinc ea carnium copia, quæ tantæ multitudini in epulas ſufficeret. Scholiaſtes Ariſtoph. *in Nebulas.* Ἐν τοῖς Παναθηναίοις πόλεις ἔπεμπον βοῦς· ἔδει δαπάνεα τὴ κρεῶν. Nec vero ſiccam fuiſſe viſcerationem argumento ſunt pocula maximæ capacitatis, & ut Athenæus ait, Δίχοα καὶ μείζονα, h. e. *duorum congiorum & majora*, quæ ab eodem hoc feſto Παναθηναϊκά. In pompa ſenes olei ramum geſtabant, quos ideo Θαλλοφόρους appellabant. Ariſtoph. *in Veſpis.*

Οὐκέτι πρεσβυτῆ ὄχλος
Χρήσιμος ἐς' ἀλλ' ἀχρεῖ.
Σκωπτόμενοι γὰρ ἂν ἐν
Ταῖσιν ὁδοῖς ἀπόροις
Θαλλοφόροι κλαύσεθ'.

Cui muneri deligebantur ſenes, non illi quidem paſſi & rugoſi, ſed formâ præſtantes, & in ipſo vergentis ætatis occaſu vigorem aliquem oſtentantes. Xenophon in Convivio. Ἀλλ' ἀλλὰ μὴν τοι ταῦτά γε ἀπιμαστέον τὸ κάλλος, ὡς παχὺ φθεγμάζομαι, ἐπεὶ ἄσπερ γε παῖς γίγνεται καλὸς, ἕως καὶ μειράκιον, καὶ ἀνὴρ, καὶ πρεσβύτης. Θαλλοφόρους δὴ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐπιλέγουσι, ὡς συμπαρομαρτοῦντος πάσῃ ἡλικίᾳ τοῦ κάλλους. Hæc ille. Hiſce cæremoniis Minervam oleæ inventricem oſtendebant: quo etiam ſpectat, quòd oleâ coronabantur Athletæ, præmiique loco vas olei accipiebant. Suidas. Καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ. Scholiaſtes Comici. Κέραμον ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. In hunc uſum ſymbolam conferebant quicunque oliveta poſſidebant: unde ἀπὸ τῆς μοίρας, i. e. *dividere*, ipſas oleas μοῖαι appellari tradiderunt. Ariſtophanis Schol. in *Nebulis*: Μοῖαι, ἐλαῖαι ἐκλήθησαν, διὰ τὸ πάντα ἄνθρωπον κεκτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθήναια. In eadem pompâ circumferebatur peplum à virginibus contextum, in quo geſta Minervæ depicta conſpiciebantur. Meminit ejus Euripides in Hecubâ. Ad quem locum Scholiaſtes: Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις ὑφαίνειν τὰς παρθένους τῇ Ἀθηνᾷ πέπλον, ἔχοντα τὰς ἀριστείας τῆς Θεᾶς πολεμικῆς ἔσης καὶ ἃ κατὰ Γιγάντων ἐπράξατο μετὰ τοῦ Διός. Ὕφαινον δὲ ἐν τοῖς Παναθηναίοις. Comici Enarrator Enceladum in peplo expreſſum ait, quem Minerva occidit: τῷ πέπλῳ ἐνέγραπτο Ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν Ἀθηνᾶ. Generatim Proclus in Timæum Platonis: Ὁ μὲν Παναθηναϊκὸς πέπλος ἔχει τοὺς Γίγαντας νικωμένους ὑπὸ τῶν Ὀλυμπίων θεῶν. Sed obſervabatur hic mos in magnis Panathenæis tantum, quæ ſingulo quinquennio celebrabantur. Plautus in Mercatore:

Neque niſi quinto quoque anno poſſe inviſere
Urbem, atque extemplo inde ut ſpectaviſſem peplum,
Rus rurſum confeſtim exigi ſolitum à patre.

Harpocration quoque mem. πέπλου τοῦ ἀναγομένου τῇ Ἀθηνᾷ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις. Itaque non video quâ ratione poſſit excuſari quod in Scholiis Comici legitur ad *Equites.* Ἐπεισοδιάζετο ὃν ὁ πέπλος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Παναθηναίοις. Hic præterire nequeam ritum in peplo notabilem; quod ſcilicet ei nomina benè de Rep. meritorum intexerentur. Suidas: Νικήσαντες Ἀθηναῖοι πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ἀνέγραψαν τοὺς ἀεὶ ἐν αὐτῷ. Eadem habet Ariſtoph. Scholiaſtes. Reſpexit hunc morem Virgilius, ſeu quiſquis alius in Ciri.

Sed magno inexens, ſi fas eſt dicere, peplo,
Qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
Debita cum caſtæ ſolvuntur vota Minervæ,
Tardaque confecto redeunt quinquennia luſtro.

Unde viros fortes & bono patriæ natos, Ariſtophanes in *Equitibus* appellat ἀξίους τῆς πέπλου. Λαμπαδηδρομίας cum Promethiis & Vulcanalibus, Panathenæa communes habuerunt; niſi quod in his equites decurrerent. Plato lib. 1. de Rep. Λαμπὰς ἔσται θεοῖς ἑορτὴν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. Et Xenophon in Convivio. Ἦν γὰρ Παναθηναίοις καὶ μεγάλων Ἰσθμοῖ λαμπὰς. Hos ludos in veſte tinctâ ſpectare nefas erat, uti conſtat ex Nigrino Luciani. Caſtellanus.

Panda, Dea à Romanis in ſummâ veneratione habita, ſic dicta, quod *pandat*, i. e. *aperiat* viam. *Panda* item dicta Dea pacis à *pandendis* ſeu aperiendis Urbis portis, ut cenſet Turnebus. Aliam tamen ſententiam adfert Arnobius lib. 4. adverſus Gentes, qui & *Panticam* appellatam ſcribit: *Quod T. Tatio, ut Capitolinum capiat collem, viam pandere atque aperire permiſſum eſt, Dea Panda eſt appellata, vel Pantica.* In Gloſſis Philoxeni eſt: *Panda*, Εἰρήνης θεός. Apud Varronem lib. 1. de vitâ pop. Romani Ælius hanc Deam eandem putat cum Cerere, dictamque à *pane dando*. Varronis verba nobis ſervavit Nonius in verbo *Pandere*, ubi refert: *Hanc Deam Ælius putat eſſe Cererem; ſed quod ei qui in Aſylum confugiſſet, panis daretur, eſſe nomen fictum à pane dando Pandere, quod eſt aperire.* Verum *pando* non eſt à *panem do*, & more ſuo ludit Varro, cum Ælii ſententiam in medium adferat, eamque probare videatur. Neque Panda eſt Ceres, cum apertè ipſe Varro eam à Cerere diverſam faciat his verſibus apud Gellium lib. 13. cap. 13.

Ted' Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales,
Nerienes, & Minerva, Fortuna, ac Ceres.

Pandion, Erichthonii Athenarum regis filius in regno patri ſucceſſit. Apollodorus lib. 3. Ἐρεχθέως δὲ ἀποθανόντος, καὶ παραλαβὼν ἐν τῇ τιμῇ τὴν Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. Erat autem rex quintus ut Euſebius teſtatur: Ἀθηναίων ἐβασίλευσε πέμπτος Πανδίων. Hujus filiæ fuerunt Procne & Philomela; quarum priorem Tereo Thracum regi, cujus ope Ponti regem profligaverat, uxorem dedit; qui poſtea & Philomelam violavit, prætextu viſendæ ſororis à patre abductam, uti poſtea videbimus in *Philomela* & *Procne*. Pandion autem filiarum caſu acerbiſſimè afflictus nimio animi mœrore vitam finiit. Ovid. Met. 6,

Hic dolor ante diem, longæque extrema ſenectæ
Tempora, Tartareas Pandiona miſit ad umbras.

Idque anno regni ſui quadrageſimo, teſtibus Euſebio ac Hieronymo. Vide plura de eo apud Meurſ. De Reg. Athen. l. 2. Hinc *Pandionius* pro *Attico*. Ovid. Met. 15. ut vulgo habetur.

Quid Pandioniæ reſtant, niſi nomen, Athenæ.

Lucanus de Pallade:

Et Pandionias quæ curſu protegit arces:

Pandion, Cecropis 2. Athenarum regis filius, qui patri ſuo in regno ſucceſſit. Hieronymus: *Athenienſibus regnavit Pandion alter.* Vide Meurſ. de Reg. Athen. lib. 2. cap. 15.

Pandora, Heſiodo fingitur prima mulier à Vulcano Jovis juſſu fabricata, quam ſinguli dii donis ſuis ornaverunt, unde & nomen ſuum ſortita eſt. teſte Heſiodo:

——Ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν.——

Pallas enim ſapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo Muſices, Mercurius eloquentiæ. Hanc poſtea cum pyxide clauſâ miſſam fuiſſe tradunt ad Epimetheum (quia humano generi male cupiebat Jupiter ob Promethei audaciam, qui ignem è cœlo furatus ferulæ incluſum detulerat in terras) qui illâ receptâ, & pyxide apertâ, cui omne malorum genus inerat, terram morbis calamitatibuſque replevit. Item mater Deucalionis, à quâ Theſſaliâ *Pandora* dicta eſt. Eſt & nomen vel epitheton Terræ. Heſychius: Πανδώρα, ἡ Γῆ, ὅτι τὰ πρὸς τὸ ζῆν πάντα δωρεῖται, ἀφ' ἧς καὶ ζείδωρος.

Pandroſos, filia Cecropis Athenienſium regis, ſoror Aglauri, & Herſes. Ovid. Met. 2.

Pars ſecreta domûs ebore ac teſtudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu, Pandroſe, dextrum,
Aglauros lævum, medium poſſederat Herſe.

Panis, vel *Panides*, rex Chalcidis, qui, quia ſatis imprudenter Heſiodum Homero prætulit, ejus ſtultum ac ineruditum judicium abiit in proverbium, *Panidis ſuffragium.* Philoſtratus in Euphorbo.

Paniſci, Dii ſylveſtres, qu. per diminutionem dicti minuti illi Panes, ſicut à Satyro Satyriſcus.

Panolbius, Epicus poeta, epitaphium ſcripſit in Hypatiam Erythræi filiam, item carmen ad Eutherium, atque alia.

Panomphæus, Jovis epitheton à πᾶς omnis & ὀμφὴ vox, ſive quòd ab omni linguâ colatur, ſive quòd omnium voces audiat. Ovid. Met. 7.

Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Heſychius: Πανομφαίῳ, ᾧ πᾶσα φήμη, ἡ μαντεία, ἀναφαίνεται, τυτὶ καλοῦσιν.

Pantænus, vel *Pantenus*, Theologus eruditiſſimus, primus Scholæ Eccleſiaſticæ præfuit apud Antiochiam, A. D. 181. Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 10.

Panthoides, patronymicum, pro Euphorbus Panthoi filius, quem Pythagoras philoſophus dicebat ſe fuiſſe in bello Trojano, & à Menelao interfectum eſſe. Pythagoras ipſe apud Ovidium Met. 15.

Ipſe ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in adverſo gravis haſta minoris Atridæ.

Vide Philoſtrat. in Euphorbo.

Panyaſis antiquitates Græciæ ſcripſit, ſed carmine. Durius fuiſſe Samium tradit, ac Dioclis filium. Alii Halicarnaſſenſem dixere, & filium Polyarchi: quem ei patrem fuiſſe etiam Pauſan. in Phocicis refert. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 453.

Papa, hodie καθ' ἐξοχὴν Epiſcopus Rom. ſic appellatur; quem Ὀφρυν Δυτικὸν, h. e. *Supercilium Occidentale* D. Baſilius Ep. 10. non invenuſtè nuncupat; & cui Pontificii auctores ultra modum in ſcriptis ſuis adblandiri ſolent, evehentes eum fere ſupra omne quod vocatur Deus. Maſconio ſiquidem non ſufficit quod *Papa* ſit à *Papæ*, admirantis interjectione, quia in omnibus eſt admirabilis, ſtupor mundi, non Deus, non homo, ſed utrumque. Nec ſatisfacit quod ſit *Pontifex* quaſi *potem faciens* ad benè, beateque vivendum, niſi Rex ſit etiam Regum, & Dominus dominantium, habens in toto mundo utrumque gladium, imperium in omnes rationales creaturas; duliâ adorandus. Huic aſtipulatur Mancinus de Jurib. Princ. l. 3. cap. 1. Liceat, inquit, de Chriſti vicario ſimilitudine quâdam aſſerere, quod Plato in Timæo dixit de Deo: Non eſt homo, non eſt cœlum, non bonum, ſed præſtantius quid. Unde Bellarm. de Pont. lib. 4. cap. 5. *Si papa erraret præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, teneretur Eccleſia credere, vitia eſſe bona, & virtutes malas, niſi vellet contra conſcientiam peccare.* Certè Cardinalis cum hæc ſcripſit prorſus ἀπλῶσαι, σιωπῆσαν καταγνωσιμῶς, uti loquitur Apoſtolus. Gabriel Patriarcha Alexandrinus, referente Baronio, non erubuit Clement. VIII. vocare *tertium decimum Apoſtolorum*, & quintum S. Evangeliſtarum. Quid quod Jac. Zabarellus Card. qui floruit circa A. D. 1400. fatetur plurimos ante ætatem ſuam Papis perſuaſum iviſſe, quod omnia poſſent, & ſic quod facerent quicquid liberet etiam illicita; & ſic pluſquam Deus. Hinc voces illæ: *Diſpenſare poſſunt non ſolum contra jus naturale, ſed etiam contra V. Teſtam. & contra Ap. Paulum. De nihilo poſſunt facere aliquid, & in hiis quæ vellent iis eſſe pro ratione voluntatem.* Nec aliquis Papæ dicere audet, *domine cur ita facis?* Apud. Cæſ. Baron. An. Tom. 1. ad A. D. 57. num. 29. legas: Chriſtus omnem, quam à Papâ accepit poteſtatem, transfudit in ſuos; intelligit Pont. Romanos. Quinimo nonnulli temporibus antiquis aſſerere non erubuerunt, in Papis poteſtatem eſſe ſupra omnes potentias tam cœli, quam terræ. Tho. Fazellus Hiſt. Sic. lib. 8. cap. 4. Epiſcopi cujuſdam mem. qui ſic Nicolaum Papam in precibus ſuis invocavit; *Miſerere mei fili David.* De Religioſulis etiam quibuſdam Siculis leginus, qui de Panormo legati ad Martinum 4. Papam ſupplicandum pervenerunt, quod his vocabulis ter exclamarint: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.* Ita Antonin. Sum. hiſt. part. 3. tit. 20. cap. 4. ſect. 3. Denique Vivaldus in *Candelabro aureo* tit. de Abſol. num. 28. Lectorem ſuum benè notare jubet: Quod Papa in Conceſſionibus ſuis utitur illo verbo. Fiat, quo Deus univerſum creavit orbem. Hactenus potentiam Paparum vidimus. Doctrinam vero & probitatem in pleriſque eorundem planè deſideramus. Siquidem Julium 2. Marti potius quam Mercurio litantem legimus, *Fiatur*, ſcripſiſſe pro *Fiat*. Conſtat etiam plurimos Papas adeo illiteratos eſſe, ut Grammaticam penitus ignorarent. Verba ſunt Alph. de Caſtro lib. 1. cap. 4. contra Hæreſ. editionibus antiquis. Quidam è Papis fuit quem Canoniſtæ vocare ſolent *Unum pecus, in eo quòd de mane faciebat gratiam, & de ſero revocabat.* Quod quid aliud eſt, quam luſus puerilis? Quanquam hic etiam Papis aliquibus benè competit. Siquidem Benedict. 9. puer erat 12. annorum quum Eccleſiæ Catholicæ præficeretur. Paulo annoſior Joannes 12. alias 13. ætatis ſuæ 18. Cathedram conſcendit, ut eſt apud Baronium ad An. 955. qui Lateranas ædes in lupanar convertit, Luitprando teſte. Quid dicam de Joanne 11. Sergii Papæ ſpurio? quid de Joannâ Papiſſa? de Sylveſtro ſecundo Necromantico, corpus ſuum unâ cum animâ Diabolo ſolenniter devovente, ut coronâ triplici redimiretur? quid de Bonifacio 7. fure Eccleſiæ, S. Petri expilatore? quid de Sixto 4. Sodomitico pædecaſtâ? quid de Gregorio 12. perjuro? quid de Honorio 10. Hæretico monothelitâ? quid de Leone 10. Atheo; qui S. S. Evangelium Chriſti fabulam appellare non dubitavit? Quid denique de 50. Papis Apoſtaticis qui perhibente Genebrardo, non per oſtium introierunt, ſed aliunde? Apud Vallam declamat. in Donationem Conſtantini hæc occurrunt: *Recentes ſummi Pontifices videntur laborare, ut quantum priſci fuerunt ſapientes & ſancti, tantum iſti impii ſint & ſtolidi.* Nec inficias ire poteſt Bellarminus, quod noviſſimi Papæ à pietate veterum degeneraverint. Quin & victoriam priſcis illis multis partibus inferiores aſſerere non dubitat. Et apud Platinam in Formoſo 1. legas: *Virtus & integritas defecit*, ut & in Faſciculo temporum: *Sanctitas illos dimiſit:* Unde Guicciard. ipſe Hiſt. lib. 16. *In Pontificibus hodie nemo ſanctitatem requirit: optimi putantur, ſi vel leviter boni, vel minus mali quam cæteri mortales eſſe ſoleant.* Adeo ut Marcellus 2. Pontifex apud Onufrium aſſeruerit: *Non video quomodo qui locum hunc altiſſimum tenent, ſalvari poſſint.* Imo S. Catharina de Siena Gregorio 11. ſcripſit *quòd in Rom. Curiâ, ubi deberet eſſe Paradiſus deliciarum, & virtutum, inveniebat fœtorem infernalium vitiorum.* Denique, ut eſt apud Theodor. à Niem, D. Virgo Maria S. Brigittæ narrare dicitur, *Multos Pontifices eſſe in Inferno.* Eant nunc, ſi velint, qui adhuc liberi ſunt & Capiſtro Papali ſtulta colla porrigant. Sed urgent Romanenſes & ſemper urgebunt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c.* Atqui, neque Chriſtus S. Petrum Vicarium ſuum Eccleſ. univerſalis in terris militantis Oecumenicum, unquam fecit; neque ſequitur; ſi Petrus primus Apoſtolorum fuit habitus, ideo Papam Rom. primum Epiſcoporum Chriſtiani orbis haberi debere; cum Primatum ſuum non debeat Petro, ſed Urbi cujus erat Epiſcopus. Notus eſt locus B. Cypriani de unitate Eccleſiæ: *Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis.* Cæterum quæ hactenus de Papæ Suprematu diximus, nihil omnino ſign. ſi Gretſeri judicio ſtandum ſit. Ille enim in defenſ. Bellarm. 3. 10. *Per Eccleſiam*, inquit, *intelligimus Rom. Pontificem.* Unde merito quis colligere queat verba Chriſti *dicta Eccleſiæ*; ita eſſe interpretanda: *Dic tibi ipſi:* Deus bone! in quæ tempora reſervaſti nos? Verbo dicam, idque verbis Benzonis, ſc. Chriſtum & membra ejus pluries crucinxa fuiſſe per paucos Papas Atheos & Necromanticos, quam unquam per Julianum Apoſtatam, Porphyrium Platonicum, Celſum Medicum, Libanium Sophiſtam, Lucianum, Hieroclem, &c. denique per quoſvis Ethnicos Impp. Hunnos, Gothos, aut Vandalos. Verum de Papis, & Papatu, ſi Deus velit, nos alibi.

Paphnutius, Epiſcopus Ægyptius Confeſſor, ex illis quos Maximinianus, dextris effoſſis oculis, & ſiniſtro poplite ſucciſo, ad metalla damnaverat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, ut ſigna per eum non minus, quam dudum per Apoſtolos fierent. Nam & Dæmonas verbo tantum fugabat, & ægros ſolâ oratione curabat: ſed & cæcis viſum dediſſe dicitur, & paralyticos ad ſtabilitatem corporis revocaſſe. Hunc Conſtantinus Imp. in tantâ veneratione & affectu habuit, ut ſæpius eum intra Palatium evocatum complecteretur, & illum oculum, qui in confeſſione fidei erat evulſus, avidioribus oſculis demulceret. Ruffin. Eccl. Hiſt. lib. 10. cap. 4. Is Concilio adfuit Nicæno, in quo cùm cæteri Patres legem laturi eſſent, quâ conjugium Sacerdotibus prohiberetur, contradixit, honorabiles conſeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens concubitum cum propria conjuge. Hiſt. Trip.

Paphus, Pygmalionis fil. ex Eburneâ matre. Cum enim olim Pygmalion in Cyprum inſ. perveniſſet, comperiſſetque mulieres omnium libidini obſequentes, cœlibem vitam ducere ſtatuit. Porro cum ingenio valeret, ediditque ſculptor inſignis, dicitur ſibi ex candidiſſimo ebore muliebre ſculpſiſſe ſimulachrum, omnibus veruſtatis, formæque numeris, quoad fieri potuit, abſolutum. In quo cum homo ingenioſus artem ſuam miraretur, in ejus amorem incidit, oravitque Venerem (quæ ſummâ cum veneratione id temporis in Cypro colebatur) ut uxorem ſibi concederet ſtatuæ ſuæ eburneæ ſimillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens ſtatuam ſuam animatam invenit, ſervatiſque iiſdem lineamentis, eodemque candore, in formoſiſſimam virginem transformata. Cujus poſtea concubitu uſus, ex eâ Paphum filium ſuſcepit, qui & patri in regno ſucceſſit, conditque urbem in Cypro, quam de ſuo nomine *Paphum* vocavit. Ovid. Met. 10.

Ille Paphum genuit, de quo tenet inſula nomen.

Papias, Grammaticus, qui ſcripſit Dictionarium Latinum ordine literarum.

Papias, D. Joannis auditor, D. Polycarpi condiſcipulus & ſocius, Hierapoleos civitatis epiſcopus fuit. Vide Euſeb. Eccl. Hiſt. lib. 3. cap. 35. & 39.

Papinianus, J. C. Severo Principi gratiſſimus, Scævolæ diſcipulus, qui ei in advocatione fiſci ſucceſſit. Is eſt, cui filios ſuos Severus moriens commendavit, deinde ab Antonino Caracallâ ſecuri percuſſus eſt. Cauſa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Getâ, ei mandaverit, ut & in ſenatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe, *Non tam facile parricidium excuſari poſſe, quàm fieri.* Spartianus.

Papinius Statius, Neapolitanus, inter Heroicos poetas relatus, haud ignobili genere ortus eſt. Quidam ſcribunt majores ejus oriundos eſſe Epiro, diuque verſatos Sellis, non ſine admiratione ingenii & probitatis. Patrem Papinium habuit, qui ob inſignem eruditionem, egregiaſque virtutes, Neapoli civitate donatus eſt, in quâ Statius poeta natalem ſuum habuit. Compoſuit multa & varia poemata. Vide *Statius*, & Crinitum de vitis Poetarum.

Pappus Alexandrinus, floruit ſub Theodoſio M. Scripſit octo *Mathematicarum collectionum* libros. Idem Mathematicâ συναγωγὴ in Ptolemæum magnum ſibi nomen conſecutus eſt. Etiam ſuperſunt ejus explicationes in Ariſtarchum Samium de magnitudinibus & diſtantiis Solis ac Lunæ. Convertit Latinè, ut & Ariſtarchum, Federicus Commandinus. Editus eſt Piſauri 1572. Librum quoque de fluviis Libyæ, nec non univerſalem Chorographiam reliquit.

Papyrius, à velocitate *Curſor* dictus, quum Conſulem ſe adverſis omnibus contra Samnites progreſſum eſſe ſenſiſſet, ad auſpicia repetenda Comum regreſſus, edixit Fabio Rutiliano, ſeu, ut alii legunt, Rulliano, Magiſtro equitum, quem exercitui præpoſuit, ne manus cum hoſte conſereret. Sed cum ille opportunitate ductus pugnaſſet, ac viciſſet, reverſus eum ſecuri ferire juſſit: Ille in urbem confugit, nec ſupplicem Tribuni tuebantur. Deinde parentis lacrymis, populus veniam precibus impetravit. Papyrius item de Samnitibus triumphavit. Liv. lib. 9.

L. Papyrius Curſor, ſuperioris fil. de Samnitibus ſecundum patrem, omnium pulcherrimam victoriam reportavit. Ædemque Fortunæ de manubiis faciendam locavit.

Papyrius Craſſus, quum Privernates intra mœnia fugaſſet, ac pro rebus benè geſtis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphavit, & pro laureâ uſus eſt myrteâ coronâ. Valer. lib. 4.

Papyrius, Carbo cum dentibus natus. Plin. lib. 7.

Papyrius, Prætextatus nobilis adoleſcens, eo ex cognomen aſſecutus, quòd in prætextâ & adoleſcentiâ magnopere viſus eſt ſapere. Cum enim à patre duceretur in curiam, in eâque forte arcana quædam tractarentur domum reverſus, interrogatuſque à matre, Quidnam in Senatu actum eſſet. *Ut duæ*, inquit, *uni nubere poſſint.* At illa mane convocatis matronis ad Curiam properat, rogatque, ut eâdem lege viros duos habendi licentia ſit etiam fœminis. Re cognitâ ingenium & conſtantia pueri laudata eſt. Macrobius.

Papyrius fœnerator, cum C. Publium nobilem adoleſcentem, quem ob æs alienum paternum nexum habebat, quòd ſtuprum pati nollet, contumeliis ac plagis afficeret, re ad Senatum delata, damnatus eſt. Lex deinde lata, ne quis in corpora libera ob æs alienum jus haberet. Liv. lib. 8. Valer. Max. de pudicitia, *T. Veturium* pro *Publio*, & C. *Plotium* pro *Papyrio* nominat.

Pararenchus, nomen viri cujuſdam ſic dicti, quòd ſimularet dormientem, quò impunitius uxor ejus mœcharetur. Alciatus lib. 4. Parergon cap. 26. Pararenchus, inquit, ἀπὸ τοῦ παρέγχειν dictus eſt, quòd roſtro ſeu naſo ſterteret, & ſomnum in mensâ ſimularet, ut eſt apud Feſtum. Quod & à quodam Galba factum fuiſſe Plut. auctor eſt, dum C. Mæcenati in uxoris ſuæ amorem effuſo, obſequeretur. Unde proverbium, *Non omnibus dormio.* De hujuſmodi curucis Juvenalis Sat. 1.

Cum leno accipiat mœchi bona, ſi capiendi
Jus nullum uxori, doctus ſpectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

Parcæ Deæ fatales, humanæ vitæ ſtamina diſpenſantes. Dictæ autem videntur *Parcæ* à *partu*, teſte Varrone, eò quòd naſcentibus hominibus bona malaque conferre cenſeantur. Sed duriuſcula hæc immutatio. Et, ſi id eſſet, una tantum foret Parca; Niſi forte dicas, pro triplici partûs menſe tres fuiſſe Parcas, atque hoc *Nonæ*, & *Decimæ* vocibus firmari. Sed hanc qui ſententiam ſequatur *tertiæ Parcæ* nomen itidem à numero ſumptum oſtendat, neceſſe eſt. Si tamen *Parcam* qu. *Partam* dici cum Varrone ſtatuere lubet, quanto melius dixeris, *Parcam*, ſive *Partam* dici à *partiendo*, quia unicuique per eam fatalis vitæ ſuæ portio obtingat. Sane & Græci ſimiliter Μοῖραν ἀπὸ τοῦ μείρεσθαι vocant, h. e. *dividere*, *partiri*. Aliis, & pluribus, placet, *Parcæ* inde nomen eſſe, quòd minime *parcant*: quod etymon adferunt Apuleius, Martianus Capella lib. 4. Donatus de barbariſmo. Servius ad 4. Eclog. aliique. Hinc à Statio *duræ* dicuntur. Theb. 6.

Sed juvenem duræ prohibebant diſcere Parcæ.

Eidem Statio *ſævæ* & *graves* vocantur. Sylv. 2.

O ſævæ nimium graveſque Parcæ.

Idem ibidem:

——Subitas inimica levavit
Parca manus.——

Ab Ovidio *tetricæ*:

Moverunt tetricas tam pia vota Deas.

Ab Horatio *iniquæ*. Carm. 2.

Unde ſi Parcæ prohibent iniquæ.

A Propertio *immites*, lib. 4.

Immites habuit Cornelia Parcas.

A Tibullo *triſtes* lib. 3.

Aut ſi fata negant reditus, triſteſque ſorores.

Denique *inexorabiles* paſſim audiunt. Martialis:

Lanificas nulli tres exorare ſorores
Contigit, obſervant quam ſtatuere diem.

Omitto Græcos. Atqui antiphraſis, ut ait Voſſius, eſt nugale Grammaticorum commentum, merumque inſcitiæ aſylum. Quare audiendus Jul. Scal. qui lib. de R. Poeticâ 3. cap. 90. *Parcæ*, inquit, quia *parcant*, *una enim tantum dicitur filum incidere; duæ vero, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. Quin illa quoque parcit, ſuſtinet enim aliarum opus, quoad fatorum juſſibus pareat.* Hæ autem Parcæ tres eſſe ſorores finguntur, *Clotho* ſcilicet *Lacheſis*, & *Atropos*, ita concordes, ut nulla unquam illarum diſſenſio, ſicuti cæterorum Deorum, audita fuerit. Jovis autem ac Themidis fuiſſe filias ſcriptum reliquit Heſiodus in Theogoniâ, hoc pacto.

Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν, ἣ τέκεν Ὥρας
Εὐνομίην τ' Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν,
Αἵ ῥ' ἔργ' ὀφέλουσι καταθνητοῖσι βροτοῖσι,
Μοίρας θ' ἃς πλεῖστον τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵτε διδοῦσι
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.

Idem tamen Poeta in eodem libello inter Noctis filias Parcas numerat:

Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνας.

Cui ſententiæ acceſſit etiam Orpheus, qui ita ſcripſit Hymno in Parcas:

Μοῖραι ἀπλῆσταί, Νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης.

Harum primam colum volunt geſtare; ſecundam nendo humanæ vitæ terminum præfinire; tertiam filum incidere, h. e. vitam tempore ſtatuto abrumpere. Apuleius Parcarum ternarium numerum à triplici tempore ductum exiſtimat. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem, & quod in digitis torquetur, momenti præſentis indicat ſpatia: & quod nondum ex colo tractum eſt, futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Auctor libelli de Mundo ad Alexandrum: Τρεῖς αἱ μοῖραι καὶ πᾶσι χρόνοις μεμερισμέναι. Νῆμα ἀπρόκτου, τὸ μὲ ἐξειργασμένον, τὸ δὲ μέλλον, τὸ δὲ παρεφθαρμένον· τέτακε δὲ καὶ τὸ μέγεθος, μιᾷ δὲ μοίρᾳ· Ἄτροπος, ἐπεὶ τὰ προελθόντα πάντα, ἀπρεπῆ δὲ καὶ τὸ μέλλον Λάχεσις, εἰς πάντα γὰρ ἡ καὶ φύσιν μένει λῆξις. Κατὰ δὲ τὸ ἐνεστὼς, Κλωθώ, συμπεραίνουσά τε καὶ κλώθουσα ἐκάστῳ τὰ ἰδιεῖα. Veracitatem Parcis fere tribuunt antiqui: Horat. in Carmine ſeculari:

Voſque veraces cecinisſe Parcæ.

Ovid.

Nec tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores.

Et ante utroſque Catullus in Argonauticis:

Talia præfantes quondam, felicia Pelei
Carmina divino cecinerunt omine Parcæ.

Idem ibidem:

Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus.

Quæcunque enim Parcæ facta eſſe volunt, infecta fieri nequeunt. Tibullus 1. 7.

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſoluenda Deo.

Seneca Tragœdus:

Non illa Deo vertiſſe licet
Quæ nexa ſuis currunt cauſis.

Idem in Hercule Furente:

Duræ peragunt penſa ſorores
Nec ſua retro fila revolvunt.

Sic Fata immobili conſtitutioni adſcribit Lucanus, Naturæ rerum eorum arbitrium dans; lib. 2.

Sive parens rerum, cum primum informia regna
Materiamque rudem flammâ cedente recepit,

Fixit in æternum cauſſas, quâ cuncta coercet,
Se quoque lege tenens, & ſecula juſſa ferentem
Fatorum immoto diviſit limite mundum.

Val. Flaccus pari negotio, lib. 1.

Tum genitor; vetera hæc nobis & condita pergunt
Ordine quæque ſuo, rerumque à principe curſu
Fixa manent, neque enim terris tum ſanguis in ullis
Noſter erat, cum fata darem, juſtique facultas
Hæc mihi, ut hinc varios ſtruerem per ſecula Reges.

Has Parcas officio ſuo ſedulo fungentes graphicè admodum deſcribit Catullus ubi ſupra; cujus verſus non poſſum non adſcribere:

His corpus tremulum complectens undique veſtis
Candida purpureâ talos incinxerat orâ,
At roſeo niveæ reſidebant vertice vittæ,
Æternumque manus carpebant rite laborem.
Lævâ colum molli lanâ retinebat amictam,
Dextera tum leviter deducens fila ſupinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens
Libratum tereti verſabat turbine fuſum:
Atque ita decerpens æquabat ſemper opus dens,
Laneaque horridulis hærebant morſa labellis,
Quæ prius in leni fuerant extantia filo.
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.
Hæ tum clariſonâ pellentes vellera voce
Talia divino fuderunt carmine fata,
Carmine, præfidiæ quod poſt nulla arguet ætas.

Parentalia, erant ſacra funeſta, quæ fiebant ab antiquis in honorem mortuorum, à *parentando*, quòd parentibus juſta celebrare ſignificat, licet etiam transferatur ad alios. In his fieri ſolebant θεσμοὶ περὶ νεκρῶν, *evocationes mortuorum*. Aderant propinqui qui parentes ob defunctum conſolabantur. Latini etiam, inquit Fungerus, *feralia* nominarunt, à *ferendis* epulis, vel à *ferſendis* pecudibus. Ovidius in Faſtis originem aperit Latinorum reſpectu:

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus author,
Attulit in terras, juſte Latine, tuas.
Ille Patris Genio ſolennia dona ferebat,
Hinc populi ritus edidicere novos.

Paris, idis, Priami & Hecubæ fil. alio nomine *Alexander* dictus, cujus matri, cum illa ſe facem ardentem parere ſomniaſſet, conjectores reſponderunt, Fore ut filius, quem in utero geſtabat, cauſa eſſet excidii Trojani. Quâ re cognitâ, Priamus puerum, ubi primùm fuit natus, Archelao ſervo exponendum tradidit. Contra Hecuba cùm materno affectu, tum infantuli formâ commota, curavit, ut furtim nutriretur à paſtoribus in Idâ monte. Ubi cum adoleviſſet, Oenonen Nympham amavit, & compreſſit, ſuſcepitque ex eâ duos filios. Porro cùm in dirimendis controverſiis eſſet æquiſſimus, maximam juſtitiæ famam ſibi comparavit, adeo ut ortâ inter Deas, Junonem, Palladem, & Venerem diſceptatione de formæ præſtantiâ, propter aureum malum à Diſcordiâ ad Pelei nuptias illatum, in quo ſcriptum erat; *Detur pulcherrimæ*, judex ſit conſtitutus. Quas cum vidiſſet nudas, ſententiam tulit ſecundum Venerem, quæ pulcherrimam fœminarum illi promiſerat, neglecto regno, quod pollicebatur Juno, & contemptâ, quam Pallas offerebat, ſapientiâ. Propertius, 2. 2.

Cedite jam Divæ quas paſtor viderat olim
Idæis tunicam ponere verticibus.

Ovid. 1. de Art.

Luce Deas, cœloque Paris ſpectavit aperto
Cum dixit Veneri; Vincis utramque Venus.

Coluthus de Helenæ raptu:

——Αὐτὰρ ὁ ἐθηήσατο μολπῆσιν
Ἰδαίης ἀκοίτιον ἐσσομένην Φθιάχης,
Καὶ Πάριν οἰοπόλοισιν ἐφεδριόωντα δυσκλοις,
Καὶ Χαείτων βασίλειαν ἀγαλλομένην Ἀφροδίτῃ.

Apparatum Dearum judicandarum deſcribit Silius lib. 7. hoc pacto:

——*Jam bellica virgo*
Ægide depoſita, atque aſſuetum caſſide crinem
Involvit, tum compta comam, pacemque ſerenis
Connivens oculis ibat, lucoque ferebat
Prædicto ſacræ veſtigia concita plantæ.
Parte alia intrabat juſſas Saturnia ſilvas
Judicium Phrygis, & faſtus paſtoris, & Idam
Poſt fratris latura toros: poſtrema nitenti
Affulſit vultu ridens Venus, omnia circa
Et nemora, & penitus frondoſis rupibus antra
Spirantem ſacro traxerunt vertice odorem.

Macrob. Sat. 5. 16. *Virgilius tantam Deam, quod cuivis de honeſtis fœminæ deforme eſt velut ſpecie victam. Paride judicante, doluiſſe commemorat.* Petronius: *Ipſe Paris Dearum libidinantium judex.* Judicium vero iſtud ubi habitum obſervavit de Urbibus Stephanus: Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῇ Ἰδῃ Τρωικῇ Ἀλεξανδρεία λεγόμενος, ἐν ᾧ φασι τὴν Πάριν διαλεχθῆναι τῇ Θεᾷ. Præterea cum eſſet fortiſſimus, in agonali certamine quod ad Trojam agebatur, cum alios omnes ſuperavit, tum ipſum etiam Hectorem, qui cum ægrè ferret à paſtore ſe eſſe ſuperatum, gladiumque in eum ſtringeret; Paris illi aperuit, ſe ejus fratrem eſſe germanum, quod & allatis crepundiis probavit. Sic igitur cognitus à patre receptus eſt. Deinde conſtructis viginti navibus, ſub ſpecie legationis ad repetendam Heſionem, in Græciam miſſus eſt, ubi à Menelao hoſpitio eſt receptus. Verum cum ille neceſſariâ de cauſâ in Cretam navigare cogeretur, Paris ſibi occaſionem rei bene gerendæ oblatam ratus, Helenam, quam mutuo amore deperiebat, rapuit, & in Aſiam abduxit. Herodotus tamen author eſt in Græciam veniſſe, abſente Menelao, Helenæque pulchritudine captum, Spartam expugnaſſe, illamque etiam renitentem, & omnes regios theſauros rapuiſſe, & ob id poſtea Helenam à viro recipi meruiſſe. Prop. 2. 15.

Ipſe Paris nudâ fertur periiſſe Lacænâ,
Cum Menelaeo ſurgeret è thalamo.

Horat. lib. 2. Od. 15.

Paſtor cum traheret per freta navibus
Idæis Helenam perfidus hoſpitem.

Ovid. 2. de Art. Am.

Talis ab armiferis Priameius hoſpes Amyclis
Candida cum raptâ conjuge vela dedit.

Statius in Achilleide:

Solverat Oebalio claſſem de littore paſtor
Dardanus, incautas blandè populatus Amyclas.

Ubi benè paſtor. Hæſit enim Virgilio ſuo lib. 7.

At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor.

Max. Tyrius Diſſert. 13. Ποιμὴν ἐν βουκόλῳ. Idem Diſſert. 24. Τρωικῷ ποιμένι. Cicero etiam Epiſt. 16. lib. 1. ad Att. *paſtor Idæus.* Silius, lib. 7.

Laomedonteus Phrygiâ cum ſedit in Idâ
Paſtor, & errantes dumoſa per avia tauros
Argutâ revocans ad roſcida paſcua cannâ
Audivit ſacræ lentus certamina formæ.

Ex hoc raptu ſecutum eſt bellum Trojanum, in quo ſingulari certamine cum Menelao Paris congreſſus, cum pene vinceretur, à Venere pugnæ ſubtractus eſt. Poſtremo Hectore ac Troilo fratribus occiſis, cum ipſe, ſumpto arcu & ſagittis, quibus plurimum valebat, Achillem ſub prætextu deſponſandæ Polyxenæ ſororis in templo Thymbræi Apollinis interfeciſſet, ipſe quoque à Pyrrho, ſive (ut aliorum eſt opinio) à Philoctete occiſus eſt, poſt cujus mortem Helene Deiphobo nupſit. Hunc Homerus ubique parum ſtrenuum inducit, amoribuſque ac citharæ, quàm tractandis armis aptiorem. Unde eſt illud apud Ovidium in Epiſtolâ Helenes:

Bella gerant alii, tu Pari, ſemper arma.

Etymon ejus quod ſpectat, feſtivè admodum in eo emendo luſit Mr. Hilcot in Sap. 13. *Alexander filius Priami Paris vocabatur à paritate judicii.*

Paris, hiſtrio, Libertus Domitiæ, Neronis amitæ, qui ſolebat Neronis luxus intendere cœnæ tempore, ejuſque animum demulcere. Corn. Tacitus. Tranquillus ait à Domitiano eum fuiſſe interfectum, quaſi gravem adverſarium. Idem ſcribit Domitianum uxorem repudiaſſe *Paridis* hiſtrionis amore perditam. Eum intelligit Juvenalis, cum ait:

Quod non dant proceres dabit hiſtrio.

Quem alibi palam nominat; ut Sat. 6.

Utque magis ſtupeas, ludos, Paridemque reliquit.

Et Satyrâ proximâ, de Papinio Statio;

Eſurit, intactam Paridi niſi vendit Agaven.

Ejus inſtigatione Juvenalis à Domitiano ab urbe in Ægyptum miſſus eſt. Vide *Juvenalis.* Paridis epitaphium apud Martialem tale extat:

Quiſquis Flaminiam teris, viator,
Noli nobile præterire marmor.
Urbis deliciæ ſaleſque Nili,
Ars & gratia, luſus & voluptas,
Romani decus & decor theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidineſque
Hoc ſunt conditæ, quo Paris, ſepulchro.

Parmenides, Eleates Philoſophus, Xenophanis auditor, atque amicus, cujus meminit Plato, atque ejus nomine dialogum ſcripſit, vocavitque *Parmenidem*, ſive *de ideis.* Hic carmine phyſiologiam expreſſit, ſicut Empedocles & Heſiodus: Duplicem autem eam ſtatuit, unam, quæ veritate conſtaret; alteram, quæ opinione. Primus apprehendiſſe dicitur eundem eſſe Luciferum & Heſperum; alii autem Pythagoram dicunt. Suid. ac Diog. Laert. Vide Voſſ. P. Gr. p. 35.

Parmenio,

Parmenio, inter Alexandri M. comites maximè dilectus, de quo plurima Curtius & Plutarchus.

Parmeniſcus, aſtrologus, quam ſapienter de auctumno ac vindemiis ſcripſerit, refert Plinius, lib. 18. cap. 31. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. pag. 397.

Parnopius Apollo dictus eſt apud Bœotios, ſive *à mure*, qui apud Æolos πάρνοπων dicitur, ſive *à culicibus*, qui ſic apud Bœotios nominantur. Pauſanias autem ideo *Parnopium* vocat, quòd infeſtas agro Athenienſi locuſtas, h. e. πάρνοπας de regione propulſaverit.

Parnetes, cognomen Calliſtrati Athenienſis Principis, qui, quia inſtituit, ut in judiciis & concionibus nummuli diſtribuantur, locum proverbio dedit: *Obolum repetit Parnetes.*

Parnus quidam, qui ob amiſſam naviculam, cum obviis quibuſque litigabat. Hinc adagium: *diſceptare ob Parni ſcaphulam*, i. e. ob res minutulas multum movere litium & querelarum. Diogenianus apud Eraſmum.

Parrhaſius, pictor inſignis, qui primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris expreſſit, & artificum confeſſione in lineis extremis palmam adeptus eſt. Superatus tamen eſt à Timante in Ajace. Idem venit in certamen cum Zeuxide. Et cum ille detuliſſet uvas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aves advolarent, ipſe detuliſſe linteum pictum traditur, ita veritate repræſentatâ, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aves fefelliſſet, Parrhaſius autem ſe artificem. Plinius, lib. 35. cap. 10. Hor. Od. 8. l. 4.

——— *Artium,*
Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas.

Propert. lib. 3.

Parrhaſius parvâ vindicat arte locum.

Æmilius *Parthenianus* de iis qui tyrannidem affectaſſent, hiſtoriam reliquit, uti teſtatur Vulcatius Gallicanus in vitâ Avidii Caſſii.

Parthenius, Poeta Nicæus, elegiacus, diverſorumque metrorum ſcriptor. A Cinnâ in bello Mithridatico captus, deinde ob ingenium manumiſſus. Vixit uſque ad Tib. Cæſarem, qui ejus ſcriptis admodum delectabatur. Hoc præceptore uſus Virgilius in Græcis, ut apud Macrobium legere eſt Sat. 5. 17. Etiam quædam ex ejus carminibus expreſſit: ut ibidem legas de verſu iſtoc. Georg. 1.

Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Quod ex illo Parthenii:

Γλαύκῳ τε Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ.

Quod ſi Virgilii fuit præceptor, omnino alius ab eo videatur, quem ad Tiberii uſque tempora vixiſſe ait Suidas. Niſi eo placet ad Tiberii tempora referri à Suidâ, quia dicarit ſuum opus Tiberio; quod facere potuit, ſimul ac rem bello præclarè gerere cœpit; id vero fuit annis 29. ante Principatum ejus. Auctor quoque fuit hic Parthenius elegantiſſimi libelli, περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων, qui hodie ſupereſt, ac narrationes continet collectas ex ſcriptoribus benè antiquis, ſed deperditis: ut vel hoc nomine gratiſſimus eſſe debeat philologiæ & veteris hiſtoriæ ſtudioſis. Eum dicavit auctor Corn. Gallo Forojulienſi, primo Ægypti præfecto. Quid mirum? Erat enim Gallus poeta egregius, & amorum minimè vacuus, quod vel ex Maronis eclogis notum eſt: At ſimiliter Parthenius, & poeta nobilis fuit, & qui amatorio ſe argumento imprimis oblectaret. Plane enim verifimile fit, eſſe hunc Parthenium illum, quem Suidas dicit eſſe Heraclidis, & Eudoræ, ſive, ut Hermippus putabat, Tethæ filium, patriâ Nicænum, vel juxta alios, Myrleanum, qui præter Aretes, conjugis ſuæ encomium, ac tres libros de laudibus uxoris, aliaque nonnulla etiam elegias in Venerem ſcripſit; Nec tempora repugnant; Nam Poeta ille, ut ait Suidas, belli Mithridatici tempore captus fuit, poſteaque ob eruditionem manumiſſus eſt, ac pervenit uſque ad tempora Tib. Cæſaris. Quanquam majus hoc quidem videatur intervallum, quàm ut ſcriptor ille tot annos poſt captivitatem fuerit ſuperſtes. Nam à morte Mithridatis, uſque ad imperium Tiberii, anni ſunt 76. Sed fortaſſis erat adoleſcens admodum, cùm caperetur, valdeque ſenex cum decederet. Aut hoc verum eſt, aut Tiberii tempus apud Suidam intelligi debet, non quo imperare, ſed quo florere cœpit, ut cum Rhætos ac Vindelicos vicit. Id ſpatium totis undetriginta annis minus erit. Potuit autem circa iſta tempora Tiberio aliquid dicare, unde Suidas forte crediderit, eum vixiſſe imperante Tiberio. Ex Parthenio hoc verſum à Marone expreſſum Gellius refert, lib. 13. cap. 25. Μεταμορφώσεις quoque edidit; ut ex Plutarcho & Euſtathio ſcitur, item Suidâ in Νίκαια, ubi Parthenius hic *Nicenus* vocatur. Eas Metamorphoſes Ovidium ſecutum fuiſſe pereſt veriſimile. *Archelaida* ejus nominat Hephæſtion: *Herculem, Iphiclum, Anthippen, Delum, Epicedium in Auxithemin*, & *Propempticon* celebrat Stephanus: ac meminit quoque Probus in Eclog. 3. Virgilii, & Artemidorus, lib. 4. Ὀνειροκριτικῶν. Alius omnino ab hoc eſt *Parthenius* Chius, cognomento *Chaos*, ex Homeri, ut creditum, poſteritate unus, qui de patre ſuo Theſtore ſcripſit, teſte Suidâ. Alius *Parthenius* Phocenſis, cujus mem. Steph. in Τάφοι ac Δεκάπολις. Alius denique *Parthenius* Grammaticus, Dionyſii Grammatici diſcipulus, cujus ætatem ex magiſtro cognoſcimus. Nam Dionyſius ille floruit uſque ad Trajanum, ut Suidas docet. Eſt puto, hic Παρθένιος ὁ Διονύσου, quem ἐν πρώτῳ περὶ τῆς παρὰ τοῖς ἰσοκώλοις λέξεων ζητουμένων Athenæus citat lib. 9.

Parthenius, cubicularius Domitiani Imp. de quo ſæpe Martialis. Vide Dionem Caſſ. lib. 67. in Domitiano.

Parthenopæus, fil. Meleagri & Atalantæ. Nonnulli perhibent illum Martis & Menalippes fuiſſe filium, ſive Milanionis, qui fuit rex Arcadiæ. Hic Thebana bella puer admodum petiit, ac in iiſdem obiit mortem. De illo plurimum Statius in Theb. Eum apud inferos vidit Æneas. Virgil. Æn. 6.

——— *Hic inclytus armis*
Parthenopæus, & Adraſti pallentis imago.

Apollodorus, lib. 3. Ἐξώνυμος ὁ ἐκ Μελανίωνος Ἀταλάντης, ἣν ὡς ἄλλοι λέγουσιν Ἄρεος, Παρθενοπαῖον, ὃς ὕστερον ἐστρατεύσατο. Euripides Supplicibus:

Παῖς Παρθενοπαῖος, εἶδος ἐξοχώτατος
Ἄρκας μὲ λιὸς, ἐλθὼν δ' ἐπ' Ἰνάχου ῥοὰς
Παιδὸς δίᾳ κατ' Ἄργος.

Papinius, Theb. 4.

Pulchrior haud ulli triſte ad diſcrimen ituro
Vultus & egregiæ tanta indulgentia formæ:
Nec deſunt animi, veniat modo fortior ætas,
Quos non ille duces nemorum, fluviiſque dicata
Numina, quas magno non impulit igne Napæas?

Parthenope, una Sirenum, quæ præ dolore, quod prætereuntem Ulyſſem cum ſociis in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitarunt. Harum aliæ alia in loca; Parthenope autem eò delata eſt, ubi poſtea condita fuit Neapolis, præclara urbs Campaniæ, quæ ab ejus nomine etiam Parthenope eſt appellata: Neapolin autem poſtea dictam volunt hanc urbem, quòd ab Auguſto fuerit inſtaurata: Sed hoc verum eſſe non poteſt. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi temporibus multis ante Auguſtum annis claruit, *Neapolis* hæc urbs appellatur, & cives ejus *Neapolitani*: quos ſcribit quotannis ad templum Parthenopes faces ferre conſueviſſe. Veriſimilior eſt itaque aliorum opinio, qui hanc urb. à Cumanis conditam tradunt: qui cùm in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperiſſent, nomen ejus urbi indidere.

Paſiphae, filia Solis, Minois Cretæ regis uxor, quam fabulæ ferunt Tauri amore captam fuiſſe, Dædalique operâ, quæ ligneæ eam vaccæ incluſit, voti compotem factam Minotaurum peperiſſe, mediâ parte hominem, reliquâ Taurum referentem: quod monſtrum poſtea in Cretenſi Labyrintho Theſeus dicitur interfeciſſe, Ariadnes ope adjutus. Servius Minois ſcribam tradit nomine *Taurum*, cum Paſiphae mutuo ejus amore captâ, in Dædali ædibus concubuiſſe, expletiſque legitimis menſibus gemellos peperiſſe; quorum alter *Minos*, alter *Tauro* ſcribæ ſimilis extiterit, indeque factum eſſe locum fabulæ, ut Paſiphae monſtrum biforme traderetur peperiſſe. Vide Nat. Com. lib. 6. cap. 5. Virg. Æn. 6.

Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto
Paſiphae, miſtumque genus, proleſque biformis,
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.

Idem Eclogâ 6.

Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
Paſiphaen nivei ſolatur amore juvenci.

Propertius, lib. 2.

Uxorem quondam magni Minois (ut aiunt)
Corripuit torvi candida forma bovis.

Idem lib. 3. Eleg. 18.

Teſtis Cretæi faſtus, quæ paſſa juvenci
Induit abiegnæ cornua falſa bovis.

Idem lib. 4. Eleg. 7.

Una Clytæmneſtræ ſtuprum vehit, altera Cretæ
Portat mentitæ lignea monſtra bovis.

Vide Plut. in Theſeo. Plat. in Minoe, Palæphatum, Hyginum, &c. Silius Ital. lib. 8.

Hinc genus orditur Minos, immiſtaque tauro
Paſiphae.

Ovid. Art. 1.

Paſiphaë fieri gaudebat adultera tauri.

Auſon. Idyl. 6.

Paſiphae nivei ſequitur veſtigia tauri.

Inter

Inter alia ſpectacula Romæ exhibitus eſt hic Paſiphaes nefandus cum tauro concubitus. Martialis Epigram. 5. de Spectac.

Junctam Paſiphaen Dictæo, credite, tauro
Vidimus, accepit fabula priſca fidem.

Paſithea, una Gratiarum, filia Jovis & Eurynomes, ſoror Thaliæ, & Euphroſynes. Item Nympha marina Nerei & Doridis filia. Heſiod. in Theog. Et Atlantis filia ex Æthrâ. Stat. Theb. 2.

Non hoc Paſithea blandarum prima ſororum.

Nonnus lib. 34.

——— Χορηλεκέος ἧ Λυαίς
Ἐσὶ τεπιόσων χαείτων σίγας, ὧν μία μύνη
Πάσαων ἀφροέιρσα φαείνεϑ', οἷα ϰ αὐτὴ
Φαιδροτέρης ἀκτῖσι ϰαπακρύβδην σέλας ἄρων
Μαρμάρυλλω ἑυκυκλον ἀχοντίζουσα Σελήνη·
Ἐσὶ ἧ Πασιθέη, ϰορυθαίολος.

Paſſienus Criſpus, primus maritus Domitiæ, cujus pecuniariam litem adverſus fratrem Ænobarbum defendit, ut eſt apud Quint. lib. 6. cap. 2. Deinde Agrippinæ matrimonio & Nerone privigno clarior inter primarios cives emicuit, bis Conſul, & Orator inſignis. Ejus eſt ſcitum illud in C. Cæſarem; neque meliorem unquam ſervum, neque deteriorem dominum fuiſſe. Vide Tacitum & Senecam. Plinius eum ſcribit arborem morum eximiam ſic adamaſſe, ut non modo oſculari, complectique, verum etiam cubare ſub illâ, vinumque illi effundere ſolitus ſit, lib. 16. cap. 24.

Paſſienus Paulus, eques Romanus, ſub Flaviis ac deinceps claruit. Poeta fuit elegiacus, patriâ Mevanienſis ex Umbriâ, Propertii nepos, vel pronepos, eumque in elegiis imitabatur. Plinius, lib. 6. Epiſt. ad Romanum: *Mirificæ rei non interfuiſti; nec ego quidem, ſed me recens fabula excepit: Paſſienus Paulus, ſplendidus eques Romanus, & imprimis eruditus, ſcribit elegos: Gentilitium hoc illi. Eſt enim municeps Propertii, atque etiam inter majores ſuos Propertium numerat. Is cum recitaret, ita cœpit.* PRISCE JUBES: ſubdit deinde, ut eo ſic exorſo, Priſcus Jabolenus, egregius Juriſconſultus, ſed dubiæ ſanitatis reſponderit, *Ego vero non jubeo*: atque inde magnus ortus ſit riſus, eaque res Paſſieno attulerit multum frigoris. Cæterum de tribus *Paſſienis*, avo, patre, & filio, multa Andreas Schottus diſſertatione de claris apud Senecam Rhetoribus. Is de quo nunc agimus, ab elegis poſtea ſe ad Lyrica convertit, atque uti in elegis Propertium, ita in Lyricis Horatium ſibi imitandum propoſuit. Teſtis idem Plin. lib. 9. Ep. ad Severum: ubi & plura de ejus laudibus. At plane alius eſt *Paſſienus*, qui ſeſquiſeculo poſt ſub Gallieno Proconſul Africæ fuit, uti Trebellius Pollio narrat. Voſſius.

Paſtophori, ſacerdotes ſacroſancti Ægyptiorum, honoratiores cæteris; ſic dicti quòd ferant pallium Veneris, cui nomen eſt *Paſtos*. *Paſtophoros* etiam Venus dicta eſt. Hinc *Paſtophorium*, thalamus in quo habitat Præpoſitus templi.

Pataci, ſic dicuntur Dii à Phœnicibus, quos in triremium proris circumferunt, Herodotus habet Παταϊκοὶ· Sic enim ſcribit Musâ quartâ: Τοῦτο Φοινικήϊοι Παταϊκοΐοι, τοῦ οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι. Heſych. Παταϊκοὶ, θεοὶ Φοινικες, ὡς ἴσασι ϰαὶ πὶς σφύριας τῶν πλοίων. Ubi πρῴρῃς legendum recte monet Junius. Itaque cum vox ſit Phœnicia, merito dici putatur à פתוחה *pethica*, i. e. *titulus*, qui aperit rei nomen. Boch.

Patæcus, vetus author an hiſtoricus fuerit, videndum apud Voſſ. Hiſt. Græc. lib. 3. pag. 398.

Patellarii, Dii ſic dicti quòd *patellis*, quæ vaſa erant in ſacrificiis uſurpari ſolita, placarentur. Plautus in Ciſtellaria.

Dii me omnes magni, minuti, & patellarii.

Pateræ, (inquit Bochartus) ſunt ſacerdotes Apollinis, oraculorum interpretes, à verbo פתר *patar*, i. e. *interpretari*. Unde Joſeph פותר *poter* dicitur, quia interpretabatur ſomnia, Gen. 40. 41. Auſonius in Profeſſoribus Burdigalenſibus, ubi de Attio *Paterâ*, vel *Paterio*:

Beleni ſacratum ducis è templo genus,
Et inde vobis nomina.
Tibi Pateræ, ſic miniſtros nuncupant
Apollinares myſtici.
Fratri patrique nomen à Phœbo datum,
Natoque de Delphis tuo.

De his ita Hieronymus Epiſt. 150. ad Hedybiam: *Majores tui Paterius, atque Delphidius; quorum alter, antequam ego naſcerer, Rhetoricam Romæ docuit, alter me jam adoleſcentulo, omnes Gallias proſâ verſuque ſuo illuſtravit ingenio.*

Paterculus, Romanus quidam, cujus filia Sulpitia ſemel matronarum ſententiâ pudiciſſima fœmina judicata eſt, & electa ex centum præcipuis, quæ ſimulachrum Veneris ex Sibyllinis Libris dedicaret. Plin. lib. 7. cap. 35.

Paterculus Velleius, Hiſtoricus, de quo Voſſ. Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 21.

Patricii, Dii octo erant, *Janus*, *Saturnus*, *Genius*, *Pluto*, *Bacchus*, *Sol*, *Luna*, *Tellus*, qui & ipſi magnos in mundi adminiſtratione magiſtratus genere putabantur.

D. *Patricius*, D. Martini ſororis filius, A. D. 433. à Cœleſtino Papâ in Hiberniam miſſus, Hibernos ad Chriſti fidem aſſiduis ſacri Evangelii prædicationibus, vitæ probitate, honeſtiſque moribus, & exemplis apprimè Chriſtianis ſtatim convertit.

Pelagius *Patricius*, Ὁμηροκέντρα, ſive Homericos centones de Chriſto fecit: flor. Zenonis Imperatoris temp. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 80.

Patrobas, nomen viri. Rom. 16. Alius eſt de quo Martialis, lib. 2. Ep. 32.

Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum,
Contra libertum Cæſaris ire times.

Patrocles, terrarum hiſtoriam condidit. Eratoſthene ſaltem antiquiorem fuiſſe cognoſcimus inde, quòd eum hic teſtem laudavit, uti docet Strabo, lib. 11. Patriam ejus non addit. Sciri alioquin poſſet, an alius ſit *Patrocles* Thurius, de quo Clemens in Protreptico. Etiam *Patrocli* neſcio cujus ſenarii aliquot leguntur apud Stobæum Serm. de Inſperatis eventibus. Voſſius.

Patroclus, Menoetii fil. & Stheneles, qui occiſo per ludum aſtragalorum Cleonymo, ſeu, ut aliis placet, Æante Amphidamantis filio, ſolum vertens, in Phthiam venit, ubi à Peleo propter generis propinquitatem ſuſceptus eſt, & unà cum Achille apud Chironem educatus, cum eo arctiſſimâ amicitiâ junctus vixit: poſtea etiam cum eo ad expeditionem Trojanam profectus eſt, ubi armis Achillis indutus cum Hectore pugnans, ab eodem confoſſus occubuit. Quod cum reſciviſſet Achilles, tametſi propter ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeida, bello abſtinere omnino conſtituiſſet, nihilominus mutato propoſito, acceptis etiam à Thetide matre aliis armis, à Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, nec prius quievit ex animo, quam ſocii mortem crudeliſſimè vindicaſſet. Ovidius:

Cæde puer factâ Patroclus Opunta reliquit.

Sidonius Apollinaris:

Sic Phrygium Emathiâ victorem cuſpide poſcens
Æacides cæſi luctum frænavit amici.

Lucianus ait Patroclum fuiſſe Achillis paraſitum, & morionem Idomenei regis Cretæ, qui ad Trojam cum Græcis pugnavit. *Actorides* Ovidio dicitur Met. lib. 13.

Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achilles
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.

Item Menœtiades. Idem Ovid. in Epp.

Sive Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis.

Patroclus, dives quidam fuit, ſed maximè ſordidus ac parcus. Hic enim poſteaquam ad ſummas opes evectus eſt, aut, ut alii dicunt, ex quo natus eſt, nunquam balneo uſus eſt, parſimoniæ causâ. Taxatur ab Ariſtophane in Pluto. Unde proverbium; *Patroclo ſordidior*. Eraſmus.

Patroclus, temporibus Neronis ad Conſulatum uſque ex infimo genere provectus, juxta Capitolium inambulationem ſtruxit cum latrinis, quas Martialis, lib. 12. Ep. 78. appellat *ſellas Patroclianas* à conditore. Sunt tamen qui ſic dictas volunt haſce cellas à *Patroclo* Ariſtophanico, qui χέους qu. *cacator* audiebat. Vide Turneb. Adverſ. 3. 26.

Pattæcion, infamis quidam calumniator; cui cum mos eſſet bonis viris calumnias ſtruere, atque hoc tandem fœdo quæſtu parare rem, deprehenſus, convictuſque pœnas capite luit, & popularibus comitiis lapidatus eſt, quòd fur eſſet, & ædium perfoſſor. Unde proverbium: *Pattæcione calumnioſior.*

Patulcius, Janus ſic dictus, quo tempore belli portæ ejus *pateant*. Vel ab aperiendi, ſecundum anni partes, præſertim veris & hyemis viciſſitudine. Ovid. Faſt. 1.

Inde vocor Janus, cui cum Cereale ſacerdos
Imponit libum, farraque miſta ſale,
Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem,
Et modo ſacrifico Cluſius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetuſtas
Nomine diverſas ſignificare vices.

Paventia, Dea ab antiquis conſtituta, ut averteret *pavores* ab infantibus, atque inde etiam appellata, teſte D. Auguſtino.

Paula, Romana quædam mulier, quæ, mortuo marito ſuas facultates indigentibus erogavit.

Paulinus, Nolanus Epiſcopus, adeo miſericors fuit, ut cum in captivis redimendis omnes fortunas ſuas effudiſſet, filium viduæ mulieris, corpore ſuo in ejus vicem ſervituti addicto, redemerit. Diaconus.

Paulus Apostolus, Doctor Gentium, cujus sanctitudinem, ac res gestas tribus libris complexus est vir eruditissimus Cl. Dausquius, Sanctomarius, Canonicus Tornacensis. Vide Vitam S. Pauli per Thomam Massutium, Lugd. 1633.

Paulus Samosatenus, Antiochenus Pontifex, idemque hæreticus, Christum è cœlo descendisse negavit.

Paulus, primus Anachoreta, cui in latebris solitariam ferarum vitam agenti, corvus quotidie dimidiatum panem afferebat. Cum autem eò venisset Antonius, ut Paulum ipsum videret, corvus integrum attulit panem, & propter novum hospitem panem duplicavit. Non pauciores quingentis Monachos habens, 300 orationes de unoquoque die reddebat: Et ne numero fortè delinqueret, 300 lapides ponebat, & singulis orationibus lapidem mittebat in sinum. Expensis vero lapidibus, orationes sciebat esse completas. Sozom. l. 8.

Pavor & *Pallor*, Dii à Tullo Hostilio figurati & culti. Augustinus. Liv. lib. 1. & Lactantius.

Paupertas, Dea, quam Aristoph. in Pluto Πενίαν vocat ac describit. A Gadaræis summâ in veneratione habita est, quòd crederetur artes invenisse, industriam, & hominum ingenia acuere. Arrianus. Hanc ore pallido, Furiæ similem, nisi quod facem non præfert, pingunt. Theocritus:

Ἁ Πενία, διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει·
Αὐτὰ τῷ μόχθῳ δ' ἀδὺ καὶ ἀγάσσιμον.

Pausanias, Macedo adolescens, qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis stuprum per vim passus ab Attalo fuerat, & quod deterius est, convivis uti scortum ultro oblatus, de quâ injuriâ apud Philippum sæpe questus, cum eum ridentem facinus videret, iram in eum convertit, & ultionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo judice exegit. Trogus Pompeius.

Pausanias, Cæsarienſis grammaticus, æqualis Aristidi; scripsit de constructione librum unum, problematum item unum. Philostr. Alius ab hoc celebratur à Suidâ, cui *Lacon historicus* dicitur; scripsit de Hellesponto, item Laconica, *Chronica*, de Amphictyonibus, ac de festis Laconicis.

Pausanias, Geographus, qui τὴν Ἑλλάδος περιήγησιν scripsit, Philostrato teste; Discipulus fuit Herodis Attici, qui sub Adriano, & Antonino Pio magnum adeo nomen habuit inter Sophistas. Patria ei fuit Cæsarea Cappadociæ. Declamavit non solùm Athenis, sed etiam Romæ, ubi senex decessit. Plura de eo apud Vossium de Hist. Gr. lib. 2. cap. 14. & Frid. Sylburgium notis in Pausaniam, pag. 133. edit. Hanoviæ. 1613.

Pausias, pictor Sicyonius, Bryetis filius, Pamphili Macedonis discipulus; qui Glyceram corollarum textricem adamavit, eamque depinxit humi sedentem, & coronas ex floribus plectentem, quod opus ex argumento, *Stephanoplocon* appellavit; Ejus tabulam Lucullus duobus talentis emit. Hic primus lacunaria, & cameras pingere instituit. Ejus mem. Horat. Serm. 2. Sat. 7.

Vel cum Pausiacâ torpes insane tabellâ.

Vide Plin. 21. 2. & Varr. de R. R. lib. 3.

Pausimachus Samius, inter eos qui terrarum historiam literis fuerint persecuti à Festo Avieno refertur in descriptione Oræ maritimæ:

Pausimachus ille, prisca quem genuit Samos.

Pegasides, Musæ sic dictæ à *fonte* qui πηγὴ dicitur, quem *Pegasus* ictu ungulæ fingitur aperuisse. Proper. lib. 3. El. 1.

Mollia Pegasides vestro date serta Poetæ.

Ovid. in Ep. Sapphûs:

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

Pegasus, equus alatus, ex Medusæ sanguine procreatus; qui cum in Helicona avolasset, saxum ungulâ feriens fontem aperuit, qui ex eo *Hippocrene*, i. e. *fons Caballinus*, uti Persius interpretatur, est appellatus. Postea vero cum ex Pirene, fonte Corinthio, biberet, à Bellerophonte, qui tunc temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus est. Cumq; is rerum terrestrium tædio ductus, in cœlum evolare conaretur, indeque terram despiciens, timoreque perculsus è sublimi decidisset, Pegasus nihilominus cursum servans, in cœlum evolasse dicitur, ibique inter sidera constitutus est. Unde Manilius:

Aerius nascetur equus, cœloque volabit.

Horat. Carm. lib. 4.

Exemplum grave præbet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

Propert.

Visus eram molli recubans Heliconis in umbrâ,
Bellerophontei quâ fluit humor equi.

Statius in Genethliaco Lucani:

Pendentis bibit ungulæ liquorem.

Hinc *Pegaseus*. Propertius 2. 30.

Non si Pegaseo verteris in aere dorso.

Alii quì ἀπὸ τῆς πηγῆς, h. e. *à fonte* dictum volunt. Alii ἀπὸ τῆς πηγνύσης, i. e. *à compingendo*. Longè aliter Bochartus de Animal. lib. 2. cap. 6. *Pegasus*, inquit, *cujus originem ad Persæum referunt, equus fuit fræno adsuetus.* Ebræis enim & Syris פַּג *pag*, vel פֶּגָא *pega*, *frænum* sig. & סוּס *sus*, *equus* est. Inde compositum פֶּגָא סוּס *Pegasus* fuit sc. ἵππος χαλιναγωγούμενος.

Pegasus, Jurisconsultus qui sub Vespasiano Urbi præfectus fuit. Pomp. lib. 2. Sect. ult. D. de Origine Juris. *Cassio Cælius Sabinus succesit, Proculo Pegasus, qui temporibus Vespasiani Præfectus Urbis fuit.* Juvenalis, Sat. 4.

——*Raptâ properabat ab ollâ*
Pegasus, attonitæ positus modo Villicus Urbi.
Anne aliud tunc Præfecti? Quorum optimus ille
Interpres Legum sanctissimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inani
Justitiâ.——

Fuit & Consul; eoque Consule Senatusconsultum, quod de ejus nomine *Pegasianum* est appellatum, existit. Unde ei hoc nomen, vide Menagii Juris Civilis Amœnitatum cap. 17.

Pelagia, mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primùm deditissima. Tandem meliori spiritu ducta, aspernari cœpit, quod antea amabat maximè.

Pelagius, hæresiarcha, A. D. 415. De quo vide sis Vossium de Historiâ Pelagianâ. Item Pont. Max. 58. A. D. 555. Alius A. D. 583. Alius Hisp. rex adversus Saracenos electus. A. D. 720.

Peleg, sive *Phaleg*, fil. Heber, pater Reu. Gen. 10. Linguarum divisio sub tempus nativitatis ejus contigisse creditur. Ita sentiunt doctissimi Interpretes, Mercerus & Pererius. Nomen igitur *Phaleg* non ex futuro eventu fuit inditum, sed ex eo quod jam factum, & præteritum fuerat. Nam quia proximè post linguarum divisionem Heber genuit filium suum primogenitum, iccirco è re illâ tam memorabili nomen filio imposuit. Rectè itaque Flavius Josephus, Ant. lib. 1. Ἐκλήθη δ' Φάλεγος, inquit, ὑπονοῶν κατ' αὐτὸν ἀποδιασμὸν τῶν οἰκήσεως γενήσεσθαι.

Pelethronii, Lapithæ à *Pelethronio* oppido Pelio monti subjecto sic dicti. Hi primi omnium frænorum usum inveniſse dicuntur, & equorum domandorum artem. Virgil. Geor. 3.

Fræna Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso; atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Aliter autem Plinius, 7. 56. ubi *Pelethronium* virum quendam nominat, qui primus strata equorum, & frænos invenerit. Et, ut videas, inquit de la Cerda, nihil in hâc re firmum, Lysias gravis orator ἐν τῷ λόγῳ ὑπιτιφίῳ; ita ait loquens de Amazonibus: Πρῶται δὲ σφῶν πάντων ἐφ' ἵππους ἀνέβησαν. Ideoque forsan Pindarus illas ἀνιππους vocat Od. 8. Olymp. Quin Plinius ibidem primam gloriam equitationis Bellerophonti tribuit. Et Ælian. lib. 9. Var. Hist. cap. 16. viro cuidam Italo, quem scribit nominatum fuisse Marem, de quo Itali ipsi fabulabantur, fuisse anteriore parte hominem, posteriore equum. Quem vulgi sermonem ita explicat author: Δοκεῖ δέ μοι περῶτος ἵππον ἀναβῆναι, ἢ ἐμβῆναι αὐτῷ χαλινόν, εἶτα ἐκ τούτου δηωθῆναι. Sophocles in Oedipo Colon. inventionem fræni Neptuno tribuit, saltem in Atticâ. Ad quam opinionem allusit Papinius, Theb. 6.

——*Neptunus equo, si certa priorum*
Fama patet, primus teneris læsisse lupatis
Ora, & litoreo domitasse in pulvere fertur.

Palæphatus autem & plerique alii hoc inventum Centauris attribuunt; πρῶτον (inquit) δὲ ἐκ ἐπίστατο ἐφ' ἵπποις ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον ἅρμασιν ἐχρῶντο. Hoc placitum Virgilio ubi supra, & meritò. Juvant enim ejus sententiam versus illi Manilii Astronomic. lib. 4.

At quibus in bifero Centauri corpore sors est
Nascendi concessa, libet conjungere currus
Ardentes & equos ad mollia ducere fræna.

Peleus, Æaci & Æginæ fil. qui ex Thetide genuit Achillem, qui *Pelides* inde dicitur. Hic ab impudicâ Cretheide falsò accusatus, & ab Acasto ejus viro in vertice Pelii montis vinctus, ferisque expositus fuit. Sed ejus innocentiæ misertus Jupiter gladium ei misit per Vulcanum, quo sese à feris tueretur. Dein ruptis vinculis in urbem, paucis comitantibus venit, & debellato Acasto imperium occupavit, postea vero Thetiden uxorem duxit. Catullus in Epithalam.

——*Tedis felicibus aufte*
Pelen.——

Hesiodus

Heſiodus de Peleo:

Τεὶς μάκαρ' Αιακίδη, ἠ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ
Οἳ τοῖς δ' ἐν Μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβάινεις.

Quòd autem Thetis nuptiſſe dicitur Peleo, illud ad connubium Maris & Terræ pertinet. Nam Πηλεὺς à πηλὸς lutum; quo etiam reſpexere olim cum dicerent; Μὴ δεῖν τ' Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν· *Oenea non convertendum eſſe in Pelea.* Nimirum Οἰνεὺς & Πηλεὺς, heroum nomina, ponuntur pro οἶνος vinum, & πηλὸς lutum: Ut ſententia ſit, cavendum eſſe pinceſnæ, ne vinum effundat in terram, atque ita lutum faciat quemadmodum ex Athenæo, Demetrio, & Euſtathio in Orat. Inſtit. lib. 4. cap. 6. retulit Voſſius. Quem vide de Theologiâ Gentili, lib. 2. cap. 79.

Pelias, adis, Achillis haſta, quam nemo præter Achillem ob magnitudinem vibrare poterat. Hanc à Pallade decorticatam & politam, à Vulcano cuſpidatam fuiſſe ferunt. Ovid. Met. 13.

——*Nec non oneroſa graviſque*
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.

Idem Epiſt. 3.

Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus.

Hom. Iliad. Π.

Ἔγχος δ' ἐχ ἕλετ' οἷος ἀμύμονος Αἰακίδαο,
Βειθύ, μέγα, σιβαρόν· τὸ μὲ ἐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίσατο πῆλας Ἀχιλλεύς.
Πηλιάδα μελίην, ἣ πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίῳ ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.

Pelias, liæ, fil. Neptuni & Tyrûs, Salmonei regis filiæ, frater Æſonis, Theſſaliæ rex: qui Jaſonem fratris ſui filium, cujus indolem formidabat, cum eum perditum vellet, ad Colchicam expeditionem incitavit. Quod tamen conſilium tantum abfuit, ut illi ex ſententiâ ſucceſſerit, ut aureo vellere potitus Jaſon, magnâ cum gloriâ in patriam redierit: Pelias autem tandem filiarum ſuarum manibus interfectus eſt, idque inſtinctu Medeæ, quæ integræ ætati ſe illum reſtituturam ſimulabat. Ovid. Met. 7. Val. Flac. Argon. lib. 1.

Æmoniam primis Pelias frænabat ab annis
Jam gravis, & longus populis metus, illius omnes
Ionium quicunque petunt: ille Othryn & Æmum,
Atque imum felix verſabat vomere Olympum.

Pelopea, Thyeſtæ filia, quæ à patre gravida facta, inſigni formâ infantulum peperit, quem recenter natum, ne turpitudo ſua palam fieret, feris devorandum in ſylvis reliquit. Evenit autem, Diis ita volentibus, ut paſtor quidam illac iter faciens, in puerum incideret, qui miſericordiâ motus, domum ſuam illum detulit, lacteque caprino educavit, unde & *Ægiſthus* appellatus eſt. Item Tragœdia de *Pelopea*. Juv. Sat. 7.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Pelopidas, Lacedæmonius, vir clariſſimus, cujus vitam lege apud Plutarchum.

Peloponneſia, mulier quædam, quæ quinquies quaternos enixa eſt. A Paulo J. C. commemoratur in lib. 3. F. *Si pars hæredit. pet.*

Pelops, Tantali, Phrygiæ regis & Taygetes fil. cujus pater cum Deos in terris peregrinantes hoſpitio excepiſſet, ut certo aliquo argumento divinitatem eorum experireretur, filium ſuum illis epulandum appoſuit; à cujus eſu cum Dii cæteri abſtinuiſſent, ſola Ceres humerum ejus aſſumpſit. Quem cum Jupiter deinde ad vitam revocaſſet, eburneum humerum ei reſtituit. Ad quem quidem humerum poſt ejuſdem Pelopis mortem varia morborum ſanabantur genera, & multiplicia edebantur miracula. Plin. 19, 3. Ovid. Met. 6.

——*Tamen hanc quoque dicitur unus*
Fleſſe Pelops, humeroque ſuas ad pectora poſtquam
Deduxit veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor hic humerus, naſcendi tempore dextro,
Corporeuſque fuit: manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt junxiſſe Deos, aliiſque repertis,
Qui locus eſt juguli medius, ſummoque lacerti
Defuit, impoſitum eſt non comparentis in uſum
Partis ebur; factoque Pelops fuit integer illo.

Unde Virg. Georg. 3.

——*Humeroque Pelops inſignis eburno,*
Acer equis——

Tibull. 1. 4.

——*Carmina ni ſint*
Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.

Papinius lib. 4. Theb.

Truncatuſque Pelops, & ſævo pulvere ſedens.

Pind. Od. 1. Olymp. Ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον· *ebore inſignem humerum ornatum.* Et Apollon. lib. Πελοπία νῶτα. Et Nazianz. Orat. 1. contra Julianum. Ἐξ ἧς (κρεουργίας) ἐλήσμοι Πελοπίδαι παρὰ τῶν ὤμων καὶ τῶ ἐλέφαντος. Dio Chryſoſt. Orat. 8. Περὶ ὧ τὸ Πέλοπος ἔλεγον, ὅτι καὶ ἦν ὦμον ἐλεφάντινον ἔχει. Hic poſtea cum adoleviſſet in Elidem ſe contulit, cui id temporis Oenomaus imperabat. Is cum unicam filiam haberet, nomine Hippodamiam, eamque formoſiſſimam, & regni totius hæredem, iiſque nominibus multis procis ambitam, nulli tamen eam voluit collocare, quod à genere ſuo ſe interfectum iri intelligeret. Hanc itaque rationem excogitavit, ut procis curule certamen proponeret (habebat enim equos velociſſimos ex ventorum flatu procreatos) eamque certaminis legem, ut victor filiæ nuptiis potiretur, victus mortem ſubiret. Cumque jam multos certamine victos neci tradidiſſet, tandem Pelops amore Hippodamiæ incenſus, cum equis ſuis parum fideret, Myrtilum, Oenomai aurigam, pecunia corrupit, ut axes fragiles currui ſubjungeret. Quo facto Oenomaus aurigæ perfidiâ, fracto curru collapſus, membriſque omnibus ex ruinâ colliſis, cum ſe morti vicinum eſſe animadvertit, Pelopem otavit, ut vicem ſuam ulciſceretur. Cui ille morem gerens, Myrtilum perfidiæ præmium importunius exigentem in mare præcipitavit, quod ab eo Myrtoum vocabatur. Pelops autem uxore & regno potitus, univerſam Cherſoneſum à nomine ſuo *Peloponneſum* appellavit. Strabo lib. 8. Catullus de Achille:

Troicaq; obſedens longinquo mœnia bello
Perjuri Pelopis vaſtabat tertius hæres.

Prop. lib. 3.

Quidve Clytæmneſtræ, propter quam tota Mycenis
Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus.

Horat. Od. 1. Carm. 6.

Nec ſævam Pelopis domum.

Seneca:

Argos, & ſævi Pelopis Mycenæ.

Nonnus Dionyſ. lib. 18.

Καὶ Πέλοπος πλατὺν ὦμον ὅσον δονήσατο Διώ.
Μορφάσας ἐλέφαντι νόθῳ τεχνήμονι κόσμῳ
Τίτα δωτοδίντα πάλιν ζώχροπι Κερνίαν
Ἐμπαλιν ἀλλήλοις ἀμειβόμενα γῦα σωάπλων.

De Pelope plura Nat. Com. lib. 7. cap. 17.

Penates, Servio ſunt omnes Dii qui domi coluntur: à *penus* dicti, teſte Tullio lib. 2. de Nat. Deorum; nempe quia coluntur in *penetralibus*, h. e. *penitis ædibus*, ut Iſidorus ait extremo lib. 8. Eoque alludere videtur Poeta Æn. 1.

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere Penates.

Atque idcirco Feſtus *penetralia* dicit eſſe *Deorum penatium ſacraria*. Qui *penates* dici putant quaſi *penes nos nati*, aut *quorum beneficio penitus vivamus & ſapiamus*, ut ἐτυμολογίζει Macrobius lib. 3. cap. 4. analogiâ ipsâ refelluntur. Nam ut à *magnus* eſt *magnas* unde *magnates*; à *ſummus, ſummas*, unde *ſummates*; ab *optimus, optimæ*, unde *optimates*: ſic à *penus* eſt *penas*, unde *penates*. *Penas* olim fuiſſe in uſu cognoſcimus ex eo, quod Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. ſcribat ſe in pervetuſtâ æde ſub Veliâ conſpexiſſe Deorum *Penatium* ſigna, cum inſcriptione ΔΕΝΑΣ: quod ipſe fatetur eſſe PENAS. Porro qui ſint Dii *Penates*, non ſatis convenit; Cum alii putent eſſe *Neptunum*, & *Apollinem*; alii *Jovem, Junonem*, & *Minervam*; alii *Cœlum* & *Terram*. Hetruſci vero, quemadmodum tradit Arnobius lib. 3. Deos *Conſentes* ſive *Complices*, quorum & numerum & nomina, ignota eſſe docent. Et hæc ratio videri poſſit, cur Romanorum *penates* (quos eoſdem eſſe, ac *Samothracas* Caſſius Hemina ſcripſit, teſte Macrobio lib. 3. cap. 4.) dicantur *Samothraces*, idque pro *Samthraces* ab Ebræo סתר, i. e. *occultare*, unde & *Saturnus* dicitur. M. inſertum, ut in *ſimpulum, ambubaia*, &c. Similitudo vocis *Samthraces* errori præbuit anſam, ut putaretur Dardanum Deos hoſce ex Samothraciâ in Phrygiam, Æneam vero ex Phrygiâ in Italiam detuliſſe, quemadmodum ſcribit Varro lib. 2. rerum humanarum, Voſſius. Vide Nat. Com. lib. 4. cap. 2.

Penelope, Icarii filia, Ulyſſis uxor, inexpugnabilis caſtitatis mulier, ac pudicitiæ exemplar, quæ abſente totos viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, ut fidem quam viro diſcedenti dederat, ſecundis nuptiis violaret. Cum autem proci acriùs inſtarent, atque vim illaturi viderentur, tantum moræ ab illis ſibi pepigit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, abſolvendæ ſufficeret. Quod cum impetraſſet, mulier aſtuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat; eoque commento eorum cupiditatem in reditum mariti diſtulit, qui ab illa ſub mendici habitu hoſpitio ſuſceptus, procos ad unum omnes interemit. Dictam autem volunt *Penelopen* ab avibus, quæ *Penelopes* dicuntur, ſive *Meleagrides*, cum antea *Arne* diceretur, quaſi abjecta & repudiata. Ferunt enim cum ab Icario, Peribœáque parentibus eſſet expoſita, ab hoc avium genere fuiſſe educatam. Hujus fabulam diverſimodè ab Homero, aliiſque traditam latè explicat Nat. Comes lib. 8.

cap.

cap. 24. *Difficilis procis* Horat. dicitur, Car. lib. 3. Od. 10. Prop. lib. 3.

Nec fida Evadne, nec pia Penelope.

Homero sæpissimè Πέρσων Πηνελοπή. Themist. Orat. 1. Ἡ γὰρ Πηνελόπης ἡ Ἰκαρίου σώφρων καὶ δικαίως γυναικός. Ælian. Var. Hist. 14. 45. Γυναῖκας δὲ Ἑλλήνων ἐπαινῶμεν, Πηνελόπην, Ἄλκηστιν, καὶ ἔτι Πρωτεσιλάειαν. Hinc *fides Penelopea* apud Ovid. Trist. lib. 5. eleg. 15. Mart. pro castâ posuit lib. 1. ep. 63.

——Penelope venit, abiit Helene.

Idem lib. 11. ep. 8.

Penelope licet esse tibi sub principe Nervâ.

Propertius lib. 2. eleg. 9.

Penelope potuit bis denos salva per annos
Vivere de multis fœmina digna procis.

Penthesilea, Amazonum regina, quæ teste Justino lib. 2. Otteræ, sive (vt alii) Orithyiæ successit in regno: ejusque Trojano bello inter fortissimos viros, cùm auxilium Priamo adversus Græcos ferret magna virtutis documenta extitere. Virg.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.——

Ubi Servius: *furens*, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Cum Trojanis opem ferret, ab Achille occisa est. *Prima*, inquit Plinius, *securim invenit.* Prop. 3. 11.

Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis,
Mœotis Danaum Penthesilea rates.

Ubi *Ausa*, quia præter sexum. Ita Virgilius de eâ ubi supra.

——Audetque viris concurrere virgo.

Ovid. in Ep. Cydippes:

Non ego constiteram sumptâ peltata secure,
Qualis in Iliaco Penthesilea solo.

De Penthesileâ plura vide apud Q. Calabrum lib. 1.

Pentheus, fil. Echionis ex Agave conjuge, filiâ Cadmi, qui cum Liberi patris sacra aspernaretur, irâ numinis, matre & sorore in furorem versis, laceratus est. Ἀπὸ τοῦ πένθους, i. e. *à luctu* arcessit nomen. Unde Theocritus in Lenis, ubi historiam hanc narrat:

Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ ἃ Πενθῆα, φέρουσι.

Ovidius à matre & sororibus cæsum ait, quia aper illis visus sit, cum sacra sperneret: sic enim ille Met. 3.

Prima suum misso violavit Penthea thyrso
Mater: Io, geminæ, clamavit, adeste sorores:
Ille aper in nostris erras, qui maximus agris
Ille mihi feriendus aper.——

Catullus & Persius in vitulum mutatum prodiderunt. Pers. Sat. 1.

Et raptum vitulo caput ablatura superbo.

Unde forte Theocritus:

Μάτηρ μὲν κεφαλὰν μυκήσατο παιδὸς ἁλοῦσα.

Μυκηθμὸς enim proprie ἦχος βοῶν. Hesychius: Μυκηθμός, βοὴ βοῶν. Oppianus Pentheum in taurum commutatum fuisse scribit, sorores autem in pardales: Cyneg. 4.

Παῖδα μὲν ταῦρον ἐδείξατο, φοίνιον ὄμμα,
Ἀυχένα τ' ἠέρσαι, χέρας δ' ἀνέτειλε μετώπῳ.
Ταῦρε δὲ γλαυκώπης ἐδήκατο θηρὸς ὀπωπὴν,
Καὶ γένυας δώρησε, καὶ ἀγρίγεσιν δ' ἐπὶ νώτῳ
Ῥινὸν ὀπιζήσιον, καὶ ἄγεια θήκατο φῦλα.
Ἂς δὲ θεῆς βουλῇσιν ἀμειλήκτοιο χόλοιο
Ποιδάλιες Πενθῆα κύνες σκυμαίνιοι δάσαντο.

Ab his tamen diversus Porphyrio in Od. 2. Horat. ubi eum fulmine tactum periisse scribit, non ob Orgiorum contemptum, sed quòd Liberum patrem custodiâ clausum teneret. Nat. Comes lib. 5. cap. 13. hanc fabulam explicat; & Pentheum laudatum regem fuisse verisimile est, qui quòd ebrietatem tollere conaretur, à furiosis subditis malè exceptus, & conviciis tum publicis, tum privatis discerptus sit.

Pepinus, Francorum rex, Caroli M. pater, Longobardos Romanorum agros assiduis bellis vexantes prælio aggressus vicit, & oppressit: quippe qui ob amplissima beneficia in Romanos Pontifices, & in Ecclesiam collata, augustum *Christianissimi Regis* titulum sibi, & successoribus suis meruit in hodiernum usque diem. Munst. lib. 2. Cosm.

Perdiccas, Macedo, inter comites Alexandri M. qui etiam in regni patrem successit. Tantâ simul audaciâ & fortitudine fuit, ut leænâ præsente, catulos è cubili per vim auferret. Vide Ælian. ποικίλ. lib. 12. cap. 39.

Perdix, venator fuit infando matris Polycastes amore correptus, quam & contaminavit. Unde *Perdicis libido* abiit in proverbium pro efferâ, turpi ac infami. Cælius.

Perdix, Dædali nepos, quem, cum serræ usum primus reperisset, à patruo invidiâ percito ab excelsâ quâdam turri ferunt præcipitatum, deorumque misericordiâ in avem sui nominis transformatum: quæ etiam nunc ruinæ illius memor, vitat sublimia, humi nidum construens. Vide Ovid. 8. Met. Hæc possunt esse historica; Metamorphosis vero conficta est ex similitudine nominis, & ad *perdicis* naturam accommodata.

Periander, Corinthiorum rex, unus è 7. Sapientibus, Cypselo patri in regno successit, regnavitque annis 40. Rogatus, cur in tyrannide perseveravit, cum esset sapiens, respondit: *Et sponte & invitum cedere, periculosum.* Crudeliter igitur, & magnâ suspicione agebat, stipatus semper militibus, otiosos in foro & oscitantes usque formidans: Quapropter continuò erat in bellis, navalibus præsertim. Dicitur & Isthmum perfodere voluisse; & uxorem adeo dilexisse, ut etiam cum mortuâ concubuerit. Vide Diog. Laert. in ejus vitâ.

Peribasa, Hesychius: Περιβασὰ, ἡ Ἀφροδίτη. Hæc Περιβασία dicitur Clementi in Protrept. Οὐχὶ ἡ Ἀφροδίτη Περιβασίη μὲ Ἀργεῖοι· ἑταίρα δὲ Ἀθηναῖοι, ἢ Καλλιπύγῳ δῶκε συνοικίσιος, ἣν Νίκανδρος ὁ ποιητὴς χαλλίγλυτον αὖτε κέκληκεν.

Pericles, vir clarissimus Atheniensis, qui Remp. 40. an. gubernavit, pollebat enim authoritate & eloquentiâ; unde *Olympium* Comici vocarunt, quòd tonare in concionibus, ac fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reip. adversarium Thucydidem Melesium, virum nobilem ac potentem. Suggestum ascenturus Diis vota faciebat, ne verbum se imprudente aut invito effluveret, quod ad Remp. minùs pertineret. Vide Ælian. Var. Hist. lib. 4. Quum Sophoclem haberet in magistratu collegam, ac simul aliquando cum eo navigasset, collaudassetque Sophocles formam pueri prætereuntis inter graves sermones: *Non solum*, inquit, *Sophocles, magistratum decet manus, sed etiam oculos habere continentes.* Thucydide quondam vociferante, quod nimis multa ex publico pro ædificiis erogasset: ipse ad populum dixit; si ita eis videtur, de suo erogaturum, modo ejus nomen inscribi in operibus paterentur: Responderunt, Sumptus omnino fieri debere. Quidam dicunt ab eo institutum, ut declamationes fierent exercitationis causâ, utque extemporalis oratio haberetur. Vide Plutarchum.

Periclymenus, Nelei fil. frater Nestoris & Chromii Hom. 2. Odyss. Cui à Neptuno avo concessum erat, ut in quas vellet formas se posset transformare. Testatur hoc Euphorion in his:

——Περικλύμενόν τ' ἀλίφρονα
Ὄλβιον, ᾧ πόρε δῶρα Ποσειδάων Ἐνοσίχθων
Παντοῖ' ἄλλοτε μὲν γὰρ ὃ γ' ἐν ὀρνίθεσσι φάνεσκεν
Αἰετὸς· ἄλλοτε δ' αὖτε πελώριος ἀγκὰς ὄφιος,
Μέλισσ' ἄλλοτε δ' αὖτε μελισσάων ἀγραύλων.
Ἄλλοτε δευτὸς ὄφις, καὶ ἀμείλιχος, ἔσκε δὲ λύκος
Παντοῖ' ἐκ ὀνομαστί, πάσιν καὶ ἔπεσσι δόλωσιν
Βυκᾶ Ἀθηναίης.——

Quum igitur Hercules bellum contra Neleum gereret, ipse in muscam versus ab Hercule, consilio Palladis, quæ illum prodebat, clavâ interfectus est, quum ille aculeum Herculi, ceu solent muscæ graviores, immisisset. Ov. lib. 12. Met. fabulatur Periclymenum in Aquilam versum, ab Hercule, quem plurimum unguibus uncis infestabat, sagittâ in sublimi confossum

Mira Periclymeni mors est: cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusque reponere sumptas:
Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.
Vertitur in faciem volucris; quæ fulmina curvis
Ferre solet pedibus, Divum gratissima Regi.
Viribus usus avis, pennis, rostroque reducto
Hamatisque viri læniaverat unguibus ora.
Vertit in hunc nimium certos Tirynthius arcus.

Hunc inter Argonautas recensent Apollonius, & Val. Flaccus. Quorum hic lib. 1.

Σοὶ δὲ Περικλύμενος Νηλῆος ἄρπε γένεθλος,
Πεσσοβύτατος παίδων, ὅσσοι Πύλῳ ἐξεγένοντο
Νηλῆος δείοιο. Ποσειδάων δὲ οἱ ἄλκιμον
Δῶκεν ἀπειρεσίων, ἠδ' ὅτῳ κεν ἀρήσατο
Μαρναμένων, τὸ πλεῖστ' ἐνὶ ξυνοχῇ πολέμοιο.

Perillus, Athenensis faber ingeniosissimus, qui Phalaridi Agrigentinorum tyranno taurum ex ære fabricavit, cui januam in latere posuit, ut quum inclusus reus subjectus ignibus torqueretur, mugitum, non hominis vocem emittere videretur: pro quo invento, cùm munus à crudelissimo tyranno Phalaride, qui novis hominum tormentis delectabatur, postulasset, in eo ipse, ut eam pœnam primus experiretur, includi à tyranno jussus, ac suppositis ignibus exustus est. Plinius 34. 8. *Perillum nemo laudat sæviorem Phalaride tyranno, qui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, & primus eum expertus cruciatum justiore sævitiâ.* Ovid. in Arte.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.

Hinc *Perilleus*. Idem in Ibin:

Ære Perilleo veros imitere juvencos,
Ad formam tauri convenientè sonent.

Et Trist. 5. 1.

Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, & bovis ore queri.

Propert. lib. 2.

Nonne fuit satius duro servire tyranno,
Et gemere in tauro, sæve Perille, tuo?

Lucianus *Perilaum* vocat, non *Perillum*.

Perillus, fœnerator, & Jurisperitus. Hor. Serm. 2. Sat. 3.

Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli
Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.

Perimede, veneficæ nomen apud Theocritum Idyll. 2. Ubi Scholiastes ait eandem esse, quæ Homero Agamede dicitur: Ἡ τόσα φάρμακα εἰδεν ὅσα πέφυκε γυναῖα χθών.

Prop. l. secundo:

——*Non hic nocturna Cytæis,*
Nec Perimedea gramina lecta manu.

Peripatetici, Philosophi Atheniensis, quorum originem ita assignat Cicero Academicarum quæstionum lib. 1. *Platonis autem authoritate*, inquit, *qui varius & multiplex, & copiosus fuit, una & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum & Peripateticorum: qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam cum Speusippum, sororis filium, Plato Philosophiæ quasi hæredem reliquisset; duos autem præstantissimos studio, atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem: qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo: illi autem, qui Platonis instituto in Academiâ, quod est alterum gymnasium, cœtus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Sed quoniam Platonis ubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & tam quidem plenam ac refertam: illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nullâ affirmatione adhibitâ, consuetudinem disserendi reliquerunt.* Eandem Peripateticorum originationem tradit Laertius in Aristotele; Hesychius quoque: Ἡ δὲ Περιπατητικὴ φιλοσοφία ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν Περιπάτῳ, ἤτοι κίονι τινὶ ἔξω τοῦ ἀστεως Ἀθηνῶν. Sed Ammonius in Categor. auctor est, Platonem ipsum docuisse ambulantem: atque ab hoc primo Peripatetico, post ejus excessum, Xenocratis auditores vocatos Peripateticos ex Academiâ, Aristotelis autem Peripateticos, ex Lyceo; tandem Xenocraticos nomine Peripatetici omisso, à loco solum dictos Academicos: & contra Aristoteleos, nomine loci præterito, ab actione solum vocatos Peripateticos. Vide Voss. de Phil. sect. c. 17.

Pero, Nelei filia ex Chloride filiâ Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni, eximiâ pulchritudine, quam cum multi certatim proci uxorem sibi deposcerent, Neleus, qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule dissidebat, negavit se cuipiam illam desponsurum, nisi prius boves Herculis abactos ad se adduxisset. Quod cum Bias Amythaonis & Aglaiæ fil. à fratre Melampode adjutus præstitisset, uxorem eam accepit. Hom. 12. Odyss.

Nicol. *Perottus*, natus Saxoferrati Archiep. Sipontinus, vir Græcis, Latinisque literis pereruditus; ut de eo judicat Leander, & monumenta ejus testantur, clar. an. 1460. Vide Voss. Hist. Lat. p. 590.

Perpenna, vir Romanus, bello Sertoriano à Pompeio in Hisp. victus. Hic cum partes Marianas sectaretur, Qu. Sertorium, quocum prius magnâ amicitiâ dimicaverat, inter epulas nihil sibi timentem interfecit, ut solus imperio in Hispania potiretur. Plut. in Sertorio.

Persephone, Jovis & Cereris filia, Latinis *Proserpina*, quam ob Orco in Siciliâ raptam fuisse poetæ fabulantur. Ovid. Fast. 4.

At neque Persephone digna est prædone marito.

Idem in Ep. Cydippes:

Persephone nostras pulsat acerba fores.

Tibul.

At mihi Persephone nigram denunciat horam.

Propert. lib. 2.

Sat sis magna, mei, si tres sint, pompa, libelli,
Quos ego Persephonæ maxima dona feram.

Sic dicta qu. Φερσεφόνη, i. e. φέρουσα ἄφετον, *ferens divitias*, quæ sc. è terrâ petantur. Hesych. Vide *Proserpina*.

Perses, rex Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus, ductus est in triumpho Romam cum filiis, periitque in carcere animi mœrore confectus, vel, ut alii tradunt, vigiliis maceratus. Fingere solebat, & mentiebatur se ab Achille genus ducere. Livius autem nothum & spurium fuisse scribit, & invidiâ fratrem Demetrium ac criminatione falsâ de medio sustulisse. Propertius lib. 4.

Et Persen proavi simulantem pectus Achillis.

Vel ut alii legunt:

Et Persem proavo stimulantem pectus Achille.

Silius de Philippo istius Persæ patre:

Hic gente egregius, veterisque ab origine regni,
Æacidum sceptris, proavoque tumebat Achille.

Alius Solis & Persæ Nymphæ fil. rex Tauricæ regionis crudelissimus. Alius frater Hesiodi.

Perseus, Jovis fil. ex Danae Acrisii Argivorum regis filiâ, quam Jupiter commutatus in speciem aurei imbris vitiavit. Acrisius enim cum ex Oraculo didicisset, futurum aliquando, ut à nepote occideretur, filiam munitissimæ turri inclusit. Jupiter itaque Danaes amore captus, cum alius non pateret aditus, in aureum imbrem versus, per tegulas turrim ingressus est, puellæque frustra jam arctâ custodiâ servatæ stuprum intulit. Quo ex concubitu cum illa gravida effecta esset, indignatus Acrisius filiam unà cum nepotulo arcæ includi jussit, atque in mare projici, futurum ratus, ut ventis, undisque obruerentur. Quæ res illi omnino cecidit præter opinionem. Nam arca ad Dauniæ littus delata, & à piscatore reperta est: in quâ quum Danaen cum filio inveniisset, utrumque Pilumno regi obtulit; qui cum genus & patriam ejus didicisset, Danaen quidem uxorem duxit; Perseum vero Polydectæ, Seriphi insulæ regi, educandum tradidit, qui postea adultus, talaria & falcatum ensem, nomine Harpen, à Mercurio; à Minerva autem Ægidem accepit; quibus fretus expeditionem adversus Gorgonas suscepit. Erant autem eæ sorores tres, *Meduſa*, *Stheno*, & *Euryale*; Æthiopiæ extrema incolentes, angues pro capillis habentes, oculumque unicum, quo vicissim utentes, quotquot eas aspiciebant, in saxa vertebant. Id veritus Perseus à Pallade Ægidem accepit, ex ære fulgentissimo, in quo veluti speculo, effigiem earum impunè intueri posset. Adortus itaque Medusam, cum & ipsa, & angues sopiti essent, unico ictu illam interemit, caputque ejus abscissum in Ægide collocavit; quo Atlantem Mauritaniæ regem hospitio ipsum excludentem in montem commutavit. Hoc etiam capite Seriphiensibus populis ostenso, eos omnes Perseus mutavit in lapides. Post hæc Andromedam, marino monstro expositam, periculo liberavit, liberatamque uxorem duxit; Phineo, ejusque fautoribus, qui sponsam ei præripere conabantur, partim occisis, partim in saxa commutatis. Postremò cum uxore in Seriphum insulam reversus, Acrisium ibi offendit, quem jactu disci imprudens interfecit. Hyginus tamen Fab. Poet. 63. author est, Danaen unà cum filio suo non in Italiam, sed in Seriphum insulam delatam fuisse, ibique Polydectæ regi nupsisse, ubi cum Acrisium avum suum jactu disci (ut jam diximus) imprudens interemisset, doloriſque impatientiâ extabescerat, Jovis patris sui miseratione in cœlum translatus est. Perseus habitus est Jovis filius, propter raram felicitatem. Suscepit expeditionem adversus Gorgonum gentem, cujus regina erat Medusa. Intulit inde bellum Mauritaniæ, decertavit armis cum Æthiopibus, apud quos nuptias celebravit cum Andromedâ Cephei regis filiâ. Postea reversus in Græciam, occupavit regnum Argivorum, devicto Proeto suo patruo, & Polydecte, Seriphi inf. regulo, à quibus multis injuriis erat affectus. Ad extremum constituit in Helicone ludum literarium: quo beneficio tantam consecutus est celebritatem, ut à Poetis & Mathematicis, laudibus, encomiisque in cœlum usque, ut aiunt, evectus, & inter sidera collocatus sit. Tantas autem res confecit incredibili celeritate, & versutiâ ingenii, ideoque fingitur talaribus & gladio Mercurii, galeâ Orci, & clypeo Palladis fuisse instructus. Nam talaria celeritatem, gladius Mercurii calliditatem, galea Orci consiliûm tectum, & clypeus Palladis raram felicitatem significat. Per caput vero Medusæ, cujus aspectu omnes convertebantur in saxa, significantur immensæ Gorgonum opes, quibus ille potitus, omnes, quos bello adortus est, subegit: nam in Insulis Occidentalibus, ubi Gorgonum gens habitabat, olim fuerunt maximæ opes totius orbis terrarum, teste Platone. Vide Nat. Com. lib. 7. cap. 12. & 18. Prop. 2. 30.

Non si Pegaseo vecteris in æthere dorso,
Nec tibi si Persei moverit ala pedes.

Ovid. 2. de Arte:

Nec suus Andromedæ color est objectus ab illo,
Mobilis in gemino cui pede penna fuit.

Unde à Catullo *Pennipes* dicitur. Idem Ovid. lib. 3. Tr.

Nunc ego jactandas optarem sumere pennas,
Sive tuas Perseu, Dædale, sive tuas.

Val. Flac. lib. 1.

——*Nunc aerii plantaria vellet*
Perseos.——

Hinc *Perseus* adject. Prop. lib. 3.

Sectaque Perseâ Phorcidos ora manu.

Hinc *Persea* arbor, quam in Ægypto Perseus plantavit, teste Callimacho:

Καὶ τεκτὴν Περσεὺς ἐπώνυμος· ὃς ἐσίδωμον
Ἀιγύπτῳ κατέπηξε ——

Nicander

Nicander autem in Mycenis hanc arborem plantari tradit in Alexipharmacis hoc pacto.

Καὶ τὸ καταπειρθέντα μετ' ἀργέντῳ ἐλαίῳ,
Σκληῖ' ἀπὸ Περσείης κέρνα βλάπτ' οὐ ἐρύζει.
Περσὶς ἦν ποτε ποσὶ λιπὼν Κηφισίδα γαῖαν
Αὐχέν' ἀποτμήξας ἄρπῃ γενόεντα Μεδούσης,
Ῥεῖα Μυκηναίῃσιν ἐπιξήνειν ἀρέσθαι,
Κηρῷ τ' νέα δῶρα· μύκης ὅτι κάπτουσιν ἄγαμαι
Ἀχεῦν· καὶ φρενῶνα Μελανθίδ' ἔνδοθέν τε νύμφη
Λαγγείη πόμα κεῖνο Διὸς τεμένεσσι πιοῦσ'.

Perſeus, de Rep. Lacedæmoniorum ſcripſit, auctore Athenæo lib. 4.

Perſius, doctiſſimus Romanorum: Cicero de Orat. *C. Lucilius homo doctus, & perurbanus dicere ſolebat; Ea quæ ſcriberet, neque ſe ab indoctiſſimis, neque à doctiſſimis legi velle: quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quàm ipſe de ſe: qui etiam ſcripſit: Perſium non curo legere (hic enim fuit, ut notamus, omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus) Lælium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.* Hæc Cicero.

Perſius Flaccus, Poeta, Volaterris, Hetruriæ op. natus, claruit iiſdem fere temporibus quibus Domitius Nero Imperium urbis Romæ ſuſcepit. In Grammaticis præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vincentinum, qui graviſſimas inimicitias dicitur exercuiſſe cum M. Varrone: In Rhetoricâ Fl. Virginium. Annæum vero Cornutum, qui Philoſophiæ ſtudio excelluit, magnâ diligentiâ, ſingularique obſervatione coluit. Sat. 5.

——*Teneros tu ſuſcipis annos*
Socratico Cornute ſinu, &c.

Vide Caſauboni notas ad Perſii vitam à Probo, aut alio vetuſto auctore ſcriptam. Quintilianus lib. 10. *Multum & veræ gloriæ, quamvis uno libro Perſius meruit.* Mart. 4. 29.

Sæpius in libro memoratur Perſius uno,
Quam levis in totâ Marſus Amazonide.

Peſcennius Niger, Imp. Rom. cujus vitam ſcripſit Ælius Spartianus.

Peſcennius Feſtus, hiſtoricus, de quo Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 715.

Petellides Gnoſius hiſtoricus compoſuiſſe dicitur Hygino in Poet. Aſtron. ubi de Arctophylace tractat.

Petoſiris, Ægyptius, Mathematicus inſignis. Plin. 7. 48. Juven. Sat. 6.

——*Capiendo nulla videtur*
Aptior hora cibi, niſi quam dederit Petoſiris.

Franciſcus *Petrarcha* literas meliores à multo ævo miſerè ſepultas è Gothicis tumulis primus excitavit: ut jure optimo de eo ait Paul. Jovius in elogiis doct. virorum. Idemque judicium eſt Leandri in Italiâ, Scaligeri in arte Poet. & cujus non? Natus eſt hic vir (cui *excellens ingenium, & exquiſitam doctrinam* tribuit Poggius Florentinus) circa Anciſam, ſeu Inciſam, agri Florentini vicum 13. Cal. Sextil. anno 1304. Quam varia in literas retulerit nemo paulo humanior neſcit. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 525. itemque de P. Lat. pag. 76.

Petreius, Legatus ſub C. Antonio Coſ. Catilinam vicit, & occidit. Legatus Cæſaris in Galliâ multa præclara geſſit. Poſt à Cæſare, cum Pompeii partes ſecutus eſſet, primùm in Hiſpaniâ, iterum deinde in Africâ victus cum rege Jubâ ſe cum eodem mutuis vulneribus confecit. Cæſar. Salluſt. Appianus.

M. Petronius Paſſer, memoratur Varroni de R. R. lib. 3. Fors hic eſt M. ille *Petronius*, qui Catonem, à Cæſare Conſule in carcerem duci juſſum, ſequutus eſt. Quumque Cæſar increparet, quòd ante ſenatus dimiſſionem digrederetur, *Malo*, inquit, *eſſe cum Catone in carcere, quàm hic tecum.*

Petronius, Ægypti præfectus ab Auguſto miſſus Cornelio Gallo ſucceſſit, adverſus Æthiopas bellum geſſit, quibus regina Candace imperabat, virili quidem animo mulier, ſed altera capta oculo. Strabo lib. 17.

Petronius Granius, Centurio octavæ legionis ſub Cæſare Gallico bello militans, cum navis ejus, quâ Quæſtor deſignatus in Africam vehebatur, in Scipionis poteſtatem veniſſet, & cæteris interfectis, Quæſtor Scipio incolumitatem pollicereturr; reſpondit, Cæſarianis aliis incolumitatem dare, non accipere conſueviſſe: Quo dicto ſe gladio tranſverberavit. Plutarchus in Cæſare.

Petronius, Ælii beneficio ex humili loco ad equeſtrem ordinem pervenerat; mox cum Ælius Placentiæ, ne in manus hoſtium veniret, gladio incubuiſſet, Petronius quoque qui morientem juverat, ſuper eum cecidit. Valer. Max. de Amicitiâ.

Petronius Arbiter, Poeta ſub Nerone, qui Principis ſui vitam ſub exoletorum nominibus deſcripſit. *Elegantiæ Arbiter* Tacito dicitur Annal. lib. 12. ubi narrat, ut ſe erudito luxu perdiderit. Non minus *Nequitiæ Arbitrum* dixeris; ſcriptorem, ut jam alii dixere, *puriſſimæ impuritatis.* De eo judicia veterum ac juniorum accuratè editores collegerunt. Ubi plures *Petronios* invenias.

Petronius Diodorus medicus, ſcripſit Antilegomena, citatur à Plinio lib. 20. cap. 8.

Petronius, poeta cujus aliqua de medicinâ verſibus conſcripta, ad noſtram ætatem pervenerunt. Volat.

Petrus, nomen unius Apoſtoli ex duodecim, à Chriſto Domino ſuo ſic nominati. Joan. 1. qui primus *Simon* dicebatur. Cæterùm de vitâ & geſtis Sancti Petri vide Salmeronem Tom. 12. Tract. 60. pag. 387.

Petrus Lombardus, Pariſiorum Epiſcopus, ſummus Theologus, cujus extat opus Sententiarum Theologicarum. Floruit ſub Ludovico Craſſo Francorum Rege.

Conr. *Peutingerus* Auguſtanus J. V. D. epitomen edidit de migrationibus Gentium. Etiam ſermonibus convivalibus multa exponit, quæ pertinent ad Germaniæ Antiquitates. Inclaruit & chartâ Provinciali à Celte in veteri Bibliothecâ repertâ, quæ edente & explicante M. Velſero prodiit Venetiis primo, dein Amſtel. & Lug. Batavorum. Jac. Spigelius huic Peutingero an. 1520. Epigrammata Sapidi dedicavit, ubi eum Conſiliarium Car. 5. Imperatoris vocat.

Phædon Athenienſis, in convivio à 30. Tyrannis necatus. Hujus filiæ virgines erant, quæ, ut virginitatem ſervarent, invicem ſe complexæ in puteum ſe præcipitavere. Fuit alius hoc nomine Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali: qui (ut quidam ſcripſerunt) ſervivit lenoni, perinde qu. meritorius puer, quæſtuariumque mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſeque in philoſophorum diſciplinis, atque is poſtea illuſtris philoſophus fuit, cujus nomini Plato librum *de immortalitate animæ* dedicavit. Vide Gell. lib. 2. cap. 18. & Diog. Laertium in vitis Philoſophorum.

Phædra, Minois Cretenſium Regis filia, uxor Theſei, quæ amore Hippolyti privigni capta, cum ipſum adducere non potuiſſet, ut parentum thalamum conſpurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam ſtuprum ſibi inferre voluiſſet. Cui delationi temerè fidem adhibens Theſeus, Neptunum invocavit, ut de filio ſupplicium ſumeret. Cujus precibus exauditis, Neptunus Hippolyto in maris littore currum agitanti phocas immiſit, quarum conſpectu territi equi, relictâ viâ, currum per ſaxa & avia traxerunt, Hippolytumque fruſtra retinentem, loriſque implicitum, varias in partes diſtraxerunt. Phædra autem ſuâ ſponte laqueo vitam finivit. Plut. Vide Diod. Sic. lib. 5. & *Hippolytus.* Prop. 2. 1.

Seu mihi ſint tangenda novercæ pocula Phædræ.

Auſon.

Suaſi quod potui, tu alios modo conſule. Dic quos?
Phædra & Eliſa tibi dent laqueum, aut gladium.

Phædrus, unus ex diſcipulis Platonis, cujus nomine Plato librum edidit, qui inſcribitur *Phædrus.*

Phædyma, Otanis nobilis Perſæ filia. Herodotus lib. 4.

Phæmonoë, vel potius *Phemonoe*, virgo prima Delphici Apollinis vates fuiſſe dicitur, carmenque Heroicum inveniſſe. Plin. lib. 10. Strab. lib. 9. Lucan. lib. 5.

Phæmonoën errore vagam, curiſque vocantem
Corripuit, cogitque fores irrumpere templi.

Phænomerides, mulierum Laconicarum epitheton ab Ibyco primitus excogitatum. Plutarchus: Ἡ Λάκαινα Φαινομηρὶς. Etiam Peleus apud Euripidem in Andromache de Spartanis mulieribus verba faciens:

——Οὐσὶ' ἂν εἰ βάλοιτό τις
Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη.
Αἱ ξὺν νέοισιν ἔξερημώσαι δόμους,
Γυμνοῖσι μηροῖς, κῶλα πώλοις ἀνειμέναι
Δρόμους, παλαίσρας τ' οὐκ ἀναγκάζουσ' ἐμοὶ
Κοίτης ἔχειν. ——

Virg. 1. Æn. de Venere,

——*Os, habitumque*
Et virginis arma Spartanæ ferenti:
Nuda genu. ——

Hoc amplius patet ex Eurip. qui has virgines ait incedere γυμνοῖς μηροῖς, uti ſupra: item ex Sophocle, qui illi dat διφρηλὸν μηρὸν, qu. *clathratum*, aut *feneſtratum femur*: nec non ex Clem. Alex. 2. Pæd. ubi loquens de inceſſu & more Lacænæ virginis, ait ἀσκὲς γονὺ ἐσταλίδας, incedere, reductis veſtibus ſupra genu: denique ex Plut. qui loquens de diſcrimine veſtium quibus utebantur Lacænæ, & Rom. Virg. de primis ait: συσταλμένον ὅλον εἰς τὸ βαδίζειν ἀπὸ μηροῦ. Hinc eſt quod Poetæ eas *nudas* vocant. Ovidius in Ep. Paridis ad Hel.

More tuæ gentis nitidâ dum nuda palæſtrâ
Ludis, & es nudis fœmina mixta viris.

Et Propertius 3. 13.

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæstræ,
Sed mage virgineis tot bona gymnasiis;
Quòd non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Vetus Poeta apud M. Tull. Ciceronem:

Nihil horum simile apud Lacænas virgines,
Quibus magis palæstra, Eurotas, Sol, pulvis, labos,
Militia in studio est, quam fertilitas Barbara.

Phaethon, Clymenes Nymphæ & Solis filius fuisse dicitur, qui cum Epapho, Jovis filio non cederet, seque Solis filium esse gloriaretur, hunc falsò gloriari inquit Epaphus, teste Ovidio Met. lib. 1.

Nunc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Jovis, perque urbes juncta parenti
Templa tenet: fuit huic animis æqualis & annis
Sole satus Phaethon, quem quondam magna loquentem,
Nec sibi cedentem, Phœboquē parente superbum,
Non tulit Inachides: Matrique, ait, omnia demens
Credis, & es tumidus genitoris imagine falsi.
Erubuit Phaeton, iramque pudore repressit,
Et tulit ad Clymenen Epaphi convitia matrem.

Quæ scripta sunt etiam à Tzetze Chil. 4. Hist. 137. at Pausanias in Atticis Cephali satu natum esse ex Aurorâ Phaethontem scribit: quod etiam testatur Hesiodus in Theogoniâ:

Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστήν,
Αἰθιόπων βασιλῆα καὶ Ἡμαθίωνα ἄνακτα·
Ἄπαρά τοι Κεφάλῳ φυτήσατο φαίδιμον υἱὸν
Ἰφθίμον Φαέθοντα, θεοῖς ἐπιείκελον ἄνδρα.

Fabulati sunt igitur Phaethontem Epaphi contumeliis inflammatum, ut nobilitatem sui generis universis hominibus patefaceret, ad Solem patrem suum contendisse, & precibus tandem impetrasse, ut is jurejurando polliceretur, quicquid Phaethon poposcisset, se concessurum. Tum vero Phaethon rogavit, ut currum, luciscque administrationem sibi per unum diem concederet: id cum graviter ferret Sol, neque tamen negare posset quod jurando affirmaverat, multis rationibus conatur filio persuadere, ne rem tam arduam aggrederetur, quæ multò majorem peritiam & animi constantiam requireret. Verùm cum nihil neque monendo, neque deterrendo, neque rogando, ut à re tantâ abstineret, proficeret, invitus illi currum habenasque equorum tradidisse dicitur, ut luculentissimè scripsit Ovidius Mutationum lib. secundo, & Lucianus in Dialogis Deorum. Cum igitur acceptum currum ob metum Scorpionis retinere intra certam viam Phaethon ignorasset, effecit, ut modo terrarum orbis acerbitate caloris propinquioris conflagraret, regionesque vel ad cardines mundi insuetum æstum sentirent; modoque tellus Æthiopum gravissimis, & insuetis frigoribus premeretur. Id cum sensisset Jupiter, veritus ne genus animantium penitus periret, fulmine cœlesti Phaethontem de curru dejecit: qui ad ripas Eridani cecidit, ut ait Apollonius lib. 4. Argonaut.

———Ἐς δ' ἔβαλον μύχατον ῥόον Ἠριδανοῖο
Ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι πυρὸς σέβας κεραυνῷ,
Ἡμιδαὴς Φαέθων πίσυρ ἄρματα θ' ἡελίοιο
Λίμνης ἐς σοχάας πολυανθέος, ἠδ' ἔπι νῦν περ
Τραύματος αἰδομένοιο βαρὺν ἀνακήκιεν ἀτμόν.

Nonnus Bassaricon lib. 38.

Ζεὺς δὲ Πατὴρ Φαέθοντα κατουρήιξε κεραυνῷ
Ἠϊόθεν, ἀντικέλευσον ὑπὲρ ῥόον Ἠριδανοῖο,
Δήσας δ' ἁρμονίῃσι παλινάγρετον ἅλκι δισμῷ,
Ἵππους Ἠελίῳ πάλιν ὤπασεν.

Cic. de Officiis: *Phaethontis filio Sol facturum se esse dixit, quicquid optasset. Optavit ut in currum tolleretur; Sublatus est, atque is antequam consistit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat & hoc promissum patris non esse servatum.* Lucretius lib. 5. inquit Solem post mortem filii collegisse equos, atque suetum cursum peregisse.

At pater omnipotens irâ tum percitus acri
Magnanimum Phaethonta repentis fulminis ictu
Deturbavit equis in terram: Solque cadenti
Obvius æternam susceptit lampada mundi,
Disjectosque redegit equos, junxitque trementes,
Inde suum per iter recreavit cuncta gubernans.

Fingitur autem Phaethon decidisse de curru paterno (inquit Lucianus) eo quod investigavit cursum Solis, præventusque morte, artem reliquit imperfectam. Ejus vero tempore de cœlo delapsæ sunt flammæ, quibus (ut Author lib. de Mundo meminit) multæ regiones ad Occidentem exustæ sunt. Hanc ob causam fingitur orbis terrarum, eo currum agente, inflammatus. Fabula autem ad mores relata exprimit imaginem temerarii & ambitiosi Principis, qui gloriâ & regnandi cupiditate incensus, cogitat sublimia, & *concipit æthera mente*, uti loquitur Ovidius, qui in hâc fabulâ pingendâ poeseos omnia ornamenta singulari quodam artificio adhibet. Horat.

Terret ambustus Phaethon avaras
Spes.———

Ovidius lib. 1. Trist.

Vitaret cœlum Phaethon, si viveret; & quos
Optaret stultè tangere nollet equos.

M. Manil. Astron. 4.

Nec non cum patrias Phaeton tentavit habenas,
Arserunt gentes timuitque incendia cœlum,
Fugeruntque novas ardentia sidera flammas,
Atque ignotimuit condi natura sepulcro.

Hinc *Phaethonteus.* Claudianus:

Et Phaethonteæ perpessus damna ruinæ
Eridanus———

Martialis lib. 4. ep. 25.

Æmula Bajanis Altini littora villis,
Et Phaethontei conscia sylva rogi.

Item *Phaethontis.* Idem Mart. ep. 32.

Et latet, & lucet Phaethontide condita gutta.

Et *Phaetontias*, unde *Phaethontiades* Virg. Ecl. 6.

Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Id est, sorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem insolabiliter lugerent, conversæ sunt in alnos, vel ut alii volunt, in populos, quarum lachrymæ in Electrum erant conversæ: Dionys. de situ Orbis:

Τοῖς δ' ἔπι Πυρῤῥιωείων ὄρος, ἠδὲ δόμαται Κελτῶν,
Ἀγχόθι παιδῶν καλλιῤῥόου Ἠριδανοῖο,
Οὗ ποτ' ὀπὶ φαεσφόρον ἐρημαίῃ ἀνὰ νύκτα
Ἠλιάδες κώκυσαν ὀδυρόμεναι Φαέθοντα.
Κεῖσι δ' ἡ Κελτὴ παῖδες ὑφημοῦσι αἰγείροισι
Δάκρυ ἐμίξαντ' ἠλέκτροιο.

Ovid. Met. 2.

Inde fluunt lachrymæ, stillataque Sole rigescunt
De ramis electra novis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Idem Pont. 1. 2.

Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
Cortice velavit populus ora nova.

Val. Flac. lib. 5.

Flebant populeæ juvenem Phaethonta sorores.

Lucan. lib. 2. de Eridano:

———*Hunc fabula primum*
Populeâ fluvium ripas umbrasse coronâ:
Cumque diem pronum transverso limite ducens
Succendit Phaethon flagrantibus æthera loris,
Gurgitibus ruptis penitus tellure perustâ,
Hunc habuisse pares Phœbæis ignibus undas.

Papinius Theb. ult.

Sic Hyperionium tepido Phaethonta sorores
Fumantem lavere Pado, vix dum ille sepulcro
Conditus, & flentes stabant ad flumina sylvæ.

Qu. Smymæus lib. 5.

Ἠλεκτρον δ' ὅτι τῶνδε θεήλατα, ἢ ῥά τε φασὶν
Ἐμμενὲς ἠελίοιο παγομένοιο δυσάσχον
Δακρυὸ τὸ δὴ Φαέθοντ' ὑπὲρ κταμένοιο χέοντο
Μυρόμεναι μηλοῖο πρὸς ῥόον Ἠριδανοῖο.

Claudianus:

———*Submissus adorat*
Eridanus, blandosque jubet mitescere fluctus,
Et Phaethonteas solitæ deflere ruinas
Roscida frondosæ revocant electra sorores.

Vide Diod. Sic. prolixè hanc fabulam interpretantem lib. 4.

Phago, onis, vir adeo gulosus, & vorax, ut adhibitus mensæ Aureliani, aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum uno die comederit, biberitque orcam vini. Flav. Vopiscus.

Phalanthus, Lacedæmonius quidam, Tarenti in Italiâ conditor. Nam cum in eo bello, quod Lacedæmonii cum Athenienſibus gesserunt, utrinque vires attritæ essent, Spartani juventute exhausti edixerunt, ut virgines quibuslibet nullo discrimine sui copiam facerent. Sedatis autem bellis, juvenes incertis parentibus nati, cùm & patriæ & sibi essent opprobrio (nam *Partheniatæ* dicebantur) accepto duce Phalantho octavo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatique ad breve oppidum Calabriæ, quod Tharos Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & prisco nomine Tarentum appellarunt, Horat. Carm. 2. Od. 6.

Dulce pellitis ovibus Galesi
Flumen, & regnata petam Lacono
Rura Phalantho.

Ubi vetus Commentator. *Phalanthus Lacedæmonius fuit, ejectus patriâ hâc de causâ, quòd absentibus Lacedæmoniis, eorum filiæ ex servis gravidæ pepererant: quos filios tali culpâ genitos, reversi à bello Lacedæmonii, patriâ ejecerunt:*

sunt : quorum dux Phalanthus fuit, qui Tarentinam condidit civitatem, ut fertur, octavus ab Hercule. Unde Silius lib. 11.

Inde Phalantheo levitas animosa Tarento
Ausonium laxare jugum.

Mart. lib. 8. 28.

Apula Ledæi tibi floruit herba Phalanthi,
Quâ saturat Calabris culta Galesus aquis.

Et lib. 5. ep. 38.

Agnâ Galesi mollior Phalanthini.

Phalanx, Arachnes frater, Atticæ reg. incola, ubi adoleviſſet, artem militarem à Pallade didiciſſe fertur, cum Arachne ſoror omnia illa diligenter didiciſſet, quæ ſpectant ad telæ conficiendæ & ad ſuendi artificium. At cum Phalanx rem habuiſſet cum ſorore, fama eſt, ita facti turpitudine commotam eſſe Deam, tamque graviter facinus tuliſſe, ut ambos in ſerpentes viperas verterit. Arachne gravida ex fratre juſſa eſt à Pallade non ſine maximo vitæ diſcrimine parere ; quare à filiis corroſa fuit : quod etiam cæteris ejuſdem generis dicitur poſtmodum accidiſſe. Nat. Com. lib. 6. cap. 22.

Phalaris, crudeliſſimus Agrigentinorum tyrannus, qui præter cætera novorum ſuppliciorum inſtrumenta, taurum æneum habuit. Perilli cujuſdam arte fabricatum, in quem immiſſi damnati, igne ſubjecto, bovis mugitum edebant : cujus muneris nomine cum artifex non leve munus ſperaret, juſſu tyranni in Taurum conjectus primus artis ſpecimen præbuit. Ipſe quoque Phalaris, cùm nimia ejus atrocitas ulterius ferri non poſſet, facto in eum univerſorum civium impetu, correptus ei ipſi tauro, quo alios exuſſerat, incluſus, vivus crematus eſt. Juvenal.

——— *Phalaris licet imperet, ut ſis*
Falſus, & admoto dictet perjuria tauro.

Inde Φαλαριτισμὸς pro tyrannide apud Cicer. lib. 7. ad Attic. ep. 12. Ovid.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit : infelix imbuit author opus.

Cicero Verrinâ 6. Reddita tum alia Gelenſibus, alia Agrigentinis, in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudeliſſimus omnium tyrannorum Phalaris, &c. Silius lib. 14. de hoc tauro :

Ductor Groſphus erat, cujus cælata gerebat
Taurum parma trucè, pœnæ monumenta vetuſtæ.
Ille ubi torreret ſubjectis corpora flammis,
Mutabat gamitus mugitibus, actaque veras
Credere erat ſtabulis armenta effundere voces.
Haud impune quidem, nam diræ conditor artis
Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro.

Phalereus Demetrius Philoſophus, dictus à *Phalero* portu, ſive à *Phalaricâ* provinciâ, Phanoſtrati fil. Theophraſti auditor, Athenis præfectus à Caſſandro Macedonum principe, cum eſſet civis : qui (ut author eſt Strabo) non modo populare non deſtruxit potentiam, ſed etiam melius reformavit. Verum tandem invidia valuit, ut poſt Caſſandri obitum, Ægyptum fugere coactus ſit, & ejus inimici ſtatuas plures trecentis conflavere. Hic tandem morſu aſpidis periit, cum multa apud Ptolemæum in calamitoſo otio ſcripſiſſet.

Phalereus quidam deploratus à medicis vomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoſte. Plin. 7. 50.

Phania, vir quidam fuit, qui quia falſam de ſe præbuit opinionem, quaſi multarum divitiarum vim domi conſtructam ac reconditam haberet, ejus diſſimulatio abiit in proverbium, *Phaniæ janua.*

Phanias, vel *Phænias*, Ereſius, Ariſtotelis diſcipulus. Mem. ejus Laertius lib. 2. Varia ſcripſiſſe ex Athenæo cognoſcimus, nam ſæpius nominat opus περὶ φυτῶν, h. e. *De Plantis.* Idem lib. 3. citat eum, libro cui titulus, *Tyrannorum cædes ex vindictâ.* Et lib. 6. *De Tyrannis Siciliæ*, & lib. 8. in ſecundo, *De magiſtratibus Ereſiis*, & eodem in ſecundo. *De Poetis*, denique lib. 14. *Ad Sophiſtas.* Quædam quoque ejus Laertius citat. Nam in Antiſthene legas : Φανίας ἐν τῷ περὶ τῆς Σωκρατικῶν. Et in Zenone : *Sicut Phanias ait, Poſidonii familiaris, in primo de Poſidonii diſſertationibus.* Hiſtoriam de Hipparino ex Phaniâ hoc citat Parthenius in Eroticis, cap. 7. Ad eundem Phaniam extitit olim epiſtola Theophraſti, popularis ejus, teſte Apollonii Schol. in lib. 1.

Phanodemus, hiſtoricus, cujus mem. Halicarnaſſeus Dionyſius lib. 1. ubi memoriæ mandaſſe eum ſcribit *Atticæ Antiquitates.* Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 399.

Phanodicus, Deliaca ſcripſit, quorum lib. 9. citat Apollonii Scholiaſtes in lib. 1. Meminit & *Phanodici* Laertius in Thalete & Biante.

Phanus, fuit quiſpiam, qui quum uxorem haberet adulterii ſuſpectam, atrii fores ſic occluſit, ut non niſi cum ſtridore, ſonituque poſſent aperiri : verum cum illa per tegulas adulterum admitteret, vicini per jocum dicebant : *Phani oſtium* ; quo proverbio innuebant aliquid ſervatum fruſtra.

Phaon, juvenis Lesbius, qui à Venere Alabaſtrum unguenti dicitur accepiſſe, eoque oblitus omnium formoſiſſimus evaſiſſe, eximiâque pulchritudine, cùm alias mulieres Mitylenæas, tum præcipue Sappho poetriam ad ſui amorem allexiſſe. Extat epiſtola Sapphûs ad Phaonem inter Ovidianas.

Pharao, rex Ægypti. Suidas : Φαραὼ, ὅτως ἐκαλοῦντο πάντες οἱ βασιλεῖς Αἰγύπτου, ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραώ. *Pharao* autem cognomen erat dignitatis, ut ſcribit Euſebius. Et Joſepho in Antiquitatibus Pharaonis nomen ſecundum Ægyptios ſig. Regem, Sic enim ille : Ὁ Φαραὼ κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει. Quum ergo hoc honorificum nomen ſit, malè refertur ad Hebræum פרע *nudare*, quòd auxilio Dei nudatus fuerit. Iſid. 7. 6. *Pharao nomen eſt non hominis, ſed honoris, ſicut apud nos Auguſti appellantur reges, cum propriis nominibus cenſeantur. Exprimitur autem in Latinum denegans eum, utique Deum, ſive diſſipator ipſius : populi enim Dei fuit afflictor.* Apud Arabes autem quorum dialectus Ægyptiaca vocabula multa habet admixta פרעה *pharaon* eſt *crocodilus*, quo Ezechielem alluſiſſe videtur cap. 29. & 32. Boch. Hic *Petiſſonius* dictus eſt. Cedr. Ὁ σκληροδέρμων Φαραὼ Πισσώνης, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ παλαιοὶ, ἴδιον ὄνομα ὄνομα.

Phariſæi, horum in ſacris literis multa mentio : cum Chriſto concertationes non paucæ ; multæ magnæ molitiones adverſus Eccleſiam in Apoſtolis ſuccreſcentem commemorantur. De quibus ita tractationem inſtituemus (inquit Rever. Montacutius) ut nominis primùm notationem : tum ſectæ originem & antiquitatem : tertio ἀναγεφλῶ, & vitæ inſtitutæ rationem : poſtremo doctrinam, & inſtituta inveſtigemus.

I. Nomen ante alia, cum ſit σημαντὸν rei ſubjectæ, atque adeo διαγνωστικὸν aliorum. Quod ab origine quadruplici, vel deductum, vel videri deducendum Serrarius docet, accuratiſſimus harum rerum Tractator. *Primum* formari poteſt à *Parad*, quod eſt *expandere*, vel *explicare* : quæ quidem notio & derivatio nominis, optimè cum eorum moribus congruebat, qui erant φιλαυτοὶ & φαντηῶντες, ambitionis animalia, adeo ut omnium oculis conſpici, digito monſtrari, & deſignari cuperent. *Secundo* vel dicebantur à *Paraſh*, quatenus vox ſign. *declarare, exponere, interpretari* : atque hujus etymi rationem multi viri docti amplectuntur. *Tertio* dictos alii autumant à *parats*, vel *quarto* à *paraſh*, quatenus ſign. *ſeparare*, & *dividere*, quaſi eſſent, aut ſe imaginarentur ita eſſe, ab aliis diviſi, qui infra ipſos longius poſiti, ad ipſorum juſtitiam, ſanctitatem, intelligentiam nequaquam poterant aſpirare. Quod ſatis declarat ille apud Lucam 18. 12. *Non ſum ſicut cæteri hominum*, &c. Ἐλέγοντο γὰρ φαρισαῖοι, διὰ τὸ ἀφωρισμένοις εἶναι αὐτοὺς, &c. *Phariſæi dicebantur*, ait Epiphanius, propterea quod eſſent illi ob ſuperfluum Divini Numinis cultum ipſorum opinione ſeparati. Phares etenim Hebraica dialecto ſign. ſeparationem. Suidas : Φαρισαῖοι, οἱ ἐξαμυνδόμενοι ἀφωρισμένοι παρὰ τὸ μείζειν, καὶ αἱρεῖζειν, ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἶς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐν πάλμασι. Φαρὶς γὰρ καὶ ἡ Ἑβραΐδα γλῶσσα ἀφωρισμένος ἑρμηνεύεται. Heſychius : Φαρισαῖος, ἀφωρισμένος, μεμερισμένος, καθαρός. A diviſione itaque dicti ſunt hi populi, quomodo & hodie plurimi ſunt Phariſæi. Nazianz. Orat. 33. Τὸν τότε, καὶ τὸν νῦν φαρισαίους, commemorat. Φαρισαῖον γὰρ, inquit, οὐ τὸ γένος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος ἐργάζεται.

II. Phariſæorum origines quoad certum temporis articulum nec definivit Joſephus, nec deſignavit, aut deſignare voluit Hieronymus : neque ſectæ illius & hæreſeos auctor quis fuerit conſtare poteſt, vel inveniri. Illa de Sammai & Hittel ſententia, tanquam ſomnium Rabbinicum, explodenda eſt. Genebrardi ac Serrarii commentum, quo ſecundi cujuſdam originis principes & duces commendantur, non autem primi, ſpecioſum magis quàm ſolidum videtur. Videntur vero non ſtatim à captivitate prodiiſſe, non ante Eſdram, Nehemiam, Malachiam, collectos ad patres : non niſi poſt prophetiam in illa gente, ceſſantem. Neque enim viri illi deo pleni, Divinæ Legis tenaciſſimi, ſuperſtitiones illas, παρὰ δοξάσεις διατεθῶσις, impoſturas & impietates pullulantes tacitè tuliſſent : neque arbitror Siracides in ſuo Panareto prorſus de magiſtris his in Iſrael tacuiſſet. Veroſimile eſt exortas haſce ſectas, poſt Antiochi tyrannidem, & Paganiſmum per Menelaum, Alcimum, Jaſonem, alios, in Religionem Dei ſubintroductum, h. e. ſub ipſis initiis principatus Maccabaici. Nam Sadducæi plane Athei erant & Epicuræi. Eſſeni de Cynicis participabant : Phariſæi Stoicorum placita amplectabantur imprimis ; non tamen ita, quin & de aliis quoque Philoſophorum ſectis, præcipuè Pythagoricis, mutuarentur qui Judæorum fabulis

de

de progreſſu hujus Scholæ Phariſaicæ delectatur, adeat Serrarium in Trihæreſio.

III. Mores Phariſæorum quod ſpectat, verum eſt quod in genere prædicabat de iis Baronius, genus hominum aſtutum, arrogans, regibus infeſtum, plerumque adeo ut eos apertè etiam impugnare non verentur. Verum etiam quod Joſephus ipſe profeſſione & ſectâ Phariſæus, generaliter de popularibus ſuis ſibi benè cognitis cenſuit, ἀρχαιολ. 20. 3. Erat eodem tempore inter Judæos genus hominum maxime ſui admirantium, eo quod ante alios, legem ſe Moſaicam ſtrictiſſimè rebantur obſervare.

Imprimis celebris eſt ille Character, ſcripturæ frequentiſſimo elogio, & Chriſti præconiis decantatus, quod Hypocritæ paſſim indigitentur. Quâ viâ ad gloriam, opes, & potentiam graſſabantur? gratia enim & favore multitudinis adeo poterant, ut freti aliquando ipſorum auxilio, Regum edictis & imperio reſiſtere auderent. In aulâ Herodis dominabantur plurimum; non quod aliquid apud ipſum poſſent, qui Cretiſare noſſet cum Cretenſibus; ſed apud mulieres, in Gynæceo, quæ plurimæ in illâ Aulâ verſabantur. Iſtas omnes devotas, devinctaſque tenebant Phariſæi, adeo ut per illas omnia domus ſecreta rimarentur. Cumque Herodes aliquando ipſos, in ſceleribus deprehenſos, grandi pecuniâ multaſſet, Pheroræ uxor, totam illam ſummam de ſuis fiſco repræſentaret. Maldonatus, vir certè eruditus, ſed calami interdum intemperantioris, & linguæ maledicentiſſimæ, Com. ad 3. Mat. verſ. 7. ſcribit; Joſephus eos (h. e. Phariſæos) Lutheranis & Calvinianis ſimillimos facit, ſuperbos, ſeditioſos, gratiam principum captantes. At hoc mendacium ſplendidum eſt quod de captatione gratiæ principum habet. Joſephus enim contrarium planè ἁπλῶς dixit. Cætera ridicula ſunt; quaſi Joſepho innotuerat de Lutheranis & Calviniſtis: dicere voluit Jeſuita, ita deſcriptos à Joſepho ut in iis Calviniſtas & Lutheranos intelligamus. Sed & hoc quoque mendacium eſt plane Loyoliticum. Non enim illos ita depinxit Joſephus, ut cum Lutheranis rectè poſſint, & Calviniſtis comparari. Poſſem ego multo rectius, ſecundum legem talionis eos cum Patribus è Societate iſtâ pleriſque (Schotto, Frontones, Acoſtas, Petavios, Roſneydos & aliquos alios viros eruditos, & modeſtos excipio) comparare propter ementitam, & nundinariam ſanctitatem, propter ſuperbiam pervicacem, propter mores ſeditioſos, propter aſtutiam, fraudes, perfidiam, ſeditiones motas, fotas, excitatas; propter conſilia, animorumque motus, regum ſaluti & imperiis infeſtiſſima. Multa fateor poſſe in Phariſæis conſiderari; horum nonnulla Lutheranis forte & Calviniſtis; alia Jeſuitis, Monachis, Papiſtis in genere, poſſunt non incommode adaptari. Quod ſi Hypocritæ ſimus (dicam verbis doctiſſimi & modeſtiſſimi Jeſuitæ Nicol. Serrarii) ſuperſtitioſi, faſtuoſi, ambitioſi, proximorum deſpicientes, avari, phylacteria dilatantes, fimbrias magnificantes, ſepulchra dealbata, invidi, infidi, contumaces aliiſque id genus Phariſaicis ſceleribus cooperti; ſive Catholici, ſive Lutherani, ſive Calviniani; Phariſæi certè ſumus, & cum Phariſæis (quod avertat dominus clementiſſimus) filii gehennæ ſumus. Ad omnes enim pertinet illud S. Hieronymi in 23. Matth. Væ vobis miſeri, ad quos Phariſæorum vitia tranſierunt.

Orabant frequenter Luc. 5. 35. Sed orationes quas in publico numerabant, hypocriſin præ ſe ferebant, quo magis eorum impietas diffundebatur. Amant, inquit Salvator Matt. 6. 5. in Synagogis & in angulis platearum ſtantes orare ut videantur ab hominibus. Solebant etiam βαττολόγειν, Mat. 6. 7. i. e. inanes fundere, & inaniter repetitas preces. Prophetarum ſepulcra ædificabant, libenter quoque idque frequenter dabant eleemoſynas. In jejuniis mirificam adhibebant ἄσκησιν, σκληραγωγίαν, & duriſſimam vivendi ſeveritatem. Menſam frugalem rebus vulgò venalibus inſtruebant. Τὰ βινητῶντα βρώματα, καὶ ἃ σφόδρα ἐγλείγοντα, uti loquitur ille, apud Athenæum in menſis Phariſaicis nulla erant. Cibum capturi lavabant manus, & piaculum arbitrabantur, ſi illotis manibus victum capeſſerent. Mat. 15. Iccirco πυγμῇ νίψασθαι dixit Evangeliſta; h. e. crebro, ſæpius, diligenter: ut contra novum interpretem, & ſæpius reprehenſorem eorum quæ non intellexit, docent Serrarius & Caſaubonus. Decimas exactiſſimè perſolvebant, quemadmodum gloriatur ille apud Deum, Luc. 18. Et, ut in Deum, legem, cultum & pietatem patriam viderentur benè animati, & eorum procurandorum ſtudioſi, circuibant, inquit Serrator πᾶσαν περιφερῶ τε, καὶ ὑγρὸν, mare & aridum, ut unum facerent proſelytum. Sunt & alia eorum ὑποκρίματα hypocritica, apud Evangeliſtas, nimirum quod amarent primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Poſtremo dicuntur dilataſſe phylacteria & magnificaſſe fimbrias ſuas. Hæc de moribus & converſatione Phariſæorum.

IV. De doctrinâ eorundem admonitio illa legitur ſervatoris Mat. 16. & Mar. 8. Cavete à fermento Phariſæorum. Erant autem in doctrinâ Phariſæorum quatenus à Moſaicâ Cathedrâ & doctrinâ receſſerant, multa capita quæ paſſim perſtringuntur apud Evangeliſtas. Pleraque autem ſub nomine & titulo Traditionum ſeniorum proſtituuntur. Has illi à ſe inventas & excogitatas διατάξεις, vel pro lege ſubſtituebant, vel ad Legem aſſuebant, vel contra Legem efferebant. Docebant autem Deum in deſerto, ad M. Sinai, duplicem dediſſe Iſraelitis legem; unam literis mandatam, alteram non ſcriptam, ſed ore tenus traditam Moyſi, quam & ipſe deinceps Joſuæ, ille vero ſenioribus commendavit, ut ſic perpetuâ ſucceſſione derivata ad poſteros per manus veluti deſcenderit. Honorem provectioribus deferendum docebant, ideo nimirum quod ipſimet erant ἐν ἀξιώματι conſtituti; de pietate vero in parentes & illis debitâ reverentiâ perversè docebant. Quàm rigidè & ſuperſtitioſè colebant Sabbatum, è multis locis Evangeliorum patet, ubi Chriſtum & Apoſtolos de Sabbati violatione coarguunt.

Erant autem, licet non commemoratur in ſcripturis, quædam doctrinæ capita, in quibus non tam hæreſin tuebantur in religione patriâ, & à pietate declinabant, quam ad Paganiſmum, & impias Gentilium ſuperſtitiones ac ſententiam exorbitabant. Siquidem dum immortales animas confirmant, & judicium ac reſurrectionem profitentur, tamen illa ſimul admiſcent deliramenta, quæ nullam illarum ſententiarum admittunt. Nam μεταγγισμὸς, quos vocabant, & μετεμψυχώσεις, animarum tranſmigrationes de corporibus in corpora, impiè & ridiculè, è Pythagoreorum deliriis, teſte Joſepho, ſubintroducebant. Ab hâc opinione, in Evelio, Chriſtum Dominum fuiſſe etiam, Jeremiam, aut unum aliquem ex antiquis prophetis arbitrabantur, quod illorum animam in Chriſti corpus tranſiiſſe putarent. Fingebant præterea poſt exceſſum animæ; ut tranſmigratio bonorum (talium enim metempſychoſin ſolum admittebant) conſtitui poſſet & perennare, δημώσεις quaſdam ſub terrâ exerceri, quemadmodum & Poetarum fabulæ nobis Æacum, Minoem, & Rhadamanthum exhibent; poſt quod examen & judicium, animas bonorum migrationi deſtinari, malorum vero æternis ſuppliciis mancipari. Mathematicis vel potius apoteleſmaticis vanitatibus addictiſſimi erant. Ἀσφαλεία παρ' αὐτοῖς σφόδρα ἐχεμυθήσαν, inquit Epiphanius. Denique Deo & Fato omnia tribuebant. Εἱμαρμένῃ τε καὶ Θεῷ πεπιστευκότα πάντα· ita Joſephus. Ubi Fatum Stoicum intellige, non autem Peripateticum, vel Chriſtianum, h. e. Dei propoſitum, & decretum in Æternitate, quod neutiquam repugnat contingentiæ, nec inevitabilem rebus imponit neceſſitatem, ſed eas ſuos motus agere ſinat. Hæc de Phariſæis ex Montacutii Apparatu 7.

Pharnace, Cinnyræ mater. Heſych. Κιννύρης. Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνακῆς παῖς, βασιλέως Κυπρίων. Phœnicium vero nomen eſt פַּרְנָקָא *Pharnace*, quod *delicias* ſonat. Bochartus.

Pharnaces, Mithridatis, Ponti regis filius, de quo Lucanus lib. ult.

——Non Theſſala tellus
Vaſtaque regna Jubæ, non Pontus & impia ſigna
Pharnacis gelido circumfluus alis Ibero
Tantum auſus ſcelerum.——

Qui quum, ut ait Florus, magis diſcordiæ civilis inter Pompeium & Cæſarem fiduciâ, quàm virtutis ſuæ, infeſto in Cappadociam agmine rueret, hunc Cæſar aggreſſus, uno & non toto prælio obtrivit more fulminis, quod uno eodemque momento, venit, percuſſit, abſceſſit. Unde eſt illud Suetonii in Cæſare c. 37. *Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum*, Veni, Vidi, Vici, *non acta belli ſignificantem, ſicut cæteri, ſed celeriter confecti notam.*

Pharnuchus Aſibenus Perſicam hiſtoriam condidit. Auctor Steph. in Ἀγκύρα.

Phavorinus, Arelatenſis, Trajani, ac imprimis Adriani tempore floruit. Ἀνδρόγυνος, ut etiam Suidas, imò & Philoſtratus in vitis Sophiſtarum, ait; vel juxta alios Eunuchus. Sanè ſenex quoque imberbis erat, & voce acutâ ac ſtridulâ, ut Eunuchi eſſe ſolent. Interim rerum amatoriarum erat callentiſſimus uſque adeo ut in adulterio etiam deprehenſus dicatur; quod & Lucianus in Eunucho narrat. Nam etſi nomen ipſum reticeat, tamen cum patriam & ætatem exprimat, ſatis docet, quem ſignet. Ab Adriano Cæſare aliquando culpatus ob ſermonem, quem defendere optimâ ratione poſſet, ſilere maluit. Reprehendentibus hoc amicis, dicebat, nolle ſibi cum eo negotium eſſe, qui triginta haberet legiones. Autor Spartianus in Hadriano. Interdum tamen cum eo contendit; quæ res pluſquam ſatis erat periculoſa. Nam Adrianus eos, à quibus eruditione vincebatur, odio tanto proſe-

prosequebatur, ut plerosque eorum è medio tolleret. Nota res ex Xiphilino, qui memorabilem historiam refert de architecto Apollodoro, ejusque cæde. Itaque Phavorinus tria in se miranda esse dicebat, quòd homo Gallus Græcè loqueretur, quòd Eunuchus adulterii causam ageret, quòd cum Imperatore disceptaret & viveret. Philostratus. Multa admodum, eaque & philosophica, & historica scripsit, de quibus Vossium sis adi.

Phegeus, pater Alphesibœæ, qui Alcmæonem, quum jussu patris matrem occidisset, & ob eam rem Furiis agitaretur, purgavit, eique Alphesibœam filiam matrimonio locavit. Ovid. Met. 9. Hinc *Phegeius*. Ovid. ubi supra :

Donec eum conjux fatale poposcerat aurum,
Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.

Item *Phegus*. Idem 2. de Rem. Am.

Amphilochi frater, ne Phegida semper amaret
Callirrhoe fecit parte recepta tori.

Vide Pausan. in Arcad. & Apollod. lib. 3.

Phemius, Homeri præceptor, citharœdus, quem ipse Homerus inducit Odyss. ά cantantem in convivio procorum. Non quod ille Ithacensis ἀοιδὸς verè fuerit Homeri magister, sed Poeta in memoriam sui præceptoris adfinxit huic Ithacensi citharœdo hoc nomen.

Phemius, de reditu Græcorum à Trojâ scripsit. Plutarchus.

Phemius, Ægæi pater. Isacius ad Lycophronem : Φασὶ δὲ Αἴγλα Φημίου εἶδ, παῖδα Αἴγλου ἢ Θοσίαν.

Phemonoe, prima Apollinis Delphici sacerdos, teste Pausaniâ, quæ carmen heroicum dicitur invenisse. Est & Phœbados nomen apud Lucanum. Sunt qui Phœbi filiam dicant fuisse. Meminit ejus Hesiodus in Theogon.

Pheræus Alexander tyrannus quidam dictus apud Plut. in Pelopidâ. Ab uxore suâ Thebe ob pellicatûs suspicionem interfectus est, teste Cicerone lib. 2. de Officiis, & Val. Max. lib. 9. cap. 13. Ovidius in Ibin :

Inque tuo thalamo jugulatus more Pheræi,
Qui datus est letho conjugis ense suæ.

Fuit & *Pheræ*, op. Atticæ inter Megara & Thebas.

Pheraules, vir quidam Persa, qui ex paupere dives à Cyro factus, desiderio pristinæ tranquillitatis affectus, ac molestiarum, quas sibi divitias importasse querebatur, multitudine offensus, omnium bonorum suorum possessionem in Sacam quendam transtulit, sic sibi tantum excipiens, ut ab eo tanquam hospes, atque etiam parcùs aleretur. Vide Xenophon. Κυρ. παιδ. lib. 8.

Phereclus, fuit navium architectus, qui naves Paridis ad raptum Helenæ ituri fabricavit. Coluthus :

Ἔνθα τανυφρήμοιο δαΐζόμενα δρυὸς ὕλης
Ἤειρον, ἀρχεκάκοιο θεοφορήνιον Φερέκλου,
Ὃς ποτε μυρσίνοιο κεκοσμημένος βαθμῖδι
Νῆας Ἀλεξάνδρου δρυτόμῳ τεκτήνατο χαλκῷ.

Pherecrates, Athenensis, poeta Comicus, militavit sub Alex. M. docuitque fabulas 12. Suidas. Vide Voss. P. Gr. pag. 38. Alius à Deucalione ortus. Cic. 1. Tusc. Qu.

Pherecydes, Syrius, de quo Apuleius in Floridis ; *Quinetiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passivis verbis, soluto locutu, liberâ oratione.* Vixit regnante Servio Tullo. Cic. in Tusc. Qu. *Pherecydes Syrus primùm dixit, animos hominum esse sempiternos ; antiquus sane ; fuit enim meo regnante genitus.* Etiam ætatem inde cognoscimus, quòd magister fuit Pythagoræ, teste Jamblicho in ejus vitâ. Item quòd Thaletis Milesii præceptor erat, ut Tzetzes ait, Chil. 2. Hist. 55. ubi & vixisse dicitur temporibus prædivitis Crœsi, primusque invenisse eclipses, ac periodos Lunæ. Primus omnium de naturâ & de Diis, scripsit, ut ex Theopompo refert Laertius. Constabat autem Συγγενία ejus libris decem. Iis deorum ortum & successionem complectebatur, ut est apud Suidam. Morbo obiit pediculari, teste Aristotele extremo lib. 5. de hist. Anim. Vide Laertium in ejus vitâ, & Voss. Hist. Gr. lib. 4. cap. 4. Ubi etiam fusè disputatur an Suidas Pherecydem Lerium recte distinxerit ab Athenensi.

Pherecydes, historicus Athenensis. Meminit ejus Germanicus in Arateis, ubi de Tauro, & Pleiadibus. Admodum antiquum fuisse ostendit Dionys. Halicarn. lib. 1. Nempe vixit Darii Hystaspidæ temporibus. Vide Voss. de. H. Gr. pag. 445. Alius *Pherecydes* memoratur Soræno in Hippocratis vitâ, ubi genealogiam Hippocratis dicitur consignasse. Vide Voss. de H. Gr. pag. 400.

Pherenicus, Heracleota, fabulosa magis quàm historica cecinit. Athen. lib. 3. Testis etiam à Tzetze adducitur Chil. 7. Hist. 144. populi.

Pherephatta, Proserpina. Unde sacrum apud Cyzicenos Φερεφάττια, de quibus Plutarchus in Lucullo, & Appianus in Mithridaticis.

Pherora, Herodis Judæorum regis frater veneno periit,

Pherſephone, eadem quæ *Proserpina* ; de quâ Isacius in Lycophr. Περσεφόνη ἢ ἡ Ἶσις, ἢ Γῆ, ἢ Ῥέα, ἢ Ἑστία, ἢ Πάνδωρα, ἢ ἕτερα μύρια ὀνόματα ἔχει. *Tellurem* intelligit, quod clarius elucet ex Φερεφορείας etymo, de quo Hesychius. Φερεφόνη ἡ ἡ Δήμητρος· συγάτηρ ἡ φέρουσα τὸ ἄστρον, τυτέστι τὸ πλῆτον, διὰ τὸ κυρίως ἀπὸ τοῦ φέρειν ὄνομα.

Phidias, nobilis statuarius, qui in ebore sculpendo citra æmulum claruit. Cic. de Orat. *Phidiæ simulacris nihil in eo genere perfectius.* Diis tamen (ut inquit Quintilianus) quàm hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera maximè commendata est Minervæ statua, quam Athenis ex ebore fecit 36. cubitorum altitudine, in cujus clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit, in soleis vero Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Jupiter Olympius, & ipse totus ex ebore, & Romæ in porticibus Octaviæ, Venus. Plin. 25. 8. Hic etiam statuam Nemesis Deæ dicum cubitorum apud Rhamnuntem Atticæ oppidum fecit, quæ in manu mali ramum tenebat, ex quo parva surgebat complicatio, ubi teste Antigono inscriptum erat, *Agoracritus Parius fecit.* Hunc enim discipulum suum Phidias adeò dilexit, ut nomen ejus operi inscripserit. Initio pictor fuit & Minervæ clypeum Athenis pinxit. Hinc *Phidiacus*. Prop. 3. 9.

Phidiacus signo se Jupiter ornat eburno.

Martialis, 7. 55.

Phidiaco si digna Jovi dare templa paravit,
Has petat à nostro Pisa tonante manus.

Ovid. Pont. 4. 1.

Bellica Phidiacâ stat Dea facta manu.

Stat. Sylv. 2. 2.

Si quid adhuc vacuâ tamen admirabile Pisâ
Phidiacæ rasere manus.

Phidile, mulieris nomen. Hor. Od. 23. lib. 3.

Cælo supinas si tuleris manus
Nascente Lunâ rustica Phidile, &c.

Philadelphus, rex Ægypti qui Bibliothecam fecit Alexandriæ fere 50000 librorum continentem. Idem libros Moysis curavit per 70 Interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem verti.

Philæni, fratres Carthaginenses, qui pro finium suorum propagatione se vivos sepeliri sustinuerunt. Nam cum inter Carthaginienses & Cyrenenses de finibus controversia incidisset, placuit ut certo tempore duo viri ex utraque civitate egrederentur, & ubicunque sibi obvii fierent, ibi utriusque ditionis termini essent. Itaque Carthagine egressi Philæni cùm aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati adversarii se esse præventos, optionem Philænis proposuerunt, mallentne ad fines suos retrocedere, an eo in loco vivi defodi : illisque respondentibus, se patriæ salutem vitæ anteferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erant, vivi ibidem sunt defossi. Quo in loco Carthaginienses, ne eximia illorum in patriam pietas, ullâ temporum injuriâ obliteraretur, duas illic aras constituerunt, quas à fratrum horum nomine, *Philænorum aras*, vocaverunt. Vide Sallustium in bello Jugurthino. Hæ Strabonis ætate non extiterunt, ut ipse refert.

Philetærus Comicus, de quo Voss. P. Gr. pag. 50.

Philagrius, medicus insignis, Galeni contemporaneus, natione Epirota. Vide Suidam.

Philagrus, Sophista Cilix, auditor Lolliani, iracundus maximè. Cæl. Rhod. 11. 41.

Philammon Athenensis pugil præclarus, Themist. Orat. 1. Ἀλλὰ τὸν γε Φιλάμμωνα ἐκεῖνον οὐκ ἂν ποτε ἡσθείς φησι τοῦ Ἀλφεῶ κονίσασθαι, μὴ ξυμμαρτυρήσαντος Λεωστένους τοῦ γλῶτταν καὶ παῖδα πεπονωμένου. Suidas. Φιλάμμων πύκτης Ἀθηναῖος, ὃς πάντα τὸν χρόνον εἶχε τὸν ἀντίπαλον.

Phileas, Geographus, quam antiquus fuerit, argumento est quod memoratur Dicæarcho in fragmento de Græciæ descriptione ad Theophrastum. Atque idem testis adducitur in Epitome Artemidori Ephesii. Estque is qui in Περίπλοις citatur à Stephano in Ἀνδρίαι. Meminit hujus Phileæ quoq; Etymologus in Ἀργαθών. Divulgavit quoque librum de Asiâ. Macrob. Sat. 5. 20. At plane alius est beatus Martyr *Phileas*, de quo Hieronymus in Scriptoribus illustribus, & Nicephorus, l. 7. c. 9.

Philelphus, nomine Franciscus, Anconitanus Eques Auratus & Poeta Laureatus Eman. Chrysolorægener, Romam accitus, artis Oratoriæ præcepta ad Ciceronis imitationem quosdam ingenuos adolescentes docuit ; inter quos & Alexandrinus Alexander se plurimùm profecisse testatur, lib. 1. cap. 23. Vide Voss. Hist. Lat.

Philemon, poeta Comicus, qui quamvis (ut inquit Quintilianus) pravis sui temporibus judiciis, Menandro sæpe prælatus, consensu tamen omnium meruit secundus credi. Vide Voss. P. Gr. pag. 58. Alius ab hoc testis laudatur Plinio,

4. 13. & 37. 2. Videtur fuisse scriptor Solino non absimilis. Vossius.

Philemon, rusticus quidam, qui cùm Jovem & Mercurium hospitio excepisset sub paupere tecto, unà cum Baucide uxore in arbores conversus est, & domus ejus in templum, ut refert Ovidius Metam. lib. 8. Fabula hæc docet hospitalitatem & frugalitatem esse Deo gratam, & apud Poetam (cujus nonnulli existimant Philemonem hunc fuisse villicum) extant elegantissimæ rerum rusticarum hypotyposes.

Philemon, Colossensis fuisse videtur ad quem D. Paulus Epistolam in gratiam Onesimi servi conscripsit.

Philetas, Poeta elegiographus ex insulâ Co, Philippi & Alex. M. ætate floruit, præceptor Ptolemæi Philadelphi. Suis carminibus celebravit Battidem puellam, quam adamavit; fuisse fertur corpore adeo tenui, ut necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur, Ælian. & Athenæus. Propert. lib. 2.

Tu satius memorem Musis imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.

Idem lib. 3. eleg. 1.

Callimachi manes & Coi sacra Philetæ.
In vestrum quæso me sinite ire nemus.

Et Eleg. 9.

Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis Coe poeta tuis.

Papinius in epithalamio Stellæ & Violantillæ lib. 1. Sylv.

——*Hunc ipse Choro plaudente Philetas,*
Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
Ambissent laudare diem.——

Hinc *Philetæus*. Prop. 3. 3.

Ora Philetæâ nostra rigavit aquâ.

Idem 4 6.

Cera Philetæis certat Romana corymbis.

Philetas, historicus. Ἀθηνᾶς tradidit literis, quæ Athenæus citat lib. 11. Item Ἀπαντα, sive *Indigesta*, quorum idem meminit lib. 3. 11. 14. Ex eodem ad Hermen citat historiam Parthenius in Eroticis. Meminit & Stephanus in Ἴκαρος & Φλῦς, & Etymologus in Ἀᾶς & alibi. Sitne hic idem cum priore Coo, Vide Voss. de Hist. Gr. lib. 3. p. 401.

Philinus bellum descripsit inter Carthaginenses & Romanos, propter Siciliam gestum. Sed ut Fabius, Romanis nimis addictus quædam longè aliter narrat, quam res erat; itidem hic Philinus, partium studio nimium velificatur honori Carthaginensium, uti ostendit Polyb. lib. 1. Agrigentinus patriâ fuit, ut scimus ex Eclogis Diodori Sic. lib. 23. Cornelio Nepoti perperam *Philænius* vocatur.

Philippides, Comicus poeta, haud ignobilis, ætate jam provectâ, quum in certamine poetarum præter spem vicisset, gaudio repentè mortuus est: quod & Diagoræ Rhodio accidit. Suidas. Vide Voss. P. Gr. pag. 54.

Philippides, Athenensis cursor, eâ nempe tempestate quâ in Græciam Persarum venit exercitus, unicæ noctis spatio, mille & quingenta stadia, pedibus confecisse perhibetur, ut Lacedæmoniis Persarum adventum palam faceret, eosque ut præstò essent, admoneret. Leonic. Thom. lib. 3. cap. 9.

Philippus, Amyntæ fil. Alex. Magni pater, Macedonum rex, rei militaris peritissimus, rebusque gestis clarissimus, qui Macedoniæ regnum, quod angustis antea finibus continebatur, adeo ampliavit, ut centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pausaniâ quodam adolescente fuit interfectus, qui cum de stupro per vim ab Attalo illato, apud Regem questus esset, & pro rei indignitate ultionem frustra postulasset, seque etiam irrideri animadverteret, iram in Regem convertit, & ultionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo judice sumpsit. Natus fuit Pellæ, quæ Macedoniæ civitas est, & Regum sepulcris nobilitata. Puer quondam bis obses datus ab Alexandro fratre, primum Illyris, deinde Thebanis, conciliandæ pacis gratiâ. Quo tempore per triennium in domo Epaminondæ summi ducis rudimenta exercuit. Hinc *Philippicæ*, φιλιππικοὶ λόγοι, orationes Demosthenis in Philippum regem, & Ciceronis in Antonium. Item *Philippeus*, seu *Philippicus*, aut *Philippus* etiam, aureus nummus, cujus frequens apud Plautum mentio est. Horat. lib. 2. Epistolarum.

Rettulit acceptos, regale numisma Philippos.

Philippus, Alexandri M. Frater, Macedonum rex, Olympiadis jussu interfectus, alio nomine *Aridæus*.

Philippus, Demetrii fil. Rex Macedoniæ, à T. Qu. Flaminio victus. Is cum videret Annibalem feliciter in Italiâ res gerentem, Legatum ad eum de societate misit, qui in reditu à M. Valer. Flacco præfecto classis interceptus cum literis, missusque ad Senatum, statim Levinus Consul contrà eum mittitur, qui Regem agentem Apolloniæ, incautum, semique-sopitum nocte intempestâ adoritur: Ille in Macedoniam cum exercitu terrestri itinere fugit, incensis prius, ne hostis potiretur, suis navibus. Livius ubi de bello Macedonico.

Philippus, Medicus Alex. Magni, Q. Curt. & Plut. in vitâ Alex. Hic gratus usque regi erat, ut cum Parmenio literas ad Alexandrum dedisset, quibus eum monebat, ut ab insidiis Philippi, velut ab hoste Dario corrupto, sibi in ægritudine caveret, Alexander exploratam habens medici fidem, poculum ab ipso Philippo præparatum hausit, & literas Parmenionis eidem legendas tradidit. *Philippos* etiam Romanos, viros claros legimus, inter quos L. *Philippus* Orator, Crassi adversarius. Cic. 3. de Oratore.

Philippus, Amphipolites historicus, fecit libros Rhodiacorum novendecim, & alia. Suidas. Item *Philippus*, Caricarum rerum scriptor à Strabone laudatus lib. 14. Is est Philippus Theangellensis, quem in libro de Caribus & Lelegibus citat Athenæus lib. 6. Item *Philippus* Megaricus memoratur Laertio in Stilpone. At difficile est dicere, utrum alius an aliquis istorum sit Philippus iste qui Orum Apollinem ex Ægyptio fecit Græcum, multi adeo ejus nominis fuerunt, & eos inter *Philippus* Abucara, cujus scholia sunt quæ in Hephæstionem leguntur. *Philippus* item Chalcidensis Plutarcho memoratur in Alexandro. Vossius.

D. *Philippus*, unus ex Apostolis Domini, ex Bethsaidâ oriundus, primus Evangelium Samariæ prædicavit. Act. 8. Vide Euseb. Eccl. Hist. lib. 3. cap. 31.

Philippus, genere Cæsariensis, unus ex septem Diaconis, qui & Evangelista cognominabatur, cujusque filiæ erant prophetissæ, uti legitur in Actis Apostolorum.

Philippus, Rom. Imp. Gordiano successit, qui tam severi & tristis animi fuisse dicitur, ut jam tum à quinquennali ætate nullo cujusquam commento ad risum solvi potuerit, aut ab inflexæ naturæ torvitate dimoveri. Sext. Aurelianus.

Philiscus, Athenensis Tyrannus. Olymp. 23. Item cælator egregius, qui Venerem in Octaviæ porticu, item Latonam, Dianam, Musas novem & Apollinem nudum insculpsit. Item alius, de quo Dionis epitome in Pompeio: Κιλίκων φυγόντα εἰς Μακεδονίαν Φίλισκός τις ἐξ Ἀθηνῶν αὐτὸν γυμνὸν γράμμος, φιλοσόφοις λόγοις παιδευόμενον.

Philistides, geographicum tractavit argumentum. Plin. 4. 12. tradit ex eo & Cratete Mallote, Cretam prius *Aeriam*, deinde *Curetim* esse dictam. Idem cap. 24. docet Gades ab eo & Ephoro *Erythiam* vocari. Emendandus Servius in Eclog. 1. Ubi corruptè *Philisthenes* vocatur.

Philistion, Nicæus, poeta Comicus, Socratis ætate, nimio risu mortuus est. Item Locrensis medicus. Gell. 17. 12. Martialis 2. 41.

Mimos ridiculi Philistionis.

Vide Voss. P. Gr. pag. 40.

Philistus, Milesius, Musicæ primùm operam dedit, evasitque clarissimus tibicen. Ad oratoriam demum conversus, auditor fuit Isocratis. Alius Syracusanus, historiographus, propinquus Dionysii tyranni, scripsit res Siculas libris 12. Vide Voss. Hist. Gr. pag. 25.

Phillis, Delius, ὁ ὠλητής Athenæo citatur lib. 14.

Philyra, mater Chironis Centauri, à quâ Chiron *Philyrides* dictus est, teste Servio in lib. 3. Georg.

Philo, is fuit, qui ex Proserpinâ filiâ, quam in balneis conspexerat, sustuliisse creditur Mercurium: quem cum vellet exponere, consuluit mathematicum quendam, à quo hoc accepit responsum, puerum futurum maximum rerum divinarum interpretem: quo nomine cum servavit ac diligenter educavit. Hic Mercurius *Hermes Trismegistus* vulgò vocatur.

Philo, scriptor Eratosthene antiquior, literis prodidit navigationem in Æthiopiam. Strab. lib. 2. Non dubium autem quin Antigonus Carystius hunc ipsum Philonem signet Hist. Mirab. c. 160. At non æque apertum est, idemne, an alius *Philo* signetur à Josepho l. 1. contra Apionem: saltem *Philo* Byblius esse nequit, qui Josepho junior fuit. Fuit & *Philo* Thebanus, quo Plutarchus teste utitur in Alexandro. Item *Philo* Metapontinus, tibicen & Poeta. Steph. in Μεταπόντιον. Item *Philo*, qui librum scripsit de armamentario Athenis à se extructo, opere planè admirando, quod à Syllâ fuisse incensum Plutarch. testatur in Sylla, & Appian. de bello Mithridatico. Idem forte *Philo* est, qui de machinis scripsit, Tzetzæ memoratus Chil. 2. Hist. 35. Fuit etiam *Philo* Heracleota, cujus de rebus mirabilibus librum citavit Porphyrius lib. περὶ Στυγὸς; atque inde fortasse sunt miranda illa, quæ de Galli Gallinacei, graculi, & apum amore erga hominem ex Philone prodit Ælianus, lib. 12. cap. 37. Fuit præterea *Philo* Philosophus, cujus historiam Ecclesiasticam in Annalibus suis laudat Michael Glcas. Alius præterea est *Philo* Byzantius, qui de 7. orbis miraculis scripsit, quem debemus U. C. Leoni Allatio, qui eundem edidit, scholiisque doctis illustravit, Romæ, A. D. 1640.

Philo,

Philo, Academicus, Clitomachi diſcipulus, Romæ profitebatur, quo profugerat Mithridatico bello, atque à Cicerone cultus eſt.

Philo, Judæus, Alexandriæ natus, diſciplinisque omnibus eruditus, in noſtrâ & Græcorum philoſophiâ benè verſatus, eloquentiæ Platonis adeo æmulator, ut proverbium fuerit: *Aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat.* In divinis autem legibus & patriis inſtitutis, quantus fuerat, ex his quæ nobis librorum ſuorum traditis monimentis, palam eſt. Temporibus Caii Cæſaris, quanta acciderent Judæis mala, deſcripſit, ubi & ſuam legationem pro Judæis apud ipſum Imperatorem retulit. Vide plura de eo apud Voſſium de H. Gr. p. 191.

Philo Herennius, Byblius genere, grammaticus tempore Adriani Imp. de cujus imperio ſcripſit, & multa alia. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 10.

Philochorus, Athenienſis, vir doctiſſimus & vates tempore Eratoſthenis, extinctus inſidiis Antigoni Macedoniæ regis ob amicitiæ ſuſpicionem cum Ptolemæo rege. Scripſit Atthidis libros 17. qui continent res geſtas Athenienſium, & reges, & magiſtratus, uſque ad Antiochum cognominatum *Deum*, aliaque complura. Suidas. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. l. 1. c. 18.

Philocles, Athenienſis, poeta Tragicus, non ita multo poſt Euripidem, Æſchyli ex ſorore nepos, ab iracundiæ vitio *Bilis* appellatus. Facie fuit imprimis fœdâ, capiteque in criſtæ formam acuminato. Scripſit fabulas centum, reliquitque filium nomine Morſimum, & ipſum Poetam Tragicum. Suidas.

Philocrates, vir Athenienſis, proditionis notâ infamis apud Demoſthenem. Alius ejus nominis edidit Θεσπαλικὰ, quorum lib. 2. citat Athenæus, lib. 6.

Philoctetes, Pœantis fil. comes Herculis, cui idem moriens in Oetâ monte mandavit, ne corporis ſui reliquias cuiquam indicaret: idque jurare eum adegit, deditque pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle intinctas. Quare cum poſtea Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad evertendam Trojam, ſagittis Herculis opus eſſe, inventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit primùm ſe ſcire quid illi acciditſſet: cum vero illi vehementiùs urgerent, tandem mortuum eſſe confeſſus eſt: cumque illi inſtarent, ut ſepulchrum ejus ſibi indicaret, ne jusjurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit. Poſthæc cum ad bellum Trojanum duceretur, quòd ipſe ſolus Lernæis ſagittis uti poſſet, unius ſagittæ caſu, in pede, quo Herculis tumulum monſtraverat, vulnere pene immedicabili affectus eſt; cujus fœtor, cum à Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt. Verùm occiſo Achille, Ulyſſes in Lemnum regreſſus, ad Trojam illum reduxit, ubi & Pariden, ſingulari certamine ab eo provocatus, ſagittis interfecit. Eversâ autem Trojâ, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit, tandem vero operâ Machaonis medici ſanatus eſt. Porro Philoctetem hydro morſum aiunt Sophocles & Lycophron. Et ante utrumque Hom. in Catal.

Τῶν δ' Φιλοκτήτης ἦρχεν τόξων εὖ εἰδώς,
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατερὰς ἄλγεα πάσχων,
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν
Ἕλκει μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονι ὕδρης
Ἔνθ' ὅγε κεῖτ' ἀλέγων ——

Theocritus in Arâ addit hoc ei contigiſſe dum contemplaretur ſepulchrum Troili, ab Achille occiſi, quod in templo Apollinis Thymbræi erat. Prop. lib. 2.

Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon.

Ovid. Triſt. 5. Eleg. 2.

Pene decem totis aluit Pœantius annis
Peſtiferum tumido vulnus ab angue datum.

Fabulam narrat Servius ad illud Æn. 3.

Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Argonautam facit Val. Flac. lib. 1.

Tu quoque Phryxæos remo Pœantie Colchos
Bis Lemnon viſure petis, nunc cuſpide patris
Inclytus, Herculeæ olim moture ſagittas.

Morbo pathico hunc laboraſſe innuit Auſon. Epigr. 70.

Præter legitimi genitalia fœdera cœtûs
Repperit obſcœnas Veneres furioſa libido
Herculis hæredi, quam Lemnia ſuaſit egeſtas
Quam toga facundi ſcenis agitavit Afrani.

Philodemus, ὁ δὴ ἐν Ῥόδῳ Σμυρναῖον Athenæo memoratur lib. 10. Haud ſcio an alius à Philodemo Epicuro, natione Gadarenſi qui à Strabone, lib. 16. inter celebres Gadaræ viros memoratur. Is Poeta fuit, vixitque Ciceronis ætate, à quo memoratur in Piſonem. Ubi ſic Aſcon. Pædianus. *Philodemum ſignificat, qui fuit Epicureus, illâ ætate nobiliſſimus, cujus & poemata ſunt.* Lil. Gyraldus ſuſpicatur eundem, quem nominat Horatius Serm. 1. Sat. 3. *Gallis hanc Philodemus ait.*

Philogelos, non puto verum nomen fuit, ſed fictum, nempe ſe ita vocavit, quia libro ſuo ridiculas eſſet narrationes complexus. Unam earum refert Tzetzes, Chil. 8. Hiſt. 250.

Philolaus, Pythagoricus quidam philoſophus, cujus tres libros Plato, cùm tenui admodum eſſet pecuniâ decem millibus denariûm mercatus eſt, quod pretium à Dione Syracuſano acceperat. Alius Corinthius, qui Thebanis leges dedit, ex familiâ Bacchiadum, amicus Dioclis, qui Olympia vicit: ſed ubi ille civitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alcinoæ Thebas migravit, atque ibi ambo defuncti ſunt. Habitavit igitur ob hujuſmodi cauſam apud Thebanos, legeſque illis deſcripſit, & de aliis quibuſdam, & de ſobole procreandâ, quas illi proletarias vocant. Et hoc præcipuè ab illo proviſum, ut numerus hæreditatum conſervetur. Ariſtot. 2. Politic.

Philomela, Pandionis Athenienſium regis filia, quam Tereus, Thraciæ rex, qui Prognem ſororem ejus uxorem duxerat, viſendæ ſororis prætextu à patre abductam in itinere violavit, & ne flagitium cuiquam indicaret, linguam ei præcidit, arctiſſimæque cuſtodiæ eam incluſit. Verùm illa (uti erat lanificii peritiſſima) rem omnem, quo geſta erat ordine, in telâ depinxit; eamque per famulam ad Prognem miſit: quæ quamvis ſororis injuriâ graviſſimè commota, ultionem tamen in Orgiorum tempus diſtulit, quo tempore magnâ mulierum catervâ comitata, thyrſiſque & pellibus inſtructa, ſororem carceri eripit, & in regiam perducit, ubi communicato cum illo conſilio, Itym filium ſuum jugulat, patrique comedendum apponit: illoque epulis tam nefandis jam ſatiato, ſub finem cœnæ pueri caput in convivium affert. Quo agnito Tereus furore percitus, cùm ſtricto gladio uxorem inſequitur, in upupam commutatur, etiam nunc criſtam militarem in capite gerentem. Progne autem in hirundinem, Itys vero in Phaſianum, imò in Phaſſam, φάσσαν. Servius Danielis. Philomela denique in Luſciniam, etiam hodie de Terei injuriâ ſuaviſſimo cantu conquerentem. Quidam hanc fabulam ad cantûs harmoniam & ſonorum, qui ex avibus audiuntur, varietatem referunt. Alii ad mores, & dicunt hanc fabulam docere, cohibendos eſſe effrænatos animi motus, quibus homines ad furorem compelluntur. Impetus autem Venereus, & vindictæ cupiditas reddunt homines inſigniter immanes. Ac tyrannus libidinum ſordibus inquinatus, rectè fingitur in upupam commutatus. Vide *Tereus*, & Meurſium de Reg. Athen. ubi de Pandione. Martialis 14. 75.

Flet Philomela nefas inceſti Tereos; & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

Virgilius Georg. 4.

Qualis populeâ mœrens Philomela ſub umbrâ
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſervans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus implet.

Vix credas (inquit Ludovicus de la Cerda) uti ingenia Poetarum aſpiraverint ad gloriam hâc comparatione: adeo ſæpe illam advocant. Ab uno Sophocle ſcepties aſſumitur, ſemel in Ajace, ſemel in Antigone, bis in Trachiniis, ter in Electrâ. Ab Homero bis Odyſſ. 16. & 19. Eam uſurpat Euripides in Phœniſſis, Qu. Calaber lib. 12. & 7. Oppianus 1. Halieut. & 5. Moſchus epitaphio Bionis, Callimachus in lavacro Palladis, Nonnus Baſſaricon ſecundo, Ἀνάκτος quidam Anthologiæ lib. tertio. Uſi ſunt etiam eâdem comparatione Latini, quorum verſus apponam. Catullus ad Ortalum:

Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris
Daulias, aſſumpti fata gemens Ityli.

Ovid. Faſt. 5.

Quacunque ingreditur, miſeris loca cuncta querelis
Implet, ut amiſſum cum gemit ales Ityn.

Et in Epiſt.

Quin etiam rami poſitis lugere videntur
Frondibus, & nullæ dulce querumtur aves.
Sola virum non ulta piè mœſtiſſima mater
Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.

Pedo Albinovanus de morte Druſi:

Talis in umbroſis mitis nunc denique ſylvis
Deflet Threicium Daulias ales Ityn.
Halcyonum tales ventoſa per æquora queſtus
Ad ſurdas tenui voce ſonantur aquas.

Sen. in Herc. Oet.

——*Fugit vultus*
Philomela ſuos, natumque ſonat
Flebilis Ityn.——

Octavia apud eundem ſecum loquens:

——*Repete aſſuetos*
Jam tibi queſtus, atque æquoreas

Vince Halcyonas, vince & volucres
Pandionias. ——

Papinius 9. Thebaidos Halcyones tantum memorat:

Fluctivagam ſic ſæpe domum, madidoſque penates
Halcyone deſerta gemit, cum pignora ſævus
Auſter, & algentes rapuit Thetis invida nidos.

Philomelus. Phocenſium dux, templum Delphicum occupavit, Locrenſes vicit. *Philomeli* meminit Juſtinus lib. 8. cap. 1. Apud Polyænum vero lib. 5. malè appellatur Φιλόμηδος pro Φιλόμηλος.

Philomelus, apud Martialem ponitur pro ditiſſimo citharœdo. lib. 4. ep. 5.

——*Nunquam ſic Philomelus eris.*

Idem. 3. 31.

Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

Philomneſtus, ſcripſit de Rhodiis Sminthiis Athen. lib. 3. Idem argumentum tractavit Philodemus, niſi forſan alterutrum nomen ſit corruptum.

Philonides, Melitenſis quiſpiam, qui quia erat prægrandi corpore, cæterùm inſulſus & indoctus, abiit in proverbium. *Indoctior Philonide.*

Philonomia, Nyctini & Arcadiæ filia, dum in venationibus cum Diana verſaretur, in Martem incidit, qui, ſumptâ paſtoris formâ, gravidam puellam effecit. Ea vero gemellos enixa, patris metu in Erymanthum ejecit infantes, qui Deorum providentiâ illæſi, delâti ad cavam quandam quercum dicuntur, ubi cum lupa quædam luſtra haberet, propriis abjectis in fluentum catulis, infantibus ubera præbuit, quod quidam Telephus paſtor conſpicatus, ſuſceptos pueros educavit, ut ſuos. Et alterum quidem Lycaſtum, alterum, vero Parrhaſium appellavit. Hi deinde Arcadiæ regnum ſucceſſione conſecuti ſunt.

Philonomus, & Callias, fratres Catanenſes. Stobæus ex Æliano refert, flammas incendii ex Ætnâ erumpentis miraculoſè ceſſiſſe duobus filiis in humeros ſublatos parentes ſenes efferentibus. Verba adſcribam: Πρώτη γὰρ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι φασὶ τὴν Αἴτνην βλῦσαι, ὅτε καὶ Φιλόνομος καὶ Καλλίας οἱ Κατανῖοι τοὺς ἑαυτῶν πατέρας ἐξέμυθοι, διὰ μέσης τῆς φλογὸς ἐνόμῳ, τῶν ἄλλων κτημάτων καταφρονήσαντες, ἀνὰ ὧν καὶ ἀμοιβῆς ἔτυχον τῆς εἰς τὸ θεῖον. Τὸ γὰρ πῦρ δόντων αὐτοῖς δίοδον καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνοι παρεῖνοντο.

Philopœmen, Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantiſſimus, Lacedæmonios & Meſſenios multis cladibus afflixit. Plutarchus.

Philoſtephanus, Cyrenæus, hiſtoricus, Callimachi familiaris, de quo Voſſius de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 15.

Philoſtorgius, Cappadox, ſub Theodoſio Juniore, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros edidit 12. pro 12. literis quas habemus in nomine ejus. Stylo uſus fuit ſatis eleganti, ſed undique erga Eunomianæ ſectæ homines amorem, erga Catholicos odium prodidit. Vide plura de eo apud Voſſium de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 21.

Philoſtratus Lemnius, temporibus Severi Imp. ejuſque uxoris Juliæ, epiſtolarum magiſter, ut ipſe planè monſtrat in vitâ Apollonii Tyanei; ſcripſit vitas Sophiſtarum ad Severum, de vitâ Apollonii libros 8. præterea Heroica, quæ hodie extant.

Philoſtratus, hujus pater, Athenis docuit Neronis tempore: ſcripſit Panegyricos plures ac declamationes oratoribus valde probatas, compluraque alia, quæ à Suida commemorantur.

Philoſtratus, tertius, ſuperioris filius, docuit Athenis; ſcripſit Panathenaicum, Trojam, paraphraſin Homerici clypei. Iconas huic multi referunt. Ejus nominis & quartus fuit. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. p. 234. &c.

Philotis, ancilla apud Romanos, quæ, quum poſt urbem captam, ſedato Gallico motu reſpublica vix ſtatum ſuum tueretur, & Fidenates opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati præfecifient ſibi Poſthumium Livium Dictatorem, mandati que ad Senatum miſſis poſtulaſſent, ut ſi vellent reliquias ſuæ civitatis manere, familias ſibi & virgines dederentur, Patribus in ancipiti deliberatione ſuſpenſis, pollicita eſt ſe cum cæteris ancillis ſub nomine dominarum ad hoſtes ituram. Habitu itaque matrum-familias, & virginum ſumpto, hoſtibus cum proſequentium lachrymis ad finem doloris traditæ ſunt; quæ cum à Livio in caſtris diſtributæ eſſent, viros plurimo vino provocarunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes, quibus ſopitis, ex arbore caprifico, quæ caſtris proxima, ſignum Romanis dederunt, qui cum repentinâ incurſione Fidenates profligaſſent, Senatus beneficii memor, Philotin cum cæteris ancillis manumitti juſſit, dotem ex publico eis fecit, & matronalem habitum geſtare conceſſit, diemque ipſum novas *Caprotinas* nuncupavit ab illo *caprifico* ex quâ ſignum victoriæ ceperant, & *Caprotina* culta Juno, & ſacrificium annuâ ſolennitate celebratum, in quo lac quod ex caprifico manat, propter memoriam facti adhibitum fuit. Plut. Varro. Ovidius, lib. 2. de Arte Amandi:

Porrige & ancillæ, quâ pœnas luce pependit
Luſa maritali Gallica veſte manus.

Philoxenus, Philoſophus, qui gruis collum ſibi exoptabat, quò diutius ciborum & poculorum ſapore oblectaretur. Ariſtot. Ethic. 3. 9.

Philoxenus, Grammaticus Alexandrinus, Romæ ſcripſit de monoſyllabis verbis, de Helleniſmo, de genere linguarum, & alia. Suidas.

Philoxenus, Eretrienſis, pictor, Nicomachi diſcipulus, cujus tabula nullis poſtponenda Caſſandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Laſciviam, in quâ tres Sileni commeſſabantur. Hic præceptoris celeritatem aſſecutus breviores etiamnum quaſdam picturæ vias, & compendiarias invenit. Plin. 31. 10.

Philoxenus, poeta Lyricus, ſcripſit Lyrico carmine Æacidarum genealogiam. Hic, cum aliquando apud Dionyſium tyrannum ageret tragœdiaſque ejus, in quibus ille ambitioſiſſimus erat, minimè laudaret, conjectus eſt in Latomias, indeque Tarentum aufugit. Dionyſio vero eum per literas revocare conanti, reſpondit hoc tantum monoſyllabon, *Non*, ſæpius iteratum. Suidas. A *Philoxeno* Cytherio dithyrambos eſſe inventos putavit Pindari Scholiaſtes. Sed hâc parte magis fidem meretur Herodotus in Clio. Is Arionem Lesbium ſive Methymnæum, fabulâ de vectore Delphino nobilem, primum fuiſſe ait, qui Corinthi docuerit dithyrambos. Atque idem etiam proditum ab Ariſtotele, ut teſtis eſt Proclus in Chreſtomathiâ. Sanè Philoxenus hic multo poſt Herodotum vixit; nempe Platonis temporibus. Nam & is Syracuſanorum tyranno Dionyſio juniori familiaris fuit, ut Pauſanias in Atticis ait. Sed idem ab eo eſt interemptus poſtquam eum figuratè deriſerat in Cyclope ſuo, ſive de amoribus Cyclopis & Galateæ. Meminere Athenæus, lib 1. Ælianus Var. 12. 47. Idem convivium ſcripſit, unde quædam adducit Athenæus, lib. 4. & 14. Cujuſmodi ejus dictio, & ingenium fuerit, Iſ. Caſaubonus dicet Animadverſionum in Athenæum, lib. 4. cap. 11. Nempe planè ad laſciviam & nugas comparata.

Philyllius, à pleriſque creditur auctor Iamborum de urbibus, ut cognoſcimus ex Athenæo, lib. 3. 4. 9. Alius fuit veteris Comœdiæ poeta, Athenæo, lib. 14. & Polluci lib. 7. memoratus.

Philyra, filia Oceani, ex quâ Saturnus in equum converſus, Chironem Centaurum dicitur ſuſcepiſſe, qui à matre *Philyrides*, & *Philyreius* dicebatur. Hanc fabulam ad Medicinæ & Chirurgiæ artem refert N. Comes Mythol 4. 12. Scribitur autem hoc nomen, & ejus derivativa ſimplici l; poetæ tamen ſuo jure, ut primam ſyllabam extendant, geminant hanc conſonantem.

Phineus, Agenoris fil. Hellanico: Heſiodo vero Phœnicis & Caſſiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli & Atamini. Hic rex Arcadiæ, vel, ut alii, Thraciæ, vel, ut rurſus alii, Paphlagoniæ, uxorem duxit Cleopatram (quam quidam Sthenobœam vocant) ex quâ genuit Orythum & Crambum, ut Sophocles, vel, ut alii, Mariandynum & Thynum: vel, ut rurſus alii, Palæmonem & Phinea: quibus, mortuâ priore conjuge, Harpalycen, Calais & Zethæ ſororem, novercam ſuperinduxit; quamvis Flaccus Valerius non Harpalycen, ſed Cleopatram Boreadum ſororem vocet, cui etiam Apollonii Scholiaſtes ſubſcribit, qui lib. 1. dicit Phineum Cleopatram Boreæ & Orithyiæ filiam uxorem duxiſſe, ſecundam vero Idæam, Dardani filiam novercam ſuperinduxiſſe: cujus ſuaſu filios ſuos ex Cleopatrâ ſuſceptos excæcavit. Quapropter & ipſe excæcatus eſt à Diis, & Harpyiæ contra eum miſſæ, quæ cibos & menſam ejus turpiſſimè fœdarent. Poſtea vero devenientibus ad ea loca Argonautis, à Calai & Zethe, fratribus alatis, rurſus ad Strophadas inſulas fugatæ ſunt. Poſtremò occiſus eſt ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet excæcatos, comperiſſetque eos calumniis novercæ ejectos fuiſſe. Apollonius, lib. 2. Argonaut.

Ἔνθα δ' ἐπάκτιον οἶκον Ἀγηνορίδης ἔχε Φινεύς
Ὃς πρὶν δὴ πάντων ὀλοώτατα πήματ' ἀνέτλη
Εἵνεκα μαντοσύνης, τιμὴ δέ οἱ ἐγγυάλιξε
Λητοΐδης ὅσσ' ἄνσον ὀπίζετο καὶ Διὸς ὑψοῦ
Ἤθεον ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι.
Τῷ καὶ οἱ γῆρας μὲν ὑπὸ δνοφερὸν ἐκάλυψεν,
Ἐκ δ' ἔλετ' ὀφθαλμῶν γλυκερὸν φάος, ἀμφὶ γάνυσθαι
Ἥια δ' ἀπειρεσίοισιν ὀνείασιν, ὅσσα οἱ αἰεὶ
Θέσφατα πυθόμενοι πεφιδωμένῳ οἴκαδ' ἄγειεν.

Prop. 3. 5.

Aut Alcmæoniæ furiæ, aut [illegible] Phinei.

Virgil.

Virgil. Æn. 3.

——Strophades Græio ſtant nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,
Harpyiæque colunt aliæ, Phineia poſtquam
Clauſa domus, menſaſque metu liquere priores.

Val. Flaccus, lib. 4.

Poſtera non caſſæ Minyis Aurora retexit
Noctis iter; nova cuncta vident, Thymnæaque juxta
Littora, fatidici pœnis horrentia Phinei
Dura Deum, ſummoque lues urgebat in ævo.
Quippe nec extorrem tantum, nec lucis egentem,
Inſuper Harpyiæ Typhonides, ira Tonantis,
Depopulant; ipſoque dapes prædantur ab ore.
Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas
Perpetitur, ſpes una ſeni, quod pellere ſævam
Quondam fata luem dederant Aquilone creatis.

Statius, lib. 8.

Qualis poſt longæ Phineus jejunia pœnæ
Nil ſtridere domi volucres ut ſenſit abactas,
(Necdum tota fides) hilaris menſaſque toroſque,
Nec turbata feris tractavit pocula pennis.

Phlegon, unus ex equis Solis, ἀπὸ τῦ φλέγειν, quod eſt *urere*, dictus. Ovid. Met. 2.

Interea volucres Pyroeis, Eous, & Æthon
Solis equi, quartuſque Phlegon.

Phlegon Trallianus, libertus Auguſti (nonnulli Adriani dicunt) hiſtoriam ſcripſit Olympiadum libris 16. uſque ad Olymp. 29. De Faſtis Romanorum libros 2. Item de nominibus locorum urbis Romæ, & epitomen Olympionicorum libris duobus. Suidas. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 11. Item viri Sancti nomen. Rom. 16.

Phlegyas, Martis fil. Rex Lapitharum in Theſſaliâ, pater Ixionis, & Coronidis Nymphæ, quam cum ab Apolline vitiatam ſenſiſſet, confeſtim irâ percitus templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus, ipſum ſagittis interfectum ad inferos detruſit, ubi hâc pœnâ afficitur, ut ſub ingenti ſaxo ruinam minitante ſedens, ſemper illud caſurum ſuſpicetur ac timeat. Stat. in Theb.

——Phlegyam ſubter cava ſaxa jacentem
Æterno premit accubitu.——

Philas, Argonauta, Bacchi filius. Val. Flac. lib. 1. Argonaut.

Et quem fama genus non eſt mentita Lyæi
Phlias, immiſſus patrios de vertice crines.

Apollonius, lib. 1.

Φλειὰς δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν.

Ubi Schol. Πόλις Πελοποννήσου ἡ Ἀραιθυρέα, ἐν ὁρίοις τῆς Σικυῶνος κειμένη, ἣ νῦν ὀνομαζομένη Φλιοῦσα ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου, καὶ Χθονοφύλης, καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος Φλυὸς ὠνομάζετο ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸν οἶνον, ὅ ἐστιν ἐυθλωεῖν.

Phlœa, Dea, Proſerpina ſcilicet ut quidam volunt, quibus favet Heſychius: Φλοιὰν, ἢ Κόρην ἢ Διὸν ἅτινα καλοῦσι Λάκωνες. Nempe ut Latinis *Liber* Bacchus, *Libera* Proſerpina: Sic Græcis *Liber* Φλοιὸς, *Proſerpina* Φλοιά. De Libero indicant verba Plutarchi: Ἔνιοι δὲ Διόνυσον παρὰ Φλοιῷ.

Phobetor, Somni fil. ſic dictus ἀπὸ τῦ φοβεῖν, quod eſt *perterrefacere*. *Icelos* autem Superis dicitur, quia omnium animantium formam inducere poſſet. Eſt enim ἴκελος *ſimilis*. Ovid. Met. 11.

Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat——

Phocas, Rom. Imp. A. D. 606. Hic antea Centurio Mauritium Tiberii generum Imp. unà cum uxore ejuſdem, liberiſque interfecit. Eodem rerum potiunte Perſæ magnis incommodis Remp. affecerunt, occupata Meſopotamia, & Aſſyria, & in min. Aſiam uſque progreſſi. Tanta erat Principis ignavia. Sed & Germania, Gallia, Hiſpania, bonaque pars Italiæ defecerunt. Ægyptum vaſtabant Saraceni: Sic ille propter crudelitatem, & neglectam Remp. occiſus Heraclium habuit Succeſſorem. Vide Niceph. lib. 18. cap. 35. Item Grammaticus quidam qui ſcripſit de Nomine & Verbo.

Phocion, Athenienſis, vir clarus, cognomento *Bonus*, ſemper pauper, cum ditiſſimus eſſe poſſet, propter frequentes ei delatos honores. Val. Max. *Placidi & miſericordes & liberales, omnique ſuavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus omnium* Bonitatis *cognomine decorandos cenſuit.* Idem lib. 5. cap. 3. *Phocion vero his dotibus, quæ ad pacandum hominem potentiſſimæ judicantur, eloquentiâ & integritate inſtructiſſimus.* Hinc illa vox Demoſthenis concionantis: Ἐὰν μὲν ἐμοῦ λόγων σφύρας καὶ κοπὰς ἔχῃ. Auctor Iamblichus apud Stobæum. Phoci fil. erat, teſte Suidâ in Φωκίων. Sic quoque Ælian. ποικ. 2. 16. Cochlearium vero fuiſſe patrem, teſtis idem Æl. 12. 43. Ubi ſis vide Schefferum. Cæterum hic Phocion à civibus ſuis, quòd optimatum partes ſecutus fuerit, mori juſſus eſt. *In quo tantum fuit odium multitudinis, ut nemo auſus ſit eum liber ſepelire. Itaque à ſervis ſepultus eſt.* Ita Corn. Nepos. Valerius ubi ſupra: *Phocion non tantum oculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt; ſed certè poſt obitum nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus ejus injiceretur, glebulam invenit; juſſus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat.* Hic neque ridere, neque lachrymare ab ullo unquam eſt viſus. Et in concione cum quis dixiſſet, *Cogitabimus videris ô Phocion: Rectè*, inquit, *conjectas: Cogito enim ſi qua valeo in his brevitate uti quæ apud Athenienſes dicturus ſum.* Huic cum legati Philippi, Macedonum regis, ingentia munera offerrent, hortarenturque, ut ea acciperet (quamvis enim ipſe facilè his careret, liberis tamen ejus eſſent neceſſaria, quibus difficile foret in ſummâ paupertate ad paternam gloriam pervenire) *Si mei*, inquit, *ſimiles erunt, idem hic agellus alet eos, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ſi diſſimiles, nolo meis impenſis illorum ali, augerique luxuriam.* Plutar. in Phocione.

Phocion, Peripateticus Hiſparius, ſcripſit librum Cornucopiæ, multæ variæque doctrinæ refertiſſimum. Gellius.

Phocus, fil. Æaci. Ovid Met. 7.

Excipit Æacides illos in limine Phocus.

Phœylides, Mileſius, Poeta Græcus, floruit an. 4. Olymp. 60. teſte Euſebio, ſed alius ab eo, cujus carmen hodie habemus; hic enim multo recentior eſt, & quidem Judæus Alexandrinus, ſi non potius Chriſtianus. Voſſius.

Phœbas, adis, Phœbi ſacerdos, quæ divino correpta furore, conſulentibus ex tripode oracula edebat. Sidon.

Phœbe, eadem quæ Diana & Luna, à fratre *Phœbo* ſic dicta. Ovid. Met. 1.

Nec nova creſcendo reparabat cornua Phœbe.

Phœbe, & *Elaira*, Leucippi filiæ. Stephanus in *Aphydna*. Item femina quædam, de quâ Paulus 16. ad Rom. Σωίσημι ἢ υἱῶν Φοίβου ἢ ἀδελφοῦ ἡμῶν ἔξ διάκονον τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς.

Phœbigena, cognomen Æſculapii, à patre *Phœbo*. Virgil. Æn. 7.

Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas.

Phœbus, idem qui *Apollo*, ſive *Sol*. Jovis & Latonæ fil. eodem partu cum Dianâ editus, divinationis & Muſicæ Deus à Poetis habitus, & Medicinæ repertor. Hunc Poetæ verſibus pangendis tanquam Præſidem invocant. Theognis:

Ὦ ἄνα Λητοῦ υἱὲ, &c.

Orpheus:

Ὦ ναξ Πυθῶνος μαντὶν ἑκατηβόλε μάντι, &c.

Val. Flaccus:

Phœbe mone, ſi Cumææ mihi conſcia vatis
Stat caſtâ cortina domo.

Idem ſeſe ab eo revocatos fuiſſe fingunt, cum grandius aliquid quam par eſt, proficiſcendum in ſe ſuſcipiunt. Virgil. Eclog. 6.

Cum canere reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Paſtorem Tityre pingues
Paſcere oportet oves, deductum dicere carmen.

Horatius 4. Od. 15.

Phœbus volentem prælia me loqui
Victas & urbes increpuit lyrâ
Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem.

Prop. 3. 3.

Cum me Caſtaliâ ſpeculans ex arbore Phœbus
Sic ait, aurata nixus ad antra lyrâ,
Quid tibi cum tali demens eſt flumine? quis te
Carminis Heroi tangere juſſit opus?
Non hic ulla tibi ſperanda eſt fama, Properti,
Mollia ſunt parvis prata terenda rotis.

Sic dictus juxta Cornificium ἀπὸ τῦ φοιτᾶν βίᾳ, h. e. *quod vi feratur*, ut & Macrobius refert Sat. 1. 17. Plerique nominatum putant à ſpecie & nitore, nonnulli à ſordibus, à quibus is purgat. Nam φοιβεῖν eſt *purgare*, & φοιβὸν τὸ καθαρὸν & φοιβοῖκὸς πᾶς ὢν ὁ φοίνικος χρώματος ὁ ὅτι καθαρός. Alii *Phœbum* qu. φάος. Didymus ex Heſiodo ἀπὸ τῆς φοίβης, *puritate* & *luce*. Fungerus.

Phœnix, Agenoris fil. Cadmi frater, qui Phœnicibus imperavit, à quo *Phœnicia*, ut quidam volunt.

Phœnix, Amyntoris fil. præceptor Achillis, qui cum matris ſuæ hortatu cum patris concubinâ rem habuiſſet, diris impetitus à patre, relictâ Hellade, in Theſſaliam ſeſe contulit, ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commiſit, filiumque Achillem in diſciplinam tradit, quem etiam ad bellum Trojanum comitatus eſt, ut ipſe narrat

apud Hom. Iliad. 9. Hic oculis tandem captus est. Ovid. in Ibin:

Id quod Amyntorides videas, trepiduſque miniſter
Pertentes baculo luminis orbus iter.

Item *Phœnix*, avis Arabica, ſolitaria, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collum cætera purpurea, cæruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus. Vide Plin. 11. 2. & Horapollinem pag. 96. Vivere ſecundum alios proditur annis 340. juxta alios 600. ſecundum alios denique 1460. Maximè vulgatum quingentos annos vivere. Seneca Ep. 42. *Nam ille alter fortaſſe* (ſapiens) *tanquam Phœnix, ſemel anno quingenteſimo naſcitur.* Ipſe ſe reſeminat. Ovid. Met. 15.

Una eſt quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet ales,
Aſſyrii Phœnica vocant, &c.
Hæc ubi quinque ſuæ complevit ſecula vitæ, &c.

Quæ ſi vera ſint, præclaram imaginem Reſurrectionis hæc avis omnino præbet. Et vero argumenta Reſurrectionis ab eâ non pauci Patrum ducere ſolent. Ut Tertull. de Reſur. cap. 23. Ambroſ. de fide Reſurr. itemque lib. 6. in Hexam. cap. 23. Zeno Veronenſis de Reſur. & alii. Sed & non pauci profanorum auctorum addicunt, ut Plinius, Tacitus, Dio, Victor, Mela, &c. qui & viſam quandoque hanc avem tradunt, & ejus deſcriptionem exhibent. Dubitat Greg. Naz. Orat. 37. quæ de Spiritu S. eſt, itemque Orig. contra Celſum lib. 4. Sed & B. Maximus planè negat lib. ad Petrum Illuſtrem apud Photium pag. 306. Vide Donati Marcelli diſputatiunculam de hâc avi ad 6. An. Taciti, cap. 33. Cujus verba apponam. *Paulo Fabio & L. Vitellio Coſſ. poſt longum ſeculorum ambitum, avis Phœnix in Ægyptum venit*, &c. *Sacrum Soli id animal, & ore ac diſtinctu pennarum à cæteris avibus diverſum, de numero annorum varia traduntur, maximè vulgatum quingentorum ſpatium. Sunt qui adſeverent mille quadringentos ſexaginta unum interjici*, &c. *Confecto annorum numero, ubi mors propinquat, ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem adfundere, ex quâ ſe ipſum oriri; & primam adulto curam ſepeliendi patris, neque id temerè, ſed ſublato myrrhæ pondere, tentatoque pro longum iter, ubi par oneri par meatui ſit, ſubire patrium corpus, inque Solis aram proferre, atque adolere.* Hæc ille. Multa autem & præclara de hâc ave apud Veteres. Herod. in Eut. Solin. c. 46. Mel. lib. 3. Philoſtr. de V. Apoll. lib. 3. Martialis, lib. 5.

Qualiter Aſſyrios revocant incendia nidos
Una decem quoties ſecula vixit avis.

Lactantius Carm. de Phœnice:

Quæ poſtquam vitæ jam mille peregerit annos.

Pholus, unus ex Centauris, Ixionis ex Nube fil. qui Herculem ad Pirithoi nuptias euntem hoſpitio excepit, eoque in tumultu, qui inter Lapithas & Centauros ejuſdem in nuptiis exortus eſt occubuit. Ovidius. Virg. Geo. 2.

——*Ille furentes*
Centauros letho domuit, Rhœtumque Pholumque.

Papin. 2. Theb.

Qualis in adverſos Lapithas erexit inanem
Magnanimus cratera Pholus.

Claud. præfat. ad nupt. Hon. & Mar.

——*Quæ flectere Rhœton,*
Quæ rigidum poterant plectra movere Pholum?

Theocritus Idyl 7.

Αἰεί γε τὰ τοιόνδε Φόλῳ καὶ λάϊνον ἄνδρα
Κεντῆρε Ἡρακλῆι γέρων ἐτάισατο Χείρων.

Val. Flac. lib. 1.

——*Sed fortior Æſon*
Attollens dictis animos: O ſi mihi ſanguis
Quantus erat, cum ſigniferum cratera minantem
Non leviore Pholum manus hæc compeſcuit auro.

Phorbas, fil. Priami & Epitheſiæ, Staſippi Mygdoniæ regis filiæ, inter fratres natu maximus, adeo ut Priami frater potius quam filius videretur. Quam ob cauſam eum pater eum, veluti emeritum, à prælio juberet abſtinere, illo tamen invito, non ſemel in pugnam deſcendit, & poſt multa egregia facinora, favente Mercurio, edita, tandem à Menelao eſt obtruncatus. Hujus imagine aſſumptâ, Somnus Deus Palinurum decepit. Virg. Æn. 5.

——*Puppique Deus conſedit in altâ*
Phorbanti ſimilis, fuditque hæc ore querelas.

Servio dicitur fuiſſe Triopæ filius, pater Ilionei Trojani, comitis Æneæ. Alius paſtor Polybi Corinthiorum regis. Alius, cujus mem. Ovid. Met. 11.

——*Nam templa profanus*
Invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.

Phorbas, quintus Athenienſium princeps, anno ante Ul. C. fere 200. Alius Argivorum rex, an. ante Ul. C. fere 830.

Phorcus, ſive *Phorcys*, Ponti ac Terræ fil. Heſiod. in Theog.

Κητὼ δ' αὖ Θαύμαντα μέγαν καὶ ἀγλαὸν Φόρκυν,
Γαίῃ μισγόμενον, καὶ Κητὼ κεκμηῖαν.

Varro tamen Thaleæ Nymphæ ac Neptuni filium fuiſſe ſcribit, qui filias habuit Phorcydas ſc. & Gorgonas, item Thooſam, quæ cum Neptuno conjuncta Cyclopem peperit Polyphemum. Homerus, lib. 1. Odyſ.

Ἀλλὰ Ποσειδάων γλαυκὸς ἀσκήσας αἰὲν
Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμῷ ἀλάωσεν
Ἀντίθεον Πολύφημον, ὃς κράτος ἔσχε μέγιστον
Πᾶσι Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν τέκε Νύμφη,
Φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀργυφέοιο μέδοντος.

Genuit etiam ſerpentem, qui mala Heſperidum tuebatur, ut ait Heſiodus:

Κητὼ δ' ὁπλότατον Φόρκυϊ φιλότητι μιγεῖσα
Γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης
Πείρασιν ἐν μεγάλοις παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει.

Genuit & Scyllam ex Hecate, ut ſenſit Acuſilaus. Apollon. lib. 4.

Ἣ δ' ὄπιθ' Σκύλλης συνεχὲς κλυδμῶνα νέεσθε
Σκύλλης Ἀυσονίης ὀλοόφρονος, ἣν τέκε Φόρκυϊ
Νυκτιπόλος δ' Ἑκάτη, πλὼ ἑ κλείουσι Κράταιϊν.

Fuit autem ſi ad hiſtoriam ſpectemus, Sardiniæ atque Corſicæ rex, qui ab Atlante navali prælio ſuperatus, in eâ pugnâ ſubmerſus ſit, neque uſpiam poſtea inventus, quare creditus fuit ſe in Deorum marinorum numerum recepiſſe. Vide Palæphatum Περὶ τῆς Φόρκυνος συναπέρων, ubi Poetarum fabulam refutat, Phorcynem ſc. 3. filias, quæ inter ſe unum duntaxat oculum habentes, illo viciſſim utebantur.

Phormio, philoſophus; Thucydides lib. 2. Peripateticus, Cic. 2. de Orat. Cum, inquit, Annibal Carthagine expulſus, Epheſum ad Antiochum veniſſet exul, & ad Phormionem audiendum, propterea quòd ejus nomen erat in magnâ apud omnes gloriâ, invitatus eſſet ab hoſpitibus ſuis, locutus eſſe dicitur homo copioſus aliquot horas de Imperatoris officio, ac de omni re militari. Tum cum cæteri, qui illum audierant, vehementer eſſent delectati, quærebant ab Annibale, quidnam ipſe de illo philoſopho judicaret. Hic Pœnus non optimè Græcè, ſed tamen liberè reſpondiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes ſæpe vidiſſe, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem.

Phormus, Syracuſanus Comicus, Geloni tyranno familiaris, docuit fabulas ſeptem quas commemorat Athenæus. Vide *Amorphus*, & Voſſ. P. Gr. pag. 27.

Photinus, Lugdunenſis epiſcopus Polycarpi diſcipulus, religionis cauſâ ſupplicio affectus, Anno Salutis 169. Ætatis ſuæ 80. Euſeb. l. 5. cap. 2. Hiſt. Eccleſ. Item hæreticus, An. Dom. 355. Divinam Chriſti naturam negavit. Tripart. Hiſt. lib. 5. cap. 5.

Photius, Patriarcha C. P. vir omnium Græcorum ſui ſeculi longè eruditiſſimus, floruit A. D. 879. vivere autem deſiit 889. Hic primus (ſi Genebrardo fides) ſeceſſionem apertam fecit à Latinâ Eccleſiâ. Zonaras Annalium tomo 3. Περιχειζεῖ ἡ Παπειάρχῳ ἡ Φώτιον, ἄνδρα ἐπὶ ὁπισήμων πραγματικῆς ποτε πυγχάνοντα, καὶ ἐν λόγοις ὀνομαζόμενον, Loquitur de Bardâ Imp. quod clarum è Cedreno: Ὁ Βάρδας Φώτιον, ἄνδρα δὴ σοφίᾳ γνώσιμον, πρωτασηκρήτιν πλωτικῶν ὑπάρχοντα περιχειζεῖ Παπειάρχῳ. Græco-Latinæ editioni Bibliothecæ ejus præmittuntur eruditorum aliquot judicia de eo. Nonnulla quoque exhibet R. Epiſc. Montacutius qui Epiſtolas ejuſdem Latinè reddidit ac notis ſubinde illuſtravit Lond. 1651. De hoc Photio illuſtre teſtimonium perhibet Rob. Creyghtonus [Epiſc. Bathon. & Wellenſis] Præfatione ad Concil. Florent. in ſermonem Latinum à ſe tranſlatum his verbis: Nam qui propriis oculis, & non alienis in rerum momenta introſpicient, mecum fatebuntur ſpero Illuſtri Photio doctiorem in omni genere literarum, prudentiorem in rebus gerendis, omnis juris divini, humanique peritiorem nunquam ſediſſe in quovis ſolio, vel Romæ Papam, vel Conſtantinopoli Patriarcham.

Phraates, Parthorum rex, quo expulſo ob tyrannidem, Tiridates regnum occupavit. Quo tamen rurſus dejecto reſtitutus Phraates ab Auguſto fuit. Juſtin. lib. 24. Dio lib. 54. Horat. 2. Od. 2.

Redditum Cyri ſolio Phraaten
Diſſidens plebi numero beatorum
Eximit virtus.

Idem 1 Ep. 12.

——*Jus imperiumque Phraates*
Cæſaris accepit genibus minor.

Filium cognominem habuit. Tacit. 6. 31.

Phranza. Vide *Georgius*.

Phraortes, rex Indorum, ad quem Apollonius Tyaneus pervenit: quem cum de victu interrogaret, respondit: *Tantum vini bibo, quantum Soli sacrifico; quæ autem venando acquiro pascuntur alii, mihi sat fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoque ex arboribus nascentia, quæ manus hæ plantaverunt.* Philostratus in vit. Apollonii.

Phryna, meretrix apud Athenas, de quâ Quintil. 2. 15. *Et Phrynen non Hyperides actione, quanquam admirabili, sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui deductâ nudaverat tunicâ, putant periculo liberatam.* Athenæus lib. 13. ex sexto χωμῳδουμένων Herodici refert duas fuisse *Phrynas*, quarum una à rhetoribus dicta sit Σησὼς, ἀπὸ τῆς σήσεως, quia amatores suos quasi cribro cerneret, & fortunis excuteret. Altera Thespiaca, adeo opulenta, ut Thebarum se mœnia instauraturam sponderet, dummodo hoc ascribere vellent Thebani: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝ ΚΑΤΕΣΚΑΨΕΝ, ΑΝΕΣΤΗΣΕ ΔΕ ΦΡΥΝΗ Η ΕΤΑΙΡΑ. Propertius:

Nec quæ deletas potuit componere Thebas,
Phryne tam multis facta beata viris.

Phrynichus, Athenienſis, Tragicus, Thespidis discipulus, qui primus vultum fœmineum protulit in scenam, & tetrametrum reperit, filium habuit Polypragmonem, poetam & ipsum Tragicum: docuit tragœdias novem. Alter item Athenienſis, Comicus, inter secundos antiquæ Comœdiæ, qui docuit fabulam unam. Vide Voss. P. Gr. pag. 24. & pag. 35. Alius Bithynicus Sophista qui scripsit de Atticis dictionibus à Nunnesio editis. Item Lacedæmoniorum proditor, quem vetus Comœdia notavit, de quo extat proverbium. *Phrynichi lueta.*

Phrynondas, hospes Athenienſis: homo versutus, maleficus impostor, summus rerum malarum artifex, adeo ut quoties inſigniter malum accipi volebant antiqui, *Phrynondam* appellabant. Vide Proverb. *Phrynondas alter* apud Erasmum.

Phryxus, vel potius *Phrixus*, Athamantis & Nepheles filius, qui unà cum sorore Helle, cum defunctâ matre Inûs novercæ insidias timeret, consenso aurei velleris ariete, quem antea a matre, ut quidam volunt, ut alii, à patre acceperat, pontum eâ parte, quâ angustior est, transfretare cœpit. Sed Helle strepitu in pontum decidit, & submersa est, à quâ deinde pars illa maris *Hellespontus* dicta est: Phrixus vero incolumis in Colchos ad Æetam regem pervenit, ubi aristem Jovi, vel, ut aliis placet, Marti immolavit, velluſque illud aureum in templo suspendit, quod postea Jason Medeæ arte adjutus abstulit. Aries vero inter sidera locatus, pristinam effigiem tenuit, qui à *Phrixo*, *Phrixeus* appellatus. Apollon. lib. 2.

Ἀγχεχόως δοχίωτε ἀνώγετε κῆ πέρας αὐτοῦ
Φείξον, ὅτις πολίεσσιν ἀνήλυθεν Αἰήταο
Κεῖθι ἐπιμεδεόωσι, τὰ ῥα χρύσειον ἔθηκεν
Ἐρμείας, &c.

Ovidius in Ep. Leandri:

Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent,
Vixque manet portu tuta carina suo.
Hoc mare cum primum de virgine nomina mersâ
Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.
Est satis amissâ locus hic infamis ab Helle:
Utque mihi parcat, nomine crimen habet.
Invideo Phrixo, quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Manilius lib. 4. Astronomicon:

——*Testis tibi laniger ipse,*
Cum vitreum findens aurato vellere pontum
Orbatumque suâ Phrixum per fata sorore
Phasidos ad ripas & Colchida regna revexit.

Columella, lib. 10.

Mox ubi Nubigenæ Phrixi nec portitor Helles.

Stat. Theb. 5.

Gentibus æquorei redicrunt vellera Phrixi.

Martialis 8. 28.

Non Athamanteo potius me mirer in auro,
Æolium dones si mihi Phrixe pecus.

Idem ibidem ep. 51.

Stat caper Æolio Thebani vellere Phrixi
Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror.

Vide Nat. Com. lib. 6. cap. 9.

Phthas, Vulcanus dictus est, quatenus sine mendacio peragit omnia, & artificiosè simul cum veritate. Gyrald. Syntag. 13.

Phylarchus, vel *Philarchus* historicus Græcus de quo Voss. Hist. Gr. pag. 111.

Phyllis, Lycurgi, Thracum regis filia, quæ Demophoonta, Thesei filium, ex Trojano bello redeuntem, hospitio lectoque excepit, acceptâ prius ab eo fide, ut domi cum ossis rebus sese uxorem duceret. Profectus itaque Demophoon cum ultra statutum tempus variis districtus negotiis in patriâ detineretur, Phyllis & amoris impatientiâ, & doloris impulsu, quod se spretam crederet, laqueo vitam finivit, & conversa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reversus Demophoon, re cognitâ, amplexus est truncum, qui velut sponsi sentiens adventum folia emisit. Unde etiam *phylla* dicta sunt folia, à *Phyllide* sc. quæ antea *petala* dicebantur. Item puellæ rusticæ nomen apud Virg. in Eclogis:

Phyllida amo ante alias.

Item *Phyllis*, nutrix Domitiani Imp. Sueton. in Vita Dom. cap. 17. *Cadaver ejus populari sandapilâ per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latinâ viâ funeravit.*

Phytalmius, Neptunus à Trœzeniis sic dictus, à quibus extra muros templum Neptuno erectum fuerat, quod eorum precibus motus non amplius aquam salsam frugibus inspergeret. Hesychius idem cognomen Jovi tribuit, qui à poetis *hominum sator atque Deorum* vocari solet. Est autem φυτὸν idem quod *serere*, seu *plantare*.

Picumnus, Deus, qui in sacris Romanis adhibebatur. Æmilius Macer in Theogoniâ.

Picus, rex Latinorum, Saturni fil. Fauni pater, Latini regis avus, auguriorum peritissimus, qui à Circe adamatus, cùm spreto ejus conjugio, Carmentem Nympham duxisset uxorem, ab iratâ Deâ, virgâ circumsus fertur, & mutatus in avem sui nominis. Quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hâc ave usus est auspicis, de quo satis prolixe Ovid. Met. 14. quam fabulam Virgilius in tres versus optimè contraxit. Æn. 7.

——*Lævâque ancile gerebat*
Picus equûm domitor: quem capta cupidine conjux
Aurea percussum virga, versumque venenis
Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas.

Festus: *Picus rex pico ave utebatur, ut Verrius ait, ob augurium, à quo sic dictus.*

Pierides, Musæ sic dictæ vel à *Piero* monte, ut Festus, Cicero: vel à civitate, aut regione, ut Stephanus: vel à monte, sive Thraciæ, ut Interpres Apollonii; sive Macedoniæ, ut Schol. Hesiodi; vel à patre *Piero*, ut Ovidius: vel à *Piero* vetustissimo Poetâ, qui plurimum Musas celebravit. Copiosius autem hæc Lilius Gyraldus Syntagm. 7. De la Cerda.

Pierus, Macedo quidam prædives, qui ex Euripppe uxore 9. suscepit filias, quæ Musas ad certamen cantus provocare ausæ, & ab illis superatæ in totidem picas mutatæ sunt; unde postea Musæ earum nomen, veluti trophæum usurpantes, *Pierides* vocabantur.

Pigres vel *Tigres*, Artemisiæ frater, qui Iliados singulis versibus hexametris pentametrum de suo subjunxit, atque ita Iliaden in Elegiam convertit. Etiam ei, ut ex Suidâ constat, tribuerunt margiten & Βατραχομυομαχίαν, atque alia. Aliis est Tigrerus. Sane & H. Steph. lib. 2. Schediasmate 22. refert se in exemplar quoddam incidisse ubi adscriptum foret Batrachomyomachiæ nomen Pigreti vel Tigreti Cari.

Pont. *Pilatus*, Judææ procurator à Romanis constitutus, qui Christum morti adjudicavit. Mat. 27. Tacitus Annal. 13. *Auctor nominis ejus Chrestus, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat.* Cedrenus: Πόντιος Πιλάτος ὁ τὴν Γαΐου Καίσαρος ποικίλαις ἀπειπὼν συμφοραῖς, ὃς φασιν οἱ τὰ Ῥωμαίων συγγραψάμενοι αὐτοφονεύτης ἑαυτῷ ἐγένετο. Οἱ δὲ Μαρίαν ἀγδαλιλωὶ λέγουσι κατ' αὐτὸν τὸν Καίσαρα ὑπὲρ τὸ χειρὸν περιελθεῖν ὃς δέρματι βοείῳ περιβάρτῳ τοῦτον μὲν μετ' ἀλέκτορος καὶ ἐγκάρυης καὶ πιθήκου (ἅπερ ὄζιν ἴδιος Ῥωμαίοις) ἐγκλείσας καὶ εἰς κάδον ἐμβαλὼν θεὶς ἀπέκλεισεν. Οἱ δὲ ὡς ἀσκὸν μᾶλλον αὐτὸν λέγουσιν ἐμβαλλῶαι καὶ ὕπως ἀποπνιγεῖν.

Pilumnus, Jovis fil. ejus Apuliæ partis, quæ postea Daunia dicta est, rex, qui Danaen Acrisii filiam ad Apulum littus unà cum Perseo nlio delatam, uxorem duxit, & Danaum ex eâ suscepit Turni patrem. Servius *Picumnum* & *Pilumnum* fratres fuisse ait, quorum ille stercorandorum agrorum usum invenerit, unde & *Sterculinus* est: Pilumnus vero *pilandi* frumenti rationem, unde & *pilum* ab ipso nomen volunt accepisse.

Pinarius, & *Potitius*, Arcadiæ duo senes, quibus, qualiter coli vellet, ostendit Hercules, sc. ut mane & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, cum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea extis comesis. Unde iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantùm ministra esset, epulantibus Potitiis & complentibus sacra, unde & *Pinarii* dicti sunt, ἀπὸ τοῦ πεινῆν, i. e. *à fame*. Nam senem illum

Pinarium

Pinarium constat alio nomine nuncupatum, Servius. Virg. Æn. 8.

——— *Primusque Potitius auctor,*
Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

M. Pinarius Posca, Prætor, an U. C. 572. Sardiniam tenuit, Corsos in Corsicâ domuit, 2 millibus eorum in acie cæsis, quâ clade compulsi illi obsides dederunt, & ceræ centum millia pondo. In Sardiniâ similiter contra Iluenses secunda prælia fecit. Idem cum legem Annalem ferret, dissuasor M. Servilius: *Dic mihi*, inquit, *M. Pinari, num si contra te dixero mihi maledicturus, ut cæteris feceris?* *Ut sementem feceris*, inquit, *ita metes.* Cic. 2. de Orat. ubi perperam *Rusca* legitur.

Pinarius Natta in Jul. Montanum, *ortus & occasus* subinde inferentem, quum quidam illum audiendum negasset: *At ego*, inquit, *paratus sum illum audire ab ortu usque ad occasum.* Sen. ep. 123.

Pindarus, Poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, Æschylo Tragico æqualis. Scripsit linguâ Doricâ *Olympia*, *Pythia*, *Nemea* & *Isthmia*, quæ etiam hodie extant. Fertur imprimis sublimis verborumque & sententiarum copiâ, unde & inimitabilem esse affirmabat Horatius lib. 4. Od. 2. Lacedæmonii in reliquam Bœotiam sævientes, Thebis in Pindari gratiam pepercerunt. Huic etiam tantum tribuit Alex. M. ut cum Thebas everteret, ac in omnes sine discrimine sæviret, unius Pindari penatibus, familiæque parci jusserit. Cum in quodam asmate his verbis Athenas laudasset: Αἶτε λιπαρὲς κὴ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθῆναι· à suis civibus pecuniâ multatus est, quod alienis potius quam suis, tantum laudis dedisset. Hoc ubi resciviſſent Athenienses, & duplum pecuniæ miserunt, quæ exigebatur, & ante regiam porticum æneam Statuam posuerunt sedentis figuræ cum pallio & diademate Lyram tenentis, librumque apertum super genua. Pausan. De morte ejus tradidit Valerius, quòd in gremio pueri adamati expirarit. Verum de Pindaro, cæterisque Græcis ac Latinis Poetis, quorum scripta extant, nos alibi plura.

Pindarus, Ephesiorum tyrannus, qui Epheso in captivitatis discrimine versanti à Crœso avunculo suo jussus discedere, successit in Peloponnesum cum parte substantiæ, Pasidi cuidam tum filii tutelâ, tum bonorum curâ delegatam. Ælian. ποικιλ. l. 3. c. 26.

Pindarus Thebanus inscribitur Poeta quidam nominis incerti qui carmine Heroico panxit historiam belli Trojani. Primus eum edidit Laur. Abstemius cum Maphæi Vegii Astyanacte & quibusdam epigrammatis. Exinde Hagenoæ is, & postea Basileæ prodiit *Auctor antiquus & ingenio satis bono* vocatur à Barthio Adverſ. 19. 12. & *Legi dignissimus* 59. 1. Vide eum 58. 14.

Pirithous, Ixionis fil. non ex Nube, quemadmodum Centauri, sed ex legitimâ uxore, firmissimo amicitiæ fœdere Theseo conjunctus, cujus etiam ope Centauros, qui sibi Hippodamen sponsam præripere conabantur, superavit. Mortuâ vero Hippodame, ita illi cum Theseo convenit, ut uxorem, nisi ex Jove natam, nullam ducerent: & cum jam Theseus Helenam Jovis & Ledæ filiam rapuisset, nec alia eo tempore nosceretur quæ Jovis esset, præter Proserpinam, Plutonis conjugem ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verum Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus est: cui cum Theseus opem ferre conaretur, ab eo in catenis est servatus, donec Hercules ab Eurystheo ad inferos missus eum liberavit. Horatius:

Nec Lethæa valet Theseus abrumpere chara,
Vincula Pirithoo. ———

Papinius Theb. 8.

——— *Me Pirithoi temerarius ardor*
Tentat, & audaci Theseus juratus amica?

Rectè *temerarius ardor*; Stuprum enim Proserpinæ aut conjugium affectabat. Virg. Æn. 6.

——— *Nec Theseа Pirithoumque,*
Qui Dominam ditis thalamo deducere adorti.

Apollodorus lib. 2. de Hercule (quem etiam una cum Theseo & Piritho conjungit Virgilius) Πλησίον δὲ τῆδε πυλῶν γενόμενος, Θησέα μὲν ἐᾷ, κὴ Πειρίθουν τὴν Περσεφόνης μνηστεύσαντα γάμον, κὴ διὰ τοῦτο δεδεμένα. Lucianus Charidemo: Ὁ Θησεὺς κοινωνῶν αὐτῷ τῆς ἁρπαγῆς Πειρίθουν παραλαβὼν, βία λαβὼν τὴν Ἑλένην τῦ πατρὸς εἰς Ἀφιδναν ἐκόμισε τὴν Ἀττικῆς, κὴ ποιῶν ἐκὲ χρεὼν αὐτῷ τὴν συμμαχίας ταύτησι, ὧν ὅπως ἐφίλησε τὴν ἅπαντα χρόνον, ὥστε κὴ τοῖς ὀνομαζομένοις παρέδειγμα γενέσθαι τὴν Θησέως κὴ Πειρίθου φιλίαν. ἐπειδὴν δὲ ἔδει κἀκείνου ἐν ἅδου γενέσθαι, τὴν Δημητρὸς μητρυιὰν κόρην, ἐπειδὴ πολλὰ παρεκαίνειν ἐκ ἐδύνατο ταύτης αὐτὸν τὴν πείρας ἀπαλλάξαι κρατεῖσα συμπολεμοῦσιν αὐτῷ, &c. Theſei & Pirithoi amicitia in proverbium jampridem abiit. Auctorum itaque hâc in re testimoniis supersedebimus, hoc tantum impræsentiarum annotantes, scilicet, horum disjunctionem monstrosissimis ingeniis adscribi. Martial. 7. 23.

Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes,
Theseа Pirithoi destituisset amor.

Claud. lib. 1. in Ruf.

Talem progenies hominum si prisca tulisset,
Pirithoum fugeret Theseus, offensus Orestem
Desereret Pylades, odisset Castora Pollux.

Auſon. ad Pont. Paulinum epist. 24.

Impie Pirithoo disjungere Theseа posses,
Euryalumque suo socium secernere Niso:
Te suadente fugam Pylades liquisset Oresten,
Nec custodisset Siculus vadimonia Damon.

Pisander, Camireus. (Camirus autem Rhodi civitas est.) Eumol. i tempore poeta, ut nonnullis placet, antiquior Hesiodo. Vide Voſſ. P. Gr. p. 15.

Pisander, Lycaonius sub Alex. Mammeæ versificator, scripsit variam historiam.

Pisander, Nectoris filius. Suidas. Et unus procorum Penelopes. Ovid. Epist. 1.

Quid tibi Pisandrum, Polybumq; Medontaque dirum,
Eurymachique avidas, Antinoique manus.

Pisides. Vide *Georgius.*

Pisistratus, Hippocratis fil. Athenienſis tyrannus clarus genere, eloquentiâ vero tantâ, ut eâ deliniti Athenienses, libertate, quâ nihil charius habebant, se sponte exuerunt, illiusque facundiæ sanctitatem Solonis, qui Numen fuerat civitatis, postharberent. Artes liberales maximè fovit. Bibliothecam primus Athenis publicavit, quam Xerxes urbe potitus ad Persas transtulit. Eam deinde multis post annis Seleucus Nicanor restituendam curavit. Trogus. Floruit tempore Servii Tulli Rom. regis. Videndus omnino Meursii *Pisistratus.*

Pisistratus, Orchomeniorum rex, cùm nobilitatem odio insectaretur, plebis studiosus erat, quare in Senatu eum necare decreverunt. Discerptum igitur, intra sinus condunt, ac solum emundant. Plebeia dehinc multitudo, conceptâ suspicione, in curiam advolat. Regis autem fil. ætate minor, nomine Telesimachus, conspirationis conscius, ex curiâ turbam extraxit. Patrem enim supra mortalem speciem ad Pisæum mont. magnâ velocitate, deferri commentus est, eâque fraude plebem obduxit. Plut. Paral.

Pisones, nobiles Romani, ex Numæ Pompilii familiâ, sic dicti, vel à *piso*, ut à *lente*, *Lentuli*; vel à *pinsendo*, uti Plinius censet, cum quo & auctor Panegyrici ad Pisonem facit, quando scribit:

———*Nam quid memorare necesse est*
Ut domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraque Pisonis tulerit cognomina prima
Fumida callosâ cum pinseret hordea dextrâ?

Fuit autem Calpurniæ gentis cognomen. Hinc *Pisonianus*, ut *Pisonianum vitium*, i. e. mira libido loquendi; quo vitio laboravit L. Piso. B. Hieronymus ad Oceanum: *Primum Pisonulus noster obmutuit: deinde Pisoniano vitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.*

Pistor, Jupiter dictus est, quòd Romanos, quo tempore à Gallis obsessi propter famem de deditione cogitabant, in somnis admoniisset, ut ex omni frumento quod habebant, panes facerent, eosque in hostium castra jacerent. Ita enim futurum, ut desperatâ victoriâ Galli animis conciderent, atque ipsi superatis hostibus obsidione liberarentur. Ovid. Fast. 6.

Esse Ceres visa est; jaciunt Cerealia dona,
Facta super galeas longaque scuta sonant.
Posse fame vinci spes excidit, hoste repulso
Candida Pistori ponitur ara Jovi.

Pitho, dea flexanima, illa dicendi præses, quam Ennius *Suadam*, Quintilianus *persuadendi ideam*, Horatius *Suadelam*, & Cicero *leporem* vocat. Plin. Colebatur & Diana cognomine *Pitho* Corinthi: Coluthus Theb. de Rapt. Helen.

Καὶ σέθεν ἀσκήσουσι γαμήλιον ἤλυθε Πειθώ.

Item una ex Atlantidibus.

Pitholeon, Rhodius, poeta trivialis & abjectus, qui cùm in confinio utriusque linguæ natus esset, confuso sermone epigrammata quædam futilia conscripsit, in quibus perquam ridiculè Græca Latinis miscuit, cujus mem. Horat. 1. Serm. Sat. 10.

Pittacus, Philosophus Mitylenæus, unus ex septem Græciæ sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchrum depulit, exortoque deinde inter Athenienses, Mitylenæosque bello, Phrynonem hostium ducem ad singulare certamen provocavit, retique quod occultè secum attulerat implicitum facile superavit, quâ ex pugnâ Retiariorum, & Mirmillonum factiones originem sumpsisse putantur. Fuit autem tempore Crœsi regis. Hujus illud: *Providere oportet, ne casus veniant; si forte venerint æquo animo tolerare.* Fuit alius *Pittacus* legislator (Phavorinus & Demetrius in Homonymis) qui minor

est

eſt appellatus. Ælianus de Var. hiſt. *Pittacum* quendam commemorat, qui de molâ piſtrinâ encomium conſcripſit, ut in parvo argumento vim dicendi oſtentaret.

Pittheus, Theſei avus maternus, qui Trœzene regnavit, de quo Plut. in Theſeo. Hinc *Pittheis*, patronymicum fœmininum, quo poetæ utuntur pro Æthrâ Pitthei filiâ matre Theſei. Ovid. in ep. Ariad. Theſeo:

Nec pater eſt Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ
Filius.——

Pityllus. Suidas in Ἐπιγλωττίς. *Pityllum* aiunt, cognomento Tenthem, vaginam linguæ membranaceam, geſſiſſe, & muniiſſe linguam ad perfruendas voluptates. Fertur etiam digitalibus adhibitis eſitaſſe chelonia, ut illa calidiſſima linguæ ingereret.

Pius, Metellus ſic dictus à Furio Tribuno reditum exoravit. Antonius quoque Imp. *Pius* dictus eſt, quòd animum à belli ferocitate alienum haberet, malletque vivum, ut aiebat, civem ſervare, quam 1000. hoſtes trucidare. Dio. Alex. lib. 1. cap 9.

Placilla, Theodoſii Magni Imp. uxor, non regni faſtigiis elata eſt, ſed potius amore ſuccenſa divino. Repente ergo, ut venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non ſervis, non aliis miniſtris utens, ſed per ſeipſam agens, & ad eorum habitacula veniens, dans unicuique quod opus haberet. Sic etiam per Eccleſiarum xenodochia diſcurrens, ſuis manibus miniſtravit infirmis, ollas eorum tergens, jus guſtans, efferens cochlearia, panem frangens, ciboſque adminiſtrans, calices abluens, & alia cuncta faciens, quæ ſervis & ancillis mos eſt ſolenniter operari. Illis autem qui ei talia nitebantur prohibere, dicebat: Aurum diſtribuere, imperii eſt opus: Ego autem pro ipſo imperio hoc opus offero bona mihi omnia conferenti. Nam viro ſuo ſæpe dicere erat ſolita. *Oportet te ſemper marite, cogitare quid pridem fueris, quid modo ſis: Hæc ſi ſemper cogitaveris, ingratus benefactori non eris, ſed imperium quod ſuſcepiſti, legitimè gubernabis, & harum rerum placabis authorem.* Theodoret. Eccl. Hiſt. 9. 31.

Planudes Maximus, Monachus, unus ex conſervatoribus Græcæ linguæ. Tranſtulit Græcè libellum de moribus regendis, qui *Cato* inſcribitur. Convertit & in eandem linguam opera D. Auguſtini annis aliquot ante Conſtantinopolim captam. Dicitur & fabulas, quæ Æſopi nomine circumferuntur collegiſſe. E Latino certe in Græcum tranſtulit Ovidii Metamorphoſes, & Heroidas, Macrobii Saturnalia, & Somnium Scipionis. Collegit & libros ſeptem Epigrammatum Græcorum qui extant. Mortuus eſt antequam Conſtantinopolis à Turcis capta eſt. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 83, 84.

B. *Platina*, ſcri ſit 3. libros de rebus urbis Mantuæ, & familiâ Gonzagæ, teſte Geſnero. Sed imprimis innotuit opere de Vitis Pontificum, uſque ad Paulum 2. à quo in carcerem conjectus & totis 4. menſibus detentus fuit, cum Pomponii Læti, aliorumque eruditorum cauſam defendendam ſuſcepiſſet. Opus vero ſuum dedicavit Xyſto 4. à quo præfectus erat Bibliothecæ Vaticanæ. Obiit Romæ A. D. 1481. Volaterrani de eodem judicium hujuſmodi eſt: *Virum fuiſſe gravem, & procul mendacio, eoque admiratione digniorem, quod jam provectâ ætate, ac tyrocinio poſito, quod totum militiæ prius tradiderat, literas didicit.* Eraſmus de eo ſic ſcribit in Ciceroniano ſuo: *In hiſtoria valiturus erat, ſi natus fuiſſet argumentum felicius. In optimo Cive & Panegyrico nonnihil accedit ad Ciceronis imaginem, ſed tanto intervallo ut hoc nomen non promereatur eruditorum calculis: alioqui vir doctus, facundus, &, ni fallor, bonus.* Floridus Sabinus: *Summorum Pontificum vitam eleganter ſcripſit, eoque immortalem gloriam ſibi peperit.* Mirum autem poſt Pontificum vitas de re Culinariâ ſcribere voluiſſe; quod epigrammate quodam feſtivè ridet Sannazarius. Voſſius.

Plato, Philoſophus inſignis, ſectæ Academicæ princeps, Ariſtonis & Parectoniæ fil. ex humerorum *latitudine* ſic dictus, cum antea ex avi nomine *Ariſtocles* vocaretur. Hic adhuc adoleſcens palæſtrâ ſe exercuit; picturæ operam dedit, Tragœdiaſque & poemata quædam conſcripſit. Poſt hæc ad Socratem ſe contulit, ſub quo brevi tantum in philoſophiâ profecit, ut non immerito *divinus Plato*, & *Philoſophorum Homerus* fuerit appellatus. Is quod ad Dialecticam pertinet, primus res ipſas diſtinxit, quo modo plurimas, quas habuere antiqui, dubitationes ſuſtulit. Fuit varius, multiplex, ac tantæ eloquentiæ, ut Jovem (ſi Græcè voluiſſet) Platonicè loquuturum philoſophi dicerent. Peccat autem eo (inquit Voſſius) quòd multùm gaudet metaphoris, iiſque non verecundis, ſed audacibus, & planè poeticis, atque φορτικοῖς: Philoſophiæ ſiquidem magis convenit dictio propria, aut tralationes receptæ, & uſitatæ. Ad poeticam autem dictionem prope accedere Platonem, non Ariſtotelis modo judicium eſt, ſed & Dionyſii Halicarnaſſenſis. Imo in dialogis ſuis poeticè magis loquitur, quam Comœdia facit, ut multos ſenſiſſe, teſtis eſt Cicero in Bruto. Athenis, uti diximus, primum Socrati dedit operam; deinde cum licuit per ætatem, in Italiam profectus eſt, ut Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ librum de ſectâ Pythagoreâ centum minis etiam in rei familiaris difficultate mercatus eſt, ex quibus multa in ſuum Timæum tranſtulit. In Ægyptum deinde properans, oleum ſecum mercaturæ gratiâ vexit, ut viatico ſuppeditaret, ubi libros Moſis legiſſe creditur. Ter in Siciliam navigavit, primum Ætnæ flagrantis viſendæ gratiâ. At Apuleius ait. Reverſus, apud Æginam captus eſt à piratis, ac minis 30 venundatus; deinde à Nicete Cyrenæo redemptus Iterum rediit ſub juniore Dionyſio, ſpe liberandi Siciliam. Sed paulò poſt, expulſo Dione, & ipſe ſuſpectus remigravit. Tertiò cum maximè nollet, rogatus ab Archytâ, ut Dionem tyranno reconciliaret, iter ingreſſus, ab eodem Dionyſio obviam procedente, quadrigis exceptus eſt. Demum in ſuſpicionem veniens, vix rogante, & ſpondente pro eo Archytâ dimiſſus. Anno ætatis 81. placidiſſimo deceſſit obitu, ut Cicero & Seneca tradunt, ut Laertius vero, in naptiis diſcumbens. Pulcrum eſt quod de illo refert Sen. lib. 2. de Ira: Non potuit impetrare a ſe Plato tempus, cum ſervo ſuo iraſceretur; ſed ponere illùm ſtatim tunicâ, & præbere ſcapulas verberibus juſſit, ſuâ manu ipſe percuſſurus. Poſtquam intellexit iraſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum ſuſ, enſem detinebat & ſtabat percuſſuro ſimilis. Interrogatus deinde, ab amico, qui forte intervenerat, quid ageret: *Exigo*, inquit *pœnas ab iracundo.* Velut ſtupens geſtum illum ſeviturî deformem ſapienti viro ſervabat, oblitus jam ſervi; quia alium, quem potius caſtigaret, invenerat. Itaque abſtulit ſibi in ſuos poteſtatem, & ob quoddam peccatum commotior, Tu, inquit S eumque ſervulum iſtum verberibus objurga, nam ego iraſcor. Hæc ille, memoriali tamen errore; nam Xenocratem alloquebatur Plato. Diogenes: Ἐισελθόντ⟨ος⟩ ποτὲ Ξενοκράτους ἐπὶ, μαστιγώσαι τὸ παῖδα, αὐτὸν γὰρ μὴ διώκειν διὰ τὸ ὀργίζ. Sed & in Stobæo legas: Πλάτων ὀργιζόμ⟨ενος⟩ ποτὲ τῷ οἰκέτῃ, ἐπιτάν⟨τος⟩ Ξενοκράτους, λαβὼν, ἔφη, τοῦτον μαστίγωσον, ἐγὼ γὰρ ὀργίζομαι. Denique Plut. De lib. educ & Val. Max. lib. 4. idem de Xenocrate tradunt. Famulos ejus quod ſpectat, ita Sen. de Conſ. *Unum fuiſſe Homero ſervum, tres Platoni.* Imo quatuor, & famulam unam, ex ipſo Platonis (in Laertio) Teſtamento: *Dianam dimitto liberam, ſervos relinquo Tychonem, Bietam, Apolloniadem, & Dionyſium.* Idem Sen. ep. 44. *Platonem non accepit nobilem philoſophia, ſed fecit.* Alii vero contra, & aſſenſu traditum Platonem nobilem utrinque fuiſſe. Apul. de Dogm. Plat. *Ariſto ei fuiſſe pater dictus eſt:* cæterum Perictyone Glauci filia mater fuit. Et de utroque nobilitas ſatis clara. Nam Ariſto pater per Codrum ab ipſo Neptuno originem duxit: ab Solone *ſapientiſſimo maternus derivatus eſt ſanguis.* Hæc ipſa Laertius, atque alii tradiderunt: & puer adeo *aurum nobilitatis inſigne in auriculâ geſtavit*, ſcriptum eidem Apuleio. Quomodo ergo non nobilem accepit? Sed cape & adjuva, non ſic nobilem celebremque. Sen ep. 47. *Neſcis quâ ætate Hecuba* ſervire cœpit, quâ Crœſus, quâ Darii mater, quâ Plato, quâ Diogenes? *quâ Plato*, Quem Dionyſius libertate ejus offenſus, Polidi Lacedæmonio vendendum tradidit, quod fecit, & adductum in Æginam, Anniceri Cyrenaico 20. minis vendidit: qui illico tamen Athenas, ad amicos liberum eum remiſit. Sen. Ep. 58. Plato ipſe ſe ad ſenectutem diligentiâ protulit, erat quidem corpus validum ac forte ſortitus & illi nomen latitudo pectoris fecit. Unde Apuleius: Platoni habitudo corporis cognomentum dedit, namque Ariſtocles prius nominatus. Pergit Sen. Nam hoc ſcis puto, Platoni diligentiæ ſuæ beneficio contigiſſe, quod natali ſuo deceſſit, & annum unum atque octogeſimum implevit ſine ulla deductione. Hæc ille. Convenit autem cum Athenæo qui ad an. 82. perveniſſe prodidit lib. 5. Item Cenſorino, qui ait: Magnos viros non prius vitâ exceſſiſſe quin ad annum illum 81. pervenerint; in quo Plato finem vitæ & legitimum eſſe exiſtimavit, & habuit. Idem Suidas. At Neanthes apud Laert. annos 84. eidem adſcribit. Horatius:

Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.

Plinius eum *ſapientiæ antiſtitem* vocat. *Sublimis apex philoſophorum & columen* dicitur Arnobio adverſus Gentes lib. 1. Quin & Cicero philoſophorum aliquem laudans, *ſemper*, inquit, *excipio Platonem.* Cum parvulus aliquando dormiret, apes, facundiæ omen, in labellis ejus conſederunt. *Philoſophorum quis dubitet Platonem eſſe præcipuum, ſive acumine diſſerendi, ſive eloquendi facultate divinâ quâdam & Homerica? Multum enim ſupra proſam rationem, & quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit: ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur oraculo inſtructus.* Ita de eo Quintilianus lib. 10. cap. 1. Juſtinus Martyr Apol. 2.

probat

probat Platonem, quicquid veri docuerit, ex Mosis, aliorumque Prophetarum doctrinâ hausisse. Idem in Præparet. dicit Platonem à Mose & Prophetis doctrinam de uno Deo accepisse. Clemens Pædag. 2. 1. *Plato*, inquit, *veritatem Philosophorum ita sectatus est, ut Hebraicæ veritatis excitarit scintillam.* Et 3. 1. Ζηλωτὴς Μωυσέως ὁ πάντα ἄρας & Πλάτων. Idem Strom. 1. *Plato ex Hebræis est philosophus.* Ibidem ait ex Mose Platonem plurima sumpsisse, eorumque quæ in legibus Mosaicis dicuntur, fuisse admodum studiosum. Ibidem. *Plato*, inquit, *non negat se præstantissima quæque in Philosophiâ à Barbaris mercatum.* Ibidem, Numenius, Philosophus Pythagoræus, scribit. Τί γὰρ ἐστὶ Πλάτων, ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων.

Plato, alter Athenienſis, poeta priscæ Comœdiæ, tempore Aristophanis, cujus fabulas Suidas & Athenæus commemorant. Vide Voss. P. Gr. p. 30. Tres item alios Diog. Laert. recenset: unum Rhodium Philosophum, discipulum Panætii: alium Peripateticum, de ludo Aristotelis: tertium Praxiphanis discipulum. Alius denique Martyr, qui pro fide Christianâ, imperante Maximiano, passus est, paternamque hæreditatem, dum viveret, pauperibus est largitus.

Plautius, Romanus quidam quum ob uxoris obitum dolore incredibili torqueretur, mortemque appeteret, in rogum se conjecit, quem togatum, calceatumque corpori uxoris junxerunt amici. Val. Max. de amore conjugali. Item Poeta Comicus. Gellius lib. 3. cap. 3.

Plautus, Poeta Comicus, patriâ Sarsinas, *Plotus* ab initio, teste Festo, appellatus à pedum *planitie*, quos *Plotos* Umbri vocant. Vixit Pacuvii, Attiique ætate, nempe extremis aliquot annis belli Punici 2. sive Annibalici, ac proximis 17. Nec enim possum assentire B. Hieronymo in Chronicis, qui sic scribit ad ann. 1. Olymp. 146. *Plautus ex Umbria Sarsinas Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistorem se locaverat. Ibi quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitus, ac vendere.* Is annus erat U. C. 555. quo Coss. erant Serv. Sulpicius Galba Max. & C. Aurelius Cotta. Id ab Hieronymo ex Tranquillo exscriptum ait Scaliger in Animadverss. Sed difficulter credo ita scripsisse Tranquillum. Nam annis post 13. superfuisse ex Cicerone cognoscimus, qui auctor est in Bruto, mortuum an. U. C. 570. P. Claudio Pulchro, & L. Porcio Licinio, h. e. Olymp. 149. Vossius. Idem Cicero *urbano, ingenioso & faceto genere jocandi refertum eum* scripsit. Et Varro ex Ælii Stilonis sententiâ, *Musas*, dixit, *Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui voluissent.* Hinc *Plautinus.* Horat.

At nostri proavi Plautinos & numeros, &
Laudavere sales, &c.

Plecusa, ancillæ nomen. Martial. 2. 66.

Et cecidit sectis icta Plecusa comis.

Pleias, & *Pleiades*, Latinè *Vergiliæ* dicuntur, à verni temporis significatione, quo navigatio incipitur, quemadmodum Græcis ἀπὸ τῦ πλεῖν, h. e. *à navigando* Πλειάδες nominantur, ut quidam volunt. Pleiadum enim ortus vernus navigationis tempus indicavit. Ovid. Fast. 4.

Qre micant Tauri septem radiantia flammis
Sidera, &c.

Poetæ filias faciunt Atlantis ex Pleione Nymphâ, ideoque *Atlantidas* Virgilius dixit, earumque nomina finxerunt, *Electram, Alcinoen, Celæno, Meropen, Steropen, Taygetam Maiam.* Valde autem inter se constipatæ sunt hæ stellæ: Ergo S. Gregorius in Job lib. 29. cap. 27. *Pleiades stellæ* ἀπὸ τῦ πλείους, i. e. pluralitate dictæ sunt. Unde *glomerabile sidus* Manilius vocat. Propertius:

Pleiadum denso cur coit igne chorus.

Ubi alii *spisso*. Seneca in Medeâ:

Et densi latitant Pleiadum greges.

Hæ tempestatem concitare solent. Horat. lib. 4. Od. 14.

Indomitas prope qualis undas
Exercet Auster, Pleiadum choro
Scindente nubes.

Propert. 2. 16.

Non hæc Pleiades faciunt nec aquosus Orion.

Stat. 9. Theb.

——— *Cum Pleiadas haurit* (tempestas)
Aut nigrum trepidis impingit Orsona nautis.

Lucanus lib. 9.

Ibit & imbriferâ siccas cum Pleiade Thebas.

Claudianus:

———*Madidaque cadente Pleiade:*

Stat. Theb. 4.

——— *Neque enim violentior exit*
Amnis humo, quum Taurum aut Pleiadas hausit aquosas.

Idem primum syllabam corripuit Sylv. 1. 3.

Hæc per & Ægæas hyemes, Pleiadumque nivosum
Sydus, & Olenios dignum petiisse sub astris.

Val. Flac. lib. 5.

——— *Densæque sequuntur*
Pleiades, & madidis rorantes crinibus ignes.

Geminius, Elem. Astron. cap. 14. Αἱ πλειάδες δωδεκάτῳ ἔχουσί τινα τετάρτῳ δώδεκάτου, ὥστε, ὑγρασίαν τινὰ περὶ τὴν ἀρξὰ ἀποτεννᾶν, ἢ πάλιν ἐπιτέλλουσαι σήριος ἀρχῷ διασημαίνουσιν, ὅθεν καὶ Ἡσίοδός φησι.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δ' ἐπιδύσομένάων.

Οὐ δὲ τὴν ἄρσι δώδεκάτου, παντελῶς γὰρ ἔστιν ἀπόπληκτον. Ex Hesiodo autem Virgil. Geor. 1. ubi de semente tarda ac tritici:

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Ex eodem quoque forsan Philo lib. de Opif. Mundi. Περὶ δὲ τῶν εἰρημένων καὶ ὁ μὲν Πλειάδων χόρ&. Δωδεκάδων δὲ αὖ λαχὼς ἀνατέμνον δεῖς ἀστέρα. Pherecydes has traditit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo inf. Liberi patris nutrices, ab Jove inter sidera relatas, ne vim ab Orione paterentur. Reliqui Atlantis filias faciunt. Ovidius ubi supra:

Pleiades incipiunt humeros relevare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.
Seu quod in amplexus sex hinc venere Deorum:
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt;
Neptuno Alcyonen, &, te formosa, Celæno
Maian, & Electram Taygetamque Jovi.
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet, & facti sola pudore latet.

Hyginus lib. 2. Poet. Astronom. *Hæ numero septem dicuntur, sed nemo amplius quàm sex videre potest: cujus causa proditur hæc; quòd de septem, sex cum immortalibus concubuerunt, tres cum Jove, duæ cum Neptuno, una cum Marte, reliquâ autem Sisyphi uxor demonstratur.* Vide Nat. Com. lib. 4. cap. 7.

Pleione, Nympha, Oceani & Tethyos fil. uxor Atlantis, ex quâ *Pleiadas* suscepit. Ovid. Fast. 5.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.
Hinc sata Pleione, cum cælifero Atlante
Jungitur, ut fama est, Pleiadasque parit.

Hesychius: Πληϊάδες, Πλειάδες ἔστι δὲ ἑπτὰ ἀστέρα, πλησίον τῦ ταύρε, ὀνομαζόμενα ἀπὸ τ μητρὸς αὐτῶν Πληϊόνης.

Plesimachus, scripsit νόστος, h. e. reditum Græcorum in patriam. Plut. de Flum.

Plestorum, Thracum Deus, sed incertum utrum naturalis, an animalis. Huic Persa Oeobazus sacrificatus. Herod. lib. 9. Οἰόβαζον ἐμφέροντα ἐς τ Θρηϊκίων Θρῆϊκας Ἀψινθίοι λαβόντες ἔδυσε Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ δηῷ ὕπῳ τῷ σφετέρῳ.

Plinius Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cujus negotia administrabat: noctibus vero & succisivis (ut ipse inquit) temporibus, opus de rerum naturâ conscripsit, unus omnium parcissimus temporis. Periit in montis Vesuvii incendio, dum ejus causam indagare vellet. Vide omnino Plin. Juniorem lib. 3. ep. 5. & lib. 6. ep. 16. in quibus omnis vitæ ejus ratio exponitur. Videndus quoque Vossius de Hist. Latinis. lib. 1. cap. 29. Fuit alter *Plinius* Novocomensis, ex prioris sorore natus, & ab avunculo in nomen & cætera jura adoptatus; eloquentiâ, virtute, & sanctitate vitæ ac morum, aut maximus ipse, aut inter maximos sui seculi viros fuit. Floruit sub Trajano cujus & Panegyricum scripsit. Habemus ejus Epistolarum libros, veritimum Atticæ eloquentiæ exemplum, ex quibus vita ejus & mores disci possunt. Mart. 10. 19. de *Plinio*:

Totos dat tetricæ dies Minervæ,
Dum centum studet auribus virorum,
Hoc quod secula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.

Malè autem hos confundit Hieronymus Chron. Eusebiano Num. 2125. & ex duobus Pliniis unum nobis, quantum in se fuit, concinnavit. Id quod dignum animadversione suâ existimavit Scaliger, quem ibi, si lubet, vide.

Plisthenes, Pelopis ex Hippodamiâ fil. qui cum juvenis moreretur, Agamemnonem & Menelaum filios suos parvulos Atreo fratri commendavit, qui eos suscepit, filiorumque loco educavit, & ob id Atrei filii habiti *Atridæ* vocabantur.

Plistonicus, vel *Plistonices*, author, de quo Athenæus. Item Apionis cujusdam cognomen, qui non multo tempore Plinio superior fuit, ut ipse ultimo volumine testatur.

Plotina, Trajani Cæsaris conjux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt, virtutibus ornata. Hæc tonso capillo virum mentita conjugem in exilium comitata est.

Plotinus,

Plotinus, Philosophus Platonicus, Ægyptius natione, è civitate Lyco, discipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, Gallieni, Taciti & Probi temporibus. Fuit corpore gracili, tenui valetudine, morboque sacro obnoxius. Suidas. Scripsit de rebus Philosophicis libros 54. in Enneadas sex distributos, quos Latinè interpretatus est Marsilius Ficinus. Luculentum ejus encomium apud Firmicum legere est lib. 1. Matheseos, cap. 3.

Plotius Gallus, patria Lugdunensis dicendi præceptor, Romæ profitebatur, à quo se Cicero lib. de Oratore unà cum Quinto fratre Latinas literas edoctum fuisse testatur; à Tranquillo autem inter Rhetores ponitur.

Plotius Crispinus, quem aretalogum fuisse cognominatum, quod garrula scripserit carmina, Porphyrius est author. Hic Stoicam sectam professus, atque idem poeta fuit; sed cujus versus numero forent multi, levis vero ponderis. Cùm in aliis locis ejus mem. Horatius. tum Sat. 1. lib. 1.

——— *Ne me Crispini scrinia lippi*
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

L. *Plotius*, poeta, qui teste Tullio, carus fuit C. Mario, quia gesta sua ab eo celebrari posse arbitraretur.

Plotius Tucca, ut eum vocat Cornutus, vetus Persii interpres, qui de Tucetis loquens Gall. Cisalpinæ, prius ait dictum *Tucetam*, postea vero appellatum esse *Tuccam*. Horat.

Plotius & Varius Sinuessæ Virgiliusque
Occurrunt, animæ quales neque candidiores
Terra tulit, neque quæis me sit devinctior alter.

Plutarchus Chæronensis, philosophus, floruit sub Trajano & Adriano Impp. Nam Trajano libros Apophthegmatum dedicavit vir eruditissimus, à quo etiam in Illyricum missus est consulari potestate, jussumque omnibus Illyricis magistratibus, ut absque eo nihil agerent. Elogia ejus apud veteres permulta habemus. Quale quod Tauro apud Agellium dicatur *vir doctissimus*, ac *prudentissimus*; & ipsi Agellio, *homo in disciplinis gravi authoritate*. Himerio Sophistæ Bithyno, in laudatione filii Rufini, Θειότατος· Eunapio præfatione operis de vitis Sophistarum, Δεινότατος, item ἡ φιλοσοφίας ἀπόλαυσις Ἀφεσὶν τὴ καὶ λύρᾳ. Fertur quoque Theodorus Gaza rogatus, si necesse foret libros in mare dare præcipites, quem postremo esset demersurus, respondisse, Plutarchum. Plura de eo apud Rualdum & Vossium videnda. De moribus suis ita scripsit ipse lib. de superstitione: Ἐγωγ' ἂν ἑλοίμαι μᾶλλον ἀνθρώπους λέγειν περὶ ἐμοῦ, μήτε γεγονέναι, τὸ παράπαν, μηδὲ εἶναι Πλούταρχον, ἢ λέγειν ὅτι Πλούταρχός ἐστιν ἄνθρωπος ἀβέλτερος, ὑμπότης, ὠμὸς πρὸς ὀργὴν, ὅλως τοῖς τυχοῦσι πρωφητικός, μικρόλυπος. De variis Plutarchis vide Jonsium de Script. Hist. Philos. lib. 3. cap. 6.

Pluto, Saturni fil. ex Ope conjuge, frater Jovis & Neptuni, qui cum ad regni divisionem venissent, Plutoni, qui natu minimus erat, & *Agesilaus* vocabatur, pars occidentis obtigit, secus inferum mare: Jovi plaga Orientalis; Neptuno insulæ. Hinc datus est locus fabulæ, Jovi imperium cœli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigisse. Ἀπὸ τοῦ πλούτου nomen arcessit. Quare *Dis* quoque vocatur. Docet id Cic. de Nat. D. his verbis: *Terrena res omnis atque natura Diti patri est dedicata, qui Dives, ut apud Græcos* Πλούτων, *quòd recidant omnia in terras, & oriantur è terris.* Potius autem *Pluto* à verbo פלט *palat*, h. e. *eripuit*, *prædatus est*, *custodivit*. Nam in terrâ tuto latent, & reconduntur omnia. Cur Proserpinam rapuisse dicitur, vide in *Proserpina*. Dicitur *Pluto* divitiarum dominus, quia in terrâ, opes, & metalla latent, unde effodiuntur. Vocabatur & *Orcus* ab הרכוש *harcus*, sive ארכוש, i. e. *facultates*, *opes*, *divitiæ*, Inde *Richesses* Gallis. Dux item *Erebi*, i. e. ערב *hereb* sc. *vespera*, quòd sub terrâ omnia tenebrosa, & sine luce sint. Hic etiam aliquando *Jupiter* dictus est, sed cum additione, Sive *Niger*, uti apud Stat. Theb. 2.

——*Nigrique Jovis vacua atria ditat Mortibus.*

Itemque apud Silium, lib. 8.

Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant
Atque atri sociæ thalami, nova sacra parabam.

Sive Tartareus, uti apud Val. Flac. lib. 1.

Tartareo tum sacra Jovi, Stygiisque terebat
Manibus Alcimede.———

Sive *Stygius*, ut apud Arnobium, lib. 3. Atque ita tollitur & removetur Stygii frater Jovis. Sane apud Lucianum in Νεκρικοῖς sic Plutonem alloquitur cum Proserpinâ sibi suâ Protesilaus: Ὦ Δέσποτα, καὶ βασιλεῦ, καὶ ἡμέτερε Ζεῦ, καὶ σὺ Δήμητερ σύγατερ, μὴ ὑφορᾶσθε δέπειν ἐφωπλώ.

Plutus, à Græcis fingitur divitiarum Deus, quem in adventu claudum esse volunt, recessu alatum: hoc nimirum innuentes, quòd serius quidem opes contrahantur, partæ autem nisi frugaliter dispenses, velocissimè dilabuntur. Eundem & cæcum faciunt, & judicii expertem, propterea quòd indignissimum quemque opibus affluere videamus, probos autem in re tenuissimâ versari. Hujus domicilium constituit Possidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eò quod regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat.

Podagra, Diana sic dicta. Clem. in Protrept. Ἔστι δὲ καὶ Ποδάγρας ἄλλως Ἀρτέμιδος ἐν τῇ Λακωνικῇ ἱερὸν.

Podalirius, Æsculapii fil. ob insignem medicinæ peritiam è Cretâ inf. unà cum fratre Machaone ad bellum Trojanum evocatus. Item Italus quidam. Virg. Æn. 12.

——— *Podalirius Alsum*
Pastorem, primaque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo super imminet.

Podarge, una Harpyiarum, *à pedum velocitate* nomen habens, ex quâ Zephyrus ventus Xanthum & Balium, Achillis equos progenuit. Hom. Iliad. 16.

Pluvius, Jupiter dictus est quòd Athenis esset simulachrum à Jove pluviam precantis. Tibullus:

Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.

De Ægypto loquitur, quæ, teste Claudiano,

Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Jovis, in solo tanta est fiducia Nilo.

Pœna, & *Beneficium*, pro Diis habitos apud quosdam Æthiopiæ populos legimus: Sunt qui non ab Æthiopibus, sed ab Assyriis & Persis hos cultos fuisse asserunt; illam quod malorum, hunc quod bonorum largitorem esse opinantur. Alex. ab Alex. lib. 18. cap. 11. De Pœnâ Papinius, Theb. 8.

Stant Furiæ circum variæque ex ordine Mortes.
Sævaque multisonas exercet Pœna catenas.

Ubi Schol. *Dea punitionum, cruciatuum.* Hanc Furorum sive Furiarum parentem facere videtur Val. Flaccus, lib. 1.

Ultriceſque Deæ Fasque & grandæva Furorum
Pœna———

A Furiis distinguit ipse Statius, lib. 12.

———*Thebarum exercita Pœnis*
Agmina & anguicomæ ducent vexilla sorores.

Lucianus Necyomantia: Κατ' ὀλίγον δὲ φεσιόντες παρεγλύμεθα φεῦς τὸ τῆ Μίνω δικαστήριον· ἐπύχανε δ' ὁ μὲ ὅτι ὀρόνε πνὲς ὑψηλῆ καθήμενον, παρεστήκεισ δ' αὐτῷ Ποίναι καὶ Ἀλάστορες καὶ Ἐρεννύες. Anianus dicitur 2. 20. Εἶτα Ὀρέστου ὑπὸ Ἐρεννύων ἐλαυνόμενον φῶμαι ἐν ἄλσ ὕπνον ἐξεγείρεσθαι τότον δ' ὑ χαλεπότεραι αἱ Ἐρεννύες καὶ Ποιναὶ ἐξήγειρον, &c.

Poggius Florentinus, Pontificiis scriniis sub Eugenio & Nicolao præfectus fuit, teste Jovio. Hic Invectivâ 2. in Vallam gloriatur, quod 50. ferè annis ita sit versatus in Curia, ut absque alterius offensione charus octo Pontificibus continuo in honore & dignitate fuit, quadraginta fermè Secretarius. Græcè didicit ab Emanuele Chrysolora. Historiam scripsit Florentinam, in qua nimis patriæ favit. Unde Sannazarius:

Dum patriam laudat, damnat dum Poggius hostem,
Nec malus est civis, nec bonus historicus.

Erasmi de eo judicium est ejusmodi in Ciceroniano: *Naturæ satis erat, artis & eruditionis non ita multum, interim impuro sermonis fluxu, si Laurentio Vallæ credimus.* Et adversus fœdissimos ejus mores Sat. 7. lib. 5. Hecatotichorum Franc. Philelphi. Interim ejus laus est, quod Volaterrano teste Quintilianum & Asconium invenerit in Concilio Constantiensi. Ac alium quidem in salsamentarii tabernâ reperit, ut est apud Jovium in elogiis. Invenit etiam Argonauticorum Val. Flacci librum 1. 2. 3. & partem quarti. Silium quoque Italicum ei debemus, uti Scriverio observatum ex versibus illis Ugolini Verini lib. 2. de Vir. Illustribus Urb. Florentinæ:

Quin etiam sollers Germanis eruit antris
In Latium altiloqui divina volumina Sili
Integer Orator nobis, Fabiusque relatus, &c.

Ubi benè *Integer Orator*, nam Ciceronis libros de Finibus & de Legibus à se in Germaniâ descriptos, in Italiam primus attulit, teste Jovio, apud quem plura de Poggio, ut & apud Bergomatem in Chr. Suppl. ad an. 1416.

Polemarchus, apud Athenienses dictus est qui belli præfectus erat, & aderat regibus, ut Pausanias indicat, cum scribit Erechtheum regem Ione Xuthi filio in bello Eleusinio Polemarcho usum esse. Munus ejus tempore pacis fuit jus inter cives & peregrinos dicere. Jul. Pollux.

Polemon, Philosophus Athenienses, Philostrati fil. qui cum in juventute petulans esset, & aliquando ebrius & coronatus, Xenocratis scholam ingressus fuisset, ejus oratione quæ tunc de pudicitiâ erat, adeo mores immutavit, tantumque in philosophiâ profecit, ut Xenocrati in Scholâ succederet. Diogenes eum multa scripsisse testatur; Suidas vero nihil scriptum reliquisse asserit. Horat.

——— *Faciesne quod olim*
Mutatus Polemo.———

Polemon, cognomento *Helladicus*, genere Ilienſis, hiſtoricus nobiliſſimus, æqualis Ariſtophanis Grammatici, Panætii diſcipulus. Scripſit de origine civitatum, Phocidis, Ponti, Laconiæ geographiam, & de curſu Solis libros tres. Suidas. Alius è Laodiceâ Cariæ, qui Smyrnæ vixit, æqualis Herodis Attici ſub Adriano Imp. ad quem legatus quandoque Smyrnæorum miſſus, ab eo honorificè exceptus eſt. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 119. & 404.

Polias, Minerva dicta eſt, quaſi urbana, quòd ea delectaretur urbibus, ad differentiam ejus quæ extra muros ædes ſacras habebat. Lucianus in Lapithis: Ὄμοσα καὶ ἐγὼ Πολιάδος μὴ εἰληφέναι, i. e. *Juravi per Poliaden me non cepiſſe.*

Polites, Priami fil. ex Hecubâ, quem Pyrrhus captâ urbe in conſpectu patris interfecit. Virg. Æn. 2.

Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites
Unus natorum Priami, per tela, per hoſtes
Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat:
Saucius illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur: jam jamq; manu tenet, & premit haſtâ,
Ut tandem ante oculos evaſit, & ora parentum,
Concidit, ac vitam multo cum ſanguine fudit.

Ubi quod ait elapſus, alluſum fortaſſe ad Homerum Iliad. 2. qui huic Politæ dat ποδώκειαν ſive pedum pernicitatem. Inde itaque fugientem illum poeta inducit, ut qui pedibus valeret. Scribit Euſtathius hunc fuiſſe maximum natu liberorum Priami. Ejus imaginem in Bœoticis habet Pauſanias.

Ang. *Politianus*, qui & Ang. *Baſſus*, in Monte Politiano, Hetruriæ op. natus eſt an. 1454. Fuit Sacerdos, & Canonicus Florentinus, illuſtris Viri Laurentii Medicis alumnus, & Joan. Pici Mirandulani ſtudiorum ſocius individuus. Obiit an. 1509. Ætatis ſuæ 43. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 628.

Polla Argentaria, Lucani uxor, mulier doctiſſima, quæ juvit maritum in emendandis tribus primis libris Pharſaliæ. Stat. 1. Sylv.

Huc caſtæ titulum decuſque Pollæ
Jucunda dabis allocutione.

Pollio. Vide *Aſinius.*

Pollio Valerius Alex. Philoſophus ſub Adriano, ſcripſit collectanea verborum Atticorum ordine Alphabetico, & alia quædam Philoſophica. Item

Pollio quidam Grammaticus, qui de Erratis in literis ſcripſit. Suidas.

Vedius *Pollio.* Sen. de Clem. *Quis non Vedium Pollionem pejus oderat quam ſervi ſui, quod muræenas ſanguine humano ſaginabat: & eos qui ſe aliquid offenderant in vivarium, quid aliud quam ſerpentibus, objici jubebat! O hominem mille mortibus dignum! Sive devorandos ſervos objiciebat muræenis, quas eſurus erat, ſive in hoc tantùm illas alebat, ut ſic aleret.* Idem lib. 3. de Irâ: *Fregerat unus ex ſervis ejus* (Pollionis hujus) *cryſtallinum. Rapi eum Vedius juſſit, nec vulgari quidem periturum morte: muræenis objici jubebatur, quas ingens piſcina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuriæ causâ facere? Sævitia fuit. Evaſit è manibus puer & confugit ad Cæſaris* (ibidem cœnantis) *pedes, nihil aliud petiturus, quam, ut aliter periret nec eſca fieret. Motus eſt novitate crudelitatis Cæſar, & illum quidem mitti, cryſtallina autem omnia coram ſe frangi juſſit, complerique piſcinam.* Plin. 9. 23. *Invenit in hoc animali documenta ſævitiæ Vedius Pollio, eques Rom. ex amicis D. Auguſti, vivariis earum immergens damnata mancipia: non tanquam ad hoc feris terrarum non ſufficientibus, ſed quia in alio genere totum hominem pariter diſtrahi ſpectare non poterat.* Narrat idem Dio 54. & mortuum hunc Vedium A. U. 739. Hæredem ex plurima parte reliquit Auguſtum, cui & piſcinas. Ex Sen. apud Plin. 9. 53. In Cæſaris piſcinis à Pollione Vedio conjectum piſcem, ſexageſimum poſt annum ſpiraſſe ſcribit Annæus Seneca.

Pollux, Jovis & Ledæ fil. frater Caſtoris, qui cum immortalis eſſet (utpote eodem ovo cum Helenâ prognatus) à Jove fertur petiiſſe, ut ſibi cum fratre jam vitâ functo immortalitatem ſuam partiri liceret: quâ re impetratâ, alternis vicibus mori dicuntur, & reviviſcere. Cui fabulæ occaſionem dedit *Geminorum* ſigni natura, quorum altero oriente, alter occidit. Virgilius:

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit,
Itque reditque viam toties.

Ubi *alternâ morte* ſumpſit vel à Pindaro, Od. 10. Nem.

Μεταμειβόμενον δ' ἐναλλὰξ ἀμέραν τὰν μὲν ὑπὸ παγαὶ φίλαι Διὶ νέμονθ', τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας.

Vel ab Hom. Odyſſ. 11.

Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσι. ——— ———

Siljus Italicus, lib. 13.

Victuram hinc cernit Ledæi Caſtoris umbram,
Alternam lucem peragebat in æthere Pollux.

Græcè Πολυδεύκης dicitur, quoniam vivus fuit ἐυεργετικώτατος; & poſt mortem in Deorum numerum receptus unà cum fratre nautas ſervet & ſoſpitet. Δεῦκος γὰρ τὸ γλυκύ, inquit Etymologus.

Jul. Pollux, Naucratita, Grammaticus ſub Commodo Imperatore præcipiebat Athenis. Deceſſit annos natus 58. Scripſit ad Commodum Onomaſticon libr. 10. ſcripſit & alia quædam quæ non extant. Vide Voſſium. Hiſt. Gr. pag. 483.

Polus, hiſtrio in Græciâ illuſtris, qui geſtis, & vocis claritudine, & venuſtate cæteris anteibat. Egit Tragœdias Poetarum: Athenis etiam Electram Sophoclis poetæ urnam cum Oreſtis oſſibus geſtantem; quem actum ſcitè adeo ac doctè abſolvit, ut imagines rerum verbis exprimens, ſpectatores ad fletum & lachrymas compulerit. *Poli* cujuſdam ſententiam refert Ariſtot. Met. 1. 2. his verbis: Ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία, τέχνην ἐποίησεν· (ὅς φησι Πῶλος) ὀρθῶς λέγων· ἡ δ' ἀπειρία τύχην.

Polus, Agrigentinus Sophiſta, Gorgiæ auditor, primus in oratione inveniſſe dicitur paria & antitheta, & ſimiliter deſinentia, quod minimè verum, ſed jam inventis ſæpe uſum fuiſſe conſtat. Hæc Philoſtratus. Suidas ſcribit eum genealogiam eorum, qui ad Trojam profecti ſunt ſcripſiſſe, ſimul & navium catalogum.

Polyænus, Divis Fratribus, h. e. M. Aurelio Vero, & L. Aurel. Commodo Impp. dedicavit octo libros, quibus nongenta, (ut ipſe in præfatione ait) præſtantium Ducum ſtrategemata complexus eſt. Scriptor eſt elegans & argutus, quem magno ære à ſe emptum primus edidit If. Calaubonus. Præterea ſcripſit de Thebis: item Tactica ſive de inſtruendâ acie lib. 3. atque item alia, teſte Suidâ, qui Macedonem vocat.

Polyænus Athenienſis hiſtorica quædam reliquiſſe videtur. Euſeb. lib. 1. Chron. Quis vero iſte Polyænus fuerit etiam Scaliger conſtare ſibi negat, notis in eum locum.

Polyænus Sardianus, temporibus Cæſaris Dictatoris & Antonii Triumviri; ſcripſit orationes judiciales, triumphi Parthici M. Antonii libros tres. Alius inſignis Mathematicus fuit, qui Epicurum poſtea ſecutus eſt, totamque Geometriam falſam credidit. Cic. lib. 4. Acad. Qu.

Polyanthus, Cyrenæus, librum reliquit de ortu Aſclepiadarum. Sext. Emp. lib. 1. Adv. Mathem, cap. 12. Eo opere à Polyantho proditum refert, Æſculapium iccirco de cœlo tactum eſſe, quod ſanaſſet filias Proeti. Addit inde alteram à Panyaſe rationem adferri, propterea quod ſuſcitavit cadaver Tyndari. Cæterum ex S. Emperico corrigendus eſt Euripidis Schol. in initium Alceſtidis, ubi vulgò legitur: Πολύαρχος ὁ Κυζικηνὸς, διὰ τὸ τὰς Κρόσου θυγατέρας αὐτὸν Ἀσκήπιον ἰάσασθαι, κεραυνωθῆναι φησίν. Niſi forſan ex Schol. Sextum quis malit corrigere. Pro Κρόσου vero legendum Πρόιτου debere ita manifeſtum ut probatione non indigeat.

Polybœa, Dea. Heſychius: Πολύβοια, θεός τις, ὑπ' ἐνίων Ἄρτεμις, ὑπὸ δ' ἄλλων Κόρη, nempe à βόω, ſive βόσκω, *paſco*, ut idem ſit ac Homeri Πολυβότειρα, aut Παμβώτις γῆ, quod apud Sophoclem in Philoctete. Ac fortaſſe ſimiliter Heracleenſes matrem ejus Cererem dixere Παμβότωνον, licet apud Heſychium nunc legatur: Πάμπωνον, ἡ Δημήτηρ Ἡρακλεία.

Polybius, rex Corinthiorum, qui cum liberis careret, Oedipum Laii patris juſſu in ſylvâ expoſitum, & à paſtore inventum pro ſuo educavit. Lege *Polybus.*

Polybus, è Megalopoli civitate Arcadiæ, præceptor Scipionis Africani; Scripſit Romanam hiſtoriam libris quadraginta. Incipit à fugâ Cleomenis Spartiatæ, & Perſei Philippi Macedonum regis, poſthac Romam attingit. Sed pars pleraque aut tota periit, aut mutilata ad nos pervenit cum fraude generis humani. Recta & ſalutaria ubique ejus monita: & quem ego (Lipſii verba ſunt) hoc magis Principibus commendatum velim, quòd anxiâ in eum inquiſitione non opus, ſed ſenſus ſuos aperit & revelat ipſe. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 19. Item vates Corinthius, qui filio Trojam proficiſcenti, & multis aliis mortem prædixit. Cicero.

Polybus, Sicyoniorum rex, an. ante U. C. 550. Item Auctor antiquus qui ſcripſit de ſemine humano. Et unus ex procis Penelopes. Ovid. Epiſt. 1.

Quid tibi Piſandrum, Polybumque Medontaque Dirum, &c.

Polycharmus Lyciaca literis commiſit, ut cognoſcere eſt ex Athen. lib. 8. & Steph. in Σῦρος & Φελλός.

Polycarpus,

Polycarpus, Smyrnensis Episc. A. D. 91. Hic pro Christianâ fide palam, & spectante populo in amphitheatro combustus est, teste Volaterrano. Vide Euseb. Eccl. Hist. lib. 4. cap. 5.

Polycletus, statuarius eximius, diligentiâ ac decore supra cæteros facilè vincens, uti loquitur Quintilianus. Nam ex ære signa fecit scriptorum præconio nobilitata. Cum primis fecit astragalizontes, h. e. talis ludentes, quo opere nullum absolutius judicant. Fuit Sidonius, ac discipulus Ageladis. Duas eodem argumento statuas fecit: alteram arte suâ, alteram vero de vulgi opinione, quam de sententiâ cujusvis præteuntis cælaverat. Quibus perfectis turbam admittit, ac primùm sua ostensa magnopere laudatur: altera deinde non æque. *Atqui, scitote*, inquit, *quod hanc quam tantopere laudatis, ego feci: quam vero vituperatis, vos feciſtis.* Ælian. de Var. hist. Juven.

Hic aliquid præclarum Euphranoris aut Polycleti.

Hinc *Polycleteus* adj. Stat. Sylv. 2. 2.

——*Quod ab arte Myronis,*
Aut Polycleteo jussum est quod vivere cœlo.

Idem. 4. Sylv. 6.

Quod Polycleteis visum est spirare caminis.

Polyclitus, Lariſſæus historicus, cujus meminerunt Athenæus, Jul. Pollux, Ælianus, &c.

Polycrates, Sami Tyrannus, opibus & felicitate apud historicos inclytus, qui, quoad vixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quam partus. Nam aliquando, ut aliquid infortunii habuisse videretur, annulum projecit in mare, quem tamen coquus ejus redinvenit in pisce. Sed mors infamis & ærumnosa docuit neminem ante obitum merito dici posse felicem. Ad postremum enim à Persarum Satrapâ Oronte dolo captus & crucifixus. Strabo, lib. 14. Herod. lib. 3. Item Ephesiorum præsul temp. Severi Imp. Hieronymus.

Polycrita, nobilis mulier è Naxo insulâ, quæ insperato gaudio pene exanimata ultimum spiritum emisit. Plut. de claris mulieribus, & Arist. apud Gellium.

Polycritus, Mendæus, nomen sibi peperit historiâ Dionysii Tyranni. Laertius. Idem videtur esse, quem res Siculas carmine Heroico panxisse narrat Arist. lib. de Mirab. At fortasse alius est, cujus mem. Plut. in Alexandro.

Polydamas, nobilis Trojanus, Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filius, qui quamvis Lycasten Priami filiam ex concubinâ susceptam, uxorem duxisset, cum Antenore tamen patre suo urbem Trojanam dicitur Græcis prodidisse. Item Panthei fil. Hom. Il. 12. Persius Sat. 1.

Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonem
Prætulerint. ——

Ubi ingeniosissimè poeta duos versus Iliad. χ. (errant qui alterum horum aliunde petant) hoc unico expressit,

Πυλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείλιος ἀναδήσει.

Et statim:

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

Sic M. Tullius utrumque Homeri versum usurpat ep. 5. ad Atticum, lib. 2. & 1. lib. 7. *Aliter sensêro?* Αἰδέομαι *non Pompeium modo* sed Τρῶας καὶ Τρῳάδας. Πυλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείλιος ἀναδήσει. *Quis? Tu ipse scilicet, laudator & scriptorum & factorum meorum.* Vide & ep. 16. libri 8. *Polydamas* & Ciceroni & Persio est alterius Catonis, aut ipsius virtutis nomen. Ineptè nimis quod argutatur de eâ voce antiquus Scholiastes. Is Latinâ voce exprimit *multinuba*, quia sc. ἀνήρ, est *conjux*, & multitudinem uxorum putat Neroni exprobrari. Quid putidius hoc commento? etsi non defuerunt qui probarent; Præterea falsissimum est Polydamantem describi à Poetâ garrulum & ineptum. At quot locis ejus virtutem prædicat? velut Iliad. μ.

Οἱ μὲν ἀμ' Ἕκτορ' ἴσαν καὶ ἀμύμονι Πουλυδάμαντι.

Componit eum cum Hectore, & quidem honestissimo elogio adjecto, cum Hectoris nudum nomen posuisset: ut quem loco depresserat posterius nominans, virtutis testimonio attolleret. Postea vocat ἀμώμητον, & consilium illius laudat.

Βουλῇ Πουλυδάμαντος ἀμωμήτοιο πιθοντο.

Alibi πανυμβόον *prudentem*. Iliad. Σ.

Τοῖσι δὲ Πουλυδάμας πανυμβόος ἦρχ' ἀγορεύειν.

Polydamas, Pancratiastes, æmulatus Herculem, leonem inermis superavit, taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retro tenebat, currum agitatum sese opponendo alterâ manu comprehensum ex cursu retrahebat, in equosque insiliebat, dejecto aurigâ. Accersitus à Dario, Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremò post cœnam in cavernâ, cum saxum in vertice ruinam minaretur, diffugientibus convivis, confisus ipse viribus suis, ac manibus posse illud sustinere putans, oppressus est. Pausan.

Polydectes, Magnetis fil. Rex Seriphi insulæ. Hic Perseum Jovis & Danaes filium educavit, cujus tandem ingenium veritus, audaciamque & felicitatem, sub prætextu æternæ gloriæ illum ad superandam Gorgonem Medusam impulit: quâ devictâ redeunte Perseo cum semper detraheret conversus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ. Ovid. Met. 5.

Polydorus, Priami fil. ex Hecubâ, quem pater initio belli Trojani incertum communis Martis exitum metuens, cum magno auri pondere educandum tradidit Polymnestori Thraciæ regi, antiquo hospiti, amico, & genero suo. Sed ille, deletâ Trojâ, cæterisque Priami fere omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorum in littore spatiantem telis aggreditur, & frustra fidem Deorum hominumque implorantem occidit, cæsoque tumulum injecit, cui postea myrtus increvit, sanguineis guttis distillans. Quod cum mater Hecuba intellexisset, simulavit se ingens adhuc auri pondus velle illi secretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod avarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus illius unguibus occæcatus est. Extat tamen & alia de Polydoro opinio, nempe Græcos per Thraciam venientes, hunc cepisse; Priamum autem redimentem filium, Græcis pro eo dedisse urbem, quæ postea ab eventu *Antandros* dicta est: quâ acceptâ illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruisse. Servius in Æn. 3. Hinc *Polydoreus* Ovid. Met. 13.

Et Polydoreo manantem sanguine terram.

Item *Polydorus* alius, Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia: quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Trojano interemit.

Polygius, Mercurius dictus est, cui Herculem clavam consecrasse, eamque paulo post iterum pullulasse, quòd esset ex oleastro, refert Pausanias.

Polygnotus, patriâ Thasius, floruit Olymp. 90. pictor antiquissimus. Quintil. lib. 12. & Plin. lib. 35. cap. 9. Videndi quoque sunt Pausanias & Ælianus.

Polyhistor, Apion sic dictus. Gell. 5. 14. Item *Polyhistor* historicus à Plinio reponitur inter eos è quibus contexuit librum octavum. Poterat idem videri ac Alexander Polyhistor; sed apertè ab eo Plinius ipse distinguit.

Polyhymnia, Musarum una. Aliqui *Polymneiam* vocant, à *magnitudine memoriæ* scilicet. Horatius, Od. 1. lib. 1.

——*Si neque tibias*
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Ovid. 5. Fastorum:

Dissensere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit.

Polyidus, medicus, qui Glaucum Minois filium mortuum ad vitam revocavit porrectâ herbâ, cujus usum didicerat à Dracone, quem viderat draconi cuidam mortuo herbam illam porrexisse, eumque illius herbæ operâ ad vitam revocasse. Palæphatus. Apollod. lib. 3. Fuit quoque *Polyidus*, qui de arte machinali scripsit, teste Vitruvio Pollione præfat. lib. 7. Apud Censorinum quoque fragmenti, cap. 9. quidam *Polyidus* inter Musicos memoratur; Ubi preperam *Pondos* legit Carrio.

Polymestor, Milesius puer, cum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est, & ob id statim productus à gregis domino Olympiade 46. victor in stadio meruit coronari.

Polymnestor, Thracum tyrannus. Vide *Polydorus*, & Euripidem in Hecubâ. Ovid. Met. 13.

——*Capit impius ensem*
Rex Thracum, juguloque sui demisit alumni.

Propert. lib. 3.

Et scelus accepto Thracis Polymnestoris auro.

Polymnestus, Mileti fil. poeta Colophonius, carmen Orthium, vel, ut alii vocent Orthrium, conscripsit: item quod ab eo *Polymnestium* dictum est. Sminthia quoque in Rhodo cecinit, ut ex eo Athenæo videre est. Ob fœditatem reprehensus ab Aristophane in Equitibus: imo & Cratino memoratus, ut Suidas docet; adhæc Alcmani & Pindaro. Atque ex his antiquitatem ejus cognoscimus. Celebrant quoque eum Plutarchus & Pausanias. Nomen non inscitum, significat enim *multos ambitus*, ut Homero πολυμνήστη, ea, cujus multi sint, aut fuerint, μνηστῆρες, h. e. *proci*. Vossius.

Polynices, fil. Oedipi, Thebanorum regis, ex nefando Jocastæ matris concubitu, frater Eteoclis, quibus pater sponte in exilium proficiscens, regnum eâ lege reliquerat, ut alternis annis regnarent. Verùm cum Eteocles, cui utpote natu majori Polynices priores regnandi vices concessit, fratri suo regno cedere recusaret, ille Argos sese contulit ad Adrastum regem, qui filiam suam nomine Argiam uxorem illi despondit, con-

tractisque quam maximis potuit viribus, unà cum Tydeo, altero genero, Thebanis bellum intulit, cujus is fuit exitus, ut duo fratres singulari certamine congressi, mutuis vulneribus caderent. Quinetiam cadaveribus rogo impositis, flamma dicitur se divisisse, tanquam implacabile illud odium quod inter vivos extiterat, ne morte quidem potuerit finiri. Statius in Thebaide. Apollodorus, lib. 3. Ἐτεοκλῆς ἢ καὶ Πολυνεικῆς περὶ τῆς βασιλείας διαπίπτουσι πρὸς ἀλλήλους, καὶ αὐτοῖς δοκεῖ τὸ ἕτερον παρ' ἑαυτὸν ἄρχειν. Τίνες μὲν οὖν λέγουσι τὸν ἀξιοῦντα Πολυνείκους ἀφίστασθαι μετ' ἐναυτὸν τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ. Vide Parœmiographos Aldo olim collectim editas, in Ἀδραστία Νέμεσις. Sane non dubie consponsæ vices fratrum, sed ætas & regni aditio controversa Eteoclen vulgò omnes majorem faciunt. At apud Sophoclem Colon ver. 1487. Polynices ipse sibi id privilegium vindicat.

Ἀισχρὸν τὸ φεύγειν, κἀ τὸ πρεσβεύειν ἐμὲ
Οὕτω γεγῶτ' ἐς τὰ κασγνήτου πάρα.

At Diodorus, lib. 4. Πρεσβυτέρου δ' ὄντος Ἐτεοκλέους τῶν παίδων ἄρξαι. Et Euripides Phœnissis:

Ξυμβάντ' ἔταξαν ἢ τεὼ τὸν πρέσβιν
Φεύγειν ἑκόντα ἢ τὸν Πολυνείκην χθόνα
Ἐτεοκλέα δ' οἰκεῖν μόνον γῆς.

Cum Sophocle sentire videtur & Apollodorus, lib. 3. dum contra vulgi ordinem Polynicem præponit Eteocli: Οἱ δὲ παῖδας ἐτέκνωσεν Πολυμήκη καὶ Ἐτεοκλέα. Barthius.

Polyphemus, inter Cyclopas omnes, qui centum fuisse memorantur, viribus corporis formæque magnitudine præstantissimus fuit; quibus vero parentibus ortus fuerit, nondum constat. Apollonius Argon. lib. 1. illum Neptuno & Europâ Tityi filiâ natum fuisse tradit in his carminibus:

Τοῖναρον αὖτ' ὄπιθ' ἕπεν λιπὼν Πολύφημος ἴκαρε,
Τὸν ῥα Ποσειδάωνι ποδώκεϊ ἐξετέλεσσεν ἄλλων
Εὐρώπη Τιτυοῖο μεγαθύμῳ τέκε κούρη.
Κείνῳ ἀνὴρ καὶ πάντα ὅσα γλαυκοῖο θέσκελα
Οἰδματος, οὐδὲ θοὰς βαίνειν πόδας, ἀλλ' ὅσον ἄκρης
Ἴχνεσι τεγγόμενος διερῇ περιρήσσετο χαλάζῃ.

Andron vero Teius & Polidonius Polyphemum patre Elatâ ac matre Stilbe Nymphâ natum fuisse memorant. Conon in Heraclea Elasi & Amymones eum filium fuisse scribit. Homerus autem Odyss. 1. Neptuni & Thoosæ filium facit. Hunc in spelunca habitare solitum, & oves in Siciliâ custodire, magis notum est, quam ut indigeat explicatione, cum in eadem Tragœdiâ etiam id scribat Euripides & Hom. in Odysseâ. Martialis:

Pascentem Siculas aut Polyphemon oves.

Hic Galateam Nympham fertur adamasse, Acim vero puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. Ulyssem quoque vi tempestatis in Siciliam delatum antro suo inclusit, quatuorque ex comitibus ejus devoravit, reliquos eodem mortis genere perempturus, nisi prævertens Ulysses vino nigro eum inebriasset, altoque sopore obruto adusto stipite oculum eruisset. Virg. Æn. 3.

——— *Domus sanie dapibusque cruentis*
Intus opaca, ingens, ipse arduus, altaque pulsat
Sidera. ——
Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro
Prensa manu magnâ medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum, sanieque aspersa natarent
Limina: vidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus.
Haud impune quidem; nec talia passus Ulysses,
Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus
Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum
Immensum, saniem eructans, ac frustra cruento
Per somnum commista mero: nos magna precati
Numina, sortitique vices, unà undique circum
Fundimur: & telo lumen terebramus acuto,
Ingens quod torva solum sub fronte latebat
Argolici clypei, aut Phœbææ lampadis instar.

Ubi ex his verbis:

Jacuitque per antrum Immensum,

Auctores colligunt magnitudinem Cyclopis, utpote qui totum antrum occupasset. Ad quam rem pertinent Lucilii versus apud Crinitum:

Multa hominum portenta in Homero verificata
Monstra patent: quorum imprimis Polyphemus ducentos
Cyclops longus pedes. ———

Vide Virg. postea de eodem:

Monstrum horrendum, informe ingens cui lumen ademptum
Trunca manum pinus regit & vestigia firmat.
Lanigeræ comitantur oves, ea sola voluptas:
Solamenque mali de collo fistula pendet.

Ubi in postremo versu, sunt qui quatuor voces ultimas; sunt qui totum versum poetæ abdicant. Quibus si placet oves esse solam voluptatem, sint modo. Sed & solamen admittant velim fistulam, moti autoritate Theocriti, Philostrati, Ovidii, Manilii, qui omnes Polyphemum inducunt *cui fistula collo Hæreat.* Ovid. Met. 14.

Hæc & plura ferox (Polyphemus) *me luridus occupat horror*
Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,
Crudelesque manus, & inanem luminis orbem,
Membraque & humano concretam sanguine barbam.
Mors erat ante oculos, mentique hærebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum
Ter quater affligi sociorum corpora terræ,
Quæ super ipse jacens, hirsuti more leonis
Visceraque & carnes, oblisisque ossa medullis
Semianimesque artus avidam condebat in alvum:

Homerus Odyss. 9.

Σὺν δ' δύω μάρψας, ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ
Κόπτ' ἐν δ' ἐγκεφάλῳ χαμάδις ῥέε δεῦε δὲ γαῖαν.
Τοὺς δ' διαμελεΐσας ταμὼν ἀπλήστατο δόρπου,
Ἤδη δ' ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν
Ἔγκατά τε, σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.

Silius libro antepenultimo:

Antrum ingens juxta quod acus simulavit in ostro
Cyclopum domus, hic recubans manantia tabo
Corpora lethifero sorbet Polyphemus hiatu
Circà fracta jacent, excussaque morsibus ossa
Ipse manu extenta Laertia pocula poscit,
Permiscetque mero ructatos ore cruores.

Papinius Theb. 6.

Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Ætnâ
Lucis egente manu, tamen in vestigia puppis
Auditæ, juxtaque inimicum exegit Ulyssem.

Multi, inquit Servius, Polyphemum dicunt unum habuisse oculum, alii duos, alii tres, sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, i. e. juxta cerebrum, quia prudentiâ plus videbat. Verùm Ulysses eum astutiâ superavit, & ob hoc eum cœcasse fingitur.

Polyphontes, rex quidam qui fratrem interfecit, quòd intellexisset ab eo sibi parari insidias. Gellius 4. 2.

Polystephanus, historicus, inter alios laudatur à Scholiaste Apollonii in lib. 1. & Gellio 9. 4. qui eum reponit inter Græcos scriptores non parvæ authoritatis: sed suorum libri continebant res inauditas, & fidem penitus excedentes.

Polyxelus, Comicus Græcus, cujus fabulas enumerat Suidas.

Polyxena, Priami filia formosissima ex Hecubâ conjuge, quam Pyrrhus Achillis fil. Trojâ captâ, ad patris tumulum jugulavit. Ferunt enim Achillem, cum ad Trojam bellum gereret, Polyxenam fortè in mœnibus conspectam adamasse, eamque uxorem sibi postulasse. Quod cum Priamus annuisset, placuit ut in Thymbræi Apollinis templum convenirent, pacis nuptiarumque fœdera inituri. Quod cum resciviſſet Paris, post Apollinis simulacrum sese occultavit, Achillemque nil tale opinantem sagittâ interfecit. Captâ deinde Trojâ, cum & Polyxena viva in hostium manus perveniſſet, Achillis umbra Græcorum proceribus in somnis apparuit, præcipiens ut Polyxena, cujus nuptiarum prætextu erat interfectus, inferias sibi mitteretur, cujus crudelitatis Pyrrhus ministrum se præbuit. Ovid Met. 13.

Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Propert. lib. 2.

Nec minus hæc nostri notescet fama sepulchri,
Quam fuerant Phthii busta cruenta viri.

Hinc *Polyxenius*. Catullus in Nup. Pel. & Thet.

Alta Polyxeniâ madefient cæde sepulchra.

Polyxenus, Athenienſis, cum quendam juvenem humanâ specie augustiorem conspexisset impudicè, amisso visu cæcus factus est. Plut. in Paral.

Polyxo, *xûs*, mulier ex Lemno inſ. Apollinis vates, quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix fuit. Nam cum Lemni mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, maritique ex Thraciâ uxores sibi eam ob causam ascisserent, Polyxûs instinctu omnem virilem sexum interemerunt, solâ Hypsipyle exceptâ, quæ Thoanti patri suo pepercit. Statius Theb. 5.

Cum subito horrendas ævi matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamisque insueta relictis
Evolat, insano veluti Thoumesia Thyas
Rapta Deo, cum sacra vocant, Idæaque suadet
Buxus, & à summis auditus montibus Evan.

Apollonius,

Apollonius, lib. 1. Argon. ver. 668.

——Αὐτὰρ ἔπειτα φίλη Θρῃξὶ ἔφρτο Πολυξὼ
Τήνεμον ἣ ῥιπῇσιν ἐποιδύκουα πολῆσιν,
Βάκτρῳ φειδομένην. ——

Val. Flaccus, lib. 1. Argonauticon:

Tunc etiam vates Phœbo dilecta, Polyxo
Non patriam, non certa genus.

Polyzelus Rhodius, celebratur in Solone. Scripsit inter alia etiam Rhodiaca, quæ citat Athenæus, lib. 8. Meminit ejus quoque Hyginus in Poetic. Astronom. ubi de Ophiucho tractat. Item alius Messenius, historiographus, Ibyci poetæ pater, ut videtur. Suidas. In Ἴβυκος.

Pomarius, Hercules dictus quòd apud Bœotos illi malis sacra fieri mos esset. Vide proverbium *Pomarius Hercules.*

Pomona, Nympha Latialis, hortorum Dea: quam cum Vertumnus miserè deperiret, in alias atque alias identidem se formas transmutavit, ut saltem amatæ conspectu frui posset. Tandem in anum conversus multis argumentis ei persuadere conatur, ut Vertumno nubat. Verùm cum nihil aliud, quam operam se ludere animadverteret, pristinâ resumptâ formâ non admodum invitæ vim intulit, nuptiisque ejus est potitus. Picus quoque Latinorum rex eam adamavit, propter quod Circe conjux illum in avem sui nominis transmutavit. Inde *Pomonalis*, Flamen Pomonæ Deæ. Alex. ab Alex. 6. 12. *Post aliquot vero tempestates, aucta civitate quum augeri sacerdotia oporteret, quindecim Flamines constituti fuere, qui omnes à Diis, quibus sacra faciebant, cognomenta sortiti sunt, quorum primus Dialis, ultimus Pomonalis.* Ejus mem. Ovidius, Met. 14.

Rege sub hoc Pomona fuit, quâ nulla Latinas
Inter Hamadryades coluit solertius hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtûs,
Unde tenet nomen. ——

Pompeia Plautina, Imperatrix optima, quæ Julianum Imp. maritum suum divertit ab extorquendâ populo pecuniâ, & colligendo fisco. Sext. Aurel. Item Cn. Pompeii filia, & neptis Syllæ, uxor Julii Cæsaris, quæ ab eo repudiata fuit, quòd venisset in suspicionem adulterii cum Clodio commissi inter sacra Bonæ Deæ.

Qu. Pompeius, contra Numantinos missus, ab eisque superatus, turpem & ignominiosam pacem fecit. Florus. Hujus filius, sive nepos, Cn. Pompeius Strabo, Magni Pompeii pater, Novocomum coloniam deduxit; in bello sociali Imperator creatus, de Picentibus triumphavit, vir admodum duræ disciplinæ.

Cn. Pompeius, prioris fil. qui ex rerum gestarum magnitudine, *Magni* cognomen invenit. L. Syllæ partes secutus est, ab eoque ad ulciscendos inimicos in Africam missus, Domitium primum expugnavit, deinde & Jarbam regem cepit, de quo triumphavit ante legitimam ætatem. Quare ab exercitu Syllæ *Magnus* est salutatus. Inde contra Sertorium in Hisp. profectus, Metelli copiis sese conjungens eum cum totâ factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum Piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphavit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, & Judæos debellavit, capto eorum rege Aristobulo. Extinctâ uxore Julii Cæsaris filiâ, Corneliam Scipionis filiam, à P. Crasso M. filio viduam relictam uxorem duxit. Neapoli demum acutissimâ febre correptus, parum abfuit à morte, quæ si contigisset, melius cum eo actum fuisset, ob insequentis belli civilis calamitatem. Sen. de Const. ad Marciam: *Si Cn. Pompeium, decus istius, firmamentumque imperii, Neapoli valetudo abstulisset, indubitatus Populi Rom. princeps excesserat.* Juvenalis:

Provida Pompeio dederat Campania febres
Optandas. ——

Cic. Tusc. 1. *Pompeio nostro familiari, cùm graviter ægrotavit Neapoli, melius est factum. Utrum igitur si tum esset extinctus, à bonis rebus, an à malis discessisset.* De eodem Pomp. Sen. 5. Ben. *Ingratus Cn. Pompeius: qui pro tribus Consulatibus, pro triumphis tribus, pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus invaserat, hanc gratiam Reip. reddidit, ut in possessionem ejus alios quoque induceret.* M. Crassum & C. Cæsarem intelligit, Triumvirali potentiâ inter ipsos constitutâ. Bene autem immaturus dixit. Erat enim ne senatoriâ quidem ætate, & bis triumphavit (Plin. lib. 7.) adhuc eques Rom. Annos 23. natus res gerere cœpit, civili bello Sullæ adjunctus. Ambitionem ejus notat Sen. Ep. 94. Ne Cn. quidem Pompeio externa bella, aut domestica, virtus aut ratio suadebat: sed insanus amor magnitudinis falsæ, modo in Hispaniâ & Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas, ac maria pacanda vadebat. Hæ prætexebantur causæ ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam, quid in Septentrionem, quid in Mithridatem, & Armeniam, & omnes Asiæ angulos traxit? Infinita scilicet cupido crescendi: cum sibi uni parum magnus videretur. Cæterum in laudibus Pompeii, Jupiter! ut luxuriat ubique Cicero; cui innatum Pompeianarum partium amorem scribit Velleius. Post reditum in senatu: *Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium seculorum, omnis memoriæ facile princeps.* Et Ad Quirites: *Cn. Pompeius vir omnium qui sunt, fuerunt, erunt; virtute, sapientiâ & gloriâ princeps.* Tandem Pharsalicâ pugnâ à Cæsare copiis longe inferiore superatus, in Ægyptum fugiens, regis perfidiâ ab Achillâ præfecto interfectus est. Vell. Pat. lib. 2. *Missi itaque ab Rege, qui venientem Cn. Pompeium consilio Theodoti & Achillæ exciperent, hortarenturque, ut ex onerariâ in eam navem quæ obviam processerat, transcenderet. Quod cum fecisset, princeps Rom. nominis, imperio arbitrioque Ægyptii mancipii C. Cæsare P. Servilio Coss. jugulatus est. Hic post tres consulatus & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem sanctissimi ac præstantissimi viri, in id evecti super quod ascendi non potest, duodesexagesimum annum agentis pridie natalem ipsius, vitæ fuit exitus. In tantum in illo viro à se discordante fortunâ, ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam.* Sen. Ep. 4. *De Pompeii capite pupillus & spado tulere sententiam.* Idem de Brev. V. *Pompeius Alexandrinâ perfidiâ deceptus, ultimo mancipio transfodiendum se præbuit.* Nunquam fortunâ prosperâ usus est, ex quo Templum Hierosolymitanum temerariè & irreligiosè ingressus fuit. Filios reliquit Cn. & Sext. Pompeios: quorum ille apud Mundam Hisp. urbem terrestri, hic apud Siciliam navali prælio superatus fuit. Lucanus, lib. 1.

——*Alter* (Pompeius) *vergentibus annis*
In senium longoque togæ tranquillior usu
Dedidicit jam pace ducem: famæque petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli, plausuque sui gaudere theatri.
Nec reparare novas vires, multumque priori
Credere fortunæ: stat magni nominis umbra.

Vide Plin. lib. 7. cap. 26. cujus lemma:

Laus Pompeii Magni.

Manilius, lib. 4.

Quis te Niliaco periturum littore, Magne,
Post victas Mithridatis opes, pelagusque receptum
Et tres emenso meritos ex orbe triumphos,
Crederet ut corpus sepeliret naufragus ignis,
Ejectæque rogum facerent fragmenta carinæ?

Sext. Pompeius, vir prætorius, sub quo Valerius Maximus militasse se dicit, & quem Ovidius in Ponticis, pluribus locis laudat. Hujus pater Sext. Pompeius, Hisp. citer. princeps, quum horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua, levatusque sanatis pedibus mirabili modo, hoc postea remedio usus est: Plin.

Qu. Pompeius Rufus, Syllæ è filiâ nepos, Tribunus Plebis cum T. Numantio Planco adversissimus Miloni; in cujus causâ dixerat paucis post diebus, quàm Clodius esset occisus; *Milo dedit, quem in Curiâ cremaretis: Ego dabo quem in Capitolio sepeliatis.* Idem Milonem ad se venientem in hortos aspiciens, misit nuntium, ne veniret.

Qu. Pompeius Bithynicus, summo studio dicens, multaque doctrinâ, incredibilique labore atque industriâ. Hujus actio non satis commendabat orationem; in hâc enim satis erat copiæ, in illâ leporis parum. Cicero. Festus quoque de eodem sic ait: Pompeius Bithynicus è supellectili regiâ signum ephebi mitram tenentis, arenamque tuentis, exercitationis gratiâ more Græcorum, Romam portavit, & in Capitolio posuit.

Pompeius Lenæus, Pompeii M. libertus, qui de herbis & plantis scripsit.

Pompeius Macula, de quo sic Macrobius Saturn. lib. 2. Faustus Sullæ filius quum soror ejus eodem tempore duos mœchos haberet; Fulvium Fullonis filium, & Pompeium Maculam; *miror*, inquit, *sororem meam habere Maculam quum Fullonem habeat.*

Pompeius Planta bellum descripsit inter Othonem & Vitellium. Scholiastes Juvenalis in illud:

Bedriaci in campo Spolium affectare palati.

Pompilius, secundus Romanorum rex, qui & *Numa*, dictus est. Hinc *Pompilius* adj. ut *Pompilius sanguis* apud Horatium.

Pomponia, nomen matris Scipionis; alii *Pompeiam* vocant.

Pomponius Rufus reliquit collectorum librum. Mem. Val. Max. lib. 4. cap. 4.

Juk

Jul. *Pomponius* Lætus, exiguæ eruditionis fuit, ſi Lud. Vivi credas, at Ang. Polit. virum vocat antiquitatis, & literarum conſultiſſimum. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. pag. 613.

Jul. *Pomponius* Sabinus, de quo idem Voſſ. ibid. pag. 615.

Pomponius Atticus, nobilis eques Rom. excellenti ingenio, amicus Ciceroni imprimis fuit. Qui poſtquam vidit Cinnæ tumultu Remp. eſſe turbatam, ſeceſſit Athenas, ubi longo tempore moratus, & civitatem, & omnium gratiam moribus elegantiſſimis promeruit, linguamque ita probè didicit, ut *Attici* nomen adſequeretur. Humanitate, divitiiſque præditus fuit quibus amicos libenter impertiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulſum opibus juvit, & Brutum ab urbe fugientem minis 100. proſecutus eſt. Erat alioqui graviſſimus, ut quæ religiosè polliceretur, præſtare niteretur. Mendacium nec ipſe dicebat, nec pati poterat. Plut. & Cornelius Nepos in ejus vitâ. Seneca Ep. 21. *Nomen Attici pertæ Ciceronis epiſtolæ non ſinent. Nihil illi profuiſſet gener Agrippa, & Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, ni Cicero illum aperuiſſet.*

L. *Pomponius*, Bononienſis, Atellanarum ſcriptor, quem Solinus ait, ut mirum, nunquam ructaſſe.

Cn. *Pomponius*, orator, patronus acer, acerbuſque dicendo, & lateribus pugnans. Cic. in Oratore. Julius item *Pomponius* ſecundus, tempore Quintiliani, inter Tragicos longè princeps. Plinius, lib. 14. cap. 4. eum cœnam C. Principi Germanici filio dediſſe ait, in quâ vinum 160. annorum fuit.

Pomponius, Juriſconſultus, ex Pandectarum libris notiſſimus.

Pomponius Mela, inſigni opere *de ſitu orbis* clariſſimus.

Jo. Jovius *Pontanus*, Cereti in Umbriâ natus parente, à factioſis civibus interempto Neapolin juvenis & egenus venit, atque ibi Antonio Panormitæ Regii ſcrinii magiſtro gratus, acceptuſque fuit, eidemque mortuo in hoc munere ſucceſſit. Flor. an. 1460. Obiit an. Ætatis 78. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. pag. 608.

Pontia, Romana mulier caſtiſſima, quæ nullis verborum lenociniis, aut pollicitationibus ad adulterium cum Octavio Tribuno plebis impelli unquam potuit, quin ab eo interfici maluit. Corn. Tacitus.

Pontia, notiſſimâ crudelitate mater. Juven. Sat. 6.

Nos utinam vani: ſed clamat Pontia, feci,
Confiteor, puerique meis aconita paravi.

Martialis. 2. 34.

O mater, quâ nec Pontia deterior.

Ponticus, poeta Rom. Propertio æqualis, qui ſic ad eum ſcribit. Eleg. 7. lib. 1.

Cum tibi Cadmeæ dicantur, Pontice, Thebæ,
Armaque fraternæ triſtia militiæ:

Idem non dubitat eum cum Homero componere. Continuò enim ſubjungit:

Atque ita ſim felix, primo contendis Homero.

Nec Thebanum bellum modo ceciniſſe, ſed etiam amores, cognoſcimus ex lib. ejuſdem Eleg. 9. Ovidio etiam conjunctiſſimus fuit, ut oſtendit iſtoc:

Ponticus heroo, Battus quoque clarus Iambis,
Dulcis convictus membra fuere mei.

Popilii, à *Pompiliis* diverſi leguntur; quorum princeps M. *Popilius*: qui cum Conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum lænâ faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione, & ſeditione nunciatâ, ut erat lænâ amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cùm authoritate, tum oratione ſedavit. Cic. in Bruto. Hic etiam 2. Conſul cum M. Fabio Ambuſto factus, Tiburtes bello vicit, agris eorum vaſtatis. Livius.

Popilius, legatus ad Antiochum, qui Ptolemæum Regem amicum populo Rom. obſederat, miſſus nunciatum ut à ſociis populi Rom. abſtineret, cunctantem vero reſponſumque differentem virgâ circumſcripſit, ne ultra ſpatium illud differendo exiret: ex quo territus Antiochus bellum omiſit. Liv. lib. 45. & Val. Max.

C. *Popilius* Lænas, Ciceronem occidit, patronum ſuum in causâ capitis. Val. Max. lib. 5. cap. 3.

Popularia, ſacra erant, quæ ab omnibus civibus fiebant, nec erant privatarum familiarum, ſed omnium communia, ut à Diis impetrarentur quæ ſpectabant ad communem populi ſalutem.

Populifugia, feſta erant quæ Romæ menſe Junio celebrabantur, uti docent Varro & Macrobius. Sunt autem ideo dicta, quòd eo die repentino tumultu fugeret pop. Rom. in bello Gallorum cum Romanis. Ovid. Faſt. 2.

Eſt locus, antiqui Capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic, Romule, jura dabas.
Sol fugit, & removent ſubeuntia nubila cœlum,
Et gravis effuſis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc miſſis abrumpitur ignibus æther,
Fit fuga, &c.

Poppæa, Neronis uxor, quæ jumentis ſuis ſoleas ex auro induebat; alius ejuſdem intemperies deſcribunt Suetonius, alique hiſtorici.

Populonia, Juno dicta eſt, quòd ex maris & fœminæ conjunctione cui præeſſe credebatur, novi ſubinde populi creentur.

Porcius, gentis Romanæ nomen, ex quâ Catones fuerunt. Appellatio à *porcis* eſt. Sunt enim plura pop. Rom. nomina, ab utroque pecore, majore juxta atque minore petita; de quo Varro de R. R. lib. 2. cap. 1. Celebris *Porcia* Catonis fil. Bruti uxor cum doctrinâ ac fide, tum conſtantiâ ac fortitudine exitûs. Quippe quæ ne marito ſuperviveret ardentes favillas hauſit ore, ſeque è vitâ ejecit. De quâ Dio lib. 43. & Val. Max. 4. 6. & Plut. in Bruto.

Porphyrion, Gigas vaſtiſſimus, unus ex iis qui ſuperis bellum intulerunt. Horatius:

Nam quid minaci Porphyrion ſtatu, &c.

Claudianus in Gigantomachiâ:

——*Te Delphica laurus*
Stringat Porphyrion, Cirrhæaque templa teneto.

Item vetus Horatii Commentator.

Porphyrius, philoſophus Tyrius, clarâ ortus proſapiâ, à puero uſus præceptore Longino, viro doctiſſimo. Prius *Malchus* vocabatur, deinde ob veſtem regiam purpuream, quâ ob nobilitatem utebatur, *Porphyrius* dictus eſt. Romam poſtea profectus Plotinum audivit unà cum Origene & Amelio condiſcipulis. Inde in Siciliam navigans, apud Lilybæum morbo correptus, à Plotino magiſtro, qui eò ſe contulerat, & præſenti & philoſophicâ oratione recreatus eſt, adeo ut ſtatim convaluerit; moxque Romam ſimul repetens, ibidem obiit, relictis operibus, in quibus contraria & pugnantia inter ſe videtur aſſerere. Cauſa putanda eſt, quod quæ prius probaverat, ea poſtea retractaverit. Ejus opera ſunt, de divinis nominibus liber unus. De Principiis, duo. De materiâ, ſex. De animâ, quinque. De animalium abſtinentiâ, quatuor. De cognoſcendo ſeipſum, quatuor. Quod una fuerit Platonis Ariſtoteliſque ſecta, libri ſeptem. In hiſtoriam Juliani Chaldæi Philoſophi, libri quatuor. Contra Chriſtianos, libri quindecim. In Dialecticam Iſagoge, aliaque complura. Floruit Aureliani Cæſaris temporibus, uſque ad Tacitum & Probum Impp. Suidas. Adverſus autem libros, quos contra nos edidit, Methodius, Euſebius, & Apollinaris 30. voluminibus apologiam ediderè. Hieronymus. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 243. Et Jonſium de Script. Hiſt. Phil. 3. 15. plura quoque legi poſſunt apud Eunapium, qui vitam Porphyrii à nemine editam primus literis mandavit, & Cl. Virum L. Holſtenium tractatu de vitâ & ſcriptis Porphyrii.

Porrima, ſoror, ſive comes Carmentæ matris Evandri. Ovid. Faſt. 1. verſ. 633.

Porrima placantur, Poſtvertaque ſive Sorores,
Sive fugæ comites, Mænali nympha, tuæ.

Porſena, rex Hetruſcorum, qui pro reſtitutione Tarquiniorum Romanis bellum intulit; cumque jam ex Janiculo in urbem irrueret, Horatii Coclitis virtute retardatus eſt, donec pons à tergo ſolveretur. Poſt hæc cum urbem obſidione cinxiſſet, nihilque ſe proficere intelligeret, acceptis obſidibus, ad ſua ſe recepit, incredibili Romanorum virtute perterritus, cujus ſpecimen viderat in Q. Mutio, qui ſolus caſtra hoſtium ingreſſus, unum ex purpuratis per errorem pro rege occidit, ſtatimque captus, cum Porſena exquiſitiſſima illi ſupplicia comminaretur, dextram in focum injecit, nullâque vultûs mutatione exuſſit, partim ut regi fidem faceret, nullis ſe tormentis poſſe perterreri; partim, ut dextra ſua, quæ in cæde aberrans purpuratum ſatellitem pro rege occiderat, pœnam ſumeret. Plura apud Livium & Plutarchum. Horatius in Epodis:

Minacis aut Etruſci Porſenæ manus.

Mart.

Urere quam potuit contempto Mucius igne
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Virgilius mediam dictionis hujus ſyllabam conſonante licenter geminatâ extendit. Æn. 8.

Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat
Accipere, ingentique urbem obſidione premebat.
Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

Portia, filia Catonis. Vide *Porcius*. Hæc auditâ morte Bruti mariti apud Philippos interfecti ſibi mortem intulit. Mart. lib. 1.

Conjugii audiſſet fatum quum Portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?
Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.

Dixit,

Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas;
I nunc & ferrum turba molesta nega.

Porcius Licinius, vetus poeta, scriptor epigrammatum. Gellius 17. 21. *Porcius autem Licinius serius Poeticam Romæ cœpisse dicit in his versibus.*

Pœnico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Etsi enim rudia quædam initia Poeseos Latinæ fuerint mox à primo bello Punico, ut ex iis fabulis, quas Livius Andronicus, & haud longè post eum Cn. Nævius populo dedisse constat, videtur tamen hic Portius vel Porcius Licinius ob illustre incrementum, quod mox sumpserit bello Punico secundo, eo præsertim tempore ejus initium statuere. Quo etiam respexit Horat. lib. 2. Ep. 1. Ubi de Pop. Rom. scribit:

Serus enim Græcis admovit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles, quid Thespis, & Æschylus utile ferrent.

Hujus *Licinii* meminit idem Gellius, lib. 19. cap. 9. ubi quosdam ejus versus producit. Nobili prosapiâ apud Romanos ortum putat Gyraldus de Hist. Poet. Dial. 10. Torrentius vero Comment. ad Horat. Libertum à Porciorum aliquo manumissum.

Portunus, Deus maris, à *portubus* quibus præsidere putabatur, nomen habens, teste Servio in illud Virg. Æn. 5.

Et pater ipse manu magnâ Portunus euntem
Impulit.

Alii dict. volunt Πόρκος. i. e. *Nereus*, teste Hesychio, unde Πόρκως Πόρκωϑος, ac deinde *Portunus*. Erat vero Inûs filius. Ino autem *Leucothea*, seu *Matuta* dicta est Ovid. Fast. 6.

Leucothea Graiis, Matuta vocabere nostris,
In portus nato jus erit omne tuo.

Idem ib.

Quem nos Portunum sua lingua Palæmona dicit.

Inde *Portunalia*, festa in honorem Palæmonis, quæ & *Isthmia* dicebantur.

Porus, Indiæ rex miræ proceritatis, ab Alexandro M. superatus, deinde suorum dolo interfectus. Plutarchus, Claudianus:

Tradita captivo spatiosior India Poro.

Et in laud. Stil. lib. 1.

Non Ganges cum tela procul vibrantibus Indis
Immanis medium vectaret bellua Porum.

Idem in Paneg. Mall. Theodori: *Nigri cecidit cum regia Pori.* Arrianus, lib. 5. Ἀλέξανδρος ἦ, ὡς περσάρατα ἐπύθετο, περσαπτύσας τὸ τάξεως ξυὸ ὀλίγοις δὴ ἑταίροις, ἀπιὼν τῷ Πώρῳ, καὶ ἀπήντησε τε μέγεθος ἐθαύμασεν, ὡς πέντε πήχεις μάλιστα ξυμβαῖνον, καὶ τὸ κάλλος τοῦ Πώρου. Qu. Curtius, lib. 8. Ipse Porus humanæ magnitudinis propemodum excesserat formam. Ubi alii *normam*. Diodorus lib. 17. Crassitudine autem tantâ (fuit) ut thorax ejus duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent. At apud Plut. cap. 106. Porum plerique scriptores consentiunt quatuor cubitos palmo excedentem. Quem locum merito suspectum habet Raderus & pro πεντέρων πηχῶν reponit πέντε cum etiam Eust. in Dionys. multos Indorum tradat πενταπήχεις, *quinque cubitales reperiri: Porum autem excessisse quinque cubitos.* Sane majorem quatuor cubitis oporteat fuisse, qui, ut ibidem addit Plut. elephanto suo proportione equitis insideret. Philostr. lib. 2. cap. 10. ait fuisse *proceritate corporis tantâ, quantâ post Trojana tempora, nemo.* Aurearn hujus vineam, ingentis thesauri utique negotium celebrat Sidonius ad suum Librum:

Quis pomaria prisca regis Indi
Hic nunc comparet, aureasque vites
Electro viridante pampinantes,
Cum Porus posuit, crepante gazâ
Fulvo ex palmite vineam metalli
Gemmarum fluitantibus racemis.

Vide Barth. ad Claud. pag. 953.

Posidippus Cassandreus, Comicus, docuit anno tertio post Menandri mortem, cujus fabulas 30. commemorat Suidas. Vide Voss. P. Gr. pag. 60. & 62. Alius, qui librum scripsit de Cnido, Clementi ac Arnobio memoratus. Quædam epigrammata ejus in Anthologiâ leguntur: Ac seu hujus, seu alterius meminit quoque Stephanus in Βάεις, & semel iterumque in Ζέλεια.

Posidon, Græcum *Neptuni* nomen, quod ex Græca linguâ explicare Grammatici frustra conantur, inquit Bochartus, cum Africum esse doceat Herodotus in Euterpe. Verba sunt: Οὐδαμῶν δὲ ἀπ' ἱρῆος Ποσειδέωνος οὔνομα ἔκτηνται, εἰμὴ Λίβυες, καὶ πάσῃσι δὴ τοῦτον τὸν αἰεί. Nempe Ποσειδών, aut Ποσειδὼν est Punicum ים־עבד *Pesitan*, quod *latum* & *expansum* sonat. Ubi Scheva primæ syllabæ est expressum per o breve ut in *Sodomâ* & *Solemone*. T. & D permutata sunt ut in Τῆπες, & Τῆδες, κίτιεις & κίδιεις ex Chaldæo כתרא *Cithra*. Itaque Ποσειδὼν & *Japhet* planè sunt synonyma: utrumque vero à latitudine: quod apprimè quadrat Neptuno maris Deo, de quo Phornutus: Εὐρύστερνος, *lato pectore vocatur Neptunus ob maris latitudinem, quemadmodum dictum est*, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης. Dicitur quoque eandem ob causam εὐρυκρείων καὶ εὐρύοπα, *late imperans*, ac *latisonans*.

Posidonius, philosophus Apamiensis, discipulus, & successor Panætii (Strabo, lib. 14.) sed Rhodius existimatus, quia Rhodi vixit ac philosophatus est. Hic cum aliquando morbo articulari laborasset gravissimè, fertur sæpe dixisse (erat enim Stoicus) *Nihil agis dolor; quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.* Venit Romam Marcelli tempore, scripsitque multa. Vide Vossium de Hist. Gr. lib. 1. pag. 154.

Posidonius Alexandrinus Philosophus Stoicus Zenonis Cittiei discipulus. Scripsit historiam post Polybium, lib. 52. usque ad bellum Cyrenaicum, Declamationes rhetoricas, in Demosthenem argumenta. Suidas. Vide Vossium ubi supra.

Posidonius, Olbiopolita, historicus, qui Atticas historias libris 4. scripsit: Item Libycam, lib. 11. Item de regione Tyriâ; adhæc de Oceano, & aliis quæ juxta eum sunt, atque alia nonnulla. Suidas.

Posidonius, Africæ Præsul, Augustini contubernalis, cujus etiam vitam scripsit, præterea homiliarum libros 7. Epistolarum totidem aliarumque rerum complures. Item nomen viri. 2 Mach. 14.

Possis Magnesius, Amazonum historiam condidit. Athen. lib. 7. Idem lib. 12. testimonium petit ex eo *in tertio de Magnetibus*; unde etiam consignasse res patrias cognoscimus.

Posthumia, virgo Vestalis, de incesto causam dixit, crimini obnoxia ob suspicionem cultûs elegantioris, ingeniumque liberius, quam virginem deceret. Tandem Pontificis maximi sententia absoluta, qui eam abstinere jocis, colique sanctè potius, quàm scitè jussit. Volat. ex Plutarcho.

A. *Posthumius* Albinus, temp. Ptol. Philometoris historiam Græcè scripsit de rebus Romanis. Cos. fuit cum L. Licinio Lucullo an. U. C. 602. Cic. in Bruto. *Nam & A. Albinus, is qui Græcè scripsit historiam qui Consul cum L. Lucullo fuit, & literatus, & disertus fuit.* Gellius, 3. 10. *Albinus qui cum L. Lucullo consul fuit res Rom. oratione Græcâ scriptitavit.* Refert deinde, ut Albinus veniam sibi imperitiæ petivit, quod homo Rom. Græcâ oratione uteretur, quæ à gente suâ esset alienissima. M. Cato autem eum festivè riserit, quòd maluerit culpam deprecari, quam culpâ vacare. Ipsum hoc vide fusius narrantem ex lib. Corn. Nepotis de Viris Illustribus, idemque legere est apud Macrobium in proœmio Saturnalium. Narrat quoque id Plut. in Catone, sed paulo aliter, ac pro *Albino* vocat Labienum. Merito vero excusari potest, idque ob patriæ amorem, qui fecit, ut res Rom. Græco potius sermone legi vellet: nam is in omnibus ferè gentibus notissimus erat, cum Latina finibus suis, sane exiguis, continerentur, ut Cic. etiam pro Archia agnoscit. Itaque non hic modo, sed & alii plures è Romanis hoc sermone res gestas ad posteritatis memoriam tradiderunt. Nempe turpe censebant, res externas ab omnibus legi, ea autem quæ præclarè, fortiterque Romani gessissent, ob ignorantiam Latini sermonis paucis innotescere. Atque hoc pro Albino adversus censuram Censorii illius Catonis dictum esto, ac simul adversus Suidam, qui Catonis judicium sequitur in Αὖλος Ποστούμιος. Priscianus in septimo citat tres versus istos ex Albini lib. 1. rerum Rom.

Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte Deum patuere, cui freta nulla reposlos
Abscondere sinus, non tutæ mœnibus urbes.

Esse ejusdem Albini censet Gesnerus, sed planè sunt junioris Albini, qui versibus illis triplicem signat Pompeii ex tribus orbis partibus triumphum; ex Africa unum de Hiarba, alterum ex Hispania de Sertorio, tertium ex Asia de Mithridate, ac Piratis. Vossius.

A. *Posthumius*, Dictator in bello Latinorum, quod Tarquinii fuga excitavit, confugientis ad generum suum Manlium, ducem Tusculanorum. Itaque collocatis signis ad lacum Regillum, cùm victoria utrinque nutaret, Magister equitum Romanis equis frænos detrahi jussit, ut irrevocabili impetu ferrentur in hostes; ubi tandem aciem Latinorum Romani fudere. In eo prælio visi sunt duo juvenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaque eos Castorem & Pollucem eis communi titulo templum dedicavit. Cælius Rhod. ex Livio.

Posthumius

Posthumius Tubero, Magister equitum Æmilii Mamerci Dictatoris, in primâ Dictaturâ contra Volscos: mox in eodem bello à Qu. Cincinnato Cons. ejus genero Dictator dictus, de eis triumphavit: quam victoriam funestavit mors filii, viri magnâ virtute: quem quòd injussu ejus, occasione rei bene gerendæ pugnam iniisset, securi percussit. Livius.

L. *Posthumius*, post Cannensem pugnam Consul in Galliam profectus, à Boiis cum exercitu profligatus, ne caperetur, magno studio cadere in prælio contendit. Cujus inventi caput præcidentes barbari, ovantes in templo obtulerunt, idque sacrum vas erat in quo in solennibus libarent. Liv. lib. 22.

Sp. *Posthumius*, ac T. Veturius Coss. apud Furcas Caudinas, deducto in locum iniquum exercitu, cùm nulla evadendi spes esset, fœdere cum Samnitibus facto, & 600. equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub jugum mitterentur; iidemque auctore Posthumio, qui in Senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpâ tam turpe fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum 2. Tribunis plebis, & omnibus qui fœdus sposponderant, dediti Samnitibus non sunt recepti. Livius.

Posthumus, qui & *Sylvius*, Æneæ fil. ex Lavinià, quæ mortuo Æneâ Ascanii timens insidias, confugit ad sylvas, & illic Sylvium enixa est, qui *Posthumus* quòd patre mortuo natus esset, dictus est. Ascanius autem quoniam sine liberis periit, Sylvio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Vide *Sylvius*. Plura de hâc voce sis consule Fungerum in *Posthumus*.

Postverta, Dea apud Romanos, una ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præsidebat. Vide Gell. 16. 16.

Potamenia, Origenis discipula, formosissima fœminarum & martyrum. Etenim, inquit Euseb. lib. 5. cap. 6. hist. in nostram usque memoriam ab incolis loci perennis virtutum Potameniæ fama celebratur, quòd immensos & innumeros agones, primo pro virginitate & pudicitiâ desudaverit: deinde etiam pro martyrio exquisita, atque inaudita tormenta pertulerit: atque ad ultimum unâ cum venerabili matre Marcellâ ignis supplicio consummata est: Et carnificem Basilidem in tormentis existens ad Christi confessionem & fidem convertit, qui & ipse quoque martyrio coronatus est.

Potamo Mitylenæus Romæ docuit sub Tiberio. Hunc, ut est auctor Suidas, cum aliquando in patriam rediret, talibus literis, viatici loco, instruxit Tiberius: Ποτάμωνα Λεσβονακτος εἴ τις ἀδικεῖν πυθοίσθω σε. Δοκεῖ δέ μοι διωθήσειν πολεμεῖν. h. e. *Potamonem, Lesbonactis F. siquis injuriâ afficere fuerit ausus, videat, an bellum adversus me gerere valeat.* Scripsit de rebus gestis Alex. M. Item de limitibus Samiorum: ad hæc laudationem Bruti, item Encomium Tiberii Cæsaris, item de perfecto Oratore. Auctor idem Suidas. Cave autem Potamonem hunc Lesbium, confundas cum Potamone Alexandrino, qui & ipse quidem sub Augusto & deinceps claruit: Verum non rhetor sed Philosophus fuit, ac primus condidit sectam ἐκλεκτικήν, quæ ab eo *Potomonica* vocabatur. Vossius, quem vide de Philosophorum Sectis.

Pothinus, & *Achillas*, Pompeii, ex acie Pharsalicâ ad Ptolemæum Ægypti regem fugientis, interfectores fuerunt. Lucan. lib. 8.

Ausus Pompeium letho donare Pothinus.

Prætor, variæ de hoc authorum sententiæ. Sunt enim qui hoc nomine primum appellatos consules dicunt, atque ita à *Præeundo* deductum *Prætoris* nomen. Sed enim distinguere hunc à Coss. videntur 12. Tab. leges apud Cicer. lib. 3. de Legg. *Regio imperio duo sunto, iique præeundo, judicando, consulendo, Prætores, Judices, Consules, appellantor. Militiæ summum jus habento, nemini parento*, &c. Ita Juvenal. Sat. 10. vers. 36. *Prætorem* vocat, quem mox vers. 41. *Consulem* dixit. Quem locum interpretes aliò trahunt, quàm debebat, uti notat Faber. Prætores autem exercitus esse duces, inque bello præire solitos patet ex Cicerone, Cæsare, Gellio, Macrobio, Asconio Pædiano; quin sæpe gestum ab iis bellum. Etenim sub M. Thermo Prætore primâ fecit stipendia Cæsar. Ejusdem dignitatis vir M. Acilius triumphavit de rege Antiocho, & victis Ætolis. Missus in Hisp. Scipio Africanus Prætor an. ætatis 25. ut & Sempron. Gracchus Prætor Galliam domuisse legitur. Græci quoque ut plurimum *Prætorem* στρατηγὸν, i. e. *belli ducem* interpretantur. Licuit ergo illis auctoritatem exercere suam in castris. Sed, an præsente Consule? Major hujus & auctoritas & potestas fuit; Itaq; id non ita liberum, aut concessum fuit eo præsente. Alii volunt, Veteres omnem magistratum, cui pareret exercitus, appellasse Prætorem. Hinc tabernaculum ducis dici *Prætorium*, quod στρατήγιον Josepho dicitur lib. 3. Ἀλώσ. Hinc esse nomen *portæ prætoriæ* in castris, & *præfectum prætorio* constitutum sub Principibus, sicut Arcadius & Pomponius tradiderunt, datâ illi pleniore licentiâ ad publicæ disciplinæ emendationem. Utcunque, à *præeundo*, seu jure, seu exercitu, nomen eum arcessere volunt. Pomponius autem & Fenestella à *præessendo* deducunt. Primus Prætor fuit Sp. Furius Camillus, M. fil. qui quoniam jus dicebat urbanis, appellatus est *Prætor urbanus*. Penes hunc adeo erat omnis publici privatique juris potestas, ut & novum jus condere posset, & abrogare vetus. Cum enim Coss. occuparentur finitimis bellis, & proinde qui jus diceret in civitate non esset, Prætor creatus est, qui jus redderet, donec illi abessent, bello distenti, teste Livio, etsi Fenestella referat causam creationis, in diuturna certamina patrum. Cum enim alterum Consulum ex plebe creari concessissent, simul obtinuerunt, ut & unicus magistratus crearetur ex patribus, qui quòd populum præiret, Varroni *Prætor* dictus est. Apud Ciceronem, ubi supra, audit hic *juris disceptator*, item *juris civilis custos*; cui quoque tantum honoris est attributum, ut *jus* ejus *Honorarium* appellaretur. Annis vero aliquot elapsis, propter peregrinorum turbam in urbem confluentium, additus illi fuit alter Prætor, *Peregrinus* dictus, idque factum an. U. C. fere duodecimo supra quingentesimum. Utriusque autem potestas adeo par erat, ut alter alterius decreto intercederet, si quis appellasset, teste Asconio in 3. Verrinam. Quanquam dignitas Urbani fuerat major, qui & propterea dictus est *Major*, ut peregrinus *Minor*. Aucto tandem magis & magis imperio, auctus simul fuit Prætorum numerus, usque ad octodecim, teste Fenestellâ. Nam 4 adjecit Corn Sylla. Inde 16 esse voluit Augustus, atque his Claudius adjecit duos. Imo captâ & occupatâ tandem Sardiniâ, totidem sunt creati Prætores, quot provinciæ in ditionem pervenerant. Insignia & ornamenta Prætorum fuerunt 6. lictores, cum totidem securibus (quamvis Paulus Æmilius 12. habuisse dicatur) Prætexta, sella curulis, hasta jurisdictionis signum, gladius quæstionum, denique albi equi *niveique ad frænа Quirites*, uti loquitur Juvenalis. Magistratus tamen ejus tantum unus erat, ut & edicta ab eo proposita. Vide Lazium lib. sec. Comment. de Rep. Rom. ubi eorum sedes, ornamenta, insignia, ministeria, familiæ, satellites fusissimè ex Romanis historicis describuntur.

Prasinus, equus Commodi, cui mortuo sepulchrum in Vaticano sumptuosissimum fecit princeps, sicut olim Bucephalo suo fecit Alexander. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 14. De *Prasinâ* agitatorum *factione*, vide Sueton. in Nerone cap. 22. ibique Torrentium.

Pratinas, Phliasius Tragicus. Voss. P. Gr. pag. 25.

Praxeas, hæreticus Asiaticus, qui plures negabat personas in Trinitate: sed eundem patrem & creasse omnia, & in cruce pependisse: quòd (ut dicebat) communicata pluribus monarchia autoritatem principatûs minuat. Hujus argumentis respondebat Tertullianus.

Praxidice, nympha ex Tremilo filium habuit Cragum, qui Lyciæ monti nomen dedit. Steph. Suidas in Πραξιδίκη. Διονύσιος δέ, ἐν κτίσεσιν, Ὠγύγης (φησὶ) συγκτίσας Ἀλμωπίαν, Θηξίνειαν, Αὐλίδα, ἃς ὕστερον Πραξιδίκης ἐπωνομάσθησαν. Earum ædem & jusjurandum in eâdem fieri solitum, apud Haliartios fuisse, refert Pausanias in Bœoticis: Ἁλιαρτίοις δέ ἐστιν ἐν ἀναίδρᾳ θεῶν ἱερόν, ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν. Ἐνταῦθα ὀμνύουσι μέν, πιεῖν δὲ ἢν δηλήσωσιν ἢ ὄφελον. Harum una, Tremilo nupta: à quâ Lycia *Tremila* dicta. Panyasis apud Steph. in Τρεμίλη.

Ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος, ἠῢ ἄγυια Δύμαιρα,
Νύμφῃ Ὠγυγίῃ, ἣν Πραξιδίκην καλέουσι.

Eximie autem ex his culta, ut videtur, Alalcomenia; quia nempe ipsa Minervam, deam Athenis tutelarem, educasset. Itaque per excellentiam hæc simpliciter Πραξιδίκη dicta fuerit; creditaque dicta ac facta ad finem perducere. Hesychius. Πραξιδίκαι δαίμονά τινα φασὶ, ἢ ὅστις ἐπιτελεῖ τέλη τοῖς ἐπὶ λεγομένοις, καὶ περιπόμποις. Inde est quod Menelaus, capto Ilio domum redux, quasi opere perfecto, simulacrum dedicaverit. Pausanias in Laconicis: Μενέλαος δὲ Ἴλιον ἑλὼν, καὶ ἔτεσιν ὕστερον ἐκπλεύσας μὴ Τροίας πόρῳ σπεῦσαι, δείσας ἀναστρεῖς, ἄγαλμα ἔστησε Πραξιδίκας ἱδρύσατο. Erat vero simulacrum ejus nihil, præter caput: namque hoc solum dedicabant. Suidas. Πραξιδίκη, θεός, ἧς κεφαλὴ μόνη ἱδρύοντο. Et ut simulacra ejus nihil nisi caput erant, ita quoque capita tantum victimarum immolabant. Hesychius ubi supra. Διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς ἠρέασε, καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. Ita locum illum legit Meursius; non καὶ τὰ θαύματα. Ejus quoque sacra commemorat Orpheus in Argonauticis,

Ὄργια Πραξιδίκης.——

Praxilla, Sicyone poetria, quæ in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos, reliquerit, respondere, *Solem, cucumeres*, & *mala*. Quod cum

cum vehementer inſulſum videretur, cucumeres & mala cum Sole componere, abiit in Proverb. *Stupidior Praxilla Adonide.* Vide Voſſ. P. Gr. pag. 31.

Praxion, res Megaricas condidit, teſte Suidâ, & Ariſtophanis Scholiaſte.

Praxiphanes, hiſtoricus citatur Marcellino in vitâ Thucydidis. Meminit & Laertius in Platone.

Praxiteles, marmoris ſculpendi inſignis artifex, duplici præcipuè Venere nobilitatus, Gnidiâ & Coâ, quæ ob artis præſtantiam, magnam mortalium vim in eas inſulas ad ſui ſpectaculum allexerunt. Sed Gnidia veſano amore juvenis cujuſdam inſignis, qui delituit in templo, ſimulachroque cohæſit; tum Nicomedis æſtimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus eſt in extremâ Italiæ orâ, quam Magnam Græciam olim vocabant, deinde ob artis excellentiam civitate Romanâ donabatur; quamplurimis etiam egregiis ſignis ornavit. Scripſit, (teſte Varrone) quinque volumina nobilium operum in toto orbe. Ejus Romæ opera, Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Servilianis, Boni Eventûs, & Fonæ Fortunæ ſimulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant & Caryatidas, & Sileni in Aſinii Pollionis monumentis, & Apollo & Neptunus. Plin. 36. 5. Claruit autem potiſſimum candido marmore, quod ab inſulæ nomine in quâ effodiebatur, Parium dicitur. Prop. lib. 3. Eleg. 2.

Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

In Catalectis: *Nec me Praxiteles Scopaſve fecit.* Vide Anthol. lib. 4. de ejus Venere. Hic eum Satyrum ex Pario marmore, & Cupidinem ex Pentelico lapide ſummâ induſtriâ elaboraſſet, Phrynen meretricem inſigneque ſcortum amore deperiiſſe fertur; à quâ interrogatus, Quodnam opus haberet formoſiſſimum? Tacuit ipſe, ſpondens autem ei quod eligeret ſe daturum. Technâ vero quâdam Phrynes ſervus accurrit, Officinam Praxitelis ardere nuntians. Intentus itaque Praxiteles, impendio reſiſtere ſperans, foras repente ſeſe proripuit, inquiens; *Nihil miſero mihi ex laboribus ſupereſt, ſi Satyrus & Cupido conflagrarint.* At Phryne; *Ne feſtines*, inquit, *calliditate tantum meâ circumventus es.* Tali itaque artutiâ Cupidinis ſimulachrum Phryne à Praxitele dono accepit. Id autem eâ mortuâ, à Theſpienſibus octingentis auri minis comparatum Caius Cæſar Romam advexit, quod poſtea à Claudio Imp. remiſſum, Nero denuo abſtraxit. Athen. lib. 12. Theocriti Schol. Idyll. 5. ait duos fuiſſe Πραξιτέλεις, τὸν μὲν ἀρχαιότερον, ἀνδριαντοποιὸν, τὸν δὲ νεώτερον ἀγαλματοποιόν· ὅτος ὁ ἰδὼν ὅλη Δημητεὶν τὴν βασιλέως. Hinc *Praxitelius.* Cic. de Divinat. *In omni marmore non neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita.*

Priamus, Laomedontis filius qui, Ilio ab Hercule everſo, unâ cum Heſione ſorore in Græciam abductus eſt captivus. Poſtea tamen auro redemptus, Ilion inſtauravit, ſimul & exornavit, regnique limites uſque adeo protulit, ut non ſolum Trojæ, ſed totius fere Aſiæ rex videtur. Felix 50. filiis pater: quorum 17. ex juſtâ uxore (Hecubâ ſcilicet Ciſſei Thraciæ regis filiâ) cæteros ex pellicibus habuit. Hom. Iliad. Ω.

Πεντήκοντά μοι ἦσαν, ὅτ' ἦλυθον, υἷες Ἀχαιῶν,
Ἔννεα καὶ δέκα ὠὴ μοι ἔσαν ἐκ νηδύος ἠδέ,
Τὰς δ' ἄλλας μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες.

Plautus in Bacchidibus:

Sed Priamus hic multo illi præſtat, non quinquaginta modo,
Quadringentos filios habet, atque omnes ſine probro.

Cic. 1. Tuſc. Qu. *At quinquaginta Priamus, quorum decem & ſeptem ex juſtâ uxore nati ſunt.* Non tamen omnes conſentiunt de numero legitimorum: Omnes enim ſibi vendicat Hecuba apud Eurip. Ἡμεῖς δὲ πεντήκοντ' ἄμοιγε δὴ τέκνων. Virgilius 100. liberos Priamo tribuit; Æn. 2. *Vide Hecubam centumque nurus.* Nodum ſolvit Servius, ſed moroſè, *Quid ſi centum Oratoriè dicatur, non Latinè?* Nomen ei ab eventu inditum, quòd puer ab Hercule captus, auro redemptus fuiſſet: Πρίαμαι ſiquidem *emo* ſignificat. Etymologus: Πρίαμος ὁ ἐν τῷ ὠρίῳ, τὸ πωλῶ, ἢ ὀνομασίας ταύτης ἔτυχε. Antea *Podarces* dictus fuit, teſte Lycophrone. In bello Trojano videt filios ſuos ferè omnes ab hoſtibus interfectos. Tandem capto Ilio & ipſe à Pyrrho Achillis filio occiſus eſt prope aram Jovis Hercei in ſanguine filii. Virg. lib. 2. Æn. Horatio *dives Priamus* dicitur Carm. lib. 1. Od. 10. quia divites aurarias, vel aurugines, ſive auri venas habuit juxta Abydum. Strabo, lib. 14. Ὁ δὲ Πρίαμος πλῶτος ὢν ἦν ἐν Ἀσυρίοις περὶ Ἄβυδον χρυσείων μετάλλων. Ovid. lib. 3. de Arte:

——*Troja maneret,*
Præceptis Priami ſi foret uſa ſenis.

Cic. lib. 1. Tuſcul. *Priamum totâ progenie orbatum, quum ad aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.* Seneca in Troade:

——*Ille tot Regum parens,*
Caret ſepulcro Priamus, & flammâ indiget,
Ardente Trojâ.

Virgil. Æn. 2.

Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit, Trojam incenſam, & prolapſa videntem
Pergama, tot quondam populis, terriſque ſuperbum
Regnatorem Aſiæ: Jacet ingens littore truncus,
Avulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus.

Unde Manil. lib. 4.

——*Priamumque in littore truncum.*

Seneca Tragœdus:

Sigæa premit littora truncus.

Ennius majori ludibrio *ſemiaſſum* ait; ſic enim ille in *Andromache*:

O pater, ô patriæ, ô Priami domus,
Septum altiſono cardine templum,
Vidi ego te adſtante ope barbaricâ
Tectis cælatis, laqueatis
Auro, ebore inſtructum regificè;
Hæc omnia vidi inflammarier
Priamo vi vitam evitarier,
Jovis aram ſanguine turparier.
Heu reliquias ſemiaſſi regis denudatis oſſibus
Per terram ſanie delibutam fædè divexarier.

Ejus imperium, quibus olim finibus terminaretur ex Homero Geographus oſtendit in hæc verba lib. 13. Ὁ Ποσειδὼν ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀσσηπου τόπου, καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ νῦν Κυζικηνὴ χώρα ὑπαρχθεῖσα μάλιστα τοῦ Τρωϊκοῦ ἄρξαι μέχρι τῆς Καΐκου ποταμοῦ, διαμιμήσας κατ' ἰσωσίας εἰς ὀκτὼ μερίδας, ἢ καὶ ἐννέα. Virg.

——*Nec Priami regnorum everſor Achilles.*

Prop. lib. 2.

Et Phœbi & Priami diruta regna ſenis.

Idem lib. 4.

Longævum ad Priami vera fuere caput.

Quintus Ennius:

Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.

Priapeia, carmen obſcœnum, quod nonnulli Tibullo, alii Ovidio adſcribunt.

Priapus, Liberi patris & Veneris fil. quem ſuperſtitioſa antiquitas hortorum præſidem credidit, addo & portuum. Leonidas vetus poeta:

Ταῦτ' ὁ Πείσπος ἐγὼν ὀπτέλλομαι ὁ λιθάτης.

De quo vide Voſſium de Idol. lib. 2. cap. 7. & Dempſterum ad Roſinum lib. 2. cap. 20. Idem & Lampſacenus dicebatur à Lampſaco non ignobili Troadis urbe ad Helleſpontum ſita, in quâ & natus creditur. Ferunt enim Veterem Liberi patris amore captam ei ex Indiâ redeunti obviam prodiiſſe, coronamque illi ex rubenti roſâ, tum primum ex ſanguine ſuo enatâ obtuliſſe, eâque illum coronatum, tanquam ſponſum ſuum ſequi ſe juſſiſſe. Verum cum ex illius concubitu gravidam ſeſe & partui vicinam animadverteret, Lampſacum ſeſe contulit, ut ibi partus tempus expectaret. Juno interim zelotypiâ exagitata, cùm ſe parturienti opem ferre ſimularet, peractâ prius incantatione, deinde & utero ejus contracto fœtum ejus cùm cæteris omnibus partibus deformem; tum prægrandi pene dehoneſtatum reddidit. Quem cum mater recens natum vidiſſet, pudore affecta pro neglecto habuit, Lampſacique reliquit. Verum cum poſtea adultus Lampſacenis mulieribus nimium gratus eſſet, à civibus ejectum ferunt. Ob quam rem, quum neſcio quo malo poſtea premerentur, templa ei & ſacra conſtituerunt, factuſque etiam hortorum Deus eſt. Immolabant ei aſinum, quòd cum olim in feſto Magnæ matris, ad quod omnes Dii convenerant, epuliſq; ſatiati noctem luſibus ducebant, Lotidi nymphæ, ſive, ut aliis placet, Veſtæ humi dormienti vim inferre conaretur, intempeſtivo aſini, quo Silenus vehebatur, clamore excitata Virgo, manu eum rejecerit, magno omnium, qui adeant, riſu. Ovid. Faſt. 1. Hyginus vero tradit ob id Lampſacenos aſinum ei immolare conſueviſſe, quòd ab eo cum de magnitudine pudendi certarent, ſuperatus videretur. Vide Diod. l. 5. Qui initium colendi Priapi hoc tradit. Cum Oſiris Ægyptiorum Rex à Typhone fratre impio & facinoroſo homine eſſet cæſus, corpus ejus inter conſcios conjurationis eſt diviſum. Virilia autem cum nemo vellet recipere in Nilum flumen ſunt conjecta. Typhone autem ab Iſide Oſiridis conjuge devicto, cæteræ Oſiridis partes ſunt inventæ præter pudenda, quæ Iſis ſacravit, colique multis ceremoniis inſtituit, eique qui in Ægypto initiabantur prima ſacra faciebant; nominatuſque eſt Priapus occulto nomine quod veteres honeſtiore vocabulo ſic nominarent inhoneſta. Hunc Græci Phallum vel Ithyphallum vocabant. Columella:

——*Sed truncum forte dolatum*
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli
Terribilis membri: medio qui semper in horto
Inguinibus puero prædoni falce minetur.

Cæterum Priapus recens est Deus, & ab Hesiodo ignoratus. Fulgentius inter Semones collocat, & cœlo receptum nondum esse perhibet, propter tenuitatem meritorum. Athenæus ait esse Dionysium, lib. 1. Τιμᾷ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πείσανδρος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Φανίᾳ, ὃς ἐπιθέτῳ καλεῖσθαι ὅπως, ὡς Θεσμῷ καὶ Διαθέσμῳ. Gyraldus tantum Bacchi comitem esse tradit. Priapus (ut ait Theocriti Schol. in Idyll. *a*) παρ' ἐνίοις ὁ αὐτὸς ᾧ τῷ Διονύσῳ, ἐν δ' ἐτυμολογίας καὶ φαίνεται. Ἐστί δὲ καὶ ἡ Βεσπιακὸς, διὰ τὰς ἐν ταῖς Βακχείαις καὶ μίξεως, ἐκδοχάς, ἢ Πείσιππος ὁ νεωτέρως τὸ αἴτιμα. Virgil. Eclog. 7.

Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis
Expectare sat est; custos es pauperis horti.

Idem Georg. 4.

Et custos furum atque avium cum falce salignâ
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Horat.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Cum faber incertus scamnum, faceretne Priapum,
Maluit esse Deum. Deus inde ego furum aviumque
Maxima formido ——

Tibullus, lib. 1. Eleg. 1.

Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
Terreat ut sævas falce Priapus aves.

Vide Mart. 6. 49. & 8. 40. Huic herba eruca sacra fuit, atque ideo propter eum serebatur. Columella, lib. 10. de horto:

Et quæ frugifero seritur vicina Priapo
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Salax enim hæc herba, & ad Venerem promptos faciens: Plin. 19. 8. *Eruca præcipuè frigorum contemptrix, diversæ est quàm lactuca, naturæ, concitatrix Veneris.* Auctor Priapeorum:

Nam quamvis videar satis paratus
Erucarum opus est decem maniplis.

Et alibi:

Et ipse longâ nocte dormiat solus
Libidinosis incitatus erucis.

Ovidius:

Nec minus erucas aptum est vitare salaces.

Auctor Moreti:

Initybaque & Venerem revocans eruca morantem.

Martial. 3. 75.

Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces.

Priolaus, Lyci fil. Mariandynorum rex. Nicand. Alexiph.

—— Τόθι χάσμα δυσείκρημνον Ἐυξείνῳ
Ἄγρη ἐ Πειόλαο καταιγίδι νῆα δάπτει.

Scholiastes: Ὁ δὲ Πειόλαος, ὡς Λύκος βασιλέας Μαριανδυνῶν, ὃς ἀπέθανεν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ, Ἡρακλέους πολεμήσαντος τοῖς πλησίον, &c.

Prisca, & Maximilla, 2. mulieres Pseudoprophetissæ, & Montani hæretici meretrices. Euseb. 5. 16.

Priscianus Cæsariensis, claruit Athenis tempore Justiniani Imp. Scripsit de arte Grammaticâ ad Julianum cons. ad Chosroen vero Persarum regem, lib. de naturalibus quæstionibus. Convertit in Latinum sermonem Dionysii de situ Orbis carmina. Sunt qui scribunt hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Volater.

Priscus Helvidius, sub Nerone Quæstor Achaiam administravit, quæstoriusque adhuc à Pæto Thraseâ gener adscitus, à cujus moribus nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus, de quo Juvenalis.

Quale coronati Thraseæ, Helvidiusque biberunt
Brutorum & Cassi natalibus. ——

Erant, quibus appetentior famæ videretur; quinetiam sapientibus, cupido gloriæ novissima exuitur. Tacitus. Probus quoque Grammaticus: Priscus, inquit, post damnationem Thraseæ soceri sui, interdictâ sibi Italiâ, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Neronem restitutus à Galbâ non aliter quàm liberæ civitatis statu egit. Idem postea Vespasianum in studio libertatis offendit, ut putaret (id optante Clodio) pristinum libertatis statum posse revocare; quo nomine reus, ac præter spem absolutus est.

Priscus Panites, sophista, floruit sub Theodosio Juniore, teste Suidâ, qui & auctor est, eum præter epistolas ac declamationes, etiam condidisse historiam Byzantinam, & Attalicam libris 8. Priscum Rhetorem appellat Evagrius, l. 5. c. ult. atque ait prodidisse res post Honorium & Arcadium consecutas. Fortasse est idem *Priscus*, quem Stephanus adducit in Σδλωνα.

Proæresius, adolescens è Cæsareâ Cappadociæ, Antiochiam venit, permotus famâ Ulpiani dicendi magistri, apudque eum primas tulit. Cum quo parvo post tempore Athenas profectus sub Juliano sophistâ adeo profecit, ut primus inter auditores esset. Hephæstionem condiscipulum & amicum comitem sibi adjunxit. Accersitus inde in Galliam à Constantino Imp. apud eum in honore fuit. Romam postea petiit, ubi aliquot annos magnâ nominis famâ moratus, tandem opibus ac honoribus auctus, Athenas rediit, ubi magno exceptus applausu, extemporalem orationem habuit in Theatro. Suidas.

Proba Falconia, Romana puella, Græcis Latinisque literis eruditissima: quæ truncatos Virgilii versus ad fidem & mysteria Catholicæ fidei convertit fecitque de rebus à Christo gestis, & ejus morte, opus nobilissimum, quod *Centones* appellavit.

Probus, Imperator Rom. qui bello Sarmatico, transmisso Danubio, multa fortiter egit. Vita ejus ex Flavio Vopisco petenda est.

Probus, Berytius, Grammaticus, Romæ docuit, non tamen ut magistri personam sustineret, unum aut alterum, vel cum plurimùm tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubansque inter longos & vulgares sermones, legere quædam, idque perraro. Nimis parva & exigua, de minutis quibusdam quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem sylvam observationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad studia se contulit, postquam in militiâ diu centuriatum petiisset. Tranquillus.

Procas, rex Albanorum, pater Amulii, & Numitoris, avus Romuli & Remi. Liv. lib. 1. Virg. Æn. 6.

Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis.

Ovid. Met. 14.

Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat.

Prochorus, unus ex 7. Diaconis, quos Apostoli ipsi ordinarunt. Scripsisse hic dicitur Vitam Evangelistæ & Apost. Joannis quæ in Orthodoxographis & Bibliotheca PP. legitur. Atqui fabulis, mendaciisque ita coopertus est, ut nec in iis, quæ vera fortasse sunt, fidem mereatur. Ita censent Baronius, Bellarminus, Lorinus in Act. 6. & Vossius, quem vide Hist. Gr. pag. 200.

Procles, Carthaginensis, celebratur Pausaniæ in Messeniacis, ubi judicium ejus refert de Alex. M. & de Pyrrho; itemque in Corinthiacis, ubi ex eo historiam affert de Medusâ.

Proclus, Lycius fuit, & si audimus Volaterranum, lib. 18. antiquior fuit Porphyrio & Jamblicho. Nam à Spartiano proditum ait, fuisse præceptorem M. Antonini, eumque ab eo ad Proconsulatum esse evectum. Proclus vero non Lycius, sed Siccensis fuit: estque inter hos 300. annorum intervallum. Sic Joannes Stoefflerus Justingensis, qui ait vixisse temporibus Trajani, quod ex eo colligit, quia discipulum habuerit Marinum Neapolitanum, quem sub Adriano ait vitam Procli scripsisse. Sed de Marini ætate fallitur. Quod liquebit si dixerim de Procli ætate. Is autem claruit, An Dom. 500. Ut qui Syriani fuerit discipulus, eique successit in Scholâ, uti Proclo postea successit Marinus, quem vitam magistri scripsisse diximus. Πλατωνικὸν φιλόσοφον vocat Suidas. Extant ejus libri 6. de Theologiâ Platonicâ qui Hamburgi primum prodiere, An. Dom. 1616. Item supersunt, commentarii in Timæum & libros de Rep. Scripsit quoque de Orphei, Pythagoræ, & Platonis consensu in oraculis lib. 10. aliaque, quæ Suidas commemorat. Ex quo etiam cognoscimus, quàm Christianis fuerit infestus. In eo autem ratio fugit Stoëfflerum, quod putaret, Proclum vocatum *Diadochum* à gemmâ ejus nominis, quæ beryllo similis, teste Plinio, 37. 10. Διάδοχος enim appellatus est κατ' ἐξοχὴν ob successionem in Scholâ Platonicâ. Vossius. Vide Jonsium de Scrip. Hist. lib. 3. cap. 10.

Proclus, Malleotes patriâ, scripsit in sophismata Diogenis, & contra Epicurum.

Proclus, Naucratica, Philostrati præceptor, de quo vide Volaterranum.

Proconnesia, ancilla apud Plin. quæ ejusdem diei coitu alterum domino similem, alterum ejus procuratori peperit infantem.

Procopius, è Cæsareâ Palæstinæ, orator & sophista; scripsit res Justiniani quas in Oriente, aut Occidente, aut Africâ per Belisarium patricium gesserat, cujus scriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Composuit item alterum librum, quem inscripsit Ἀνέκδοτα, i. e. *non edenda*, sive *non edita*: ubi Comœdiâ quâdam Justiniani & ejus uxoris Theodoræ vituperationem describit. Suidas. Vide Voss. de Hist. Gr. pag. 269.

Procris, Erechthei, Athenienſium ſoror Orithyiæ, Cephali uxor, quam ille certo jaculo emiſſo interemit, ratus

feram

feram esse. Vide *Cephalus*; & Servium in illud Virgil. Æn. 6:

His Phædram Procrimque locis, mœstamque Eriphylen.

Fabulam latè prosequitur Ovidius, Met. 7. non procul à fine.

Procrustes, latro insignis in Atticâ reg. ad Cephisum flu. habitans, qui cogebat hospites super lectum aliquem ascendere, quo si longiores fuissent, pars supereminens amputabatur: qui vero breviores, distendebantur; à quâ re etiam nomen illi inditum putant. Plutarchus in Theseo: Καὶ μικρὸν μεγίθων, Δαμάστῃ ἐν Ἐρμιόνι ἢ Πρηκρούστῃ ἀναγκάσας, αὐτὸν ἀπασῶν τοῖς κλινιδίοις, ὥσπερ πρὸς ξένους ἐκείνοις. *Torvus Procrustes* dicitur apud Ovid. Ep. 2. Idem Met. 7.

Viderat immitem Cephisias ora Procrustem.

Proculeius, eques Rom. Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem & Murænam fuit, ut spoliatis bello civili patrimonium suum ex integro divideret, quod cum eis jam antea diviserat. Plutarchus in vitâ Antonii ait Antonium, paulo ante quàm expiraret, admonuisse reginam Cleopatram, ut maximè omnium, qui cum Augusto erant, Proculeio se dederet. Mortuo autem Antonio Augustum Proculeium misisse, ut curaret Cleopatram vivam in suam potestatem habere. Demum verò cum illa arrepto ense voluisset sibi mortem inferre, Proculeium ensem è manibus ademisse. Vide Theod. Marcilium in illud Horat. l. 2. Carm. Od. 2.

Vivet extento Proculeius ævo,
Notus in fratres animi paterni.

Juvenal. Sat. 7.

Quis tibi Mæcenas? quis nunc erit aut Proculeius
Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?

Proculus, cognomen ejus, qui natus sit patre peregrinante procul à patriâ.

Proculus, vir nobilis & clarus, hoc apud plebem de Romuli morte figmento usus est. Senatus finitimis bellis implicitus, consuetam annonæ largitionem plebi subtraxit: Romulus indignatus, plebi restituit, & complures ex primordiis supplicio affecit. Hi postmodum in Senatu regem minutim obtruncatum intra sinum condunt. Plebs igitur cum facibus ad curiam decursans, ab Ætio Proculo revocata est, cum ejus orationi finem adhibuisset. Is enim primarius in civitate vir, se Romulum in monte aspexisse dixit, qui humanâ augustiori formâ divinitatem assecutus erat. Plut. in Rom. Ovid. Fast. lib. 2.

Sed Proculus longâ veniebat Iulius Albâ
Lunâque fulgebat; nec facis usus erat.
Cum subito motu nubes crepuere sinistræ
Rettulit ille gradus: horruerúntque comæ.
Pulcher, & humano major, trabeâque decorus
Romulus in mediâ visus adesse viâ.

Jo. Xiphilinus sub finem Augusti: Ἐκείνη δὲ (Livia) Νυμηνίῳ τινὶ Ἀθηνίῳ βουλευτῇ ἐστρατηγικότι πάντα καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι ἐπ' Αὐγούστου ἐς ἐξέτασιν καὶ τὰ περὶ τῆς Πρόκλου καὶ περὶ τῶν Ῥωμύλου λεγομένων ἀνίοντα ἐψευσμένα ὤμοσε. Perjurium illud hæreditarium postea usui fuit in omni Cæsareâ consecratione. Just. Mart. Apol. 2. *Porro cur morientes apud Vos Imperatores semper immortalitati consecrare dignamini, producentes quempiam qui jurejurando confirmet, vidisse se è rogo in cœlum ascendere ardentem Cæsarem?* Insignis etiam ad morem hunc Tatiani Assyrii locus in Orat. contra Græcos de Antinoo in Lunâ ab antiquis imposito: Τίς, inquit, ἀναπεισθήσεται αὐτὸν; εἰ μὴ ἐξ ἔτους, ὡς τὸν βασιλέως μαθεῖν, ἢ δι' ὑποψίας τινὸς τοῦ Διὸς κατεγνῶν, εἰς ἐξέτασιν ἀνελήλυθέναι φήσας, πεπίστευ).

Procyon, sidus æstivum, Canis ortum prævertens, unde etiam à Latinis verbum ex verbo exprimentibus, *Antecanis* appellatur. Cic. 2. de Divin.

Antecanis Procyon Graio qui nomine fertur.

Antecanis tamen nomen videtur minus usitatum fuisse, & à Cicerone primum confictum; unde Plin. 18. 29. sidus hoc nomen Latinum habere negat, nisi quis (inquit) *Caniculam* velit appellare. Columella tamen lib. 11. cap. 2. Caniculam manifestè distinguit à Procyone, hujus ortum Idibus Juliis, illius 7. Calend. Augusti assignans: Caniculam nimirum appellans, quem nos Canem dicimus. Horat. lib. 3. Od. 29.

Jam clarus occultum Andromedæ pater
Ostendit ignem, jam Procyon furit.

Aratus eum sub Geminis locat.

Ναὶ μὴν καὶ Προκύων Διδύμοις ὑπὸ καλὰ φαείνῃ.

Prodicus, Cous, Sophista, cujus quanta fuerit authoritas, ex Zenophonte deprehendere licet; qui in Bœotiâ captus, vadem pro reditu dedit. In concilio Athenienſium magnam laudem adeptus est, quanquam voce graviore atque absonâ. Conatusque est in eâ civitate primarios ex quaque nobili familiâ adolescentes sibi devincire, quorum hospitium usui sibi & voluptati foret. Philostratus. Suidas autem dicit eum Chium fuisse, Gorgiæ ac Democriti temporibus, librumque edidisse, qui inscribitur Ὧραι, in quo finxit Herculem, virtuti pariter ac voluptati congressum, utrâque hinc ad se trahente, tandem à virtute persuasum, alteram spreviſſe. *Prodicus* orationem ipsam, quæ soluta erat, primus pedibus construxit, & communes locos tractavit, ut Pythagoras. *Prodicus* quoque medicus fuit, authore Plinio, Æsculapii discipulus Selybriæ natus, qui medicinam instituit, quam *Iatralepticen* vocant.

Prodromi, venti dicuntur, qui in ortu Caniculæ, Statis anni temporibus spirare solent.

Prætides, Prœti Argivorum regis filiæ, quæ cùm formâ essent præstantissimâ, se Junoni ausæ sunt præferre. Quare irata Dea, talem iis immisit furorem, ut vaccas se esse arbitrarencur, & in sylvas confugerent, postea autem helleboro sanatæ à Melampode dicuntur. Virgilius in Sileno.

Prætides implerunt falsis mugitibus agros.

Ovid. Met. lib. 15.

Clitorio quicunque sitim de fonte levarit,
Vina fugit; gaudetque meris abstemius undis.
Seu vis est in aquâ calido contraria vino;
Sive, quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Prætidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis in illas
Misit aquas, odiumque meri permansit in illis.

Quidam, inquit de la Cerda, has Prœtidas tres faciunt, *Lysippen, Hipponoen, Cyrianassam.* Alii duas, *Elegen, Cælenen.* Prœtus pater fuit, rex Argivorum. Matrem faciunt Sthenoboeam; Homerus Antiam, Iliad. ζ. Est apud Vitruvium, lib. 8. cap. 3. elegans epigramma quod inscriptum erat in lapide apud eum fontem, ubi Melampus sacrificiis purgavit rabiem filiarum Prœti. Eudoxus apud Steph. fontem hunc in Azaniâ constituit, additque Melampodem in eum ἀποκαθάρματα ἐμβαλεῖν, quibus Prœtidas expiaverat; cui fonti hanc dat virtutem, uti gustantes illius aquam, nequeant deinceps vel odorem vini tolerare. Clem. lib. 7. Strom. cap. 3. adducit quibus rebus Prœtides fuerint expiatæ à furore, nimirum tædâ, scillâ, sulfure, bitumine. Adjungit Hervetus Ælianum, qui *caprino lacte*; & Plinium, qui *nigro helleboro.* Lege Politan. Miscell. cap. 50. ubi latè de Prœtidibus.

Prætus, Abantis regis Argivorum filius, de quo vide Hom. Iliad. ζ. Quomodo in saxum à Perseo mutatus fuerit, docet Ovid. Met. lib. 5.

Victor Abantiades patrios cum conjuge muros
Intrat, & immeritæ vindex ultorque parentis
Aggreditur Prætum. Nam fratre per arma fugato
Acrisioneas Prætus possederat arces.
Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat arce
Torva colubriferi superavit lumina monstri.

Progne, Pandionis regis Athenienſium filia, uxor Terei Thracum regis; qui cum Philomelæ, alteri Pandionis filiæ, sub prætextu visendæ sororis à patre abductæ, vim intulisset, vitiatæque linguam abscidisset: tam impotenter id tulit Progne, ut Itym, communem filium dilacerarit, patrique epulandum appoſuerit. Quâ re tandem cognitâ, ex pueri capite sub finem cœnæ in convivium illato, Tereus furore correptus, gladium strinxit, uxoremque jam occisurus, in hirundinem eam videt conversam: Philomelam autem in avem sui nominis: Itym vero in Phasianum. Quinetiam ipse, dum novas hasce suorum transformationes admiratur, in upupam mutatus est. Juvenalis:

Credamus tragicis quicquid de Colchide torvâ
Dicitur & Progne.——

Virgil. Georg. 4.

Et manibus Progne pectus signata cruentis.

Vide *Philomela.*

Promathidas, Heracleotes historicus, citatur ab Athenæo, lib. 7. Vide Voss. de Hist. Gr. pag. 408.

Promathion, Italiæ res condidit. Plutarchus in Romulo.

Promerus, regius quidam minister fuit; is Euripidem tragicum supra modum exosum habuit, delatus ab eodem aliquando nescio quo nomine apud Regem. Quare postea canes quosdam feros in poetam solvit, à quibus devoratus interiit. Vide proverbium: *Promeri canes.*

Prometheus, Japeti & Clymenes filius, teste Hesiodo in Theogoniâ.

Κέκλυθι δ' Ἰάπετος καλλίσφυρον Ὠκεανίνην
Ἠγάγετο Κλυμένην, καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν
Ἡδὲ οἱ Ἄτλαντα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα.
Τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον, ἠδὲ Προμηθέα
Ποικίλον, αἰολομῆτην.——

Filium habuit Deucalionem. Apollonius, Argon. lib. 3.

——Ἔνθα Προμηθεὺς
Ἰαπετιονίδης ἀλαοῦν τέκε Δευκαλίωνα,
Ὃς πρῶτος πύησε πόλεις, καὶ ἐδείματο νηὸς
Ἀθηναίοις.——

Hic fertur homines primùm è luto finxisse, & universi generis hominum fuisse parens, vel potius artifex. Ovid. lib. 1. Met.

Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Iapeto mixtam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Claudianus:

——*Ætheriis miscens terrena Prometheus*
Sinceram patri mentem furatus Olympo.
Namque ferunt geminos uno de semine fratres
Iapetionidas generis primordia nostri
Dissimili finxisse manu quoscunque Prometheus
Excoluit, multumque innexuit æthera limo.

Nam fama est Prometheum cum hominem fingeret, portiones captas è fingulis elementis suo operi admiscuisse, atque pro ipsorum elementorum temperamentis non solum vires singulis corporibus addidisse, sed etiam motus animorum & mores. Qui vero etiam magis fabulosè rem aggressi sunt explicare, dixerunt, timorem leporis, astutiam vulpis, pavonis ambitionem, tigridum feritatem, leonum iracundiam, & magnitudinem animi fuisse hominibus ab ipso Prometheo injunctas: unde Horatius:

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro:

Hujus ingenium admirata Minerva, se illi daturam promisit, quicquid apud superos esset, quod ad operis perfectionem pertineret: cumque respondisset Prometheus, conjicere se non posse, quæ apud superos essent operi suo utilia, nisi præsens singula esset intuitus, Minervæ operâ in cœlum sublatus est, ubi cum corpora omnia cœlesti igne videret animata, operi suo id utilissimum fore ratus, ferulam quam secum attulerat, rotæ Solis admovit, eaque accensa ignem detulit in terras, luteumque suum hominem eo animavit. Quòd Promethei furtum ægre ferens Jupiter, Pandoræ, Epimethei uxori, pyxidem tradit ad virum perferendam, quam cum ille aperuisset, mille morborum, aliarumque calamitatum generibus genus humanum implevit, quæ omnia tradit Hesiodus. Horatius, lib. 1. Od. 3.

Post ignem æthereâ domo
Subductum, macies & nova febrium
Terris incubuit cohors.——

Virgilius in Sileno:

Caucaseaſque refert volucres, furtumque Promethei.

Vide Platonem in Protagorâ. Porro hunc ignem furatus est λαθὼν Διὰ πηρικάρπιον, uti loquitur Hesiodus, quod cùm resciviſſet Jupiter, Vulcano imperavit, ut fœminam è luto componeret, quæ cum astutissima esset, & omnibus artibus à Diis donata, vocata fuit Pandora, neque ante illam extitisse fœmineum sexum crediderunt, uti testatur Pausanias in Atticis. Hanc fabulantur missam fuisse à Jove ad Prometheum cum omnibus malis in vasculo inclusis, quod munus cum sprevisset Prometheus, illa ad Epimetheum contendit, qui dempto vasculi operculo, omnia mala evolare sentiens, vix ultimam & in imo residentem spem occlusit, cum quâ vas illud servavit. Cum vero Prometheus Jovis munus rejecisset, quòd insidias formidaret, dicitur à Mercurio, Jovis jussu, ad Caucasum montem adductus, & in spelunca, quæ erat apud Paropamisadas, vinctus, uti testatur Strabo, lib. 15. Dicunt præterea huic additam fuisse Aquilam, Typhonis filiam, ut ait lib. 2. historiarum Pherecydes, & Echidnæ Phorbantis, quæ jecur illius assiduè renascens laniaret ac deglutiret. Apollonius, lib. 2.

Καὶ δὴ Καυκασίων ὀρέων ἀνέτελλον ἐείπαι,
Ἡλίκατοι, τόθι γαῖα μέλ᾽ εὐρυόδῃσι μάχοισιν
Ἰλλόμενον χαλκέῃσιν ἀλυκτοπόδῃσι Προμηθεὺς
Αἰετὸν ἧπαρ φέρβε παλιμπετὲς ἀΐσσοντα.

Erat enim columnæ alligatus, neque ullo pacto se movere poterat: cui quantum jecinoris per diem ab aquilâ consumebatur tantundem per noctem excrescebat, ne unquam doloris materia deficeret. Hesiodus in Theogoniâ:

Δῆσε δ᾽ ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον
Δεσμοῖς ἀργαλέοισι, μέσον διὰ κίον᾽ ἐλάσσας.
Καὶ οἱ ἐπ᾽ αἰετὸν ὦρσε πτανύπτερον· αὐτὰρ ὃ γ᾽ ἧπαρ
Ἤσθιεν ἀθάνατον· τὸ δ᾽ ἀέξετο ἶσον ἐπάντη
Νυκτὸς, ὅσον φαέθων ἠὼς ἔδοι πτανύπτερος ὄρνις.

Duris autem Samius scriptum reliquit, non ob ignem raptum, sed quia Palladem amaverit, Prometheum conjectum fuisse in vincula, & ita excruciatum: cujusque rei facit argumentum, quia ad montem Caucasum habitantes populi soli Jovi & Minervæ non sacrificabant, ut illius supplicii autoribus, cum eximiè colerent Herculem, qui Prometheum è vinculis liberasset. Fabulam quandam attigit Nicander in Theriacis, quæ apud antiquos circumferebatur, quòd ingrati homines, ad quos ignem Prometheus detulerat, furtum Promethei Jovi indicarunt, pro quâ accusatione præmium perpetuam juventutem à Jove impetrarunt. Hanc igitur quum suo asello clitellario imposuissent redeuntes, asinusque gravi siti in itinere laboraret, ad fontem quendam pervenit, ubi serpens, ne ad aquam accederet prohibuit, nisi prius peracto precio. Tum vero pactus est asinus se, quodcunque haberet esse daturum, ne siti periret. Inde senectutem exuunt quotannis serpentes, ac fiunt juvenes. Verba Nicandri sic se habent.

Ὠμὸν δ᾽ ἄρα μῶλον ἐν αἰζηοῖσι φορεῖ),
Ὡς ὁπότ᾽ ὀρεσσιν ἔφη Κρόνου πρεσβύτατος υἱὸς,
Νειμάμενον κασίγνητοι ἐκὰς πεδίοιο ἀρίστας
Ἰδμοσύνῃ, νεύσῃσι γέρας πόρεν ἠμειλησι
Κυδιάνειραν, ὁὴ γὸ ῥα πυρὸς λιτέσθε᾽ ἕκητον
Ἀρσενέας, ἐ μὴ σφ᾽ ἡμοφαδὶς ὀπάσαντο.
Νωθεῖ γὸ κάμοντες ἀμορβεύοντο λεπάργῳ
Δῶρα, πολυσκαφμος ἦ κεχαμμένῳ αὐχένα δίῃ
Ῥώετο, γωλειοῖσι δ᾽ ἰδὼν ὀλκηρέα δῶρα
Οὐλοὸν, ἐλλιτάνευσε κακὴν ἐπαλαλκέμεν ἄτην
Σαίνων, αὐτὰρ ὁ βεῖθος, ὁ δὴ ῥ᾽ ἀνέπεξατο νώτοις
Ἤτιεν ἄφρονα δῶρον, ὁ δ᾽ οὐκ ἀπαμήνατο χρειῶ.

Menander vero suavissimus poeta merito torqueri Prometheum inquit, non quia ignem, sed quia multo gravius malum, fœminam sc. invenerit:

Εἶτ᾽ ὁ δικαίως σφαττόπαλαι μύθου
Γεγένηται ὁ Προμηθέα φησὶ πάσχειν,
Καὶ γένετ᾽ αὐτῷ λαμπὰς, ἄλλο δ᾽ οὐδὲ ἓν
Ἀγαθὸν, ὃ μισεῖν δίμ᾽ ἅπαντας τοὺς θεὸς,
Γυναῖκας ἔπλασ᾽ ὦ πολυτίμητοι θεοὶ,
Γένος ἀνιαρὸν.——

Vide Hyginum & Lucianum in *Prometheo*. Fuit autem vir prudentissimus, qui astronomiam primus Assyriis indicavit, & rationem fulminum deprehendit; quamobrem ignem cœlestem Jovi suffuratus, & in Caucaso ad saxum religatus fingitur. Hunc inter Deos recenset Catullus in Argon.

Post hunc consequitur solerti corde Prometheus;
Extenuata gerens veteris vestigia pœnæ;
Quam quondam, silici restrictus membra catenâ,
Persolvit pendens in verticibus præruptis.

Unde συγγὼν Διὸς eum vocat Æschylus, & πυρφόρον θεὸν Sophocles in Oedip. Colon. Prop. lib. 2. El. 1.

Idem Caucaseâ solvet de rupe Promethei
Brachia, & è medio pectore pellet avem.

Mart. Epigr. 7. lib. Spectaculorum:

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pavit avem.

Claudianus:

——*Hic volucrem vivo sub pectore pascit*
Infelix Scythicâ fixus convalle Prometheus.

Platonica philosophia Prometheum Providentiam autumat, mundi gubernatricem, unde vita & spiritus mortalibus. Vide Plotinum ejus Instauratorem præcipuum. Eundem tradunt alii primum elementa Philosophiæ, ejusque literis consignandæ reperisse, & inde hominis ei conditionem ascribi. Suidas. Προμηθεὺς ἔγραψε περὶ τῆς ἀπ᾽ ἀρχῆς γραμματικῆς φιλοσοφίαν, καὶ ἃ λέγουσιν ὅτι ἀνθρώπους ἔπλασε. Vide multis de ejus Opificiis Æschylum in Prometheo. Ineptum autem hunc humani generis Opificem septimâ post Mosen generatione vixisse, auctor est Clemens Strom. 1. Barthius. Quem vide in illud Claud. de Conſ. 4. Hon.

——*Cum conderet artus*
Nostros, æthereis miscens terrena Prometheus, &c.

Inde *Prometheus*. Prop. lib. 1. eleg. 12.

——— *An quæ*
Lecta Prometheis dividit herba jugis.

Ovid. lib. 2. Amor.

Quæque Prometheo saxa cruore madent.

Ausonius in Monosyllabis:

Unde Prometheo de corpore sanguineus ros
Aspergit cautes, & dira aconita creat eos.

E Caucaso enim legebantur à veneficis herbæ ad incantationes. Seneca in Medeâ:

Congerit in unum frugis infaustæ mala,
Quæcunque generat niveus saxis Eryx,
Quæ fert opertis hyeme perpetuâ jugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.

Nomen habet *Prometheus* ἀπὸ τῆς προμηθείας, i. e. *à providentia*. Unde Hesiodo, ἀγκυλομήτης, αἰολόμητις, ποικιλόβουλος, & πολυΐδεις dicitur. Μητιόεσσα eum vocat Q. Calaber. Πολυμήτης ab Oppiano vocatur, αἰπυμήτης & σοφιστὴς ab Æschylo. *Callidum* eum vocat Horat. lib. 2. Carm.

——*Nec callidum Promethea*
Revexit auro captus.——

Unde

Unde Catullus, ut supra:

——— *Solerti corde Prometheus.*

Ponitur aliquando pro figulo. Juvenal. Sat. 4.

Debetur patinæ magnus subitusque Prometheus.

Callimachus apud Schol. Aristoph. in Vesp.

Ἐφθεγγε δ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθεῖος.

Idem:

——— Εἴσε Προμηθεὺς
Ἔπλασε, χὴ πηλὸν, μὴ ἔξ ἑτέρου γόνατος.

Cæterùm in Historiâ veteri aliquantisper versatis (inquit Cæsius) haud adeo operosum erit distinguere, quid poeticâ, & quid historicâ fide à poetis de Prometheo sit dictum. *Non* enim *res ipsas gestas finxerunt poetæ*, ut loquitur Lactantius, lib. 1. de Falsâ Relig. cap. 2. *sed rebus gestis addiderunt quendam colorem.* Et hoc detracto, & quasi decoratâ fabulâ, nuda nobis apparebit historiæ veritas. Apud Herodotum legere est in eo libro, quem composuit de vinculis Promethei; quòd Scythia fluvio Aquilâ inundatâ, Prometheus Scytharum rex populis sibi subjectis res victui necessarias non suppeditare potuerit, atque eâ de causâ à Scythis in vincula conjectus sit. Quem tamen haud ita longè post Hercules in illas veniens regiones, à vinculis liberaverit, fluvio Aquilâ in Oceanum ducto. Agrœtas quoque Rerum Scythicarum, lib. 13. eadem ferè scripsit. Verum uterque non nudam, & sicuti gesta erat, sed adhuc fabulis & commentis quibusdam contaminatam recitant historiam. Audiamus igitur Polycharmum in Rebus Lyciis, & Diodorum Siculum; qui scribunt, Nilum Ægypti flu. aliquando, Sirio exorto, adeo intumuisse, ut, aggeribus ruptis, Ægyptum aquâ obruerit; imprimis autem illam partem cui cum imperio præfuerit Prometheus: Et hunc fluvium, sive potius alveum Nili, ob aquæ violentiam & celeritatem (unde etiam viscera Promethei exedisse fabulantur) postea *Aquilam* esse nuncupatum. Herculem autem obturatis, quibus irruperat, locis, eum intra ripas coercuisse, & sic Prometheum liberasse. Videtur *Magog* esse Prometheus, inquit Vir doctissimus in Phaleg. 1. Quia ut Japheti fil. Magog, ita Prometheus Japeti. 2. Et Caucaso Prometheus affixus fuisse fingitur, quia vel ipse, vel gens Scytharum ab illo oriunda in Caucaso sedes fixit. 3. Et ignem è cœlo in terram detulisse, quia metallis omnigenis in Soanis, Colchide & Iberiâ effossis, artem metalla igne excoquendi aut invenit, aut à Tubalcaino inventam restituit. Id non latuit Æschylum, poetam vetustissimum, qui Prometheum inducit ita loquentem,

Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν θ' ὅτης
Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξεύρειν ἐμοῦ;

4. Et tota fabula de Promethei corde vel hepate, quod ab aquilâ corrosum contabescit, videtur niti nomine *Magog*; quod ab Ebræo מוג *mug*, vel מגג *magag*, cujus Hithpael התמגג *hithmaggeg*, quod de animâ & corde usurpatum, *dissolvi*, & *contabescere* significat, atque *animo frangi* & *cruciari*.

Propertius, Elegiacorum poetarum omnium facilè princeps, ex Mevaniâ op. Umbriæ oriundus. Quidam scribunt ejus patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumvirali potestate fuisse: tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium secuti Perusiâ captâ ex Octavii Cæsaris authoritate, ad aram Julii perducti, ibi occisi fuerunt. Illud omnino constat hunc Propertium magnâ ex parte amissis, bonis Romam se recepisse, quum patrem adhuc in tenerâ ætate amisisset; ubi propter ingenium statim amatus est à Corn. Gallo, & Mæcenate. Elegiarum quatuor libros edidit. Hostiam puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynthiam appellavit. In suis operibus secutus est Callimachum, & Philetam Græcos; unde & se *Romanum* vocat *Callimachum*. De quo sic Jul. Scaliger: *Propertius facilis, candidus, verè elegiacus, tersior tamen quam existimatus est à criticis: nam & amat quædam quæ minimè sunt vulgaria. Propertium*, inquit Lipsius, *qui non amat, eum profectò Musæ non amant. Lepidissimum & nitidissimum poetam* eum vocat eruditissimus Turnebus, lib. 8. Adverss. cap. 2. Idem lib. 11. cap. 15. *Tanta versuum Propertii jucunditas & amœnitas est, ut eos dictitantibus Gratiis à poetâ exceptos censeas. Tantum optarem ad aliam potius, quam amatoriam materiam beatam illam & candidam ingenii venam contulisset, ut à juventute tutius legi posset.* Ovid. Trist. 2.

Invenies eadem blandi præcepta Properti.

Idem lib. 3. de Art. Am.

Et teneri possis carmen legisse Properti.

Martialis, lib. 8.

Cynthia te vatem fecit lascive Properti.

Idem alibi:

Cynthia, facundi carmen juvenile Properti.

Alius ab hoc est *Propertius*, ex quo Fulgentius Planciades libello ad Chalcidium Grammaticum citat: *Carillata geris vendimonia, publicum prostibulum.*

Propœtides, filiæ Amathuntiæ, aspernatæ Venerem triviis vulgavere corpora, ob ejusdem Deæ iram; quia verò ad pudorem indurverant, noviss. in lapidem transfiguratæ sunt, ut inquit Lactantius. Ovid. Met. 10.

Sunt tamen obscœnæ Venerem Propœtides ausæ
Esse negare Deam: pro quâ sua numinis iræ
Corpora cum formâ primæ vulgasse feruntur.
Utque pudor cessit, sanguisque indurvit oris,
In rigidum parvo silicem discrimine versæ.

Prosa, Dea, cui ara deprecandi gratia periculi ab ægro partu constituta est. Gellius 15. 16. Huic altera adversaria erat *Postversa* nominata, à perverso partu.

Proserpina, Jovis & Cereris filia, quæ cùm in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta est. Ovid. Met. 5.

——— *Quo dum Proserpina luco*
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Pene simul visa est, dilectaque raptaque Diti.

Orpheus tamen in Argonauticis videtur significasse Proserpinam non in specu sed super mare latam fuisse, cum ita scribat:

Ὡς ποτε Φερσεφόνην τέρεν' ἄνθεα χερσὶ δρέπτος
Ἐξάπαφον συνόμαιμοι ἀν' εὐρυ ϑ' ὑγρὸν ἁλσος.
Αὐτὰρ ἔπειϑ' ὡς μιν Πλέστος χλαδοτέρηφι ἵπποις
Ζαξάμενος κέλευ ἐπιβήσατο δαίμονι αἴσῃ
Ἁρπάξας δ' ἴφορεν διὰ κύματος ἀγχιγάηϊο.

Scriptum reliquit Sophoclis Enarrator, Proserpinam raptam fuisse à Plutone, cum Narcissum colligeret, his verbis; ὅτι μελὺν ἦν ὁ Πλούτων αὐτῇ ἁρπάσαι, τοῦτο ἐτέρπετο συλλέγουσ' ἐν φασὶν αὐτῇ ὁ νάρκισσον ἁρπαδῆναι. Hanc cum Ceres diu frustra toto terrarum orbe investigasset, tandem à Cyane Nymphâ rem omnem edocta, petiit à Jove, ut communem filiam ab inferis sibi reducere liceret: quod eâ duntaxat lege impetravit, si nihil illa cibi apud inferos gustasset. Quarè cum Ascalaphi indicio palam factum esset, aliquot mali Punici grana illam gustasse, omnis reditûs spes illi fuit intercluſa. Quod ægrè ferens Proserpina Ascalaphum commutavit in bubonem noctis avem, rerumque tristium semper nunciam. Postea tamen Ceres à Jove dicitur impetrasse, ut Proserpinæ senis quotannis mensibus secum apud superos, & totidem apud inferos cum marito esse liceret. Obtinuit deinde Proserpina propter multas matris lachrymas & lamentationes, ut ejulatus, & capillorum lacerationes, & plagæ, quæ in funere familiarium & carissimorum fierent, in ejus honorem ederentur, tanquam quædam sacrificia. Euripides in Oreste:

Καὶ τύπον ϑ' ἑκατὸς ὃ ἔλαχ' ἃ χϑονὸς
Νερτέραν Περσεφάσσα κληίπυος ϑεά.

Quæ cum mortuorum esset regina, dicti sunt omnes ab Horatio in primo Carminum è Proserpinâ excipi in his:

Mista senum ac juvenum densantur funera, nullum
Sæva caput Proserpina fugit.

Idem alibi:

Quàm penè furvæ regna Proserpinæ,
Et judicantem vidimus Æacum.

In fabulis quoque narratur cujusque capitis crines abscindere Proserpinam, ut orco damnetur. Virg. Æn. 4.

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Ubi loquitur ex opinione veterum, qui existimabant, eos qui morti essent proximi, à Proserpinâ primum tonderi, & his quasi primitiis Orco initiari, neque aliter posse obire diem suum. Inde apud Euripidem, aut Charon, aut Mors inducitur Alcestidis comam secans, his versibus:

Ἦ δ' ὃν γυνὴ κάτειμι εἰς Ἄιδ' δόμους,
Στείχω δ' ἐπ' αὐτῇ, ὡς καταρξωμαι ξίφει.
Ἱερὰς γὰ ἐσὶ σὴ χϑονὸς ϑεᾶν,
Ὅτι τόδ' ἄγχος κρατὸς ἀγνίσει τέχη.

Quæ verba explicans Scholiastes ait: Ὡς ἔϑος ὄντος τὸ ϑάνατον τῷ μέλλοντος ἀποϑνήσκειν τὰ κόμαι τέμνειν. Statius item lib. 2. Sylv. de Glauciâ moriente sic canit:

Jam complexa manu crinem tenet Infera Juno.

Ad rem hanc allusisse videtur Martialis, 3. 43.

Non omnes fallis. Scit te Proserpina canum:
Personam capiti detrahet illa tuo.

Antiqui Proserpinam ad postes suos exscribere nomina avocandorum à vitâ censebant. Papinius Theb. 8.

Nec dum illum aut truncâ lustraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat.

Ei *sterilis vacca* dicabatur. Virg. Æn. 6.

——— *Ipse atri velleris agnam*
Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam.

Scribit,

Scribit hoc Arnobius, lib. 7. Prudentius contra Symmachum, lib. 1. poſt mentionem Proſerpinæ:

Placatur vaccæ ſterilis cervice reſectâ.

In ſacris mortuorum id uſitatum, teſte Homero Odyſ. 11. apud quem Ulyſſes poſt mentionem νεκύων, ſubdit, στεῖρα βοῦν, *bovem ſterilem.* Silius autem Italicus, lib. 13. rem exprimit caſtitatis nomine, quod alii ſterilitatis:

Ordine inactari pecudes jubet, acer operto
Ante omnes taurus regi, tum proxima Divæ
Cæditur Ætnææ caſtâ cervice juvenca.

Hanc vel apud inferos formoſorum amore captam eſſe innuit Papinius, Silv. 2. 6.

——*Obliquumque notat Proſerpina vultu.*

Ita enim (notante Barthio) ſolent amantes, dum mutui affectus ſunt incerti. Muſæus de Leandro:

Λοξὰ δ' ἐπιπλῶων δολερὸς ἐλέλιξεν ὀπωπὰς
Νύμφαισιν ἀφθίγγοισι παρακλίζων φρένα κύμης.

Theocritus in Bucolico, ubi contemptum ſimulat Paſtoris mulier, quem amat tamen:

Καί μ' ἀπὸ τᾶς καρδίας πιπτῷ τῷ πόδε συνεχεῖ ὄλεθρον
Χείλεσιν μυδιόωσα, κ' ὄμμασι λοξὰ βλέπουσα.

Sic Achilles, primum ab Amore tentatus apud Stat. Achilleidos, 1.

Mulcetur, lætuſque rubet, viſuſque ſuperbos
Obliquat.

Apollonius, lib. 3. Argon.

——Ἐκ' αὐτῷ δ' ὄμματα κούρη
Λοξὰ τυφὸ λιπαρῷ χρυμέν ἐνεῖτο χαλύπτρῳ.

Mythologiam ejus pete ex Natali Comite, lib. 13. cap. 16. Nomen *Proſerpinæ* quod attinet, videtur vox eſſe originis Latinæ, non Græcæ, ut cenſet Cicero, *à ſerpendo* nimirum dicta. Serpunt enim per terram & ex terrâ, i. e. Cerere naſcuntur fruges, quibus ea ſignificatur. Quia vero eædem latent ad tempus, donec exiliant Solis calore elicitæ, atque in auras eductæ, fingitur hæc Dea rapta ab Inferorum, divitiarumque Deo Plutone. Inde Phurnutus explicans μυθολογίαν. Ἁρπάσαι δ', inquit, ὁ Ἅιδης ἢ συγατέρα ἢ Δήμητρος ἐμυθεύθη, διὰ τ' γινόμενον ὑπὸ χθόνα πᾶν ὅ,τι σπερμάτων καὶ γῆς ἀφανισμόν. Quinimo Terram ipſam quoque dictam *Proſerpinam*, quòd ex eâ *proſerpant* fruges, notat B. Auguſtinus ex Varrone. Græcè Περσεφόνη dicitur, qu. φέρουσα τὸ ἄρουρα, *divitias ferens*, authore Heſychio. Atqui vox iſta, ſecundum Etymologici Trilinguis auctorem, Hebræam habet originem; nempe à פרי *Peri*, *fructus*, & טמון *Saphun*, *tectus*, *opertus* vel צפון *Tzephun*, *abſconditus*. Hæc à Plutone (quo nomine vis & natura terræ intelligitur, à verbo חטף *Palat*, h. e. *eripuit*, unde *Raptor* dictus poetis) rapta ad inferos dicitur, ut ſupra vidimus. Quæ omnia mendaces Græcos, Idololatriæ faſcino dementatos ſuis mythologiis vulgo illuſiſſe, ſibique ipſis horrendum in modum impoſuiſſe demonſtrant. Nota Proſerpinam à veteribus *Dominam* dictam. Virgil. Æn. 6.

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Græcis Δέσποινα dicebatur, & culta etiam fuit ab eiſdem ſub hoc nomine, cujus meminit Pauſan. in Arcad. Καὶ τῇ Δεσποίνῃ δύσιν ἱερεῖα οἱ Ἀρκάδες, πολλὰ ἢ καὶ ἄφθονα. Adi ipſum, ſæpius enim ibi hoc nomen inculcat. Seneca quoque & Martialis ita vocant hanc Deam. Prior in Medeâ:

Dominumque regni triſtis, & Dominam fide
Meliore raptam, voce non fauſta precor.

Poſterior, lib. 12. Ep. 52.

Non aliena videt, ſed amat Proſerpina raptas:
Iſte tibi Dominam conciliavit amor.

Cur autem conficta ſit hæc fabula Proſerpinæ per Plutonem raptæ diſcas ex Firmico, lib. de myſteriis & moribus profan. Relig. cap. 7. ubi legas, plures procos habuiſſe Proſerpinam, & inter eos divitem quendam ruſticum, nominem Plutonem qui cum amoris impatiens, moram non ferret, inventam veſperi in Ennæ finibus prope Perguſam lacum amœniſſimum, vehiculo ſuperimpoſitam avexit, Raptorem cum armatorum turmis Ceres perſequitur, qui vitæ ſuæ timens, & prædæ retinendæ ſpem rejiciens, equos per medium lacum impulit, cujus profundis voraginibus uterque demerſus interiit. Poſtea ſolatio matris Ennenſes ab Inferorum Deo Plutone raptam finxerunt. Quæſivit interea toto fere terrarum orbe filiam Ceres, & Atticis frumentum ſecum è Siciliâ delatum diviſit, jaciendi ſeminis & frugis colligendæ diſciplinam tradidit: eo devincti beneficio, Cereri, natæque illius divinos honores decreverunt. Quæ cuncta amplè Firmicus ſcriptor Chriſtianus, alius ab aſtrologo nugaciſſimo.

Proſper, Aquitanicus, Valentiniani temporibus fuit, quem Burdigalenſem vocat Jo. Aventinus. Leonis Papæ primùm notarius, ac poſt Epiſcopus Rhegienſis fuit. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 17. Multa præclara ſcripſit pro gratiâ Chriſti contra Pelagianos, ſeſeque S. Auguſtini diſcipulum & defenſorem acerrimum demonſtravit, uti loquitur Bellarminus de Script. Eccleſ.

Proſumnus vel potius *Proſymnus*, de quo ſic Arnobius, lib. 5. *Cum inter homines, inquiunt, eſſet adhuc Nyſius, & Semeleius Liber, noſſe inferos expetivit, & ſub Tartari ſedibus quidnam rerum ageretur, inquirere: ſed cupiditas hæc ejus nonnullis difficultatibus impediebatur; quod quà iret ac pergeret, inſcitiâ itineris neſciebat. Proſumnus quidam exoritur, ignominioſus amator Dei, atque in nefarias libidines ſatis pronus; qui ſe januam Ditis, atque Acheruſios aditus pollicetur indicaturum, ſi ſibi gereret morem Deus, atque uxorias voluptates pateretur ex ſe carpi. Deus facilis jurat poteſtatis futurum ac voluntatis ſe ejus, ſed cùm primum ab inferis compos voti atque expeditionis rediſſet. Viam comiter Proſumnus ediſſerit, atque in limine ipſo proſtituit inferorum. Interea dum Liber Stygem, Cerberum, Furias, atque alias res omnes curiosâ inquiſitione colluſtrat, ex viventium numero index ille decedit, atque ex more ſepelitur humano: emergit ab inferis Evius & recognoſcit extinctum ducem. Qui ut fidem impleret pacti, & jurandi ſolveret religione ſe juris, locum pergit ad funeris, & ficorum ex arbore ramum validiſſimum præſecans, dolat, runcinat, levigat, & humani ſpecies fabricatur in penis: ſigit ſuper aggerem, tumuli, & poſtica ex parte nudatus, accedit, ſubdit, infidit. Laſciviam deinde furientis aſſumptâ, huc atque illuc clunes torquet, & meditatur ab ligno pati quod jamdudum in veritate promiſerat.* Fabulam hanc narrant Clemens Protreptico, Theodoretus de Martyribus Serm. 8. Gregor. Nazianzenus στηλιτευτικῷ β. Hyginus Poetico Aſtron. pag. 186. Pauſanias in Corinthiacis Πολύμνου vocat.

Protagoras, Abderites, Democriti auditor, natus Menandro patre, Thracum locupletiſſimo, qui & Xerxem adverſus Græciam proficiſcentem domo, muneribuſque excepit: ob quam liberalitatem Magi qui cum eo erant, factâ à rege poteſtate, ejus filium Protagoram, tunc adoleſcentem ſuâ diſciplinâ erudierunt: nam injuſſu regis cum communicare non licet, quòd de diis haud benè ſentiant, dubitareque ſe dicunt deos eſſe: Illis quoque clam ſacrificabant, ne clarâ religionis profeſſione illis ſervire, aut per illos nonnihil poſſe videantur. Ex hâc igitur conſuetudine & ritu, Protagoras ab Athenienſibus condemnatus eſt: ut autem placet nonnullis, tantum accuſatus ſponte exulavit. Cumque ſparſas toto orbe triremes Athenienſium videret parvo ſe navigio credens, inſulas luſtravit, ubi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpiſſe. Igitur Plato cum videret eum arte rhetoricâ intumeſcentem ejus ideam longo ſermone expreſſit. Philoſtratus. De eo ſecus A. Gellius, cap. 3. lib. 5.

Protagoras, de monſtroſis quorundam Indorum formis prodidiſſe quædam dicitur à Tzetze Chil. 7. Hiſt. 144.

Protagorides, Cyzicenus hiſtoricus. Athen. lib. 3. & 4.

Protarchus, Trallianus hiſtoricus, laudatur Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 7.

Protervia, ſacrificii genus, in quo quicquid ex epulis ſupererat, incendio dabatur. Auſonius.

Capripedes agitat quum lena Protervia Panas.

Albidius adoleſcens quum univerſum patrimonium decoxiſſet, & ædes unas (quæ ſupererant) rerum deſperatione dediſſet incendio; ferunt Catonem hoc in eum cavillo uſum fuiſſe: *Hic proterviam facit.* Facere autem proterviam, adagium eſt in prodigos, qui omnia abſumunt uſque ad aſſem. Macrob. 2. 2.

Proteſilaus, fil. Iphicli, unus ex Græciæ principibus: cui, quamvis oraculo prædictum eſſet primum omnium in bello Trojano peritûrum, ſi eò proficiſceretur; contemptis nihilominus vaticiniis, unà cum cæteris ducibus eò profectus eſt: cumque omnium primus è navi in terram exiſſet, & in Hectorem incidiſſet, primus Græcorum omnium ab illo eſt interfectus. Ovid. in Met.

——*Hectoreâ primus fataliter haſtâ*
Proteſilae cadis.——

Vocatur & *Phylacides*, à *Phylace*, Theſſaliæ oppido. Uxorem habuit Laodamiam, Acaſti filiam, quæ cum ejus interitum reſciſſet, hoc unum doloris ſui ſolatium petiit, ut mortui umbram poſſet intueri, quod cum à Diis impetraſſet, in illius amplexibus expiravit. Extat illius epiſtola ad maritum ſuum inter Ovidianas. Sunt ex adverſo Helienſium urbis juxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulcro arbores, quæ cum in tantum accrevere, ut Ilium aſpiciant, inareſcunt, rurſuſque adoleſcunt. Plin. 16. 44. Vide Philoſtrati *Heroas*. Græcè πρῶτος λαῶν. Auſonius autem videtur derivare πρῶτος τὸ πρῶτον ἰλάσασθαι ἢ θεόν hoc verſu:

Proteſilae tibi nomen ſic fata dederunt,
Victima quod Trojæ prima futurus eras.

Sed

Sed falsò. Hunc Hyginus Fab. 103. tres horas impetrasse scribit, quibus cum Laodamiâ loqueretur. Unde Ausonius in Cupidine crucifixo:

Præreptas queritur per inania gaudia noctes
Laodamia duas, vivi functique mariti.

Propertius 1. 19.

Illic Phylacides jucundæ conjugis heros,
Non potuit cæcis immemor esse locis,
Sed, cupidus falsis attingere gaudia palmis
Thessalis antiquam venerat umbra domum.

Hinc *Protesilaeus.* Catullus:

Conjugis ut quondam flagrans advenit amore
Protesilaeam Laodamia domum.

Proteus, Deus marinus, Neptuni & Phœnices fil. teste Tzetze hist. 44. Chil. 2. qui in Pharo Alexandriæ habitavit, Toronenque ex Ægypto in Phlegram Pallenes profectus uxorem duxit, ex quâ filios suscepit Tmylum ac Telegonum, de quibus Euripides in Hecubâ. Hi postea peregrinos crudeliter interimebant cum adolevissent, quorum sævitiam cum Proteus æquo animo ferre non posset, impetrasse à patre Neptuno dicitur, ut in Ægyptum rursus ferretur: cujus preces cum audivisset Neptunus, è quodam Pallenes hiatu speluncam sub mari fecit, in quâ illum in Ægyptum usque secum perduxit. Deinde cum Hercules ob crudelitatem quâ in hospites utebantur Tmylum ac Telegonum obtruncasset, cognitâ filiorum cæde, neque lacrymas emisit, quia nefarii essent homines, neque risit, quòd essent filii, ut scripsit Theopompus, lib. 8. rerum Græcarum. Xanthus verò scribit in rebus Lydiæ Proteum Oceani & Tethyos à quibusdam creditum fuisse filium. Euripides præterea Psamathen uxorem illum duxisse tradit, è qua Theonoen, & Theolymenum marem suscepit. Habuit etiam Cabiram, Rhetiam & Idotheam filias, quæ Menelaum de reditu in patriam ambigentem, cum diutius in Ægypto detineretur, docuit ut recentibus pellibus phocarum indutus, unà cum sociis, tanquam phocis, se inter phocas dormire simularet, quo tempore sub meridiem Proteus in siccum exiens inter phocas dormire consuevit, atque illum dormientem comprehendere, tamdiuque retinere in varias formas se mutantem, quamdiu in pristinam formam redierit. Dicunt enim modo in aquam, modo in ignem, modo in feras, in arbores, volucres, & serpentes se vertere solitum. Unde proverbium. *Proteo mutabilior*: cujus auctor Homerus fuisse putatur. Sic enim ille Odyss. δ.

Ἀλλ' ἤτοι φοώκοισα λέων γένετ' ἠϋγενείων,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ σίαγας σῦς,
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

Cujus sententiam sic expressit Virgilius, Georg. 4.

Fiet enim subitò sus horridus, atraque tigris,
Squamosusque draco, & fulvâ cervice leæna;
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Similiter Horatius, lib. 2. Sat. 3.

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus,
Cum rapies in jus malis ridentem alienis,
Fiet aper, modo avis, modo saxum, & cum volet, arbor.

Itemque Ovid. Met. lib. 8.

Nam modo te juvenem, modo te videre leonem:
Nunc violentus aper; nunc quem tetigisse timerent,
Anguis eras; modo te faciebant cornua taurum:
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras; interdum undis contrarius ignis.

Denique Silius Italicus, lib. 7.

Per varias lusit formas, & terruit atri
Serpentis squamis, horrendaque sibila torsit,
Aut fremuit torvo mutatus membra leone.

Virgilius iterum ubi supra:

——*Ille suæ contra non immemor artis*
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.

Nonnus, lib. 43.

Πρωτεὺς γὰ μελέεσι πύπον μίμηλον ὑφαίνων,
Πόρδαλις αἰολόγωτος ἑλὼ ὄζιξατο μορφὴν,
Καὶ φυτὸν αὐτοτέλεσσον ὑπὸ χθονὸς ὄρθιον ἔσκε,
Δενδρώσας ἑὰ γυῖα· πιαινομένων δὲ πετήλων
Ψιθυρὸν ἰθύνισμα βορειάδι σύνισεν αὔρῃ,
Καὶ χαπτῶς φολίδεσσι κεχρισμένα νῶτα χαράξας
Ἕρπε δράκων, μισάτῳ δὲ πεζομόρῳ κεκεῶν
Σπείρην ἀνηώρησεν, ὑπ' ὀρχηστῆι δὲ παλαιῷ
Ἄκρα πιαινομένης ἐλελίζετο κυκλάδος ὑρῆς
Καὶ κεφαλὴν ὤρθωσεν· ἀποπτύων δ' ἁλείων
Τὸν ἀκοντιστῆρα κεχλιδὸν σύνισε λαμῷ,
Καὶ δέμας ἀλλοφρόσαλλον ἔχων σκιοειδὲι μορφῇ
Φεῖξε λέων, σὺτο κῶφος, ὕδωρ ῥέε ——

Menelaus apud Lucianum plures hujusce transmutationis species concedit. Quomodo autem ignis aliquis in aquis degens, esse possit, haud æquè intelligit. Ὕδωρ σε γίνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐναλίῳ γε ὄντι. Καὶ δένδρον ἔτι φορητὸν. Καὶ ἐς λέοντα ὁπόταν ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἄπιστον. Εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. Cæterum Proteus hic, Ægypti rex, patriâ Memphites fuit, qui Pheroni in regno successit, regnavitque belli Trojani temporibus. Tradit enim Herodotus, lib. 2. Paridem cum rapta Helena patriam repeteret, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsum, captumque à Thomi regionis ejus præfecto, ad Proteum regem missum fuisse; qui cum ex servis Alexandri cognovisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius uxorem esse, absentique viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum infra triduum finibus suis excedere jussit: Helenam vero cum omnibus opibus, quas ille direptâ Spartâ secum vehebat, Menelao integram servavit. Expugnato itaque Ilio, cum Menelaus revera cognovisset, uxorem eò nunquam advectam fuisse, sed à Proteo retentam, Canopi gubernatoris ductu in Ægyptum navigavit: qui cum ibi diem suum obiisset, Canopico ostio nomen fecit. Menelaus autem adito Proteo, uxorem suam liberalissimè ab eo habitam cum opibus universis accepit. Hunc, rerum omnium principium esse Proteum ac Deorum antiquissimum putavit Orpheus in Hymnis:

Πρωτέα κικλήσκω, πόντου κλειδας ἔχοντα
Πρωτογόνῳ, πάσης φύσεως ἀρχὰς ὃς ἔφανεν,
Ὕλῃ ἀλλάσσων ἰερῷ ἰδέας πολυμόρφους,
Πάντιμος, πολύελπις, ὀπιπάμων πάντ' ἐόντα,
Ὅσσα τ' ἐφεδνὰ ἔλυ, ὅσα τ' ἔσται θ' ὑστερον αὖτις.

Homerus:

Πωλεῖται τις δεῦρο γέρων ἁλιος γνωτὸς,
Ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, ὅστε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδε, Ποσειδάωνος ὑποδμώς.

Virgilius Georg. 4.

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus; magnum qui piscibus æquor,
Et juncto bipedum curru metitur equorum.
——*Hunc & Nymphæ venerantur, & ipse*
Grandævus Nereus: novit namque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ nox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus
Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas.

Inde *Neptuni pastorem* eum vocat Papinius in Achilleide, Theocritus Idyl. 12.

Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θῆρας ὤν, ἄγελα.

Horatius, lib. 1. Od. 2.

Omne cùm Proteus pecus egit altos
Visere montes.

Lucianus histrionem fuisse Protea arbitratus est, de quo ita scribit in Dialogo de Saltatione: Δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον οὐκ ἄλλο τι ἢ ὀρχηστοῦ τινα γενέσθαι λέγειν, μιμητὴν ἀνδρῶν, καὶ θηρίων πάντα γιγαντιζόντων, καὶ μεταβαλλόντων δυνάμενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, καὶ πυρὸς ὀξύτητα· ἐν τῇ δὲ κινήσεως σφοδρότητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα, καὶ παρδάλεως θυμὸν, καὶ ἅμα δένδρα δύνασθαι, καὶ ὅλως ὅτι καὶ θελήσειεν. Quæ verò de Protei mutabilitate poetæ sunt commenti, ab Ægyptiorum regum consuetudine videntur emanasse. Illis enim (teste Diodoro) mos erat, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatûs, quandoque vero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta. Plato in Euthydemo fabulam exponit de fallaciis quibus sophistæ in disputando utuntur. Alii ad naturam rerum referunt: Horatius ad inconstantiam vulgi:

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Quidam ad veritatem ipsam accommodant, ut videre est apud Calcagninum & A. Bochium in Symbolicis quæstionibus. Vide sis quoque N. Comitem Mythol. lib. 8. cap 8.

Protogenes, sig. aliquem *primi generis*, & à quo genus incipit. Et à poetis sumitur pro eo qui se talem confingit. Juvenalis:

Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis. ——

Protogenes, pictor nobilissimus, patriâ Cauneus; Palmam habet tabularum ejus Jalysus, qui est Romæ dicatus in templo Pacis: quem cum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent, & sitim, ne sensus nimiâ dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit subsidio injuriæ & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Est in eâ canis mirè factus, ut quem pariter casus & ars pinxerit. Non judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse, cùm in reliquâ omni parte (quod difficillimum

ficillimum erat) sibi ipse satisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa, nec minui poterat, & videbatur minima, ac longiùs à veritate diſcedere, ſpumaque illa pingi, non ex ore nasci, anxio animi cruciatu, eum in picturâ verum eſſe, non veriſimile vellet, abſterſerat ſæpius, mutaveratque penicillum, nullo modo approbans. Poſtremo iratus arti quod intelligeretur, ſpongiam eam impegit inviſo loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optaverat, fecitque in picturâ fortuna naturam. Hom. Odyſ. 19. Item filia Erechthei Athenienſium regis.

Proxenus, commentarios fecit de Rep. Lacedæmoniorum. Eorum 2. advocat Athen. lib. 6. Item περὶ πόλεων Σικελικῶν, cujus 1. citat Steph. in Γέλα. Simpliciter idem mem. in Χαονία, & Schol. Apollon. lib. 1. Ubi ex eo refert Alconem fuiſſe Erechthei filium. Ad hæc Mich. Apoſtolius Cent. 11. Prov. 76.

Aurelius *Prudentius* Clemens, vir Conſularis, Hiſpanus genere, ex Cæſaraugustâ, Chriſtianæ religioni deditiſſimus. Adoleſcentiam & juventutem incontinenter actam ſibi fatetur ipſe & dolet. Septimum & quinquageſimum annum agens res Eccleſiaſticas vario carminum genere cœpit componere, doctè & eleganter, niſi quod interdum in vocibus peregrinis, & maximè Græcis, ſyllabarum quantitatem neglexit, quum tamen Græcas illum literas probè tenuiſſe teſtentur librorum ipſius inſcriptiones Græcæ. Floruit Theodoſii Magni, & filiorum ipſius temporibus, Hieronymo & Ambroſio Synchronus. Vide Gennadium.

Pruſias, rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulavit, poſtquam victus à Romanis (tanquam rupti fœderis author) depoſcebatur ad pœnas. Livius.

Prytanes, Athenienſium magiſtratus apud quos, ejectis 30. Tyrannis, decem à Thraſybulo Reip. præpoſiti: mox iis quoque à Pauſaniâ ſpretis, quinquaginta Prytanes inſtituti ſunt, de quibus Demoſth. Phil. 2. atque ibi, Pollux, lib. 8. & Harpocration his verbis. Πρυτάνεις πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς οἱ δοκιμῶντες τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς παρδόμενα. Idem ſummi magiſtratus nomen & Rhodiis fuit, apud Liv. 42. Plut. in Politicis, Appian. ἐμφυλ. 4. Lipſ.

Prytaneum, placet hic adſcribere Etymologici magni verba, quæ ſunt Τόπος ἦν παρ' Ἀθηναίοις, ἐν ᾧ καιναὶ σιτήσεις τοῖς δημοσίοις εὐεργέταις ἐδίδοντο, ὅθεν καὶ Πρυτανεῖον ἐκαλεῖτο, οἱονεὶ πυρετανεῖον. Πυρὸς γὰρ ὁ σῖτος· τυγχάνει τὸ σίτῳ δημοσίᾳ ταμεῖον. Locus erat apud Athenienſes, in quo cuilibet ex populo benè de Rep. merito alimenta præberi ſolebant. Unde & *Prytaneum* appellabatur quaſi *frumenti horreum*. Eſt enim πρυτανεύσαι nihil aliud, quàm ταμιεύσαι, & πρυτανὶς ὁ σιτοφύλαξ. In hoc ipſo loco, ut ſibi in poſterum alimenta ſuppeditarentur, quoad viveret, dixit ſe meritum Socrates propediem moriturus. Suidas: Πρυτανεῖον φασὶ τοὺς Ἀθηναίοις οἰκικῶς δημοσίᾳ, ἔνθα ἐστιῶντο δημόσια τὰ τοιαύτης τιμῆς παρ' αὐτοῖς τυγχάντες· ὅτι γὰρ μεγάλοις καρποῖς ἐχρῶντο, τὰ τοιαῦτα ἀπεδίδοντο χρέων. Nec mirum quod Scholiaſtes in Ariſtophanis Pace prodiderit: ὅτι χειροτονοῦντο μισθὸν ἐν πρυτανείῳ σιτήσεις. Atque hinc facilius intelligere quilibet, cur ſcripſerit Plutarchus Sympoſ. 4. Probl. 4. Cimonem Athenienſem liberaliſſimum virum præſtitiſſe domum ſuam πρυτανεῖον κοινὸν. Fungerus. Dionyſius πρυτανεῖα vocat Curias, in quibus ſacra fiebant ab iis qui maximam in urbe habent poteſtatem. Theocritus, Idyll. 21.

—— Τῷ Ἀδωνίου ἐν Πρυτανείῳ
Φασὶ γὰρ αἴθε ἔχειν τόδ' ἔχειν.

Ubi Palmerius: Mutat vir doctus (inquit) legendo ἄγαν, & credit omnem hujus loci obſcuritatem hac mutatione illuſtrare. Sed fateor me non capere quid velit per hæc verba quæ ſubjungit. *Conjecturam piſcator ille obiter, & ſignificat otioſum ſe plane, & longe opulentiam à ſe abeſſe; non eſſe tamen quod ſollicitus ſit, cum τὸ λυχνίον ἐν πρυτανείῳ ſit, quod quidem λυχνίον ſemper habet τὸ ἄγαν. Intelligit Lychnum, qui Athenis in gratiam Vulcani πῦρ ἀθάνατον habebat, ſicut Romanorum Veſta.* In quibus verbis non video quo modo conveniat piſcatori egeno & Siculo conſolari ob perpetuitatem ignis, qui Athenis in Prytaneo ſervabatur. Plura ad hunc locum doctiſſimus Caſaubonus, qui nihil mutat, & meliorem ſententiam exhibet, ſed tamen, quæ non uſquequaque vera mihi videtur, & mihi non ſatisfacit, nec tamen aliquid habeo quod dicam. Meræ mihi ſunt tenebræ, hic locus Saliari carmine obſcurior, accedant alii & lucernam accendant.

Pſammetichus, rex Ægypti, cujus ſævitiâ (teſtibus Herodoto ac Diodoro Siculo) ducenta millia hominum ex Ægypto in Æthiopiam profugere. Strabo, lib. 16. *Teneſſis regio vocatur, quam qui Pſammetichum fugerunt, obtinent, & Sabrita nominantur, hoc eſt advenæ.* Hujus filias rapuerunt crocodili, inquit Ælianus, propter quod ipſum animal ſanctum credidit. *Pſammetichus* Ægyptiorum rex, inquit Herodotus Musâ 2. cum regnum adeptus eſſet, inceſſit ei dignoſcendi cupido, qui re verâ primi hominum extitiſſent, ex eo tempore didicerunt Ægyptii Phrygas primos fuiſſe, ſe vero ſecundos. Pſammetichus enim cum haud aliter id deprehendere poſſet, duos pueros recens natos inter pecora educandos paſtori tradidit, jubens neminem coram eis vocem edere, ne alicujus ſermonem perdiſcerent; ut qualis eſſet vox prima, quæ erumperet intelligeretur. Parvi itaque poſt bimatum, paſsâ januâ (intus enim à capris nutriebantur) ambo porrectis paſtori manibus, *Becchus* clamitarunt. Quo quidem verbo Phrygas conſtat *panem* appellare. Tali igitur negotio, Phrygas primos omnium natos compertum eſt.

Pſapho, vir quidam in Libyâ, qui divinitatis opinionem affectans, quamplurimas aves cepit vocales, humani ſermonis dociles, quas docuit ſonare hæc verba; μέγας θεὸς Ψάφων, atque ita edoctas emiſit in montes. At illæ quæ didicerant, canebant: ac reliquas item aves ſonare docebant. Porro Libyes cum ignorarent commentum, credentes id divinitùs accidere, Pſaphoni rem divinam facere inſtituerunt, ipſumque in Deorum numerum retulerunt. Unde Proverbium, *Pſaphonis aves.*

Pſellus, ſub Conſtantino Ducâ (inquit Vir Clariſſ. Jo. Voſſius) qui Iſacio Comneno anno ſuffectus 1058. claruit πολυχαφώτατος ille Michael Pſellus. Præfectus fuit ſtudii Michaelis Ducæ, Conſtantini Ducæ filii: qui an. 1071. ſucceſſit Romano Diogeni. Atque hæc ſatis liquent ex Zonaræ Annalibus. Hujus Pſelli illuſtre eſt elogium apud Annam Comnenam Alexiados, lib. 5. Cedreno dicitur ὁ φιλοσόφων ὕπατος. Meliorem Sophiſtam quam Chriſtianum eum vocat Barthius ad Stat. Theb. 9. pag. 946. Vide Leonis Allatii diſſertationem de *Pſellis*, & Voſſ. P. Gr. pag. 82.

Ptolemæus, Lagi, gregarii militis fil. maximæ authoritatis apud Alex. M. poſt cujus mortem Ægypto & Africâ, & magnâ Arabiæ parte potitus, regnavit an. 40. à quo deinceps Ægyptii reges *Ptolemæi* appellati ſunt. Alexandri M. ſub quo militavit, res geſtas perſcripſit, teſte Curtio, lib. 9. & Arriano in Præfat. Hiſt. de Exped. Alexandri. Hujus Hiſtoriam laudat Plin. Hiſt. Nat. lib. 12. & 13. Mem. & Plut. in V. Alexandri. Hic duo filios habuit, *Philadelphum* & *Ceraunum*. Deceſſit in rerum geſtarum gloria, cum paulò antè, regni abdicatâ adminiſtratione, Regem filium conſtituiſſet *Philadelphum*. Trogus, lib. 15. Qui Philadelphus vir doctiſſimus fuit, Stratonis diſcipulus, & Bibliothecam illam celeberrimam inſtituit, quæ uſque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duravit. Regnavit an. 38. obiitque relicto Ptolemæo *Evergete*. Hic 26. annis regno potitus moriens ſucceſſorem habuit Ptol. *Philopatorem*; qui 17. an. regnavit. De hoc quædam habet Grotius ad illud Maccab. 3. ἐ μόνον δὲ ἀναιδημάτοις ἀσελγείαις διηκάδη, &c. Periſtitit in libidinibus innumeris. Polybius de eo ἐλκόμενον ὑπὸ τῆς συνήθους ἐν τῷ βίῳ ῥᾳδυμίας καὶ κακίας. Idem in fragm. à doctiſſimo Valeſio editis ex lib. 13. μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν περὶ κοίλην Συρίαν πόλεμον, ἀποστὰς πάντων ἦν κακῶν ἐχόμενος ἐν βίον ἄσωτον. Vide & quæ ſequuntur ex lib. 15. Juſtin. vero lib. 30. Contentus recuperatione urbium quas amiſerat, factâ pace, avidè materiam quietis arripuit, revolutuſque in luxuriam, occisâ Eurydice uxore, eademque ſorore ſuâ, Agathocleæ meretricis illecebris capitur. Atque ita omnem magnitudinem nominis ac Majeſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conviviis conſumit. Adduntur inſtrumenta luxuriæ, tympana & crepundia: nec jam ſpectator Rex, ſed magiſter nequitiæ, nervorum oblectamenta modulatus, &c. Strab. lib. 17. de Regibus Ægypti Ἅπαντες δὲ ἦν οἱ μὲν ἕως τρίτου Πτολεμαῖοι ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένοι, χείριστα δ' ὁ τέταρτος. Poſt eum Ptol. *Epiphanes* regni gubernacula ſuſcepit, eaque tenuit an. 23. Poſt hunc Ptol. *Philometor*, quum 35. annis Ægypti regnum tenuiſſet, fratrem ſuum *Euergetem* alterum, moriens regem conſtituit. *Euergetes* autem qui & *Phyſcon* dictus eſt, regn. an. 29. cui Ptol. cognomento *Lathyrus* ſucceſſit: Lathyro autem *Auletes*, Cleopatræ pater. Poſt hunc Ptol. cognomento *Dionyſius*, Cleopatræ frater, qui Pompejum poſt Pharſalicam cladem in Ægyptum fugientem interimendum curavit. Strabo, lib. 17. Ptolemæorum ſtemma habes apud Paulum Manutium Quæſitis per Epiſt. lib. 1. Epiſt. 10. Hinc *Ptolemæus*. Propertius:

Et Ptolemææ littora capta Phari.

Ptolemæus, Ageſarchi F. Megalopolitanus hiſtoriam ſcripſit Ptol. Philopatoris 4. Regis Ægypti. Hujus hiſt. lib. 2. citat. Athen. lib. 6. tertium vero lib. 10. Mem. quoque Clem. in Παιδαγ. & ex eo Arnobius, lib. 6. Joſ. Simlerus ſuſpicatur ſcripſiſſe etiam de regiis in Alexandriâ palatiis, ac de animalibus quæ in eo nutriuntur. Sed is eſt Ptol. Euergetes ſecundus, teſte Athen. lib. 14. Voſſius; quem etiam vide; H. Gr. lib. 1. cap. 21.

Ptolemæus Mendesius, historicus, cujus locum quendam in commentariis suis exscripsit Apio Alexandrinus, ut Clem. refert lib. 1. Στρωμ. & ex eo Euseb. Præp. 10. 12. Ubi etiam dicitur Ptolemæum hunc non Regem fuisse sed sacerdotem. Vide Voss. Hist. Gr. 2. 5.

Ptolemæus Alexandrinus, cognomento Chennus, floruit sub Trajano & Adriano Impp. Reliquit opus περὶ παραδόξων ἱστορίας, item *Sphinga*, quæ fabula est historica; adhæc Ἀνθόμηρον, poema viginti quatuor librorum, cui inde nomen, quod Homericæ Iliadis vel Odysseæ, libros adæquaret. Alia quoque edidisse ait Suidas. Cum autem hunc Ptolemæum Suidas fuisse Hephæstionis filium dicat; non dubium quin idem sit, ac ille, quem designat Photius in Bibl. Cod. 190. cujus beneficio ex 7. Ptolemaicæ historiæ Excerpta habemus, sane nec inutilia, nec injucunda.

Ptolemæus Rex Cypri, à Romanis regno suo barbare & injustissimè pulsus. De quo Vell. Pat. lib. altero. *Idem Pub. Clodius in Senatu sub honorificentissimi ministerii titulo M. Catonem à Rep. relegavit; quippe togam tulit ut is Quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam Quæstore, mitteretur in insulam Cyprum ad spoliandum regno Ptolemæum, omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum*, &c. Mirum profecto Schema, quasi morum vitia Ptolemæum regno exuere & Romanis spoliandum tradere debuerint. Aliter autem & verius Am. Marcel. 14. 27. ubi de Cypro: *Nec piget dicere avidè magis hanc insulam pop. Romanum invasisse, quàm justè. Ptolemæo enim Rege fœderato nobis & socio, ob ærarii nostri angustias jusso sine ullâ culpâ proscribi, ideoque hausto veneno voluntaria morte deleto, & tributaria facta est & velut hostiles ejus exuviæ classi impositæ, in urbem advectæ sunt per Catonem.* Florus quoque non obscure indignitatem rei innuit cum 3. 9. inquit; *Divitiarum tantum erat fama nec falsò, ut victor Gentium populus & donare regna consuetus Pub. Clodio Tribuno duce socii, vivique regis confiscatione mandaverit.* Videnda quæ ad loca prædicta notarunt Hen. Valesius & Freinshemius.

Ptolemæus, astrologus, natione Ægyptius, Alexandriæ professus est, liberalium artium, ac Græcarum literarum studiis clarus temporibus Antonini. Primus apud Græcos cœli rationem diligentius expliquit: inventaque ab Hipparcho instrumenta clarius demonstravit. De Musicâ, & rebus aliis, tum de Geographiâ absolutissimè scripsit. Fuerunt & alii hoc nomine, ut Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex, qui suis divitiis Romanorum locupletavit ærarium. Vide Voss. Hist. Gr. 4. 17. *Ptolemæos* quoque sex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & unum versificatorem: quorum opera ad nos minime pervenerunt. Josephus item alium ponit Abobi filium, Simonis ducis Judæorum generum, quem socer Jericho tempore belli Macchabaici præfecerat. At ille incensus regni cupiditate, invitatum ad cœnam, incautum interfecit.

Publica, D. Joannis Chrysostomi mater, pulsata jussu Juliani Apostatæ à satellite quodam, quòd contra illius edictum virginum choros psallentem haberet. Theod. lib. 6. cap. 36. Hist. trip.

Publicola, cognomen Publii Valerii qui primus cum Bruto post expulsos Reges Consul declaratus est, quòd *coleretur* à *populo*, seu quòd ipse *populum coleret*. Silius, lib. 2.

Huic comes æquato sociavit munere curas
Publicolæ, ingentis Volesi Spartana propago,
Is cultum referens insigni nomine plebem.

Dionys. Ant. lib. 5. Καὶ πίστεν) αὐτῷ ἐπώνυμον Ποπλικόλαν· Τοῦτο καὶ ἡ Ἑλλωτικὴ διάλεκτον βάλε) δηλοῦν δημοκηδῆ.

P. Decius Mus, cons. bello Latino cum Tito Manlio Torquato, cùm oraculo responsum esset eam partem superiorem futuram, cujus dux se ultro diis manibus devovisset, ita cum collega pactus est, ut cujus ex duobus cornu prius pedem retulisset, is se devoveret; cumque prior ea pars, in qua constiterat, hosti cederet, ipse solenni se certamine devovit pro salute exercitus, atque ita equo concitato, in confertos hostes se immisit, suâque morte suis victoriam peperit. Plut. Paral.

P. Decius Mus, superioris filius, patris exemplum imitatus, quarto consulatu se pro exercitu devovit, ann. urbis 468.

Publius & Laberius, poetæ mimorum, Julii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberii maledicentiâ, simul & arrogantiâ, Cæsar magnoperè offendebatur. Is Publius genere Syrus fuit, conditione servus: puer enim & forma & ingenio à Domitio manumitti & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris, ubi mimos suos legit, magno ipsius populi applausu. Authores Gellius & Macrobius. *Publius* prænomen ejus qui populo gratus fuit.

Pudicitia, Dea Romanis culta. Festus. Juvenal. Sat. 6.

Credo Pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamque diu, cum frigida parvas
Præberet spelunca domos.
Paullatim deinde ad superos Astræa recessit
Hâc comite.——

Claudianus de Cons. Olyb. & Prob.

——*Credes ex æthere lapsam*
Stare Pudicitiam.——

Pulcheria, beata & pia Imperatrix, obdormivit in Christo, anno Domini 459. omnia sua pauperibus reliquit bona: Multa autem construxit oratoria, domosque pauperibus, necnon sepulchra peregrinis ædificavit, intra quæ sancti Laurentii martyris templum construxit, Niceph. hist. Eccles. Venit à Latino *pulcher*, quod à Græco πολύχειρ, teste Jul. Scaligero de causis L. L. lib. 1. cap. 22. Inde forsan Anglicanum nostrum *Handsome*.

Puppius, poeta tragœdus, teste Acrone Horatii Scholiaste, affectus spectantium admovit ut eos flere compelleret. Unde Horatius:

——*Lacrymosa poemata Puppi.*

Pyanepsia, sacra apud Athenienses. Authores in nomine variant. Harpocration à Lycurgo Ποιανοψίαν, ab aliis Πανοψίαν a pellari tradit. Ποιανοψίαν, inquit, Λυκοῦργος ἐν τῇ κατὰ Μενεσαίχμου, καὶ ἡμεῖς Ποιανοψίαν ταύτην ἡ ἑορτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες Πανοψίαν, ὅτι πάντας ἥδιον χαρπεῖν ποιεῖ. Ἀπολλώνιος, καὶ ὁμοίως οἱ περὶ τὸν Ἀδιώνησον ἑορτὴν γεγράφοτες. At Πυανέψια, ἀπὸ τῶν πυάμων καὶ ἑψεῖν ἀπὸ τοῦ ἑψεῖν τὰ κύαμα· ἐστὶ δὲ ἑορτὴ Ἀθηναίων· εἴρηται δὲ παρὰ τὸν κυάμων ἐμπίμπλαν). Καὶ ἄγει Πυανεψιῶνος ἕκτην φθίνοντος, ἐπειδὴ ἑψῶσιν ἔτνος, ὅπερ ἐστὶ κάκλη) ὁ μάζα. Καὶ ἡ ἑορτὴ διὰ τὸ ἀναθέσθαι ἑψεῖν, ἃ καλοῦσι πύαμα. Sic lego; & sensus est: *Pyanepsia, festum Athenis; dictum vero est quatenus fabis implentur: & agitur septima die mensis Pyanepsionis; quoniam coquunt pulmentum; sic vocatur & mensis, & festum, quod in eo pultem coquerent, quæ vocarentur Pyana.* Eust. ad Iliad. B. Πυανεψιὼν δὲ, ὅτι μικὸς ὄνομα παρ' Ἀθηναίοις κυάμων ἑψήσει παρωνυμάζεται. Origo est à Theseo, qui è Cretâ reversus, annonæ reliquias in ollâ miscuit, & coctas simul sociis exhibuit. Plutarchus. Θάλας δὲ καὶ πατέρα, τὸν Ἀπόλλωνι καὶ συχνὰ ἀποδίδωσι τὴν ἐδωδὴν τοῦ Πυανεψιῶνος μικὸς ἰσαιτόν. Ταύτην δὲ ἀνέβησαν εἰς ἄστυ σωθέντες. Ἡ μὲν οὖν ἕψησις ὀσπρίων λέγει γῆν ἐδὸς διὰ τὸ σωθέντας αὐτοὺς εἰς ταῦτο συμμίξαι τὰ περίοντα τῆς σιτίων, καὶ μίαν χύτραν κοινὴν ἑψήσαντες συνεστιᾶσθαι, καὶ συγκαταφαγεῖν ἀλλήλοις. Votum Thesei memorat Scholiastes Aristophanis ad Equites. Τινὲς δὲ Θησέα φασι καθ' ὃν καιρὸν Κρήτῃ ἔπλει θεόμενα Δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὐξάσθαι τῷ Ἀπόλλωνι, καταξέψειν κλάδους ἐλαίας, ὅτιν σωθῇ, καὶ Μινόταυρον ἀποκτείνας, καὶ δυσπλοῆσαι· καὶ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταξέψαντα ἑψῆσαι χύτραν ἀδάμης, καὶ ἔτνος, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Διὸ καὶ Πυανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, ὅτι τὸ θέρτερον τοὺς κυάμους, πύανος ἐκάλουν. Quæ totidem verbis à Suidâ proferuntur; brevius autem ab Eust. in Iliad. χ. Castellanus.

Pygmalion, Beli Tyriorum regis fil. frater Didûs, qui cum ardentissimâ auri cupiditate flagraret, ad Sichæi patruelis sui, & sororis suæ viri opes animum adjecit; illumque spe potiundi auri, ante aras dolo interemit. Cujus cædis cùm in somnis à mariti umbrâ certior facta esset Dido, clam sublatis thesauris, fugæque comitibus assumptis, naves conscendit, & in Africam appulsa, primum Byrsam, deinde Carthaginem condidit. Virg. Æn. 1.

——*Sed regna Tyri germanus habebat*
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor; ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat.

Idem ibidem:

——*Portantur avari*
Pygmalionis opis pelago.

Hinc *Pygmalioneus*. Silius, lib. 1.

Pygmalioneis quondam per cærula terris
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali Dido Libydes appellitur oræ.

Vide Appianum in Punicis. *Pygmalion* (inquit Bochartus) est פּוּגְמַעְלִיוֹן *Pugmaelion*, id est, *quies* ab *altissimo*, Deo scilicet uno verbo Παυσίθεος פּוּג Ebræis est פּוּגָה, & *Elion* Deus Deus Phœnicum, ut ex Sanchoniathone patet.

Pygmalion, Cilicis fil. qui ex eburneâ statuâ Veneris beneficio in puellam transformata, Paphum suscepit, Paphi Cypri urbis conditorem. Ovid. Met. 3. Videtur esse idem cum priori. Vide Boch. Geogr. pag. 370.

Pylades, Strophii Phocensis fil. indissolubili amicitiæ vinculo cum Oreste conjunctus. Nam cum Clytæmnestra ab Ægistho

giſtho adultero adjuta Agamemnonem occidiſſet, Strophius Oreſtem adhuc puerum certiſſimæ neci ſubduxit, & in regno ſuo unà cum Pylade educavit. Poſteaque cum Oreſtes, gratiâ vindicandæ paternæ mortis matrem peremiſſet, eamque ob rem in furorem verſus eſſet, Pyladem perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem habuit, & ſocium periculorum: tantaque ſeſe mutui amoris vehementiâ ſunt proſecuti, ut alter pro altero mori non recuſaret. Ovid. Pont. 2. El. 3.

Adfuit inſano juvenis Phocæus Oreſti.

Idem ibidem Eleg. 6.

Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati.

Pulchre omnino Manil. lib. 2.

Unus erat Pylades, unus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori, lis una fuit per ſecula mortis,
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
Et duo quæ potuere ſequi vix noxia pœnis.
Optavitque reum ſponſor non poſſe reverti
Sponſoremque reus timuit, ne ſolveret ipſum.

Martialis:

Ut præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſtem.

Vide Barth. ad Stat. pag. 163.

Pyramus, adoleſcens Babylonius, qui Thisben mutuo amore proſecutus eſt: verùm cum adeo à parentibus uterque obſervaretur, ut nullo modo ſe complecti poſſent, egredi urbem ad conſtitutum locum decreverunt. Quò quidem cum prior perveniſſet Thisbe, à leænâ illic tranſeunte perterrefacta in antrum vicinum confugit. Pyramus deinde adveniens, cum velum quod fugienti Thisbe è capite deciderat, cruentatum reperiſſet, eam putans à feris fuiſſe dilaniatam, gladio, quem ſecum habebat, ſub moro arbore incubuit. Thisbe autem ex antro egreſſa, cum Pyramum vulnere confectum vidiſſet, eodem ſe gladio confodit. Utrumque autem ſub moro arbore occiſum volunt, ejuſque fructus, cum antea candidi eſſent, ex eorum ſanguine atrum colorem traxiſſe. Ovid. Met. 4.

Pyrgion, hiſtoricus, celebratur libris de inſtitutis Cretenſium. Athen. lib. 4.

Pyrodes, Cilicis fil. qui primus è ſilice excuſſiſſe ignem dicitur. Plin. 7. 56.

Pyrois, entos, unus ex equis Solis. Ovid. Met. lib. 2.

Interea volucres, Pyroeis, Eous, & Æthon,
Solis equi quartuſque Phlegon.

Val. Flaccus, lib. 5.

Et formidantem patrios Pyroenta dolores.

Item Martis ſidus ab igneo colore dictum. Columella lib. 10.

——Nec Sirius ardor
Sic micat, aut rutilus Pyrois——

Pyron, hiſtoricus, Annales conſcripſit, teſte Michaele Glyca, qui errorem ejus refellit, quòd putarit Adamum poſt 40. dies ingreſſum eſſe Paradiſum.

Pyrrha, Deucalionis uxor, quæ poſt diluvium unà cum marito, jactis poſt terga lapidibus, humanum genus reparaſſe fertur. Juvenalis Sat. 1.

Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas.

Horat. lib. 1. Od. 2.

Terruit gentes, grave ne rediret
Seculum Pyrrhæ nova monſtra queſtæ.

Pyrrhander, ſycophanta inſigniter verſutus, notæque malitiæ. Ariſtophanes in Equitibus.

Καὶ νὴ Δι' ὧν γ' οὗτο Πυῤῥάνδρε τὸ μηχάνημα.
Ac per Jovem fuit quidem Pyrrhandrica iſta techna.

Pyrrhias, Ithacenſis negotiator, qui ſenem quendam ex piratarum manibus dato pretio redemit: non ob id quod eo ſibi foret opus, ſed partim quòd miſertus eſſet ſenilis fortunæ, partim hominis oratione perſuaſus. Emit autem unà cum ſene cados fictiles pice plenos, quos ſenex ille ſecum advehebat, idque authore ſene. Deinde profectis piratis, quo Pyrrhiæ gratiam referret ſenex, quod non ob lucri cupiditatem, ſed ob benevolentiam ſeſe liberum feciſſet, indicavit in cadis multam pecuniæ vim pici admixtam abditam eſſe. Quâ repertâ, cum Pyrrhias derepente dives factus eſſet, magnificè collaudavit ſenis erga ſe gratitudinem, & eidem bovem immolavit officii præmium: Unde Proverbium: *Nemo benemerito bovem immolavit præter Pyrrhiam.*

Pyrrhica, propriè pugnæ equeſtris umbra & ſimulacrum, quæ & *Troja* dicitur, πρύλις & ἐμπαιὰ Dioni, ut & Servius cum Donato ex Suetonii libro de luſibus puerorum ſcribit. *Decurſus* Agellio, Græcis etiam διελασία, & ἀνθεμπαιὰ. Nomen habet à *Pyrrho* Cydonæo, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad Pyrrhii pedis ſonum inſtituit. Nicolaus apud Stobæum: Οἱ δὲ Κρῆτες παῖδας ἀγελάζοντες κοινῇ, καὶ τὴ ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ὥσπερ ἔφην, ἔυρε Πυῤῥίχης Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. Alii dictam volunt à *Pyrrho* Achillis filio, quem primum in tumulo patris ſui armatum honoris gratiâ ſaltaſſe dicunt. Ariſtoteles tamen dicit Achillem hujus luſûs inventorem fuiſſe. Euſtathius vocat ἐνόπλιον ὄρχησιν καὶ Κρητικὴν. Fungerus. Vetus Commentator Sophoclis ad Ajacem: Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲ Περσικὴ διακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητικὴ, ἡ δὲ Πυῤῥίχη. Eadem autem Saltatio Pyrrhica fuit cum armatâ illâ Cureticâ. Theon Arati interpres de Corybantibus: Ὁ δὲ μύθος βάλλει παύτας ἀνατετραφυκέναι ἐν Κρήτη ὅτε δὲ Πυῤῥίχην ἡ ὄντως ἐνόπλιος ὄρχησις, γέγραπται λέγεται καὶ ὑπὸ ἀρχαίων οἱ Κορύβαντες (qui iidem cum Curetibus) ὅτι ὅλον ἔσκιασαν τὸν Δία ἔδραμον, λαμπάνοντες δὲ Κέρνον· Πρύλις hæcce Curetica ſaltatio Callimacho dicitur, Hymno in Jovem, quem ἐνόπλιον quoque Scholiaſtes exponit. Pindari Enarrator: Ἀειστοτέλης δὲ φησὶν Ἀγαλλέα ὅτι τὴ τῶ Παλλάδι πυρρὰ τὴ Πυῤῥίχη φησὶ χαίρειν, ὡ ὅθεν Κυρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι.

Pyrrho, philoſophus, patriâ Eleus, primo pictor, vixit temporibus iiſdem quibus Theophraſtus & Epicurus. Nam audivit Dryſonem Stilponis filium, atque Anaxarchum Abderitem: quem etiam in Indiam comitatus eſt. Præſens quoq; erat cum Indus Anaxarcho exprobraret, quòd regum aulas ſectaretur, neminem autem doceret virtutem. Hoc Indus eo objecit, quia Anaxarchus eſſet è comitibus Alexandri Magni. Ab hoc *Pyrrhonii* philoſophi dicti ſunt, qui & Σκεπτικοὶ, quia ſemper σκέπτονται, h. e. *rem conſiderant*, nec unquam decernunt. Item Ἀπορητικοὶ, quia ſemper ἀπορῶσι, h. e. *dubitant*; Item Ζητητικοὶ, quia ſemper ζητῶσι, *quærunt*, nec reperiunt. Denique Ἐφεκτικοὶ, quia longæ inquiſitionis non alius eventus, quam ἐποχὴ, h. e. *judicii ſuſpenſio*, ſive *aſſentionis retentio*. Vide Voſſ. de Sectis Philoſophorum, cap. 20.

Pyrrhus, Achillis filius, ex Deidamiâ Lycomedis filiâ, ita dictus à fulvo colore capillorum, teſte Servio. Hic *Neoptolemus* quoque vocabatur, quòd admodum adoleſcens ad belli Trojani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis ſine Æacidarum aliquo Trojam capi non poſſe. In Ilii autem expugnatione primùm Politen, Priami filium, deinde patrem ipſum interfecit. Polyxenam Achillis patris ſui Manibus inferias miſit. Andromachen vero quæ in prædam ſibi ceſſerat, aliquandiu juſtæ uxoris loco habuit: quam deinde, Hermionem Menelai & Helenæ filiam ducturus, Heleno Priami filio uxorem tradidit. Erat autem Hermione multo ante à Tyndaro avo Oreſti deſponſata, cujus etiam mutuo amore tenebatur. Ægrè itaque ferens Oreſtes uxorem ſibi eripi ex inſidiis Pyrrhum obtruncavit. Virgil. Æn. lib. 3.

Pyrrhus, rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus: qui cum à ſuis ob odium paternæ crudelitatis, ad necem quæreretur, clam à matre ſubductus, ad Illyricos defertur, tradituſque Heroæ Glauci regis uxori nutriendus fuit. Quumque natus annos 11. eſſet revocatus à ſuis, tantâ virtute crevit, ut cum (ſicut Cæcilius ſcribit) imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello conſuluerit: Ille autem ambiguè reſpondit:

Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe.

Hoc ad ſe dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos venit, adverſus quos vario eventu pugnavit. Periit ictu teguIæ percuſſus, cum Argos cepiſſet. Vitam ejus habes apud Plutarchum. Ovid. Carm. 3. Od. 6.

Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico:
Pyrrhumque, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemque dirum.

Juvenalis, Sat. 14.

——Pyrrhum immanem, gladioſque Moloſſos.

Pyrrhus, Dædali fil. in Græciâ omnium primus picturam invenit, ut Ariſtoteli placet.

Pythænetus libros compoſuit de Æginâ, quorum è primo teſtimonium petit Apollonii Schol. in lib. 4. è tertio idem facit Athen. lib. 13.

Pythagoras, Samius, Mneſarchi gemmarum ſculptoris filius, Italicæ philoſophiæ princeps, auditor Pherecydis Syri; poſt cujus mortem Hermodamanti jam ſeni Creophili nepoti ſe in diſciplinam dedit. Sub quo quum ſatis profeciſſe videretur, in Ægyptum navigavit, ut illorum Theologiam, ritus, moreſque cognoſceret. Iſocrates in Buſiride: Πυθαγόρας ὁ ἀριθμῶν εἰς Αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος, καὶ τ ἄλλων φιλοσοφίαν ἀρχαίαν εἰς τὸν Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ περὶ τὰς θυσίας τ, καὶ τὰς ἀγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑπερέσχεν τῶν ἄλλων ἐπιθέμενος. Clemens etiam in 1. Strom. edocet nos præceptoris nomen. Ἱστορεῖ δὲ Πυθαγόρας μὲ Σώγχει τὸ Αἰγυπτίῳ ἀρχαιοτάτῳ μαθητεύσαι, Deinde Aſtrologiæ, Chaldaicæque diciplinæ cupidus Babylonem ſeſe contulit: ubi ſyderum curſus, eorumque in genituris hominum effectus, eſt edoctus. Hiſtoriam ſcripſit belli inter Cyrum & Samios geſti, ſi Cedreno credimus. Sed omnino fallitur Monachus

nachus ille Græculus, siquidem, ut Lucian. ait; ὁ θεσπέσιος Πυθαγόρας μηδὲν αὐτὸς ἡμῶν ἴδιον κατέλιπεν ἢ αὐτὸς ἐξέφηνεν. Unde Jos. lib. 2. Ἀρχαιολ. Πυθαγόρου μὲ ὄδεν ὁμολογεῖται σύγγραμμα. Itaque cum B. Hieronymus se Pythagoræ autoritate tueretur, Ruffinus eum refellens negabat quicquam hujus Philosophi extare. Quod autem ad ἔπη χρυσᾶ, etsi Proclus quoque lib. 3. in Timæum eorum πατέρα Pythagoram vocat, ea tamen non Pythagoræ erant, sed Pythagorici alicujus, nempe Philolai vel Lysidis. Vide Voss. H. Gr. p. 435. & 436. Contra v. Laertius eos qui dicunt à Pythagorâ nihil conscriptum esse διαπαίζειν, h. e. *jocari* ait; atque ipse initia quædam profert librorum Pythagoræ. Quin & Plinius quædam ex libro Pythagoræ adducit, N. H. l. 14. c. 17, Proclus item Pythagoræ citavit orationem ad Abarum lib. 3. in Tim. Platonis, Hoc igitur in medio fortasse relinquendum est. De Aureorum itaque Carminum Auctore summatim & probabiliter dici potest; Sententias quidem ipsas & decreta esse Pythagoræ, versibus autem ea conscripta & in lucem edita fuisse à Pythagoræis. Quæ sententia est è D. Hieronymi Ep. adversus Ruffinum. *Cujus enim sint illa* (inquit) χρυσᾶ ἀδιάγλυμμα, *nonne Pythagoræ? in quibus omnia ejus breviter dogmata continentur; & quæ latissimo opere Philosophus commentatus est Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentissimum, & Archippum & Lysidem Pythagoræ auditores; Quorum Archippus ac Lysides in Græciâ, id est, Thebis Scholas habuere, qui memoriter tenentes præcepta doctoris ingenio pro libris utebantur.* Quæ sententia confirmatur illo carminis hujus versu:

Ναὶ μὰ τὰν ἁμετέρᾳ, &c.

Jurat enim ille quicunque est carminis hujusce auctor Pythagoram; quod in Pythagoræ ipsius personam cadere non posse, nempe, ut se ipse juret, facile quivis intelligit. Hinc ergo factum est, ut apud auctores interdum carmen hoc tanquam ipsius Pythagoræ citetur; alias v. quasi discipulorum Pythagoræ. Nam Proclus quidem in Timæum lib. 3. Pythagoram τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα vocavit, h. e. *Aureorum versuum parentem.* Parentis nomine, ut opinor, intelligens non scriptorem hujus carminis, sed sententiarum authorem. Quo sensu etiam vir doctissimus Clem. Alexandrinus quendam hujus carminis versum proferens, præceptum id esse inquit Pythagoræ: Καί μοι δοκεῖ συνεὶς τοῦτο ὁ Σάμιος ἀδιάγλυπτος Πυθαγόρας δεινὰ μὲ ἐκπρήξας. Contra v. Chrysippus apud Agellium, l. 9. c. 1. & Plut. in Consol. ad Apollon. Pythagoreis tribuunt carmen hoc, non Pythagoræ. Galenus etiam lib. de cogn. & curat. morb. animi se dubitare ostendit; ταῦτα, inquiens, δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις. Et Suidas voce Πυθαγόρας fatetur sibi Carminis hujus auctorem esse incognitum: πνὲς δέ, inquit, ἀναπλάσαν αὐτὰ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. Quæ dubitatio Suidæ nata esse videtur ex illis Laertii verbis: τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τῆς Ταραντίνου Πυθαγορείου. Ergo Laertius Lysidem autorem hujus Carminis agnoscere videtur, alii vero Philolaum suspicati sunt. Quanto autem carmen hoc in pretio fuerit olim, ex eo intelligere licet quod Galenus tanquam remedium ad morbos animi convenientissimum, se consuevisse ait semel itque iterum carmen hoc perlegere quotidie primum, deinde vero etiam recitare, loco citato: Ἐγὰ δέποτε, inquit, παύσας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις εἰδέναι δίς ἢ μᾶλλον ἀναγνώσεσθαι μὲ τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ στόματος ἔσεσθαι. Auditores fertur habuisse non pauciores sexcentis, qui noctu ad eum confluebant; ex quibus clarissimi fuerant Archytas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus ἐ μετεμψυχώσεως, h. e. *transmigrationis animarum in alia corpora*, adstructor fuit, idque ut facilius persuaderet: primum se Æthalidem Mercurii filium fuisse affirmabat. Cumque à patre optio sibi facta esset petendi quicquid vellet, exceptâ immortalitate, se ab illo petiisse, ut & vivens & vitâ functus, omnium quæ contigerat, memoriam haberet. Post Æthalidæ mortem Euphorbum se fuisse aiebat, ac deinde Hermotimum, postea Delium quendam piscatorem, nomine Pyrrhum, Tricubique Pyrrho se factum esse Pythagoram. Hanc opinionem de migratione animarum accepit ab Ægyptiis, teste Herodoto, quos festivè irridet Lucianus in dialogo Galli & Mycilli. Crotoniatis & Metapontinis leges conscripsit, populosque luxuriâ diffluentes authoritate ac doctrinâ ad frugalem cultum revocavit, adeo ut & mulieres integritate ejus, vitæque severitate adductæ, auratas vestes, ornamentaque lasciviora, in templo Junonis consecrarent. Postremò cum multos annos Crotone egisset, Metapontum commigravit, ubi & supremum diem obiit; quanquam aliis, alia tradentibus, de mortis genere non satis constat. Quanti autem illum vivum fecerint Metapontini, post obitum ejus declararunt, ædes ejus pro templo ei consecrantes, divinisque honoribus mortuum prosequentes. Ovidius Met. 15.

Vir fuit hic ortu Samius: sed fugerat ultrà
Et Samon & dominos; odioque tyrannidis exul
Sponte erat, isque licet cœli regione remotos,
Mente Deos adiit: & quæ natura negavit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Venustum fuisse innuit Apul. in Apol. *Pythagoram sui seculi excellentissimâ formâ fuisse.* Iamblichus in ejus vitâ: παῖδα δ' ποτε κάλλει τῇ σοφίᾳ δοίσοντα. Laertius Diog. Καὶ γάρ τῇ συμποτρεπίσᾳ λέγῃ χρῆσθαι· τῇ αὐτῷ οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον θεοῦ αὐτοῦ, ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ ὑπερβορέων ἀφιγμένος. *Perturbationes animi lyrâ componi ba*, uti loquitur Sen. lib. 2. de Irâ. Quod etiam notat Plut. in πῶ *de virt. morali.* Discipulis suis per quinquennium silentium imposuit, qui ἀκουστικοὶ propterea dicti. Sidon. Apollinaris:

Asserit hæc Samius post docta silentia lustri
Pythagoræ.——

Claudianus:

At non Pythagoræ monitus, annique silentes.

Laertius in Pythagorâ: Καὶ αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατεπίδυντο τὰς οἰκίας εἰς ἓν ποιούμενοι. Πενταετίαν τε ἡσυχάζον, μόνον δὲ λόγον κλαχόντες. Meminerunt hujus quinquennii Gellius l. 9. Plut. de curiositate. Lucianus βίων πρᾶσει, Hermotimo, & Gallo. Tzetzes in Chiliadibus, & alii non pauci. Animalium omnium carnibus, & à fabis religiosissimè abstinebat. Unde versus apud Clementem l. 3. Strom.

Ἴσον τοι κυάμοις πεφάγειν, κεφαλάς τε τοκήων.

Empedocles quoque apud Gellium 4. 11.

Δειλοί, πανδειλοι, κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε.

Fortasse tamen, cum Pythagoras & Empedocles fabis jusserint abstinere, symbolicè sive ænigmaticè intelligi id voluerint. Magnæ enim autoritatis scriptores tradunt, Pythagoram ipsum minimè fabis abstinuisse. In his est Aristoxenus Musicus, Aristotelis auditor, qui in libro, quem de Pythagorâ reliquit; *nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus & subduceret sensim alvum & levigaret.* Auctor Gellius ubi supra, qui & verba Aristoxeni adscribit, atque addit, eos qui diligentius rem scrutati sunt, putant, ab Empedocle per κυάμους signari testiculos quia εἰς τὸ κυεῖν δεινὰς, καὶ αἴτιος τῷ κυεῖν. ac propterea non à fabulo edendo, sed à Veneris proluvio voluisse eum homines abducere. Vide plura apud Voss. de Philos. Sectis cap. 6. itemque apud Porphyrium & Iamblichum de vitâ Porphyrii. Amm. l. 22. *Hâc institutus prudentiâ Pythagoras colens secretius deos, quicquid dixit aut voluit, auctoritatem esse instituit rata, & femur suum aureum apud Olympiam sæpe monstrabat, & cum aquilâ colloquens subinde visebatur.* Hinc *Pythagoreus*: Juvenalis:

Vive bidentis amans, & culti villicus horti,
Unde epulum possis centum dare Pythagoræis.

Pythagorici, & *Pythagoristæ* quomodo differunt, docet Theocriti Scholiastes in Idyll. 15. vers. 5.

Pythagoras, alius à priori, cujus patria nescitur, res Dorienses tractavit. Laert. lib. 8. Verisimile est, eundem esse, qui de Rubro mari scripsit, cujus mem. Athenæus lib. 4. & 14. itemque Ælianus de Anim. 17. 8.

Pytheas Massilienses Ptol. Philadelphi ætate vixit, vel certè proximus huic tempore fuit. Sane antiquiorem esse Eratosthene Cyrenæo ostendit Voss. Hist. Gr. l. 18. Mem. ejus Hipparchus lib. 1. ad Aratum. Πυθέας ἐν γῆς περιόδῳ citatur à Schol. Apollon. in lib. 4. Pars ejus operis sit Thules historia: ex quâ aliqua adducit Strab. lib. 1. ubi & ἀνὴρ ψευδέστατος vocat. Mem. ejus quoque Plin. 37. 2. & Geminius in Ilagoge ad Phænomena.

Pythermus, Ephesius historicus, historias composuit. Athen. lib. 7.

Pytheus, vir quidam Xerxis temporibus, omnium suæ ætatis ditissimus, qui auro semper inhians, aurifodinas jugiter exercebat. Is quum aliquando ex peregrinatione domum esset reversus, & cœnam parari postulasset, ejus uxor auream mensam illi apponi jussit, in quâ omnia ex auro fabrefacta obsonia: ac primo quidem aspectu gavisus est Pytheus: quo tandem satiatus, quum esurire se vociferaretur, neque se aurum id temporis exposcere diceret, inquit uxor, *Tu nullius rei præter hanc unam habendæ facultatem præbes.* Historiam narrat Plutarchus. *Pythicus* Plinio est lib. 33. cap. 10.

Pythia, ludi Apollinares, in Apollinis honorem instituti in Pythio Macedoniæ loco, ob cædem Pythonis serpentis nocentissimi, aut, ut Strabo lib. 9. scripsit, hominis sceleratissimi, cognomento *Draconis*. Ovid. Met. 1. Victores hujus certaminis, teste Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo desumptis. Item *Pythia* sacerdos Apollinis, eaque virgo, quæ spiritu dei afflata responsa consulentibus dabat.

Pythias, Pythagoræus. Damonis amicus, qui tamen Plutarcho & Iamblicho φιλίας appellatur. Apud Cic. quoque

de Offic. & apud Val. Max. lib. 4. *Phynthian* vel *Pynthian* in antiquis codicibus ſcribi Petrus Daniel, & Turnebus Adverſar. 20. 13. obſervarunt. Vide Latinum Pacatum in Panegyrico Theodoſii cap. 17.

Pythius, Apollo ſic dictus à *Pythone* ſerpente, quem ſagittis ſuis adhuc puer interemiſſe dicitur, aut certe ἀπὸ τῆ πυνθάνεσθαι, h. e. *à conſidendi uſu*. Alii tamen ſic dictum volunt ἀπὸ τῆ πύθεσθαι, h. e. *à putreſcendo*, eò quod ſine vi caloris nunquam fiat putrefactio.

Pythocles, Sen. ep. 21. *Ad Idomeneum Epicurus illam nobilem ſententiam ſcripſit, quâ hortatur, ut Pythoclea locupletem ſuam publicâ, nec ancipiti viâ faciat. Si vis, inquit, Pythoclea divitem facere, non pecuniæ adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. Apertior iſta ſententia eſt quam ut interpretanda ſit, diſertior quam ut adjuvanda.* Verba ipſa in Stobæi Serm. 17. ſic exſtant, Εἰ βάλλ' πλούσιον τινα ποιῆσαι μὴ χρημάτων προσθήκῃ, ἀ ἐπιθυμίας ἀφαίρει. Mutavit Monachus diſtinctiunculam & τινα ſcripſit pro Πυθοκλέα. Fuit autem iſte Pythocles formoſus adoleſcens, & in quo male Epicurus audivit. Quod præter Laertium, tangit Plut. adverſus Colotem. Damnat enim Epicurum qui adoleſcentem octodecim annos natum, ita eximie laudaverit, ut ſcriberet, ὡς εἶναι φύσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι ἀμείνω.

Pythocles, nomen ſibi aliquod paravit libris Italicorum, è quibus tertium memorat Plutarchus Par. Min. cap. 14. quartum vero advocat Clemens. 1. Strom. ubi Samius adpellatur. Ac ſimiliter vocatur Plutarcho in Paral. cap. 41. ubi tertius ejus liber de R. R. citatur. Sed & idem Clemens in Protrept. tertium ejus librum celebrat περὶ ὁμονοίας, ſive de concordiâ. Voſſius.

Python, ſerpens miræ magnitudinis, ex putredine terræ poſt diluvium Deucalionis nati. Hic à Junone Latonæ ex Jove gravidæ dicitur fuiſſe immiſſus, nullamque ei pariendi quietem conceſſiſſe, donec illa ad Aſteriem ſororem ſuam perveniſſet, non multo ante in inſulam commutatam: à quâ ſuſcepta Dianam & Apollinem peperit: quarum illa vix dum nata, protinus matri obſtetricis officium præſtitit, fratremque naſcentem excepit: qui poſtea memor injuriæ, quâ Python matrem ſuam affecerat, ſagittis ſuis eum confixit. Cujus rei memoria, ne ullo temporis lapſu oblitevaretur, ſacra certamina inſtituit, quæ à nomine ſerpentis *Pythia* appellavit. Ovid. Met. 1.

Hanc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, niſi in damis, capreiſque fugacibus uſus,
Mille gravem telis exhauſtâ pene pharetrâ
Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.
Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia, perdomiti ſerpentis nomine dictos.

Videtur & idem innuere Statius Theb. 6.

Proxima vipereo celebravit libera nexum
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ.

Hic ſerpens tantâ mole fuiſſe cenſebatur, ut arbores innecteret, & convelleret. Claud. in præfat. lib. 1. in Ruf.

Phœbeo domitus Python cum dejicit arcu
Membraque Cyrrhæo fudit anhela jugo
Qui ſpiris regeret montes, hauriret hiatu
Flumina, ſanguineis tangeret aſtra jubis.
Tum liber Parnaſſus erat, nexuique ſoluto
Caperat erectâ ſurgere fronde nemus;
Concuſſæque diu ſpatioſis cratibus orni.
Secuerat ventis explicuere comas.

De pari re Orpheus Argonaut. verſ. 991.

Ἔνθα δράκων ὀλοὸν κατὰ πλατέσσιν ἐλιχθεὶς
Δινεύων ἀνάειρε κάρη, βλοσυρόφρα γίγνων,
Δίνδρεα δ' ἰσμαραγοῖσι κεκαδμένοισιν ἔνδα καὶ ἔνδα
Κεκμηὼς ἐν ἰλύϊ ἰδνώσας ἧ ὀφέων ἄλοχος.

Stat. Theb. 1.

Amplexum Delphos, ſquamiſque annoſa terentem
Robora ——
Perculit abſumptis numeroſa in vulnera telis.

Nomen arceſſere videtur ab Ebræo פתה *Pethen* quæ cognationem habet cum verbo פתה *patha*, i. e. *perſuaſit, illexit, decepit*. Cum autem Sol radiis ſuis nubem caliginoſam diſſipat ac dimovit, Apollo ſagittis Pythonem interimere dicitur. Vide Macrob. Saturnal. 1. 17. *Pythia* etiam dicitur oraculum Apollinis, vel certe locus ubi oraculum edebatur. Tibullus 2. 3.

Delos ubi nunc Phœbe tua eſt? ubi Delphica Pytho?

Lucan. 1. 5.

——— *Seu barbaricâ cum Lampade Pytho*
Arſit, in immerſas cineres abiere cavernas,
Et Phœbi reditere viam.

Ubi per *barbaricam lampada* intelligit à Brenno illatas faces Delphis. Unde illud:

Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Brennum,
Dum petit intonſi Pythia regna Dei.

Πυθὼν Πύθωνος appellat B. Lucas in Actis, cap. 16. Plutarchus etiam lib. de defectu Oraculorum ſignificat omnes homines, qui ſpiritu fatidico correpti eſſent, *Pythones* appellari. De *Pythone* plura vide apud D. Dickinſonum Delph. Phœnicizant. cap. 1. 7. 8.. Hinc *Pythoniſſa*, vel *Pythia*, mulier fatidica; de quâ Oecumenius in 16. Act. Ap. *Pythia dicitur mulier quæpiam quæ inſidere ſolet tripodi Apollinis divaricatis cruribus: deinde hoc modo ſpiritus pravus infernè aſcendens, & per loca mulieris tranſiens, eam inſaniâ replebat; & hanc ſolutis crinibus ſub hæc bacchari, ſpumamque ore cogebat emittere, & ita in debacchatione conſtitutum, inſaniæ verba proferre.* En tibi Delphici Oraculi ritum apertum. Nil fingo. Græca ipſa vis? en tibi. Λέγω ἡ Πυθία αὕτη γυνή τις ἦσα ὀπισθόδου τοῦ τεμένους τοῦ Ἀπόλλωνος, διατρῦσα τὰ σκέλη, ἵνα ὕπως πνεῦμα πονηρὸν κατωθεν ἀναβιβάζων, καὶ διὰ τῆς γυναικείων αἰδοῦς διαδύόμενον μέλαν πλησίον ἡ γυναῖκα ἡ μανίας, καὶ ταύτῃ τὰς τρίχας λύσας λοιπὸν βακχεύεσθαί τε καὶ ἀφρὸν τῷ στόματι ἀφιέναι, καὶ ὕπως ὁ παρὼν φοβοῖτο τὰ ἡ μανίας φύσεσθαι ῥήματα.

QU

QUadratus, Romanus hiſtoricus, cognomento *Aſinius*. Ionicâ dialecto Romanam hiſtoriam lib. 15. condidit, Opus autem ſuum χιλιετηρίδα inſcripſit, quia complecteretur *annos mille*, teſte Suidâ. Nempe hiſtoria erat ab U. C. uſque ad annum Urbis milleſimum, quo millenarius Agon à Philippis Impp. maximo fuit apparatu celebratus. Quod minus perſpexit Suidas, qui perduxiſſe hiſtoriam ait uſque ad Alexandrum Mammeæ filium. Puto idem opus ſignari, quando Steph. ex Aſinio hoc Quadrato, vel ſecundum Ῥωμαϊκῶν χιλιάδων citat in Ἄνδρες, vel decimumquartum Ῥωμαϊκῶν χιλιαετηρίδας in Ὀξύκιος, vel decimumquintum Ῥωμαϊκῶν in Θάμυρις. Etiam Parthyenica, ſive Parthorum origines ac bella, in literas retulit, teſte Capitolino in Vero; *Quod quidem & jam Quadratus, belli Parthici ſcriptor, incuſſatis Seleucenſis, purgat.* Primum Παρθυλωνῶν librum Steph. advocat in Τιλλις, tertium in Γερμανίκεια & Ταρσὸς, octavum in Γάζακα, nonum in Σόλυμα. Idem ἁπλῶς laudat Ἀσίνιον Κυάδρατον in Μεσσήνη. Porro Παρθυλωνὶς hic liber vocabatur in codd. vulgatis, unde Xylander fecit Παρθυαῖς; ſed ſcripſerat Steph. Παρθυλωνὶς, nam Παρθύη potiſſima eſt regio Parthiæ, unde ſynecdochicè Πάρθοι pro Παρθυλωνοί. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 16.

Q. Ch. *Quadrigarius*, vetus hiſtoricus Romanus, Sifennæ ac Valerio Antiati æqualis. Vide Voſſ. de hiſt. Latinis lib. 1. cap. 10.

Quæſtor, ſic dicitur, qu. *quæſitor*. Ulpianus lib. ſingulari de officio *Quæſtoris*: A genere *quærendi* Quæſtores initio dicti, & Junius, & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt. Eandem quoque originationem ponit Beda de Orthographiâ. Sed ut genus quærendi non unum, ita nec unum genus Quæſtorum. Primi & antiquiſſimi in Urbe *quæſtores rerum capitalium*, qui & citra συγκοπὴν *quæſitores* ſæpe dicuntur. Sic vocat Cicero in Divinat. ad quam ſic Aſconius: *Quæſitor eſt prætor de pecuniis repetendis quæſtionem exercens, nam proprie quæſitores dicuntur criminalium quæſtionum, ut Virgilius: Quæſitor Minos urnam movet.* Dicitur & *quæſitor* parricidii. Feſtus: *Paricidi quæſtores* (Sic emendat Scaliger, pro quo in vulgatis *parici*) *appellantur, qui ſolebant creari causâ rerum capitalium quærendarum. Nam paricida non utique is qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcunque hominem. Id autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii regis his compoſita verbis*: SI QUIS HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT, PARICIDA ESTO. Idem: *Quæſtores dicebantur, quod quærerent de rebus capitalibus; unde qui talia quærunt, quæſtores paricidi appellantur.* Hodie ſimiliter in re Eccleſiaſticâ dicuntur *Inquiſitores hæreticæ pravitatis.* Proximi antiquitate ſunt *Quæſtores urbani*, qui & *ærarii* dicti, quia præerant ærario, quod in æde Saturni erat. Hi demum creati liberâ Rep. an. U. C. 269. ut ex Dionyſio & Livio diſcimus. Nam quod Tacitus & Pomponius, eos ſcribunt ſub regibus fuiſſe, id tantum verum videtur de *quæſtoribus parricidi*. Munus *urbanorum quæſtorum* fuit, pecuniam publicam accipere, expendere, prædam ex hoſtibus captam vendere, ſigna militaria (erant ea vel ex auro, vel argento, velis enim non utebantur) in ærario aſſervare, & Conſulibus in bellum ituris mittere, legatos qui Romam venerant, excipere, deducere, iis hoſpitium curare, ægrotantium

curam

curam gerere, mortuisque è publico munus facere. Etiam decreto Augusti Senatusconsulta asservanda iis tradita, quæ ante penes Ædiles ac Tribunos. Tertius *quæstor*, erat *provincialis*, qui unà cum proconsule, vel prætore in provinciam exibat. Munus ejus versabatur, partim circa pecuniam attributam, partim circa vectigalem. Ejusdem erat à publicanis ex re frumentariâ, portoriis, aliisque exigere vectigalia, Romamque in ærarium referre. Ex hisce 3. *quæstorum* generibus primus dictus, à *quærendis criminibus*. secundus, tertiusque à *quærendis pecuniis*. Erat & quartum *genus quæstorum*, qui *principis*, sive *Augusti quæstores* dicti, alioque nomine *Candidati principis* vocabantur. Hi principis epistolas & orationes in Senatu legebant. Vide Vossium in *Quæstor*.

Quinquatrus, sive *Quinquatria*, sunt dies festi Minervæ, quos Græci Παναθήναια vocant. Sosipater, l. 1. *Quinquatrus pluraliter, non Quinquatria: non enim dicti sunt quinque dies atrus* (*f. atri*:) *sed quod quinque dies Iduum, quas ātrum antiqui dicebant: sive à quinquando, hoc est, lustrando: quod eo die arma ancilia lustrari sint solita.* Ego (inquit Vossius) nec priorem opinionem sequor (omnino enim *atrus* est vocis κατάληξις, ut *simus* in *vigesimus*) nec posteriorem, cum ita dicantur à *quinque*: nempe quod sint *post quintum diem Iduum Martiarum*: quod tamen de *majoribus tantum Quinquatribus* verum est. Nam *quinquatrus minusculæ* erant *Idibus Junii*s, Hanc sententiam sequitur Varro lib. 5. de L. L. *Ab Tusculanis post diem sextum Eidus vocatus sexatrus; & post diem septimum septimatrus: sic hic quod erat post diem quintum Eidus, quinquatrus.* Item Gellius l. 2. c. 21. *In septentriones triones per sese nihil significare aiunt, sed vocabuli esse supplementum: sicut in eo quod quinquatrus dicamus, quod quinque ab Idibus dictum numerus sit, atrus nihil.* Eadem sententia Festi, cujus hæc verba: *Quinquatrus appellari quidam putant à nomero dierum, qui fere his celebrantur: qui scilicet errant, tam hercule quam qui triduo Saturnalia, ac totidem diebus Compitalia: nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra. Forma autem vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum, enunciata est, quod post diem quintum Iduum est is dies festus; ut apud Tusculanos triatrus, & sexatrus, & septenatrus, & Falisços decimatrus. Minervæ autem dicatum eum diem existimant, quòd eo die ædis ejus in Aventino consecrata est.* Hactenus Festus. Opinionem autem quam is damnat, secutus est. Ovidius Fast. 3.

Una dies media est, & fiunt sacra Minervæ:
Nominaque à junctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Causa, quod est illâ nata Minerva die.
Altera, tresque super rasâ celebrantur arenâ:
Ensibus excertis bellica læta Dea est.

Secundum quinquatruum diem natalem fuisse Ovidii, ait ipse Trist. lib. 4.

Lucifer amborum natalibus affuit idem;
Una celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armiferæ de festis quinque Minervæ,
Quæ fieri pugnâ prima cruenta solet.

Natus ergo est sexto post Martias Idus. Sed & moris erat, ut ii dies jucundè, hilariterque traducerentur. Augustus ad Tiberium: *Nos mi liberi, Quinquatrus satis jucundè egimus: Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus.* Lipsius. Juven. Sat. 10.

Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat
Quisquis adhuc uno partâ colit asse Minervam.

Hinc etiam illis festis certamina Oratorum & Poetarum Xiphilinus de Domitiano: Θεὸν δὲ γὰρ ἡ Ἀθηνᾶν εἰς τὰ μάλιστα ἤγαλλε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἐώρταζε, καὶ ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας καὶ Ποιητῶν, καὶ Λογογράφων μονομαχίαν τε κατ' ἔτος, ὃς οἰκεῖον, ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει. Symmachus lib. 5. Epist. *Nempe Minervæ sibi solenne de Scholis notum est, ut ferè memores sumus etiam procedente ætate puerilium feriarum: ad eum diem convivium tibi paramus.* Horat. ep. ult.

Ac ponis puer ut festis Quinquatribus olim
Exiguo gratóque fruaris tempore raptim.

Quintilianus, Rhetor, Hispanus ex civitate Calaguritanâ, quamobrem ipse quoque Hispanos provinciales suos vocat. Romam cum Galbâ venit, brevique tempore Domitiani principis nepotes erudit. Ludum Romæ aperuit; unde Martialis:

Quintiliane vagæ moderator summe juventæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Primus è fisco salarium tulit, eoque dives evasit; unde Juvenalis Sat. 7.

——— Unde igitur tot
Quintilianus habet saltus?

Incidit autem illius ætas in ea tempora, quibus inclinatio quædam sermonis Romani ad barbariem fieri cœperat. Avum habuit Quintilianum, cujus dicuntur esse declamationes, quæ Quintiliani nomine extant. Plura qui volet, legat politissimi Politiani præfationem, Fabii Institutionibus præfixam.

Quintilis mensis ideo dictus est, quòd ordine *quintus* esset à Martio, qui apud antiquos primus anni mensis erat, sed postea in honorem Julii Cæs. Dictatoris, M. Antonio Consl. legem ferente, *Julius* appellatus est.

Quintius, cognomen; unde *Quintia porta*, trans Tyberim, à Q. Cincinnato dicta. *Quintiorum* autem familia Romæ multiplex fuit, in quâ Cincinnati, Flaminii, Crispini, Martii, diversis temporibus claruere. Volater.

L. *Quintius*, Prætor, de provinciâ reversus, observatâ, quod mirum, Domitiani temporibus, præturæ maximâ castitate, cum æger assidenti amico diceret, frigidas se habere manus, & renidens ille dixisset: *Atquin eas de provinciâ calidas paulo ante revocasti*: risit, delectatusque est, quippe alienissimus à suspicione furtorum. Contra, si hoc diceretur male sibi conscio, & sua furta recolenti, exacerbasset auditum. Macrob. Sat. 7. 3.

Quirinalia, vocabant diem, quo sacra *Quirino* fiebant. De his Ovidius, & Varro: Quorum primus Fastorum secundo:

Et referunt certi sacra paterna dies.

Ergo Quirinalia stata erant & annua; & corruptus Dionysii locus lib. 2. cum Αὐτόν τε, inquit, ἡ Ῥωμύλον ὡς ἡρέθησαν γενόμενον, ἢ καὶ ἡ σύνταξις φύσιν, ἱερεῖ κατασκευῇ καὶ θυσίαις Ἑστίοις ἑπτὰ Κυρεῖνον ἐπωμοζόμενον γεραίρεσθαι. Legendum omnino ἑπτοίοις extrito σ. Mendum quod huc usque nemo Criticorum subluit. Ita Neapolis. Pergit poeta:

Sed cur hæc eadem stultorum festa vocetur?

Plutarchus in Quæst. Romanis: Διὰ τί τὰ Κυειράλια Μαρτίῳ ἑορτὴν ἄγομεν; ἢ ὅτι ἡ Ἥρα τοῦτο ἀπεδύσατο (ὡς Ἰόβας φησὶ) τῆς τῶν ὠδίνων φροντίδος ἀγωνῶν; ἢ τίς ἡ θυσία, δᾶσυς οἱ λοιποὶ καὶ φυλὰς ἐν τοῖς Φυρικαλίοις, ἢ ἀγωνίαν, ἢ ἀποδημίαν, ἢ ἄγουσιν ἐοίκασι τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἡ ἑορτὴ ἐκείνῳ ἀπολαβεῖν. Ubi non damno inter causas distractiones & peregrinationes: sed illa ἢ ἀγωνίαν Ovidio placuit, itemque Festo Pompeio; cujus hæc verba ex emendatione Scaligeriani acuminis: *Quirinalia mense Februario dies quo Quirino fiunt sacra. Item stultorum feriæ appellatur, quod quidam qui suorum Fornicalium sacra Romæ ignoraverant, eo potissimum rem divinam faciunt.*

Quirinus, de *Quiritum*, ac *Quirini* etymo, quanquam propriè pertineat ad propria, παρέργως aliquid addemus (inquit Vossius in *Quiritare*) Meo judicio à *Curibus* est *Quirites*, & *Quirinus*, non contrà. Nam *Quirites* propriè qui *Cures* incolebant, Sabinorum oppidum, in quo regnabat Tatius: ut Romani, qui cum Romulo Romam tenebant. Verum post fœdus ictum inter Romulum ac Tatium pro eodem populo habiti *Romani* & *Quirites*: unde *Quiritari*, pro *populi Romani auxilium implorare*. Dubium verò num *Curibus* sit nomen à *Curis*, quæ Sabinis, Festo teste, hastam significat: an *hastæ* à *populo hastato* sit impositum nomen. Ovidius de *Quirini* appellatione varias est contentus adduxisse opiniones: judicium verò sulum non interponit. Sic enim ait Fast. 2.

Sive quòd hasta quiris priscè est dicta Sabinis,
Bellicus à telo venit in astra Deus:
Sive suo regi nomen posuere Quirites;
Seu quia Romanis, junxerat ille Cures.

Priorem Ovidii versum quod attinet, ei adstipulatur Dionysius Halicarn. lib. 2. Ῥωμύλου δὲ ἀσχαλοῦντος Κυρεῖς γὰρ οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσι.

R A

Raab, meretrix Chananæa in Jerichuntis urb. devastatione sola servata cum totâ suâ familiâ, & omnibus quæ possidebat, quòd absconderit nuncios quos eò miserat Josue Jos. cap. 6.

Rabanus Maurus Albini Flacci auditor fuit, ac ex quarto Cœnobii Fuldensis abbate sextus est factus episcopus Moguntinus. Præter doctissimos in Scripturam commentarios, inter alia composuit Martyrologium, quod ab Henr. Canisio editum est, Tom. 6. Ant. Lect. Vide Barthii Adversar. lib. 33. c. 8. Liber ejus de vita Mariæ Magd. Manuscriptus est Oxonii in Bibliotheca Magdalenensi. Vitam Rabani 3. libris complexus est Trithemius, qui & descripsit translationem ejus in Saxoniam

niam è Monasterio S. Albani propè Moguntiam ubi fuerat sepultus A. D. 856.

C. *Rabirius*, eques Romanus, perduellionis, i. e. læsæ majestatis accusatus à T. Labieno Tribuno plebis, quòd Saturninum virum sceleratum, & hostem patriæ in tumultu occidisset; de quo extat oratio Ciceronis.

C. *Rabirius*, Poeta grandiloquus, usque adeo, ut hâc parte proximus à Virgilio crederetur. Descripsit bellum Actiacum inter Antonium & Octavium. Meminit quoque ejus Ovid. Pont. lib. 4. eleg. ult.

——Magnique Rabirius oris.

Itemque Seneca lib. 6. de Benef. cap. 3. *Egregiè mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam, cum fortunam transeuntem aliò videbat, & sibi nihil relictum præter jus mortis, id quoquè si occupaverit, cito exclamare:*

Hoc habeo, quodcunque dedi.

Maximè nostri ævi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusque. Quintilianus tamen lib. 10. satis jejunè laudat: *Rabirius, ac Pedo, non indigni cognitione, si vacet.* Citat Fulgentius Planciades è Rabirii Satyrâ:

Abstemium merulenta fugit Methenia nomen.

Ubi mirum secundam in *abstemius* corripi: nisi placet συνίζησιν esse. Sed, credo, diversus ille Rabirius. Imò fortasse ne Rabirius quidem. Nam in libris aliis est *Rubrius*, sed quis iste Rubrius, æquè incertum. Unde aliqui *Rutilius* emendant. Quibus quo minùs subscribam, in causâ illud est, quod Rutilii Satyrographi, veterum nemo meminerit. Vossius.

Ramises, rex Ægypti (cujus ætate captum est Ilium) Obeliscum fecit 40. cubitorum, & alium longitudine undenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quem fecisse dicuntur viginti hominum millia. Cujus operis admiratione factum est, ut cùm Syenen op. expugnaret Cambyses rex, ventumque esset incendium ad crepidines Obelisci, extingui ignem juberet, molis reverentiâ. *Rhamses* legendum, vel *Ramses*, ut est apud Plin. 36. 8. Hunc forsan intelligit Corn. Tacitus, Annal. lib. 2. ubi sacerdos Ægyptius Germanico narrat, regem *Rhamsen*, Libya, Æthiopia, Mediique & Persis ac Bactrianâ, & Scythiâ potitum, quasque terras Syri, Armenii, & contigui Cappadoces colunt, &c. hæc literis Ægyptiis ibi scripta in Obeliscis: de quibus Ammianus lib. 17. Idem forsan est Rhampsinitus apud Herodotum in Euterpe.

Rammes, vel *Rhamnes*, pro equitibus Romanis usurpat Persius: eos sic vocat ab illis equitibus, quos cum Luceribus ac Tatiensibus instituit Romulus. Varro l. 4. de L. L. *Ager Romanus primum divisus in tres partes, à quo tribus appellatæ, Tatiensium, Rammium, Lucerum. Nominatæ, ut ait Ennius, Tatienses à Tatio, Rammes à Romulo, Luceres, ut ait Junius, à Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Tuscæ, ut Volumnius, qui Tragœdias Tuscas scripsit, dicebat.* Ascon. Pedian. in 3. Verr. *Tribus principio tres fuerunt, Tatiensis una à Tatio rege, Ramnensis altera à Romulo, Luceres altera à Lucumone, sive à Lucretino, sive à Luco, quem lucum asylum vocaverat Romulus.* Plinius de viris Illustribus: *Tres equitum centurias instituit, quas suo nomine Ramnenses, à Tito Tatio Tatienses, à Lucumone Luceres appellavit.* Plutarchus in Romulo: φυλὰς δὲ τρεῖς κατέστησαν, ὀνόματος μὲν ἀπὸ Ῥωμύλου, Ῥαμνήσιος· πρῶτος δὲ ἀπὸ Τατίου, Τατιήσιος· τρίτους δὲ Λουκερησίους, διὰ τὸ ἄλσος, εἰς ὃ πολλοὶ καταφυγόντες, ἀσυλίας ἐτύγχανον, τὸ πολυτιμητὸν ἄσυλον τὰ δὲ ἄλση λύκους ὀνομάζουσι. A Romulo nempe *Rammes* dictos volunt. Robertus Titius vero putat esse à ῥάμνος, quod exponitur σοφὸς, καὶ ἐλλόγιμος. Sed corruptus eum decipit locus, quia legendum illic Ῥαμνήσιος. Vide Yvonem Villiomarum adversus Titium l. 5. cap. ult. & Casaubon. in Athen. lib. 15. cap. 5. Vossius. Propertius lib. 4.

Hinc Taties, Rhamnesque viri, Lucereſque coloni.

Ovidius Fastorum 3.

Quinetiam partes totidem Tatiensibus ille,
Quosque vocant Rhamnes, Luceribusque dedit.

Rasis, genere Arabs, institutione & educatione Africanus, philosophorum & medicorum sui temporis facilè princeps. Gesnerus.

Recaranus, idem qui Hercules. Auctor Originis Gentis Romanæ: *Eo regnante, forte Recaranus quidam, Græcæ originis, ingentis corporis, & magnarum virium pastor, quia erat formâ & virtute cæteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit.* Vide quæ sequuntur.

Regulus. Vide *Atilius.*

Remphan, Numen quoddam à Gentilibus cultum, de quo S. Stephanus Act. 7. 43. ubi tamen in quibusdam codd. Ῥαφὰν legitur quæ L. Capello melior lectio videtur. Cæterum quis sit deus ille Remphan obscurum est, inquit vir eruditus, & incertum, variantque hic & sudant interpretes. Diod. S. l. 1. Regem Ægypti quendam nomine *Remphin* commemorat filium Κύπτα (quem Græci Protea fuisse dicunt) circa illud tempus quo videtur Jacob cum familiâ descendisse in Ægyptum. Regem illum dicit colligendis & congerendis pecuniis totum fuisse deditum, ita ut post se reliquerit quadraginta myriadas talentorum. Unde quis conjicere non inepte possit illum fuisse Pharaonem, qui Josephum Ægypto præfecit, quique ex annonæ copiâ quam divendebat omnem Ægypti & vicinarum regionum pecuniam corrasit. Ille ergo Remphis (siquidem is est qui Josephum Ægypto præfecit) videtur ab Ægyptiis ob servatam Ægyptum, cultus fuisse pro Deo (quomodo Apim & Osirim coluerunt) idemque forte ab Israelitarum Idololatris nonnullis cultus fuit, ad Ægyptiorum imitationem, quorum Israelitæ Idololatriam in vitulo aureo proculdubio imitati sunt. Et forte iste Remphis fuit ipse Ægyptiorum Apis quem bovis figurâ coluisse videntur Ægyptii ob somnium vaccarum quo monitus fuit divinitus de annonæ copiâ & penuriâ, quæ in Ægypto & vicinis regionibus contigit sub ipsius regno, cujus somnii occasione Josephus Ægypto est præpositus, & ab eo tota Ægyptus servata est.

Remulus Sylvius, Latinorum rex, qui præsidium Albanorum inter montes posuit, ubi nunc Roma est. Ob impietatem fulmine ictus creditur. Ovidius:

——In Remulum fulmina missa ferunt.

Remuria, sacra ad Lemures, i. e. larvas nocturnas, & terrificationes placandas instituta. A Remo, quem interfecit Celer, Romuli comes, feruntur habere nomen, quæ postea asperiore literâ r in leniorem mutatâ, *Lemuria* sunt dicta. Porphyrio Horatii interpres, vult *Lemures* nominatos qu. *Remures*, à *Remo*, cujus occisi umbram cum frater Romulus placare vellet; *Lemuria* instituit, i. e. Parentalia, quæ mense Maio per triduum celebrari solebant.

Remus, frater Romuli primi Romanorum regis, qui quòd nova urbis Romæ mœnia per ludibria transiliisset, à fratre est infectus, aut, ut alii volunt, à Celere quodam Tribuno. Post cujus mortem obortâ pestilentiâ, consulto oraculo responsum est, placandos esse manes Remi: ob quam rem sella curulis cum sceptro & diademate, & cæteris regni insignibus, semper juxta Romulum quidvis sancientem ponebantur, ut mortuus etiam Remus pariter imperare videretur. Unde est illud Virgil. Æn. 1.

——Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt.——

Hic unà cum Romulo urbem Romam condidisse fertur. Plin. 8. 17. *Sicut de conditoribus nostris accepimus.* Marcus Manilius Astronom. lib. 5.

Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.

Tibullus lib. 2. eleg. 5.

Romulus æternæ nondum firmaverat urbis
Mœnia, consorti non habitanda Remo.

Mihi tamen (inquit Dempsterus) animadversum à Remo fundamenta ejus jacta, erat enim major natu, Stat. Sylv 5. 2.

——Neque enim de sanguine cretus
Turmali, trabeâque Remi.

Idem Sylv. 2. ult.

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos domini nocentis ignes.

Propertius 2. 1.

Quis gradibus domus ista Remi se sustulit olim.

Idem lib. 4. eleg. 1.

Regnave prima Remi, aut animos Carthaginis altæ.

Martialis 10. 76.

Sed de plebe Remi, Numæque verna.

Juvenalis Sat. 10.

Turba Remi sequitur fortunam.

Et ante omnes Catullus epigr. 56.

Glubit magnanimos Remi nepotes.

A fratre Romulo occisum volunt poetæ. Propertius:

Si modo Avernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit Aventino rura pianda Remo.

Idem lib. 3. eleg. 9.

——Et cæso mœnia firma Remo.

Horatius 7. Epod.

Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Luc. *Fraterno primi maduerint sanguine muri.*

Hic, ut Romulus, nomen habet à *ruma*, i. e. mammâ, quam lupa infantibus præbuit, vel ipso Plinio teste, apud quem hactenus l. 15. c. 19. mendosè scriptum est *rumen.*

Rhadamanthus, Jovis ex Europâ fil. rex Lyciæ, qui quòd severus fuerit justitiæ minister, fingitur à poetis apud inferos nocentum culpas explorare. Virg. Æn. 6.

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,
Castigatque auditque dolos subigitque fateri,
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Hoc ex doctrinâ Platonis (inquit de la Cerda) ut credi potest,

teſt, qui in *Minoe*, poteſtatem Minois ac Rhadamanthi ita diſcriminat: *Rhadamanthus quidem vir bonus exſtitit, à Minoe ſiquidem inſtructus erat: nec tamen regiam diſciplinam omnem, ſed regi tantum miniſtare in judiciis didicit. Unde judex bonus appellatus eſt. Eo plane, veluti legum cuſtode per urbem uſus eſt Minos.* Et ſuprà loquens de Homero: Οὐ Ῥαδάμανθον πεπόνηκα διδάσκοντα. Idem in Gorgiâ Rhadamanthum facit inferiorem Minoe, cum ait Aſiaticos judicari ab Rhadamantho, Europæos ab Æaco: Minois vero eſſe munus injunctum, ut judicaret ſupra illos: ait enim ἐπὶ διακρίνειν, ſi quid illi ambiguum reliquiſſent. Verum eſt quidem ab eodem Platone Rhadamanthum induci judicem, lib. 12. de Legg. dat enim illi κρίσιν ἐπὶ δίκαις. Quin lib. 1. de Legg. majore adhuc dignitate illum afficit, facit enim illum dicentem, & diſtribuentem jus διανέμειν τὰ θεῖ τὰς δίκας ὀρθῶς. Eſt autem longè aliud judicare, ac jus dicere. Pindarus, Od. 2. Olymp. Rhadamanthum vocat Saturni πάρεδρον ſive aſſeſſorem: & Od. 2. Pyth. ait illum non delectari ἀπάτιμον dolis. Plato, lib. 1. de Legg. δικαιότατον vocat. Ariſtides in 2 Platonicâ dat ei εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην. Idem laudans Antoninum Philoſophum: τίς γὰρ Ῥαδάμανθος, ἢ τίς Αἰακὸς ἅτω δίκαιον ἑαυτὸν θεῷ ἅπαντα διαφυλάξει; Demoſthenes in ἐρωτικῷ, ait Æacum & Rhadamanthum amatos à Diis διὰ σωφροσύνην, non minus quàm propter fortitudinem Herculem, Caſtorem, Pollucem, propter pulchritudinem Ganymedem & Adonin. Unde Theognis in Gnomis:

Οὐδὲ εἰ σωφροσύνην μὲ ἔχοις Ῥαδαμάνθυ ἀμείνω,
Πλειόνα τ' εἰδείης Αἰολίδης Σισύφου.

Rhamnuſia, indignationis Dea, ab iis pœnas repetens qui præſentibus bonis ſe indignos præbuiſſent; à *Rhamno* Atticæ rege ſic nuncupata. Lucan. lib. 5.

Et tumidis infeſta colit quà numina Rhamnus.

Ovid. Triſt. 5. 8.

Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Auſonius, Epigr. 24.

Grande aliquod verbum nimirum diximus, ut ſe
Inferret nimiis vindex Rhamnuſia votis.

Herodes Orator Inſcriptione ad viam Appiam erutâ Ἦτ' ἐπὶ ἔργα βεβηκὼς ὁρᾷεις Ῥαμνουσιὰς Οὔπι.

Rhea, Cœli & Terræ filia. Heſiod. ubi de Terræ filiis:

Οὐρανῷ ἐυπλοκάμῳ τέκε Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε,
Θεῖάν τε Ῥεῖάν τε, Θέμιν τε Μνημοσύνην τε.

At Orpheus in Hymnis Rheam primam omnium à Deo factam fuiſſe, inquit, quem *Protogonum* appellant:

Πότνα Ῥέα θύγατερ πολυμόρφου Πρωτογόνοιο.

Quæ cum fuiſſet poſtea Saturni uxor credita, de illâ ſcripſit idem Orpheus:

Πάντημ' ἀγλαόμορφε, Κρόνου σύλλεκτρα μάκαιρα.

Hanc ipſam Jovis fuiſſe matrem teſtatur Callimachus:

Ἐν δέ σε Παῤῥασίῃ Ῥείη τέκεν, ἧχι μάλιστα
Ἔσκεν ὄρη θάμνοισι πεφρικότα πεύκης.

Hujus ſacrificia fiebant die nono Lunæ, ut innuit Nicander in Alexipharmacis, magnâ cum vociferatione:

Ἦ ἅτε κερνοφόροις ζάκοροις Βωμίσια Ῥείης
Ἐννάδι λειοῤῥόοισιν ἐνιχείμπτουσα κελαδοῖς,
Μακρὸν ἐπιμβοάᾳ γλώσσῃ ὄρος· οἱ δ' ὑπερύσιν
Ἰδαίης ῥιγεδὸν ὀτ' εἰσάϊσιν ὑλαγμόν.

Quod autem Rhea Terra ſit, vel vis Terræ, quæ ad generationem rerum pertranſit, teſtatur Apollonius, Argon. 1.

——Ἐνδέν ἐς αἰεὶ
Ῥόμβῳ κὴ τυπάνῳ Ῥείῃ Φρύγες ἰλάσκονται,
Ἥ δέ πη ἐναγέεσσιν ὀδὸ φρένα θῆκε δυηλαῖς
Ἀρταίῃ δαίμων· τὰ δ' ἐοικότα σήματ' ἔφηνε,
Αὐτομάτη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης,
Θῆρες δ' εἰλυοί τε καὶ ξυλόχους τε λιπόντες
Οὐρῆσιν σαίνοντες ἐπιλυδὸν.

Alio nomine *Ops*, *Mater Deum*, & *Magna Mater*, & *Cybele* dicta. Item *Dea Phrygia*, *Idæa*, *Berecynthia*, *Dindymene*, & *Peſſinuntia*. Dictam volunt *Rheam* ἀπὸ τῆς ῥεῖν, quòd *affluat* rebus omnibus terra. Vel potius *Rhea* eſt à verbo Ebræo רעה *Raha*, pavit, & in 2. Conjugatione *Rhea*, i. e. *aſſociavit ſibi commenſalem*. Vide Nat. Com. lib. 9. cap. 5. & Fungerum in *Rhea*. Hujus currum leones trahebant. Ovid. Faſt. 4.

——*Cur huic genus acre leonum*
Præbent inſolitas ad juga curva comas?

Lucianus de deâ Syriâ (hæc eadem cum Rheâ) Λέοντες γάρ μιν φέρουσι, καὶ τύμπανον ἔχει, καὶ σὺν τῇ κεφαλῇ πυργοφορέει, ὁκοίην Ῥέην Λυδὴ ποιέουσιν. Hinc Hierapoli in ſeptis templi Deæ Syriæ urſi & leones erant manſueti, qui neminem lædebant. Idem: Ἐν δὲ τῇ αὐλῇ ἄφετοι νέμονται βόες μεγάλοι καὶ ἵπποι καὶ ἄετοι καὶ ἄρκτοι, καὶ λέοντες καὶ ἀνθρώπους ἔδαμα σίνονται, ἀλλὰ πάντες ἐφ' ἑωυτοῖσί τε εἰσὶ καὶ χειροήθεες.

Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, alio nomine *Ilia* appellata: quam cum Amulius patruus ejus Veſtæ virginem legiſſet, à Marte compreſſa Romulum & Remum peperit. Sidonius in Panegyrico Majorani:

——*Videas hic craſſo fuſa metallo*
Antra Rheæ, fœtamque lupam, quam fauce relicta
Blandiri quoque terror erat.

Clypeum Romæ deſcribit; & notandum Poetas Heroum clypeos hâc hiſtoriâ ornare. Virgil. Æn. 8.

Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro
Procubuiſſe lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impavidos: illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere linguâ.

Claudianus in Paneg. Olybr. & Probi:

Et formidato clypeus Titana laceſſit
Lumine quem tota variarat Mulciber arte.
Hic patrius Mavortis amor, fœtuſque notantur
Romulei, poſt amnis ineſt, & bellua nutrix:
Electro Tiberis, pueri formantur in auro
Fingunt æra lupam, Mavors adamanta coruſcat.

Rhemnius Palæmon, Grammaticus, qui gloriabatur ſecum natas eſſe literas, ac ſecum denuo morituras. Idem M. Varronem porcum appellare non eſt veritus.

B. *Rhenanus*, flor. ſub Maximiliano & Carolo Qu. Imp. Vitam ejus fusè, nec ineleganter deſcripſit Jo. Sturmius. Ulti alios ſcriptores, eoſque inter Tertullianum & Plinium; ita & hiſtoricos complures, partim primus edidit, partim Cuſtigavit & illuſtravit notis, quales Livius Velleius, Paterculus, Tacitus, an. 1531. Emiſit luculentos illos Rerum Germanicarum commentarios. Obiit vero an. 1547. Ætatis 62.

Rheſus, Strymonis & Euterpes Muſæ fil. rex Thraciæ, qui albis equis in auxilium Trojanorum venit. Sed prodente Dolone ſpeculatore Trojano, à Diomede & Ulyſſe, primâ nocte occiſus eſt. Virg. Æn. 1.

Nic procul hinc Rheſi niveis tentoria velis
Agnoſcit lachrymans, primi quæ prodita ſomno
Tydides multâ vaſtabat cæde cruentus,
Ardenteſque avertit equos in caſtra, priuſquam
Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.

Catullus:

Nec Rheſi niveæ citæque bigæ.

Claudianus de Rheſi equis:

Grataque retulerat raptos ad caſtra jugales:
Quorum, ſi qua fides augentibus omnia Muſis,
Impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.

Apud Virgilium. *Rheſi Mavortia tellus* ponitur pro Thraciâ. Mela 2. 2. *Tum Rheſo regnata quondam pars Thraciæ.*

Jo. *Reuchlinus*, ſive *Capnio*; quod nomen ex Germanico factum Græcum Hermol. ei Barbarus impoſuerat, cùm à Maximiliano Imp. Romam miſſus eſſet. Natus eſt Phorcemii an. 1454. Præcipua ejus laus eſt quòd Hæbraæ Linguæ ſtudium in Germaniâ ſuſcitarit, quo nomine plurima perpeſſus eſt. Obiit an. Ætatis 67. Apotheoſin ejus habes in Colloquiis Eraſmi. Vitam vero apud Melchiorem Adamum ſileſium.

Rhianus Benæus (eſt autem Βλήν civitas Cretæ) Eratoſtheni æqualis fuit, teſte Suidâ, nobilis fuit Grammaticus & Poeta, Athenæo etiam memoratus, lib. 11. & Stobæo Serm. de Imprudentiâ. Stephanus citat ejus Eliaca, Theſſalica Iliaca, Achaica & Meſſeniaca. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. pag. 111.

Rhimotalces, Thracum rex, qui ab Antonio ad Auguſtum Octavium tranſierat. Hic cum Cæſari petulantius, crebriuſque inter pocula ſocietatem & convictum exprobaret, illud ab indignato Auguſto reportavit: *Amo proditionem, proditores vero odi.* Plutarchus.

Rhinton, Tarentinus figuli F. floruit ſub Ptol. Lagide, reliquit fab. 38. partim Comicas, partim Tragicas. Suidas.

Cœlius *Rhodiginus*, Maximiliani Imp. temporibus extremis floruit, vir omnigenæ Doctrinæ; interiorum autem literarum ſcientiâ nemini ſui ſeculi ſecundus. Nec modo variæ lectionis, ſed virum etiam pium fuiſſe, ait in Ciceroniano ſuo Eraſmus. Hic mediolanum à Ludovico 12. Galliarum Rege, ſplendidâ planeque regiâ mercede vocatus fuit: magnâ cum gloriâ ibidem Latinas docuit literas & Græcas. Poſtea eodem munere præclarem functus eſt in illuſtri Gymnaſio Patavino. Præclarè de hoc Cœlio teſtimonium habes apud Robortellum Comment. in artem Poet. Ariſtotelis, ubi *doctiſſimum ſuperioris ætatis virum vocat.* Item hoc Julii Cæſ. Scaligeri, lib. 3. de Re Poet. cap. ult. *Omnium*, inquit, *doctiſſimus præceptor noſter, Antiquarum Lectionum, Verrii exemplo.* Nam Cœlium ſignat, qui præcipuè immortale ſibi nomen peperit 30. Antiquarum Lectionum libris: quo mi ſello opere,

opere, abstrusa utriusque linguæ vocabula enucleantur, in præstantissimis quibusque scriptoribus loca obscura explicantur, corrupta castigantur, ad hæc historiæ reconditæ, & ritus veteres enarrantur, ex intimâ denique Philosophiâ, potissimum è Platonicorum penu arcana multa promuntur. Itaque sæpenumero miror, imò indignor, non magis hodie in manibus esse juventutis tanti Viri labores, profecto auro contra non caros. Quippe & Philologiæ studiosus, & amator historiæ, & Philosophiæ sectator, hauriet inde quod juxta prosit, & delectet. Atque idem quoque Cœlius egregiè meritus fuit de Historiâ Plinii Naturali: cui præterea multa addiderat, in quâ item multa, tum illustrarat, tum emendaverat. Sed nobilis hæc opera, quæ à genio suo facile æternitatem sperabat, Libitinam effugere non potuit, negligentius habitâ in βιβλιοπάφῳ Viri cujusdam Patricii. Voss.

Rhodope, sive *Rhodopis*, meretrix nobilissima ex Thraciâ, Æsopi fabulatoris aliquando conserva, & postea à Charaxo Sapphûs poetriæ fratre, qui ejus amore tenebatur ingenti pecuniâ redempta est, teste Herodoto, lib. 2. Sappho ad Phaonem apud Ovidium:

Arsit inops frater victus meretricis amore,
Mistaque cum turpi damna pudore tulit.

Tantas opes meretricio quæstu corrasit, ut Pyramidem insignem suis sumptibus extructam reliquerit.

Rhœcus, Centaurus ab Atalanta interfectus, Apollodorus, l. 3. Ῥοῖκος ὑπὸ Ἀταλάντης Κένταυρος κατατοξευθεὶς ὑπ' αὐτῆς ἀπέθανον. In pugnis Centaurorum & Lapitharum sæpicule à Poetis memoratur. Ut à Lucano, lib. 6.

Teque sub Oetæo torquentem vertice vulsas,
Rhœce ferox, quos vix Boreas everterat, ornos.

Et à Val. Flacco, lib. 1.

Parte aliâ Pholoe multoque insanus Iaccho
Rhœcus & Atraciâ subitæ de virgine pugnæ.

Rhœtus, Marrubiorum rex in Italiâ, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit novercam; hanc privignus stupravit. Quo cognito, cum eum pater persequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille se ad Turnum contulit. Servius in illud Virg. Æn. 10.

Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ.

Rhœtus, gigas, qui cum Jovem de Cœlo dejicere conaretur, à Dionysio, in leonem conversо, interemptus est. Lege *Rhœcus*. Horatius, lib. 2. Od. 19. in Bacchum.

Tu, quum parentis regna per arduum
Cohors gigantum scanderet impia:
Rhœcum retorsisti leonis
Unguibus, horribilique malâ.

Rhoxane, amasia Alexandri, Satrapis barbari filia, quam Alexander totius pene Orientis victor & Imperator ob solam ejus pulchritudinem matrimonio sibi junxit. Dicitur & *Roxana*. Vide Q. Curtium, lib. 5.

Guil. *Rishanger* Anglus, Monachus Albanensis, condidit historiam Anglorum ab An. 1239. usque ad sua tempora. Præterea continuavit Matt. Parisium ab An. 1260. usque ad annum ultimum regis Hen. 3. *Historicum satis bonum* merito vocat Brianus Twinus, lib. 2. de Antiqu. Oxon. Obiit circa An. 1312.

Mich. *Ritius* Neapolitanus J. C. & Ludov. 12. Galliarum regi à consiliis, scripsit tres libros de Regibus Francorum, totidemque fecit de Regibus Hispaniæ. Alia quoque consignavit. Vide *Bonfinius*.

Robigo, sive *Rubigo*, Dea Romanorum, quæ ideo colebatur, ut vitium segetum, quod *robiginem*, sive *rubiginem* vocant, averteret. Varro, lib. 1. de R. R. cap. 1. *Robigum* Deum facit, eumque Floræ conjungit, cui etiam *Robigalia* festa publicè instituta asserit. Horum mem. Columella, lib. 10. qui totus constat ex carmine.

Hic mala rubigo virides ne terreat herbas
Sanguine lactantis catuli placatur & extis.

Plinius 18. 29. Hæc sacra à Numâ Pompilio fuisse instituta anno regni sui undecimo tradit, eaque ait ad 7. Cal. Maii celebrari solita, quo tempore segetes rubigini maximè sunt obnoxiæ.

Roboam, fil. Solomonis, cujus cum avaritiam & crudelitatem, Judæi, quibus imperabat, ferre nullo modo possent, ab eo defecerunt ad Jeroboam, præter 2. tribus, Judæ scilicet & Benjamin, quæ regni divisio in posteris etiam regibus duravit. Lat. *dilatans populum*, aut *latitudo*, vel *platea populi*, sive *odor*, vel *odorans cum populo*. Jos. lib. 8. Τὸν ξύλον ἀλάζων ἀνὴρ καὶ ἀνόητος, καὶ διὰ τὸ μὴ σεσῴσθαι τοῖς παγχρώοις φίλοις ἢ ἀσχὴν ἀπολέσας. Ideoque ἐκ ἄξιος ἦν ἀρχῆς Suidæ dicitur.

Romula, arbor sub quâ Romulus & Remus, pueri inventi sunt, erat autem ficus. Ovid. Fast. 2.

Arbor erat, remanent vestigia, quæque vocatur
Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

Romulius Pollio, quum centesimum ætatis annum excessisset, rogatus ab Augusto Cæsare, quâ ratione vigorem illum animi corporisque custodisset. *Intus* (inquit) *mulso, foris oleo.* Plin.

Romulus, Martis & Iliæ fil. Numitoris nepos, Remi frater, eodem cum illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius præferoci ingenio, qui non contentus fratri natu majori imperium præripuisse, ut posteritati quoque suæ tyrannidem stabiliret, Lausum prolem illius masculum interemit. Iliam quoque, ut spem omnem nepotum fratri eriperet, sub specie honoris Virginem Vestalem legit, eoque modo perpetuâ virginitate damnavit. Et tamen postea ex Marte (ut Romani credi voluerunt) gravida deprehensa, gemellos peperit, quos Amulius in Tyberim abjici jussit, matrem autem vivam in ripâ fluminis defodi. Verùm cum id temporis Tyberis extra ripas restagnasset, nec adire usquam ad justi amnis cursum posset, qui mergendorum puerorum negotium susceperat, proximâ eos alluvie, ubi postea Ruminalis ficus fuit, expositos reliquit. Quo in loco à Faustulo regii pecoris magistro inventi sunt, & Laurentiæ uxori educandi traditi; quæ quòd vulgato corpore quæstum faceret, ideoque *Lupa* inter pastores vocaretur, factus est locus fabulæ, Romulum & Remum à *lupâ* educatos fuisse. Lactantius, lib. 1. cap. 10. *Romuli nutrix Lupa honoribus est affecta divinis. Et ferrem, si animal ipsum fuisset, cujus figurum gerit. Author est Livius Larentiæ esse simulacrum, & quidem non corporis sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli uxor, & propter vulgati corporis vilitatem Lupa inter pastores, id est meretrix, nuncupata est.* Hæc ille. Non desunt tamen qui veram belluam Romuli nutricem velint fuisse, non autem prostitutam Larentiam. Strabo, qui Tiberii temporibus è Ponti regibus oriundus clarissimus fuit, lib. 5. Μυθεύουσι δὲ ὑπὸ λυκαίνης ὀρφανωθέντας καὶ ὑπὸ λυκαίνης ὀρφανωθέντας σκυλακευομένους. Justinus, l. 38: ex emendatione Dempsteri: *Ipsi ferunt conditores suos lupæ uberibus alitos.* Plinius, lib. 8. cap. 17. *Quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, produntur, sicut de conditoribus nostris à lupâ, magnitudini fatorum accepta ferri æquius quam ferarum naturæ arbitror.* Adscribam in tyronum gratiam celebriores poetas. M. Tullius, lib. 1. de Divinatione:

Hic sylvestris erat Romani nominis altrix
Bellua.———

Prop. lib. 2. Eleg. 6.

———*Tu criminis auctor*
Nutritus duræ, Romule, lacte lupæ.

Idem, lib. 3. Eleg. 8.

Eductosque pares sylvestri ex ubere reges.

Et lib. 4. Eleg. 1.

Optima nutricum nostris lupa Martia rebus,
Qualia creverunt mœnia lacte tuo.

Et ejusdem libri Eleg. 4.

———*Quem non sine matris honore*
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

Ovid. Fast. 2.

Lacte quis infantes nescit crevisse ferino?

Martial. lib. 2. Ep. 75.

A nostrâ pueris parcere disce lupâ.

Juvenalis, Sat. 11.

Romuleæ simulachra feræ mansuescere jussæ.

Claudianus:

Hic patrius Mavortis amor, partusque notantur
Romulei, post amnis inest, & bellua nutrix.

Sidonius Apollin. Carm. 2.

Præbuit intrepido mammas lupa fœta Quirino.

Hi postea cum adolevissent, de genere suo Faustulo edocti Amulium trucidant; avumque Numitorem in regnum restituunt. Nec ita multo pòst collectâ magnâ pastorum manu urbem novam in Palatino monte, ubi educati fuerant, ædificant. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere poterat, ortâ inter eos contentione, uter novæ urbi nomen daret, & conditam imperio regeret, placuit rem avium judicio permitti. Cumque Remo in Aventino vultures 6. priores, Romulo autem in Palatino 12. sed posteriores apparuissent; illo tempore, hoc numero se priorem esse asserente, exorta inter pastores primùm altercatio est, quæ deinde ad manus pervenit. Ibi Remus ictus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos muros transiliisse: inde à Romulo, sive à Celere quondam militum tribuno, Romuli jussu fuisse interfectum. Ovidius in Fastis:

Mœnia conduntur, quæ quamvis parva fuere,
Non tamen expediit transiluisse Remum.

Solus

Solus itaque regno potitus Romulus, ut urbem incolis frequentiorem redderet, Asylum aperuit. Senatores centum, quos ab honore patres appellavit, conscripsit. Vicinis connubia negantibus, virgines quæ ad Consualium spectaculum convenerant, rapuit. Cecinenses bellum inferentes prælio vicit, regeque obtruncato, Feretrio, opima spolia obtulit. Antemnates deinde & Sabinos prælio superatos in civitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes insecutus urbem eodem impetu cepit. Veientibus quoque post adversam pugnam pacem petentibus, centum annorum inducias concessit. Hisce rebus gestis, cum ad Capreæ paludem concionem haberet, ingenti coortâ tempestate, repente nusquam comparuit, patrum, ut creditur, manibus discerptus. *Romulus* autem & *Remus* à *Rumâ*, i. e. *mamillâ* dicti sunt, teste Festo. Idem tamen alibi. *Romulus & Remus à virtute hoc est robore appellati.* Hinc *Romulus* adjectivum: ut *Romula tellus* apud Virgilium, Æn. 6. & *Gens Romula* apud Horatium. Item *Romuleus*, ut *urbs Romulea* apud Ovidium.

Romulus Momylus, natus patre Oreste Gottho, postremus Occidentis imperator, *Augustulus* dictus. Vide Car. Sigonium de Imp. Occid. & Onuphr. Panvin. Apud Michaelem Glycam hæc de Romulo isto legimus: *Hic mihi notabis illud ipsum imperium, quod sub Romulo initium habuerat post M. CCC. III. annos iterum sub Romulo principe defecisse.*

Roscius, histrio insignis, in arte suâ usque adeo absolutus, ut si quem significare velimus cæteris sui generis hominibus præcellere, *Roscium κατ' ἐξοχὴν* appellemus. Hic cum obliquos haberet oculos, turpique esset aspectu, primus personâ in scenâ usus est: populus tamen eum sine personâ intueri malebat ob pronunciandi dulcedinem. Cic. 1. de Oratore. Item *Roscius* Amerinus, qui in causâ parricidii defensus est à Cicerone.

Roscius Otho, in tribunatu suo legem tulit, quâ equestrem ordinem à plebe distinxit, equitibus 14. gradus seorsim assignans, in quos nemo reciperetur, nisi qui 400 sestertiorum censum expleret. Hæc lex à latore *Roscia* dicitur. Unde Horatius:

Roscia dic sodes melior lex, an puerorum
Nænia, quæ rectè regnum fasientibus offert?

Juvenal. Sat. 3.

——*Exeat, inquit,*
Si pudor est, & de pulvino surgat equestri,
Cujus res legi non sufficit, & sedeant hic
Lenonum pueri quocunque in fornice nati, &c.
Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.

Roxana, Darii fil. Alexandri concubina, quæ cum prægnans esset à sorore Saturâ in puteum demersa est, quòd eam præcipuè honoribus Macedones cumularent. Plut. in Alex. Justinus vero à Cassandro Macedoniæ regnum affectante simul cum filio interfectam vult.

Rufinus, unà cum Stilicone & Gildone relictus à Theodosio sen. imperii administrator pro tutelâ Arcadii & Honorii filiorum: Gildo in Africâ, Stilico in Occidente, Rufinus verò in Oriente, qui omnes cupiditate regni incensi in suos principes arma converterunt, ex quo diversis modis oppressi periere. Volaterranus.

Rufinus Presbyter, flor. An. Dom. 390. Multum operæ contulit ad historiam illustrandam. Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 2. cap. 11.

Rufus scripsit dramaticam & Musicam historiam: adhæc de Poetis Epicis & fœminis arte vaticinandi claris, & aliis ejus generis. Ex istis Rufi libris multa hausit Sopater Apameensis in Eclogis suis variæ doctrinæ. Auctor Photius, quem vide Tm. 161.

Rufus, Sen. 3. de Ben. *Rufus, vir ordinis Senatorii, inter cœnam optavit, ne Cæsar salvus rediret ex eâ peregrinatione, quam parabat: & adjecit: Idem omnes & tauros & vitulos optare. Jocosè dictum crede, quia iis periculum ab immolatione: & grandi numero peribant, cum salvus ille redisset. Similis jocus in Ammiani 25. de Juliano: Æstimabatur, si rediisset de Parthis, boves jam defuturos.* Marci illius similis Cæsaris, in quem id accepimus dictum: Οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι, Ἂν οὗ νικήσῃς, ἡμεῖς ἀπολούμεθα.

Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cujus res gestas scripsit. Appianus.

Rufus Virginius, orator egregius interfectus à Nerone.

Rufus, poeta Bononiensis, cujus mem. Martialis.

Rufus, medicus sub Trajano principe, cujus extant libri tres de appellationibus partium corporis humani, ubi & situm, & figuram, facultatem, & usum earundem declarat.

Rufus, Corinthius Sophista, quanquam divitiis, & generis nobilitate pollebat, plus tamen ad ejus laudem dicendi gloria, linguæque gratia contulit. Philostratus.

Rufus, Cyrenæus, Simonis Cyrenæi, qui crucem Salvatoris nostri portavit, filius, quique postea verbi divini felicissimus & illustrissimus disseminator extitit. Marc. cap. 13.

Rufus, D. Pauli discipulus, primus Avernionis episcopus. Anton. part. 1. tit. 2. cap. 28.

Rullus, solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit, qui Ciceronis consulatu legem Agrariam promulgavit, neque tamen pertulit, resistente Cicerone.

Rumia, Dea quæ *rumis*, i. e. *mammis*, h. e. *pueris lactantibus* præsidebat. Varro de R. R. 2. 11. Dicitur & *Rumilia*.

P. Rutilius Rufus, Cons. cum Cn. Mallio, an U. C. 649. Tum de vitâ suâ, tum Numantini belli historiam scripsit. Prioris operis mem. Tacitus initio, lib. de vitâ Agricolæ. *Plerique* (inquit) *suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt. Nec id Rutilio & Scauro, citra fidem, aut obtrectationem fuit.* De altero opere ita Athenæus sub finem, lib. 6. Καὶ Ῥωμαῖος Ῥοῦφος ὁ ῥήτωρ πλεῖον ἰσχύσας γεγραφώς. Hanc historiam Græcè signavit, teste eodem Athenæo, lib. 4. At vitam suam Latinè prodidit. Aliter si esset, non hujus operis laudarent auctorem Sosipater, & Diomedes, imò & Isidorus, lib. 20. Originum. Vir hic summus in jure P. Scævolam & M. Manilium audivit, in Philosophiâ Panætium. Exemplum innocentiæ fuit; neque in Urbe alter eo sanctior, vel integrior erat, teste Cicerone. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, Smyrnæ vixit. Tac. Annal. 1. *Publ. Rutilium legibus pulsum civem sibi Smyrnæi addiderunt.* Deinde verò à Syllâ redeundi potestate factâ, respondit illud quod à Senecâ in 6. de Beneficiis ponitur: *Malo ut patriâ mei exilio erubescat, quam reditu mœreat.* Ovid. Pont.

Et grave magnanimi robur mirare Rutili
Non usi reditus conditione dati:
Smyrna virum tenuit non Pontus & hostica tellus.

Vide Liv. lib. 70. Val. Max. 2. 5. & 6. 6. Velleium, lib. 2. Plut. in Mario. Agellium, 7. 14. Plurima de eo habes apud Vossium de Hist. Gr. lib. 1. cap. 22.

Rutilius Numatianus Gallus, Itinerarium scripsit lib. 2. sed posterioris libri pars melior periit. Fuit vir Consularis præfectorius Urbis, tribunus militum & prætorio præfectus. Floruit sub Theodosio. Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 2. cap. 15.

Rutilius Geminus, libros Pontificales fecit. Vide Voss. de Hist. Lat. pag. 718.

SA

Sabazius, Bacchi cognomen, à *Sabis* gente Thraciæ ei inditum, teste Eustath. in Dionys. cujus sacra *Sabazia* dicta. Vide Seldenum de diis Syris & Heinsium in Aristarch. Sacr. cap. 1. & Dausqu. ad Sil. Ital. pag. 354.

Sabbaticus amnis, de quo sic Josephus Bell. Jud. 7. 23. Τίτος δὲ Καῖσαρ, χρόνον μέν τινα διατρίψειν ἐν Βηρυτῷ, καὶ δεῦρ' ἀφιξεσθαι φάμενος. Θεᾶσθαι δὲ καὶ τοῦτον τὸν ταῦρον ἄξιον ἱστορῆσαι. Ῥεῖ μὲν γὰρ ὁ μέσος Ἀρκαίας τὰ Ἀφίκια βασιλείας καὶ Ῥαφανέας, ἔχει δὲ θαυμαστὴν ἰδιότητα. Πολὺς γὰρ ὢν ὅτε ῥεῖ, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ χειμαῤῥοῦς, ἔπειτα δὲ πᾶς ὃν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιλείπων, ἐξ ἡμερῶν ἑπτὰ ἑπτὰ μιᾶς, ξηρὸν ἀναβλύζων ὀχθῶν τὸν τόπον. Εἰς ὅσπερ ἑβδομὰς ἡμερῶν μεταβολῆς, ὅμοιος καὶ ἑβδόμων ἑβδόμων ἐκδιδοὺς, καὶ ταύτῃ σέβει τὴν ἀκριβῆ τηρήσαι παρὰ Ἰουδαίοις, ὅθεν ἡ καὶ Σαββάτινον αὐτὸν κεκλῆσθαι, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἀφ' Ἑβδόμης Ἰουδαίων ἑβδόμης, ὅπως ὀνομάσωσιν. Hæc ille. Hic vero de Sabbatis Judæorum nonnihil annotare liceat. Etsi enim observatio hebdomadum, quæ hodie obtinet ante tempora Theodosii vulgo recepta non fuit, Græcos tamen & Asiaticos in functione vitæ quotidianæ tale aliquid observare solitos accepimus. Quod quia imitatione Judæorum, qui jam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam Sabbati nomen multi retinuerunt. Ejusmodi est quod Suetonius ait, *Diogenem Grammaticum solitum Rhodi Sabbatis disputare.* Sic septimo quoque die feriæ pueris solitæ in scholis concedi. Lucianus in Pseudologista: Καὶ ὁ μὲν Κόσσυφον τινα εἶπεν, ὁ δὲ Ἑβδόμιον, ὅτι ἅπαντες οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, καθεῦδον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑπὸς καὶ δῆλα. Gellius, 15. 2. *Is in conviviis juvenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus Lunæ solenne nobis fuit, simulatque modus epulis factus, & utiles, delectabilesque sermones cœperant; tum silentio ad audiendum petito, loqui cœpisse.* Ubi notandum quod Ἑβδόμη festum erat publicum Athenis,

quod Septimo quoque die Lunæ celebrarent in honorem Apollinis, cui dies ille sacer. Suidas: Ἡμέρας πρὸς ἑνὸς ὀνόματος Ἀδώνιον θεοῖς πᾶσιν, οἷον Νυμφίοις, καὶ Ἕβδομα Ἀπόλλωνι. Hesiodus Ἡμέραις

——— Καὶ ἕβδομα ἱερὸν ἦμαρ,
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

Idem servatum etiam in aliis rebus. Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio: *Exercitium septimo die fuit omnium militum, ita ut sagittas mitterent, & armis luderent.* Lampridius in Alexandro Severo: *Capitolium septimo die cum in urbe esset, ascendit, templa frequentavit.* Disputat etiam Clem. Alex. Strom. 5. ὅτι καὶ ἕβδομον ἱερὸν ἄγουσι Ἕβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι. Sed ante eum scripsit Josephus jam suâ ætate adeo increbuisse septimi diei observationem ex Judaico ritu, ut neget urbem ullam, aut Græcorum, aut Barbarorum, h. e. non Græcorum posse reperiri, quæ cessationem ab opere diei septimi in suos mores non recepisset. Insignis planè locus, ideoque verba ipsa proferam: Οὐδὲ γὰρ πόλις Ἑλλήνων, οὐδὲ πόσις βαρβάρων, οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς Ἑβδομάδος ἡμῖν ἀργοῦμεν ἔθος ἐφικνεῖται, τὸ ἔθος ἐ διαπεφοίτηκεν. Hæc ille lib. posteriore contra Apionem. Utcunque hoc sit, illud interdum pro certo habetur, Ethnicos Judæorum Sabbata contemptui ac ludibrio semper habuisse, secundum Ecclesiæ querimoniam, Thren. 1. 7. *Viderunt eam inimici ac Sabbata ejus derisere.* Seneca apud Augustinum, lib. 6. de Civit. Dei cap. 11. Judæis vitio vertit, *quod septimam ætatis suæ & vitæ partem otiando perderent.* Juvenalis quoque:

———*Cui septima quæque fuit lux*
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.

Idem alibi:

Observant ubi festa mero pede Sabbatha reges.

Tacitus, lib. 5. Histor. *Septimo die otium placuisse ferunt; dein blandiente inertiâ, septimum quoque annum ignaviæ datum.* Claud. Rutilius:

Radix stultitiæ, cui frigida Sabbata cordi,
Sed cor frigidius religione suâ est,
Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Tanquam lassati mollis imago Dei.

Plura inveniri possunt huc spectantia in Dione Cassio, Justino, aliis. Sed hæc obiter.

Sabellicus, hæreticus, Christum filium Dei esse negabat. Vixit circa A. D. 257. Socrates, lib. 6. cap. 12.

Marc. Anton. *Sabellicus*, à Jovio fabri ferrarii fil. vocatur; ab aliis autem natus dicitur è nobili Cocceiorum familiâ. Æquicolas ortu suo nobilitasse ait Leander in Italiâ suâ. Pomponii Læti ac Domitii Veronensis fuit discipulus, bonarumque literarum apud Venetos professor. Maximè celebratur historiâ Enneadum 11. ab orbe Condito ad an. 1504. Obiit 14. Kal. Maias an. 1506. Jovius ait, prope Septuagenarium decessisse morbo Gallico, quem vulgivagâ Venere contraxisset. Vide Voss. Hist. Lat. pag. 670.

Sabin, Arabes Deum appellant, & illi decimas mensurâ non pondere persolvunt. Vide Turneb. in Cic. de LL.

Sabina, Imperatrix, Adriani Imp. Romani uxor, quæ servilibus injuriis ab eo affecta adiit mortem voluntariam. Sext. Aurelius.

Sabinus Asidius, declamator lepido ingenio, quam sententiam Leonidæ ad trecentos retulisset. *Ego* inquit, *illi ad prandium promisissem, ad cœnam renuntiassem.* Seneca Suasor. 2.

Sabinus, Vespasiani frater, à Vitellio interfectus, qui Vespasiano res contra Judæos gerente, post Othonis mortem, Capitolium cum æde Jovis occupaverat.

Sabinus, Sophista sub Adriano principe, scripsit Isagogen ad materias, & hypotheses, declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas.

Sabinus Masurius, J. C. scripsit Fastorum & memorabilium libros. Persius Sat. 5.

Excepto si quid Masuri rubrica notavit.

Ejus in Digestis apud Athenæum & Agellium crebra mentio.

Sabinus, Syrius memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hierosolymæ muros ascendit. Jos. lib. 6. cap. 1.

Sabinus Tyro, scripsit περὶ κηπευικῶν, i. e. *de hortensibus.* Plin. 19. 10.

A. Sabinus, quæ scripserit docebit Ovidius, cujus erat συγχρονος Amor. 2. Eleg. 18.

Quam cito, de toto rediit celer orbe Sabinus,
Scriptaque diversis retulit ille locis.
Candida Penelope signum cognovit Ulyssi,
Legit ab Hippolyto scripta noverca suo.
Jam pius Æneas miseræ rescripsit Elissæ:
Quodque legat Phyllis, si modo vivat, habet.
Tristis ad Hypsipylen ab Iasone litera venit:
Dat votam Phœbo Lesbis amica lyram.

Scripsit igitur epistolam Ulyssis ad Penelopen, Hippolyti ad Phædram, Æneæ ad Didonem, Jasonis ad Hypsipylen, & illam Sapphûs extremo loco memoratam. Harum vero omnium extat nulla. Scio sub nomine *Sabini* legi ternas, Ulyssis ad Penelopen, Demophoontis ad Phylliden, & Paridis ad Oenonen. Sed indignæ prorsus Sabino, vel aliquo illius temporis Poetâ: quin neque nostro si ævo scriptæ forent, multum laudis mererentur. Sed non dubium, quin, si non omnes, saltem aliquæ ex sex istis Sabini sunt, quæ inter Ovidianas leguntur: Paridis ad Helenam, Helenæ ad Paridem: Leandri ad Heronem, Herûs ad Leandrum: Acontii ad Cydippen, Cydippes ad Acontium. Plura vero Sabinum scripsisse indicat idem Ovid. Ponticorum, 4. 16.

Quique suam Trœzen, imperfectumque dierum
Deseruit celeri morte Sabinus opus.

Unde cognoscimus eum obiisse ante Ovidium. Quidam *Trœzena* legunt, undè colligunt *Trœzenia* scripsisse, Alii verò *Trisenen*, quam fuisse aiunt amicam. *Dierum opus* vero interpretantur Fastos, vel opus quale Hesiodi Ἡμέραι. Vossius.

Saccas, Ammian. lib. 22. *Saccas Ammonius, Plotini magister.* Ubi Valesius ὁ πάλαι Saccas videtur ex eo dictus Ammonius, quòd mercibus ex portu Alexandrino comportandis victum sibi quæsivisset: cujusmodi homines *Saccarios* antiqui vocabant, ut videre est in Cod. Theodos. tit. *de Saccariis portus Urbis Romæ.* Suidas. Πλωτῖνος μαθητὴς Ἀμμωνίου τοῦ σακκοφόρου. Idem *in Origene, Saccam* cognominatum esse scribit Ammonium. Hierocles, lib. de *Providentiâ*, hunc Ammonium θεοδίδακτον vocat, eumque primum Platonicæ, & Aristotelicæ Philosophiæ concordiam ait hominibus ostendisse; idque, discipulis suis Plotino, atque Origeni aperuisse, ut refertur in Bibliothecâ Photii. Atque hic tantus vir Christianus cum fuerit, merito inter scriptores Ecclesiasticos à Divo Hieronymo recensetur. Quanquam Porphyrius, lib. 3. contra Christianos, eum à Christi fide ad Numinum cultum defeciviisse scripsit. Sed eum Euseb. lib. 6. Histor. refellit. Hujus Ammonii, quod sciam, hodie nihil extat. Nam Commentarii in Aristot. alterius sunt Ammonii Hermiæ filii, qui Procli auditor fuit Anastasii Aug. temporibus.

Sadducæi, secta Judæorum, quam à *Sadoc* sacerdote nomen accepisse quidam volunt. Epiphanius vero: Ἐπονομάζεσι δ' ἑαυτοὺς Σαδδουκαίους, δίκην ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς ἐπικλήσεως ὁρμωμένης. Σέδεκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη. Cui consentit Hieronymus: *Sadducæi*, ait, *interpretantur justi. Ipsi enim sibi vindicabant quod non erant.* Quos sequitur Maldonatus ad cap. Mat. 22. Sadducæos à Sedec Justitia, quasi homines justos Epiphanius & Hieronymus dictos putant. Non existimabant illi Sadducæos fuisse justos; sed nomen illud affectatos, & videri voluisse justos, justitiâ nimirum Civili & Forensi. Erant enim in maleficos acerbiores; in judiciis, & pœnarum mulctis exactores rigidi, quemadmodum ex Hist. Scholastica citat Barradius, non dissentiente Josepho. Huc enim referimus illius illud elogium, quo morosos, difficiles, omnino intractabiles pronunciat: adeo ut ab illorum moribus durioribus abhorreret populus, & ad Pharisæos potius propenderent, qui φύσει, quod ille dixit, ἥμεροι τοῖς περὶ τὰς κολάσεις εἶναι. Scripturas nullas præter Mosen recipiebant; prophetas enim rejiciebant, tanquam non loquutos in spiritu sancto; cum & ipsum spiritum sanctum negarent. Athei erant & Epicurei. *Dementiam potius Epicuream, quam Legis divinæ jura sectabantur*, inquit Philastrius. Nimirum quod felicitatem omnem istius vitæ termino, & rerum temporalium fruitione terminarent. Providentiam tollebant cum Deum mala non perspicere dicerent, quod relatum à Josepho 2. ἀλώσ. cap. 12. Omnia libero hominis arbitrio subjiciebant: nullum, post hanc Vitam, bonis operibus præmium, nullam malis & sceleratis pœnam constitutam arbitrabantur. Erant autem non minus quam Pharisæi, hostes Christi capitales. Plura vide apud R. Montacutium Appar. 7.

Sagana, venefica mulier, quæ Varum puerum prætextatum suis incantationibus fascinavit. Horatius in Epodis:

At expedita Sagana per totam domum
Spargens Avernales aquas,
Horret capillis.

Ejusdem ceu Necromantidis mem. Sat. 8. lib. 1.

Sagittarius, signum cœleste, quem alii *Centaurum Chironem* arbitrantur. Alii *Crocum* filium Euphemes nutricis Musarum fuisse volunt, & habitasse in Parnasso cum Musis, & venationi incubuisse, unde & usum sagittis, & equo insedisse; post mortem vero precibus Musarum, à Jove inter astra relatum, & variâ formâ conscriptum. Idibus Februarii vespere occidit, ac vehementer hyemat. Columella. Vide omnino Cæsium in Astron. Poet. pag. 84.

Salacia, Neptuni uxor. Auguſt. lib. 7. de C. D. *Jam uti habeat Salaciam uxorem Neptunus, quam inferiorem aquam maris eſſe dixerunt.* Feſtus. *Salaciam dicebant Deam aquæ, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt mare movere, quo vocabulo Poetæ pro aquâ uſi ſunt.* Pacuvius. *Hinc ſævitiam Salaciæ fugimus.* Gloſſarium: *Salacia:* Ἀμφιτρίτη Νηρεΐς. Quanquam Servius ab *aquâ ſalsâ* Salaciam dictam velit.

Salacon, vir qui cum pauper erat, ſe divitem ſimulabat. Suidas. Hujus mem. Cic. 7. Epiſt. Ab hoc natum proverb. *Salacones.*

Saladinus, Turcarum rex bellicoſiſſimus, A. D. 1180. cum Chriſtianis per 30. amplius annos variâ fortunâ bellum geſſit, ſæpius tamen victus, quam victor, donec Baldvino Hieroſolymorum rege mortuo multis partibus ſuperior, Hieroſolymam cepit, ejus regno finem imponens, & Ægyptum Syriamque imperio ſuo adjecit.

Salambo, Heſychius: Σαμαμβώ, ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίοις. Lampridius in Heliogabalo: *Salambonem etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultûs exhibuit.* Non tamen Syra hæc appellatio, vel Babylonica, ſed à Syro-macedonibus impoſita, cum Σαλάμβη & Σαλαμβὼ ejuſdem ſint originis, nempe à σάλος, uti docet Etymologus in his: Σαλαμβὰς ἡ Δαίμων, παρὰ τὸ αἰεὶ περιφέρεσθαι, καὶ ἐν σάλῳ εἶναι, καὶ ὅτι περίεργος ὀρμᾶται ἢ Ἀφροδίτη.

Salapucius, à *ſalax* & *pudus* compoſitum nomen. Quo nomine dictus eſt Calvus, Catulli familiaris, tanquam puer ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis.

Salii, ſacerdotes Martis, numero duodecim à Numâ Pomp. primùm inſtituti, tunicis pictis, æneoque pectoris tegmine exornati; ſic dicti quòd *ſalientes* ancilia per urbem circumferrent. Plut. in Numa: Ὄνομα Σαλίων ἀπὸ ὀρχήσεως. Ovid. Faſt. lib. 3.

Jam dederat Saliis à ſaltu nomina ducta.

Virgil. Æneid. 8.

Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos.

Varro: *Salii à ſaltando, quod facere in Comitio quotannis & ſolent & debent.* Tamen ex Polemone quodam refert, quendam Arcada dictum Salium, eis enopliam ſaltationem & nomen etiam dediſſe: at nugæ. Plutarchus: Σάλιοι δὲ ἐκλήθησαν οὐκ ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσι Σαμοθρᾳκὸς ἀνδρὸς, ἢ Μαντίνεως ὄνομα Σαλίου παρὰ ἐνόπλιον ἐκδιδάξαντος ὄρχησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως, αὐτῆς ἁλτικῆς οὔσης, ἣν ὑποῤχοῦντες διαπορδόμενοι τὴν πόλιν ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλαβόντες ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνί. Et clarius Dionyſius lib. 2. Ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων ἀπὸ τῆς συντόνου κινήσεως· τὸ γὰρ ἐξάλλεσθαί τε καὶ πηδᾶν σαλίζειν ὑπ' αὐτῶν λέγεται· ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὀρχηστὰς ἐκεῖ κἂν τύτοις πολὺ τὸ χόρδυμα καὶ σκίρτημα ἔνεστι φιλοκινήλους ἀπὸ τῆς Σαλίων τύνομα Σαλίτορας καλοῦσιν. Hoc Saliorum tripudio haud ſuſpicor Romæ ſolemnius celebratum, ſi vera Lucianus περὶ ὀρχήσ. Ἐπὶ τύτοις δίκαιον μηδὲ τὴν Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ἣν οἱ εὐγενέστατοι αὐτῆς τῶν πολεμικωτάτῳ τῆς Θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλέμενοι (ἱερεσύνης δὲ τύτο ὄνομα) ὀρχοῦνται σεμνοπρεπῶς ἅμα καὶ ἐρρωμένως. Ubi benè εὐγενέστατοι. Nam, teſte Tullio in Orat. pro domo ſuâ, è Patriciis legebantur. Cæterùm Saltatio qualis fuerit tradit etiam Dionyſius ubi ſupra: Κινοῦνται γὰρ πρὸς αὐλὸν ἐν ῥυθμῷ τὰς ἐνοπλίας κινήσεις, τοτὲ μὲν ὁμοῦ τοτὲ δὲ ἀμφιδέξιος καὶ παντοίας πυρρίχας ὕμνες ἄδουσιν ἅμα καὶ χορείαις. In motibus autem frequens illis fuit amptruatio, quæ hebat in circum: hæc à roſaltatore initium ſumebat. Lucilius:

Præſul ut amptruat, inde & volgus redamptruat illi.

Habitus illis ποικίλοι χιτῶνες Dionyſio, quos Livius *tunicas pictas* vocat. Gloſſæ: *Salius*, ἱερεὺς ὁ τὰς διοπτὴ ὅπλα περιπάλων, ὑμνῳδὸς, πρύτανις. Saliorum duo erant genera, antiquiſſimi *Palatini* dicti, atque à Rege Numâ inſtituti, Παλατῖνοι Dionyſio. His alios *Collinos*, ſive *Agonales* nuncupatos Tullus Hoſtilius adjunxit. Dionyſius. Aliter tamen Servius eos diſtinguit: *Duo*, inquit, *ſunt genera Saliorum, ut in Saliaribus carminibus invenitur, Collini & Quirinales à Numâ conſtituti, ab Hoſtilio vero Pavorii & Pallorii.* Horum meminit Livius lib. 1. *Numa Salios duodecim Marti legit, cæleſtiaque arma (quæ ancilia appellantur) ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſolennique ſaltatu juſſit.* Hinc *Saliaris*, ut *Saliare carmen*, quod cantabatur à Saliis: & *Saliares epulæ*, quæ exhibebantur his ſacerdotibus. Feſtus: *His* (Saliis) *per omnes ſacrorum dies, ubicunque manent, quia ampliſſimæ ponuntur cœnæ, ſi quæ aliæ magnæ ſunt Saliares appellantur.* Hor. l. 1. Od. 37.

——— *Nunc Saliaribus*
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, ſodales.

Id eſt, opimis dapibus. Vide ſis illic Interpretes, & Torrentium ad Suetonii Claudium, cap. 33. Vocantur etiam *Saliſubuli* à Catullo epigr. 17. Virgilius vero etiam Evandri temporibus eos fuiſſe dicit, lib. 8. niſi hæc poeticâ licentiâ dixerit, ad ſua tempora reſpiciens. Sic enim ille:

Tunc Salii ad cantus, incenſa altaria circum
Populeis adſunt evincti tempora ramis.

Ubi videndus De la Cerda.

Salluſtius, inſignis orator & hiſtoricus Romanus, qui mutuas geſſit inimicitias cum Cicerone. De quo nos alibi. Interim videndus Voſſius de Hiſtoricis Latinis 1. 15.

Salluſtius Criſpus, prioris nepos, *Auguſto Cæſari amicus*, ut eum Plinius vocat, lib. 34. cap. 2. Ad eum eſt Horatii Od. 2. lib. 2. Ubi, ſis vide Marcilium.

Salluſtius Philoſophus, ſcripſit librum de Diis & Mundo, quem primus è tenebris eruit, Græceque ac Latinè edidit doctiſſimus Leo Allatius, A. D. 1638.

Salmoneus, Æoli fil. non regis ventorum, inquit Servius, ſed cujuſdam apud Elidem, ubi regnavit, qui cum regiâ majeſtate contentus non eſſet, conatus eſt ſe Deum ſuis oſtendere, & fabricato æneo ponte ſublimi, adeo ut Elidis partem deſuper tegeret, ſuper eo agitabat currus ad imitanda tonitrua, & in quem jaculatus eſſet facem, eum jubebat occidi. Ob quam ſuperbiam Jupiter iratus, eum vero fulmine ad inferos detruſiit. Virgil. Æn. 6.

Vidi crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi;
Quatuor hic invectus equis & lampada quaſſans,
Per Graium populos, mediæque per Elidis urbem
Ibat ovans, Divumque ſibi poſcebat honorem;
Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen,
Ære & cornipedum curſu ſimularat equorum.

Manil. lib. extremo:

Hinc mihi Salmoneus qui cœlum imitatur in orbe
Pontibus impoſitis, miſſiſque per æra quadrigis
Expreſſiſſe ſonum mundi ſibi viſus, & ipſum
Admoviſſe Jovem terris de fulmine fingit:
Senſit at immenſos ignes, ſuper ipſe ſequutus,
Morte Jovem didicit generatus quid ſit haberi.

Hunc Didymus in Homerum Λυσεῖν vocat. Heſiodus ἄλικον & ὑπέρθυμον, Galenus φρενιτικὸν, h. e. *vecordem.* Sed inſaniam ejus quis non attigit? Suidas de illo: *Machinâ quâdam fulgurabat, tonabat, populi animos conturbabat.* Val. Flaccus lib. 1.

Salmoneus nondum ille furens, cùm fingeret alti
Quadrifidâ trabe tela Jovis.

Ipſe de ſe Antholog. lib. 2.

——— Βεργυᾶς ὁς Διὸς ἀντεμάγλω.

Didymus illum facit ἀντιβεργυῶντα τῷ Διὶ καὶ ἀντασβάντα. Siccis coriis hoc fieri docet Nazianzenus Orat. 2. contra Julianum: Σλμωνεὺς εἶναι τις ἐξ βύρσης βεργυῶν. Aliter Homerus de illo ſentit; nam vocat ἀμύμονα, *inculpatum*; aitque Euſt. Salmoneum expreſſiſſe fulmina, non ut eſſet in Jovem impius, ſed, ut artifex egregius, quemadmodum Archimedes finxit utentia fulgurâ ex ſpeculis, & alius quidam terræ motus eſt imitatus.

Salomon, vel *Solomon*, i. e. *pacificus*, fil. Davidis, rex Judææ, omnes ſuæ ætatis homines doctrinâ & ſapientiâ antecellens. Is Hieroſolymis templum ornatiſſimum extruxit, quod de ejus nomine vocatum eſt. Tandem vero ad idololatriam ab uxoribus & concubinis faſcinatus defecit; quâ de causâ ejus regnum paulo poſt eſt laceratum, ut ex hiſtoriâ ſacrâ liquido conſtat. Joſeph. Antiqu. 8. 3. Πάντας ὑπερβάλλων εὐδαιμονίᾳ τε καὶ πλούτῳ, καὶ φρονήσει τοὺ βασιλεύσαντας, εἰ μὴ ὅσα τε θεὸς γῆρας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀπατηθεὶς παρέλυσεν. *Omnium, quicunque fuerant regum ditiſſimum* vocat Sulpicius Severus. Cæterum de immenſis ejus divitiis, vide Pinedam de *Solomone* lib. 4. cap. 19. Villalpand. Tom. 2. lib. 5. cap. 44. uſque ad cap. 55. ubi docet Solomonis opes majores fuiſſe quam Impp. Aſſyriorum, Babyloniorum, Medorum, Græcorum, Romanorum, cæterorumque omnium. Vide quoque Suidam in Σολομῶν. Non omittendus hic Solomonis character qui occurrit apud Siracidem, Eccleſiaſtici cap. 47. Σολομὼν ἐβασίλευσεν ἐν ἡμέραις εἰρήνης, καὶ ἐδοξάσθη, ὡς ὁ θεὸς κατέπαυσε κυκλόθεν αὐτῷ· ἵνα στήσῃ οἶκον ἐπ' ὀνόματι αὐτῦ, καὶ ἑτοιμάσῃ ἁγίασμα εἰς τὸν αἰῶνα· ὡς ἐσοφίσθη ἐν νεότητι αὐτῦ, καὶ ἐπλήσθη ὡς ποταμὸς συνέσεως· γῆν ἐπεκάλυψεν ἡ ψυχὴ σε πᾶς, καὶ ἐνέπλησε φιλοκόλαξι αἰνιγμάτων. Εἰς νήσους πόῤῥω ἐφίκετο τὸ ὄνομά σε, καὶ ἠγάπησεν ἐν τῇ εἰρήνῃ σε. Ἐν ᾠδαῖς καὶ παροιμίαις, καὶ φιλοκολακείᾳ καὶ ἐμφωνείαις ἐπεθαύμασεν αἱ χῶραι· ἐν ὀνόματι Κυρίε τῷ Θεῷ πάσης τῆς γῆς τῷ ὀπτανεσιμάϊου σε Θεὸν Ἰσραήλ. συνήγαγες ὡς κασσίτερον τὸ χρυσίον, καὶ ὡς μόλυβδον ἐπλήθυνας τὸ ἀργύριον· παρέκλινας τὰ σπλάγχνα σῦ γυναιξὶ, καὶ ἐνεξουσιάσθης ἐν τῷ σώματί σε, &c. De lapſu, ſtatuque ejus æterno, vide Caleb. Dalechampii vindicias Salomonis Lond. 1622.

Salonimus, Aſinii Pollionis Germanici exercitûs ductoris fil.

qui cum post captas Salonas, primo lauream, post etiam consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem à Salonâ captâ Saloninum vocavit, quem constat natum statim risisse, quod parentibus omen infelicitatis fuit, vixit enim perparum. Servius.

Samardacus, homo ridiculus. Chrysostomus ad Ephes. Hom. 18. Οὐχ ὁρᾷς τοὺ λεγομένους γελωτοποιὸς, σαμαρδάκους· ἤτοι εἰσὶν ὑστερόπλοι. Vide Martinium.

Samareus, fil. Chanaan. Gen. 10. Vide Bochartum Phaleg. pag. 347.

Sampson, Vir Hebræus miro corporis robore à Deo donatus; sed eâ lege, ut tamdiu robur, firmitatemque corporis retineret, quamdiu cæsariem. Itaque cum Philistini innumeris ab eo cladibus afflicti per mulierculam quandam, cujus amore tenebatur, perfecissent, ut ei capillus abraderetur, facilè ab eis comprehensus & excæcatus est: eam tamen ille injuriam postea suâ & hostium clade vindicavit. Nam cum capillo renascente vires redeuntes dissimulans, à principibus eorum in amplissimo quodam triclinio convivium agitantibus ludibrii causâ introductus, columnam quandam totas ædes fulcientem complexus, eamque summis viribus concutiens, simul cum ædificio evertit; quâ ruinâ & ipse & inimici ejus omnes obruti sunt, uti legitur in libro Judicum. Josephus lib. 5. Τὸ μὲν παιδίον Σάμψωνα καλοῦσιν· ἰσχυρὸν δ' ἀποσημαίνει τὸ ὄνομα. Idem: Θαυμάζειν ἄξιον τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἰσχύν, καὶ τὸ θεῖον τῆς τελευτῆς μεγαλόφρονα καὶ ἀνδρικόν. Καὶ τὸ μὲ ὑπὸ γυναικὸς ἁλῶναι, δεῖ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐνδοῦναι.

Samuel, propheta, Judæis quadraginta annis præfuit, eisque tandem regem petentibus Dei monitu Saulem dedit. Lat. *positus à Deo*, aut *nomen ejus à Deo*. Plura de Samuele dici possunt. Nos impræsentiarum, cæteris omissis, quæremus tantum, Verusne fuerit Samuel, quem à morte collocutum legimus cum Rege Saulo. 1 Sam. cap. 28. vers. 7, &c. Qui falsum censent (inquit Clariss. Vossius) alii quidem fuisse putant impostorem quendam, qui bellè satis hanc histrioniam exerceret: alii vero arbitrantur spectrum fuisse diaboiicum. Prior opinio placuit Rabbi Solomoni Ben-Cophni; qui contendit nebulonem delituisse sub terris, à quo juxta ac muliere Pythonissâ omnis hæc scena adornaretur. Atque in hanc etiam opinionem dilapsus fuit Reginaldus Scotus: qui & ipse id necesse habuit dicere, cum omnem negaret νεκυομαντείαν, meramque hominum esse impostura judicarit. Sed ea sententia è diametro scripturis repugnat; præcipue verbis Mosaicis, Deut. 18. 11. ubi disertim prohibentur qui mortuos consulerent. Præterea tota huic opinioni adversatur historia. Quod, ut planius fiat eam paulum deducemus. Repurgarat Israelem Saul à necyomantiis, quod ab eo Samuelis, vel Abimelechi monitu actum fuisse est verisimile. Sed quis ignorat, non omnia ad præfectorum aures pertingere? subinde etiam ab iis in edictis regiis observandis conniveri? Saul igitur non ignarus edicti sui, nihilominus inquiri necyomanten jussit. Cognoscit de fœminâ in Endor, civitate in sorte Issachar, sed à Manasse possessâ. Minus mirandum de muliere hâc relictâ: quando sexus ille latere solet domi: & ab Hieronymo, alióve, in Traditionibus Hebræis proditum est, fabulari Hebræos, eò parcitum fuisse huic mulieri, quòd mater foret Abneris, qui ex cognatione esset Saulis. Noctu igitur ad mulierem itum, atque ab eâ postulatum, ut Samuelem suscitaret. Ex quâ petitione constat, τὸν ἐξαμήνοντα satis ἀκύρως hanc mulierem vocare ἐγγαστρίμυθον, sive *ventriloquam*: cum ea fuerit in necyomantis. In Hebræo est DOMINA OB, sive OPH: à quo est Græcum ὄφις, ac fortasse Φοῖβος. Nam antiquus Draco coli gaudebat in eo animante, quo primis parentibus illusit. Unde & *Pythoni* nomen à פתן *Pethen*, quod *serpentem* significat. Post pauca utrimque verba accinxit se mulier ad parendum: Rogata à Saule, quid videret, respondit, *Elohim*, h. e. Divum, sive Judicem quempiam. Nam Ebræa vox in plurativo numero etiam personæ singulæ significationem habet. Cum plenius Saul edoceri vellet, addidit de illius Divi, sive Judicis ætate ac habitu, esse senem grandævum, & Sacerdotali pallio amictum, modo Samuel Sacerdos fuit, ut veterum aliqui tradiderunt; vel potius pallio Judicis, quando Samuel non fuit ex genere Aaron, sed consobrini ejus Core, unde fiebant non Sacerdotes sed Levitæ: ut quòd eum sacrificasse legimus 1 Sam. 15. 1, 2. id planè fuerit extraordinarium, sicut & cum idem ab Elià factum scribitur 1. sive 3. Reg. cap. 17. Ubi vero hæc audivit Saul, ex Pythonissâ plenè est edoctus, esse Samuelem, eoque honorem illi habuit, non divinum quidem sed convenientem prophetæ, & quidem ad meliores jam sedes translato. Hæc qui attenderit, facile videbit, quam putidum sit putare per Samuelem hic intelligi oportere nebulonem sub terrâ delitescentem, qui illuserit simplicitati Regis. Scilicet is rex, nec in pueritiâ, nec postea, ne quidem ad regnum evectus, imò ne tum quidem, cum monitu prophetico, vel Sacerdotali, juxta Mosis mandatum ex terrâ Israeliticâ exscinderet, quicquid necyomantarum reperiret, cognitum habuit, quid esset mortuos consulere, temeréque putabat, spiritum exciri, cum totum negotium perficeretur histrioniâ alicujus impostoris. Sin scivit hoc ipsum, quid stultior, quàm deserto exercitu, mutato schemate, cum duobus solum comitibus, de noctu tantum itineris emetiri, ut de suâ suorumque, ac regni totius salute, eum consuleret, quem non ignoraret, nihil eorum facere quæ promitteret, sed totum esse è fraudibus & nequitiis consutum? Num etiam homini hujuscemodi honorem, tanquam prophetæ, humanis jam exempto, exhibuisset? Num usque adeo fidem habuisset, ut audito eo inciderit in animi deliquium, ac vix adigi posset ad cibum capiendum? Num in hoc etiam cogitationem intendamus, quòd nullius mortalis tanta est ingenii solertia, ut accuratè adeo posset prædicere, cùm universè de imminente exercitûs clade, tum particulatim de cæde Saulis, triumque filiorum, quam ad rem revelatione divinâ, vel saltem alicujus spiritûs omnino opus fuit. Nec interim defugiam memorare quid pro se adferant, qui meram fuisse hominum fraudem arbitrantur. Aiunt istoc colligi vel ex eo posse, quòd Pythonissa fingat se Saulem non novisse: nec enim credibile videri, fuisse hominem in Israele, qui haud nosset regem, præsertim qui Israelitas cunctos excederet staturâ. Verum observari animo debet, habitasse eam mulierculam in Endor, Regem vero in Gibeah, qui locus viginti & amplius horarum spatio distaret ab Endor: ut in fœminâ non sit mirandum, si nunquam videri regem. Et potuit, cum Saul ad regnum eveheretur, fuisse grandæva, ac parum sollicita de Regis facie, imò publicis cunctis; dum esset quo ipsa rumen expleret. Sed enim viderit aliquando Regem: num propterea alto adeo animo insederint vultûs lineamenta, ut non alium crederet, qui (partim ne exercitui de Regis absentiâ constaret, partim etiam, ne, si à muliere agnosceretur, ea detrectaret morem gerere Regi, à quo νεκυομαντείαν sciret gravi sub pœnâ interdictam) habitum solitum, in minimè Regium commutasset, ac præterea cum duobus solum comitibus, noctu adveniret, eo quidem tempore, quo nemo propter prælium postride futurum, Regem castris in locum adeo dissitum excessurum putasset? At, inquiunt, unde igitur postmodo didicit, ipsum esse Regem? Nec enim verisimile est ejusce rei indicium illi factum à Regiis comitibus. Non hoc dixero: sed promam quod sentiant Hebræi. Aiunt, eos, qui in νεκυομαντείᾳ scisciantur, inversâ corporis figurâ solitos ascendere: at Samuelem apparuisse rectâ: hoc cum sciret non suæ virtuti debere, sed divinæ; sic collegisse, haud alium esse, quam Regem, quem Deus tanto honore dignaretur. Alia etiam adferunt, quæ idem firment. Mihi sat est, quod disparem rerum faciem videret, inter apparitiones solitas & præsentem: præsertim si verus Samuel fuit, de quo dispiciam posteà, cùm ostendam verum Samuelem vi magicâ suscitari minimè potuisse. Largum enim discrimen inter larvatum dæmonem, & verum Samuelem, quem sisteret Deus. Et dum ista geruntur potuit mulier secum cogitare, nullius æquè interesse, ut Samuelem consuleret, quàm Regis, & olim illi familiaris, & tam difficili tempore consilio ejus imprimis indigentis. Atque hactenus satis mihi videre comprobasse, non constitisse hoc negotium merâ hominis impostura. Quare si, qui se Sauli stitit, homo impostor non fuit; nec verus tamen Samuel erat: existimandum fuisse spiritum malum, qui induerit Samuelis personam. Atque hæc opinio est Tertulliani lib. de An. cap. 57. cujus verba apponam: *Ecce hodie Simonis hæreticos tanta præsumptio artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis movere se spondeant. Et credo, quia mendacio possunt: nec enim Pythonicorum spiritui minus licuit animam Samuelis effingere, post Deum mortuos consulente Saule. Absit alioquin ut animam cujuslibet Sancti, nedum prophetæ, à Dæmonio credamus extractam, edocti, quòd ipse Satanas transfiguretur in Angelum lucis, nedum in hominem lucis.* Eadem est sententia eruditi scriptoris Quæstionum & Responsionum ad Orthodoxos, quem inter Justini Martyris scripta habemus Responsione 58. ubi ait hoc factum κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δαίμονος, τοῦ τὰς ὄψεις φαντάσαντος τῶν ὁρώντων τὸν ὄντα Σαμουὴλ, efficaciâ Dæmonis nempe sic oculis illudentis, ut videre se putarent Samuelem, cum Samuel non foret. Etiam B. Augustinus quanquam fluctuare in hâc controversiâ videatur, magis tamen eodem inclinat, ad Simplicianum lib. 2. cap. 3. ubi cum prius dixisset, non esse absurdum, si credamus Samuelem ipsum non magicâ potentiâ, sed dispensatione divinâ, volentem se stitisse Regi, ut divinâ eum sententiâ percuteret, postea hæc verba subjungit: *Quanquam in hoc facto potest esse alius facilior & expeditior exitus, ut non verè spiritum Samuelis excitatum à requie suâ credamus: sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem Diaboli machinationibus factam; quam propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines rerum earum nominibus appellari*

pellari, quarum imagines sunt. Interea non pauci Patrum duarum opinionum, quas ex Augustino adduximus, priorem amplecti malunt,. verumque fuisse Samuelem censent, qui cum Saule collocutus fuit. Operæ vero est cognoscere, quid hi potissimum pro se adferant; tum autem quomodo iis occurrant quibus posterior Augustini sententia magis placet. Ut igitur verum fuisse Samuelem probent, aiunt, ubi historia hæc refertur, non aliter quàm Samuelem, & sexies quidem, nominari: Contra vero alii, etiam Diabolum à Mose nuncupari serpentem, sive quia in serpente delitesceret, sive quia serpens videretur. Præterea aiunt priores non potuisse Diabolum accuratè adeo prædicere, tum exercitûs stragem, tum necem Saulis, triumque filiorum. Respondent alii, non usque adeo operosum fuisse Diabolo, ista colligere, partim ex electione Davidis, partim ex eo quòd nosset, quomodo uterque exercitus foret animatus; quomodo item decretum esset instruere aciem: unde etiam potuerit præscire, re malè gestâ, Saulo, aut filiis, non forè fugæ locum. Et, quid si, inquiunt, Diabolus ista jussus sit effari? Quomodo Bileamo Deus in ore posuit, quæ diceret. Tertio etiam argumento à prioribus pugnatur; nempe isto, quòd Deus à Samuele hoc quinquies nominetur vocabulo tetragrammato, quod, ut aiunt, Diabolus semper exhorrescit. Alii hæc exigui esse ponderis contendunt, quia in historiâ Achabi, quæ est 1. sive 3. Regum. cap. 22. pariter usurpetur nomen hoc τετραγράμματον, tum à pseudoprophetis, quibus se insinuarat spiritus mendax, tum à Zede-chiâ propheta vero. Hactenus rationibus pugnatum, & iis quidem ex libris Samuelis. Præterea vero priores se tuentur auctoritate Sirachidæ Ecclesiastici cap. 46. ubi Samuelem legimus etiam à morte prophetasse, ut abunde constet, non alium credidisse, quam qui dum viveret propheticum spiritum habuerit, nec levi hoc telum amictu exire licet, quibus Ecclesiastici liber est in Canone Scripturarum: contra quam ab Hebræis factum. Qui autem divinam ejus auctoritatem negant, eo se defendunt, quòd Samuel iste sit mentitus, nec id prophetæ conveniat, præsertim à morte. Mendacium inde adstruunt, quod Sauli dicat: *Cras mecum eris & filii tui:* quippe, inquiunt, Samueli suus jam locus erat attributus inter animas beatas; Saulo vero quis alius, quam inter eos, quos pœnæ manerent æternæ. Contra aliis placet, verba ista Samuelis (ut Augustinus ad Simplicianum scribit) *non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referri.* Quomodo cum ait: *Mecum eris*, non aliud quàm mortem prænunciaret. Et firmat hanc sententiam quod non de uno Saule sermo sit, sed etiam de filiis; atqui Jonathas vir optimus fuit, Samueli post mortem aggregandus; utcunque hic aqua hæserit Bernardo. Sed de isto audiendus potius Rabanus Maurus, ac tot alii, Bernardo eâ parte magis perspicaces. Sic igitur statuimus verbis istis mortuos generatim opponi vivis: non vero particulatim signari locum separatum, quo solæ degant piorum animæ: ut sententia sit, Saulem & filios certè morituros, foréque ἐν ἅδῃ, h. e. in statu & conditione defunctorum. Quid quod ne istud quidem controversiâ penitus caret. An Saul in numerum reproborum sit referendus. Cæterum qui verum fuisse Samuelem opinantur, in hoc tamen discrepant, quòd nonnulli velint, Samuelis animam vi magicâ excitatam: alii vero arbitrentur, Deum ipsum Sauli stitisse Samuelem. Prior est opinio Justini Martyris dialogo cum Tryphone Judæo; ubi animas à morte superstites esse eo adstruit, quòd Pythonissa, uti Saul postularat, advocarit animam Samuelis. Atque addit mirificum hoc effatum: Ὅσοι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ὅτως δικαίων, καὶ σοφῶν, τοῦτο ἔξουσίαν ἔσεσθαι τοῦ τοιοῦτον συνάμεως, ὁποῖα δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐγγαστριμύθου ἐκείνη ἐξ αὐτῶν τῶν τεταγμάτων ὁμολογεῖ. Sed abhorret animus credere piorum atque adeo prophetarum animas, non in Abrahæ sinu, nec Dei manu, sed Diaboli fuisse; eoque vi magica potuisse evocari. At, inquiunt, nisi hoc foret, non diceret Samuel, se à Pythonissâ excitatum, suâque quiete excussum. Scite vero isti respondet Caietanus, licet vocibus parum scitis: *Occasionaliter fecerat movere ipsum & ascendere, quamvis non efficaciter, quoniam solus Deus potuit efficaciter movere animam Samuelis.* Verum, aiunt, si Deus id egisset, eo pacto confirmasset magiam & νεκυομαντείαν, quàm severè adeo prohibuerat. Contra hic alii, facto divino magis destrui magiam: quia & Pythonissa, & Satanas impotentiam artis suæ viderent: quippe non fuit iis permissum spectrum sistere diabolicum, ut in νεκυομαντείᾳ facere solebant. Sed Deus amore Regis, simulque ad honorandum prophetam defunctum, extra ordinem ipsum suscitavit Samuelem, qui Sauli grande suum peccatum ob oculos poneret, ut pœnitentiam ageret tandem, rebus suis in extremâ, quod dicitur, tegulâ constitutis. Nempe Deus qui non vult mortem peccatoris, noluit Saulem desperatione absorberi, quo nil foret Satanæ exoptatius. Quare Deus iratus quidem fuit Sauli: sed ita iratus, ut pro infinitâ suâ bonitate, iram misericordiâ temperaret; quo Saul de regno quidem desperet, sed non de peccatorum veniâ; videnſque pœnas temporales istuderet effugere æternas. Utrum in vanum hæc fuerint non ita est apertum. Negat Lyranus, secutus Hebræos; qui arbitrantur, Saulum increpatione ac dictis prophetæ consternatum, mox seriâ ductum pœnitentiâ, ac reliquâ nocte in viâ suum deplorasse peccatum, ejusque veniam rogasse. Atque hoc eo verisimilius putant, quod cum posset sibi fugâ consulere, redierit tamen in castra: quo nomine etiam laudatur à Flavio Josepho. Objiciunt, ut impœnitentiæ signum, quòd sibi ipsi manus attulerit. Sed Hebræi eo id fecisse aiunt, ne in manus veniret Philistæorum, quorum irrisiones, in Dei injuriam cederent. Fatentur, ne sic quidem effugere hoc malum potuisse. Sed Judæi sufficere opinantur, quòd Saul præscire isthoc nequiverit, ac meliora speraret. In hocce variè adeo disceptantium conflictu judicium suum adferre non veretur clarissimus Vossius. Planè siquidem eos damnat, qui Samuelem illum putant fuisse hominem vafrum ac versipellem, nequiter simulantem se esse animam Samuelis. Præterea neque eos probare possum, inquit, qui arbitrantur antequam Christus satisfeciisset pro peccatis mundi, inque cœlos ascendisset, animas justorum, etiam prophetarum, fuisse in Diaboli potestate, eoque vi magicâ potuisse evocari. At nolo nimium contentionis funem ducere cum iis, qui putent, fuisse spectrum Diabolicum, vel illis, qui censent verum fuisse Samuelem, h. e. animam Samuelis, non quidem eo indutam corpore, quo suscitabitur extremo die, sed vestitum corpore aerio, cum quali angeli Abrahæ apparuerunt: neque vi magicâ compulsam, ut se sisteret, sed volentem paruisse Deo, à quo Sauli adduceretur, uti Christo Moses & Eliam stitit in monte Thabor. Ulterius si poscis, utra ex duabus hisce sententiis magis probem; prius quidem dixero, malle me controversiam hanc aliis decidendam relinquere. Iis tamen libentius me aggrego, qui posteriorem sequuntur. Ac primo eo moveor, quòd Scriptura semper nominat Samuelem, aliter nuspiam. At à proprietate vocum non est recedendum, ubi ratio non impellit. Non diffiteor verisimilia quædam pro tralatitiâ significatione adferri. Sed nec minus mihi verisimilia videntur, quæ alii respondent. Longè vero alia est ratio ejus quod Diabolus dicitur serpens; cum apertum sit serpentem loqui non posse, nisi alieno spiritu movente, ac præterea semper de eo Ecclesiæ convenerit, invidiâ Diaboli peccatum esse ingressum in mundum. Jo. 14. 44. Quid quod in Samuele solum foret metaphora, in serpente etiam metonymia concurrat, cum in serpente vero delituerat Diabolus, non item, quod ipsi agnoscunt, in vero Samuele. Præterea plurimum commoveor auctoritate Sirachidæ, non quasi in Canone sit Ebraico, quod aliter est, sed quia magna ejus semper auctoritas fuerit tum inter Judæos Hellenistas, tum inter Christianos. Quam eo minus detractum illi ire debemus, quòd iis vixerit temporibus quibus de communi Hebræorum sententiâ maximè potuit constare. Siquidem liber is Hebraicè scriptus à Siracho, Græcè autem redditus ab Jesu Syrachi illius nepote. Ac nepos quidem claruit temporibus Ptol. Euergetæ, qui Philadelpho successit; Sirachi autem tempore Ptol. Lagidæ, qui unus ex Alex. M. ducibus fuit. Sane paulo ante tempora Alex. Magni prophetæ desierunt. Nam Malachias ac Nehemias æquales fuere: at mem. Nehemias tum Sanaballati, qui extremis Darii Codomanni temporibus Samariæ præfectus fuit, ac templum in Garizim construxit, tum etiam Jaddi, sive Jadduæ, qui mortuo aliquanto ante Nehemiâ, Alex. Magno obviam processit, ut ex Josepho scimus. Jadduæ in Pontificatu M. successit fil. Onias; nempe eo tempore, quo Seleucus Nicanor, unus ducum Alexandri M. diadema in Syriâ assumpsit. Hunc excepit Simon cognomento *Justus:* illum fil. Eleazarus, qui extremis claruit Ptol. Lagidæ ac primis filii ejus Ptol. Philadelphi temporibus. Atque hic Eleazar est, à quo missi dicuntur LXX. Interpp. ad Scripturas Græcè transferendas. Eo tempore [illegible] Sirach vixit: imò ut à quibusdam traditum, & ipse e numero erat [illegible]. Ubi vero desinentibus prophetis, cœpit Synagoga magna, ita desiit eadem in Oniâ Jaddi filio: ut cum Syrach claruerit sub Eleazaro, Oniæ nepote, Jaddi pronepote, satis clarum videatur, quanto illo tempore idem abfuerit à Synagoga magnâ, imò ipsis prophetarum temporibus. Idcirco non possum aliud in animum inducere, quàm optimè Siracho constitisse quæ de Samuele illo, opinio fuerit Hebræorum, imò & Synagogæ magnæ, atque adeo ipsorum prophetarum. Addam his & aliud argumentum quod ex veteribus Ecclesiæ doctoribus longè plures Samuelem illum verum putarint. Nam, ut prætream Josephum Antiq. 6. 15. nec repetam quæ de Justino antea dixi, est hæc sententia Basilii ep. 80. quæ, ad Eustathium medicum, Ambrosii item in cap. 1 Luc. & Hieronymi in cap. 7. Es. Imo & Augustini, utcunque fluctuet, non modo in memorato superius, opere ad Simplicianum, sed ad Dulcitium lib. 8.

qu.

qu. 6. postea tamen fuisse Samuelem verum statuit, ut liquet ex lib. de curâ pro mortuis, cap. 15. Scio contrariam sententiam reperiri lib. 2. de Mirab. Scripturæ, item lib. Quæst. Vet. & N. Testamenti: sed neutrum volumen esse genuinum eruditioribus in confesso est. Et sane quibus placet larvatum fuisse Dæmonem eo potissimùm moventur, quod extremæ impietatis sit dicere, θεήρειαν ἐπωδὰς ψυχῶν ἀγλυὸν πρᾶγμα εἶναι ἀνακαλῶντων ἐκ ἐπιφάτους δαίμονες· uti loquitur Procopius. At nihil nos ea res angit, quibus placet sententia, quam idem Procopius postea memorat his verbis: τινὲς δέ φασιν ὀρθῶς μὲν ὄντως ὁ Σαμουὴλ, ἀλλὰ Θεοῦ τὴν ψυχὴν παρασκευάζοντος, οὐκ ἐγγαστριμύθου ταύτην ἀναγαγόντος. Μόνον γὰρ ταύτην ἰδεῖν ὁ Σαμουὴλ, ἀλλ' ὐκ αὖθις ἀναγαγεῖν ἡ θεία λέγει γραφή. i. e. *nonnulli autem dicunt verè quidem Samuelem apparuisse, sed Deo hanc animam revocante, non Pythonissâ. Scriptura enim tantum dicit, ab hâc visum Samuelem, non revocatum.* Dixeris ex eo consequi ab illâ revocatum, quod Samuel conqueratur, se ab eâ inquietari. Sed enim ut ante dicebamus ex Cajetano, hoc non ultra extendendum, quàm quòd occasio fuerit, cur Samuel non in quietis sedibus permaneret. Si enim Saul non accessisset Pythonissam, ac Samuelem excitari petiisset: nec Deus hâc occasione usus foret ad verum Samuelem Angelorum ministerio sistendum Regi, ut hunc delictorum commoneret, eique mala imminentia nuntiaret. Origenis, De Engastrimutho, *An Anima Samuelis verè evocata fuerit*, tractatum edidit Gr. Lat. Leo Allatius Lugd. 1629.

Sanchoniathon, historicus, scriptor miræ antiquitatis. Sic enim Porphyrio credimus, ὃν καὶ Σεμιράμεως γέγονε πρὸ Ἀσσυρίων βασιλέως, de quo vide Vossium de historicis Gr. l. 1. cap. 1. & Bochartum de linguâ Phœniciâ & Punicâ, lib. 2. cap. ult. Nomen Theodoretus ex Porphyrio, sic explicat. Σαγγωνιάθων ὁ καθ' Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθης. Philoni dicitur fuisse vir πολυμαθὴς καὶ πολυπράγμων, *doctus & curiosus.* Historiam autem contexuit, ut habetur in Porphyrio ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγεγραμμένων. Phœnicum sermone conscriptam Græcè reddidit Philo Byblius Adriano Imp. σύγχειται.

Sanctius, Regis Arragonum frater cum exercitum duceret in Saracenos, in urbem divertit. Pontifex Rom. eum tubæ sonitu *Regem Ægypti* salutavit. Cùm quid tubæ sonitus sibi vellet, percontatus Sanctius, Regnum Ægypti à Papâ sibi datum resciisset; jussit exire statim tibicines suos, atque suo nomine Papam Calipham Baldachi (is est Saracenorum Pont. Max.) renunciare: se ei in mutuas vices Pontificatum conferre. Atque ita Papæ suavis homo illusit.

Sancus, Deus Sabinorum. Dionys. Halicarn. lib. 2. Κάτων μὲν Πίσων τὸ μὲν ὄνομα τοῦ Σαβίνων θεὸν τεθῆναι φησιν ἐπὶ Σαβίνου τοῦ Σάγκου, δώμωνος ἐπιγραφή. Τοῦτον δὲ καὶ Σάγκον ὑπό τινων Πίστιον καλεῖσθαι δίκαιον. Sil. Italicus lib. 8. ubi de Sabinis:

——Pars Sancum vocc canebant
Auctorem gentis.——

Idem Dionysius lib. 4. Ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκον καλοῦσιν. Vide Varron. de L. L. lib. 4. In Quirinali colle ponitur ab Ovidio ædes Dii Fidii sive Sanci. Sic enim ille Fast. lib. 6.

Quærebam; Nonas Sanco, Fidione referrem
An tibi Semo pater. Tunc mihi Saneus ait:
Cuicunque ex istis dederis, ego minus habebo,
Nomina terna fero; sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini;
Inque Quirinali constituere juga.

Sanctus dicitur Propertio lib. 4. eleg. 10. sc. à *sanciendo.*

Sancte pater salve; cui jam favet aspera Juno:
Sancte veris libro dexter inesse meo.
Hunc quoniam manibus purgatum sanxerat Orbem,
Sic Sanctum Tatiæ composuere Cures.

Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 2. cap. 8. ubi de Sabinorum nomine, genere, ac finibus agit.

Sandan, Amm. Marcel. l. 14. ubi de Tarso: *Hanc condidisse Perseus memoratur*: vel certe ex Æthiopiâ *profectus Sandan quidam nomine, vir opulentus, & nobilis.* Ubi Valesius: Sane Sandan nomen usitatum fuit apud Tarsenses: sic enim dictus est pater Athenodori, Tarsensis illius Philosophi qui Augusti præceptor fuit, teste Strab. l. 14. A Plut. in Publicola Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδων dicitur, eo more quo Athenodorus Molo, & Herodes Atticus, & Axion Plistonicus dicti fuere. Cæterum Σάνδων an Σάνδαν dixeris, parum refert. Sunt enim hæ literæ apud Græcos permutabiles, ut Παιὼν & Παιάν. Præter hunc *Sandanem*, fuit & quidam affinis nominis *Sandocus* Assyrius qui in Ciliciâ Celenderin condidit, teste Apollodoro in Bibliothecâ.

Saon, historicus, celebratur Dionys. Halicarnassensi σὺν ἄλλοις ὀνόμ. Ubi & de stylo ejus judicium fert. Viri eruditi suspicantur eundem esse qui *Sæus* dicitur Athenæo lib. 4.

Sapores, Persarum rex, notissimus cladibus ab Impp. Romanis acceptis & illatis, maximè tamen insignis victoriâ de Valeriano Imp. partâ; quem bello captum miserè habuit, ut quoties currum conscenderet, ejus humeris pedibus inniteretur. Claud. l. 2. in Eutropium:

——Socium nobis fidumque Saporem
Perculit, & Persas in regia vulnera movit.

Ita locum istum restituit doctiss. Nicolaus Heinsius. Nomen erat plerisque regibus Persarum commune, uti *Cæsares* Romanis. Sidon. Apollinar. Panegyrico Aviti:

——Parthicus ultro
Restituit mea signa Sapor.

Sappho, insignis poetria, carminis inventrix, quod ab eâ *Sapphicum* appellatum. Aliquis, inquit Vossius, existimare posset Sappho vixisse tempore Archilochi & Hipponactis, quia hos Sapphûs amatores Diphilus in Comœdiâ induxerit. Sed non hoc majoris putandum, quàm quòd Hermesianax eam scribit amatam ab Anacreonte: cùm Sappho vixerit Olymp. 42. Anacreon autem 61. Quare ut Athenæus observat lib. 13. sunt hi poetarum lusus. Olympiade eadem claruit Sappho Lesbia, poetria Lyrica, ut ait Suidas, qui addit, eâdem ætate fuisse Alcæum, Stesichorum, & Pittacum. Ac facilè cum eo conciliare est, quòd Eusebius ad 144. Olymp. an. 2. refert. Scripsit Epigrammata, elegias, iambos & monodias. Distingue vero duas *Sapphones* unam Eretriam, alteram à Phaone adamatam, ut est apud Athenæum, ubi supra. Horat. 2. Carm. Od. 13.

Æoliis fidibus quærentem
Sappho puellis de popularibus.

Idem in Epistolis:

Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho.

Hinc adject. *Sapphicus*; ut *Musa Sapphica*, apud Catullum epigr. 13.

Sardanapalus, ultimus Assyriorum rex, tricesimus à Nino, omni libidinis mollitieique genere effeminatissimus: adeo, ut non erubuerit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciviâ anteire. Quamobrem indignum rati Assyrii tali fœminæ parere, duce Arbace desciscentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus in regiam se recepit, & extructâ pyrâ, rebusque omnibus clarissimis eò congestis seipsum unà cum regiâ combussit. Herodotus. Justinus. Cic. 5. Tusc. Qu. *Quomodo igitur jucunda vita potest esse, à quâ absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi jussit in busto:*

Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido
Hausit, at illa jacent multa ac præclara relicta.

Quid aliud (inquit Aristoteles) *in bovis, non in regis sepulchro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur.* Idem ad Atticum lib. 10. *Ni forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle censueris.* Ovidius in Ibin:

Inque pyram tecum charissima corpora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.

Juvenalis Sat. 10. quâlis animus exposcendus à Diis monstrans:

Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat, sævosque labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Vide Max. Tyrium Dissert. 29. extr. & Scholiasten Aristoph. Epitaphium ejus Græcè sic retulit Clemens sub fin. lib. 2. Stromatum:

Ταῦτ' ἔχω ὅσα ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἐρώτων
Τερπνὰ ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται·
Καὶ γὰρ ἐγὼ πόθεν εἰμὶ Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.

Athenæus tamen lib. 12. aliam inscriptionem fuisse monumenti Sardanapali indicat, ex quâ appareat, ipsum minimè fuisse ignavum; illam nimirum: Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαραξέω Ἀγχιάλην ἔδειμε, καὶ Ταρσὸν μίαν ἡμέρην, ἀλλὰ σὺν τέρπνοισιν. Eusebii codices MSS. *Sardanapallum* vocant, ut observat magnus Scaliger, qui putat hoc nomen in obscœnam notam à Græcis detortum. Nam παλλὸς idem quod φαλλὸς. Quo fine dubio respexit Cicero lib. 3. de Rep. *Sardanapallus ille vitiis multo, quàm ipso nomine deformior.* Invenitur etiam apud Hesychium: Σαρδανάπαλα, ἀλλόϊα, ubi restituendum arbitror αἰδῖα. Pro vulgatâ lectione stant Strabo, Diodorus, aliique vetusti historici. Et, ut rectè idem Scaliger monet, *Sardanapalus* est Assyriacum שרדן פל *Sardanpal*, posteriorque vocula legitur etiam in nomine Regis *Tiglathpalesar.* Hesychius: Σαρδανάπαλος, πάντες ᾠήθην ἀπόπους ἀκολασίας καὶ τρυφῆς δῆλον εἶναι ἀναγεγράφθαι γεγονέναι, καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτῷ ἐν τῇ Ἀσσυρίδι ἐν Νίνῳ φασὶν ἐπιγεγράφθαι Ἀσσυρίοις γεφύραις Σαρδανάπαλος. Ἴσχυσαν δὲ δύο Σαρδανάπαλοι.

Sarmentus, vir, qui scurrilitate claruit, cujus meminit Horatius primo Sermonum. Sat. 5.

——Nunc

Nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam Messique Cicerri
Musa velim memores.

Et paulo post:

Sarmenti domina exstat.

Juvenal. Sat 5.

Si potes ista pati, quæ nec Sarmentus iniquas
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset.

Hujus & Plut. mem. in Antonio: Ὁ δ' Σάρμας ἦν μὲν Καίσαρος παιγνίον παιδίσκου, ἀλλὰ Ῥωμαίοις ἡδέως.

Sarpedon, Jovis fil. ex Laodamiâ Bellerophontis filiâ. Hom. Iliad. 15. vel, ut Herodotus tradit in Polyhymnia, ejusdem Jovis fil. ex Europâ, frater Minois. Hic cum Lyciæ rex esset, & in armis strenuus, Priamo suppetias tulit adversus Græcos: ubi cum multa edidisset virtutis suæ documenta, tandem à Patroclo est interfectus. Corpus autem ejus, Jovis jussu, ab Apolline è medio pugnantium sublatum est, & flumine ablutum, ambrosioque respersum liquore, ac regiâ indutum veste ad sepulturam suis restitutum. Virg. Æn. 7.

Sævus ubi Æacidis telo jacet Hector, ubi ingens
Sarpedon.

Genitivus casus Σαρπήδοντος dicitur Æolicè, teste Hesychio, quem sis consule. Intelligere debemus (inquit Rittershusius) plures fuisse *Sarpedones*: quorum unus fuerit rex Thraciæ, teste Apollonii Scholiaste lib. 1. à quo nomen habet *petra Sarpedonia* ad Æmum mont. Thraciæ, cujus & Suidas meminit: quam semper fluctibus agitari aiunt, & in quo templum Neptuno sacrum. Alius in Ciliciâ *Sarpedon* fuit, de quo Oppianus Halieuticôn lib. 3.

Οἷλυν ἰμαντῆρες ἐειμένοι ἐντύνουν
Πάντες ἐναστῆες ἅτε Σαρπήδονος ἀντίοι.

Saturnalia, festâ quinque aut septem dierum mense Decembri Saturno dicata, quibus Romani syntheſin vestem sumebant, serviſque discumbentibus inserviebant: muneraque ultrò citroque mitti solebant. Vide Fungerum in *Saturnus*. Hunc *Saturnalicius*. Mart. 5. 31.

Saturnalicias perdere, Varro, nuces.

Dicuntur etiam & *Cronia*. Quod ostendunt hi versus Attii veteris poetæ apud Macrobium, Saturnalium l. 1. c. 7.

Maxima pars Graium Saturno, & maxima Athenæ,
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.
Dumq; diem celebrant: per agros, urbesq; fere omnes
Exercent epulas læti; famulosque procurant
Quisq; suos: nostrisque itidem. Et mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

Justinus lib. 43. *Rex Saturnus tantæ justitiæ fuisse traditur, ut neque servierit sub illo quisquam, neque quicquam privatæ rei habuerit; sed omnia communia, & indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset. Ob cujus exempli memoriam, cautum est ut in Saturnalibus, exæquato omnium jure, passim in convivüs servi cum dominis recumbant.* Ac similiter Saturnus ipse loquitur apud Lucianum. Ἐν τοῖς περὶ Κρόνου, dialogo 1. Καὶ μὰ Δία τοῦτο ἀπανταχοῦ κεῖται, καὶ ἀδὴ, καὶ παιδιὰ, καὶ ἑορτὴ πᾶσι καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις. Οὐδεὶς γὰρ ἐτ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν.

L. *Saturninus*, homo seditiosus, cùm Trib. Plebis legem Agrariam per vim ferre vellet, Capitolium occupans unà cum suis, jussu Senatûs est interfectus. Cic. Orat. 1. in Lucium Catilinam: *Simili senatusconsulto C. Mario, & L. Valerio Consulibus permissa est resp. Num unum diem postea L. Saturninum, trib. plebis, & C. Servilium mors à Reip. pœnâ remorata est?*

Saturninus, Antiochenus, circa A. D. 140. Simonis Magi hæreses sparsit, & suas addidit, viz. Mundum, & homines ab Angelis factos esse, alios quidem naturâ bonos, alios vero malos & Deum Judæorum unum fuisse ex malis Angelis, ad quem destruendum Christus venerit. Conjugium docuit à malis Angelis ortum, Irenæus lib. 1. c. 12. Euseb. hist. Eccles. 4. 7.

Saturnus, Oceani ac Tethyos filius. Plato in Timæo: Τῆς δὲ καὶ Ὠκεανὸς τε καὶ Τηθὺς ἐγένοντο, οὗτος δὲ Φόρκυς τε καὶ Κρόνος, καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων. At Hesiodus in ortu Deorum cùm Cœli uxorem Terram fuisse cecinisset his versibus:

Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλεῖσον ἀοιδῇ
Ἐξ ἀρχῆς, οὓς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ἔπικτεν.

Mox paulo interius inter eorum filios Saturnum etiam commemoravit, uti patet ex his:

Τοὺς δὲ μετ' ὀπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης,

Et Orpheus Hymno quodam in Saturnum compositio, ita inquit:

Γαίης καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

Quam rem Ovidius quoque Fast. 1. sic expressit:

Hâc ego Saturnum memini tellure receptum,
Cœlitibus regnis nam Jove pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen,
Dicta fuit Latium terra latente Deo.

Fratrem habuit Titanem majorem natu, qui cum parenti, uti par erat, succedere deberet, animadvertens tamen matrem, sororesque in Saturnum proniores esse, jure suo cessit, eâ tamen lege, ne Saturnus prolem masculam tolleret, sed regnum ad suam stirpem rediret. Saturnus igitur ex pacto cum fratre inito, liberos suos masculos, ubi primùm nati essent, devorabat. Verum cum Ops uno partu Jovem & Junonem edidisset, Junonem quidem Saturno ostendit, Jovem vero clam nutriendum ablegavit, adhibitis interim Corybantibus qui cymbalorum, tympanorumque pulsu obstrepebant, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem, cum ille puerum deposceret, ut ipsum devoraret, Ops lapidem ostendit pannis involutum, eumque partu illo à se editum simulabat: quem ille acceptum sine morâ devoravit. Posthæc cum & Neptunum illa peperisset, eum quoque clam Saturno educandum tradidit. Tertiò deinde geminos enixa Plutonem & Glaucam, Glaucam rursus Saturno ostendit. Plutonem autem abscondit. Verum detectâ tandem fraude cum Titan resciviſſet fratri prolem masculam esse, suosque ea ratione regni successione pulsos esse, unâ cum filiis, qui *Titanes* à patre cognominabantur, bellum adversus Saturnum suscepit: cujus exitus is fuit, ut victoriâ potitus Titan, Saturnum, Opemque utriusque sororem in potestatem suam redactos, muro incluserit, donec Jupiter adultus, dejectis Titanibus, eos liberavit. Post hæc Saturnus cum ex oraculo didiciſſet, fore ut à filiis regno pelleretur: cum ab hoc Jovi insidias strueret, ab eo regno pulsus, in Italiam profugit, ubi aliquandiu apud Janum regem latitavit: unde ea pars Italiæ *Latium* dicta est. Quod non obscurè innuit Virgilius Æn. 8.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, & dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Ubi tamen intelligendum est Virgilium non ignoratione veteris historiæ, sed suo more *primum* dixisse Saturnum, non ante quem nemo, sed *principem*. Nam certum est priorem Janum in Italiam devenisse: ab eoque postea venientem exceptum esse Saturnum. Sic Æn. 1.

Trojæ qui primus ab oris.

Cum proculdubio constet ante Æneam priorem Antenorem in Italiam provectum. Itaque τὸ *primus* hic ex ea significatione est, è quâ illud in 2. Æn. de enumeratione eorum qui equo, Dario digrediebantur. Nam cum nominasset Thessandrum, Sthenelum, Ulyssem, Athamanta, Thoanta, Neoptolemum, post intulit:

Primusque Machaon.

De quo quæri potest quomodo *primus* dicitur post tantos qui supra dicti sunt? Verum intelligemus *primum* pro principe, vel quia is (ad perfectum) illis temporibus circa peritiam medicæ artis, præcipuus fuisse traditur. Hæc Auctor Originis Gentis Romanæ. Opem sororem suam matrimonio sibi conjunxit, & patri Cœlo virilia execuit. Minutius Felix: *Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium.* Scaliger in Conjectaneis scribit Saturnum linguâ Syriacâ, aut Aramæâ, quâ usi Thusci, significare *latentem*. Sanè Ebræis סתר est *latuit, abscondit*. Fuerunt tamen qui putarint *Saturnum* fuisse à Jove comprehensum, & in vincula traditum, non autem fugisse, quorum sententiam secutus est Plato in Euthyphrone: Αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες ἢ Δία εἶναι θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον· καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι καὶ αὐτὸν πατέρα δεῖσαι, ὅτι τὸν υἱὸν κατέπινεν ἂν ὁ ἐν δίκῃ· καὶ ἐκεῖνόν γε αὖ τὸν αὖπερ πατέρα ὄντα μεῖζόν τε ἔτισε τοιαῦτα. At Hom. Iliad. δ. non solum Saturnum vinctum fuisse à Jove memorat, sed etiam ejus fratrem Japetum, amboſque fuisse conjectos in Tartarum, ut in his patet:

——— Σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω
Χωομένης, εἰδ' εἴ κε τὰ νείατα πείρεαθ' ἵκηαι
Γαίης καὶ πόντοιο, ἵν' Ἰαπετὸς καὶ Κρόνος τε
Ἥμενοι, οὔτ' αὐγῆς ὑπερίονος ἠελίοιο,
Τέρποντ', οὔτ' ἀνέμοισι, βαθὺς δέ τε Τάρταρος ἀμφίς.

Memoriæ tamen prodidit Lucianus in Saturnal. Saturnum neque fuisse à Jove vinctum, neque regno privatum, sed libenter ac sponte regnum illi concessisse, rerumque omnium, utpote ob ætatem impotentem filio tradidisse administrationem. Hoc regnante, ætatem auream fuisse fabulantur, terramque suâ sponte, expertem vomeris & aratri peperisse fruges, communesque id temporis, & nullis distinctas limitibus agrorum possessiones fuisse. Virgil. ubi supra:

Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuere
Secula, sic placidâ populos in pace regebat.

Idem Georg. 2.

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

Tibullus

Tibullus 1. 3.

Quam benè Saturno vivebant rege, priusquam
Tellus in longas est patefacta vias.
Nondum cæruleas pinus contempserat undas,
Effusum ventis præbueratque sinum.
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Presserat externâ navita merce ratem.
Illo non validus subiit juga tempore taurus,
Non domito frænos ore momordit equus.
Non domus ulla fores habuit, non fixus, in agris
Qui regeret certis finibus arva lapis.
Ipsæ mella dabant quercus, ultroque ferebant
Obvia securis ubera lactis oves.
Non acies, non ira fuit, non bella, nec enses
Immiti sævus presserat arte faber.

Huic falcis inventionem tribuerunt antiquorum nonnulli, quoniam ut diximus, vitæ humanioris author fuit Italiam incolentibus, quos plantandi, ac falce metendi rationem docuit. Alii dixerunt eam falcem sibi à matre fuisse datam, cum adversus patrem, & ad liberandos è vinculis fratres armatus fuit, quâ etiam genitalia Cœlo abscidit, quæ postea decidit in Siciliam, quæ ab eâ *Drepanum* dicta fuit, cum δρέπανον Græci *falcem* vocant. Apollonius lib. 4. Argon.

Ἀμφιλαφὴς πίσεϊ Κρηνὶν εἰν ἁλὶ νῆσος·
Ἣ πάρος οὔ κεῖθι δρέπανον φάτις, (ἴλατε Μοῦσαι,
Οὐκ ἀθέλων ἐνίπω ἀφετέρων ἔπος) ἔμπαλιν ἦδε
Μήδεια τηλοῦθεν ἑταμε Κρόνος.

Fuit Saturnus ad res Venereas maximè propensus; quare illa fabula de eo circumfertur, quò cùm Philyram Oceani filiam amaret, Opi superveniente, in equum se converterit, ut sub eâ formâ amores suos occultaret. Virgilius Georg. 3.

Talis & ipse jubam cervice effudit equinâ
Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.

Ad hanc Saturni fabulam, & ad locum etiam hunc Virgilii adspiraſſe videtur Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

Inde Deos quorum patria spectata sepulchra
Scimus, in ære, hebetes informavere minores:
Advena quos profugus gignens, & equina libido
Intulit Italiæ: Thuscis namque ille puellis
Primus adhinnivit, simulato Numine, mœchus.

Sicuti & Arnobius lib. 4. *Senex Saturnus jamdudum obsitus canis, atque annorum vetustate jam frigidus, vestris carminibus indicatur ab uxore in adulterio comprehensus induisse formam feri, & sub pecoris specie hinnitibus evolasse factis.* Imo ab hac libidine nomen ei inditum si Macrobio fides; sic enim ille. Sat. 1. 8. *Propter abscisionis pudendorum fabulam etiam nostri eum Saturnum vocitarunt, ἀπὸ τοῦ σάθω, quæ membrum virile declarat, veluti Sathurnum.* Vide his quæ sequuntur. Porro Mythologiam Saturni quod attinet ea peti potest ex Nat. Comite, l. 2. c. 2. Vossius eum Adamum fuisse statuit Theol. Gentili libro 1. cap. 18. Quanquam non negat in eo conservatas nobis reliquias quasdam de Patriarchâ Noe. Saturnum vero fuisse Noachum multis argumentis probat eruditissimus Bochartus Phal. lib. 1. cap. 1. Summum inter Planetas locum tenet Saturnus; tardè itaque cursum suum absolvit, nec nisi 30. fermè annis. Huic natura frigida & noxia itaque est. Et Virgilius eum Georg. lib. 1. ait:

Frigida Saturni quo sese stella receptet;

Nocentem etiam intellexit, non frigidam tantum rigentemque, ut Servius interpretatur. Propert. lib. 4.

Est grave Saturni sidus in omne caput.

Lucanus lib. 1.

——— *Summo si frigida cœlo*
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes.

Idem lib. 10.

Frigida Saturno glacies ———

Cic. lib. 2. de N. D. *Quarum* (Stellarum errantium) *tantus est concentus ex dissimilibus motibus, ut cum summa Saturni refrigeret, &c.* Plin. 2. 8. *Saturni sidus gelidæ ac rigentis naturæ.* Unde Ptolemæus ait hujus Planetæ dominante stellâ causam corruptionis fieri καὶ ψύξιν Pers. Sat. 5.

Saturnumque gravem nostro Jove frangimus unâ.

Juvenalis Sat. 6.

Hæc tamen ignorat quid sidus triste minatur
Saturni.——— ———

Satyri, ex superiore parte homines, nisi quod cornuti capite essent, ex alterâ capri, unde & *Capripedes* Poetis dicti. Habebantur inter semideos olim, & sylvis præesse credebantur; dicaces, lascivi & ludibundi, itaque & inter Bacchi comites olim habiti fuerunt. Saltationem Satyris dat Virgilius Eclogâ quintâ:

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.

Ad quod pertinent versus Horatii 2 Ep.

Ludenti speciem dabit, & torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.

Hinc Moschus Σκιρτητὰς Σατύρους dixit. Nonnus lib. 15.

Μιμηλὼ Σατύροισι σιωπαλέῃσιν χορείλῳ.

Ab eodem lib. 18. Satyri inducuntur ἀκισαλέοντες. Et lib. 21. Σάτυροι σιλφηδές. Plura de Satyris vide apud Lud. de la Cerda ad locum Virgilii supra productum. Cæterùm an feri hujusmodi homines inventi unquam sint, quæri potest. Plutarchus in Syllâ auctor est, revertente Syllâ in Italiam contra Marium dormientem Satyrum, qualem plastæ pictoresque adumbrant, captum, adductumque ad Ducem: tentatumque per interpretes varios, edisse vocem quidem, non tamen humanam, sed ex hinnitu agni balatuque hirci confusam. D. Hieronymus in vitâ Pauli Eremitæ scribit S. Antonium inter quandam saxosam convallem incidisse *in quendam haud grandem homunculum, aduncis naribus, fronte* (ita describit) *cornibus asperatâ, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Interrogatum, quis esset, respondisse: Mortalem esse, & unum ex accolis Eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos, Satyrosque & Incubos vocans colat; legatione fungi gregis sui, precarique, ut pro eo communem Dominum deprecetur, quem pro salute mundi venisse cognoverint, &c.* Finitâ narratione subjungit Hieronymus: *Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum moveat, sub rege Constantino, universo mundo teste, defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo vivus perductus, magnum populo spectaculum præbuit, & postea cadaver exangue, ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso, Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, allatum est.* Hæc ille: Sed rectè Casaubonus lib. 1. de Poësi Satyrica cap. 2. statuit, quicquid de Satyris legimus, ex Poetarum, pictorumque fingendi licentiâ originem ducere: nihil hujus revera in rerum naturâ existere: aut si quid visum hujusmodi fuerit, vel illudentis Dæmonis phantasma, vel Naturæ lusum fuisse. Nam, ut est procax Natura, potest quandoque hominem cornutum, forte & capripedem producere: sed totos greges, & genus hujusmodi legitimum creare, de quo illo Antonianus Satyrus referebat, verisimile non est. Atque si dentur maximè, non voce humanâ tamen, sed belluinâ, ut ille à Syllâ captus Satyrus, loquerentur, nec nostrum sermonem intelligerent, degentes perpetuò inter feras. Jam remoti ab omni consortio penitus & literarum, disciplinæ, quam Dei, quam humanarum rerum habere possunt notitiam, ut sciant quid Christiani credant, ac sperent, quid erret, colatque Gentilitas? Profectò aut figmento inani deceptus Hieronymus fuit, temerè credens; aut spectro illusus Antonius. Jam ille ad Constantinum allatus Satyrus, procul omni dubio monstrum fuit, in quo lusit Natura. Plutarchus autem non affirmat, sed refert famam. Φασὶ enim ait, i.e. *dicunt*, vel *ferunt*: Quo fere uti solent Historiarum conditores, cum de iis loquuntur, de quibus ipsi dubitant. Ælianus *Satyros* deducit ἀπὸ τῆς σατηλώσας, quia essent dicaciſſimi. Alii à salacitate, quam σάθη, veteres dixere: Huc pertinet, quod Satyri arrecto semper pene pingebantur, indicio paratæ libidinis. Aretæus Cappadox medicus lib. 2. cap. 12. Οἱ Σάτυροι τῇ Διονύσου ἑσπῇ ἐν τῇσι γεφύρῃσι ἢ τῶν ἀγάλμασιν ὁρᾶσι ἔχουσι τὰ αἰδοῖα. Cedrenus vero: τοῦτο σημαίνῃ τὸ Σατυρος ὄνομα καὶ ἡ Βοιωτῶν γλῶσσαν, τὸ εἰς ἄλλο σῶμα χωρήσειν, ἐυτελέστερον. Non absurde vero (quoniam antiquissima quæque Græcorum verba Hebraicæ sunt originis) aliquis putet Σατύρους quasi שׂעירים *Saturim* esse dictos qui in speluncis & montibus latere putabantur, unde in hominum conspectum raro venirent.

Satyrus, Peripateticus vitam Philippi elucubrasse dicitur ab Athenæo lib. 6. Alia etiam scripsit, de quibus Voss. Hist. Gr. pag. 4. 11.

Satyrus, Saturus, vel ut alii volunt *Zathras*, frater Clearchi Heracleensium tyranni, qui & ipse post fratris obitum tyrannidem occupavit. *Justin.* Vide & *Phot.*

Satyrus, Spartaci filius, rex Bospori, mortuus Olymp. 96. anno 4. cùm regno an. 14. præfuisset. *Hoffm.* ex *Diod.*

Satyrus Peripateticus, βίους scripsit, quos non Athenæus solùm celebrat, lib. 13. sed & Hieronymus præfatione libri de scriptoribus Ecclesiasticis, ubi Satyrum hunc virum doctum appellat, in vitis istis erat βίος Φιλίππου, cujus mentio apud Athenæum lib. 6. scripsit & περὶ χαρακτήρων, unde asoti hominis characterem idem citat, l. 4. Laudat & Satyrum Laertius in Socrate, Empedocle & alibi. Idem an alius hujus nomine historiam condidit de populis Alexandriæ. Videndum etiam an non & idem sit Satyrus qui de priscis fabulis commentarium reliquit, cujus meminit Dionys. Halicarn. l. 1. Aulius. Σάτυρος ὁ τὸν ἀρχαίας μύθους συναγαγών. Satyrum Poetam quoque de gemmis & lapidibus scripsisse cognoscimus ex Plin. l. 37. c. 2, 6, 7. Idem etiam Satyri architecti meminit, l. 36. c. 9.

Savanarola,

Savanarola, Hieronymus, Ferrariæ natus, Ann. 1452. Monachus Dominicanus, floruit sec. 15. Eloquio, pietate, & eruditione nulli secundus, atque ob has dotes cunctis gratissimus. Vir imprimis divini zeli, Florentiæ, acriter abusus Papales taxavit, in Alexandri VI. hominum spurcissimi, flagitia libere invectus. Carolum VIII. divino spiritu, ad reformandam Ecclesiam, nomine Dei, incitavit, pœnas gravissimas, ni id faceret, comminatus. Sanè Carolo Romam accedente, muri Urbis & Arcis Adrianæ, in quam Papa se abdiderat, quasi invitantes, suâ sponte, conciderant. Sed is nihil egit, ideoque domum reduci, primò filius ereptus, tum ipse, ut Savanarola prædixerat, subitâ morte concidit. Philipp. Comin. *de bello Neap. lib.* 2. & *lib.* 3. *ac* 5. Hic vir insignis, tandem porro concionari prohibitus, cum, Deo potius quàm hominibus obediendum esse sentiens, nihilominus pergeret, in vincula conjectus, & acerbis quæstionum cruciatibus excarnificatus, jussu Alexandri VI. paulòque post, cum sociis duobus, Sylvestro Florentino & Dominico de Pisis, Ordinis Prædicatorum, Florentiæ laqueo suffocatus & crematus est, an. æt. 46. An. C. 1498. Hic inter metuendos carceris horrores, & imminentis supplicii angustias, scripsit meditationes in Psalm. 30. & 51. verbis vivis, ut Sixtus Sen. *in Bibl. S.* ait, animatis sententiis, & Spiritus fervore flagrantissimis. Item de triumpho crucis, &c. Vaticinatus est idem de vastitate Florentiæ, Romæ & reformatione Ecclesiæ, &c. A Johanne Fr. Pico Mirandulano & Marsilio Ficino defensus, & tanquam Propheta celebratus. Ejus meminit præfatus Cominæus *lib.* 3. *de bello Neap.* ubi suum cum illo colloquium recitat, & *l.* 5. ubi de extremo ejus supplicio agit, V. & *lib.* 8. *c.* 19. Guicciard. *Hist.* 3. Beza *de Viris illustr.* Paul. Jov. *in elog.* Sixtus Sen. *Bibl. lib.* 4. *&c.* Extant præter *Meditationes* supra memoratas, *Commentarii in Ps.* 50. 70. 79. *Sermones in Ezechielem Ital. in Amos, Haggæum, &c, Expositio orationis dominicæ, &c.* V. Catal. Oxon. Crowæi *Elenchum, &c. Hofm.*

L. *Saufeius*, Pomp. Attici æqualis, de quo ita Cor. Nep. in vitâ Attici, L. Saufeii equitis R. æqualis sui, qui complures annos studio ductus Philosophiæ Athenis habitabat, habebátque in Italiâ pretiosas possessiones, cùm Triumviri bona vendidissent, consuetudine eâ qua tum res gerebantur; Attici labore atque industriâ factum est, ut eodem nuncio Saufeius fieret certior, se patrimonium amisisse & recuperasse.

Saufeius (quibusdam *Saufellus*) Trogus, Seneca in Claudii Apocoloc. M. Helvium Trogum vocat, unus ex conscriis Messalinæ adulteriorum, Narcissi jussu ad supplicium tractus.

Sauromaces, rex Hiberorum auctoritate Romanâ factus, à Sapore Persarum rege regno exuitur & in ejus loco Aspacures suffectus, inter quos postea conventum est ut regnum dividatur. *Am. Marc.*

Sauros, latro, qui cum viatoribus & accolis infestus foret, ab Hercule trucidatur. Διαβάντων δὲ ποταμὸν Εὐρυμάνθον κατὰ Σαύρε κλεισθῆναι διεφάτο, τῷ Σαύρῳ τὲ μῦθος ἦν ἐόν θεὸν Ἡρακλέα, εἰ σφᾶς ἐθέλοι πιθεῖν· λέγεσι δὲ, ὡς ὀδυσσάμενος τὲ καὶ ἀποσπάσας ὁ Σαῦρος ἐκακούργει, πολλοὶ πρὸς Ἡρακλέος δὴ κτανθῆναι ἔφη. Paus. Eliac.

Saxa (sive ut aliis placet Casca) Decidius, legatus Antonii à Pacoro Parthorum duce victus, ne veniret in potestatem à gladio suo impetravit.

Saxo, Grammaticus Scalandicus, Rotschildensis in Daniâ Ecclesiæ præpositus, ad Andream, Daniæ episcopum, historiam scripsit libris sexdecim in qua non pauca sunt fabulosa, ut haud cuncta recipi debeant ἀξιαπίστως, quo nomine & à Scaligero culpatur. Quod ad dictionem attinet, tanta est ejus elegantia ut ætatis illius captum planè excedat. Unde Erasmus in Ciceroniano suo sic de eo scribit: *Dania nobis dedit Saxonem Grammaticum qui suæ gentis historiam splendidè magnificéque contexuit.* Quibus subjunxit, *Probo vividum & ardens ingenium, orationem nusquam remissam aut dormitantem, tum miram verborum copiam, sententias crebras, & figurarum admirabilem varietatem, ut satis admirari non queam, unde illâ ætate homini Dano tanta vis eloquendi suppetierit.*

Scæa, una ex filiis Danai, Archandro nupta. Ἐλθόντες ἐμνῶντο Δαναοῦ γαμβροὶ, καὶ Αὐτομάτῃ μὲν Ἀρχάνδρῃ, Σκαιὰν δὲ ἔλαβεν Ἀγχανδρος. Paus. Achaic.

Scæva, miles Cæsaris fortissimus, qui apud Dyrrachium magnâ Pompeianorum manu oppugnatus, multisque vulneribus acceptis, adduci tamen non potuit, ut castelli sibi commissi custodiam desereret. Lucan. l. 6.

Scæva viro nomen: castrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes: ibi sanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitam, &c.

Scæva, gladiator pugnandi peritiæ præfidens cum Commodo Imp. congreditur.

Scæva Memor, Poeta sub temporibus Titi & Domitiani, ujus opera sunt deperdita; ejus meminit Martialis, l. 11. ep. 10.

Contulit ad Satyras ingentia pectora Turnus
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

Et eod. lib. ep. 9. Statuam ejus celebrat, quam quidam ob Tragici sui carminis præstantiam (Tragœdus autem erat) in Apollinis bibliothecam receptam fuisse, dicunt, atque ut opinionem suam adstruant, in hoc epigrammate pro *Apelleâ* codd. vulg. *Apollineâ* legendum contendunt:

Clarus fronde Jovis, Romani fama Cothurni,
Spirat Apelleiâ reddidus arte Memor.

Fulgentius Planciades ex Memoris Tragœdiâ *Hercule* citat hæc verba; *Ferte suppetias, optimi comites.* Non prætereundum Jos. Scaligerum in eâ suspicione fuisse, Tragœdiam Octaviam, quæ Senecæ tribuitur, esse Scævæ Memoris. *Voss.*

Scævola, Q. Mutii cognomen, quod assecutus est ex quòd sibi dextram quæ in Porsena rege occidendo erraverat, exussisset, unde sinistrâ solâ utebatur, quam Græci σκαιὰν vocant. Manil. l. 1. 777.

——— *Necnon & Scævola trunco*
Nobilior. ———

Vide Mutius.

Q. Mutius *Scævola* alter, Pontifex Maximus & divini humanique juris (Velleii verba habes) auctor celeberrimus; qui Asiam tam sanctè & tam fortiter obtinuit, ut Senatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus exemplum atque formam officii decreto suo præponeret. *Val. Max.* Homo omnium, & disciplina juris civilis eruditissimus, & ingenio prudentiâque acutissimus, & oratione maximè limatus atque subtilis, atque, ut ego soleo dicere, jurisperitorum eloquentissimus, eloquentium jurisperitissimus. *Cic. de Orat.* Damasippi Prætoris jussu ante simulacrum Dianæ trucidatus.

Scævola, Orator insignis, ab Ammiano Marcellino inter illos memoratus, qui post exercitus prosperrimè ductos, post victorias & trophæa civilibus stipendiorum officiis meruerunt: laureasque fori speciosis certaminibus occupantes, summis gloriæ honoribus fruebantur.

Barth. *Scala*, Florentiæ natus, 1424. ubi etiam obiit. Vexilliferatus honore insignis fuit, ut de eo Paulus Jovius ait. Condidit libris 20. Historiam Florentinam ab origine urbis ad An. 1450. sed morte præventus quinque tantùm libris ultimam manum imposuit. Signat hoc opus Ugolinus Verinus, l. 11. illustratæ Florentiæ:

Scala quoque historias & Lydia gesta leonis
Explicat Hetrusci. ———

Etiam literis commisit vitam Vitaliani Borromæi, quam Petro Medici inscripsit. Adhæc orationem reliquit ad Papam Innocentiam VIII. filiam habuit Alexandram Græcis Latinisque literis excultam, celebri Poetæ Michaeli Marullo nuptam.

Mastinus *Scaliger*, primus è Scaligerorum familiâ qui Veronæ dominium tenuit, cui sc. communi consensu cives præfecturam perpetuam detulerunt, qui discordiis in præsens consopitis, initium illi imperio dedit, quod deinde per multos duravit annos. A. C. 1262.

Scaliger Julius Cæsar, Criticus, Poëta, Medicus & Philosophus insignis, magnum sibi in orbe nomen peperit, seculo præt. Hunc Italia genuit, educavit Germania, Gallia ad mortem usque tenuit. Natus An. 1484. in castro *Ripa*, territorii Veronensis, ex Principibus de la Scala, priscis Veronæ, aliorumque in Italia locorum Dominis, oriundum se probavit: adversarium irreconciliabilem sensit Hieronymum Cardanum, Medicum Mediol. cujus de Subtilitate librum refutavit. Arma diu cum gloria gessit, sed inprimis ad studia natus est, ingeniorum Aquila. Obiit Aginni in Aquitania, Anno 1558. ætat. 75. Pater Silvii Medici, & Josephi Justi, paternæ gloriæ & eruditionis hæredum. Scripsit Poëticam, opus admirandum: Epistolas & Orationem: Pöemata: Commentarios & in Aristotelem, Theophrastum: plurimos de Medicina tractatus: de Causis Ling. Latin. Testimonia de gente Scaligera: Exercitationum Exoticarum libb. 15. &c. Gloriæ cumulus purioris doctrinæ professio fuit. Scævola *Elog. lib.* 1. Lipsius *in Epistol.* Vander Linden *de Script. Medic.* Justus *in Chron. Medic.* Quenstedt. *de patr. Doctor. &c. Hofm.*

Scaliger Josephus Filius, vir undequaque doctissimus, de quo Casaubonus Præfamine Opusculorum Scaligeri. Nihil est quod discere quisque vellet quod ille docere non posset: nihil legerat (quid autem ille non legerat?) quod non statim meminisset; nihil tam obscurum aut abditum in ullo veteri Scriptore Græco, Latino, vel Hebræo, de quo interrogatus non statim responderet. Historias omnium populorum, omnium ætatum, successiones imperiorum, res Ecclesiæ veteris in numerato habebat; animalium, plantarum, metallorum, omniumq; rerum naturalium proprietates, differentias & appellationes, quam veteres, quam recentes tenebat; accuratè locorum

ſitus, provinciarum fines, & varias pro temporibus illarum diviſiones ad unguem callebat; nullam diſciplinarum ſcientiarumque graviorum reliquerat intactam, linguas tam multas tam exactè ſciebat, ut vel ſi hoc unum per totum vitæ ſpatium egiſſet, digna res miraculo potuerit videri; quam mirabilem loquelarum varietatem, ita Scriverius elegantiſſimè deſcripſit,

——*Eruditione*
Idumæus, Arabs, Syruſque & Indus;
Chaldæus ſimul, Æthiopſque civis;
Quemque Achæmenis ſuum vocarent,
Pelaſgus ſimul & ſimul Latinus,
Et Graius vetus & quotidianus;
Et Thuſcus ſimul & ſimul Britannus,
Et quod altera ſecula obſtupeſcant
Hiſpanus ſimul, & ſimul Batavus.

Adeo ut merito Adr. Tur. Ep. ad Jo. Meurſium eum appellet *Portentoſi ingenii juvenem.* De quo Jul. Cæſar Bulingerus Doctor Sorbonicus & in Piſanâ Academiâ Profeſſor, lib. 12. Hiſt. ſui Temp. *Sequutus eſt annus milleſimus ſexcenteſimus nonus Joſ. Scaligeri morte feralis: quo noſtra ætas neminem majori ad literas genio ingenioque tulit, & forta antecacta ſecula parem omni doctrinæ genere non habuerunt.*

Scamon Mitylenæus, lib. edidit de rerum inventione, qui citatur à Clem. Strom. 1. Item ab Athenæo, lib. 14. Aliquanto poſt legas apud eundem Σκάμων ἐν τοῖς περὶ εὑρημάτων. Sed priorem lectionem probat Suidas, cum ait: Σκάμων ὄνομα κύριον. Voſſ.

Scatiniæ lex, à *Scatinio* latore nomen accepit, quâ præpoſteræ Veneris uſus coercebatur. Juv. Sat. 2.

Quod ſi vexentur leges ac jura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Alii legunt *Scantinia.*

Scaurus, cognomen familiæ Romanæ. Propriè autem *Scaurus*, Græcè Σκαῦρος, qui talos pedum extantes habet porrectos. Unde Horatius, Serm. 1. Sat. 3.

——*Scaurum pravis fultum male talis.*

Ubi vetus Schol. eum interpretatur, *qui talos diſtortos & diverſos habet.* Qui & Scambus eſt. Vet. Gloſſ. *Scaurus*: σκαμβὸς σκελλὸς, στρεβλόπους. Ex hâc familiâ fuit Æmilius Scaurus, nobilis, at pauper, qui eloquentiâ ſuâ gloriam peperit. Conſul Ligures domuit, atque triumphavit: Cenſor viam Æmiliam ſtravit, pontem Æmilium fecit & carbonariam ob paupertatem exercuit. Scaurum filium ſuum, teſte Frontino, quòd in ſaltu Tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum venire vetuit; adoleſcens autem verecundiæ ignominiâ preſſus, mortem ſibi conſcivit. Plinius in Nat. Hiſt. dicit eum principem fuiſſe civitatis, & Marianarum rapinarum ſocium. Idem Plin. rurſum de eo: *Scaurus*, inquit, *à Vario Tribuno plebis repetundarum accuſatus, & abſolutus.* Salluſtius in Jugurthino: *Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus, audax, ſed vitia ſua callidè occultans, cum eſſet vir Conſularis, & in ſenatu princeps, ab eo mittitur ad Jugurtham orator, ut eum ab oppugnatione Cirtæ, & obſidione Adherbalis amoveret.*

Scaurus, alter ſuperioris fil. de cujus Ædilitate Plinius, lib. 34. cap. 7. *In M. Æmilii Scauri Ædilitate 3. millia ſignorum in ſcenâ tantum fuere temporario theatro.* Idem 36. 2. *Trecentæ LX columnæ M. Scauri Ædilitate ad ſcenam theatri temporarii, & vix ano menſe futuri in uſu viderunt portari ſilentio legum.* Idem cap. 15. ejuſdem libri: *Theatra duo juxta fecit ampliſſima è ligno cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento: in quibus utriſque antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe averſis, ne invicem obſtreperent ſcenæ, & repente circumactis, ut contra ſtarent, poſtremo jam die, deſcendentibus tabulis, & cornibus inter ſe coeuntibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat, ipſum magis auctoratum pop. Romanum circumferens. Quid enim miretur quiſque in hoc primum? inventorem an inventum? artificem, an auctorem? auſum aliquem hoc excogitare, an ſuſcipere? parere, an jubere? Super omnia erit populi furor, ſedere auſi tam infidâ inſtabilique ſede. En hic eſt ille terrarum victor, & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet, jura externis mittit, Deorum quædam immortalium generi humano portio, in machinâ pendens, & ad periculum ſuum plaudens. Quæ vilitas animarum iſta, aut quæ querela de Cannis! quantum mali potuit accidere? Hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor eſt: ecce pop. Rom. univerſus, velut duobus navigiis impoſitus, binis cardinibus ſuſtinetur, & ſeipſum depugnantem ſpectat, periturus momento aliquo luxatis machinis, &c.*

Scaurus, Aurelius legatus, à Cimbris fuſo exercitu captus eſt, & cum ad conſilium ab his evocatus eos deterreret, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eò quòd diceret Romanos vinci minimè poſſe, à Bolo rege, feroci juvene, interfectus eſt. Livius.

Scaurus, qui & *Terentius Scaurus*, grammaticus. Capitolinus in Vero: *Audivit Scaurum grammaticum Latinum, Scauri filium, qui Grammaticus Adriani fuit.* Ejus mem. Gellius, lib. 11. cap. 15.

Mamercus Scaurus, inſignis nobilitate & opibus, cauſis, vitâ probroſus, inquit Tacitus Annal. 6. De probroſâ ejus vitâ lege Senecam, lib. 4. de Benef. cap. 31. aut potius non lege impuritatem hominis & ἄφατον μίξιν. Notat eum brevi ſtigmate Tertullianus de Pallio: *Dabo catharticum impuritati Scauri, & aleæ Curii, & vinolentiæ Antonii.* Sub Tiberio, etſi alio crimine periit, & familia Scaurorum in eo eſt extincta, Sen. Suaſ. 2.

Scinis, latro crudeliſſimus Corinthius, qui arbores complicabat, hiſque alligabat hominum brachia, ut in ſublime redeuntes lacerata membra diſcerperent. Prop. 3.

Arboreaſque cruces Scinis, & non hoſpita Graiis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes.

Pauſanias in Corinthiacis narrat ut Scinis flexis pinis alligarit homines, quibus in ſublime renitentibus, diſcerperentur. Tangit hiſtoriam quoque Stat. Theb. 12.

Non trucibus monſtris Scinin, infandumque dediſti
Cercyona, & ſævum vellet Scyrona creatum.

Ovid. lib. 8. Met. *Sinin* vocat:

Occidit ille Sinis magnis male viribus uſus:
Qui potuit curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.

Idem in Epiſt. 2.

Cum fuerit Scyron lectus, torvuſque Procruſtes,
Et Sinis, & tauri miſtaque forma viri.

Idem in Ibin:

Quique trabes preſſas ab humo mittebat in auras,
Æquoris adſpectans hujus & hujus aquas.

Legendus Plutarchus in Theſeo, & Alexandro. Sed apud eum legitur *Sinnis*, uti quoque apud Euripidem in Hippolyto.

Scipiadæ, patronymicum pro *Scipionibus*, Virg. Geo. 2.

Scipiadas duros bello.

Idem Æn. 6.

——*Aut geminos duo fulmina belli,*
Scipiadas, cladem Libyæ.

Sil. lib. 7.

——*Aut ubi nunc ſunt fulmina belli*
Scipiadæ.——

Scipio Cornelius, à quo Scipionum gens patricia initium habuit, teſte Macrobio, patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem *Scipionem* Grammatici vocant. P. Corn. *Scipio*, cum quo primùm Imperatore Annibal ſigna in Italiam contulit. Is cum multas eſſet in Hiſp. victorias conſecutus, reſque geſſiſſet memoratu dignas, demum in quodam prælio adverſus hoſtes inito, dum ſe offert, ubi plurimum periculi erat, ſubitò occiditur. Livius. Luculentum elogium de hoc Scip. perhibet V. Max. lib. 4. cap. 1. *Maxima ejus merita paribus ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt illi ſtatuas in Comitio, in roſtris, in Curiâ, in ipſâ denique Jovis Opt. Max. cellâ ponere. Voluerunt imaginem ejus triumphali ornatu indutam Capitolinis pulvinaribus applicare. Voluerunt ei continuò per omnes vitæ annos, conſulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum ſibi nullum, neque plebiſcito, neque Senatuſconſulto decerni patiendo, penè tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit quantum geſſerat in emerendis.* Sil. Ital. de eodem in fin. Bell. Pun. ſecundi:

Salve invicte parens, non conceſſure Quirino,
Laudibus ac meritis non conceſſure Camillo,
Nec vero cum te memorat de ſtirpe Deorum
Prolem Tarpeii mentitur Roma Tonantis.

Vide Dauſqu. ad Silium pag. 316.

Scipio Africanus, prioris fil. cujus vitam ac res geſtas C. Oppius, & L. Reginius literis mandavere. Puer certis diei horis ſecretum templi petere ſolebat, putabaturque apud vulgus cum Jove loqui. Annum agens 17. à patre in caſtra ductus eſt, principio belli Punici 2. Conſtatque jam tunc in congreſſu Annibalis primò circumventum ab hoſtibus ac ſauciatum patrem liberaſſe, teſte Livio & Plutarcho. Silius, lib. 4.

Tunc raptâ properè duris ex oſſibus haſtâ
Innixum cervice ferens, humeróque parentem
Emicat, attonitæ tanta ad ſpectacula turmæ
Tela tenent, cediſque loco Libys aſper & omnis
Latè cedit Iber; pietaſque inſignis & ætas
Belligeris fecit miranda ſilentia campis.

Idem lib. 6.

——*Fugiat Conſul manante cruore*
Scipio, & ad ſocios nati cervice vehatur.

Florus

Florus 2. 6. *Niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsâ morte rapuiſſet.* Stat. Silv. 3. 3.

Quique tener ſævis genitorem Scipio Pœnis
Abſtulit & Lydi pietas termeraria Lauſi.

Cicero in Bruto: Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Filius quidem ejus, is qui minorem hunc Scipionem à Paulo adoptavit, ſi corpore valuiſſet, imprimis habitus eſſet diſertus. Indicant tum oratiunculæ, tum hiſtoriâ quædam Græcè ſcripta dulciſſimè. Deinde in Hiſpaniâ cum Carthaginenſes viciſſet, novamque Carthaginem cepiſſet, in Africam trajecit; ubi victo Annibale Carthaginem vectigalem reddidit. Livius. De hoc Sen. de Conſ. *Scipionis filiæ ex ærario dotem acceperant: quia nihil illis reliquerat Pater. Æquum mehercules erat Pop. Romanum tributum Scipioni ſemel conferre, cum à Carthagine ſemper exigeret.* Quod vereor, ut incuriosè & falsò dicat. Nam habuit ille quidem duas filias, ſed quas Pater ipſe, non ſenatus, elocavit, alteram P. Scipioni Naſicæ, alteram T. Sempronio Graccho. Varii tradunt, & Livius diffusè lib. 38. Etſi quidam de unâ aliter, & patre mortuo nupſiſſe. Sed nemo tamen hoc quod hic Seneca: nec de eximia paupertate ejus viri eſt lectum. Quid ergo eſt? In nomine error, & *Cn. Scipionis* eſt, patrui Africani, quod huic ivit adſcriptum. Val. lib. 4. *Cum ſecundo bello Punico Cn. Scipio ex Hiſpaniâ Senatui ſcripſiſſet, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei ſine ſe dos expediri poſſet: Senatus patris partes ſibi ſumpſit, ac puellam nuptui dedit.* Hoc ipſum, de eodem iſto, Jo. Zonaras: ut duplex error Senecæ videatur & in homine, & in numero, qui ex unâ duas fecit. Pergit Seneca, ac dotem iſtam *Æs grave* vocat. Summam tamen non exprimit, uti nec Nat. Qu. lib. 1. cap. ult. ubi ſic ſcribit: *An tu exiſtimas Scipionis filias ex auro nitidum ſpeculum habuiſſe, cum illis dos fuiſſet æs grave?* Valerius fecit. *Et dotis modus*, inquit, *quadraginta millia æris fuit.* Lipſ.

Scipio Æmilianus, qui & *Africanus Minor* ab Africani majoris filio adoptatus (filius enim erat L. Æmilii Pauli) Carthaginem & Numantiam, duas urbes pop. Romano inimiciſſimas evertit: tandem immaturâ ætate domi ſuæ dormiens interfectus eſt; non ſine ſuſpicione dolo id Gracchorum factum. Liv.

Lucius *Scipio* Aſiaticus, devicto Antiocho repetundarum accuſatus, cum à Senatus judicio, timeret, Tribunos plebis appellavit, tametſi Gracchum, qui tum eum magiſtratum gerebat, inimiciſſimum eſſe ſibi cognoſceret, ac inſenſiſſimum. Nec ſpe falſus eſt. Prohibuit enim Gracchus, ne in carcerem & vincula traheretur. Eutropius. Plin. in Præfat. ad Nat. Hiſt. L. *Scipio Aſiaticus, cum Tribunos appellaret, inter quos erat Gracchus: hoc atteſtabatur, ſe vel inimico judici approbari poſſe.*

Scipio Naſica, Scipionis, qui unà cum fratre in Hiſp. cecidit, filius, à ſenatu vir optimus judicatus; Matrem Deûm tunc primum advectam, apudque virum optimum ex oraculo divertentem hoſpitio excepit. Cum adverſus auſpicia conſulem ſe à Graccho nominatum comperiſſet, magiſtratu ſe abdicavit. Cenſor ſtatuas, quas ſibi Conſul quiſque in foro per ambitionem ponebat, ſuſtulit. Conſul Delminium Dalmatiæ urbem ſuperavit. Imperatoris nomen à militibus, & à ſenatu oblatum triumphum recuſavit. Eloquentiâ primus, juriſconſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit, unde *Corculum* dictus, teſte Cæcilio. Plura de eo Livius. Scipio item qui Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarii cujuſdam negotiatoris: ob id erat in Tribunatu plebeis admodum gratus, dignuſque Africanorum familiâ: nec erat in bonis funeris impenſa: aſſes ergo contulit populus, ac funus elocavit, quaque præferebatur, flores è proſpectu omni ſparſit. Hanc hiſtoriam habes apud Plinium conſcriptorem, lib. 21. cap. 3. *Scipio* Africani fil. ponitur inter eos apud Val. Max. qui à parentibus claris degeneraverunt. Inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his verbis deſcribitur: *Scipio Africanus filium habuit illum, qui minorem Scipionem à Paulo adoptavit: qui ſi corpore valuiſſet, in primis eſſet habitus diſertus. Indicant tum oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca ſcripta de Caſſina.* Hæc ille. Plutarchus in Africano, nihil de eo ſe compertum habere dicit, niſi eum Præturam geſſiſſe, & in eâ conſequendâ, à Circeio patris ſcribâ, adjutum fuiſſe. Hic Scipio Romæ primus aquâ horas diviſit æque noctium ac dierum, an U. C. 595.

Scipio, Pompeii M. ſocer, poſt bellum Pharſalicum inter Pompeianos bellum refoventes, in Africam ſe recepit cum exercitu & Catone, Jubâ etiam rege adſcito. Qui primo feliciter adverſus Cæſarianos pugnans, victus tandem cum exercitu occubuit. *Scipionem*, cognomento *Salutationem*, è Corneliorum familiâ, alioquin virum deſpectiſſimum, inter præliandum in Africâ, perinde ac exercitus ducem Cæſar præpoſuit: quod cognoſceret adverſarios vetuſto quodam confidere vaticinio, ut ſemper in Africâ vincere fatale Scipionum generi foret. Plut. in Cæſare.

Sciron, latro fuit, cujus oſſa quum in mare cecidiſſent, in ſcopulos converſa feruntur, quæ adhuc *Scironia ſaxa* vocantur. Ovid. Met. 7.

Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſiſque latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda.
Quæ jactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Scironis inhæret.

Filius fuit Canethi & Heniocles. Locum in Megara habitavit, quem dixerunt *Petras Scironidas*. Viatores ſpoliatos præcipites agebat. Alii tradunt hoſpitibus jejunare coactis, panem pedibus offerre conſuevisſe: & apprehendentes, calcibus in mare de præcipitio deturbare. Megarenſes ſcribunt, bonum virum fuiſſe: & ejus filiam Endeidem Æaco Jovis filio nupſiſſe: & ex his natos eſſe Peleum & Telamonem. Hunc Theſeus interfecit. Ovid. Ep. 2.

Cum fuerit lectus Sciron, torvuſque Procruſtes.

Ubi alii *Scyron.* Propert. 3. 16.

Nec tamen eſt quiſquam ſacros qui lædat amantes,
Scironis mediâ ſit licet ille viâ.

Scopas, inſignis marmoris ſcalpendi artifex unus ex iis qui Mauſoleum cælaverunt. Plin. Horat. Car. 4. Od. 8.

Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas:
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus.

Scorpius, ſeu *Scorpio*, unum ex **XII** Zodiaci ſignis, quod à Sole ſubitur pridie Idus Octobris. Oritur autem eodem tempore, quo Orion occidit. Qui Aſtronomicum poeticum conſcripſerunt, hunc eum volunt fuiſſe Scorpium, qui Orionem interemit, cum ille juvenili robore ferox, nullam eſſe feram jactaſſet, quam ipſe conficere non poſſet. Quam hominis jactantiam ægerrimè ferens Tellus, in perniciem ejus Scorpium protulit, qui infixo aculeo eum interemit. Hunc autem Scorpium à Jove ideo inter aſtra relatum volunt, uti mortalibus documento eſſet, ne ſuis plus æquo viribus fiderent. Hyginus, lib. 2. de Sign. cœl. Ampelius tamen ſcribit, quod Diana Scorpium, ejus juſſu, in monte inſulæ Chiûs Pelennæo ad Orionis perniciem natum, illi Deam inter venandum ſtuprare conanti ipſa ſuppoſuerit, quo vitâ privaretur. Quod etiam oſtendit Nicander in Theriacis:

Τὸν ῥ' ἀλαλζήσητα κόρη Τιτηνὶς ἀνῆκε
Σκορπίον ἐκ κάνθοιο τεθηγμένον, ἤμος ἐπίχθα
Βοιωτῷ τεύχεσα κακὸν μόρον Ὠαρίωνι,
Ἀχθόντων ὅτε μοῦνος ἐπ' ἀνδράξατο πόντου.
Αὐτὰρ ὅγε σιδαρέῃσιν χηλῇσι σφυρὸν ἵλασεν ἰχθύς
Σκόρπιος ἀπροϊδής, ὀλίγῳ ὑπὸ λαῖλαπι λοχήσας.
Τῷδε τέρας θέσπιμον ἐν ἀστράσιν ἀπλανέεσσιν αὖτως
Οἷα κυνηλατέοντος ἀείδελον ἐσήεικεν.

Hujus ſigni mem. Virgil. Georg. 1.

———*Ipſe tibi jam brachia contrahit ardens*
Scorpius, & cœli juſtâ plus parte relinquit.

Ovid. Met. 2.

Sævaque circuitu curvantem brachia longo
Scorpion; atque aliter curvantem brachia Cancrum.

Scribonius Largus, claruit unà cum Caſſio; (cujus ſuperſunt de Animalibus problemata medica) Ejus extat liber de medicamentorum compoſitione. Ætatem utriuſque oſtendit, quod Scribonius codicis meminit, quem ab Atimeto, Caſſii ſervo, ac Cæſaris Tiberii legato acceperit. Scribonii etiam mentionem facit Galenus in libris περὶ τόπων, & alibi.

Scylax, tres fuere Scylaces Caryandenſes. Antiquiſſimus eſt qui ſub Dario Hyſtaſpis filio floruit, alter Darii Nothi; tertius vero ætate Polybii. Vide If. Voſſium ad Scylacis Caryandei Periplum. Quanquam certiſſimis argumentis evinci poteſt, Periplum iſtum, qui Scylacis Caryandenſis nomen præ ſe fert, quemque adoleſcens admodum recudendum curavit vir doctiſſimus prædictus, cujuſvis potius eſſe quam Scylacis, ut in ſecundis curis ſe clariùs docturum promittit, Obſervat. ad Melam, pag. 83.

Scropha Tremellius, Varroni de R. R. lib. 2. cap. 4. primùm appellatus eſt *Scropha*, quòd Quæſtor cum eſſet, Licinio Nervæ Prætori in Macedoniâ provinciâ relictus, qui præeſſet exercitui, dum prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra, Tremellius vero cum hortaretur milites, ut caperent arma, ac exirent contra: dixit celeriter ſe illos, ut Scropha porcos, dejecturum: idque fecit. Nam eo prælio hoſtes ita fudit, fugavitque, ut eo Nerva prætor Imperator ſit appellatus, & ipſe cognomen invenerit, ut diceretur *Scropha*. Verum Macrob. Sat. 1. cognominis hujus rationem aliam affert. *Tremellius Scropha*, inquit, *cum familiâ atque liberis in villâ erat. Servi ejus quum de vicino Scropha erraret, ſurreptam conficiunt. Vicinus advocatis cu-*

ſtodibus omnia circumvenit, ne quà efferri poſſit; iſque ad Dominum appellat reſtitui ſibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem comperiſſet, Scrophæ cadaver ſub centonibus collocat, ſuper quos uxor cubabat. Quæſtionem vicino permittit, quùm ventum eſt ad cubiculum, verba jurationis concipit, nullam eſſe in villâ ſuâ ſcrophàm, niſi iſtam, inquit, *quæ in centonibus jacet, lectulum oſtendens.* Ea facetiſſima juratio Tremellio *Scrophæ* cognomentum dedit.

Scylla, filia Niſi regis Megarenſium, quæ Minois paterni hoſtis amore capta, ut illum beneficio aliquo demereret, patrem purpureo capillo, in quo ſitum erat regni totius fatum, ſpoliavit, eumque hoſti obtulit, tanquam futuræ conjugis dotem. Verum cum ſe ab illo ſperni videret, doloris impatientiâ in Cirim avem commutata eſt. Vide Fab. apud Ovid. Met. 8. Prop. lib. 3.

Tuque ô Minoâ venundata Scylla figurâ,
Tondens purpureâ regna paterna comâ.

Idem lib. 4. permiſcens duas fabulas Scyllæ Niſi, & Scyllæ Phorci:

Quid mirum in patrios Scyllam ſæviſſe capillos,
Candidaque in ſævos inguine verſa canes?

Virgil. Ecl. 6.

Quid loquar aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris.

Ovid. Faſt. 4.

Et vos Niſæi naufraga monſtra canes.

Idem Triſt. lib. 2.

Impia nec tragicos tetigiſſet Scylla cothurnos,
Ni patrium crimen diſſecuiſſet amor.

Idem 3. Amor. Eleg. 11.

Per nos Scylla patri canos furata capillos
Pube premit rabidos inguinibuſque canes.

Vide *Niſus*.

Scylla, Phorci filia, quæ cum mutuo Glauci amore teneretur, indignata Circe, quæ Glaucum miſerè deperibat, Scyllam ſibi ab illo præferri, fontem, in quo illa lavari ſolebat, noxiis herbis veneficiſque infecit. Cujus rei illa ignara, cum lavandi gratiâ fontem ingreſſa eſſet, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus eſſe commutata: deformitatem tantoperè exhorruit, ut ſe ſtatim in vicinum præcipitaverit fretum, ubi & in ſaxum mutata fingitur, Charybdi ex adverſo objectum, præternavigantibus vehementer periculoſum. Ovid. Met. lib. 4. & 14. Porro Siculum fretum, quia ſcopuloſum & anguſtum eſt, tanto fervet æſtu, ut fluctus inter ſe concurrentes, ſcopuliſque illiſi quendam qu. latratum referant. Hinc fingitur Scylla à pube canibus & lupis ſuccincta, quam in freto ſcopulum eſſe conſtat. Grammatici à σκύλλω deducunt; unde Virg. Eccl. 6. ait *Scyllam, Dulichias vexaſſe rates. Scylla* autem Punicè שקוץ *ſcol*, eſt *exitium*, & *lethale infortunium*; quo ſenſu Græcum Σκῶλον uſurpatur ab Helleniſtis. Scylla vero cur inde appelletur nemini non eſt obvium. Bochartus. Lucret. lib. 5.

Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
Corporibus Scyllas.——

Catullus in Ciri:

Illum Scylla rapax canibus ſuccincta Moloſſis.

Seneca in Medea:

Quid? cum Siculi virgo Pelori
Rabidos utero ſuccincta canes
Omnes pariter ſolvit hiatus.

Ovid. in Ep. Medeæ:

Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos,
Debuit ingratis Scylla nocere viris.

Idem Amor. 2. 16.

Nec quæ virgineo portenta ſub inguine latrant,
Nec timeam veſtros, curva Malea, ſinus.

Catullus:

Quæ Syrtes, quæ Scylla vorax, quæ vaſta Charybdis.

Propert. lib. 4.

Nec Scyllæ ſævo conterruit impetus ore,
Cum canibus rapidas inter freta ſerperet undas,
Nec violenta ſuo conſumpſit more Charybdis.

Virgil. Æn. 3.

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem, & naves in ſaxa trahentem.

Propert. lib. 2.

Crede mihi, nobis miteſcet Scylla, nec unquam
Alternante vorans vaſta Charybdis aquâ.

Hinc *Scyllæus*. Virgil. Æn. 1.

Vos & Scyllæam rabiem, penituſque ſonantes
Accêſtis ſcopulos.

Scyllias, Herodot. lib. 8. vir quidam Scyoneus, omnium ſuâ tempeſtate hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Perſis ſervavit, multa & ſibi lucratus eſt. Ad Græcos tranſire in animo habens; cum ex Aphetis mare ſubiiſſet, non prius emerſiſſe dicitur, quam ad Artemiſium prevenit, 80 fere maris ſtadia emenſus. Hunc Pauſanias *Scyllim* vocat, de quo inquit: Scyllis Scyoneus cum Cyane filiâ, claſſis Perſicæ quâ Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando, urinandoque præcidit ad Pelium montem, & Sepiada Magneſiæ: quibus ſignum in Apollinis templo poſitum, ab Amphictyonibus, quod erat commune Græciæ concilium, & à Nerone Imp. Romam tranſlatum.

Scylurus, vel potius *Scilurus*, vir, qui (ut Plut. auctor eſt) cum relictis maribus filiis 80. diem eſſet obiturus, haſtilium faſcem cuique obtendens, ut illum confringeret, jubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſingulatim educta haſtilia omnia facilè confregit: ita docens illos, ubi unà eſſe perſeverarent, firmos ac potentes fore; imbecilles autem, ſi ſepararentur, ac diſſiderent.

Scymnus Chius compluribus libris orbem deſcripſit. Steph. in Πάρος. Mem. quoque Apollonii Schol. in lib. 4. his verbis Σκύμνος δὲ ἐν τῇ ἐκκαιδεκάτῃ φησὶ Εὐρώπης. Ubi Holſtenius: Hic librorum numerus perſpicue falſus, neque enim Scymni Chii περιήγησις in libros diviſa fuit, tantum abeſt ut de ſolâ Europâ ſedecim libros ſcripſerit; extat enim nunc magna ejus opuſculi pars, quæ hactenus ſub falſo Marciani Heracleotæ nomine delituit. In MS. fuerat ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης, ſicuti pag. præcedenti ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας· inde imperiti Librarii fecere ἐν τῇ 15. pro ἐν τοῖς, quod deinde voce expânsâ editum ἐν τῇ ἐκκαιδεκάτῃ. Neque minus corrupta ſunt quæ ex Scymno hoc de Iitri curſu idem affert Schol. Nam pro illo ἀπὸ ἑρήμης φέρεσθαι τὸν Ἴστρον ſcribendum ἀπὸ ἑσπέρης. quod ſequentia Callimachi verba evincunt, quæ Ripæos montes ad ortum ponunt, contra ac Scymnus, cujus hæc ſunt verba de Iſtro: κατέρχεται ἀπὸ τῶν Ἑσπερίων τόπων. De ejus ætate profundum ſilentium apud auctores.

Scyphius, vocari traditur primus ille equus qui natus eſt è Neptuni ſemine in ſaxo dormientis, atque ideo *Petræi* dicti. Pindari Scholiaſtes enarrans quorſum Petræus appelletur Neptunus Pythiâ quartâ: Ἐπίθετον Ποσειδῶνος ὁ πετραῖος· φασὶ γὰρ κῆρα ἀγῶνα διαπίθεσθαι τῷ πετραίῳ Ποσειδῶνι, ὅτε ἀπὸ τῆς πέτρας ἔξεπήδησεν ὁ θεσσαλὸς ἵππος. Et paulo ante: Ἐπὶ πυθοῖ πέτρας κοιμηθεὶς ἀπαντεμάτας, καὶ τὸ δορὸν δεξαμένη ἡ Γῆ, ἀνέδωκαν ἵππον θεσσαλὸν, ὃν ἐμάλεσαν Σκύφιον. Nempe Pœnis (unde hæc fabula) שקוים *Sciph*, eſt *petra*, quomodo Chaldæis etiam ac Syris. Bochart.

Scythinus Teius, Hiſtoricus. Athen. lib. 11. Etiam Iambos feciſſe ex Diogene Laertio diſcimus in Heraclito, & Stephano in Τέως. Etiam ἐν τῷ Σκωδίνῃ περὶ φύσεως quædam adfert Stobæus in Eclogis Phyſicis, lib. 1. cap. 11.

Sebaſtici, unum genus diſcipulorum Pythagoræ, ſic dicti quod ἐν τοῖς σεβασμίοις i. e. *rebus cultu ac veneratione dignis, ſive divinis verſarentur*. Verbum autem σέβεσθαι in Pythagoræ Scholis uſitatiſſimum fuit. Sic in Aureis ejus Carminibus. Σέβε ὅρκον, & Σέβε δαίμονας. Et in principio *Sacri Sermonis* apud Laertium. Ἴθι νεοὶ ἀλλὰ σέβεσθε. Σεβασικοῖς vero opponebantur Πολιτικοὶ, i. e. *in Reip. adminiſtratione occupati*, & Μαθηματικοὶ i. e. *profitentes ſcientiam menſurarum & ſiderum*. Legendus Interpres Theocriti.

Seches, Heſychius: Σεχὲς τὸ Ἑρμῆ ἀσὴρ Βαβυλώνιοι. Vide Voſſ. de Idol. lib. 2. cap. 22.

Seculares ludi, in honorem Apollinis & Dianæ inſtituti; fiebant autem centeſimo quoque anno, præcone per compita clamante: *Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, neque viſurus eſt.* Hos inſtituit Valer. Publicola ob exactos reges. Varro de ſcenicis originibus lib. 1. ſcriptum reliquit, cum multa fierent portenta, ac tandem murus turriſque inter portam Collinam & Gabiuſam eſſent de Cœlo tacta, atque eâ de causâ Decemviri inſpexiſſent Sibyllinos libros renunciaſſe, ut Diti patri & Proſerpinæ Tarentini ludi fierent in Campo Martio 3. noctibus, & hoſtiæ immolarentur furvæ, & ludi centeſimo quoque anno celebrarentur. T. Livius. lib. 136. *Eodem anno ludos Seculares Cæſar ingenti apparatu fecit, quos centeſimo quoque anno (is enim terminus ſeculi) fieri mos eſt.* Sunt contra alii qui ſeculum ſtatuunt ambitum annorum centum & decem, & proinde factos Seculares ludos centeſimo & decimo anno vertente, ineunte centeſimo undecimo, quo tempore annus in Solem, luſtrum in annum, Periodus in luſtrum conveniret, ut Joſ. Scal. ſcribit. Iſtam ſententiam confirmare videtur Horatius in Carmine ſuo, quod *Seculare* appellat, his verbis:

Certus undenos decies per annos
Orbi ut cantus referatque ludos
Ter die, claro, totieſque gratâ
Nocte frequentes.

Hos

Hos ludos celebravit Philippus Imp. an. poſt. U. C. 1000. In quibus fuerunt elephanti 30. alces 10. tigres 10. leones manſueti 40. leopardi manſueti 30. hyænæ 10. gladiatorum fiſcalium 2000. hippopotami quoque, rhinocerotes, arctoleontes, camelopardi, onagri, & equi feri.

Secundus, Sophiſta Athenienſis, quem aliqui *Epithyram* vocant, quòd Architecti fil. fuerit; multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis, æmuluſque Herodis Attici; ex quo Herodes illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cavillatus eſt:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Qui nihilominus ſenem poſtea morientem, & epicedio, & lachrymis honoravit. Ex Philoſtrato.

Sejanus, vir magnæ potentiæ apud Rom. temp. Tib. Cæſ. *Genitus Vulſiniis*, teſte Tacito, lib. 4. An ideo acutè & non ſine morſu Juven. Sat. 10.

——*Idem populus ſi Nurtia Thuſce*
Faviſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hâc ipsâ Sejanum diceret horâ
Auguſtum.——

Sequitur apud Tac. Patre Sejo Strabone equite Rom. Qui & ipſe prætoriis cohortibus præfuit, ſed in Ægypti adminiſtrationem miſſo, ſolus deinde filius. Ob hæc officia attollit magnifico elogio Velleius, lib. altero. *Sejanus Ælius principe Equeſtris ordinis patre natus, materno vero genere clariſſimus, vetereſque & honoribus inſignes complexus familias.* Pergit Tac. Et primâ juventâ C. Cæſarem D. Auguſti nepotem ſectatus non ſine rumore Apicio diviti & prodigo ſtuprum venum dediſſe. Mox Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obſcurum adverſus alios ſibi, uni incautum intectumque efficeret, non tam ſolertiâ, (quippe iiſdem artibus victus eſt) quàm Deum irâ in Remp. Rom. cujus pari exitio viguit, cecidit; Corpus illi laborum tolerans, animus audax, ſui obtegens, in alios criminator, juxta adulationem & ſuperbiam palam compoſitus pudor, intus ſumma apiſcendi libido, &c. Neque Senatorio ambitu abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut provinciis ornando facili Tiberio, atque ita prono, ut *Socium laborum*, non modo in ſermonibus, ſed apud patres & pop. celebraret. Ubique per Theatra & fora effigies ejus, interque principia legionum ſineret. Hæc Tacitus: ubi per τὸ *colit* cultum divinum ſig. quem Sejani ſtatuis exhibitum fuiſſe diſertè teſtatur Dio, lib. 58. Καὶ τέλος καὶ ἐς εἰκόνα ἀυτῦ, ὥσπερ καὶ ἐς τὸ Τιβερίου ἔθυον. Unde Juven. ubi ſupra:

Ardet adoratum populo caput & crepat ingens
Sejanus.——

Sinebat hæc quidem Tiberius, ſed invitus, ut ex Suetonio colligas. Tiber. cap. 48. *Quædam munera Syriacis legionibus largitus eſt, quod ſolæ nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent.* De ruinâ ejus Dio conſulendus. Breviter Seneca: *Quo die illum ſenatus deduxerat, populus in fruſta diviſit.*

C. *Seius*, dominus equi illius, unde eſt proverbium in infelices & calamitoſos, à M. Antonio, qui poſtea Triumvir fuit tempore belli Civilis, quum præeſſet Italiæ, miſerando ſupplicio affectus eſt. Gellius 3. 9. Vide Eraſmum in *Equus Sejanus.*

Seleucus Nicanor, Syriam occupavit, & reg. in eâ an. 31. Is tranſtulit Judæos in eas urbes, quas extruxerat; jus eis & municipalem ordinem cum Græcis æqualem tribuens.

Seleucus Emeſenus Grammaticus, Suidâ teſte, compoſuit Parthicorum libros duos. Alius Alexandrinus Grammaticus, cognomento *Homericus*, quem in omnes pene Poetas commentatum eſſe ait Suidas. Alius eſt *Seleucus* Babylonius, cujus mentionem facit Strabo, lib. 1. Alius denique *Seleucus* ὁ Θεολόγος, de quo Porph. lib. 2. περὶ ἀποχῆς.

Seleucus, unus ex principibus Alexandri, qui poſt Alexandri mortem primus in Syriâ regnavit, anno 20. de quo Appianus in Syriacis.

Semele, Cadmi Thebarum regis filia, ex quâ Jupiter Bacchum genuit. Prop. lib. 2.

Narrabis Semele quo ſit formoſa periclo.

Stat. Theb. 2.

Et tunc forte dies noto ſignata Tonantis
Fulmine, præruptí cum te tener Evie, partus
Tranſmiſere patri. Tyriis ea cauſa colonis
Inſomnem ludo certatim educere noctem
Suaſerat, effuſi paſſim per tecta, per agros
Serta inter, vacuoſque mero crateras anhelum
Proflabant ſub luce Deum, tum plurima buxus
Æraque taurinos ſonitu vincentia pulſus.

Ubi Scholiaſtes priſcus (notante Barthio:) Annum feſtum ejus diei, quâ Semelen adiit, ut Junonem Jupiter, ex voto ipſius; itaque ut mortalem interemit; quæ fabulæ in cæremoniam ſunt tranſlatæ, poſtquam Bacchus, magnis malis Græciæ illatis, pro Deo tandem cultum obtinuit. Notum autem fulmen vocat Papinius, quòd ejus effectus antea non fuerat tam cognitus. Si enim notum habuiſſet Jovis fulminatoris morem Semele, utique non periiſſet optato ejus concubitu. Et poteſt, ut hoc dixerit Poeta propter Sororum Semeles improbitatem, quæ eâ extinctâ ſparſerunt rumorem, fulminatam fuiſſe quod cum neſcio quo conſuetudinem ſtupri habens, Jovis jactaſſet amorem. Euripides Bacchis:

Ὃς ἐκπυρῶν λαμπὰς κεραυνίαις
Σιὼ μητρὶ Διὸς ὅπ γάμις ἐφλάσατο.

Apollodorus: Ἀποθανούσης δὲ Σεμέλης, αἱ λοιπαὶ Κάδμε θυγατέρες διήνεγκαν λόγον συνάπτειν θνητῷ τινι Σεμέλην καταψεύσασθαι Διός, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεραυνώθη. Senum autem menſium partum effudit vi Tonantis Jovis exſternata Semele. Idem Apollodorus: Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνασῶσαι, ἁρπάσας ἐκ τῆς Σεμέλης τὸν ἄρτι γενόμενον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος, ἀσφαλῶς ὁμοῦ καὶ βεβαίως καὶ κεραυνὸν ἔπαιρε. Σεμέλης δὲ διὰ τὸ φόβον ἐκπεσούσης ἐξαμβλωθὲν βρέφος ἐξαμελωσὲν ἐν τῷ μηρῷ ἅρπασας ἐνέῤῥαψε τῷ μηρῷ. Diodorus Sic. Τῷ δὲ Σεμέλῃ ὀχυρωμένας τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως, τελέσῃσι, καὶ τὸ βρέφος ἐκτρῶσαι πρὸ τῆς καθήκοντος χρόνου. Qui etiam tertium nobis Bacchi partum narrat, & ex cauſis argumentiſque Phyſicis enarrat. Quomodo διφυῆ ac τεῖρόγονον junctim vocat Orpheus. Pulchre de eâ re Nemeſianus:

——*Quis non cecinit Semelen, ignemque jugalem*
Lethalemque ſimul novit de pellicis aſtu.
Quis magno recreata tacet cunabula Baccho?
Ut pater omnipotens maternos reddere menſes
Dignatus, juſti complerit tempora partûs.

Hæc Barthius, qui plura de Semeles feſto collexit, Animadverſ. in Stat. pag. 291. Nugatur vero Auctor Etymologi cum ſcribit: Σεμέλη, ἀπὸ τὸ σέλας μέλειν, ἤγουν φροντίζειν. Δία γὰρ ἠπάτησατο μὴ ἀσφάλτῳ καὶ βεβυσμένῃ συγγενέσθαι αὐτῇ, ἢ γλυκεῖ καὶ κεκραμένοις, ἐπίδη τὰ μέλη, ἐντεῦθεν Σεμέλη. Nonnus, lib. 8.

Καὶ γάμος ἦν Σεμέλης θανατηφόρος· ἦς ἐνὶ θεσμῷ
Πυρκαϊὴν καὶ τύμβον ἐδήσατο πασῶν Ἐριννύς.

Pellicem vocat Papin. Theb. 7. eique *artem* tribuit, hoc eſt *dolum.* Lucianus ſic narrat: Τὴν μὲν γὰρ Σεμέλην ὑφ' ἥδονῆς ἢ Ἥρα, οἶδα γὰρ ὡς ζηλότυπός ἐστι, πείθει αἰτῆσαι αὐτὴν τῆς Διὸς μετὰ βεβαιοῦ καὶ ἀσφαλοῦς ἥκειν παρ' αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἐπείθη, καὶ ἦλθεν ἔχων καὶ τὰ κεραυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος, καὶ ἡ Σεμέλη μὲν διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός. Merita autem tam dirum finem ſcelere erat Semele, quæ nimirum cor Liberi Jovi bibendum dederat. Hyginus, cap. 167. *Liber Jovis & Proſerpinæ filius à Titanis eſt diſtractus. Cujus cor contritum Jovi Semele dedit in potione. Ex eo prægnans cum eſſet facta, Juno in Beroen, nutricem Semeles, ſe commutavit & ait: Alumna, pete à Jove, ut ſic ad te veniat, quemadmodum ad Junonem, ut ſcias quæ voluptas eſt cum Deo concumbere. Illa per fraudem inſtigata petit à Jove & fulmine eſt icta.* Vide Barthium ad Theb. 7. pag. 672, 673.

Semeronius Babylonius Perſa hiſtoricus, citatur ab Alexandrini Chronici auctore, pag. 81.

Semiramis, Aſſyriorum regina, Nini regis uxor, ut quidam volunt, quæ poſt viri obitum, quòd intelligeret Aſſyrios gravatè mulieris imperium paſſuros, diſſimulato illius obitu, perſonam ejus aſſumpſit, donec filius Ninus adoleſceret, regnoque adminiſtrando, idoneus fieret. Juſtinus. Conon apud Photium Narrat. 9. tradit Semiramim non uxorem Nini ſed filiam fuiſſe. Ait præterea Juſtinus illam, concubitum cum à filio petiſſet, ab eodem interfectam. Conon vero longè aliter. Scribit enim cum imprudens & ignara cum filio coiiſſet, re cognitâ eidem nupſiſſe, & ex eo tempore licitum ſemper fuiſſe Perſis commiſceri matribus: Hæc tanto libidinis ardore æſtuaſſe dicitur, ut poſt mariti mortem, non admiſerit ſolum, ſed etiam provocaverit ad Venerem pleroſque ex ſuis militibus, qui formâ eſſent elegantiore, quos poſtea crudeliter necabat. Et quod omnium longè turpiſſimum eſt, equum ab eâ adamatum, uſque ad coitum, Juba teſtis eſt apud Plinium. Fuit & iracundiâ tam vehementi, ut ei circa cultum corporis occupatæ, quum nunciatum eſſet Babylonem defeciſſe, æſtuans alterâ parte incompta ad eam expugnandam cucurrerit. Juvenalis:

Quod nec in Aſſyria pharetrata Semiramis urbe,
Mæſta nec Actiacâ fecit Cleopatra carinâ.

Ovidius, Amor. 1.

Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe
Dicitur, & multis Lais amata procis.

Hæc *Rhea* dicebatur. Cedrenus: Ταύτην καὶ Ῥέαν ὠνόμασε, ὡς ἐν δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ καὶ ὑπερβάλλοντι φόβῳ ἅπαν ἀνθρώπων ἄρχουσ. Semiramis autem ſecundum nonnullos Aſcalonita fuit, quæ quarto loco apud Babyloniam annis 40. regnavit. Hæc anteceſſit militiâ, triumphis, divitiis, victoriis omnes mortales. Ipſam urbem Babylonem maximam ex oppido

fecit,

fecit, ut magis dici poſſit illam ædificaſſe, quam ampliaſſe. Vide *Babylon*. Cum expiravit, in columbam verſa eſt: ideo abſtinent Syri ab his avibus. Tibul. 1. 7.

Quid referam ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Capello quidem *Semiramis* non eſt *columba*; ſed Hebraicè *Semi-ram*, h. e. *nomen meum eſt altum*. At vero quia Heſychius ait: Σεμέαμις ἄθυσεφὲς ὄρεον Ἑλλωτιστὶ, ideo Bochartus vocem conflatam ex duabus Arabicis putat שר *Sera*, ſc. & חמם *hemam*, quarum illa *montem*, hæc *columbam* ſonat. Columbâ etiam vexillum Babyloniorum inſigniebatur teſte Diod. Siculo, quod inſinuat Hieremias cap. 25. exhortans Hieroſolymitanos, ut fugerent è facie iræ columbæ, i. e. Babyloniorum, quos columba, h. e. Semiramis, armorum ferociâ magis quam Ninus, inſtruxerat. Aquinas. Cavendum hic ait Voſſius Semiramim intelligas Nini uxorem. Nec enim Ninus uxorem ejus nominis habuit, vel ſi ſic dicta, alia ſaltem eſt, quæ ſic à Græcis celebratur, eaque annis junior amplius ille. Melius Græcis iſta norant Phœnices. Audiamus igitur Herennium Philonem Biblyenſem, ex quo ſic Stephanus, ubi de Babylone: Βαβυλὼν ἀνδρὸς σοφοῦ, παιδὸς Βήλε σοφωτάτε, ὃν ὡς Ἡρόδοτος ἀπὸ Σεμιράμιδος, παύτης γὰρ ὧν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο ὡς Ἐρέννιος, prout eum locum ex MSS. legi clariſſimo Salmaſio obſervatum.

Semones, ex illo Deorum numero, qui minorum gentium appellabantur, & ex hominibus relati in Deos: majores ſc. hominibus, minores Diis. Fulgentius de vocibus antiquis: *Semones dici voluerunt Deos, quos cœlo nec dignos adſcriberent ob meriti paupertatem: ſicut Priapus, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent per gratiæ venerationem.* Ovid. Faſt. 5.

Quærebam nonas Sanco Fidione referrem,
An tibi Semo pater.———

Ubi *Sancus* vel *Sanctus Semo* dicitur non tam proprio nomine quàm quod **commune** & aliis eſſet hujus generis Diis. Liv. lib. 8. *Bona Semoni Sanco conſuerunt conſecranda.* Vetus Poeta de Planetis apud Joſ. Scal. lib. 2. Lect. Auſon. cap. 19.

Terque die ternos puro de veſpere tollens
Semonis Dii completur circulus anno.

Ubi *Semo Deus* Mercurius eſt, uti interpretatur Scaliger dicto loco. Nota autem hic alteram in *Semonis* produci, quod contra naturam originis videtur. *Semones* enim qu. *Semihomines*, quod & Lipſio viſum Ant. Lect. 2. 18. Cæterùm media in *hominis* correpta eſt non producta. Sed vetuſtiſſimi Latinorum non *homo*, *hominis*, ſed *hemo*, *hemonis*, dicebant, ſecundâ productâ. Ennius apud Priſcianum lib. 6.

Volturis in ſilvis miſerum mandebat hemonem.

Ubi *Volturis* nominativus antiquus eſt. Feſtus: *hemona humona*; *hemonem hominem* dicebant.

Semus Eleus Grammaticus ſcripſit octo libros Deliados, libros duorum periodorum, unum de Paro, unum de Pergamo, item de Pæanibus. Suidas. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. p. 413.

Sempronius, De variis hujus nominis hominibus, vide Raph. Volateran. lib. 19.

Seneca, L. Annæus Seneca Philoſophus, Cordubenſis, patrem habuit M. Annæum Senecam ordinis equeſtris eruditiſſimum. Philoſophus de Beneficiis ſcripſit libros 7. de Irâ libros 3. de Clementiâ ad Neronem libros 2. de Vitâ beatâ, de Tranquillitate, & de Brevitate vitæ, & alia. Nam Declamationum libri ad patrem pertinent. De Philoſopho, & ejus eloquentiâ judicium habes Quinctiliani cap. 1. Aliorum ex obſervatione Gellii lib. 12. cap. 2. quibus reſpondit Lipſius, quem vide. Fuit quoque tertius *Seneca* Tragœdus, habenturque hodie 10. Tragœdiæ *Senecæ* nomen præ ſe ferentes, de quarum auctoribus diverſa eruditi tradunt. Porro *Senecam* dictum qu. canus natus ſit, Caſſiodorus tradit.

Senta Fauna, Pici regis filia, conjux Fauni fratris ſui, teſte Lactantio. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum vixit, præter virum ſuum mas viderit, nec nomen ejus audierit. Propter quod in operto mulieres illi ſacrificabant, & *Bonam Deam* nominabant. Veteres *Faunam* & *Fatuam* dixerunt.

Sentinus Augur, poeta Romæ natus, ſcripſit epigrammata, in quibus ſecutus eſt Val. Cat. & Licinium Calvum.

Septemtrioni unde nomen ſit, non convenit. Quidam volunt eſſe à *ſolo numero ſtellarum*, ut *triones* ſit ſupplementum. Alii malunt *triones* eſſe *boves*, ut apud Nævium: *Trionum hic moderator ruſticus.* Sanè in Philoxeni Gloſſis legas: *Triones*, βόες ἀροτῆρες. Eritque id nomen ab officio, qu. *teriones*, quia *ſolum terant*: vel qu. *terriones*, quia *terram arant, colantque*; vel qu. *ſtriones*, à *ſtriâ*, quam proſcindendo terram faciunt. Vide Varron. de LL. lib. 6. Feſtum in *Septemtriones*; Gellium lib. 2. cap. 21. Ovidius lib. 1. κῆ τμῆσιν.

———*Scythiam, ſeptemque triones*
Horrifer invadit Boreas.———

Virgil. Georg. lib. 3.

Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni
Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro,
Et pecudum fulvis velantur corpora ſetis.

L. *Septimuleius*, quanquam C. Gracchi familiaris, avaritiâ tamen ductus, caput ejus abſcindere, & per urbem pilo fixum geſtare non erubuit, quòd Conſul Opimius auro id ſe repenſurum edixiſſet. Sunt qui tradunt liquato plumbo, quo ponderoſius eſſet, caput expleviſſe. Hinc poſt id factum roganti Scævolam, ut ſe in Aſiam præfectum educeret. *Quid*, inquit ille, *tibi vis inſane? Tanta malorum eſt multitudo civium, ut tibi ego hoc confirmem, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias eſſe venturum.*

Seranus, cognomen cujuſdam Romani nobiliſſimi ſumptum à *ſero* pro *ſemino*, ſeu *planto*; quòd agrum cùm ſereret, abſens Dictator electus eſt. Plin.

Seraphim, i. e. *ardentes* vel *igniti*. Iſ. cap. 6. Angelorum nomen, qui à *claritate* & *aſpectûs ſplendore* ita vocantur, vel quia Dei mandata cum fervore & zelo exequuntur.

Serapio, terrarum orbem deſcripſit. Cic. lib. 2. ad Att. ep. 6. Is eſt Serapio Antiochenſis, eo enim ſcriptore uſum ſe profitetur Plinius in elencho ſcriptorum lib. 6. Alius eſt *Serapio* Aſcalonita, qui de interpretatione ſomniorum ſcripſit. Fulgent. lib. 6. Mytholog.

Serapion, Ælianus dictus, orator Alexandrinus, multa ſcripſit. Vide Suidam.

Serapion, nomen pictoris. Plin. 35. 10.

Serapion, Præſul Antiochenus ſub Commodo Imp. Hieronymus.

Serapion quidam pater decem mill. monachorum, quos omnes tempore meſſis pretio conducebat, ut ſuâ operâ juvaret pauperum laborem: vivebat ipſe pane & aquâ, unicâ veſte contentus. Sozom. 8. 1.

Serapion, qui ob elegantiam ingenii *Scholaſticus* meruit cognominari: ſcripſit contra Manichæos, laudatus ob fidei conſtantiam ſub Conſtantino Imp. Hieron.

Serapion, martyr Alexandrinus ſub Decio Imperat. An. Dom. 251.

Serapis, Ægypti Deus, olim Româ exactus Piſone & Gabinio conſulibus, cum Harpocrate & Iſide, dejectis aris, quòd turpium religionum, & novarum ſuperſtitionum ſeminarium forent; etſi Athenienſes eos olim in gratiam Ptolemæi receperint in urbem. Videtur Plutarcho, ſed nimis præcipiti conjecturâ, ſignificare *lætitiam*, quòd τὸ χαρμόσυνα, i. e. *hilaria* feſta Ægyptii appellent σαιρεὶ. Cum vero veteres per Serapin univerſam mundi molem, & ipſa rerum principia intelligerent, certatim eum templis magnificentiſſimis honeſtarunt, cujuſmodi Memphi & in Alexandriâ celebratur. At nunquam ea Ægyptii intra oppida admiſerunt cum Saturni templis, quòd velut pervigiles, excubitoreſque Deos in ſuburbiis ſuas habere voluerint ſedes, ut ita eſſent muniti validis illorum præſidiis adverſus hoſtium incurſus, ipſimet autem pro aris, focis, templis, & patrio ſolo perpetuo excubarent. Statua ejus in Ægypto proditur fuiſſe ejuſcemodi forma, ut Sol exoriens os & labra perſtringeret ſuo fulgore. Effigies ejus, quam ipſemet in Nicocreontis regis gratiam oraculo deſcripſit, rerum naturam omnem in ſe complectens, eſt hujuſcemodi.

Εἰμὶ θεὸς τοῖος δὲ μαθεῖν, ὃς κἀγὼ εἶπον·
Οὐρανὸς κόσμου κεφαλὴ, γαστὴρ δ' ἅλαδε γαῖα,
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' ἔκατ' ἐν αἰθέρι κεῖται·
Ὄμματα τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Ejus mem. Martialis lib. 10.

———*Nec quæ turba Serapin amat.*

Sic & Varro produxit. Sed Martianus Capella, qui & multa alia ſibi licere voluit corripuit verſu illo:

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Oſirim.

Aliqui *Sarapas* ſcribunt. Unde templum hujus Dei Σαραπεῖον à Strab. vocatur, quod miris laudibus ab Amm. Marcellino celebrari notat Caſaubonus in Strabonem. Nomen à Voſſio lib. 1. de Theol. Gentili cap. 29. ab *Apis* & שר *Sar*, i. e. *princeps*, vel שור, i. e. *bos* probabiliter deducitur; cum *Apidem*, qui formâ bovis celebatur, & *Oſiridem* agriculturæ inventorem habitum, idem cum *Sarapide* numen fuiſſe ibidem probetur. Jul. Firmicus ubi de Joſepho: *Hunc poſt mortem Ægyptii patrio gentis ſuæ inſtituto templa fecerunt, &c. nomen etiam, ut ſanctius coleretur ex primo autore generis accepit. Nam quia Saræ pronepos fuerat, &c. Seraphis dictus eſt Græco Sermone*, h. e. Σαρᾶς ἀπὸ. Alia vero origo nominis ab antiquis traditur. Clem. Strom. 1. ex Nymphodoro: ἢ Ἅπιν ἢ ταῦρον τελευτήσαντα εἰς σορὸν ἀποτεθεῖναι τοῦ ναοῦ τῷ πυμαδρὶ δαίμονι· κἀν τῷδε Σοφάπιν καλεῖσθαι καὶ Σάραπιν συμπεφυρμένου πως τοῦ ἐγχωρίου ὕστερον.

Aliorum

Aliorum opiniones recenſent Plut. de Iſide, Clem. in Protr. Ruffin. 2. Hiſt.

Serena, ex Hiſp. oriunda, uxor fuit Stiliconis, ſocrus Honorii Imp. qui Mariam filiam ipſius, uxorem duxit. Hujus *Serenæ* laudes eleganti carmine celebravit Claud.

Annæus *Serenus*, Præfectus Vigilum Neronis, fungis edendis interemptus. Plin. lib. 22. Senecæ amiciſſimus, ipſo teſtante epiſt. 64. cui & libros de Tranquillitate inſcripſit, monumentum amoris. Lipſ. ad Tac. An. 13.

Q. *Serenus* Sammonicus, carmine ſcripſit curationes morborum verſibus Heroicis & alia, ſicuti ex Ælio Spartiano in Caracalla, à quo occiſus fuit, in Opilio Macrino, cui ejus ſcripta familiariſſima fuere, colligitur. Charus fuit Severo, & Gordiano majori Impp. ut Lampridius in Severo, Capitolinus in Gordiano Juniore ſcribit, qui & filii, Gordiani illius præceptoris, & bibliothecæ præſtantiſſimæ meminit.

Sergius, Monachus, C P. hæreſeos Neſtorianæ ſectator, & fautor; Mahumetem impoſtorem & pſeudo-prophetam in Alcorano conficiendo & compilando juvit, eumque omnis ſummam impietatis docuit. Zon. tom. 3.

Sergius Galba, orationem apud Latinos exornavit miſerationibus, communibuſque locis uſus, & egreſſus à propoſitâ orandi causâ, ut delectaret animos, promoveret, remque augeret.

Serranus Attilius, Senator quidam Romanus, qui cum agrum coleret, evocatus propter virtutem, meruit dictaturam. Virgil. Æn. 6.

———*Parvóque potentem*
Fabricium, vel te ſulco Serrane ſerentem.

Manilius:

Serranos Curioſque dedit, faſceſque per arva
Tradidit, æque ſuo Dictator venit aratro.

Claud. Quarto Conſ.

Sordida Serranus flexit Dictator aratra.

Sertorius, Nurſiâ oriundus, partium Marianarum fuit unà cum Cinnâ: moderatiùs tamen ſe geſſit, quam alii; Sylla redeunte à bello Mithridatico, urbeque potito, ipſe quoque in Hiſp. aufugit, ubi brevi tempore ob virtutem ſibi gratiam earum gentium conciliavit; traditur per eum Hiſpanos diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Nam præter artem rei militaris abſtinentiſſimus etiam voluptatum, tum religioſus eſt habitus, ut cervam quandam ſecum in expeditionibus haberet ſequentem, quam Dianæ numen dicebat eſſe, ex eâque reſponſa accipere, reſque gerendas auſpicari. Quare dux Luſitanorum delectus, parvis copiis multas urbes ſubegit, ſed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos, variis cladibus adflixit. Primò enim Cottam navali prælio ſuperavit, Phidiam Hiſpaniæ prætorem cum duo millia civium Romanorum interfecit: Domitium proconſulem contrivit; poſtremò Trajanum à Metello miſſum cum toto exercitu delevit. Denique Pompeio fortiter reſiſtens, à Perpennâ ſocio belli & ejuſdem factionis per proditionem in cœnâ interfectus eſt. Vide Plut. *in Sertorio*. Lucanus lib. 2.

Quique feros movit Sertorius exul Iberos.

Servilius Hala, vel *Ahala*, mag. equitum, Labicanos, Æquoſque Dictator vicit, an. U. C. 338. Sp. Melium ob regni affectati ſuſpicionem interemit. Tandem cuſtoditæ libertatis exilio pœnas pependit. Val. Max. 5. 3. Cic. Orat. pro domo ſuâ dicit illum reſtitutum fuiſſe.

Seſoſtris, Ægyptiorum rex, Mœridis ſucceſſor, qui ſubactis maris Rubri accolis, alveum navigabilem conatus eſt ducere ex Nilo in mare Rubrum. Idem & Colchos ac Getas creditur ſubegiſſe, regioneſque omnes à ſe ſubactas trophæis inſigniviſſe; quorum aliquot ſe vidiſſe teſtatur Herodotus muliebri pudendo inſculpta. Hunc aliqui *Seſoſim*, nonnulli *Vexorem* vocant. Σεσόωστις ſanè à Diodoro paſſim appellatur, ſed & aliis quibuſdam ſic dicitur; aliquibus *Seſonchis*, vel *Seſonchoſis*. Vide Scholiaſten ad lib. 4. Apollonii Rhodii. Sed miror equidem quod Juſtinus dicat lib. 2. Scythas viciſſe *Seſoſin*, ſive *Seſoſtrim* & in regnum repuliſſe, cum Herodotus, Dicæarchus, Diodorus Siculus, & alii prodiderunt hunc Scythas ſubegiſſe, omniumque quas adierit gentium fuiſſe victorem. Trogum tamen ſecutus eſt Valerius Flaccus lib. 5. Arg.

———*Ut prima Seſoſtris*
Intulerit rex bella Getis, ut clade ſuorum
Territus hos Thebas, patriumque reducat ad amnem;
Phaſidis hos imponat agris, Colchoſque vocari
Imperet.———

Hic eo proceſſit inſolentiæ, ut reges ſorte ductos ſingulis annis ad currum jungeret, ut eâ inuſitatâ pompâ ſupra reges eſſe, atque adeo ſupra homines videretur. Cujus inſolentiæ planè inſanæ ac barbaræ mem. Diod. Sic. lib. 2. c. 1. Plin. 33. c. 2. De quo etiam Lucanus lib. 10.

Venit ad occaſum mundique extrema Seſoſtris,
Qui Pharios currus regum cervicibus egit.

Severiani, hæretici quidam, à Tatiano primùm propugnati, deinde à *Severo* aucti, qui matrimonio penitus abſtinendum prædicabant. Hieronym. Sophronius.

Severinus, vide *Boëtius*.

Severus, nomen Impp. 2. Romanorum, quorum primus Didio Juliano ſucceſſit, an. U. C. 947. Alter, Mammeæ fil. Heliogabali ſucceſſor, an. U. C. 974.

Severus Atilius, ad quem Lactantius ſcripſit duo epiſtolarum volumina, cujus mem. Hieronymus.

Sextius. Sen. Ep. 59. Sextium ecce cum maximè lego, virum acrem, Græcis verbis, Romanis moribus philoſophantem. Movit me imago ab illo poſita: ire quadrato agmine exercitum, ubi hoſtis ab omni parte ſuſpectus eſt, pugnæ paratum. Idem inquit ſapiens facere debet: omnes virtutes ſuas undique expandat, ut ubicunque infeſti aliquid oritur, illic parata præſidia ſint. Hæc ille. Qu. Sextius autem fuere pater & filius, uterque Philoſophiæ ſtudiis ſcriptiſque noti nominat & laudat ſæpe Seneca. Itemque Sueton. in V. Craſſitii: dimiſsâ repente ſchola tranſiit ad Q. Sextii ſectam. Sectam enim & ipſe fecit, aut potius illam Pythagoræ renovavit. Mem. ejus Plin. laudabili facto, & quale olim Democriti, in prævisâ olei caritate omne illud præſtinantis lib. 18. 28. Plut. de illo aliud memorabile habet lib. Quomodo ſentias te proficere; Quidam, inquit, relictâ Rep. & negotiis in medio Philoſophiæ curſu hærent, aut corruunt, ut Romanus ille Sextius, quem memorat, relictis honoribus & magiſtratibus causâ Philoſophiæ, cum rurſus angeret, & in principio ipſa doctrina offenderet, pene ex navi in mare ſe præcipitaſſe deſperabundum. Ad honores itaque natus fuit. Sen. ep. 98. Honores reppulit pater Sextius, qui ita natus, ut Remp. deberet capeſſere, latum clavum, Divo Julio dante non recepit. Laudationem ejus quoque habes apud Sen. juniorem Ep. 64.

Sibyllæ, variæ fuere, & numerantur à Clem. Alex. Varrone, aliiſque, de quarum nominibus poſteà videbimus. Unde vero *Sibyllæ* nomen provenerit, Græci ſuo more admodum nugantur. Quibuſdam qu. Σιὸς βουλὴ *Jovis conſilium* dici videtur, Laconum more. Σιὸς poſito pro Διὸς, ut *Sibylla* quidem tanquam θεοβόλη ſit dicta. Salmaſius diminutivum eſſe exiſtimat à Σίβη Σίβυλλα; ſicut ab Ἥρη ἥρυλλα à σικὸς σίκυλλα, de quo Heſychius. Quid autem ſi vox ſit Orientalis à סבל *ſabal*, *Sebula*, tanquam ſi *portatricem* dicas, ſive quæ habeat incolam Pythium, quales etiam fatidicæ fœminæ ἐγγαστρίμυθοι dicuntur. Antiquiſſima certe Sibylla *Sambethe*, quæ *Chaldæa* aliis, aliis *Hebræa*, dicebatur *Saba*, unde Bacchus quoque oriundus eſt. Ab hâc, ut loquitur Hermeas philoſophus, omnes mulieres ἡ μαντικὸν ἐκ θεοῦ βίον dictæ fuere *Sibyllæ*. Cæterùm *Sibyllæ* decem numero fuiſſe perhibentur. *Prima* ex Perſiâ oriundâ, *Sambethe* dicta, cujus mem. Nicanor, qui res geſtas Alex. Max. deſcripſit. Huic tribuuntur vaticinia de Chriſto, de regnorum mutationibus. *Secunda*, *Libyca*, cujus Euripides mem. in Lamiæ prologo, eique adſcribuntur vaticinia de Chriſti miraculis, quod ſurdi auditum, cæſi viſum, claudi inceſſum receperint, mortui quoque fuerint revocati in vitam. *Tertia*, *Delphica*, cujus mentionem fecit Chryſippus eo libro quem de divinatione in lucem dedit, & in Annalibus ſuis, nominavit Piſo. Creditur vixiſſe ante bellum Trojanum, adeoque Delphis nata. Alio nomine *Arthemis* audit. Nonnulli eandem eſſe volunt *Delphicam*, Erythræam, Siculam, Samiam, Rhodiam, quòd his in locis frequenter verſata ſit, ſed proprium ejus nomen fuiſſe Herophilen. Cum eſſet adoleſcentula adhuc νεώκορος egit in templo Apollinis τοῦ Σμινθίως, ut Peucerus notat, & ſomnia quæ in Hecates templo excubantibus objiciebantur, explanavit. Dicitur & Delphis ſaxum quoddam conſcendiſſe, atque inde μαινομένῳ, ᾠδὴ ἐκ Διὸς κράτος oracula proclamaſſe, cui quidem inde ſaxi *Herophilei* appellatio inhæſit. In Troade tandem non procul ab Idâ monte in nemore τοῦ Σμινθίως eam ſepultam, ex epitaphio columnæ lapideæ inciſo obſervatum tandem ſcribit Pauſanias. Celebratur ejus vaticinium de colaphis Chriſto Domino impingendis in paſſione, de ſputis, de felle & aceto in potum dando, creditur que Homerus plurimos ex ejus verſibus operi ſuo inſeruiſſe. *Quarta*, *Cumæa*, cujus mem. Nævius, teſte Varrone, in libris belli Punici, ſicut & Piſo in Annalibus. Hanc refert Lactantius ex Varrone, novem oraculorum volumina obtuliſſe Tarquinio Priſco, & pro eis poſtulaſſe Philippicos trecentos, quos cum Rex, Pretii magnitudine deterritus, ſolvere recuſaſſet, crematis tribus reliqua eam retuliſſe ad regem poſtulato eodem pretio, tum vero multo magis exiſtimaſſe regem inſanire mulierem, ideoque rurſus alia tria volumina ultricibus dediſſe flammis, & nihilominus in pretio perſtitiſſe; tandem vero admiratione ductum Tarquinium inſpectos libros reſiduos trecentis illis aureis ſibi retinuiſſe, & arcæ lapideæ incluſiſſe in templo, Jovis Capitolini

pitolini ſepoſitos & aſſervatos ad Corn. uſque Syllam, quo tempore Capitolium ſimul cum illis flagravit. Suetonius vero vult uſque ad Auguſtum manſiſſe incolumes hos libros, & ſub baſi Palatini Apollinis, cum Martiorum vatum & Bagoes Nymphæ carminibus conditos ſtetiſſe, eundemque Monarchain Sibyllinorum librorum habuiſſe delectum, exuſtis illis, qui nothi videbantur, reſervatis genuinis. Meminit hujus & Martyr Juſtinus in Gentium admonitorio, ubi dicit eam vaticinatam de Salvatoris adventu, & ejus operibus. *Quinta, Erythræa*, quam ſuam vocat civem Apollodorus Erythræus, Dionyſius vero *Nympham* fatidicam lib. 1. Eſt autem *Erythra* Ioniæ urbs maritima Ptolemæo, quæ Stephano etiam Κυνοσπολις dicitur. Eam ferunt vaticinatam Græcis, eſſe perituram Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum. Conſt. Magnus Imp. in oratione quam Euſeb. libris de vitâ Conſtantini à ſe editis adjunxit, recitat hujus oraculum de adventu Chriſti, ſed dubiâ profectò fide, initialibus carminum literis præ ſe ferentibus hæc verba: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. Aſſerit idem M. Tullium Ciceronem Sibyllinam hanc Acroſtichidem carminibus Latinis incluſiſſe. Interim ſcribit Auguſt. lib. 18. de C. D. cap. 23. eandem ſe Acroſtichidem legiſſe inter Græca Erythrææ carmina, quæ ipſi exhibuit Flaccianus Africæ Proconſul. *Sexta* Sibylla, *Samia* fuit, de quâ mentionem facit Eratoſthenes in Annalibus. Illi cognomen fuit, Φυτω, diciturque vaticinata de Chriſto inſidente Aſello, & Hieroſolymam ingreſſo. *Septima, Cumana*, proprio nomine *Amalthæa, Erophyle*, & *Demophile*, quam aliqui cum *Cumæâ* eandem faciunt. Celebrantur ejus verſus, quibus per numeros exprimitur nomen Jeſu. *Octava, Helleſpontiaca*, nata in agro Trojano, vico Marmiſſâ, quam ſcripſit Heraclides Cyri temporibus fuiſſe. Illi defertur vaticinium de Chriſti doctrinâ, quodque legem completurus eſſet, non violaturus. *Nona, Phrygia*, quæ Ancyræ vaticinata eſt cum de aliis rebus, tum de morte Chriſti, ſcindendum eſſe tum templi velum, medio die ſuborituras tenebras, ipſumque adeo triduano ſomnio fata mortalia peracturum. *Decima, Tiburtina*, Tibure oriunda quod eſt op. Italiæ. Nomine proprio *Albunea* dicebatur, quam ut Deam coluerunt Tiburtini, juxta Anienis ripas. Hæc Chriſti reſurrectionem, aſſumptionemque prædixiſſe legitur. In foliis ſcribebant hæ Sibyllæ. Virg. Æn. 6.

——— *Foliis tantum ne carmina manda.*

Juv. Sat. 8. *Credita me vobis folium recitare Sibyllæ.*

De Sibyllinis oraculis optimè Voſſ. de Poet. Gr. cap. 1. Plura de Sibyllis lege apud Onufrium Panvinium, Blondellum, Caſaub. Exerc. 1. contra Baronium Sect. 10. cap. 11. Eraſmum Smidhium Diſſert. de Sibyllis, Barthium adverſar. l. 9. c. 11. præcipuè vero Montacutium Appar. 3. Vide *Diſquiſitionem de Sibyllis, earumdemque ſcriptis*, linguâ Anglicanâ. Præſertim conſule Cl. H. Voſſium in l. *De oraculis Sibyllinis*

Sichæus, fil. Pliſthenis Phœnicis, ſacerdos Herculis, maritus Didûs, Phœnicum omnium locupletiſſimus, quem ejus theſauris inhians Pygmalion, uxoris ejus frater, ſacrificiis intentum interfecit. Virg. Æn. 1.

Huic conjux Sichæus erat, ditiſſimus agri
Phœnicum. ———

Juſtinus: *Sichæo magnæ, ſed diſſimulatæ opes erant, aurumque metu regis, non tectis ſed terræ crediderat, quam rem etſi homines ignorabant, fama tamen loquebatur.* Item *Sichæus* adjectivum. Virgil. Æn. 4.

Non ſervata fides cineri promiſſa Sichæo.

Sicinius Dentatus, ſtrenuus bellator, ob ingentem fortitudinem *Achilles Romanus* appellatus, pugnaſſe dicitur 120. prœliis, cicatricem averſam nullam, adverſas 45. tuliſſe. Coronis aureis 8. donatus eſt. Triumphavit cum Impp. ſuis triumphis 9. Gell. 2. 12. Plin. 7. 38. 22. 5.

Sidero, Peliæ ac Nelei noverca. Apollodorus l. 1. τελευτήσαντες δὲ ἀνεγνώσθησαν ὑπὸ μητρὸς καὶ ὑπὸ μητρυιᾶς Σιδήρου. Quem locum emendavit Meziriacus, comment. in Epiſt. Ovidii. Legendum enim oſtendit Σιδηρῶ, nomen mulieris proprium.

Philippus *Sidneius*, Eques Anglus, Reg. Eliſab. inter paucos charus, ob literaturam politiſſimam virtutemque militarem inter nobiles hujus regni præcellens, ac apud exteros quoſque eruditos eo nomine clarus. Hiſtoriolam ſcripſit fictitiam (Romanticam vocant) vernaculo idiomate ſatis terſam, quam quia Cognatæ Penbrochiæ Comitiſſæ dicavit, titulo *The Counteſs of Pembroke's Arcadia*, inſignitur. Vliſſingo præfectus fuit ac tandem ad Zutphaniam lethali vulnere accepto, Arnhemii obiit, ſummo cum ſuorum omnium luctu.

Caius Sollius *Sidonius* Apollinaris, patre nobili ortus ſub Theodoſio juniore, ſcripſit plurima oratione tam proſa quam adſtricta, ſed quæ ob verba inuſitata & phraſin duram apud criticos malè audiunt. Eorum optima editio Doctiſſ. Sirmondo accurante & illuſtrante Pariſiis prodiit. Is poſt provincias multas fideliter adminiſtratas & munia ſummæ difficultatis ſtrenue functa ſedem Epiſcopalem Claromontis in Arvernâ adeptus eſt, obiitque A. C. 484.

Sigalion, ſimulachrum apud Ægyptios in ſacris Iſidis & Serapidis quod digito labiis impreſſo ſilentium imperare videbatur: unde & nomen accepit ἀπὸ τῦ σιγᾶν quod eſt *ſilere*. Alio nomine *Harpocratem* appellabant. Vide *Harpocrates*.

Sigbritta, Mulierecula à Belgio paupertatis ergò profuga, propter filiæ quam ſecum adduxit, formam, in aulam regiam Daniæ recepta, cujus illecebris Rex infelix implicitus, omnia ſecundum ejus conſilia moderatur, donec à proceribus eapropter contemptus & exoſus demum regno pulſus eſt.

Sigebertus, ſub hoc nomine tres memorantur reges Auſtraſiæ, de quibus vide ſis Hiſtorias ſexti ac ſeptimi ſeculorum. Alius erat Monachus Gemblacenſis, qui Chronicon aliáque ſcripſit, in quibus laudabili παῤῥησίᾳ nedum in Pontifices ipſos uti haud veritus eſt, ſi ita res poſtulavit. Ob. 1112.

Sigiſmundus, Romanorum Imperator, &c. cujus tempp. Concilia Conſtantienſe & Baſileenſe celebrata ſunt; Huſſitarum ſchiſma dum totis viribus tollere nititur à Ziſca duce fortiſſimo Bohemorum fugatur. In bello ſemper malâ fortunâ uſus eſt, ut & in conjugio, impudiciſſimam enim duxit uxorem. Plures ſunt hujus nomine viri inſignes, Reges ſc. tres Bohemiæ, Principes aliique.

Silanus, Claudii Principis gener, qui ereptâ ſibi Octaviâ, dataque Neroni præ dolore gladio proprio ſe trans fixit, idque die nuptiarum ad augendam invidiam. Tacit. Annal. 12.

Silanus, Titi Manlii Pontificis fil. qui à patre repudiatus, quòd pecuniam recepiſſet à Macedonibus, dolore animi ſe ſuſpendit nocte ſequenti: cujus exequiis neque pater interfuit, neque ſuadentibus, ut adeſſet, auſcultavit. Val. Max. de Severitate.

Silenus, hiſtoricus, Dionyſio Haliearnaſſ. lib. 1. celebratus. Calatianum fuiſſe, deque rebus Siculis ſcripſiſſe teſtatur Athenæus lib. 12. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 414.

Silenus, Bacchi nutritius & pædagogus, ſemper aſino vehi ſolitus: quem Aratus in gratiam alumni inter ſidera tranſlatum dicit. *Silenos* vero provectioris ætatis Satyros dici affirmat Pauſanias, quos ebrios, ut plurimùm fingunt. Unde *jacentem* inducit Virgilius, &

Heſterno inflatum venas (ut ſemper) Iaccho.

Ovid. Met. 4.

Quique ſenex ferulâ titubantes ebrius artus
Suſtinet, & pando non fortiter hæret aſello.

Ad hanc rem pertinet fictio, quam infert Julianus Imp. in Sermone de Cæſar. ubi Silenum vocat Bacchi θρέπτα καὶ παιδαγωγὸν *nutritorem & inſtitutorem*. Inde Nicander Alexipharm. Σιληνοὶ κερασῖο Διωνύσοιο πθηκοί· & Bacchus ipſe ſæpe Silenum vocat πατρίδιον *paterculum*; & iterum Silenus dicit γέρων Σάτυρε. Lucianus in Deorum cœtu loquens de Sileno, Ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς καὶ ῥῖνα. In Ovidio quoque ubi Silenus cadit ex aſello ab Satyris reliquis pater vocatur:

Ebrius ecce ſenex pando delapſus Aſello,
Clamarunt Satyri, ſurge age, ſurge pater.

Ex Faſtorum tertio:

Concurrunt Satyri, turgentiaque ora parentis
Rident, percuſſo claudicat ille genu.

Seneca in Oedipo illum vocat *ſenem* quoque. Huc pertinet hiſtoria Pauſaniæ in Atticis de fonte Midæ: Ταύτῃ οἶνῳ κεράσαι Μίδαν φασὶ δεῖ καὶ θηρᾶν τὸν Σιληνόν. Idem lib. 6. narrat, templum dicatum Sileno, in quo ἡ Μίδου οἶνον ἐν ἐπποτάμαι ἀυτῷ δίδωσι. Julianus quoque ubi ſupra Neptunum inducit, dantem Sileno vites & objicientem illi ebrietatem. Ibidem Silenus vineas vocat συγατέρας, *filias*. Hic, ſicut Proteus, niſi vinctus, nunquam vaticinabatur. Maximus enim Tyrius Serm. 30. ait Silenum ebrium, & vinculis conſtrictum multa prædixiſſe Midæ. Ideoque Virgilius Eclog. 6.

Aggreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo
Luſerat) injiciunt ipſis ex vincula ſertis.

Ovidius quoque Met. 11.

At Silenus abem, titubantem anniſque meroque
Ruricolæ capere Phryges, vinctumque coronis
Ad Regem duxere Midam.

Plutarchus in conſolatione ad Apollonium: τῦτο δ' ἔφησεν Ἀριστοτέλης, καὶ ὁ Σιληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἐπερωτᾶσθαι. Phurnutus nomen habere vult ἀπὸ τῦ σιλλαίνειν, quod eſt *proſcindere convitiis*. *Quare Syllorum* libri dicti, quibus ut Scepticus, Dogmaticos omnes maledictis proſcindebat. Sed Ariſtophanis Interpres à voce σίνομαι, quæ *penem* ſig. deducit. Lucianus quoque in Deorum concione cum his verbis deſcribit. Ὁδὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς καὶ ῥῖνα ὅπ' ὄνυ χῃ πολλὰ ἀχέμβυθον. Apud Platonem vero in Alcibiade *Sileni* nihil ſunt, niſi ſectiles imagunculæ ita concinnatæ, ut deduci & explicari poſſent: At clauſæ ridiculam tibicinis ſpeciem oſtentabant: apertæ venerabile numen exferebant. Itaque his comparat Socratem Alcibiades, quod longè alius intrinſecus eſſet,

intrinsecus esset, quam intrinsecus videri queat. Vide Voss. de Idolol. lib. 1. cap. 21. Sileni fabula unde sumpserit originem, non nisi gravatè refert doctissimus Bochartus nempe ex prophetiâ de *Silo*, qui Christus est, horrendum in modum detortâ. Quod quasi per nebulam cum viderit Justinus M. hanc ipsam prophetiam scripsit Dæmones ad Bacchum retulisse, & in ejus mysteriis ὄνον *asinum* recensuisse: Hoc ille duobus locis; semel in posteriore Apolog. pro Christianis, & rursus in Dialogo cum Tryphone Judæo, ubi mirâ metamorphosi ὄνον in οἶνον librarii mutarunt. Jam vero ut res expendatur accuratius. 1. Ut ex שיר *Sir*, i. e. *cantico*, Phœnices שירן *Siran*, & Græci fecere *Sirenes*; ita ex שילה *Silo*, vel שיל *Sil* ab illis שילן *Silan*, ab his *Silenus* dictus. 2. Et quia de *Silo* dicitur, illius erit *doctrina populorum*, vel *congregatio docendi causâ*. Silenum aiunt fuisse valde doctum, & Bacchi εἰσηγητὴν, ἢ διδάσκαλον ἅπαντα καλλίστων ἐπιτηδευμάτων. In Ælian, Silenus de altero orbe mira narrat; in Plutarcho, de morte agit, in Virgilio de principiis rerum differit. 3. Additur sive de Christo, sive de Judâ, ut quidam volunt: *Ligans ad vitem asellum suum, & ad generosam vitem pullum asinæ*: Inde Silenus est ἐπὶ ὄγε τὰ πολλὰ ὀχέυων, uti loquitur Lucianus. 4. Tale est quod calcandis uvis ideo Silenum addicunt, quia sequitur in prophetiâ, sive benedictione Jacobi; *Lavat in vino vestimentum suum, & in sanguine uvarum operimentum suum, instar calcantium in torculari*, ut explicatur in Esaiâ 5. Sed nihil tam impium quam quod Silenum semper ebrium esse fingunt, uti suprà ostendimus; quia statim additur, *rubent illi oculi ex vino*, ac si eodem id sensu dicatur, quo à Solomone, Prov. 23. 29, 30. *Cui rubor oculorum?* iis qui vino immorantur. 6. Sileno denique pro cibo apud Euripidem in Cyclope: Καὶ τυρὸς ὀπὸς ἔξει, κ᾽ βοὸς γάλα. Coagulatus caseus est, & lac bovis; quia prophetia finitur hâc clausulâ; *Dentes ejus ex lacte albescent*. Nihil poterat Diabolus fœdiùs comminisci, ut sanctissima religionis nostræ mysteria profanaret; & impiorum hominum cavillis exponeret.

Silii, videntur à *Silo* quodam, i. e. aduncum nasum habente, nomen sortiti. Fuit horum familia plebeia quidem primò, postea vero nobilis & honorata, maximè circa Augusti tempora, cum etiam ad Consulatum ascendit: nam antea quæsturis, & præturis contenta subsitit.

Silius Italicus, poeta præstantissimus ex Hisp. oriundus, Romæ natus est & educatus, gratissimus Domitiano Imp. cujus favore ad tertium Consulatum perductus est, Virgilii natalem quotannis celebrabat, septuagenarius seipsum interfecit dolore cujusdam clavi insanabilis. Petronius Crinitus.

Silli, Græcè dicuntur maledica & Satyrica carmina, atque inter Poesin à Polluce recensentur lib. 4. Hesychius: Σίλλος· ἔμμετρον σκῶμμα. Eust. in 2. Iliad. ait à veteribus Criticis notatum esse, eo genere carminis primum usum esse Homerum in describendo Thersite, & ubi Thersites reges irridet. Esse autem Sillos genus poesis Comicæ, quâ qui utuntur Sillographos dici. Et Julianus in tractatu Quomodo *Cynicè sit Philosophandum*, ait Archilochum ideo fabulas caminibus suis miscuisse, ut Poeta non autem Sillographus haberetur. Inter Sillorum Poetas numeratur à Strab. lib. 14. Xenophanes Colophonius Physicus. Sed omnium celeberrimus fuit Timon Phliasius, qui tribus libris omnes Dogmaticos laceravit, ut ait Sextus lib. 1. Hypotypus & Diogenes Laertii F. In eo autem opere Timon parodiâ frequenter usus est, translatis ex Homero versibus, atque Hemistichiis e. g. de Ctesibio Menedemi Discipulo dicit in Sillis:

Δειπνομανὴς, νεκρῷ ὅμματ᾽ ἔχων, κραδίλιν δ᾽ ἀκύλιστον.

Qui versus ex Hom. per parodiam translatus est:

Οἰνοβαρὴς, κυνὸς ὅμματ᾽ ἔχων, κραδίλιν δ᾽ ἐλαφρὸν.

Abronius *Silo*, ejus nomine Poetæ duo fuerunt extremis Augusti temporibus. Vide Vossium de Poetis Lat. pag. 37. & 38.

Silo Poppædius, celeberrimus Italiæ dux, uti vocatur Velleio libro altero, cap. 16. Ubi *Pompedius* reponit Vossius, ex Diodoro, ac Orosio. Apud Appianum est Πομπήδιος leviculo errore pro Πομπαίδιος, aut Πομπήδιος; ita enim aliquos scribere video; in his Josephum Ant. 19. 1. ubi tamen non hunc, sed alium posteriorem nominat. Dio quoque lib. 48. Antonii ducem quendam Οὐππήδιον Σιλῶνα vocat, sed leg. Πομπήδιον. Apud Sen. patrem Declamator quidam mendosè *Pompeius Silo* vocatur: ac ita quoque hujus nomen corruptum apud Obsequentem. Plutarcho in Apophth. hic Πόμπων, in Mario Πόμπιος dicitur; utrobique scribendum Πομπήδιος, aut potius Πομπαίδιος; ut apud eundem in Catone minore. In hunc modum Florus, Livii Epitomator, aliique restituendi. Is. Vossius.

Silvanus, Magister peditum per Gallias. Invitus Coloniæ Augustus appellatus est, sed legionum, à quibus præsidium speraverat, tumultu, post dies viginti octo trucidatus est. Fuit ingenio blandissimus, & quanquam barbaro parente natus, tamen institutione Romana satis cultus & patiens. Sext. Aur. Vict.

Simætha, meretrix insignis, cujus raptus ab Atticis quibusdam juvenibus causa extitit belli Peloponnesiaci.

Simeon, Cleophæ fil. & 2. Hierosolymorum Episcopus, & per martyrium carnis vinculis resolutus. Nam à quibusdam hæreticis accusatus fuit tanquam Christianus, & multis suppliciis afflictus per multos dies, ita ut etiam judex ipse cum amicis suis de ejus patientiâ miraretur, & ad ultimum juberet eum simili, quem Dominus, pertulit, passione, vitam finire. Vide Euseb. lib. 3. cap. 22.

Similis, ex quâ familiâ prognatus incertum est; floruit autem sub Adriano principe, cæteros illius præfectos ætate & honore antecedens. Centurio cum esset vocatus in consilium ante præfectos: *Turpe est* (inquit) *O Cæsar, te cum Centurione disserere, præfectos vero non admitti*. Præfecturam demum invitus accepit, quam tandem deposuit, vocatione datâ. Vixque dimissus in agro 7. annis, quod reliquum vitæ fuit, in otio & quiete exegit, atque hæc moriens sepulchro inscribi jussit: *Similis hic jacet, cujus ætas quidem multorum annorum fuit, septem tamen duntaxat annis vixit*. Dio Cassius in Adriano.

Josias *Simlerus*, Theologus Tigurinus, doctus juxtà ac pius; plurima scripsit Theologica, præter libros 2. de Rep. Helvetiorum. Ob. A C. 1576.

Simmias, philosophus Thebanus, scripsit dialogos 25. qui ordine à Diogene Laertio commemorantur.

Simmias, Orbis universi periplum composuit, ut cognoscimus ex epitome undecim librorum Artemidori Ephesii. *Simmius* Rhodius Poeta, cujus Poematia, Ὠον, περιρύμιον, πέλεκυς, & secundum nonnullos Σύριγξ & Βωμὸς etiamnum supersunt, mendis tamen obruta donec à Scaligero juniore emendata & à Cl. Salmasio notis illustrata prodiere: de quo Voss. de Poetis Græcis pag. 59, 60. Vide eum quoque Hist. Gr. pag. 429.

Simmias, Juvenis Philotæ Macedoni amicus, Alexandro de conjuratione insimulatus, sed innocentiam suam tuetur. Q. Curt. lib. 7.

Simoisius, vir Trojanus, sic dictus quòd ad ripas *Simoentis* fluminis sit natus. Is ætate florens, nec dum uxorem sortitus, ab Ajace Telamonio interfectus est. Rationem reddit Homerus, Ilid. 4.

Τέκτονά μιν κάλεον Σιμοείσιον, ὃν τοκεῦσι
Θρεπτὰ φίλοις ἀπέδωκα, μινυνθαδίῳ ἐπὶ οἰκῳ.

Simon, magus quidam, sive impostor, qui à Petro Spiritûs Sancti gratiam mercari volebat (unde *Simoniæ* nomen inditum) Act. 8. De quo plura vide apud Eusebium. Grotius in illud 2 Thess. 2. ὁ ἄνομος.] convenit optimè Simoni, inquit, quem scelestum dixit Clem. Romanus, δύσφημον στόμα impurum os Cyrillus. Sive primò dogma ejus respicias, quod ἀσεβὲς καὶ πλάνον vocat Justin. Apologetico priore, & propter quod Simon Princeps impiissimæ scientiæ Irenæo dicitur, Philastrio autem sceleratam & perniciosam hæresin seminasse, sive secundò facta ipsius, etiam effatu turpia αἰσχυντηλὰς καὶ ἀῤῥητοποιὰς, ut Eusebius ait, μυσήρια αἰσχύντης *mysteria turpitudinis*, ut loquitur Epiphanius. Libidinosè vivere mysticos sacerdotes dixit Irenæus. Docebat detestandam turpitudinem indifferenter utendo fœminis, ait Augustinus. Theodoretus: *Qui ejus sectæ sunt*, se audacter omni libidini &. intemperantiæ dedebant. Ob hæc merito Cyrillo Simon dicitur ὁ θεῖος τῶν κακίας δράκων primus malitiæ Draco. Hic Ecclesiam vehementer perturbavit, ut apud Clementem est. Deceperat multos, ut Justinus ait Apologetico 2. & ex eo Augustinus. Ita ut statua ei tanquam Deo Romæ poneretur, memorante eodem Justino, Irenæo aliisque. Multos in stuporem coegerat, ait Irenæus, & omnes qui adulterant veritatem, ejus successores vocat. Idem ad id quod sequitur Κατ᾽ ἐνεργείαν τοῦ Σατανᾶ] Efficaciter per ipsum ut olim per Jannem & Jambrem agente non Deo, sed Satanâ. Just. M. Apol. 2. de Simone διὰ τῶν ἀπ᾽ ἐνεργούντων πάσης δυνάμεις πρόπους Μαγικὰς. Mox de eodem & Menandro, οἱ κ᾽ φυσικὰς δυνάμεις ποιήσαντες πολλὰς ἐξηπάτησε. Iren. de Simonianis. Amatoria quoque & agogima, & quæ dicuntur Paredri & Oniropompi & quæ sunt alia pererga apud eos studiosè exercentur. Tertullian. de Idololatriâ, Magia in Simone punita. Item de præscr. Hæret. Simoniani autem magiæ disciplina Angelis serviens, utque & ipsa inter Idololatrias deputabatur, & à Petro Apostolo in ipso Simone damnabatur. Fidentem Diis falsis ait Arnobius. Cyrillus: ἐπαγγελλομένῳ τῷ Σίμωνι μετεωρίζεσθαι ἐπ᾽ ὄχεσιν κ᾽ ἐπ᾽ ὀχήματος δαιμόνων ἐπ᾽ ἀέρος φερομένῳ. Theodoretus; omni incantationum & præstigiarum genere utebatur. Epiphanius: Ἐφαντασίαζε τὸ ἡλιῶ-

τῆ Σαμαρειτῶν μαγγανείᾳ, h. e. Samaritarum gentem magicis artib. decipiebat. Sulpitius Severus de Simone: *qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suffultus dæmonibus evolasset.* Auguſtinus, *Hic magicis fallacibus deceperat multos.* Ambroſius in 7. ad Rom. Neque ſi virtus ab aliquo facta fuerit, ſicut dicitur facta à Sim. Mago, qui dicitur in aera ſurſum ut populo Chriſti ſcandalo eſſet, volaſſe, fidem noſtram debebit minuere. Denique ad illud: ἓν ὁ Κύριος ἀναλόσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, Apoſtoli ſunt os Chriſti Mat. 10. 19. Et quæ faciunt Chriſti faciunt nomine. Act. 3. 6. 16. 4. 10. 30. Arnob. l. 2. de Romanis loquens, *Viderant enim curſum Simonis Magi & quadrigas igneas Petri ore diffiatas,* (en ipſa ferme Pauli verba) *& nominato Chriſto evanuiſſe.* Euſeb. ὑπεμίμησαντος αὐτοῖς τῶν θείων λόγων ἡ μὲν τοῦ Σιμωνος ἀπίστου καὶ φαρμακικὴ ἐξ οὐρανοῦ τοῦ ἀνδρὸς καταπέλτου δίκαιος. Cyrillus ex promtio Chriſti precum telo dejectum ait Philaſtrius: *Devictum oratione Petri Apoſtoli, atque percuſſum ab Angelo,* Auguſt. de Hæreſibus. *In qua urbe Beatus Apoſtolus Petrus eum verâ omnipotentis Dei virtute extinxit.* Palladius in Vita Chriſ. *Indignatus ad hæc ille qui comprehendit ſapientes in aſtutiâ ſuâ, per os Petri locutus eſt.* Maximus Taurinenſis de Petro: *Etiam Magum illum Simonem orationibus ſuis de aeris vacuo præcipiti ruinâ proſtraverat.* Atqui B. Aug. Ep. 86. Caſulano, eſt quidem & hæc opinio plurimorum, quamvis eam perhibeant eſſe falſam plerique Romani. Alibi vero *Græcam fabulam,* vocat. Item nomen Apoſtoli, Matt. 10. Item alius qui dicitur Cyrenaicus, & poſt Chriſtum crucem coactus bajulavit. Plures *Simones* legunrur in N. Teſtamento, ut *Simon Petrus.* Mat. 10. 2. *Simon Cananites.* Mat. 13. 4. *Simon lepreſus,* Mat. 26. 4. *Simon* Judæ Iſcariotis pater Jo. 13. 2. *Simon Cyrenæus* Luc. 23. 26. *Simon coriarius.* Act. 9. 43. *Simon Zelotes.* Act. 1. 13. *Simon Niger.* Act. 13. 1.

Simon, Athenienſ. philoſophus, Socratis diſcipulus, ſcripſit dialogos 34. Alius fuit qui ſcripſit de arte rhetoricâ. Alius medicus, alius ſculptor. Diog. Laert.

Simon Magneſius, muſicus egregius, qui & ipſe ſuperiorum muſicorum more correpto, *Simodiam* introduxit, quemadmodum etiam & *Lyſis Lyſodiam.* Strabo, lib. 14.

Simon, vel *Symeon,* cogn. *Metaphraſtes,* i. e. *interpres,* ludi Magiſter CP. ut quidam volunt. Compoſuit Græcè Sanctorum vitas, quæ habentur in Bibliothecâ Vaticanâ. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 25.

Simonides, Ceus, Poeta melicus, primus memorandi artem inveniſſe fertur. Cum enim cœnaret in Theſſaliâ apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, cecinisſetque id carmen quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi causâ poetarum more in Caſtorem & Pollucem ſcripta fuiſſent, nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidium jus ei, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum; reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æque laudaſſet, peteret, ſi ei videretur. Paulo poſt eſſe fertur nunciatum Simonidi, ut prodiret, juvenes ſtare ad januam duos quoſdam qui eum magnoperè evocarent, ſurrexiſſe illum ipſum, prodiiſſe, vidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe: eâ ruinâ ipſum oppreſſum cum ſuis interiiſſe: quos cum humare vellent ſui, neque poſſent obtritos innoteſcere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quòd meminiſſet, quo eorum loco quiſque accubuiſſet, demonſtrator uniuſcujuſque ſepeliendi fuiſſe. Hâc tum re admonitus inveniſſe fertur, ordinem eſſe maxime, qui memoriæ lumen adferret. Plin. 7. 24. *Ars poſtremo ejus rei* (memoriæ ſcilicet) *facta, & inventa eſt à Simonide Melico, conſummata Metrodoro Scephio, ut nihil non iiſdem verbis redderetur auditum.* Unde jactatum hoc diſtichon.

Μνήμων ὁ πρὶν ὄνομ Σιμωνίδη ἐσοφίζεν
Οὐδάκοντα ἔτι, πρὶν Λεωκορεπίς.

Cicero: *Simonides à tyranno Hierone rogatus, quid, aut qualis, eſſet Deus, deliberandi causâ ſibi unum diem poſtulavit: cum idem ab eo poſtridie rogaretur, biduum petiit; cum verò ſæpius duplicaret numerum dierum, admiratuſque Hiero quæreret, cur ita faceret: quia quanto, inquit, diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior.* Excelluit Simonides in ciendâ commiſeratione, teſte Quintiliano, ac Dionyſio Halicarnaſſenſi. Unde Catullus:

Paulum quidlibet adlocutionis
Mœſtius lacrymis Simonideis.

Horat. lib. 2. Od. 1.

Sed ne relictis Muſa procax jocis
Ceæ retractes munera næniæ.

Ubi *næniæ* eſt carmen lugubre: *Ceæ* vero ſive *Ceiæ,* ut Theocr. Idyll. 17. Κῆϊος dicit, idem eſt ac *Simonideæ.* Eſt vero hic Simonides, qui cum 16. literis vetuſtis 4. adjeciſſet Palamedes Θ, Ζ, Φ, Χ, quatuor alias adjunxit, duas longas H, & Ω, & duas duplices Ξ, & Ψ. Quanquam de iſto nec ſatis conſentiant veteres; vel ſaltem diſſentiant codices, librariorum fortaſſe culpâ. Vide Plin. Marium Victorinum, & Suidam. De avaritiâ ejus Æliaſius ποικιλ. 8. 2. Quo nomine eum & Pindarus Iſthm. Od. 2. quòd primus Muſam ἐργάτιν, h. e. *mercenariam* effecerit perſtringit, ut Scholiaſtæ notarunt. Fuit etiam *Simonides* Junior, prioris ex filiâ nepos; de quo Voſſius Hiſt. Gr. 4. 6. Alius *Simonides* Magneſius fuit, qui carmine ſignavit res geſtas Antiochi M. Sed & apud Suidam duos præterea hujus nominis Poetas invenias. Unus fuit Caryſtius, vel Eretrienſis, qui reliquit Græcorum conventum in Aulidem trimetrorum l. 2. & de Iphigeniâ unum. Alter erat Crinei fil. Amorginus dictus à patriâ Amorgo, unâ ex inſ. Cycladibus; qui præter elegiarum libros ſcripſit Iambos, unde & ἰαμβογράφος vocatus: imò & ſecundum nonnullos primus hoc carminis genere uſus fuit: quod antiquiſſimum eſſe arguit. Imò Suidas dicit claruiſſe poſt bellum Trojanum annis 406. Quomodo fuerit circa initium Olympiadum. Verum cenſeo centenarium excidiſſe librarii culpâ: ac pro μς, quod ſit 406. reſcribi oportere υς, h. e. 506. Quod tempus proximè abit Euſebiano numero. Incidit enim in Olymp. 26. quando clareſcere fortaſſe cœpit, qui majus nomen adeptus Olymp. 29. Et ſane hanc conjecturam firmant iſta Procli apud Photium: Ἰάμβων δὲ ποιητὴν, Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμοργῖνος, ἢ ὡς ἔνιοι, Σάμιος. *Samium* etiam vocat Tzetzes in Chiliadibus hiſtoricis. Voſſius: quem ſis vide de Hiſt. Gr. lib. 4. cap. 13. Et de Poetis Gr. pag. 14.

Simplicius, Maximini Conſiliarius, Vicarius urbis, Gratiano IV. & Equitio Coſſ. civium magnas ſtrages crudeliſſimè edidit, ſed tandem à Gratiano in Illyrico obtruncatur. Amm. Marc.

Simplicius Cilix, Græcus Ariſtotelis interpres, Juſtini & Juſtiniani tempp. floruit. Præceptores ſuos agnoſcit Ammonium ad lib. 1. φυσ. ἀκρ. comm. 12. & Damaſcium ad lib. 4. φυσ. ἀκρ. Adverſarium habuit & coætaneum Joannem Grammaticum, à *labore aſſiduo Philoponum* dictum, quem refutat ad lib. 8. φυσ. ἀκρ. In Perſidem aliquando profectus eſt cum Damaſcio Syro, Eulalio Phryge, Priſciano Lydo, Hermia ac Diogene Phœnicibus, & Iſidoro Gazæo Philoſophis, teſte Suida. Scripſit Commentarium in Jamblichum lib. de ſectâ Pythagoricâ, qui in Vaticanâ aſſervatur Bibliothecâ, teſte Geſnero.

Sinarthocles, rex Parthyæorum, à Luciano inter Macrobios connumeratus.

Sinatus, Galliæ tetrarchæ, Cammæ præſtantiſſimæ ac maximè pudicæ fœminæ maritus, ac ejus causâ à Sinorige dolo necatus.

Sinon, Siſyphi fil. Autolyci furis nepos, qui cum Ulyſſe ad bellum Trojanum profectus, cùm Græci decimo demum anno diffidentes Ilium vi capi poſſe, ad dolum proditionemque confugerent, omnium maximè idoneus viſus eſt, cui ob ingenii aſtutiam fallendorum Trojanorum, equique aperiendi negotium imponeretur. Plin. ait hujus inventum fuiſſe ſignificationem ſpecularum, l. 7. c. 56. Virg. Æn. 2.

Talibus inſidiis, perjurique arte Sinonis
Credita res; capiſque dolis lacrymiſque coacti;
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Sinope, Aſopi fil. quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex eâ genuit Syrum, quem tamen alii Martis & Æginæ, alii Martis & Parnaſſes filium faciunt. Quidam autem non ab Apolline vitiatam, ſed ab eo & Jove perpetuam virginitatem ſortitam, cum illi ſpe concubitûs, quicquid poſtulaſſet, ei daturos ſe promiſiſſent. Vide & part. alt. hujus Dict.

Sinorix, Galliæ tetrarcha, qui cùm Cammam Sinati uxorem deperiret, ſed neque pellicere neq; vim facere vivo marito, poſſet, illum dolo necavit, & interpoſito exiguo ſpatio Cammam viduam ambivit; hæc amorem mutuum ſimulans, cum ante Aram Dianæ ambo quaſi deſponſuri libarent, è paterâ vino venenato plenâ Camma Sinorigi propinat, quo hauſto utrique intra pauxillum tempus interierant. Plut.

Sintula, Juliani Cæſaris ſtabuli Tribunus. Amm. Marc.

Sirenes, monſtra marina, poetarum fabulis celebratiſſima. Has finxerunt antiqui Acheloi fluminis, ac Terpſichores fuiſſe filias. Nicander autem lib. 3. Mutationum Melpomenen Sirenum matrem fuiſſe ſcribit, alii Steropen, alii Calliopen. Hæ igitur Siculum littus incolentes nautas præternavigantes ſuavitate cantûs in naufragium pelliciebant. Ovid. Art. Am. l. 3.

Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canorâ
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.

Fulgentius volatiles appellat, gallinaceoſque pedes habuiſſe ſcribit. Sane Euſtathius in Iliada adver. 24. Ἡσὶ δὲ ὀρνιθοφυεῖς αἱ Σειῆνες. Et Suidas οἱ μυθολόγοι Σιρῆνας φασὶ πρὸ ἡλιοφόρου ὄρνιθας εἶναι. Nomina vero illarum fuerunt

Aglaope,

Aglaope, Piſinoe, Thelxiopia. Ut autem Chœrilus voluit, *Thelxiope, Molpe, Aglaophonos.* Clearchus vero Solenſis in Amatoriis, lib. 3. unam illarum *Leucoſiam* nominat, aliam *Ligeam*, tertiam *Parthenopen.* Mirabilis profecto dicebatur harum Sirenum ſuavitas cantûs, quando vel in apertam perniciem homines trahebant, efficiebantque, ut ſui ipſorum obliti in manifeſtam cædem ſe trahi paterentur. Nonnus Baſſaricon l. 2.

Ὡς δ' ὅτε τὴς Σειρῆσι ἐπήκλοπον ὕμνον ἀκούων
Εἰς μόρον αὐτοκέλευσον ἀμείλιχος εἵλκετο ναύτης
Θῆλυν ὀμφὴν μελέεσσι, καὶ ἐκπέρ κῦμα χαράσσων,
Γλαυκὸν ἀκυμάντοισιν ὕδωρ λάθικαμπες ἐρέσσοις·
Ἀλλὰ λιγυβόγγοιο πεσὼν ὀλίγ' ἴχνια μοίρης,
Τέρπετο πηδαλίοιο λελασμένος, ἄφρον ἐάσας
Πλειάδος ἐκπαπόεσσα καὶ ἄντυγα κυκλάδος Ἀρκτῆς.

Idcirco cum Minyæ per ea loca navigarent, Ancæo navem gubernante, ſe citharam ſumpſiſſe ſcribit Orpheus in Argonauticis ſuoque cantu Sirenum cantum retudiſſe. Sic enim ille :

Ἐνθὰ δ' ἐφεζόμενον λιγυρὴν ὄπα γηρύσαι
Κῆρα, ἀνοσήτης βεροῦς θέλγουσιν ἀκοάς.
Δὴ τότε δὴ Μινύαισιν ἐρὴν ἔλαχε πύστις ἀοιδῆς
Σειρήνων, ὅθ' ὑφ' ὁδὸν παπαίεσκε θέμεθλον
Φθογγὴν ἁλομένην, χειρῶν δέ οἱ ἠκαμέρετμα.

Illæ autem poſtea deſperatione captæ, mutæque factæ in mare muſica inſtrumenta abjecerunt, uti teſtatur idem poeta in his :

Δή ποτε φορμίζοντος ἀπὸ σκοπέλοιο νιφόεντος
Σειρῆνες θάμβησε, ἑλὼ δ' ἄμπαυε ἀοιδήν·
Καί ῥ' ἢ μὲν λωτὸν, ἢ δ' αὖ χέλυν ἔκλαγε χειρῶν.

Quæ omnia Apollonius ita declaravit Argonauticon lib. 4.

——Αἱ δ' ἤτοι νῆσον
Κλῃδὼ, ἀνθεμόεσσαν ἐσέβρακον, ἔνθα λίγειαι
Σειρῆνες σίνοντ' Ἀχελωΐδες, ἡδείησι
Θέλγουσαι μολπῇσιν, ὅτις φόβῳ πεῖσμα βάλοιτο.
Τὰς μὲν ἄρ' ἐυειδὴς Ἀχελωΐῳ εὐρυθέῃσα
Γείνατο Τερψιχόρη Μουσέων μία. Καὶ πότε Δηὼ
Θυγατέρ' ἰφθίμοιο ἀδμῆτ' ἔτι παρθένον
Ἀμμιγα μελπόμεναι τότε δ' ἄλλο μὲν οἰωνοῖσιν
Ἄλλο δ' παρθενικῆς ἐναλίγκιαι ἔσκον ἰδέσθαι,
Ἀιεὶ δ' ἐυόρμοις ἡδυκιθάροις ἐκ πέλωπες.
Ἡ θαμὰ δὴ πολέων μελιηδέα νόσφιν ἔλοντο
Τηκεδόνι φθινύθουσα, ἀπλεγέως δ' ἄρα καὶ τοῖς
Ἰεῖς ἐκ στομάτων ὄπα λείριον, οἱ δ' ἀπὸ νηὸς
Ἡδὺ πείσματ' ἔμελλον ἐπ' ἠϊόνεσσι βαλέσθαι,
Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρηίκιος Ὀρφεύς
Βισσοῖσιν ἐνὶ χερσὶν ἑοῖς φόρμιγγα τανύσσας
Κρασπέδον ἐυτροχάλοιο μέλος καναχήσειν ἀοιδῆς.

Erat autem illa Sirenum aſtutia, ut quibus rebus maximè quiſque audiendis delectaretur, eas præcipuè canerent; erantque mirificè omnium præteritorum negotiorum memores; quare ita inquiunt apud Hom. Odyſ. μ.

Δεῦρ' ἄγ', ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν,
Νῆα κατάσχησον, ἵνα χωΐτερον ὄπ' ἀκούσῃς.
Οὐ γάρ πω τις τῇδε παρήλασε νηὶ μελαίνῃ,
Πρὶν γ' ἡμέων μελίγηρυν ἀπὸ στομάτων ὄπ' ἀκοῦσαι.
Ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς.
Ἴδμεν γάρ τοι πάντ' ὅσ' ἐνὶ Τροίῃ κατέπαθον
Ἀργεῖοι Τρῶές τε θεῶν ἰότητι μογηθέν,
Ἴδμεν δ' ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Claud. lib. 3. de Raptu Proſerp.

Diſcedunt aliæ rapidis Acheloides alis
Sublatæ, Siculi latus obſidere Pelori
Accenſæque malo jam non impune canoras
In peſtem vertere lyras. Vox blanda carinas
Alligat ; audito frænantur carmine remi.

Quoniam vero multi cum eò applicuiſſent ſuavitate cantûs irretiti recedere non poterant, ſed moriebantur inhumati in deſertis inſulis, opus erat multâ & prudentiâ, & animi contentione ad illa pericula devitanda. Idcirco Ulyſſem Circe, ſic inſtruit apud Homerum :

Σειρῆσι μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, αἵ ῥά τ' πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅς τις σφέας εἰσαφίκῃ.
Ὅστις ἀϊδρείῃ πελάσσῃ, καὶ φθόγγον ἀκούσῃ
Σειρήνων, τῷ δ' οὔ τι γυνὴ, καὶ νήπια τέκνα
Οἰκάδε νοστήσαντι παρίστανται, χάρμη·
Ἀλλά τ' Σειρῆσι λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ,
Ἡμεναι ἐν λειμῶνι πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων, σὺν δ' ῥῖνοι μινύθουσιν.
Ἀλλὰ παρὲξ ἐλάαν, ὄφρ' ἀτὰρ ἀλεῖψαι ἐταίρων,
Κηρὸν δεδήσας μελιηδέα, μή τις ἀκούσῃ
Τῶν ἄλλων· ἀτὰρ αὐτὸς ἀκουέμεν αἴ κ' ἐθέλῃθα,
Δησάντων σ' ἐν νηῒ δοὴ χείρας τε πόδας τε
Ὀρθὸν ἐν ἰστοπέδῃ, ἐκ δ' αὐτῷ πείρατ' ἀνήφθω.

Hoc pacto Sirenum illecebras evaſit Laertæ filius. Quò alluſit Juvenalis his verbis :

——*Nam cum pro me Fortuna rogatur,*
Affigit ceras illâ de nave petitas
Quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.

Martialis, lib. 3. Ep. 46.

Sirenas hilarem navigantium pœnam
Blandaſque mortes, gaudiumque crudele
Quas nemo quondam deſerebat auditas
Fallax Ulyſſes dicitur reliquiſſe.

Erat autem tota fere illa ora alba propter inſepultorum oſſa, quod etiam ait Virgil. lib. 5.

Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta, ſubibat
Difficiles quondam, multorumque oſſibus albos.

Cum vero Ulyſſes illarum fallacias obturatis auribus ſociorum, ipſeq; malo alligatus fefelliſſet, fama eſt ipſas Sirenas ſe in mare præcipitaſſe, neque amplius poſtea auditas. Cum vero ſe in mare præcipitaſſent, ſive illud Orphei, ſive Ulyſſis arte factum eſt, dicuntur in ſaxa fuiſſe converſæ, ſicuti teſtatur Orpheus in Argon.

Δεινὰ δ' ἀνεστονάχησε, ἐπεὶ πότμος ἤϊε λυγρὸς
Μοιρηγενὴς θανάτοιο, σφετέρης δ' ἀπὸ ῥηγμῖνος ἀκρης
Ἐς βυθὸν ἴσκε δ' ἁλιῤῥοδίοιο θαλάσσης,
Πέτρας δ' ἠλάξαντο κάμας, μορφοῖ δ' ὑπέρπλον.

Prope Pelorum vero fama eſt habitaſſe Sirenes. Servius in lib. 5. Æn. *Sirenes ſecundum fabulam tres in parte virgines fuerunt, in parte volucres, Acheloi fluminis, & Calliopes Muſæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, altera lyrâ canebat. Et primò juxta Pelorum, poſt in Capreis inſulâ habitarunt.* Unde eſt quòd Sirenas recenſet Ovidius in Proſerpinæ Siculæ Deæ comites. Met. 5.

An quia cum legeret flores Proſerpina vernos,
In comitum numero mixtæ Sirenes eratis ?

Et apud Nonnum Dionyſiacorum, lib. 13. verſ. 313. Catanenſes Γείτονα Σειρήνων πόλιν ὤκεον. Hinc Statius Silv. lib. 2. in epicedio Glauciæ :

——*Tergeminum Siculâ de virgine carmen.*

Id eſt, trium Sirenum cantus. Et Juvenalis, Sat. 9.

Quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.

Et Claudianus in Epigr.

Dulce malum pelago Siren, volucreſque puellæ
Scylleos inter fremitus, avidamque Charybdim
Muſica ſaxa freti habitabant dulcia noſtra.

Alii Sirenibus alias ſedes aſſignant : de quo non amplius hoc loco quæremus. Tantum aſſerimus cum Bocharto *Sirenum* nomen eſſe merè Punicum. Pœnis enim שיר *Sir*, eſt *canticum*. Inde libro Solomonis titulus שיר השירים *Sir haſſirim*, i. e. *canticum canticorum.* Itaque *Siren* שירן eſt *canorum monſtrum*, quale à poetis fingitur. Grammaticos interim nihil moror, qui deducunt ἀπὸ τοῦ σύρειν *à trahendo*; inde enim non dicerentur Σειρῆνες, ſed Συρῆνες. Varia autem de Sirenibus, earumque fabulâ tradiderunt veteres. Platoni Sirenes Deæ canendi ſunt ſive Muſæ, quæ orbes cœleſtes (ſi qui ſunt) vertunt & rotant; de quo Macrob. lib. 2. in Som. Scip. cap. 3. Alii vero (uti ſupra diximus) unius Muſarum & Acheloi amnis filias tradiderunt : unde *Siren Acheloias* apud Sil. Italicum. Suidæ αἱ τὰ ψυχῆς ἐναμίλλιοι καὶ μουσικαὶ δυνάμεις Sirenes vocantur. Pauſanias in Atticis, quod Torrentius ad Hor. lib. 4. Od. 2. obſervat, auctor eſt, apud veteres Poematum, Sermonumque quorumvis efficacem ad ſuadendum venuſtatem aſſimulatam Sirenibus : & inde Sophoclem appellatum *Sirena.* Quemadmodum & Val. Cato propter ſuavitatem carminum à veteri Poetâ *Latina Siren* dictus eſt, ut Suetonius de illuſtribus Grammaticis cap. 11. refert. Petronius : *Hæc ipſa cum diceret, tantâ gratiâ concilabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertentatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum Concordiam.* Heliodorus in Æthiopicis : Τὸ δὲ ἦθος λόγων ὥσπερ πνὸς Σειρῆνος κεκηλημένος, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι κατέσπασε κατρός. Hinc in Iſocratis ſepulcro *Siren* poſita fuit, tanquam perfectæ & efficaciſſimæ eloquentiæ ſymbolum, de quo Plut. in vitâ Iſocratis, & Philoſtratus in Sophiſtis. Alia vero à Muſis, & verâ eloquentiâ, quæ in rebus gravibus, ſeriiſque occupatur, *Sirenas* diſtinguunt : quippe quas nugacibus rebus ſermonis & elegantiæ curam impendere volunt : de quo videri Torrentius poteſt ad lib. 1. Horat. Ep. 2. Vulgatiſſima ratio eſt, Sirenum fabulam ad illecebroſas voluptates referre, quæ blandis præſtigiis irretiunt homines, atque evertunt, de quo Syneſius Epiſt. 145. Nec aliò interpretantur, quod tres Sirenas commenti veteres fuerint. Eo enim numero triplicem illam voluptatem, quæ in ὀπτοῖς, ἐν πότοις, καὶ ἐν ἀφροδιτοῖς, Platoni & Ariſtoteli ſtatuitur, expreſſam volunt. Servius ad illud Æn. 5.

Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat.

Poſtquam breviter fabulam de Sirenibus expoſuiſſet : *ſecundum veritatem*, inquit, *meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos ducebant ad egeſtatem, hic fictæ ſunt inferre naufragia.* Vide Jov. Pontanum, lib. 6. de bello Neapolitano. Socrates apud Stobæum : Δεῖ ὥσπερ Σειρῆσας τὰς ἡδονὰς παρῳδεῖν ἢ ἀπευδοντα ἢ ἀφατῶ ἰδεῖν ὥσπερ παιδία.

Horatius:

——— *Vitanda eſt improba Siren*
Deſidia. ——— ———

Hinc *Sirenius*; Gell. 16. 8. *Ne, ut plerique alii, tu quoque in illis Dialecticæ gyris, atque Mæandris, tanquam apud Sireneos ſcopulos conſeneſcas.* Vide omnino Caſp. Barthium in Claud. Epigram. 24. cujus Lemma *In Sirenas.*

Sirius, ſtella in ore Canis, quæ à Latinis *Canicula* dicitur. Hyginus tamen in tractatu de ſignis cœleſtibus Sirium diverſum facit à Caniculâ, neque in ore Canis, ſed in capite ejus collocat. Hæc in cœli centro cum Sole conjuncta æſtum ejus duplicat, mortaliumque corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, ut quidam volunt, ἀπὸ τῆς σειρᾶνσαι, h. e. à ſiccando, propterea quod flu. & fontes nimio calore exſiccet: ut alii verò ἀπὸ τῆς σειρᾶν h. e. ab *evacuando*, quod corpora noſtra ſudoribus evacuet. Apollonii Scholiaſtes congerit nominis interpretationes in lib. 2. Σείριος ἤτοι παρὰ τὴ ζέσιν Ζείριος καὶ Σείριος, ἢ παρὰ τὸ ἐκκενῶν ἡμᾶς ἱδρῶτι ῥεομένους· σειρᾶν γὰρ τὸ κενῶν. ἢ τὸ σεσηρέναι αὐτὸν· πολὺ γὰρ κύνας σεσηρέναι καὶ χάσκειν ποιεῖ, ἢ ἀπὸ τὸ σείεσθαι, καὶ πάλλεσθαι· Ὁμοίως δὲ καὶ πάντα τὰ ἄστρα σείεσθαι λέγουσι· οἱονεί, τείρεά τινα ὄντα, ἢ διὰ τὸ τείρειν τὸ δαμάζειν, ἢ ὅτι τέρατα εἰσὶ καὶ σημεῖα τῶν πλοιζομένων. Quin & Solem ipſum quidem *Sirium* veteres appellarunt. Heſychius. Σείριος, ὁ Ἀπόλλων ἢ ἥλιος, ὁ δὲ Ἴβυκος πάντα τὰ ἄστρα. Suidas. Σείρ, σειρὸς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ καὶ Σείριος. Heſiodus, in Ἔργ.

——— Ἐπεὶ Κεφάλῳ καὶ γύναπι Σείριος ἄζει.

Idem in Theog.

——— Ὅσσα δέ σφι πρὸ ῥηγμῖνι σαπέσσης
Σειρὶς ἀζηέσιο κελαινὴ πύθεται αἴγι.

Nicander in Theriacis:

——— Ἀλλ' ὅταν ὕδωρ
Σείριος ἀζαλέοισι, πεύκη δ' ἐνὶ πυθμένι λίμνης
Μίμυμ.———

Ubi Schol. Σείριος, ὁ Ἥλιος. Lycophron in Caſſandrâ, de corpore Ajacis in littus è mari ejecto: Ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτὴς Σειρὶς καταυαῖ· quod obſervavit vir eximius, & ſingularis eruditionis Hadrianus Junius in Animadverſionibus. Quin & Virgilium ſic interpretantur ὁ τυχόντες. Georg. 4.

Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo.———

Non Solem autem ſed etiam omnia ſidera dici Σειρὶς ex Ibyco modo docuit Heſychius. Inde & Latinorum *ſidus* à σεῖρος eſſe ingeniosè nuper oſtendit Χαείσπιος Tanaquillus Faber ad Dionyſ. Longinum. Ob hanc vocis ambiguitatem Sophocles ἐπιθετικῶς dixit: Σειρὶς κυνὸς δικλή. Apollon. lib. 3.

Ὑφόθ' ἀναδρόσκων ἅτε Σείριος Ὠκεανοῖο
Ὃς δή τοι καλὸς μέν, ἀείζηλός τ' ἐσιδέσθαι
Ἀντέλλει, μήλοισι δ' ἐν ἄσπετον ἦκαν ὀΐζύν.

Virgil. Æn. 10.

Non ſecus ac liquidâ ſi quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor,
Ille ſitim, morboſque ferens mortalibus ægris
Naſcitur, & ſævo contriſtat lumine cœlum.

Maleficam hanc Sirii naturam Homerus etiam indicat, Iliad. 22.

Ὄντε κύν' Ὠαρίωνος ὀπώρηνον καλέουσιν,
Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται
Καί τε φέρει πολλὸν πύρετον δειλοῖσι βροτοῖσι.

Ejuſdem ſideris pernicies apparet ex verſibus Oppiani lib. 3. Cyneg. ubi loquitur de fera quâpiam:

Καὶ κυνὸς Σείριον οἶδε, καὶ ἀντέλλοντα φοβεῖται
Αὐτίκα δ' ῥαχμὸν καταδύεται· εὐρέα κῆπος
Ἠέρι κηλυγγος ἀφεγγέος, εἰσόκεν ἄζηαι
Ἠέλιος παύσαιτο, καὶ ὁλομήνιος κυνὸς ἀστὴρ.

Valerius Flaccus, lib. 1.

——— *Sic cum ſtabulis & meſſibus ingens*
Ira Deûm, & Calabri populator Sirius arvi
Incubuit; cost agreſtum manus inſcia priſcum
In nemus, & miſeris dictat pia vota ſacerdos.

Idem lib. 1.

Non ſecus Autumno quam cum magis aſperat ignes
Sirius, & ſævo cum nox accenditur auro
Luciferas crinita faces; hebet Arcas, & ingens
Jupiter: aſt illum tanto non gliſcere cœlo
Vellet ager, vellent calidis jam fontibus amnes.

Lucan. lib. 10.

——— *Rapidus quâ Sirius ignes*
Exerit———

Statius, lib. 1. Silv. Carm. 3.

——— *Nec calido latravit Sirius aſtro.*

Silius libro penultimo:

Aut cum lethiferos accendens Sirius ignes
Torret anhelantem ſævis ardoribus orbem.

Hoc aſtrum à Ceis obſervari ſolitum ex Ciceronis lib. 1. de Divinatione patet, quæ fuit lex Ariſtæi. Apollonius in Argonauticis:

——— Κέῳ δ' ἔπι νὺν ἰερῆες
Ἀντολιῶν σκοπέουσι κυνὸς ῥίζησι δυηλάς.

Ubi Scholiaſtes: Ἐνομοθέτησε γὰρ (Ariſtæus nempe) τοῖς Κείοις κατ' ἐνιαυτὸν μετ' ὀπλων ἐπιτηρεῖν ἢ ἐπιτελῶ τὸ κυνὸς καὶ δύεσθαι αὐτῷ.

Siroes, Perſiæ R. filius Choſrois II. Patrem incarceratum cum omnibus liberis ejus, occidi juſſit, quòd fratrem juniorem ſibi prætuliſſet, A. 628. Imperante Heraclio.

Sirpicus, Centurionis cognomen, de quo inter Octavam & Quintadecumam legiones contentio oritur. Tac. An. 1.

Siſachthia lex, quæ & Chreocopia, à Solone lata, ad æs alienum minuendum, quapropter apud concives ob juſtitiam læſam malè audiit.

Siſamnes, judex, qui licet Cambyſi regi chariſſimus eſſet, tamen ob iniquam ſententiam, quam pecuniâ corruptus tulerat, juſſu Cambyſis excoriatus eſt, ejuſque pellis ante Tribunal judicum expoſita, ut eâ conſpectâ alii Judices alienâ fruerentur inſaniâ, ſibique caverent.

Siſenes, Perſa, à prætore Ægypti legatus in Macedoniam miſſus, exilium patriâ ſede mutavit, honoreſque ſummos cùm adeptus ſit, Alexandrum M. in expeditione contra Perſas comitatus eſt, qui fidem transfugæ exploraturus, literas proditorias per nuncium ignotum ad illum dedit, quas cùm diutiùs regi deferre diſtulit, quaſi læſæ Majeſtatis conſcium, trucidari curavit. *Curt.*

L. *Siſenna*, hiſtoriæ Rom. ſcriptor antiquus, in quo magnam jacturam fecerunt Romanæ literæ, non ſolum hiſtoriæ causâ, quâ vicit omnes ſuperiores; ſed etiam linguæ ipſius, cujus benè gnarum fuiſſe, & Cicero teſtatur, & indicio ſunt fragmenta quaſi guſtûs causâ relicta nobis in libris Grammaticorum. Vertit etiam fabulas Mileſiacas Ariſtidis, uti oſtendit Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 3. Meminit Ovidius, lib. 2. Triſtium.

Vertit Ariſtidem Siſenna, nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe jocos.

Pluſcula autem ex iſtis Siſennæ Mileſiacis paſſim citat Chariſius, lib. 2. Laudat & Servius. Meminere etiam vett. Grammatici comentarii ejus in Plautum. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 10.

Siſigambis, vel *Syſigambis*, uxor Darii ultimi Perſarum regis, quæ nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Qu. Curtio. Quam tamen victo Dario Alexander non ſolum non violavit, ſed & ſummam adhibuit curam, ne quis captivo corpori illuderet.

Siſimethres, dux imbellis, petræ cujuſdam omnino inacceſſæ præfectus, quam obſeſſurus Alexander M. quæſivit quid animi haberet ipſe Siſimethres, cumque reſponſum eſſet, illum eſſe omnium hominum trepidiſſimum, Λέγεις σύγε (dixit) ἢ πέτραν ἀδώσιμον ἡμῖν εἶ· τὸ γὰρ ἄρχον αὐτῆς ἐκ ὀχυρὸν ὄζει. *Plut.* Vide Syſimethres.

Siſinnes, amicitiæ arctiſſimæ exemplum inſigne, cujus Hiſt. vide apud Lucianum in *Toxari.*

Siſocoſtus, Alexandri M. comes, cujus tutelæ Petra adjunctaque regio committuntur. *Arr. Curt.*

Siſyphus, Æoli filius, qui cum Atticam latrociniis infeſtaret (unde Ovid. Met. 13.

——— *Quid ſanguine cretus*
Siſyphio, furtiſque & fraude ſimillimus illi.

à Theſeo occiſus eſt. Hunc Poetæ fabulantur eo ſupplicii genere apud inferos plecti, ut ſaxum ingens in montis cujuſdam verticem cogatur provolvere; quod cum ad ſummum penè extulerit, repente deorſum relabitur. Vetus Poeta apud Cic. lib. Tuſc. Qu.

——— *Siſyphu' verſat*
Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum.

Ovid. Met. 13.

Ubi Æoliden ſaxum grave Siſyphon urget.

Idem alibi:

Aut petis, aut urges rediturum Siſyphe ſaxum.

Huc alluſit Virgil. Æn. 6.

Saxum ingens volvunt alii.———

Propertius, lib. 2. El. 17.

Vel tu Siſyphios licet admirere labores,
Difficile ut toto monte volutet onus.

Idem Eleg. 20. ejuſdem libri:

Tum quoque Siſyphio ſaxa labore geram.

Horat. Od. 14. lib. 2.

——— *Damnatuſque longi*
Siſyphus Æolides laboris.

Idem

Idem Epod. penult:

Optat ſupremo collocare Siſyphus
In monte ſaxum, ſed vetant leges Jovis.

Ovid. in Ibin:

Siſyphe cui tradas revolubile pondus habebis.

Vide Pauſan. in Corinthiacis. Apollodor. lib. 1. Hygin. Fab. 60.

Martial. 10. 5.

Nunc inquieti monte Siſyphi preſſus.

Seneca Tragœdus in Hercule Inſano:

Cervice ſaxum grande Siſyphiâ ſedit.

Idem in Hippolyto:

Umbræ nocentes cedite; & cervicibus
His his repoſitum degravet feſſas manus
Saxum, ſeni perennis Æolio labor.

Seneca in Apocolocyntoſi:

Sic cum jam ſummi tanguntur culmina montis
Irrita Siſyphio volvuntur pondera collo.

Homerus Odyſ. λ.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατέος᾽ ἄλγε᾽ ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν.
Ἦτοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε, ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθισκε ποτὶ λόφον· ἀλλ᾽ ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβήμεναι, τοτ᾽ ἀποστρέψασκε κραταιὸς
Αὖτις, ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδὴς.

Scientiam Siſyphi, ſive potius aſtutiam indicant Homerus, & Theognis: Hic Iliad. ζ.

Ἔνθα ἧ Σίσυφος ἔσχεν, ὃ κέρδιστος γένετ᾽ ἀνδρῶν,
Σίσυφος Αἰολίδης, ὃ δ᾽ ἄρα Γλαῦκον τέκεθ᾽ υἱόν.

Ille verſ. 700.

Οὐδ᾽ εἰ σωφρονέοντα μὲ ἔχοις Ραδαμάνθου ἄνακτα,
Πλείονα δ᾽ εἰδείης Αἰολίδην Σίσυφον·
(Ὅστε κε δῖξ ἀΐδηλον πολυδρήνιον ἀνῆλθε,
Πείσας Περσεφόνην αἰμυλίοισι λόγοις,
Ἥτε βεστοῖς παρέχει λίθον, βλάπτουσα γόνιμα·
Ἀλλ᾽ ὅπως τις τοῦτό γ᾽ ἐπορέσατο,
Οὔτινα δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφικαλύψοι,
Ἐλθοι δ᾽ ἐς χρυσεὸν χῶρον ἀποφθιμένων.
Κυανέαι τε πύλαι παρεμείλεο), αἵτε θανόντων
Ψυχὰς εἴργουσιν, καὶ ἀναιμωδέας.
Ἀλλ᾽ ἄρα καὶκεῖθεν Σίσυφος πάλιν ἦλυθεν ἦεως
Ἐς φάος ἠελίῳ σῶῃσι πολυφρονέουσας.)

Apud Heſychium legimus: Σίσυφος ἀπατηπικὸς, ὅτε ὑπὸ πᾶσι μεγάλα ἐχόντων, ὑπὸ Ἀττικῶ Σισύφῳ. Ubi Palmerius: Fateor me ignorare, inquit, quis fuerit ille Atticus Siſyphus. Duo memorantur ejus nominis ab auctoribus. Unus, iſque multo antiquior, Æoli fil. Ornithionis pater & Glauci, qui Corinthi regnavit, & diu vixit alter recentior, Autolyci fil. ſecundum Servium, pater Sinonis: Neuter vero Atticus fuit. De antiquiore Heſychius agere videtur. Igitur, niſi pro Ἀττικῶ legamus Ἀκτικῶ nota ignorantiæ jure inſligeretur noſtro auctori. Ἀκτὴ autem dicebatur totus ille littoris tractus, qui ab Iſthmo ad Scyllæum uſque promuntorium protendebatur: Sed inde non ſolet formari gentile nomen. Mythologiam Siſyphi habes apud Nat. Com. 6. 18. Lucretius vero lib. 3. in eos hanc fabulam convenire ſcribit, qui magiſtratus & honores à populo expetunt cum ſummâ animi contentione; neque unquam obtinere poſſunt, vel quòd indigni habeantur, vel quòd in hoc etiam maxima vis ſit fortunæ. Sic enim ait Epicureus Poeta:

Siſyphus in vitâ quoque nobis ante oculos eſt,
Qui petere à populo faſces, ſevaſque ſecures
Imbibit, & ſemper victus triſtiſq; recedit. (unquam,
Nam petere imperium, quod mancum eſt, nec datur
Atque in eo ſemper durum ſufferre laborem;
Hoc eſt adverſo nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen à ſummo jam vertice rurſum
Volvitur, & plani raptim petit æquora campi.

Sitalces, Alexandri M. miles, ob templa ſpoliata neci traditus.

Sithocus, Βίτοιτον Appianus vocat, Gallus, Mithridatem trucidatum mitius, quem auctoritate vultûs territum ac veſtigia retrò ferentem revocavit rex magnanimus omnique fortunâ major, & in cædem ſuam manum trepidantis adjuvit. *Aur. Vict.*

Sixtus, ejus nomine extiterunt Papæ Romani quatuor, aliique viri celebres.

Slavogaſtus ſeu Sologaſtus, Pharamundi regis Francorum primi conſiliarius, ac unus legis Salicæ conditorum.

Smerdis, Cambyſis Perſiæ regis frater, qui invidiâ commotus, quòd ſolus Smerdis Perſarum arcum quem exploratores Æthiopiâ attulerant, ad duos digitos intendere poſſet; cúmque poſtea per quietem nunciari ſibi vidit, *Smerdin in regio ſolio ſedentem cœlum vertice contingere*: Ob hæc ſibi à fratre metuens, miſit Prexaſpem, omnium ſibi è Perſis fidiſſimum, qui Smerdin occideret; quod ille ſummâ fide exequutus eſt, quum Suſis urbe eum ſub ſpecie venationis eduxiſſet; quanquam alii in mari rubro ſubmerſum dicant. Alter tamen *Smerdis* à fratre Mago gentibus oſtentatur atque ejus nomine caduceatores miſſi qui edicerent, ut *Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non amplius Cambyſi.* Cambyſes cùm Smerdis audiſſet nomen, quamvis fratrem Smerdin occidiſſe compertum ſibi eſſet tamen ſomnium in mentem revocavit, & agnovit ſe ſine cauſâ fratris ſui fuiſſe homicidam. Pſeudo-*Smerdis* dolus, cùm per ſeptem menſes regnaſſet, à Phædymâ concubinâ detegitur, ac ipſe cum cæteris Magis obtruncantur.

Smilax, puella formoſiſſima, quæ Croci pueri amore capta, cum ab eo ſperneretur, mutata eſt in fruticem ſui nominis, hederæ non diſſimilem, aut certè in ejus flores, candore, odoreque lilium referentes. Ovid. Met. 4.

Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores.

Smindyrides ita Græci omnes vocant, vel Mindyrides apud Senecam, qui ſic de illo lib. 2. de Irâ: *Mindyridem* aiunt fuiſſe ex Sybaritarum civitate: qui cum vidiſſet fodientem, & altius raſtrum allevantem laſſum ſe fieri queſtus, vetuit illum opus in conſpectu ſuo facere. Idem ſæpius queſtus eſt, quod ſoliis roſæ duplicatis *incubuiſſet*. Nominat Herodotus, lib. 6. & veniſſe Sicyonem ad nuptias Agariſtæ, Cliſthenis filiæ ambiendas, atque addit, *ad extrema deliciarum hunc veniſſe.* Athen. lib. 6. & 12. hoc itinere *aucupes, piſcatores & cocos mille ſecum duxiſſe ad domeſticum luxum.* Idem iſte jactare ſolitus, quaſi felicitatis inſignem notam, *ſe à 20. annis Solem nec orientem nec occidentem vidiſſe.* Mem. & Ælian. lib. 9. cap. 24. & lib. 12. Var. Hiſt.

Smintheus, Apollinis epitheton, cujus duplicem originem refert Homeri Interpres: Primam hanc; fuiſſe in Chryſe op. Myſiæ Crinem ſacerdotem Apollinis, cui Deus iratus immiſit in agros illius mures, qui fructus illius vaſtabant. A quo exoratus Deus cum rurſus placatus peſtem hanc tollere vellet, ad Ordem illius paſtorem venit, à quo hoſpitio acceptus, pollicituſque mali remedium, mures ſagittis omnes interfecit: eoq; facto juſſit paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humanâ ſpecie apud ſe divertiſſe & ab eo mures occiſos: quod audiens Crinis, templum Deo conſtruxit vocavitque Apollinis Sminthei, quòd ejus linguæ dialecto mures σμίνθια vocantur. Altera talis eſt: Quum Cretenſes aliquando coloniam deducturi eſſent, ab Apolline reſponſum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terrâ geniti obſtitiſſent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures clypeorum lora arroſerunt; itaque mane cum id factum viderent, memores oraculi urbem poſuerunt quam *Sminthiam* appellaverunt. Clemens in Protreptico: Πολέμων τοὺ ἀμφὶ Τρωάδα κατοικήσαντας ἱστορεῖ, ὅτι ὀπλοφόρους μῦς, ὓς σμίνθους καλοῦσι, σίτεσθαι ὅτι τὰς νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων· καὶ Σμίνθιον Ἀπόλλωνα ὑπὸ τῶν μὴ ἐκείνων ἐπιφήμιζ.

Socion, Philoſophus Peripateticus, genere Hiſpanus, ſcripſit Κέρως Ἀμαλθείας, i. e. Cornucopiæ librum multæ variæque Doctrinæ. Gellius, 1. 8. Lege *Sotion*. Hujus meminit Laertius: Ἐχέπτο ἧ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, καθά φησι Σωτίων ἐν δευτέρᾳ διαδοχῶν. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 7. & Jonſium de Script. Hiſp. Philoſ. lib. 2. cap. 10.

Socoth benoth, Idolum Babyloniorum. 4 Reg. 17. Ubi, poſtquam Salmanaſſar Rex Aſſyriæ, exciſo Samaritanorum regno, incolas captivos abduxerat, migrare juſſit in Samariam colonias de Babel, de Cuth, de Avâ, de Hamath, & de Sepharvaim: dicitur, *Fecerunt autem ſingulæ gentes ſibi Deos, quos & repoſuerunt in templis exceſſorum quæ fecerant Samariæ, Gens quæque in civitatibus ſuis, in quibus illi habitabant. Viri quidem Babel Succoth Benoth, & viri Cuth fecerunt Nergal, & viri Hamath fecerunt Aſimath. Avitæ autem fecerunt Nibhaz & Tharthac, & Sephervei comburebant filios ſuos in igne* τοῖς *Adramelech, & Anamelech Diis Sepharvaim.* Interpretatur autem סכות בנות *Succoth Benoth, tabernacula filiarum.* Sed Lxx. ſcribunt Σοκχὼθ Βενὶθ, tanquam proprium numinis vocabulum. Volunt Ebræi nugatores *Succoth Benoth* imaginem fuiſſe Gallinæ cum pullis ſuis, quod ad citatum locum habent RR. D. Kimchi & Salomon Jarchi. Atqui exploſis omnino Rabbinorum lyris, *Succoth Benoth* non tam Deum aliquem, Deamque, quam fanum ipſum, rituſque circa illud ſacros denotare cenſet Seldenus noſter. Ipſiſſimum enim erat (inquit) Babyloniæ Mylittæ, ſive Veneris Uraniæ templum, ubi puellæ corollis revinctæ, & ſedentes ſingulis in ſpatiis, quæ funiculis erant diſtincta; hoſpites opperiebantur, qui rite inploratâ Venere Mylittâ, pecuniâque quantulacunque datâ (quæ Deæ ſacra) cum eis à fano ſubductis rem haberent; nec cuiquam fas erat prius diſcedere, quam ad hunc ritum fuerit ad res Veneri

nerias electa. Unde fiebat, ut per biennium, nonnunquam & triennium, expectarent, quæ deformes erant & miseræ. Lege quippe patriâ omnibus fœminis erat commune, ut semel in vitâ sic desidentes cum advenis consuetudinem habeant. Cæterum beatiores vehiculis cameratis tectæ, relictâ à tergo famulitii turbâ pro fano consistebant. Hæc plane *Succoth Benoth*, i. e. *filiarum* seu *muliercularum tabernaculum*. Historiam autem ampliorem de hâc re habes apud Herod. lib. 1. & Strab. l. 16. à quibus nos quæ attulimus. Absque iis esset, quis locum etiam illum Hieremiæ in Epistolâ Baruchi subnexâ omnino caperet? Comma dico 43. ubi scorta diobolaria Babyloniorum his verbis insectatur. Αἱ δὲ γυναῖκες περιδέδεμέναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκαίουσι) συμφῶσαι τὰ πίνακα. Ὅταν δέ τις αὐτῶν ἑλκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παρὰ τοῦ πορεύομένων κοιμηθῇ, καὶ πλησίον ὀνειδίζει ὅτι οὐκ ἠξίωται, ὥσπερ καὶ αὐτή, οὐδὲ τὸ σχοινίον αὐτῆς διερράγη. Mulieres, inquit, funiculis circumdatæ in viis sedent, ut furfures adoleant. Et si qua earum cum advenâ quovis, qui vi eam sibi attraxerit, cubaret, proximam conviciabatur, quod nequaquam simili afficeretur honore, nec funiculus ejus disrumperetur. Σχοινία hæc quænam fuerint, haud satis liquet. Æquè fortan ad σχοινία illa λεπτὰ sive tenues funiculos, è quibus earum collæ textæ, perinde ac ad funiculos qui spatia unicuique dividebant, spectare possint. Olympiodorus vero τὰ σχοινία fuisse vult περιζώματα, seu cingula quibus pudenda duntaxat operiebant, cætera nudæ. Σχοινία, inquit, φησὶ τὰ περιζώματα. Καλύπτουσι γὰρ μόνα τὰ τοῦ σώματος αἰσχύνονα, τὰ λοιπὰ παρεγύμνωται φερσκαλέμβροι τοῦ ἐφεστώς. Vide Selden. de Diis Syris Syntagm. 2. cap. 7.

Socrates ἐν τῷ φαίδωνι ἢ *Phædone* celebratur à Laertio in Diogene. Etiam Σωκρατικὸς ἰσχνὸς περιήγησιν Ἄργους γεγραφώς laudatur ab eodem in Socrate, & semel itemque à Plut. in Qu. Rom. Ab eodem Parall. cap. 18. citatur in 2. de Thracibus. Aristoph. Schol. testimonium petit ex Socratis duodecimo Creticorum.

Socrates, ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατος oraculo judicatur, uti scribit Laertius, Philosophus fuit Athenienſis, *reliquorum philosophorum fons*, ut eum Quintilianus, & *princeps*, ut Cicero vocarunt. Patrem habuit Sophroniscum statuarium, quemadmodum ex Xenoph. liquet; tenui hominem fortunâ, sicut & se pauperem appellatum Socrates apud eundem testatur authorem in Oeconomico. Matrem Phanaretem obstetricem habuit. Uxores eodem tempore duas habuit, Myrto, Aristidis Justi filiam, & Xantippen, mulierem molestissimam, quæ (ipso cum Discipulis disserente) mensam non rarò subvertit. Auditor primò Anaxagoræ fuit, sed cum disputationibus sublimioribus non admodum delectaretur, ad Archelaum defecit, qui Ethicen, sive Moralem philosophiam ei tradidit. Ipse in libris, qui de dictis & factis Socratis à Xenophonte scripti sunt, se per omnem vitam nihil aliud cogitasse indicat, quàm quæ justa essent, quæ injusta, atque illis quidem operam sedulo dedisse, his se vero quam maximè abstinuisse. Ingenio fuit patientissimo, & eundem semper circumferens vultum, sive egrederetur domo, sive rediret, mille etiam perturbationibus Remp. obruentibus, quemadmodum Xantippen uxorem acrem & molestam de eo dicere consueviſſe Ælianus prodidit. Plinius— Ferunt Socratem clarum sapientiâ eodem semper visum vultu, nec aut hilaro magis, aut turbido. Unde Sen. 2. de Ira: desinet ille Socrates posse eundem vultum domum referre, quem domo extulerat. Plut. de non irascendo: ὁ Σωκράτης ὀσάκις αὖθις κινηθῆναι προχείρως αὐτὸν ὁρᾷς τινα τῶν φίλων, ὁρᾷς κύματος ὃς τινα ποντίαν ἄκρην ἐγκλόμενον, ἐνεδίδου τῇ φωνῇ καὶ διημείλιττε τῷ προσώπῳ, καὶ τὸ βλέμμα προύτεινεν παρείκων· τῶν ῥήτορα ἐπὶ δάτερα, καὶ ὁρᾷς τὸναντίον ἀντικινεῖσθαι τῷ πάθει διαφυλάττων ἑαυτὸν ἀπῶθα καὶ ἀήττητον. Mores Socratis commendat Sen. ep. 6. De quare ita Xenophon Οὕτω δὲ Σωκράτης ἦν ἐν παντὶ πράγματι καὶ πάντα τρόπον, ὠφέλιμος ὥστε τῷ σκοπουμένῳ τοῦτο, καὶ εἰ μετρίως αἰσθανομένῳ, φανερὸν εἶναι, ὅτι οὐδὲν ὠφελιμώτερον ἦν τοῦ Σωκράτους συνεῖναι, καὶ ἃ μετ' ἐκείνου διαπράξειν ὁπωσοῦν καὶ ἐν ὁτῳοῦν πράγματι. Sen. ep. 24. In carcere Socrates disputavit & exire (cum esset qui promitterent fugam) noluit, remansitque, ut duarum rerum gravissimarum hominibus metum demeret, mortis & carceris. Xenophon in Apologiâ: Ἔπειτα πολλοὶ ἑταίρων ἐκάλεσαν βουλόμενοι αὐτὸν, ὡς ἐφείπετο, ἀλλὰ καὶ ἀποκωλῦσαι ἐδίκῃ, ἐρώμενοι. Εἴτις εἰδείη τι χρεῖον ἔξω τοῦ Ἅιδικοῦ, ἔνθα ὁ πρόσθεν θανάτου; Docuit sine mercede. Scriptorum nihil unquam ediditse ipsum constat, quia sentiret, atque ita etiam interrogantibus, quamobrem nihil scriberet, respondere: Ὁρῶ τὰ χαρτία πολὺ μᾶλλον ὑγρὰ ὁμοιουμένων πιθήτρα. Sicut & hoc in ore frequenter ipsum habuisse Laertius testatur: Εἰδέναι μὲ μηδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο μηδὲν εἰδέναι. De traditionibus tamen ejus, quæ non editæ, quemadmodum ostendimus, sed à Platone ac Xenophonte expositæ sunt, hæc Cicero retulit lib. 3. de Orat. *Socrates fuit is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Græciæ, cùm prudentiâ, & acumine, & venustate, & subtilitate, tum verò eloquentiâ, veritate, copiâ, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps. Cum ad provectam admodum ætatem perv nisset, ut paulò post tamen è vitâ ei esset excedendum, ab Anyto quodam divite & Melite poetâ, & Lycone Oratore accusatus, quasi Deos communes non coleret, sed noves introduceret, cum se Dæmonem familiarem, cujus consilio in rebus agendis uteretur habere dixisset, post latam sententiam circumstantibus sublatus est, cum eo ipse die, quo excessit è vitâ, disputasset, discere nihil aliud esse, quam recordari*, quemadmodum Cic. scripsit in Tusc. Qu. Persius:

——— *Barbatum hoc crede magistrum*
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ.

Socrates, pictor, inter cujus opera est piger, qui appellatur ὄχνος spartum torquens, quod asellus arrodit. Plin. 35. 11. Pausanias autem dicit hunc à Polygnoto pictum.

Socrates, Rhodius, sub Augusto vixit. Reliquit libros de bello civili. Athen. lib. 4. Alius etiam est *Socrates* Grammaticus, Etymologo laudatus in Εὐσοῖς. Fuit & *Socrates* Cous, quem indigitamenta, i. e. preces quibus Dii invocantur, fecisse author est Laert.

Socrates, C. P. historiam Ecclesiasticam à tempore Apostolorum, usque ad Chrysostomum scripsit. De quo vide Vossium, & Valesium.

Sol, Gentes *Solem* pro Deo coluerunt, Ciceroni lib 2. de N. D. dictus videtur, quia *solus*; quomodo & Ἀπόλλων ex mente Chrysippi vocatus est ab α privativo & πολύς. Alii putant *Solis* nomen à Sabinis esse acceptum, ut Varro innuit lib. 4. de L. L. Hos v. *Solem* vocasse à σίλας *fulgor*: uti ἥλιος ab ἕλη, quomodo (ut Eust. aliique tradunt) vocatur ἡ τῶν ἡλίων αὐγή. Alii deducunt ab *E L*, quod Ebræis *fortem*, & κατ' ἀντονομασίαν *Deum* notat, inde ἦλ, & ὢλ, unde ἥλιος & Lat. *Sol*. Vide quæ fusè pro hâc sententiâ adfert Cluverius Germ. Ant. 1. 26.

C. Julius *Solinus*, scripsit rerum orbis memorabilium collectanea ad Avitum. Dictus est *Plinii simia*. Vide Voss. de Hist. Lat. lib. 3. p. 720.

Solitaurilia. Vide *Suovetaurilia*.

Julius *Solon*, homo ignobilis à Cleandro Commodo Imp. familiari charissimo, in ordinem Senatorium adscitus, postea S veri jussu trucidatus. *Xiph.*

Solon, unus ex septem sapientibus Græciæ, patriâ Salaminius, Athenis claruit, Tarquinio prisco Romæ regnante. Gellius 17. 21. Auctor Legum fuit Athenientibus, annum ordinavit ac menses. Pisistrati tyrannidem fugiens profectiones in terras diversas multas suscepit, ut in Ægyptum, ubi à Sacerdote quodam objectum est illi: *Græcos semper esse pueros, nec quenquam è Græciâ senem*: quemadmodum Plato & Justinus in Paranetico retulerunt. Inde in Lydiam ad Crœsum se contulit, qui cum opes suas ei ostentaret, rogaretque num quem sese feliciorem judicaret? respondit, *Tellum quendam, pauperem admodum, alioqui justum, Athenis agentem: qui in suo prædiolo consenuerat, ejusque limites nunquam egressus erat. Fieri tamen posse, ut & Crœsus ipse olim inter felicissimos numeretur. Cæterum ante supremum vitæ diem neminem beatum esse judicandum.* Quâ sententiâ nihil verius esse, Crœsus postea re ipsâ est expertus. Nam cum Cyro Persarum & Medorum regi bellum inferret, acie victus, vivus in hostis potestatem pervenit. Quo tempore pyræ impositus, ut vivus exureretur, salubre Solonis consilium dicitur agnovisse, ejusque nomen in supremo illo vitæ discrimine sæpius inclamasse. Quo audito, Cyrus ex suis misit, qui cognoscerent, quisnam esset Deorum, hominumve, quem ille summo in periculo solum invocaret; remque totam edoctus, memor & ipse humanæ vicissitudinis Crœsum ab incendio liberavit: summoque quoad vixit, in honore penes se habuit. Juvenal. Sat. 10.

——— *Regem transeo Ponti*
Et Crœsum, quem vox justi facunda Solonis
Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.

Quam Solonis sententiam tetigit quoque Ausonius ludo septem sapientum; Ovidius autem suam fecit, & sic expressit. Ovid. Met. 3.

——— *Scilicet ultima semper*
Expectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Utrum vero etiam rectè id à Solone dictum sit disquirit Aristoteles lib. 1. Eth. ad Nicom. cap. 10. Vide plura apud Plutarchum, Laertium, & Meursium libro singulari de Solone.

Sopater, Apamensis, Sophista & philosophus, discipulus Iamblichi, quem Cæsar Constantinus interfecit ad fidem faciendam se Græcorum ac Gentilium religioni amplius addictum non esse. Prius enim fuerat ipsi familiaris. Scripsit de providentiâ.

providentiâ. Item de iis qui præter merita felices sunt, aut infelices. Suidas. Eunapius Sardianus in Ædesio hujus mortis causam in Ablavium prætorio præfectum derivat. Quædam de hoc Sopatro legere est apud Sozomenum lib. 1. cap. 5. & Photium in Biblioth. qui hujus Eclogarum historiarum libros duodecim recenset.

Sophænetus, historicus, scripsit Cyri expeditionem quem Stephanus in *Carduchi*, & alibi citat.

Sophilus, Sicyonius vel Thebanus, Comicus mediæ Comœdiæ, cujus fabulæ nonnullæ commemorantur apud Athenæum.

Sophis, Chronologus, nominatur Joanni Tzetzæ Chil. 5. initio hist. 1.

Sophocles, poeta Tragicus, patriâ Athenienſis, tantâ orationis suavitate, ut vulgò μέλιτ]α, h. e. *apis* cognominaretur, æqualis Euripidi ac Periclis, cujus etiam quandoque collega fuit in prætura. Natus fuit Olymp. 73. ante Socratem an. 17. Primus 3. actoribus usus est, adjecto eo qui vocatur *Tritagonista*, h. e. tertiarum & ultimarum partium histrio. Primus etiam choros ex juvenibus quindecim introduxit, cum antea duodecim tantum introducerentur. Primus quoque tragicas contentiones & compositiones instituit. Scripsit etiam Elegiam, & Pæanas, atque orationem prosam cum de Choro adversus Thespim & Chœrilum contenderet. Obiit autem 6. an. post Euripidis mortem, cui ſtyli magnitudine præfertur, licet ejus sententiis inferior. Filios habuit, *Jophontem*, *Leosthenem*, *Aristonem*, *Stephanum*, *Meneclidem*. Exhibuit fabulas 123. quanquam alii dicant multo plures. Victorias autem 23. reportavit, quarum postrema cum præter spem illi contigisset, repentino gaudio dicitur expirasse, ut est author Val. Max. lib. 5. Lucianus autem grano uvæ ſtrangulatum eum prodidit, quod & Sotadis versiculus apud Stobæum confirmat :

Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν ταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκα.

Vide Plin. 7. 29. Hinc *Sophocleus*. Cic. 16. Fam. *An pangis aliquid Sophocleum?* hoc est, grande, grave, & tale quale Sophocles? Virg. Ecl. 8.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Unde Martialis 5. 31.

Varro Sophocleonon inficiande cothurno.

Idem lib. 3. ep. 20.

An in cothurnis horridus Sophocleis.

Juv. Sat. 6.

Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu.

Vide Græcum epigramma 3. Anthol. de sepulchro Sophoclis, ubi Opsopæus notat præstantiam ejus supra Æschylum, & Euripidem.

Sophocles, dux Lacedæmoniorum, an. mundi, 3193. Idem grammaticus quidam, interpres Lycophronis & quorundam aliorum poetarum.

Sophonias, fil. Maasiæ. Jer. 21. Item propheta, fil. Chusi unus ex min. prophetis, qui & *Zephanias*.

Sophonisba, uxor Syphacis Numidarum regis, filia Asdrubalis Carthaginensis, marito à Romanis victo ac in potestatem redacto, Masinissæ nupsit, qui fidem ei dederat, ipsam vivam in cujusquam Romani arbitrium venire se non permissurum; cùm tamen Scipio hanc etiam ut prædæ partem postulaverit, nec contraire potuit Masinissa, ille fidum è servis vocat, sub cujus custodia regio more ad incerta fortunæ venenum erat, & mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet, quæ nullo trepidationis signo dato impavidè hausit.

Sophron, poeta Syracusanus, cujus scriptis Platonem usque adeo delectatum ferunt, ut etiam moriens capiti ea habuerit subjecta. Scripsit Mimos viriles & fœmineos, & alia quædam non contemnenda, sed adeo implicita, ut à paucis intelligerentur. Voss. P. Gr. p. 28.

Sophronia, matrona Romana, altera Lucretia Christiana, cùm vim Decii principis videret se passuram, consentiente viro, arrepto gladio seipsam transfixit, ac inter sanctas mulieres est relata. Eusеb. lib. 8. cap. 17.

Sophronistæ, magistratus quidam apud Athenienses, non dissimiles iis, quos Romani *Censores* vocabant, licet longè plures essent, & potestate aliquanto inferiores : legebantur enim ex singulis tribubus decem, qui juvenum mores censerent. Sigonius.

Sophronium, nomen fœminæ, per diminutionem adulationis amatoriæ prolatum.

Sophronius historicus, de quo Voss. H. Gr. lib. 1. cap. 19. Item *Sophronius* Damascenus, primùm Sophista, postea Patriarcha Hierosolymitanus, de quovi de Voss. p. 278.

Sophronus (Tac. *Sophonius*) Tigellinus, homo petulans & homicida, à Nerone militibus prætorianis præfectus. *Xiph.*

Sopyrion, præfectus ponti ab Alexandro M. relictus, otiosum se ratus, si nihil & ipse gessisset, adunato triginta millium exercitu, Scythis bellum intulit; cæsusque cum omnibus copiis, pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit. *Justin.*

Soradeus, dæmon, quem Indi colebant : sonat *vini auctor*. Athenæus lib. 1. Παρ' Ἰνδοῖς πυθάτου δαίμων (ὃς ὅτι καὶ Χάρης ὁ Μιτυληναῖος) καὶ κληθῆναι Σοραδέα, ἑρμηνεύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ, Οἰνοπιόν.

Soræchus, Soræchi Publicani filius, Sinonidis amore captus, varias fortunæ vices cum illa expertus est. *Phot.*

Val. *Soranus*; fuit homo doctissimus togatorum ut Crassus dicit in primo de Oratore. Cic. Ejus mem. Solinus in Polyhistore, & Macr. Sat. 1. Functus est Romæ honoribus, præcipuè Tribunatu plebis: & quod nomen illud arcanum urbis Romæ, quod evulgari est nefas ausus esset enunciare, pœnas luit, teste Plinio & Plut. in Problem. Qui tamen in Pompeio Qu. Valerium philosophum (quod multi non dubitant de Sorano dici) à Pompeio narrat occidi jussum. Sunt qui putent hunc subitâ morte corruisse, alii suffixum esse cruci, ut Servius in 1. Georg. Ejus mem. Aug. de C. D. 7. 9. *In hanc sententiam*, inquit, *etiam quosdam versus Val. Sorani exponit idem Varro in eo libro quem seorsim ab istis de cultu Deorum scripsit*, qui versus hi sunt:

Jupiter omnipotens regnum rex ipse Deusque
Progenitor genetrix Deûm, Deus unus & omnis.

Soranus, Ditis seu Plutonis cognomen, à voce Græcâ σωρὸς quæ *tumulum sepulchralem* sign. vel à *Sorâ* op. ad Soractem mont. sito. Tradit enim Plin. 2. 92. eo in tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut avibus sint lethales. Unde videri potest Pluto dictus esse *Soranus*, non dissimili ratione ab eâ, quâ Avernum pro inferis Poetæ acceperunt.

Soranus Ephesius, medicus. Alexandriæ vixit, deinde Romam venit, ubi artem exercuit, Trajani & Adriani temporibus. Suidas. Cæterum tres fuere *Sorani*, de quibus Vossius Hist. Gr. pag. 414.

Sosander Indica consignavit, teste Artemidoro Ephesio.

Sosias, Philosophus quidam impius, qui sublatâ penitus providentiâ, omnia temere fieri asserebat, quo in errore Euhemerum, Diagoram, Hippònem, & Epicureum versatos accepimus.

Sosibianus, vir quidam de quo Martialis :

E servo scis te genitum, blandeque fateris,
Quum dicis nominum Sosibiane patrem.

Erat autem ex eorum genere, qui ὀπλυτικοὶ dicebantur, eò quòd obscura quæque in scriptoribus explicarent. Mem. Athen. l. 3. & Arnobius lib. 4. Ejus 3. περὶ Ἀλκμᾶνος citat idem Athen. lib. 14. Chronographiam quoque edidit, teste Clem. Strom. lib. 1. & Censorino cap. 21. Alius fuit Sosibius, qui cum Anaxagoræ æmulatio fuit, ut ex Laertio in Socrate constat. Alius item qui Cl. Cæsaris ætate vixit, Britannici educator, uti Tacitus docet initio 12. Annalium.

Sosibius, Grammaticus Laconicus, cujus mem. Suidas.

Sosicles, patriâ Syracusius, poeta Tragicus circa noviſſima Philippi Amyntæ filii tempora, unus ex iis quos Pleiadas appellarunt. Docuit fabulas 73. Victorias retulit 7. Suidas. Item cognomen Menæchmi apud Plautum, *a salutari fama*.

Sosicrates, libros reliquit de rebus Cretensibus. Athenæus l. 6. Fuisse Rhodium è Laertio colligimus. Alius Phanagorites, cujus Ὅσιοι citantur ab Athenæo lib. 13. Tertius Cyzicenus, vetus scriptor, cujus mem. Fulgentius Planciades voce *Nefrendes*.

Sosilus, Ilienſis res Annibalicas scripsit libris sexaginta, teste Diod. Siculo. Opus v. istud ex rumuſculis conflatum erat, & narratiunculis infimæ plebis, ut ex Polybii lib. 3. constat.

Sosimus, famam sibi peperit volumine περὶ χρόνων. Athenæus lib. 14.

Sosigenes, astrologus, quem Cæsar dictator annos vitio Pontificum per intercalandi licentiam turbatos ad Solis cursum redigens, adjutorem sibi adhibuit. Plin. 17. 25.

Sosipatra, fœminea, vates doctissima è Libyâ, uxor Ædesii sophistæ. Eunapius.

Sositheus Syracusanus, unus de numero eorum, qui *Pleiades* appellantur, apud Ptolemæum, æmulus Homeri Tragici. Suidas.

Sosius, Syriæ præfectus an. mundi 3925. *Sosii* autem librarii & bibliopolæ Romæ fuerunt, de quibus Horatius ad Pisones :

Hic meret æra liber Sosiis.

Necnon lib. 1. ep. ult.

Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.

Sosthenes Cnidius, res Ibericas conscripsit. Plut. in Nilo.

Sostratus Cnidius, architectus, qui turrim excitavit in insulâ Pharo, jussu Ptol. Philadelphi, ad ostendendos nocturnos ignes nautarum cursibus, eique nomen suum inscripsit. Fuit autem inscriptio hujusmodi, teste Strabone lib. 17.

ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ,
ΘΕΟΙΣ

ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΑΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. Plinius l. 36. c. 12. *Magnificatur & alia turris à rege facta in insulâ Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse DCCC. talentis tradunt: magno animo nequid omittamus Ptolemæi regis, quod in eâ permiserit Sostrati Cnidii architecti structuræ ipsius nomen inscribi.* Lucianus autem in libello de rectè conscribendâ historiâ, non permissu regis, ut ait Plinius, sed eleganti Sostrati fraude, factum tradit, ut ipsius nomen fuerit insculptum: eum vide. Item *Sostratus* sculptor, qui ex ære signa faciebat. Plin. 36. 2. Item Cereris sacerdos apud Tacitum. Alius vates, qui per furorem multa Græcis prædixit, inter alia vero Athenienſibus Xerxis adventum, ut author est Herodotus. *Sostratus* quoque Sicyonius fuit, cognomento *Acrochersites*, teste Suidâ.

Sotades, Maronites, poeta turpissimus, scripsit Iamborum libros, quos appellavit *Cinædos*, linguâ Ionicâ, ubi libidinum lasciva species, & descriptio inerat. Ab hoc Sotade *carmen Sotadicum* dicitur. Tales autem versus dicuntur retrogradi quod in contrarium etiam sunt versus. *Reciprocos* vocat Diomedes qui multa de Sotadicis præcipit. Hic enim versus:

Musa mihi causas memora quo numine læso.

Si recurrat:

Læso numine quo memora causas mihi musa.

Sotadicus est. Et possunt reverti in idem genus carminum, vel in diversum ut hic Iambicus:

Pio precare thure cœlestium numina.

Sotadicus Pentameter fiet hoc pacto:

Numina cœlestium thure precare pio.

Lascivum carminis genus hoc est, ut Quintil. inquit, à Sotade ut Strabo scribit, repertum, seu ut Diomedes, usurpatum, quem Martialis *cinædum* vocat. Fuere & alii duo Athenienses, alter Comicus mediæ Comœdiæ, alter philosophus, qui scripsit de mysteriis librum unum. Suidas.

Soterichus, faber, cujus opera priscam & rudem simplicitatem præ se ferebant. Unde proverb. *Soterichi lecti*. Item Oasites, poeta sub Diocletiano, cujus encomium scripsit, item Dionysiaca, vitam Apollonii Tyanei, & alia. Suidas. Vide Voss. de Hist. Gr. l. 2. c. 16.

Soteridas Epidaurius, scripsit Musicæ libros tres, ut ait Dionysius.

Sotiones duo fuerunt, quorum prior sub Ptolemæis vixit, alter sub Tiber. Imp. de utroque Vossius H. Gr. l. 2. c. 7.

Sozomenus, historicus, qui historicæ universalis amplissimum volumen scripsit; de quo vide Vossium, & qui eum nuper edidit, Valesium.

Spaco, nutrix Cyri regis: quæ dictio, quoniam Medorum linguâ canem sign. factum est, ut Cyrus creditus sit nutritus à cane. Herodotus.

Spartacus, gladiator Thracius, qui unà cum Chryse & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio cum 70. gladiatoribus erupit Capuâ, manuque servorum, quasi justo exercitu comparato, Cerveium montem Campaniæ occupavit: ubi cum à Clodio Glabro obsideretur, ei castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis prætorum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino dissipavit; apud Mutinam Cassii castra delevit. Tandem verò cum de urbe invadendâ deliberavit, à M. Crasso pulsus, fugatusque, cum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ navium penuriâ trajicere potuisset, cum suis omnibus fortissimè dimicans occisus est. Plut. in Crasso. Lucanus lib. 2.

Ut simili causâ caderes, qua Spartacus hostis.

Vide Appianum. Horatius: Carm. lib. 3. Od. 14.

Et cadum Marsi memorem duelli:
Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.

Idem in Epodis:

Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer.

Claudianus:

Vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni.

Athen. lib. 7. Καὶ Σπάρταχος δὲ ὁ μονόμαχος ἐκ Καππαδοκίας πόλεως Ἰταλικῆς ἀποδρὰς πρὸ μικροῦ τοῦ Ἀττικοῦ, πολλῶν ἀποκτείνας οἰκετῶν (ὧν ἦν καὶ αὐτὸς οἰκέτης, Θρᾷξ γένος) κατέδραμε πᾶσαν Ἰταλίαν, χρόνον οὐκ ὀλίγον, πολλῶν δήλων καθ' ἑκάστην ἡμέραν συρρεόντων εἰς αὐτόν. Καὶ εἰ μὲν ἀπέδωκεν τῇ τοῦ Λικίνου Κράσσου στρατιᾷ ἢ τυχόντα ἂν ἐδρᾶτα τοῖς ἡμεδαποῖς παρέσχεν.

Spasmus Card. Cajetanus tom. 2. tr. 15. dicit sibi non constare de festo, quod dicitur de *Spasmo* Virginis, quando celebratur, nec esset conveniens ut Maria inciderit vel in *Spasmum* propriè dictum, qui est contractio nervorum, vel, ut à vulgo Italo capitur, pro animi deliquio, quia Joannes dicat Mariam adstitisse Christo crucifixo: adeoque festum dictum nec canonicum, nec authenticum esse; putat autem celebrari intra tempus quod est à Dominicâ in Passione usque ad Dominicam Palmarum inclusive. Hæc ille. Alt ego, inquit Sandius Interpr. Parad. in Luc. 1. 29. dico festum hoc quotannis celebrari, nec fanum à Pontificiis, sed & à Lutheranis. Videtur enim esse festum quod dicitur Annunciatio Mariæ, & semper incidit in 25 Mart. & quidem aliquando in ipsum Parasceues diem quo *Spasmus* Virginis accidisse fingitur. Monachos enim Latinos Græcæ linguæ rudes, verisimile est putasse primam literam esse præpositionem *à*, & esse redundantem, nec satis convenientem, & sic eam omittentes solum reliquisse *de*, & inde tandem ortum festum *de Spasmo* Virginis. Convenientior autem transmutationis istius ratio est, si dicatur quod Monachi Itali primo terminationem *us* in *o* mutarint, & secundo primam literam vocalem ante *s* cum consonâ, more sibi, aliisque nationibus usitatissimo, absciderint. Itaque factum ex *Asparagus*, *Spasmo*: ut ex *Asparagus*, *Sparago*, *extremus Stremo*. Et hinc clarissimè appareat linguæ Græcæ ignorantiam occasionem dedisse fabulæ, quæ de Mariæ animi deliquio narratur, & ob quam suaviter confingit Cajetanus d. l. quod sc. in loco illo ad perpetuam rei memoriam ædificata fuerit Ecclesia, inde dicta *Ecclesia Mariæ de Spasmo*.

Spes, Dea apud Romanos, cujus ædes in foro olitorio fuit: Livius lib. 1. Dec. 3.

Tibullus lib. 2. eleg. ult.

——— *Ne vincas dura puella Deam.*

Loquitur de Spe. Theognis:

Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐνθάδε ἔνεστιν,
Ἄλλοι δ' ἄλυμπον δ' ὀκαταλιπόντες ἔβαν.

Ovidius ad Græcinum, de Spe:

Hæc Dea, quum fugerent scelerata numina terras:
In Diis invisâ sola remansit humo.

Speusippus, Philosophus Athenienſis, Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonicæ scholæ præfuit. Ferunt hunc senio confectum sibi mortem conscivisse, mœrore impulsum. Plut. vero scribit illum pediculis efferveſcentibus in eriisse. De cujus libris vide Gellium lib. 3. cap. 17. Docuit mercede, quod & exprobratum ei à Dionysio. Et sanè pecuniæ erat amantior; ut indicio quoque est, quod ad Cassandri nuptias se contulerit spe mercedis pro versibus à se conscriptis, sed ineptis, frigidisque, ut censet Philostratus in Apollonio. Vide de eo Laertium, qui vitam illius descripsit. Supersunt Speusippi ὅροι, sive *definitiones*, quas Ficinus vertit.

Sphærus, Zenonis Cittiei auditor fuit, teste Laertio; post ejus obitum verò Cleanthem audivit. Inter alia scripsit de Eretriacis Philosophis item de Lycurgo, & Socrate lib. 3. ad hæc de Rep. Laconicâ cujus operum lib. 3. citat Athen. lib. 4.

Sphinx monstrum ex Typhone & Echidnâ natum, uti tradit Hyginus Fab. Poet. 151. caput & faciem habens puellæ, alas vero avium, reliquo corpore canis referens effigiem. Sedem habuisse dicitur in Sphingio monte juxta Thebas, atque inde in viatores impetum facere solebat. Quâ de re cum Apollo consuleretur, non alium tanti mali finem esse respondit, quam si quis Sphingis ænigma dissolveret. Id autem erat hujusmodi. *Quodnam id esset animal, quod mane quadrupes, meridie bipes, vesperi tripes esset?* Quod cum plurimi frustra conati dissolvere, à Sphinge essent interempti, Creon, qui id temporis Thebanis imperabat, edicto per Græciam universam promulgato, Jocastam sororem suam Laii viduam uxorem se ei daturum pollicitus est, qui Sphingis ænigma dissolveret. Cujus rei fama excitus Oedipus, hunc in modum ænigma interpretatus est, ut hominem esse diceret, qui in infantiâ manibus & pedibus repens verius quàm incedens, quadrupes esset. Deinde in medio juventæ robore, ut est, bipes dici posset: Ingraveſcente autem ætate, assumpto scipione, tripes deberet judicari. Quam ænigmatis solutionem tam ægrè illa dicitur tulisse, ut protinus sese de saxo præcipitans, fregerit cervices. Sed hæc fabulosa esse constat. Revera enim Sphinges, teste Diodoro lib. 14. ex simiarum genere sunt, comis villosis, mammis prominentibus, formâ haud dissimili ab eâ quâ pinguntur, sed paulo pinguiores: naturâ autem mansuetâ, pluribus exercitiis disciplinisque aptâ. Palæphatus autem hanc fabulam ex Cadmi historiâ ductam putat, qui cum uxorem haberet, nomine Sphingen, ex Amazonum genere, unà cum eâ Thebas pervenit: ubi occiso Dracone rege, Thebarum regnum invasit, Harmoniamque insuper Cadmi sororem matrimonio sibi conjunxit. Quam rem Sphingem tam ægrè tulisse ferunt, ut relicto viro, cum pleriſque eorum, quos secum è patria adduxerat, Sphingium mont. occuparit, indeque quotidianas in Thebanos fecerit excurſiones, donec Oedipus, regis promissis excitus, montem noctu occupavit, Sphingemque nihil tale suspicantem de medio sustulit. Vide Nat. Com. lib. 9. cap. 18. Statius 1. Theb.

——— *Si Sphingos iniquæ*
Callidus ambages te præmonstrante resolvi.

Idem

Idem lib. 2.

———*Hic fera quondam*
Pallentes erecta genas suffusaque tabo
Lumina, concretis infando sanguine plumis
Relliquias amplexa virûm, semesaque nudis
Pectoribus stetit ossa premens, visuque trementi
Conlustrat campos, si quis concurrere dictis
Hospes inexplicitis, aut cominus ire viator
Audeat & diræ commercia jungere linguæ;
Nec mora quin acuens exertos protinus ungues
Liventesque manus, fractosque in vulnere dentes
Terribili applausu circum hospita surgeret ora
Et latuere doli, donec de rupe cruentâ
Heu simili deprensa viro, cessantibus alis
Tristis inexpletam scopulis adfligeret alvum.

Isacius Tzetzes sub initium Cassandræ: Αὐτη λησεὶς ὧν ἐμυθολόγησαντο ἡ αὐτὴν λέαιναν, διὰ τὸ φονικὸν, ὄνυχας γρυπὸς ἔχειν, διὰ τὸ ἁρπαλικὸν, πτέρυγας αὐτῆς, διὰ τὸ τοὺς σὺν αὐτῇ λησεύοντας πανταχῆ πετηρέχειν συντόμως, ἢ ἀναιρεῖν τοὺς ὁδεύοντας· ταυτὴν Οἰδίπους ἀνεῖλε. Plutarchus in Cicerone: Τῆ ἡ ῥήτορι· Ὀρσίτης ἡ μὲ ἐυθεῖαν τῷ Βερρῆ σωφρονεῖν μὴ πολιτεύεσθαι, ἐν ᾗ τῷ πιθανῷ πειθανῷ φθαγγομένῃ, ἢ λαβόντι ἐλεφαντίνην Σφίγγα μικρὸν, εἶπέ τι παλαιὸς ὁ Κικέρων πρὸς αὐτόν· τῆ ἡ φησαντι· αἰνιγμάτων λύσεως ἀπειρως ἔχειν· Καὶ μήν, ἔφη, ἐπὶ τ οἰκίας Σφίγγα ἔχεις. Silius lib. 13.

Et Sphinx virgineo rictus infecta cruore

Ausonius:

Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx: volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Φῖξα nominabant Bœoti, ut apud Hesiodum Theogonia:

Ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε Καδμείοισιν ὄλεθρον.

Ubi Schol. Ἡ ἡ Σφίγξ πραγματικῶς μὲ γνωὴ ἦν λησεὶς, ἢ εἶχε πολλὲς σὺν αὐτῇ συναρπάζοντας. Ἐνταῦθα ἡ ἁρυφίνδα ἢ μειρακιῶδ κακρυμυθόλογα κρίναν λέγει. Tabula Cebetis: Ἐστὶ γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τ Σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις· εἰ μὲ ἔν αὐτὸ συνίη τις, ἐσώζετο· εἰ ἡ μὴ συνίη, ἀπώλυτο. Vide Vossium in *Sphinx*.

Sporus, juvenis quidam, *quem exectis testibus etiam in muliebrem naturam Nero Imperator transfigurare conatus est*, uti loquitur Suetonius. Hunc mutato nomine *Sabinam* dixit ob similitudinem formæ, Dio, Zonaras, Suidas; Vel *Poppæam*, altero Sabinæ uxoris defunctæ nomine. Ita Plut. in Galbâ. Apud quem malè scriptum Ποπαῖον θεσπησῳδοῦσι, nam Ποππαίαν debuit scripsisse. Præter historicos multa de hoc inaudito monstri illius conamine Dio Chrysostomus in oratione de pulchritudine.

Spurina, Græcè Σπυρίνας, dux Parthorum qui Crassum interemit. Item Mathematicus ille, qui Cæsari prædixerat, ut Idus Martias caveret. Sueton. in Cæs. *Introit curiam spretâ religione; Spurinamque irridens, & ut falsum arguens, quòd sine ullâ noxâ Idus Martiæ adessent; quanquam is venisse quidem eas diceret, sed non præteriisse.* Alius inter Othonianos duces fuit, de quo Tac. Hist. 2. 11. Ejus jam senis ac traducti in otium vitam & mores Plinius explicat, lib. 2. ep. 1. Alius denique adolescens egregiâ formâ, qui cum fœminas virosque ad libidinem aspectu decoro invitaret, oris pulchritudinem vulneribus sponte dehonestavit.

Spurius, inter prænomina antiquorum, duabus literis notatur *Sp.* quasi *sine patre*; quemadmodum in Problematis Plut. indicavit.

Stamis, de Lesbo commentatus est. Schol. Hom. in Iliad. γ.

Staphylus, Sileni, vel, ut alii, Silethi filius. Plin. 7. 56. Primus vinum aquâ misceri docuit. Apollodorus tamen lib. 1. Tzetzes in Lycophronem, & Apollonii Schol. in 3. Argon. Schol. in 3. Argon. Staphylum Bacchi filium ex Ariadnâ, & Jasonis avum maternum faciunt.

Staphylus, Naucratites, de rebus Thessalicis scripsit, teste Scholiaste in Apollon. lib. 4. nec non de rebus Atticis & Æolicis, quod ex Harpocratione discimus. Arcadicas etiam res conscripsit. Sextus Empiricus adv. Mathematicos.

Statilia, longæva mulier. Sen. epp. *Si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Statiliæ vita brevis est.* Quæ ex nobili domo, Claudio Principe 99. annos vixit. Plin. 7. 48.

Statius, Poeta Comicus, qui *Cæcilius* dictus est. Cicero in Bruto: *Mitto C. Lælium, P. Scipionem. Ætatis illius ista fuit laus, tamquam innocentiæ, sic Latinè loquendi; non omnium tamen: nam illorum æquales Cæcilium & Pacuvium malè locutos videmus.* De iisdem sic in Chronico Hieronymus ex Tranquillo Olymp. CL. an. 2. *Statius Cæcilius Comœdiarum scriptor clarus habetur, natione Insuber Gallus, & Ennii primum contubernalis. Quidam Mediolanensem ferunt. Mortuus est anno post mortem Ennii, & juxta Janiculum sepultus.* Agellius 4. 20. *Statius servile nomen fuit. Plerique apud veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille Comœdiarum Poeta inclytus servus fuit: & propterea nomen habuit Statius. Sed postea versus est, quasi in cognomentum: appellatusque Cæcilius Statius.* In ejus fabulis *Asotus* fuit: quod nomen & fabulæ suæ fecerat Euthycles Comicus, & è Latinis Ennius. In iisdem *Synaristusæ*, teste Gellio 15. 15. Quomodo & è Græcis fabulam inscripserant Crates & Menander. Sed & alias plurimas fabulas: quarum nomina ac fragmenta collegit Rob. Stephanus. Quanquam vero Cicero ad Atticum scribens, malum vocet Latinitatis auctorem; Volcatius tamen Sedigitus inter Comicos ei dat principatum. Vossius.

Statius Papinius Poeta, qui sub Domitiano vixit, perperam confunditur cum *Statio* Poeta, cogn. *Surculo*, qui claruit sub Nerone. De Rhetore illo sunt hæc Hieronymi in Chronico Eusebiano: *Olymp.* 209. *an.* 1. (is est Neronis secundus) *Statius Surculus Tolosensis in Gallis celeberrimè Rhetoricam docet:* Ejus nomen verum ex Suetonii libello de claris Rhetoribus supereſt, ubi non *Surculus* vocatur, sed *Ursulus*. *Ursi* enim & *Ursuli* familiæ sunt nomina, ut ex vett. Inscriptionibus constat. At Papinius *Statius*, nec *Ursuli*, vel *Surculi* cognomen unquam habuit, nec Tolosensis fuit, sed Neapolitanus. Reliquit Sylvarum libros quinque, Thebaidos duodecim, Achilleidos quinque. Mirum vero Martialem, cum adeo celebret Stellam Poetam, non meminisse Statii, tanti amici Stellæ, ut ei miserit primum Sylvarum. Nempe ab invidiâ id factum videtur. Vide Gevartium ad 1. Sylv. cap. 35. Ejus mem. Juvenalis Sat. 7.

Curritur ad vocem jucundam & nomen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cum Statius urbem,
Promisitque diem; tantâ dulcedine captos
Afficit ille animos, tantâque libidine vulgi
Auditur; sed cum fregit subsellia versu
Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.

Statius Sebosius videtur commentarium reliquisse de terris longinquis, earumque miraculis: Solin. cap. 55. & 60.

Statius Valens historicus. Lampridius in Severo.

Stator Jupiter, Romæ templum habuit à Romulo conditum, quod cum ejus milites in fugam à Samnitibus versi essent, repente eo invocato ad pugnam redierint.

Stella Aruntius, Poeta Patavinus lepidissimus, carmine descripsit Domitiani victoriam de Sarmatis. Item ut Catullus Lesbiæ, sive Clodiæ suæ passerem epigrammate celebravit, ita & hic carmine columnam suæ Janthidos sive Violantillæ, vel, ut à se ipse maluit vocari, *Asteridos*, quia stella Græcis ἀστὴρ; imò & ab ἀστέρα *stera*, à quo *sterula*, unde *stella*. Mart. 5. 11.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno
Versatin articulo Stella, Severe, meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies: inde est hæc, puto, culta manus.

Mirâ vero adulatione idem Martialis non dubitavit scribere tanto præstare columbam Stellæ Passeri Catulliano, quanto columba passere est major. Sic enim ille lib. 1. ep. 8.

Stellæ delicium mei columba,
Verone licet audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo,
Quanto passere major est columba.

Nempe tam bono judicio hoc scriptum, quam Martialis prædictus & Statius Lucanum præferunt Maroni. Quid insulsius? Stellæ & Violantillæ nuptias celebrat Statius in primo Sylvarum.

Stentor, Græcorum omnium vocaliſſimus, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adæquabat. Hom. Iliad. 5.

Ἔνθα σᾶσ' ὄῦσε διὰ λαχάλεν Ἥρη
Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι, χαλκεοφώνῳ,
Ὅς τόσσον αὐδήσασχ' ὅσσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Juvenal. Sat. 13.

Tu miser exclamas ut Stentora vincere possis.

Stephanus, historicus ἐν τῷ περὶ Κύπρου citatur ab Etymologo in Σφήκεια. Fortassis idem est ac *Stephanus* Byzantinus: de quo Vossius Hist. Gr. lib. 2. cap. 22.

Stephanus, illustrium quorundam Typographorum cognomen; quorum primus Henricus Parisiis vixit, ac A. 1509. rem Typographicam non sine laude exercuit; unde illa ingens fama Stephanorum origenem traxit; hujus sive filius sive nepos, Robertus ille cum aliorum, tum suis scriptis longe celeberrimus, natus A. 1503. per annos aliquot Simonis Colinæi Vitrici Typographeio præfuit, ac tandem ipse Officinam extruxit; quam adornaturus vir probus & pius *juvandæ Ecclesiæ Dei natus* (Bezæ verba sunt) in sanctorum Bibliorum editionibus accuratissimis operam posuit, quibus

etiam cùm Annotationes quasdam ex suis adjecit, Collegii Sorbonici Theologos graviter offendit, quorum indignationem fugiens reliquum vitæ tempus patriâ exul egit. Audi Thuanum, Hist. l. 23. ad an. 1559. *Migrante ad Deum optimo non solùm principe* [Francisco sc. primo] *sed literarum fautore & parente eximio, indigna bene merito de patria civi* [Roberto Stephano] *tot editis Hebraicis, Græcis & Latinis libris, gratia repensa est à Theologorum nostrorum Collegio, qui hominem reip. invigilantem, & quasvis æquas conditiones accipere se paratum demonstrantem, non desierunt lacessere, donec ille vexationum injustarum pertæsus, ex necessitate consilium cepit, & relicta, Genevam ad extremum se contulit, ubi tanta prudentia publicam simul & privatam rem curavit, ut quamvis tot adversitatibus conflictatus & incommoditatibus, quæ solum vertentibus necessariò perferende sunt, tamen in opere assiduus, ad ultimum usque vitæ spiritum, rei literariæ adjuvandæ propositum constanter tenuerit.* Hunc excipiant Franciscus & Carolus fratres, (quorum ultimus prima hujuscemodi Dictionarii Historico-Geographico-Poetici fundamenta posuit) ambos inter Typographos sui temporis non solùm sed retroacti etiam & postfuturi, celebris. Sed ne multis; en Stephanorum seriem:

Henricus Stephanus I. Typogr. Paris. ob. 1519.

Robertus Stephanus I. Typogr. Reg. Paris. deinde Genevæ, ob. 1559.

Carolus Stephanus, Typogr. Reg. Paris.

Franciscus Stephanus I. Paris.

Henricus Stephanus II. Genevæ ob. 1590.

Robertus Stephanus II. Typogr. Reg. Paris.

Paulus Stephanus, Genev.

Franciscus Stephanus II. ibid.

Robertus Stephanus III. R. F. R. N. Paris.

Antonius Stephanus, Typogr. Reg. ibid. Plura vide apud Theodorum Janssonium ab Ameloveen, M. D. de vitis Stephanorum.

Stercutius, dictus est Saturnus, quòd primus stercorandi agri rationem invenerit: ex quâ re fortassis regni ejus tempora felicissima fuisse feruntur.

Sterope, Atlantis filia, una Pleiadum, quæ Marti Oenomaum peperit. Hygin Fab. Poet. cap. 15. Ovid. Trist. l. 11.

Sæpe ego nimbosis dubius jactabar ab Hœdis,
Sæpe minax Steropes sidere pontus erat.

Steropes, unus ex Vulcani ministris, à *fulmine* nomen habens. Vide *Brontes*.

Stesichorus, poeta Lyricus ex Himerâ Siciliæ urbe, à quâ Himeræus dictus est. Nomen suum obtinuit ab eo quod primus cum citharæ cantu chorum conjunxerit, nam vero nomine *Tisias* dicebatur. Hic cum aliquando acerrimo carmine in Helenam, tanquam belli Trojani facem, esset invectus, à Castore & Polluce luminibus dicitur orbatus, alioque rursus carmine cantatâ palinodiâ visum recipisse. Philostratus, lib. 6. cap. 4. Horatius:

Stesichorique graves camœnæ.

Vide Quintil. lib. 10. cap. 1. & Voss. P. Gr. pag. 16.

Stesicles, Athenienfis, laudatur à Laertio in Xenophonte ἐν τῇ Ἀρ ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ.

Stesimbrotus, Historicus, scripsit res gestas Cimonis ducis Athenienfium. Plutar. in Cim. Vide Vossium Hist. Gr. pag. 4. 7.

Stesimbrotus, ab Epaminonda patre Thebanorum duce interfectus est, quod contra mandatum patris cum hostibus Lacedæmoniis manum conseruisset, quamvis partâ victoriâ. Plut.

Sthenelus, Capanei & Evadnes fil. unus ex Græcorum ducibus, qui bello Trojano interfuerunt. Hunc Virgil. Æn. 2. inter eos annumerat, qui lignei equi alveo fuerunt inclusi. Sic enim inquit:

Thisandrus, Stheneluſque duces & dirus Ulysses.

Hujus elogia habes in Heroicis Philostrati. Illud maximum, invite illum inclusum in hanc machinam. Verba Philostrati hæc sunt: Καὶ ἵππον ᾗ τὸ κοῖλον παρῃτεῖτο ὁ Σθένελος, ἐ τειχομαχίαν ὅπου ἦν φάσκων, ἀλλὰ κλοπῶ τὸ μαχῆς. Horatius 1 Carm. Od. 15.

Urgent impavidi te Salaminii,
Teucerque & Sthenelus sciens pugnæ.

Idem lib. 4. Od. 9.

——Non pugnavit ingens
Idomeneus Sthenelusve solus
Dicenda Musis prælia.

Fuit alter ejusdem nominis, quem in concione Agamemnonis refert Homerus Persei filium fuisse ex Andromedâ conjuge. Hinc *Stheneleius*. Ovid. Ep. 9.

Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis, &c.

Idem Met. 2.

——Proles Stheneleia Cycnus.

Sthenobœa, Prœti Corinthiorum, aut, ut alii malunt, Argivorum regis, uxor, filia Jobatæ regis Lyciorum, quæ Bellerophontis amore capta, cum repulsam tulisset, apud virum eum detulit, tanquam vim sibi afferre voluisset.

Stilbo, is qui Diodorum dialecticum moriri coegit, cum ei lusorias quæstiones objiceret. Plin. 7. 53.

Stilbon, Mercurii stella dicitur, i. e. *radians*, quòd ejus orbis splendeat.

Stilico, Honorii Imp. socer, & Occidentis administrator, multis laudibus à Claudiano celebratus.

Stilpo, Megarensis Philosophus tempore primi Ptolemæi, discipulus Pasiclis Thebani; præfuit scholæ Megarensi, scripsitque dialogos non minus 20. Suidas. De hoc Cic. in lib. de Fato: *Stilponem Megarcum philosophum, acutum sane hominem, & probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse. Neque hæc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem: vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrinâ, ut nemo unquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit.*

Stobæus, antiquus author, scripsit sententias ex Græcorum thesauris delectas, item Eclogarum libros 2. quorum prior Physicas, posterior Ethicas complectitur. Ex veteribus autem neminem invenio, qui Stobæi mentionem fecerit, nisi quod in Suidæ Lexico hæc verba leguntur. Ἰωάννης ὁ ἐπονομαζόμενος Στοβαῖος ἀνθολόγιον ἐκλεκτὸν τὰς παρὰ πᾶσι πολλῶν δόξας ἐν βιβλίοις δ' πάνυ χ γόμον πάσης παιδεύσεως. Γεγόνει ᾗ παῖδα φησ Ἑπίμιον υἱὸν αὐτ. Vide Grotium in Prolegomenis ad Collectanea Stobæi Par. 1623.

Stoici, Philosophorum secta, cujus auctor est Zeno Citticus. Strabo, lib. 14. Κίτιον, ἔχει λιμένα κλειστόν· ἐντεῦθεν ὁ Ζλωνα ὁ τ Στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης. Stoicis autem nomen à *porticu*, ubi docuit Zeno. Quasi dicas, *porticenses*, vel *porticuarios*. Docuit enim (ut ait Laertius) ἐν τῇ ποικίλῃ στ τῇ χ Πεισιανακτείῳ καλουμένῃ, ἀπ ἣ τ γραφ ᾗ Πολυγνώτ ποικίλη. Addit deinde discipulos ejus prius quam ἀπὸ τ στ Στωϊκοὶ dicerentur, à magistro Zenone *Zenonios* vocatos: atque ejus rei auctorem laudat Epicurum in Epp. Nec tamen eos primos Στωϊκὸς vocatos; sed prius hoc nomen possedisse πρὸ διατείνοντος ἐν αὐτῇ ποιητ. A στὰ vero Στωϊκὸς factum, auctâ vocalis quantitate: quâ reservatâ, etiam Στοϊκὸς olim dixere: ut Comicus ille apud Athenæum, lib. 12.

Ἀκόσατ' ὦ Στάκυες ἔμπροσθι λήρου.
Vos Stoici me nugivenduli audite.

Ad Stoicam porticum allusit Tertullianus, cum in præscriptione adv. hæreticos ait: *Nostram institutionem de porticu Solomonis esse.* Ac Apostolorum etiam ætate Stoicos Athenis durasse, vel ex Actis eorum liquet, ubi dicitur eos Athenis Paulo restitisse de Resurrectione docenti. Habuit hæc secta societatem cum Cynicâ & Academicâ. Unde Juvenalis:

——Et Stoica dogmata legit
A Cynicis tunicis distantia.

Universam autem Stoicorum philosophiam breviter docebit Laertius in Zenone: fusius in moralibus Enchiridion Epicteti: item Simplicius in Scholiis, & eo copiosior Arrianus, qui dissertationes ab Epicteto domi, vel in viâ habitas collegit ac digessit. Adeundus præterea recentior his Barlamus Gyracensis episcopus in Physicis. Cleomedes in Meteoris. In utrisque L. Seneca. Vide & Cic. Paradoxa, ac Plutarchum περὶ Στωικῶν ἐναντιωμάτων, καὶ περὶ Ἀρ κοινῶν ἐννοιῶν. E junioribus juvabunt Schioppii moralia Stoica, ac imprimis adeunda Lipsii duplex Stoica manuductio. Multi ex Nobilissimis Romanorum hanc sectam sequebantur, ut Tubero, Cato, Varro: posteaque Thraseas Pætus, Helvidius Priscus, Rubellius Plautus: etiam hanc amplexus Imp. M. Antoninus, cujus tempore plures erant Stoici, quam alius sectæ, ut S. Empiricus narrat. Nec mirum, si secta hæc placuerit gravissimis quibusque, cum nulla magis animum formet ad contemptum rerum humanarum, & patientiam in adversis. Unde Sen. de Const. Sap. cap. 1. *Tantum interesse inter Stoicos & cæteros sapientiam professos, quantum inter viros & fœminas.* Et Ep. 83. vocat *fortissimam, & sanctissimam sectam.* Et quam pulcrum illud elogium apud Cic. 4. Tusc. *Licet insectemur istos* (Stoicos) *metuo ne soli philosophi sint.* Etiam ex antiquis Theologis plerique à Stoicis profecti sunt. In his Pantænus Alexandrinus Antistes: qui, ut de eo refert B. Hieronymus ad Indorum Brachmanas missus fuit, ut Christum prædicaret, philosophus philosophos facilius converteret, Stoicus Brachmanas, qui in multis convenirent. Discipulus ejus Clem. Alexandrinus, qui & ipse passim se Stoicum prodit. Quid mirum? quando ea secta in aliquibus convenit cum religione Christianâ. Hieronymus in Esaiæ c. 10.

Stoici cum noſtro dogmate in pleriſque concordant. Nec tamen cuivis indoli æque hæc ſecta conducit: nam eos, quibus natura eſt faſtu turgida, ſi corrigere non valet, magis etiam inflabit: ſed ſi modeſtum ingenium obtingat, magnis illud paſſibus ducet ad virtutem. Non hoc diffiteri potuit Plutarchus, etſi Academicus ipſe, & alias Stoicis ſatis iniquus. Sic enim ſcribit in Cleomene: Ἐχεῖ τὸ ὃ Στωϊκὸς λόγος πρὸς τὰς μεγάλας καὶ ὀξείας φύσεις ἐπιστρέφεις καὶ παρέλκον βαθεῖ ἢ καὶ πρὸς κεφαλὴν ὑφ' ἥδει, μάλιστα εἰς τὸ οἰκεῖον ἄγαθον ἐπιδίδωσι, Voſſius. Hinc *Stoicida.* Juvenal. Sat. 2.

Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem
Stoicidæ.

Strabo, Cnoſſo quidem Cretæ civitate oriundus, ut lib. 10. ipſe refert, ſed natus Amaſiæ civitate Ponti, ut ipſemet de ſe profitetur lib. 12. Philoſophus fuit Stoicus, quanquam & Philoſophiam Peripateticam attigit. Geographus præſtantiſſimus fuit, cujus 17. Geographiæ libri, quos Tiberio Cæſari rerum potiente conſcripſit, ut ex libb. 4. & 13. colligere eſt, etiamnum hodie extant. Scripſit & alios libros, ac inter eos, Commentarios hiſtoricos utiles ad moralem ac civilem philoſophiam, ut ipſe teſtatur, lib. 1. ſed ad nos non pervenerunt. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 185.

Strato, Sidonis regulus, qui (ut Hieronymus ſcribit) manu propriâ ſe volens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum fœdus Ægypti regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium, quem arripuerat, circumſpiciens, hoſtium pavidus expectabat adventum. Quem jamjamque capiendum uxor intelligens, extorſit acinacem de manu, & latus ejus tranſverberavit compoſitoque ex more cadaveri ſe moriens ſuperjecit, ne poſt virginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret. Ælianus quoque in varia hiſtoriâ Stratonem Sidonium quendam ſcribit in conviviis valdè delicatum, amiciſſimum Neoclis Cypri regis pari luxuriâ certantis.

Stratones, octo fuerunt. Primus Iſocratis auditor. Secundus Lampſacenus philoſophus, Theophraſti familiaris & ſucceſſor, qui vocatus eſt Phyſicus, & præceptor fuit Ptol. Philadelphi, ſcripſitque multos libros. Tertius, medicus, qui Eraſiſtratum audivit. Quartus hiſtoricus, quem tempore Ptolemæi Philometoris, & Perſei ultimi Macedoniæ regis vixiſſe putat Voſſius, eò quòd illud potiſſimum bellum tractandum ſuſceperit, quod Romani cum Perſeo, & patre ejus Philippo geſſerunt. Quintus quis ſit apud Diogenem deſideratur. Omnino aliquid deeſt. Sextus eſt poeta, epigrammatum ſcriptor. Septimus medicus antiquus, etiam memoratus Ariſtoteli, ſive Ariſtocli, prout legit Laertii interpres. Octavus vocatur Περιπατητικὸς βεβιωκὼς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, quem opus hiſtoricum de rebus inventis reliquiſſe ſcribit Clemens, lib. 1. Strom. Videmus interim non meminiſſe Laertium Stratonis Geographi, quem ſub Tiberio vixiſſe ait Suidas. Sed fortaſſe is erat quintus, qui nunc deſideratur. Mirum vero quod & Strato iſte Amaſenus fuiſſe dicatur. Nam Amaſenus quoque erat Strabo, & Geographus quoque fuit, ac ſub Tiberio vixit. Quare vel Suidas, vel librarius, Strabonem, Stratonemque confudiſſe videtur. Sane hoc veriſimilius ſit, quam, quod ſomniabat Franciſcus Patricius, nobilem illum Geographum, quem veteres omnes *Strabonem* vocant, *Stratonem* dici oportere.

Stratonicus, citharœdus, qui habuit in ludo 9. Muſarum imagunculas, & Apollinis unam, diſcipulos duos. Propterea interroganti cuidam, quot haberet diſcipulos, cum Diis, inquit, duodecim. Fuit & *Stratonicus* Philippi Macedonum regis, & Alexandri deinde filii Quæſtor, homo ditiſſimus ex quo illius nomen in proverbium abiit, ſicut Craſſus apud Latinos, uti Diod. Sic. & Ælianus prodiderunt. Plautus in Rudente: *Poſt animi causâ mihi navem faciam, atque imitabor Stratonicum, opida circumvectabor.*

Strattis Olynthius ſcripſit de diurnis Alexandri actibus libros 5. de flu. fontibus & lacubus, item de obitu Alexandri. Suidas.

Strattis, Comicus Poeta; de quo Caſaub. in Athen. lib. 7. cap. 23.

Strattis, Athenienſis Tragicus cujus fabb. memorantur Athenæo & Suidæ.

Strenua, Dea, quæ & *Strenia* dici videtur Varroni, D. Auguſtinus à *ſtrenue* faciendo denominatam ait. Lil. Gyraldus Synt. 1. lib. Hiſt. Deorum.

Strophius, rex Phocidis, pater Pyladis, cujus beneficio Oreſtes matris ſuæ crudelitati eſt ereptus, & unà cum Pylade ejus filio liberaliſſimè educatus. Vide *Pylades.*

Suada, & *Suadela,* perſuaſionis Dea, quæ Græcis Πειθὼ dicitur. Hæc comes Veneris fingitur, quòd qui amantur, gratiâ & oratione capiantur. Horatius:

At benè nummatum decorant Suadela Venuſque.

Qu. Ennius:

Flos inlibatus populei Suadaique medulla.

Subſolanus, ventus ſpirans ob ortu Æquinoctiali adverſus Favonium, ita dictus quòd *ſub Sole* naſci videatur; unde & Græci *Apeliotem* appellarunt. Plin. 2. 47.

Suetonius Tranquillus, vixit temporibus Trajani & Hadriani, ſub quo epiſtolarum magiſter fuit, ut ex Spartiano ſcimus in Hadriano; ubi & illud narrat eo excuſſum honore, quia ſe familiarius coerceret cum principis uxore. Vide Voſſium de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 31. qui alibi eum vocat *emendatiſſimum & candidiſſimum, & cui familiare ſit amare brevitatem. Illud opinor,* inquit Eraſmus, *apud eruditos omnes in confeſſo eſſe, quod ad narrationis fidem attinet, primas deberi Suetonio, qui, ut quidam non infeſtiviter dixit; Prorſus eâ libertate ſcripſit Cæſarum vitas, quâ ipſi vixerunt.*

Suffenus, ineptiſſimus Poeta, qui in ſuis operibus mirabatur ſe plurimum, ſibique blandiebatur & arridebat. Catullus ad Varum Epigr. 22.

Nimirum idem omnes fallimur, neque eſt quiſquam
Quem non in aliquâ re videre Suffenum
Poſſis. Suus cuique attributus eſt error,
Sed non videmus manticæ quid in tergo eſt.

Suffetes, de quibus vir Magnus de Phœn. Colon. lib. 1. cap. 24. hæc habet. Didone fato functâ regium Carthaginis regimen mutatum in populare, aut vere ariſtocraticum. Nam ſumma rerum erat penes paucos judices, quibus jus vitæ & necis ſummum fuit in univerſos cives. Livius, lib. 33. *Judicum ordo Carthagine eâ tempeſtate dominabatur, eò maximè quod iidem perpetui Judices erant: Res, fama, vitaque omnium in illorum poteſtate erat. Qui unum ejus ordinis, & omnes adverſos habebat.* Hannibal vero ut nimiam horum potentiam retunderet, & in ordinem cogeret, legem promulgavit pertulitque Præturæ ſuæ tempore, ut in ſingulos annos Judices legerentur, ne quis biennium continuum Judex eſſet. Hi Judices, aut qui in illis principem locum obtinebant, à Romanis ſcriptoribus *Suffetes* appellantur. Liv. l. 28: *Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus.* Et lib. 30. *Senatus itaque Suffetes, quod velut conſulare imperium apud eos erat, vocaverunt.* Et lib. 34. *Cum Suffetes, ad jus dicendum conſediſſent.* Sen. de Tranqu. cap. 3. *Nonvis enim niſi conſul aut prytanis, aut ceryx, aut ſufes adminiſtrare Remp.* Itaque *Sufferi,* vel *Suffetes* ſunt שופטים *Sophetim,* i. e. *Judices.* Ita vocantur Ebræis ſummi magiſtratus quos Judæorum Remp. adminiſtraſſe legimus, inde à morte Joſuæ uſque ad reges electos. Nemo non ſtatim agnoſcet hoc eſſe veriſimilius, quàm quod contendit vir maximus Notis ad Feſtum *Suffetes* eſſe צופים *Sophim,* i. e. ἐφόρους, ἐποπτας, ἐπισκόπους. Voſſius tamen *Sufes* legendum mavult quam *Suffes.*

Suidas, floruit temporibus Alexii Comneni, qui imperium ſuſcepit, An. Dom. 1081. Hoc de ætate ſcimus ex iis quæ ſcribit in voce Ἀδὰμ, ubi à Chriſto nato uſque ad id tempus, effluxiſſe ait annos 1081. Sane Suidam ante annos claruiſſe quingentos etiam judicium eſt doctiſſimi Caſauboni. Sed poterat *Sexcentos* dixiſſe, ut facit Andræas Schottus præfatione in proverbia ex Suidæ collectaneis. Et ſi autem quantum ad Lexicon, proprie hiſtoricus non eſt; tamen magnam partem operis ſui hiſtoriis farcivit: quas à ſe ac diſcipulis ſuis, Latinè tranſlatas ſeorſim edidit Hieronymus Wolfius. Primus vero Latinè tranſtulit, atque etiam annotationibus illuſtravit Robertus Groſſeteſt, vel Groſthead, i. e. Capito, Anglus, Epiſcopus Lincolnienſis, qui obiit, A. D. 1253. uti teſtatur Balæus. Sed omnium facile induſtriam vicit Æmilius Portus, Franciſci fil. qui Græcum textum cum MSS. contulit, multiſque locis emendavit, obſcura item explicuit, integrum quoque Latinè tranſtulit. Adhuc tamen locis penè infinitis medicas requirit manus. Videri vero poſſit Suidas etiam alia in literas retuliſſe. Sanè Σουΐδας ἐν Θεσσαλικοῖς adducitur ab Apollonii Scholiaſte in lib. 1. Ἀργοναυτ. Et eopſe libro legas, Σουΐδας καὶ Ἀεισοτέλης, οἱ περὶ Εὐδοξίας παρεγγεγραφότες βιβλίοις. Imò Suidam ἐν ἡγεμονίαις citat Stephanus in Ἄμυσος. Sed cum Suidas iple meminerit Hermolai, qui Stephani epitomen fecit: omnino alius iſte Suidas fuerit. Videlicet duo minimum fuere Suidæ. Unus ipſo Strabone antiquior, de quo ſic ſcriptor ille lib. 7. Σουΐδας ὁ τοῖς Θεσπιῳοῖς μυθώδεις λόγους συγγραξάμενος, &c. Atque hujus etiam, tum libri ἡγεμονιῶν, tum de Eubœâ, fuerint, quos Stephanus à Suidâ exaratos eſſe teſtatur. Alter Suidas, Lexici author, junior eſſe non poteſt Joanne Zimiſce. Siquidem voce Ἀδὰμ ab origine mundi exorſus temporum ſeriem uſque ad Zimiſcem perducit. Is autem imperare cœpit, A. D. 870. Et profectò ſi multo poſt vixiſſet, credo, ulterius tempora perduxiſſet. Siqua recentius ſeculum indicare videntur, ea fortaſſis addiderint juni-

ores. Vel hoc verum est; vel locum, quem dixi, transcripserit ex aliquo, qui Zimiscis tempore vixerit. Nam is mos Suidæ, ad verbum priores exscribere, neque mentione eos dignari. Nescio autem quid in mentem venerit doctissimo Angelo Politiano, ut epistolâ ad Bernardum Ricium, quæ legitur libro undecimo, dubitaret, an ullus unquam Suidas fuisset. Quam sententiam, quæ diximus satis refellunt: Vossius. *Erat Suidas non admodum vetustus Grammaticus, nullius judicii, doctrinæ autem mediocris.* Ita Montacutius Exercit. 7. Sect. 1. *E Scholiis Aristophanis, ut & ex aliis Grammaticorum promptuariis in acervum suum infinita congessit.* Ita Des. Heraldus ad Arnob. lib. 3. Denique Casaubonus not. ad Diog. Laert. *Nihil facilius fuerit, quam eum auctorem insimulis quibus scatet mendis liberare: quod tamen miror nequivisse videre virum eruditum ejus interpretem, cui, quum Suidas sæpissimè integras Laertii paginas describat, nunquam potuit hoc subolere: quod sanè miror.*

Sulpitia, Paterculi filia, & Fulvii Flacci uxor, fœminarum pudicissima fuisse matronarum sententiâ judicata est, quæ simulachrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Plin. 7. 35.

Sulpitia, vel *Sulpicia*, poetria, cujus satyra extat unica. Sed castos præterea amores scripsit marito Calæno. Meminit eorum præter Martialem, (qui lib. x. Epigr. 35. impensè laudat) Sidonius Apollinaris carm. 9. Credit Vossius ex iis esse illud apud Juvenalis interpretem in Sat. 6.

Ne me cadurcis destitutam fasciis
Nudam Calæno concubantem proferat.

Calæni mariti ipsa meminit in Satyrâ, ac Martialis quoque Ep. 38. lib. memorati. Est ejus de sese in eadem Satyrâ:

Primaque Romanas docui contendere Graiis.

Sulpitius Gallus, Astrologus, qui in exercitu P. Æmilii contra Perseum, deprehensam noctu Eclipsim Lunæ mirantibus militibus enarravit. Plin. 12. 2. & Cic. lib. 1. Off.

Summanus, Pluto sic dictus, quasi *summus* Deorum *Manium*: ut in Nupt. Philolog. docet Capella. Huic Romani nocturna fulmina assignabant, quemadmodum diurna Jovi. Plin. 2. 51. Ovid. 2. Fast.

Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur
Tunc, quam Romanis, Pyrrhe, timendus eras.

Sunius, Arabica scripsit, quarum librum quartum citat Steph. in Ἐδεσσηνοί.

Suovetaurilia, sacrificii genus ab antiquis Rom. in lustrationibus aut piamentis adhiberi solitum. Cato de R. R. Cum Divis volentibus quodque benè eveniat, mando tibi Mani ut illace Suovetaurilia, fundum, agrum, terramque meam, quota ex parte circumferenda censeas, uti cures lustrare. Liv. l. 9. Telo potiri hostem fas non est; si potiatur, Marti Suovetaurilibus piaculum fieri. Tac. An. 5. Sacrificantibus, cum hic more Romano Suovetaurilia daret, ille equum placando amni. Quæ victimæ in hoc sacro, etsi vox indicet, clarè etiam Varro de R. R. 2. Populus Rom. cum lustratur Suovetaurilibus circumaguntur verres, aries, taurus: & Quintilianus: Nam Suovetaurilia jam persuasum est esse ex sue, ove & tauro. *Solitauria* hæc etiam dicta docet Festus. Nec abeunt à Græcorum veteri sacro quod illi περίδον dicebant, de quo Eust. aliique. Lipsius.

Æmilius *Sura* scripsit de annis Pop. Rom. ut legere est apud Velleium lib. 1. 6. Vide Voss. Hist. Lat. pag. 691.

Syagrius, vir illustris de quo Symmachus lib. 3. Ep. 19.

Syagrus, primus Bellum Trojanum carmine cecinit. Ælian. Var. 14. 21.

Syceus, unus Titanum, quem fugientem Tellus mater suscepit, & inde ficum protulit.

Sycites, Bacchus dictus est ἀπὸ τῆς συκῆς, quod is non solum vini, sed etiam ficorum & fructuum prope omnium fuerit inventor. Hesychio vero non est συκίτης sed συκάσης.

Sylla, Romanus nobilis ex antiquâ Scipionum familiâ, adolescentiæ omnibus vitiis inquinatus. Quæsturam sub Mario adeptus est, in quâ vitam omnem penitus commutavit; Literis Græcis & Latinis benè eruditus, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, pecuniæ maximus largitor, animo grandis; ut de illo dubitari potuerit (inquit Sallustius) fortiorne an felicior esset. Missus à Mario ad Bocchum regem legatus, Jugurtham vinctum retulit: Mithridatem Asiam crudelissimè vastantem compescuit; Socialis belli luctus repressit; Cinnæ dominationem fregit, & Marium, qui olim se Quæstorem fastidierat, ipsam illam provinciam proscriptum & exulem petere coegit. Dictator deinde factus ita Remp. oppressit, ut teste Cicerone in Verrem, nemo, illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere potuerit. Lucan:

Sylla quoque immensis acceffit cladibus ultor
Ille, quod exiguum restabat sanguinis urbis
Hausit.——
Tunc data libertas odiis, resolutaque legum
Frænis iraruit, nonuni cuncta dabantur,
Sed fecit sibi quisque nefas——

Felicis sibi cognomen asseruit (non civili sanguine, ac patriæ oppugnatione, uti scoptice Plinius 7. 43. & Val. Max. 9. 2. *En quibus actis Felicis cognomen assequendum putavit!* itemque Lucanus, lib. 2.

Hisne Salus rerum, Felix his Sylla vocari,
His meruit?——

Sed) quòd *feliciter* in hostes pugnasset, quod amicus fuisset Metelli Pii, quod Athenas vi captas non delevisset. Scribit Appianus equestrem imaginem Syllæ auream ante rostra positam cum inscriptione: *Cornelio Syllæ Imperatori Fortunato.* Solinus vero capite septimo: *Sylla*, inquit, *potius dictus est, quam fuit Felix. Venustum* quoque se cognominari voluit, & filium *Faustum*, filiam verò *Faustam* appellavit. Rhod. 24. 6. Ei semel immolanti jecur extremâ fibrâ coronæ laureæ imaginem ostendit, ostento mirabili felicitatis. Alex. ab Alex. 5. 25. Privatus ad postremum Dictaturâ depositâ, Puteolis periit phthiriasi, i. e. morbo pediculari. Vide Plutarchum in *Sylla*, & Lubinum ad illud Juvenalis Sat. 1.

——*Et nos*
Consilium dedimus Syllæ privatus ut altum
Dormiret.——

Serenus Sammonicus:

Sed quis non paveat Pherecydis fata Tragœdi,
Qui nimio sudore fluens animalia terræ,
Eduxit tupi miserum quæ morte tulerunt.
Sylla quoque infelix tali langore peresus
Corruit & fœdo se vidit ab agmine vinci.

Sosipater Charisius, lib. 1. *Sibyllam Epicadius de cognominibus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primo sacrum fecit: deinde Syllam: qui quod flavo & compto capillo fuerit, consimiles Syllæ sunt appellati: Inde effœminati hodieque Sylli dicuntur, quos vulgus imprudenter Psyllos appellat.* Vitam ejus scripsit Plut. Quædam quoque de illo quatenus scriptore habes apud Voss. de Hist. Crudelitas ejus immanis prorsus & plane barbara. Sen. 1. de Clem. *Sullam* appellari tyrannum quid prohibet cui occidendi finem fecit inopia hostium. Descenderit licet Dictaturâ suâ & se togæ reddiderit: quis tamen unquam tyrrannus tam avide humanum sanguinem bibit quam ille qui septem millia civium Romanorum; contrucidari jussit. Ingens sanè numerus, in quo tamen valde dissentiunt auctores. Alii ad *quatuor millia* tradunt: ut Florus, ut Dionys. Hal. fine lib. 5. Creditur & Valerius sic scripsisse: in quo tamen falsò *quatuor legiones legas*, lib. 9. 10. At Sen. Ben. 5. 16. *legiones duas* dicit, convenienter cum hoc *septem millium* numero, quem & Firmicus firmat, lib. 1. *Septem millia civium, in medio sinu urbis* Sullanâ animadversione ceciderunt. Livius autem in Epit. *octo millia*, Plutarchus *sex*, quem omnino vide, ipsa ista Senecæ verbatim pœne exprimentem.

Sylvanus, Deus sylvarum. Servius ad istud Virg. Æn. 8.

Sylvano fama est veteres sacrasse Pelasgos
Arvorum, nemorumque Deo lucemque diemque, &c.

Publica, inquit, *ceremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum esse Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt esse eum ὑλικὸν θεὸν*, i. e. *Deum* ἡ ὕλης. *Hyle autem est fæx omnium elementorum, id est ignis sordidior & aer, item aquæ & terræ sordidiora, unde cuncta procreantur: quam Græci ὕλην, Latini materiam appellarunt: nec incongrue, cum materiæ sylvarum sint.* Quod si igitur Deus ἡ ὕλης est, idem erit cum Pane. Vet. Gloss. *Sylvanus*, Πὰν, θεὸς ὑλαῖος. Virg. tamen Georg. 1. manifesto eos distinguit. Nam cum dixisset: *Pan ovium custos, &c.* interjectâ deinde Minervæ ac Triptolemi mentione, subdit tandem,

Et teneram ab radice ferens, Sylvane, cupressum.

Lucanus, lib. 3.

Hunc non ruricolæ Panes, nemorumque potentes
Sylvani, Nymphæque tenent.

Prop. 4. 4.

Sylvani ramosa domus.——

Gratius Falisc. in Cynegetico:

——*Inculto Sylvanus termite gaudens.*

Vide Lil. Gyraldum Synt. 15. Horat. lib. 3. Od. 29.

Jam pastor umbras cum grege languido,
Rivumque fessus quærit & horridi
Dumeta Sylvani.

Apud eundem, lib. 2. Ep. 1.

Agricolæ prisci, fortes, parvoque beati
Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,

Juvenalis, Sat. 6.

Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri

Crure

Crure tenus medio tunicas ſuccingere debet
Cædere Sylvano porcum, quadrante lavari.

Statius, lib. 6. Theb.

Non graſſante Noto citius nocturna peredit
Flamma nemus. Linquunt flentes dilecta locorum
Otia, cana Pales, Sylvanuſque arbiter umbræ,
Semideumque pecus migrantibus aggemit illis.
Sylva, nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ.

Sylvanus, avi fui & ſororis filius, hoc modo. Valeria Tuſculanaria ob iram Veneris Valerium patrem ſuum deperibat, remque nutrici communicat, quæ dolis adorta herum, puellam quandam ex vicinis eum dixit adamare, quæ aſpectum ejus, apertumque concubitum vereatur. Aliquando pater poſtmodum debacchatus lumen petiit: nutrix vero præveniens, fugienſque ſeſe præcipitavit, filia quoque inde evadens peperit Sylvanum, quem Græci *Ægypanem* vocant. Pater quoque Valerius dolore affectus ſeſe dedit in præcipitium.

Sylvia, nomen quo Ilia Romuli mater vocata eſt. Virgil. Æn. 7.

Aſſuetum imperiis ſoror omni Sylvia curâ,
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis.

Ovid. Faſt. 2.

Sylvia Veſtalis cæleſtia ſemina partu
Ediderat, patruo regna tenente ſuo.

Sylvius, Æneæ fil. à quo poſtea omnes Albani reges *Sylvii* dicti ſunt. Virg. Æn. 6.

——Primus ad auras
Æthereas Italo commiſtus ſanguine ſurget
Sylvius, Albanum nomen, tua Poſthuma proles:
Quem tibi longævo ſervum Lavinia conjux
Educet ſylvis regem, regumque parentem:
Unde genus longâ noſtrum dominabitur Albâ.
Proximus illæ Procas Trojanæ gloria gentis
Et Capys & Numitor, & qui te nomine reddet
Sylvius Æneas.——

Ovid. Faſt. 4.

Poſthumus huic: qui, quod ſylvis fuit ortus in altis,
Sylvius in Latiâ gente vocatus erat.

Æneas *Sylvius*, poſtea *Pius Secundus*, Rom. Pont. Patria Senenſis, ſcripſit longè plurima quæ recenſet Platina. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. 3. 7.

Symeon, Metaphraſtes flor. ſub Leone 4. Imp. ac propter generis claritatem, opes luculentas, dignitatem, ac imprimis prudentiam, doctrinam, facundiam, magno in pretio fuit, ſicut ex Pſello in Symeonis Encomio cognoſcimus. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. 290.

Symmachus, Romanus orator, miſſus à Senatu Conſtantinopolim ad Theodoſii liberos, rogatum, ut Veſtales à Chriſtianis deſtrui minimè paterentur; cujus rei gratiâ putabant ſe adverſa multa à Diis eſſe paſſos. Ejus igitur orationem & Prudentius & Ambroſius acerrimè confutarunt. Fuit alius ejuſdem nominis ſacrorum librorum interpres Græcus, parum doctrinæ ſynceræ, & Chriſtianæ. Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 6. cap. 14. De variis autem *Symmachis* vide Voſſium ad Boetium, pag. 36.

Syneſius, è Pentapoli Africæ Philoſophus Chriſtianus, Præſul Ptolemaidis factus, ſcripſit libros in Grammaticam, Philoſophiam, panegyricos, epiſtolas & alia. Suidas. Ad Theodoſium hunc ſcripſiſſe, teſtem habemus Evagrium, lib. 1. Hiſt. cap. 15. Præter alia Hymnos reliquit decem; quorum trina tralatio Guil. Canteri, Fr. Porti Cretenſis, & Dionyſ. Petavii.

Syphax, Numidiæ rex, qui cum Scipioni per Lælium fuiſſet conciliatus, bellique ſocietatem cum eo iniiſſet, poſtea, violatâ fide Annibali adhæſit. Tandem victus à Maſiniſâ, vivus in Scipionis manus perductus eſt, à quo in triumpho circumductus, in carcerem incluſus, inediâ vitam finiit, regno Maſiniſſæ conceſſo. Ovid Faſtorum 6.

Poſtera lux melior, vincit Maſiniſſa Syphacem.

Propertius, lib. 3. El. 11.

——Victi monumenta Syphacis.

Juv. Sat. 6.

Tolle tuum precor Annibalem, victumque Syphacem
E caſtris, & cum totâ Carthagine migra.

Corripuit ſecundam ſyllabam Claudianus, lib. de Bello Gild.

——Haurire venena
Compulimus dirum Syphacem, fractumque Metello
Traximus immanem Marii ſub vincla Jugurtham.

Vide ſis illic Barthium. Sil. Italicus, lib. 16.

Maſſylis regnator erat ditiſſimus oris,
Nec nudus virtute Syphax, &c.

Ubi ſis vide Dauſqueium.

Syringx, Nympha Arcadica, una Naiadum, quæ cum vim Panos, alioqui effugere non poſſet, invocato ſororum numine, in calamos paluſtres eſt mutata. Ovid. Met. lib. 1.

TA

Taautus, idem qui Mercurius; Sanchoniathon tradit illum primum artem ſcribendi repriſſe, rerúmque geſtarum commentarios reliquiſſe. Sub ejus nomine extabant commentarii rerum à regibus Ægyptiis geſtarum, qui ob benefacta divino honore colerentur. *Voſſ.* De Hiſtorico iſto antiquiſſimo Doctiſſ. Dodwellum fuſiùs diſſerentem conſulas in libello de *Sanchoniathone* vernaculo idiomate conſcripto.

Tabalus, Perſa, cui poſt Cræſum captum, Cyrus Sardes urbem cuſtodiendam commiſit. Amœn. Hiſt.

Taberius Eros, Grammaticus, à Plinio pedibus cretatis (mancipii ſc. conditione) Romæ advectum memoratus.

Tabiti, nomen Scythicum Veſtæ inditum. Herod.

Petrus *Taboræus*, Chronicon Brabantiæ ſedulò conſcripſit, eſtque inter eos è quibus in Chronicis ſuis non pauca hauſerit Chriſtianus Maſſæus, ut eſt apud Simlerum. Voſſ.

Tabutes, homo Perſa, Prienenſibus maxime infeſtus. Pauſan.

Tacfarinas, Numidarum rex, Decium ad Pagydam vicit. Tacitus Annal. 3. A Dolabellâ vincitur & interficitur. Idem Annal. 4.

Tachos, rex Ægyptiorum, qui cum Ageſilaus Lacedæmoniorum regem brevis ſtaturæ hominem, qui iccirco venerat, ut cum eo belli ſocietatem iniret, eique auxilium ferret, hoc intempeſtivo joco laceſſiſſet: Parturiebat mons, ac Jupiter metuebat, ille autem murem peperit: regno ſuo eſt ſpoliatus, alieno à ſe Ageſilao, ſocietateque diremptâ. Athen. lib. 14. Plut. in Ageſilao.

Tacita, Dea apud Romanos. Ovid. Faſt. 2.

Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis
Sacra facit Tacitæ; nec tamen ipſa tacet.

Præerat hæc Dea compeſcendis detrahentibus linguis. Debet Regi Numæ ſuum cultum. Plutarchus: Καὶ τὸν Μᾶρκ᾽ ἴδιον καὶ διαφόρως ἐσπούδαξε σέβεσθαι παῦ Ῥωμαίους Ταξίταν προσαγορεύσας ὃς σιωπηλὸν, ἢ νέαν.

Tacitus Cornelius, ſub Adriano Principe orator clariſſimus, æqualis ac familiaris Plinii Junioris. Gall. Belgicæ rationes procuravit, ad Veſpaſianos uſque pervenit, ab iiſque honoribus evectus, hiſtoriam principum ſcripſit ab Auguſto ad Adrianum. De hoc ſcriptore nos alibi plura. Interim vide Voſſium de Hiſt. Lat. lib. 1. cap. 30.

P. Annius *Tacitus*, interfecto Aureliano, conſenſu Senatus & militum ex Senatus corpore Imperator eſt electus. Vir Conſularis, ſenex, doctus, & juſtitiâ gravis. Togis iiſdem eſt uſus quibus privatus, nec ullam intermiſit noctem, quâ non aliquid ſcriberet vel legeret. Corn. Tacitum hiſtoricum parentem ſuum dixit, & in omnibus bibliothecis collocari, & decies quotannis exſcribi juſſit, ne incuria periret. Ob temporis brevitatem nil magni geſſit; ſexto enim menſe interemptus eſt, vel, ut alii volunt, febri apud Tarſum deceſſit.

Tageno, Decanus Patavienſis, à Patavio civitate epiſcopali inferioris Bavariæ ita dictus, expeditionem Cæſaris Barboroſſæ in Palæſtinam deſcripſit, atque fidem eo majorem meretur, quòd dictæ expeditioni cum Diepoldo epiſcopo ipſe interfuerit. Ejus opus Marquardus Freherus volumini inceditorum de rebus Germanicis ſcriptorum adtexuit. Voſſ.

Tages, Genii fil. teſte Feſto, & nepos Jovis, qui adhuc puer duodecim Hetruriæ populos haruſpicinam traditur docuiſſe. Cic. lib. 2. de Divin. *Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatus eſſe, qui arabat: Is autem Tages, ut in libris eſt Etruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentiâ. Ejus aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque majorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamque brevi tempore in eum locum Hetruriam convenisse; tum illum plura locutum multis audientibus qui omnia ejus verba exceperint, literiſque mandaverint: omnem autem orationem fuiſſe eam quâ aruſpicinæ diſciplina contineretur*; De hoc Tage, quem nonnulli malum genium fuiſſe putant, Ovid. Met. 15.

Haud aliter ſtupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in arvis,
Sponte ſuâ primum, nulloque agitante moveri;
Sumere mox hominis, terræque amittere formam,
Oraque venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixêre Tagen: qui primus Hetruſcam

Edocuit

Edocuit generem casus aperire futuros.
Lucan. lib. 1.

——— *Dii visa secundent,*
Et fibris sit nulla fides: sed conditor artis
Finxerit ista Tages.———

Alii dicunt hominem fuisse obscurum, qui subitò inclaruit, quum artem divinandi esset professus. Vide Lindenbrog. ad Censorin. de Die Nat. cap. 4.

Tagus, viri cujusdam nobilis nomen. Sil. Ital. lib. 1.

——*Volitabat ovans, acieſque per ambas*
Jam Tagus auratis agnoſcebatur in armis.

Memorabile est quod de servo hujusce Tagi memorat Val. Max. lib. 3. *de Patientiâ*. *Servus barbarus Asdrubalem, quòd dominum suum occidisset, graviter ferens, subitò aggressus interemit. Cumque comprehensus omni modo cruciaretur, lætitiam tamen, quam ex vindictâ ceperat, in ore constantissimè retinuit.* Livius, lib. 21. de eodem servo: *Comprehensus à circumstantibus, haud alio quam si evasisset vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut superante lætitiâ dolores, ridentis etiam speciem præbuerit.* Sil. Italicus, lib. 1.

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit ensem
Dilectum domino, pernix irrumpit in aulam,
Atque immite ferit geminato vulnere pectus.
At Pœni succensi ira, turbataque luctu
Et sævis gens læta ruunt, tormentaque portant.
Non ignes candensque chalybs, non verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus
Carnificesve manus, penitusque infusa medullis
Pestis, & in medio lucentes vulnere flammæ
Cessavere: ferum visu, dictuque, per artem
Sævitiæ, extenti quantum tormenta jubebant
Creverunt artus, atque omni sanguine rapto
Ossa liquefactis fumarunt fervida membris.
Mens intacta manet, superat ridetque dolores,
Spectanti similis, fessosque labore ministros
Increpitat, dominique crucem clamore reposcit.

Alius fuit ejusdem nominis apud Lucan. lib. 3.

——— *Cujus dum pugnat ab ultâ*
Puppe Tagus, Graiumque audax apluſtre retentat,
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transfigitur.———

Talaus, Biantis & Perones fil. ab Apollodoro, lib. 1. memoratus. Βίαντος δὲ καὶ Πηρῶς Ταλαὸς, ὃ καὶ Λυσιμάχης τὸ Ἀδάντος τοῦ Μελάμποδος, Ἄδρηστος, Παρθενοπαῖος, κλ. & à Pausania in Corinthiacis, Πόλυβος Ταλαῷ τῷ Βίαντος βασιλεύοντι Ἀργείων, Λυσιάνασσαν δὲ συγατέρα ἔδωκε.

Talæus, Jupiter apud Cretenses ita dict. Hesych. Ταλαὸς ὁ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. Sine dubio à *Talæis* montibus in Cretâ; unde Gruterus, pag. 1058.

Οὔρεσι Ταλαοῖσιν ἱδρυμένῃς Μεγάλης ἔρυμ.

Talentia, Spartana mulier, cum audivisset filium suum Pædaretum iniquè se apud Chios in regni administratione gessisse, his ad eum verbis scripsit: *Aut te melius in Chii administratione gerito, aut istic maneto. Nam si Spartam redieris, non est quod ultra speres te victurum.*

Talos, Hunc tantæ celeritatis fuisse aiunt, ut totam Cretam uno die pedibus obiret. Toto corpore quoque eundem æreum fuisse perhibent, præter tuberculum quoddam in imo calcaneo, tenui membranulâ tectum, quâ diruptâ, mors ei fataliter constituta esset. Hunc Jupiter raptæ Europæ & in Cretam abductæ dono dedit, qui insulæ custos foret, terque totam insulam obiret; die an mense an anno nihil diserte ab Apollonio expressum est; quo loca narrat quem in modum hic Argonautas (à Colchicâ Expeditione redeuntes) ne in Cretam, ut volebant, appellerent prohibuerit, uti videre est in his lib. 4.

Τὸν δ' ἐκ Ταλως χάλκειος ἀπὸ σφυρῆς σκοπέλοιο
Ῥηγνύμενος πέτρας, εἶσεν χθονὶ πείσματ' ἀνάλαι,
Δικταίῳ ὅρμοιο κατερχομένους ὀπωπῇ.
Τὸν μὲν χαλκείης μελιηγενέων ἀνθρώπων
Φύλις λοιπὸν ἐόντα, μετ' ἀνδράσιν ἠμιθέοισιν,
Εὐρώπη Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι ἔρκος,
Τεῖς δὲ χαλκείοις κρήτλῃ ποσὶ δινεύοντα.

Iis autem qui consequuntur, versibus quâ illum arte Medea interfecerit exponitur. • In Orphei quoque Argonauticis hæc de eo leguntur:

Ὅσσα τ' ἀρ' ἐν Κρήτῃ πάσην ἄλκα τετληῶτες
Χάλκειον περίγαντα δοκεύομεν, ὄφρ' ἰκόμεσθα
Ὅς ῥά οἱ οὐκ εἶα λιμένων ἔντοσθεν ἰκέσθαι.

Mem. ejus Lucian. in Φιλοψεύδει his verbis. Ὅρα τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, μὴ ὀγκᾷ Πέλιγνος ὁ ἀνδριὰς, ἀλλὰ Τάλως ὁ Κρὴς ὁ τοῦ Μίνω ἢ καὶ δὲ ἐκεῖνο χαλκοῦς τις ἦν, ὁ Κρητικὸς ταῦρος. Eust. in Ὀδὺς 20. narrat eum mirâ quâdam ratione solitum enecare hospites, qui in Cretam appulissent. Defiliebat enim in ignem (poterat autem id impune facere cum æneus esset) ibique ita concalefaciebat, ut candaret. Comprehensos igitur hospites & pectori suo admotos, videns ipse exurebat. Etsi Eust. non hunc sed alium quendam quem Vulcanus fabricatus esset Europæ custodem datum innuere videtur. Plato in Minoe narrat duos adfuisse Minoi, quibus ipse ad legum custodiam uteretur Radamanthum & Talum, quorum illi res urbanas, huic cæteram Cretam curæ fuisse. Talum itaque sollitum ter quotannis obire omnes Cretenses agri pagos, ferentem secum leges in æs incisas, unde datam fabulæ occasionem. Hæc Ant. Multitus in illud Catulli 57, *Non Castor si fingar ille Cretum.* Interim tu sis Vide Meursii Cretam, pag. 251, 252.

Talthybius, præco in Græcorum exercitu, Hom. 1. Iliad. qui una cum Eurybate ab Agamemnone missus est, ad Achillis castra, ut Briseidem ab eo abduceret. Ovidius, Ep. 3.

Eurybati data sum Talthybioque comes.

Illum aprum Jovi immolantem vide apud Homerum Iliad. T. De ejus monumento & ira in caduceatorum violatores audi Pausan. in Laconicis, Τοῦ δὲ Ἑλλησὶν πανσόν Ταλθυβίου μνῆμα ἀποφαίνουσι δεικνύουσι δὲ καὶ Ἀχαιῶν Αἰγιεῖς ἐπὶ τῷ ἀγάλματι, Ταλθυβίου καὶ ἔστι φάσμα μνῆμα ἐν). Ταλθυβίῳ δὲ τότε μνησθῆναι ἐπὶ τῷ φόνῳ τῷ κηρύκων, οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλέως Δαρείου τε καὶ ὕδατος αἰτήσαντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐσῆλθον, λακεδαιμονίοις μὲν ἐποιήσαντο ἐς τὸ δημόσιον, ἐν Ἀθήναις δὲ ἀλλά τε καὶ ἐς ἑνὸς οἶκον ἀνδρὸς καταφυγεῖν Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος· ἐγγόνῳ δὲ καὶ τοῦτον κηρύκων τοῖς ἐλθοῦσιν ἐς τὴν Ἀθηναίων Μιλτιάδης ἀποδοῦναι αὖθις τοῖς Ἀθηναίων. Huic divinos honores Lacedæmonii exhibuerunt constructo templo, & tributa ejus gentilibus gratia & præeminentia, ut κήρυκες semper essent; quos Talthybiadas dictos idcirco sacrosanctos Lacedæmonii futuros existimarunt, quòd à Deo essent oriundi, sicut & legati alii jure omnium gentium communi, inviolati sunt.

Talus, adolescens, sororis Dædali filius repertâ serpentis maxillâ, parvulum cum secuisset lignum, imitatum postea dentium serpentis spissitudinem, serram ferream primus omnium fecit. Reperit etiam tornum, & rotam figuli. Ita cum pluribus rebus profuisset, magnâ laude celebratus est. Hunc igitur puerum Dædalus, invidiâ motus, existimans turpe, magistrum ab adolescente gloriâ vinci, dolo interfecit. Diodorus Sic. lib. 5.

Tamerlanes, vel *Temir Lancus*, à suis vocatus *Temir Cuthlu*, id est, felix, Tartarorum Imperator, formidabilem se sec. 14. reddidit. Filius pastoris, virtute emersit. Dux enim primò paucorum, sæpius cum Persis feliciter conflixit: dehinc majoribus copiis, quæ ad 800000. excreverunt, collectis, brevi tempore Parthos sibi subjecit, superatoque muro Sinico, varias Indorum provincias, cum Mesopotamia & Ægypto, imperio suo adjecit: trium sic orbis partium domitorem se jactans, tria O. O. O. insignibus suis inseruit. De hoc variè sentiunt auctores, quorum quidam clementiam ejus & ingenium extollunt, alii sævitiam detestantur: Interim certum est, illum Mathematicarum artium non planè rudem, Theologiam quoque Mahometanam percalluisse. Urbem aliquam obsessurus primo die album, secundo rubrum, tertio atro colore funestum tentorium erigere solitus est; non aliâ victoriâ magis memorabilis, quàm de Bajazete Turcarum Imp. reportatâ, prope Angoriam, in Galatia, An. 1402. quem cum victum primò clementer habuisset, ferociâ ejus & superbiâ irritatus, ferreæ caveæ postmodum inclusum circumduxit. Salutavit hic Tamerlanes per legatos, Carolum VI. Gall. R. Obiitque An. circiter, 1406. imperio, filiorum dissensionibus, miserè descerpto, è quorum posteris hodierni Magni Mogores, in India potentissimi, orti. Petrus Perondinius, *in vita Tamerl.* Chalcond. *Hist. Turc. lib.* 3. Bizard. *lib.* 9. *Hist. Pers.* Joh. Heroldus *in Contin. Belli sacri*, Monachus S. Dionysii, *in Carolo VI.* P. de Valle, *Itiner. Tom.* 3. *Hoffm.*

Tamos, Memphites genere, Tissaphernis primò legatus; postea verò à Cyro fratre regis Persarum, quòd illius consilia juvabat, Ioniæ præfectus est. Cyro autem superato, cæsoque à fratre, veritus regis iram, liberis, pecuniisque in naves impositis, in Ægyptum ad regem Psammeticum navigavit: quem quia beneficiis coluerat, perfugium sibi futurum sperabat. Sed is pecuniarum, quas advexerat ille, cupiditate illectus, supplicem & bene meritum, contra jus fasque peremit. Olymp. 95. Diod. l. 14. Thucyd. lib. 8. *Hoffm.*

Tamsapor seu *Tamsapor*, Persarum Dux & Optimas, cujus semel atque iterum meminit Am. Marcellinus.

Tamusius, Historicus, de quo sic Sen. Ep. 93. Annales Tamusii scis quàm non decori sint, & quid vocentur: æquè est vita quorundam longa & quod Tamusii sequitur annales. Vide etiam Sueton. in Julio.

Tamyris,

Tamyris, Scytharum regina, vid. Thomyris.

Tanais, viri proprium. Horat. Serm. 1. Sat. 1.

Eſt inter Tanaim quiddam, ſocerumque Viſelli.

Tanaquil, Tarquinii Priſci Romanorum regis uxor. Silius, lib. 13.

Vis & quos Tanaquil vultus gerat? hæc quoque caſtæ
Augurio valuit mentis, venturaque dixit
Regna viro, & dextros agnovit in alite divos.

Dionyſius Halicarn. lib. 3. de hoc augurio: Ὡς δὲ εἰς τὸ κατὰ μέσον Ἰανίκολον ἦλθεν, ὅθεν ἡ Ῥώμη τοῖς ἀπὸ Τυρρηνίας ἐρχομένοις φαίνεται (καταπεδὰς αἰετὸς ἄφνω καὶ τὸν πῖλον αὐτοῦ τοῦ κήρυκος κείμενον ἁρπάσας ἄνω πάλιν ἀνέσχε —— ἔπειτ' ἐξαίφνης ὀπίσθησι τῷ Λυκόμωνι τὸν πῖλον ὅθι τὴν κεφαλὴν ἁρμόσας ὑπὸν τόπον φέρεσθαι ἤρξατο. Θαυμαστὸν δὴ καὶ θαρραλέον πᾶσι τοῖς σημεῖα φανεῖσι, καὶ γυνὴ τοῦ Λυκόμωνος, ὄνομα Τανακύλα ἐμπειρίαν ἐχομένη τῶν πατρίων Τυρρηνικῆς οἰωνοσκοπίας λαβοῦσα μόνον αὐτὸν ἀπὸ τῆς συνόντων ἠσπάσατο τύχης, καὶ ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐνέπλησεν, ὡς ἐξ ἰδιωτικῆς τύχης εἰς ἐξουσίαν Βασιλικὴν ἐλευσόμενον. Ponitur & pro quâvis uxore viro imperante. Auſon. Epiſt. 23.

——*Tanaquil tua neſciat illud.*

Vide Scal. Auſon. lect. lib. 2. cap. 6. Juvenalis Sat. 6.

Conſulit Ictericæ lento de funere matris
Ante tamen de te Tanaquil tua.

Tantalis, Niobe Tantali filia. Stat. Theb. 3.

Una dies ſimilis fato, ſpecieque malorum
Æqua fuit, quà magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris cum circumfuſa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quæreret ignes.

Tantalus, Jovis & Nymphæ Plotæ fil. teſte Euſebio lib. 2. Præp. Evang. cum tamen Jo. Diaconus & Didymus Jovis & Plutûs Nymphæ filium fuiſſe arbitrentur: quem Tzetzes Hiſt. 10. chil. 5. prædictâ quidem matre genitum, ac patre Imolo Lydiæ rege ſcribit. Lucianus in Dipſadibus Æthonis filium facit, uti teſtantur carmina ſequentia:

Τοῖα παθόντ' ὄλιμα καὶ Τάνταλον Αἰθονα υἱὸν
Μηδαμὰ κοιμῆσαι δηλαλέλιμα ὀδμώλῳ.

Fuerunt qui dixerint Deos aliquando in hoſpitium ab hoc fuiſſe acceptos, qui cum lautum convivium illis paraſſet, Pelopem fil. cæſum inter cæteras epulas appoſuit. Id cum Dii cæteri cognoviſſent, ab iis epulis abſtinuerunt, præter unam Cererem, quæ ob raptæ filiæ dolorem pene deſipiens inconſulto humerum edit. Tum Dii reliqui ejus filii miſerti, eum rurſus jecerunt in lebetem, ac recoctum vitæ reſtituerunt, teſte Pindaro. Cum vero illi deeſſet humerus, Dii eburneum feciſſe dicuntur: qui humerus omnium poſtmodo Pelopidarum ſignum fuit, ut Spartis pilum, ſicuti teſtatur Iſacius. Verum quia Deorum epulas humanâ cæde contaminaſſet, perpetuo epularum deſiderio ad inferos addictus eſt, qui tamen præſentes lautiſſimo regioque apparatu ſemper habet epulas, neque ullo pacto illas poteſt attingere, quamvis inſatiabili fame excruciaretur. Homerus, lib. λ. Odyſ. ait Tantalum apud inferos perpetuâ ſiti vexari, & in aquâ eſſe perpetuo, quæ uſque ad mentum aſſurgit: ſed quoties labris attingere conatur, illa ſtatim refugit: quod ipſum faciunt varia fructuum genera, quorum deſiderio ſemper diſcruciatur, ut eſt in his:

Καὶ μὲν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλεπὰ ἄλγε' ἔχοντα,
Ἑστὼτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δ' ἄρ' ἐπαΐσσε γενείῳ·
Στεῦτο δ' διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἐπάρξαι,
Ὁσσάκι γὰρ κύψειε γέρων πιέειν μενεαίνων,
Τοσσάκι' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβρόχδην· ἀμφὶ δὲ ποσσὶ
Γαῖα μέλαινα φαίνεσκε, κατεζήνασκε δὲ δαίμων.
Δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρήθεν χέε καρπὸν,
Ὄγχνας καὶ ῥοιὰς, καὶ μηλέας ἀγλαόκαρπους,
Συκέας θ' γλυκερὰς, καὶ ἐλαίας τηλεθοώσας
Τῶν ὁπότ' ἰθύσειε γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι
Τὰς δ' ἄνεμος βίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα.

Alii putarunt lapidem illius capiti imminere, qui quoties bibere conaretur, toties illius caput percuteret. Cic. 4. Tuſc. Qu. *Poetæ impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animique impotentiam & ſuperbiloquentiam.* Euripides in Oreſte:

Διὸς πυρκοὺς (ὡς λέγουσι) Τάνταλος,
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δεσμαίαν πέτραν
Ἀέρει ποτᾶται, καὶ πίεσι παύεται δίκᾳ·
Ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὢν
Κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον
Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστῳ νόσῳ.

Ovid.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Diod. Sic. lib. 4. Ἐπεὶ δὲ Πέλοπος ἐμπεσόντος, ἀναγκαῖον ἔδοξε καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ Ταντάλῳ θῦσαι, ἵνα μηδὲν τῆς ἀκοῆς ἀξίωμα παραλειπώμεν· Τάνταλον μὲν Διὸς ὑὸς, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ διαφέρων, καλῶν τε Ἀσίας, ἐπὶ δὲ νῦν ὀνομαζομένῃ Παφλαγονίαν. Διὰ δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Διὸς παιδὸς εὐημέραν, ὡς φασι, φίλον ἠξιῶσθαι τῶν θεῶν ἐπὶ τὸ πλεῖον. Ὕστερον δὲ ὑπερχόμενον φέρων ἀνθρώπινος, καὶ μεταλαβὼν κοινῆς τραπέζης, καὶ πάσης παῤῥησίας ἀπήγγελλε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ τοῦ ἀθανάτου ἀπόῤῥητα, δι' ἣν αἰτίαν καὶ ζῶν ἐκολάσθη, καὶ τελευτήσας αἰωνίῳ, καὶ τοῦ μύθου, παροιμίας ἠξιώθη, καταχθεὶς εἰς τοὺς ἀσεβεῖς. Lucianus de Sacrificiis: Πάλιν μὲν ἦν καὶ ἄνθρωποι συνεισιῶντο, καὶ συνέπινον τοῖς θεοῖς, ὁ Ἰξίων καὶ ὁ Τάνταλος, ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο ὑβρίζειν, καὶ λάλοι, ἐκεῖνοι μὲν ἔτι καὶ νῦν κολάζονται. Tibullus, lib. 1.

Tantalus eſt illic, & circum ſtagna, ſed acrem
Famjam poturo deſerit unda ſitim.

Cornelius Gallus:

Οὗτος ὁπηδεῖν μακάρεσι συνέστος, ὅτος ὁ νήδυμα
Πολλάκι νεκτάρεα πλησάμενος πώματος,
Νῦν λιβάδος σμικρῆς ἐμέρεται, ἣ φθονερὴ ἦ
Κεῖσις ἀεὶ χείλεσι δῖ ταπεινοτέρη·
Πίνε λέγει τὸ τέρμα, καὶ ὄρνια μάνθανε σιγῆς,
Οἱ γλώσσῃ θερπετεὶς ταῦτα κολαζόμενα.

Alii, uti Tzetzes ac Didymus, putarunt hanc pœnam irrogatam Tantalo, quia nectar & ambroſiam ſuis æqualibus impertiverit. Pindarus:

Μετὰ τελῶν τέταρτον
Πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψας
Ἀλίκεσσι συμπότας
Νέκταρ, ἀμβροσίαν τ' ἔδωκεν.

Propert. 2. 1.

Hoc ſi quis vitium poterit mihi demere, ſolus,
Tantaleo poterit tradere poma manu.

Idem Eleg. 17. ejuſdem libri.

Vel tu Tantaleâ moveare ad flumina ſorte.

Idem lib. 4.

Fallax Tantaleo corripiare liquor.

Ovid. Amor. lib. 3. Eleg. 6.

Sic aret mediis facili vulgator in undis,
Pomaque quæ nullo tempore tangat, habet.

Claudianus:

Non aqua Tantalicis ſubducitur invida curis.

Boetius:

Et longâ ſite perditus ſpernit flumina Tantalus.

Seneca in Thyeſte:

Stat luſus vacuo gutture Tantalus,
Impendet capiti plurima noxio
Phineis avibus præda fugacior, &c.

Idem in Herc. Fur.

In amne medio faucibus ſiccis ſenex
Sectatur undas, abluit mentum ſenex;
Fidemque cum jam ſæpe decepto dedit,
Perit unda in ore: poma deſtituunt famem.

Hujus meminit Statius 1. Thebanus, licet pœnam non addit.

——*Neque enim arcano de pectore fallax*
Tantalus, & ſævæ periit injuria cœnæ.

Tantali fabulam de divitibus avaris interpretatur Horat. Serm. lib. 1. Sat. 1.

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina; quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.——

Petronius Arbiter:

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Divitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.

At Cicero curas & timores inanes videtur putaſſe à mentibus hominum per hanc fabulam expellendos. Quod etiam ſenſit Lucretius in his carminibus.

Nec miſer impendens magnum timet aere ſaxum
Tantalus, ut perhibent, caſſâ formidine torpens,
Sed magis in vitâ Divum metus urget inanis
Mortales, caſumque timent, quem cuique ferat ſors.

Taranis, Jupiter à Gallis ſic dictus, cui humano ſanguine litabant. Lucan. lib. 1.

Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Ubi Taranis idem eſt quod Jupiter βεγντῶ, hoc eſt, tonans, à *Taran* quod Britannis noſtris *tonitru* ſonat, ut videtur Cluverio, lib. 1. Ant. Germ. cap. 9. *Taramis* legit Bochartus; cui nomen factum videtur ex Phœnicio חרם *tarem*, ſervili ת præfixo, à radice רעם *tonare*.

Tarcho, vel *Tarchon*, Cilicum princeps vulgò creditur apud Lucan. lib. 9.

Cum Tarcho in motu linquendi ſigna Catonis
Suſtulit. ——

Ubi antea: *Tum Tarchon motus.* Sed in MS. P. inter lineas aſcriptum erat, *alias: dimotus*; quod viam præit ad veram lectionem,

lectionem, *Tarcondimotus*: ſic enim apud Florum vocatur; & Græcè Dioni eodem modo, Ταρκονδήμοτος. *Tarcondemus* eſt apud Plut. in Antonio. Quem Cic. 15. Ep. 1. *Fideliſſimum ſocium amiciſſimumque* P. R. appellat. Ταρκονδήμοτος Straboni, lib. 14. Cæſari vero *Tarcondarius* dicitur.

Tarpeia, virgo Veſtalis, teſte Varrone, quæ arcem Capitolinam patris ſui Tarpeii cuſtodiæ commiſſam Sabinis prodidit: à quibus cum proditionis mercedem peteret, (pacta enim erat, quicquid in ſiniſtris brachiis geſtarent, armillas intelligens, quas illi aureas, gemmataſque lævo in brachio ferebant) ſcutis illorum obruta *Tarpeio* monti nomen fecit, qui prius *Saturnius* dicebatur, ubi Tarpeiæ arces.

Tarquinius Priſcus, Demarathi Corinthii fil. Tarquiniis, urbe Tuſcorum natus, primùm Lucumo dictus; qui ubi ſe in patriâ nullo in honore eſſe vidit, quòd peregrino patre eſſet prognatus, ſuaſu uxoris (ea mulier fatidica fuit, nomine Tanaquil) Romam ſeſe contulit: ubi brevi propter opes ingeniiq; dexteritatem in Anci regis amicitiam inſinuatus, ab eo relictus eſt liberorum ejus tutor: quorùm tamen commoda propriis rationibus poſthabuit, brevique perfecit, ut magno plebis conſenſu rex crearetur. Quare ut regnum parum juſtè partum ſtabiliret, centum patres in Senatum allegit, qui minorum deinde gentium dicti ſunt, ſuæ eos factionis futuros ratus, cujus beneficio in Senatum veniſſent. Bellum primum cum Latinis geſſit, oppidumque Apiolas vi cepit. Circo maximo primus locum deſignavit, locaque patribus equitibuſque diviſit, ubi ſibi ſpectacula faceret. Sabinos victos Collatiâ, agroque Collatino mulctavit. Corniculum, Ficulneam veterem, Camerìam, Cruſtumerium, Ameriolam, Meduliam & Nomentum, priſcorum Latinorum oppida partim expugnavit, partim in deditionem accepit. Tandem cum annos triginta & octo regnaſſet, dolo liberorum Anci, in curiâ obtruncatus eſt. Liv. lib. 1.

Tarquinius Superbus, ſeptimus & ult. Rom. rex, à moribus cognomen adeptus. Tulliam, Servii Tullii filiam uxorem duxit, præferoci ingenio mulierem, cujus conſilio ſocerum interfecit, regnumque ſceleſtè occupavit. Bello tamen ſtrenuus fuit. Latinos, Sabinoſque domuit. Sueſſam Hetruſcis eripuit, Gabios per Sextum fil. ſimulato perfugio in ditionem redegit. Ferias Latinas primus inſtituit. Capitolium ſtructurus, caput humanum in fundamentis invenit; quâ de re aruſpices conſulti reſponderunt, eam arcem caput gentium futuram. Demum cum Sextus ejus fil. Lucretiæ per vim ſtuprum intuliſſet, cum universâ familiâ in exilium actus, ad Porſenam Hetruriæ regem ſe contulit; qui pro ejus reſtitutione nequicquam Romanis bellum intulit. Livius. Plut. Ovid. Faſt. 2.

Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir injuſtus, fortis ad arma tamen.

Multa hujus tyranni impia referunt ſeverioris notæ hiſtorici; multa quidem quæ non illi. Theophilus Patriarcha Antiochenus lib. 3. Περὶ Ἀυτόλυκον. Τῷ ἓν Κύρῃ τελευτήσαντι, ἐβασίλευσεν ἑβραίων, Ὀλυμπιάδι ἑξηκοστῇ καὶ δευτέρᾳ γίνεται καιρῷ ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἔτη οκ᾽ ᾧ καὶ Ῥωμαίων ἦρξε Ταρκυνίου Σέπτου τέταρτος, ὃς πρῶτος ἐξώσεισι Ῥωμαίους πύλας καὶ παῖδας διέφθειρε καὶ αὐτίδυλας ἐγχωρίους ἐποίησεν. Ἔτι μὴν καὶ τὰς παρθένους ἁρπάσας πρὸς γάμον ἐδίδυ, διὸ οἰκείως Σέπτου ἐκλήθη τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ, ἁρμυωδιεῖ ὃ ὑπερήφανον. Imò omne convitium comprehendit Latinus Pacatus Panegyr. ad Theodoſium: *Denique ipſum illum Tarquinium execratione ſuprema, hoc damnaverunt maledicto, & hominem libidine præcipitem, avaritia cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt Superbum & putaverunt ſufficere convitium.*

Tarquinius Collatinus, Ægerii, ex Tarquinii ſuperbi ſorore fil. gener Sp. Lucretii, qui Romæ præfecturâ urbis fungebatur. Cùm in Ardeæ obſidione cum regiis juvenibus cœnaret, exortâ de uxoribus mentione, cum ſuam quiſque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus eſſe, paucis id quidem horis ſciri poſſe, quantum cæteris præſtet ſua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam advolant, regiaſque nurus in conviviis, luxuque cum æquabibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes Lucretiam nocte ſerâ lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inveniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir, Tarquiniique benignè accepti, victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi S. Tarquinium mala libido ſtuprandæ per vim Lucretiæ capit: tum forma, tum ſpectata caſtitas incitat. Diſſimulatâ tamen in præſens cupiditate, tum quidem unà cum cæteris in caſtra redit; ſed paucis poſt interjectis diebus Collatiam reverſus, & à muliere propinquâ hoſpitio exceptus, nocte intempeſtâ conceptum animo facinus vi, miniſque exequitur. Quam rem mulier caſtiſſima, tam ægrè tulit, ut poſtridie viro, patreque per literas accerſitis, cum rem, uti geſta erat, expoſuiſſet, necem ſibi conſciverit. Pulſis deinde ob facinus tam tetrum Tarquiniis, Collatinus Bruto in Conſulatu datus eſt collega: quo tamen non multo poſt coactus eſt ſe abdicare, non aliam ob cauſam, niſi quod Tarquiniorum propinquus eſſet, eodemque quo ille nomine diceretur. Livius.

Tatianus, Rhetor Chriſtianus, de quo Euſeb. lib. 4. cap. 16. Hiſtor. Eccleſ. *Tatianus quoque vir*, inquit, *eruditiſſimus, in primâ ætate ſuâ magnâ cum admiratione oratoriam docuit, ex quâ non parum gloriæ quæſierat: poſtmodum ad noſtra ſe ſtudia convertens, libros etiam ipſe adverſus gentes dignos memoria reliquit.*

Tatius, Sabinorum dux, acerrimus pop. Rom. hoſtis, qui proditione Tarpeiæ virginis Capitolio capto, ex ſuperiore loco adverſus Romanos in aciem deſcendit: ubi cum aliquandiu acerrimè, ſed variâ victoriâ pugnatum eſſet, tandem dirempto interventu Sabinorum prælio, pax ita convenit, ut Sabini in urbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verum cum poſtea Tatii propinqui Laurentium legatos pulſaſſent, eamque injuriam Tatius inultam reliquiſſet, illorum pœnam in ſe convertit. Nam cum Lavinium ad ſolenne ſacrificium veniſſet, concurſu opidanorum facto, eſt interfectus. Liv. lib. 1. Virg. Æn. 8.

Taurus, ſeu *Taurophagus*, Bacchus dictus eſt, quòd tauro aſſimiletur, ex ebriorum violentiâ, aut quòd natus ſit tauri ſpecie, aut quod primus tauros jugo ſubjecerit & arare docuerit, aut quòd Poetis hymnos in Bacchi honorem canentibus taurus pro præmio daretur.

Taurus, ſecundum Zodiaci ſignum, ſtellarum, ut Hygino placet, 44. quod à Sole ſubitur 3. Idus Apriles. Hunc Poetæ fabulantur Taurum eum fuiſſe, qui Europam rapuit. Vide Cæſii Cœlum Aſtronomico-poet. ubi de Tauro.

Taurus, Berytius Philoſophus Platonicus ſub Antonino principe, ſcripſit de differentiâ Sectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia. Suid. Hujus ſæpe meminit Gellius.

Taxilus, Taxilorum rex. Strab. lib. 15. Ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Τάξιλος. Hunc vocat Appianus ὕπαρχον, non βασιλέα. Diodorus Sic. Auctor eſt Mophin tunc fuiſſe vocatum quando venit Alexander, ſed ab Alexandro *Taxilum* mutato nomine fuiſſe appellatum, quod fuerat ipſius patri paulo ante mortuo nomen. *Omphis* Q. Curtio dicitur. *Omphis*, inquit, *permittente Alexandro, & regium inſigne ſumpſit, & more gentis ſuæ nomen, quod patris fuerat, Taxilum appellavere populares, ſequente nomine imperium, in quemcunque tranſiret.*

Taygete, vel *Taygeta*, Atlantis & Pleiones filia, teſte Hygino, una Pleiadum, quæ Jovi peperit Lacedæmonem, urbis ſui cognominis conditorem. Virg. Georg. lib. 4.

Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes.

Tecla. Vide *Thecla.*

Telamon, rex Salaminis inſulæ, Æaci fil. unus ex Argonautis, ſociuſque Herculis in expugnatione Trojæ, qui quod omnium primus murum conſcendiſſet, virtutis ergo donatus eſt Heſione, Laomedontis filiâ, ex quâ Teucrum ſuſcepit, cum jam Ajacem ex aliâ uxore genuiſſet, quì à patris ſui nomine *Telamonii* paſſim à poetis appellantur. Ovidius Met. 13.

Dummodo quod fratres Telamon Peleuſque fuerunt,
Ajacis meritum non ſit. ——

Telchinius, Apollo dictus eſt apud Lydios à Telchinibus hominibus maleficis & faſcinatoribus qui Rhodum incolebant, quòd quemadmodum illi animalia & ſtirpes aquâ Stygiâ inſperſa faſcinarent, ſic Apollo quoties irritaretur, immiſsâ peſte, homines & pecora perderet.

Telchius, alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis, qui unà cum Amphito Dioſcuriadem urb. apud Colchos traditur condidiſſe. Plin. 6. 5. Ab his Heniochorum orta eſt. Strabo tamen lib. 11. Rhecam & Amphiſtratum vocat, ut in alterutro mendum ſit. Sed fieri poteſt, ut horum fratrum plures fuerint aurigæ.

Teleclides, Poeta Comicus, de quo Voſſ. H. Gr. p. 454. & P. Gr. p. 34.

Telegonus, fil. Ulyſſis ex Circe, qui cum jam adoleviſſet, videndi patris cupidus, in Ithacam navigavit: cumque à miniſtris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Ulyſſes, cum & ipſe jam ſenior ſuis opem ferret, à filio ſuo occiſus eſt oſſe piſcis cujuſdam, qui à Græcis Xiphias dicitur. Unde Horatius:

Telegoni juga parricidæ.

Quod ubi cognovit Telegonus, relictâ Ithacâ in Italiam venit, ubi Tuſculum condidit. Ovid. Faſt. 3.

Telemachus, Ulyſſis ex Penelope fil. quem ad Trojam proficiſcens apud matrem reliquit, multis à procis affectus injuriis, tandem patre domum reverſo, in illis ulciſcendis ſe præbuit adjutorem. Ovid. Ep. 1.

Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus uxor,
Laerteſque ſenex, Telemachuſque puer.

Hor

Horatius 1. Ep. 7.

Haud malè Telemachus proles patientis Ulyſſei.

Penelopæus Telemachus apud Catullum ep. 56. Celebratur ejus dictum apud Homerum:

Αὐτὰρ ἐγὼν οἶκόν γε ἄνακτ' ἔσομ' ἠμαθόεντα.

Themiſt. Orat. 1. Οὐκ ἀπιστῶ τῇ μητρὶ καθάπερ ὁ Τηλέμαχος τῷ Πηνελόπῃ. Dio. Chryſ. Orat. 15. Ὁ μὲν γὰρ Τηλέμαχος ὁ πάνυ μᾶλλον διατείνας, ἀνὴρ Πηνελόπης, &c. ὅτι ἀληθῆ λέγω ἡ Ὀδυσσέα ἀποφαίνουσα αὐτῷ πατέρα.

Telemus, Eurymi fil. inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque ab Ulyſſe paſſus eſt. Ovid. Met. 13.

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit: lumenque quod unum
Fronte geris mediâ, rapiet tibi, dixit, Ulyſſes.

Telenicus, vir adeo notæ paupertatis, ut Seriphii verbum inde finxerint, dicantque Τελανικῆσαι pro evacuare. Unde proverb. *Telenico pauperior.*

Telenis, peſſimus & indoctus tibicen. Dicitur & *Tellen.* Vide Eraſmum in Chiliad.

Telephanes, ad regnum Lydiorum Cumis ex oraculo accerſitus, qui antea currus factitabat.

Telephus, Myſorum rex, Herculis fil. ex Auge Nymphâ, qui cum avi ſui juſſu in ſylvis expoſitus eſſet, à cervâ aliquandiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, ut mox à Myſiæ rege adoptatus ſit, & regni hæres inſtitutus. Factus itaque Myſorum rex, cum Græcos ad Trojanam expeditionem proficiſcentes prohibere conaretur, ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt. Cujus plagæ cum nullum ſatis efficax remedium inveniretur, oraculo reſponſum eſt, fore ut eâdem haſtâ quâ vulneratus erat, ſanaretur. Reconciliatus itaque Achilli, ab eo impetravit, ut ex haſtâ quâ vulneratus erat, ſanaretur, rubigine malagma conficeret, & vulneri ſuo imponeret: quo facto ſtatim ſanitatem conſecutus eſt. Prop. lib. 2.

Myſus & Hæmonii juvenis qui cuſpide vulnus
Senſerat hâc ipsâ cuſpide ſenſit opem

Ovidius:

Telephus æternâ conſumptus tabe periſſet,
Si non quæ nocuit dextra tuliſſet opem.

Idem:

Namque ea vel nemo vel qui mihi vulnera fecit
Solus Achilleo tollere more poteſt.

Seneca Tragœdus in Troadibus:

Inhoſpitali Telephus regno impotens
Dum Myſiæ ferocis introitus negat,
Rudem cruore regio dextram imbuit
Fortemque eandem ſenſit & mitem manum.

Horatius Epod. 7.

Movit nepotem Telephus Nereium,
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.

Alii dicunt herbarum virtute reſtitutum. Claudianus:

Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis,
Cujus pertulerat vires, & ſenſit in uno
Lethalem placidamque manum, medicina per hoſtem
Contigit, & pepulit quos fecerat ipſe dolores.

Porro ab hoc vulnere Telephi, immedicabilia vulnera dicuntur τηλέφεια τραύματα, auctore Paulo Æginetâ lib. 4. cap. 46. Cæterum hiſtoria de Telepho Poetis Tragicis maxima præbuit. Horat ad Piſones,

Telephus & Peleus cum pauper & exul uterque.

Juvenal. Sat. 1.

——— *Impune diem conſumpſerit ingens*
Telephus. ———

Telephus, Pergamenus grammaticus, ſcripſit ferè omnia quæ ad grammaticam pertinent; inter alia collationes epithetorum eidem rei congruentium, ad copiam parandam elocutionis. Vide Voſſ. H. Gr. p. 480.

Teleſarchus, ἐν Ἀργολικῷ citatur Sexto Empirico 1. Adverſus Mathematicos, cap. 12.

Teleſilla, mulier poetria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt. Pauſan. Vide Voſſ. H. Gr. p. 31.

Teleſphorus, à Lyſimacho, feræ inſtar, caveæ incluſus, cum oſtentui ſic foret, & fœdè ac miſerè viveret, ſuaſere amici, ut ſpontaneâ vitam inediâ finiret. Ille vero quid? *Omnia homini, dum viveret, ſperanda eſſe.* Seneca Ep. 70.

Teleſtes Comicus, cujus fabulæ memorantur Suidæ & Athenæo.

Tellumo, Deus Gentilium: Aug. de C. D. 7. 23. *Adhuc reſpondeatur quam partem terræ permeet pars mundani animi, ut Deum faciat Tellumonem. Non (inquit Varro ſc.) ſed una eadem terra habet geminam vim, & maſculinam quod ſemina producat & fœminam quod recipiat, atque enutriat: unde à vi fœmineâ dictam eſſe Tellurem, à vi maſculina Tellumonem.*

Tellus-luris, terræ Dea, rerum omnium mater & alumna: quanquam frequenter pro ipsâ terrâ accipitur.

Tellus, neſcio quis pauper, cujus inopiam Solon Crœſi divitiis feliciorem eſſe prædicavit. Plut.

Templarii, hæretici in Solymorum civitate An. 1030. poſt interitum Philippi Auguſti, quia frequenter in templis verſabantur, ſic dicti. Simulacrum habebant factum ſummo artificio, cui hominis cutem ſuperinduxerant, & binos præfulgentes carbunculos ſub ipſa fronte collocaverant, qui micabant oculorum vice. Huic autem ſimulachro ſacra faciebant mortuorum corpora in cineres redacta. Cæteris potum dabant, qui potione firmiores & conſtantiores ſe futuros putabant. Eos vero qui ex Templarii virgineſque conjugio nati fuiſſent, ſubjecto igne torrebant, ſimulque ex humore deliquati ſuum perungebant ſimulachrum, quò majorem probarent religionem. Damnati ſunt tandem in concilio Viennenſi, ſententiâ Clementis Pont. Max. qui Benedicto ſucceſſit. Sed de his plura conſule apud Scriptores ſui ævi.

Terentia, Ciceronis uxor, 93. vitæ annum explevit. Val. Max. 4. 18. Sed Plin. 7. 48. annos 117. vixiſſe tradit. Repudiata à Cicerone nupſit Salluſtio, deinde Meſſalæ Corvino. Hieronymus contra Jovinianum: *Illa conjunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauſerit ſapientiam, nupſit Salluſtio inimico ejus, & tertio Meſſalæ Corvino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentia devoluta eſt.* De hâc ſtebiliter Tullius ipſe ad Att. lib. 2. *De Terentia*, inquit, *auditum ex Philotimo, eam ſceleratè quædam facere.*

Terentianus, vir quidam, cui librum ſuum *de ſublimi dicendi genere* dedicavit Dionyſ. Longinus. Utrum vero ille ipſe fuerit, cujus hodieque libellus extat *de metris*, opus omni elegantiarum genere conditum, & amabili quâdam ingenii amœnitate temperatum, res eſt quæſitu digna, inquit vir doctiſſ. Tan. Faber notis ad Longinum nuper editis, & alias ſe quæſiturum promittit.

Terentius, poeta Comicus, Carthagine natus, Terentii Lucani libertus, qui cum eſſet egregiâ indole à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maximè Lælii & Scipionis; quorum opera adjutus in ſcribendo fertur ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone, cui adſtipulatur etiam Varro. Quid quod eandem ipſe famam augere videtur; non enim niſi leviter ſe tutari conatur Prologo Adelphorum. Vide Voſſ. de Poet. Lat. pag. 9.

Terentius Culeo, vel Culleo, ſenator Rom. captus à Carthaginenſibus, redemptus eſt ab Africano majore, ac currum ejus cum pileo capiti, impoſito ſequebatur. Livius. Hinc natus error apud quoſdam, Terentium Comicum hunc eſſe putantes.

Terentius Scaurus, Grammaticus, quem Gellius dicit floruiſſe Adriani temporibus, ac librum de Cæſellii Vindicis Grammatici erroribus ſcripſiſſe.

Terentius Varro, collega Æmilii Pauli poſt cladem Cannenſem cum reliquiis exercitûs Canuſium ſe recepit. Cui Romam redeunti gratulatus eſt pop. Rom. quòd de Rep. non deſperaſſet. Plut.

Tereus, rex Thracum, Martis ex Biſtonide Nymphâ fil. qui, cum Prognen, Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxiſſet, ejus etiam ſororem Philomelam per ſpeciem viſendæ ſororis abductam vitiavit, vitiataque linguam præcidit, arctiſſimæque eam cuſtodiæ incluſit. Quod facinus cum illa indicare non poſſet, acu in tela depictum ſorori ſuæ tranſmiſit. Quâ re cognitâ, Progne ultionem in Orgiorum tempus differt: quo tempore matronis pluribus comitata, quæ Bacchantium ritu thyrſos & cornua geſtabant, ſororem carcere eripit, Bacchantiſque habitu indutam in aulam perducit, ubi cum illâ communicato conſilio, Itym filium direptum dilacerat, patrique comedendum apponit. Quod cum ille ex pueri capite, ſub cœnæ finem in convivium allato cognoviſſet; jamque ſtricto gladio ad ultionem properat, Progne mutata eſt in hirundinem, Philomela in avem ſui nominis, Itys in Phaſianum, Tereus autem in Upupam. Hanc fabulam multis verſibus deſcribit. Ovid. Met. 6. Virgil. Ecl. 6.

Aut ut mutatos Terei narraverit artus,
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Mart. 4. 49.

Ille magis ludit, qui ſcribit prandia ſævi
Tereos; aut cœnam, crude Thyeſta, tuam.

Idem lib. 12.

Flet Philomela nefas inceſti Tereos ———

Stat. lib. 12. Theb.

——— *Et iniquum Terea clamant.*

Tergemina, Diana dicta eſt. Solet enim Luna in triplicem ſpeciem ſeſe convertere; aut quòd ipſa tres facies, ſeu

tres vias, h. e. tria nomina in diversis locis habeat; est enim Luna in cœlo, Hecate apud inferos, sive Proserpina, Diana vero in tetrâ seu sylvis vocatur. Horat.

Montium custos, nemorumque virgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimisque leto
Diva triformis.

Et Virgilius:

———*Tria virginis ora Dianæ.*

Incertus auctor:

Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana,
Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagittâ.

Terminus, Dei loco habitus est, quod post Saturnum exactum cædes ac lites rusticorum dividendis agris sustulisset. Sacrificabant ei mense Febr. in æde, quâ super eum foramen in tecto patebat, quòd nefas esse putarent Terminum intra tecta consistere. De hoc extat lepidum ænigma apud Agellium, quod Jovi solus omnium deorum cedere noluerit. lib. 12. cap. 6.

Semel minusne, an bis minus sit, non sat scio,
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Jovi ipsi regi noluit concedere.

Festa ejus dicuntur *Terminalia*. Horatius:

Vel agna festis cæsa Terminalibus.

Ovid. Fastorum 2.

Spargitur & cæsâ communis Terminus agno:
Nec queritur lactens cum sibi porca datur.
Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex:
Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.
Tu populos, urbesque & regna ingentia finis:
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est: nullo corrumperis auro:
Legitimâ servas credita rura fide.

Terpander, Arnæus, sive Lesbius, poeta Lyricus, primus in Lyrâ Heptachordum & lyrici carminis canonem scripsit; quanquam Philemoni quidam adscribunt. Suid. Hujus famæ ac nominis maximi judicium patet, quòd Lacedæmonii seditione quâdam admoniti fuerint ab oraculo, ut ad Terpandrum mitterent, qui lyræ & poeseos dulcedine animos vulgi ac tumultus sedaret. Unde proverbium apud Græcos *Lesbius cantus* pro dulci musices concentu. Vide Voss. P. Gr. pag. 15. Hic Lacedæmonum leges carminibus complexus est, Alex. Strom. l. 1. Μέλος τε αὖ πρῶτος ἐπέδωκε τοῖς ποιήμασι, ᾧ καὶ Λακεδαιμονίων νόμος ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀρ-μονικός. Hujus meminit & Plutarchus qui & versus ejus quosdam adducit. Is tamen ab Ephoris multatus est, quòd unam chordam ultra receptum numerum variandæ vocis gratiâ intendisset.

Terpnus, citharœdus, cujus cantu oblectatum Neronem scribit Suetonius in his: *Statim ut imperium adeptus est, Terpnum citharœdum vigentem tunc præter alios accersit, diebusque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitarique cœpit, nec eorum quicquam omittere, quæ generis ejus artifices, vel conservandæ vocis causa, vel augendæ facilitarent.*

Terpsichore, una novem Musarum, sic dicta quod *choreis* & tripudiis *delectetur*. Huic quidam citharæ inventionem tribuunt.

Tertia, sive *Tertulla* per diminutionem, Bruti soror, uxor Cassii, sic dicta, quia post duas edita esset. Hæc abortum fecerat, quod queritur Cic. ad Attic. lib. 4. *Tertullæ nollem abortum: tam enim Cassii sunt jam, quam Bruti serendi.*

Tertullus, nomen Oratoris cujusdam, accusatoris Pauli. Act. 24.

Tertullianus, Theologus, patriâ Carthaginensis, nobilitate insignis, variâ doctrinâ instructissimus, floruit A. D. 200. *Solertissimus omnium doctrinarum scrutator, impietatis omnis rigidissimus censor.* Ita de eo Montacutius noster. Duriusculè cum ego agit Calvinus: *Scis*, inquit, *quam durus sit, & asper sermo Tertulliani, certè stridit magis quam loquitur*: Quanto melius Junius, cui dicitur *Auctor antiquitate celebris, auctoritate gravis, sermonis proprietate purissimus, & scientiarum nervis instructissimus.* Sanè B. Cyprianus adeo Tertulliani scriptis delectabatur, ut quotidie aliquid ejus ante oculos habuerit, servo suo inquiens; *Da mihi Magistrum*, i. e. Tertullianum. Alius fuit ejusdem nominis Jurisconsultus ab hoc diversus, de quo vide Menagium Juris Civ. Amœnit. cap. 12.

Tethys, uxor Oceani, Terræ & Cœli filia. Hesiodus in Theogonia:

Συγκοιμήσασα τέκε Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Κεῖόν τε, Ῥείαντε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε,
Φοίβην τε, Κρείον θ', Τηθύν τε, Ἰαπετόν τε,
Φόρκυν τε χρυσοκόμην, Κρόνον τ' ἐριβρεμέτην.

Ovid. Fast. 5.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn.

Catullus ep. 61.

Luce tamen canæ Tethyi restituor.

Ovid. Fast. 2.

——*Canamque petit Saturnia Tethyn.*

Virg. Georg. 1.

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Dicta est quibusdam hoc nomine qu. τιθήνη, i. e. *nutrix* cum aliorum, tum Deorum. Est enim humiditatis domina, qua omnia aluntur. Homerus:

Ὠκεανόν θ' ὃν πάντες γένεσιν τε μητέρα Τηθύν.

Aliud tamen etymon exculpsit Plato in Cratylo: Τὸ μὲν δὴ Τεθὺς ἐκ ἐννοῶ ὅτι ὄνομα, τί βέλτιον. ΣΩΚΡ. Ἀλλὰ μὰ τοῦτό γε ὀλίγα αὐτὸ λέγει, ὅτι πηγῆς ὄνομα ἐπικεκεμμένον ἔστι. Τὸ γὰρ διαθέουσον καὶ τὸ ἠθέμενον πηγῆς εἰκασμά ἐστιν. Ἐκ δὴ τούτων ἀμφοτέρων δὴ ὀνομάτων ἡ Τηθὺς τὸ ὄνομα σύγκειται. Ponitur aliquando pro mari. Lucan. lib. 6.

Aut vaga cum Tethys Rutupinaque littora fervent,
Unda Caledonios fallit turbata Britannos.

Idem lib. 1.

———*An sidere mota secundo*
Tethyos unda vagæ lunaribus æstuet horis.

Ubi maris fluxûs, refluxusque causam facit lunare sidus, uti Tullius lib. 2. de Divin. Sen. de Provid. Plin. 2. 99. Strabo libb. 1. & 3. Photius doctè & ubertim cap. 241. Solin. cap. 36. Vide Melam lib. 3. cap. 1. Et adde Silium, qui sic de de hac re lib. 3.

Cymothoes ea regna vagæ, pelagique labores
Luna movet. Luna immissis per cærula bigis,
Fertque refertq; fretum, sequiturq; reciproca Tethys.

Tetractys, Pythagoras in Aureis Carminibus:

Ναὶ μὰ τὴν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.

Quem locum proferunt Plat. de Philosophiæ Decretis, & Macrob. in Somn. Scip. Sed paulo aliter, nempe Οὐ μὰ τήν, &c. Ex quo intelligere licet, cum Pythagoræ discipuli affirmarent, jurare solitos Ναὶ μὰ τὴν ἀμετέρᾳ, &c. Contra vero cum quid negarent Οὐ μὰ τὴν ἀμετέρᾳ, &c. Aiunt enim supradicti auctores Pythagoreos jurare solitos τετρακτύν, sive *quaternarium*. Atqui non τετρακτύν, sed παραδόντα τετρακτύν, sive illum à quo τετρακτύς sive quaternarii scientiam acceperant. Is autem Doctor eorum Pythagoras Pythagoram itaque juratum ab eis, recte ait S. Empiricus, cap. 20. adversus Mathematicos & Hierocles in locum. Porro explicatur hic locus à Plut. ubi supra hoc pacto. Eos qui à Pythagorâ sunt Philosophos quaternarium jurare consuevisse 2. de causis. *Primum*, quia Pythagoras eorum doctor omnia ex numeris eorumque inter se proportionibus constare, dixerit. Principia vero prima rerum esse unionem ac binarium; ac in illo quidem formæ vim esse, in hoc vero materiæ. Generatim autem sive universi numeri vim ac naturam esse denarium, quoniam ad hunc usque numerum simplices numeri sint, deinde autem rursus ab unione incipiendum esse. Denarii vero numeri vim esse in quaternario. Nam si quis numeros illos qui sunt usque ad quaternarium adjunxerit, exsistit denarius hoc modo. Itaque ratione principii sive unitatis, sive reipsâ numerus universus in denario est: vi autem sive potestate in quaternario. *Secunda* vero causa cur ita jurarent, fuit, quoniam quaternarius esse videatur numerus animi humani. Quatuor enim his rebus constare animum, *mente*, scientia, opinione, sensu; quæ *instrumenta quatuor judicandi* esse posuit Aristoteles lib. 3. de An. Et Hierocles interpres ea vocavit κριτικὰς δυναμεῖς, i. e. *facultates judicandi*. Sed Plut. idem lib. de Platonis Timæo longè aliter numerum quaternarium sive τετρακτύν Pythagoræ declaravit, sc. quaternarii nomine intelligi numerum 36. quia is numerus contineat in se 4. primos numeros pares & impares. Primi vero numeri pares, binarius, quaternarius, senarius, octonarius: impares vero ternarius, quinarius, septenarius. Quibus ita sumptis ut infra ponitur, exsistit numerus 36. Nam positâ numerorum serie duplici, una parium, altera imparium, si conjungantur superiores cum subjectis, numerus 36. elicietur hoc pacto.

1 3 5 7
2 3 4 7 6 11 8 15

His ergo numeris 3 7 11 15 Collectis ad summam, is erit numerus 36 ——

3
7
11
15
—
36

Atque

Atque hoc est quod Plut. θαυμαστὸν h. e. admirabile vocavit, collectio sc. 4. numerorum qui primi sint pares atque impares. Hierocles autem aliter etiam ipse τετρακτὺν sive quaternarium exponit. Num autore Pythagorâ, in ἱερῷ λόγῳ, tetras est Deus ipse, quem ille μεγάλων δύναμιν vocat. Seldenus nullus dubitat statuere per τετρακτὺν designari sacrosanctum Dei nomen יהוה quod τετραγράμματον usitatè dicitur. Proclus vero in Timæum τετρακτύος nomine intelligit quatuor naturas: unam proprie adspectabilem sive ὀρατὴν sc. æthera; alteram ἁπτὴν, sive *quæ tactu percipi possit*, nempe terram: medium autem esse τὰ διαφανῆ sive tralucens, idque duplex; unum terræ vicinius, sive aquam; alterum igni propius, sive aerem. Vide Suidam in τετρακτύς.

Tetrici, duo fuere, Senior, Junior, quorum vitas inter 30. Tyrannos scripsit Trebellius Pollio.

Teuta, Illyriorum regina, cujus jussu P. Junius & Titus Coruncanus Romanorum legati interfecti sunt. *Plin.*

Teucer, Cyzicenus, historicus, edidit volumen de terrâ auriferâ, de Byzantio, Mithridaticarum libros quinque, de Tyro totidem, totidemque rerum Arabicarum, adhæc historiæ Judaicæ libros sex & alia. Suidas.

Teucer, Scamandri Cretensis fil. qui in Troade unà cum Dardano genero regnavit; unde Ilienſium regum fluxit origo. Ab hoc Troja *Teucria* dicebatur. Virgil. Æn. 2.

Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.

Et pop. *Teucri*. Ovid. Trist. 1. 2.

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Idem Met. 13.

Inde recordati Teucros à sanguine Teucri.

Teucer, Telamonis ex Hesione fil. sagittandi peritissimus, quem Hom. Il. 8. inducit sub Ajacis fratris sui clypeo latentem, multosque Trojanorum occultè insidiis vulnerantem. Hic cum eversâ Trojâ, in patriam rediisset, indignatus Telamon, quòd necem Ajacis fratris sui, Ulyssis insidiis circumventi, ultus non esset, Salamine eum expulit. Patriâ itaque profugus navigavit in Cyprum, ibique urbem condidit, quam de nomine relictæ patriæ Salaminem vocavit. Horatius:

———*Teucer Salamina, patremque*
Cum fugeret.———

Idem:

Urgent impavidi te Salaminii,
Teucerque & Sthenelus sciens pugnæ.

Et Car. 4. Od. 9.

Primusve Teucer tela Cydonio.
Direxit arcu.———

Teuphalus Italica scripsit. Steph. in Ἀνδεία.

Teutamus, Dux Æolum & Pelasgorum, Cretæ regnum occupavit. Diod. l. 4. Τεύταμος ὁ Δώρυ, τῆς Ἑλλως τῆς Δευκαλίωνος, εἰς Κρήτην πλεύσας μὴ Αἰολέων καὶ Πυγασγῶν, ἐβασίλευσε τῆς νήσυ. Crethei filiam uxorem duxit, & ex ea filium Asterium sustulit, qui ei in regno successit.

Teutates, linguâ Gallicâ dictus est Mercurius. Luc. l. 1.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus.

Livius Liv. 26. *Scipio in tumulum obversus quem Mercurium Teutatem appellant.* Teutates igitur Gallis idem qui Phœnicibus Τάαυτος, & Ægyptiis *Thouth*, vel *Theuth*, & *Thoth*. Philo Byblius ex Sanchoniathone Phœnicio scriptore vetustissimo: Ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτος, ὃς εὗρε πρῶτον στοιχεῖα γεγραφὼ, ὃν Αἰγύπτιοι μὲ Θωὼτ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωὺθ, Ἕλληνες δ' Ἑρμῆν ἐκάλεσ. Plato in Philebo: Φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴτε τις θεὸς, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεοῦθ τινα τῶν ἡμετέρων. Idem πατὴρ γραμμάτων appellatur in Phædro, ubi rex Ægypti *Thamus* multis cum illo differit de usu literarum. In Cicerone legitur *Thoyth* & *Theuth*. In Lactantio *Theutus* & *Thot*, ut in Græco epigrammate:

Πρῶτος Θὼθ ἰδὴν ἀρεπάγην ὀπὶ βόστρυν ἠγείρεν.

Quomodocunque legas Gallicum Teutatis nomen inde apparet esse deflexum. Bochartus.

Thais, meretrix nobilis, patriâ Alexandrinâ, quæ cum Athenas quæstûs gratiâ sese contulisset, Atticæ juventutis florem in sui amorem pellexit. Hanc carminibus suis celebravit Menander, unde & *Menandrea* dicta est. Prop. 2. 6.

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in quâ populus lusit Erichthonius.

Idem lib. 4. eleg. 5.

Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
Cum ferit astutos Comica mœcha Getas.

Lemma est apud Martialem *Menandri Thais*, cui subscriptum est.

Hæc primum juvenum lascivos lusit amores.
Hæc Glyceræ vere Thais amica fuit.

Lege Athen. 13. 13. Qu. Curt. lib. 5. Plut. in Alex. Ovid. 3. de Art. Am.

Dum fallax servus, durus pater, improba lena
Vixerit, & meretrix blanda, Menandros erit.

Juv. Sat. 3.

———*An melior cum Thaida sustinet, aut cum*
Uxorem Comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo.———

Thalassius, Deus nuptiarum, vel vox nuptialis, ut quidam volunt, quâ se ad operas domesticas duci novæ sponsæ admonebatur; θαλάσσιον enim Græci *lanificium* vocant. Originem exponit Livius lib. 1. Sed prolixiùs Plut. in Romulo. Catullus in Epithalamio Juliæ:

———*Satis diu*
Lusisti nucibus, lubet
Jam servire Thalassio.

Martialis *Thalassum* vocat. Sic enim ille:

Nec tua defuerint verba Thalasse tibi.

Item *Thalassionem* legimus apud eundem:

Quid si me jubeas Thalassionem
Verbis dicere non Thalassionis.

Thales, unus è septem Græciæ sapientibus qui Physicen primus, & astrologiæ secreta deprehendit. Solis eclipsin primus prædixit, quæ fuit an. mundi 3379. Excessit è vitâ, dum Gymnicum certamen spectaret, æstu ac siti lapsus, jam senex Olymp. 58. Aiebat, se trium maxime rerum causâ gratias Fortunæ agere: Πρῶτον μὲ ἄνθρωπος ἐγενόμην, καὶ θηλυ. Εἶτα, ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνὴ· Τέτον, ὅτι Ἕλλην, καὶ οὐ βάρβαρος. Vitam ejus habes apud Laertium. Nonnulla etiam de eo invenies apud Plutarchum. Item poeta Lyricus, Cretensis, quem è Cretâ Solon Spartam misit, cujus odis ac poesi Spartani deliniti, animarum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam castigabant. Plut. in Solone.

Thalestria, vel *Thalestris*, regina Amazonum, quam alii *Minitheam* vocant, quæ 35. dierum inter confertissimas gentes itinere facto, cum 300 mulieribus occurrit Alexandro in Hyrcaniâ res gerenti, ut liberos ex eo susciperet: ὃθ ut visa est uterum impleſſe, discessit. Strabo lib. 11.

Thaletas, civis Elyri urbis Cretæ, poeta Lyricus antiquissimus & Homero ipso prior. Suidas: Θαλήτας, Κρὴς, ἢ Ἰλλύειος, Λυρικὸς, γεγονὼς πρὸ Ὁμήρυ. Sed mendosum locum ita emendat doctiss. Meursius, Κρὴς, Ἐλύειος, Λυρικὸς. Hic etiam inter secundæ Musices constitutionis auctores à Plutarcho memoratur, ac pestem apud Spartiatas arte musicâ sedâsse à Pausaniâ dicitur, quo nomine in fine lib. περὶ μουσικῆς ab eod. Plutarcho laudatur, Θαλήταν δὲ Κρῆτα, ὃν φησι κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίοις παραγωμῶσαν, διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τῆς καταλούσης λοιμῆς καὶ Σπάρτην. Hujus porrò usus est operâ Lycurgus in Rep. Lacedæmoniorum ordinandâ, quippe dum diversarum gentium leges atque instituta inspecturus peregrinatus est, in Cretam pervenit, ibique Reip. varias, constitutiones examinavit, congressusque cum iis, qui gloriâ alios maximè anteirent, viris, quasdam leges probavit accepitque domum transferturus & iis quoque usurus, alias tamen insuper habuit. Inter ejus insulæ homines sapientes & rerum civilium peritos eminuit Thaletas, cui gratiâ & amicitiâ persuasit, ut Spartam iret. Poeta is Lyricus existimabatur, hocque prætextu utens, omnia ea quæ præstantissimi legum conditores possent, efficiebat. Carmina enim ejus erant ad obedientiam & concordiam adhortationes, modis & numeris constantes, in quibus multum elegantiæ quodque ad animos sedandos faceret, inerat; quæ qui audiebant, simul & placabantur eorum sensim ingenia, & à malevolentiâ, qua tunc mutuò laborabant, ad studium honestatis adducebantur; ita ut quodammodo ad institutionem Spartanorum viam Lycurgo Thaletas straverit.

Thalia, una ex novem Musis ἀπὸ τῆς θάλλειν, *virere* seu *florere*, quod Poetarum fama nullo tempore marcescat. Horatius *argutam* eam appellat Car. 4. 6. Statius vero *lascivam* 2. Sylv. 1. Item nymphæ marinæ nomen apud Hesiodum, si vulgatæ lectioni fides, Theog. vers. 245.

Κυμοθόη, Σπειὼτε Θοὴ, Θαλίη τ' ἠρόεσσα.

Verum amicissimus noster Jacobus Gronovius cum unà esse mus, eum versum sic legendum censuit:

Κυμοθόη, Σπειὼτε Θοὴ θ' Ἁλίη τ' ἠρόεσσα.

Thallus, historiam Syriacam diligenter tractavit, ut auctor est Africanus apud Euseb. lib. 1. Chron. Ejus mem Justinus Martyr, Tertullianus, Minucius Felix & Lactantius.

Thamimasades, Neptuni nomen apud Scythas regios. *Herod.*

Thamyras, vel *Thamyris*, Suidas. Poeta Thracius, qui cum omnes pulchritudine præcelleret; ab initio mares dilexit, deinde mutatâ consuetudine, Musas amavit, cum quibus de cantu certavit hisce conditionibus, ut si vinceret, earum complexu potiretur; si succumberet, ab illis pateretur, quicquid eis videretur. Itaque superatus, & oculis & lyrâ privatus est. Prop. lib. 2.

Me licet & Thamyræ cantoris fata ſequantur,
Nunquam ad formoſas, invide, cæcus ero.
Ovid. Amor.
Quid juvat ad ſurdas ſi cantet Phemius aures?
Quid miſerum Thamyram picta tabella juvat.
Hinc proverbium in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt, *Thamyras iriſamit.* Heſychius: Θαμύεις μαίνῃ, παροιμία ἐπὶ τῶν κατὰ σύνεσιν φθεγγόμενον πραττόντων. Vide Lorium, & Barthium ad Stat. Theb. lib. 4 pag. 964.

Thargelia, mulier antiqua Ionica, quæ cum venuſtâ eſſet facie cuique lepos cum acumine ineſſet, habuit cum plurimis Græcis conſuetudinem, omneſque quibus conſueviſſet conciliavit regi, quorum opera, virorum potentiſſimorum & primorum ſparſit furtim in urbibus Medorum ſectæ rudimenta. Hujus veſtigiis inſtitiſſe dicitur Aſpaſia illa à Pericle & Socrate adamata. Item Theſſalorum regina hujus nominis fuiſſe perhibetur. *Cæl. Rhod.*

Thargelion, Græcorum menſis, qui verò ſit is inter Authores non convenit; alii Februarium, alii Aprilem malunt. Græcis inter auſpicatiſſima tempora numeratus.

Thaumantias, Iris ſic dicta, Thaumantis & Electræ filia, nuncia Deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis. Cæterum & ex admiratione hoc nomen accepit, quæ de ejus coloribus naſcitur. Auctor Servius in illud Virg. Æn. 9.
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt.
Hinc *Thaumantis.* Stat Sylv. 3. carm. 3.
——— *Imbriferâ potitur Thaumantide Juno.*
Item *Thaumantea.* Ovid. Met. 14.
——— *Romuleos cum virgine Thaumanteâ*
Ingreditur colles. ———

Theagenes, tres Athenis diverſis temporibus Suidas fuiſſe recenſet. Unum qui de Homero ſcripſit, de quo Tatianus λόγῳ περὶ Ἑλλήνων, & ex eo Euſeb. de Præp. Evang. lib. 10. Alium, qui Caprus eſt appellatus, quòd multa promittens nihil præſtaret; pauper enim erat, ac dives videri volebat. Tertius fuit vir potens ac dives, qui liberalitate ac beneficentiâ, publicè ac privatim multa laude digna geſſit. Quartum addit Pauſanias, athletam, patriâ Thaſium, qui 140. coronas è certaminibus retulit.

Theagenes Rheginus, hiſtoricus, Cambyſis ætate vixit. Anonymus in Ὀλυμπιάδων συναγωγῇ· Θεαγένης ὁ Ῥηγῖνος χρονογράφος ἤκμασεν· Euſeb. lib. 10. Præp. Evang. Θεαγένης ὁ Ῥηγῖνος κατὰ Καμβύσην γεγονώς. *Theagenes*, Carica & Macedonica prodidit. Stephanus in Καταλία. Βάλλα. *Theagenis* quoque meminit Etymologus in βεβαιῶ. Se dis Grammaticus fuit: Credo Θεαγένης ὁ εἰς Ὁμηρον γεγράφας, uti Suidæ vocatur in Τήνεια. Pro quo Schol. Ἀριστοφ. in Aves: Θεαγένης εἴς μέ ὁ περὶ Ὁμήρου γεγράφας. Voſſius.

Theagenes, vir quidam uſque adeo ſuperſtitioſus, ut domi haberet Hecates ſimulachrum, nec uſque pedem moveret, niſi illo conſulto. Unde proverbium: *Theagenis Hecateum.* Fuit & *Theagenes* Megarenſium rex, Cytonis ſocer, juxta Thucydidem. *Theagenes* quidam dux erat tempore Philippi Macedonis apud Plut. in Alex. *Theagenem* Cnidium Criticum, Herodis ſub Adriano magiſtrum laudat Philoſtratus lib. 2. Sophiſt. Herodes *Theagenem* Cynicum ab Attalo Sorani Methodici diſcipulo ſuâ ætate occiſum fuiſſe, auctor eſt Galenus l. 13. Meth. Med. cap. 15. *Theagenes* quidam Marino Philoſopho Platonico æqualis erat, teſte Damaſcio apud Photium Eclog. 242. *Theagenes* Charicleæ amicus ab Heliodoro in Æthiopicis memoratur. De φιλοπλούτῳ autem iſto Theagene Priſco apud Ariſtophanem agit quoque Suidas in Θεαγένης, & Ἀρχάδας.

Theages, Philoſophus, cujus mem. Plato; de quo etiam Ælianus ποικιλ 4. 13.

Theano, Antenoris uxor, ſacerdos Palladis, Hom. Iliad. 6. Palladium Græcis prodidit. Suid. in voce *Palladium.*

Theano, Metaponti Icari regis uxor, quam cum ob ſterilitatem maritus repudiare vellet, illa paſtores ſubornat, ut puerum unum vel alterum invenirent, quem pro ſuo ſupponeret. Opportunè tunc temporis Menalippe, Deſmontis filia (quam Neptunus compreſſerat) gemellos peperat. Quod tam ægrè tulit Deſmontes, ut & filiam excæcatam carceri incluſerit, infantes autem feris objici juſſerit. In hos itaque cum paſtores incidiſſent, divinitus ſibi eos oblatos rati, ad Theano deferunt, quæ eos pro regis pueris educavit. Verum cum poſtea ex Metaponto concepiſſet, gemelloſq; peperiſſet, virumque ſuum animadverteret majore ſuppoſititiorum, quam legitimorum amore teneri; utcunque potuit ad tempus dolorem diſſimulavit. Verum cum jam ad legitimam ætatem liberi perveniſſent, indicat iis duos majores natu, quos fratres ſuos eſſe rebantur, ſuppoſititios eſſe, hortaturque ut in venatione perductos interficerent. Quod cum illi conarentur, Neptunus filiis ſuis ſuppetias tulit, cujus operâ adjuti illi Theanûs filios interfecerunt. Quorum corpora cum in regiam eſſent allata, Theano venabulo incumbens ſe interfecit. Hygin. Fab. Poet. 186.

Theano, Metapontina, vel Thuria Brontini Pythagorei uxor. Scripſit περὶ Πυθαγόρου, & ἀποφθέγματα Πυθαγορείων, teſte Suidâ in Θεανώ. Sed cum multæ ejus nominis fuerint, magna deinde orta eſt confuſio. Theano Crotoniada Pythagoræ uxorem facit Suidas in Θεανώ, quam primam fœminarum fuiſſe philoſophatam, & poemata ſcripſiſſe, Didymus lib. de Philoſophiâ Pythagoricâ tradit apud Clem. lib. 4. Strom. Hujus Theanûs Pythagoricæ quædam citat idem Strom. 4. Hæc defuncto marito ſcholæ præfuit, teſte Theodoreto Serm. 2. Hæc forte eſt illa Πυθαγορικὴ φιλόσοφος, cujus apophthegmata laudat Theo Progymnaſm. cap. 5. Vide Voſſ. de Poet. Gr. cap. 4.

Theano, Pauſaniæ mater, quæ dicitur laterem primum ad introitum, in quâ proditor filius erat, attuliſſe, ut eum exitu prohiberet, & fame necaret. Polyænus Stratagem. lib. 8.

Thebais, inſigne Statii opus, totius duodecim annis ſummâ curâ ab eo elaboratum. Nomen autem habet ab argumento, eò quòd bellum contineat inter Eteoclem & Polynicem ad Thebas geſtum, in quo duo fratres mutuis vulneribus perierunt. Juvenal. Sat. 7.
Curritur ad vocem jucundam & nomen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cum Statius urbem,
Promiſitque diem, tantâ dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur ——— ———
Thebaiden etiam Hexametris cecinit notiſſimus auctor Antimachus; cecinit etiam Nicander Colophonius, citante Theriacôn Scholiaſte. Item *Thebais*, nomen patronymicum fœm. Ovid. Met. 6.
——— *Et omnes*
Thebaides juſſis ſua tempora frondibus ornant.

Thebe, Alexandri Pheræorum Tyranni uxor, quæ mariti perfidiam & immanitatem exoſa, coitione cum tribus ſuis fratribus facta Tiſiphono, Ptholao, Lycophrone, inſidias ei ad hunc modum ſtruit. Cætera ædium tyranni ſtatio excubantium ſervabat; cubiculum verò ubi ſolebant quieſcere in edito erat, pro quo canis deligatus, omnibus, niſi ipſis & uni ſervo qui eum curabat, horrendas agebat excubias. Quo tempore eum ſtatuerat Thebe adoriri, fratres jam de die in conclave quoddam abdiderat propinquum. Ea more ſuo ad Alexandrum ſola jam ſopitum ingreſſa, ac mox egreſſa, ſervo foràs juſſit canem abducere, velle illum dicens quietè dormire. Scalas etiam veritus ne ſtrepitum ederent, aſcendentibus adoleſcentibus, conſtravit lanâ. Inde ad thalamum gladiis accinctos fratres adduxit, quibus pro foribus relictis, ingreſſa eſt ipſa, enſem, qui ſupra caput ejus ſuſpenſus erat, detractum in ſignum recubuiſſe eum ſomno ſtratum, oſtendit fratribus. Hîc adoleſcentes terrore exanimatos & torpeſcentes illa lacerans probris ac frendens dejeravit, Alexandrum ſe excitaturam, conſiliumque ei aperturam. Ita pudore ſimul & metu perfuſos introduxit, lumenque admovens circumjecit eos cubili. Quorum unus apprehendit preſſitque pedes, illius caput alter crinibus correptum retorſit; tertius enſe feriens obtruncavit eum. *Plut.* Alia fuit ita nominata Aſopi filia, apud *Herod.*

Thecla, mulier nobiliſſima, martyrii coronâ redimita, cujus crebra mentio apud veteres. E Græcis mem. Greg. Naz. Orat. in laud. Athanaſii, & Exhortat. ad Virgines; item orat. 1. in Jul. Apoſt. & Orat. 18. quæ eſt in laud. Cypriani: item carmine Iambico de V. ſua: adhæc Greg. Nyſſen. apud quem illuſtre eſt Theclæ elogium orat. 14. in Cant. Cant. item Epiphan. hær. 78. contra Collyridianos, Chryſoſt. Hom. 25. in Act. Ap. Iſid. Peluſ. l. 1. ep. 87. Damaſcen. orat. de iis qui cum fide ex his terris exceſſerunt, ut de Baſilio Seleuc. Simeone Metaphraſte Logotheta, & prato ſpirituali Sophronii, nihil dicam. E Latinis item mentionem faciunt Cyprian. orat. martyribus, Ambroſ. ep. 7. Hieron. ep. 22. Auguſt. l. 3. contra Fauſtum c. 4. Sulp. Severus, Fortunatus Pictavienſis, Ado Viennenſis in ſuo Martyrologio, atque alii. Vide Voſſ. H. Gr. lib. 2. pag. 203.

Theleſinus, vir quidam, quem turpi quæſtu divitem factum ridet Mart. lib. 6.
Quum coleret puros pauper Theleſinus amicos,
Errabat gelidâ ſordidus in tegulâ:
Obſcænos poſtquam cœpit curare cinædos,
Argentum, menſas, prædia ſolus emit.
Fuit etiam Theleſinus poeta, de quo, & ad quem Juvenal. Sat. 7.
——— *Quæ*
Componis dona Veneris, Theleſine, marito.

Themis, idis, vel, ut nonnulli, *iſtos*, Cœli ac Terræ filia, quæ Jovis nuptias fugiens, ab eo in Macedoniâ compreſſa fuit. Hæc Dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſſet, ut ait Feſtus. Nam Θέμις Græcè *fas* dicitur: habuitque

habuitque vetuſtiſſimum oraculum in Bæotiâ ad Cephiſum amnem. Ovid. Met. 1.

Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.

Calpurnius:

——*Tandem ſqualore ſituque,*
Alma Themis poſito.——

Claud. *Sic cecinit longæva Themis.*

Themiſon in Pallenide citatur ab Athen. lib. 6.

Themiſon, medicus Laodicenus, auditor Aſclepiadis Myrleani, quem Pompeii magni ætate vixiſſe dicit Voſſius. Hic cum præceptor novam ſectam condidiſſet, multa in eo innovavit, tertiamque Sectam fecit; Hinc Sen. Ep. 95. *Adjice nunc quod artes quoque pleræque, imo ex omnibus liberaliſſimæ habent decreta ſua, non tantum præcepta: Sicut medicinas. Itaque alia eſt Hippocratis Secta, alia Aſclepiadis, alia Themiſonis.* Ea Themiſonis ſecta fuit Methodica. Meminerunt ejus Dioſcorides lib. 7. cap. 2. Corn. Celſus in procœmio, & Plin. 12. 17. Ubi *ſummum authorem* vocat. Non audiendus autem interpres Juvenalis ad illud. Sat. 10.

Quot Themiſon ægros auctumno occiderit uno.

Ubi ait: *Themiſon Archiater illius temporis, cui detrahit.* Vult igitur vixiſſe temporibus Domitiani: nempe non vidit Themiſonis nomen poni pro quovis Methodico; quia cum primitus multi Themiſonem ſequi ſe profiterentur, neutiquam tantum præſtarent, ac ſectæ conditor, ſed multis necis cauſa forent. Crebra quoque mentio *Themiſonis* apud Cælium Aurelianum, ut mittam Paulum Æginetam l. 12. c. 15. atque alios Voſſius. Item *Themiſon* Theræus qui jurejurando adactus ab hoſpite, ut quamcunque rem petiiſſet, in eâ ſibi operam præſtaret, ille poposcit ut abductam filiam in mare demergeret; hic in mare quidem demiſit, ſed funiculis extraxit & ſecum duxit.

Themiſtagoras, auctor fuit Aurei libri. Ita enim inſcripſit Etymologus in Ἀσυπέλαια.

Themiſtius, philoſophus ſub Juliano Imp. Apoſtata, cujus præfectus prætorii fuit Conſtantinopoli, ſcripſit Paraphraſin in Ariſtotelis Phyſicam libris octo, &c. Præterea edidit ſua, viz. de interpretatione, & inſcriptione prædicamentorum, diſputationes etiam quaſdam & orationes. Hic Valentem Imp. quotidiè ſævientem in Orthodoxos, authoritate ſuâ & epiſtolis reddidit mitiorem.

Themiſtocles, Athenienſis clariſſimus, qui cum adoleſcentiam in omni luxûs laſciviæque genero peregiſſet, tandem cum in virum evaſiſſet, juventutis ſuæ maculas præclariſſimis geſtis delevit. Nam & primus Piræeum munivit, & prælio navali Perſas apud Salaminem vicit. Poſt hæc ab ingratâ patriâ exul factus ad Xerxem confugit, à quo dux exercitûs adverſus Athenienſes magno cum honore creatus, cum videret patriæ ſuæ ingentis cladis periculum imminere, hauſto tauri ſanguine ſeipſum interfecit, ne aut regi de ſe benè merito infidelis eſſet, non pugnando viriliter, aut patriæ ſuæ hoſtis atque oppugnator videretur. Plutarchus. Vir alioqui tantus, *ut nemo Græcorum ei anteferatur, pauci pares putentur*, quemadmodum de eo Nepos cenſuit, qui ejus vitam ſcripſit, quam poſt eum Plutarchus Græcè dedit: Itaque & jactare ſolitus fuit, *ferociſſimos pullos generoſiſſimos equos evadere, ſi rectè docti, formatique fuerint.* B. Hieronymus ep. ad Nepotianum ſcribit, Themiſtoclem, cum expletis centum & ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe dolere ſe, quod tum egrederetur è vitâ, quando ſapere cœpiſſet: Sed ibi pro Themiſtoclis nomine Theophraſti ſubſtituendum monet Caſaub. ad Characteres Theophraſti. *Themiſtocles cum recuſaſſet lyram habitus eſt indoctior.* Cic. 1. Tuſc. Qu. Quinctil. lib. 1. cap. 17. Idem Cic. de Fin. lib. 2. Themiſtocles cum ei Simonides artem memoriæ polliceretur: *oblivionis*, inquit, *mallem. Memini enim etiam quæ nolo, oblivisci non poſſum quæ volo.* Idem cum ex duobus filiam ſuam ambientibus, bonis moribus præditum diviti prætuliſſet, Ἀνδρα, ἔφη, ζητεῖν χρημάτων δόμῳσιν μᾶλλον, ἢ χρήματα ἀνδρός. Plut. In Apophth. Ælian. lib. 11. & alii hoc Themiſtocli etiam tribuerunt: Εἰ μοί τις ὁδὸς δύο δείξειε, ἢ ὡδὶ εἰς ἅδην φέρουσα, ἢ ἧ ὀπὶ τὸ βῆμα, ἥδιον ἂν ἢ ἑτέραν ἤλασον ἢ ἐνθὺ τὸν ἅδην.

Themiſtoclea, ſoror Pythagoræ, cujus placitis & opinionibus pleriſque in locis uſus eſt Pythagoras.

Themiſtogenes, Syracuſanus hiſtoricus, Cyri expeditionem, & bella quæ in hiſtoriâ Xenophontis continentur, compoſuit. Suidas. Vide Voſſ. H. Gr. p. 458.

Theocreſtus, res Libycas conſcripſit, quarum primum librum citat Apollonii Schol. in lib. 4.

Theocrines, viri proprium, qui primum Tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator, & Sycophanta. Unde Demoſth. pro Cteſiphonte Æſchinem tragicum Theocrinen vocat.

Theocritus, poeta Syracuſanus ſuaviſſimus, floruit ſub Ptolemæis, Lagide ac Philadelpho, qui ſic ipſe de ſe:

Ἄλλος ὁ Χῖος ἐγὼ ἧ Θεόκριτος ὃς τάδε γέγραφα,
Εἰς ὅπα ἐξ πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων.
Τίος Πραξαγόρεω πεπλεσμένος τε Φιλίνης,
Μοῦσαν δ' ὀγνείαν ὔποτ' ἀφελκυσάμην.

Scripſit linguâ Doricâ quæ extant Idyllia 36. Quod ſcripti genus in Bucolicis Virgilius imitatus eſt. Unde Eclog. 6.

Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſylvas habitare Thalia.

Item auguris nomen apud Plut. in Pelopida. Alius inter hiſtoricos recenſetur à Fulgentio, Mythol. lib. 1. Theocritus orator Chius, de quo Strab. lib. 14. diſcipulus fuit Metrodori, ejus qui Iſocratem audierat, teſte Suidâ. Scripſit Epp. admirabiles ac hiſtoriam Libycam. Idem fortaſſe eſt cum eo, quem antiquitatum hiſtoricum vocat Fulgentius Mytholog. lib. 1. fab. de Perſeo, & Gorgone.

Theodamas, pater Hylæ fuit, qui cùm Herculi cum Deianirâ & Hyllo filio ad Dryopes venienti, eſurientique cibum denegaſſet, ille arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Quapropter Theodamas arma adverſus Herculem movit: feruntque Herculem in eo certamine ita ab hoſtibus preſſum, ut etiam Deianiram uxorem armarit, quæ & in mamillâ vulnerata eſt. Ipſe tamen victoriam obtinens Theodamantem occidit, filiumque ejus Hylam ſecum abduxit, quem tum deinde pro chariſſimo habuit, eumque etiam cum Argonautis proficiſcens, abduxit. Vide *Hylas.*

Theodas, vide *Theudas.*

Theodectes, orator, Cilix genere, diſcipulus Platonis, Iſocratis & Ariſtotelis, qui ei ſuos de Rhetoricâ libros dedicavit: Converſus deinde ad Tragœdias, ſcripſit fabulas L. Deceſſit Athenis annos natus 41. Scripſit & verſibus artem Rhetoricam, laudavit & virum Artemiſiæ Mauſolum unà cum claris eo tempore oratoribus. Vide Voſſ. P. Gr. p. 51. Alius orator, prioris fil. qui ſcripſit encomium Alexandri regis Epirotarum, commentarios hiſtoriæ, artem Rhetoricam libris ſex aliaque quamplurima. Suidas.

Theodora, Juſtiniani Imp. conjux, cujus in honorem, Cyprus *Juſtiniana ſecunda* dicta eſt, in eâ ſc. natæ.

Theodoretus Gadarenus Imp. Tiberii præceptor fecit librum de hiſtoriâ, item de Cœleſyriâ, & alia, de quibus Suidas. De *Theodoreto* Cyri epiſcopo Voſſ. H. Gr. pag. 260.

Theodoricus, Oſtrogothorum rex, An. Dom. 457. Alius qui Italiam obtinuit, regnavitque annis 33. Alius Gallorum rex, qui ignaviæ deditus, adeundi ſalutandique ſui copiam nulli, niſi Calend. Maii faciebat, & per Ebroinum regnum adminiſtrabat. Hanc ignaviam regni proceres indignè ferentes Theodoricum & Ebroinum monaſteriis incluſerunt, advocato in regem Childerico, A. D. 673.

Theodoricus, qui Arianâ hæreſi commaculatus (hâc enim à Valente Imp. Gothi imbuti erant) Joannem epiſcopum, Agapetum, & Patr. Con. Theodorum & Importunum legatione ad Juſtinum miſit, ut expulſos epiſcopos revocaret, aut ſe Italiam devaſtaturum: cui à Juſtino epiſcoporum reſtitutio fuit negata. Verum à Joanne & Rom. ſenatoribus coronari Imperator voluit.

Theodorus Gadareus, nobilis orator (Gadara vero civitas eſt non longè ab Aſcalone) verum ipſe dici maluit Rhodius, teſte Strab. cujus tempore fuit. Ejus diſcipuli *Theodorei* dicti ſunt, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetoricâ ſcripſit. Tiberius quoque Imp. cum ſecediſſet Rhodum, eum ſtudiosè audivit. Quinctil. lib. 6.

Theodorus Metochita ſcripſit compendium Hiſt. Rom. à J. Cæſare uſque ad Conſtant. M. Id opus Jo. Meurſius primus edidit, & interpretationem ſuam ac notas edidit. Alia quoque multa fecit, eaque inter Paraphraſin in Phyſica Ariſtotelis, quam Latinè vertit Gentianus Hervetus. Obiit A. D. 1332.

Theodorus, Byzantius ſophiſta, qui à Platone Λογοδαίδαλος vocatus eſt. Scripſit contra Thraſybulum & Andocidem & alia quædam. Suidas. Cæterum de variis *Theodoris* præter Laertium, vide Voſſium & Jonſium.

Theodoſius, nomen proprium duorum Roman. Principum. *Theodoſii* magni vitam lege apud Euſebium.

Theodoſius, Bithynus, qui & Tripolites, teſte Voſſio, quem ſis vide de Scientiis Mathematicis cap. 16. & 33.

Theodotus Chius, præceptor ultimi Ptolemæi in Rhetoricâ: Decertantibus in conſilio regis, an profugus Pompeius eſſet recipiendus, ſolus conſuluit interfici debere; Quod ſanè factum eſt. Hunc poſtea Brutus jam Auguſto inimicus in Aſiâ compertum & ad ſe adductum interfici juſſit. Plut. in Pompeio. Alius fuit qui tempore Herodis Attici præfuit Athenienſium ſcholæ. Philoſtr. in Soph.

Theodotus, res Phœnicum conſignavit, ſed linguâ Phœnicià. Græcè eas ſive Χαῖτος, ſive Ἄσιος (variant enim codd.) tranſtulit, teſte Tatiano. Alius ab hoc videtur *Theodotus*, cujus quartum adverſus Epicurum librum citat Laert. lib. 10. Alius item Grammaticus Etymologo in Θεόζαυον celebratus.

celebratus. Alius quoque hæreticus, de quo Euſeb. Eccleſ. Hiſt. lib. 5. cap. 8.

Theognis, Poeta Græcus, natus Megaris, non Siciliæ, ut Plato putavit, ſed Atticæ, ut ex ipſo Theognide non obſcurè colligit Val. Harpocration, Crœſi temporibus fuit, ſed diu ſupervixit, nempe ad initium belli Perſici. *Theognis* alter Tragicus, ſed frigidus adeo, ut Χίων, ſive *Nix* diceretur. Ætatem ejus indicat, quòd cum Euripide à Nicomacho ſit victus. *Theognis* (alius ut arbitrátur Voſſius tam à Tragico, quam ab eo cujus Γνῶμαι habemus) volumen compoſuit de ſacrificiis Rhodiis, cujus ex operis 2. libro teſtimonium petit Athenæus, lib. 8. *Theognis* dux quidam Athenienſium, cujus mem. Polyænus Stratagem. lib. 5. pag. 397. Unus item è ſectatoribus Arii. Socr. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 8.

Theólytus Methymnæus, in Bacchicis carminibus citatur ab Athenæo lib. Τὸν δὲ Γλαῦκον τὸν θαλάττιον δαίμονα Θέόλυτος μὲν ὁ Μεθυμναῖος ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσιν ἐφεδίντα φησὶν Ἀειάδνης, ὃ δ' ἐν Δίᾳ τῇ τήσῳ ὑπὸ Διονύσε πεπάδη.

Theomneſtus, Artis Veterinariæ ſcriptor Græcus. Alius Athenis clarus adminiſtratione Reip. & Niciæ æmulus, Strabo, lib 14.

Theon, pictor Samius. Quintil. lib. 12. Alter Mathematicus, qui ſcripſit de ſpiritibus ad Ptolemæum aſtrologum. Alius qui Apollodori Ephilli φυσιολογικὴν εἰσαγωγὴν commentario illuſtravit, patriâ Alexandrinus, Stoicus ſub Auguſto. Suidas in Θέων. Cæterum de hoc, uti de Theone Smyrnæo vide Voſſium de Scient. Math. capp. 14. 16. 33. 62. Vide ſis quoque Suidam, apud quem plures Theones invenies.

Theonas, Alexandrinæ Eccleſ. Epiſcopus, A. D. 284. Euſebius. Alius Monachus Ægyptius, Græcis & Latinis literis eruditus, anno 30. habuit ſilentium. Porro à nemine viſus iraſci, aut mentiri, aut vanum aliquid vel aſperum, vel infirmum protuliſſe ſermonem. Sozom. lib. 8.

Theoninus, ut *dens Theoninus* apud Horat. i. e. dicax. Theon enim fuit dicaciſſimus & maledicus, per quem detractatores & maledici intelliguntur. Acron.

Theophanes, Lesbius, Mithridatici belli ſcriptor, quippe qui Pompeio familiaris fuerit, atque in expeditionibus comes. Mem. ejus Jul. Cæſar de B. Civ. 3. 18. Ubi Pompeium ait de maximis rebus cum eo ſolitum communicare. Item Val. Max. 8. 15. Ubi ait: *Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ averſus, qui Theophanem Mityleneum, ſcriptorem rerum ſuarum in concione militum civitate donavit.* Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 23.

Theophanes Byzantius, Hiſtoricus Græcus, ſub Juſtino 2. Imp. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 273.

Theophila, uxor Euſtathii Aulici Imp. Trajani, qui dum cervum in venatione ſectaretur, viſo inter ejus cornua ſimulachro: auditaque hâc voce: Cur me perſequeris? ſtatim ad fidem Chriſtianam ſe recepit unà cum uxore Theophilâ. Quod ubi poſtea reſcivit Trajanus, ambos in tauro æneo comburi juſſit. Volater.

Theophilus, ſextus Antiochenſ. Eccleſiæ Epiſcopus, quem ſub. M Antonino Vero floruiſſe etiam teſtatur B. Hieronym. in Catalogo; ubi & quàm variis monumentis laudem ſibi pepererit, refert. Eum ſignat Lactantius his verbis. *Theophilus in libro de temporibus ad Autolycum ſcripto, ait: In hiſtoriâ ſuâ Thallum dicere, quòd Belus, quem Babylonii & Aſſyrii colunt, antiquior Bello Trojano fuiſſe invenitur 322. annis.*

Theophilus, hiſtoricus, literis mandavit Italica & Peloponneſiaca. Plut in Paral. Min. *Theophili* (ejuſdem an alterius, non ſat ſcio) librum 1. ἀδεκνήσεως advocat Steph. in Παλικὴ. *Theophilum* quoque inter eos hiſtoricos, qui & Judæorum meminerint, reponit Flavius Joſephus lib. 1. contra Ap.

Theophilus, Cæſareæ Palæſtinæ præſul, Severo imperante, librum in Marcionem edidit, tum alia quæ ab Hieronymo commemorantur. Alius quoque præſul Alexandrinus, qui ſcripſit adverſus Origenem. Item Comicus antiquæ comœdiæ; cujus fabulas enumerat Suidas. Alius Martyr. A. D. 251.

Theophraſtus, philoſophus ex Ereſſo Lesbi op. ſic vocatus vocis & eloquentiæ ſuavitatem quaſi divinam, quum antea *Tyrtamus* vocaretur. Strabo, lib. 13. Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ὁ Θεόφραστος. Μεταρύθμισε δ' αὐτὸν Ἀριστοτέλης Θεόφραστον, ἅμα μὲν φεύγων τὸ πρότερον ὀνόματος κακοφωνίαν, ἅμα δὲ καὶ φράζουσαν ὠκὺ ζῶλον ὑπομαινόμενον, ἅπαντας γὰρ λογίους ἐποίησε τοὺς μαθητὰς Ἀριστοτέλης, λογιώτατον δὲ Θεόφραστον. Idem de hoc Tyrtami nomine habes apud Diog. Laert. Heſych. Illuſtrium, Suidam, alioſque. Succeſſit Ariſtoteli in Scholâ Peripateticâ. Dicere ſolebat, *doctum hominem ex omnibus ſolùm neque alienis locis peregrinum eſſe, neque inopem amicorum.* Habuit diſcipulos ad 2. millia. Opera ejus à Diogene commemorantur, de quibus libro ſingulari egit Jo. Meurſius. Vide Gellium, lib. 13. cap. 5. *Hominem doctiſſimum* vocat Cic. in Bruto. Idem Tuſc. Qu. lib. 3. *Theophraſtus moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet: hominibus quorum maximè interfuiſſet tam exiguam vitam dediſſet: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrinâ hominum vita erudiretur.* Alter fuit Epheſius, de quo Ælianus in Var. Hiſt.

Theophylactus Simocattus, Hiſtoricus Græcus, de quo Voſſ. lib. 2. cap. 23. Alius Bulgariæ Præſul, qui ſcripſit in Evangelia & Epiſtolas.

Theopolemus, & Hiero, fratres fuerunt, qui unà Apollinis fanum expilarunt; quo facto pœnam judicii reformidantes, domo profugerunt. Cic. Verr. 5.

Theopompus Cnidius, orator & hiſtoricus poſt Herodotum & Thucydidem, quibus ut in hiſtoriâ minor, ita oratori magis ſimilis, ut qui antequam eſſet ad hoc opus ſollicitatus, diu fuerit orator. Quintilianus.

Theopompus, Sinopenſis hiſtoricus, cujus libri περὶ σοφιστῶν mem. Phlegon Trallianus cap. 19.

Theopompus Colophonius, ἐποποιὸς, cujus librum, nomine ἀχιλλέιον citat Athen. lib. 4.

Theopompus, Athenienſis Comicus, cujus Pollux, Athenæus, Laertius, Harpocration, & alii veterum meminerunt. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 50.

Theopompus Chius, hiſtoricus inter Iſocratis diſcipulos familiam ducebat. Vide Voſſium de hiſtoriis Græcis lib. 1. cap. 7.

Theotimus, in 2. rerum Italicarum teſtis adducitur à Plut. Par. Min.

Theramenes, Athenienſis philoſophus, de quo Cic. 1. Tuſc. *Quàm me delectat Theramenes, quam elato animo eſt. Etſi enim flemus quum legimus, tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur: qui cum conjectus in carcerem 30. juſſu Tyrannorum venenum ut ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret. Quo ſonitu reddito ridens, Propino, inquit hoc pulchro Critiæ; qui in eum fuit teterrimus. Græci enim in conviviis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt.* Hæc Cicero.

Therodamas, rex Scythiæ, qui, ne per inſidias occideretur, leones hominum ſanguine alebat, quo magis ſævirent. Ovid. Pont. 1. 3.

Non tibi Therodamas, cruduſque rogabitur Atreus:

Idem in Ibin:

Therodamanteos ut qui ſenſere leones.

Theromachus, ſtatuarius egregius. Plin. 15. 10.

Theron, Agrigentinorum tyrannus. Vide Benedictum ad Pindari Olymp. Od. 2. Item nomen unius ex canibus Actæonis. Ovid. Met. 3.

Nebrophonuſque valens & trux cum Lælape Theron.

Therſites, Græcorum omnium fœdiſſimus, idemque ignaviſſimus, quem Achilles ſibi procaciter convitiantem pugni ictu interfecit. Hujus inſignis deformitas ab Hom. lib. 2. Iliad. χαφικῶς expreſſa, effecit, ut cum hominem vehementer fœdum ſignificare velimus, *Therſitæ faciem* eum habere dicamus. Verſus Homeri hi ſunt:

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα,
Ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ἦσιν ἄκοσμά τε πολλά τ' ἄνδην
Μαψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν,
Ἀλλ' ὅ, τι οἱ εἶσατο γελοίιον Ἀργείοισιν
Ἦμμεναι· αἴσχιστος δ' ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.
Φολκὸς ἦν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δ' οἱ ὤμω
Κυρτὼ, ὀπὶ στῆθος συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθε
Φοξὸς ἦν κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.

Ovid.

Tam mala Therſiten prohibebat forma latere
Quam pulchra Nireus conſpiciendus erat.

Juvenalis, Sat. 8.

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas.

Οὐπιδανὸν, *nullius pretii hominem* vocat Qu. Smyrnæus lib. 1. Lycophron vero πιθηκόμορφον, h. e. *Simiæ ſimilem.*

Theſeus, Ægei regis Athenarum fil. ex Æthrâ Pitthei filiâ, qui adhuc adoleſcens operâ Medeæ novercæ pene veneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum evectus, tam multa memoratu digna geſſit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazonas, earumque reginam Hippolyten ſecum abduxit, ex quâ genuit Hippolytum. Creontem regem Thebanorum, cadavera Argivorum, qui in bello Thebano occiderant, ſepeliri prohibentem, interfecit. Oppreſſit etiam terribilem taurum in Atticâ, Minotaurum in Labyrintho

Labyrintho occidit, & Ariadnam, Phædramque Minois filias clam ſecum abduxit: ſed illâ relictâ in Chio inſ. Phædram ſibi conjugio copulavit. Scironem, Procruſten, & Scinim latrones Atticæ neci dedit. Debellavit Centauros, Thebas domuit, Pirithoum præcipuâ coluit amicitiâ (vide *Pirithous*) quocum deſcendit ad inferos ad rapiendam Proſerpinam: Sed occiſo Pirithoo, ipſe aliquandiu in vinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui illum ſummâ proſequebatur benevolentiâ, liberaretur. Poſtremo jam ſenior, tot, tantiſque rebus geſtis, patriâ, regnoque pulſus, in Scyrum inſ. navigavit, ubi & periit, à rege Lycomede (ut quidam tradunt) interfectus: aut (ut alii malunt) cum à cœnâ deambularet, ex loco edito delapſus. Vide Plutarch. in *Theſeo*, & Meurſium de Reg. Athen. lib. 3. Vide Lud. de la Cerdam in illud, Æn. 6.

——— *Sedet, æternumque ſedebit*
Infelix Theſeus. ——— ———

Palam hunc Argonautis accenſet Papinius, Theb. 5. Apollonius tamen apud inferos eum Pirithoi gratiâ abfuiſſe ſcribit, lib. 1. ver. 100.

Θησέα δ' ὃς πρὶν πάντας Ἐρεχθείδας ὑπέρεχεν,
Ταναήλιῳ ἀΐδηλον ὑπὸ ζόφον ἅσμενος ἔρυκε
Πειρίθῳ ἐπόμενον κεινὴν ὁδόν.

Val. Flaccus autem eum penitus præterit, ut & Orpheus. At cum Statio Hyginus cap. 14. & Apollodorus, lib. 1. Οἱ δ' Ἀργοναῦται συναθροισθέντες ἦλθον οἴδε. Τίφυς Ἀγκαῖος, ὃς ἐκυβέρνα τὴν ναῦν, Ὀρφεὺς Οἰάγρου, Ζήτης καὶ Κάλαϊς Βορέου, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης Διός, Τελαμὼν καὶ Πηλεὺς Αἰακοῦ, Ἡρακλῆς Διὸς, Θησεὺς Αἴγεως. Hinc *Theſeis*, fabula ſcilicet de Theſei rebus geſtis conſcripta. Juvenalis, Sat. 1.

Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

Item *Theſides*, unde Athenienſes *Theſidæ* dicuntur. Virgil. Georg. 2.

Præmiaque ingentes pagos & compita circum
Theſidæ poſuere. ———

Hinc etiam *Theſeus*. Prop. 1. 3.

Qualis Theſeâ jacuit cedente carinâ
Languida deſerti Gnoſia litoribus.

Theſea fides perbona. Ovidius in Triſtibus:

O mihi Theſeâ pectora juncta fide!

Sen. in Hercule Furente:

——— *Tuâ Theſeu fide.*

Contra autem apud eundem in Hippolyto ſumitur pro malâ:

Præſtatque nuptæ quam ſolet Theſeus fidem.

Utrumque autem rectè; nam fidus amicis, uxoribus infidus fuit.

Theſeus, hiſtoricus, illuſtrium virorum vitas conſignavit libris 5. Item Corinthiacorum, lib. 3. Suidas & Etymologus. Etiam Theſei è ſcriptis narratiunculam adfert Stobæus Serm. de Fortit.

Theſmophoria, vide *Eleuſinia*. Sacra Cereris ſummâ cum caſtitate olim celebrata. Nam & lectum in quo per eos dies cubabant variis herbis ſubſternebant, quibus vis aliqua ad tutelam ſanctimoniæ. Erat autem in uſu conyza. Nicandri Scholiaſtes ad Theriaca: Κόνυζα εἶδος βοτάνης κατὰ ψυκτικὴ ἡ αὐτὴ ἐπὶ συνουσίαν, διὸ καὶ τοῖς Θεσμοφορίοις ἐστρώννυτο. Theocriti Enarrator. Κόνυζα, φυτὸν χρηστῶδες ὃ καὶ Θεσμοφοριάζουσαι διὰ τὴν ἀγνείαν στιβάδοποιοῦσι. Δοκεῖ δὲ ἡ βοτάνη ψυχρὰ ὖσα, ἐπέχειν τὰς ἐκ συνουσίας ὀρέξεις. Pari modo ad idem recepta pinus folia, cneorum, vitex & allia, uti ſcribit Etymologus. Gloſſæ veteres Perſii: Cicuta hîc genus liquoris eſt quod calorem in nobis frigoris ſui vi extinguit: Ideo ſacerdotes Cereris Eleuſinæ, hoc liquoris generæ ungebantur, ut à concubitu ſe abſtinerent. Notandum hic quod longo abhinc tempore doctiſſ. Jo. Meurſius nos docuit *Theſmophoria* feſtum non ſolum Athenis ſed etiam Lacedæmone, ſed Drymææ, ſed Thebis, ſed Megaris, ſed Eretriæ in celebratione fuiſſe; de Mileto autem produxit non hujuſmodi loci teſtimonium, ſed eximium quoque Diogenis Laertii, unde diſcimus, triduanum id feſtum Mileti fuiſſe, quum Athenis quatuor dierum eſſet.

Theſpis, ex Icariâ Atticæ civitate, primus poeta Tragicus, & qui perſonas invenit. Horatius ad Piſones:

Ignotum Tragicæ genus inveniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canèrent, agerentque perunctis fœcibus ora.

Theſpis, ſive *Theſpius*, Athenienſis, Erechthei regis filius, qui è pluribus fœminis filias genuit 50. cum quibus vocatus ad epulas Hercules ſigillatim concubuit, ſuſcepitque totidem liberos mares, qui *Theſpiades* dicti ſunt. Hi cum Iolao, Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti, civitates quamplurimas extruxerunt. Diod. lib. 5. Silius, lib.

Nec parvum decus, advecto cum claſſe paternâ
Agmine Theſpiadum, terris Iolæ dediſti.

Theſtor, Idmonis & Laothoes filius, pater Calchantis, qui ab eo *Theſtorides* vocatur. Ovid. Met. 12.

——— *Veri providus augur*
Theſtorides. ———

Statius 1. Achill.

O nimium Phœbi, tripodumque oblite tuorum
Theſtoride. ———

Thetis, Nerei & Doridis fil. quam cùm Jupiter, pulchritudine ejus captus adamaret, uxoremque ducere decreviſſet, monitus eſt à Prometheo, ita eſſe in fatis, ut quicunque ex eâ naſceretur, patre major eſſet futurus. Quâ re auditâ, Jupiter à nuptiis ejus abſtinuit. Thetidem verò poſtea Peleus uxorem duxit, Æaci fil. qui Achillem ex eâ ſuſcepit. Ovid. Met. 11. Vide Nat. Com. lib. 8. cap. 2. Catullus:

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?

Accipitur quandoque pro mari. Virgil. Ecl. 4.

——— *Tentare Thetim ratibus.*

Sic *plana Thetis* pro tranquillo æquore apud Statium 5. Theb. Claud. 1. de Rap. Prof.

Hic latrat Gætula Thetis.

Thoas, antis, Tauricæ reg. rex, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eo Tauricæ ſacris præfecta. Eum poſtea occidit Oreſtes, à ſorore adjutus, cum illum quoque Thoas Dianæ aræ deſtinaſſet. Ovid. Pont. 3. 2.

Regna Thoas habuit Mœotide clarus in orâ;
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Hinc *Thoanteus*. Val. Flaccus, lib. 8.

Illa Thoanteæ tranſit deflexa Dianæ.

Item Lemni rex, Liberi patris fil. ex Ariadne Minois filiâ, pater Hypſipyles, ſolus filiæ pietate ſervatus, cum cæteræ omnes Lemniæ mulieres viros ſuos & parentes trucidarent. Ovid. Met. 7. Stat. Theb. 5.

Fama ſubit portus, vectum trans alta Thoanta
Fraternâ regnare Chio.

Ubi vetus Scholiaſtes: *Cladi ſuperſtitem, nunc in Chio cum fratre* (Oenopione) *regnare.* Scriptum tamen aliis occiſum illum à Lemniadibus; cum ejicerent Hypſipylen. Apollod. lib. 3. Αἱ δὲ λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκλεψαν, καὶ ἡ Ὑψιπύλη ἀνεμιαύλησε. Alii tradunt in Tauricâ inſ. fluctibus ablatum. Hyginus, cap. 15. *Hypſipyle Thoanta clam in navem impoſuit, quem tempeſtas in Tauricam inſulam detulit.* Ut autem ibi homines immolarit, utque eluſus ab Iphigeniâ, amiſſo Idolo, demum à Pylade & Oreſte trucidatus fuerit, legas apud eundem ſcriptorem, cap. 120, 121. item 261. Paria ſcribit Val. Flac. qui tamen inde etiam aufugiſſe Thoantem hariolatur.

Dixerat; ille procul trunca fugit anxius alno
Taurorumque locos, delubraque ſæva Dianæ
Advenit: hic illum triſti Dea præficit aræ
Enſe dato; mora nec terris tibi longa cruentis
Jam nemus Ægeriæ, jam te ciet altus ab Albâ
Jupiter, & ſoli non mitis Aricia Regi.

Ex quibus patet error tam Rob. quam Car. Stephani qui 2. Thoantas fuiſſe volunt, unum ſcilicet Tauricæ regionis regem, alium vero Lemni.

Thomis, Heſychius: Θῶμις, ὁ κάπρος. Ubi Palmerius: in Θῶμις, inquit, facile eſt ſupplere hiatum, ὃ κάπρος. Nam ſine dubio legendum, ὁ κάπρος ἐασιλεύς. Sed in ejus regis nomine & uxoris non concordant antiqui. Homero ejus nomen fuit Θοῶν, cujus genitivus eſt Θόωνος, unde ait de ejus uxore Θόωνος παράκοιτις. Ex ejus nomine Θόωνις urbecula denominatur, ſi nides Straboni. Unde vero Heſychius acceperit eum Θῶμις vocatum, non inveni. Ejus uxorem certe Θῦμις vocatam aſſerit ex Ptolemæo Didymus: & ait, non eſſe certum ex Homero vocatam fuiſſe Polydamnam; eo quod non liquet, an Πολύδαμνα ſit nomen proprium, an epitheton quod ad φάρμακα referatur. Cum igitur Θῦμις & Θῶμις parum differant, niſi articulus ὁ me coegiſſet aliter cenſere, libenter reponſuiſſem Καινύπη βασίλισσα.

Thomyris, Scytharum regina, quæ irata quòd Cyrus rex Perſarum Sargapiſcem filium bello captum ad mortem impuliſſet, non prius finem fecit furori, quàm mortuum ulta ſit. Contractis itaque copiis ita conflixit, ut maximam inimicorum partem, cum ipſo etiamnum rege occiderit. Nec tamen hoc eventu propterea emollita eſt animi rabies: mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demiſit, his verbis inſultans: *Filii mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiviſti, Cyre, At ego te cruore ſaturabo.* Herodotus, lib. 2.

Thon, primus apud Ægyptios medicinam in artem redegit. Hom. Od. 4. Alter, teſte Hellanico, rex Canopi, ad quem cum Menelaus Trojâ cum Helenâ diſcedens, tempeſtate maris deduceretur, fuit primùm ab illo, antequam Helenam conſpiceret, gratè ſuſceptus. Sed ut illam conſpexit,

ſpexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus eſt.

Thonos Concoloros, Sardanapali cognomen. Jornandes de regnorum ſucceſſionibus: *Thonos Concoloros, quem Græci Sardanapalum nominant.* Neque aliter Euſeb. in Chron. (& ex eo B. Hieronymus) Σαρδανάπαλον, ὅνπερ πατ' Θῶνον Κογχόλορος ὀνομάζειν. Apud Suidam tamen non *Thonos*, ſed *Conus Concolorus* vocatur. Ejus hæc verba ſunt: Κογχολογχόλορος ὁ Ἑλλωτὶ ὀνομαζόμενος Σαρδανάπαλος.

Thor, magus apud Saxonem Grammaticum, qui ludificatis idiotarum mentibus divinitatis faſtigium ſibi arrogabat.

Thraſeas, vel *Thraſius*, Augur, qui in ſummâ ſiccitate Buſirim Ægypti tyrannum adiens, oſtendit à ſuperis poſſe exorari pluviam, ſi Jovi hoſpites immolaret. Quærente deinde tyranno, quiſnam & cujas eſſet, cum ſe peregrinum profiteretur, *Tu igitur primus*, inquit, *Ægypto dabis aquam.* Itaque primus immolatus eſt. Ovidius, lib. 1. de Art. Am.

Dicitur Ægyptus caruiſſe juvantibus arva
Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe novem;
Cum Thraſius Buſirin adit, monſtratque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Jovem.
Illi Buſiris, ſies Jovis hoſtia primus,
Inquit: & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.

Idem in Ibin:

Ut qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluvias victima cæſus aquas.

Thraſeas Pætus, Philoſophus Stoicus ſub Nerone, à quo cum juſſus eſſet mori, fletum ſuorum magnâ conſtantiâ compeſcuit: porrectiſque alacriter ad incifionem brachiis, humumque cruore aſpergens: Hunc, inquit, ſanguinem libemus Jovi liberatori. Tacitus, lib. 16. Martialis:

Quod magni Thraſeæ, conſummatique Catonis
Dogmata ſic ſequeris, ſalvus ut eſſe velis, &c.

Juvenalis, Sat. 5.

Quale coronati Thraſea Helvidiuſque biberunt
Brutorum & Caſſi natalibus.

Thraſybulus, Athenienſis exul, comparato exercitu 30. tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit, juvante Lyſandro, Lacedæmoniorum duce, exuleſque reduxit. Inſuper plebiſcitum tulit, quod ἀμνηστίαν vocant, quò injuriarum memoria deleretur, exulibus jurejurando adactis. Cicero Phil. 1. Val. Max. de modeſtiâ. Ipſe tandem noctu interfectus eſt. Item dux Mileſiorum, qui, ut portum, Sicyoniorum occuparet, ex adverſâ parte opidanos tentavit: dumque ſic detinerentur, cum inſperatâ claſſe portum cepit. Frontin. lib. 2.

Thraſybulus, memoratur brevium in Hom. Scholiorum auctori in Iliad. π.

Thraſyllus, Æxoneus, quem inauditus quidam ac novus dementiæ morbus invaſit. Nam Athenis relictis migrabat in Piræeum, quumque ibi habitaret, omnes naves quæcunque in eo ſubducerentur, ſuas eſſe putabat, & in album ſuum referebat. Vide Ælian. ποικιλ. 4. 25. Auctor hujus rei Heraclides Ponticus apud Athen. in fine lib. 12. Sed ibi Θεσσαλὸς Ἀξονεὺς vocatur. Alter Athenienſis rei militaris peritiſſimus, qui claſſis præfectus Mindarum Lacedæmoniorum ducem apud Seſtum Helleſponti urb. navali prælio ſuperavit. Thucyd. lib. 8. Item vetus author, de quo Juvenalis Schol. in Sat. 6. *Thraſyllus multarum artium ſcientiam profeſſus, poſtremo ſe dedit Platonicæ ſectæ, ac deinde matheſi, quâ præcipuè viguit apud Tiberium*, &c. Patriâ Mendeſius fuit, & inter alia de lapidibus ſcripſit. Plut. de Plum. Sed præterea hiſtoriam Ægyptiacam conſcripſit, eodem ibidem tette; Alius forſan eſt, qui de lectione librorum Democriti ſcripſit, de quo Laertius & Plin.

Thraſymachus, Carthaginienſis Sophiſta, Iſocratis diſcipulus, periodon, & colon primus monſtravit. Vide Suidam.

Thucydides, Athenienſis hiſtoricus patre Oloro natus, genus à ducibus Miltiade & Cimone, qui & ipſi Æaco, Jovis filio originem debuere, duxit. Uxorem habuit è Thraciâ oriundam, alioquin divitem, cujus opes ſecutus, non in voluptates, ſed partim in otium literarum erogavit. Nam bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus, quo tempore illud gerebatur, Athenienſibus pariter ac hoſtibus Lacedæmoniis militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, ut res quotidiè veras ei renunciarent, quas fidelius ſe accepturum ſperabat, ſi non ſolum ab amicis, ſed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quiſque ſuas falsò tueretur. Præceptores habuit, in Philoſophiâ Anaxagoram, in Rhetoricâ Antiphontem, cujus & ipſe mem. lib. 8. dicens eum cauſam fuiſſe, perdendæ Reip. & conſtituendæ tyrannidis trecentorum. Ejus cum Herodoto collationem vide apud Quintil. lib. 10. cap. 1. Dionyſius Halic. ſcribit Demoſthenem adeo Thucydidis ſtylum probaſſe, ut ejus librum octies ſcripſerit, totumque fere edidicerit. Cic. de Oratore: *Graviter ſanè & probè res geſtas & bella, & prælia narrat Thucydides.* Idem ibidem: *Thucydides omnes dicendi artificio meâ ſententiâ facile vicit.* Vide Voſſ. de Hiſt. Græcis, lib. 1. cap. 4. *Thucydides* alios Marcellinus ponit: Unum Meleſium Athenis inter principes viros ac duces, æmulum Periclis: Alium Pharſalicum, Memnonis filium, cujus mem. Ptolemon in iis quæ de Acropoli ſcripſit. Quartum poetam, natione *Achedryſium*, cujus mem. Androtion in Attide, dicens eum filium eſſe Ariſtonis, qui fuit tempore Ariſtonis Comici, & Agathonis Tragici, & Nicerati verſificatoris.

Thyades, Bacchi ſacrificulæ, quas *amentes* vocat Statius, *pervicaces* Horatius, qui alibi 2. 19.

Pulſo Thyes uti concita tympano.

Virgil. Æn. 4.

——— *Qualis commotis excita ſacris*
Thyas. ——— ———

Stat. Theb. lib. 3.

——*Inſano veluti Teumeſſia Thyas*
Rapta Deo. ———

Val. Flac. lib. 1.

——— *Bæotia qualem*
Thyas, & infelix cuperet vidiſſe Citharon.

Thyeſtes, fil. Pelopis ex Hippodamiâ, Tantali nepos, qui cum Atreo fratri cui peſſimè cupiebat, aliter nocere non poſſit, uxorem ejus per adulterium polluit. Atreus vero ei filium epulandum appoſuit. Ob quæ flagitia, Sol ne polluueretur, retro curſum fertur convertiſſe. Stat. Theb. 2.

Non fugeret diras lux interciſa Mycenas.

Claud. in Panegyr. Olyb. & Prob.

Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Interciſa dies refugos vertetur in ortus.

Perſius, Sat. 5.

——*Aut ſi quibus olla Thyeſtæ*
Fervebit. ———

Martialis:

Ille magis ludit, qui ſcribit prandia ſævi,
Tereos, aut cœnam, crude Thyeſta, tuam.

Idem lib. 10.

Diri prandia nec refer Thyeſtæ.

Hinc *Thyeſteus* Ovid. Met. 15.

Neve Thyeſteis cumulemus viſcera menſis.

Thymbræus, Apollinis cognomen, ſive à *Thymbrâ* Troadis campo, ſive ab ejuſdem nominis urbe in quâ colebatur, impoſitum. Campo autem *Thymbræ* nomen factum putatur à *thymbræ* herbæ copiâ, quam Latini *cunilam* vocant, cujus hoc in campo maximus eſt proventus. Servius in illud Virg. Æn. 3.

——— *Da propriam, Thymbræe, domum.*

Apollinis *Thymbræ* templum Strabo ponit eâ in parte, quâ Thymbrius flu. in Scamandrum influit, quo in templo ferunt Achillem à Paride fuiſſe interemptum: Sic enim ille lib. 13. Πλησίον γάρ ἐστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρις καὶ ὁ δι' αὐτὸ ῥέων ποταμὸς Θύμβρεκ ἐμβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον, καὶ τὸ Θυμβραῖον Ἀπόλλωνος ἱερὸν· ἔνθα δὴ νῦν Ἴλιὸν ἐστι πτηνόντα σταδίους δέκα. Stephanus: Θύμβρα, πόλις Τρῳάδος, Δαρδάνου κτίσμα, ἀπὸ Θυμβραίου φίλου αὐτῆ, ὃ ποταμὸς Θύμβρεκ, ἀφ' οὗ Ἀπόλλων Θυμβραῖος ἱερόν. Unde factus eſt locus fabulæ, Achillem Apollinis ſagittis occiſum fuiſſe. Stat. Sylv. 4.

Torpor eſt noſtris ſine te Camœnis,
Tardius ſueto venit ipſe Thymbræ rector.

Idem Sylv. 3. 2.

Pergama Thymbræa.

Thymele, ſaltatricula nota Domitiani temporibus, cujus geſticulatione Domitianus impensè fertur delectatus; à quâ & *Thymelicæ cantilenæ* quibus olim plurimùm colebatur Bacchus. Mart. 1. 5.

Quâ Thymelem ſpectas, deriſoremque Latinum.

Juvenalis:

——— *Thymele tunc ruſtica diſcit.*

Cæterum de *Thymelicis* vide Ritterſhuſium in Salv. pag. 207. Alex. ab Alex. 3. 9. & Angel. Polit. Ep. lib. 7. ad Bapt. Guarinum.

Thymœtes, Oxidiæ regis fil. nothus, Athenienſium rex 15. regn. an. 8. ultimus ex familiâ Erectheidarum. Item Priami fil. ex Ariſbe, aut, ut alii malunt, Arisbes maritus, cujus uxor cum filium peperiſſet eodem die, quo Hecuba Paridem, aſſerentibus hariolis, eo die natum eſſe puerum, cujus causâ Ilium everteretur, juſſit Priamus utrumque interfici. Et Paris quidem matris aſtu clam traditus eſt educandus: Thymœtis autem puer eſt interfectus. Cujus injuriæ ultione in multos annos

annos dilatâ, Thymœtes, cum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus author fuit, ut in urbem reciperetur. Servius enarrans locum illum Virgilii Æn. 2.

——*Primusque Thymœtes*
Duci intra muros hortatur & arce locari
Sive dolo, seu jam Troiæ sic fata ferebant.

Thyodamas, vel *Thiodamas*, aut *Theodamas*, fil. Melampodis, divinandi peritus. Statius, lib. 8.

Insignem famâ sanctoque Melampode cretum
Thyodamanta volunt, qui cum ipse arcana Deorum
Partiri, & visas uni sociare solebat
Amphiaraus aves, tantæque haud invidus arti
Gaudebat dici similem, juxtaque secundum.

Thyoneus, Bacchi cognomen ἀπὸ τῆς θύειν, ut vulgò volunt, propterea quod illi adhuc inter homines versanti sacrificaretur. Alii à Semele matre sic vocatum putant, quæ alio nomine dicta est *Thyone*. Horat. 1. 17.

——*Nec Semeleius*
Cum Marte confundet Thyoneus prælia.

Catullus, Ep. 24.

At vos quo lubet hinc abite lymphæ
Vini pernicies, & ad severos
Migrate, hic merus est Thyoneus.

Ovid. Met. 4.

Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus.

Item Liberi fil. qui in Chio inf. regnavit, pater Thoantis regis, cujus filia fuit Hypsipyle. Acron in Horatii locum supra adductum.

Tiberinus Silvius, Capeti fil. Albanorum Rex qui in vicino flu. submersus effecit ut pro *Albula Tiberis* diceretur.

Tiberius Rom. Imp. Ejus Vitam habes in Suetonio; Historiam quoque apud Tac. 6. Ann. extremo. De hoc sic Plin. 11. 37. *Ferunt Tiberio Cæsari nec alii genitorum mortalium, fuisse naturâ, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo quam luce clarâ contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus.* Nonnulla de eo sparsim apud Senecam. Inter quæ hoc. De ben. 2. 7. *Rogatus à Nepote M. Allio prætorio, ut æri alieno ejus succurreret, edere illum sibi nomina creditorum jussit. Hoc non est donare, sed creditores convocare. Cum edita essent, scripsit Nepoti jussisse se pecuniam solvi; adjecta contumeliosâ admonitione, effecit, ut nec æs alienum haberet, nec Beneficium: Liberavit illum à creditoribus, sibi non obligavit. Aliquid secutus est; puto noluit plures esse qui idem rogaturi concurrerent.* De Nomine Probus in Epitome: *Tiberii cæperunt vocitari, qui ad flu. Tiberim nascebantur*, Hinc adject. *Tibereius* Stat. Silv. 3. 3.

——*Tibereia primum*
Aula tibi, vix dum ora novâ mutante juventâ
Panditur.——

Fuit & ejus nominis Grammaticus qui de Ideis Orationis scripsit libb. 3. aliaque compluria. Suid. Item Artis Veterinariæ scriptor Græcus.

Tibullus, Poeta elegiographus, juxta Quintiliani sententiam, imprimis elegans, tersus, ad amores & delicias aliquanto proclivior. Ovid. Amor. 1. 15.

Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma
Discentur numeri, culte Tibulle, tui.

Idem elegiam habet, cujus Lemma:

——*Tibulli mortem deflet.*

Non tamen familiaris ei fuit Ovidius. Sic enim ait:

Virgilium tantum vidi; nec avara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere mihi.

Horatius de Patre suo:

Nonne vides Albi, ut male vivit filius?

Ubi Theod. Marc. Ut Sat. 2. Mecænati suo, ita nunc Albio Tibullo Verres hic dentis sui obliquum ictum infligit. Ibi Mecænatis mollitiem, hic Tibulli miseram vitam, sive paupertatem adrodit. Hæc ille. Atqui Statius:

——*Diveseque foco lucente*

Tibullus; allusione, ut puto, ad illud ipsius Tibulli in principio operis:

——*Meus assiduo luceat igne focus.*

Quin & Horatius alibi de Tibullo:

Non tu corpus eras sine pectore; Dii tibi formam,
Dii tibi divitias dederant artemque fruendi.

Supra dixit:

Albi, nostrorum sermonum candide Judex.

Ubi alludere videtur ad nomen *Albii*.

Ticida, Poeta Rom. qui epigrammata scripsit tempore Val. Catulli. Amavit Metellam quam ficto nomine *Petillam* vocavit. Ovid. Trist. 2.

Quid referam Ticidæ, quid Memmi carmen?

Tillius Cimber acerrimus Cæsarianarum partium defensor Cæsarem postea interfecit, Sen. Epistola 83. De C. Cæsaris cæde tam creditum est Tillio Cimbro quam C. Cassio. Cassius totâ vita aquam bibit. T. Cimber & nimius erat in Vino & Scordalus. In hanc rem jocatus est ipse: Ego, inquit, quem? quam feram, qui vinum ferre non possum?

Tigellinus, Romanus vir Vitæ corruptissimæ, qui Neroni intimarum libidinum conscientiâ cum esset familiaris, plurimis summis viris per calumniam exitium machinatus est. Tac. Hist. 1. *Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, fœdâ puritiâ, impudicâ senectâ, præfecturam vigilum, & prætoris & alia præmia virtutum, quâ velocius erat, vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam & virilia scelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro ausus, ac postremo ejusdem desertor & proditor* Ἀσήλγειά τε καὶ μαυρονία πάντας καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπερέσχηκε. Ita de eo Xiphilinus: postea rerum potito Othone ad aquas Sinuessanas supremæ necessitatis nuncio accepto inter concubinarum oscula fauces sibi præcidit. Ita Tacitus ubi supra, & Plut. in Othone. Juvenal. Sat. 1.

Pone Tigellinum, tædâ lucebis in illâ
Quâ stantes ardent.

Tigranes, rex maj. Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati, victus est primò à Lucullo, deinde à Pompeio M. in deditionem acceptus, & in regnum restitutus, persolutis 6000. talentis. Crebra ejus mentio apud Cic. pro Lege Manilià. Luc. lib. 2.

Tigranemque meum, nec Pharnacis arma relinquas.

Tigres Vide *Pigres*.

Timæus, Siculus, historicus, qui res Græcas conscripsit, etiam usque adeo arrogans, ut Thucydidem & Philistum in historiâ à se facilè superatum jactet. Ipse vero Siculâ quadam pinguedine delibutus ad ridenda, minimeque ad historiæ gravitatem pertinentia digreditur. Plut. in Nicià. Vide Voss. de Hist. Gr. lib. 1. cap. 12.

Timæus, Locrus, philosophus Pythagoricus, cujus extat libellus de naturâ & animâ mundi, Doricâ scriptus dialecto, quemque Plato loquentem inducit in dialogo suo, cui inde *Timæo* nomen; quem item de Pythagorâ librum scripsisse ait Suidas. Vide Jonsium de Script. Phil. pag. 32. & Voss. Hist. Gr. pag. 458. Diversus ab his duobus est *Timæus* ille Lexici Platonici auctor, apud Phot. Ecl. 151. Itemque *Timæus* Mathematicus, laudatus Plinio. *Timæus* quidam de medicinâ metallicâ scripsit, ut auctor est idem Plin. 33. 3. ubi perperam *Remeus* legitur.

Timagenes, Rhetor Alexandrinus, de quo vide Lamb. in Horatianum illud, lib. 1. Ep. ult.

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua.

Timagenes, Milesius historicus, de quo & cæteris *Timagenibus*, vide Voss. de Hist. Gr. pagg. 151. & 420. Quædam etiam habet Lipsius ad Sen. de Ira 3. 23.

Timagoras, Athenienses, capitali supplicio affectus, quòd Darium, ad quem legatus missus fuerat more Persarum adulando adoraverat. Suidas & Valerius Max.

Timanthes, pictor egregius Zeuxis tempore. Hujus est Iphigenia poetarum laudibus celebrata, quâ stante ad aras peritura, quum mœstos pinxisset omnes ac tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere. Pinxit & Cyclopem parvâ in tabulâ, cujus magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrso pollicem ejus metientes. Plin. 35. 8.

Timarchus historicus, de quo videndus Voss. Hist. Gr. Lib. 1. cap. 16.

Timochares, Athenienses, regis Pyrrhi amicus, qui ad C. Fabricium consulem furtim venit, ac præmium petivit: & si de præmio convenirent, promisit regem venenis necare: idque facilè esse factu dixit, quoniam filii sui pocula in convivio regi ministrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum scripsit; Senatus legatos ad regem misit, mandavitque, ut de Timochare nihil proderent, sed monerent, ut rex circumspectiùs ageret, atque à proximorum insidiis salutem tutaretur. Gellius ex Val. Antiate 3. 8. *Timochares* quidam ἐν τοῖς περὶ Ἀντιόχου citatur Eusebio, lib. 9. de Præp. Evang. Alius forsan *Timochares* est Scholiastæ Arati laudatus, ubi de Lyrâ.

Timoclea, mulier Thebana, stuprum à quodam barbaro Thracum principe per vim passâ, injuriam hoc modo ulta est. Odio enim dissimulato, dixit stupratori se scire locum, ubi plurimum esset auri, perductusque est ad altissimum puteum, qui fuit in remotiore domûs parte. Quò cum Thrax venisset, & jam pronus immineret puteo, à Timocleâ quæ à tergo stabat dejectus est in præceps, & saxis obrutus. Sabellicus ex Plut.

Timocles, Comicus Athenienses, fabulas scripsit, quarum nonnullas commemorat Athenæus.

Timocrates, Epicuri discipulus, scriptor vetustus citatur à Laertio, lib. 10. Ac videtur hic ipse esse, qui scripsit librum

de Dione. Patriâ fuerit Adramyttenus, ſi eundem ſignat Stephanus cum ait, Βέρεξ, ἔθνος μεταξὺ Ἰωνίας καὶ Αἰολίδος, ὡς Τιμοκράτης ὁ Ἀδραμυττηνός.

Timocreon, Rhodius quidam, qui propter cibi & vini aviditatem hoc tulit epitaphium:

Multa bibens, & multa vorans, male denique dicens
Multis, hic jaceo Timocreon Rhodius.

Vide Voſſ. P. Gr. pag. 28.

Timolaus Lariſſæus, è Lariſſâ Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni. Scripſit poema de bello Trojano. Suidas.

Timolaus Phrygiaca edidit. Plut. in Flum. ubi de Mæandro.

Timoleon, Corinthius, dux inclytus viribus fortiſſimus, vitâque abſtinentiſſimus, miſſus cum triremibus ad liberandas à Dionyſii tyrannide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquageſimo poſtquam Syracuſas appuliſſet die, urbe potitus, ac Dionyſio clam ſeſe atque arcem Timoleonti dedente, ab eo cum paucis in exilium Corinthum miſſus eſt. Ille vero arcem ſolo æquavit, & Syracuſanis libertatem reſtituit. Deinde contra Leontinos pergens eorum tyrannum bello captum interfecit. In ſummâ æqualis fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Plut.

Timomachus, Byzantius, pictor nobilis, Jul. Cæſaris ætate. Fecit Medeam & Ajacem quos ipſe Cæſar 80. talentis emit, in temploque Veneris dedicavit. *Timomachus* ἐν Κυπειαχοῖς advocatur ab Athen. lib. 14.

Timon, Apolloniates, ſeu Nicenus philoſophus, qui apud Chalcedonem philoſophiam & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripſit Tragœdias, Comœdias, & Satyras. Amarulentus & mordax fuit, *Sillorum*, i. e. dicacitatum ſcriptor.

Timon, Athenienſis, temporibus Peloponneſiaci belli, inhumanus, ac vitans hominum congreſſus, præter unius, Alcibiadis adoleſcentis. Interrogatus autem quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ: *Quod ſciam*, inquit, *illum quandoque multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum.* His de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus, quaſi *genus hominum infenſum habens.* Sed & mortuo mirum contigit, ut ſepulchrum ejus, quod erat in litore, mare quaſi perofum exundatione ab ſe abſtruſerit, longeque expulerit. Erat autem Timon ex eo Atticæ pop. ſeu op. cui Κολυττὸς nomen. Indidem oriundus Plato Philoſophus. Κολυττὸς autem ad radices montis Hymetti jacebat. Patrem habuit Echecratidem, nullâ aliâ re inſignem, quàm quòd Timonem genuit. De hominis moribus nil attinet dicere (verba ſunt Tanaqu. Fabri ad Luciani Timonem) cum eam rem Plut. διὰ περιεκδόσεως in vitâ M. Antonii abſolverit. Hoc addam tantum, Timonem virum bonum fuiſſe, & moribus adeo factum ad humanitatem, nihil ut ipſo χρηστότερον, nihil benignius extiterit. Nam quòd illum μισάνθρωπον cognominarunt, id hercle perperam facere. Quid ita? inquies. Quia non homines ille, ſed feras oderat, quibus ætas illa ſcatebat. Certè qui Ariſtophanis fabulas legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his Platonis teſtimonium, qui ita ſcripſit Ep. 24. inter illas quæ non ita pridem à Leone Allatio vulgatæ ſunt. Σωκράτων, inquit, ὅτι Τίμων ἐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος. Μὴ ἐνείσκων μᾶλλον ἀνθρώπους ἐκ ἠδύνατο ἀνεῖσθαι φιλοῦντας. Extat ejus epitaphium olim à Callimacho ſcriptum; & item alterum quod homo providus ſibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio eſt:

Ἐνθάδε δ' ἀπορρίψας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι,
Τύμωνα δ' ἔ πύσησθε, κακοὶ δ' κακῶς ἀπόλοισθε.

Ait Plut. ſepultum fuiſſe Ἀλῆσι, ſed cum quæ ſint Ἀλαὶ, locum illum Plut. de Araphenidibus intelligas, non de Æxonidibus: nam priores Ἀλαὶ ad tribum Ægeidem pertinebant, alteræ non item.

De *Timone* Phliaſio Voſſ. Hiſt. Gr. 2. 7. P. Gr. pag. 62. Art. Poet. cap. 20.

Timonax, ἐν πρώτῳ περὶ Σκυθῶν citatur Apollonii Scholiaſtæ in lib. 4. & eopſe libro Τιμώνακτος ἐν πρώτῳ περὶ Σικελικῶν.

Timoſthenes, præfectus claſſis Ptol. Philadelphi. Scripſit de portubus libros 10.

Timotheus, dux Athenienſium feliciſſimus, Cononis filius, ad cujus imaginem pictores Fortunam depinxerunt cogentem urbes ad rete, ipſo juxta dormiente. Quod vel aſſentationis vel invidiæ cauſa in eum ſic excogitatum fuit. A Platone frugali, Muſicâque cœnâ exceptus, cum ex eâ melius quàm poſt opiparas epulas ſe haberet, dicere conſuevit: *Qui cum Platone cœnant, etiam poſtero die bene habent.* Vide Suidam, & Cic. lib. 1. de Off. 2. *Timotheus* Athenienſis, Comicus mediæ Comœdiæ, cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. 3. *Timotheus*, muſicus Mileſius, ſub Philippo rege Macedonum. Hic cum decimam chordam Lyræ adjeciſſet, à Lacedæmoniis civitate ejectus eſt. Id Senatus Conſultum apud Boëthium habes lib. 1. de Muſ. cap. 1. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 46. Vide Suidam. 4. Alius ſculptor nobiliſſimus; unus ex illis qui Mauſoleum cælaverant. Plin. 34. 5. Alius comes peregrinationum D. Pauli, Epiſcopus Eccleſiæ Epheſinæ, Martyr ſub Nerone. Volat. lib. 2.

Timotheus Athenienſis, volumine claruit de Vitis. Laert. in Plat. Ariſt. Zen. & Speuſ. Voſſius eundem putat cum Timotheo illo, cujus Ἀργολικὰ citat Plut. de Flum. capp. de Inacho, & Hebro. At omnino diverſus eſt *Timotheus* gentilis Theologus, de quo Arnobius, lib. 5. Eſt & alius *Timotheus* Chronographus Chriſtianus, qui de initio rerum ac Deo præclarè ſcripſit. Alius denique *Timotheus* Gazæus, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 21.

Timoxenus, ἐν τῷ περὶ λιμνῶν laudatur ab Æſchyli Scholiaſte in Perſas; ſed leg. περὶ λιμνῶν. Voſſius.

Tiphys, primæ navis, quæ Argo dicta eſt, gubernator, & Argonautarum in Colchicâ expeditione ſocius, Hagnii fil. juxta Apollodor. lib. 1. & Val. Flac. Argon. lib. 1. At Hyginus Fab. 14. 18. Bœotum illum facit, Phorbantiſque & Hymanes filium. Morbo præterea abſumptum eſſe refert in Maryandinis in Propontide apud Lycum regem. Vide Paul. in Bœot. Steph. de urb. Apollon. & ejus Schol. Val. Flaccum (qui illi Erginum ſucceſſiſſe vult) Apollodorum & Hyginum. Orpheus:

Τίφυν τ' Ἀγνιάδην δολιχῆς ἐδύντερα νηὸς
Θεσπεσίων δ' ὄγε πᾶσιν ἐφ' ὕδασι τέμνε κέλευθα
Ἄγχιστος λαοῖσι φαεσιμβρότου ἠῶ ἀμείσας·
Ὃς δὴ μιν βύκτασι, καὶ ἀργύφεον ἀέλλας
Νῆα κατὰ πρώιον νέμεν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Apollonius, lib 1.

Τίφυς δ' Ἀγνιάδης σφαῖρα κάλλιπε δῖπον
Θεσπέων, ἐδάλος μὲν ἐεινόμενον θεσπιάνειρα
Κυμ' ἁλὸς ἐυρείης, ἐδάλος δ' ἀνέμοιο θύελλαι
Καὶ πλόον ἠελίῳ τ' καὶ ἀστέι τεκμήρατο.

Val. Flaccus, lib. 1. ver. 480.

Pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab aſtro
Hagniades; felix ſtellis qui ſegnibus uſum
Et dedit æquoreos cœlo duce tendere curſus.

Virgil. Ecl. 4.

Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas.——

Ubi Servius *Tiphya* poni ait pro quocunque navis gubernatore. Propriè accepit Ovid. 1. Art.

Tiphys in Æmoniâ puppe magiſter erat.

Itemque Seneca in Medeâ:

Auſus Tiphys pandere vaſto
Carbaſa ponto, legeſque novas
Scribere ventis.

Idem ibidem:

Tiphys imprimis domitor profundi.

Sic & Claud. lib. 1. de bello Getico:

Intacti cum clauſtra freti coeuntibus æquor
Armatum ſcopulis audax irrumperet Argo,
Omnibus attonitis ſolus poſt numina Tiphys
Incolumem tenui damno ſervaſſe carinam
Fertur, & ancipitem montis vitaſſe ruinam.

Sed proverbialiter idem Ovid.

——*Tiphys-dicar amoris ego.*

Atque idem Seneca his verſibus vaticinio plenis:

Venient annis ſecula ſeris,
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus,
Tiphyſque novos detegat orbes
Nec ſit terris ultima Thyle.

Et in loco Virgilii ſuperius adducto. Neque hoc ſolum, ſed à *Tiphy* dicti *Tiphæenſes* pop. Bœotorum, qui eſſent ſcientiſſimi rei maritimæ, quod eſt apud Paul. in Bœot. Quin ab eodem gubernatore navigium ſic dictum eſt, nam Sidon. Apoll. lib. 1. Ep. ita ſcribit: *Tiphyn curſoriam, ſic navigio nomen eſt, aſcende.* Hic Nauclerus peſte exſtinctus eſt. Orpheus ver. 720.

Ἔνθα κ' ἄϊστα παρέσχε κατασβέσαι νόον φῶτας,
Ἀμπυκίδαο Ἰάσονα, κυδερνητῆος τ' Τίφυος
Τῷ μὲν δὴ κατὰ σῶμα λυγρὴ ἠρείσατο νοῦσος,
Τὸν δ' ἔκτεινεν ἔπειτα σὺς ἄγριος.

Apollonius, lib. 2. ver. 856.

Ἀγνιάδαο Τίφυος ἔπαυσεν φάτις· ἐδέ οἱ ἦεν
Μοῖρ' ἔτι ναυτίλλεσθαι ἐκηβολέων, ἀλλά νυ κ' ἤδη
Αὖθι μινυνθαδίῃ πάσσεις ἐκὰς ἔμπεδον οὖδος.

Val. Flaccus, lib. 5.

Ecce inter lacrymas, interque extrema virorum
Munera, quem curſus penes imperiumque carinæ
Tiphyn agit violenta lues.——

Tireſias,

Tiresias, , vates Thebanus Eueri fil. qui cum aliquando in Cithæronе vidisset duo dracones coeuntes, observatâ fœminâ ex iis occidit illam: quo facto in fœminam & ipse mutatus est. Deinde cum rursus post septem annos eodem pacto, & marem draconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Quo factum est, ut exorto postea jocoso inter Jovem & Junonem certamine, Virine an fœminæ majorem ex coitu voluptatem caperent, ille potissimum judex sit adhibitus, ut qui utrumque fuisset expertus. Tiresias autem pro Jove sententiam tulit, asserens multo plus de coitus voluptate percipere fœminas. Dixit enim ἥν μοιρῶν δέκα, ἢ ἄνδρα τέρπεται ἢ μίαν, ἢ ἢ γυναῖκα τὰς ἐννέα ut ait Phlegon. Ob quod à Junone excæcatus est. Alii vero propterea excæcatum dicunt quòd Palladem nudam in fonte conspexisset. Jupiter autem id solatium visus amissi, divinationis peritiam illi dedit, & ut septem ætates viveret, inquit idem Phlegon; Licet Agatharchides dicat eum vixisse solum πέντε ἡρώων πλέον. Hinc Lycophron eum vocat *vetustum* ἱπέμπλον, Lucilius *grandævum*, Statius *longævum* vocat: Διὸς ἔξοχοι σοφῆτες Pindaro dicitur Nem. Od. 1.

Theocritus Idyll. 25.

Τειρεσίαν πύκα μάντιν ἀλαθέα πάλα λέγοντα
Ἀλκμήνα καλέσασα.

Hujus animam evocat Ulysses apud Hom. Odyss. 10. (Vide sis quoque Horatium) multaque ab eo futura edocetur. Strab. lib. 9. author est ejus monumentum fuisse sub Tilphosso monte Bœotiæ, juxta fontem ejusdem nominis, ubi profugus diem suum obiit, cum jam senex gelidissimam Tilphossæ aquam hausisset, ibidemque Thebanos sepulto divinos honores ei tribuisse. Ovid. Met. lib. 3. Ponitur pro cæco apud Juv. Sat. 13. ——*Tandemque fatebere lætus*

Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

Plura de Tiresiâ videre cupienti adeundus Barthius ad Stat. Theb. lib. 2. vers. 95. & lib 4. pag. 1066. & Passeratius in illud Prop. lib. 4.

Magnam Tiresias aspexit Pallada vates.
Fortia dum positâ Gorgone membra lavat.

Tiridates, Armeniæ rex. Horat. l. 1. 26.

Quid Tiridaten terreat unice
Securus.——

Meminit quoque *Tiridatis* Armeniæ regis, ejusdemque in urbem Rom. introitûs Tranquillus in Claudio Cæs. Item nomen magi cujusdam apud Plin. l. 30. c. 3.

Tiro, Ciceronis libertus, occultas scribendi notas, quæ hodie *Siphræ* dicuntur, primus invenisse fertur. Polydor. Virg. de rerum invent. l. 2. c. 7. Scripsit libros de Vitâ patroni sui, quorum quartum citat Ascon. Ped. in Orat. pro Milone: Scripsit etiam de jocis Ciceronis, teste Macrob. Sat. l. 2. c. 1. Nisi quis Ciceronis ipsius esse malit. Sane dubitatum esse de auctore docet, Fabius l. 6. c. 3. apud quem nonnulla ex ridiculis illis supersunt l. 6. c. 4. ut & Plut. in Cic. & Macrobium ubi supra. Præclarum ejus elogium vide apud Gellium l. 7. c. 3. Atque idem l. 13. c. 9. vocatur *adjutor in literis studiorum Ciceronis*. Imò Tullio χαιρὼν esse scriptorum suorum solet, ut ipse agnoscit l. 16. ep. 17. Notas, quibus litera verbum facit, primus reperit. Eas autem primus in lucem dedit vir summus Janus Gruterus. De eodem sic Hieron. in Chronico Euseb. *M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano prædio, usque ad centesimum annum consenescit.*

Tisiphone, *ultricem cædis* sig. Invidi enim & vindictæ cupidi furiis merito agitari dicuntur. Monstrosam hujusce vocis notationem adfert Statii Schol. in 1. Theb. *Tisiphone*, inquit, *quasi τὸν φονὴ, id est, ultorum vox.* Hor. Serm. 1. Sat. 8.

——*Hecaten vocat altera, sævam*
Altera Tisiphonen.

Tibullus 1. 3.

Tisiphoneque impexa feros pro crinibus angues
Sævit.——

Claud. lib. 1. de Raptu Pros.

——*Crinitaque sontibus hydris*
Tisiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra vocat pallentia manes.

Virgil. Æneid. 6.

Tisiphoneque sedens palla succincta cruentâ
Vestibulum insomnis servat noctesque diesque.

Ultrix dicitur eidem, ut & Papinio lib. 8. Theb.

Titan, vel *Titanus*, Cœli & Vestæ fil. frater Saturni natu major, ad quem quamvis paternæ hæreditatis jus pertineret, quoniam tamen matrem & sororem in Saturnum propensiores esse sentiebat, suo illi jure eâ lege cessit, ne quam sobolem masculam educaret, sed cœli imperium ad liberos suos rediret. Verum cùm postea Opis dolo factum intelligeret, ut primum Jupiter, deinde Neptunus & Pluto clam essent educati, eâque viâ liberos suos avitâ successione dejectos videret, unà cum cum filiis suis *Titanibus* bellum adversus fratrem suscepit cujus exitus is fuit, ut victus prælio Saturnus, unà cum matre & sorore in hostium manus pervenerit, arctissimæque custodiæ fuerit inclusus, donec adultus Jupiter, victis Titanibus eum liberaverit. Ponitur aliquando pro *Sole*. Ovid. Met. 1.

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

Juvenalis Titanem posuisse videtur pro Prometheo:

E meliore luto finxit præcordia Titan.

Hesychius: πτὰν, παιδεραστὴς, ἢ τὸ τῆ Ἀφροδίτη ὄνομα. Sed posteriore modo sumptum vocabulum scriberetur τεῖτα, ut adimpleatur numerus 666. qui in Apocalypsi notatur, ut numerus Bestiæ, vel Antichristi. Palmerius.

Hinc *Titanius*, ut *Titania castra* apud Virg. & *Titania bella* apud Sil. Italicum. Item *Titaniacus*; Ovid. Met. 7.

Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces.——

Item *Titanicus*. Unde proverb. Τιτανῶδες Κλέπτειν *Titanicum tueri*. Vide Nat. Com. lib. 6. cap. 20.

Titanes, filii feruntur Titani fratris Saturni, de quo supra. Aliis videntur sic dicti ἀπὸ τῆ τίσεως, i. e. ab ultione; aliquibus ἀπὸ τῆ τιτάνειν, quod est *trahere*, vel *extendere*. Diodorus omnes communi nomine à Titeâ matre vult appellatos, quæ quidem fabulosa omnia. Eust. in Hom. & alii intelligunt per eos spiritus & ventos, qui ex cœlo, i. e. aere, ad terram demissi occultantur in eâ, atque ita terræ motus generant, qui sæpe multos homines opprimunt & conficiunt. Atque eò etiam (si Physicè fabulam enodes) referri possunt & verba Hesiodi in Theog. ubi simul etymon proditum ab eo, quod supra expressimus: Sic enim ait,

Τὰς ἢ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκε,
Φάσκε ἢ πταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
Ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.

Quo loco Interpres Titanes, ἀπὸ τῆ μέλλειν αὐτὰς τιμωρίαν τίειν ὑπὲρ ἢ τῆ πατρὸς ὕβρεως appellatos esse ait. Vel ἀπὸ τῆ τιτάνειν ἢ ψυχῶν ἑαυτῶν, ὅ ἐστι βλάπτειν, μέλλοντας τιμωρεῖσθαι ὑπὸ Διὸς δίκα ἢ αὐτῶν ἀδικίαν ἢ ἐπανάστασιν. Τιτῆνες γὰρ οἱ ἀδικοὶ, ἢ βλαβερεῖ, ὅθεν ἢ Τιτῆνες ὀνομάζονται οἱ μωρεύοντες.

Suidas χαλαχδονίους δαίμονας exponit. Sanè Hom. hymno in Apollinem:

Τιτῆνές τε θεοὶ, τοὶ ὑπὸ χθονὶ ναιετάουσες
Τάρταρον ἀμφὶ μέγαν, ἠδ' ἐξ ἀνδρες τε θεοί τε.

Hos fama est omnium primos metendi artem à Cerere fuisse doctos. Apollon. lib. 4.

Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνὶ δὴ ποτε νάσατο γαίῃ,
Τιτῆνας δ' ἔδαεν κάλχυν ὁμπνιον ἀμήσασθαι.

Ex horum sanguine cum Diis bellum gerentium, qui in terram defluxit, varia serpentum genera exorta esse scribit Nicander in Theriacis hoc pacto.

Ἀλλ' ἤτοι κεφάεσσα φαλάγγια, σιὼ ἢ ἀνύγρὲς
Ἐρπηστὰς, ἔχιδές τ' ἢ ἀχθεα μύσεα γαίης
Τιτῆνων ἐνέπησαν ἀφ' αἵματ[ος] Θ.

Quin & Orpheus hymno in Titanes:

Τιτῆνες Γαίης τε ἢ Οὐρανῦ ἀγλαὰ τέκνα,
Ἡμετέρων πρόγονοι πάλαι, γαίης ὑπένερθεν
Οἴκοις Ταρταρέοισι μυχῷ χθονὸς ἐναίοντες,
Ἀρχαὶ ἢ πηγαὶ πάντων ἔνιπτῶν πολυμόχθων,
Εἰναλίων πλωτῶν τε, ἢ οἳ χθόνα ναιετάουσιν,
Ἐξ ὑμέων γὰρ πᾶσα πολὺ ῥύσιν χ[ύ]σμον.

Hinc Titanis pro Lunâ. Papin. Theb. 1.

Jamque per emeriti surgens confinia Phœbi,
Titanis late mundo subrecta silenti
Roriferâ gelidum tenuaverat æra bigâ.

Servius ad Æn. 10. Phœbe Luna, sicut Sol Phœbus. Item & Titan Sol, & Titanis Luna. Apollon. lib. 4.

Τλὴ δὲ νέον Τιτῆνις ἀνερχομένη, περὶπνοιὴν
Φοιταλέῃ ἐπιδοῦσα θεὰ ἐπιχήσατο μηνῶν.

Alioquin epitheton est hæc vox. Val. Flac. lib. 7.

Mentita Magica Circen Titanida virgo.

Juven. Sat. 8.

Inter majores ponet Titanida pugnas. Barth.

Tithonus, Laomedontis, Trojanorum regis fil. qui cum ob formæ præstantiam ab Aurorâ adamaretur, ab eâdem raptus est, & curru ejus in Æthiopiam advectus, ubi & Memnonem ex eâ genuit. Vide Servium in illud Æn. 4.

Et jam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Fabulantur Poetæ, hunc summi muneris loco longissimam vitam ab Aurorâ petiisse, eâque imperatâ, cum ætates plurimas vixisset, decrescente quotidie ex senio corpore, tandem in cicadam versum fuisse. Horat.

Longa Tithonum minuit senectus.

Idem lib. 1. Od. 28.

——*Tithonusque remotus in auras.*

Ubi Acro & Porphyrio, itemque alii oscitantes interprètes ac-

ceperunt pro Tithono mortuo. Atqui poeta fabellam perſtringere voluit ex mythologiâ, ut dixi, de Tithono in cicadam verſo, & ſuſpenſo in auris, ſive aere, in caniſtro ſive fiſcellâ. Euſt. ad Iliad Φ. Οἱ ποιηταὶ λαλῦσι, ὡς Τιθωνὸν ὅτι τε εἰς τέττιγα διὰ γῆρας μετεβλήθη, καὶ ὅτι ἐν ταλάρῳ, ἢ ἐν καρτάλλῳ ἐκρεμάσθη. Cleanthes apud Athen. lib. 3. Τιθωνὸς ἀθανασίας ἐπιθυμήσας ἐν θαλάμῳ (lege ἐν ταλάρῳ) κρέμαται πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος ἧς ἤθελεν.
Propert. 2. 18.

At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam
Deſertum Eoâ paſſa jacere domo eſt.
Illum ſæpe ſuis decedens fovit in ulnis
Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.
Illum ad vicinos cum amplexa quieſceret Indos
Maturos iterum eſt queſta redire dies, &c.

Titi Livii duo fuere, alter Tragœdiarum ſcriptor, qui ob ingenii meritum à Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patavinus, qui floruit ſub Auguſto ac Tiberio. Vide *Livius*.

Titia Curia, & *Titienſis* tribus, dicta à *Tito* Tatio. Feſtus.

Titianus, Titiani fil. orator Græcus, præceptor Maximini principis, ſcripſit libros provinciarum pulcherrimos. Appellabatur ſimia ſui temporis, quod omnia prope imitaretur. Jul. Capit.

Titii, ſacerdotes Apoll. à *Titiis* avibus, quas in auguriis certis obſervare ſolebant, ſic dicti. Var. l. 4. de L. L.

Titormus, bubulcus monſtroſæ fortitudinis, cum Milone Crotoniatâ de robore certavit, vicitque, cum pedem tauri unâ manu, alterâ vero alterius tauri pedem, ipſis per vim conantibus reſilire, traheret. Ælian. ποικ. 12. 22. Heſych. Τίτορμος, ὅτος Αἰτωλὸς ἀνὴρ διαβεβοημένος ἐπὶ ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει.

Titus, clariſſimus Romæ Imp. Veſpaſiani fil. Domitiani frater. Dictus eſt *amor*, ac *deliciæ humani generis* Tranquillo in ejus vitâ. Ubi vox *deliciæ* una ex illis eſt, quas obſervat Caſaubonus negotium faceſſere Græcis interpretibus. Itaque ex iis alii omiſerunt iſto loco, ut Pæanius, qui ita vertit: τὸ πλῆθος γῦν αὐτὸν κοινὸν ἔρωτα ἐσχηκότα. Alii pro eâ poſuerunt τρυφὴν: cujus tamen dictionis ſimilem uſum non reperies apud eos, qui verè Ἑλληνίζουσι. Suidas. Ὡς ἀρὰς ἀπάντων ἔρως ἢ καὶ τρυφὴ τῶ θνητῶ ἐσχαταχρεωθεῖσαι ἦσαν. Memorabilis eſt vox illius apud Suet. in ejus vitâ: *Amici hodie diem perdidi.* Quod pleniùs explicat Themiſtius Orat. 6. Τίτε τῦ ἡμαρτὲν τὸ λαμπρὸν καὶ μέγα ἐκεῖνο ῥῆμα, ὅτι, Τίτιος ἐκ ἐβασίλευσα, ἁδὲν ἐδ' ἓν ἐποίησα. Interfectum à Domitiano fratre Dio, ex eoque Zonaras, item alii, ut Suidas, notant. Suet. tamen febri extinctum adſtruit, ut & Eutrop. Aurel. Victor, aliique minorum gentium hiſtorici. Vide Theod. Marciſum ad Sueton. Hic admiratus munitiones Hieroſolymæ videnſque eas à ſe ſuperatas, dixit: *Planè Deo adjuvante pugnavimus*; ita Joſeph. lib. 7. de Bell. Jud. cap. 16. *Quin & coronari noluit, dicens Deo victoriæ hujus coronam deberi.* Audi Philoſtrat. lib. 6. de Vita Apol. *Finitimæ gentes ob victoriam coronare ipſum voluerunt*; ille vero ſe tali honore indignum eſſe reſpondit, non enim ſe talium operum auctorem, ſed Deo contra Judæos iracundiam demonſtranti manus ſuas præbuiſſe.

Titus, nomen viri, ad quem Epiſtolam ſcripſit B. Paulus, cum in Cretâ eum reliquiſſet, ut oppidatim presbyteros conſtitueret.

Tityrus. Hic nomen peperit fiſtulæ cantus, cui vacabat. Ariſtoph. enim καλαμίνλω σύριγγα dixit, quam Dorienſes Τιτύρειον vocant. Athenæus lib. 4. ὁ δὲ καλάμινος αὐλὸς πύρινος καλεῖται παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσι. Grammatici veteres notant hircum appellari *Tityrum* Afrorum linguâ, eandemque ἐπωνυμίαν ſortitum eorum cuſtodem. At Servius aſſerit arietem majorem *Tityrum* dici linguâ Laconum. Fungerus. Nonnulli volunt Tityrum ſic appellatum à ſaltationibus, quæ propriè paſtorum. Rem ducas ex Æliano ποικιλ. l. 3. c. 40. Οἱ συγχορευταὶ Διονύσῳ Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπὸ ἐνίων Τίτυροι ὀνομάζονται· ἔχων δ' ἕκαστος ὄνομα ἐκ τῆς περιπομπῆς, οἷς χαίρουσι Σάτυροι.

Tityus, Jovis fil. ex Elarâ Orchomeni filiâ, quam cum Jupiter compreſſiſſet, gravidamque reddidiſſet, veritus Junonis indignationem, inter terræ viſcera eam occultavit; inſtante verò legitimo partus tempore, Elara miræ magnitudinis puerum enixa eſt, qui quòd dehiſcente terrâ luci redditus eſſet, Terræ fil. creditus eſt. Hic cum poſtea adultus, Junonis inſtinctu Latonam de ſtupro interpellaſſet, vimque illi inferre conatus eſſet, Jovis fulmine ictus, aut (ut alii malunt) Apollinis telis confixus eſt, & ad inferos detruſus, ubi humi exporrectus novem terræ jugera dicitur occupare, jecurque perpetuo cum Lunâ renaſcens vulturi, aut, ut Hygino placet, ſerpenti exedendum præbere. Hom. Odyſſ. Λ.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον, γαίης ἐνικυδέος υἱὸν
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πλέθρα.
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἦπαρ ἔκειρον, &c.

Virgilius Æn. 6.

Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat; per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur; roſtroque immanis vultur adunco
Immortale jecur tondens, fœcundaque pœnis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.

Ubi benè *novem*, quod hauſit ex Magiſtro Lucretio lib. 3.

——Novem diſperſis jugera membris
Obtinet.——

Eum vero ſequuntur:

1. Propertius l. 3. el. 5.

Nam tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo jugera pauca novem.

2. Tibullus l. 1. el. 3.

Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ
Aſſiduas atro pectore paſcit aves.

3. Ovidius in Ibin:

Jugeribuſque novem, qui ſummus diſtat ab imo,
Viſceraque aſſiduè debita præbet avi.

Idem Met. 4.

Viſcera præbebat Tityus lanianda, novemque
Jugeribus diſtractus erat.

Hæc illi. Horat. carm. 3.

Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales.

Ovid. Pont. 1. 2.

Sic inconſumptum Tityi, ſemperque renaſcens
Non perit, ut poſſit ſæpe perire jecur.

Seneca in Thyeſte:

Aut pœna Tityi ſemper accreſcens jecur
Viſceribus atris paſcit effoſſis aves.

Idem:

Præbet volucri Tityus æternas dapes.

Claudian. in Gigantom.

Quid dicam Tityon, cujus ſub vulnere ſævo
Viſcera naſcuntur gravidis certantia pœnis?

Stat. Theb. 1.

Terrigenam Tityon Stygiis extendit arenis.

Idem Theb. 11. initio:

Quantus Apollineæ temerator matris Averno
Tenditur: ipſæ horrent, ſi quando pectore ab alto
Emergunt volucres, immenſaque membra jacentis
Spectant, dum miſeræ creſcunt in pabula fibræ.

Ubi ſis Barthium conſule. Qu. Calaber. lib. 3.

Οἷος ὑφορβιάων Τιτυὸς πέσεν ὀπάσσε Λητὼ
Ἐρχομίῳ Πυθῶ δὲ βιάζετο καὶ ἑ χολωθεὶς
Ἀκάματόν περ ἐόντα δοὺς ἐκεδάμνατ' Ἀπόλλων
Λαυρηΐοις βελέεσσιν, ὁ δ' ἀργαλέῳ ἐνὶ λύθρῳ
Πελυπέλεθρος ἔκειτο χθονὸς εὐρυπέδοιο
Μηδὲς ἓξ ἠδ' ἑπτὰ πελειονάκισε πισόντα
Ἀχθόμενον μακάρεσσι, γέλασσε δὲ πότνια Λητώ.

Ait Tityum Apollinis telis confixum. Ita ante eum Apollonius:

Ἐν καὶ Ἀπόλλωνα Φοῖβος οἰστεύων ἐτέτυκτο
Βάπτας, ὅπτι πολλὸς ἕλω ἐρύοντα καλύπτρης
Μητέρα Δαρσαλέαν Τιτυὸν μέγαν, ὃν ῥ' ἔτεκέν γε
Δῖ' Ἐλάρη, θρέψεν δὲ καὶ ἀν' ἑλοχμὸν ἔπεμψε Γαίης.

Callimachus verò in lavacrum Dianæ non ab Apolline ſed à Dianâ confoſſum Tityum fuiſſe oſtendit, cum ait:

Ἄρτεμι παρθενίοις Τιτυοκτόνε.——

Ac Pauſanias in Laconicis ſcriptum reliquit in quodam templo poſitas fuiſſe Apollinis & Dianæ imagines, à quibus utriſque Tityus ſagittis conficeretur. Apollodorus lib. 1. Ὡς δὲ ὁ φερεκῶν τὸ μαντεῖον Πύθων ὄφις, ἐκώλυεν αὐτὸν παρελθεῖν ὅτι τὸ χάσμα ἦν τοῦ ἀνελῶν, τὸ μαντεῖον ἐφθαλμιάνε. Κτείνει δ' μετ' ὀ πολὺ καὶ Τιτυόν, ὃς ἦν Διὸς υἱὸς καὶ Ὀρχομενοῦ θυγατὸς Ἐλάρης· Ἦν Ζεὺς ἐκείνῃ συνῆλθε, δείσας Ἥραν, ὑπὸ γῆν ἔκρυψε καὶ κυοφορηθέντα παῖδα Τιτυὸν ἐφ' μεγέθη εἰς φῶς ἀνήγαγεν. Οὗτος ἐρχομενὸς εἰς Πυθῶνα Λητὼ θωείσας πυθῶ κλαγχθεὶς ἐπιαπᾶται. Ἡ δὲ τοὺ παῖδας ὀπυίει, καὶ κατατοξεύσαν αὐτὸν· κολάζεται δὲ καὶ μετὰ θανατὸν, ὡστε καὶ αὐτὸς ἡ καρδία ἐν ᾅδου ἐσθίειν. Sed hæc jampridem vulgata omnia. Quod vero Galenus adnotavit lib. 6. de Dogm. Hippocratis & Platonis contra Chryſippum, non eſt inane rationis; quod cupidine conſtuprandæ Latonæ exarſiſſet, jecore potiſſimum punitum Tityum, ut ſoleant ſervi ea corporis parte plecti quâ pecaverint, fures nempe manibus, fugitivi cruribus, garruli linguâ, guloſi ventre. Ejus quoque mem. Apollon. lib. 1.

Εὐρώπη Τιτυοῖο μεγαθυμέος τέκε κάρη.

Strabo. lib. 9. hanc fabulam ad hiſtoriam tranſtulit, dicitque

quo

quo tempore Apollo dictus eſt è cœlo in terras adventaſſe, ac homines manſuefeciſſe, qui prius arborum ſylveſtrium fructibus tantum veſcebantur, Tityum tyrannum Panopeæ crudeliſſimum, hominem fuiſſe violentum, atque prorſus flagitioſum, quem Apollo ſagittis confecit. Lucretius vero lib. 3. ad rei Venereæ cupiditatem, animique ſollicitudines hanc fabulam retorſit; cum dicat fieri non poſſe omnino multa, quæ traduntur de inferis, neque Tityum, ſi par jecur univerſo terrarum orbi habuiſſet, perpetuum dolorem ita pati potuiſſe; ſed per hæc animi curas antiquos ſignificare: voluiſſe, ut ab iis retrahamur. Verba ejus apponam:

Nec Tityon volucres ineunt Acherunte jacentem:
Nec quod ſub magno ſcrutentur pectore quidquam
Perpetuam ætatem poſſent reperire profectò
Quamlibet immani projecto corporis exſtet
Qui non ſola novem diſperſis jugera membris
Obtineat, ſed qui terrai totius orbem:
Non tamen æternum poterit perferre dolorem,
Nec præbere cibum proprio de corpore ſemper.
Sed Tityos nobis hic eſt, in amore jacentem
Quam volucres lacerant, atque exeſt anxius angor
Aut aliâ quâvis ſcindunt torpedine curæ.

Vide Nat. Com. lib. 6. cap. 19. Item Tityus Orator homo loquax ſanè & ſatis acutus; de quo Cic. in Bruto.

Tlepolemus, Herculis & Aſtyoches filius, quem ex Ephyrâ urbe Peloponneſi rapuerat. Hom. in Catalogo. Hic cum adoleviſſet, clarus rebus bellicis, corporiſque proceritate inſignis, Lycimnium avunculum ſuum Marte progenitum, & patri ſuo chariſſimum jam ſenem interfecit. Propter quod fabricatis navibus, contractâque juvenum manu patriam reliquit, Rhodumque venit, in quâ trium urbium regnum obtinuit. Belli vero Trojani tempore novem navium claſſe Græcis ſuppetias tulit, quo in bello à Sarpedone Jovis filio interfectus fuit. Ovid. Ep. 1.

Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam
Tlepolemi leto cura novata mea eſt.

Tobias, idem quod *bonus Deus*, vel *bonitas Dei*. Floruit circa tempus Manaſſis, aliorumque precedentium regum Juda, quando decem tribus Iſrael captivæ ductæ ſunt; quod nomen tam patri ſeni, quam filio ejus juv. in ſacris literis tribuitur. Libri Tobiæ auctores videntur pater & filius. Ita Sixt. Senenſis lib. 1. De utilitate autem ejuſdem lib. hæc Sebaſt. Munſterus Præfat. in Metechet Haadidduck, ubi Tobiam aliis V. T. libris omnibus anteponit: *In quo*, ait, *Biblico lib. V. T. invenies tam efficaces ad opera pietatis munitiones, quæ habeant tam vividiſſima adjuncta exempla, ut in hoc libro? Ubi uſquam locorum invenies tam ſinceras paternas, & omni acceptione dignas inſtructiones, qualiter te geras erga Deum, erga parentes, erga pauperes, præſertim domeſticos fidei, erga conjugem, denique erga cunctos mortales, atque erga defunctos ipſos, ut in Tobiâ?* Idem ibidem: *Libellus eſt vere aureus, & juventuti accommodatiſſimus, ediſcendus eſſet à pueris, haud ſecus quam Decalogus, & in imo pectoris diligentiſſime condendus, in quo non niſi mera pietatis ſemina, imò & flores & fructus inveniuntur.* Bullengerus tract. de libb. ſacris: *Inter hiſtoricos*, inquit, *in pleriſque exemplaribus primum locum tenet liber Tobiæ, qui meâ quidem ſententiâ multo felicius Xenophonte, & Ariſtotele Oeconomiam tradit. Nam & exemplis omnia demonſtrat & præceptis ſalutaribus.* Ven. Beda: *Qui liber S. Patris Tobiæ & in ſuperficie literæ ſalubris patet legentibus, utpote qui maximis Vitæ moralis & exemplis abundat & monitis.*

Tolumnius, augur, qui pro Turno bellavit in Æneam. Virgil. lib. 12.

Expediuntque manus; primuſque Tolumnius Augur.

Item Veientum rex, qui Romanorum legatos interfici juſſit, an. U. C. 317.

Tomyris, Scytharum Regina. Tibullus Paneg. ad Meſſalam:

Nec quò regna vaga Tomyris finivit Araxe.

Vide *Thomyris*.

Cuth. *Tonſtallus*, vir doctus, & ſummâ laude dignus, in quo nemo hominum fere (dempto conviciatore Balæo) quicquam invenit reprehenſione dignum, niſi quod Pontificiæ Religioni fuerit addictior. Literas Græcas ad unguem, Hebræas haud modicè calluit, facundus Orator, mathematicæ ad miraculum uſque ſcientiſſimus. In Jure Civili (cujus facultatis Doctoratum adeptus eſt) probè exercitatus, inque Theologiâ verſatiſſimus erat. Denique nec inter poſtremas ejus laudes numerarim quòd cum Eraſmo amicitiam coluit, prout in Epiſt. ejus ad Tho. Morum colligas: *Tonſtallo, ut nemo eſt omnibus bonis literis inſtructior, nemo in vita moribuſque ſeverior, ita nemo eſt uſquam in convictu jucundior.* Natus erat Hatchfordiæ in agro Richmundienſi geſtiſque prius dignitatibus aliis ad Epiſc. Dunelmenſem evocatus fuit. Obiit Lambethæ 18. Nov. an. 1559. æt. 85. quo tempore in liberâ cuſtodiâ apud Archiep. Cantuar. agebat, atque ibidem in Eccleſia Parochiali non ſine funebri pompa ſepultus eſt, hoc epitaphio:

Anglia Cuthbertum Tonſtallum mœſta requirit
Cujus ſumma domi laus erat atque foris;
Rhetor, Arithmeticus, Juriſconſultus & æqui
Legatuſque fuit, denique præſul erat.
Annorum ſatur, & magnorum plenus honorum
Vertitur in cineres aureus ille ſenex.

Torquatus, cognomen Titi Manlii, *à torque* impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit. Hic eſt ille Torquatus Manlius, cujus juſſu cum filius adverſus hoſtem, à quo vocatus fuerat, pugnaſſet, eoque occiſo, equeſtria ſpolia victor ad patrem tuliſſet, ſubito eum, quod adverſus edictum ſuum & rei militaris diſciplinam feciſſet, virgis cæſum ſecuri juſſit percuti.

Alphonſus *Toſtatus*, Hiſpanus, Epiſcopus Abulenſis, ac præterea Hiſpaniarum Regis Conſiliarius, item major referendarius (quæ triplex dignitas, nec ante, nec poſtea in unum hominem collata fuit) Flor. an. 1440. ac præter vallos illos in S. Scripturas commentarios, varia etiam opuſcula edidit. Vide Voſſ. H. Lat. p. 579.

Toxaris, Scytha, vir & multæ ſapientiæ & elegantiæ ac rerum optimarum ſtudioſus admodum, qui ex Scythia Athenas uſque peregrè profectus eſt, Græcanicæ diſciplinæ perdiſcendæ deſiderio; hîc peſtem populum Athenienſem infeſtantem ſedavit, quapropter in heroum catalogum relatus eſt & nivei coloris equus ad ejus monumentum quotannis immolabatur. De illius cum Anacharſide occurſu & utriuſque cum Solone congreſſu, vide *Lucian.* in *Scythâ*: ut & de Toxaris & Siſinnæ amicitiâ, apud eundem.

Trajanus, inter Cæſares optimus, quemadmodum teſtatur acclamationis in creandis Impp. formulâ: *Sis felicior Auguſto, melior Trajano.* Claudianus de Theodoſio lib. de 4. Conſ. Honorii:

——Victura feratur
Gloria Trajani; non tam quod Tigride victo
Noſtra triumphati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis,
Quam patriæ quòd mitis erat.

Trajanus Patricius, vir planè Chriſtianus atque Orthodoxus, ſcripſit Chronicon breve πάνυ σαυμάσιον, teſte Suidâ, flor. vero ſub Juſtiniano βιβλίμπτω, h. e. circa A. D. 664.

Georg. *Trapezuntius*, in Cretâ natus an. 1396, ſed qui è Trapezunte, Cappadociæ civitate, nomen ſibi impoſuerat, quia ad eam genus paternum referret. *Virum egregiè doctum, deque re literariâ pulchrè meritum*, vocat eum Eraſmus in Ciceroniano. Obiit Romæ an. 1486. idque admodum ſenex, & literarum penè oblitus: unde & ſolus per urbem, baculo innixus, incedere malebat, ut de eo ſcribit Raph. Volaterranus, qui & ante hanc immemoriam jam ſenem puer docentem audierat. Vide Voſſ. H. Lat. p. 600.

Trebonius, cum Bruto & Caſſio conjuravit contra Cæſarem: in Aſiâ deinde fraude Dolabellæ interfectus crudeliſſimè fuit. Cic. in Philippicis.

Trebonius, pudicæ ſanctitatis miles, qui Luſium, Marii ex ſorore nepotem, caſtitati ſuæ ſtuprum & inſidias molientem interfecit. Plut.

Triclaria, Diana dicta eſt, cui ſanguine humano quondam litari ſolitum erat, quod in ipſius delubro Menalippus & Comætho amore victi turpiter coiiſſent. Pauſan. addit ob hanc templi profanationem ſecutam magnam agrorum ſterilitatem, conſultumque Apollinem reſpondiſſe, ut Menalippum & Comæthonem & præterea ſingulis annis virginem pulcherrimam ſacrificarent; tandem Eurypylum illius ſacrificii crudelitatem ſuſtuliſſe.

Tricongius, Novellus Mediolanenſis ſic dictus, qui gestis honoribus à prætura ad conſulatum uſque pervenerat. Hic enim tribus congiis epotis, ſpectante, miraculi gratia, Tiberio Imp. præclarum cognomen ſibi vendicavit.

Trieterica, Bacchi ſacra, quæ tertio quoque anno celebrabantur. Virgil.

——Audito ſtimulant Trieterica Bacchi
Orgia.——

Stat. Theb, 2.

——Non hæc Trieterica vobis
Nox patrio de more venit.——

Ovid. Faſt. 1.

Tertia quæ ſolito tempore bruma refert.

Herodotus lib. 4. de Gelono Buclinorum oppido: Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ Ἑλληνικῶν θεῶν ἱερὰ, Ἑλληνικῶς κεκοσμημένα, ἀγάλματα τε καὶ βωμοῖσι, καὶ γνώμοισι ξυλίνοισι· καὶ τὰ Διονυσίῳ Τριετηρίδας ἀνάγουσι, καὶ βακχεύουσι. Ovidius autem locutus eſt ex ſententia multorum, cum verè ſacrum illud fue-

rit annuum. *Trieteris* enim nihil aliud erat quam tres anni quadrimestres, seu duo semestres. Censorinus lib. 19. *Cares & Acarnanes semestres habuerunt annos, & inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent, eosque conjunctos, veluti* τετραετηρίδα *annum magnum, hoc est Solarem.*

Triopa, Thessalorum rex pater Meropis. Steph. Item Erisichthonis pater, qui idcirco *Triopeius* dicitur. Ovid. Met.

Nec tamen idcirco ferrum Triopeius illa
Abstinuit. ———

Sic & *Triopeis* pro Erisichthonis filia, Triopæ neptis. Idem Ovidius:

Sæpe pater dominis Triopeida tradit.

Alius inter Argivorum reges septimo loco ponitur à veteribus, Phorbantis fil. Alius Abantis fil. veteri Theocriti Scholiastæ ex Jasone rerum Cnidiarum scriptore celebratur. Mem. & Eust. cujusdam *Triopæ* Perrhæborum regis, quem fil. Carnabas violenter in imperio se gerentem occidit. Alius denique fuit, quem *Deum* vocat Herodes Atticus, quem Iphimediæ patrem nominat Apollodorus lib. 1. Bibl. Salmasius.

Triopius, Apollo sic dictus, vel à *tripodibus* æreis, quos ferebant victores in certamine Apollinis Triopii: quos tamen è sacro victores auferre non poterant, sed ipsi Deo relinquere cogebantur; vel qu. Τειόφθαλμος ab insigni prudentiâ; vel à *Triopâ* Solis filio, rege Thessalorum.

Triptolemus, Eleusii, ut Hygino placet, aut, ut Pausanias mavult, Celei Eleusini regis fil. qui primus in Græciâ agriculturæ rationem creditur invenisse. Ovid. Fast. lib. 4.

Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit,
Et seret, & cultâ præmia tollet humo.

De *Triptolemi* legibus apud Athenienses tribus duntaxat præcepta in Eleusine templo scribit Xenocrates Philosophus: *Venerandos Deos; honorandos parentes; carnibus non vescendum esse.* Ovid. Trist. 4.

Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus.

Stat. 4. 2.

Ætherei felix sic orbita fluxit
Triptolemi. ———

Socrates apud Platonem oratione ad Judices, inter judices infernales Triptolemum refert. Eam orationis partem Cicero laudat Latinè conversam. 1. Tuscul. cap. 41. Claud. 1. de Raptu:

Angues Triptolemi stridunt, & squamea curvis
Colla levant attrita jugis.

Callim. Hym. in Cererem:

Αἰκὰ Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.

Nonnus lib. 19. vers. 84.

Τριπτόλεμος σπόρον ἔνεγε φερεσαχὲς ἐπὶ δίφρων.

Eleganter Freculphus Chron. Tom. 1. lib. 2. cap. 12. *His temporibus* (Pelopis regis) *Triptolemus, quem Philochorus ait longâ navi ad urbes accedentem, distribuisse frumenta & ob id dedisse suspiciones, quod navis ejus serpens pennatus fuerit: sive, ut alii fingunt, quòd jubente Cerere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit.* Vide Lampr. Alardum in illud Val. Flacc. l. 1.

—Aut curru ut sævos frænasse dracones
Creditus. ———

Trismachus, libros κτίσεων condidit, quorum tert. citat Plut. Par. Min. cap. 6.

Tritogenia, Pallas dicta est, quòd apud Tritonem Africæ paludem apparuerit, vel à nomine Τριτὼ i. e. κεφαλὴ (sic enim Æoles vocant ut ait Aristoph. Schol. in Nub.) quòd sit ex Jovis capite edita. Unde Hesiod. in Theog.

Αὐτὸς ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα Τριτογένειαν, &c.

Vel quòd eadem cum Luna credatur, quæ 3. post coitum die apparere incipit: vel denique, authore Suidâ, quòd Τέτη μετ' Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα, ἐγεννήθη.

Triton, Deus marinus, Neptuni & Salaciæ marinæ Nymphæ fil. quem poetæ fingunt Neptuni tubicinem fuisse. Virg. Æn. 1.

Cymothoe simul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naves scopulo.

Ovid. Met. 2.

Cæruleos habet unda Deos, Tritona canorum
Proteaque ambiguum. ———

Idem alibi:

Cæruleum Tritona vocat, conchâque sonanti
Inspirare jubet fluctus.

Statius 3. Theb.

Stat celer obsequio jussa ad Neptunia Triton.

Sidonius Apollinaris:

Pistrigero quæ concha vehit Tritone.

De *Tritonibus*, vide Plin. lib. 9. cap. 5.

Jo. *Trithemius*, Abbas Spanheimens. natus est an. 1462. in pago Trittenheim ad Mosellam, præter alia catalogum contexuit de illustribus Ecclesiæ Scriptorib. in quo eum nongentos & 70. actores complexum fuisse, quorum & opera & conditionem sciret, à Genebrardo proditum est.

Trivia, Diana sic dicta quòd *triviis* præesset, unde & tres facies habere fingebatur. Lucret.

Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti, prima virorum.

Ovid. Pont. 3. 2.

Protinus immitem Triviæ ducuntur ad aram
Evincti geminas ad sua terga manus.

Idem Fast. 1.

Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos.

Ideo Κυνοσφαγὴς θεὰ Lycophroni dicitur. Causa est, quod hanc Deam, teste Eust. δι' νυκτερινῶν φόβων αἰτίαν εἶχον veteres putarint, & omnium spectrorum. Ea per canis latratum credita eisdem evanescere. Tzetzes ex Sophronis auctoritate: Θύουσι δὲ αὐτῇ κύνας ὡς φησι Σώφρων ἐν μίμοις·

Ὁ δὲ κύων βαΰξας
Λύει τὰ φάσματα.

Troilus, Priami & Hecubæ fil. qui juvenili audaciâ ferox cum Achille congredi non dubitavit, à quo nullo negotio interemptus, temeritatis suæ pœnas dedit. Virgil. Æneid. 1.

Parte aliâ fugiens amissis Troilus armis
Infelix puer, atque impar congressus Achilli
Fertur equis, curruque hæret resupinus inani.

Cassandra apud Sen. in Agamemn.

——Te sequar nimium citò
Congresse Achilli Troile.

Ausonius quoque:

Hectore prostrato, nec Diis, nec viribus æquis,
Congressus perii Troilus Æacidæ.

Dio in Chrysost. Orat. 2. non ait Troilum congressum, imo factas illi insidias ab Achille, qui erat ad struendas insidias, nocturnasque incursiones callidissimus. Horat. 2. 9.

——Nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ sorores
Flevere semper. ———

At Lycophron & Theocritus ab Achille adamatum tradunt, cui cum se indulgere nollet, in templo Apollinis ab illo sit occisus. Hoc tamen refutat Tzetzes in Lycophr. quia nequaquam pulcher Troilus, aut juvenis fuerit, verum jam senior ac barbâ hispidus, prorsusque Achillis amoribus ineptus. Vide Canter. Nov. Lect. lib. 2. cap. 9. & Lud. de la Cerda in Æn. 1. vers. 478.

Trophilus, historicus, reliquit Collectanea mirabilium narrationum ex quibus quatuor loca excerpsit Stobæus Serm. de morbis & molestiarum in eis solutione.

Trophonius, vates speluncam habitans, in quam qui descendebat perpetuo agelastus & irrisibilis erat. Unde proverb. *In antro Trophonii vaticinatus es.* Niceph. Greg. in Synes. de Insomn. Ἐχρήσατο τις ἀνὴρ Τροφωνίῳ ὄνομα, μάντις ἢ τέχνην, ὅτῳ ὑπὸ κενοδοξίας εἰς τὸ ἀπίλαυον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν καὶ καταχρύψας αὐτὸν ἢ βίον ἀπήλαυεν, ὁ δὴ ἀπήλαυον φασὶν μαθεῖας ἀνεδίδου τοῖς εἰσιοῦσι καὶ ἐρωτῶσι περὶ ὅτου. Hinc Jupiter *Trophonius* dictus, quod redderet oracula in specu Trophonio, teste Strab.

Tros, *Trois*, rex Trojanorum, Erichthonii fil. Ili pater, à quo Phrygia minor *Troas* appellata est. Virgil. Georg. 3.

Assaraci proles, demissæque ab Jove gentis
Nomina, Trosque parens, & Trojæ Cynthius auctor.

Quin & Trojani ab hoc *Troes* dicti sunt. Virg. Æn. 1.

Egressi optatâ potiuntur Troes arenâ.

Tryphiodorus, Ægyptius poeta, scripsit Marathonica, excidium Ilii, Odysseam, i.e. poema de erroribus & laboribus Ulyssis, paraphrases comparationum ab Homero positarum. Suidas.

Tryphon, Alexandrinus grammaticus, Augusti tempore, scripsit de copiâ orationis, de Orthographiâ, & alia à Suidâ commemorata. Item Judæus quidam adversus quem scripsit Justinus Martyr. Alius Origenis auditor, ad quem nonnullæ sunt ejus epistolæ, in sacris literis eruditissimus fuit, ut ejus multa ostendunt monumenta. Hieronymus.

Tyrannus, tyrannus quidam ab Æliano memoratus qui volens omnes conjurationum & insidiarum contra se vias intercludere, legem suæ regionis incolis posuit, ut nemo cum altero, neque privatim, neque publicè sermones misceret: quod fuit gravissimum minimèque ferendum. Itaque dolo tyranni mandatum eluserunt, & oculorum manuumque gestibus, & nutu animi sensa mutuò significabant & accipiebant. Aliàs igitur acerbo vultu sese invicem intuebantur, aliàs placato, faciéque læta, atque ex uniuscujusque superciliorum contractione perspicuum erat, eum tristem & intolerandum rerum statum indignè ferre, animi affectione per vultum ei cum quo erat declarata & ostensa. Sed hæc etiam tyrannum commovebant, quòd existimaret silentium quoque propter varietatem

tatem gestuum & commutationem vultus prorsus mali quid sibi moliturum esse. Proinde etiam illud lege sustulit. Quidam itaque desolationem illam ægrè molestéque patiens, & cupiditate dissolvendæ tyrannidis permotus, in forum progressus est: ibi stans, multum & fervidè lacrymatus est. Quem circumsistit confluens omnis multitudo, quibus etiam ipsis in fletum ac luctum erumpentibus, nuncium ad tyrannum allatum est, neminem quidem nutibus uti, at lacrymas frequentes emitti, qui festinans, ut & illud prohiberet, neque solùm linguam, nutusque servitute constringeret, sed etiam oculis à natura tributam libertatem erriperet, quanta potuit celeritate, pedes cum stipatoribus & satellitibus accurrit, ut lacrymas sedaret. At illi, quum è longo vix eum vidissent, eripientes arma satellitibus, tyrannum interfecerunt.

Tubero, Romanus, notissimus ex Ciceronis Oratione pro Qu. Ligario. Item Ælius *Tubero* historicus de quo Dionys. Hal. l. 1. Ὡς ἡ Τυβέρων Αἴλιος, δεινὸς ἀνὴρ καὶ ἄκρος συναγωγὴν ἱστορίας ἐπιμελῶς γεγραφώς, &c. Vide Voss. de Hist. Lat. l. 1. c. 12.

Tucca, L. Varius & Plotius, viri doctissimi, amici Virgilii, hæredesque ex parte testamenti relicti, jussu Augusti carmina Æneidos emendaverunt hâc lege, ut nihil adderent. Servius.

Tuditanus, nomen viri proprium, quòd caput malleo simile haberet.

Tullia, filia Servii, sexti Rom. Regis, Tarquinio Sup. nupsit, qui postea ut potiretur regno solus, socerum suum interfecit. Ferunt hanc mulierem eâdem regnandi libidine, quâ maritum, æstuasse, adeo ut cum intellexisset patrem interfectum, vehiculo se properè ferri jusserit, quo interfectori gratularetur. Quum autem inter eundum comperto cadavere, equi & auriga constitissent, erubescerentque mortuum conculcare; mulier nefaria currum super faciem mortui patris duci jussit. Ovid. in Ibin:

Infamemque locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.

Silius lib. 13.

——Patrios fregit quæ curribus artus
Et stetit adductis super ora trementia frænis.

Tullius, nomen oratoris Latinorum omnium principis. Vide *Cicero*.

Tullus Hostilius, tertius Rom. rex, ne ipso quidem Romulo belli gloria inferior, qui pop. Rom. otio pacisque artibus sub Numâ assuetum ad belli studia revocavit. Virgilius Æn. 6.

——Cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ, residesque movebit
Tullus in arma viros, & jam desueta triumphis
Agmina.——

Ingenium hoc Tulli allucet ex verbis istis Livii: *Hic non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam Romulo fuit: tum ætas viresque, tum avita quoque gloria animum stimulabat. Senescere igitur civitatem otio ratus, undique materiem excitandi belli quærebat.* Eutrop. lib. 1. *Hic bella reparavit, Albanos vicit.* Plut. de Fort. Rom. *Servius Tullus omnium regum maximè, & potentiam auxit populi, & Remp. ornavit, ordinemque census & militiæ instituit, primusque censor & inspectator vitæ ac modestiæ civium fuit, creditusque est vir fuisse fortissimus ac prudentissimus.* Dionysius Halicarn. lib. 3. Ταῦτα κατεσκεύαζεν ἐπὶ τῆς ἰδίας ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς Τύλλος Ὁστίλιος, ἀνὴρ ἐν ὀλίγοις ἄξιος εὐλογεῖσθαι καὶ τε εὐτολμίας ἕνεκα καὶ σοφίας τὰ πολέμια καὶ φρονήσεως καὶ περὶ τὰ δεινά. Ὑπὲρ ἅπερ δὲ ταῦτα, ὅτι ὁ παρὼν οὐκ εἰς πόλεμον ἐνέγκας, βίᾳ τε ἦν κτήσασθαι εἰς αὐτὸν ἐν ἅπασι τῶν ἀνθρώπων σεβάσμιον. Ἔτη δὲ κατασχὼν ἡ ἀρχὴν δύο καὶ τριάκοντα, τελευτᾷ βίον, ἐμπρησθείσης οἰκίας, καὶ συν αὐτῷ γυνή τε ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἄλλος οἰκητὸς ἅπας ὀχλος καταληφθεὶς ὑπὸ τῆς πυρός. Καταπρησθῆναι δὲ οἰκίαν οἱ μὲν ὑπὸ κεραυνοῦ λέγουσι, μυθολογοῦντες τὸ θεῖον δι ὀλιγωρίαν πυρὸς ἱεροῦ. Οἱ δὲ πλείους ἐξανθρωπίνης φασὶν ἐπιβουλῆς τὸ πάθος γενέσθαι, ἀναπιθάνητες τὸ ἔργον Μαρκίῳ τῷ μετ' αὐτὸν ἀρξαντι πόλεως. *Tulli* quoque cujusdam frequenter meminit Propertius, apud quem 3. 21. colligas eum Cyzicenis præfuisse, vel Asiam pro Consule obtinuisse. Dio in fine lib. 49. scribit L. Volcatium Tullum collegam fuisse Augusti in secundo Consulatu, si forte hic idem esse possit.

Tutanus Deus, qui homines tueri putabatur. Cum enim Annibal ad Romam noctu legiones ducere cœpit, ut ait Ennius, quibusdam nocturnis terriculamentis, tantus pavor ejus milites invasit, ut inde pedem retulerint. Quo facto Tutano Deo ibi fanum consecrarunt. Varro in Sat.

——Hercules tuam fidem:
Noctu Annibalis cum fugavi exercitum,
Tutanus hoc, Tutanus Romæ nominor,
Hoc propter omnes qui laborant, invocant.

Tutia, virgo Vestalis, cum argueretur incesti, argumentis purgare se dedignata mortalibus, ad Tiberim flu. cribrum detulit, ibique submersit, hâc additâ prece: *O Vesta, si pia & casta sum, hanc è Tiberi aquam ad templum tuum perferam.* Et ipsa pertulit. Livius. Dissimile quiddam legimus apud Dionys. Halicarn. Morbus enim quidam Romæ incidit in fœminas, & mors quanta nondum prius, maximè in prægnantes, cruda insolitaque parientes, & cum fœtibus morientes. At quia preces ad aras Deorum factæ, nec pro urbe expiatoria sacrificia, aut pro domibus privatis facta, cessationem afferebant malorum, fit à servo quodam indicium Pontificibus quod Sacerdos quædam Vestæ, *Urbina* nomine amissâ virginitate, sacrificia pro urbe faciebat, non ipsa pura. Pontifices ergo eam removentes à sacrificiis & pœnam apponentes, postquam est manifestè redarguta, virgis ceciderunt, perque urbem eam ferentes, vivam defoderunt. Eorum vero qui cum illâ illam impiam corruptionem peregerunt, alter seipsum interfecit; alterum prehendentes sacrorum inspectores, tanquam mancipium necarunt; & sic statim morbus ille desiit.

Tutulina, Dea. Varro: *Tuam fidem, Tutulina, invoco, quæ adesse mortalibus soles.* D. Augusti. lib. 4. de C. D. eam præesse frumentis collectis atque reconditis scribit, ut *tutò* servarentur.

Tutunus, i. e. Priapus. Vide *Mutunus*.

Tychius, faber celeberrimus. Hom. Il. 7. Ovid. Fast. 3.

Nec quisquam invitâ faciet bene vincula plantæ
Pallade, sit Tychio doctior ille licet.

Tydeus, fil. Oenei regis Calydoniæ, & Peribœæ, vel, ut aliis placet, Althææ, qui cum fratrem suum Menalippum inscius occidisset, ad Adrastum regem profugit, cujus filiam Deiphilen conjugem duxit. Postea à Polynice, qui alteram Adrasti filiam, Argiam nomine, uxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarum missus est, ut pacti memor, fratri regnum redderet. Ad quem cum venisset, regiamque esset ingressus, Eteocles negavit se regno cessurum esse. Quo responso Tydeus vehementer commotus est, ita ut non sit veritus & hostis, & solus, Thebanos omnes quotquot tum forte cum Eteocle essent in convivio, ad quodlibet certaminis genus provocare. Atque ut animosè provocavit, ita omnes (sic illi Pallas propitia fuit) strenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accensi, reversuro insidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, quâ Tydeus transiturus erat, quinquaginta juvenibus, cum duobus ducibus Mæone Æmonis, & Lycophonte Autophoni filio, quos Tydeus in se impetum facientes trucidavit, uni tantum parcens Mæoni, quem acceptæ cladis nuncium ad Eteoclem remisit. Profectus deinde una cum Polynice & Adrasto, reliquisque Græciæ principibus ad bellum Thebanum, post multas res præclarissimè gestas, à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus, occubuit. *Cruentum* vocat Statius, *fulmineum, magnanimum*, & *iræ immodicum*. Hunc inter Heroas minimum staturâ agnoscit Hom.

——Μικρὸς μὲν ἦν δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

Auctor Priap.

Utilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

Papin. lib. 1.

——Sed non & viribus infra
Tydea fert animus, totosque infusa per artus
Major in exiguo regnabat corpore virtus.

Idem lib. 6.

——Quanquam ipse videri
Exiguus, gravia ossa tamen, nodisque lacerti
Difficiles, nunquam hunc animum natura minori
Corpore, nec tantas ausa est includere vires.

De virtute quidem hujus satis constat, at sævum & malignum in reges animum ejus notat non semel, qui Argonautis eum accenset. Val. Flac. lib. 3.

Rursum instimulat, ducitque faventes
Magnanimus Calydone satus: potioribus ille
Deteriora fovens, semperque inversa tueri
Durus, & haud illis nunquam superabilis æquis.

Vide Barth. ad Stat. Theb. p. 146. Idem Statius Theb. 2.

Cunctis Tydeus audentior actis.

Euripides Phœnissis:

Τίς δ' δδ' ἔστ'; πῶς μὴ Οἰνέως ἔφυ
Τυδεύς, Ἄρεως δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.

Ejus laus extat in ejusdem Supplicibus non à verbis sed à factis:

Τυδεὺς δ' ἔπεμψεν ἐν βραχεῖ δηῶσαι μέγαν,
Οὐκ ἐν λόγοις ὢν λαμπρός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δόρυ σοφισθείς, &c.

Vide Hom. Iliad. Δ.

Crudelem vero admodum fuisse ait Vetus Schol. ad illud Theb. 8.

——Plus exigit ultrix Tisiphone
Malitiæ Tydei.

Fingitur enim immanissimus omnium Heroum.

Unde

Unde est quod ab immani hoc facinore Tydeum κεφάλωσεν vocet Lycophron in Cassandra, ἀνδροκτόνον vero Dasiades in Arâ secundâ, ut rectè ejus auctoris locum contra vulgum accepit Salmasius. Barthius. Apud Sextum Pyrrhonium lib. 3. Hypotypos. cap. 24. cerebrum hostis comedisse prohibetur. Ἀλλὰ μὴν ἀνθρωπείων γεύσασθαι σαρκῶν, παρ' ἡμῖν μὲν ἄθεσμον, παρ' ὅλοις δὲ βαρβάροις ἔθνεσιν ἀδιάφορον ὄτι. Καὶ τὸ δεῖν τοὺς βαρβάρους λέγειν, ὅπερ καὶ ὁ Τυδεὺς ἐγκέφαλον τὸ πολεμίου λέγει φαγεῖν.

Tydides, Diomedes Tydei filius, bellator strenuus, qui præter alia benè ac fortiter gesta Venerem in dextrâ vulneravit. Hom. Il. 5. De eo Horat. 1. 14.

——*Ecce furit te reperire atrox*
Tydides melior patre.

Idem Od. 6.

——*Tydidem superis parem.*

Virgil. Æn.

——*O Danaum fortissime gentis*
Tydide. Vide *Diomedes.*

Tyndarus, rex Oebaliæ, maritus Ledæ, quæ eodem tempore duo peperit ova, è quorum altero, quod ex Jove conceperat, exclusi fuerunt Pollux & Helena, & altero quod conceperat ex Tyndaro, Castor & Clytæmnestra. Ex his priores duo immortales fuere, posteriores mortales. Vide *Castor* & *Pollux* & Servium ad illud Æn. 2.

Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ.

Dicitur & *Tyndareus*. Ovid. ep. 8.

Me tibi Tyndareus vitâ gravis author & annis
Tradidit.——

Item *Tyndareus* adject. Val. Flac. lib. 1.

Tyndareusque puer mihi vellere gratior Helles.

Typhoeus, Gigas Terræ, & Titani fil. quem illa Jovi irata in perniciem cœlestium fertur edidisse. Virgil. Georg. 1.

Tum partu terra nefando
Cæumque Japetumque creat, sævumque Typhœa.

Hic cum in ingentem corporis molem adolevisset, eo væcordiæ provectus est, ut Jovem de cœli possessione dejicere conaretur. Hesychius: Τυφωδὴς, θεός τις γιγαντὸς ἐναπαθὴς τῷ βασιλεῖ τῶν Θεῶν. Quapropter fulmine ab eodem ictus est, & sub Inarimen insl. detrusus, ut placet Virgilio Æn. 10.

Tum sonitu Prochyta alta tremit, rumque cubile
Inarime Jovis imperiis imposita Typhœo.

Habuit ex Homero, qui sic in Catalogo:

Εἰν Ἀελμοις, ὅθι φασὶ Τυφοέος ἔμμεναι εὐνάς.

Claud. lib. 3. de Rapt. Pros.

——*Rupitne Typhoia cervix*
Inarime?——

Lucan. lib. 5.

Ceu Siculus flammis urgentibus Ætnam
Undat apex: Campana fremens ceu saxa vaporat
Conditus Inarimes æternâ mole Typhœus.

Pindarus tamen in Siciliâ sub Ætnâ monte sepultum refert Pyth. 1. his verbis:

Ὃς ἐν αἰνῷ Ταρτάρῳ κεῖ-
ται θεῶν πολέμιος
Τυφὼς ἑκατογκάρηνος.

Et paulo post:

Σικελία τ' αὐτὸν πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα. Κίων
Δ' οὐρανία συνέχει
Νιφόεσσ' Αἴτνα.

Eum sequuntur 1. Ovidius, qui sic Fast. 4.

Aka jacet vasti super ora Typhoeos Ætna,
Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Idem Met.

Vasta giganteis injecta est insula membris
Trinacris; & magnis subjectum molibus urget
Æthereas ausum sperare Typhoea sedes
Nititur ille quidem, pugnatque resurgere sæpe:
Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro,
Læva, Pachyne, tibi, Lilybæo crura premuntur.

2. Silius lib. 14.

Tum Catane ardenti nimium vicina Typhœo,

3. Val. Flacc. lib. 2.

——*Siculâ pressus tellure Typhoeus*
Hunc profugum & sacras revomentem pectore flammas
Ut memorant, prensum ipse manu Neptunus in alto
Abstulit, implicuisque vadis, torsisque cruenta
Mole resurgentem, torquentemque ignibus undas,
Sicanium dedit usque fretum, cumque urbibus Ætnam
Intulit, ore premens: trux ille ejectat adesi
Fundamenta jugi: pariter tunc omnis anhelat
Trinacria injectam fesso cum pectore molem
Commovet experiens, gemitumque reponit inani.

His adde Æschylum in Prometh.

——Φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς ὑπεὶς
Ἐφεῖλκε θυμόν, κ' ἐξέζεσεν δέμας.
Καὶ νῦν ἀχεῖον, κ' παρήορον δίκην
Κεῖ) σεσωπᾷ πλησίον θαλάσσης
Ἰπνώδυος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο.

Hesiodus Typhœum Terræ & Tartari filium facit:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Τιτῆσιν ἐπ' ἠερόεσσι κέλευσε Ζεύς,
Ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη
Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Typhon, Gigas, de quo sic scribit Homerus Hymn. in Apoll. Junonem ægrè ferentem, quod Jupiter sine se ex capite Minervam peperisset, Cœlum ac Terram precatam fuisse, omnesque Deos superos & inferos, ut posset & ipsa sine mari congressu parere, quæ cum manu humum percussisset, sequenti postea tempore natus est ex Terrâ Typhon, qui draconæ educandus traditus est, ut patet ex his versibus:

Ἀγχοῦ δ' ἀμφὶ χθονὶ κοιλήρροϑ', ἔνθα δράκαιναν
Κτεῖνεν ἄναξ Διὸς υἱὸς ἑκὰς κεδνηρεῖο βιοῖο,
Ζαλωφέα, μεγάλλιν, τέρας ἀγλαὸν, ἣ κακὰ πολλὰ
Ἀνθρώποισιν ἔρεξεν ἐπὶ χθονί, πολλὰ μὲν αὐτὴν,
Πολλὰ δ' μῆλα ταὶ ὑποδὶ, ἐπεὶ πίλε πῖαα δαφοινόν.
Καί ποτε δεξαμένη χρυσοθρόνου ἔτρεφεν Ἥρης
Δεινόν τ' ἀργαλέον τε Τυφάονα, πῖαα βεστίσιν,
Ὃν ποτ' ἀρ' Ἥρη ἔπικτε χολωσαμένη Διὶ παιεὶ,
Εὖτ' ἄρα δὴ Κρονίδης ἐκεκωδία γείνετ' Ἀθήνην
Ἐν κορυφῇ.——

Seneca in Octavia:

Non tam ferum Typhona neglectum Jove
Irata Tellus edidit quondam parens.

Eundem faciunt poetæ cum Typhœo. Plura qui de Typhone videre velit, consulat D. Dickinsonum in Delph. Phœnic. cap. 2. & Boganum in epistolâ libro isti præfixâ, ubi eruditè, ut solet, de gigante disserit. Item *Typhon*, teste Diodoro, Osiridis, Ægyptiorum regis frater, qui illo interfecto & in 25. partes discerpto, regnum occupare conatus est; tandem vero ab Iside victus, meritas impietatis suæ luit pœnas. Item venti nomen, de quo Plin. 2. 48. & Gell. 19. 1. Hinc *Typhonicus*, unus è ventis subitis & repentinis. Act. 27. Qui & *Typhon* Apollodorus in Aristot. Meteor. Ἀειστέλης, inquit, Τυφῶνα οἷον Τυπῶνα καλεῖ διὰ τὸ τύπτειν σφοδρῶς, καὶ ῥηγνύειν τὰ στερεὰ σώματα· Ναῦται δὲ Σιφῶνα, διὰ τὸ ἴσχειν σιφῶνος ἀναστὰν τὸ ὕδωρ διαδοσης. Vide Turn. Adverss. cap. 20. lib. 4.

Tyrannion Amisenus, discipulus Estiæi Amisæi, nobilis grammaticus, tempore Pompeii M. Romæ docuit. Ductus est à Lucullo captivus in bello Mithridatico: prius dicebatur Theophrastus; mutavit autem nomen, quòd inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & dives ob doctrinam factus adeo est, ut supra tria millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. Alius è Phœniciâ prioris nepos, à quo nomen sibi usurpavit, quum prius *Diocles* vocaretur. Captivus & ipse Romam ductus, à quodam Dymante Cæsaris liberto emptus: deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eâque liber factus, ludum Romæ aperuit; scripsit libros 67. Suidas.

Tyrannus, Sophista, scripsit de divisione orationis libros decem. Suid.

Tyro, virgo Thessaliæ, Salmonei & Alcidices filia, quam noverca Sidero (quam Alcidice Alei filiâ defunctâ in uxorem duxerat Salmoneus) malè admodum ac duriter excepit. Cæterum cum Tyro Enipei flu. amore flagraret, atque ad illius fluenta continenter accedens propter amnem conqueri minime desineret, Neptunus interim sumptâ Enipei formâ cum ipsâ concubuit. Hæc autem cum geminos clanculum peperisset, illos exposuit. Jacentibus autem pueris, & equariis pastoribus prætereuntibus, equarum una, quum infantium alterum unguâ casu quodam tetigisset, faciei partem lividulam reddidit. Tum equarius infantes ambos suscepit alendos, & cui lividula reddita erat faciei pars *Peliam* nominavit, quasi *Lividum* dixeris, alterum vero *Neleum*, qui cum ad justam integramque ætatem perveniissent, matre suâ & ejus novercâ agitatâ, quum matrem ab illâ malè affectam comperissent, in illam impetum fecerunt, & quamvis in Junonis templum confugisset; Pelias tamen eam super aram ipsam jugulavit. Cretheus postea Salmonei frater Tyronem neptem cepit uxorem, ex quâ nati sunt illi filii Æson, Amythaon & Pheres. Apollod. Bibl. 1. Diod. Sic. lib. 4. Tzetzes in Lycophr. & alii Prop. 2. 29.

Vobiscum est Iope, vobiscum est candida Tyro.

Idem 1. 13.

Non sic Æmonio Salmonida mistus Enipeo
Tænarius facili pressit amore Deus.

Idem eleg. 19. lib. 3.

Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo
Quæ voluit liquido tota subire Deo.

Ovid.

Ovid. in ep. Herûs :

Si neque Amymone, nec laudatiſſima forma
Criminis eſt, Tyro, fabula vana tui.

Idem Amor. 3. 5.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus,
Cedere juſſit aquam, juſſa recedit aqua.

Joannes Τζετζες, Poeta Græcus, variam ſcripſit hiſtoriam Chiliadibus comprehenſam. Vixit circiter A. D. 1160. Vide Voſſ. H. Gr. p. 303.

Iſacius Τζετζες, prioris frater, Scholia in Lycophronis Caſſandram ſcripſit.

V A

M. VAccus, dux Fundanorum in Privernati bello, quum à L. Papyrio captus eſſet, ædes ejus dirutæ ſunt, & bona publicata ob regnum ab eo affectatum. Liv. lib. 8. Cic. pro domo ſuâ.

Vacoſus, dux Artaxerxis, templum Hieroſolymitanum violavit, ulciſcens mortem Jeſu quem Joannes frater interemerat. Joſ. 11. 7.

Vacuna, ruſticorum Dea, quæ præeſſe *vacantibus* & otioſis putabatur : cui cum agricolæ laboribus ruris vacarent, ut poſt perceptos fructus requieſcerent, per hyemem vota ſolvebant, & ſacrificabant. Ovid. Faſt. 6.

Nam quoque tum fiunt antiquæ ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos.

Horat. 1. Ep. 10.

Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ.

Valens, Rom. Imp. pietatis & Chriſtianæ Rel. hoſtis, ab adverſariis barbaris crematus eſt quinquageſimo anno contiguus, cum per annos quatuor imperaſſet & decem parvo minus : ita Amm. l. 31. Virtutes ejus ac vitia notat idem ibidem. Duo tantummodo crimina ejus impræſentiarum ex prædicto auct. recenſebimus. *Avaritiam*, & *Crudelitatem*. 1. *Magnorum operum intemperans appetitor*. Cui ſubſcribit Nazianzenus Greg. in Orat. Fun. de laud. D. Baſilii : Βασιλῆς ὁ φιλοχρυσώτατος, καὶ μισοχρηστότατος, καὶ ἀπλῶ ἔχων ἢ νόσον, αἰσχίστην τε καὶ ἀπλησίαν. 2. *In crudelitatem propenſior*, Cedrenus Ἦν ἡ Οὐάλης ἢ ὠμὸν ἤθος ἡμιμοιραίαν ἔχων, εὐθὺς ἢ ὕπνον, καὶ ἀφροσύνης, καὶ σφῆς αἱμάτων χύσεις ἑτοιμότατος. ἔχων τὰς φρένας ἀσυμπαθεῖς, καὶ πάσης παιδείας ἀμέτοχος.

Valentinianus, 44. Rom. Imp. A. D. 388. de quo multa Amm. lib. 27. &c. Alius Im. cum Theodoſio. A. D. 426.

Valentinus, Hæreticus, qui Chriſtum in ſubſtantiâ corporis noſtri non fuiſſe aſſeruit. A. D. 142. Vide Epiphanii Hæreſ. 31. cujus Lemma Κατὰ Οὐαλεντίνου καὶ Γνωστικῶν.

Valeria, nomen proprium Meſſalorum ſororis, quæ amiſſo conjuge, cum rogaretur, cur alteri non nuberet, ait, *Sibi ſemper maritum Servium vivere*.

Valeria virgo, cum Valerios peſtis invaſiſſet, ab oraculo commonefacta, malum id ceſſaturum, ſi quotannis Junoni virginem immolarent, in ſortem eſt ipſa vocata : ſed Lupercæ enſem corripuit : & impoſitâ foco virgulâ cum malleo, enſem juvencæ, penes templum paſcenti, impoſuit. Virgo igitur, re intellectâ, immolata juvenca, malleum arripuit, domumque & ægros circumluſtrans, ictu parcente, feriebat, cumque unicuique valedixiſſet, eos exſuſcitavit incolumes. Quocirca & hoc tempore myſterium illud fieri conſtat. Plut. in Parall.

Valeria Tuſculanaria, quo pacto dolis cum patre Valerio coierit, vide in verbo *Sylvanus*.

Valerii, prius *Valeſii*, teſte Quintiliano, appellati, ſicut *Fuſii*, deinde *Furii*.

Valerius, L. Valeſii fil. qui primum de Veientibus, deinde de Sabinis triumphavit. Hic quia in locum Tricipitini collegæ conſulem non ſubrogaverat, & domum in Veliâ, tutiſſimo loco habebat, in ſuſpicionem regni affectati venit. Quo cognito apud populum queſtus eſt, quòd tale aliquid timuiſſent ; quapropter emiſit qui domum ſuum diruerent, ſecures etiam faſcibus dempſit, eaſque in populi concione ſummiſit. Legem inſuper de provocatione à magiſtratibus ad populum tulit. Hinc *Publicola* dictus eſt ; & cum diem obiiſſet, publicè ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus. Hic quadrigâ primus in triumpho vectus eſt ſine uſâ invidiâ : præterea collegæ Bruto honores funuſque curavit, funebremque orationem de ipſius laudibus habuit, quæ adeo jucunda fuit Romanis, ut ex eo conſuetudo manarit, ut qui ſtrenuè pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. Plut.

Valerius, M. Publicolæ frater, conſ. unà cum Poſthumio Tuberto factus, & contra Sabinos profectus rem feliciter fratris auſpiciis & adminiſtratione geſſit. Ex quo publicè ei domus ædificata.

Valerius Corvinus, Trib. mil. ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequente, adverſus Gallum provocatorem ſolus proceſſit. Corvus ab ortu Solis galeæ ejus inſedit, & inter pugnandum ora oculoſque Galli reverberavit, & hoſte victo Valerius *Corvinus* dictus fuit. Unde Manilius :

Et cum militiâ volucris Corvinus adeptus
Et ſpolia, & nomen.

Hic quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quinctium neceſſitate magnâ compulſum feciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Hæc Cæcilius. Livius vero addit, de Samnitibus eum triumphaſſe, ſexies conſulem fuiſſe, hoſtes Titi Manlii morte exultantes compreſſiſſe. Vixit præterea, teſte Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum.

Valerius Flaccus, Poeta, cujus vitam pete ex Lilio Gyraldo, Petro Crinito, &c. Laudatur Quintiliano lib. 10. cap. 1. *Multum*, inquit, *in Valerio Flacco nuper amiſimus*. Martialis :

Cenſetur Apona Livio ſuo tellus
Stellâque, nec Flacco minus.

Idem alibi ad eum :

O mihi curarum precium non vile mearum
Flacce Antenorii ſpes & alumne Laris.

Valerii Flacci (inquit Cæſ. Scaliger) *ingenium felix, diligentia non vulgaris, ſed immaturâ morte præventus, acerbum nobis poema ſuum reliquit*. A Juvenale tamen ſugillatum fuiſſe notat Lubinus ad Sat. 1. quem ſis vide. Verum de Flacco hoc, uti cæteris Latinis poetis, nos alibi.

Valerius Antias, ſcriptor hiſtoriæ ſæpe ab authoribus teſtis citatur, ut à Livio. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat.

Valerius Maximus, ſcripſit dicta ac facta memorabilia ad Tib. Cæſarem. Militavit ſub S. Pompeio, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur.

Val. Martialis, vide *Martialis*.

Valgius, magnus omnino poeta fuit ; ſic enim de eo Tibullus ad Meſſalam :

Valgius, æterno proprior non alter Homero.

Eundem Horatius lib. 1. Sat. 10. cum Virgilio, Vario, Mæcenate, atque aliis conjungit, quibus ſi placere poſſit, negat ſe ineptorum hominum judicia morari. Plin. 25. 2. *Poſt eum* (Catonem) *unus illuſtrium idem tentavit* (de herbis & medicinâ ſcribere) *C. Valgius eruditione ſpectatus, imperfecto volumine ad D. Auguſtum, inchoatâ etiam præfatione religioſâ, ut omnibus malis humanis illius potiſſimum Principis ſemper medicetur majeſtas.*

Laurentius *Vallenſis*, ſeu *Valla* Canonicus ac Patricius Romanus qui Joanni Aretino cognomento *Tortellio* ſex elegantiarum libros dicavit. Non modo Herodotum & Thucydidem Latinè vertit, ſed etiam fecit tres libros de rebus geſtis à Ferdinando, Aragonum Rege, qui cùm Pariſiis prodiere, tum in Germaniâ Tom. 1. Hiſpaniæ illuſtratæ. Sed ut benè judicat Jovius, *opus hoc eo ſtyli charactere perſcripſit, ut ejus minimè videri poſſit, qui cæteris elegantiarum præcepta tradiderit*. Plura de eo ibidem Jovius. Eraſmus in Ciceronianо : *Valla propius accedit ad curam & ſubtilitatem Quintiliani, quam ad illaboratam Ciceronis facilitatem ; etſi cæteris* (Aretino, Poggio &) *elimatior, puriorque*. Flor. Sabinus Apologia adverſus calumniatores L. L. *Laurentio Vallenſi quemnam in hâc arenâ præponamus, non video : nemo melius conſtantiuſq; graſſantem extinxit barbariem, &c.* Ab Rege Aragonum ejectum veniſſe Romam ait Poggius ſecunda in eum Invectiva. Idem exprobrat ei quod Neapoli ab hæreticæ pravitatis inquiſitoribus igni fuerit adjudicatus : ſed eum Regis miſericordiâ liberatum, tum operâ doctiſſimi Viri Vernandi Cordubenſis. Et ſane à Franc. Philelpho etiam commonita eſt Satyrâ luculenta, ut niſi vitæ ſuæ ſatur ſit, abſtinere velit à perſtringendis ſacri ordinis viris, ac ſimilibus ſcribendis uti illa adverſus Donationem Conſtantinam. Obiit Romæ ac ſepultus eſt in S. Joannis Templo in Laterano, ubi hujuſmodi legitur inſcriptio : *Laurentio Vallæ harum ædium ſacrarum Canonico, Alphonſi Regis & Pontificis Max. ſecretario, Apoſtolicoque Scriptori, qui ſuâ ætate omnes eloquentia ſuperavit, Catharina mater filio pientiſſimo poſuit. Vixit an.* 50. *Obiit An.* 1465. *Auguſti Calend.*

Laurens Valla jacet, Romanæ gloria linguæ,
Primus enim docuit, qua decet arte loqui.

Vallius Syriacus, citatur Senecæ inter celebres ſui ſeculi declamatores. Ejus eſt illud in Stertinium Maximum, à quo premebatur quum comes ejus fuiſſet : *Per duodecim annos in officio tuo fui, dic quid peccaverim? Sed hæc eſt conſuetudo veſtra, injuriam vocatis finem ſervitutis.*

Vallonia. Dea quæ *vallibus* præerat.

Varius, Poeta Tragicus. Virg. & Horatii familiaris, unus ex iis quibus Auguſtus Æneidem commiſit emendandam. Horat. Sat. 1.

Plotius & Varius Simuſſæ Virgiliuſque
Occurrunt.——

M. *Varro*, poeta Rom. quem Fab. Quint. inter peritiſſimos Satyræ ſcriptores enumerat. Ejus verba lib. 10. cap. 1. hæc ſunt. *Alterum illud eſt & prius Satyræ genus, quod non ſolâ carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hic libros & doctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum noſtrarumque, plus tamen ſcientiæ collaturus quam eloquentiæ.* Vide Auguſt. de C. D. lib. 6. cap. 2. Unicum de illo teſtimonium impræſentiarum adferam, idque ex M. Tullio Cicerone Acad. Qu. lib. 1. *Tum ego, ſunt, inquam, iſta Varro. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt: ut poſſemus aliquando, qui, & ubi eſſemus, agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum munera, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti: plurimumque poetis noſtris, omninoque Latinis & literis luminis attuliſti, & verbis: atque ipſe varium & elegans omni fere numero poema feciſti: philoſophiamque multis locis inchoaſti, ad impellendum ſatis, ad docendum parum.* Fuit & alter *Varro*, de quo in dictione *Terentius*.

Varro Atacinus, Poeta Romanus, ſcripſit libros quatuor Argonauticon: in quibus Apollonium Rhodium ita expreſſit, ut alieni operis non aſpernandus interpres fuiſſe Quintiliano viſus ſit. Prop. 2. ult.

Hæc quoque profecto ludebat Jaſone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ.

Ovid. Triſt. 2.

Is quoque Phaſiacas Argon qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere ſuæ.

Idem. 1. de Arte Am.

Varronem, primamque ratem quæ neſciet ætas,
Aureaque Æſonio terga petita duci.

Idem lib. 2.

Dictaque Varroni fulvis inſignia villis
Vellera, germanæ Phryxe querenda tuæ.

Statius in Genethliaco Lucani:

Et qui per freta dixit Argonautas,

Præterea vero belli Sequanici libros carmine conſcripſit. Item Europam. Vide Voſſ. de Hiſt. Lat. 1. 16. Verſus ejus in Chorographiâ (quos Diomedes, lib. ult. tribuit Pacuvio & citat mendoſiſſimè) hi ſunt:

Omnivomo Oceano Hyperion fulgurat Euro:
Arctæo plauſtro Boreas bacchatur ab Æmo:
Heſperio Zephyro ſed Orion volvitur Iſtro;
Fulvo acrique Noto vaga Cynthia proruit Afro.

Varus Quintilius, Gall. Ciſalpinæ præfectus, fuit ſub Auguſto, cujus auxilio Virgilius amiſſos agros recuperavit: cujus beneficii memor Poeta 6. Eclog. illum miris laudibus in cœlum extollit. Hic poſtea Germanico exercitui præfectus, dum fœderibus nuper initis plus ſatis confidit, & à belli cogitatione ad jus dicendum ſe convertit, repentè ab Arminio circumventus cum 3. legg. obtruncatur. Mortem ejus deflet Horatius, lib. 1. Carm.

Vatinius, cum eſſet dignitati Ciceronis ſemper adverſus ita poſtea prævaluit amicitiâ ejus, ut duo judiciis publicis ab eo ſit defenſus. Val. Max. *Vatinius* (inquit Seneca) *aſſiduo convitio depudere didicerat.* Locus eſt lib. de Conſt. Sap. *Vatinium, hominem natum* & ad riſum & ad odium, ſcurram fuiſſe venuſtum ac dicacem, memoriæ proditum eſt. In pedes ſuos ipſe plurima dicebat, & in fauces conciſas: Sic inimicorum, quos plures habebat quam morbos, & in primis Ciceronis urbanitatem effugit, &c. In tantum autem odium pop. Rom. pervenerat, jam detectis illius vitiis, ut in proverbium ceſſerit *odium Vatinianum.* Catullus ad Calvum:

Ni te plus oculis meis amarem
Jucundiſſime Calve, munere iſto
Odiſſem te odio Vatiniano.

Vatinius, ſutor quidam, qui è calice vili atque deformi vitreo bibit, qui quatuor roſtra, inſtar naſorum protenſa habuit. Juv. Sat. 5.

Tu Beneventani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quatuor.——

Hujus mem. Tac. lib. 15. De illo quoque ſic Martialis:

Vilia ſutoris calices monumenta Vatini
Accipe, ſed naſus longior ille fuit.

Hinc magna vaſa, vilia, & lignea, *Vatiniana* dicuntur. Idem Martialis:

Quæ ſulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum.

Ucalegon, unus ex Trojanis proceribus, qui belli tempore, quòd annis confectus eſſet, prælio abſtinuit, ut refert Hom. Iliad. 13. Idem de illo & Antenore Il. 3.

Οὐκαλέγων τ' ἠδ' Ἀντήνωρ, πεπνυμένω ἄμφω,
Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι,
Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταὶ
Ἐσθλοὶ, τεθήκασιν ἐοικότες, ὅσσε τε καθ' ὕλην
Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι, ὁπὶ λιγὺ βεβάασιν ἀηδών.

Virg. Æn. 2.

——*Jam proximus ardet Ucalegon.*

Id eſt, Ucalegonis domus. Inde Juvenalis Sat. 3.

Vivendum eſt illic ubi nulla incendia, nulli
Nocte metus, jam poſcit aquam, jam frivola tranſfert
Ucalegon, tabulata tibi jam tertia fumant.

Ubi ponitur pro cive quovis.

Vectius Valens, medicus. *Titinius* Qu. Sereno Sammonico dictus:

Talia præcepit Titini ſententia Vecti.

Fuit autem Meſſalinæ non ſolum medicus ſed etiam adulter. Vide Tac. Annal. 11.

Vedius, nonnulli Vejovem eundem cum Vedio putarunt: qui malum numen; & cui nocendi poteſtas, non juvandi. Mart. Capella. lib. 2. de Nupt. Philolog. *In eo perenni ſtrepitu colliditur animarum, quos Vedius adjudicarit, impietas.* Id eſt *Pluton*; quem etiam *Ditem*, *Vejovemque* dixere. Papias Vocabuliſta: *Vedius: Pluto vel Orcus, i. e. malus Divus.*

Vedius Pollio, eques Rom. Auguſti amicus, & multum apud illum potens, murænarum vivariis ſervos damnatos immergere ſolebat. Accidit autem aliquando, ut cum Auguſtus apud ipſum cœnaret, unus è ſervis calicem cryſtallinum frangeret. Ex quo rapi eum ad mortem & murænis objici Vedius juſſit. Puer ad Cæſaris pedes fugit, non mortem quidem deprecans, ſed ne piſcium eſca fieret. Ibi motus novitate crudelitatis Cæſar, & puerum dimitti, & cryſtallina protinus omnia perfringi, piſcinamque compleri juſſit. Sen. Plin. & alii. Crudelitatis quoque Vedianæ Tertull. mem. ſib. de Pallio.

Vegetius, ſcripſit de re militari ad Valentinianum Principem libros quatuor, quos poſt omnes omnium editiones ope veterum librorum correctos unà cum notis ſuis edidit Godeſcalcus Stewechius Lug. Bat. An. Dom. 1592.

Vegetius, Mulomedicinæ quatuor libros ſcripſit, quos A. D. 1528. Jac. Faber ex uno ſolum codice edidit; ſed cum variis codicibus poſtea contulit, multiſque partibus emendatiores in lucem emiſit. Jo. Sambucus Pannonius A. D. 1674.

Vejovis, apud Rom. inter ſiniſtra, ſeu noxia numina habebatur, quem non auxilii alicujus ſpe venerabantur, ſed ideo tantum, ne quid ipſe noxæ inferret. Ejus mem. Ovid. Faſt. 3.

Vis ea ſi verbi eſt, cur non ego Vejovis ædem
Ædem non magni ſuſpicer eſſe Jovis?

Vide Gell. 5. 12.

Venilia, Nympha, uxor Fauni, & ſoror Amatæ Latini regis conjugis, mater autem Turni. Virg. Æn. 10.

Indignum eſt Italos Trojam circumdare flammis
Naſcentem, & patriâ Turnum conſiſtere terrâ,
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater.

Venilia Canentem filiam Jano peperit in Palatino monte. Ovid. Met. lib. penultimo. Ubi de Pico:

——*Spretis tamen omnibus unam*
Ille fovet nympham, quam quondam in colle Palati
Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Jano.

Ubi Farnabius: *Bifronti, bicipiti.* Heinſius vero legit *Ionio*; & lectionem iſtam omnino probam eſſe aſſerit. Nam *Perrhæbum* Janum faciunt Plutarchus in Quæſt. Romanis, & Athenæus, lib. 15. qui tractus mari Ionio vicinus, ut Ionium Jano in Italiam contendenti ſuperandum fuerit. Item acceſſus maris. Varro: *Venilia, unda quæ ad littus venit: Salacia, unda quæ ad Salum redit.* Quibus nominibus incrementa maris reciproca & decrementa quotidiana deſignabant Romani. Vide Scaligerum Append. ad Conjectan. Varron. pag. 181.

Venulus, unus ex Latinorum proceribus qui in magnam Græciam legatus miſſus, ut Diomedem in belli ſocietatem aſciſceret, re infectâ rediit. Virg. Æn. 8.

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem
Qui petat auxilium, & doceat quæ cauſa petendi.

Venus,

Venus, ab antiquis amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatumque omnium habita eſt Dea: ita dicta à *veniendo*, quod ad omnes res *veniat*, ut auctor eſt Cic. lib. 2. de N. D. Hanc poetæ ex ſpumâ maris & Cœli teſticulis natam fabulantur, à Saturno exciſis & in mare projectis, unde & ἀπὸ τῆς ἀφρῦ, h.e. *à maris ſpumâ*, *Aphroditem* appellarunt. Ovid.

——*Venus orta mari mare præſtat eunti.*

Muſæus:

Αἰγώνεις ὅτι Κύπρις ἀπόπτερός ὄζι θαλάσσης,
Καὶ κρατέει πόντοι ϗ ἠμετέρων ὀδυνάων.

Fertur in conchâ margaritarum feraci fuiſſe concepta, in quâ etiam navigavit in Cyprum, quare cum de formosâ muliere loqueretur Venus apud Papinium, illam dignam eſſe inquit, quæ ſua eſſet ſoror, & in eâdem conchâ navigaret.

Hæc & cæruleis mecum conſurgere digna,
Fluctibus, & noſtrâ potuit conſidere conchâ.

Porro quatuor Venerum mem. Cicero lib. 3. de N. D. *Venus*, inquit, *prima Cœlo & Die nata: cujus Elide templum vidimus. Altera ſpumâ procreata, ex quâ & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus. Tertia Jove nata & Dione, quæ nupſit Vulcano, ſed ex eâ & Marte natus Anteros dicitur. Quare Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt.* Hæc ille: Pauſanias vero in Bœoticis tres *Veneres* fuiſſe ſcribit, quarum una *Cæleſtis*, altera *Popularis*, tertia *Apoſtraphia* dicta eſt. At Plato in convivio duas eſſe Veneres, & duas Cupidines inquit in his: Πάντες γὰ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ ἔρωτος Ἀφροδίτη, ταύτης ϗ μιᾶς μὲ ὔσης, εἷς ἂν ἦν Ἔρως. Ἐπεὶ ϗ δύο ἦσαν, δύο ἀνάγκη ϗ Ἔρωτε εἶναι. Πῶς ϗ οὐ δύο τὰ θεά, ἡ μὲν γέ που πρεσβυτέρα, ϗ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν ϗ ϗ Οὐρανίαν ἐπονομάζομεν, ἡ ϗ νεωτέρα, Διὸς ϗ Διώνης, ἣν ϗ Πάνδημον καλοῦμεν. Vide ſis plura apud Nat. Com. lib. 4. cap. 13. Eſt item *Venus* una errantium ſtellarum inter Solis & Mercurii ſphæras ſita, quæ φωσφόρος Græcè, *Lucifer* Latinè dicitur, ſcilicet cum Solem antegreditur: cum autem eundem ſubſequitur, *Heſperus* & *Veſper*, & *Veſperugo*. Venus aliquando pro *amaſiâ*. Plaut. Curcul. 1. 3. *Tun' meam Venerem vituperas?* Idem in Pœnulo 1. 2. *Hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet poſthæc propitia.* Lucret. lib. 4.

——*Nec Veneres noſtras hoc fallit,*

Id eſt:

Nec hoc ignorant noſtræ puellæ.

Virgil. Eclog. 3.

Parta meæ Veneri ſunt munera.

Nomen ejus quod attinet; *Suaviter*, inquit Seldenus, de Diis Syris, forſan iis inſanire videret, qui has literas, & quicquid non eſt ultro obvium oſcitantibus, nimium temnunt, ſi *Veneris* nomen à בנות *benoth* in Succoth Benoth peterem. Nemo tamen eſt qui neſcit facillimam & frequentiſſimam eſſeele menti B.in V.migrationem. Quod ſi T finale per S, ut Judæi hodierni, pronuncies, tum *Venos* in *Benoth* expreſſiſſimum habes: Et *Binos* Græcâ pronuntiatione eſt *Venus* noſtrâ. Sane Suidas: Βίνθ, ὄνομα θεᾶς. Etiam VENOS GEN. pro *Venere Genetrice* legitur in Nummis Juliæ Auguſtæ Septimii Severi uxoris, ſi fides Adolpho Occoni, cujus Numiſmata conſulas pag. 366. Ita *Benoth* ipſum etiam Numen denotabat, & *Succoth* tabernacula, ſeu ædes ejuſdem. Vide plura apud ipſum authorem Synt. 2. cap. 7. *Venus à veniendo* dicta putatur Ciceroni, lib. 2. de N. D. quem ſequitur Arnobius lib. 3. *Quòd*, inquit, *ad cunctos veniat, Venerem cognominatam.* Vide ſis Fungerum in *Venus*, & Voſſium in *Venuſtus*. Divam hanc blandam ac ſuavem Rerum Naturæ præſidere facit Epicureus Poeta Lucretius, ſemotis illis turbidis & vecordibus divis, quorum in tranquilliſſimâ rerum propagatione gubernatione nullum eſt officium; Sic enim ille initio operis:

Æneadum genetrix, hominum Divumque Voluptas
Alma Venus, cœli ſubter labentia Signa,
Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras, per te quoniam genus omne animantum
Concipitur, viſitque exortum lumina Solis:
Te dea, te fugiunt venti, te nubila cœli
Adventumque tuum, tibi ſuaves Dædala tellus
Submittit flores, tibi rident æquora ponti,
Pacatumque nitet diffuſo lumine cœlum.
Nam ſimul ac ſpecies patefacta eſt verna diei
Et reſerata viget genitalis aura Favoni;
Aeriæ primum volucres te Diva tuumque
Signant iniſ'um, perculſæ corda tuâ vi:
Inde feræ pecudes perſultant pabula læta
Et rapidos tranant amnes; ita capta lepore
Illecebriſque tuis omnis natura animantum
Te ſequitur cupide, quo quamque inducere pergis.
Denique per maria ac montes fluvioſque rapaces
Frondiferaſque domos avium, campoſque virentes
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem
Efficis, ut cupidè generatim ſecla propagent.

Quos verſus enarrat Caſp. Barthius πολυϗαφώτατος Animadverſionibus ad Stat. Theb. 5. pag. 77. quem ſis conſule. Porro Veneris jugales *olores* facit Silius Italicus, lib. 7.

Tum matris currus niveos agitabat olores
Tempora ſollicitus litis ſervaſſe Cupido.

Statius quoque, uti videre eſt in his:

——*Thalamique egreſſa ſuperbum*
Limen Amyclæos ad fræna citavit olores.

Ovid. Met. 10.

——*Junctiſque per aera cygnis*
Carpit iter.——

Statius iterum Sylv. 3.

——*Molles agitat Venus aurea cygnos.*

Verum Ovidius, Met. 15. *columbas* Veneris currui ſubjugat:

Perque leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laurens.——

Mart. lib. 8.

Spartanus tibi cedit olor Paphiæque columbæ.

Claud. Epithalamio:

Florea purpureos annectunt fræna columbas.

Quid quod Ælianus ποικιλ. 1. 15. Λέγουσι ϗ Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην ἀπὸ ϗ Σικελίας ἀναγωζ, ἀφανῆς ἐν τῷ Χάῳ αἱ πρώτῃ γένοντ), ὡσαύτως τῇ Θεῷ συναποδημῆσαι. Sappho autem Patteres hujus Deæ conjugat:

——Καλοὶ δέ σ' ἄγον ὠκεῖες στρθοί.

C. *Verres*, Quæſtor Cn. Carbonis, deinde legatus ac Proquæſtor Cn. Dolabellæ, utrumque prodidit. Lucullo & Cottâ Conſulibus. Prætor urbanam juriſdictionem obivit, quâ perfunctus Sacerdoti in Sicilia Quæſtor ſucceſſit, eamque non ſuccedente ſibi Arrio per triennium tenuit. Sed libidinosè, avarè, crudeliterque verſatus in provinciâ poſtulatus eſt repetundarum à Siculis. Cicerone verò in gratiam Siculorum accuſationem magnâ vi & arte peragente, quum parum ſubſidii ſibi in Hortenſio eſſe videret, deſperato patrocinio, ſponte in exilium abiit, ubi 26 annis per ſummam quietem traductis, à Triumviris tandem proſcriptus & occiſus eſt. Plin. 34. 2. Propter Corinthia vaſa proſcriptum tradit, quòd iis, viz. Antonio, ſe cedere negaviſſet. Seneca etiam fortiter deceſſiſſe ſcribit ex auctoritate Pollionis. Liberos habuit antequam in exilium abiret filiam nuptam, & filium prætextatum parum pudicum. Vide Cic. in Verrinis, Aſcon. Pedian. & Lact. lib. 2. cap. 4. Juvenalis:

Si fur diſpliceat Verri, ſi homicida Miloni.

Idem:

Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accuſare poteſt.——

Vertumnus, Deus habitus eſt in Latio in omnes ſeſe vertens formas, quemadmodum & de Proteo ſuo commiſcuntur Græci. Hic cum Pomonam Nympham adamaret, in anum ſeſe convertit, hortoſque ejus ingreſſus, multis ei rationibus perſuadere conatus eſt, ut ſibi conjugio jungeretur. Verum cum eâ viâ nihil proficeret, poſitâ anûs perſonâ in juvenilem rediit formam: cujus pulchritudinem admirata Nympha, vim jam inferenti Deo non admodum ſe præbuit moleſtam. Quâ de re vide Ovid. Met. 14. Acron in Horat. lib. 2. Serm. Sat. 7.

Jam mœchus Romæ, jam mallet doctus Athenis
Vivere, Vertumnis quotquot ſunt natus iniquis.

Vertumnum ait eſſe Deum humanarum cogitationum præſidem: ideoque multiformem fingi & inconſtantem, quemadmodum & illæ variæ ſunt & mutabiles. *Iniquo*, autem *Vertumno natos eſſe* interpretatur, qui cogitationes ſuas regere non poſſunt. Tib. Donatus Vertunum dicendum exiſtimat, quemadmodum & Portunum; quem ideirco coli arbitratur ut res inſtitutæ, ad quem deſtinatæ ſunt, ad finem perducantur. Non deſunt qui *Vertumnum* dictum putent, quòd lacum Curtium in Tiberim *averterit*. Quam opinionem tangit & Ovid. lib. 6. Faſt.

Curtius ille lacus ſiccas qui ſuſtinet aras
Nunc ſolida eſt tellus, ſed lacus ante fuit.
Nondum conveniens diverſis ille figuris
Nomen ab averſo ceperat amne Deus.

Hujus feſta dicta ſunt *Vertumnalia*, quæ menſe Octobri celebrabantur. Prop. 4. 2.

Vertumnus verſo dicor ab amne Deus.

Subdit aliud etymon in ſequentibus:

Seu quia vertentis fructum percepimus anni
Vertumni rurſus credimus eſſe ſacrum.

Inter Semones deos Vertumnum numerat Fulgentius de priſco ſerm. in *Semones*. Tibullus:

Talis in æterno felix Vertumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Horat. Ep. ult. lib. 1.

Vertumnum Janumque liber ſpectare videris.

Vertumnum etiam Latini dicerent defultorem à *vertendis* & mutandis, vel alterandis equis. Propertius ubi ſupra:

Eſt etiam auriga ſpecies Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Veſpaſianus, victo Vitellio, Rom. Imperio potitus eſt, cujus vitam habes apud Suetonium, & Euſebium, lib. 3. cap. 3.

Veſper, vide *Venus*.

Veſta, Saturni filia ex Ope; quanquam à Poetis non rarò pro terrâ ſumitur, ſive quòd omnibus terrâ *veſtiatur*, ſive quod *vi ſua ſtet*. Ovid. lib. 6. Faſt.

Stat vi Terra ſuâ; vi ſtando Veſta vocatur.

Non deſunt qui ἀπὸ τῆ ἑστίας, nomen hoc deducunt, inter quos eſt Tullius, lib. 1. de N. D. Veterum nonnulli dixere *Veſtam* appellatam, quòd *Veſtiatur herbis*, & eandem voluere cum Terrâ, cum Proſerpinâ, cum Magnâ Matre. D. Auguſt. de C.D. lib. 7. cap. 24. Sacra ejus Lemuralia vocabantur, quæ noctu fiebant. Gloſſæ: *Lemuralia*, ἑορτὴ τῆ Ἑστίας. Sunt qui legunt τῆ Ἄκκας, ſive τῆ Ἀῆλίας. Sed nihil mutandum ſuadet Zoſimi locus lib. 4. de Valentiniano: Ἐπεὶ ἦ κὴ νόμων εἰσφορεῖς ἐγκάκει πολίταις, ἀφ' Ἑστίας ἄσαις ἀρξάμενοι τὰς νυκτερινὰς ἀπάλυε θυσίας ἐπιτελῶσι. Interdum ponitur pro igne. Ovidius:

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Jure igitur virgo eſt quæ ſemina nulla remittit.

Veteres autem fuiſſe duas Veſtas affirmabant: unam Saturni matrem, alteram ejus filiam. Ovid. ubi ſupra:

Ex Ope Junonem memorant, Cereremque creatas;
Semine Saturni tertia Veſta fuit.

Heſiod in Theog.

Ῥείη δ' αὖ Δημητρα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα
Ἑστίη, Δήμητρα καὶ Ἥρη χρυσοπέδιλον.

Et Orpheus:

Ἑστία ἐυθυνάτοιο Κρόνε θύγατερ βασίλεια.

Confundunt tamen has Poetæ, alteram pro alterâ ponentes. Id tamen obſervandum eſt: Cum Veſtam pro terrâ accipiunt, de matre Saturni eſſe intelligendum: quando verò virginem nominant, de filiâ ejus eſſe intelligendum, quam ignem eſſe voluere. Quæ ſi propriè referatur ad aras, & focos publicos, valde eſt veriſimile, cum pleraque omnia vocabula ſacra ſint ab Oriente, etiam *Veſtam*, ſive Ἑστίαν eſſe ab אש *eſh*, i. e. *ignis*, & יה uno ex Dei nominibus, ut χὴ λάξιν ſonet *ignis Deus*. Ideoque propriè ſymbolum potius Numinis, quam Numen ipſum ſonet. Hanc unam ex Diis Penatibus eſſe volunt, quos Æneas in Italiam advexit. Virgil. Æn. 2.

Sic ait & manibus vittas, Veſtamque potentem
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Cui ſententiæ non obſcurè adſtipulatur & Livius, cum Veſtæ ſacra vetuſtiſſima eſſe aſſerit, & ab Albanis accepta, à Numâ autem Pompilio primum Romæ inſtituta, multiſque ceremoniis venerabiliora effecta. Primum enim ille ſacerdotes ei creavit, ſtipendioque publico donavit, perpetuâque virginitate frui eas lege juſſit. Quarum potiſſimum cura erat, ut ignem perpetuum conſervarent; qui ſi forte per negligentiam fuiſſet extinctus, nequaquam alio ex igne reparare fas erat, ſed accensâ per fomites ex Sole flammâ purus & cœleſtis ignis eliciebatur. Porro virgo Veſtalis legebatur intra annum 16. ſuæ ætatis, 30. vero annos oportebat eam manere virginem, poſtea nubere licebat. Quod ſi interim fortè ſtuprum commiſiſſet, viva defodiebatur. Unde Juven.

——*Cum quo nuper vitiata jacebat*
Sanguine adhuc vivo terram ſubitura ſacerdos.

Silius, lib. 13.

Nec par pœna tamen ſceleri ſacraria Veſtæ
Polluit exutâ ſibi virginitate ſacerdos.

His ſacerdotibus Theatrum ingredi licuit, locuſque ſeorſim à cæteris iis ſepoſitus, idque è regione Prætoris. Sueton. Aug. c. 64. *Solis virginibus* Veſtalibus locum in Theatro ſeparatum & contra Prætoris tribunal dedit. Tac. An. 4. utque gliſceret dignatio ſacerdotum, atque ipſis promptior animus foret ad capeſſendas cæremonias, decretum Corneliæ Virgini, quæ in locum Scantiæ capiebatur, LL. S. XX. & quotiens Auguſta Theatrum introiſſet, ut ſedes inter Veſtalium conſideret. Vide Voſſ. de Idol. lib. 2. cap. 65. & Lipſ. Syntag. de Veſta & Virginibus Veſtalibus.

Vetronius Thurinus, quòd iis, qui aliquid ab Alexandro Imp. peterent, patrocinium & operam ſuam vendidiſſet, multa interim mentitus, alligatus ſtipiti, ſubjecto igne & humida materia, fumo extinctus eſt, adjecto elogio: *Fumo punitur qui fumum vendidit.* Lampridius. Aliis *Voconius* dicitur.

Vibius Fronto, præfectus equitum. Tacit. Annal. 2. Vide ad eum Lud. D' Orleans, pag. 295.

Vibius Virius, author Campaniæ defectionis à Romanis ad Annibalem. Is mortem ſibi conſcivit ante deditionem, & multis civibus Senatoribus, ut idem quoque facerent, perſuaſit. Vide Livium, apud quem orationem Vibii legas, lib. 6. dec. 3.

Vica Poca, vel *Pota*. Seneca in Ludo: *Dieſpiter Vicæ Potæ filius.* Ubi Nic. Faber: Hujus Vicæ Potæ, ſive Dei, ſive Deæ, ut Numen obſoletum, ita apud auctores obliteratum pænè nomen eſt. Primum id corruptum latere apud Ciceronem lib. 2. de Leg. itemque apud Liv. & Plut. me docuit —Herricus Memmius, Ciceronis locus ita vulgò habetur: *Quod ſi fingenda ſunt nomina, vice poetæ & potius vincendi, potiundique*, &c. Manuſcripta vero ſic exhibent, *Quod ſi fingenda ſunt*, nomina, Vicæ Potæ potius vincendi, potiundique, &c. Livius etiam lib. 2. de domo Publicolæ loquens ſcribit: *Delata confeſtim materia infra Veliam eſt, ubi nunc Vicæ Potæ eſt.* Plut. in Publicolâ de eâdem re: Κατεσκάσαν οἰκίαν ἐκείνης μετεωροτέραν ὅπου νῦν ἱερόν ἐστιν Οὐικῆς Ποτῆς ὀνομαζόμενον. Vulgo legitur apud Liv. *Ubi nunc vicus publicus eſt*, & apud Plut. ὅπου νῦν ἱερόν ἐστιν εἶκος πολίτ῀ ὀνομαζόμενον. Malo ſane exemplo, contra veteres & rationem. Templum enim nominari *vicum publicum* abſurdum eſt; & ut Romæ fuerit vicus publicus is tamen non templum erat, ne infra Veliam aut in foro Romano viii. Urbis regione: ſed in vi. quæ *alta ſemita* dicta eſt. Vide ſis quæ ſequuntur.

S. Aurelius Victor, qui beneficio Cl. Viri Andreæ Schotti, prodiit in lucem, ætate vixit Conſtantii & Juliani Impp. De quo, aliiſque ejuſdem nominis viris vide Voſſium de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 8.

Victoria, Dea quam vetuſtas pennatam & aligeram pinxit, ut è cœlo devolantem ad eos quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet. Auſonius:

Tu quoque ab æthereo præpes Victoria lapſu.

Prudentius:

Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicat, & multis ſurgit formata talentis.

Vindemiator, ſidus quod tertio Nonas Martii apparet. Plin. 18. 31. *Cæſari & Aſſyriæ ſtella quæ Vindemiator appellatur* XI *Cal. Sept. mane exoriri incipit, vindemiæ maturitatem promittens.* Dicitur & *Vindemitor*. Ovid. Faſt. 3.

Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes,
Mergetur, viſus effugietque tuos:
At non effugiet Vindemitor.

Virbius, idem qui & *Hippolytus*, Theſei & Hippolytæ Amazonis fil. qui cum à Phædrâ novercâ per calumniam apud patrem delatus eſſet, quòd ipſi ſtuprum inferre voluiſſet, patris iram veritus, conſcenſo curru fugam arripuit: cumq; juxta maris litus perveniſſet, incuſſo à Neptuno pavore, equi conſternati implicatum habenis Hippolytum dilaniarunt. Cujus vicem miſerata Diana, Æſculapii opere ad vitam eum revocavit, & in Aricino nemore collocatum pro *Hippolyto*, *Virbium* appellavit, quaſi *bis virum*. Ovidius, Met. 15.

Tum mihi, ne præſens augerem muneris hujus
Invidiam, denſas objecit Cynthia nubes;
Utque forem tutus, poſſemque impune videri,
Addidit ætatem, nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi, Cretamque diu dubitavit habendam
Traderet, an Delon; Delo, Cretaque relictis
Hic poſuit, nomenque ſimul, quod poſſit equorum
Admonuiſſe, jubet deponere: quique fuiſti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius eſto.

Virdomarus, vel *Viridomarus*, Gallorum Dux, à Marcello cæſus. Epitome Livii: *M. Claud. Marcellus Coſ. occiſo Inſubrium Gallorum duce, opima ſpolia retulit.* Vide Paſſerat. in illud Prop. lib. 4. El penult:

Virdomari, genus hic Roma jactabat ab ipſo.

P. Virgilius Maro, Mantuanus, poetarum Latinorum facilè princeps. Nomen ejus quod attinet, Calvus, vetus poeta:

Et vates cui virga dedit memorabile nomen.

Aldus vero Manutius negat hoc proprium poetæ nomen fuiſſe: ſed ortum ait ex *Virgilia* familiâ; omneſque majores ejus *Virgilios* fuiſſe. Βιργίλι῀ Græcè ſcribitur apud Steph. in Μάντυα. Alii à *virginali* facie, vel modeſtiâ; unde & *Parthenias* dicebatur. Vide Pier. in 4. Georg. Nomen cum E ſcribunt Cælius Rhod. lib. 7. cap. 4. Polit. lib. 5. ep. & Miſcell. cap. 77. Elogia Virgilii pete ex Lud. de la Cerdâ, Scaligero, &c. de quo nos alibi plura.

Polyd.

Polyd. *Virgilius* Urbinas, Rom. Pontificis in Anglia Quæſtor, & Wellenſis Archidiaconus; Egit de rerum Inventoribus libris 8. ac An. 1576. Londini librum de prodigiis emiſit in lucem. Edidit poſtea quoque hiſtoriam Anglicanam quem Hen. 8. dedicavit. An. 1532. Fidem ejus in dubium vocat P. Jovius. Hen. autem Savilius præfat. in rerum Anglicanarum ſcriptores: *Polydorus* (ait) *ut homo Italus & in rebus noſtris hoſpes, & quod caput eſt, neque in Rep. verſatus, nec magni alioqui vel judicii vel ingenii, pauca ex multis delibans, & falſa plerumque pro veris amplexus, hiſtoriam nobis reliquit cùm cætera mendoſam, tum exiliter ſane, & jejune conſcriptam.*

Virginia, L. Virginii Centurionis filia, quam ſtupro deſtinatum ab Ap. Decemviro pater in medio foro occidere maluit, quàm pati, ut in fœdam ſervitutem abduceretur. Sil. lib. 13.

——*Virginia juxta*
Cerne cruentato vulnus ſub pectore ſervat
Triſtia defenſi ferro monumenta pudoris,
Et patriam laudat miſerando in vulnere dextram.

Qui mox adſcitis militibus Decemvirorum ſuperbam dominationem oppreſſit. Liv. Juv. Sat. 10.

——*Cuperet Rutilæ Virginia gibbum*
Accipere atque ſuam Rutilæ dare.

Viriatus, vel *Viriathus*, Luſitanus, primùm in Hiſp. è paſtore venator, è venatore latro, mox juſti exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit. M. Ventidium Prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit. Poſt Cn. Plancius prætor nihilo felicius rem cum eo geſſit; tantumque terrorem hoſtibus is intulit, ut adverſus eum conſulari opus eſſet duce & exercitu. Denique vero à proditoribus, conſilio Cepionis, interemptus eſt, & ab exercitu multum deploratus, tumulatuſque nobiliſſimè. Authores Livius & Florus.

Virtus, apud Rom. pro Deâ colebatur; & huic ædem vovit M. Marcellus primo ſuo conſulatu, quam etiam ejus fil. ad portam Capenam dedicavit. Liv. Plut. Alteram C. Marius ſummiſſiorem extruxit, ne publicis auſpiciis forte officeret, & eam ideo Augures demoliri juberent. Hujus templum ita conjunctum fuit cum Honoris æde, ut in hanc non niſi per illud pateret aditus, ut ſignificarent veram, unicamque parandi honoris viam eſſe virtutem. Varias etiam finxerunt Virtutis imagines: nunc enim eam matronali habitu honeſto inaffectoque formabant, nunc quadrato ſaxo inſidentem: aliquoties mulierem columnæ lævo nixam cubito, dextrâ colubrum tenentem. Maſcula Virtus ſub imagine ſenis barbati, nudi, ſtantis, clavæ innitentis, cum leoninâ pelle brachio advolutâ.

M. *Vitruvius* Pollio, parentum curâ liberalibus diſciplinis ab ineunte ætate fuit inſtitutus, encyclopædiamque abſolvit, quod ipſe fatetur in libri Sexti proœmio. Julio Cæſari fuit non ignotus, poſt cujus obitum ab Octaviâ fratri Auguſto commendatus, apparationi baliſtarum, ſcorpionum, cæterorumque tormentorum præfectus eſt, annuo ei reditu, quoad viveret conſtituto. Quâ munificentiâ excitatus, omnem ædificandi rationem Auguſto ſcripſit, quam 10. libris complexum ſe eſſe ſub finem operis teſtatur. Ingenii, feliciſque fuiſſe ingenii, libri 7. 9. & 10. argumento eſſe queant. Philander.

Vitunus, antiquorum Deus, qui videbatur *vitam* largiri, uti *Sentinus*, *ſenſum*.

Ulpianus, Juriſconſultus, Adriani temporibus, ſcriniorum magiſter, Tyrius fuit. Is utitur autoritate Pomponii in libris Pandectarum; qui cum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus eſt, ut notat Raphael Volaterranus.

Ulpianus, Arabica ſcripſit. Steph. Sed quis ſit iſte Ulpianus, haud facile dictu eſt. Nam & fuit ejus nominis Antiochenus Sophiſta, qui Conſtantini Imp. temporibus vixit: & alter Emiſenus; & alius Gazæus, & præterea Iſidori frater; quos 4. Suidas refert. Ut de Ulpiano Tyrio, uno ex collocutoribus Athenæi, & de Domitio Ulpiano J. C. nihil dicam. Voſſius.

Ulyſſes, rex Ithacæ & Dulichii inſularum, filius Laertæ & Anticleæ, quanquam non deſunt, qui ex Siſypho conceptum velint, qui Anticleæ cum ad Laertæ nuptias duceretur, vim ei dicitur obtuliſſe. Unde Ajax apud Ovidium, Met. 13.

——*Quid ſanguine cretus*
Siſyphio, furtiſque, & fraude ſimillimus illi
Inſeris Æacidis alienæ nomina genti?

Fingitur a b Homero vir multâ prædictus facundiâ, nec minore experientia, vafer conſilio, egregius bello, laborum patientiſſimus. Odyſ. 1.

Μῶσά μοι ἔννεπε ἄνδρα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλ ἐγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον, ἔπερσε
Πολ λῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Quos verſus ità Latinè reddidit Horatius.

Dic mihi muſa virum captæ poſt tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

Idem alibi Ep. 1. 2. ubi de Homero:

Rurſus quid virtus, & quid ſapientia poſſit
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem.
Qui domitor Trojæ multorum providus, urbes
Et mores hominum inſpexit, latumque per æquor
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpera multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis.

Sinon vero apud Virg. Æn. 2. *pellacem* eum vocat, Ajax, apud Sophoclem ὄργανον ἀπάντων κακῶν, Κακοπηδότατον, ἄλημα σφατῦ. Hecuba apud Euripidem in Troadibus virum μυσαρὸν κ) δόλιον, & iterum illi dat δολόπλουν γλῶσσαν. Ovidius fallacem:

Neritiaſque domos, regnum fallacis Ulyſſei.

Apud quem Ajax ei objicit *furtum* & *fraudem* Met. 13. Plato in Hippia minore, afficiens Græcos duces quemque debito elogio, Ulyſſem vocat πολυτροπώτατον i. e. *verſutiſſimum*, quod ab Homero accepit. Horatius, lib. 1. Od. 6. *duplicem* vocat, ſubdolum Seneca, δολομήτιν, δολόεντα, παντοίων δόλων εἰδότα Homerus & Q. Calaber. Σισύφεια λαμπρεὶς Lycophroni dicitur, δολοπλόκος Nonno. Philoſtratus in Heroicis loquens de Palamede dat Ulyſſi ψυχὴν κ) παντὸς τέχνας. Eunapius habet Ὀδυσσειον παιδρίαν, quæ voces omnino referendæ ſunt ad malignitatem, nam idem Philoſtratus illum inducit τὸ κακόηθες ἐπαινέτην. De la Cerda. Audaciam huic Heroi tribuit Tibullus Panegyrico ad Meſſalam:

Ille per ignotas audax erraverit urbes.

Homero etiam θρασὺς Ὀδυσσεὺς dicitur Odyſ. 10. Ovid. Met. 13.

——*Cur hic metuit, cur audet Ulyſſes*
Ire per excubias, & ſe committere nocti?

Apud eundem Ovidium Penelope ad Ulyſſem:

Auſus es à comitum, nimiumque oblite tuorum
Thracia nocturno tangere caſtra dolo.

Scio Ajacem ei timiditatem objicere. Sed arbitro Ovidio his iſta dirimetur, Met. ult:

——*Nec conjux timidi, atque audacis Ulyſſis.*

Fuit ergo Ulyſſes ex eo genere hominum quos Ariſtot. lib. 3. de moribus θρασυδείλους vocat. Uxorem habuit Penelopen, Icarii filiam, ex quâ Telemachum fil. ſuſcepit, eamque tantopere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulaverit, futurum ſperans, ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Junctis itaque duobus diverſi generis animalibus, litus proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Palamedem tamen virum prudentiſſimum latere non potuit, qui, ut technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filium in ſulco objecit: quod Ulyſſes conſpicatus, ne filium læderet, aratrum ſublevavit. Quo argumento facilè deprehenſum eſt, non veram illam, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Verum de hâc re Ciceronem audire operæ pretium fuerit. Sic autem ille lib. 3. de Offic. *Utile videbatur Ulyſſi, ut quidam poetæ Tragici voluerunt: nam apud Homerum optimum auctorem, talis de Ulyſſe nulla ſuſpicio eſt: ſed inſimulant eum tragœdiæ ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe. Non honeſtum conſilium. At utile (ut aliquis fortaſſe dixerit) regnare, & Ithacæ vivere otioſe cum parentibus, cum uxore, cum filio. At quid auditurum putas fuiſſe Ulyſſem, ſi in illâ ſimulatione perſeveraſſet? qui cum maximas res geſſerit in bello, tamen hæc audivit ab Ajace:*

Cujus ipſe princeps jurisjurandi fuit,
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem.
Furere aſſimulavit, ne coiret, inſtitit,
Quod ni Palamedis perſpicax prudentia
Iſtius percepſit malitioſam audaciam,
Fidei ſacratæ jus perpetuo falleret.

Pertractus itaque ad Trojam, ſtrenuam, utiliſſimamque eo in bello Græcis operam navavit. Nam & Achillem, inter Lycomedis regis filias, virginali habitu latitantem, ad bellum perduxit, & ſagittas Herculis à Philoctete impetratas ad Trojam pertulit. Cinerem præterea Laomedontis, qui ſuper Scæâ portâ Ilii ſervabatur, clam ſuſtulit, Palladiumque unà cum Diomede ex Troja, cæſis cuſtodibus, rapuit. Miſſus deinde explorator cum eodem Diomede Rheſum Thraciæ regem, occidit, equoſque ejus abduxit,

——*Priuſquam*
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumque bibiſſent,

Uti loquitur Virgilius. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fatis, ſine quibus eorum urbs expugnari non poterat. Cum Palamede frumentationis causâ graviſſimas municitias exercuit, quem tandem, per calumniam circumventum, lapidibus obruendum curavit. Occiſo Achille, in armorum illius judicio Ajaci prælatus eſt.

——*For-*

—— *Fortisque viri tulit arma disertus.*

Uti loquitur Ovidius. Captâ autem Trojâ, Orsilochum Idomenei Cretensis regis fil. obstantem, ne legitima pars prædæ sibi divideretur, exorta rixa, interemit. Denique Polyxenâ ad Achillis tumulum jugulatâ, atque Astyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, cum navim conscendisset, tanquam in patriam rediturus, gravi exortâ tempestate, primum in Ciconum littus pulsus est. Atque inde rursus solvens simili tempestate ejectus in Africam, ad Lotophagorum gentem pervenit, ubi cum socii lotum gustassent, ægre inde potuerunt avelli. De quo Hom. Odyss. ι.

Οἱ δ' αὖτ' ὀιχόμενοι μίμνῳ ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν,
Οὐ δ' ἄρα Λωτοφάγοι μήδονθ' ὑπάειγισιν ὀλέθρον
Ἡμετέροις, ἀλλὰ σφι δόσ' λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν
Οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.

Ovidius:

Sic nova Dulichio Lotos gustata palato
Illo quo nocuit grata sapore fuit.

Idem:

Nec degustanti lotos amara fuit.

Inde rursus vela faciens in Siciliam delatus est, ubi Polyphemi antrum cum 12. sociis intravit, ex quibus cum Cyclops 6. devorasset, oculum ei eruit præusto stipite, pellibusque arietum involutus cum superstitibus antrum evasit. Hinc in Æoliam navigans ab Æolo ventos in utrem coactos obtinuit. Verum cum jam Ithacæ proximus esset, socii, thesaurum esse credentes, utrem solverunt: quo facto reflantibus ventis denuo in Æoliam repulsus est: sed ab Æolo abactus ad Læstrygonas devenit, quos ob immanitatem fugiens, ad Circen pervenit, quæ cum exploratores ejus in belluas mutasset, ipse sumpto à Mercurio pharmaco, accessit impavidus, & stricto gladio eum coegit, ut socios pristinæ formæ restitueret: quod cum fecisset, ejus deinceps consuetudine usus per totum annum, suscepit ex eâ Telegonum filium. Hesiodus vero *Agrium* & *Latinum* ex Circe genuisse dicit, vers. 1011.

Κίρκη δ' Ἠελίου θυγάτηρ Τηλεπύλοιο
Γείνατ' Ὀδυσσῆϊ παλαίφρονι ἐν φιλότητι
Ἄγριον, ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τ' κρατερόν τε.

Ægrè deinde ab eâ dimissus ad Oceanum pervenit, unde peractis sacris ad inferos descendit, ibique de Anticleâ matre, & Elpenore Tiresiâ vate multis de rebus certior factus, revertitur ad Circen: & Elpenorem socium, qui nuper inebriatus de scalis deciderat, honorificâ prosequitur sepulturâ. Post hæc ad insulam Sirenum delatus est, quarum cantus ne audiret, sociis aures cerâ obturavit: se autem ad malum alligari fecit, eaque ratione illarum insidias tutus evasit. Horatius ubi supra:

Sirenum voces & Circes pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub dominâ meretrice fuisset turpis & excors,
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Juvenalis:

— Nam cum pro me Fortuna rogatur,
Affigit ceras illa de nave petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

Festus Avienus de Sirenibus, in Epigram. vet. lib. 4.

Illectos nautas dulci modulamine vocis
Mergebant avidæ fluctibus Ioniis:
Sanguine Sisyphio generatus magnus Ulysses,
Hâc tutos solâ præstitit arte suos.
Illevit cerâ sociorum callidus aures,
Atque suas vinclis præbuit ipse manus.
Transiliit scopulos, & inhospita, littora classis,
Illæ præcipites desiluere freto.

Sen. Ep. 31. Ad summam sapiens eris, si clauseris aures, quibus ceram parum est obdere. Firmiori spissamento opus est, quàm usum in sociis Ulixem ferunt. Illa vox quæ timebatur erat blanda non tamen publica: at hæc quæ timenda est, non ex uno scopulo, sed ex omni terrarum parte circumsonat. Inde Scyllam transiens & Charybdim non sine maximo periculo in Siciliam venit, ad eadem loca, ubi Phaethusa Solis filia cum duabus sororibus greges patris pascebat, à quibus vim omnem abstineri jussit. Sed ipso dormiente, socii fame coacti, suadente etiam Eurylocho, plura ex gregibus animalia mactaverunt: quod scelus postea naufragio luerunt. Hom. Odyss. α. de sociis Ulyssis:

Αὐτὰρ γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο,
Νήπιοι, οἱ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἠελίοιο
Ἤσθιον, αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.

Adeo ut ex omnibus solus sit servatus Ulysses, qui arrepto navis malo novem diebus à vento & undis huc illuc agitatus, tandem ad Ogygiam insulam appulsus à Calypsone Nymphâ susceptus est, septemque annis consuetudine ejus usus, Nausithoum, & Nausinoum filios, ut Hesiodo placet, ex eâ genuit. Post hæc misertus ejus Jupiter Mercurio in Ogygiam misso imperat Deæ, ut Ulyssem missum faciat. Confectâ itaque rate Ulysses rursus mari se committit. Verum cum jam Phæacia in conspectu esset, subito immissa à Neptuno tempestate navim fregit, actumque de eo omnino fuisset, nisi ejus miserta Leucothoe tabulam ei suppeditasset, cui ille innitens, incolumis in Phæacensium portum adnavit, ibidemque quòd nudus esset, inter frondes se occultavit. Verum non multo post à Nausicaâ filiâ Alcinoi repertus, vestes accepit. Deinde Palladis operâ ad Aretem ejusdem Alcinoi conjugem deductus dono navem & socios accepit, qui eum in Ithacam reduxerunt, ubi cum dormientem cum donis depositissent, tandem excitatus à Pallade, ipsius monitu habitum mendici accepit, eoque modo ad subulcos suos pervenit, apud quos Telemachum quoque vidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum ducitur, ubi post multas injurias sibi à procis illatas, tandem ab Euryclea nutrice agnitus, arma ex composito cum filio & duobus subulcis, quibus se indicarat, adversus procos sumens, eos ad unum omnes trucidavit, atque sic Penelopem recepit. Porro cum ex oraculo didicisset, se à filio interemptum iri, in locis abditis vivere decrevit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus patrem suum videre cupiens, Ithacam profectus est, ubi cum incognitus à domo patris prohiberetur, ortâ contentione, patrem incognitum spinâ venenosa Trygonis piscis transfixit. Unde Nicander in Theriacis:

—— Λόγος γε μὲν ὥσπερ Ὀδυσῆος
Ἔφθιτο, λιγυαλέοιο πεσὼν ὑπὸ κέντρον.

Loquitur de Trygone. Ubi Schol. τρυγὼν θαλασσίου ζώου θηρίον φονδυκόν. Mythologiam ejus habes apud Nat. Com. lib. 9. cap. 1. Labores ejus breviter descripsit Tibullus lib. 4. ad Messalam, ubi de Ulysse:

Ille per ignotas audax erraverit urbes,
Quà maris extremis tellus includitur undis.
Nam Ciconumque manus adversis reppulit armis;
Non valuit Cyclops captos avertere cursus:
Cessit & Ætnææ Neptunius incola rupis
Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.
Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos;
Incultos adiit Læstrygonas, Antiphatenque,
Mobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda.
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes,
Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis,
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.
Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Sive super terras Phœbus, seu curreret infra.
Vidit ut inferno Plutoni subdita regna
Magna Deum proles levibus discurreret Umbris,
Præteritque citâ Sirenum littora puppi.
Illum inter geminæ nantem confinia mortis
Nec Scyllæ sævo conterruit impetus ore,
Cum canibus rapidas inter freta serperet undas,
Nec violenta suo consumpsit more Charybdis.
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.
Non violata vagi sileantur pascua Solis,
Non amor, & fœcunda Atlantidos arva Calypsus,
Finis & errorum misero Phæacia tellus.

Breviùs autem Propertius 3. 12. hoc pacto:

Postumus alter erit mirandâ conjuge Ulysses,
Non illi longæ tot nocuere moræ. (Calpe,
Castra decem annorum, & Ciconum mons, Ismara,
Exustæque tuæ mox, Polypheme, genæ.
Et Circæ fraudes, lotosque, herbæque tenaces,
Scyllaque & alternâ scissa Charybdis aquâ.
Lampeties Ithacis verubus mugisse juvencos
(Paverat hos Phœbo filia Lampetie)
Et thalamum Æææ flentis fugisse puellæ,
Totque hyemis noctes, totque natasse dies:
Nigranteque domos animarum intrasse silentum
Sirenum surdo remige adisse lacus,
Et veteres arcus leto renovasse procorum
Erroris que sui sic statuisse modum.

Brevissimè novissimùm quidam sic ex Homero:

Diruta Dulichio primum dat Troja laborem,
Mox patria cæsi Cicones tellure recumbunt,
Tertia neglectæ debetur adorea Loto,
Terribilis quartum præbet Polyphemus honorem,
Utribus Æolidæ quinto sunt ordine clausi,
Sæva latrans canibus sextam dat Scylla palæstram,
Septimam neglectis Circes stat gloria philtris,
Octavo visit Stygios discrimine Manes.

Sirenas

Sirenas nonâ ſprevit virtute canentes;
In bobus decima eſt Solis Victoria raptis;
Undecimâ vitreæ linquit penetrate Calypſûs;
Cæditur extremo ſponſorum turba triumpho.

Habebam de Ulyſſis erroribus quædam non vulgata, quæ huc adſcriberem, ſed deterruit me cum Bionis illius antiqui, tum graviſſimi Senecæ objurgatio, quæ ad Lucullum ſcripta eſt epiſt. 88. *Quævis Ulyſſes ubi erraverit potius, quàm efficias, ne nos ſemper erremus.* Non vacat audire, utrum inter Italiam & Siciliam jactatus ſit, an extra notum nobis orbem. Polybius negaverat Ulyſſem ingreſſum Oceanum, quem refutat Strab. lib. 1. Mirum tamen niſi de illis erroribus condigna illa verſu ſuo ſcripſerat Homerus:

Ἴσκε ϝάδε᾽ϝρα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Raphael *Volaterranus* condidit Urbanorum commentariorum libros triginta & octo quos Julio ſecundo Pontifici inſcripſit. Parum magnificè de illo judicat Flor. Sabinus: *Bona eruditorum pars ei defert mediocrem eruditionem, cùm nihil quam aliena, hinc inde in ſua immenſa volumina tranſtulerit: in Græcis vertendis vel puerſiter perſæpe lapſus.* Ex eo tamen pleraque ſua deſumpſit Raviſius Textor. Videtur idem eſſe Raphael ille Rhegius, cujus commentarii extant in Fab. Quinctilianum. *Voſſius.*

Umbricius, aruſpex quidam à Cor. Tacito in Hiſt. 1. memoratus, qui ab extis triſtibus inſtantes inſidias & hoſtem domeſticum Othoni Imp. prædixit.

Volcatius Gallicanus, quintùm conſul, ſcripſit vitas Imperatorum ad Diocletianum. Ejus tantum extat nunc Avidii Caſſii vita.

Volcatius Terentianus, hiſtoriam ſui temporis, i. e. Gordianorum ſcripſit; ac dicit Gordianum Seniorem vultum Cæſaris Auguſti valde retuliſſe. Jul. Capitol.

Volcatius Epidius, grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeii M. & ejus patris; primus Libertinorum qui hiſtoriam ſcripſerit, cum ab optimo quoque ſcribi ſolita ſit, teſte Corn. Nepote. Ludum aperuit, docuitque inter cæteros M. Antonium & Auguſtum.

Volcatius Sedigitus, in lib. de poetis quid ſentiat de his qui comœdias ſcripſerunt, ex aliquot ejus verſibus indicat Agellius lib. 15. cap. 24. Qui ita ſe habent:

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poeta Comico cui deferant.
Eum meo judicio errorem diſſolvam tibi:
Ut contra ſiquis ſentiat nihil ſentiat.
Cæcilio palmam Statio do Comico;
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros;
Dein Nævius, qui fervet, pretium tertium eſt;
Si erit quod quarto detur, dabitur Licinio;
Poſt inſequi Licinium facio Attilium;
In ſexto ſequitur hos loco Terentius;
Turpilius ſeptimum, Trabea octavum obtinet;
Nono loco eſſe facile facio Luſcium;
Decimum addo, causâ antiquitatis, Ennium.

Volerò Publilius, de plebe homo, cujus causâ tumultus haud contemnendi inter Patricios & plebem Rom. excitabantur, ad hunc enim lictor à Conſulibus miſſus, *quia quòd ordines duxiſſet, negaret ſe militem fieri debere.* Volero appellat Tribunos. Cùm auxilio nemo eſſet, Conſules *ſpoliari hominem & virgas expediri* jubent. *Provoco*, inquit, *ad populum* Volero, *quoniam Tribuni civem Romanum in conſpectu ſuo virgis cædi malunt, quam ipſi in lecto ſuo à vobis trucidari.* Quò ferociùs clamitabat, eò infeſtiùs circumſcindere & ſpoliare lictor. Tùm Volero & prævalens ipſe & juvantibus advocatis repulſo lictore, ubi indignantium pro ſe acerrimus erat clamor, eò in turbam ſe confertiſſimam recipit, clamitans *Provoco & fidem plebis imploro; adeſte commilitones; nihil eſt, quòd exſpectetis Tribunos, quibus ipſis veſtro auxilio opus eſt.* Concitati homines veluti ad prælium ſe expediunt; apparebátque omne diſcrimen adeſſe, nihil cuiquam ſanctum non publici fore, non privati juris. Huic tantæ tempeſtati cùm ſe conſules obtuliſſent, facilè experti ſunt, *parum tutam majeſtatem ſine viribus eſſe*; violatis lictoribus, faſcibus fractis è foro in curiam compelluntur incerti, quatenus Volero exerceret victoriam. Conticeſcente dein tumultu cùm Senatum vocari juſſiſſent, queruntur injurias ſuas, vim plebis, Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis ſententiis vicere ſeniores, quibus *irâ Patrum adverſus temeritatem plebis certari non placuit.* Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis Tribunum plebis creat in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium Coſſ. habuit; contráque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris anni Conſulibus permiſſurum Tribunatum credebant, poſt publicam cauſam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis Conſulibus, rogationem tulit ad populum, *ut plebeii Magiſtratus tributis comitiis fierent;*

Vologeſus, Parthorum rex. Capitol. in M. Antonino Philoſopho: Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, quod Vologeſus paratum ſub Pio Marci & Veri tempore indixit. Filius fuit illius *Vologeſi*, de quo Tac. in Annal. Quidam è Græcis ſcribunt Οὐολογαίσου, alii Βολόγεσου, ut Ariſtides.

Volones, dicti ſunt ſervi, qui bello Punico cum deeſſent, qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in civitatem recepti ſunt, & *Volones* appellati, quia hoc ſponte *voluerunt*. Vide Feſtum, & Macrob. Sat. 1. 2.

Volumnia, M. Coriolani uxor, cujus unà cum matris fletu & deprecatione ſuperatus ille, (cùm exercitum uſque ad quintum urbis miſiarium duxit, patriam etiam ſuam oppugnaturus) copias removit. *Eutr.* ut alii volunt, M. C. Mater.

L. *Volumnius*, Coſ. App. Claudii collega, contra Salentinos multa ſecunda prælia fecit, aliquot urbes hoſtium vi cepit; prædæ erat largitor, & benignitatem per ſe gratam comitate adjuvabat, militémque iis artibus fecit & periculi & laboris avidum. De ſimultatibus inter illum & Collegam conſulas Liv. l. X.

P. *Volumnius*, Coſ. Ser. Sulpitii Collega, poſt magiſtratum illum optimè adminiſtratum, in ſeditione quadam plebis Rom. cùm tumultuantes ferociter Conſulem urgerent, ac jam in veſtibulum perruperant templi Capitolini, ubi P. Valerius (Conſul) inter primores pugnam ciens interficitur; hic P. Volumnius conſularis cadentem videns, dato negotio ſuis, ut corpus obtegerent, in locum vicémque conſulis provolat. Præ ardore impetúque ſenſus non pervenit ad militem: priùs vicit quàm ſe pugnare ſine duce ſentiret.

P. *Volumnius*, Eutrapelus dictus, inter Antonii familiariſſimos erat, & præfectus fabrûm; Multa fidiſſimæ amicitiæ officia interceſſere illi & Pomponio Attico, dum varietas tanta fuit fortunæ in illis temporibus, ut modò hi, modò illi in ſummo eſſent aut faſtigio aut periculo.

Voluſianus Galli Imp. fil. à patre in imperium adſcitus, unà cum illo à militibus ſuis trucidatur.

Voluſianus Rufius, aliis Fuſius, præfectus prætorio, à Maxentio ad res Africanas conſtituendas miſſus.

Voluſianus, præfectus Urbis, S. Melaniæ patruus, priùs cum gentibus ſentiebat, at dum eum mors Legatum Conſtantinopoli agentem invaderet, ad Orthodoxam fidem tranſiit, Baptizatúſque eſt à B. Proclo Conſtantinopolitano. *Phot.*

Voluſius, poeta ineptus, patriâ Patavinus, qui Ennium ſecutus rerum geſtarum pop. Romani Annales carmine ſcripſit. Catullus:

At Voluſi Annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Et Epigr. 37.

At vos interea venite in ignem
Pleni thuris & inficetiarum,
Annales Voluſi, cacata charta.

Voluſius Saturninus, de quo ſic Tac. An. 13. L. Voluſius egregiâ famâ conceſſit, cui tres & nonaginta anni, præcipuæque opes. De divitiis ejus idem lib. 14. Et quantum Voluſio longa Parſimonia quæſivit, &c. Sed & tota Voluſiorum domus dives. Tac. An. 3. Voluſio vetus familia, neque tamen Præturam egreſſa, ipſe conſulatum intulit, opumque quibus domus illa immenſum viguit primus accumulator fuit. Sil. lib. 5.

Occumbis generoſe Volux, nec clauſa repoſtis
Pondera theſauris patrio nec regia quondam
Præfulgens ebore, & poſſeſſa mapalia ſoli
Præfuerint.

Voluſii vafrè factum à Val. Max. l. 7. ita habes; M. Voluſius ædilis plebis proſcriptus, aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera viáſque publicas ſtipem petens, quiſnam revera eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus non eſt. Eóque fallaciæ genere tectus in M. Bruti caſtra pervenit.

Vonones, filius Phrahatis, ac ab illo obſes Auguſto datus, in regnum à Parthis accitus: Mox illis ſubit pudor, *degeneraviſſe*, ſcil. *Parthos, petitum alio ex orbe regem hoſtium artibus infectum; jam inter provincias Romanas ſolium Arſacidarum haberi daríque. Ubi illam gloriam trucidantium Craſſum, exturbantium Antonium; ſi mancipium Cæſaris tot per annos ſervitutem perpeſſum, Parthis imperitet?* Huic acceſſere diverſa à majoribus inſtituta, rarus ornatus, ſegnis equorum cura, &c. Igitur Artabanus Arſacidarum è ſanguine apud Dahas adultus excitur, primóque congreſſu fuſus reparat vires, regnóque potitur. Victo Vononi perfugium Armenia fuit, & ab incolis in regnum accipitur; ſed eodem mox demovetur à Silano præſide Syriæ ob metum & Artabani minas, ac in Ciliciam amandatur, unde fugam tentans occiditur. Alter ejus nominis erat Parthorum rex, qui brevi & inglorio regno, (cujus neque proſpera ullatenus adverſa memorantur)

ur) perfunctas, res Parthorum in filium ejus Vologesen translatæ sunt.

Fl. *Vopiscus*, historicus Rom. de quo vide Voss. Hist. Lat. l. 2. c. 7.

Voranus, Qu. Luctatii furacissimus libertus, de quo Cæl. lib. 10. cap. 49. Ejus mem. Horatius:

Julius, & fragilis Pediatia, furque Voranus.

Upis, apud Lacedæmonios Diana dicta est. Palæphatus: Καλεῖται ἡ Ἄρτεμις Θεᾶνες Εἰνδεῖαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν. Callimachus tamen eam sic à Cretensibus appellari tradit in his:

Οὔπι ἄναξ ἐνῶπι, φασσόφορε, καὶ νέον ἕρπις
Κρηταίης κλήιζων ἐπωνυμίην ἀπὸ νύμφης.

Uragus, Pluto sic dictus, non ab *urgendo*, ut quidam volunt, sed à Græco Οὐραγὸς dicitur, h. e. qui in acie extremam agminis partem ducit. Unde non invenustè ad Ditem transfertur, qui postremum humanæ fabulæ actum excipit.

Urania, una Musarum, Jovis & Mnemosynes filia, cui astrologiæ inventio tribuitur. Ovid. Fast. 5.

Excipit Uranie, tenuere silentia cuncti.

Urania, item Meteoron ita à nautis appellatum in navigii malum magno cum pondere ingruens. *Phot.*

Urania, Dea Carthaginiensibus venerabilis, Phœnicibus Astroarche dicta Helæagabalo in uxorem data. Videsis *Herod. & Dion.*

Uranius quidam ex servili genere Imperator designatus; alter Historicus Græcus à Stephano, Tzetze, & Eustathio in Dionysii Περιήγ. memoratus.

Uranius, historicus de quo vide Vossium de Hist. Gr. lib. 3. pag. 4. 22.

Uranus, pater Saturni, (Cœlum Latini vocant) cui filius virilia dicitur excidisse, quæ in mare projecta, & fluctibus agitata, spumas ediderunt, ex quâ Venerem natam volunt.

Urbanus, duo fuere Coss. hujus nominis, prior sub Trajano, posterior tempore Alexandro Mammææ, an horum alter sit ille Urbanus qui ob suspicionem rerum novarum deprehensus pœnas dedit? Pontifices extitere octo sub hoc nomine, quorum postremus, *Maffeus Barbarinus* antea dictus, omnimoda eruditione claruit.

Urbicius, Mesopotamiæ dux, à Valente. Imp. ad Saporem Persiæ Regem legatus de rebus Armeniæ & Iberiæ.

Urbinius Panopion, servi sui facto admirabili notus; qui cùm ad dominum proscriptum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognôsset; commutata cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit, & ut Panopionem occidi passus est. Panopion quantum servo deberet, amplum ei faciendo monumentum, ac testimonium pietatis grato titulo reddendo testatus est. *Val. M.*

Urgulania, mulier Romana nobilis, quam supra leges Augustæ amicitia extulerat; in jus enim à L. Pisone vocata, non obtemperavit; & cum testis requireretur in causâ quadam quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignatus est. Nepoti Silvano uxoris in præceps jactæ reo pugionem misit, qui frustra tentato ferro venas præbuit exsolvendas.

Uriel, pater Maacha, 2 Reg. 13. qui 3 Reg. 15. dicitur *Abessalom.* Filius *Thahath.* 1. Par. 1. Idem sign. quod *Uria.* Item Angelorum unus, quem Cedrenus ἐπὶ τοῦ μεταβάσεως ἀρχάγγελον vocat.

Urius, Alamannorum Rex ab Amm. Marcellino memoratus, unà cum sociis regibus à Juliano Imp. oppressus.

Urotalt, Deus Ethnicus de quo Herod. Mus. 3. ubi Arabum religionem & mores describit: Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον, καὶ τοῦτον Οὐρανίην κλῆσιν ἔχειν. Subdit: Ὀνομάζουσι δὲ τοῦτον Διόνυσον Οὐροτάλτ. τοῦτον δὲ Οὐρανίην Ἀλιλάτ. Etymon quod attinet Puto notare beneficium luminum, inquit Vossius, Habemus, Es. 26. 20. ubi est אורות עֹל *tal orooth*, h. e. *ros lucis*, sive *luminum.* Aliam originationem hujus nominis Cl. Pocokii exhibet D. Dickinsonus, Delph. Phœn. pag. 107.

Ursa, sidus cœleste. Vide *Arctos.*

Ursacius, Magister Officiorum sub Valentiniano & Valente Impp. homo sævus & iracundus.

Ursicinus, Magister equitum sub Constantio, qui post multa præclarè ac prosperè gesta, ab Eusebio cubiculi Imperatorii præpositо falsis criminationibus adpetitus, discingitur ac depositâ militiâ digredi ad otium jussus est. *Amm. Marc.* Alius ejusdem nominis apud eundem Rex Alemannorum. Item alius cui Præfectura in Urbe Vicaria commissa est, ob segnitiem (si placet) in mandatis Maximini crudelibus exequendis, potestate illâ exutus.

Ursinianus, unus ex illis qui ex institutione Probi Imperatoris illustres ac fortissimos duces evasisse memorantur à Fl. Vopisco.

Ursinus competitor Damasi in Episcopatu Romano petendo, quorum contentio eousque processit ut in Basilica Sicinini uno die reperta essent centum triginta septem cadavera peremptorum, A. C. 367.

Ursulus, Comes largitionum sub Constantio Imp. vir severitatis non improbandæ, cui tamen dictum liberius de militum ignavia mortis causa extitit, quam Justitia ipsa (verba sunt Amm. Marcellini) videtur flesse.

Ursus, Domitiani Consiliarius, cujus suasu, cum de cæde Domitiæ uxoris suæ consultaret ille Imp. ejus vitæ quidem pepercit, sed repudiavit.

Usserius Jacobus, Archiepiscopus Armachanus & totius Hiberniæ Primas, Dublinii natus, Jan. 4. Anno 1580. Ex utroque parente familiâ ortus est haud ignobili; siquidem patruus ei fuit Henricus Usserius, vir doctus & prudens, Cantabrigiæ quidem in Anglia bonarum literarum studiis institutus, & ad Archiepiscopatum eundem Armachanum deinceps evectus. Hic Jacobus primus omnium Scholaris in Collegium Dublinense (annos jam natus tredecim) inscriptus est; juvenis adhuc imberbis, octodenarius sc. cum Henrico Simondio Jesuita ita conflixit ut etiam hæc verba ab Antagonista extorserit, in præf. lib. de Britannomachia, &c. *Prodiit octodenarius præcocis sapientiæ juvenis, de abstrusissimis rebus Theologicis, cùm adhuc Philosophica studia non esset emensus, nec ephebis egressus, disputandi avidus, &c.* quem postea cùm adoleverat *Acatholicorum doctissimum* pronunciabat. Annum ætatis vicesimum assecutus, magister Artium (ut vocant) renunciatus, ac disputatione Philosophica in publicis Comitiis defunctus est; & A. C. 1601. sactis ordinibus (licet nondum ætatem justam consecutus esset) à Patruo Archiep. Armach. initiatus. Deinde S. Patricii cancellariatu ornatus est, quo præclarè functo, & Baccalaurei in S. Theologiâ gradu suscepto, Theologiæ Professor publicus Dublini electus est, & post exiguum inde temporis intervallum, natus jam annos præterpropter triginta Collegii Dublinensis præpositus unanimi sociorum consensu eligebatur, quod ille munus utut satis in se honorificum, &, si emolumentum spectes, non contemnendum; cum tamen prævideret quanta sibi studiorum impedimenta exinde essent enascitura, continuò detrectabat. Tantilla res pecunia videbatur animo ad sublimiora aspiranti! Altero biennio hinc elapso Doctoris laurea mactus est ab Hamptono Archiepiscopo, & post annos paucos à Rege Jacobo Episcopatu Midensi condecoratus. Tandem dum sive scriptis sive concionibus Ecclesiæ ædificationi & veritati vindicandæ strenue incumbit, ab eodem Rege ad Armachanam sedem evectus est; centesimus à Patricio illius Cathedræ Episcopus, qui Augustini coævus, primus ibidem sedisse perhibetur. Obiit A. C. 1655. Plura de eo legas in ejus vita cum aliis publicata, Londini, Anno 1681. En viri doctissimi operum Catalogum.

LATINA.

1. De Ecclesiarum Christianarum successione & statu, *Londini* 1613
2. Historia Gotteschalci *Dublinii* 1631
3. Epistolarum Hibernicarum Sylloge *Dublinii* 1632
4. De primordiis Ecclesiarum Britannicarum *Dublinii* 1639
   Hoc Opus prelo iterum subjectum, & post paucos menses, eruditiss. Autoris manu propria passim emendatum & auctum, majori cum nitore quàm Editio Dublinensis, prodibit.
5. Ignatii Epistolæ cum annotationibus *Oxoniæ* 1645
6. Appendix Ignatiana 1647
7. De Romanæ Ecclesiæ Symbolo Apostolico vetere & aliis fidei formulis 1647
8. De Anno Solari Macedonum *Londini* 1648.
9. Annales veteris Testamenti *Londini* 1650
10. Epistola ad Capellum de variantibus textus Hebraici lectionibus *Londini* 1652
11. Annales Novi Testamenti, &c. *Londini* 1654
12. De Græca Septuaginta interpretum versione Syntagma *Londini* 1655
13. De Cainaane superaddito dissertatio 1655
14. Chronologia Sacra, editore Barlovio *Oxoniæ* 166•

ANGLICANA.

1. Concio habita coram Domo Communium in Anglia, *Feb.* 18. 1618
2. Oratio habita in castro Dublinensi, *Novemb.* 22 1622
3. Concio de Universalitate Ecclesiæ coram Rege Jacobo, *Jun.* 20. 1624
4. Responsio ad provocationem Malonei Jesuitæ, *Londini* 1631
5. De Religione ab Hibernicis & Britannis antiquitus professa tractatus 1631
6. Immanuel, sive incarnatione filii Dei 1639

7. Rainoldi

7. Rainoldi judicium de munere Episcopali ex antiquitate confirmatum 1641
8. Asiæ minoris descriptio Geographica *Oxoniæ* 1643
9. De Origine Episcoporum & Metropolitanorum 1644
10. Catechismus parvus *Londini* 1654
11. Reductio muneris Episcopalis, &c. / De extensione mortis Christi, &c. / De Sabbato, &c. / De ordinatione ministrorum in aliis Ecclesiis reformatis — *Londini* 1658
12. De potestate Principis, &c. 1661

Nondum edita.

Censura Patrum & aliorum Scriptorum Ecclesiasticorum.
Prælectionum in Bellarminum volumina Duo.
Epistolæ ad viros doctos.
Bibliotheca Theologica (fortassis eadem cum Censura)
Præter conciones, & alia quædam scripta Anglicana.

Usturabim, Judæus medicus Bajazetis Imp. Turcarum, qui à Selimo Domini sui filio largitione corruptus, illum senio quamvis & ægritudine ferè consumptum toxico sustulit: cumque ad instigatorem Selimum præmii spe se contulit, ejus jussu caput illi amputatum est, quòd diceret, hominem sceleratum ac infidum Sultano patri, eadem ausurum erga se perfidia, siquidem hoc uti faceret ab alio quopiam compellatus esset.

Waldo, vir quidam pius, qui universum patrimonium pauperibus erogavit. Ab hoc pauperes quidam Lugdunenses *Waldenses* appellantur.

Volsæus Thomas, ex genere non novo solùm & obscuro, sed humili ac sordido natus, patre, sc. Lanione & pari matre, à quibus puer ad ludos est deductus, non in spem doctrinæ ullius aut dignitatis, sed ut primas modò literas disceret. Sed ille superatâ parentum expectatione, etiam tinctus liberalibus disciplinis evasit, & Sacerdotii qualem qualem gradum adeptus in Regiam irrepsit, in qua paulatim succrescens, tandem ad Henricum ipsum Regem insinuandi se aditum est nactus: apud quem primò ingenio atque industria probatus, mox obsequio & assentatione plurimùm valuit, donec gratiâ & auctoritate tantus fuit, ut Rex sæpe curas defugiens, onus omne Regni in ipsum rejecerit, & ad Eboracensem Archiepiscopatum (cùm antea sedes Cathedrales Tornacensem & Lincolnienſem tenuisset) extulerit; neque hoc contentus, à Julio II. Pont. Max. ut Cardinalis crearetur Wolsæus impetravit. Hinc à Carolo Imp. & Francisco Rege Gallico certatim est cultus & honorificentissimè appellatus; quo fortunæ proventu eousque elatus est hominis naturâ tumidi animus, ut perpetuam Legationem Britanniæ Galliæque sperare & petere à Clemente VII. non sit veritus: quin & ipsum quoque Pontificatum affectâsse eum traditur. Et raro fortunæ exemplo diuturna etiam fuit hæc potentia, quindecim circiter annorum, quibus exactis, sive Boleniæ artibus, ut quidam volunt, sive ob inimicorum numerum ingentem in aula in se contractum, à Regio conspectu pulsus est & fortunis omnibus spoliatus, abjectus & inops Eboracum ad curam sacrorum relegatur, lætantibus cunctis & increpantibus meritò afflictum; miserationem enim omnem superbiâ exemerat. Jámque Regis incensi aures ad quascunque criminationes audiendas patentes occupant inimici, res novas molitum fuisse suggerunt, peculatûs & læsæ Majestatis arguunt. Ab Eboraco itaque cùm necdum illuc appulerat revocatus à Rege ad dicendam causam, in itinere irâ ac dolore ferocem atque asperum animum accendente, in febrim incidit, & opportunâ morte imminenti morti est exemptus.

Vulcanus, Junonis fil. Hesiod. in Theog.

Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα, &c.

Hunc quidam voluerunt subventaneo conceptu fuisse genitum sine patre, quem tamen Hom. è patre Jove Junoneque matre natum esse putavit. Fuerunt qui dixerint Vulcanum Jovis fuisse filium, qui cum deformis natus esset fertur à Jove in insulam maris Ægæi Lemnum præcipitatus, ut ipse de seipso testatur apud Homerum Iliad. α.

Ἦδη γάρ μεν ἔολλεν ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Ῥῆξε ποδὸς τετραγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγον δέ με ζωὸν ἔτυξαν.

Quòd autem diu fuerit in Lemno Vulcanus, ita scriptit Cic. lib. de Nat. Deor. *Vulcani item complures: primus Cœlo natus, cujus in tutelâ Athenas antiqui historici esse voluerunt: Secundus Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægypti volunt: tertius ex tertio Jove & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse: quartus Mænalio natus, qui tenuit insulas prope Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur.* Verum Lucianus in Dial. *de Sacrificiis* fabulam hanc non sine risu recitat, quòd Vulcanus ita fuerit è cœlo præcipitatus: χωλὸν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς πρώμης, ὁπότε ἐρρίφθη ὑπὸ τῆς Διὸς ἐξ ἀρχῆς. καὶ εἴγε μὴ οἱ Λήμνιοι, καλῶς ποιοῦντες ἐπεφερόμενον αὐτὸν ὑπεδέξαντο, ἐτέθνηκεν ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος ὥσπερ ὁ Ἀσκάνιος ἀπὸ πύργου καταπεσών. Homerus vero in Hymno quem scriptit in Apoll. non à Jove, sed à Junone Vulcanum præcipitatum fuisse de cœlo memorat, ac in mare decidisse, sui seque non à Lemniis, sed à Thetide educatum; qui Junonem ita canentem introducit in his:

Παῖς ἐμὸς Ἥφαιστος ῥικνὸς ποδας, ὃν τέκον αὐτὴ
Ῥίψ' ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα, καὶ ἔμβαλον εὐρέϊ πόντῳ
Ἀλλὰ ἑ Νηρῆος Θυγάτηρ Θέτις ἀργυρόπεζα
Δέξατο, καὶ μετ' ἔσι καταγήτῃσι κόμισεν.

Memoriæ prodit in Atticis Paulanias, Vulcanum injuriæ acceptæ à matre minimè oblitum auream sellam cum occultis quibusdam vinculis dono matri misisse; quæ Deam, cum assedisset, statim implicaverunt: quod etiam Plato innuit 2. de Rep. Καὶ τοὺ ποιητὰς ἐγγὺς τύπων ἀναγκαῖον λογοποιεῖν, Ἥρας μὲν δεσμὺς ὑπὸ υἱέ καὶ Ἡφαίσε βίψεις ὑπὸ πατρός. Habuit uxorem unam è Gratiis, ut ait Ilacius. Communior tamen sententia est, quod Venerem è Lemno duxerat. Unde Virgilius lib. 8. Æn.

At Venus haud animo nequidquam exterrita mater
Laurentumque minis, & duro mota tumultu,
Vulcanum alloquitur, thalamoq; hæc conjugis aureo
Incipit, & dictis divinum inspirat amorem.

Et Juvenalis:

———*Et quæ*
Componis dona Veneris Thelesine marito.

Quod idem est cum Catulliano illo:

———*Dona Tardipedi Deo*
Infelicibus ustulanda lignis.

Hanc uxorem suam quum postea cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos adamantinis catenis colligavit, nudosque uti erant diis deridendos exhibuit. Unde Virg. Georg. 4.

Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta.

V. Cato in Diris:

Tum credo fuerat Mavors distentus in armis,
Nam certe Vulcanus opus faciebat, & illi
Tristi turpabat malas fuligine barba.

Prudentius: *Deos catenæ colligant adulteros.* Nonnus γαμοκλόπον ἄρπαγα nominat, cujus nexum Sol detexerat, Ballaricon l. 5.

———Ἀρχαλέῳ πυὶ δεσμῷ
Γυμνῇ γυμνὸν Ἄρηα φερεσφίγξας Ἀφροδίτῃ.

Paulus quoque Silentiarius optat Vulcania vincula, ut amator puellam suam satis arctè complecti posset. Anthолog. lib. 7. Vide Barthium ad Theb. 7. p. 652. Hunc etiam post adulteratum nihilominus constanter amasse Venerem suam Poetæ fingunt, adeo quidem ut etiam incestis ejus, exque aliis prognatis filiis suo opificio adfuerit, ut videmus apud Maronem, qui Æneæ fabricare arma cogit. Utcunque autem fidus fuerit, superinduxit tum secundam vel alteram conjugem, Gratiam nimirum, Veneri sui Vulcanus; cum quâ sc. in Lemno dormitaret consuetus Veneri accubare in cœlo. Lucianus Dialogo Apollinis & Mercurii: τὸ δὲ χωλὸν αὐτὸν ὄντα Ἥφαιστον, καὶ τέχνην ἔχοντα βάναυσον, ὦ Ἄπολλον, τὰς χαλλίστας γεγαμηκέναι, Ἥ δ' Ἀφροδίτην καὶ Ἢ Χάριν ΑΙΙ. Εὐπολμία τις, ὦ Ἑρμῆ πλὴν ἐκεῖνό γε οὐχὶ θαυμάζω, τὸ ἀνέχεσθαι συνόντας αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὅταν θεῶσιν ἱδρῶτι ῥεόμενον εἰς τὸ κάμινον ὀπικαυθότα, πολλὴν αἰθάλην ὑπὸ τῶ φορυτὸ ἔχοντα καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν φιλοῦσθαί τε καὶ φιλεῖσθαι καὶ συγκαθεύδεσθαι. ΕΡ. Ἐκείνη μὲ αὐτῷ ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεσιν, ἦ δ' Ἀφροδίτη ἐν τῷ οὐρανῷ. Fuisse autem Vulcanum aiunt primum regem Ægypti, ob conservatum, qui de cœlo in arborem quempiam dejectus fuerat, ignem regni sceptro admotum: Quam se historiam ab Ægyptiis sacerdotibus accepisse refert Diodorus Siculus lib. 1. In Adonin tamen zelotypus fuit Vulcanus, nec illi arma venatoria confabricatum credit Bacchus Dionys. 42.

——— Καὶ χαλκὸν ἔχων νόον, ὅπλα τελέσσαι
Ζηλομανὴς Ἥφαιστος Ἀδώνιδι τεύχεα θήσων.

Plura de Vulcano petenda sunt ex N. Comite lib. 2. cap. 6. Mr. *Holkot* in 13. Sap. Salom. *Ignem coluerunt Chaldæi, & apud Gentiles dicebatur*, Vulcanus, *quasi* Volitanus *secundum Hieron.* & Remigium, i.e. *volantem candorem faciens. Iste fingebatur quasi faber claudus & dicebatur fulminare vel fabricare fulmina Jovi: quia Jovi superiorem partem aeris addixerunt, & Vulcano deputaverunt mediam regionem à quo loco fulgura & coruscationes descendunt.* Ponitur interdum pro igne. Virg. Æn. 2.

Jam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante, domus.

Idem Æn. 5.

———*Furit immissis Vulcanus habenis.*

Et apud Plautum *Vulcanum in cornu inclusum gerere*, Anglice

Elicè eſt *to carry a lanthorn.* Hinc *Vulcanalia*, feſta Vulcano dedicata, quorum mem. Columella l. 11. cap. 3.

Vulcatius Araricus, unus ex conjuratis cum Piſone in Neronem Imp. *Tac.*

Vulcatius Moſchus, exul in Maſſilienſes receptus, bona ſua Reip. eorum, ut patriæ reliquit. *Tac.*

Vulcatius Gallicanus V. Clariſſimus (ſc. qui dignitate Senatoria claruit) Hiſtoricus Latinus, cui quid in animo ſcribere propoſitum habuerit, & qua ætate vixerit, hæc ejus verba oſtendunt: *Propoſui, Diocletiane Auguſte, omnes qui Imperatorum nomen, ſive juſtè ſive injuſtè habuerunt, in literas mittere, ut omnes purpuratos Auguſtos cognoſceres.* Sed hodie nihil ejus habemus, præter vitam Avidii Caſſii, unde verba iſta deprompta ſunt. Plura de eo apud Voſſ. H. L.

Vulcatius Terentianus ſub Gordianis vixit, ac vitam eorum ſcripſit Julius Capitolinus in Gordiano juniore: *Sane quod prætermittendum eſſe non cenſui, quia mirabile viſum eſt, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipſe hiſtoriam ſui temporis ſcripſit, in literas miſi: Gordianum ſeniorem Auguſti vultum ſic repræſentaſſe, ut & vocem, & morem, & ſtaturam ejuſdem oſtentare videretur: filium verò, Pompeio ſimillimum viſum, quamvis Pompeius obeſi corporis fuiſſe denegatur.*

Vulcatius Tertullinus, Senator Romanus, periculo L. Silani, tanquam conſcius inceſti cum amitâ tractus; appellato Principe inſtantem damnationem fruſtratus, mox Neronem circa ſumma ſcelera diſtentum, quaſi minor evaſit, & ad Veſpaſiani uſque principatum ſupervixit, quando Tribunatum plebis geſſit. *Tac.*

Vulcatius Rufinus, Præfectus prætorio, vir (Am. Marcellinum audis) omni ex parte perfectus, & velut apicem ſenectutis honoratæ prætendens, ſed lucrandi opportunas occaſiones occultationis ſpe nunquam prætermittens.

Vulteius Mena, præco Romanus, ab Horatio, Ep. 7. l. 1. memoratum legas, ut

> *Præconem, tenui cenſu, ſine crimine notum,*
> *Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti,*
> *Gaudentem parviſque ſodalibus & lare certo,*
> *Et ludis, & poſt deciſa negotia, campo.*

Apud quem plura habeas de eo faceta nec inutilia. Longe alius eſt ille Vulteius Mena Pompeii Magni libertus, cui inſcribitur Epodôn 4.

Vulteius Opiterginorum tribunus Cæſaris partes ſecutus, qui cùm dux navis eſſet quæ in vadis inter hoſtes innumeros hæſiſſet nec explicare ſe poſſet, memorandum poſteris exitum dedit. Quippe vix mille juvenum manus, circumfuſi undiq; exercitus per totum diem tela ſuſtinuit; & cum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem veniret, hortante tribuno Vulteio, mutuis ictibus in ſe concurrit. Lucani verſus aliquot de hac re afferre non pigebit:

> ——— *primus dux ipſe carinæ*
> *Vulteius jugulo poſcens jam fata retecto,*
> *Ecquis, ait, juvenum eſt, cujus ſit dextra cruore*
> *Digna meo, certaque fide per vulnera noſtra*
> *Teſtetur ſe velle mori? nec plura locuto*
> *Viſcera non unus jamdudum tranſigit enſis.*
> *Collaudat cunctos: ſed eum, cui vulnera prima*
> *Debebat, grato moriens interficit ictu.*
> *Concurrunt alii, totumque in partibus unis*
> *Bellorum ſevere nefas; ſic ſemine Cadmi*
> *Emicuit Dircæa cohors, cecidiſque ſuorum*
> *Vulneribus. Dirum Thebanis fratribus omen.*
> *Phaſidos & campis inſomni dente creati*
> *Terrægeni, miſſa magicis è cantibus ira,*
> *Cognato tantos implerunt ſanguine ſulcos:*
> *Ipſaque inexpertis quod primum fecerat herbis,*
> *Expavit Medea nefas; ſic mutua pacti*
> *Fata cadunt juvenes: minimumque in morte virorum*
> *Mors virtutis habet: pariter ſternuntque, caduntque*
> *Vulnere lætali: nec quenquam dextra fefellit,*
> *Cum feriat moriente manu, nec vulnus adactis*
> *Debetur gladiis: percuſſum eſt pectore ferrum,*
> *Et jugulis preſſere manum, cum ſorte cruenta*
> *Fratribus incurrant fratres, natuſque parenti.*
> *Haud trepidante tamen toto cum pondere dextra*
> *Exegere enſes: pietas ferientibus una,*
> *Non repetiſſe, fuit; jam latis viſcera lapſa*
> *Semianimes traxere foris, multumque cruoris*
> *Infudere mari, deſpectam cernere lucem*
> *Victoreſque ſuos vultu ſpectare ſuperbo,*
> *Et mortem ſentire juvat: jam ſtrage cruenta*
> *Conſpicitur cumulata ratis: buſtiſque remittunt*
> *Corpora victores, ducibus mirantibus, ulli*
> *Eſſe ducem tanti; nullam majore locuta eſt*
> *Ore ratem, totum diſcurrens fama per orbem.*

Vulterius, primùm Notarius, ac à Valentiniano ad tuendam Africam miſſus, dein Conſul factus eſt. Hunc tamen *Neoterium* mavult vocari Cl. Valeſius.

Vulturius Crotonienſis, aliis *Volturcius*, conjurationis Catilinariæ ſocius, à Lentulo ad Allobrogum legatos miſſus, ut ſocietatem cum Catilina data acceptâque fide confirmarent, à Cicerone deprehenſus & interrogatus de itinere, de literis, &c. primò fingere alia omnia, diſſimulare de conjuratione; pòſt ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia uti geſta erant aperit; quapropter illi præmia à Senatu decernuntur.

X A.

Xanthippe Socratis philoſophi uxor moroſa admodum fuiſſe fertur & jurgioſa: irarumque & moleſtiarum muliebrium per diem perque noctem ſatagebat. Has ejus intemperies in maritum Alcibiades demiratus, interrogavit Socratem, quænam ratio eſſet cur mulierem tam acerbam domo non exigeret: Quoniam inquit Socrates, quum illam domi talem perpetior, inſuesco & exerceor, ut cæterorum quoque foris petulantiam & injuriam facilius feram. Hanc autem hiſtoriam aliter narrat Diogenes Laertius: cum enim Alcibiades Socratem interrogaret, cur uxoris jurgia ferret, reſpondit ſe non minus illi malo aſſuetum quam ſi trochlearum injucundum ſtridorem exaudiret. Rurſum Socrates interrogans, cur ille anſeres ſtreperos aleret, reſpondiſſetque quia mihi ova pariunt: Subjecit Socrates, At Xanthippe mihi liberos parit. Quamvis tamen eſſet moroſa hæc mulier, mortem ejus ægerrimè tulit. Val. Max. 7. 2. Uxori *Xanthippæ* inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum proximi; Quid ergo, inquit Socrates, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti?

Xanthippidas, Archon Athenienſis, cujus Magiſtratu ſuperatus eſt ad Platæas Mardonius Perſarum dux. *Plut.*

Xanthippus, Dux Lacedæmoniorum à Carthaginienſibus accerſitus ut civitatem ſuam contra M. Regulum Coſſ. Rom. defenderet, ipſi facere quicquid è re futurum judicaret permittunt; ille auditis Pœnorum cladibus, & quomodo, quâque ratione eſſent acceptæ; contemplatus etiam Carthaginienſium apparatus & copias; novo aciem inſtruendi ac caſtrametandi genere Romanos adortus, magna ſtrage edita illos devicit ipſumque Conſulem captivum ducit. Hinc multum Xanthippo gloriæ, ſed nec minus invidiæ naſcebatur. Quo in monſtro profligando non minore prudentia, quàm in bello conficiendo uſus; quanquam diuturnus ipſi factorum ſuorum fructus Carthagine deberetur, relinquit tamen ſpes ancipites & ante mutationem animorum aut fortunæ domum regreditur. Sunt qui *Abnavigantem per quoſdam à Carthaginenſibus immiſſos ſulmerſum ferunt*: Alii de ejus fato non eadem, ſed *Punicam tamen perfidiam arguunt; datam enim diſceſſuro navem veterem & rimarum plenam, ſed ad ſpeciem firmitudinis recèns picatam: cæterum virum nequaquam decipientibus facilem, animadverſa fraude, diſſimulanter aliud navigium conſcendiſſe, ereptumque periculo eſſe.* Polybius vocat ἄνδρα τὰ Λακωνικῆς ἀγωγῆς μετεσχηκότα, καὶ τακτικὸν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον. Quæ ita vertit Caſaubonus; Vir diſciplina Laconica imbutus & qui rei militaris uſum *mediocrem* habebat; Minùs rectè; illud enim σύμμετρον ad ἀγωγὴν refertur, ut vertendum ſit, Diſciplina Laconica imbutum æqualíque rei militaris uſu præditum; nimirum & inſignem στρατηγὸν viro tribuit, & σοφὸν haud deteriorem. *Bern.*

Xanthippus, Dux Athenienſis qui prælio Mycaleníſi Xerxis exercitum fudit; pater erat Periclis, nec ſolùm filio illo quantumvis illuſtri notus, ſed etiam propter canem memorandus; qui, cum Athenienſes metu Perſarum urbem deſeruerunt, & inter alios herus jam annis gravis navem conſcendiſſet, non patiens ſe à domino deſeri in mare inſiluit juxtáque triremem natando Salaminem pervenit, ubi animam expirans humatus eſt eo loco quem adhuc Κυνὸς σῆμα vocant.

Xanthippus prioris nepos, Periclis filius natu maximus, ingenio pravo & patri ſemper infenſo; maritus præterea juvenis & prodigæ uxoris, cùm pater tenuiter & non confertim ſumptus ſuppeditaret, eum convitiis inſectatus eſt, per riſum evulgans domeſtica ejus oblectamenta & ſermones quas habebat cum ſophiſtis. Nam cùm quinquertio equum Eptimius quidam Pharſalius ictu jaculi interemiſſet imprudens, totum diem cum Protagora triviſſe patrem, quærendo, *Jaculúmne, an qui id miſiſſet, an verò Agonothetæ rectiùs dicerentur ejus caſus authores?* Implacabilis hæc diſcordia ad mortem uſque permanſit. Tandem Xanthippus peſte periit.

Xanthus, Bæotorum rex, qui Regem Athenienſium Thymœtem

mœtem (ſæviente bello inter eas gentes) provocavit ad duellum, cujus ſucceſſu lis dirimeretur. Hic tamen certamen formidans regno ceſſit ei quicumque cum Xantho Rege dimicare vellet. Melanthus quidam regni præmio invitatus, pugnandi conditionem accipit & pacta conficiuntur. Ut ad manus ventum eſt, Melanthus ſe videre dicit juvenem pone Xanthum ſequentem, & injuſtè fieri exclamat quòd contra pacta auxiliatorem adduxiſſet. Xanthus falſo ſermone turbatus, vertit ſe; atque ita ilico Melanthus lancea trajectum transfodit. Ultimus iſte fuit Bœotûm ſeu Thebanorum rex.

Xanthus, Candaulis Lydi fil. hiſtoricus Sardianus, qui eodem tempore fuit, quo Sardes, non quidem à Cyro, ſed ab Ionibus & Athenienſibus, captæ ſunt; Suidâ teſte. Scripſit Lydiacorum libros quatuor in quibus de regibus Lydorum egit. Mem. Diog. Laert. in procœmio. Operis ejus apud Athenæum mentio eſt, lib. 12. Idem lib. 10. citat ejuſdem operis lib. 2. uti & Heſychius Illuſtrius, ac Suidas; quorum uterque ex eo refert, Gygem, Lydorum regem, primum fœminas caſtraſſe, quò iis ætate florentibus ſemper uteretur. Vide omnino Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 4. pag. 451, 452. Item Poeta Melicus, cujus mem. Ælianus.

Xenagoras, hiſtoricus, celebratur à Dion. Halicarnaſſeo l. 1. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 421, &c.

Xenarchus, Comicus poeta, cujus fabulas commemorat Athenæus. Alius è Seleuciâ Ciliciæ Peripateticus, qui Alexandriæ primum docuit, deinde vero Romæ, ubi Cæſaris Auguſti amicitiâ uſus uſque in ſenectutem in honore habitus fuit. Strabo lib. 14.

Xeneus, Chius de Chio inſ. volumen edidit. Athen. 14.

Xeniades, Corinthius, qui cum emere vellet Diogenem Cynicum, & quid is artificii noviſſet, percontatus foret: *Novi*, inquit Diogenes, *hominibus liberis imperare.* Quo reſponſo incitatus Diogenem Xeniades emit, & manumiſit, filioſque ſuos ei tradens: *Accipe*, inquit, *liberos meos quibus imperes*, Gelliuſ 2. 18.

Xenion, Cretica conſcripſit, teſte Steph. & Etymologo. Idem Italica condidit Macrob. Sat. 1. 9.

Xenius, Jupiter ſic dictus, qu. *Hoſpitalis*. Virg. l. 1. Æn.

Jupiter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.

Xenoclides, Athenienſis, quem, ut bonum poetam laudat Demoſthenes, flor. Olymp. 105.

Xenocrates, Chalcedonius, auditor Platonis, qui in Academiâ Speuſippo ſucceſſit & 25. an. docuit. Adeo tardus ingenio fuit, ut cum illum Plato Aritoteli compararet, alterum fræno, alterum calcaribus indigere diceret. Hic Philoſophorum ſeveriſſimus extitit. Ferunt enim cum Phryne nobile ſcortum, deditâ operâ à quibuſdam intra ejus cellam miſſa eſſet, atque ab eo orans lecticuli partem accepiſſe, demumque cum imperfecto opere diſceſſiſſet, dixit, ſe non à viro, ſed à ſtatuâ veniſſe. Ejus verbis tanta fides adhibebatur, ut cum injurati nullius teſtimonium admitteretur, huic injurato crederetur. Hunc Athenienſes aliquando vendiderunt, ut ita in exilio degens frangeretur. Obiit 82. ætatis ſuæ anno, quum noctu forte in ſartaginem offendiſſet.

Xenocrates, philoſophus, Platonis auditor, præceptor Polemonis, cum princeps quondam intentatæ legationis ad Antipatrum, à quo omnium expectatio erat, nihil non illo orante impetrari poſſe, reliquis ſociis humaniter exceptis, in conſpectum vix quidem admiſſus eſt quod ſuſpectus haberetur. Tunc verſus ad ſocios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quod ſe unum Antipater ſuæ in Athenienſes ingratitudinis & perfidiæ teſtem vereretur; & dicere incipientem, nunc obſtrependo, nunc obſecrando tacere Antipater coegit, cui in orando Phocion legationis comes ſucceſſit. Ad hunc miſit Alexander dono triginta talenta auri. Ille autem ſtatim remittens ait, *Regibus non philoſophis opus eſſe pecuniâ.* Suidas.

Xenocrates Chronica edidit, teſte Etymologo in Ἀσσυρία. Quis hic fuerit haud facilè cognoſcas. Nam præter Chalcedonium (de quo ſupra, & Voſſius Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 8.) fuit & *Xenocrates* Epheſius cujus Plin. 37. 2. Fuit etiam *Xenocrates* Aphrodiſienſis, qui de Animalibus commentatus eſt, teſte Artemidoro Oneirocr. lib. 4. cap. 24. Fuit & *Xenocrates* inſignis pingendi & cælandi artifex, de quo Plin. 34. 8.

Xenodorus, ſtatuarius egregius. Plin. 34. 8. Item hiſtoricus patriâ Trœzenius.

Xenomedes Chius hiſtoricus, cujus nullam inter illuſtres Chios mentionem à Strab. miratur Voſſ. de Hiſt. Gr, p. 11.

Xenophanes, philoſophus Colophonius, Archelai auditor, ſcripſit elegias & iambos contra Heſiodum & Homerum, quæ de Diis dixere improbanda. Laertius, & Strab. lib. 14. Item *Xenophanes* poeta Iambicus, Lesbius. Suid. Vide Voſſ. P. Gr. pag. 21.

Xenophilus Muſicus, patriâ Chalcidenſis, Pythagoricus, biennio minor quam Gorgias qui an. 107. vixit, ſed felicitate non inferior. Siquidem, ut Ariſtoxenus muſicus ait, omnis incommodi humani expers in ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt. Plin. 7. 50.

Xenophon, Grylli fil. Athenienſis, Socratis diſcipulus, ob eloquentiam *Muſa Attica* vocatus; Equorum, venationis & rei familiaris imprimis ſtudioſus, ut ex ejus libris deprehendi poteſt. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militavit, ac ejus παιδείαν ſcripſit, non tam hiſtoriæ ſerviens veritati, quam ut perfectum ducem inſtitueret, uti Cic. lib. 2. de Orat. teſtatur, quem librum ſe frequenter lectitaſſe, & manibus triviſſe alibi in Epiſtolâ quadam dicit. Scripſit præterea Symposium & Oeconomicum, à Cicerone in Latinum ſermonem converſum, ſi credimus Columellæ. Edidit & hiſtoriam Peloponneſiaci belli, ac eorum quæ Athenienſes poſt Thucydidem geſſerunt. Quinctilianus Xenophontis jucunditatem inaffectatam dixit, quam nulla affectatio conſequi poſſit. Cum Platone ſimultates geſſit, teſte Gellio, lib. 14. cap 3. Pluribus perſequitur hujus vitam Laertius. Vide quoque Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 6. Varii hujus nominis authores fuere, ut 1. *Xenophon* Athenienſis, frater Pythoſtrati illius, qui *Theſeida* ſcripſit, ac inter cætera quoque Epaminondæ ac Pelopidæ vitam conſignavit, teſte Laertio in Xenophonte. 2. Ab eodem Laertio alter *Xenophon* commemoratur qui Annibalis hiſtoriam literis tradidit. 3. Item alius fuit, qui de fabulo'is prodigiis tractavit, eodem teſte. 4. *Xenophon* Antiochenus, hiſtoricus qui Babylonica condidit. Sunt autem amatoria. Suidas. 5. *Xenophon*, Epheſius hiſtoricus, qui Epheſiaca conſignavit. 7. *Xenophon* Lampſacenus, Geographus, ut videtur, cujus mem. Plin. 4. 13. & Solinus cap 22. 8. *Xenophon* etiam, neſcio quis, φίλιππον in literas retulit, de quo Plin. 7. 48.

Xerxes, Perſarum rex filius Darii, & Cyri ex Atoſâ filiâ nepos, qui 170 hominum myriadibus, h. e. decies ſeptiesque centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cum ex editiore ſpeculâ aſpexiſſet, teneriter fertur lachrymaſſe, quòd poſt centum annos ex tanto hominum numero nemo eſſet ſuperfuturus. Sen. de Br. V. 16. Cum per magna camporum ſpatia porrigeret exercitum, nec numerum ejus, ſed menſuram comprehenderet Perſarum Rex inſolenti ſimus, lachrymas fudit quod intra centum annos nemo ex tanta juventute ſuperfuturus eſſet. Ubi bene *nec numerum ſed menſuram.* Unde Lucan. lib. 3.

Non cum Memnoniis deducens agmina regnis
Cyrus & effuſis numerato milite telis
Deſcendit Perſes.

i. e. Xerxes *telis* autem pro ſagittis, quibus ſingulis à ſingulis emiſſis exercitum numeravit, Herodot. autem lib. 7. alterum quoque modum commemorat quibus exercitum ſuum numeraverit Xerxes. Verba ejus ſunt Σύμπαντος δὴ τοῦ στρατοῦ τοῦ πεζοῦ τὸ πλῆθος ἑξδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες· ἐπεὶ δὲ ἐμετρήθησαν ἢ τόσοι ἦσαν. Συναγαγόντος ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνδρῶν, καὶ σωρεύσαντες παντὶ ὡς μάλιστα ἔσχον, περιγράψαντες ἔσωθεν κύκλον. περιγράψαντες δὲ καὶ ἀπήσαντες τὸν μυριὸν ἀπὸ σταλῶν περὶ ἕκαστον καὶ τὸν κύκλον, ὕστερον ἀνήκαντες ἀνδρὶ ἐς τὸ ὁμφαλόν. Ταύτῃ δὲ ποιήσαντες, ἄλλους ἐσβιβάζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον, μέχρις οὗ πάντας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηριθμησε. Sen. ſic de eo in De Conſt. *Quia tu putas, cum ſtolidus ille Rex multitudine telorum die obſcuraſſet, ullam ſagittam in Solem incidiſſe? aut demiſſis in profundum catenis Neptunum potuiſſe contingi?* Valerius Max. *Gravem illum & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tam terribilem, ſed Neptuno quoque compedes & cælo tenebras minitantem.* Juvenalis:

Ipſum compedibus qui vinxerat Enniſigæum.

Manil. lib. 3.

Nec Perſica bella profundo
Indicta, & magnâ pontum ſub claſſe latentem.

Tantum autem habuit navium apparatum, ut totum Helleſpontum operiret, & Aſiam Europæ ponte conjungeret; Athon præterea mont. à continente abſcidit. Plin. 4. 10. Manil. lib. 1.

Perſidis & victor ſtrarat qui claſſibus æquor.

Lucan. lib. 2.

Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem
Conſtruxiſſe vias: multum cum pontibus auſus
Europamque Aſiæ, Seſtonque admovit Abydo,
Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helleſponti,
Non Eurum Zephyrumque timens, quum vela, rateſq;
In medium deferret Athon.

Propertius 2. 1.

Xerxis & imperio bina coiſſe vada.

Claud. 2. in Ruf.

Haud aliter Xerxen toto ſimul orbe ſecutus
Narratur rapuiſſe vagos exercitus, amnes.

Juvenalis:

——Epotáque flumina Medo
Prandente.——

Unde Claud. lib. 1. de laud. Stil.

Arebant tantis epoti millibus amnes.

Lucretius:

Ille quoque ipſe viam qui quondam per mare magnum
Stravit, itérque dedit legionibus ire per altum
Ac pedibus ſalſas docuit ſuperare lacunas
Oſſa dedit terræ.

Victus tandem apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, navale quoque certamen cum Themiſtocle tentavit, à quo ſimiliter apud Salaminem ſuperatus, cum antea tota maria claſſe ſterneret, vix parvulâ cymbâ effugit, relicto Mardonio præfecto qui & ipſe re in Bœotiâ infeliciter geſtâ cum pauciſſimis in Perſidem ſe recepit. Demum cum ſe otio ſocordiæq; relictâ militiâ, tradidiſſet, præmium genus luxuriæ novum invenientibus propoſuit. Valer. Max. Quamobrem à ſuis ſpretus paucis poſt annis ab Artabano præfecto ſuo in regiâ interficitur, cum regnaſſet annos octo. Nominis interpretationem quære in *Artaxerxes*.

Xerxes, pictor Heracleota, Venerem adeo pulchram depinxit, ut ex eâ quæſtum magnum faceret. Ælian.

Roder. *Ximenes* Navarrus, Archiep. Toletanus multum gloriæ ſibi comparavit libris novem de rebus Hiſpaniæ, quas exorditur ab Herculis in eas terras adventu ac producit uſque ad tempora Ferdinandi tertii. Ob. 1245.

Franc. *Ximenes* Hiſpanus, Ord. Min. Arch. Toletanus & Cardinalis, Complutenſ. Academiæ inſtitûtor, Sacra Biblia, variis linguis Hebr. Chald. Græcâ & Latinâ Compluti magnâ accuratione Tomis ſex imprimi curavit, Leonique decimo ſucculentâ præfatione appoſita demiſſe nuncupavit. Ob. 1516.

Joannes *Xiphilinus*, Jo. Xiphilini Patriarchæ Conſtantinopolitani nepos Michaelis Imperatoris temporibus Dionis Nicæi epitomen fecit. Vide Voſſ. de H. Gr. l. 2. p. 301.

Xiſuthrus, idem qui & Noe. Cedrenus: Ὁ Νῶε Ξίσυθρον Χαλδαίοις ἐλέγετο.

Z A

Zabulon, vel *Zebulun*, decimus fil. Jacob. Gen. 10. Lat. *habitaculum* vel habitans. Aliter Heſychius: Ζαβουλών. ῥύσις νυκτερινὴ τετέσι χύσις σκότους.

Zacharias, princeps tli. Moſellamiæ. 1 Par. 5. Fil. Barachiæ Iſ. 8. Fil. Jeroboam. 4 Reg. 14. Lat. *memoria* vel *maſculus Domini*. Item Pater Joannis Baptiſtæ. Luc. 1. Item 4. Epiſc. Hieroſolymorum, A. D. 101. Et 88. Pont. Rom. A. D. 742.

Zagreus, Apollo ſic dictus: Heſychius: Ζαγρεὺς Διόνυσος· δοκεῖ δὲ μιγῆναι ὁ Ζεὺς τῇ Περσεφόνῃ, ἐξ ἧς τὸν Χθόνιον Διόνυσον.

Zalates, pathicus quidam. Juven. Sat. 2.

——Et tamen unus
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno.

Zaleucus, Locrenſis Legiſlator, vinum ægris prohibuit injuſſu medici, pœnâ capitis inditâ. Ælian. Var. H. 1. 2. c. 37. Val. Max. lib. 6. cap. 5. de eo narrat, quod cum ejus fil. adulterii crimine damnatus, ſecundum jus ab ipſo conſtitutum utroque oculo carere deberet, ac tota civitas virtuti & meritis patris crimen condonaret, ipſe ſibi non pepercit; ſed ſuo prius, deinde filii oculo eruto, uſum utrique videndi reliquit. Auſonius:

Sanxerit, & Locris dederit quæ jura Zaleucus.

Plura de hoc Legiſlatore vide apud Diod. Sic. lib. 12. Ælian. Var. 13. 24. Ζάλευκος ὁ Λοκρῶν νομοθέτης φησίταξε μοιχὸν ἁλόντα· ἐκκόπτεσθαι τοὺ ὀφθαλμούς. Ἁ τίνων μηδὲ φεισάσθαι τοῦτα ὁ δείμων αὐτῷ ὀφθαλμὸς ἢ δόξαν καὶ ἢ ἐλπίδα ἐπάγαν. Ὁ γὰρ τοι πᾶς ἁλὼς ὅδε τῇ μοιχείᾳ, εἶτα ἔμελλε πείσεσθαι τὰ ἐν τῷ παγέῳ νόμῳ. Ἐνταῦθα, ἕνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἅπαξ κεκυρωμένον, ἐπέμενεν αὐτὸς ὁ εἰσηγησάμενος ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ ὀφθαλμῷ, ἀνοιξόμενος ἢ ἑαυτῷ, ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελεώς.

Zamolxis, vir inter Getas natus, Pythagoræ diſcipulus ac ſervus, ad Ægyptios unà cum eo penetravit; quorum ritus ſecum in patriam deduxit, à ſuiſque putantibus illum Saturnum eſſe, poſt mortem habitus Deus. Herod. lib. 4. Vide Heſychium in Ζάμολξις.

Zenis, vel *Zencus* Chius, de Chio inſ. volumen edidit. Athen. lib. 14.

Zeno, Philoſophus ex Cypro Græcâ civitate, Stoicorum ſectæ conditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipſum aureâ coronâ & imagine æreâ. Adoleſcenti cuidam inepta multa loquenti, ait: *Ideo duas habemus aures, os autem unum, ut ſc. multa audiamus, pauca vero loquamur.* Deceſſit 72. ætat. ſuæ anno ſine morbo. Nam, ut ferunt, cum abiret ex ſcholâ, lapidem offendens digitum perfregit, manu verò terram feriens, illud ait, ex Niobe, *En adſum, quid me quæſo vocas?* Et continuo ſe ſtrangulans interiit. Diog. Laert.

Zeno, Cittieus, de quo Cic. in Orat. *Zeno quidem ille*, inquit, *à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes, intereſſet. Nam cum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam aiebat ejuſmodi eſſe; cum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat.* Fuit alius ejuſdem nominis Philoſ. Epicureus, Ciceronis ſynchronus, cujus mem. Cic. lib. 1. de Finibus.

Zeno Eleares, Parmenidis auditor ſimul cum Perdiccâ, & in Philoſophiâ & in adminiſtrandâ Rep. clariſſimus. Suidas. Apul. in Apol. *Zenonem illum antiquum* Veliâ *oriundum* (Eleam intelligit,) *Longè decoriſſimum fuiſſe, ut Plato autumat.* Ubi nimis forſan extollit. Nam Plato in Parmenide (ſi tamen hunc locum Apul. intellexit) tantum ait Zenonem fuiſſe εὐμήκη, καὶ χαρίεντα ἰδεῖν h. e. *procero & amabili corporis habitu.* Hunc inventorem Dialectices fuiſſe, ſicut Empedoclem Rhetorices, Ariſtoteles author eſt. Hujus celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia, quia cum adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflammaſſet contra Tyrannum; facto judicio comprehenſus, tradituſque eſt tortoribus torquendus, qui cum laceraretur, ut conſcios conjurationis nominaret, neminem illorum nominavit, ſed amicos intimoſque tyranni participes conjurationis eſſe dixit. Deinde cum quippiam ſe in aurem tyranni loqui velle ſignificaſſet, eam mordicus correptam non ante demiſit, quam raptâ aure mutilatum caput reliquiſſet. Sed cum ſocios conjurationis proferre cogeretur, conciſam dentibus linguam in os tyranni conſpuit, quo facto cives tyrannum lapidaverunt. De variis Zenonibus vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 104. Sen. 2. de Ir. Notus eſt ille Tyrannicida, qui imperfecto opere comprehenſus & ab Hippiâ tortus, ut conſcios indicaret, circumſtantes amicos tyranni nominavit, quibus quam maxime caram ſalutem ejus ſciebat. Et cum ille ſingulos, ut nominati erant, occidi juſſiſſet, interrogavit, *Ecquis ſupereſſet? Tu* (inquit) *ſolus: neminem enim alium, cui carus eſſes reliqui. Effecit ita, ut tyrannus tyrannicidæ manus commodaret, & præſidia ſua gladio ſuo cæderet.* Hæc Seneca. Quem autem ille *Hippiam* Val. Max. lib. 3. *Phalarim Agrigenti tyrannum* appellat. Diogenes vero Laert. ambigue *Nearchum*, vel *Diomedem*.

Zenobia, regina Palmyrenorum, poſt Odenati viri mort. in Syriâ Romanorum rexit imperium, poniturque inter 30. tyrannos, qui tempore Galeni orbem uſurpaverint. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphum ducta fuit, eique principis clementiâ Tyburte poſſeſſio conceſſa, ubi honeſtè ageret. Hæc eâ caſtitate dicitur fuiſſe, ut ne cum viro ſuo, niſi prolis gratiâ congrederetur. Trebellius Pollio in 30. Tyrannis: *Zenobiæ ea caſtitas fuiſſe datur, ut ne virum ſuum quidem ſciret, niſi tentatis conceptionibus. Nam cum ſemel concubuiſſet, expectatis menſtruis continebat ſe, ſi prægnans eſſet: ſin minus, iterum poteſtatem quærendis liberis dedit.* Quæ profectò ſingularis ejus laus fuit: Siquidem mulieres etiam fœtæ, ut plurimum, virorum congreſſus non reformidant. Heſychius: Θηλυτεράων, Συλειῶν ἧς μόνων ἐγκυμόνων πλησιαζουσῶν ἀνδράσι. Μόναι γὰρ αἱ γυναῖκες ἔγκυαι ὔσαι πλησιάζουσιν ἀνδράσι, ἧς ἡ ἄλλων ζώων οὐδέν. Plin. 7. 1. *Præter mulierem pauca animalia coitum novere gravida.* In paucis iis animantibus ſunt equa & ſus, ut idem Plin. ait extremo capite 63. lib. 10. Solius equæ meminit Ariſtoteles, lib. 4. de gen. Anim. cap. 5. Μόνα ἧς ζώων ὀχείαν ἐπιδέχεται κυοῦνται, γυνὴ καὶ ἵππος. De muliere autem cur eam etiam fœtam, voluerit Deus viri eſſe patientem Lactantius docet lib. 6. cap. 23. his verbis: *Nec ob aliam cauſam Deus, cum cæteras animantes ſuſcepto fœtu, maribus repugnare voluiſſet, ſolam omnium mulierem, patientem viri fecit, ſcilicet fœminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto caſtitatis gloriam non tenerent.* Sed hæc obiter. Regali alioquin pompâ Perſarum fere modo adorabatur Zenobia. Ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo, gemmis dependentibus, voce clara, moribus ſeveris, Græci, Ægyptiique ſermonis peritiſſima, Latini non ignara, orientalem Alexandrinamque hiſtoriam epitomavit. Herennianum ac Timolaum filios literis erudiit. De quorum exitu neſcitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.

Zenobius

Zenobius Sophiſta, teſte Suidâ Romæ docuit ſub Cæſ. Adriano. Eſt hic cujus proverbia extant, ex Tarrhæo ac Didymo, excripta. Sed quem Suidas & Etymologici auctor *Zenobium* appellant, hunc Ariſtoph. Schol. ἐν Νεφ. vocat *Zenodotum*; eumque interdum ſequitur Eraſmus. Scripſit quoque Genethliacum Adriani. Satis autem ingenioſa videtur doctorum virorum conjectura, qui, quo loco apud Suidam legitur, *Zenobium*, vertiſſe Salluſtianos libros βιβλίων h. e. *telorum*, legunt βέλων, ut Romano hoc vocabulo ſignentur libri de bello Catilinario, deque bello Jugurthino, de quibus ſeorſim ſcripſit Salluſtius. Voſſius.

Zenodotus, Grammaticus, vixit temporibus Ptolemæi primi, cujus etiam filios erudiit, ac præfuit Alexandrinæ Bibliothecæ: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 71. & P. Gr. pag. 61. Alius Sophiſta ſub Adriano Imp. docuit Romæ, ſcripſitque epitomen proverbiorum Didymi: convertit in Græcum ſermonem hiſtoriam Salluſtii, præterea Genethliacum in Adrianum, & alia. Suidas.

Zenodotus Trœzenius, Umbricam hiſtoriam condidit. Dionyſ. Hal. lib. 2. Suſpicari autem liceat eundem eſſe ex quo Solin. cap. 8. tradit *Prænestæ* ita dici à Prænesto Latini filio, Ulyſſis nepote. Quam nominis rationem etiam legere eſt apud Stephanus in Πραίνεστος, & Marc. Capellam lib. 6. Alius eſt Ætolus, Cæſari Germanico memoratus pene initio Commentarii in Aratæa Phænomena. Item *Zenodotus* Theophilus, ex quo de Phalange & Arachne quædam narrrat Nicandri Scholiaſtes in Theriaca. Alius quoque Epheſius, itemque Alexandrinus; de utroque Suidam ſis adi.

Zenothemis, vetus author, de quo Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 3. pag. 425.

Zephyrus, ventus flans ab occaſu Æquinoctiali, adverſus Subſolanum, quem Latini *Favonium* vocant. Sic dict. qu. Ζωηφόρος, h. e. *vitam ferens*, eo enim plantæ omnes germinant & pullulant. Vide Gell. 2. 22. Plin. 14. 18. Ovidius Triſt.

Frigora jam Zephyri minuunt.

Idem Met. 1.

——— *Placidique tepentibus auris*
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.

Virg. Æn.

——— *Zephyro putris ſe gleba reſolvit.*

Lucan. lib. 4.

Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iadder.

Silius, lib. 12.

——— *Blandiſque ſalubre*
Ver Zephyri tepide mulcebat rura ſereno.

Zethes, Boreæ filius ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero extiterunt, & quoniam alati fuerunt, ad pellendas Harpyias miſſi ſunt, quas uſque ad Strophades inſulas inſecuti ſunt. Apoll. lib. 1.

Ζήτης αὖ Κάλαΐς τ' Βορήϊοι ὦκες ἴκοντο,
Ὅις ποτ' Ἐρεχθηΐς Βορέη τέκεν Ὠρειθυια.

Prop. lib. 1.

——— *Aquilonia proles*
Hunc ſuper & Zethes, hunc ſuper & Calais.

Ovid. Met. 6.

Barbara dum rutilis aberat ſubnixa capillis
Implumes Calaiſque puer, Zeteſque fuere.

Apollod. lib. 1. Οἱ Βορέᾳ καὶ Ζήτης καὶ Κάλαις ὄντες πτερωτοί. Mem. Pauſanias in Lacon. & Eliac. Papinius Theb. lib. 5.

Theſea & Iſmarios Aquilonia pignora fratres
Utraque queis rutilâ ſtridebant tempora pennâ.

Orpheus ver. 216.

Διανὸν δ' αὖ Βορέης καλὸν ταχὺν εἰσενόησα
Οὓς τέκε Ἐρεχθῆϊ θεὸς κλυτὸ Ὠρειθυια
Ἰλιονῆ παρὰ χεῦμα θεῆ φιλότητι μιγεῖσα·
Οἳ δὴ καὶ παρὰ σῆμα τὸ Θαΐδος πεπότηντο
Ζήτης καὶ Κάλαις, δίμας ἐίκελοι ἀθανάτοισι.

Val. Flaccus, lib. 1.

Quin & Cecropiæ proles vacat Orithyiæ.
Temperet ut tremulos Zetes cum fratre ceruchos.

Zetus, vel *Zethus*, filius Jovis ex Antiope, & frater Amphionis. Horat. lib. 1. Ep. 17.

Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis atque
Zeti diſſiluit. ———

Vide *Amphion.*

Zeuxis, Heracleotes, pictor ſuâ ætate maximus, qui, teſte Plin. 35. 9. tantas opes acquiſivit, ut in oſtentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret. Æquales ejus & æmuli fuere, Timanthes, Androcydes, Eupompus, & Parrhaſius, cum quo deſcendiſſe in certamen traditur. Idem fertur pinxiſſe puerum uvas ferentem, ad quas cum advolarent aves, eadem ingenuitate proceſſit iratus operi, ac dixit: *Uvas meliùs pinxi quam puerum, nam ſi & hunc conſummaſſem, aves timere debuerant.* Hinc etiam pinxit Helenæ ſimulachrum. Plin. 35. 10. Ejus mem. Cic. 2. de Juvent. Plut. in Pericle, &c.

Zoilus, Sophiſta Amphipolites, Ptol. Philadelphi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, quòd Homerum, Poetarum omnium faciè principem libris adverſus illum ſcriptis, auſus ſit reprehendere; unde & Ὁμηρομάστιξ cognomen accepit. Ovid. lib. 2. de Rem. Am.

Ingenio magni livor detrectat Homeri,
Quiſquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.

Mart. 11. 93.

Mentitur qui te vitioſum, Zoile, dicit:
Non vitioſus homo es, Zoile, ſed vitium.

Non prætermittendus hic locus Vitruvii de Zoilo, qui in Præfat. lib. 7. talis eſt: *Inſequentibus annis à Macedonia Zoilus, qui adoptavit nomen ut HOMEROMASTIX vocitaretur, Alexandriam venit, ſuaque ſcripta contra Iliadem & Odyſſeam comparata regi recitavit. Ptolemæus vero cum animadvertiſſet Poetarum parentem, Philologiæ omnis ducem, abſentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit reſponſum. Zoilus autem cum diutius in regno fuiſſet, inopiâ preſſus ſummiſit ad regem, poſtulans ut aliquid ſibi tribueretur.* Rex vero reſpondiſſe dicitur, Homerum qui ante annos mille deceſſiſſet ævo perpetuo multa millia hominum paſcere; Item debere, qui meliori ingenio ſe profiteretur, non modo ſe unum, ſed etiam plures alere poſſe. *Et ad ſummam mors ejus ut parricidii damnati variè memoratur. Alii enim ſcripſerunt à Philadelpho eſſe in crucem actum; nonnulli in eum lapides eſſe conjectos; alii Smyrnæ vivum in pyram conjectum: quorum utrum ei acciderit merenti digna conſtitit pœna.* Hæc Vitruvius. *Canis Rhetoricus* etiam nominabatur, teſte Ælian. ποικιλ. 11. 10. Honeſtius tamen de Zoilo Dionyſ. Halic. ſentit, qui non tam animi vitio notaſſe ipſum & reprehendiſſe Homerum, Platonem & alios, quam veritatis ſtudio putat, quem vide Reſponſione ad Epiſt. Cn. Pompeii in quâ de reprehenſo ab eo Platonis ſtylo ille conquerebatur, cap. 6. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 94.

Zonaras, hiſtoricus fuit ſuâ ætate clariſſimus in regno Conſtantinopolitano. Prodiit ante paucos annos volumen triplex hiſtoriarum earum, quas conſcripſit. Deſinit autem ibi ubi Nicetas incipit, atque ubi is deſinit, ibi incipit Nicephorus Gregoras, & in fine hujus Chalcocondylas. Vide Voſſ. Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 27.

Zopyrion, Ponti præfectus, Scythis bellum indixit, Juſt. lib. 12. *Zopyrion* vero qui Joſepho celebratur, lib. 1. contra Apionem, hiſtoricus fuiſſe videtur; de quo Voſſ. Hiſt. Gr. pag. 425.

Zopyrus, nobilis Perſa, qui cum Darius rex Perſarum Babylonios diu & fruſtra oppugnaret, ipſe ſibi naſum, aures, & labia amputavit, & ita ad Babylonios, quaſi transfuga ſe contulit, conquerens de ſui regis crudelitate. Receptus igitur à Babyloniis & dux belli factus urbem Dario tradidit. Unde poſtea Darius ſolebat dicere, ſe Zopyrum malle integrum, quam viginti capere Babylonas. Herod. lib. 4. Alius Phyſiognomiſta fuit, h. e. qui profiteretur ſe hominum mores, naturaſque ex corporis habitu, oculis, vultu, fronte poſſe pernoſcere. Qui cum turpia quædam, & à virtute aliena de Socrate dixiſſet, eoque is à multis derideretur; *Non errat*, reſpondit Socrates, *hujuſmodi enim naturâ eſſem, niſi naturam philoſophiâ ſuperaſſem.* Alius Byzantius, hiſtoricas ſcripſit, quarum lib. 3. citat Plut. Par. Min. cap. cap. 36. Idem videtur eſſe cujus meminit Marcellinus in vitâ Thucydidis. Alius quoque Heracleota, cujus craterem eſſe ferunt Orpheo inſcriptum, ut ex Clem. Alex. diſcimus. Meminit & *Zopyri* Oratoris Laertius Diogenes in Timone. Mentio item fit *Zopyri*, neſcio cujus, apud Stephanum in Ἀφεδησίας.

Zoroaſtres, rex Bactrianorum Nini Aſſyriorum regis temporibus annis 400. ante bellum Trojanum. Primus magus Plinio eſt, 30. 1. Riſit eodem, quo natus eſt die. Idem 7. 10. In fragmentis Beroſi Chaldæi legitur Zoroaſtrem fuiſſe Chamum, fil. Noæ, ſic dictum qu. ζῶον ἄστρον, ſc. à diligenti contemplatione motus ſiderum. Scripſit collectanea ſacra rerum Perſicarum memorata Euſebio Præp. Evang. lib. 1. extremo. Ubi ſubjicit ejus verba de Deo. Quin Zoroaſtres autem hic ſive quiſquis hoc nomine eum inſcripſit librum, longè recentior ſit Bactrianorum rege, magno & ipſo, quicum poſtremum Ninus bellum geſſiſſe dicitur, minimè dubium eſt. Olim tamen de eo dubitatum videtur. Plin. 30. 1. *Magia ſine dubio orta in Perſide à Zoroaſtre: Sed unus hic*

fuerit,

fuerit, an poſtea & alius, non ſatis conſtat. De junioris Zoroaſtræ ſcriptis aliis ſeu veris, ſeu fictis, Suidam adi, qui eum cum antiquo confundit. Vide Bochartum Phaleg. lib. 4. cap. 1. Cedrenus: Ἐκ τῆς ἡμέρας (Nini ſcilicet) ἦν αὐτῷ καὶ Ζωροάστρης ὁ ἀθεόδοτος ἀστρονόμος ἐν Πέρσαις ἠμόμφῳ, ἠύξατο ὑπὸ πυρὸς ἀεὶ κεκαυσθῆναι καὶ ἀναλωθῆναι, ἐπειλάμβανον τοῖς Πέρσαις τὰ ὁσιὰ αὐτῶν μὴ ἧττον ἀνάπτειν καὶ φυλάττειν αὐτὰ καὶ τιμᾶν. Καὶ ἕως δέ, φησὶ, σβεσθῇ ταῦτα, τὸ βασίλειον ἡμῶν χώρας οὐκ ἐκλείψει. Οὕτως ἦν τότε πυρὶ ἐρχνίῳ πεφρωδότος τὰ λείψανα αὐτῶν διὰ πυρὸς εἶχον οἱ Πέρσαι, ἕως τότε καταφρονήσαντες καὶ τὴν βασιλείας ὄξιπος.

Zoſimus, comes, & advocatus fiſci, temporibus Theodoſii Jun. ut ex Evagrio Scholaſtico patet. Reliquit hiſtoriæ libros 6. quorum primus Cæſares ab Auguſto uſque ad Diocletianum percurrit. Cæteris 5. fuſius perſequitur res Romanas uſque ad Romam iterum ab Alarico obſeſſam. Homo fuit paganus, unde creber eſt in ſugillandis Principibus Chriſtianis, quo nomine etiam à Photio reprehenditur, item Evagrio, Nicephoro, &c. Dictione utitur brevi, perſpicuâ, purâ, & ſuavi. Diverſus autem eſt ab hoc *Zoſimus* Gazæus, quippe qui temporibus vixerit Anaſtaſii Imp. teſte Suidâ. Meminit & idem *Zoſimi* Alexandrini, qui vitam Platonis poſteris tradidit. Sed ætatem ejus non ponit, ut an idem ſit, ac *Zoſimus* iſte, de quo prius diximus, parum liqueat. Voſſ.

Zoſteria, Zoſteriæ Minervæ Statuam fuiſſe in Bœotiâ auctor eſt Pauſanias. Ἀπὸ τῆς ζώνης ita dicta eſt Pallas, id autem Homero ſignificat ὁπλίζεσθαι. Τὸ δὲ ἐνδύναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν ζώσασθαι, inquit Pauſanias. Hinc Ἀθηνᾶ ζωστήρια.

Zoticus, vir ſanctus & probatiſſimus, Comagenæ Epiſcopus, qui, cum apud Pepuzam Maximilla, Montani hæretici meretrix, ſe prophetare ſimularet, repente ingreſſus, cœpit imperare ſpiritui qui in ipsâ loquebatur, ita ut eam penitus cohiberet. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 1.

Zygia, Juno apud Pindarum ſic dicta, eo quòd nuptiis præſidere putabatur; Unde Γαμηλία Græcis, & *Pronuba* Latinis dicitur. Hinc Ovid. Ep. 2.

Junonemque toris quæ præſidet alma maritis.

Virg. Æn. 4.

Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.

Dionyſ. Holicarn. de Meth. Orat. Nupt. Ζεὺς γὰρ καὶ Ἥρα θεῶν τοὺς ζεύγνυντες τε καὶ συνδέοντες· ἔτω τοι ὁ μὲν πατὴρ καλεῖται πάντων, ἡ δὲ Ζυγία ἀπὸ τῆς ζεύγνυσθαι τὸ δῆλον τῆς ἀρρήτου.

Syneſius Hymn. 1.

Τί γὰρ ἀλκὴ, τί δὲ κάλλος,
Τί δὲ πλοῦτος, τί δὲ φάμα,
Βασιλῆοί τε πιμαὶ
Παρὰ τὰς Θεοῦ μεσίμνας;
Ὁ μὲν ἵππον ἐν ὁπλοῖσι,
Ὁ δὲ τόξον ἐν πτερύγοις,
Ὁ δὲ σπιδόεσσα φυλάσσει
Κτεάνων χρύσειον ὄλβον.
Ἑτέρῳ δ' ἄγαλμα χαίτη
Καταειμένη γενόντων,
Πολυΐμνῳ δὲ καὶ εἶπε
Παρὰ κούρῃς, ἅδε κούρας,
Ἀμβρύγμασι θεσσάμενον·
Ἐμὲ δ' ἀλόχητον εἶπε
Βιοτὰν ἄσημον ἔλκειν,
Τὰ μὲν ἐς ἄλλους ἄσημον
Τὰ δὲ θεοὺς εἰδότα.

FINIS.

ΤΩ ΚΑΘΗΜΕΝΩ ΕΠΙ ΤΟΥ ΘΡΟΝΟΥ ΚΑΙ ΤΩ ΑΡΝΙΩ Η ΕΥΛΟΓΙΑ ΚΑΙ Η ΤΙΜΗ ΚΑΙ Η ΔΟΞΑ ΚΑΙ ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΙΩΝΑΣ ΤΩΝ ΑΙΩΝΩΝ ΑΜΗΝ.

DICTIONARIUM
Geographicum

LOCORUM, GENTIUM, REGIONUM, &c.

Vocabula Antiqua & Recentia

ORDINE ALPHABETICO

COMPLECTENS.

DICTIONARIUM

Geographicum

LOCORUM, CENTUM, REGIONUM &c.

Vocabula Antiqua & Recentia

ORDINE ALPHABETICO

COMPREHENDENTIA

LEXICON GEOGRAPHICUM.

A, flu. Belgii in Tranſiſalanâ prov. Stenovicum urb. alluit, & poſtea in fin. Auſtralem ſe exonerat ad *Bloxill* fortalitium in eadem prov.

Aa, Amnis Weſtphaliæ in Germania, Bockoltiam alluens: in Iſalam vet. excipitur, infra Anholtium, op. Zutphaniæ; à quibuſdam *Velicer* dictus.

Aa, Flu. Weſtphaliæ, Stenfortiam op. Monaſterienſ. Dioec. alluens, & poſtea in Vechtam fluens 2. leuc. infra Bor.

Aa, Amnis Weſtphaliæ Monaſterium urb. alluens, & poſt 2. mill. in Amaſium ſe exonerans.

Aada, Flu. Brabantiæ, Helmontium op. rigans, ac dein Buſcoducum, ubi Dommelæ, & Dieſæ jungitur, & 2. abhinc leuc. in Moſam labens.

Aba, & *Abæ*, Civitas Phocidis, cujus incolæ *Abantes* dicebantur, qui poſtea relictâ patriâ Euboeam incoluere, quæ etiam ab ipſis *Abantis* dicta eſt. Strab. l. 10.

Aba, Cariæ urbs Steph. op. quoque Arab. fel. Ptol. Item mons Armen. maj. qui & Capotes nominatur, à Simyra urbe 11. m. p. in Bor. diſtans, ex quo Domitius Corbulo Euphratem naſci voluit. *Caicol* Theveto.

Abacænum Steph. & Diod. Sic. *Abacæna* Ptol. *Bigenis* incolis, urbs Siciliæ, 15. m. p. à Meſſana in ort. prope Longanum flu. אבכין *abacin* dict. putat Bochartus Pœnorum linguâ; quibus אבך *abac* eſt extollere: rudera ſiquidem hujus urb. ex Fazello & Bonfilio deſcribit Cluver. prope Tripium op. in edito, & undequaque prærupto monte.

Abæ, Urbs Phocenſium, à Philippo Macedone, cum cæteras evertiſſet, ob id relicta, quòd ejus pop. ſacrilegii expers eſſet Pauſ. in Bœoticis. Nomen habuit ab *Aba* heroe, uti Steph. & Suid. prodiderunt. *Abæ* quoque πόλις Ἰταλίας Stephano, eadem forte quam Ptol. Ἤεγν vocat, exiguâ vocalium commutatione; in quâ *a* longum Ionica dialecto vertitur in *η*. Cluver. Item Lyciæ loc. ubi Apollinis fanum erat. Schol. Soph. in Oed. Tyran. Hic reſponſa dabantur, priuſquam Delphis darentur. Cives *Abæi*, qui ab Argis in Phocidem co nmigrarunt. Item Civitas Arabiæ cujus mem. Diod. Siculus l.b 32. Ecloga 1. ex Photii Bibliothecâ. Cœterum *Abæ* vocatæ quoque fuere *Abantia* neut. gen. plur. Heſych. Ἀβαντὶς πόλις πλησίον Παγασῶν, ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Abæ* verò dictæ ſunt vel ab *Abante* quodam, vel quod in hanc Urbem non ingrediretur peregrinus, uti teſtatur Lycophronis Scholiaſtes ad ver. 1074. Ἄβαι ἢ ἡ νῦν Ἄβαι τινὲς, ἢ διὰ τὸ μὴ βαίνειν ἐν τῇ αὐλῇ ξένον.

Abæa, *Chiores* Moletio, op. Meſſeniæ litori Pheris proximum. Populi Abæatæ.

Abages, vel *Abagi*, Scythiæ pop. Sacis vicini, ad fidem Chriſti temp Juſtiniani Imp. converſi. Evagrius ex Procopio: aliqui *Abaſges* legunt. Ἀβασγοὶ Arriano dicuntur.

Abala, op. Africæ, non procul à Rubro mari. Plin Item portus juxta Siciliam, ad quem aufugit Cæſar, adverſus Pompeium dimicans, cum unico armigero; ſervis, amicis & ſatellitibus deſtitutus. Appianus.

Aballaba, vel *Abellaba*, op. Angliæ Bor. in Weſtmaria reg ad Ituram flu. *Appleby* Camdeno.

Aballo, vulgò *Avallon*, op. Burgundiæ, ad Cuſſinum flu. 10. leuc ab Antiſſiodoro, & 18. ab Auguſtoduno in Bor. long. 20. 55. lat. 46. 56.

Abana, Limpidiſſimus, & jucundus Damaſci flu. qui ex radicibus M. Libani oriens, meridionale & occid. Damaſci latus alluit, indéq; per planitiem *Archadob* defluens in mare Syriacum labitur.

Abantes, pop. ex Thracia oriundi, qui fin. ſuis egreſſi in agro Phocenſi op. condidere, quod à ducis ſui nom. *Aban* vocarunt. Hi poſtea in Euboeam delati, à ſuo relictique op. nom. *Abantidem* illam appellarunt. Hos Herodotus inter Iones & Achivos commemorat. Homerus ὄπιθεν κομόωντας, *ab occipitio comatos* vocat, ex peculiari gentis more. Aiunt enim antiquos Curetas Chalcidem habitaſſe, cum verò bellum iis de agro Lilantæo inferretur, hoſteſque ipſos anteriore comâ prehenſos in terram affligerent, fronte attonsâ comam in occipitio tantùm aluerunt. Ideo *Curetes* à *tonſurâ* vocati ſunt, & Statuæ hoc habitu apud ipſos viſuntur. Euſt. in Hom. Hi (teſte Pauſ. in Eliacis) ex Euboeâ 8. navibus ad Ceraunia delati, Thronium, in reg. quam Abantidem dixerunt, conſtruxere, quam tandem amiſerunt, & poſtea Corcyram deducti ſunt: Heſychius: Ἄβαντες, Εὐβοεῖς καὶ Κόλοσσοι νενεῳδὶ, lege, καὶ Κόλοσσοι καὶ νενεῳδὶ. nam ex *α* privativo & βαίνειν dicuntur Coloſſi, ut & mortui; non enim incedunt. Palmerius אבם *abas* autem unde *Abantes*, Hebraicè eſt *ſaginare*; hinc שור אבוס Prov. 15. 19. *Theodotio* rectè reddidit βοῦν σιτιστὸν Vulgatus verò *vitulum ſaginatum*: inde factum Phœnicibus verbale nomen *abas* pro pecudum ſaginatore, cujus plurale Phœnicium eſſet אבסין *abaſin*, ſed Græcâ flexione eſt Ἄβαντες. Itaque ut à *boum paſcuis* inſula *Bohmo* & *Eubœa*: ita incolæ *Abaſin* vel *Abantes* appellati ſunt à boum ſaginatione. Bochart.

Abantis, inſula. Vide *Eubœa*.

Abares Evagrio, *Abari* Nicephoro, pop. Scythiæ inter Hamaxobios, Turcis finitimi. *Avares* & *Avari* aliis dicuntur.

Abarim, mons excelſus Arab. Petrææ, Ammonitidem & Moabitidem à Palæſtina ſeparans, contra Hierichuntem, Moſis tumulo celebris.

Abaſci, vide *Abages*.

Abaſeni, Arab. gens. Stephanus: ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὄνον καὶ θυμίαμα: ubi non intelligit Africæ *Abaſenos* vel *Abiſſinos*, ſed Arabiæ, à quib. Africani ſunt oriundi. Hi porrò *Abaſeni* Adramitis, vel Chatramotis erant proximi. Uranius apud Steph. Μετὰ τοὺς Σαβαίους Χαβαμῶται, καὶ Ἀβασηνοὶ.

Abaſſinia, ſeu *Abaſſia*, & *Abaſſenia*, reg. Africæ in Æthiop. ſup. olim regn. ampliſſimum, ſed à 100 prope an. per Galas pop. valde fuit imminutum, teſte Iſ. Voſſio. Dicit enim ille quod ſi ſolam ſpectemus Abaſſiniæ partem, quæ hoc temp. paret Imperatori, illa adeo exigua eſt, ut vix exæquet Hiſpaniam, & ut ejus Imp. vix magni Regis titulo cenſeri mereatur; potiorem quippe regni portionem ſuperiori ſeculo invaſit Galarum natio, litoralem verò tractum vicinum ſinui Arabico jam olim occupavere Mauri: ita ut iſte Abaſſiniæ Rex nullum poſſideat portum, nec mare poſſit aditi, niſi per Turcicas ditiones. Olim cum latiſſimè extendebatur ejus Imperium ab ort. in occ. à faucibus nempe fin. Arabici uſq; ad terminos regni *Goiame*, non tamen excedebat maxima ejus long. leucas Germ. 160. ſumma verò lat. à prov. Alaba uſque ad Magazam, ſeu confluentem Nili & Tacazæ fluviorum, i. e. à Lat. Boreali 8. graduum uſque ad gradus 16. erat Leucarum Germanicarum centum & viginti. Jo. Barroſius Luſitanus ait regn. Abaſſenum habere in ambitu leuc. Luſitanicas 672. i. e. leuc. Germ. 504. Poſtremi qui ex hoc regno provenerunt ad nos nuncii referunt ditionem hujus Regis adeò imminutam eſſe, ut vix dimidiam partem terrarum poſſideat, quas proavi ejus tenuere. Solæ enim ſuperſunt provinciæ Ti-

gre, Dambea, Bagameder, Goyame, Amahara, Narea, & pars Xaoæ. In tota Abassinia nulla urbs regia certa est; quocunque enim rex seu Imp. cum Aulâ suâ proficiscitur, ibi, fixis tabernaculis, regia esse putatur.

Abatos, insul. Ægypti, in palude Memphitica; sic dict. qu. *inaccessa*, lini & papyri copia olim celeberrima. Lucan l. 9.

Hinc Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas
Terra potens, primos sensit perculsa tumultus.

Abbatiscella, Appenzel, burgus prædives, & unus ex 13. pagis, seu Cantonibus Helvetiis, ad fontes Sintræ amnis, 12. leuc. à Curiâ, & 4. à Fano S Galli. Lon. 31. 19 lat. 46. 52.

Abbatisvilla, Abbeville, urbs Picardiæ ad Somonam flu. in Pontivo Com. 34. leuc. à Lutetia in Bor. ab ora 5. leuc. in ort & ab Ambiano 10. in occ.

Abbefortia, op Norvegiæ cum portu maritimo in præfectura Aggerhusianâ, 15. leuc Germ. ab Anstoa versus Occid. à *Stavangria* v. 20. circiter.

Abdara, op. Hisp. Bæt. in ora australi regni Granatens. ab Almeria (quæ ei in episcopali sede successit) 7. leuc. in Australibus.

Abdera Pomponio Melæ, cui, tanq. Hispano, magis fidendum. Quin & Stephanus Ἄβδηρα, πόλις Ἰβηρίας. *Audera* Straboni. Sic enim ille: Αὐδηρα, Φοινίκων κτίσμα, ἢ αὐτή. Hodie cum articulo *Aladra*, pro *Alabdra* Long. 18. 12. lat. 36. 30.

Abdera, urbs Thraciæ maritima, non procul à Nessi flu. ostio, à Teiis condita: unde proverb. Ἄβδηρα πάλιν Τήϊων ἄποικία.

Abdera pulchra Teiorum Colonia; quo significamus non deesse quo confugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus; de quo vide Voss. ad Melam, p. 235. Dicta fuit ab *Abdero* Herculis *delicius*, à Diomedis equis lacerato, & illic humato; in cujus honorem Hercules, posteaquàm pugnasset cum Diomede, *Aderam* condidit; quæ postea collapsa *Ciazomene*, à Ciazomeniis ex Asia venientibus qui eam in majorem formam redegerunt, vocata est. Solinus autem ab *Abdera* Diomedis sorore conditam scribit, & cognominatam. Sic enim ille. *Inde non procul Abdera, quam Diomedis soror condidit & à se sic vocavit.* Jo. Tzetzes verò ab Hercule structam fuisse vult hanc civitatem,

Ἐφ' ᾗ πόλει Ἄβδηρα ὁ Ἡρακλῆς
Πρὸς Εὐρυδίκα τὸ λοιπὸν ἐκόμισε τὰς ἵππους.

Vide Steph. in Ἄβδηρα.

Ejus mem. Ovid. in Ibin. *Aut te devoveat certis Abdera diebus.* Ephoro Ἄβδηρα pl. num. dicitur, sic & Pomponio: *Urbs, quam soror ejus suo nomine appellavit Abdera.* Pop. *Abderitæ*, & *Abderitani*. Hinc adagium: *Abderitica mens*: Abderitanos enim stupori mentis obnoxios scribit Cic. de Nat. Deorum. Plinius quoque l. 25. c. 8. apud Abderam pascua esse testatur, in quibus equi pasti in rabiem vertuntur, quemadmodum apud Potniam asini. Mart. lib 10.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Hinc *imperium Abderiticum* apud Ciceron. lib. 7. ad Atticum. Laudat Mela h. urb. quod Democritum Physicum tulerit. Atqui non solum Philosophum hunc urbs ista dedit, verùm & Protagoram & Anaxarchum; præterea Hecatæum Historicum, & Nicænetum, plurimosque alios insignes viros, ut meritò dixerit Stephanus: Πλεῖστοι Ἄβδηρίται ὑπὸ τῆ πανοχογέφυρον ἀνατγέφουσι: cum in omnium illustrium virorum catalogis crebri passim essent Abderitæ. Nescio itaque quare Juvenalis hanc *vervecum patriam* dixerit; nam quod multi apud Abderitas insani nascerentur, aut fierent, quis hoc Stupori tribuat? cum insania non hebetes & stupidos, qui nil habent quod perdant, sed maxima plerumque invadat ingenia. Quamvis autem Hippocrates lib 3. Epidem. complurium Abderitarum meminerit, quorum febres conjunctæ fuerint cum delirio, non tamen ex tam inamœno morbo natum esse puto proverbium illud de *malo Abderitico*, sed potius ex affectu jucundissimo, qui ipsorum febribus succedere solebat, uti refert Lucian. de Conscr. hist. Omnes namque Musicæ & Poeticæ studebant, carmina Poetarum recitantes sibi invicem, & passim in plateis histrioniam agentes: tam elegans insania non cadit in crassos & pituitosos, nedum in *vervecea capita*, quæ (si verum est paradoxum Stoicum) semper delirant. Vossius: Hodie *Asperosa* dicitur Nigro & aliis, estque prope lacum Bistonium. Long. 51. 45. lat. 42. 45.

Abditana, op Africæ apud Tunetim, seu Tunesim urb. olim urbs episc. sub Arch. Carthaginensi. *Arriana* Marmolio.

Abea, Tauria, & *Æpea* Straboni, Peloponnesi urbs ad sin. Messeniacum. Pausan. dicit olim *Iren* appellatam fuisse. Hodie *Calamata* Sophiano.

Abel, sive *Abela*, op. Palæstinæ gen. unum in terrâ Ammonitarum, ubi Jephthe dimicavit, à Philadelphia 7. m. p. distans, etiamnum *Abela* appellatum: alterum à Gadaris 12. m. p. in ort. recedens.

Abelinates, Plinio Italiæ pop qui *Protropi* cognominantur; item alii, qui *Maji* dicti sunt: circa Apuliam utrique.

Abella, Campaniæ op. sed in vulgatis authorum exemplaribus est *Avella*. Ex Ptolemæo tamen (qui Romanorum fere ubique per Italiam sequitur vocabulorum formationes) colligas *Abella* pronunciasse Romanos; habet enim una cum Strabone Ἄβελλα; alioqui scripturus erat Ἄβελλα. Apud Virgil. Æn. 7. jam inde antiqui Grammatici capite suo nomen hoc detruncarunt in hunc modum:

Et quos malifera despectant mœnia Bellæ.

Silius autem Italicus, quem Virgilii similem verissime dixeris Abella habet hoc versu:

Surrentum, & pauper Sucis Cerealis Abella.

De orig. op. Just. lib. 20. *Jam Nolani, Abellani, nonne Chalcidensium coloni sunt.* Ambrosius Leo tradit eam à priscis Græcis Ἄβλα, à venti vertigine hunc tractum perflante, dictam fuisse, à posteris verò Latinis *b* insertum. *Avella* autem ut dixi vulgò perhibetur; unde *Avellanæ nuces* Macrob. Sat 3. 18. Long 38. 15. Lat 41. 5.

Abelinum, urbs Hirpinorum. Pop. *Abellinates* Plinio. Bapt Porta scribit 2. esse Italiæ op quæ vulgò *Avello*, & *Avellino* vocantur. An hoc *Abellinum*, illud *Abella*? Long. 38. 19. lat. 41 06.

Abelterium, Lusitan. urbs inter Olyssiponem & Emeritam. Anton. Simlerus legit *ab Elterio* divum.

Abendonia, seu *Abingdonia*, op. Angl in Com Bercheriæ, 5. m. p. ab Oxonio in aust. *Sheovesham* primò Saxonibus, inde *Abbandune*, ab *Abbatia* proculdubio hic dict potius quam ab *Abbano* Hibernico nescio quo Heremita, ut quidam scripserunt. *Locus erat* (ut habet vetustus liber Abbendonensis) *in planitie, visu desiderabilis, paululum supra vallem, quæ nunc vocatur* Summingwell, *inter duos rivulos amœnissimos, qui iccum ipsum, qui si quendam sinum, inter se concurrentes, gratum cernentibus præbent spectaculum, & opportunum habitantibus subsidium.* Sheovesham *autem ipsa olim dicta, civitas famosa, aspectu desiderabilis, divitiis plena, agris circumdata uberrimis, vernantibus pratis, diffusis campis, & gregibus lactifluis. Hic sedes Regia, hic, cum de regni præcipuis & arduis negotiis tractaretur, concursus fiebat populi.*

Aberavonium, Aberavon, op. Walliæ in Com. Glamorganensi in ora, ad ost. Avonis flu.

Abercovonium, Abergonwey, seu ostium Covonii flu. op. Walliæ in Arvoniæ Com. à Denbighia 15. m. p. & 9. à Bangoriâ. Dicitur etiam *Conovium*.

Abergennium, Abergavennew, & *Abergeny*, op Angliæ in Walliâ, & Com. Monumetensi, ad flu. *Uske*, Vide *Gobanium*.

Aberistyvium, Aberistyvith, op. Walliæ in ora litor. ad ost. flu. *Istwith* in Ceretica prov. Vide *Tybius*.

Aberdona, & *Aberdonia*, olim *Devana*, nunc *Aberdeen*, urbs Scotiæ episc. empor. & Academia in orâ Orientali, ab Andreapoli, ejus metropoli supra 60. m. p. in Cæciam, ad ost. flu. *Done*. Long 18. 12. lat. 58. 40.

Aberdonia nova, New Aberdeen, urbs Scotiæ in prov. Marria, non procul ab ost. flu. *Dee*.

Aberdora, Aberdor, op. Scotiæ sept. in Buquania prov. 30. m. p. ab Aberdonia in Bor.

Abernæthum, Abernethy, op. Scotiæ in Strathernia prov. olim primaria civitas Pictorum. Ejus Episcopat. inde Andreapolim translatus fuit, procurante Kennetho Rege Scotorum.

Abia, urbs Messeniæ, quæ & *Ira*; & unum ex 7. op. erat quæ Agamemnonem Achilli promisisse Homerus testatur.

Abia, flu. Asiæ in Tartaria, & prov. Zagatalà; cadit in Oxum.

Abii, pop. Scythiæ Stephano, vel ut alii volunt Thraciæ. Ita dicti, quòd in curribus degentes, lacte vescentes, & in cœlibatu viventes, vitam humanam agere non videantur. Alii autem sic dictos putant, quòd in pace degentes nemini vim inferant, ab *α* priv. & *βία violentia*. Certe Hom. Iliad. 5. Ἀμαιροὶτους ἀνθρώπων eos appellat. Sunt quoque, qui sic dictos volunt, quod more vicinarum gentium arcu non utantur, ab *α* priv. & *βιὸς arcus*. Vide Boch. Phaleg. 3. 9.

Abila, Stephanus duas urb. hujus nominis habet, quarum unam ponit in Phœnicia, alt circa Jordanem flu. *Abilene* D. Lucæ vocatur cap. 3. hodie *Bellinas* dicitur.

Abila, vel *Abyla*, mons Africæ ad fretum Gaditanum & reg. Calpes M. in Europâ. Nomen ejus ex Punica linguâ *montem altum* exponit Avienus, in ora maritima:

Abilam vocat gens Punicorum, mons quod altus barbaro.

Siquidem *Abila* Pœnis erat עי עגלאה *ab illaa*, quod *montem altum* exponi nequaquam miror, cum עברם Jerem. 4. 29. Hieronymus interpretatur *ardua*. Illud huic monti apprimè convenit, qui à Dionysio describitur.

Ἡλίβατος

Ἡλίϲα|Θ, πυκινοῖϲι καλυπ|τόμεν|Θ νεφέεϲϲι.

Itaque hæc Festi versio posset ferri, nisi occurreret aptior, quòd עב *ab* exponitur *silva*. Patet illud ex ipso Jeremiæ loco, quem indicavimus; ubi pro עבים. *abim*, Græci τὰ ἄλση h. e. *nemora* reddunt; *Abilam* enim Græcis Ἀβύλην, montem fuisse silvosum constat ex his Strabonis lib. 17. Τὸ ὑποκείμενον ὄρ|Θ ὄνομα Ἀβύλη, πολυδένδρον, καὶ μεγαλόδενδρον. Sunt qui *Abyla*, transpositis literis *Alybam* scribant, i. e. עלבא *al aba*, eodem sensu. Dionys. Periegetes

Στηλάων Ἀλύβη κεί|νη μία.

Una sc. ex Herculis columnis. Ἀβιλύκη Hesychio dicitur, Ἀβίλυξ verò Suidæ.

Abindonia, vide *Abendonia*.

Abiolica, op. Helvetiorum, vicus hodie *Le Bullet* dict. 6. m. p. ab Eburoduno.

Abitacum, lacus Gall. apud Claromontem urb. in Arvernis, *Sorlivia* Massono.

Abnobi, montes Germaniæ, pro locorum diversitate varia nomina sortiuntur. In Franconia namque *Stepger wauld* vocantur: eorum pars circa Mœnum flu. *Ottenwald* appellantur; & inter Hassiam & Franconiam *Spessart* dicuntur, Percheimero auctore. Item circa Wirtembergens. Duc. ubi Danubius oritur, *Die Baar*, Willichio & Iscudo testibus. Tacitus sub initio de mor. Germ. *Danubius*, inquit, *molli & clementer edito montis Abnobæ jugo effusus*. Plin. 4. 12. de eodem amne: *ortus hic in Germania, jugis montis Abnobæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus*. Ἄβνοβα Ptolemæo, cujus interpp. Latinè reddiderunt *Aunobi montes*, & *Aunobii*, & *Aunobæ*, qu. pl numeri esset, τὰ Ἄυνοβα ὄρη. Eos decepit locutio nova & peregrina, quâ pl. numerus jungitur singulari, ὄρη τὰ καλούμενα Ἄυνοβα. In Taciti quibusdam exemplaribus corruptè legitur *Arnobæ*, & *Arbonæ* A Marciano Capella *ad Novem* dici annotavit Rhenanus, sed corruptè, pro quo viri eruditi restituerunt Abnovam, ex quo haud ineptè quidam conjecerunt ipsis Germanis montis vocabulum fuisse *Die Abenowe*, à quo Latinis Græcisque facta vocabula *Abnoba*, *Auncba* & *Abnova*. *Rauraci montes* sunt Ammiano. Cluverio autem id montis jugum est, quod ab Rheni, Arolæque confluentibus Sept. versùs ad op. usque *Pfortzheim*, inter Rhenum ac Danubii fontem, Nicrumque sternitur. Germ. Ant. lib 3. cap 48.

Aboa, *Abo*, urb. epis. Sueciæ sub Arch. Upsalensi, ad flu. *Aviaroki*, in Finnonia meridionali, prope littus maris Baltici, 20. leuc. à Revalia, & ab inf. Alandia 16.

Abobrica, op. Hisp. Tar. in ora prope Bracaram, nunc forte *villa de Conde*.

Abobrica Lusitaniæ op. insigne, utì vocat Plin. 4. 20. propter situm nempe, quem ei Mela tribuit lib. 3. cap. 1. ubi tamen vulgò *Adrobicum*, & lib MS. *Adrobrica*. Vide Vossium ad locum.

Aboni teichos, hodie *Bolli* Petro Gyllio, urbs Galatiæ maritima, seu Paphlagoniæ in ora maris Euxini, inter Teuthraniam ad occ. & Sinopen ad ort.

Abonis, seu *Abon* op. & flu. Albionis. Op. *Avington* Camdeno, & flu. *Avon* nominatur, à Venta Silurum 9. m. p. ex itin. Anton. distans. Al est *Porskut* pag. ad ost. Abonis è reg. Bristolii urb proximæ.

Aborigines, Italiæ pop. qui in Siculorum agros successerunt. Nomen eorum unde originem ceperit, ostendere voluit Festus Pompeius his verbis: *Aborigines appellati sunt, quod errantes convenerint in agrum, qui nunc est populi Romani*. Eandem, simulque duas alias adfert hujus vocis originationes Dionys. Halicarn. lib 1. *Aborigines*, inquit, *auctores*, conditoresque Romani generis, Italiæ indigenas, alii sui corporis gentem adserunt, nomenque ils impositum esse, διὰ τὸ χωρίσεως τῆϲ μετ' αὐτὲϲ ἄρξαι, i. e. *quod posteris suis originis ab se fuerint auctores*. *Alii malunt errones quosdam incertis vagantes sedibus, & è multis regionibus convenas, forte fortuna in iis locis junxisse inter se copias*, &c. *Hi torquent vocabulum ad conditionem hominum istorum*, Ἀβερρίγινας λέγοντες, ὥϲτε ϲυλλέκτους τὺϲ πλάνητας, i. e. *qu. ab erroribus vocantes Aberrigines*. Primam etymologiam Virgil. innuere videtur Æn. 7. in his

Quinetiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua ex cedro, Italusque, paterque Sabinus,
Saturnusque senex, Janique bifrontis imago,
Vestibulo adstabant, aliique ab origine Reges.

Ubi Servius, *ab origine reges, pro Aboriginum reges, sed est metro prohibitus*. Tertiam originationem tradit idem Dionysius aliquanto post his verbis: καλοῦνται δ' οἶομαι Ἀβοριγῖναι ἀπὸ τῆϲ ἐν τοῖϲ ὄρεϲιν οἰκήϲεωϲ. Quam etiam Virg. firmare videtur Æn. 8. ubi de Saturno:

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit. Vide Suidam in *Aborigines*.

Aborras, seu *Chaborras*, flu. Mesopotamiæ, Anthemusiam urb. prætèrfluens, non procul ab Euphrate. *Abera* Zosimo, & Marcellino, *Burrhas* autem Æliano. *Xaborectam* vocat Pomp. Lætus. *Giulap* hodie nonnullis, *Hormiz* autem Onuphrio.

Abotriti, pop. Bulgaris vicini, Daciam incolentes, quos *Arboriches* interpretis vitio vocari apud Procopium contendit Hadr. Junius.

Aboya, *Aboy*, urbs Hiberniæ in Media prov. ad Bovindam flu. 20. m. p. à Drogheda in occ. & 27. à Dublinio in Circium Kilmoriam versus.

Abrantus, *Abrantes*, op. Portugall. ad Tagum flu. 8. leuc. supra Scalabiscum in ort.

Abravannus, promont. Britanniæ in Novantibus. Ptol. Voce conflata ex duabus, teste Camdeno, nempe *Aber* & *Ruan*. Itaque *Abravannus* est *ostium* amnis *Ruan*, vel *Rian*, qui illic exit in mare. *Aber* enim (unde Gallis *Havre*,) vernacula vox est *ostium fluminis*. Neque hoc solum, sed & amnium confluentes apud Britannos eadem voce appellantur. Id nos docet Cambrensis scriptor, qui floruit ante annos prope 500. cujus verba sic se habent in Itin. Cambriæ l. 2. c. 1. *Aber linguâ Britannica dicitur locus omnis, ubi fluvius in fluvium cadit*.

Abria, prov. Scotiæ Bor. *Lequabria* quibusdam dicta, versus occ. ubi alias Epidii pop. ibi & lacus cognom.

Abrieta, urb. Jazygum Metanaltarum in Hungaria versus Tibiscum flu. nunc Agria Sansoni.

Abrinca, *Aare*, amnis Germ. oritur in Eyfaliâ reg. & cadit in Rhenum supra Bonnam, prope Sinciacum op.

Abrincæ, *Auranches*, urb. Normanniæ in ora maritima, juxta fines Britanniæ, à Bajocis 18. leuc. in occid. à Fallesia 21. à Constantiensi urb. 7. in aust. distans. Pop. *Abrincatui* Plin. & Ptol. lon. 18. 50. lat. 49. 35.

Abrotonum, Africæ urb. ad mare mediter. circa Syrtim. Stephanus ex Ephoro ait eandem esse cum Neapoli. At in Strab. Neapolis est Leptis; rursus in Mela & Plin. Neapolis, Abrotonum, & Leptis sunt 3. urb. diversæ. *Abrotonum* herba est notissima, quæ Arabicè vocatur קיסום *Caisum*; an ex eâ nomen traxerit Abrotonum urbs, quærant peritiores. Ego (inquit Boch.) *Abrotonum* pro *Abaritano* op. dici suspicor, quod ex *Abara* factum sit, ut ex *Membresa*, *Membresitanum*, ex *Maxula Maxulitanum*, &c. Nempe עברא *abara*, i. e. *trajectus*, aut *vadum* diei potuit propter vada ad vicinum lacum. Strab. l. 17. ἔϲτ' ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων, καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις. Sic in prov. consulari alia fuit *Abara*, Carthagini propior, à quâ in Africæ Notitia, denominatur *Felix Abaritanus*, qui cum al. Episcopis in exilium missus est an. 6. regis Hunerici. Indidem *Abaritana arundo*, de quâ Plin. 16. 36. unde colligas etiam illam *Abaram* aquas habuisse vicinas. Sed & voce composita עבר עיר *Abar-eder*, vel *Abaradira* i e. *trajectus gregis*, dicta est Byzacenæ urbs, unde in Notitiâ *Præfectianus Abaradiensis*; & prope Jordanem בתעברא *bethabara*, i. e. *domus trajectûs* dicebatur locus ille in quo Joannes baptizabat. Joan. 1. 28.

Absarum, op. Cappadociæ in ora maris Euxini, ultra Trapezuntem 150. m. p. in Colchorum confin. ad flu. cogn. ostia. Plin.

Absorus, Melæ, *Absyrtium* Plin. *Apsorrus* Ptol. vulgò *Osero*, inf. Liburniæ cum urb. cogn cui Crepsa fere juncta est, ambæque *Absyrtides* à Strab nominantur, Vegiæ proximæ, 5. tantum m. p in aust. distantes, à Senia 35. Tragurium versus 140. in ort.

Absyrtus, *Colchorum* flu. in Adriaticum mare se exonerans, ab *Absyrto*, à sorore Medea ibidem interempto sic dictus. Lucan lib 3. *Colchis & Adriacas spumans Absyrtos in undas*. Ubi tolle comma, & scribe *Absyrtis*, quo modo id nomen scribitur apud Plin 3. 26. Strabonem quoque & Stephanum. Hæc enim *Absyrtis*, *Colchis* vocatur, i. e. *Colchica*, quia Medea, & frater Absyrtus (ibi laceratus) ex Colchis erant. Grotius.

Absyrtides, insulæ in Adriatico mari, vel juxta Istrum. Strabo lib. 17. Παρ' ὅλην, ἣν ἔπλον ἐξαλίαν νήϲοι μὲ οἱ Ἀψυρτίδες, περὶ ὧν ἡ Μήδεια λέγε|Θ διαφθεῖραι τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον διώκοντα αὐτήν.

Abudiacum, op. olim geminum Vindelitiæ, nunc pag. in Bavaria: Unus inter Ratisponam & Abusinam vix 2. leuc. *Abach* vulgò: alter apud Rosenhemium op. *Happing*, in Norici fin. Sunt qui *Fuessen* interpretentur, h. e. Fauciacum op. Sueviæ in Tyrolensis Comitatûs confin. sed situs repugnat. lon. 34. 14. lat. 41. 10.

Abula, *Avila*, urb. Hisp. Tar. in Castella vet. ad Adaiam flu. med. fere inter Madritum & Vallisoletum, 18. leuc. utrinque, à Salmantica totidem in ort. Segoviam versus 10. lon. 16. 00. lat. 41. 10.

Abus, *Humber*, flu. Albionis ex præcipuis Angliæ, per E-

boracenſes in Eurum fluens: vel potius æſtuarium (in quo confluunt Urus, Derventio, Ara, & Trenta) quod in Oceanum Germ. ſe exonerat inter Eboracenſem & Lincolniam prov.

Abiſi cum, ſeu *Abodiacus*, vulgò *Fueſſen*, op. Sueviæ in ipſo fin. Bavariæ 12. mill. ab Auguſta Vindelicorum in merid.

Abuſina, *Abenſperg*, op. Bavariæ, à Ratiſpona paulò ſupra 3. leuc. diſtans, Auguſtam verſus, ab Ingolſtadio 5. in ort. Neoſtadio proximum.

Abydus, urbs Aſiæ, à Mileſiis condita Gyge rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit: cui Seſtos in Europa opponitur, intercedente Helleſponto. Muſæus.

Σηστὸς ἔἰω καὶ Ἄβυδος ἐναντίον, ἀγχόθι πάσης
Γειτονίης εἰσὶ πόληες.

Ovid. Triſt. 1.

Quaque per auguſtas malè vecta virginis undas
Seſton Abydena ſeparat urbe fretum.

Id. cùm Aſiam ab Europâ dividat Xerxes ponte conjunxit.

Sidon. Apollinaris——*nec tantæ Seſton junctura Abydo*
Xerxis claſſis erat, tumidas cùm ſterneret undas
Et pontum ſub ponte daret.

Lucan. lib. 2.

Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem
Conſtruxiſſe vias, multum cum ponticus auſus
Europámque Aſiæ, Seſtonque admovit Abydo.
Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helleſponti,

Idem l. 6. *Tot potuere manus adjungere Seſton Abydo*
Ingeſtóque ſolo Phryxeum elidere pontum.

Gemina Valerio Flacco dicitur, propter Seſti vicinitatem, Argon. lib. 1.——*dirumique procul non æquore viſa*
Cæperat à gemina diſcedere Seſtos Abydo.

Inter alia celebris erat ſapore oſtreorum. Ennius in Hedyphageticis:

Mures ſunt Æni, aſt aſpra oſtrea plurima Abydi.

Quod pari verborum numero expreſſum ex illo Archeſtrati apud Athen. 3. 13.

Τὰς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλας, ὄστρεια δ' Ἄβυδος.

Catullus in Priapeio:

Helleſpontia ora cæteris oſtreoſior oris.

Virgilius Georg. 1.

Pontus, & oſtriferi fauces tententur Abydi.

Pop. *Abydeni*, qui cum à Macedonum rege tam arctâ obſidione premerentur, ut nulla evadendi ſpes ſupereſſet, multitudinem tanta invaſit rabies, ut ſe, ſuaſque uxores, & liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis crudeliſſimè interficerent, ne in hoſtis poteſtatem venirent, quam hiſtoriam narrat Liv. Dec. 4. lib. 1. Ἀβυδηνὰ ὀπτορήματα, dicuntur futilia, ac nullo prorſus pretio digna. Steph. & Suid. quòd Abydeni molles & effœminati haberentur; & quibus olim is mos fuerat, ſi quem civem, aut hoſpitem acciperent convivio, præterea in ſacris & ſollennibus epulis, ut poſt unguentum & coronas, infantes à nutricibus inducerentur, circumferrentúrq; ſuavi indi. Obſtrepentibus igitur nutriculis, & aliis, inconditis clamoribus, minus ſuave & gratum reddebant convivium. Hoc etiam nomine malè audiebant Abydeni, quòd inſignes calumniarum artifices eſſent, eóque ſibi nomine placerent, atque hac de cauſa non tutum eſſet omnibus illic verſari. Unde proverb. Μὴ εἰκῇ πλεῖν Ἄβυδον, h.e. *ne temerè Abydum* (naviges) quo admoneris, ne quod grave periculum ſuſcipias ſine cauſa idonea. Porrò Ἀβυδηνάμαι Heſychio dicuntur ſycophantæ, à verbo κωμῶν, quod eſt efferri, & parùm modeſte ſe gerere. Vide Paræum ad Muſæum. Lon. 53. 50. lat. 42. 10.

Abydus, *Abutich* Moletio, Ægypti op. inter Ptolemaida ad arct. 22. & Dioſpolin ad merid. 28. m. p. à Memphi 290. in auſt. Syenem verſus: Ibi Memnonis regia & templum Oſiridis lon. 61. 20. lat. 26. 50. Item Japygiæ civitas Steph.

Abyla, mons excelſus Mauritaniæ, Calpæ M. qui in Hiſp. eſt, oppoſitus, quos ambos Herculis Columnas vocant, olim perpetuo jugo conjunctos, ſed ab Hercule ſeparatos; & ſic intromiſſum terris mare, quod hodie *Mediterraneum* dicitur. Strab. l. 3. Τὸ ὑποκείμενον ὄρος ὄνομα Ἄβυλη, πολύθηρον, καὶ μεγαλόδενδρον. Nonnus urb. vocat, Dionyſ. l. 17.

Ἵξομεν εἰς Ἀλύβης ἄγχι πόλιν. Idem, lib. 11.

Ἦλυθεν εἰς Ἀλύβης πόλιν ὄλβιον.

Ἀλύβη Dionyſio dicitur Vide *Abila*.

Abyſſini, Æthiopiæ pop. Chriſtiani. Veterem habent religionem, ſed erroribus quibuſdam confuſam. Eorum Imperator, qui vulgò *Grand Neguz* dicitur, & corruptè *Preſte Jean*, poſſidet Æthiopiam ſuperiorem fere totam.

Abyſtrum, Magnæ Græciæ urb. Ptol. quam hodie *Urſinarſo* vocari ſcribit Barrius in ſuâ Calabria.

Aca, civit. Phœnicum, *Ace* Plinio. Vide Ptolemais.

Acabe, mons in fin. Ægypti ad fin. Arab. Item fons. Ptolemæus: Τὸ Ζυχάβαει, ἀφ' ἧς ῥεῖ ὁ Κίνυφος ποταμὸς, καὶ ἡ Ἀχάβη πηγή. *Acabe* autem dicitur qu. עקבה i. e. *extrema*. Situs enim eſt hic fons in Africæ extremis prope fin. Cyrenaicæ. Tab. Ptolemæi perperam habent *Chuzambari*, & *Cabe* pro *Zuchabari*, & *Acabe*. Boch.

Academia propriè dicebatur nemoroſus extra Athenas locus, in quo Philoſophiam primus docuit Plato. Sunt qui derivant ab ἀκὰς procul, & δῆμος populus, qu. ſeorſim à Vulgo, remote ſc. à populari conſuetudine. Baſilius orat. de Temper. & Incontinentia ait; *Platonem ferunt, cùm animo accepiſſet nocumentum, quod ex corpore proficiſci ſolet, de induſtria Academiam elegiſſe, locum Atticæ vel maximè peſtilentem, ut ita præcideret nimis bonam corporis diſpoſitionem, veluti ſuperfluam quandam vitis fertilitatem.* Alludit ad Ἀκὴ acies, & δῆμος populus. In Academia ſiquidem acuebantur hominum ingenia: aut ab ἄκος i. e. *medela*, quòd ibi ſit ἰατρεῖον ψυχῶν officina ſanandi animos. Alias quoque ejus generis alluſiunculas fingunt. Sed certum eſt, dictam fuiſſe Ἐκαδημίαν, ac ſic vocari ab *Ecademo* Heroe, quod (præter Suidam) ex Timonis verſibus probat Heſychius Illuſtrius; ex iis verò & Eupolide, Laertius; utérque in Platone. Huc reſpexit Horatius lib. 2. ep. 2.

Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ;
Scilicet ut poſſim curvo dignoſcere rectum,
Atque inter ſilvas Academi quærere verum.

Quanquam in quibuſdam lib. *Academi* legitur. Quod autem penultima vocis *Academia*, nunc correpta inveniatur, nunc porrecta, id ex eo eſt, quod Græci nunc Ἀκαδημία dicant, nunc Ἀκαδήμεια. Corripiunt itaque Claudian. Paneg. Manl. Theodoſ.

In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.

Et Sidonius in Epithal. Pol.

Obviet & quanquam totis Academia ſectis.

Producit verò Cic. lib. 1. de Divin. cùm ait:

Inque Academiâ umbriferâ, nitidóque Lyceo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Nec non Laurea Tullius, de quo infrà. Cicero autem villam ſuam, inter Puteolos urb. & Avernum lac. *Academiam* vocavit, ab exemplo illius infra Athenas, ibi compoſitis voluminibus. In eam Laurea Tull. è libertis ejus, carmen ſcripſit, quod legitur apud Plin. ſen. l. 3. c. 2.

Quo tua Romanæ vindex clariſſime Linguæ
Sylva loco melius ſurgere juſſa viret,
Atque Academiæ celebratam nomine viliam,
Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus:
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuſo lumina rore levant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hâc fontes cum patefecit ope:
Ut quoniam totum legitur ſine fine per orbem
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Heſychius: Ἀκαδημία, λέσχη καὶ πόλις. Addit Phavorinus καὶ τόπος Κεραμεικὸς ἅπας ἐκαλεῖτο. In hâc Academiâ ridere non licebat, cujus rei rationem reddit Ælian. ποικιλ. 3. 35. Cæterum de 3. Academiis, veteri, media, & nova, vide Voſſium de Sect. Philoſ. cap. 12. 13, 14.

Acalandra, vulgò *Calandra*, op. Ital. in Lucania trans Apenninum, in prov. Baſilicata, ad flu. Salandrum.

Acalandrus, *fiume di Roſeto*, flu. Lucaniæ Roſetum op. alluens, atque in ſin. Tarentinum inter Heracleam & Metapontum urb. M. Græciæ exciſas influens, ab Heraclea 4. m. p. olim Thurios à Tarentinis ſeparans. *Salandrella* nonnullis, teſte Cluverio.

Acamas, prom. Cypri, *Capo di S. Epifanio* Luſignano, in orâ occiduâ inſulæ, ubi olim urb. epiſc. ejuſdem nom. fuit, à Clidibus promont. orientaliſſimo 1400. ſtad. diſtans in occ. à Sidâ verò urb. Pamphyliæ 1060. in auſt. teſte Strab. Urbs verò ſeu pag. hodie *Cruſoccho* dicitur.

Acanthina, inſ. ſinû Arab. Daphninæ proxima. *Angotina* Stuckio.

Acanthus, *Eriſſo* Sophiano, urbs Macedoniæ epiſc. ſub Arch. Theſſalonicenſi ad Sin. Singiticum apud Athon M. inter Nymphæum promont. & Singum op.

Acarnania, *Carnia* hodie & *Deſpotato*, olim *Curetis*, teſt. Pauſ. & Plin. reg. Epiri medio ſinu Ambracio demerſa: quam Achelous flu. ab Ætolia dividit, vel (ut Solinus) Pindus mons, qui Acheloum parit. Incolæ *Acarnanes*, quos annum 6. menſibus computare ſolitos ſcribit Macrob. Sat. 1. 12. Mollitiei & Laſciviæ apud veteres notati leguntur, teſte Luciano in Dial. Meretriciis; unde proverb. *Porcellus Acarnanius*, in laſcivos. In hac reg. (ut & in Epiro) gignebantur equi, corpore & viribus maximi, eximiique pretii, hinc adag. Ἀκαρνικοὶ ἵπποι, de re quapiam inſigni.

Acarnan, mons Atticæ valde lapidoſus. Sen. in Hippolyto:

——*Vos quà tepidis*
Subditus auſtris, frigora mollit
Durus Acarnan.

Accaron, urbs Palæſtinæ in Philiſtinorum fin. Azoto, Jamnix

niæ & Geth urbibus finitima: nunc vicus *Accaron* adhuc dictus, teste Brocardo, ab Azoto 8. m. p. in aust. ab Ascalone 20. in Bor.

Accii, Guadix, urbs Hisp. Bæt. in regno tamen Granatensi, ad rad. montium, juxta fontes flu. *Guadalentin*, 12. leuc. à Gienno in Eurum.

Accipitrum inf. Vulgò *Isola di S. Pietro*, inf. parva in ora australi Sardiniæ.

Accitum, Finiana, op. Hisp. Bæt. inter Acci & Almeriam ad 10. m. p.

Acedum, Ceneda, urbs Marchiæ Tarvisinæ, Venetis subdita, inter Tarvisium & Belunum 20. m. p. quot ab Opitergio, Feltriam versus 15.

Acellium, pag. Insubriæ inter Verbanum lac. & vallem Ugiam, haud procul ab Arona op. & Fontaneto vico.

Acelum, Venetæ reg. op. vulgò *Asolo*, P. Diacono *Acilium* est, rerum Longobardic. lib. 3. cap. 26. apud Ptol. in plerisque exemplarib. est Ἄκελον, in uno Vaticano reperit Cluverius Ἄκελον. Sedet in monte in Marchia Tarvisina ad Mussonum flu.

Acer, S. Marino, mons Æmiliæ cum op. in Italia. Est Resp. sui juris, habens sub se 12. pagos. Sedet in lim. Duc. Urbini versus Romandiolam, distat autem à mari Adriatico 10. mill.

Acernum, Acierno, urbs Italiæ in Principatu Ulteriori, 15. mill. à Salerno in ort.

Acerræ, antiquissima Campaniæ urbs non longè à Neapoli, quam Clanius amnis præterfluit, cujus frequens inundatio ipsam penè exhausit. Virg. Geor. 2.

———*vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Sol. l. 8.—*Clanio contempta semper Acerræ*, lon. 51. 18. lat. 40. 58.

Civitatem ejusdem nom. habet Plin. in Umbria, l. 3. c. 14. quam *Vafrias* cognominat. Opidani *Acerani*. Græci aspirant per χ, modo simplici, modo gemino ϙ perscripto. Siquidem uni Appiano utroque modo scribitur; in Punicis Ἀχέρρα, in l. 1. Civilium Ἀχέρραι. Stephanus: Ἀχέρραι, πόλις μεταξὺ τῆ Πάδε, καὶ ἧς Ἄλπεων, parum Geographicè, inquit Cluverius. Disertiùs paulo situm Acerrarum indicat Plut. in Marcello: οἱ Γαισάτ) τὰς Ἄλπεις ὑπερβαλόντες, καὶ τὸς Ἰνσόμβρες ἐπάγοντες, ἐνδὺς ἐπ' Ἀκέρρας ὥρμησαν, πόλιν ὑπὲρ ποταμῆ Πάδε ἀνφκισμένην.

Acreano hodie in agro Novariensi, teste Bern. Sacco.

Acesines, Siciliæ flu. ex Ætna M. apud Randacium op. oriens, ac per agrum Tauromenitanum in mare, à Tauromino 18. m. p. fluens. *Alcantara* Fazello.

Acesines, vel *Acesinus*, Indiæ flu. ingens, in Indum influens, juxta quem arundines ejus magnitudinis proveniunt, ut singula internodia navigii vicem suppleant. Plin. 4. 12. Idem 37. 13. *Gemmiferi amnes Acesinus & Indus.* Alter hujus nom. flu. ab eodem Plin. in Taurica juxta Panticapen fluens memoratur.

Acesta, urbs Siciliæ, ab *Aceste* rege sic dicta, quæ postea *Segesta* vocabatur. In hâc partem suorum Æneas reliquit cum Italiam peteret. Virg. lib. 5. Æn.

Urbem appellabant permisso nomine Acestam.

Pop. *Acestæi* Plinio 3. 8.

Achad, civit. in quâ regnavit Nimrod. Gen. 10. quæ nunc *Nisibis* dicitur. Ita Steph. addit Ferrarius: *Locus Palæstinæ trans Jordanem, in quo Jacob Patriarcha obiit.* Nescio quid sibi velit. Jacobum certè in Ægypto naturæ debitum persolvisse sacra pag. testatur. Suspicor itaque quod locum lamentationis intelligit, ubi Josephus instituit luctum parenti suo 7. diebus. Gen. 50. 10. qui tamen non *Achad*, sed *Arad* dicitur.

Achadia Auvagdeune, urbs Hiberniæ in Connacia, & in Com. Gallivensi, episc. sub Arch. Tuamensi.

Achæa, Sarm. Asiat. op. ad Pont. Euxin. Ptol. Incolæ *Achæi*, Orchomeniorum Colonia. Ovid. Pont. 4. 10.

Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis.

Am. Marc. lib. 22. Paulùm ab his (Heniochis) secernuntur Achæi: qui bello anteriore quòdam apud Trojam consummato, non cum super Helenâ certaretur, ut auctores prodidêre nonnulli, in Pontum reflantibus ventis errore delati, stabilem domiciliis sedem nusquam reperientes verticibus montium insedêre semper nivalium: & horrore cœli districti victum sibi cum periculis rapto parare assuefacti sunt: atque eo ultra omnem deinde ferociam fævierunt.

Achæmenes, Africæ propriæ gens. Vide Boch. Geogr. Sac. 4. 30.

Achæmenia, pars Persidis; unde *Achæmenius*. Hor. Epod. 13.

———*nunc & Achæmenia perfundi nardo jubet.*

Idem Carm. 3. od. 1. *Falerna vitis, Achæmeniumq; costum.* Auson. in Epig. *Laudet Achæmenias Orientis gloria telas.*

Achaia, triplici notione sumitur:

1. Primo est Græciæ reg. quam Ptol. *Helladem*, Plin. Junior *Græciam* vocat. Terminatur à Sept. Thessali juxta flu. Sperchium, fin. Maliacum, & Oetam M. ab occ. Acheloo amne, ultra quem mox Epiri tractus incipit: ab Orient. nonnihil in Sept. reflectitur, & Ægæo ac Myrtoo mari pulsatur: à meridie illi Peloponnesus objicitur, & Isthmo 5. m. p. lato cum Peloponneso conjungitur. Hodie *Livadia* vocatur.

Secundo *Achaia* est Peloponnesi regiuncula, quæ à Ptol. *Propria* vocatur ad differentiam superioris, quam supra Ἑλλάδα vocari diximus; hodie vero *Romania alta* dicitur, teste Castaldo, describitúrq; à Plin. 4. 5. & Pausan. in Achaicis.

Tertio *Achaia* aliquando usurpatur pro tota Peloponneso, nunc vulgò Morea. Hinc Apuleius Met. 6. Lacedæmonem in Achaia collocat. Hujus præcipuas urb. eleganti carmine complectitur Ovid. Met. 6.

Finitimi proceres coeunt, urbesque propinquæ
Oravere suos ire ad solatia reges.
Argósque & Sparta, Pelopeiadésque Mycenæ,
Et nondum torvæ Calydon invisa Dianæ,
Orchomenósque ferax, Patræque, humiléque Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pittheia Troezen,
Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo.

Imo *Achaia* etiam sumitur pro omnibus reg. quæ se concilio Achaico adjunxerunt, & à Romanis in provinciam redactæ commune hoc Achaiæ nomen sortitæ sunt. Fuit etiam *Achaia* Rhodi inf. urbs à Solis filiis condita. Diod. l. 5. Item Messeniæ fons prope Dorium urbem. Pausanias.

Achaia, Urbs Cretæ. Schol. Apollonii lib. 4. Ἀχαία ἐστὶ ἡ Κρήτης πόλις ἐν ᾗ μύνοι) Ἀχαιὲς λεγόμενοι ἔλαφοι. ἀπὸ δὲ Σπαθωαῖαι καλεῖν); Etymologus. Ἀχαιὶνέα ἡ ἔλαφ, ἀπὸ Ἀχαιῖνες ἡ πόλεως ἐν ᾗ εἰδη εἰσὶν ἐλάφων μεγάλων. Cæterum quod Schol. prædictus easdem cervas etiam *Spathineas* dictas eas ait, in hoc errat. Et Eust. distinguit ad Iliad. Φ'. ὁι Ἀχαιῖναι καὶ οἱ Σπαθῖναι λεγόμενοι (ἔλαφοι) ἡλικίᾳ πὶ διαφέρουσι.

Achara, op. Lycaoniæ apud Galatiæ & Pisidiæ fin. ad stagnum, ab Iconio 43. m. p. in occ.

Achardeus, Copa Mercatori, *Zigna* Lazio, flu. Sarmatiæ Asiat. dicitur ab al. Varadinus, ehunditúrq; in Mæotidem paludem.

Achates, Siciliæ flu. *Cantara* Leandro, apud quem lapis *Achates* generatur. Sil. lib. 14.

Et pellucentem splendenti gurgite Achatem.

Vib. Sequester de fluminibus: *Achates Siciliæ, ubi pari nomine lapillus generatur, unde gemmæ fiunt.* Solinus cap. 11. *Achatem lapidem Sicilia primum dedit, in Achatis fluminis ripâ repertum, non vilem, cùm ibi tantum reperiretur.* Plin. 37. 10. *Achates in magna authoritate fuit, nunc in nulla est, reperta primùm in Siciliâ juxta flumen ejusdem nominis.*

Achelous, Aspropotamo Soph. *Geromlea* Nigro, al. *Pachicolmo* flu. ingens Acarnanum, eos ab Ætolis secludens, ex Pindo M. ortum habens, ac in mare Ionium contra Echinadas inf. sese exonerans. Stat. 2. Theb.

Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Inde adj. *Acheloius*, i. e. *aqueus.* Virgil. Georg. 1.

Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.

Veteres enim aquam omnem Acheloum nuncupavere, quod primus hic flu. post diluvium erupisse è terrâ fertur: sive quod *Achelous* in Græcia omnium flu. celeberrimus fuit: sive quòd *Achelous* quidam primus vini mixtionem cum aqua in Græcia invenerit. Docet hoc Eust. in Iliad. 2. ait enim omnem montem editum dici Idam, ὥσπερ καὶ πὰν ὕδωρ Ἀχελῶον. Ephorus quoq; lib. 2. hist. Μάλιστα γὰρ τὸ ὕδωρ Ἀχελῶος θεσπιῳδούμενον ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς, καὶ ἐν ταῖς θυσίαις. Unde Eurip. in Andromache aquam ad verrendam domum Ἀχελῶος δέσον h. e. *Acheloi rorem* vocat. Goropius Hermath. lib. 6. ait *Acheloum* primâ omnium lingua dictum. *Ac-el-hot*, quæ 3. voces sign. *aquarum excelsum principem.* Ἀργυροδίνης Hesiodo dicitur, h. e. *argenteos vortices habens*, ac proinde Dionys. vers. 497.

Δίνης ἀργυρέης Ἀχελωΐου ἀμφὶς ἐλίσσει.

Hesychius: Ἀχελῶον, ποταμὸς Ἀρκαδίας, καὶ πᾶν ὕδωρ ὕτως λέγ). Lege Ἀχαϊανίας; Lycophronis Interpres scribit ejus aquam mederi vulnerum doloribus, qu. ἄχη λύων vel διαλύειν. Papinius *turbidum* vocat, Theb. 2. ver. 731.

———*Flavo tollens ubi vortice pontum*
Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Quare autem sic appelletur nemo melius tradidit Thucydide, cujus hæc sunt verba, lib. 2. Ὁ δὲ Ἀχελῶος ποταμὸς ὄρεων ἐκ Πίνδε ὄρους διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγραϊκῶν, καὶ Ἀμφιλόχων, καὶ διὰ τῆ Ἀκαρνανικῆ πεδίε, ἀνωθεν μὲ φέρ Στρατὸν πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιὼν, πὰς Οἰνιάδας, καὶ τ πόλιν

πόλιν ἀπελαμψάων, ἄπορον πεῖσι ὑπὸ τῷ ὕδατι ἐν χθονὶ στερεύειν. Κεῖται δὲ καὶ τῆς νήσου ταύτης ἐγγυτάτω αἱ πολλαὶ καλούμεναι Οἰνιάδαι τε Ἀχελώου στόμασιν ἐκβολαῖς ἐδίδυσαι. Ὥστε μέχρις οὗ ὁ ποταμὸς ὠθεῖται εἰς, καὶ εἰσὶ τῆς νήσου αἱ ἤπειροι. Ἐλπὶς δὲ καὶ πᾶσιν ἐκ τοῦ πολλῷ πρὸ χρόνῳ τοῦτο παθεῖν. Τὸ γὰρ ῥεῦμα ἐστὶ μέγα καὶ πολὺ καὶ δυλερὸν, αἵ τε νῆσοι πυκναὶ καὶ ἀλλήλαις ἐπεφώσεως τῷ μὴ σκεδάννυσθαι, συνδεσμοὶ γίγνονται φερόμεναι, καὶ ἐπὶ χρόνον πλέονα, ὅσῳ ἔχουσι εὐδίας διόδους τὸ ὕδατος ἐς πέλαγος. Ἐρημοί δ' εἰσὶ καὶ ἐκ μεγάλου. Strabo l. 10. Ταύτῃ μὲ εἰκότα λέγειν τὸν Ἀχελῶον φασὶν, καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας ποταμὰς ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῆς ὑετίας καμπῶν ὡς καλοῦσι κέρατα. Hor. *Sic Tauriformis volvitur Aufidus* - Item flu. Peloponneſi Dymam urb. præterfluens; & alius in Theſſaliâ Lamiam urb. alluens, uti ſcribit Ferrarius.

Acheron, flu. Brutiorum in Calabria citer. apud Pandoſiam urb. exciſam fluens, inque ſin. Terinæum deſinens, *Campaniano* & *Sanuto*, teſte Barrio.

Acheron, flu. Epiri ex Acheruſia palude in ſin. Ambracium decurrens, *Verlichi* Nigro, *Fanar* verò Anton. Nebriſſenſi. Ἀχερὼν Ptolemæo, *Acheros* Livio, Straboni tamen per ω ſcribitur: qui etiam *Acheron* flu. Elidis reg. in Peloponneſo. Eſt etiam flu. Riphæorum montium, Orpheo in Argon. item Bithyniæ flu. qui juxta Heracleam in Pont. Eux. cadit; qui poſtea *Sonautes* dictus eſt, auctore Apollonio, & Iſacio in Lycophronem.

Acheron, flu. inferorum apud Poetas, quaſi *ſine lætitiâ*. Hinc Senecæ *mæſtus* dicitur, in Thyeſte:

Quod mæſtus Acheron pavet.

Silio autem *triſtis*, lib. 3.

Triſtior his Acheron ſanie craſſóque veneno — Æſtuat.

Statio *durus*, Silv. 2. 6. — *jam litora duri*

Sæva Pilete ſenis, durumque Acheronta videbas.

Virgilio *avarus*, Georg. 2. — *Strepitumque Acherontis avari*

Subjecit pedibus.

Lucano *aduſtus*, lib. 3.

Præparat innumeras puppes Acherontis aduſti — Portitor.

Dicitur etiam *Acherons*, vel *Acheruns*. Unde apud Plaut. in Amphitr. *Ulmorum Acheruns*, h. e. Vorago & diſſipator virgarum; ex ulmis autem virgæ fiebant, unde alibi verberonem ſervum appellat *ulmitribam*. Idem, Capt. 5. 9.

Vide ego multa ſæpe picta, quæ ſub Acheronte fierent

Cruciamenta; verum enim vero nullus adæq; eſt Acherons

Atque ubi ego fui in lapidicinis.

Idem in Bacchidibus:

Regiones colere mavellem ego Acheronticas.

Acheron dici poteſt ab Ebræo אחרון *acharon* h. e. *ultimum, extremum*. Unde σκότος ἔξώτερον. Mat. 22. 13. Mr. *Holkot* in 17 Sap. *Acheron ſic nominatur ab* à *qu. eſt ſine*, & cheron, *ſalvator, quòd ſine Salvatore*. Ubi Editor in margine, Talem ſignificationem apud Græcos non invenio: Sed talem derivationem ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέω qu. doloris fluvius: ἢ ἀφ' ἡδονῆς ἐστερημένος χαρᾶς, ab eo quod nos privat gaudio.

Acherontia, civit. parva Apuliæ, in monte ſita, quam ob hoc *nidum* appellat Horatius carm. 3. od. 4.

Quicunque celſæ nidum Acherontiæ

Saltuſque Bantinos, & arvum

Pingue tenent humilis Feventi.

Hodie *Acerenza*, vel *Cirenza* dicitur, eſtque in Baſilicata prov. regn. Neapolitani, ad rad. Apennini, 10. mill. à Venuſia in Eur. & 18. à Mateolâ in occ.

Acheruſia, *Lago della Cellaccia*, teſte Bened. Falconio, palus Campaniæ inter Miſenum & Cumas urb. extinctas 2. m. p. Item palus Epiri, per quam Acheron flu. labitur, in Theſprotum ab Ambracia 36. m. p. diſtans. Hanc ad Chimerium portum & op. per Theſprotiam in mare exire ſcribit Thucydides. Item ſpecus Bithyniæ apud Heracleam Ponti, unde Cerberum extractum fabulantur. Cùm verò Silius lib. 14. ait,

Serpit paſcendo oreſcens Acheruſia peſtis;

non de palude intelligendus eſt, uti ſenſit Ferrarius, verùm de flu. ſicut *Stygia peſtis*.

Achetus, *Fiume di Noto*: flu. Siciliæ ad Netum urb. Silius lib. 14.

Et Netum & Mictre, pubeſque liquentis Acheti.

Achillea, ſive *Achillis curſus*, peninſula eſt non procul ab oſtio Boryſthenis, ad formam gladii in tranſverſum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Dionyſius Perieg. Ταῦρεοί δ' οἱ ναίουσιν Ἀχιλῆος δρόμον αἰπύν. Herodotus lib. 4. Ἀχιλλήιον δρόμον vocat. Mela lib. 2. cap. 1. *Achilles inſtà claſſe mare Ponticum ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam, & cùm ab armis quies erat, ſe, ac ſuos curſu exercitaviſſe memorat. Ideo dicta eſt* δρόμος Ἀχιλλέως. *Fidoniſi* hodiè, teſte Nigro. Fuit etiam *Achillea*, inſula Sarmat. Europ. ante oſtia Boryſthenis, quæ & Macaron, & Leuce dicebatur. Dionyſius.

Ἔστι δέ τις καὶ σκοπιὴ ὑπὲρ πόντου Εὐξείνοιο
Ἄντα Βορυσθενέος μεγαλώνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος
Ἠρώων, Λευκὴν μὲν ἐπωνυμίην καλέουσιν,
Οὔνεκα οἱ τὰ πρὶν ὄντι κινώπετα, λευκὰ τέτυκται.
Κεῖται δ' Ἀχιλλῆος ἔτι, καὶ Ἠρώων φάτις ἄλλων
Ψυχὰς ἐλίσσεσθαι ἐρημαίας ἀνὰ ἕκαστα.

Ammianus lib. 22. *In hâc Taurica inſulâ, Leuce ſine habitatoribus ullis Achilli dedicatur. In quam, ſi fuerint quidam forte delati, viſis antiquitatis veſtigiis, temploque & donariis eidem heroi conſecratis, veſperi repetunt naves. Aiunt enim non ſine diſcrimine vitæ illic quenquam pernoctare.* Autor Peripli ponti Euxini, ab Iſaaco Voſſio editus, Ἀχιλέως νῆσον, Ἀχιλλέως δρόμοι, & Leucen inſulam pro iiſdem habet. Subdit ex Demetrio, Thetin filio ſuo hanc inſulam conceſſiſſe, Achillemque in ea habitaſſe, ac templum ibidem in honorem ejus extructum fuiſſe. Inde eſt quod Q. Calaber ad finem lib. 3. Paral. Neptunum introducit, matrem Achillis conſolantem in hunc modum.

——— Ἀλλ' αἶψα καὶ ἐς Διὸς ἶξεν αὐγὰς,
Καὶ οἱ δῶρον ἔπαγε θεοδμὲς νῆσον ὀπάσσω
Εὐξείνου κατὰ πόντον, ὁ δὴ θεὸς ἔνθεν ἐκεῖ
Σὸς παῖς, ἀμφὶ δὲ φῦλα θεωκτόνων μέγα λαῶν
Κεῖνον κυδαίνοντα δυπολίης ἐρεθίζῃς
Ἐσσόμενοι πίσυσί. ———

Hodiè *Cacearia*, teſte Nigro. Eſt etiam *Achillea* apud Ptol. Pauſ. & Max. Tyr. inſula, & urbs ad oſtium Iſtri Boreal. gemina, nova & vetus, vulgò *Kilia*. Vide Steph.

Achillæum, *Capo di Croce* Villanov. & Moletio, op. & prom. Sarm. Aſiat. ad Boſphorum Cimmerium, & fauces Mæotidis paludis.

Achivi, Græci ſic dicuntur apud Poetas, qui & *Achæi*, ab *Achæo* Jovis fil. teſte Iſidoro. Horat. l. 1. ep. 2.

Quicquid delirant reges plectuntur Achivi.

Achola, urb. Africæ. Ptol. forte Hirtii *Acilla*; *Acholla* Livio & Steph. eſt autem non procul à Syrtibus, colonia Melitæorum.

Achonrita, *Achonry*, urbs Hiberniæ in Connachtiâ prov. & Com. Letrumenſi, prope lacum *Alyne*, 6. m. p. à Letrumo in Bor. Epiſcopalis eſt ſub Areh. Tuamenſi.

Achor, vallis Paleſtinæ juxta Galgala op. Hierichunti proximum ad Bor. Hunc vallem pop. ſuo ſe daturum *ad ſpei ingreſſum* promittit Deus Oſe. 2. 15.

Achris, & *Achridus*, teſte Cedreno, Lychnidus Ptol. & poſtea Juſtiniana prima, vulgò *Achrida*, & *L' Ochrida*, Turcis vero *Giuſtandit*, urbs Macedoniæ Archiep. olim Serviæ, Bulgariæque metropolis ad Lychnidum lacum, unde Drinius flu. oritur, ſub qua metropoles 6. erant, & epiſcopatus 10. Abeſt à Dyrrhachio 118. m. p. in ort. Theſſalonicam verſùs.

Achyrum, *Achyr*, urbs Poloniæ ad Worskloam flu. in Volhinia infer. & confin. Moſcoviæ, à Boryſthene 25. leuc. in Bor.

Acila, prom. & urb. Arab. fel contra Diram urb. & prom. Æthiopiæ, ſinu Arabico intercedente, *Ocila* Plin. Ocelis Ptol. emporium Arab. ad ſin. Arab. *Zidem* Nigro, *Capo Celi* verò Rhamnuſio, unde in Indiam navigabatur.

Acilia Auguſta, *Azelburg*, op. olim Vindeliciæ, nunc pag. Bavariæ ad Straubingam urb. 6. leuc. à Ratiſponâ in ort.

Acilius, *Acilino*, flu. Siciliæ inter Lilybæum urb. & Acithium flu. in mare labens.

Aciris, *Acri*, flu. cum. op. cogn. in Lucania oriens, ac per M. Græciam in ſin. Tarentinum apud Metapontum fluens. Item op. Brutiorum inter Roſcianum, & Beſidianum urbes Calabriæ citer.

Acis, *Freddo*, flu. parvus Siciliæ, ex Ætnâ M. oriens in Ionium mare influit medio itin. inter Catanam & Tauromenium. Mem. ejus Ovid. Faſt. 4.

Præterit & ripas herbifer Aci tuas.

Sic dictus autem eſt παρὰ τὸ ἀκίδι ἐοικέναι τὰ ῥεύματα, inquit Theocr. Schol. Bochartus autem à Syro אחוש *achis* deductum putat, quod *feſtinare*, *vel*, *cursum eſſe* ſign. Theocritus Idyl. 1. Οὐ γὰρ ὁ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,
Οὐδ' Αἴτνας σκοπιὰν, οὐδ' Ἀκίδος ἱερὸν ὕδωρ.

Ubi vicina vides Ætnam & Acidem. Quod Claud. etiam docebit.

Lucus erat prope flumen Acin, &c.

Denſus & innexis Ætnæa cacumina ramis

Qualibet uſque tegens ———

Imo ex Ætna naſcitur. Solinus c. 11. *Acin quamvis* demiſſum Ætnâ, nullus frigore antevertit. Idem Idyll. 11. aquam ejus ψυχρὸν ὕδωρ vocat. Heſychius: Ἄκις ποταμὸς ἐν Κατάνῃ. Silius lib. 4.

Quique per Ætnæos Acis petit æquora fines,

Et dulci gratam Nereida perluit unda.

Prima Syllaba corripitur à Claud. de Rapt. lib. 3.

Lucus erat prope flumen Acim, quem candida præfert
Sæpe mari, pulchroque secat Galatea natatu.

Eodem modo in vet. Epigram. nondum edito:

Diffugiens pontum Sylvas Galatea peragrat,
Custodem ut pecorum cernere posset Acim.

Atqui non tanta est hujus epigram. Autoritas, ut priorem syllabam communem credamus; ideoque doctiss. Nicol. Heinsius legit: *Lucus erat prope flavum Acim.*

Et ita Claverius in antiquissimo cod. prius invenerat. *Flavos* verò Poetis fluvios dici quis nescit? Sic *flavus Tiberis, Lycormas, Alpheus*, &c. Acis etiam Siphnos dicebatur. Plin. 4. 12.

Acithius, Birgi Fazello, Siciliæ flu. haud procul à Salemito op. inde ad 6. m. p. oriens, ac in mare inter Lilybæum ac Drepanum urbes post Acilium amnem proximum labens.

Acius, locus Siciliæ apud Catanam urb. *Faicis* Simlero.

Acleca, locus Diœces. Dunelmens. in Anglia, juxta flu. *Skern*, 9. m. p. à Dunelmo in merid.

Acmodæ, seu *Æmodæ* insulæ, teste Cluverio & Sansone, hodie *Isles de Schetland* dicuntur, in mari Caledonio, sùntque sub dom. regis Daniæ. Vide *Schetlandia.*

Acmonia, urbs Daciæ, quæ Nigro *Severino* esse videtur, urbs ad Danub. apud pontem Trojani, à Severo Imp. condita, & *Severinum* dicta, à Temesvaria 12. leuc. in Eurum. Item urbs Phrygiæ magnæ, episc. sub arch. Laodiceno, Eumeniæ finitima. Long. 59. 50. lat. 39. 20.

Acon, seu *Ptolemais*, vulgò *Acre*, urbs epis. Syriæ sub Arch. Tyrensi, celebris fortitudine Equitum S. Joannis Hierosolymitani, qui illam per tot annos strmiter propugnarunt.

Acone, & *Aconæ*, port. & op. Bithyniæ, in ora maris Eux. apud Heracleam Ponticam, cujus navale *Naxio* hodie Moletio, & aliis. *Aconis* flu. hic mem. Ferrarius, idque ex Val. Flac. lib. 4. *Quid memorem quas Iris aquas, quas torquet Acon?* Atqui *Ancon* illic legendum monent interpretes. Sunt autem qui Aconem *Lagulam* nunc dici scribant, ab Heraclea 20. m. p. in ort.

Acontissa, loc. Macedoniæ in Thraciæ confin. à Philippis 21. m. p. Topirim versus 18.

Acra, Japygia, Capo S. Maria. prom. Salentinorum, seu Japygiæ & Messapiæ, ab ora Epiri 60. m. p. in occ. à Gallipoli 24. in Bor. & 9. ab Alexano in merid.

Acrabathena, op. Plin. 5. 14. Vide Boch. An. Bibl. ubi de scorpione.

Acradina, vel *Achradina*, arx Syracusanorum, quam Marcellus cepit. Plut. in Marcello: Ἐμοὶ δὲ κεφαλὴ τῆς, ἢ χάλλιστον, ἢ μέγιστον Ἀχραδίνη καλεῖται. Cicero Verrina 4. *Altera autem urbs est Syracusis, cui nomen Acradina est, in quâ forum maximum, pulcherrimi portus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Jovis Olympii.*

Acræ, Acremont, op. Siciliæ, in fin. Syracusanorum. Ejus mem. Sil. lib. 14.

Non Thapsus, non è tumulis glacialibus Acræ.

Acragas, civit. Siciliæ. Vide *Agragas.*

Acrath, Bedir Velez, op. regni Fezzæ in prov. Errifis, & in ora maris Mediter. 30. leuc. Hisp. à Malaca urbe in aust.

Acria, Ormoas Moletio, op. Laconiæ marit. apud ostia Eurotæ flu. inter Gythium & Asopum.

Acxilla, urbs Siciliæ. Vide Cluver. de Sic. Ant. p. 354.

Acrisione, urbs Peloponnesi apud Argos, ab *Acrisione*, Acrisii regis filia nomen habens. Vide de la Cerda ad illud Virg. Æn. 7. *Acrisiæis Danae fundasse colonis.*

Acritas, prom. Bithyniæ, ad Bosporum Thracium, vulgò Capo *Acria*, haud procul à Chalcedone, teste P. Gyllio. Item prom. Peloponnesi in Messenia prov. Capo *Gallo*, teste Sophiano, 18. m. p. à Corone in merid.

Acroathon, op. Thraciæ in summo cacumine Athonis montis Ἄθω ἄκρον Ptolemæo. Stephanus ἀκρόθωνες vocat. Thucyd. Ἀκρόθοος lib. 4. Herod. Ἀκρόθωον lib. 7. Plinius. *Acrothon* l. 4. c. 10. *Cima di M. Santo* hodie dicitur.

Acroceraunium, prom. Epiri, in angustias maris Adriatici emissum, sic dict. quòd Acroceraunis montibus sit vicinum. Siquidem *Acroceraunia* Servio sunt montes excelsi in diversis locis, sic dicti propter altitudinem, & jactus fulminum. Nam ἄκρον dicitur *mons*, vel *summitas*, & κεραυνὸς *fulmen.* Et ut ait Horat.

Feriunt summos Fulmina montes.

Et ante eum Lucretius lib. 6.

Atque cur plerumque petit loca, plurimaque hujus
Montibus in summis versatur cernimus ignis.

Horum autem, uti diximus, alii sunt in Epiro, dividentes Ionium mare ab Adriatico; alii autem inter Iberiam & Armeniam. Horat. Carm. 1. od. 3.

Qui vidit mare turgidum, &
Infames scopulos Acroceraunia.

Et l. 2. de Rem. Amoris, metaphoricè:

Hæ tibi sint Syrtes, hæc Acroceraunia vita.

Monti della Chimera hodie, teste Leandro. Pausan autem divisit hoc nomen in Atticis: Ἄκρα τ' ὀρῶν, ἃ Κεραύνια λέγε. Ita etiam Dionysius Periegetes:

Οὐρεῖον τ' ἀλιπλῆτον τὰ Κεραύνια καλέσσιν.

Sic Virg. Æn. 3.

Provehimur pelago vicina Ceraunia contra.

Ac corinthus, arx & mons Corintho urbi imminens. Plut. in Arato dicit eum è media Græcia enasci. Stat. Theb. 7.

Jam pronus Gradivus equis Ephyrea premebat
Litora, qua summas caput Acrocorinthus in auras
Tollit.

Acronius, Brigantinus Plin. *Brigantia* Ammiano, *Podamicus* recentioribus nonnullis, lacus Helvetiorum maximus, quem *Bodensee* Germani vocant. Cluverio tamen *Acronius* & *Brigantinus* sunt duo lacus. *Acronius* enim is est, quem *Cellensem lacum*, ob op. *Cella* vocant. *Brigantinus* autem & *Venetus* is est, qui nunc *Constantiensis* vocatur; estque, long. 40. m. p. inter Helvetios & Sueviam. *Acronius*, autem *Cellersee* est prope & infra Constantiam Scaphusium versus, vixque extenditur ad 12 m. p.

Acropolis, arx Athenien sium; & urbs Ætoliæ. Steph. Item op. Marmaricæ inter Bathracum port. ad occ. & Scytranium port. ad ort. à Creta 500. m. p. in ort. Vulgò *Luco.*

Acroventum, Governolo, Pagus Venetiæ ad Padum, ubi is Mincium flu. excipit, in agro Mantuano, inter Mantuam 10. & Concordiam apud Mirandulam 26. m. p. Hic Leo Pont. Max. Attilæ se obviam dedit.

Acsteda, Acksteed, op. Germ. in Duc. Bremensi, ad flu. Lun. in ditione Suecorum, 6. mill. à Brema in Bor. & paulo minus à Stada in occ.

Acta, vel *Acte*, Attica regio sic dicta, teste Gellio 14. 6. Causam nominis explicat Strab. l. 9. hoc pacto. Atticam apud veteres, *Acten*, i. e. *latus* appellatam esse constat, & nomine derivato pro *Actica* Atticam esse nuncupatam: quoniam maxima illius pars ad mare est extensa & oblonga. Inde *Actæus*, pro Attico. Virg. Ecl. 2.

Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Ubi tamen Servius: *Sane Aracynthus mons est Thebanus, unde Actæi pro litorali debemus accipere, non Athenienses.* Ovid. Met. 1. *Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis.* i. e. Athenien sibus, seu Atticis. Inde *Actias.* Virg. 4. Geor.

Atque Getæ, atque Hebrus, & Actias Orithyia.

Item *Actiacus.* Ovid. Ep. 21.

Cur nunc Actiacas miseram me mittis in oras?

Actania, Helighland Ortelio, ins. Daniæ sub dom. Duc. Holsatiæ, ab ora Orthmarsiæ 8. mill. Germ. in ort. cujus pars est; & paulo plus ab ora Frisiæ Orient. in Bor.

Actianus, seu *Accianus fundus*, locus Umbriæ circa Pisaurum, hodie *Farnazzano* dicitur.

Actium, Epiri op. & prom. ubi Augustus devictis navali prælio Antonio & Cleopatra, urb. condidit, & *Nicopolin* à *victoria* nominavit. Hodie Figalo. Long. 46. 30. lat. 39. 15. Hinc *Actia* pl. num. Quinquennales ludi Apollini *Actio*, instar Olympiorum dicati, qui prius à finitimis agebantur, sed ab Augusto honorificentius celebrati fuerunt. Hinc *Actius* Prop. 2. 34.

Actia Virgilium custodis dicere Phœbi
Cæsaris & fortes dicere posse rates.

Idem lib. 4. el. 6.

Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quòd inde
Una decem vicit missa sagitta rates.

Acula, seu *Aquula*, vulgò *Acqua pendente*, urbs Hetruriæ in ditione Pontificia, & in agro Verbevetano, 5. mill. à lim. territorii Senensis, & 8. à Volsinis.

Acumincum, Zalonkemen, op. Pannon. infer. ad Danub. inter Petrovaradinum ad occ. & Taurunum ad ort. 6. leuc. Vel, ut aliis libet, *Cameiz*, pag. apud Petrovaradinum.

Acumulum, Acumoli, op. Aprutii ulter. ad Truentum flu. 12. m. p. à Nursia urb. in ort. & paulò plus ab Asculo in Circ. ad rad. Apennini in fin. Umbriæ.

Acusio colonia, Vide *Gratianopolis.*

Adadremmon, urbs juxta Jezraelem; hodie *Maximianopolis.*

Adana, urbs Ciliciæ, vulgò *Adena.*

Adani, duæ ins. in Arab. fel. Vide Voss. ad Melam, p. 301.

Ad ansam, Angliæ op. in Com. Essexiæ, inter Combretonium, & Camalodunum. Ithancester Camdeno.

Ad aquas Larodas, op. Siciliæ, apud Xaccam op.

Ad aquilas, l'Aigle, op. Normanniæ ad Rillam flu.

Adara, vic. magnus, Stephano. Eidem est tertiæ Palæstinæ loc. inter Areopolin & Characmobam. Locus corruptus est.

UMI

est. Lege: Ἀδρὰ πόλις, πόλις Περσική. ἔστι δὲ καὶ Ἄδρα ὑδετέρως κεῖται μεγάλη. Τεῖται Πλημυρίνης, μεταξὺ Χαρακμούβων καὶ Ἀρεσσαλέων.

Adfines Pfin, op. Helvetiæ ad. Taurum flu. à Conſtantia m. p. Tigurum verſus. Item op. Hannoniæ, vulgò Tuin, in Leodienſi ditione, ad Sabim flu. à Vallocuria 3. leuc. in occ. Item op. in Liburniæ Pannoniæque confin. vulgò *Samagnar.*

Ad Herculem, Portus Hetruriæ, *Livorno* Ortelio.

Ad Lapidem, Loc. Angliæ in reg. Vitarum. *Stoneham* Camdeno.

Ad Matrem magnam, ſive *Mons Virginis.* Cœnobium Hirpinorum in monte excelſo, ab Abellino urb. 4. m. p.

Ad Mauros, pag. Norici in Auſtria, *Maurkirchen* Lazio.

Ad muros, Sumerein Lazio, pag. Pannon. ſuper. in inf. Cituorum, 2. leuc. à Poſonio urbe.

Ad murum, Waltoun Camdeno, pag. Albionis apud Vallum, in Angliæ Scotiæque confin.

Ad nonum, Meſtre, op. Marchiæ Tarviſinæ, prope Venetias, ad Muſonem flu.

Ad Palatium, Palazzo, pag. Venetiæ, ad Atheſin. 4. m. p. à Tridento in auſt. Veronam verſus.

Ad pontem, op. Angliæ inter Lindum urb. & Verometum op. 19. m. p. Londinum verſus. *Paunton* Camdeno.

Ad Pyrum, Vide *Spira.*

Ad Septem aras, Azumar, op. Luſitan. in regn. Portugallico, à Medobriga 14. m. p. Emeritam verſus.

Ad ſeptem fratres, Ceuta, urbs Mauritan. Tingitanæ, ab æqualitate 7. montium ſic dicta.

Ad ſorores, Val de Fuentes, pag. Luſitaniæ ad Emeritam urb.

Ad Statuas Coloſſas, Colocz, urbs Hungariæ infer. infra inf. Uriam. Dicitur & *Colocia.*

Ad turres, pag. Brutiorum in Calab. citer. *S. Biaſo* Barrio.

Adara, Adare, op. Hiberniæ in Momoniâ orient. ad flu. Mayum, 12. m. p. à Limerico in merid.

Addua, vulgò *Adda,* flu. Inſubriæ, illam à Cenomanis & Bechunis, Venetiæ pop. ſeparans; oritur in Rhætia ex Alpibus & monte Braulio, 15. m. p. à Fontibus Oeni, deinde per Vallem Tellinam, Lariumque lacum fluens, inde emiſſus, Duc. Medio'anenſe n à dominio Veneto ſeparat ex aliqua parte, ac tandem Pado miſcetur 6. mill. ſupra Cremonam.

Claud. de 6. Conſ. Hon. ——*celer Addua noſtro*
Sulcatur ſocero.

Idem ibidem:

Colla levant pulcher Ticinus & Addua viſu Cærulus.

Et alibi: *Addua quo ſciſſas ſpumoſior incitat undas.*

Sidonius Apollinaris:

Ulvoſum Lambrum, cærulum Adduam, velocem Atheſim.

Addyma, op. Maurit. Cæſarienſ. mediter. *Fedvelez* nonnullis.

Adenum, Aden, urbs Arabiæ permunita cum portu 200. m. p. à faucib. Rubri maris, in Cæc. quot à Saba in Eurum.

Aderborna, op. Pomeraniæ ſuper. ad Oderam flu. paulò infra Stetinum, ſub Suecis.

Aderburgum, op. Germ. ad flu. Oderam in media Marchia Brandeburgenſi 9. leuc. à Stetino urbe.

Adiabene, Aſſyriæ regio. Suidas & Stephanus ſcribunt hanc quoque Meſenen vocari, quòd medio loco inter Euphratem ac Tigrim ſita ſit, unde & Meſopotamia dicitur. Verum falluntur, uti poſtea docebimus in *Meſene.* Eſt autem *Adiabene* Aſſyria, propriè ſic dicta, regio ſcilicet circa Ninum. Plinius *Ultra Armeniam Adiabene, Aſſyria ante dicta.* Amm. Marcel. lib. 23. *Juxta hunc circuitum Adiabena, Aſſyria priſcis temporibus vocitata.* In Hebræorum libris *Adiabene* eſt הדייב *Hadiab.* Græci ſic dictam putarunt, quòd propter fluviorum amplitudinem & frequentiam fere enet ἀδιάβατος. Sed hunc errorem Ammianus jampridem correxit, *Adiabenen* dici monens a fluminibus *Diava,* & *Adiava. Deva* autem, vel ſi malis, *Diava,* Chaldæis eſt *lupus.* Itaque flumen *Diava* idem qui Græcis *Lycus,* & articulo præfixo *Hadiab* eſt *Lycia,* ſive *Lupina regio.* Populi vocantur *Adiabeni* Straboni, quem locum doctiſſimus Caſaubonus præterivit intactum. Is a. eſt, καλοῦνται δὲ οἱ Ἀδιαβηνοὶ καὶ Σακυόποδες. In quem vir maximus in Solinum ita ſcribit; *Haud ſcio quare ſic dicti; niſi ſit quod ſuſpicor. Græci* Ἀδιαβηνοὺς *putarunt nominari, quali* τοὺς διαβαίνειν *impotes, qui minimè poſſunt crura divaricare ad ambulandum, haud ſecus ac ſi pedes ambo intra ſaccum conditos haberent.* Hæc ille quidem acutè, ut ſolet. Bochartus v. aliter; nempe mendosè ſcribi putat pro Σαυκόποδες. Illi a. Heſychio ſunt Ἀσκόποδες, qui infracto genu & ſuſpenſo mollitiem animi præ ſe ferunt.

Adiacium, Aiazzo, urbs Corſicæ, in ora occidua, olim *Urcinium.*

Adingtona, op. Angliæ in Surreiæ Com. 7. m. p. à Londino in merid.

Adonis, Canis, & *Narracellebe,* teſt. Tyrio, & Poſtello, flu. Phœniciæ ex Libano M. in mare inter Byblum, & Berytum delabens, & Patriarchatum Antiochenum ab Hieroſolymitano ſeparans.

Adra, Zerunaz, op. Liburniæ mediter. quòd *Oduca* Moletio & Villanovano potius dicitur, Arauzonæ proximum. Item urbs Arab. Petr. epiſc. ſub Arch. Boſhenſi, & alia in Cœleſyriâ.

Adrabæ campi, Marckfield tractus Moraviæ apud Auſtriæ limites, ab Hamburgo 2. leuc. in Bor. ubi olim Marcomanni populi.

Adramyttium, & *Adramytteos,* olim Pedaſus, Plinio autore, Troadis op. quod nunc *Landramiti* dicitur, Nigro teſte. *Atramyttium* Ptolemæo. Hinc *ſinus Adramyttenus,* in quo plures Lelegas olim habitaſſe author eſt Homerus, teſte Strabone, lib. 13. Adramyttio a. vicinæ erant Thebæ Hypoplaciæ; Quin eandem urbem multi faciunt. Etymologus. Θῆβαι, τὸ τῦν Ἀδραμύττειον καλούμενον. Ita etiam Phavorinus, & Jo. Lydus, & Lydum ſecutus Ortelius. Sed & Livio, lib. 37. Atramytteum & Thebes campus idem ſunt. *Atramytteum,* inquit, *hoſtiliter itinere facto petit, agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.* Saltem Phœnicium nomen utrumque eſt, inquit Bochartus, & à luto ſumptum. De Thebarum nomine alibi. *Adramyttium* a. eſt חצרא מורי *Aſtramudi,* h. e. *regio luteſa. Mud* ſiquidem Phœnicium ſignificat *lutum;* Philo Byblius μὼτ ſcribit, & exponit ἰλὺν *limum,* ſive ὑδατώδους μίξεως σῆψιν, *aquoſæ miſtionis putredinem.*

Adrana, urbs Thraciæ, parùm ſupra Berenicen, quæ etiam *Adrene* dicitur. Steph. Eſt etiam flu. Cattorum in Germ. Tacito *Adranus. Ædera* hodiè dici exiſtimat Althamerus, ſed is ubi locorum ſit non addidit. *Eder* ex eo facit Junius in ſua *Batavia;* ſcribit etiam eum in Fuldam evolvi, & hoc ex tabulis verum eſſe conſtat.

Adranum, Siciliæ mediterranea urbs eſt. Plut. in Paral. Vel in Ætnæ montis radicibus, flu. habens ejuſdem nominis, teſte Stephano. *Aderno* dicitur Fazello & Aretio. Ejus meminit Sil. Ital. lib. 14.

Adranum, Ergentumque ſimul, telâque ſuperba
Lanigerâ Meliſſe.——

Ubi alii *Hadranum.* long. 38. 54. lat. 37. 00.

In hac urbe fanum erat *Adriani,* Dei in Sicilia plurimum culti. Diod. Sic. lib. 14. Διονύσιος δὲ ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ἀπ' αὐτὸν τὴν Ἄιτνης λόφον, καὶ ἀπὸ τοῦ ὁπαντῆσαι ἱερεῖα προσηγόρευσεν αὐτὸν Ἀδρανον. Plut. in *Timoleonte.* Ἀδρανὶς δὲ πόλιν μικρὰν μέν, ἱερὸν δὲ τοῦ Ἀδρανοῦ θεοῦ πομπαῖόν ἐν ὅλῃ τῇ Σικελίᾳ κατοικοῦντες. Ælianus de Anim. lib. 11. cap 20. Ἐν Σικελίᾳ Ἀδρανός ἐστι πόλις, ὡς λέγει Νυμφόδωρος, καὶ ἐν τῇ πολῖ ταύτῃ Ἀδρανὲ νεὼς ὀπαχθεὶς δαίμονος, πάνυ δὲ ἐναργῆ φωνὴν εἴδε τὸν. Heſychius voce Παλικοί, Palicos Deos aſſerit hujus Adrani eſſe filios. Vide Bochart. de Phœn. Colon. lib. 1. cap. 28.

Adria, Atri, urbs Piceni in Aprutio, 4. m. p. à mari Adriatico, eſtque Ducatus domus Aquævivæ in regn. Neapolitano 10. m. p. à Pinnenſi civitate in Bor.

Adria, vel *Hadria,* vulgò *Adri,* urbs Venetiæ in ora, Epiſ. ſub Arch. Ravennate, inde 50. m. p. in Bor. Venetias verſus totidem. *Atria* Plinio, à qua *mare Atriaticum,* poſtea *Adriaticum,* quod vulgò *Adria* quoque dicitur, & à Poetis tempeſtuoſum valde deſcribitur. Catullus: *Minacis Adriatici litus.* Horat. lib. 1. Od. 33.

Libertina fretis acrior Adriæ
Curvantis Calabros ſinus.

Idem lib. 3. Od. 9.——*Levior cortice & improbo*
Iracundior Adria.

Et alibi:——*neque Auſter Dux inquieti turbidus Adriæ.*

Seneca in Thyeſte: ——*Aut ſævo rapidus freto*
Ventoſi tumor Adriæ.

Vagus Lucano dicitur lib 5.—*ſonat Ionio vagus Adria ponto.* Euſt. in Dionyſ. ait quoſdam Ionium & Adriaticum mare pro eodem habere; addit autem, οἱ δὲ ἀκριβέστεροι τὸν Ἰόνιον μέρος τοῦ Ἀδρίου φασί. Vide Cluver. Ital. Ant. l. 4. c. 17. Vulgo *Golfo di Venetia* dicitur.

Adrianopolis, Turcis *Andernopoli*; & *Endrem,* urbs Thraciæ ad Hebrum flu. empor. & metropolis, & ante captam Conſtantinopolim, Regia Turcarum, inter Philippopolim 72. & Byzantium in ort. 130. m. p.

Adrobrica, Hiſp. urbs in Artabris Pomponio lib. 3. cap. 1. Aliis *Abodrica.*

Adrumetum, Africæ propriæ urbs Salluſtius in *Jugurthâ* ubi de Phœnicum coloniis in Africa; *Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in orâ maritimâ condidere.* Straboni lib 7. eſt Ἀδρύμη. Stephano Ἀδρύμης. Ptolemæo Ἀδρούμητος. A multis

multis cum ſpiritu ſcribitur *Hadrumetum*. Eſt autem non incelebris urbs maritima in Byzacio, Africæ regione fertiliſſimâ, inter Carthaginem & Syrtes. Plinius lib. 5. cap. 4. ubi de Byzacio; *Hic opida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Thapſus.* Adrumeti a. nomen Scaliger, & ex eo Druſius, Caſaubonus, aliique viri in his literis primarii, ἔπαυλιν Πλούτωνος, *atrium Plutonis*, & *Acherontis oſtium* explicant, ac ſi idem ſit quod Ebræis חצר מות. Sed tunc eſſet *Adramota*, non *Adrumetum*. Ut taceam nihil eſſe cauſæ cur ſic diceretur, neque enim Adrumetina regio importuoſa eſt, aut venenorum ferax, aut, vel ſoli, vel aquarum, vel aeris vitio peſtilens, & inſalubris. Quin *Frugiferam* vocant vett. Inſcriptiones, qualis eſt hæc apud Smetium, COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAJANA AUG. FRUGIFERA HADRUMETINA. Et meritò, cum Byzacenus ager, cujus Adrumetum eſt metropolis, ſit inter locos Africæ feraciſſimos. Plinius lib. 17. cap. 5. eum ait eſſe *centenâ, & quinquagenâ fruge fertilem.* Et lib. 8. cap. 10. ex eo ipſo probat tritico nihil eſſe fertilius, *utpote cùm è modio, ſi ſit aptum ſolum, quale in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modii reddantur.* Varro de R. R. lib. 1. cap. 44. *In Syriâ ad Gadara, & in Africâ ad Byzacium item* (dicunt) *ex modio naſci centum.* Hannibal apud Sil. Ital. lib. 8.

——Seu ſunt Byzacia cordi
Rura, magis centum Cereri fruticantia culmis.

Porrò cum Syris *mea* ſit *centum*, & *matan centenos* ſonet, Ἀδρούμη, vel Ἀδρούμητον idem videtur eſſe quod חצר-מאות vel חצר-מאית hoc eſt, *regio centum*; ſeu *centenarum*; ſupple שערים hoc eſt, *menſurarum*. Bochartus. long. 36. 40. lat. 32. 40.

Aduatici, Belgii pop. fuere, ubi hodie Com. Namurcenſis, prov. Belgii ſatis parva, cujus caput Namurcum, ad Moſam flu. ubi recipit Sabim, teſte Sanſone.

Adula, M. di S. Gothardo, mons Alpium Rhæticarum, ubi incipiunt penninæ; eſtque in Helvetiis in pago Urienſi. Adulæ autem partes ſunt montes *Criſpalt-berg*, unde Rhenus anterior effluit, & *Vogelberg*, unde Rhenus poſterior oritur. *Mont Turk*, unde Rhodanus, & Ticinus, & *Mont Grimſel*, unde Arola fontes habent.

Aduliton, ſeu *Adulis*, op. Troglodyticæ in orâ ſin. Arabici. *Ercoco* Sanſoni dicitur, empor. celebre cum portu in Abexiâ reg. Vide Stuckium ad Arriani periplum maris Erythræi pag. 10. Long. 67. 00. lat. 11. 40.

Adurnum, op. Angliæ in com. Suſſexiæ. *Edrington* Camdeno.

Adyrmachidæ, pop. interioris Libyæ, *Adyrmachitæ* Ptolemæo. Herodotus lib. 1. ponit eos in littore Mediterranei maris, prope Ægyptum, in Marmaricâ, quos Ægyptiis ait moribus fuiſſe ſimiles, & ſolâ veſte diverſos: Πεῶσι Ἀδυρμαχίδαι Λιβύων κατοικίων, οἱ νόμοισι μὲν τὰ πλέω Αἰγυπτίοισι χρέωνται, ἐσθῆτα δὲ φορέουσι ὅμοιη καὶ ἄλλοι Λίβυες. h. e. *Colunt Ægyptum verſus Libyam primi Adyrmachidæ, qui iiſdem fere quibus Ægyptii legibus utuntur; Sed veſtem geſtant qualem & alii Libyes.* Quæ potuit eſſe ratio nominis Adyrmachidarum; Nam Arabicè אלדרמוך *addermuch* eſt veſtis genus. *Bochartus.* Cæterum de his pop. Silius lib. 3.

Verſicolor contra cetra, & falcatus ab arte
Enſis Adyrmachidis, ac lævo tegmina crure.

Scylax Caryandenſis: Ἀδυρμαχίδαι, ἔθνος Λιβύων.

Æa, Colchidis metropolis ad Phaſim flu. *Æopolis* Ptolemæo. *Lipopotamo* hodie, teſte Moletio. Long. 72. 30. lat. 45. 30. Eſt quoq. Africæ urbs. Sil. l. 3.

Æaque Trinacrios Afris permiſta colonos.

Vide *Oea*. Eſt & in Theſſaliâ urbs. Steph. Item Macedoniæ fons circa Amydonem urb. Heſychius: Αἶα, γῆ, γαῖα, καὶ ἀφαίρεσιν τοῦ γ' καὶ ὡς τινες κρήνη ἐν Παφλαγονία. Etymologus: Αἶα ὑπὸ Κυρηναίων Τηθὶς, καὶ Μαῖα, καὶ ἀδελφὴ Κρήτης. καλεῖται δὲ καὶ κρήνη ἐν Παιονία.

Ææa inſula in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italiâ diremta, hodiè verò continens, ita tamen ut paludibus undique cincta inſulæ ſpeciem præ ſe ferat. Plin.

Æantides, Hippoclis filius, Lampſacenorum tyrannus, magnæ apud Darium regem authoritatis, Eurydicen, Hippiæ Athenienſium tyranni filiam, uxorem duxit. Thucyd. lib. 6.

Æantium, op. Troadis in Sigæo, ab Ajace illic ſepulto ſic dictum. Plin. Item Magneſiæ promontorium, eodem author.

Æapolis, vel *Æa*, *Lipopotamo* Moletio, urbs Colchidis, à Phaſide urbe 30. m. p. in Bor.

Æas, Epiri flu. ex Macedoniâ defluens, in Ionium mare ſe exonerat. Lucan. lib. 6.

Puruſ in occaſum, ſed parvi gurgitis Æas
Ionio fluit inde mari.

Ovid. Met. 1. *Apidanuſque ſenex, lenisque Amphryſus, & Æas.* *Aous*, teſte Plinio. *Vajuſſa* nunc ut nonnullis videtur. Solus autem Ovidius in Fabulâ Iûs, flumen hoc Peneum ingredi dicit, & convenire cum reliquis Theſſaliæ fluviis ad Tempe. Sed profectò non unum in illâ Penei deſcriptione errorem committit. Nam quid Æanti, quid Amphryſo, quid Sperchio cum Peneo, aut Theſſalicis Tempis? Quia hæc flumina ex Pindo oriri legerat, ideo quoque exiſtimavit ea confluere, & in Peneum exonerari. Confundit præterea Inachum Argiæ Peloponneſiacæ cum Inacho Epiri, qui iiſdem atque Æas oritur montibus. Illud præterea quàm ineptum,

——Vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis volvitur undis.

Nam ſi è plano oritur, quomodo poteſt ſpumoſas volvere undas? Verùm hoc procul dubio eſt librariorum flagitium, vel ſaltem ita interpretandum, utì poſtea docebimus. Ut autem ad *Æantem* redeam, Apolloniatum id erat flumen, teſte Pomponio, vicinumque admodum erat mœnibus ipſorum, non verò Epidamniorum. Ita enim ſcribenda Val. Maximi verba, capite *De omnibus*, utì habent vett. nonnulli libri. *Atque illi flumen vicinum mœnibus, nomine Æantem, in adjutorium ſeſe mittere dixiſſent.* Apolloniatæ ſiquidem ab Epidamniis opem poſtulabant. Reſponderunt illi, *Habetis Ajacem, ab eo petite auxilium.* Quis non videat luſiſſe eos in nomine fluvii? & tamen miror ineptias Interpretum ad hunc locum. Iſ. Vo ſſius.

Æbura, urbs Hiſp. Tar. *Talavero* Beuthero.

Æculanum, op. Hirpinorum in Italiâ, 20. m. p. à Benevento diſſitum. Hodie *Tricento*, ſive ut al. *Laconiano.*

Ædeſſa, vel *Edeſſa*, urbs Æmathiæ, non longè à Pellâ, *Vodena* Sophiano.

Ædui, & *Hedui*, pop. Gall. Celt. [quorum reg. Burgundiæ ducatus, & urbs Auguſtodunum, quæ & *Hedua* dicitur.] à Sequanis pop. alterius Burgundiæ Arari flu. diviſi.

Ægæ, Macedoniæ op. Plin. Meleboteram quoque vocari ſcribit Stephanus, quem conſule. Olim vocabatur *Edeſſa*; Ἔδεσσα, non Αἰδεσσα uti perperam legitur in vulgatis Ptolemæi exemplaribus. Aliquanto verò remotior à mari erat Edeſſa, ſive Ægæ, atque Pella. Palus quippe illa, in quâ ſita erat Pella, mari erat vicina. In iſtam verò paludem duo incidebant flumina, Axias, & Ludias. Per Ludiam ἀνάπλως erat ad Ægas ſive Edeſſam. Non rectè Ptolemæus, qui Ægas, ſive Ægam, & Edeſſam diſtinguit, & hanc ad Erigonem, illam ad Haliacmonem collocat, cùm eadem ſit, ut apparet ex Juſtino, ſitaque ſit ad Ludiam amnem, ut Anonymus teſtatur, qui Scylacis nomine prodiit. Urbs verò hæc non modo appellabatur Αἰγαὶ, ſed & Αἰγάια & Αἰγία. Sic quoque Theophraſtus libello de ventis, cum dicit aquilones Oſſæ & Olympo impactos, contrarios nubibus ferri; ἐνιαχῆ τὰ νέφη τοῖς πνεύμασιν ὑπεναντία φέρεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ Αἰγείας τῆς Μακεδονίης, βορέης πνέοντος μὲν ὁ Βορέας. Ita ſcribendum: malè enim Αἰγιὰς habent vulgata exemplaria. Ab hoc opido ἐθνικὸν eſt Αἰγειάτης, & forma Macedonica Αἰγεάδης. Nihil itaque mutandum apud Juſtinum. Porrò quamvis regia ex hâc urbe Pellam tranſlata ſit, morem tamen manſiſſe, ut Ægiis, vel Ægiis reges ſepelirentur, colligi poteſt, non ex Plinio tantum, verùm & ex Diodoro Siculo, lib. 19. Iſ. Vo ſſius. Eſt etiam urbs Ciliciæ, de quâ Lucanus, lib. 3.

Mallos, & extremæ reſonant navalibus Ægæ.

Ægæa, Αἰγαία, nomen duarum urbium, ut ſcribit Ptolemæus, quarum una in Emathiâ, altera in Mauritaniâ. Commemorantur & à Strabone duo hujus nominis opida, quorum unum ad Amanum montem, alterum in agro Laconico collocat.

Ægæum mare, vulgò *Archipelago*, Turcis *Acdenis*, teſte Leunclavio, pars maris Mediterranei, Europam ab Aſia dividens, in quo inſulæ plurimæ Cyclades ſunt, & Sporades. Dionyſius, verſ. 133.

Οὐ γάρ τις κείνω ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει,
Ὑλώδει μορμύρων ἕτερος πόρος Ἀμφιτρίτης.

Mare Ægæum intelligit, quod vaſtum gurgitem habere ſuprà dixit. Artemidorus in Oneirocriticis, lib. 2. cap. 12. Καὶ τὸ φοβερώτατον πέλαγος Αἰγαῖον λέγει. Vide ad locum iſtum Nicolaum Rigaltium. Nomen quod attinet, ab *Ægis* inſulâ prope Eubœam Neptuno ſacrâ dici aſſerit Apollonii Schol. lib. 1. Et Conon ibidem ab *Ægæa Caryſtiâ*, i. e. à Caryſto Eubœæ, quæ & *Ægæa* dicebatur. Et Strabo lib. 8. ab *Ægis* ejuſdem Eubœæ opido. Tamen idem lib. 13. ab *Ægâ* Æolidis promuntorio deducit. Plinius ab *Ægæ* ſcopulo inter Tenedum & Chium; & Feſtus vel à crebris inſulis, quæ procul aſpicientibus videantur ſpecies αἰγῶν, h. e. caprarum, vel ab *Ægeâ* Amazonum reginâ, quæ ibi perierit, vel ab *Ægeo* Theſei patre, qui in *Ægæum* ſe dederit præcipitem, de quo longam fabulam texit Suidas, niſi fallor, ex Nicocrate, quem refellit Apollonii Schol. Ubi rurſus alii ad *Ægæum*

referunt Neptuni nomen in Pherecyde, alii ad *Ægæonem*, de quo suprà. Alii denique sic appellatum volunt ἀπὸ τῆ Περραιβίας αἰγὸς, à Percania caprâ, quod non capio. An legendum Ὠλενίας, vel Οὐενίας, ut significetur capra cœlestis?

——*Oleniæ sidus pluviale capellæ,*

Uti vocatur à poetâ in Fastis, quâ exoriente, ut ait Suidas in Αἴγες, venti vehementius spirant. Hor. Car. 3. Od. 1.

Nec sævus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi.

Ovid. tamen, Met. 14. occidentibus Hœdis tempestatem, & maris commotionem tribuit.

Sævior illa freto surgente cadentibus Hœdis.

Unde ἐπαιγίζειν, flare in modum turbinis, & *Ægæum pelagus* dicitur quod maximè terribile est. Ita Suidas. At Isacius in Lycophronem à terrestri caprâ deducit, quia hoc mare δίκην αἰγὸς κυματοῦ capræ ad instar agitatur. Sed his relictis, jam conabimur aliquid afferre vero propius. Hebræum עז *az*, i. e. *validum, durum, asperum*, quandoque maris est epitheton, ut Isa. 43. 16. *Sic dixit Dominus, qui dat in mari viam, & במים עזים in aquis asperis semitam*, & Nehemiæ 9. 11. *Et mare divisisti coram iis, & per medium mare siccо pede transiverunt, & persecutores eorum projecisti in profunda tanquam lapidem,* במים עזים *in aquas asperas*, utrobique agitur de mari Rubro, quod absorpsit Ægyptios, & Ebræis fuit pervium, cujus aquæ meritò appellantur asperæ, cùm παρελίαν habeat τραχεῖαν, δυσπερίπλευστον, δύσορμον, ἀπρόσιτον, καὶ κατὰ πάντα φύσεφόβον, asperam, navigatu difficilem, importunam, inaccessam, atque omnino terribilem. Ita de eo Agatharchides, Strabo, Diodorus, & Arrianus. Nec in *Ægæo* clementior est navigatio. Constantinus Porphyrogenneta Themate 17. Τὸ δὴ Αἰγαῖον πέλαγος βαρύπλουν ἐστὶ καὶ δυσπέρατον, καὶ κύματα μάκρα, καὶ ὄρεσιν ἐοικότα ἀνεγείρον τοῖς πλέουσι. Valer. Flac. lib. 1.

——*Quanto fremitu se sustulit Ægon!*

Sic n. invenies & *Ægæona* pro *Ægæo* usurpatum. Statius quinto Thebaidos,

——*Delove sonanti*
Pejor, & innumeris quas spumifer assilit Ægon.

Apud eundem eodem libro,

Diis pelagi ventisque & Cycladas Ægæoni.

Hesych. Αἰγαῖον, τὸ περὶ τὰς Κυκλάδας πέλαγος. Heraclides Sinopensis Anthol. 3. 22.

——Αἰγαίης τ' οἶδμα κακὸν πελάγης.

Ideoque Propertius audaciam suam innuere cupiens ait lib. 1. eleg. 6.

Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum
Tulle, neque Ægæo ducere vela salo.

Hinc τὸν Αἰγαῖον πλεῖν de iis dicitur qui in summo discrimine versantur. Erasmus hoc adagium citat ex Æliani epistolis. Est & aliud non dissimile ex Luciano de Sectis, ὀπὶ ῥιπὸς τὸ Αἰγαῖον διαπλεῦσαι, *virgulto* (id est virgulteâ scaphâ) *Ægæum transmittere*; In eos qui rem supra modum arduam levi operâ conficere tentant; quibus tertium addi queat ex Cic. lib. 3. de Legg. *Excitabat fluctus in simpulo Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari.* Itaque tam Ægæum quam Rubrum mare habet מים עזים *aquas asperas*; unde dici potuit à Phœnicibus mare עז *az*, id est, *inclemens*, & *asperum*; Quod cur *Ægæum* veteres reddiderint statim patebit. Apud Ebræos עז *az*, *asperum*, & עז *ez capra* non modo conjugata sunt, sed & iisdem scribuntur literis, & solum punctis differunt à Masorethis nuper additis; Nempe ut hircus Græcè τράγος dicitur παρὰ τὸ βαρὺ δέρμα ἔχειν, ut Grammatici observant; ita Ebraicè עז *ez*, *capra*, nominata est ab asperitate pilorum, quorum usus in ciliciis, veste omnium asperrimâ. Inde factum, ut mare עז *az*, αἰγαῖον diceretur, tanquam à caprâ sumpto nomine. Idque eò libentius quòd αἴξ *capra* Græcè, unde *aigaion*, alludit ad Ebræum עז *ez*; & videtur ex eo natum, quod jam alii observarunt. Vide Stephanum in Ἄζωτος.

Ægagæes, mons Asiæ ubi vipera serpens reperitur; lege *Ægagees*, Ita enim Nicandro dicitur in Theriacis vers. 218.

——Ἡ καὶ ἐρυμνὸς
Αἰγαγὴς πρηών. Ubi Schol. Βυσσώδης, καὶ Αἰγαγὴς, καὶ Κέρκαφος ὀνόματά ἐισιν ὀρῶν τῆ Ἀσίας.

Ægaleos, vel *Ægaleum*, Atticæ mons è regione Salaminis. Herod. Thucyd. Tzetz. Item mons Messeniæ apud Strabonem. Stat. lib. 12.

Dives & Ægaleos nemorum parensque benignus.

Ægara Lydiæ urbs. Ptol.

Ægas, locus Eubœæ, unde *Mare Ægæum* dictum volunt.

Ægates, insula Africæ maris contra Carthaginis sinum. Ita ab omnibus vocatur, non *Ægades*, quod volebat Cluverius. Nam si hoc esset, media syllaba brevis foret, ut in *Sporades*, *Cyclades*, *Stœchades*. At vero Silius producit lib. 1.

——*Avet Ægates abolere parentum*
Dedecus, & Siculo demergere fœdera ponto.

Addit Mela, *Romanâ clade memorabiles.* Et hanc quoque lectionem vitiosam putant; vel erasse Pomponium. Neutrum verum est. *Clades* hic est, non quam acceperunt, sed quam dederunt Romani; cui locutioni simile est illud Virgilii.

——*Et vulnere tardus Ulysses.*

Hoc est, eo vulnere quod inflixit Ulysses. De quibus reciprocis vocalibus vide Agellium. lib. 9. cap. 12. *Aræ* dicuntur Virgilio, ut quibusdam placet, quod ibi fœdera icta fuere inter Carthaginenses & Romanos, Lutatio Consule. Vide Cluver. Sicil. Ant. lib. 2. cap. 15.

Ægesta, ultra Drepanum & Erycen fuit antiqua in primis, celebrisque, ac potens urbs; eadem nonnullis *Acesta*, & Latinis auctoribus *Segesta* vocitata. Αἴγεστα dicta fuit plerisque scriptoribus Græcis, è quorum numero sunt Lycophron, Dion. Halicarn. Diodorus, Strabo. Sed antiquior formatio fuisse videtur Ἔγεστα, quam Thucyd. Plin. & Steph. nummusque antiquus referunt. Festus *Segesta*, inquit, *quæ nunc appellatur, opidum in Siciliâ est, quod creditur Æneas condidisse, præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominavit; sed præpositа est ei S litera, ne obscœno nomine appellaretur, ut factum est in Malevento, quod Beneventum est. Segestanorum emporium* legitur apud Ptol. lib. 3. cap. 4. Vide Cluver. Sic. Ant. lib. 2. cap. 2.

Ægetini, Calabrorum gens mediterranea. Plin. 3. 11.

Ægiala, vel *Ægiale*, Amorgi insulæ urbs. *Hyali* Sophianò. Begialis Ptolemæo, ut quidam volunt, Long. 53. 10. Lat. 37. 40.

Ægialia, insula gemina, una maris Cretici apud Peloponnesum vulgo *Cerigo*, Cytheræ proxima, inter illam 15. & Phalasarnam op. Cretæ occ. 25. m. p. occurrens. Altera, teste Plinio, insula maris Ionii circa Echinadas, Ætoliæ adjacens, parva, potius scopulus videtur quam insula. unde illi nomen hodie non est.

Ægialus, locus inter Sicyonium & Buprasium, & alius proximus Ponto, cum vico ejusdem nominis. Item mons Æthiopiæ juxta Ægyptum. Steph. Item urbs Asiæ min. prope Cromnam juxta Homeri versum.

Κρώμναν τ' Αἰγιαλὸν, καὶ ὑψηλὰς Ἐρυθίνας.

Ubi tamen pro Αἰγιαλὸν Strab. l. 12. scribit quosdam legere Κωσσαῖον. Vide Steph. Est etiam mons cum urbe in Galatiâ, teste Cedreno. *Cagiali* Leunclavio.

Ægida, op. Istriæ primarium. *Cavo d' Istria.* Vide *Justinopolis.*

Ægila, *Augila* Ptol. vulgo *Augela*, urbs Cyrenes interius intra solitudines à Boreo promont. in Austr. 120. m. p. distans, unde vasta & ingens solitudo nominatur. Est & insula maris Cretici apud Pind. Ejus mem. Dionysius, cui *Ægyla.*

Αἰγυλά τ' ἠδὲ Κύθηρα, Καλάυρειά τε πρηχεῖα.

Ubi Eust. Αἰγυλα μὴν οὐκ ἠξίωσε πολλῆς λόγου φαίνεσθαι τοῖς παλαιοῖς.

Ægilips, urbs Acarnaniæ. Strabo. Item locus in Epiro. Steph. Αἰγίλιψ, πλησίον Κερκυλείης τῆ Ἠπείρου. Ὅμηρος.

Καὶ Κερκύλεα ναίεσκον, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν.

Ἐλλιπὲς γὰρ τὸ προσηγορεῖαν διὰ τὸ μεγέθη (lege πεζότη) ἢ καὶ ὕψηλον, καὶ ἀπρόσβατον. Unde v. αἰγίλιψ deducatur, vide Lexicographos. Dicitur etiam corruptè *Ægilops.*

Ægilium, insula maris Tyrrheni apud Cosanum littus. *Il Giglio* hodie. *Igilium* Rutilio. Vide ibi.

Ægilon, insula inter Cretam & Laconicam: item reg. quædam in Laconiâ, & pars tribus Atticæ cujusdam ab *Ægilo* Heroe.

Ægimorus, insula maris Africi. vulgò La *Galetta. Ægimurus* Livio & Cæsari, *Ægimuri* Plinio, qui eas contra Carthaginens. sinum ponit, aitq; eas verius scopulos, quam insulas esse.

Ægina, insula sinus Saronici, inter Epidaurum Peloponnesi, & Piræum port. Atticæ ad 28. m. p. cum urbe cognomine Episcopali olim sub Arch. Athenienſi, nunc Metropolis, à Megaris 100 Stad. in merid. Fama est hujus insulæ incolas aliquando omnes peste fuisse absumptos ita ut solus Æacus rex fuerit superstes, qui cum graviter ferret insulæ solitudinem Jovem precatus est, ut aliquo pacto homines repararet, ita dicens uti refert Ovid. Met. 7.

Jupiter ô dixi, si te non falsa loquuntur
Dicta sub amplexus Æginæ Asopidos isse,
Nec te, magne pater, nostri pudet esse parentem;
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulcro.

Jupiter autem illis precibus commotus, formicas in homines mutavit, qui vocati erant *Myrmidones* qu. *Formicarios* dicas; qui ideo sic vocabantur, quia formicarum more terras fodientes, & in cavernis habitantes, frugalitati & parsimoniæ studuere. Pop. *Æginenses*, qui primi monetam excuderunt, teste

Ælian.

Ælianno ποικιλ. 12. 20. πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκλήθη νόμισμα Αἰγινᾶιον. Inde *Æginetica æs*, quod olim in pretio fuit, Plin. 34. 3. Vide Steph. in Αἴγινα, ubi 3. *Æginas* recenſet. Mirum autem in hâc inſ. ſaxosâ & ſterili, cujus ambitum Strabo & Euſt. definiunt ſtad. 180. Plinius v. 20. m. p. quondam habitaſſe Myrmidonum myriadas 47. Ita enim Pindari Scholiaſtes in Od. 8. Olymp. πλήθειν δὲ ἀνδρῶν ἐστι φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς ἔτι) ἐν αὐτῇ πεντεκοντα ἐπὶ μυριάσι ἀνθρώπων.

Ægira, *Xylocaſtro*, urbs Peloponneſi in orâ Achaiæ, à lit. 7. Stad. diſtans inter Buram 92. & Pellenen 120. Gemiſtus *Ægyra* ſcribit & etiam *Byſtitza* nominari ait.

Ægircius, *le Gers*, flu. Aquitaniæ, Auſcios & Lactoram urb. alluit, & in Garumnam cadit ad alteram ſupra Agennum leucam.

Ægirum, *Gernia*, op. Lesbi inſ. inter Mitylenem & Methymnam.

Ægiruſa, op. Megaridis, non longè à Megaris, quod & *Ægoſthena*, teſte Pauſan. dictum fuit.

Ægitharſus, promontorium Siciliæ inter Drepanum & Segeſtanum emporium. Quod vocabulum ex Ἀγίθαλλος corruptum eſſe ex Diodori & Zonaræ hiſtoriis colligit Cluverius de Sic. Ant. pag. 248. *Capo di S. Theodoro* hodie Brietio dicitur.

Ægium, op. Achaiæ, ad ſin. Corinthiacum, inter Corinthum 60. & Patras 27. m. p. *Uſtitza* Mario Nigro.

Ægon, ponitur aliquando pro Ægæo mari. Statius.

———*Ventiſque abſentibus Ægon*
Motus, & ingenti percuſſit litora ponto.

Val. Flac. lib. 1. ———*Vix littore puppim*
Solvimus, & quanto fremuit ſe ſuſtulit Ægon!

Ægos Potamos, Anglicè *Goatsbrook* diceretur, Thraciæ Cherſoneſi op. Plut in Alcibiade ad Helleſpontum ſitum eſſe ſcribit. Ad hujus flu. oſtia claſſis Athenienſium à Lyſandro capta fuit.

Æguſſa, inſ. Libyæ, quam incolæ *Catriam* vocant. Vide Boch. de Ph. Col. 1. 27.

Ægypſus, urbs ad ripam Iſtri flu. ab *Ægypſo* conditore. Ovid. Pont. 1. 8.

Stat vetus urbs ripæ vicina binominis Iſtri
Mœnibu & poſitu vix adeunda loci.
Caſpius Ægypſos (de ſe ſi creditur ipſis)
Condidit, & proprio nomine dixit opus.

Vide ibi Nicol. Heinſium. Rurſus lib. 4. Eleg. 7.

Non negat Ægypſos, quæ te ſubeunte recepta
Senſit in ingenio nil opus eſſe loci.
Nam dubium eſt poſitu melius defenſa, manúve
Urbs erat in ſummo nubibus æqua jugo.

Ægyptus, Aſiæ regio (licet à Ptolemæo in Africâ deſcribatur) teſte Mela in duas partes dividitur. Una *Inferior*, quæ & *Delta*, ad occid. *Bechria*, & ad ort. *Errif*, teſte Jo. *Leone*, dicitur. Altera *Superior*, vulgo *Sahid*, & olim *Thebais* dicta: eſt a. Meridiem verſus, & ad Syenen uſque procedit. De antiquitate Ægypti, ac diſciplinâ Sacerdotum, quos prophetas vocant, innumerabilia penè ab authoribus memorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solon, Muſæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyaneus, complureſque alii eruditionis gratiâ profecti, dogmata Ægyptiorum in ſuam quiſque patriam retulere. Primi ſiquidem Artium inventores putantur Ægyptii. Dionyſius Periegetes.

Οἱ πρῶτοι βιότοιο διεκήσαντο κελεύθους,
Πρῶτοι δ' ἱμερόεντα θεσφήσαντο ἀοιδῇ,
Καὶ σπόρον ἰδυτάτης ὑπὲρ αὔλακος ἁπλώσαντο,
Πρῶτοι ἢ γραμμῇσι πόλον διεμετρήσαντο,
Θυμῷ φρασσάμενοι λοξὸν δρόμον ἠελίοιο.

Ubi per βίου κελεύθους Scholiaſtes τὰς τέχνας intelligit. Sanè Diodor. Sic. lib. 1. Ægyptiis ἀρχαιοτάτην ἀγωγὴν tribuit. Hinc Ægyptus *Terrarum parens* appellata eſt, uti tradit Crinitus. Et Macrob. Saturn. 1. 15. Ægyptum vocat *Artium matrem*; & de Somn. Scip. 1. 19. incolas ejus appellat *omnium Philoſophiæ diſciplinarum parentes*, & cap 21. de iiſdem, *Quos conſtat primos omnium cœlum ſcrutari, & metiri auſos*. De agricultura Ægyptiorum nos plura in *Oſiris*, De fertilitate Dionyſ. Εὐδοξος ἐπαείμων ἦ, καὶ ἄγλαα πάντα φέρεσκε.

Quam tamen Nilo ſuo plurimùm debet, qui
—*Viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ*,
Uti loquitur Virg. Georg. 4. Et Strabo, lib. 17. ait, *Sterile in Ægypto eſſe quicquid non attigerit Nilus*. Et certè fidem huic fecerit, ſi maximè alia non ſuppeterent teſtimonia, Ægypti Encomium à veteribus uſurpatum, quo *publicum orbis horreum* eſt appellata. Hoc nomine olim Libyam potentiſſimam præ ſe contemſit Ægyptus anguſta. Unde Proverb. *Sulcus Ægypti arenas non curat Libyæ*. Quod Græco diſticho expreſſit Antiphilus.

Καρποῖς, ὁ σχοῖνος ἐείζομεν, οὐδὲ γὰρ αὖλαξ
Αἰγύπτῳ Λιβύης ψάμμος ὑπερφέρει.

Theocr. in Encomio Ptolemæi:

Μυρία δ' ἀνθρώπων τε, καὶ ἔθνεα μύρια φωτῶν
Λῆιον ἀλδήσκουσιν ὀφελλόμενον Διὸς ὄμβρῳ.
Ἀλλ' ὅσσα φύει ὅσα χθαμαλὸς Αἴγυπτος,
Νεῖλος ἀναελύζων ἀρδεῖ ὅτε βώλακα θεύσει.

Sed non moras faciemus in re tam notâ; videat ſtudioſus lector Wendelini *Admiranda Nili*, cap. 21. Hujus divitias & opes oſtendunt etiamnum tot opera immortalia, ut ſunt Pyramidum vaſtiſſimæ moles, tot ſtupendæ altitudinis ex ſolido marmore Obeliſci, Coloſſi, Sphinges, Statuæ, Labyrinthi, totque Deorum delubra, quorum plura ſolum Ægyptus, quàm aliæ omnes regiones exhibet, teſte oculato Herodoto. Fuiſſe a. Ægyptios ab initio Idolorum cultores vaniſſimos non tantum docent ſacræ literæ, ſed etiam profani authores affatim. Unum nomino Juvenalem, Sat. 15.

Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pavet ſaturum ſerpentibus Ibim.
Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci,
Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.
Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam, &c.

Poſt Chriſtum a. ex Divâ Virgine natum, ex hâc eâdem Monachorum, Eremitarumque agmina primum enata, indeque per totum orbem Chriſtianum divulgata, ex primitivæ Eccleſiæ monumentis docetur. A priſcis incolis (inquit Bochartus) Ægyptus vocabatur *Chamia*, vel *Chemia*, i. e. *terra Cham*, quomodo illam appellat Pſaltes Pſ. 78. 51. Plutarchus a. qui ignorabat Ægyptios à Chamo oriundos, à terræ nigredine putavit ita nominari, ἔπι τῷ Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγαιον ὄσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τῆ ὀφθαλμῆ Χημία καλοῦσιν. Et v. Geneſeos cap. 30. ubi de coloribus pecudum Labanis & Jacobi חום *chum* pro *nigro* quater occurrit. *Chemia* tamen potius videtur ad *Chamum* pertinere, ut & apud Steph. aliud Ægypti nomen compoſitum ἑμοχώμου, & in ipſa Ægypto pagi Χέμμις, Ψώχεμμις, Ψπλάχεμμις. Hebræi *Mitzraim* vocant, quam vocem Doctiſſimus Bochartus non nomen hominis eſſe putat, ſed regionis, ac proinde *Miſraim* credit factum per compendium ex *Meſoraim*, nam ſingulare ejus eſt מצור *Maſor*. Id in ſcripturâ occurrit aliquoties. 2 Reg. 19. 24. *Siccabo plantâ pedum meorum omnes rivos Maſor*, id eſt Ægypti. Et Eſaiæ 19. 6. *Et ſiccabuntur fluvii Maſor*; ubi Kimchius, *Maſor*, *idem quod Miſraim*. Rurſus Michææ 7. 12. *Et à Maſor uſque ad fluvium*, h. e. ab Ægypto uſque ad Euphratem, qui ſunt termini terræ Chanan. Porrò מצור, *Maſor*, eſt *munitus locus*; nomen ergo ab argumento ſumptum, neque n. ulla regio eſt naturali ſitu tutior. Ὀχυρότητι ἡ φυσικὴ (inquit Diodorus lib. 1.) ἐκ ὀλίγῳ δοκεῖ τῆ εἰς βασιλέων ἀφωρισμένων τόπων, idque probat in ſequentibus longâ inductione. Ab occaſu ſc. deſertum habet inacceſſum, à meridie Nili Catarractas, & montes Æthiopiæ, ab ortu item eremum & barathra, & paludem Serbonidis, ab Aquilone mare importuoſum; nam ab Joppe Phœniciæ uſque ad Parætonium Libyæ nullus eſt portus præter Pharum. Hæc poſtquam pluribus docuit Diodorus, ita concludit, Ἡ μὲν ἔν Αἰγύπτῳ πανταχόθεν φυσικῶς ὠχύρωται. Hæc ille lib. 1. Et lib. 15. De Ægyptio Nectanebi, Perſis adventantibus, Ἐδάρρει ἡ μάλιστα μὲ τὴ τῆ χώρας ὀχυρότητι, δυσπροσίτῳ παντελῶς ὄσης Αἰγύπτου. Ita etiam Strabo, lib. 16. *Jam inde*, inquit, *ab initio Ægyptus fuit valde pacata, διὰ τὸ αὐτάρκεις τῆ χώρας, καὶ τὸ δυσείσολον τοῖς ἔξωθεν*. Sed & Ægyptus potuit dici *Maſor* ab anguſtiis, quia צור *Sur* eſt coarctari, & צר *Sar*, *anguſtum* ſonat. Anguſta n. eſt Ægyptus, quod omnes ſciunt, & à mari Syenen uſque tota patet in longitudinem, unde eſt quòd Ægyptios Eſaias appellat גוי ממשך h. e. *gentem in longitudinem protractam*, vel *extenſam*, cap. 18. 2. Vox a. dualis *miſraiim* docet duplicem eſſe Ægyptum, de quo ſupra. Ægyptus etiam olim *Eeria*, ſive *Aeria* dicta. Schol. Apollonii Rhodii in illud Argonaut. α.

———Ἡεείη πολυλήϊος ἔσκε Πελασγῶν.

Theſſaliam ita nuncupari ait, παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴ γῆν, Οὕτω γὰρ καὶ τὴν Αἴγυπτον Ἡεείην φασίν. Atque vetuſtiſſimum hoc ei fuiſſe nomen volunt priſci, & antequam Ægyptus diceretur. Euſebius in Chronico ſub Moſis tempora. Ῥαμεσσῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Αἰγύπτου καλούμενος ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη. μετωνόμασε δὲ τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι ἥτις πρότερον Μεσραΐα, παρ' Ἕλλησι δὲ Ἀεείη ἐλέγετο. Ac proinde Apollinarius illud Pſalmiſtæ Pſal. 114. *In exitu Iſraelis ab Ægypto*, &c. ita vertit.

Ἀλλιμος Ἰσραὴλ ὅτ' ἦλυθεν Ἡεείηθεν,
Δῶμα ἡ βαρβαρόφωνον Ἰακὼβ λίπε λαός.

Reſtat jam ut aliquid de Græco vocabulo dicamus. Etymologus poſtquam varias produxit hujus vocis notationes, concludit, ἢ παρὰ τὸ αἴθω, τὸ καίω, οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι ἀνθρωποι κεκαυμένοι εἰσὶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου φοερῶς. Quin & Heſychius Αἰγυπτιάσαι *denigrare* interpretatur. Videatur quoque Scaliger in Feſtum, voce *Ægyptinos*. Iſychius quoque ad Levit 3. 6. *Ægyptus*, ait, *contenebratio vocatur*; unde *Æthiopa* Stephano & Euſtathio dicitur. Verùm de hàc re audiamus Doctiſſimum virum Simſonium. Sic n. ille, Ægyptus Αἴγυπτος Græcis dicta, non à Danai fratre *Ægypto*, ut communis fert opinio, ſed ab illà Thebaidos urbe *Coptos*, quæ Ægyptiorum & Arabum commune emporium fuit, uti refert Plinius. Hinc tota illa regio ב Koptos, i. e. terra Koptos dicta fuit. Nam Ebræis א *ai*, eſt inſula, provincia, unde forſan αἶα Græcorum. Poſtea v. pro Αἴγυπτος dicta eſt Αἴγυπτος, nam κ & γ ſunt literæ commutabiles, ut in Κώβιος *Gobius*, &c. Vide *Coptos*, & de nomis Ægyptiorum, in *Nomi*. Ægyptus à fulminum caſu eſt immunis ob nimium ſolis ardorem; ſiquidem calidi ſicciq; terræ halitus in raras admodum tenueſque, & infirmas nubes denſantur. Plin. 2. 50. Siquidem in Ægypto non pluit. Zachariæ cap. 14. verſ. 28. *Quod ſi familia Ægypti non aſcenderit, neque advenerit, ſuper quos non eſt imber.* Claudianus in *Nilo*.

Felix qui Pharias priſcindit vomere terras,
Nubila non ſperat tenebris condentia cœlum,
Nec graviter flantes pluviali frigore Coros
Invocat, aut arcum variatâ luce rubentem.
Ægyptos ſine nube ferax, imbreſque ſerenos
Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti.

Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

Lucanus.

Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Jovis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Inde *hiulca* Statio, ob nimiam ſiccitatem dicta. Locus eſt in Theb. lib. 4.

Et patris undoſi ſonitus expectat hiulca
Ægyptos, donec Phariis alimenta rogatus
Donat agris ———

Eam ob rem Ægyptus Melæ *terra expers imbrium* dicitur. Seculi n. noſtri admiratores, & hoc quoque antiquorum ſimplicitati adſcribunt. Unà omnes voce contendunt, imbres in Ægypto non minus frequentes eſſe atque alibi locorum. Alexandriæ n. & in itinere Memphim verſus, pluvias ſe expertos eſſe continentes, oculati & complures teſtes affirmant. Sed deſinant, rogo, boni viri non veteribus, ſed ſibi illudere. In inferiori Ægypto, quæ mari vicina eſt, nonnunquam pluvias deſcendere, non illos fugit. Proclus in Timæum lib. 1. Εἰ καὶ γίγνοιτό ποτε ὄμβρος περὶ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλ' ὁ περὶ πᾶσαν, ἀλλὰ περὶ τὴν κάτω γίγνεσθαι εἰώθασι. Vide Voſſ. ad Melam, pag. 49.

Ægyptii apud ſe ab orbis primordio primos homines fuiſſe ferunt, cùm propter ſoli fertilitatem, aeriſque temperiem, tùm propter Nilum, qui multa ob limi ubertatem generat animalia, & ſuàpte naturà nutrit. Nam in Thebaidos agro gignuntur mures, quà ex re multùm ſtupent homines, cum priorem quorundam partem, pectore tenus animatam, in limo moveri videant, poſteriori nondum inchoatà, ſed informi. [De quo Ovid. Met. lib. 1. fab. 12.

Sic ubi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alveo,
Æthereque recens exarſit ſidere limus,
Plurima cultores verſis animalia glebis
Inveniunt, & in his quædam imperfecta, ſuiſque
Trunca vident numeris, & eodem in corpore ſæpe
Altera pars vivit, rudis eſt pars altera tellus.

Mela 1. 9. *Nilus glebis etiam infundit animas, ipsâque humo vitalia effingit. Hoc eo manifeſtum eſt, quod ubi ſedavit diluvia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos quædam nondum perfecta animalia, ſed tunc primum accipientia ſpiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terra viſuntur.* Verum hoc eſſe ſuo quoque ſuffragio comprobat Plinius, & murium exemplo oſtendit lib. 9. cap. 58. *Omnibus his*, inquit, *fidem Nili inundatio affert, omnia excedentem miracula: quippe detegente eo muſculi reperiuntur, inchoato opere genitalis aquæ terræque, jam parte corporis viventes, noviſſimâ effigie etiamnum terrenâ.* Teſtis etiam Diod. Siculus lib. 1. cap. 2.] Verùm Pſammeticho regnum adepto, cum inceſſiſſet cupido dignoſcendi qui revera primi hominum extitiſſent, ex eo tempore didicerunt Ægyptii, Phrygas fuiſſe primos, ſe v. ſecundos. Diod. & Herod. vide etiam hac de re hiſtoriam ſcitam & lepidam in *Pſammetichus*.

Ægyptum plerique volunt Nili fluminis invectu paulatim fuiſſe aggeſtam, ac proinde illam Ephorus appellat ποταμόχωστον; Herodotus δῶρον τοῦ ποταμοῦ, Ariſtot. τοῦ ποταμοῦ ἔργον. Atque ex eo ipſo Æthiopes teſte Ægyptiis antiquiores eſſe probabant, quòd cum Ægyptus olim eſſet mare, tandem τοῦ Νείλου χώματος καὶ ἀναβάσεως τὸ εἰς τὴν Αἰθιοπίας ἰλὺν κομιζομένου *Nilo per exceſſus ſuos limum ex Æthiopiâ ferente*, facta eſſet terra continens. Cui rei probandæ multa afferunt. 1o. Quoties Nilus abundat limi alluvionibus cedere pelagus & removere nonnihil. 2o. In Ægypti montibus conchylia reperiri. 3o. Puteos & fontes quotquot ſunt ſalſam habere & amaram aquam, ac ſi reliquiæ maris in iis ſubſederint. 4o. Denique Pharum inſulam, hodiè ſolùm 7 ſtadiis, aut ad ſummum m. p. ab Alexandriâ diſparatam, Homeri v. ævo noctis & diei curſu ab Ægypto diſtaſſe ut idem teſtatur, Odyſ. δ. verſ. 356. Conſtat tamen Ægyptum ſemper in eodem fuiſſe ſitu; Nam ut cætera taceam, Tanis Ægyptiorum olim regia non procul à Tanitico, Nili oſtio, jam extabat tempore Moſis. Pſal. 78. 12. *Qui mirabilia fecit in terrâ Ægypti, in campo Taneos.* Quin antiquiſſima urbs, in quâ decimus à diluvio Abrahamus diu vixit, Gen. 13. 18. & 23. 2. non niſi ſeptennio ante Tanim fuit condita, Num. 13. 23. Itaque fabularis hiſtoria Iſidis & Ori, & Oſiridis quà nihil antiquius habent Ægyptii, multorum meminit locorum in infimâ Ægypto, ut quæ illo ævo jam extiterint. Sic in Plutarcho *de Iſide & Oſiride* legas, arcà incluſum in mare fuiſſe dejectum διὰ τῶν Ταναϊτικῶν στομάτων, per Nili oſtium Tanaiticum, & poſtmodum à Buſiride ſepultum, aut ut alii volunt, Taphoſiride: Et Orum Buti educatum, & Peluſium op. ab Iſide conditum. Sed & Trojanis temporibus creditur Menelaus Canobum appuliſſe, unde Pharus aberat ſolum 127 ſtadiis. Itaque falſiſſimum eſt quod ab Homero traditur, à Pharo in Ægyptum noctis & diei curſum fuiſſe, adeoque curſum navis,

——ἦ λιγὺς ἔρχεται ἐπιπνείησιν ὄπιθεν.
——*Stridens quam ventus pone ſequatur.*

Navis n. integrum diem vento ſecundo procedens, eoque ſtridente & aeri, iter emetitur decuplo longius, i. e. pro centum & viginti ſtadiis, ſtadia mille & ducenta. Id. lectorem malo docere Ariſtidis verbis in *Oratione Ægyptiaca*. Κάνωβος φέρει σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀπέχει, καίτοι ναῦς πανημερίαν θέουσα, ὑπ' ἀνέμων καὶ φυσήματος πνεούσης, τοσοῦτόν ἐστι καὶ λιγέως, ὡς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίους ἀνύσει μάλιστα, ἀλλ' ἴσως μᾶλλον διακοσίους καὶ χιλίους. Sed neque Ægypto quicquam ex Nili alluvionibus conceſſerim; id n. quicquid eſt facile diſſipat continua maris agitatio. Proinde cum Alexandria ſtet ab annis fere bis mille, tamen ſemper eſt litorea, & quantum à Pharo diſtabat olim, tantum hodieque diſtat, nempe ſtadia 7 aut, ut alii, m. p. Ariſtides ubi ſuprà: καίτοι τῆς ἠπείρου ἀπέχει ἑπτὰ μάλιστα σταδίους. Ammianus lib. 22. *Inſula Pharos, ubi Protea, cum Phocarum gregibus diverſatum Homerus fabulatur inflatius, à civitatis litore mille paſſibus diſparata.* Hæc veteres. Nihilo magis credo quod habet Plutarchus in Iſide, omnes Ægypti fontes, & puteos eſſe amaros. Fontem Solis prope Heliopolim multi deſcribunt; ſed amarum eſſe nullus obſervat, ut neque quenquam alium in Ægypto, quod quidem ſciam. Jam quod de conchyliis in ſummitate montium præter Plutarchum Herodotus etiam tradit, malo referre ad ſigna generalis inundationis, quæ in diluvio contigit. Quo mirè faciunt hæc Theophraſti apud Philonem *de mundi perennitate*: Σημεῖα τὰ τῆς παλαιᾶς ὑπερπλεύσεως θαλάττης, ψηφῖδας τε καὶ κόγχας καὶ ὅσα ὁμοίοπα πρὸς αἰγιαλὸς ἐλώφησαν ἀπὸ κεφαλῆς, h. e. *priſtina inundationis ſigna ſupereſſe calculos, & conchas, & quæcunque hujus operis æſtuante mari ſolet ad litus ejici.* Itaque etiam in Numidia Pomponius lib. 1. cap. 6. aliquid obſervat ſimile. *Interius*, inquit, *& longè ſatis à litore (ſi fidem res capit) mirum ad modum ſpinæ piſcium, muricum, oſtreorumque fragmenta, ſaxa attrita (uti ſolent) fluctibus, & non differentia marinis, infixæ cautibus anchoræ. Alia & hujuſmodi ſigna, veſtigia effuſi olim uſque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus eſſe inveniriq; narrantur.* Et Ovid. Met. 14.

——*Vidi factas ex æquore terras,*
Et procul à pelago conchæ jacuere marinæ,
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis.

De Ægypto plura qui volet, præter Geographos, Herodotum, Diodorum, Plutarchum, Ariſtidem, Heliodorum conſulat. Admirabiles adeo fuere in nectendis machinis Ægyptii, ut hinc tractum fuerit proverbium.

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

De verſutis, & ut ait Plautus, conſutis dolis dictitatum. Torqueri poteſt & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos, aut in Sycophantes & delatores, qui vera falſis permiſcendo, nectunt calumnias.

calumnias. Ægyptii præterea quòd gestandis oneribus quæstum non satis honestum factitare consueverint (unde & Ἀχθοφόροι dicti) in jocum proverbialem abierunt, hoc adagio.

Οὐς ἐκ ἀρεινῆ ἀν ἀδὶ ἐκφέρειν Αἰγύπλιοι.

De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu præturgidis. Suidas. Huic affine est, *Ægyptius laterifer*, Αἰγύπλιος πλινθοφόρος. Aristo. in *Avibus*. Quadrare videtur in sordidum, atque inanimæ sortis hominem, vel potius in eum qui molestis negotiis (putà LEXICIS CONFICIENDIS) premitur.

Ægyptios *vanam gentem, & novandis, quam gerendis rebus aptiorem* vocat Q. Curtius l. 4. Synesius in encomio calvitii per translationem Αἰγυπλιάζειν pro *dolose agere* usurpat. Etymologus: Αἰγυπλιάζειν, τὸ πανουργεύειν, καὶ σκυθρωπάζειν. Strabo lib. 17. ἀνθρώπους ἀπολέμους vocat *homines imbelles*, hoc est ad rem gerendam ineptos. Polybius lib. 15. ait esse hoc *Ægyptiis hominibus innatum, ut dum fervent irâ mirum in modum sint crudeles.* Plinio in Paneg. appellantur *ventosa & insolens natio.* Philo in Flaccum scribit esse Ægyptios naturâ irritabiles, & è minimâ scintillâ suetos magnas seditiones accendere. Et Vopiscus in Saturnino: *Sunt Ægyptii viri ventosi, furibundi, jactantes, injuriosi, atque adeo vani, liberi, novarum rerum usque ad cantilenas publicas capientes.* Et mox ex Epistola Adriani: *Ægyptum totam didici levem, pendulam, ad omnia famæ momenta velitantem, &c. Genus hominum seditiosissimum,* Ergo Suetonio teste, veritus est Cæsar *Ægyptum provinciam facere, ne quandóque violentiorem præsidem nacta, novarum rerum materia esset.* Sen. de Const. *loquax & ingeniosa in contumelias præfectorum provincia.* Herodianus lib. 4. *Ægyptii sunt homines naturâ dicaces, & facti ad cavillos, aut jocos dicendos. Jaciuntur in eos qui eminent multa, quæ ipsis gratiosa, aut venusta videntur, sed mordent & pungunt in quos jaciuntur.* Eorum in utravis conditione impotentium innuit Achilles Tatius lib. 4. Ἀνὴρ δὲ Αἰγύπλιος, καὶ τὸ δῆλον ὅπα φοβεῖ, δεδίλως, καὶ τὸ μάχιμον συοῖς δαρεῖ, παροξύνει· ἀμφοτέρα δ' ὑ κπ' μέρον, ἀλλὰ τὸ μὲ ἀδενέστερον δυσμενεῖ, τὸ δ' περπετέστερον κρατεῖ. Horum in mortuis sepeliendis mos iste perhibetur.

Ægyptia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & à mensis exanguem haud separat umbram.

Ita Silius lib 13. ubi sis vide Dausquium. Pictæ vestis artem exercuerunt diligenter & egregie. Lucanus:

Quod Nilotis acus compressit pectine serum
Solvit, & expanso laxavit stamina velo.

Martialis *Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri.*

Ælana, urbs Arab. Petr. ad intimum fere sinûs Arabici recessum, ubi sinûs Ælaniticus à Sinâ M. 60. m. p. dist. Stephano Αἴλανον dicitur. Glaucus *vicum* appellat Arabicon, lib 3.

Elter hodie Villanovano, *Aila*, v. Nigro. Ἐλανίτης μυχὸς, dicitur Ptolemæo, quem Plin. scribit aliis *Ælenaticum*, ab Artemidoro *Aleniticum*, & à Rege Juba *Elaniticum* nominatum. *Leanites* Agatharchidi dicitur. Vide Boch. Geogr. Sacr. p. 761. & Lipenium de Solomonis navigatione Ophiriticâ, Sect. 2. p. 115. lin 65. 00. lat 29 51.

Ælesburia, Op. Angl. in Buckingamiæ Com. ad flu. Tamam, ab Oxonio 15. m. p. vulgò *Ailsbury.*

Æleshamia, Aysham, Op. Angl. in Norfolcia, 8. mill. à mari Germ. quot à Norvico.

Ælia, Jerusalem ita cognominata: quod eam Ælius Adrianus Imp. Rom. restaurari curavit. Steph.

Ælia Regina, urbs Piceni excisa ad Potentiam flu. cujus rudera etiam *Regina rouinata* dicuntur, ei succedit Recinetum urbs Episc. Piceni in colle 6. m. p. ab orâ maris Adriatici.

Ælius pons. Ponte de S. Angelo Martiano, pons Romæ, quo in Vaticanum ex urbe itur apud molem Adriani.

Ælucones Ptol. *Helvecones* Tacito, pop. Germ. in Prussiâ quorum urbs *Elbing*, à Gedano 9 leuc. in Bor.

Æmarorum mons, Montlimar, urbs Delphinatûs in colle non longè à Rhodano, 2. leuc. à Vivario, & 4. à confin. Provinciæ in Bor.

Æmathia, vide *Emathia.*

Æmilia, reg. Italiæ, partem Langobardiæ Cispadanæ, & Romandiolam complectens, ab Arimino Placentiam usque protensa. Mart lib 6.

Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo,
Et resonet totâ planctus in Æmilia.

Æmilia via ab Æmilio Cons. sic dicta est; ab Arimino usq; ad Aquileiam, & à Pisis per Hetruriam Dertonam usque urbem protensa. Mart l 3. ep. 4.

Romam vade, liber; si veneris unde requirct,
Æmiliæ dices de regione viæ.

Æmilius pons, qui & *sublicius*, pons Romæ à conditore sic dict. à quo lapideus constructus, nunc excisus, & *Marmorato* dictus. Juvenal Sat 6.

Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons.

Æminium, Agueda, op. Portugalliæ ad flu. cogn. de quo Plin. ait illum à Minio flu. 200. m. p. in aust. distare, qui & *Agueda* quoque dicitur; op. v. à Conimbrica urbe 11. leuc. abest in Bor. Portum urb. versus.

Æmonia, reg. Græciæ ab *Æmo* M. cui propinqua est, sic dict. vel ab *Æmone* Deucalionis filio, alio nom. *Thessalia.* Inde *Æmonius* pro *Thessalico*, Ovid Trist. 3. 11.

Hector erat tunc cum bello certabat, & idem
Tractus ab Æmonio non erat Hector equo.

Idem lib. 4. eleg. 1.

Fertur & abducta Lyrnessidе tristis Achilles
Æmonia curas attenuâsse lyrâ.

Æmonia, Histriæ urbem, ac hodie *Citta Nova* vocatam scribit Leander. Ego v. quis veterum hujus urb. in Histriæ regione ad mare sitæ meminerit, ignoro. *Æmoniam* Pannoniæ urbem habet Plinius, & *Æmoniam* quoque in Noricis quam Jul. Capitolinus *Hæmoniam* vocat. Ptolemæus *Emoniam* urbem statuit inter Italiam & Noricum, quam eandem esse puto cum *Æmonia* Plinii. Hanc Moletius *Ciemona* dicit vocari, at cum Simlero potius credam Carniolæ esse caput, vulgò *Igg*, teste Lazio, quod hodie etiam *Leubach* dicitur, & vulgus Latinum *Lubianum* nominat. In eâ n. urbe extat vetus Romana inscriptio, in qua *Æmoniæ* fit mentio.

Æmus, vide *Hæmus.*

Ænaria, insula in sinu Puteolano, nunc *Ischia*, ab oppidi coxendicis imaginem præferentis, in monte figurâ. Cornel. Severus in descriptione Ætnæ ex Scaligeri recensione.

Dicitur indiciis flagrans Ænaria quondam
Nunc extincta superque satisque, Neapolin inter
Et Cumas locus est, multis jam frigidus annis.

Stat. 3. Sylv.

Ænariæque lacus medicos, Statinaque renatas.

Plin. 3. 6. *Ænaria*, inquit, *à statione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed à figlinis doliariorum.* Quæ omnia, inquit Bochartus, sunt perabsurda. Neque n. Homerus Inarimen dixit (licet id sequantur Virgilius, Ovidius, Lucanus, Statius, Silius, aliique.) sed distinctis vocibus Ἐν Ἀείμοις. Et ab *Æneâ* non diceretur *Ænaria*, sed *Ænearia*, aut *Æneia* potius, & à doliis *Pithusa.* At à simiis est Pithecusa, ut in Africa Pithecusæ, de quibus Diodorus lib. 2. Ἐνέβαλεν εἰς χῶρον ἔχοντα πλῆθος πιθήκων, καὶ πόλεις ζῶσας ἀπὸ τέτων τῆς ζώων ὀνομασθείσας, εἰς τ' Ἑλληνικὸν τρόπον τ' διαλέκλε μεθερμηνευομένας Πιθηκέσσας. h. e. *regionem invasit simiis scatentem, & tres urbes ab illis animalibus denominatas, quas Græcæ linguæ more Pithecusas interpreteris.* Sic Pithecusam insulam dici volunt à Cercopibus, in simias à Jove mutatis, ac deinceps eò translatis. Ita Lycophron in Cassandrâ. Ovid. Met. 14. fab. 3. & Phavorinus in Κέρκωψι & Νῆσος γιγάντων, ubi usurpat ipsa verba Scholiastis in Lycophronem. Quin & *Ænariæ*, vel *Enariæ* potius nomen eòdem refert Servius in Æn. 8. à magno Salmasio sic emendatus; *Inarime nunc Enaria dicitur, &c. quia in eam ad contumeliam simiæ missæ sunt, quas Græcorum linguâ ἄρρινας, i. e. enares dicunt, ob quam causam Pithecusam etiam vocitant.* Nempe ut *simius* dicitur quia *simus* est, ita *enaris*, quia *sine naribus*; *enaris* n. est ut *elumbis, elinguis.* Itaque ab *enaribus*, i. e. simiis, Ἤναεια *Enaria* scribendum, quomodo legere est in Plutarchi Mario. Hæc Bochartus. Is. Vossius autem ridiculum esse ait Salmasium cum *Enariam* dici jubet, ac dictam scribit ab *enaribus*, i. e. simiis, quia sunt *sine naribus.* Locum Servii quem adfert ex Strabone emendandum vel puer videat. Ab ærifodinis dicta est hæc insula, ut n. ab *ære* fit *ærarius*, sic ab *aheno* facta est *Ahenaria* vel *Ænaria*, prodigiosæ siquidem fertilitatis est hæc insula, non iis tantum quæ summâ tellure nascuntur, sed & metallis adeò abundat, ut tota auro, argento, ære, ferro, sale, aliisque fossilibus videatur substerni, ut mirum prorsus sit tantam varietatem in tam brevi spatio naturam inclusisse. Verum postquam auri illic detectæ sunt venæ, verisimile est desisse incolas æra scrutari, quorum tamen copiam aquæ è visceribus insulæ prodeuntes ipso odore ac gustu testantur.

Ænarium, Jovis lucus in Achaiâ juxta Olenum op. in quo Achæi de rebus communibus consulturi conveniebant. Strabo lib. 8.

Ænea, vel *Æneia*, Macedoniæ urbs, 15. m. p. à Thessalonica adversus Pydnam posita, fertili agro, ut eam describit Livius; *Moncastro* hodie vocari scribit Nardus. Ab Æneâ, conditam ait Liv. lib. 4. Ejus meminit Herodotus lib. 7.

Æneia,

Ænia, *Moncaſtro* Nardo, op. Macedoniæ, à Theſſalonicâ 15. m. p. in auſt. Pydnam verſus.

Æniancs, pop Epiri inter Ætolos & Moloſſos, *Ænienſes* Plinio, quorum urbs Joanna, nunc *Janna* eſſe videtur.

Æni pons. Vide *Oeni pons*.

Ænocauma, mons excelſus Æthiopiæ verſus meridiem, æternis ignibus ardens. Mela 3. 9. Sed hodie in pleriſque exemplaribus Θεῶν ὄχημα legitur. Ex Annonis periplo hauſit Pomponius, qui tamen non dicit hunc montem perpetuis ignibus flagrare, ſed noctu tantùm talem apparuiſſe, verba ejus hæc ſunt, Τέτταρες ἡμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὸ μὲν γῆς ἀφεαρῶμεν φλογὸς μεσὴν. ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίκατόν τι πῦρ ἄλλων μεῖζον, ἀστρομένων, ὡς ἐδόκει, τῷ ἄστρων. τοῦτο δ' ἡμέρας ἐρῷ ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον. Mons iſte hodie *Sierra Liona* appellatur, adeo altus, ut à ducentis & amplius m. p. nonnunquam ſit conſpicuus. Latera ejus perpetuo virent odoratis omnis generis arboribus; vertex æternis incingitur nebulis, quas ne ardentiſſimus quidem Sol unquam diſpellere, ac vix perrumpere poſſit. Hinc fit ut continuis fulminibus ac tonitruis, noctu præſertim, percutiatur, quorum fragor à navigantibus ad 50. m. p. exaudiri poteſt. Sonitum iſtum Luſitani aſſimularunt leonum rugitui, ac eapropter monti nomen indidere *Sierra Liona*. Iſ. Voſſius.

Ænon, locus Palæſtinæ ad Jordanem flu. ubi D. Jo. Baptiſta baptizabat, à Scythopoli 8. m. p. in Auſtrum.

Ænona, civitas Illyrici. Plin. 3. 21. *Nona* Nigro.

Ænos, op Thraciæ liberum, *Enos* Sophiano. Poltymbriam vocat Apollodorus apud Stephanum, cui etiam Αἶνθος dicitur, quem vide in Αἶνος. Ab Æneâ conditum ſcribit Mela long. 52. 56. lat. 42. 30.

Ænus, flu. Rhætiæ. Vide *Oenus*.

Æolia, vel *Æolis*, Aſiæ propriè ſic dict. reg. mari Ægæo expoſita, inter Troadem ad arctos, & Ioniam ad merid. pop.

Æoles, ab *Æolo* Hellenis filio dicti, qui relicta patria in Aſiam trajecerunt, ſedibuſque in Myſia min. fixis, *Æolidem* vocarunt, quæ *Sarcum* hodie dicitur, teſt. Caſtaldo. Dionyſius:

Τὼ ἧ μετ' Αἰολίδα παρεπέρησε ἴσθεα γαίης
Αἰγαίης ἁδρὸν χεῖλος, ὑπὲρ μεγάλην Ἑλλήσποντον.

Æolia celebratur à Poetis pro ventorum patria, eò quod inſulares venti varii ſint, eſt enim αἰόλος *varius*. Virg. Æn. 1.

——*Loca fœta furentibus auſtris Æoliam venit.*

Æoliæ, 7. inſ. inter Ital. & Sicil. quarum nomina ſunt, *Lipara*, *Hiera*, *Strongyle*, *Didyme*, *Ericuſa*, *Phœnicuſa*, & *Euonymos*. Dicuntur etiam *Hephæſtiades*, & *Vulcaniæ*. *Plotas* appellari ſcribit Dionyſius in his.

Τὼ ἧ μετ' Αἰόλε εἰσὶ πελάδεσμοι ἐν ἁλὶ νῆσοι,
Ἑπτὰ ἧ οἱ ταί γ' εἰσὶν, ἐπώνυμοι ἀνδράσι Πλωτοί,
Οὐνεκα μέσσην ἔχουσι πέλαγος ἀμφιέλικτον.

Æpea, urbs Cretæ Steph. Αἶπεα πόλις Κρήτης.

Æpy, urbs Elidis in Peloponneſo, Pſophidi urbi finitima, ſub ditione Neſtoris. Hom. Il. 2. Steph. Meſſeniæ urb. facit. Stat. 4. Sylv. *Quos Thryon, & ſummis ingeſtum montibus Æpy.*

Hom. ubi ſupra. Καὶ Θρύον' Ἀλφειοῖο πρόσω, καὶ ἐύκτιλον Αἶπυ. Hinc *Æpytius*. Statius loco prænominato:

Æpytios idem ardor agros, & Pſophida celſam.

Heſychius. Αἶπυ, τὸ ὑψηλόν, καὶ πόλις ἡ Πύλου.

Æquana juga, montes Picentum, Vico ac Surrento urbibus imminentes (hodie *Montagna di Sorrento*) ſic ab *Æqua* urbe excisâ, cui Vicus ſucceſſit, nominati, quam Ortelius cum Æcanâ urbe longè diversâ confundit: quo nomine etiam urbs ipſa *Æquana* nominatur, nunc *Vico di Sorrento*. Sil. lib. 5.

Æquana, & Zephyro Surrentum molle ſalubri.

Æqui, pop. in Latio, qui Tiburi montes imminentes incolebant. *Æquiculæ* Virgilio. Æn. 7.

Horrida præcipuè cui gens, aſſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicula glebis.

Silius Ital. lib. 8.

Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur
Simbruvio, raſtriſque domant Æquicola rura.

Populi Æquicoli Ovidio Faſt. 3.

Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus acer.

Æquiculani v. Plinio. *Æcani* autem Stephano pag. 53. ac Dion. Halic. Vid. Cluv. de Ital. An. l. 2. c. 16.

Æquilium, Carnorum Venetæ ditionis urbs, *Citta nova* Leandro.

Æquimelium, locus Romæ, ubi domus Sp. Melii (ob frumenti largitionem, in ſuſpicionem affectatæ dominationis venit) ſolo æquata fuit. Vide Gronovii diſſert. epiſt.

Æquinoctium, Pannoniæ infer. op. *Viſchmund* Simlero.

Æquum, op. Dalmatiæ mediter. à Salona 21. m. p. in Cæc. ab Epidauro 44. in Bor. *Clucci* ſeu *Cluzzi* Villanovano. *Chegnitz* v. Jacobo Luccaro Raguſæo long. 42. 50. lat. 42. 30.

Æræ, urbs Macedoniæ, alia Ioniæ, tertia juxta Helleſpontum. Steph.

Æria, op. Gall. Narb. in Delphinatu ad Rhodanum. *Aire* hodie, teſte *Cognato*, al. *L'Oriol*. long. 25. 33. lat. 43. 40. Item op. Belgii in Arteſia, ad Lyſam flu. non longè à Tervannâ inter Audomarum & Bethuniam, vulgò *Aire*.

Æroſa, Cyprus olim ſic dict. quod in eâ plurimum *æris* naſcatur. Sext. Pompeius.

Æſagea, montis nomen. Hom. hymn. in Apoll.

Καὶ Κλάρῳ ἀιγλήεσσα, καὶ Αἰσαγέης ὄρῳ ἀιπύ.

Æſapus, vel *Æſepus*, flu. Lyciæ in Aſia ex Ida monte profluens, ac in Helleſpontum apud Cyzicon urb. influens. *Spiga* in tabb. recentioribus dicitur.

Æſar, vel *Æſarus*, flu. M. Græciæ juxta Crotonam. Ovid. Met. 15. *I pete diverſi lapidoſas Æſaris undas.*

Hinc *Æſareus*. Idem ubi ſupra:

Invenit Æſarei fatalia fluminis ora.

Αἴσαρος Græcis dicitur. Male ergo *Æſeris* multi ex vetuſtioribus codices, & pejus *Hæſaris*: Dionyſius:

Ναιόμενον χαείνῳ ἐπ' Αἰσάρι πεζοχῶσι.

Hyliam à Thucyd. appellari putat Leander, qui dicit eum hodie *Eſaro* vocari. Vide Cluv. Ital. Ant. 4. 15.

Æſaris, Thuſciæ flu. Vide *Auſer*.

Æſernia, vel *Eſernia*, vulgò *Sergna* & *Iſernia*, Samnitum urb. in Italia. Sil. lib. 8.

Et quos aut Rufræ, aut quos Æſernia, quóſque
Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.

Pop. *Æſernini*. lon. 38. 07. lat. 41. 43. Diſtat à Vulturno 4. m. p. ad rad. Apennini M.

Æſia, *Oyſe*, flu. Gall. Belg. inter Campaniam & Picardiam. in Sequanam fluens. Vide *Oeſia*.

Æſica, pagus Albionis in Cumbria. *Netherby* Camdeno. Eſt autem in litore maris Hiberniei 35. m. p. à Lancaſtria in Cire. & ferè 30. ab orâ Manniæ in ort.

Æſis Umbriæ civit. Ptolemæo Αἶσις, at Straboni Αἴσιον, unde Plinio oppidani ſunt *Æſinates*. Idem 11. 42. quod eſt de optimi caſeorum generibus, *Æſinatem* ex *Umbria* laudat. Long. 37. 00. lat. 43. 35. Item Umbriæ flu. Strab. lib. 5. diſertis literis eſt Αἶσις, & ita Latina vox apud Plinium. At apud Melam 2. 4. corrupte *Eſis*; & apud Ptol. obliquus caſus τῆς Αἴσιος pro τῆς Αἴσιος Plut. in Pompeio ἢ Ἄρσιν habet pro Αἴσιν. Apud App. verò Civit. lib. 1. Αἰσίνα πολαμὸς Sil. l. 8.

Queis Æſis regnator erat, fluvióque reliquit
Nomen, & à ſeſe populos tum dixit Aſilos.

Vulgo *Eſino* dicitur, & in mare Adriaticum ſe exonerat inter Anconam, & Senogalliam.

Æſium, *Æſis*, Ptol. vulgo *Jeſi*, urbs Piceni ad Æſim flu. in colle 12. mill. à Senogallia in merid. à Fabriano autem 18. in Cæc.

Æſſiſium, ſeu potius *Aſſiſſium* urbs Umbriæ, 5. mill. ab Æſio flu. in Eurum Fulginium verſus 9. *Aſſiſi* Leandro.

Æſonenſes, pop. Hiſp. citer. quorum op. *Æſona*, nunc *Iſſona* pag. Catalauniæ. teſte Andreâ Schotto.

Æſula, op. Italiæ in monte, inter Tibur & Preneſte. Horat. 3. 29. *Ne ſemper udum Tibur, & Æſulæ*
Declive contempleris arvum.

Æthale, vel *Æthalia*, inſ. maris Tyrrheni ante Populonium, inde 10. m. p. diſtans. Vulgo *Elba*. Vide *Ilva*.

Æthiopia, incolis *Abexin*, & *Abiſſia* noſtris, reg. Africæ ampliſſima, cis & ultra *Æquatorem* extenſa, gemina. *Una* ſub Ægypto, inter Nilum & ſin. Arab. late patens, in quâ Meroe inſ. cujus urb. primariæ olim *Napata*, *Meroe*, & ad ſin. Arab. *Ptolemais*, & *Adule*; *Dyre*, *Moſylon* & *Aromata* ad ſin. Barbaricum. *Altera* ultra Æquatorem, veteribus non ſatis cognita. Pop. *Æthiopes*, omnium hominum primi, ut veteres Ethnici crediderunt. De quibus vide Diod. Sic. lib. 4. Hos Iſidorus à Chus, filio Cham ortos fuiſſe ſcribit. Bochartus v. 10. Argumenta profert, quibus *Lud* eſſe Æthiopiam, & *Ludæos* Æthiopes eſſe probet. Horum nigror ſec. Plinium ex vicini ſyderis ardore provenit. Ovidius v. hanc nigredinem ad mundi conflagrationem in fab. Phaethontis refert. Met. 2.

Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato
Æthiopum populos nigrum traxiſſe colorem.

Longe alia mens Iſ. Voſſio notis ad Pom. Melam, cujus verba in Lectoris gratiam apponam. Verſa eſt, inquit, conſuetudo in naturam, quod etiam Macrocephalis olim contigiſſe author eſt Hippocrates: quanto iis longius eſſet caput, tanto generoſiores habebantur: infantum itaque ex utero demum prodeuntium capita primo manibus, deinceps eriam faſciis comprimebant, ut ſphærica & naturali exuta, longum induerent figuram. Hoc ut fieret, primo arte opus fuit, deinceps

deinceps v. consuetudo abiit in naturam, ac etiam absque curatura capita instar columellæ longa habuere. Nec aliam esse existimo rationem nigritiei Æthiopum; qui non omnino erant atri, quod est turpe illis, sed succis & unguentis nigricantibus (hæc sunt Æthiopum cerussæ) fuscum colorem atro permutarunt. Transiit & hìc ars in naturam, quique olim erat artificialis, is nunc est naturalis color. Hæc ille. Apud hos Æthiopas Dii, Deæque convivari solebant. Hom. Iliad. 1.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Papinius Theb. 5. ——*Arcanâ sic fama erumpere portâ*
Cœlicolas, si quando domos, lituſque rubentum
Æthiopum, & mensas amor est intrare minores
Dant fluvii, montesque locum, tum terra superbit
Gressibus, & paulum respirat cœlifer Atlas.

Quod falsè arridet suo more Lucianus in Philop. Τὸ γὰρ καὶ Αἰθίοψι συνδωρεῖσθαι, ἀνδρείαν μελαντέραν, καὶ τὸν ὄψιν ἐξωφουμένοις, καὶ ἐς δώδεκ' ἡλίους μὴ ἀφίεσθαι, ἀλλ' ὑποδεδεγμένος χαδεδεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, πόνους πλεῖστον ἔχων, οὐκ αἰσχύνης ἄξια. Notandum autem (quod supra innuimus) duas olim fuisse *Æthiopias*, sec. Homericum illud Odyss. α.

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας
Αἰθίοπας, τοὶ δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Hinc Author de Mirabilibus Sacræ Scripturæ lib. 1. *Æthiopiam alteram esse in multis locis historiarum scripturæ describunt, de qua in ecclesiastica historia scribitur, quod ex parte Indiæ adhæret.* Quid quod *Chaldæam* etiam Æthiopiæ nomine comprehendisse veteres putantur? Siquidem Corn. Tacitus de Judæorum antiquitate verba faciens Hist. lib. 5. ait eos *Æthiopum* prolem fuisse, quorum majores ab Ur Chaldæorum provenisse cognoscimus. Strabo itidem *Phœniciam* à nonnullis *Æthiopiam* vocari author est, lib. 1. Ἔνιοι δὲ καὶ (inquit) τὴν Αἰθιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι. Huc facit Homericum illud Odyss. 4.

Αἰθίοπας θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς.

Æthicus etiam Tigridis flu. caput in Æthiopia collocat. *Fluvius Tigris*, inquit, *etiam ipse de monte Caucaso quasi visitur cum æstivis temporibus sub humo eum desuper Æthiopiam currere ex viriditate superni cespitis prodatur.* Quinimo Sagri vel Zagri incolæ (mons is est trans Tigridem) Æthiopum natio perhibentur. Hesychius Σάσεγες, ἔθνος Αἰθιόπων. Porrò τὰ μέχρι τῆς Ἐλυμαίων in Æthiopia ponuntur ab Epiphanio in Anachoret. n. 58. Susianæ etiam incolæ olim inter Æthiopas habebantur. Memnon n. qui à Susis ad bellum Trojanum, in Priami auxilium pervenit, *Æthiopum* rex ab Hesiodo vocatur, in Theog.

Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν
Αἰθιόπων βασιλῆα.

Unde Pind. Olym. Od. 2. eum vocat Αἶς παῖδ' Αἰθίοπα. de quo Virgil. Æn. 1.

Nunc quibus auroræ venisset filius armis.

Æthusa, quæ & *Æguſa* Plin. inf. Siciliæ. Sed apud Ptol. diversæ sunt. *Æthusa* enim *Limoza* Fazello dicitur inter Melitam & Africam sita. *Æguſa* v. *Favognano* nominatur, Lilybæo prom. proxima, inter Hieram & Phorbantiam 10. m. p. dissans à Drepano urbe 20. in Africum.

Ætinium, *Ætino* Moletio & al. op. Macedoniæ, quod *Athenæum* Livio dicitur, Triccæ urbi, apud Thessaliæ fines, finitimum.

Ætna, *Mongibello*, montis Siciliæ max. & notissimus ob ignes quos emittit. Altitudinis est 8. mill. circuitus autem 60. distat 15. m. p. à Catana, & 50. à Messanâ. An. 1669. quatuor flu. igneos emisit, quamplurimis locis in vicinia vastitatem afferens, præsertim in agro Catanensi, ubi 15. castra concremata sunt. De variis ejus incendiis lege Cluverium. Virgil. Geor. 1.

——*Quoties Cyclopum effervere in agros*
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarumque globos, liquefactaque volvere saxa?

Silius Ital. lib. 14.

Ast Ætna eructat tremefactis cautibus ignes
Inclusi gemitus, pelagique imitata furorem
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores
Nocte, dieque simul, fonte à Phlegethontis ut atro
Flammarum exundat torrens, piceaque procella
Semiambusta rotat liquefactis saxa cavernis.

Hesychius: Ἄτνη, πῦρ ὥσει πλάμας χώμωνον ἐν Σικελίᾳ. Circa radices amœnissimus est multis fontibus & fruticibus. Quare autem flammas evomat Trogus Pomp. l. 4. explicat his verbis. *Siciliæ terra est cavernosa, & fistulosa, quo fit ut ventorum fluctibus pateat, unde ignis concipitur, intrinsecus sulphur habet & bitumen, ubi ventus per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem, sic Ætnæ durat incendium, motus ergo ventorum causa est incendii.* Ovid. Met. 15.

Nec quæ sulfureis ardet fornacibus Ætna
Ignea semper erit, neque enim fuit ignea semper.
Nam sive est animal tellus, & vivit, habetque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias, quotiensque movetur,
Has finire potest, illas aperire cavernas:
Sive leves imis venti cohibentur in antris
Saxaque cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiem jactant, ea concipit ictibus ignem, &c.

Catullus: *Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes.*

Ovid. Met. 13. *Uror enim, læsusque exæstuat acrior ignis,*
Cumq; suis videor translatum viribus Ætnam
Pectore ferre meo.

Idem in epist. Sapph.

Me calor Ætnæo non minor igne tenet.

Seneca in Hippolyto:

Et ardet intus qualis Ætnæo vapor
Exundat antro.

Cœlestem columnam eam vocat Pindarus. *Ætna*, inquit Bochartus, vel est אתונא *attuna*; h.e. *caminus, fornax*; vel אתונה, hoc est, *caligo*. Primæ originationi favent hæc Poetarum loca. Virg. Æn. 3.

——*Ingentemque insuper Ætnam*
Impositam ruptis flammam expirare caminis.

Seneca in Hippolyto:

Et qui furentes semper Ætnæis jugis
Versat camines.

Idem in Thyeste:

Ignis Ætnæis residens caminis.

Idem in Hercule Oetæo:

Feret Ætnæos inde caminos.

Idem in Hercule insano:

——*acrior mentem excoquit*
Quàm qui caminis ignis Ætnæis furit.

Claud. Mar. Vict. l. 2.

Non aliter quam dum ruptis sæva Ætna caminis
Egerit immistis stridentia sufura flammis.

Hos *caminos* Græci ἱπνὲς vocant. Schol. Arist. in Vespis: ἱπνὸς κυκλοτερὴς ὁ κάμινος, adducitque Æschylum qui cum relatu ad Ætnam: Ἱπνώδη ῥίζαν Αἰνησίας ὑπό. Posterius etymon firmare videtur Lucretius lib. 6.

Funditus ardorem longè, latéque favillam
Differt, & crassa volvit caligine cœlum.

Ætnam pulcherrimè descripsit Corn. Severus; optimè autem Virgil. & brevissimè Æn. 3.

——*Horrificis juxta tonat Ætna ruinis,*
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ,
Attollitque globos flammarum, & sidera lambit:
Interdum scopulos, avulsáque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundóque exæstuat imo.

Super hunc montem ignem simul & nivem videas. Sil. l. 14.

Sed quanquam largo flammarum exæstuat intus
Turbine, & assiduè subnascens profluit ignis;
Summo cana jugo cohibet (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternóque rigore
Ardentes horrent scopuli. Stat vertice celsi
Collis hyems, calidàque nivem tegit atra favilla.

Claudian. de Rap. Pros. lib. 1.

Sed quamvis nimio fervens exuberat æstu,
Scit nivibus servare fidem, paritérque favillis.
Durescit glacies tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu, fumóque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Solin. cap. 11. *In illa ferventis naturæ pervicaciâ mistas ignibus nives profert.* Denique Strab lib. 6. ἔστι δὲ τὰ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία, καὶ τερρώδη, καὶ χόνος μεσὰ τὰ χώματος. Arboribus consitum etiam hunc montem innuit Theocritus, cui πολυδένδρεος Ἄτνα dicitur. Est etiam civit. Siciliæ ad rad. Ætnæ sita, *Inessum* prius dicta, ab Hierone condita. Steph. vulgo *Centorbe*, Leandro autem *Atorno*, *Mascali* v. Fazello, Populi *Ætnenses*. Ponitur *Ætnæus venator* pro inutili. *Ætnæus Cantharus* pro ingenti. Item *Ætnæus* cognomen Vulcani.

Ætolia, Achaiæ reg. Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima. *Hyanthis* olim dicta fuit, teste Steph. Cic. in Pisonem: *Ætoliam, quæ procul à barbaris disjuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur, decedens miseram prodidisti.* Dionys. in Perieg.

Τῆς δ' ὕδωρ ἐς νότον εἶσιν ὑπὸ σκοπιὴ Ἀσκρύνθη
Ἀνδρῶν Ἀιτωλῶν πεδίον μέγα, τῇ δὲ μέσοιο
Σύρεται ὁλκὸν ἀγὼν Ἀχελώϊος ἀργεσφίνης.

Ubi Schol. Ἰστέον ὅτι Αἰτωλοὶ μὲν τὸ ἔθνος ὑπὸ τῆς Αἰτωλοῦ

Αἰτωλὸς ὑὸς Ἐνδυμίωνος. Ovid. Amor. 3. 5.

Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti.

Artinia hodie, teste Nicetà, & *Lepanto*. Ætoli autem petaces erant & improbi, adeo ut qui tales essent proverbio *Ætoli* dicerentur, teste Stephano, à *petendo omnia*, Græcè αἰτεῖν ὅλον, ut quidam nugari amant. Vide Plin 4.2.

Ætuatii, Helvetiæ pop. *Ætuates* Cæsari, quorum urbs *Favesch* ad Rhenum flu. 3. leuc. ab Uriâ seu Tauro urbe.

Æx, inf. scopulosa in mari Ægæo inter Tenedum & Chium, quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet, unde & nomen accepit. Αἶξ enim Græcè *capram* sign.

Æxones, Atticæ pop. dicacitate, maledicáque virulentiâ insignes, adeo ut Αἰξονιδίζειν signatum verbum sit quo denotetur intoleranda mordacitas.

Africa, quæ & *Libye* Græcis dicitur, ab α privat. & φείκη horror, quasi sine frigore (ita enim veteres Grammatici nugari amant) una ex tribus orbis terræ partibus, in meridiem vergens, mari Mediterraneo ad arctos, Oceano ad occ. merid. & ort. ac sinu Arabico perstricta. Dionysius de situ orbis.

Ἀλλ' ἤτοι Λιβύη μὲν ἀπ' Εὐφάτης ἔχει ὄρον
Λοξὸν ὁπὶ γεγμῆσι Γάδηρά τ' ἠὲ σύρια Νείλου.
Ἔνθα βορβόται πόλεες μύχατ' Αἰγύπτοιο,
Καὶ τέμενος πρόπαντον Ἀμμωνίου Κρονίδαο.

Mela lib. 1. cap. 4. *Africa ab Orientis parte Nilo terminatur, pelago à cæteris.*

Silius Italicus lib. 1. ubi de Libyâ.

Terminus huic roseos amnis Lagæus ad ortus,
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum.
At quà diversas clementior aspicit Arctos,
Herculeo dirimente freto diducta propinquis
Europes vidit arva jugis: ultra obsidet æquor;
Nec patitur nomen proferri longius Atlas, &c.

In Ægyptum, Marmaricam, Africam propriè dictam, Mauritaniam, Libyam interiorem, Æthiopiam & Ægyssimbam veteribus ignotam, ultra Æquatorem divisa. Sciendum v. Africam seu Libyam multis accipi modis; tribus tamen potissimum. Vocabulum istud cùm latissime patet, tum tertiam olim habitari orbis partem complectitur; Angustissimè v. patet, cùm pro Carthaginensi ditione, aut pro illo saltem Africæ tractu litorali accipitur, qui ab Amplagâ flu. usque ad Phycuntem extenditur. Tertio v. Africa aut Libya vocatur, quicquid Afri aut Libyes tenent. Itaque tum præter Africam propriè dictam (quicquid autem inter Mauritaniam & Cyrenaicam jacet, id Africæ propriè dictæ tribuitur) totam quoque comprehendit Libyam interiorem usque ad Æthiopas & Ægyptos. Excipitur enim ut plurimum Cyrenaica Pentapolis, Numidia vetus, & Mauritania. Nam & Mauri & Numidæ pro adventitiis habebantur. *Africa* v. ut aliquibus placet dicta est linguâ Arabicâ Ifrik, à verbo *faraka divisit*. Cur autem sic dicatur duæ sunt opiniones, quarum prior hæc est, quod ea terræ pars sit ab Europâ mari Mediterraneo, ab Asia v. flumine Nilo separata. Altera, quòd hoc nomen ab *Ifrico* quodam Africæ rege deductum videatur. Matthæus Regius, ab Ebræo *Aphar*, quæ vox *pulverem* significat, deducit. Est enim Africa regio calidissima. Hinc Silius Italicus. lib. 1.

Æstifero Libye torquetur subdita Cancro. Et Virg. Ecl. 1.

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros. Quin & Op. 4. Cyneg. Libyam vocat δηλάδα γαῖαν, eandem iterum ἀνυδρότατον χῶρον, supra πολυδίψιον αἶαν. Eumenius Rhetor *Libyæ arva sitientia*. Manilius Astronomicôn lib. 4.

Pœnus arenosis Afrorum pulvere terris
Exsiccat populos.

Synesius Epist. 67. δηλητὰς Λιβύης, quod à Dionysio proculdubio desumptum vers. 182.

Ἡ γὰρ δηλητή τε καὶ αὐχμήεσσα τέτυκται.

Manil. l. 4. de Africâ.

Huic varias pestes, diversáque monstra ferarum
Concessit bellis natura infesta futuris.
Horrendos angues, hebetataque membra veneno,
Et mortis partus, viventia crimina terræ,
Et vastos elephantas hinc, sævosque Leones
In pœnas fœcunda suas parit horrida tellus,
Et portentosos Cercopum ludit in ortus,
Ac sterili pejor siccas infestat arenas.

Africam Joseph. Antiqu. 1. 16. ab Ophre filio Madanes, Abrahami nepotis deducit. Sic enim ille λέγει· ὡς ἔστιν ὁ Ὦφρης στρατεύσας ὅπῃ τὴν Λιβύην, κατέσχεν αὐτὴν, καὶ οἱ ὑφ' αὐτῷ κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος Ἀφρικὴν προσηγόρευσαν. Sed vulgatas has Africæ etymologias meritò rejicit Bochartus ὁ μέγας, & à fertilitate suâ nomen traxisse summopere contendit. פרך *Pharaca*, inquit, Arabicè *fricare* significat, & פרוח *pheric*, *spica*. Hinc à Pœnis אפריכה *Africa* factum, & terra Africæ ad verbum est *terra spicæ*, vel *spicarum*, phrasi merè Punicâ; Qualem esse Africam proprie dictam, i. e. Libyæ partem Carthagini vicinam, neminem latet qui non sit harum literarum planè rudis. Vide sis doctiss. Authorem Geogr. fac. lib. 1. cap. 25. Inde *Afer*, ut *Armentarius Afer*. Virgil. Georg. 3. *Vagus Afer*. Lucan. lib 4. *Afra avis*. Horat in Epod. Item *Aper Serpens*. Multi n. in Africâ serpentes, ob loci calorem.

Hor. ——*Velut illis*
Canidia afflasset pejor serpentibus Afris.

Juven. Sat. 5.

Quod tutos etiam facit à serpentibus Afris.

Male n. vulgò *atris*. Item *Africanus* adject. & Scipionis cognomentum. Afri olim perfidiæ notâ apud veteres insigniebantur. Salvianus lib. 7. *Omnes gentes habent sicut peculiaria mala, ita etiam quædam bona.* In Afris *penè omnibus nescio quid non malum. Si accusanda est inhumanitas, inhumani sunt; si ebrietas, ebriosi sunt; si falsitas, fallacissimi; si dolus, fraudulentissimi; si cupiditas, cupidissimi; si perfidia, perfidissimi*; Cic. ad Att. 11. 7. *Ex omnibus nihil tamen desideratur, quàm quòd in Africam non iverim. Judicio hoc sum usus, non esse auxiliis fallacissimæ gentis Remp. defendendam.* Liv. l. 39. *Plebem imbellem in urbe, imbellem in agris esse, mercede parari auxilia ex Afris gente ad omnem auram spei mobili, atque infidâ.* Capitolinus in Maximinis: *Gordianus contra Capellianum cùm filium juvenem misisset, acerrimâ pugnâ interfecto filio, ipse laqueo finivit vitam, sciens & in Maximino multum esse roboris, & Afris nihil virium, multum quinimò perfidiæ.* Idem. *Commilitones rem vobis notam proferimus. Afri fidem fregerunt. Quid dicam? fregerunt? nam quando tenuerunt?*

Agabra, & *Ægabra*, vulgò *Cabra*, op. Hisp. Bœt. in Vandalia haud obscurum, inter Astigi & Tucci, inde 13. hinc 5. leuc lon. 16. 20. lat. 37. 40.

Agamerum, *Agamer*, op. Hiberniæ in Momoniâ prov. juxta portum Corcagiensem.

Agamium, *Aghem*, seu *Ghem*, op. Insubriæ, apud Sessitem flu. à Novaria 16. m. p. Incolæ *Agamini* ex ant. inscript.

Aganagara, urbs Indiæ maritima circa Gangem, *Agonara* Castuldo, & Moletio.

Aganippe, fons Bœotiæ celebris ad Heliconem montem, haud procul à Thebis in Permessum flu. labens, Musis sacer, à poetis maximè celebratus. Claud. in Paneg. Theod.

Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior.——

Hinc *Aganippeus*. Propert. lib. 2.

Et quantum Æolio quum tentat carmina plectro
Par Aganippeâ ludere docta lyrâ.

Itemque *Aganippis*. Ovid. 6. Fast.

Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Aganippe, inquit vir maximus, est אגן אבא *Aganibba*, id est ad verbum *crater viroris*. h. e. *viridis*, quia fontis crater est.

Margine gramineo patulos succinctus hiatus.

Agan autem propriè est *crater*. Ita reddunt Græci Interpretes, Exod. 24. 6. & Cant. 7. 2. Sed quâ metaphorâ Græcè κεφαῖρες, eâdem Syriacè אגניא *aganaia* dicuntur in fossis ac fontibus aquarum conceptacula. Sic in Chaldæo Paraphraste, Jud. 4. 11. מישר אגניא *vallis craterum*, interprete Kimchio ager est in quo sunt lacunæ craterum instar, aquis plenæ. *Aganippe* etiam *Enippe* dicta est, i. e. עין אבא *en ibbe* h. e. *fons viroris*. Vibius Sequester perperam in montibus recenset; *Aganippe Bœotiæ, antè Enippe dicta.*

Agareni, pop. ab *Agar* Abrahami ancillâ sic dict. nunc Saraceni, ut quidam volunt, appellati; in quos profectus Trajanus Cæsar cum exercitu eorum op. *Agarum* mœnibus nudavit, eos tamen nunquam potuit in acie superare. Dio Cass.

Agarus, Sarmatiæ flu. Ptol. *Sagaris* Ovidio, hodie *Shiret* Mercatori, per Moldaviam in Istrum fluens. Ab hoc nomen *Agarico* radici datum creditur, Cæl. Rhod. 18. 18.

Agasus portus, *Porto Græco*, locus in ora Apuliæ Dauniæ prope M. Garganum, in prov. Capitanatâ, 110. m. p. à Vesta in merid. & 20. à Manfredoniâ in Cæc.

Agatha, *Agde*, urbs Gall. Narb. in ora litor. apud ost. Araurii flu. in Occitanâ reg. 5. leuc. à Narbone in ort. à Bliteris autem 3. long. 24. 05. lat. 42. 40. Item urbs Campaniæ in Principatu ulter. quasi med. inter Capuam & Telesiam ad 12. m. p. utrinque distans. Hodie *S. Agatha di Goti.*

Agathopolis, postea M. Pessulanus, *Montpellier*, urbs Gall. Narbon. à Narbone 14. leuc. in ort. Nemausum versus 8.

Magalonæ

Magalonæ urbi marit. propinqua, Academia, & urbs poſt Toloſam clariſſima totius Occitaniæ reg. Al. eſt *Magalone*, Maſſilienſium opus in Agatha inſ.

Agathuſa, inſula unguento nobilis, ſic à Callimacho nuncupata. Vide *Telos*. Heſych. Ἀγάθυσα, ἡ Δῆλος ἐκαλεῖτο πρότερον. Ubi τῆλος, legendum notat Palmerius.

Agathurnum, ſive *Agathurium* Ptolemæo, vel *Agathurſus* Straboni & Plinio, op. Siciliæ, Sil. lib. 14.

Defuerant Agathurna manus, geminoque Lacone
Tyndaris.

Opidum hoc condidiſſe fertur Agathurnus, Æoli, regis ventorum, fil. Illi n. 6. filii erant, quorum Ἀγάθυρνος βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίτιδος χώρας, ἔκτισε πόλιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον. Ita Diodorus lib. 4. Græcis n. ſemper ſuppetit fabularum penu inexhauſtum, unde urbium quamlibet vetuſtarum conditores depromant. Bocharto a. *Agathyrni* nomen deflexum videtur ex Punico הקחרין *Hakkatharin*, vel *Hakkathorin*, quaſi *rupes* dixeris. Nempe urbem hanc probant Fazellus & Cluverius eſſe opidum S. Marci, de quo ille Dec. 1. lib. 8. cap. 4. *In ſublimi colle, agro & mari ad paſſuum tria millia prominenti S. Marci incubat opidum.* Et mox. *Ad ejus arcem in rupe ſitam.* Videtor Cluver. Sic. Ant. lib. 2. cap. 8.

Agathyrſi, pop. Scythis vicini. Hieronymus. Hi multum habent auri ſine avaritiâ, ſine invidiâ. Atqui populi ſunt mollitiei perquam deditiſſimi, ſi Herodoto fides, cujus verba, Muſæ 4. hæc ſunt. Ἀγαθυρσοὶ μὲν ἁβρότατοι ἀνδρῶν εἰσὶ καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. A ſcriptoribus etiam plurimis *Picti* dicuntur; idque quoniam verſicoloribus veſtibus induuntur, quanquam alii de nativo colore intelligunt. Sed non hic litem hanc dirimendi locus. Virgil. 4. Æn.

Creteſque Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi.

Solinus cap. 20. *Gelonis Agathyrſi collimitantur, cærulo picti, fucatis in cærulum crinibus, nec hoc ſine diſcrimine. Nam quanto quis altero præſtat, tanto propenſiore notâ tingitur, ut ſit judicium humilitatis minus pingi.* Dicti a. ſunt uti nonnullis placet, ab *Agathyrſo* Herculis filio, vel, ut Piſander vult, ἀπὸ τοῦ θύρσου τοῦ Διονύσου, inquit Suidas. Bochartus v. *Agathyrſos* à *Thiras* deducit (*qui Græcis* Θρᾷξ) quod ipſum nomen, inquit, ultimâ ſui parte videtur alludere ad *Thiras. Immanes* vocat Juvenalis Sat. 15.

Sauromataque truces, aut immanes Agathyrſi.

Agaui, pop. ut putant, ſeptentrionales, quos Hom. circa initium Iliad. 13. dixit gentem fuiſſe innocentiſſimam, quæ ſine divitiis, equino lacte victitet. Vide Scholiaſtas in loc. Heſychius. Ἀγαυοί, ἔθνος Σκυθικόν.

Agaunum, *S. Mauritz*, Valleſiæ op. à Seduno 6. Lecu. in ort. 17. à Geneva in occ. & 4. à lacu Lemano. long. 28. 25. lat. 45. 39.

Agdus, petra inauditæ vaſtitatis in Phrygiæ fin. ex quâ Deucalion & Pyrrha ſumpſerunt lapides, quos Themidis mandato in orbem hominibus vacuum jactarunt. Arnob. lib. 5. Vide Voſſ. de Theolog. Gentilium.

Agelocum, *Axholm*, ſive ut Camdeno videtur, *Littleburgh*, op. Angl. ad Trentam fluv. in Com. Nottinghamienſi. V. *Segelocum.*

Agendicum, op. Gall. Celt. in fin. Senonum, med. fere inter Lutetiam & Trecas, inde 19. hinc 16. Leuc. à Senonibus, v. 12. in Bor. vulgo *Province*. lon. 24. 30. lat. 48. 20. Al. à Agendicum eſt urbs ipſa *Sens*, ad Icaunam flu. quæ alias Burgundiæ accenſita, nunc præfecturæ Campaniæ tribuitur.

Agenum, *Aginum* Auſonio, *Agimum*, Ptol. & Anton. vulgo *Agen*, urbs *Aquitan.* ad Garumnam flu. cujus mem. Auſonius ep. 24.

Santonus ut ſibi Burdigalam, mox jungat Aginum.

Lon. 23. 35. lat. 44. 08. Fuit v. patria Joſ. Scaligeri, & reg. circumjacens dicitur *Aginnenſis tractus*, qui mirè fertilis, & irriguus eſt.

Aggerhuſia, arx Norvegiæ in intimo ſin. Anſloenſi, unde nomen Præfecturæ Aggerhuſianæ, quæ totius Norvegiæ eſt meridionalior. Vix diſtat 1. Leuc. ab Anſloa Civit. 24. a. à Bahuſia urb. 9. à Fridericoſtadiâ, & 25. à Staffangria.

Agidos, Cypri urbs, nunc *Burgum templi*, inter Lapatham & Aphrodiſium.

Agiſymba, reg. Africæ ampliſſima in auſt. ultra Æquatorem extenſa, phures regg. ſub ſe continens, Ptol Hodie *Zanguebar. Zangue* a. idem ſonat quod *niger*; à nigris v. totus hic tractus colitur, teſte Barroſio. *Zenzibar* M. Paulo Veneto dicitur, quam non ſine max. errore inſulam credit, deſcribitur ab inſ. Madagaſcar verſus merid. eamque in circuitu habere 2000. milliaria addit. *Melocam* vocat Girava. Sanſoni v. Agiſymba erat ubi nunc regna *Monemugi* & *Monomotapa* in mediterraneis ſeu Æthiopia inferiori.

Agla, Hiſp. op. Plin. Item op. regni Fezzæ in Africa prope flu. Guargam in Habatâ Prov. 17. Leuc. à Fezza urbe in Bor.

Agmundeſhamum, op. Angl. in Com. Buckinghamiæ, à Londino 20. m. p. in Circ. 6. a. à Thameſi flu. in Bor.

Agneda Scotiæ Metropolis, vulgò *Edinburg*, ad fortheam flu. *Alata Caſtra* Ptolemæo, *Caſtra Exploratorum* Antonino, & *Caſtra Puellarum* poſterioribus.

Agni cornu promont. Ægypti prope Bolbiticum Nili oſtium. Heſychius. Ἄγνου κέρας, ἡ Κνίδου πρότερον, ὅτι ἦν ἀκρωτήριον αὐτῆς, πρὶν ἢ τῆς Αἰγύπτου.

Agnos, Æolidis tribûs gens. Heſychius. Ἄγνως· τὴν Αἰολίδος φυλῆς δῆμον. Lege Ἀντιλίδος, nulla n. fuit Αἰολὶς φυλή: tum legendum eſt Ἄγνυς, ut olim emendavit Meurſius de pop. Att. pag. 2.

Agonenſis porta, hodie *Porta Salari*, eadem quæ *Collina*, & *Quirinalis.*

Agones, Inſubriæ pop. quorum reg. *La val di Gogna* hodie dicitur, teſte Mezula, in Agro Ticinenſi. Sed Polybius eos inter Apenninum M. & Padum deſcribit, & poſt eos Boios, deinde Senones recenſet. Mezula v. & Leander eos inter Ferrariam & Ravennam deſcribunt.

Agonia, *La Gogna*, flu. Inſubrum per Laumellinam reg. agri Ticinenſis in Padum fluens.

Agonus, Ἀγὼν ποταμὸς περὶ Ἀθηναίων. Heſychius.

Agora, *Malagra* Leunclavio, op. Thraciæ in orâ Cherſoneſi ad Helleſpontum, Seſto urbi finitimum.

Agorum, *Agoro*, op. Italiæ in dition. Veneta ad *Cordevol* flu. 18. m. à Belluno diſtans.

Agra, locus Bœotiæ, ex quo Iſſus flu. oritur. Item Suſianæ urbs Ptol. & Arcadiæ Plinio 4. 6. cui *Agræ* pl. num. Item reg. Leanitarum in Arabia, cujus incolæ *Agræi* Stephano, *Agrees* v. Dionyſio, ſic n. ille.

Ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλισπὸν Λιβάνοιο
Ἀρηϊοὶ ναιήσιν ἐπ' ὠκύλων Ναβαταῖοι,
Ἄγρη θ' Χαλάσποί τε καὶ Ἀγρέες, οἷς ὅτι χάλα
Χαλκὸς ἐναίῃ κατενάντια Περσίδος αἴης.

Item *Agra*, urbs Aſiæ, in Imperio M. Mogolis ad flu. *Gemini*, à Civit. *Lahor* 150. Leuc. ubi ſæpe M. Mogul commoratur.

Agragas, vel *Acragas*, Siciliæ flu. circa Agrigentum urb. à quâ nomen accepit. *Draco* hodiè Fazello & Aretio. Item mons Siciliæ non longè à Gelâ, muro quondam cinctus, habens in ſummitate op. ejuſdem nominis, alio nomine *Agrigentum*; unde Empedocles Philoſophus, & Phalaris Tyrannus originem duxerunt. *Maro* à Nigro hodiè nominatur, ab Anonymo quodam *Gergenti*. Quatuor præterea hujus nominis urbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thraciâ locat, ſecundam in Eubœâ, tertiam in Cypro, quartam in Ætoliâ. Nobis impræſentiarum de Agrigento Sicilienſi agendum. Ubi veteres optimos equos alere, & exinde in Græciam ad Agones tranſmittere conſueverant. Virg. Æn. 3.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum.

Græci optimè Ἀκράγας legunt. Poſt Himeræ ortum (inquit Bochartus) ſtatim ſe offert Agrigentum, urbs olim celeberrima: quæque ſecundum Syracuſas, Siciliæ fuit ampliſſima. In quâ, ſi Laertio credimus, lib. 8. Μυριάδες κατώκουν ἑξακόσιαι· hoc eſt, *habitabant hominum octingenta millia. Octingenta* inquam, non *Octoginta*, ut perperam habet Cluverius. Sed cum res planè ſuperet fidem, adeoque ſit falſiſſima, aio mendum eſſe in numeris, qui cum per literas numerales compendiosè ſcriberentur, facile potuerunt π & κ permutari: quâ ratione factum, ut pro viginti myriadibus, octingenta ſcriberentur. Neque enim habuiſſe Agrigentum ſupra 20 myriades, h. e. 200 incolarum millia, his verbis docet Diodorus Siculus, lib. 13. pag. 376. Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν πλεῖους τῶν δισμυρίων, (ὑπῆρχον δὲ τοῖς κατοικοῦσι ξένοις καὶ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων. Agrigentum a. annis poſt Gelam conditam centum & octo, i. e. 600 annis circiter ante Chriſtum, Gelenſes condiderunt, ὑπὸ δὲ Ἀκραγαντῖνοι ποταμοῦ ὀνομάσαντες, Thucydidis verba ſunt, lib. 6. Neque aliter Stephanus, & Pindari Scholiaſtes. Unde a. fluvius hic derivetur, jam diſquirendum. Quod ut intelligatur, notandum eſt, Agrigenti duas fuiſſe partes, quarum una Græcis Ἀκρα, ſive *arx* appellabatur, & à Polybio, lib. 8. ſic deſcribitur. Ἡ δ' ἄκρα τῆς πόλεως ὑπέρκειται κατ' αὐτὰς ἀπευθεῖς ἀναλόλας, καὶ μίαν ἔχουσαν ὀλιγοφάνειαν ἀπεσφιγμένην φάραγγι βαθείᾳ χαμόθεν· καὶ ἦν ἡ ἐντὸς μίαν ἔχουσα περίοδον ὀκτὼ σταδίων τὴν τῆς πόλεως. Hanc *Acran* ipsà Agrigento volunt eſſe multo vetuſtiorem. Itaque antiqua hæc *Acra*, quæcunque tandem fuerit, Punicè ברך *Crac* dicebatur, & Articulo præfixo *Haccrac*, i. e. ἡ ἄκρα, & proximus flu. *Nahar haccrac*, fluv. A-

eræ, ſeu Arcis. long. 37. 38. lat. 36. 10.

Agria, Eger Germanis, *Erlau* incolis; urbs Hungariæ ad flu. Agriam, qui abhinc 3. Leuc. cadit in Tibiſcum 5. Leuc. à Filleco op. in merid. & 6. à Tokeo in occ.

Agriani, Agræi Herod. *Agrianes* Steph. qui & *Agrienſes*, pop. Thraciæ circa Agrianem flu. inter Hæmum & Rhodopen.

Agrigentum. Vide *Agragas.*

Aguillionum, Aguillon, urbs Gall. ad Garumnam flu. ubi recipit Lotium amnem in Aquitania prov. Ducatus tit. clara, 4. Leuc. ab Aginno, 3. v. à Neraco.

*Agunt*um, op. Siciliæ Ptol. Item Norici op. in Carinthiæ & Tirolenſ. com. conſin. vulgò *Inneken.* Al. a. eſt *Doblach*, op. Brixinenſ. tractûs in Tirolenſ. Com. juxta amnem *Rienez* 9. m. ab op. *Inneken* in occ. Brixinonem verſus 28. teſte Cluverio.

Agylla, Tuſciæ civitas, à conditore appellata. Servius. Vide Cære. Virg. Æn. 8.

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Urbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara jugis inſedit Etruſcis.

Dionyſ. Halicarn. lib. 3. Ἐπὶ δὲ Καιρετανῶν πόλιν ἦγε δὲ Ἀύναμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἀγυλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικούντων. Strabo lib 5. Ἀγυλλα ἐλογίζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καῖρε, καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα εἶναι ἐν Θετταλίας ἀφιγμένων. Divitem fuiſſe civitatem innuit Lycophron in Caſſandrâ, ubi Ἀγύλλης memorat πολυῤῥήνους νάπας, i. e. *pecoroſos Agyllæ ſaltus.* Quin & Liv. lib. 1. *opulentum opidum* expreſsè vocat. Unde Dionyſ. Halic. lib. 3. Εὐδαίμων καὶ πολυάνθρωπος dicitur.

Agyrium, Siciliæ urbs. Priſcis Græcis Ἀγύεων, Ptolemæus v. Ἀγύειον vocat. Stephano Ἀγύρνα dicitur, unde vulgare vocabulum hodiè *Agirone.* Populi *Agyrinenſes* Tullio, *Agyrini* Plinio. In Excerptis Legat. Diodor. Sic lib. 22. Ἀγυραῖοι, procul dubio mendosè pro Ἀγυναῖοι. Origo hujus op. tam vetuſta eſt, ut Herculis fabulis admiſcuerint priſci mortales. Quâ de re vide Diod. Sic lib. 4. & 14. & 16. Poſterioribus etiam temporibus celebrem fuiſſe urbem patet ex Cicer. Verrina 3. *Agyrinenſis eſt imprimis honeſta Siciliæ civitas, hominum ante hunc Prætorem locupletium, ſummorumq; aratorum.* Sed præ omnibus aliis rebus maximè celebrem reddidit ille qui ſub initium operis ſui ita ſcribit. Ἡμεῖς γὰρ ἐξ Ἀγυείης τὸ γένος καὶ Σικελίας ὄντες. Docti ſciunt quem velim.

Ahuſa, Ahauſen, op. Scaniæ in Suevia ad mare Balticum, prope Chriſtianoſtadium, 12. Leuc. ab Hafnia. 5. a. à lim. Smalandiæ.

Ailza, inſ. Scotiæ prope Gallovidiam prov. in Glottæ æſtuario.

Ainſa, urbs Hiſp. in regn. Aragon. ad Singam flu. juxta rad. Pyrenæorum, 6. Leuc. à Barbaſtro in Bor. 8. v. ab Oſca in Cæc.

Ainzia, reg. Scotiæ Sept. in Buquaniâ prov. ad oſt. Speiæ flu. ubi Finlaterum caſtrum.

Airiacum, Airy vic. Burgundiæ in *Diœceſi* Antiſſiodorenſi, ubi Concilium ſub Benedicto VIII.

Airus, Airu, flu. Scotiæ Sept. oritur ex monte Grampio, in Marriâ prov. cadit v. in flu. Speiam.

Alaba, Alava Villanovano, op. Hiſp. Tarraconenſ. in Celtiberis, quod Ptol. Valeriæ vicinum facit. inter Lebetum urb. & Villam Francam op. Nunc eſt vic tantum Aragoniæ ad flu. Xiloccam, 4. Leuc. à Lobeto.

Alabanda, civit. Cariæ mediter. epiſc. ſub. Arch. Stauropolitano, inter Amyzonem & occ. & Stratonicen ad ort. Juv. Sat. 3.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis
Eſquilias, dictumq; petunt à vimine collem.

Adeo opulenta fuit hæc urbs ut in proverb. abierit: Ἀλάβανδα. Καρῶν ὑπερπλούτων. Nomen habet ab *equo*, quem *Alam* Cares vocant, & Banda quæ *victoriam* apud eos denotat. Græci *Alabandicos libellos* pro Barbaris capiunt, & *Alabandicum opus* pro re inepta. Long. 57. 40. lat. 39. 15.

Alabus, Siciliæ flu. Ptolemæus à Pachino Pelorum verſus incedens, Ἀλάβου ποταμοῦ ἐκβολαί. Silio Alabis dicitur l. 13.

Necnon qui potant Hypſumque Alabinq; ſonoros.

Apud Heſych. legitur Ἀλαβὼς ποταμὸς, an ſine mendo, alii viderint; certè non vidit Schrevelius in nupera Heſychii editione. Diodoro & Stephano formatur Ἀλαβών. Apud Vibium *Alachis* legitur, corruptè pro *Alabis Cantaro* dicitur Fazello. Eſt etiam opidum. Stephanus. Ἀλαβῶν πόλις καὶ ποταμός. Inde pop. *Alabonii.* Apud Plut. in Timoleonte, Ἄβολον pro Ἄλοβον legas. Porrò *Alabum* amnem, Hyblæ proximum Bochartus dictum putat ab הדלאוה *halæva*, i. e. dulcedine, voce Arabica quidem, ſed à verbo חל deductâ, quod Syris eſt etiam γλυκάζειν, i. e. *dulceſcere*, unde & nomen חלי mellis epitheton, Ezech. 3. 3. & alibi paſſim.

Ala Flaviana, vide *Vindebona.*

Ala Nariſca, Aſchſtadt, urbs Germ. in Palatinatu ſuperiori, ab Ingolſtadio 3. Leuc. in Bor. Noribergam verſus 10. à Ratiſponâ 9. in occ.

Ala nova, Eberſdorf, caſtr. Auſtriæ infer. ubi palatium Archiducum Auſtriæ, à Vienna 1. Leuc in ort.

Alæſa, urbs Siciliæ olim epiſcop. ſub archiep. Syracuſano. Vocabulum ejus variè apud authores, ſcriptum reperitur. Nam Phalaridi, Ptolemæo, ac Straboni eſt Ἄλαισα. Diodoro Ἀλέσα, Antonino *Aleſa*, Ciceroni *Haleſa*, unde opidani Plinio *Haleſini.* Et Inſcriptioni Antiquæ ſæpius repetitur ὁ Ἀλαισῶν ποταμός. Qui apud Columellam legitur *Haleſus*, l. 10.

Et quæ Sicani flores legiſtis Haleſi.

Apud Sil. lib. 14. ſic legitur;

Venit ab amne trabens nomen Gela, venit & Heſa.

Verùm cùm nullum uſpiam reperiatur Siciliæ opidum *Heſa*, credibile eſt ſcripſiſſe Silium,

Venit Aleſa.

Deſcribitur à Diodoro lib. 14. in colle, 8. ſtad. à mari diſſito. Tamen ad mare portum habuit de quo Cic. Verrin i 3. Condita eſt annis circiter 400 ante Chriſtum, vel, ut nonnullis viſum, ab Archonide Herbitenſium præfecto, vel ut alii, à Pœnis. Diodorus ubi ſupra. Τινὲς δέ φασιν ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκλιδεῖς καὶ Ἄλεσος, καθ' ὃν χρόνον Ἀμίλκας καὶ οἱ περὶ Διονύσιον εἰρήνην ἐποιήσαντο. Cui ſententiæ Alæſini libentius acceſſerunt, quia cùm Herbita cum Alæſi magnitudine, & opibus haudquaquam eſſet conferenda, pudebat illos tam ſordidæ originis. Locum n. fuiſſe Alæſæ inter urbes Siciliæ clariſſimas docet Cicero lib. 13. Epiſt. 32. *In Haleſinâ civitate tam lautâ, quam nobili.* Et. Verr. 3. *Siciliæ civitates multæ ſunt, Judices, ornatæ, atque honeſtæ, ex quibus imprimis numeranda eſt civitas Haleſina. Nullam n. reperietis, aut officiis fideliorem, aut copiâ locupletiorem, aut authoritate graviorem.* An hinc עליסה *Aliſa*, vel, quod idem eſt עליזה *Aliza*, i. e. *exultabunda*, Punicè nominata eſt? Quo epitheto in Scripturâ inſigniuntur urbes, quæ divitiarum nomine gloriantur, & inſolescunt. Sic Tyrus, Eſ. 23. 7. Et Nineve, Zeph. 2. 15. Et Jeruſalem, Eſ. 22, 2. & 23. 7. Ut ut hoc ſit, veriſimile eſt עליזה (*aliza*) i. e. *Exultabundum* Punico vocabulo dictum eſſe foutem Aleſini agri, de quo Solinus. *In Haleſinâ regione fons, alias quietus ac tranquillus cum ſiletur: Si inſonent tibiæ*, exultabundus *ad cantus elevatur, & quaſi miretur dulcedinem vocis ultra margines intumeſcit.* Et Priſcianus in verſione Dionyſii Periegetis.

Hic & Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis,
Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur
Muſicus, & ripis lætans excurrere plenis.

Hic, inquam, fons, Aleſini agri ad cantum cum exultatione intumeſcere creditus, verè ne, aut ſecus, nil noſtrà refert, cùm à Pœnis appellatus eſſet עין עליזה (*ain Aliſa*) *fons exultabundus*; Inde regioni poſtmodum, & urbi, & amni vicinis inditum nomen. Bochart. Videtor Cluver. Sicil. Ant. lib. 2. cap. 4.

Alalcomenæ, urbs Ithacæ, denominata à Bœotorum *Alalcomenæo*, ut Plut. in Hellen. refert, pag. 537. Edit Steph. afferens ſimul cauſam nominis. Hasce Alalcomenas, inquit, nobilitavit Minervæ templum; unde Poeta, Ἀλαλκομενῆίς Ἀθλίῃ. Nempe Minerva credebatur nata eſſe Alalcomenis, & ibi erat in ſummo cultu. Itaque cùm parva eſſet, & in plano extructa urbs, ſemper tamen ἀπόρθητος, intacta, & inviolata manſit, quia ob Deæ reverentiam Πάντες ἀπεῖχοντο πάσης βίας, *Ab omni vi omnes abſtinebant.* Ita habetur apud Strabonem. Pluat igitur Vir Magnus *Alalcomenis* factum nomen ab אלה אלקומה *Ela Alcuma*, id eſt, *Dea invicta*, vel *contra quam nemo inſurgit*, at מלך אלקום *Melec Alcum*, id eſt, *rex invictus.* Prov. 30. 31.

Alalcomenium, op. Bœotiæ, ad lacum Copaidem, inter Haliartum & Coronæam, templo Minervæ clarum. Steph. Stat. Theb. lib. 7.

Ducit Ithomæos, & Alalcomenæa Minervæ
Agmina——

Alandia, inſ. maris Baltici in Finlandiæ litore, juris Suevici.

Alani, pop. Sarm. Europ. haud procul à Mæotide palude, Roxolanis finitimi, qui nunc *Lithuani* dicuntur, ut quidam putant. Mem. eorum Lucian. in Toxari, qui dicit eos cultum & linguam communem habere cum Scythis. Claud. l. 1. in Ruf.

——*Patriamque bibens Mæotin Alangus.*

A Dionyſio Ἀλκήνητες Ἀλανοὶ vocantur; cui concinit Lucan. lib. 8. *Et ſequerer duros æterni Martis Alanus?* Equeſtris rei ſtudioſos fuiſſe innuit idem Dionyſius, cum ait,

ait. ——πολυΐππων φῦλον Ἀλανῶν.
Unde Mart. lib. 7. *Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.*
Ammianus ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. Jul. Capitolinus eos ponit in parte Daciæ. Ptol. alios habet in ea parte Scythiæ quæ eſt extra Imaum. Eorum regio *Alania.*

Alanus, Alan, flu. Angl. in Cornubiâ prov. In mare ſe exonerat prope op. *Paſtoun.*

Alata caſtra. Vide *Edimburgum.*

Alatrium, urbs Hernicorum, *Aletrium* Straboni, vulgò *Alatri.* Plaut. in Cap. Heb. *Certonem*, Erb. Νὴ τὴ Φρσανῶνα. Heb. *vide ſis.* Erb. Νὴ τὸ Ἀλάτριον. Heb. *Quid tu per Barbaricas urbes juras?* Pop. *Alatrinates* Livio, & *Aletrinates*, Plinio 3. 5. lon. 37. 10. lat. 41. 40.

Alauna, Angliæ op. *Whitley* Camdeno inter Cumbriam, & Northumbriam.

Alauni, pop. Norici, ubi nunc pars Stiriæ, & Arciepiſcopat. *Saltzburgenſis.*

Alaunius, flu. Angl. inter Iſacam & Triſantonem per agrum Durotrigum juxta *Chriſt-Church* fluens. Avon Ortelio.

Alaunus, Alne, ſeu *Northtyne* flu. Angl. in Northumbria, per *Alnewick* in Oceanum influens.

Alavona, Alagon, op. Hiſp. Tar. juxta Salonem flu. qui paulò infra cadit in Iberum.

Alazon, flu. Aſiæ, ex Caucaſeis montibus in Cyrum amnem defluens, Albaniamque ab Iberia dirimens. Val. Flac. l. 6.

Hiberni qui terga Noæ, gelidumque ſecuri
Eruit, & tota non audit Alazona ripâ.

Alba, flu. Hiſp. citer. per Catalauniam in mare apud Blandas delabens, à Barcinone 9. Leuc. in B. *Tardera* Floriano.

Alba Auguſta, op. Gall. Narb. 6. Leuc. Vivario urb. in occ. Hodie *Aubenas* Dalechampio. lon. 24. 45. lat. 43. 34.

Alba Helviorum, ſeu *Helvorum*, urbs Gall. Narb. in Arvernorum & Ruthenorum confin. quæ *Albiga* poſterioribus dicta eſt, hodie *Alby.* Vide *Albiga.* Brietio a. eſt Viviers ad Rhodanum in Occitania.

Alba Julia, Weiſſenburg Germ. *Gyula feiervar* Hungaris, urbs Tranſylvaniæ prope flu. Mariſum 8. Leuc. à Cibinio in occ. lon. 47. 00. lat. 46. 50.

Alba Longa, urbs Latii, ab Aſcanio Æneæ fil. condita. Tibullus 2. 5. *Albáque ab Aſcanio condita Longa duce.*

Prop. 4. 1. *Et ſtetit Alba potens, albæ ſuis omine dicta.*
Ut a. augurio vulturis Roma, bovis Thebæ, ſic oſtento ſuis Alba condita. Legendi Liv. lib. 1. & Dionyſ. Halicarnaſſeus. Virg. Æn. 3.

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam,
Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa jacebit.
Alba ſolo recubans, albi circum ubera nati,
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.

Juven. Sat. 12. ——*tum gratus Iulo*
Atque novercali ſedes prælata Lavino,
Conſpicitur ſublimis apex: cui condita nomen
Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile ſumen,
Et nunquam viſis triginta clara mamillis.

Longa v. vocabatur à *longo tractu*, Liv. l. 1. *Aſcanius florentem jam, atque opulentam urbem matri, ſeu novercæ reliquit, novam ipſe aliam ſub Albano monte condidit, quæ à ſitu porrectæ in dorſo urbis* Longa Alba *appellata.* Dionyſ. lib. 1. Σαφηνιζμὸν δ' ἕνεκα διοείζω πῃ ἑτέραν πόλιν ὁμώνυμον ὀπιλήσῃ, τὴ ἐμμαλῶ ὀλιγαπορήσῃ. *Savello* hodie dicitur, teſte Leandro. *Vinum Albanum* celebrant Horatius, Plinius, alii q; plures. Dionyſius ubi ſupra: ὑπόκειῃ δὲ τῇ πόλῃ πεδία θαυμαζὰ μὲ ἰδεῖν, πλήσια δὲ κ) καρπῶς ἐξενεγκεῖν παντοδαπῶς, κ) ἡδεῖν ἐυδέκτερον τὰ ἄλλης Ἰταλίας, μάλιζα δὲ τὰ καλέμβρον Ἀλβανὸν δι ον, ἡδὺν κ) καλὸν, ἔξω δὲ Φαλέρνε λεγομένε ἧῃ ἄλλων ἁπάντων διαφερώτατον. Juvenal. Sat. 5.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis——

Mart. 13. 109. cujus Lemma, *Albanum.*

Hoc de Cæſareis mitis vindemia cellis
Miſit, Iuleo quæ ſibi monte placet. lon. 36. 26. lat. 41.

Alba, civit. Marſorum ad lac. Fucinum, ubi eam deſcribit Strabo lib. 5. his verbis. Ἄλβα ἵδρυ) ἐφ' ὑ ψηλῆ πέτρᾳ, ἔχι δὲ λίμνω Φκινία πλησίον. Plin. 3. 12. *Albenſium Alba ad Fucinum lacum.* Interjacet a. campus, quem lacus interdum inundare ſolet. Sil. 8.

——*interiórque per udos*
Alba ſedet campos, pomiſque rependet ariſtas.

Appianus in Annibalicis. Μικρὸν δὲ τι πολίχνιον Ῥωμαῖοι τότε ἀπολιχίζοντες ἐν Αἰκανοῖς Ἄλβλω; ἀπὸ τ αὐτῶν μητροπόλεως ἐκάλεσ. Σὺν χείνῳ δ' ὀλιγύεσντες, ἢ διαφθείεσντες, ἢ εἰς γλῶ Ἀλβανῶν αὐγκεισιν, Ἀλβησίας αὐτὸς καλέσιν. Ad diſcrimen id factum eſt. Varro de L. L. lib. 7. *Cum duæ ſint Albæ ab unâ* (Longa ſc.) *dicuntur Albani, ab altera Albenſes, Cittadinus Alba* di *Marſa* adhuc vocari tradit. Vide Cluv. Ital. Ant. pag. 767. lon. 37. 10. lat. 42. 02. *Alba Pompeia*, Col. & urbs Liguriæ ad Tanarum flumen. Ejus Pl. 3. 5. in deſcript. Liguriæ. Ptolemæus item Liguriam deſcribens, Πολιτία, Ἄσα Κολώνια, Ἄλβα Πομπία. Dio l. 37. Ἦν δὲ ὁ Πρόπονλξ Λίσις ἐξ Ἄλβας Πομπίας. Vide Cluver. de It. Ant. p. 85. lon. 29. 58. lat. 43. 35.

Alba Regalis, urbs Pannon. ſup. in Hungaria Ciſdanubiana intra paludem, olim Regum coronatione & ſepulturâ celebris. Sedet ad flu. *Sarvviezе* dictum 45. m. p. à Buda in occ. in ipſo lim. dition. Auſtriacæ. *Stolni Biograd* Slavis, *Stulweiſſenburg* vide Germanis dicitur. lon. 41. 10. lat. 47. 08.

Alba Virgaonenſis, Plinio *Alba*, & *Virgao*, op. Hiſp. Bæt. *Ariona*, teſte Marmolio ex lap. vetuſto.

Alba, op. Germ. ad Nicri flu. ulter. ripam; cujus ager adhuc *Alb* in Sylva nigra, & Duc. *Wirtembergenſi* nominatur. Item urbis Cretæ. Steph.

Alba flu. Hiſp. citer. apud Emporias mari exceptus, ex quo *Rio de Ampurias* appellatur. Alter in Gall. Narb. *Riderens* dictus. Tertius, vulgo *Aube* in Campania Gall. Belg. qui oritur in lim. Burgundiæ, deinde per Campaniam fluens, in Sequanam ſe exonerat, diciturque etiam *Albula.*

Alba urbs Cretæ. Steph. Ἔσι κ) Ἄλβα, πόλις Κρήτης.

Albana, urbs & empor. Albaniæ ad Caſp. mare, quod ex illa *Mar di Bachu* nominatur; vulgo n urbs illa *Bachu* dicitur.

Albani, pop. Macedoniæ, quorum reg. *Albania*, quæ olim Epirus, & pars Occidentalis Macedoniæ.

Albania, reg. Aſiæ, mari Caſpio ad ort. incumbens, Iberiæ ad occ. & Atropatiæ ad merid. contermina. *Zuiria* magna ex parte, & *Chipicce* ad occ. & *Zitrachan* ad arct. teſt. Nigro & Calitaldo. Item *Albania* prov. Scotiæ, ubi mons Grampius. Item flu. Italiæ in Tuſcia, in ſin. Telamonenſ. defluens prope Urbatellum. Vulgò *Albegna.*

Albanopolis, urbs Macedon. mediter. Albanorum metropolis Dyrrhachio ſupra 40. m. p. & à Litio 35. in ort. long. 46. 00. lat. 41. 06.

Albanum, Albano, Latii villa circa Velitras 20. m. p. ab urbe Roma viâ Appiâ diſtans.

Albanus, Monte Albano, mons Italiæ, ab urbe Roma 12. m. p. in ort. Horat. l. 2. ep. 1.

Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

Mart. 4. *Albanos quoque Tuſculoſque colles.*

Albanus, Lago di Caſtel Gangolfo, lacus Italiæ apud Albam urb. Prop. lib. 3.

Albanúſque lacus ſocii Nemorenſis ab undâ.

Item mons Pannon. ſuper. in Norici & Japidiæ confin. *Albius* Straboni, *Auff der Alben* hodie Lazio. Item flu. Albaniæ in Aſiâ, in mare Caſp. fluens. *Cohan* Caſtaldo.

Albia. Vide *Albiga.*

Albiana, Roccha piana Caſtaldo, op. Corſicæ mediter. 9. m. p. à Paconia Fiſeram verſus.

Albiatum, & *Abiatum*, *Abiagraſſo*, op. Inſubriæ amplum in agro Mediolanenſi.

Albici, pop. Aquitaniæ, quorum op. *Albic* Rob. Cænali. Cæſar v. eos in Gall. Narbon. ſupra Maſſiliam deſcribit.

Albiga, Alby, urbs Galliæ, Cadurcis finitima, ad Tarnen flu. long. 23. 10. lat. 43. 59.

Albigenſes, aliàs *Catari, Publicani, Patarini, Gazari, Paſagieri* q. errabundi dicti ſunt; *Valdenſes* item à Petro Valdo cive *Lugdunenſi.*

Albimana vel *Albiniana* Antonin. *Alphen* Simlero, Hollandiæ vicus inter Lugdunum & Trajectum.

Albingaunum, Albenga, urbs Liguriæ litor. à Genuâ 60. m. p. in occ. Albintemelium verſus 40. Apud Melam extrito per incuriam librariorum enim legitur *Albigaunum*, atque eodem modo Ἀλβίγαυνον Ptolemæo dicitur. Flav. Vopiſcos *Albingaunos* vocat pl. num. *Patria*, inquit, *Albingauni fuere, poſiti in Alpibus maritimis.* Strabonis tempeſtate haud magni momenti fuiſſe patet ex eo quod πόλισμα hæc *urbeculam* appellet, cùm è diverſo *Albium Intemelium* vocet πόλιν ἐυμεγέθης *urbem magnam.* lon. 29. 30. lat. 43. 00.

Albiniana caſtra, Alphen, vicus hodie Batavorum in Hollandia, inter Leydam & Trajectum infer. Sunt qui *Albina*, & *Albimana* legunt.

Albintemelium Ciceroni, *Albintimilium* Tacito, *Vintimilium* Varroni, urbs Liguriæ litor. quæ Plinio. Strab. & Anton. *Albium Intemelium* dicitur, urbs eſt epiſc. ſub Arch. Mediolanenſ. ditionis tamen Genuenſium, vulgò *Vintimiglia*, pop. *Intemelii* Plinio. Vide Cluver. de It. Ant. p. 65. lon. 28. 30. lat. 42. 50.

Albion. Vide *Britannia.*

Albis, Elbe, Germ. flu. in fin. Sileſiæ oriens, per Bo-

nemiam, Miſniam, & Saxoniam in Oceanum juxta Glueſtadium fluit. Luc. lib. 2.

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis, & indomitum Rheni caput.

Claud. 1. de laud. Stilic.

——mediumque ingreſſa per Albim
Gallica Francorum montes armenta perrerent.

Dicitur eodem nom. Græcis auctoribus Ἄλβις, Straboni ſc. lib. 7. ac Ptolemæo. Dioni. v. l. 45. eſt Ἄλβις, ubi tamen corruptus eſt caſus genitivus Ἄλβιν pro Ἄλβις. Nomen habere à numero indicat Fabricius in Miſnicis, fontium nempe undecim, ſive amnium in eum influentium. *Elve* enim & *Elbe* Germanis undecim ſign. Bohemis v. apud quos originem ſumit *Labe* dicitur; poſterioris ſeculi ſcriptoribus *Albia* vocatur. Porrò hic flu. mediam ſecat Germaniam; nomen ipſum id indicat, nam ea vox *Albis medium ſig.* Scaliger. in Hypercr.

Albiſtrum, Urſomaſtro, op. Brutiorum mediter. in Cantabria citer. ad Apennini M. radices ad Laum fluvium, inter Laum op. 10. & Cerillos 12. m. p. à Macropoli 30. in occ. Dicitur & *Abyſtrum.*

Albius, Byrramerwaldt, mons Japodum, ex quo Colapis flu. oritur, qui & *Alben* dicitur ad occident. ubi *Albium* op.

Albona quæ *Alaona*, Plin. & *Alvum*, Ptol. op. Iſtriæ ad fin. Flanaticum, apud Arſiæ flu. oſtia, in Illyrici confin. à Pola urbe 20. m p. in Bor. Pop. *Albonenſes*, Plinio. 3. 21.

Albula, qui & Tiberis, teſte Plinio, ſic ab aquarum *albedine* dictus. Ἀλβύλας Dionyſio Halicarnaſſenſi, & apud Euſt. in Dionyſ. Ἄλβυλα. Virg. Æn. 8.

——Aſperque immani corpore Tybris,
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen.

Ovid. Faſt. ubi de Hercule.

Venit, & à tanto eſt Albula pota Deo.

Livius. *Pax ita convenerat, ut Hetruſcis Latiniſque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis eſſet.*

Albula, altera, quæ & *Albulates* Plinio, flu. Piceni in Aprutio, per fines Prætuttiorum, inter Aſculum, & Interamnam urbes fluens in mare Hadriaticum. *Liberata* hodie nomen habet, utì tradunt Blondus, & Leander.

Albula, aqua quædam in agro Tiburtino, quæ (ut Strabo teſtatur) vulneribus medetur. Mart. lib. 1.

Itur ad Herculei gelidas quà Tiburis arces,
Canaque ſulfureis Albula fumat aquis.

Item *Albulæ* pl. num. Idem.

Quod ſiccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nubulæ quod Albularum.

Album, Promontorium Africæ. Plin. Item aliud in Phœnicià, non procul à Tyro. Idem.

Albunea ſilva, & *Albuneus fons* apud Tybur urbem, & Anienem flu. nunc etiam *Albuna* vulgo dictus. Virgil. Æn. 7.

——Lucoſque ſub altâ
Conſulit Albuneâ, nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat——

Horat. lib. 1. Carm. Od. 7.

Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Quam domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus.

Tibullus *Albunam* vocat. lib 2. el. 3.

Quodque Albuna ſacras Tiberis per flumina ortes
Portarit ſicco perlueritque ſinu.

Alburnus, mons Lucaniæ apud Silarum flu. *Alborna*, teſte Cittadina, & Scipione Mazellà. Virgil. Geo. 3.

Eſt lucus Silari circum, ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt, æſtron Graii vertere vocantes.

Obſervet lector loci hujus Deum dictum etiam *Alburnum*, ut inde Romanum morem teneat, qui Deos locorum eodem nomine appellabant, quo ipſa loca Tertullian. lib. adverſus Gentes. *Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi à Senatu probatus; ut M. Æmylius de Deo ſuo Alburno.*

Alcairum, Ægypti urbs, de cujus nominis origine ſic Bochartus. Arabicà linguâ, inquit, quæ inter Ægyptiam & Hebræam media eſſe creditur, קהר *cahara* eſt *vincere.* & קחר *Cahir Victoria*, unde nomen אלקאהרה *Alcahira*, id eſt *victrix*, urbi *Cairo*, quia Muazzus illam ædificavit in Horoſcopo Martis וחו קאהר אלפלך *qui vincit orbem.* Ita reddenda erant Elmacini verba Hiſtor. Saracen. p. 227. quæ doctiſſimus interpres multo aliter accepit.

Alcamus, Alcamo, op. Siciliæ in valle Mazaræi 20. m. p. à Palermo in merid. & totidem à Drepano.

Alcanitium, Alcanitz, op Hiſp. in Aragonia ad flu. *Guadelete* ϑ. Leuc. à Dertoſa.

Alcanitium, Alcanizes, op. Hiſp. in reg. Legionis prope Durium flu. 3. Leuc. à Mirandà urbe Luſitaniæ.

Alcaratium, Alcaraz, op. Hiſp. in Caſtella Nova, aliter *Villa Nova* dicitur.

Alcathoe, urbs Achaiæ eadem cum Megaris Ovid. Triſt. lib. 1. *Et quos Alcathoes memorant à mœnibus ortos.*

Alceſtria, Aulceſter, op. Angl. in Com. Warwicenſi, à Warwico 10. à Vigornia 12. m p. diſtans.

Alcimoennis, Germ. urbs Ptol. Quidam ejus loco *Ulmam* ponunt.

Acluith Dunbritton H. Boethio, op. Scotiæ ad Cludam flu. à Glaſquo 5. m. p. in occ.

Alcmaria, op. Hollandiæ, ſeu potius Weſt-Friſiæ, 3. m. p. ab Horna, 5. autem ab Amſtelodamo. Nannius Miſcellan. lib. 10. 8. ait quibuſdam hanc ac *halecum mari* nominatam videri; al. v. qu. *Almariam*, i. e. *omnino paludoſam. Meren* enim Germanis dicuntur, (ut apud *Anglos* Meers) ſtagna latiora. long. 26. lat. 52. 40.

Alcona, Pompeiana, Galliæ Narbonenſis portus, 18. m. p. à Telone Martio. Anton.

Alcta, Siciliæ mediterranea urbs, Ἄλκτα Ptolemæo.

Alcyone, op. Theſſaliæ ad ſinum Maliacum, ex cujus ruinis Methone oppidum extructum, quod dum Philippus Alexandri M. pater obſidione premit, altero oculo orbatus eſt.

Alcyonium, ſtagnum eſſe in agro Corinthiaco fertur. Ejus profunditas multis funibus conniexis explorari non poteſt; quod & Amphiarai fons, teſte Pauſaniâ dicebatur. Mare quoque in ſinu Corinthiaco *Alcyonium* dictum ferunt, quod in eo ſe Alcyone Ceycis uxor, auditâ viri morte naufragio perempti, demerſerit.

Aldeberga, urbs Saxoniæ ſup in confin. Bohemiæ verſus Albim flu. 4. Leuc. à Deſdra.

Aldeburgum, op. Angl. in Suffolciâ in orâ maris Germ. 12. m. p. à Gippevico. Vide *Iſurium.*

Aldeburgum, *Oldenburg*, urbs Holſatiæ, 7. Leuc. à Lubecâ.

Aldenarda, Oudenard, urbs Flandriæ, inter Gandavum, & Tornacum, interfluenti Scaldi bipartitum.

Aldenburgum, *Altenburgh*, op. Germ. in Miſnia cum Caſtro unde duces Aldenburgenſes è domo Saxonica.

Aldeſcus, Sarmatiæ Europææ flu. qui ſe unà cum Panticape ex Riphæis montibus oriens in mare glaciale exonerat. Dionyſius.

Κεῖσι δ' Ἀλδήσκοιο καὶ ὕδατα Παντικάπαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μορμύρουσι.

Suidas; Ἀλδῆσκος, ὄνομα πόλεως καὶ ποταμοῦ. Apud Priſcianum in margine pro *Aldeſci*, *Ardiſci* ſcriptum erat; & quidem *Ardiſcus*, teſte Ariſtarcho, flu. Scythiæ eſt, cujus etiam mem. Herodotus Musâ prima.

Alduabis, Celtarum flu. oriens circa M. Juram, Sequanos ab Helvetiis dividens, lapſuſq; per Com. Burgundiæ, non longè à Cabillonenſi urb. *Arari* flu. miſcetur. Gallice *le Doux.* Cæſari *Aldualdubis*, vel ut alii, *Alduaſdalis.* Græcus tamen Interpres, Ἀλδιάσδαβιν reddit. *Dubis* eſt Ptolemæo.

Alectryopolis, urbs Macedoniæ inter Philippos & Theſſalonicam, vulgò *Age Aleſterioſori.*

Alectum, poſtea *Dei donum*, vulgò *Dondy*, ſeu *Dundee*, op. Scotiæ in orâ ad ort. ad oſt. Tai flu. inter Andræapolin & & Brechinium.

Aleius campus, locus Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, cum à Pegaſo excuteretur; ſic dict. quòd in eo cæcus erraſſet Bellerophon, donec periret. Dionyſ. vers. 872. Κεῖθι δὲ τὸ πεδίον Ἀλήϊον τὸ, ἵνα κῆρ νῶτα
Ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἀλώμενος ἐνδιάσκει.

A *vagando* itaque *Aleius* dictus. Hom. Iliad. 6.

Ἦτοι ὁ καπνὸν τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Euſt. v. alium tradit nominis originem, viz. ἢ ἀπὸ πινὸς πόλεως χαλκιδικῆς Ἀληοῦς τινες λέγουσιν, ἢ παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι λήϊον.

Alemanni, Stephano Ἀλαμανοὶ, Arnobio *Alamanni*, pop. Germaniæ, Gall. Belgicæ, & Rhætiæ proximi, in Suevià. Nunc omnes Germani *Alemanni* communiter vocantur; quos Quadradus rerum Germanicarum ſcriptor apud *Agathiam*, non à *Lemanno* lacu, aut ab *Alemanno* flu. dictos putat, ſed quòd plerique Germaniæ pop. in unum coierunt. Siquidem *Al* Germ. linguâ eſt *omnis*; *man* verò idem quod *homo*: ut dicti ſint *Almanni*, qu. *omnis generis hominum colluvies, & permiſtio.* Alii v. ſic dictos putant quòd *toti viri* eſſent, & bellatores fortiſſimi. Horum reg. *Alemannia* nominatur, hodie *Alemagna.* Claud. de Stil. laud l. 1.

Oravit jungique tuis Alemannia ſignis.

Alemannus, Atmul, flu. Germ. ex Suevià ortum habens, ac

ac per Aureatum urbem *Aichſtadt*, in Danub. inter Ingolſtadium & Ratiſponam in luens.

Alencon, *Alençon*, op. Gall. Celt. ad Sartam flu. in Normannia, 5. Leuc à Sagio, & 47. à Lutetia. Ducatûs tit. inſigne. lon. 12. 10. lat. 48. 26.

Aleppum, *Aleppo*, urbs Syriæ max. & empor. celeberrimum, in quod quotidie conluunt Mercatores ex Aſiâ, totâque Europâ: olim *Hierapolis*, ut nonnulli volunt; quanquam multi credant Aleppum eſſe ubi alias Berrhoea, ad Marſyam flu. & Hierapolim fuiſſe, ubi nunc *Tedith*, op. illius tractûs Vide *Chalybon*; ea n. al. *Aleppo* dicitur.

Aleria, col. & urbs Corſicæ marit. in orâ orientali; nunc in ruinis jacet, diciturque *Aleria deſtrutta*.

Aleſtes, *Rio di Araga*, flu. Hiſp. per Bracaram urbem fluens, teſte Vaſæo.

Aleſus, *Pittineo*, flu. Siciliæ Aletam urb. alluens, ac in mare inter Cephalodium & Haleſam influens. Item Tuſciæ flu. juxta *Aleſium* fluens, *Sanguinaria* Ortelio.

Aleta, *Mſth*, op. Illyrici in Dalmatia mediter. Item op. Siciliæ everſum, ubi nunc op. S. Marci, teſte Fazello, in ora occidua, inter Cephalœdium & Haleſam.

Alethia poſtea Maclovium, op. & empor. celebre in Britanniâ min. in Aaronis inſula, cujus ruinæ viſuntur primo lapide à Macloviopoli, quæ crevit poſt ejus excidium.

Aletium, Salentinorum urbs, Ptolemæus; Σαλεντίνων μεσόγ(ο) πόλις Ἀλητία; quod vocabulum corruptum nunc legitur Σαλπία, vulgo *Lezze*, inter Brunduſium ad occ. & Hydruntum ad ort. 24. m. p. totius regni poſt Neapolin clariſſima; à Tarento 5. m. p. long. 42. 30. lat. 40. 13.

Alex, *Aleſſo*, Locrorum flu. terminuſque Brutiorum quos à M. Græciâ ſeparat, agrum item Locrenſem à Rhegino dividens Dionyſ. verſ. 367.

Τῶν ϗ νῦν γένο(ς) ὄζιν ὅτι πεζοῖσιν Ἀλικ(ς).

Theocrito *Ales* dici videtur. Al. *Halex* eſt. Peculiare quiddam de cicadis hujus loci narrat Strabo lib. 6. Οἱ μὲ γὰ ἐν τῇ πρὸ Λοκρῶν περαίᾳ φθέγγον(ται), τοῖς δ' ἀφώνοις εἶναι συμβαίνῃ. Idem habet Plin. 11. 27. nec non Pauſan. in Eliacis, cui *Cæcinos* hic flu. dicitur. Aliter v. hæc refert Ælian de Anim. 5. 9. Ait enim ἡ μὲ Λοκρὶν ἐν Ῥηγίνῳ στηλόταλον ἕξις, ἡ δ' Ῥηγῖνον ἐν τοῖς Λοκρίοις ἀφωνόταλον.

Alexandria, urbs multiplex. *Prima*, Ægypti in orâ ab oſtio Canopico 12. m. p. in occid. opus Alexandri M. *Scanderia* Turcis, & *Aleſſandria* Italis, urbs Patriarch. & emporium celebre, quo ex Indiâ merces, præſertim aromata, per univerſam Europam diſtribuenda advehuntur. Olim ante Cairi erectionem (à quo itinere quatridui diſtat) clarior. Hinc *Alexandrinus*. Prop. lib. 3.

Noxia Alexandrina, dolis aptiſſima tellus.

Ob cœli clementiam, incolæ paſſim apud ſcriptores luxus maximè notati ſunt, velut apud Quinctilianum, lib. 1. & Ammian lib. 22. Et ante utrumque *Alexandrina vita, atque licentia* apud Cæſar. lib. 3. de B. C. cap. 110. Inde Ovid. Triſt. 1. 2.

Non ut Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nile jocoſe, tuas.

Hic Ptolemæus Bibliothecam conſtruxit. Seneca. *Quadringenta millia librorum Alexandriæ arſerunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monumentum.* Sic ille. Alii v. amplius. Nam Agellius 6. ult. *A Ptolemæis regibus ad millia voluminum ſeptingenta.* Pergit Sen. *Alius laudaverit, ſicut Livius, qui elegantiæ regum curæque egregium id opus aut fuiſſe. Non fuit elegantia illud, aut cura, ſed ſtudioſa luxuria; imò ne ſtudioſa quidem, quoniam non in ſtudium, ſed in ſpectacula comparaverant.* Aer illic adeo temperatus eſt, ut quolibet die ſolem videant; unde, ob delicias, per excellentiam πόλις dicitur, ut ἄστυ Athenæ, & *urbs* Roma. long. 58. 20. lat 31. 25. *Secunda*, Albaniæ, ad Caucaſi radices, & oram Caſpii maris urbs, & emporium regionis præcipuum, *Demircapi* Turcis, quaſi portæ ferreæ, & incolis *Derbent*, à Taureſio, ſeu Ecbatanis, regiâ Perſarum, itinere 20. dierum diſtans in Bor. ubi ex Aſiâ in Scythiam per anguſtias tranſitus eſt. *Tertia*, Arachoſiæ, *Cabul* hodie, teſte Caſtaldo, regionis metropolis ad Arachotum flu. à Prophthaſiâ regiâ Drangarum 515. m. p. diſtans in Ort. Indiam verſus. long. 117. 00. lat. 32. 30. *Quarta*, Ariæ, *Hieri* Caſtaldo & aliis (quod nomen eſt etiam ipſi provinciæ) urbs primaria, & regia ad Arium flu. inter Hecatompylon, regiam Parthiæ ad occ. 565. m. p. & Bactra, regiam Bactrianæ in ort. 484. m. p. Sunt qui *Burgian* dici velint. long. 111. 30. lat. 38. 50. *Quinta*, Carmaniæ, *Serent*, teſte Caſtaldo, urbs regia, & regionis primaria, inter Armuziam, & Arium. long. 100. 00. lat. 39. 30. *Sexta*, Ciliciæ, ſeu Syriæ in confinio, urbs Epiſcopalis ad ſinum Iſſicum, *Scanderoon* Turcis, teſte Leunclavio. long. 68. 00. lat. 38. 10. *Septima*, *Margianæ*, *Indion* hodiè dici putatur in tabb. recentt. urbs præcipua, & emporium earum regionum. *Octava*, Statiellorum, urbs Liguriæ non obſcura ad Tanarum flu. illam interfluentem, ampla & epiſc. ſub Archiep. Mediolan. inde 52. m. p. in Auſtro-Libycum, media ferè inter Geniam ad ort. & Auguſt. Taurinorum ad occ. ab Alexandro tert. Pontifice epiſcopalis effecta, à quo & nomen habet, cum prius Cæſarea diceretur. Ibi pons lapideus, & longitudinis admirandæ. vulgò *Aleſſandria della Paglia*. long. 30. 30. lat. 43. 54. *Nona*, Troadis, quæ & Troas, quod nomen etiam regionis eſt, quæ & Phrygia minor, urbs archiep. ſub arch. Cyziceno. Nunc locus *S. Maria* dicitur, ac Turcis *Caraſia*, teſte Leunclavio Plures Alexandrias ſi velit lector, conſulat Stephanum.

Alexandrium, op. Paleſtinæ in orâ inter Tyrum ad Bor. & Ptolemaidem ad Auſt. teſte Zonara, proximas urbes. *Scandalia* hodiè Will. Tyrio.

Alexanum, hodiè *Aleſſano*, urbs Salentinorum epiſcop. ſub archiep. Hydruntino, inter Hydruntium & Gallipolim, ad 20. m. p. Leucæ urbi exciſæ, apud Japygium promont. cui ſucceſſit, propinqua; ab Aletio 25. long. 42. 40. lat. 40. 10.

Alexia, & *Aleſia*, urbs everſa Mandubiorum in Gall. Celt. olim metrop. nunc pag. in Burgundiæ Duc. ad amnem *Brenne*. Hinc tractus circumjacens *Alexienſis* dicitur inter Divionenſ. & Antiſſiodorenſ. tractus.

Alfelda, op. Saxon. infer. ad Leinam flu. 3. Leuc. ab Hildeſio, quot à Goſlaria.

Afertonium, op. Angl. in Com. Darbienſi, juxta Ambrum amnem 8. m. à Darbiâ.

Alfordia, op. Angl. in Com. Lincoln. 4. m. p. ab orâ litor.

Algarbia, *Algarve*, pars Hiſp. adjecta Portu-Gallix ſub Alphonſo 3. cum tit. regni. cujus cap. Tavira. Habet à Sept. Portugalliam, ab oriente Andaluſiam, ab occ. autem & meridie clauditur Oceano.

Algarria, prov. Caſtellæ meridionalis in Hiſp. cujus periere limites: ejus cap. *Guadalaxera* olim fuit. Toletum v. & Madritum cenſentur in illo tractu.

Algeria, & *Algerium*, vulgò *Algier*, urbs Africæ in Barbaria reg. ampla & dives, ſed piraticâ infamis. Sedet in orâ maris Mediter. cum portu capaci, & munito, arcéque valida. Vide *Rufucurum*. Regnum Algerii dividitur in 5. prov. terminatúrque à Sept. mari Africo, ab ortu regno Tunetanò, ab occ. regno Fezzano, & à merid. Biledulgeride reg. Olim reges habuit proprios, nunc v. quandam Reip. formam ſervat, ſub clientela Turcarum, ſed ad libitum tantùm.

Algidum, Latii op. Tuſculo finitimum, ab urbe Rom. paulo ſuprà 12. m. p. diſtans, *Roccha del Papa*, long. 36. 30. lat. 41. 40. Item *Algidum* nemus, *Selva dell' Aglio*, Silva Latii cum monte cognomine. Hinc *Algidus* nomen gentile. Ovid. Faſt. 2.

Viderat in campis Algida terra ſuis.

Horat. 1. Od. 21.

Vos lætam fluviis, & nemorum comam,
Quæcunque aut gelido prominet Algido.

Idem lib. 3. Od. 23.

Nam quæ nivali paſcitur Algido
Devota, quercus inter & ilices:

Item lib. 4. Od. 4.

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido.

Eſt & *Algidenſis* adject. Plin. 19. 5.

Item *Algidus*. Ovid. Faſt. 6.

Scilicet hic olim Volſcos, Æquóſque fugatos
Viderat in campis, Algida terra, tuis.

Algovia, *Algou*, reg. Germ. in Suevia, inter Danubium & Licium flu.

Aliacmon, vel *Haliacmon*, flu. Macedoniæ, illam à Theſſaliâ (teſte Cæſare) ſeparans, ac in Ægæum mare inter Pydnam & Dium influens. Claud. de laud. Stil.

Et fruſtra rapidum damnant Haliacmona Beſſi.

Pelecas Sophiano, *Platamona* Moletio. Apud Ptol. penult. in obliquo longa eſt. Amnis eſt rapidiſſimus & præceps, accolas multis malis afficiens.

Aliartus, & *Haliartus*, op. geminum. Unum Bœotiæ ad Copaidem lac. juxta Permeſſum flu. Alterum in Peloponneſo, in ora Meſſeniæ, *Neocaſtro* Nigro, *Arcadia* v. Moletio. Statius Theb. 7.

Gargaphie, quorumque novis Aliartus ariſtis —Invidet.

Long. 48. 50. lat. 35. 40.

Alietum, *Iſſola*, op. Hiſtriæ in orâ inter Juſtinopolim & Piranum ad 5. m. p. diſſitum Ptolemæo, in Meſſeniæ & Elidis confin. apud oſt. Alphei, inter illa & Cypariſſum promont. eſſe videtur, ab Araxo prom. Elidis 45. m. p. in meridiem.

Alinda, urbs Cariæ mediter. Mylaſæ & Stratoniciæ propinqua.

Alineus, *Alyne*, lacus Hiberniæ in Connachtiâ prov. inter Comit.

Comit. Letrum. & Roſecomen. Eum præterfluit Senus flu.

Alingonis portus, *Langon*, op. Aquitan. cum portu ad Garumnam flu. inter Burdigalam 6. leuc. & Vaſſates 3. teſte Belforeſtio.

Aliſca, *Almaz* Lazio, op. Pannon. infer. ad Danub. inter Budam & Colociam. *Angavara* Simlero.

Aliſo, *Iſelburg*, op. Germ. infer. ad flu. *Yſel*, in Geldria, ab Embrica & Calcaria 2. leuc. in ort. Hadriano autem Junio eſt *Weſel*, urbs libera ad Rhenum in Duc. Clivenſi.

Aliſo, Alme, amnis Germ. influit in Lippiam, haud procul urbe Paderborna, teſte Cluverio; oriturque prope vicum *Almen* in Weſtfaliâ.

Aliſo, *Yſel*, flu. Germ. infer. Aliſonem op. alluens, ac in Rhenum apud Duisburgum op. influens.

Aliſontia, & *Aliſuntia*, vulgò *Alſitz*, flu. Gall. Belg. per Duc. Lucembergenſ. & Moſellam ſupra Trevizos, unà cum Surâ influens, qui & *Als* al. nominatur. Scal. ad Auſon. *Aiſe* interpretatur ad illud in Moſellâ:

Stringit frugiferas fœlix Aliſontia ripas.

Ubi reponendum vult *Alifontia*.

Aliſum, urbs libera Sueviæ ad Necearum flu. vulgò *Helbrun*, vel *Hailbrun*, i. e. *ſalutis fons*. Long. 20. 20. lat 51. 30.

Aliſus, *Bart* Villanovano, urbs Pomeraniæ prope flu. Bardum 7. leuc. à Gripvaldiâ, lon. 35. 00. lat. 52. 35.

Allectum, vide *Alectum*.

Allendorfia, urbs Germ. in Lantgraviatu Haſſiæ Caſellenſ. ad flu. Verram, 5. leuc. à Caſella urbe.

Alleru, *Aller*, flu. Saxon. infer. oritur in Duc. Magdeburgenſi, caditq; in Viſurgim infra Verdam urb. quam alluit.

Allerburgum, op. in Pruſſiâ Ducali ad Allam flu. qui mox cadit in Pregelam, 10. leuc. à Regiomonte in ort. & 13. ab Hilberga in Bor.

Allia, flu. Italiæ, qui à Cruſtuminis montibus, prælto defluens alveo, Tiberino amni miſcetur, quadrageſimo ab urbe lapide, ubi magnâ ſtrage Romani à Gallis, duce Brenno, profligati ſunt. Hinc *Allienſis dies* dictus, quaſi infauſtus. Silius.

——*Horrificis ſeſe extulit Allia ripis*

Virgilius Æn. 7.

Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Lucanus lib. 7.

Et damnata diu Romanis Allia Faſtis.

Ovid. de Art. Am. lib. 1.

Tunc licèt incipias, quâ flebilis Allia luce
Vulneribus Latiis ſanguinolenta fuit.

Idem in Ibin, ver. 47.

Hæc eſt in Faſtis, cui dat gravis Allia nomen.

Cic. lib. 1. ad Att. ep. 4. *Majores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quàm urbis captæ.* Infeliciter certè res omnis à Vitellio geſta eſt, *qui omni divino humanoque jure neglecto, Allienſi die pontificatum maximum cepit.* Verba ſunt Suetonii in ejus vitâ cap. 7.

Allifæ, vel *Aliſa*, & *Alipha*, Italiæ, juxta Æſerniam, prope Vulturni ripam, opidum; vulgò *Aliſi*. Silius lib. 8.

Illic Parthenope, ac Pœno non pervia Nola,
Allifæ, & Clanio contemptæ ſemper Acerræ.

Prima opidi mentio fit apud Liv. lib. 8. *Eodem tempore & in Samnio res proſperè geſtæ. Tria opida in poteſtatem venerunt, Allifæ, Callifæ, Rufrium.* Idem lib. 9. C. *Marcius Rutilius Allifas de Samnitibus vi cepit.* Diod. Sic. lib. 20. ὁ δὲ Μάρκιος ὁπὶ τοὺς Σαυνίτας ἀναζεύξας, Ἀλλίφας πόλιν εἶλε κρατῷ. Opidani *Allifani*. Plin. 3. 5. Hinc *Allifanus ager* Silio l. 12.

——*Hinc Allifanus Iaccho*
Haud inamœnus ager. Horat. lib. 2. Sat. 8.
Invertunt Aliphanis vinaria tota.

Allobroges, Gall. Tranſalpinæ pop. qui Narbonenſibus aſcribuntur. Siti ſunt juxta Rhodanum, nunc Sabaudienſes, & Pedemontani, victoriâ Fabii, & Catilinæ conjuratione noti. *Allobryges* Ptolemæo, Polybio autem Ἀλλόβριγες. Ἔθνος δυναστάλιον Γαλατικὸν vocat Steph. Horat. in Epod.

Noviſque rebus infidelis Allobrox.

Juvenalis de Ruffo.

Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.

De origine nominis ita vir magnus De Phœn. colon. lib. 1. cap. 42. Apud utroſque Britannos, inquit, *bre regionem* vel *agrum* ſonat, ut Syris ברא *baro*; & *bel*, vel *ubel excelſum*, ut Ebræis עלי *hal* vel *al*, & Syris עליא *elloio*. Inde à Gallis dicti *Allobroges*, qui montanam Sabaudiæ regionem obtinebant. Hoc multo veriſimilius, quàm quòd ſcribit vetus Juvenalis Scholiaſtes, *Dicti ſunt Allobrogæ, quoniam brogæi Galli agrum dicunt, allo autem aliud; dicti igitur quia ex alio loco tranſlati.*

Alloria, urbs Cretæ Steph. Ἀλλωεία πόλις τῆς Κρήτης.

Alma, mons eſt in Mœſiâ ſuperiori prope Sirmium, quem Probus Imp. Eutropio teſte, vineis conſevit. Item *Alma* Hetruriæ flu. Anton. *Arbia* Leandro.

Almacara, *Almacaron*, op. Hiſp. in regnò Murciæ in ora maris Mediter. ad oſt. flu. *Guadalentin*, 6. leuc. à Carthagena. *Utica* quibuſdam.

Almagrum, *Almagro*, op. Hiſp. in Caſtellâ in tractu *La Mancha*, 4. leuc. ab Oreto in ort.

Almantia, vel *Almentia*, op. Gall. Belg. in Lotharingia, olim præcipuum, vulgò *Almance*. Item op. Oreſtidis reg. Macedoniæ ab Aulone non longè diſtans in ort. vulgò *Avoſtoma*. long. 46. 00. lat. 39. 40.

Almenum, *Harlingen*, Friliæ op. in Belgio Unito, ad mare Germ. 4. leuc. à Leovardia in occ.

Almeria, urbs Hiſp. Bæt. litor. 21. leuc. à Granatâ, 15. ab Acci in Auſt. inter Charidemum prom. & Abdaram urb. 7. leuc. olim *Magnus Portus*, hodie v. *Almeria*.

Almerinum, *Almerin*, op. Portugall. in Extremadura, ubi reges degere conſueverant, ad Tagum flu. ex adverſo Santareni op.

Almiana, & *Amiana*, hodie *Albegna*, flu. Thuſciæ ex Tuniato M. in mare inter Telamonem, & Herculis port. apud Virbatellum exiens.

Almo, flu. Romæ vicinus, ex viâ Appiâ in Tiberim defluens, *Dachia* hodiè, & *Il Rio d' Appio*. In eo, ſacra quæ Cybelæ fiebant, lavabantur. Ovid. Faſtorum 4.

Eſt locus in Tiberim quo lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpureâ canus cum veſte ſacerdos
Almonis dominam, ſacraque lavit aquâ.

Lucanus lib. primo.

Et lotam parvo revocam Almone Cybelem.

Val. Flaccus lib. ult.

Sic ubi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo,
Lætaque jam Cybele, feſtæque per opida tædæ;
Quis modo jam ſævos adytis fluxiſſe cruores
Cogitet, aut ipſi quid jam meminere miniſtri?

Stat. lib. 5. Sylvarum.

Eſt locus ante urbem, quà primùm naſcitur ingens
Appia, quaque Italos gemitus Almone Cybelem
Ponit, & Idæos jam non reminiſcitur amnes.

Silius lib. 8. ——*Quique oſtia Thuſci*
Amnis amant, trepidoq; fovent Almone Cybelen.

Martialis lib. 3. ep. 47.

Capena grandi porta quà fluit guttâ,
Phrygiumque matris Almo quà lavit ferrum.

Claud. de bello Gildonico.

Prælatoque lavas Phrygios Almone leones.

Prudentius in Hiſtor. S. Romani.

Lapis nigellus evehendus eſſedo,
Muliebris oris clauſus argento ſedet,
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis
Almonis uſque pervenitis rivulum.

Vide Ammianum Marcellinum lib. 23.

Almon, viri proprium apud Virg. Æn. 7.

Hic juvenis primam ante aciem ſtridente ſagittâ,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur. ——

Almon, *Almondè*, flu. Scotiæ merid. in Provinciâ Lothiana, in Forthæ æſtuarium ſe exonerans.

Almonus, *Atmul*, flu. Germ. quo nullus eſt piſculentior in totâ Germania. Vide *Alemannus*.

Almopia Macedoniæ pars, ab *Almope* Neptuni & Athamantidis fil. Steph. pop. *Almopes*, & *Almopii* Plinio 4. 10.

Alone, inſula juxta Cyzicum. Item Paphlagoniæ civitas. Steph. Etiam apud Scriptores Britannicos Lancaſtrenſis urbs *Alone* dicitur. Item *Alone*, vel *Aloneæ* Hiſp. Tarrac. urbs. Ptol. Fuit v. Maſſilienſium colonia, uti teſtatur Stephanus cui *Alonis* dicitur Ἄλωνις, inquit, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας. Græcum igitur oportet eſſe vocabulum, ut ergo περὶ τοῦ ἀνέμων ἀνεμώνη, &c. ſic τοῦδε τοῦ ἁλῶν ſit Ἀλώνη; Præſtantiſſimo enim ſale & olim, & nunc quoque abundat. Atque hoc ſolo argumento convinci poſſunt, qui *Alonam* hodie putant eſſe *Alicante*, cùm ea urbs nullas habeat ſalinas. Certum eſt autem Alonam eſſe id opidum, quòd olim Arabes *Tudemir*, Hiſpani v. *Guardamar* vocant, ſitum in peninſulâ ad os Taberis flu. quem vulgò Seguram vocant. Innumeræ enim illic, & præſtantiſſimæ ſalinæ, eoque ipſo loco veteres Alonam deſcribunt. long. 21. 10. lat. 38. 40.

Alontium, urbs Siciliæ in ora occ. everſa, inter Halæſam & Agathurium, 12. m. p. diſſita. Ex ruinis S. Philadelphi op. conſtructum eſt, & proinde *S. Filadelpho* hodie dicitur, teſte Fazello.

Alope, Theſſaliæ civitas, de quâ Hom. Il. 2. & Plin. 4. 7. Orpheus in Arganauticis.

Ἀιθαλίδης ὃν ἔπεκτε θεοειδὴς Εὐπολέμεια
Μυρμιδόνος δυζάτηρ Ἀλόπη ἐνὶ πεδίῳ.

Alia eſt Atticæ, alia Ponti, unde Pentheſilea nata eſt, quarta circa Eubœam, quinta circa Delphos, ſexta juxta Locridem. Steph.

Alopece, *Alopecia*, Strab. & Ptol. (cui etiam Tanais dicitur) Mœotidis paludis inſula, *l' iſle des Renards* Pineto. Item Boſpori Cimmerii inſula. Plin. 4. 14. Item alia in mari Ægæo è regione Smyrnæ apud eundem, lib. 5. c. 31. Heſychius Ἀλωπεκὴ, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς.

Alpes, montes ſunt excelſi (qui Italiam ſeparant à Gallià & Germania.) *l' Alpi* Italis, *Alben* Germanis dicti, qui multiplices ſunt; variaq; pro locorum diverſitate, ſortiuntur nomina. Sunt enim 1. Alpes *Carnicæ*. 2. *Coctianæ*, ſive *Cottiæ*. 3. *Graiæ*. 4. *Noricæ*. 5. *Juliæ*. 6. *Maritimæ*, ſive *Litoreæ*. 7. *Pannonicæ*. 8. *Peninnæ*, *Pœnæ*, ſive *Pœninæ*. 9. *Rhæticæ*. 10. *Tridentinæ*. 11. *Venetæ*. *Albia* & *Alpionia* olim dictos fuiſſe hos montes ſcribit Strabo. Stephano etiam Ἄλπεα, & Ἄλπιοι dicuntur, Phavorino Ὄλπια; Quin & Σάλπιοι etiam videntur à Lycophrone appellari, ut putavit ejus commentator Iſacius. Hæc vox numero plurali uſurpatur, inquit Euſt. quia mons eſt maximus; Ἡ ℌ, inquit, Ἄλπις, μέγιστον ὄρος, διὸ καὶ πληθυντικῶς λέγουσι αἱ Ἄλπεις. Per hos montes Annibal in Italiam tranſivit, aceto viam faciente, Livius lib. 21. *Ardentiaque ſaxa infuſo aceto putrefaciunt: ita torridam incendio rupem ferro pandunt.* Juven. Sat. 10.

———*Oppoſuit natura Alpeſque, niveſque,*
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.

Ubi rectè nives Alpibus tribuit, ita enim eos deſcribunt paſſim Poetæ. Unde χιονώδεις Ἄλπεις, & νιφοβλῆτες in Anthologiâ. Horat. Serm. 2. Sat. 5.

Furius hibernas canâ nive conſpuit Alpes.

Hinc *Alpina glacies* Claudiano, lib. 2. de Raptu Proſ. & *Alpinæ pruinæ* eidem in Panegyr. & *Alpinus rigor* Ovidio Metam. 14. & *gelidæ Alpes* Lucano lib. 1. Imo *à candore nivium, ut vulgò putant, dicti ſunt hi montes, quia perpetuis ferè nivibus albeſcant. Sabini enim* Alpum *dixere, quod poſteri Latini* Album. Ita Feſtus. Melius, quod mirere, Iſidorus 14. 8. *Alpes propriè montes Galliæ ſunt, de quibus Virgilius, Aerias Alpes. Et dicendo aerias, verbum expreſſit à verbo. Nam Gallorum linguâ Alpes montes alti vocantur.* Et ſic Alpes perpetuò deſcribuntur à Poëtis. Catullus.

Sive trans altas gradietur Alpes.

Sil. Italicus lib. 1.

Non celſæ obſtiterint Alpes.———

Quin & Servius in iſta Virgilii verba quæ ſunt initio lib. 10. commentans, *Sanè omnes altitudines montium licet à Gallis Alpes vocantur, propriè tamen montium Gallicorum ſunt.* Bochartus tamen montes hoſce nomen ſuum Phœnicibus debere putat, quibus לבן *laban* erat albus, & אלבן *alben* formâ Syrâ *albeſcere*. Unde & *Libano* nomen, quem Paraphraſtæ vocant אולבנין *Olbanin*, Cant. 4. 11. Non tamen de Nihilo Ἄλπιν alii *montem altum* explicant, cùm & *al* celſum, & *pen* verticem montis, ſeu collem ſignificat. Uſurpatur hæc voc præcipuè in pl. num. quanquam aliquando in ſingulari Dionyſius. verſ. 295. Ἄλπος ἀρχή. Ovid. Art. Am. l. 3.

———*Nec quot in Alpe feræ.*

Claudianus———*Exemplo frondoſâ fertur ab Alpe.*

Porrò Alpium ſeries ſic ſe habet, à litore maris Gallici inchoando. *Maritimæ*, quæ & litoreæ, *Cottiæ*, *Pœninæ*, & *Graiæ*, Italiam à Gall. Narbonenſi dividunt, *Maritimæ* quidem, quæ *Les Montagnes de Feude* teſte Pingonio dicuntur, incipiunt a Niceâ, Barcinonetamque op. uſque protenduntur, inter Provinciam & Liguriam extenſæ. Deſinunt in monte Veſulo, ubi padus oritur. *Cottiæ*, quæ & *Cottianæ* Tacito, *Mont-cenis* Delphinatum à Taurinis, h. e. à parte Pedemontani principatus (per quem Padus flu. decurrit) dividentes. *Graiæ*, M. di S. Bernhardo Piccalo, teſte Pingonio, Allobroges h. e. Sabaudos à Salaſſis, ſive à valle Auguſtana diſcludunt. *Graius mons* apud Sen. & Tacit. Harum pars eſt mons Sempronius. *Pœninæ*, *M. di S. Bernhardo Maggiore* quæ ab Allobrogibus & Sedunis partem principatûs Pedemontani & Inſubriæ dividunt. *Summæ*, *Adula mons* aliis, *M. di S. Gothard*, Pœninis contiguæ, Helvetios ab Inſubribus, ſeu parte Ducatus Mediolanenſ. ſeparantes, quarum radices ad Lacum Verbanum producuntur, *Gothardsberg* Germanis, teſte Tſchudo. Ex his 3. flu. Rhodanus, Ticinus, & Rhenus fluunt *Lepontiæ* ſummis, ubi *Rhenus* oritur, junguntur ubi Lepontii pop. *M. di S. Bernardino* dici videntur. *Rhæticæ* quæ & Juga *Rhætica*, *M. Braulio*, Rhætos à reliquis Inſubribus dividentes. Inde Oenus per Noricos, Atheſis per Venetos Cenomanos, & Addua per Inſubres flu. derivantur. *Tridentinæ*, quæ ad ort. M. *Bernina*, & *M. di S. Nicola*, ad ort. M. *Zelam* (unde Medoacus flu. & Anaſſus pro..uunt) dicuntur, aliáque tenent nomina, Comit. Tirolenſem à Venetis ſeparantes. *Noricæ*, vulgò *Taurn*, inter Com. Tirol. Salisburgenſem tractum, & Carinthiam interſitæ. *Juliæ*, quæ & *Carnicæ* Ptol. & aliis dicuntur, inter *Noricos* & Carnos intercedentes, atque in Adriaticum mare terminantes, *Zeglie* hodie, ſeu *Zuglie*. Alpes ita deſcribit Silius lib. 3.

Cuncta gelu, canaque æternum grandine tecta
Atque ævi glaciem cohibent: riget ardua montis
Ætheriæ facies, ſurgentiq; obvia Phœbo
Durata, neſcit flammis mollire pruinas:
Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos, atque atræ ſtagna paludis
A ſuperâ tellure patet: tam longa per auras
Erigitur tellus, cœlum & intercipit umbra.
Nullum ver uſquam, nullique æſtatis honores,
Sola jugis habitat diris, ſedeſque tuetur
Perpetuas deformis hyems.

Porrò de Alpibus vide Alciat. com. in Tacit. German. ſed imprimis Joſ. Simlerum in lib. quem de *Alpibus* inſcripſit. Optimè autem & copioſiſſimè de Alpibus diſſerentem, vide Cluverium Germ. Ant. lib. 1. cap. 30.

Alpheus, fluvius Elidis, Arcadiæ civitatis, juxta Piſas decurrens, qui longo curſu in Achaiâ demergitur, ibique terrâ abſorptus, & ſubter mare deſluens, ex Græciâ decurrit ad Arethuſam, fontem Siciliæ, ubi in mare Siculum cadit. Moſchus.

Ἀλφεὸς μετὰ Πίσαν ἐπὴν χθὶ πόντον ὀδεύῃ,
Ἑρμῇ εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοπιηφόρον ὕδωρ.

Nonnus lib. 37.

Οἶσεον ἔχων Πισαῖον ἐλαυνόμενος πολιοῖο
Ἀλφεὸς λιπαρωθῶν, ὃς εἰς Ἀρέθουσαν ἱκάνει
Ἀδελφεὸν ἔδνῳ ἐρωῇ ἄγων στομηφόρον ὕδωρ.

Virg. Æn. lib. 3.——*Alpheum fama eſt huc Elidis amnem*
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

Ovid. 3. Amorum. eleg. 6.

Quid? non Alpheum diverſis currere terris
Virginis Arcadiæ certus adegit amor?

Lucan. lib. 3.——*Populiſque per æquora mittens*
Sicanias Alpheus aquas.———

Stat. Sil. lib. 1.——*Tumidæ ſic transfuga Piſæ*
Amnis in externos longè flammatus amores,
Flumina demerſo trahit intemerata canali:
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo
Ore bibit fontes: miratur ducia Nais
Oſcula, nec credit pelago veniſſe maritum.

Quod ait *dulcia oſcula*, idem eſt quod innuit Virg. Ecl. ult.

Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Huc alludit Gregorius Nazianzenus, in Epitaphio Baſilii Καὶ ἔπῃς inquit, ὅθεν ἢ πεδίῃ) ποταμὸς δι' ἅλμης ῥέων γλυκύς. Loquitur de Alpheo. Ideoque Libanius in Progymnaſ. Φυλάττει ἀμυγὲς ἐν τῇ θαλάσσῃ τὸ ῥεῖθρον. Idem Statius 1. Theb.

——*Fluctivagâ quâ præterlabitur undâ*
Sicanios longè relegens Alpheus amores.

Sil. Ital. lib. 3.

Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat
Alpheon, ſacræ portantem ſigna coronæ.

Claudianus———*Alpheus Geticis anguſtus acervis*
Tardior ad Siculos etiam nunc pergit amores.

Sidon. Apoll. carm. ad Felicem.———*Per ima ponti*
Alpheus fluit, atque tranſmarina
In fluctus cadit unda conjugales.

Conſentiunt Hiſtorici, aliique ſcriptores. Plin. 2. 103. *Arethuſa fons Syracuſanus, in quem redduntur jacta in Alpheum.* Amm. Marc. lib. 15. *Alpheus oriens in Arcadiâ, cupidine fontis Arethuſæ captus, ſcindens Ionium mare, ut fabulæ ferunt, ad uſque amatæ confinia progreditur.* Et ante utroſque Mela. 2. 7. Ubi de Siciliâ. *Ab eo ad Pachynum ora quæ extenditur Ionium mare attingens, hæc fert illuſtria, Meſſanam, Taurominium, Catinam, Megarida, Syracuſas, & in iis mirabilem Arethuſam. Fons eſt, in quo viſuntur jacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponneſiaco litori infuſum: unde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria, terraſque depreſſus, huc agere alveum, atque hic ſe rurſus extollere.* Quin & Strabo lib. 6. ait Alpheum ſumere originem in Peloponneſo, & per mare ſub terrâ in Arethuſam fontem terminari; quamobrem finxerunt Poetæ Arethuſam venatricem deam amatam ab Alpheo fugiſſe per ſubterraneos caniculos in Ortygiam, quam Alpheum fuiſſe inſecutum Pauſanias dictum exiſtimat, quòd *Alphos*, vitiliginis ſpeciem, curet. Hunc fluvium ethnici nonnulli pro Deo coluerunt, cui & ſtatuam, & communem aram cum Dianâ erexerunt. Conſecuta fuit etiam

ipſa

ipſa Arethuſa poſtmodùm divinos honores, ut ait Nicanor Samius lib. 5. de fluminibus. Siquidem mos fuit Ægienſium, qui populi fuerunt Achaiæ, liba ſumpta ex arâ Salutis in mare projicere, quæ ſe mittere Arethuſæ Syracuſas teſtarentur, ſicut refert Melanthes lib. 2. De ſacrificiis. Quoniam v. non animi ſolum, ſed etiam corporis mundities Deo gratiſſima exiſtimanda eſt, idcirco aquam illam, quæ vim haberet purgandi, ſacrificiis accommodatam eſſe Ethnici ſanxerunt, & fluvium ipſum, qui hujuſmodi aquam ſuppeditaret, exiſtimarunt eſſe Jovi amiciſſimum, atque acceptiſſimum. Alii Mythologi divinam vim animorum noſtrorum virtutiſque normam, per hujuſmodi fabulam explicarunt, quippe quòd ſicuti materia appetit formam, ut ſuum proprium bonum, (cum ipſa per ſe inutilis ſit, & otioſa appareat) ſic anima noſtra virtutem, tanquam formam ſuam expetit. Hæc cauſa eſt, cur *Alpheus* fingebatur ſequi *Arethuſam* cùm ἀλφὸς ſit *macula*, ſive imperfectio, & ἀρετὴ *virtus* à Græcis nominetur. *Orfea* hodiè dicitur, teſte Sophiano, & *Carbon* ſeu *Darbon* nautis vocatur. Inde *Alphion*, lacus vitiligines tollens. Plin. 31. 2.

Alpis, *Alben*, flu. Japodum in Savum fluens.

Alreſſordia, op. Angl. in Hantoniæ Com. ad flu. *Itching*, 6. mill. à Wintonia in ort. & 7. ab *Altonia* in occ.

Alſatia, prov. German. inter Rhenum flu. cui inſidet ad ort. & Lotharingiam ad occ. Dividitur in ſup. & infer. cujus cap. Argentina *Strausburg*. Habet hæc prov. à Sept. Palatinatum Rheni, & à merid. Suntgoviam, eſtque mire rigua & fertilis.

Alſa, flu. Fori Julii, Aquileam præterfluens. Plin. 3. 18. Hodie *Auſa* dicitur, vel *Auſa*; vulgò *Limino*, & *Lizonzio*. *Alſuavus* ego eum apud Caſſiodorum dici ſuſpicor, ubi Conſtantinus junior à Conſtantio fratre cæſus fuit. Eſt & *Alſa* alter flu. qui *Ellus* potius Latinè dicitur, à quo *Alſatia* Germ. regio, quæ ab Hungaris, per Alemanniam & Lotharingiam deſcendentibus, vaſtata eſt. Æmilius.

Alſiatum, pagus non obſcurus agri Mediolanenſis, hodiè *Alzia*, Andreæ Alciati J. C. clariſſimi patria.

Alſietina aqua, & *Alſietinus fons*, aquæ-ductus viâ Claudiâ ab urbe Româ 14. m. diſtans, Romam uſque perductus.

Alſium, ultra Pyrgos ad oſtia Tiberina euntibus fuit opidum cujus antiquam originem indicare voluit Silius Italicus his verſibus, lib. 8.

Nec non Argolico dilectum litus Aleſo
Alſium, & *obſeſſæ campo ſquallente Fregenæ.*

Ita legendum, non *Fregellæ*. Strabo lib. 5. πολίχνιον i. e. *opidulum* ſuâ ætate vocat. Ἀπὸ δὲ Κοσσῶν, inquit, εἰς Ὦστια ἐφεξῆς πολίχνιά ἐστι Γεγανίσκαι, καὶ Πύργοι, καὶ Ἄλσιον, καὶ Φρεγλωία. Vide Plin. 3. 5. & Mel. 2. 4. Rutilii tempore villam tantum fuiſſe patet ex hoc diſticho.

Aſia prælegitur tellus, *Pyrgique recedunt*,
Nunc villæ grandes, *opida parva prius.*

Populi *Alſienſes*. long. 35. 55. lat. 41. 40.

Alſius, Achaiæ in Peloponneſo flu. qui è Sipylo monte in Hermum fluit. Pauſan.

Alta, *Alt*, flu. Angl. in Com. Lancaſtrenſ. Cadit in mare Hibernicum prope Almutham op.

Altanum, *Soreto*, op. Brutiorum in Calabriâ infer. ad Medanam flu. à Soriano 8. m. p. Hipponium verſus.

Altanum, op. ejuſdem Calabriæ, ubi nunc Calegnanum Caſtrum, proximum Morgeto ad 3. m. p. recedens.

Altao, op. Mauritan. Cæſarienſ. mediter. hodie *Calao*.

Alta ripa, *Altrip*, op. Germ. ſup. ad Rhenum flu. in Palatinatum, ab Heydelberga 2. leuc. diſtans, Spiræ proximum.

Altdorfium, vicus cultiſſimus in colle, cap. Urienſ. pagi in Helvetiis, ad flu. Urſam & prope lac. Lucerinum, 4. leuc. à Lucerna in Eur. & 2. à Suitio in merid.

Altemberga, op. Tranſylvaniæ 6 mill. ab Albâ Juliâ, quot ab Abruchania in merid.

Altenburgum, urbs Miſniæ, Ducum ſedes, è Saxonicâ domo, 6. leuc. à Lipſiâ in merid. & 8. à Miſnâ in occ.

Althenus, flu. Apuliæ Dauniæ, ſanans vulnera ope Podalirii. Iſac. in Lycophr.

Altinum, urbs olim in lit. Venetiæ florentiſſima, juxta Aquileiam. Plin. 3. 18. hodie *Altino*, *Torcello* v. Villanovano. Incolæ *Altinates*. Hujus urb. lana erat in pretio. Mart. lib. 14.

Velleribus primis Apulia, *Parma ſecundis*
Nobilis, *Altinum tertia laudat ovis.*

Vide Cluver. It. Ant. p. 161, &c. Long. 34. 50. lat. 45. 20.

Altinum, vel *Altinium*, op. Pannon. infer. ad Danub. in Hungariâ, *Tolna* Lazio, *Boſoch* v. Simlero. Long. 42. 33. Lat. 46. 25.

Altiſolia, *Altſol*, op. Hungariæ ſup. juxta *Gran* flu. Sic dicitur ad differentiam alterius *Neuſol* op. vicini 7. leuc. à Nitria in ort. quot à Fileco in Circ.

Altiſſiodorum, op. in Gallià *Auxerre* vulgò. Vide *Vellaunodunum*. Long. 24. 41. Lat. 46. 25.

Altonium, *Alton*, op. Angl. in Hantoniæ Com. Diſtat à Wintonia 14. m. p. in ort.

Altorfia, op. Germ. in Franconiâ cum caſtro & Academia recenti an. 1579. à Norimberga 3. leuc. Orient. verſus in lim. Palatinatus ſup.

Alvernia, *l' Auvergne*, prov. Galliæ, inter Borbonienſ. Lemovicenſ. & Ruthenenſ. provincias. Dividitur in ſup. & infer. ejuſque primaria eſt *Claromons*.

Alvertonia, op. Angliæ in Com. Ebor. 20. m. p. ab Eboraco in Bor. quot à Dunelmo in auſt.

Alverni, vel *Arverni*, *Averni*, populi Aquitaniæ, qui cùm ſe à Trojanis oriundos eſſe dicerent, audebant ſe Romanorum fratres appellare. Vide *Averni*.

Aluntium, op. Sicil. Ἀλόντιον Ptol. Ἀλάντιον verò Phalaridi, Dionyſ. Diod. imò Cicer. & Plin. Aliis *Haluntium*. *Alontium* autem ex עלות *aloth*; *Aluntium* ex עלות *aluth* factum putat Bochartus. *Aloth* v. & *Aluth* idem ſunt, niſi quòd prius Ebræum, alterum eſt Phœnicium. Tale quid occurrit in Plauti Pœnulo *alonyth Deæ*, & *bynyth filiæ*. Adde *beryth*, *puteos*: Unde Βηρυτὸς apud Steph. עלות *aluth*, i. e. *celſa*, ſup. מקומות *mecomoth loca*. Itaque Aluntio nomen à ſitu. Erat enim in loco edito. Cicero Verrinâ quartâ. *Cum Aluntium veniſſet prætor laborioſus & diligens*, *ipſe in opidum accedere noluit*, *quòd erat difficile aſcenſu*. Th. Fazellus Dec. 1. lib. 9. cap. 4. *In colle edito*, & *mari prominenti*, *infra S. Philadelphi opidum*, *Aluntium vetuſta urbs jacet*. Rectè *vetuſtam* appellat, cum Trojanis temporibus putetur jam ſtetiſſe. Dionyſ. Halic. lib. 1. ubi de Æneæ profectione in Italiam. Πάντων δὲ πειθοῦς ὑπ' Αἰνείᾳ κοινωνεῖν ἀποικίας, καὶ σὺν αὐτῷ πλεῖν ἅμα φίλων ὑπερέμενον ἐν τῷ σόλῳ, ὃς ἔνιοί φασιν ἐν Ἀλυντίῳ κληθῆναι τὴν Σικελίας. Vide Cluv. Sic. Ant. pag. 293.

Aluus, ſeu *Alus*, vel *Halus*, Arcadiæ vicus, quem Æſculapii *fanum* quoque vocant. Pauſan. in Arcad. quanquam ibi potius legendum ſit *Caus*, ut ex Stephano oſtendit Sylburgius.

Aluta, flu. Daciæ max. Tranſylvaniam à Valachiâ dividens, ac in Iſtrum ex Carpate M. apud Trajani pontis veſtigia deſcendens, & haud procul à Coronâ urbe decurrens. *Olth* Hungaris, & *Aeth* Germanis dicitur.

Aluva, *Alway*, op. Scotiæ auſtralis juxta Taui æſtuarium, in Fifâ prov. 20. m. p. ab Edinburgo in merid.

Alyatta, reg. Bithyniæ, ἀπὸ Ἀλυάττεω κεκτήσαθαι τὸν τόπον. Steph. Inde *Alyatteni*.

Alyba, reg. non procul à Myſiâ. Hom Iliad. 2.
Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Alybe. Vide *Abyle*.

Alydda, op. Phrygiæ maj. Ptol. *Luday* hodie. Long. 56. 00. Lat. 41. 10.

Alyſſus, fons Arcadiæ in Peloponneſo, morſus rabidi canis ſanans. Pauſ. in Arcad.

Alyzia, Acarnaniæ locus à mari 15. ſtad. diſtans, teſte Strab. lib. 10. Tullius Famil. 165. *Tertio die abs te ad Alyziam acceſſeramus. Is locus eſt circa Leucadem ſtadia* 120.

Amadoca, palus & civit. Sarmatiæ Europææ. Item *Amadoci* montes & pop. in eadem Sarmatiâ, Ptol. Stephanus Σκυθικὸν ἔθνος vocat, ac terram eorum Ἀμαδόκιον.

Amæa, *Amnia* Plinio, urbs Luſitan. *Portalegre* hodie, ab Helvis 8. leuc. Scalabim verſus.

Amalchium, Oceani ſept. pars, quam vulgò mare glaciatum vocant.

Amalphis, *Malfi*, urbs Italiæ, ubi Jo Goa uſum pyxidis nauticæ primus invenit. an. 1302. Unde Panormitanus:

Prima dedit nobis uſum magnetis Amalphis.

Vide Lipenium de navig. Solom. Ophirit. p. 394. Long. 38. 35. Lat. 40. 52.

Amana, mons Ciliciæ, qui & *Amanus* dicitur, & Ἄμανον Stephano. Tacitus Annal. 2. eum in Syriâ ponit. Cic. autem ad Atticum. 5. 5. *Inde ad Amanum contendi*, *qui Syriam à Ciliciâ aquarum divortio dividit*. Alii putant eſſe montem Cappadociæ. Lucan. lib. 3.

Cappadoces, *duri populus nunc cultor Amani.*

De Ciliciæ monte Amano multi Solomonem egiſſe volunt, cùm dicit Cantic. 4. 8. *Mecum à Libano ſponſa*, *mecum à Libano venies*, *contemplaberis à vertice Amana*, *à vertice Senir*, & *Hermon*, *è luſtris leonum*, *è montibus Pantherarum*. Quibus in ſpeciem non parum favet, quod mons Amanus abundat feris. Cervorum è monte Amano Ælianus ita meminit, lib. 5. de Anim. cap. 56. Οἱ ἐν Σύροις ἔλαφοι γίνονται μὲν ἐν ὄρεσι μεγίστοις, Ἀμάνῳ τε καὶ Λιβάνῳ καὶ Καρμήλῳ. Et Oppianus Κυνηγ. memorat lupi genus plane eximii, denſis pilis, labiis æneis, immenſo robore præditi, degentis ſuper nivoſa Tauri juga.

Κίλικες

Κίλικάς ϑ' πάγας, καὶ παρῶνας Ἀμάνου.

Et Val. Flac. lib. 1. Argon. tigridum venationes circa montem Amanum ita deſcribit eleganter, uti ſolet, in his.

——Haud aliter ſaltus vaſtataque pernix
Venator cum luſtra fugit, dominoque timentem
Urget equum, teneras compreſſus pectore tigres,
Quas aſtu rapuit pavido, dum ſæva relictis
Mater in adverſo catulis venatur Amano.

Proinde, dum Ciliciam provinciam adminiſtrabat Cicero, à Cecilio rhetore rogatus eſt, ut exinde Romam, ad ludos, pantheras ad ſe mitteret. Ità habet Plut. in Cicerone. Κικερὼν δὲ τὸν ῥήτορα Θεοφάνη παρεκάλεσε αὐτῷ πρός τινα θῆραν εἰς Ῥώμην ἐκ Κιλικίας ἀποστεῖλαι. Sed Κοιλίας legendum pro Κιλικίας. Ad Cœlium n. è Ciliciâ ſcribit Cicero lib. 2. ep. 11. *De Pantheris, per eos qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter.* Et ſtatim ſequitur jocus, quem Plut. ibidem refert, de fugâ Pantherarum è Ciliciâ in Cariam, querentium, nihil cuiquam inſidiarum in Ciceronis provinciâ, niſi ſibi, fieri. Tamen Amana apud Solomonem non poteſt eſſe Giliciæ Amanus. 1°. Quia in Judæâ & vicinis locis eſt ſcena ſacra dramatis. 2°. Quia Libanus, Amana, Senir, & Hermon uſurpantur ut Synonyma. Itaque, ut Hermon & Senir, ita etiam Amana eſt pars Libani montis, è quâ oritur flu. ejuſdem nominis; qui b & m. permutatis, etiam *Abana* dicitur in Ebræo textu. 2 Reg. 5. 12. Sed Chaldæus interpres habet *Amana.* Interim verò tam Ciliciæ mons *Amanus*, quam Libani pars *Amana*, à firmitate nomen habet. Id enim Ebræis eſt אמנה *amana*, ac proinde Lucano *durus* dicitur. Nam quod Amanum dici volunt, quia Oreſtes ἐν τῷ τότῳ ὄρει τ' μανίας ἔλυσεν ἔυρε, ridiculum eſt, inquit Vir magnus de Phœn. Colon. lib. 1. cap. 5.

Amanicæ Pylæ, vel *Portæ* Ptolemæo, quæ Curtio & Straboni *Amanides*, Polybio *Menidæ* ſunt ſine A. Plinius *Portas Amani montis* vocat, hoc eſt, anguſtias, ſive fauces ejuſdem. *Stretto di Scanderona* Ramuſio. *Portella* Mario Nigro. *Syriæ Portæ* ſunt eædem Ptolemæo, aut non longe abhinc diſtantes. *Cilicias Portas* Plinius quoque hoc tractu deſcribit.

Amanoides, Ciliciæ promontorium Pomponio, lib. 1. cap. 13. ſic dictum, quòd formam effigiemque Amani circumnavigantibus exhibeat. Hæc eſt Hermolai Barbari conjectura (inquit Voſſius ad locum iſtum) cùm prius legeretur *Aminodes.* Multis tamen de cauſis non poteſt hæc lectio probari, cùm nulla prorſus ratio fingi poſſit, cur promontorium aliquod Amano magis ſimile eſſe dicatur, quàm alteri monti. Præterea mons iſte non eſt Amano ſimilis, ſed Amanus ipſe. Amanus enim vocatur ea etiam Tauri pars quæ Ciliciam à Cataoniâ dividit. Duobus verò diverſis jugis in mare excurrit, totumque ſinum Iſſicum amplectitur, ut inquit Strabo. Altero quidem jugo Syrias & Amanidas Portas efficit, alio verò Cilicias Portas, & hoc, cujus hic Mela meminit, promontorium. Sed uſus obtinuit, ut ſolæ illæ Portæ, quæ Syriæ Portis vicinæ ſunt & Iſſo urbi, dicantur Amanides, cùm tamen quatuor Amani Portas veteres recenſeant. Itaque non *Amanoides*, ſed vel *Amani*, vel *Amanidum* iſtud promontorium appellaſſet Mela. Sed profectò, quod ſemper fere, id ipſum quoque hic locum habere puto, ut lectio veterum librorum, aut ſaltem quæ ei proxima eſt, eadem quoque ſit veriſſima. Legendum enim *Ammodes*, Ἄκεσν Ἀμμώδης Græci vocarunt, cujus nominis promontoria etiam alibi terrarum occurrunt.

Amantia, urbs Pannon. inf. epiſc. ſub Arch. Colocenſi, inde ſupra 16. m. p. fere med. inter Albam regalem & Taurunum 15. à Budâ in auſt. Pop. *Amanteni* Ptol. *Amantes* Plinio. Poſtea Quinque *Eccleſiæ*, *Funfkirchen* Lazio, Al. vero *Almaz*, op. inter Budam & Altinum ad Danub. à Budâ 8. Leuc. eſſe videtur. Al. eſt *Melach*, op. ejuſdem tractus ad Danub. inter Batham, & Valcovariam, à Batha 2. Leuc.

Amantia, *l' Amanthea*, urbs Italiæ in orâ maris Tyrrheni, juxta flu. Olivam, à Tropæâ 35. m. p. in Bor. à Martorano 12. tantum.

Amantia, op. Macedon. marit. in ora occid. apud Celydii flu. oſtia, inter Aulonem & Oricum op. Epiri, nunc *Porto Raguſeo* Acroceraunïis M. vicinum. Item op. Lotharingiæ, *Amane* à Nancæo 2. Leuc. in ort.

Amanum, port. & op. Hiſp. in ora lit. Autrigonum in Cantabris, à Flaviobriga 15. Leuc. in ort. à Placentia 2. in Bor. Vulgò *Bermeo*, al. Portugalette in orâ Biſcaiæ.

Amanus, vide *Amana.*

Amara, mons excelſus Æthiopiæ cum reg. cogn. & urbe. Ibi ſervantur filii & conſanguinei Regis Abyſſinorum in cuſtodia, quo defuncto, imperii ſucceſſor educitur, eſtque juxta regna *Bagamidri* & *Beleguanze.* Scribitur etiam *Amahara.*

Amaranthus, *Amarante*, op. Luſit. inter Lamicum & Bracaram, à quâ 8. Leuc. abeſt in ort. 24. a. à Brigantiâ in occ.

Amardi, pop. Aſiæ, ad mare Hyrcanum, inter Bachianos & Sogdianos, apud Oxum flu. Vide *Mardi.*

Amaſenus. Vide *Amenanus.*

Amaſia, *Marpurg*, urbs & Academia Haſſiæ in Germ. med. inter Francofurtum & Caſſellam, utrinque 9. Leuc. diſtans. long. 30. 35. lat. 50. 43. Item urbs Friſiæ orient. Vide *Embda. Amaſia*, urbs Ponti, Strabonis patria, dicente ipſo l. 12. ubi de Amaſia: ἡ δ' ἡμέτερα πόλις κεῖται μὲν ἐν φάραγγι βαθείᾳ καὶ μεγάλῃ, δι' ἧς ὁ Ἶρις φέρεται πόταμος. Addit eam mirum in modum apparatum eſſe cum providentia hominum, tum naturâ loci. long. 65. 25. lat. 43. 20.

Amaſius, Ptol. *Amiſius* Plin. *Amaſia* Strab. vulgò *Ems*, flu. ex præcipuis Germaniæ; oritur in Weſtfaliâ in Diœceſi Paderbornenſi apud vicum *Ramſel*, & Com. Ritbergenſem, cadit v. in Oceanum Germ. ad Embdam urbem.

Amaſtris, urbs Paphlagoniæ, in orâ maris Euxini, quæ & *Amaſtrum*, ex quatuor urbibus, ſeu pagis proximis, Seſamo, Cytoro, Cromnâ ac Teio, magnam in urbem crevit, media fere inter Teium, & Cytorum, Cromnæ propior, ab Heracleâ Ponticâ 68. m. p. in ort. diſtans. Ejus meminit Catullus.

Amaſtris Pontica, & Cytore buxifer.

Val. Flaccus lib. 6.

——Peditem pedes haurit Amaſtris.

Ita vulgò, & apud Ferrarium. Sed legendum,

——Peditem pedes haurit Amaſtrum.

Et eſt viri nomen proprium v. 554. Hodie Amaſtris *Famaſtro*, vel *Samaſtro* dicitur. Hinc *Amaſtriacus.* Ovid. in Ibin.

Aut ut Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris
Nudus Achilleâ deſtituaris humo.

Long. 60. 43. lat. 44. 25.

Amathus, *thuntis*, Cypri urbs, Veneri ſacra, unde tota inſula *Amathuſia* dicta, ut eſt apud Ptol. Virg. Æn. 10.

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliæque domus.——

Ab aquis calidis vocabulum ſumpſit, quod aquarum vapor Syro ſermone *Amathus* dicitur. Egeſippus de exc. Hieroſol. *Amathus* a. (inquit Bochartus) etiam Phœnices habuit conditores, vel ex familiâ חמת *Amath*, filii Chanaan, vel ex Sinæis, ſi Jonathani credimus, qui Gen. 10. 17. pro Sinæis habet אנחוסאי *Anthuſæ*, i. e. *Amathuſios*, ut Hieroſolymitanus כפרוסאי *Caproſæ*, i. e. *Cyprios.* Utut ſit, *Amathuſios* pro Phœnicibus eſſe habitos, etiamex Theopompo ſcimus, quem, Hiſtoriarum libro 12. narraſſe teſtatur Photius πνα τρόπον Ἕλληνες οἱ ζὺν Ἀγαμέμνονι τ' Κύπρον κατέχον, ἀπελάσαντες τοὺς μὴ Κινύρε, ὧν εἰσὶν ἀπόλιποι Ἀμαθήσιοι. i. e. *quomodo Græci, qui cum Agamemnone* (ad Trojam militaverant) *Cyprum obtinuerint, iis ejectis qui cum Cinyrâ erant*; (id eſt, Phœnicibus) *è quibus reliqui ſunt Amathuſii.* Porro Amathunte pro Deo colebatur Adonis, quem cum Ægyptio Oſiride nonnulli confundentes, Adonim Oſiridem appellabant. Hinc Stephanus, Ἀμαθοῦς πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη, ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὀσιρις, ἐτιμᾶτο, ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιῆνται. Hæc tam vera ſunt, quam quod ſequitur; vel ab *Amathone*, Herculis filiâ, dici *Amathuntem*, vel ab *Amathusâ* matre Cynaræ. Incolas hujus urbis ira Veneris, propter hoſpites immolatos, mutavit in cornutos boves.

——Unde etiam nomen traxere Ceraſtæ,

Si Ovidio credimus. Met. 10. Metallis eam abundare teſtis eſt idem Ovidius.

Piſcoſamq; Cnidon, gravidamque Amathunta metallis.

Inde *Amathunteus.* Idem Ovidius.

——Maſtatus crederet illic
Lactantes vitulos, Amathunteaſque bidentes.

Ubi alia exemplaria habent *Amathuſiacas.* long. 65. 45. lat. 35. 00. Item *Amathus.* Laconiæ opidum.

Ambaſia, *Amboiſe*, op. Gall. Celt. in Turonenſi provinc. ad Ligeris ripam, inter Bleſas 10. & Turones 8. Leuc. diſſitum. Propter ſummam loci amœnitatem eſt Francorum Regum Baſilica. long. 21. 20. lat. 47. 33.

Ambarri, pop. Gall. Celt. quorum reg. teſte Vigenereo eſt. *Charlois* in Burgundia, inter Matiſconam & Burbonium. Al. *Le pays à l'entour de Nevers.*

Ambenus, Sarm. Europ. mons, apud Tyram flu. & Ophiuſam in ora maris Euxini. Val. Flac. lib. 6.

——linquitur & mons
Ambenus, & gelidis pollens Ophiuſa venenis.

Amberga, urbs Germ. Palatinatus ſup. caput, 7. Leuc. à Ratiſponâ, & 8. à Norimberga, in dition. Ducis Bavariæ.

Ambianum, *Amiens*, urbs Picardiæ præcipua; ſic dicta

ab *ambientibus aquis*, quibus undique circumdatur. Pop. *Ambiani*, sive *Ambienses*, quos Plin. cum Bellovacis conjungit 4. 17. Alias Samarobriva dicta fuit. Distat. 10. Leuc. ab Abba villâ in Eur. & 11. à Perona in occ.

Ambibareti, pop. Gall. Celt. ubi fuerint non constat; sed Helvii fuere, ubi hodie Vivariensis prov. *le Vivarais* dicta.

Ambibarii, pop. fuere Gall. Celt. ubi postea Abrincatui pop. *le Dioceſe d'Auranches*, in Normannia.

Ambidrani, pop. Norici, ubi nunc pars Orient. Stiriæ in Germ.

Ambiliates, pop. Gall. Celt. quorum op. hodie *Lamballe* in Britannia min. à Rhedonibus 15. Leuc. in Bor. inter Briocum, & Jugonum.

Ambisontii, pop. Norici, ubi nunc Carinthia prov. Germ. ad Dravum flu.

Ambivareti, pop. Gall. Celt. qui Brabantini à nonnullis putantur, præsertim in eo tractu ubi nunc Antuerpia. Ortelius.

Amblada, urbs Pisidiæ. Inde *vinum Ambladense* Straboni l. 12. quod πρὸς διάπτας ἁπαντῶν ἄριστον vocat.

Amboglanna, op. Angliæ, ubi nunc Cambecum, *Cambus* apud Gloceſtriam Brit' olium versus. Verùm Camdenus putat esse *Ambleſide* in Com. Westmariæ.

Amboina, inf. maris Indici in Asiâ, Hollandorum in Anglos crudelitate plusquam Barbaricâ infamis, non procul à Moluccis, parva, sed dives aromatum felici proventu, & fertilis. Detecta fuit à Lusitanis 1515. sedetque ad merid. insulæ *Ceram*.

Ambra, Vindeliciæ urbs, *Brag* Simlero ad lacum ejusdem nominis ex quo *Ambra* flu. ejusdem nominis exit.

Ambracia, civitas nobilis Thesprotiæ, Epiri, juxta Acherontem flu. ab *Ambraceo* Thesproti filio dicta, prius *Epuia*, & *Paralia*, *Larta* vulgo vel *Ambrachia*, long. 46. 40. lat. 39. 29. Pyrrhi regia fuit, quam Augustus Nicopolin, à victoriâ nominavit, cùm vicisset Antonium. Inde *Ambraciota*, sive *Ambraciteos*, incola, & *Ambracius sinus*, pars Adriatici maris Epiro adjacens. Mela lib. 2. cap. 3. *In Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est. Facit sinus, qui angustis faucibus, & quæ minus mille passibus pateant, grande pelagus admittunt.* Plinius hoc spatium tribuit, non ostio sinûs Ambracii, sed faucibus sinûs Corinthiaci. Itaque Pintianus omnia hæc verba alio transposuit, cùm & ex Strabone & Polybio manifestum sit, fauces sinûs Ambracii plus 4. minus v. 5. stadiis patere. Sed Mela antiquiores fere secutus est authores. Fieri v. potuit, ut cornua istius ostii utrinque pene concurrentia, curâ regum Epiroticorum excreverint, fretumque anguſtarint. Quod si quis existimet potius erraſſe hic Melam, & hoc quoque per me licet. Longè certè ignoscibilior est hic error, quàm is quem committit Strabo, cùm dicit ambitum sinûs Ambracii esse 300 stadiorum. Polybius enim certissimus testis, prodit tantam esse longitudinem ejus, latitudinem v. stadiorum 100. Polybium secutus esse videtur Plinius, cujus verba, ope libri veteris, ita sunt restituenda. *Ambracius sinus* DCC *passuum faucibus, longitudinis* XXXVIII *millia passuum, latitudinis* XII *millia.* Nisi itaque nos fallat lectio vulgata, quod tamen vix puto, valde exiguum fecit hunc sinum Strabo, quod optimè colligere possunt, qui non sunt planè ἀγεωμέτρητοι. Vossius.

Ambrones, gentes Galliæ, quæ subitâ inundatione maris quum sedes suas amisissent, rapinis se alere cœperunt. Hinc factum est, ut turpis vitæ homines *Ambrones* dicerentur. Festus & Erasmus in Chil.

Ambrosii vicus, seu Ambresburia, op. Angliæ, ad Avennam flu. in Wiltonia Com. 5. m. p. a Salisburia.

Ambrosii mons, seu potius campus, vulgò *Stonehenge*, locus Angl. in Com. Wiltoniæ vix 2. m. p. ab Ambresburia, ubi vetustum monumentum ab Aurelio Ambrosio Britan. rege positum, quorum magnates, regnante Vortigero, an. 475. Saxonum dolo illic cæsi sunt & humati; in quarum mem. Aurelius ille trophæum istud erigi curavit formâ & magnitud. mirandum; cujus materiam præbent saxa quædam ingentia quæ 28. pedes & supra longitudine, latitudine v. 10. colligunt. Eorum jam multa vetustate conciderunt, quæ v. hodie extant, spatium in circuitu 300. pedum continent. Historiam ejus post *Ignatium Jones*, scripsit *Gualterus Charleton*, M. D.

Amenanus, Siciliæ flu. ad Ætnam mont. Strab. qui hodie *Indicello* dicitur Fazello. *Amelianus* Stephani videtur in *Catane*, sed tu lege Ἀμήσανον, ac obiter emenda Ovidium Met. lib. 15.

Nec non Sicanias volvens Amaſenus arenas
Nunc fluit; interdum ſuppreſſis fontibus aret.

Scribe *Amenanos*; & ne dubites, Strabonem audi de hâc ipsâ re & fluvio loquentem, lib. 5. Καθάπερ περὶ τὸν Ἀμήνανον συμβαίνειν φασὶ διὰ Κατάνης ῥέοντος, ἐκλείπειν δὲ ὅτε πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖν. Apud eundem Ovidium Fast. lib. 4. ubi

——Amiſenaque flumina curſu
Præterit,——legas, scribe *Amenanaque*, &c.

Emendationes istas Fulvio Ursino primùm debes, lector, deinde Philippo Cluverio, novissime Nicolao Heinsio.

Ameria, civitas Umbriæ, ante Persicum bellum annis nongentis septuaginta quatuor condita, teste Catone apud Plin. 3. 14. Unde *Amerina retinacula* pro viminibus. Virg. Geograph. 1.

Atque Amerina, parant lentæ retinacula viti.

Stephanus Ἀμέρειον vocat. Conditorem nescio cujus nationis, aut conditionis hominem, indicavit Festus his verbis. *Ameria, urbs in Umbriâ, ab Amerio sic adpellata.* Fuisse municipium Romanorum testantur vett. Inscriptiones. Hinc Tullius Orat. pro Sextò Roscio, ubi crebrò nominat *Ameriam, municipem Amerinum* vocat Roscii patrem. Coloniam paulo post Augusti jussu eò deductam ait Frontinus lib. de Coloniis. *Ager*, inquit, *Amerinus, lege Imperatoris Augusti est adsignatus veteranis. Amerina salix* à Plinio & aliis plurimùm commendatur, ubertim n. ibi provenit, quæ substrata toris, Venerem cohibere creditur, amica castitati. Unde Ἄγνος salix à vett. dicta. Hinc *Amerina*, genus pyrorum. Stat. lib. 1. Silv. ult.

Et maſſis Amerina non peruſtis.

Plinius inter seriissima pyrorum genera numerat, quem vide lib. 15. cap. 15. long. 35. 40. lat. 42. 23.

America, quæ ob immensam suam longitudinem (Circulum n. utrumque, Arcticum, & Antarcticum pertingit, & transit) Novus orbis hodie vocatur, veteribus incognita mansit usque ad An. Dom 1492. quo primùm à Christophoro Columbo Genuensi, & Americo Vespusio Florentino detecta est, quod humanæ admirationis modum excedere videtur. Consideratâ namque cùm antiquorum in describendo orbe terrarum diligentiâ, & amplissimorum Imperiorum ad perquirendas regiones commoditate, opportunitateque, tùm humani generis dirâ atque insatiabili auro atque argento inhiante cupidine nihil non tentante, quibus hæ regiones incredibili copiâ abundant, tam diu potuisse orbi nostro latere, homines docti non semel mirati sunt. Totâ a. hæc pars hodiè circumnavigata est. A Sept. in Merid. descendit sub formâ duarum peninsularum, quæ tenui Isthmo discernuntur. Ea peninsula quæ Septentrionalior est, Novam Hispaniam, Mexicanam provinciam, Terram Floridam, & Novam comprehendit. Meridionalior v. (quæ Terra Firma Hispanis vocatur) Peruviam, Brasiliamque continet. Ortel. Franciscus Lopez Gomara, & Hieron. Girava Tarraconensis ejus provincias & partes, unà cum variarum gentium in eis habitantium moribus descripserunt. Extant etiam in Hispanicâ, ac Italicâ & Anglicâ linguâ non pauci alii scriptores, qui hujus orbis situm, solum, fertilitatem, & statum exactè depingunt. Regio patet in longitudinem 750. mill. Germanica, in latitudinem verò 525. Cæterùm de Gentium Americanarum origine Disquisitionem scripsit Vir πολυμαθέστατος Hugo Grotius, ad quam notas & observationes edidit Joannes de Laët Antwerpianus.

Ameſtratus, op. Siciliæ, circa Halesum amnem, binomium. Ad prius nomen pertinent Philisti Μυτίστρατα, Polybii Μυτίστρατον, Zonaræ Μυτίστρατον, & Plinii *Mutiſtratini*. Ad posterius Silii *Amaſtra*, Apollodori Ἀμήστρατος, & Ciceronis *Ameſtratini*, Stephanus ridiculè describsit περὶ Καρχηδόνα, *circa Cathaginem*, idque tanquam ex Polybio, cum & ille, & alii omnes Siciliæ adscribant. Itaque non fuit circa Carthaginem, sed Carthaginensium in Sicilia opidum munitissimum, quod Romani per 7 menses fruſtra obsessum, nec sine magnis cladibus, tertiâ tandem obsidione ceperunt, & solo æquarunt, civibus quotquot superarant, sub coronâ venditis. Diodorus lib. 23. Nomen non intelligo satis (inquit Bochartus) nisi quòd à templo Astartes Punicæ Deæ dictum fuisse suspicor. מת־עשתרתא *mat-Aſtrata*, & עם־עשתרתא *am-aſtrata*, i. e. *urbem*, vel *populum Aſtartes*.

Amida, quæ Ptolemæo *Ammæa*, Mesopotamiæ ad Tigrim opidum, à Sapore Persarum rege ingenti exercitu obsessum, captumque, cæsis Romanis. Amm. Marcel. lib. 19. A Constantino Imp. instauratum fuit. Hìc Præfectus Turcarum residet, à quibus *Carahemit* ob nigredinem dicitur, teste Joanne Leunclavio. Long. 78. 15. lat. 39. 30.

Aminea, reg. Campaniæ, pop. *Aminei*, qui sunt ejus agri cultores, qui posteà dictus est Falernus. Unde *Aminea vina* olim dicta sunt Falerna, à reg. nimirum nomen sortita; non, ut Servius somniat, ab eo quod *sine minio* essent, h. e. alba, & ruboris expertia. Macrobius Saturn. 2. 16. *Uvarum ista sunt genera; Aminea, sc. à regione. Nam*

Aminei

Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum eſt. Virgilius tamen videtur Amineam vitem extra Falernum agrum collocare, Georg. 2. his verbis.

Purpureæ, Preciæque, & quo Te carmine dicam
Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Amineæ vites, firmiſſima vina.

Non omittendum hic, aliquos in Virgilio legiſſe *Tamineæ vites.* Vide Scal. in Feſt. Quidam intelligunt genus uvarum quæ auſteræ ſunt. Nam Galenus lib. 6. κατὰ τόπους dixit σταφυλὰς αὐστηρὰς Ἀμιναίας; Quem ſequitur Ætius & Ἀμιναίας τὰς σταφίδας, hoc eſt, *aſtringentes*, explicat. Huc etiam accidit, quod Dioſcorides Aminæas exigit in conficiendo Omphacio. Alciatus vinum hujus generis interpretatur ἄμεινον, quia *optimum.* Notandum quoque duplicem fuiſſe Aminæam, minuſculam, & majorem, quod docent Cato de R. R. cap. 6. & Varro lib. 1. cap. 25. iiſdem verbis. Genus quoddam Aminæ Varro vocat *Scantianum*, quod & Plin. commemorat, lib. 14. cap. 4. Porro fertilitatem Aminæ celebrat ex Varrone Auctor Geoponicωn, lib. 5. Heſychius Ἀμναῖον, δι' ἑνὸς ν, τὸ οἶνον λέγει. ἢ δὲ Πευκετία, Ἀμναία λέγεται.

Amiſus, Amiſum Plinio. *Simiſo* incolis, & *Amid*, ſive *Hemid* Turcis, teſte Leunclavio, urbs archiep. Paphlagoniæ maritima, à Sinope 175. m. p. in ort. Trapezuntem verſus, in reg. Chalybum primaria, a Byzantio 500. m. p. in ort. media inter Sinopen & Themiſcyram ad ort. vergentem. long. 65. 50. lat. 44. 15.

Amiternum, Italiæ opidum, Paulo Diacono *Amiternus*, Dionyſio Halicarnaſſenſi, lib. 2. fœm. gen. Ἀμιτέρνα. Inde opidani *Amiternini*, Virgilius a. & Silius Italicus, metri causà dixere *Amiternam cohortem*, ut & Martialis *Amiternum agrum*, lib. 13. ep. 20. Strabo lib. 5. Πόλεις δ' ἔχουσιν οὐ Σαβῖνοι ὀλίγας, καὶ τεταπεινωμένας διὰ τοὺ Ῥωμαίους πολέμους, Ἀμίτερνον καὶ Ῥέατον. Non procul ab *Aterni* fonte ſitum fuiſſe hoc opidum ex Varrone de L. L. lib. 4. diſcimus. *Amnis*, inquit, *id flumen eſt, quod circuit aliquid, nam ab ambitu amnis. Ab hoc, qui circa Alternum habitant flumen, Amiternini adpellati.* Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 37. 10. lat. 42. 24.

Amniſus, portus Cnoſſi, in ora Cretæ Boreali, cum flu. cogn. de quo Callimachus, Apollonius & Suidas. *Picorna* Nigro, unde nymphæ *Amniſiades*, & *Amniſides* Steph.

Amnitæ, pop. de quibus, ſive potius eorum uxoribus Dionyſ. ver. 570. poſtquam egit de inſ. *Britannicis.*

Ἀσχὴ δ' νησιάδων ἑτέρῳ πόρῳ, ἔνθα γυναῖκες
Ἀνδρῶν ἀντιόωσιν ἀγαυῶν Ἀμνιτάων
Ὀργύμυιαι τελέθουσι κατὰ νόμον ἱερὸν Βάκχου,
Στεμφύλοις κισσοῖο μεμαμυῖαι κορύμβοις
Ἐννύχιαι παταγῇσι λαγυδρόῳ ὄρνυται ὠκύ.

Ammon, vel *Hammon*, *Ammonis templum*, & *Oraculum.* Plinio, Diod. & Solino, urbs Libyæ infer. in Cyrenaicæ reg. confin. apud Garamantes, hodie *Canzaron di Mahoma.* Vide part. 2. hujus operis.

Amorbachium, *Amorbach*, urbs Franconiæ, in dition. Electoris *Moguntini* 17. Leuc. ab Aſciburgio in merid. 3. a. à Vertheimo in occ. in Ottonis ſylva.

Amorgos, inſula una ex iis quas plerique Sporadas, Stephanus v. & Euſtathius Cycladas eſſe ſtatuunt. Sunt qui *Amorgon* inſulam, ex quâ ἀμόργη purpuræ genus, & ἀμόργινα ἱμάτια, per literarum inverſionem fieri volunt ex Ebræo ארגמן *argaman*, quo purpuram ſignificari nemo eſt qui neſciat. Favet huic conjecturæ quòd ab Etymologo in voce, Ἀπομύξαι, Ἀμόργινα ἱμάτια reddantur τὰ πορφυρᾶ, & ἀμόργη εἶδος, βοτάνης πορφυρᾶς. Sed & in Euſtathio ἀμόργη eſt πορφύρα καὶ γλάυκιον. Et id Stephano ἀμόργινος χιτὼν, χρώματος ἰδιον. Et in Suidâ ἀμόργεια, χρώματος εἶδος ἀπὸ νήσου Ἀμοργοῦ. Aliis tamen placet *veſtes Amorginas* à materiâ dici, quia ἀμοργὶς aliquid eſt byſſo ſimile vel carpaſo, in veſtium uſum olim adhibitum. Suidas: ἀμόργινον, ὅμοιον βύσσῳ, καὶ πολυτελές, *Amorginum byſſo ſimile & precioſum.* Item: ὅτι ἡ ἀμοργὶς ὅμοιον ἀλεπίσῳ λίνῳ. Πεειλεπίζουσι αὐτὸ, καὶ ἐργάζονται. Ἐστὶ δὲ Ῥόδος λεπτὸν κατὰ τὸ βύσσον, ἢ τὸ κάρπασον. *Amorgis a. eſt quid ſimile lino decorticato, quod decorticant, & elaborant, eſtque id tenuiſſimum ſupra byſſum, aut carpaſum.* Etymologus: Ἀμοργὶς ἡ τῆς καλαμῆς τὸ ἀνθάλης τὸ λεπτότατον μόριον, ὅθεν ἀμόργη. *Amorgis in lini calamo eſt pappi vel lanuginis pars tenuiſſima, ex quâ fit amorge.* In eadem ſententia ſunt Heſychius, Julius Pollux, Harpocration, Lexici Attici author Pauſanias, Phavorinus, alii. Atque id verum eſſe ſuadet quod in Æſchine ἀμόργινα, & ἔργα λεπτὰ ſunt ſynonyma. Γυναῖκα, inquit, κατέλιπεν ἀμόργινα ὑπεραμβάλλω ἐργαζομένην, καὶ ἔργα λεπτὰ εἰς ἀγορὰν ἐμφέρουσ, *mulierem reliquit, quæ amorgina perite elaborabat, & opera tenuia deferebat in forum.* Nec minus lucis in Ariſtophanis loco ex Lyſiſtratâ, in quo mulierem tædet τοῦ ἀμοργίδος λῷον ὅτι κατέλιπε, *amorgidis quam domi reliquit nondum decorticatam.* Vide Salmaſium in Plin. Exerc. pag. 1125. Omnino igitur ἀμοργὶς, vel ἄμοργος eſt lini genus in Amorgo inſulâ naſci, aut elaborari ſolitum. Julius Pollux: τὰ δὲ Ἀμόργινα χίγνεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμόργῳ, λίνα δ' ὧν καὶ ταῦτα ἔνιοι λέγουσιν, *Amorgina a. optima in Amorgo fieri dicunt, eaque etiam eſſe linea.* Tamen amorgen pro purpurâ, & amorgina pro purpureis ideo ſumi ſuſpicor, quia colore purpureo plerumque imbuebantur. Interim *Amorgon* à Phœnicibus appellatam eſſe crediderim (inquit Bochartus ὁ μέγας) אם אורגין *emoregin*, matrem textorum, vel inſulam אום *om* aut עם אורגין *am-oregin* generis textorum, aut etiam הם אורגין *ham-oregin* copiæ textorum; voce הם *ham* ex חמון *hamon* contractâ, ut in אברהם *Abraham.* Hodie *Murgo* vel *Amurgo* dicitur.

Amorrhæi, pop. Palæſtinæ, Lat. *amari, rebelles*, ſive *loquaces.* Hi Judææ montanis inſederant; ſed plerique Jordanem tranſgreſſi bellum intulere Moabitis & Ammonitis, & occupaverunt Baſan, & Heſhbon, & quicquid terrarum eſt inter fluvios Jabboc & Arnon: in cujus victoriæ memoriam Poeta Chananæus ſcripſit carmen ἐπινίκιον, quod Moſes libris ſuis inſerere dignatus eſt. Num. 21. verſ. 27.

Ampelos, inſ. ſeu potius promont. Sami. Strab. ſed & juga omnia, quæ faciunt Samum montoſam eodem nom. vocantur. Item civit. Cretæ in ora auſtr. inter Hierapytnam & Itanum. Ampela Villanovano. Item Macedon. op. Plin. & urbs Liguriæ. Steph. *Ampeluſia*, vide *Cotes.*

Amphaxis, op. Macedoniæ, in ora ſin. Strymonici, inter Arethuſam & Stagiram, unde reg. *Amphaxitis*; & pop. *Amphaxitæ* intus ad Axium flu. incolentes.

Amphigenia, urbs Meſſeniæ. Hom. in Catalog.

Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον.

Stat. 4. Theb. ——— *quos fertilis Amphigenia*
Planáque Meſſene, montanáque nutrit Ithome.

Amphilochia, urbs Callaicorum in Hiſp. Tar. ad Minium flu. inter Tydem & Lucum, *Orenſe* Marianæ.

Amphimalia, *Suda*, Sophiano, op. Cretæ in ora Bor. verſus occid. ubi ſin. Amphimalus, inter Phitymnam ad ort. & Drepanum prom. ad occ.

Amphipolis, Græcis *Chriſtopolis*, Turcis *Emboli*, urbs Macedon. in Thraciæ confin. juxta Philippos ad oram litor. ſic dict. διὰ τὸ περίρρουον τὸ Στρύμονος, teſte Thucyd. lib. 4. Steph. cui olim *Myricam* dictam fuiſſe, & *Eiona.* Κρηδεμνα quoque & Ἀναδέσμος eidem dicitur. Vocabatur etiam *urbs Martis*, & *Novem viæ*, teſte Suida, qui eam in Thraciâ ponit. Lon. 50. Lat. 41. 30. Eſt etiam Syriæ civit. juxta Euphratem, à Seleuco condita, & à Syris *Turmeda* dicta, teſte Steph.

Amphiſa & *Amphiſſa*, vulgò *la Rocella*, teſte Barrio, op. M. Græciæ in ora Calabriæ ulter. inter Locros & Caulonam 8. m. p. apud oſt. Sagræ flu. Ovid. Met. 15.

Linquit Iapygiam, levibuſque Amphiſſia remis
Saxa fugit.

Amphiſſa, *Lambina* Nigro, *Anfiſa* aliis, op. Phocidis ad flu. cogn. ſeu in fin. Locrorum Ozolorum apud Ptol. juxta oram ſinûs Criſſæi, à Delphis 60. ſtad. ad merid. Luc. lib. 2.

Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cyrrha
Parnaſſuſque jugo miſit deſertus utroque.

Pop. *Amphiſſæi*, qui Delphicum templum diripuerunt, teſte Demoſth. pro Cteſiph. Lon. 47. 40. Lat. 37. 50.

Amphryſus Theſſaliæ, vel Magneſiæ flu. juxta quem Apollo pavit armenta regis Admeti. Virg. Geo. 3.

——— *Te memorande canemus*
Paſtor ab Amphryſo.

Ovid. Met. 2.

Apidanuſque ſenex, leniſque Amphryſus & Æas.

Lucan. lib. 6.

——— *Et flumine puro*
Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.

Hinc *Amphryſiacus.* Statius:

Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi.

Alius eſt ejuſdem nom. in Phrygia, mulieres ſteriles reddens. Plin. 32. 2. Eſt etiam urbs Phocidis. Steph. *Amphryſia Vates* apud Virg. ponitur pro Sibyllâ.

Ampſaga, *Suf Gemar* Marmolio, flu. Africæ, Cirtam urb. alluens. Ejus oſt. diſtant 118. m. p. âb Algeriâ.

Ampſalis, urbs Sarm. Aſiat. litor. *Albaſequia* Moletio.

Amſanctus, locus in medio Italiæ apud Hirpinos, ſulfureas habens aquas; quæ quòd undique ſylvis, anguſtiiſque clauſæ ſint, tam peſtilentem emittunt odorem, ut propius accedentes necentur. Hinc factus locus fabulæ. *In Amſancti vallibus Inferorum ſpiraculum eſſe.* Cic. 1. de Divin. *Quid enim? non videmus quàm ſint varia terrarum genera; ex*

quibus & mortifera pars quædam est, ut Amsancti in Hirpinis, & in Asiâ Plutonia, quæ vidimus. Virgil. Æn. 7.

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & famâ multis memoratus in oris,
Amsancti valles; densis hunc frondibus atrum
Urget utrinque latus nemoris, medioque fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens.

Claud. de R. Prof. lib. 2.

Tunc & pestiferi pacatum limen Averni
Innocuæ transistis aves, flatumque repressit
Amsanctus———

Plin. 2. 93. *Alii Charonæas scrobes mortiferum spiritum exhalantes. Item in Hirpinis Amsancti ad Mephitis ædem lacum, quem qui intravere moriuntur.* Hinc Sidonius explicandus lib. 3. ep. 13. ubi lepidè cujusdam nasum taxans, ait; *Nares circumsedentium ventilata duplicis Amsancti peste funestat.* i. e. duo nasi foramina referunt Amsanctum & Mephitim.

Amstelodamum, Amsterdam, urbs nova, Hollandiæ præcipua, & Emporium toto orbe ferè celeberrimum. 100. abhinc annis in tantam amplitudinem, & opum abundantiam excrevit, ut inter primarias Europæ civit. facile censeatur. Distat 7. leuc. à Lugd. Bat. & totidem ab Ultrajecto. Nomen habet ab amne *Amstela*, qui ibi in æstuarium *het Y* se exonerat. Capta fuit à Batavis sub Gul. Nassovio an. 1578. post longam obsidionem, vixque 2 mill. Germ. à mari Austrino distat. Formâ est oblongâ & ferè triangulari, Venetiarum instar marinis aquis circumluitur; loci ratione inexpugnabilis; maximis navigiis frequens est, quæ Anglicis, Hispanicis, &c. mercibus onusta, maximo numero intra civitatis mœnia recipi, exonerarique possunt. Pollentes opibus cives habet, adeo ut licet 300 quandoque navium classis uno eodemque tempore appellat, ingentis pretii merces conferens, earum tamen omnium promptissimi hic inveniantur emptores, qui statim, vel numeratâ pecuniâ, vel aliarum mercium permutatione, omnia externarum navium bona comparent, ut, vel sexto etiam die, itineri se rursus committere queant. In domestici supellectilis nitore, cùm universæ Hollandiæ, cùm huic imprimis civitati palma debetur. Omnia ejus ædificia maximis alni lignis innituntur, ut plus sumptuum in fundamenti collocationem, quàm superioris ædificii constructionem impendatur. Lanificio etiam claret; vulgò *Amsterdam*. long. 26. 34. lat. 52. 30.

Amyca, Cœlesyria ab Hebræis עמיקה *Amuca*, à Syris ܥܡܝܩܐ *Amyca*, i. e. *profunda* dicebatur. Unde Ἀμύκης πεδίον Polybio lib. 5. ubi de Oronte fluvio. Τὴν ἀρχὴν τῶ ῥεύματος λαμβάνων ἀπὸ τῆς κοίλης καὶ τῶν Λιβάνου, καὶ τὸ Ἀντιλιβάνου ὄρος, καὶ διανύσας τὸ καλούμενον Ἀμύκης πεδίον, ἐπ' ἀντλιὰ ἀχνεῖ τὴν Ἀπάμειαν.

Amyci Portus, locus in Ponto, Amyco Bebrycum rege interfecto clarus. Plin. 6. 44. Cujus tumulus luuro tegebatur, quam insanam vocabant, quoniam siquid ex eâ decerptum navibus inferretur, jurgia fiebant, donec abjicere tur. Unde Δείρη μανομένη Arriano dicitur. Hodiè *Lamia*, & *Scala marmorea* dici scribit Gyllius in suo Bosphoro.

Amyclæ, urbs Italiæ, inter Cajettam & Tarracinam, à Laconibus Castoris & Pollucis comitibus condita, & Amyclis Laconiæ sic appellata. Cujus cives, cùm secundum Pythagoreorum sectam, ab esu carnium, & animalium cæde abstinerent, serpentesque ex vicinis paludibus natos occidere nefas putarent, ab iisdem sunt interempti. Sed cum frequenter hostium adventus falsò nunciaretur, legibus cautum est, ne quis porrò hanc famam spargeret. Unde postea ex improviso captæ sunt Amyclæ. Hinc Proverbium, *Loqui volo, nam scio Amyclas tacendo periisse.* Unde etiam *Tacitæ* dictæ Virgilio lib. 10.

———*Tacitis regnavit Amyclis.*

Catullus Urbicarius in Pervigilio Veneris, quod alii Petronio adscribunt.

Perdidi Musam tacendo; nec me Phœbus respicit:
Sic Amyclas, cùm tacerent, perdidit silentium.

Silius Italicus lib. 8.

———*Quasque evertere silentia Amyclæ.*

Unde *Amyclas vivere*, pro Amyclarum more silere, Ausonius dixit Professor. carm. 12.

Taciturnè Amyclas qui silendo vixeris.

Amyclæ, Peloponnesi civitas, Castoris & Pollucis patria, una ex iis urbibus, quas olim Lacedæmonii centum tenuere, institutis etiam communibus sacris pro singularum salute, quæ Hecatombas ab earum numero vocabant. Nomen indidit *Amyclas* Lacedæmonis filius, cujus matrem Diomedam Interpres Nicandri nominat. Amyclis autem, ut in totâ fere Laconiâ Apollo colebatur, uti postea docebimus in *Amycleus*. Hæ Amyclæ ab Ovidio vocantur *armiferæ*, de Art. Am. 2. 1.

Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis
Candida cum raptâ conjuge vela dabat.

Item *antiquæ* ab eodem, Met. lib. 8.

Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis.

Item *Ledææ* Statio. 7. Theb.

Parrhasiumque nemus, Ledæasque ibis Amyclas.

Item *tetricæ*, à severâ Pythagoræorum superstitione eidem Sylv. lib. 5.

———*Tetricis Alcman cantatus Amyclis.*

Therapnææ vocantur à Martiali lib. 9.

Ista Therapnæis si forma fuisset Amyclis.

long. 48. 56. lat. 35. 48.

Amyclæus, Apollo sic dictus, propter Amyclas, ubi est templum ei dicatum, opere, divitiisque præcipuum, in loco omni arborum, ac frugum genere refertissimo. Hinc propter arborum pulchrarum copiam Amyclæ Statio *virides* vocantur. Theb. lib. 9.

———*Hunc virides non excipietis Amyclæ.*

Herbas ejus commendat Val. Flaccus lib. 1.

Vectorem pavidæ Castor dum quæreret Helles,
Passus Amyclæâ pinguescere Cyllaron herbâ.

De Apollinis a. fano sunt & hæc Strabonis verba lib. 8. Ὑποπίπτουσι δὲ τῷ Ταϋγέτῳ αἱ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ, καὶ Ἀμύκλαι, ἔνθα τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν. Hinc Amyclæ *Apollineæ* Statio dicuntur, Thebaidos libro quarto.

Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.

Ubi Lactantius, Luctatius, sive Lutatius Scholiastes. *Amyclæ Laconiæ civitas, sacra Apollini.*

Amydon, civitas Macedoniæ, in Pœoniâ regione ad Axium fluvium, unde auxilia missa fuere Trojanis. Hom. Il. 2.

Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους,
Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρυρέοντος,
Ἀξιός, ὃς κάλλιστον ὕδωρ ἐπιδέρκεται αἶαν.

Ubi Schol. Ἀμυδῶν, πόλεως Παιονίας. Ejus meminit Juvenalis Sat. 5.

Hic altâ Sicyone, aut hic Amydone relictâ,
Esquilias, dictumque petunt à Vimine collem.

Amymone, fons & flu. Peloponnesi, per Argiam reg. fluens in Lernam palud. ab *Amymone* Danaï fil. nomen habens. Ovid. Met. 2.

———*quærit Bœotia Dircen,*
Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.

Amyrus, Thessaliæ op. Steph. Item flu. ejusdem, ad Meliboeam urb. Val. Flac. lib. 2. *Intrantemque Amyrum curvas quæsita per oras Æquora Amystis.* Indiæ flu. in Gangem se exonerans, Arrian.

Amytron, Thraciæ urbs Hesychius, Ἀμυδών, πόλις Θρᾴκης. Sed ibi leg. Ἀμυδών, ut rectè notat Palmerius.

Amyzon Cariæ urbs mediter. inter Barygazam & Alabandam urb. vicinas, adhuc durans, *Mezo* Curopalat. long. 57. 00. lat. 38. 55.

Anactoria, civit. Molossorum in Epiro, & inf. quæ postea Miletus dicta est, Plin. 5. 29. *Anactorium* dicitur Plauto, Strab. & Plut. *Vonizza* hodie Laurenbergio. Pop. *Anactorii* Thucydidi. Sil. Ital. lib. 15.

Hinc & Anactoria signa ostentavit in orâ.

Anæa, urbs Cariæ in orâ occiduâ, cont. Samum inf. pop. *Anaitæ* Thucydidi, *Anæi* v. Stephano dicuntur.

Anagnia, civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius sorore Augusti contemptâ, & Cleopatrâ in uxorem ductâ, monetam feriri jussit. Virgil. Æn. 7.

———*Qui roscida rivis*
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.

Silius Ital. lib. 8.

Hernicaque impresso raduntur vomere saxa,
Queis putri pinguis sulcaris Anagnia glebâ.

Idem postea lib. 12. *Surgit suspensa tumenti*
Dorso, frugiferis Cerealis Anagnia glebis.

Strabo lib. 5. πόλιν ἀξιόλογον vocat. Populi *Anagnani*. Livio, lib. 9. & Plinio 3. 5. Diodoro a. lib. 20. Ἀναγνίται. long. 37. 02. lat. 41. 40.

Anagyrus, pars tribûs Erechtheidis, ubi plurima anagyris nascitur (unde nomen loco est) Steph. Et quia frutex iste teterrimè olet, cùm tractatur, adagio locum præbuit, *Anagyrim* sive *Anagyrum commoves*: de eo qui sibi malum procurat. Alii Anagyrum Genium quendam fuisse dicunt, qui propter sacellum suum violatum, omnes incolas vicinos evertit; & inde adagium ortum, ut apud Aristophanem in Lysistratâ legitur, referente Suidâ; qui ait Genium illum, senem quendam, qui lucum suum inciderat, sic ultum fuisse, immisso amore insano in concubitam senis erga filium ejusdem; qui cùm non assentiretur mulieri, ab eâ delatus ad patrem, quòd se voluisset stuprare, à patre præceps è tecto datus est, moxque pater facti pœnitens, laqueo se suspendit, & mulier demum se in puteum præcipitavit.

Anamani,

Anamani, pop. Gall Ciſpad. qui & *Ananes*, in Italiâ incoluere, ubi nunc Duc. Placentinus in Longobardia, ſub dom. Ducis Parmenſis.

Anamaſcia, ſive *Anamatia*, uti legit Lazius, op. *Pannon.* infer. ad Danub. in Hungaria, *Almaz* Simlero, inter Budam 8. & Altinium 5. m. p. diſtans, quod tamen al. *Amantia* eſſe putatur. Al. eſt *Mohacz*, op. ejuſdem reg. inter Batham & Varronianum, proxima op. ad Danubium.

Anandia, prov. Scotiæ meridion. cujus caput Ananum juxta oſt. Anandi flu. 15. m. p. à Carleolo in Circium.

Anaphe, inſula ſponte in mari enata. Plin. 2. 7. Ammianus quoque. *Emerſerunt*, inquit, *Delos, & Hiera, & Anaphe & Rhodus.* Sic dicta ab Argonautis, quia tempeſtate laborantibus intermeſtris Luna ex inſperato illis apparuit. Apollonius Argonaut. lib. 4.

——'Ανάφην δ' ἐ λιασάδα νῆσον
Ἶσον, ὁ δὴ Φοίβοιο μὲν ἀπὸ ζορὸν ἀνέφητε.

Vide Steph. in 'Ανάφη. Ab hâc inſulâ Apollo *Anapheus* cognominatus eſt, in quâ colebatur. Anaphe (inquit Vir magnus) Phœnicium eſt ענפה *anepha*, i. e. *ramoſa & opaca.* Unde Apollonius lib. 4. verſ. 1714.

——τοὶ δ' ἀγλαὸν Ἀπόλλωνα
Ἄλσει ἐνὶ σιερῷ τέμενός, σιόεντά ἑ βωμὸν
Ποίεον. Idem Apollonius Βαὴν νῆσον vocat. Itemque Phavorinus. Βαὴ νῆσος ἡ Ἀνάφη κληθεῖσα, πλησίον Θήρας. Quæ ſunt verba Scholiaſtis. Itaque fallitur Ortelius, qui ea ſic accipit, quaſi Βαὴ eſſet proprium hujus inſulæ nomen. *Baie*, inquit, *eadem vocatur in Phavorini Lexico.* Cur autem Ægletæ Apollini Anaphæi *σὺν τῷ βασμῷ cum deriſione* ſacrificaverint, & *κεχλομένους ἀλλήλους*, h. e. *ſibi invicem convicientes*, ex Canone diſcat, qui volet apud Photium Tmem. 168. Si Hegeſandro credimus, cùm quidam Aſtypalæenſis duas perdices in hanc inſulam immiſiſſet, *τοσοῦτον πλῆθος ἐγένετο, ὡς κινδυνῶδες ἀναστάτους γένεσθαι κατοικήσαντας*, ita Athenæus lib. 9. Hodie *Nanſio* dicitur. Ejus meminit Ovid. Met. 7.

Hinc Anaphen ſibi jungit & Aſtypaleia regna.

Anapauomenos, fons de quo Plin. 2. 103. Sic enim ille. *In Dodone Jovis fons cùm ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoveantur, accendit: idem meridiè ſemper deficit, quâ de causâ Anapauomenon vocant; mox increſcens ad medium noctis exuberat, ab eo rurſus ſenſim deficit.*

Anapias, vel *Anapius*, vide *Amphinomus.*

Anapus, Siciliæ fluvius, juxta Syraco paludem exit. Hodiè accolarum ſimplicitati vulgari vocabulo *Alfeo* dictus. Ejus meminit Theocritus Idyl. 1.

Ὅτ γὰ δὴ πόλαμὸν μέγαν ῥέον εἶχετ' Ἀνάπω.

Ovid. Ponticor. lib. 11. eleg. 10.

Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Silius Italicus lib. 14.

Et Cyanes, & Anapus, & Ortygiæ Arethuſæ.

Ælian. Var. Hiſt. 2. 33. Καὶ οἱ Σικελίᾳ ὄ Συρακόσιοι τὸν Ἄναπον ἀνδεὶ εἴκασαν, τὴν ὃ Κυάνην πηλῷ γυναικὸς εἰκόνι ἐπήμασαν. Situm ejus indicemus ex vetuſtis ſcriptoribus. Thucyd. lib. 6. Καὶ οἱ μὲν Συρακόσιοι ἐξελθόντες παυδημεὶ ἐς τὰ λειμῶνα, ἃ ἔστι τοῦ Ἄναπου πόλαμοῦ, ἐξέπεμπον ὅπλων ἐπωιοῦντο. h. e. *Syracuſani omnem populum, ex urbe in pratum juxta Anapum flumen egreſſum, recenſuerunt.* Pratum iſtud eſt ſupra Syracam paludem, inter Anapum, ſive, ut nunc vocant, Alpheum, & Neapolim. Planiùs Plut. in Dione. Δίων, νυκτὸς ἔτι τοὺς στρατιώτας ἀναστήσας, ἔρχεται τοῦ Ἄναπου ποταμοῦ ἤκων, ἀπέχοντα τῆς πόλεως ςαδίους. In hujus quoque fluminis vocabulo enodando grammatici ineptias ſuas exercuerunt. Sic enim Theocriti Scholiaſtes. Ὁ δὲ Ἄναπος πόλαμὸς ἐν Συρακούσαις τῆς Σικελίας. Ἄναπος ὁ εἰρηνῆ, ὡς ἀνὰ πόσεως ὤν, καὶ βλαχερὸν ἔχων ὕδωρ, ἢ παρὰ τὸ τοῖς ποσὶ μὴ διαβατὸς εἶναι. Quæ cùm falſa ſint, & ἀσύςατα, videant peritiores, annon ab ענב *anab*, i. e. *ab uvâ*, deducatur Anapi nomen? Uvis certè fertiles agros fuiſſe Syracuſanos circa Anapum, vel ex Theocrito colligere eſt, qui cùm in Homero legiſſet terram Cyclopum ferre vinum ἐριζάφυλον, putavit agi de ſolo circa Anapum, quia utrobique par fertilitas. Unde eſt quòd Idyll. 7. Polyphemo ad Anapum metatur ſedes. Verba ſunt.

Ἀεὶ γά πα τῶνον ἃ ποιμήνα τὸν ποκ' Ἀνάπω
Τὸν κερατῆα Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλε.

Anartes, Cæſari, *Anarti* Ptolemæo, populi Daciæ Walachis, & Tranſylvanis finitimi. Marciano v. populi trans Rhenum & Danubium, prope Hercyniam ſylvam Dacis finitimi.

Anas, Hiſp. flu. Straboni, *Ana* Ptolemæo. Hiſpanis *Rio Guadiana* dicitur, ab Arabibus recepto vocabulo, quibus *Guad* fluvium deſignat. Eſt etiam Siciliæ fluvius apud Livium lib 24. quem *Anaſim* vocat. De priori fluvio ſic Bochartus. Anas, inquit, inter Tagum & Bætim medius Luſitaniam à Bæticâ dividit. נוּן *ana* autem Syris eſt *ovis.* Inde dici potuiſſe videbitur Anas fluvius, propter ovium frequentia paſcua in utroque litore. Maximè cùm Bæticæ oves, quam Anas ab Aquilone, & Occaſu alluit, ſint vellere notabiles, teſtante Plinio 8. 48. Itemque Martiale diverſis locis. Sed Anas, ut quidem reor, Punice חנאם *Hanas* dictus eſt. Significatio vocis ex Arabicâ linguâ petenda, quâ חנס *hanaſa* verbum eſt, & ſignificat *ſe ſubducere, ſe proripere, & occultare.* Arabes de Diabolo uſurpant, qui, cùm quis orat, חנס *hanaſa*, i. e. ita ſe ſubducit, ut, finitâ oratione, ſtatim regrediatur. Proinde ab iiſdem Dæmon ipſe חנאס *hanas* vocatur. Et eodem pertinet quod חנוס אלנוגום *hunuſo-hugiumi* ſunt ſyderum occaſus, qui non aliter occidunt, quam in ſpem ortûs ſecuturi. Itaque etiam חנאס *Hanas* appellari potuit amnis, qui in terram ita ſe condit, ut ex eâ rurſus emergat. Plin. 3. 1. *Ortus hic Laminitano agro citerioris Hiſpaniæ, & modo ſe in ſtagna fundens, modo in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur.*

Anaſſus, flu. Carnorum Venetæ ditionis. Plin. 3. 18. *La Piave* Leandro.

Anaſtaſia, vel *Anaſtaſiopolis*, civitas Meſopotamiæ, apud Niſibim, ab eâ 12. m. p. diſtans; ab *Anaſtaſio* Imp. condita; *Daras* prius, teſte Marcellino, & *Daria*, teſte Procopio, dicta. Altera in Galatiâ ſub Archiep. Ancyrano. Tertia in Thraciâ ſub arch. Trajanopolitano.

Anatilia, op. Gall. Narb. in Occitaniâ reg. inter Arelatem & Nemauſum ad 4. leuc. diſſitum, vulgò *S. Gilet*, quod ibi *S.* Ægidius vitam egerit ſolitariam. Lon. 25. 20. Lat. 42. 44.

Anatili, pop. erant Gall. Narb. in illo tractu, ubi nunc pars Provinciæ in ora maritima ad oſt. Rhodani flu.

Anatis, *Zilia* Marianæ, flu. Maurit. Tingit. ad Zelim urb. fluens, ibique mari exceptus.

Anatolia, vide *Aſia minor.*

Anatolicum Thema Conſt. Porphyrogennetæ, pars Aſiæ min. (in quâ Phrygia, Galatiáque ſunt) ſic dict. quòd in ort. vergat. Ἀνατολὴ enim Græcis *ortum* notat.

Anaurus, fluvius Theſſaliæ, oriens in Pelio monte: ſic dictus, quòd ex ſe neque auram, neque nebulam mittat. Lucanus lib. 6.

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues ventos aſpirat Anauros.

Lege *ſuſpirat.* Videtur autem in Lucanum cenſoriâ diſtringi merito virgulâ debere, inquit doctiſſimus Tumebus. Anaurus enim ab eo, ut Theſſaliæ flu. recenſetur, & tamen, quod ſciam, nec Strabo, nec Plinius eum nominat in Theſſaliâ reddendâ. Videtur autem eum in errorem induxiſſe Apollonius Rhodius lib. 1. Argonaut. cujus verſus eſt.

Χειμερίου ῥεέθρα χιὼν διὰ πουλὺν Ἀναύρου.

Sed eo nomine, non perennis, nec jugis fluvius, ſed torrens & hybernus intelligitur, vel ejus interprete auctore, cujus hæc verba ſunt. Ἀναυρον λέγει τὸ χειμαῤῥοῦν, οἱ δὲ ἐξ ὑετῶν συνιςάμενοι πόλαμοὶ ὅτου καλοῦν. Quin & ex eo nomen habere videtur, quod nullas gignat auras. Lucanum tamen inſcitiæ magnis teſtibus abſolvere poſſumus. Callimacho v. g. hymno in Dianam.

Ἀϊὲν ἐδυκολέοντο μελαμφῆδ' Ἀναύρῳ.

Cujus interpres ait. Πόλαμὸς Θεσσαλίας Ἀναυρος. Quin & Heſychius. Ἀναυρος ὄνομα πόλαμος. Coluthus Thebanus etiam circa Trojam *Anaurum* habet.

Κεῖζον δ' ἐδόμησε Πάριες παῖδία μῆλα,
Ποιμαίνων ἐκάτερθεν ὅθι ῥεχθῆσιν Ἀναύρου.

Anazarbus, urbs Ciliciæ ad Pyramum flu. Oppiani Poetæ optimi, & Dioſcoridis rei herbariæ peritiſſimi patria; hodie *Azar* vel *Axar* dicitur, teſte Moletio. Ammianus Marcell. lib. 14. ubi de Cilicia: *Anazarbus, auctoris vocabulum referens. Azarbas* quidem hujus urb. conditor fuiſſe dicitur à Steph. Byzantino: Ἀνάζαρβος πόλις Κιλικίας ἀπὸ Ἀζάρβα τοῦ κτίσαντος. In Suidæ Lexico *Zarbas* nominatur. Hanc prius *Cyindam*, ac deinde *Diocæſaream* appellatam, ait vetus ſcriptor apud eundem Suidam; eâque terræ motu ſubverſâ Nervæ temporibus *Anazarbum*, quendam Senatorem eò miſſum à principe, urbem inſtauraſſe, ac ſuo nomine appellaſſe. Sed hæc futilia ſunt, cum ſatis conſtet Anazarbum ante Nervæ tempora vocatam fuiſſe. Nam & Dioſcorides Ἀναζαρβεὺς indigitatur: & Plin. l 4. ejus urb. mem. *Intus dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæſaraugustani.* Taceo quod *Diocæſaream* ab *Anazarbo* diſtinguit Ptolemæus in Ciliciæ deſcriptione. Duas enim urbes ponit in Cilicia, Διοκαισάρειαν, & Καισάρειαν ἡ πρὸς Ἀνάζαρβῳ. Hæc urbs poſtquam Cilicia in 2. provincias diſciſſa eſt, metropolis Ciliciæ ſecundæ, utì docet Evagrius lib. 4. & Hierocles in

Itinerarii

Itinerarii Comite: ἐπαρχία Κιλικίας δ' στάδιοι ἀπὸ Ἰγμοῦ ρ', πόλεις θ'. Ἀναζάρβα μητρόπολις. *Anazarba* quoque dicitur apud Suidam, & Zonaram in Nicephoro Phocâ ubi Ἀνάζαρζαν habent vulgatæ editiones. Valesius.

Ancalites, pop. Angliæ circa Thamesim flu. *The Hundred of Heuly*. Camdeno.

Anchiale, vel *Anchiale*. Dionysio Ἀγχιάλεια, Ciliciæ civitas. Ejus Ptolemæus non meminit, quam tamen Strabo & Plinius inter Tarsum, & Solos ponunt, exiguo à mari intervallo, unde nomen. Hanc unà cum Tarso, à Sardanapalo rege eodem die conditam fuisse affirmat Aristobulus apud Strabonem, atque ibi monumentum ejus conspici, in quo imago plaudentis, cum hâc inscriptione Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαραξέω παῖς Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρῃ μιῇ. Σὺ δ' ὦ ξένε, ἔσθι, πῖνε, παῖζε, ὡς τ' ἄλλα τὰ τῆς οὐκ ἄξια. Ejus meminit Plin. 5. 27. Ex hâc urbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo sed ab *Anchiale* Japeti filiâ conditam vult, à quâ nomen vicino fluvio, qui Ἀγχιαλεὺς dicebatur.

Anchialus, urbs Thraciæ sita intimo sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul à magnâ Apollonia. *Anchialo* ac *Achelo* hodiè Græcis, teste Sophiano. *Kenkis* v. Turcis, ut ait Leunclavius. Ovid. 1. Trist.

——*Et ab his per Apollinis urbem*
Alta per Anchiali mœnia findat iter.

Long. 54. 45. Lat. 44. 30.

Ancon, vel *Ancona*, urbs totius Piceni celeberrima, in litore Adriatici maris, à Siculis condita, portum habens insigni operâ à Trajano Cæsare constructum. Nomen habet à situ, qui cubiti flexuram refert. Græci enim & cubitum, & locum cubiti modo sinuosam ἀγκῶνα vocant. Plin. 3. 13. *A Siculis condita est colonia Ancona.* Opposita est promontorio Cumero, in ipso flectentis se oræ cubito. Lucan. lib. 2.

Illic Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

Juvenalis Sat. 4.

Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon.

Silius Italicus lib. 8. ubi recenset Picentum opida, fluminaq;

Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco. Long. 37. 16. Lat. 43. 48.

Ancrina, Siciliæ opidum. Ptol. Nomen haud dubiè corruptum ab genuino Ἀγκώεινα, Latinè *Ancyrina*. Vide Cluv. Sic. Ant. pag. 373.

Ancus, Lusitaniæ flu. Saurium op. alluens. *Rio di Soure.*

Ancylium, Siciliæ opidum. Vide Cluver. Sic. Ant. p. 389.

Ancyra, Galatiæ urbs, Magnæ Phrygiæ contermina, ideoque ab aliis Phrygiæ, ab aliis Galatiæ tribuitur. Plin. lib. 5. cap. ult. duas Ancyras memorat, alteram in Phrygiâ, alteram in Galatiâ. Hinc *Synodus Ancyritana* in Jure Pontificio. Sic dicta ab anchoris navium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex suppetias Gallo-græcis miserat. Stephanus. Hodie *Angouri*. Metropolin Galatiæ fuisse testatur Libanius, Orat. 26. Ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πρώτῃ καὶ μεγίστῃ Γαλατῶν πόλει. Long. 62. 10. Lat. 42. 30. Aliam Livius collocat circa Macedoniam, aut Illyricum. lib. 43.

Ancyræ, Siciliæ urbs. Diodor. Sic. lib. 14. Vide Cluver. Sicil. Ant. lib. 2. pag. 373.

Ancyreum, Asiæ min. promontorium, ubi Pontus finitur, incipitque Bosporus. Hodie *Psomion*, teste Petro Gyllio.

Andabatæ, non Asiæ populi in tenebris versantes, uti somniavit Ferrarius; sed gladiatores, clausis oculis pugnantes. Cicero ad Trebatium, lib. 7. Epist. Famil. *Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus.* Vide clarissimum Vossium in *Andabatæ*.

Andainum, pagus cum cœnobio in ditione Leodiensi, intra sylvam Arduennam, in confin. duc. Lucemburgens. Hodie *S. Hubert*. *Andagium* Sigesberto dicitur.

Andaluzia, provincia Hispaniæ, & regni Castellæ, sub quâ major pars Hispaniæ Bæticæ comprehenditur. Ab incolis *Andaluzia* dicitur, estque miræ fertilitatis. Eam Bætis fluvius bifariam secat; & à *Vandalis* nomen accepisse fatentur omnes. Terminos habet à Septentrione Castellam novam, & Extremaduram; ab Oriente regn. Granatense; à meridie Oceanum, & fretum Herculeum, & ab Occidente, Lusitaniam & Algarbiam. Ejus primaria urbs Hispalis, ampla & dives. Dicitur etiam *Vandalitia*.

Andanius, Carmaniæ flu. Strabo. *Andanis* Plinio dicitur Fortè *Tisindan* hodiè.

Andaristus, Pelagonum in Macedoniâ op. Ptol. Populi *Andarestenes* Plinio dicuntur. *Vostanza* Theveto. *Eristo* aliis.

Andate, locus in Britanniâ insulâ. Xiphilin. in Nerone. Lege *lucus*. Sic enim Xiphilinus. Καὶ ταῦτα πάντα δύοντές ποτε ἅμα καὶ ἑστώμενοι, ὑλεκίζοντες, ἐν τε τοῖς ἄλλοις σφῶν ἱεροῖς καὶ ἐν τῷ τοῦ Ἀνδάτης μάλιστα ἄλσει ἐπίνιον. Subdit. Οὗτω δὲ καὶ τὴν νίκην ὠνόμαζον, καὶ ἔστεον ἀντικὺ φερηβόλα. Ubi pro Ἀνδάτης rescribendum Ἀνδεάτης putat Bochartus, vel etiam Ἀδεάτης, quomodo legit Gulielmus Blancus Xiphilini Interpres. Vide sis Virum magnum de Phœnicum colon. lib. 1. cap. 42.

Andecrium, Dalmatiæ mediterranea civitas. Ptol. Straboni v. *Andetrium* dicitur.

Andegavia, regio Galliæ Turonibus, ac Biturigibus finitima, Oceanoque proxima. Gallicè *Angiers*. Populi *Andegavi* Tacito, lib. 3. & Plinio 4. 18. Vide *Andes*.

Andelus, Hisp. civitas non procul à Pompeiopoli, quæ vulgo *Pampilone* appellatur, metropolis regni Navarræ Gallicè *Pampelune* dicitur.

Andera, Stephano Ἀνδήρα, Phrygiæ op. juxta Scepsim, in quo lapis reperitur, qui ustus in ferrum transit, deinde cum quâdam terrâ in camino excoctus, pseudargyrum, seu argentum falsum stillat: cui ubi est æs additum, temperamentum fit, quod orichalcum vocant. Steph. ex Straboni libro 13. Inde *Anderina*, mater Deorum.

Anderida, Angliæ op. in agro Cantiano, vulgò *Newenden*, teste Camdeno, quasi media inter Cantuariam (à quâ 16. m. p. abest) & Roffam.

Andes, populi inter Celtas, Carnutibus, & Turonibus finitimi. Cæsar. Hos Ligeris fluvius alluit. Gallicè *Le pays d'Anjou*.

Andes, pl. num. vicus Italiæ. non procul Mantuâ, Virgilii patria. Hinc *Andinus*. Sil. lib. 8.

Mantua Musarum domus, atque ad sydera cantu
Evecta Andino, i. e. Virgiliano.

Andethanna, vel *Andethannalis*, op. cum cœnobio agri Trevirensis ad Suram flu. vulgò *Echternach*.

Andetrium, *Andretium*. Straboni lib. 7. ubi de Illyride. Ἐστὶ δ' Ἀνδήτριον ἐρυμνὸν χωρίον. Ptolemæo Ἀνδέκειον, vel Ἀνδήκιον. Dioni Ἀνδήτιον. Plinius. *In hoc tractu sunt Burnum, Mandetrium*, lege *Andretium*.

Andizetii, Liburniæ populi. Strabo lib. 7. Ἀνδιζήτιοι vocat. Sunt autem quos Plinius *Sandrizetios* appellat. Nam το σ in dictionum capite modo adest modo deest. Casaub.

Andoverpum, vide *Antwerpia*.

Andrapa, urbs Paphlagoniæ ep. sub Arch. Ammaseno, inter Pompeiopolim & Ancyram; quæ & nova Claudiopolis.

Andreapolis, urbs Arch. & Academ. Scotiæ in ora orient. non longè à mari Germanico. Distat à Dono-Dei 12. m. p. ab Edinburga autem 30. milliarib. in Bor. vulgò *S. Andrews*. Long. 17. 28. Lat. 57. 46.

Andreapolis, *S. Andero* urbs Hisp. in lit. Biscaiæ olim *Flavionavia*. Distat à Laredo 6. leuc. in occ. & totidem à Santillana in ort.

Andria, urbs Episc. Apul. Pucetiæ sub Archiep. Tranensi, inter Canusium & Rubos. *Netium* Straboni, ut putatur.

Andriaca, *Gatapoli* ex tabb. recent. op. Thraciæ, juxta oram maris Euxini, apud Halmydissum.

Andriace, *Gorante* Villanov. op. Lyciæ litoreum inter Palaram & Apiras, Myris proximum, inde 4. m. p. recedens.

Andros, insula in mari Hybernico, inter Walliam & Hyberniam. *Hedros* Ptolemæo. Anglicè *Bardsey*, Britannicè *Enhly*, apud Ganganorum promont. quod vulgò *Abercomwey* vocatur.

Andros, insula maris Ægæi, prima inter Cycladas, Samo vicina, cum op. cognom. quæ Asiæ adjacet ex oppositio ad Ephesum. Juven. Sat. 3.

Hinc Andro, ille Samo, &c.

Ovid. Met. 7.

At non Oliaros, Didymèque & Tenos & Andros.

Idem. l. 12.

Et totidem natis Andros fraterna petita est.

Multa habuit nomina apud veteres; nam *Cauros, Lasia, Nonagria, Hydrussa*, & *Epagris* dicebatur. Nomen habuit ab *Andro* Eurymachi fil. Ibi fons est qui quotannis Nonis Januariis, vini sapore fluit. Plin. 2. 103.

Androsia, *Andrei*, urbs Galat. mediter. Gangris finitima.

Anduisa, urbs Gall. in Occitaniâ infer. ad flu. Gardonem. ab Alesia 2 leuc. à Nemauso 6. in Circium.

Anecus Siciliæ flu. Vib. Sequ. in Catal. *Anecus Siciliæ, qui per 2. m. p. sub terra mergens Syracusi miscetur mari, appellaturque Ano, post Anapes cœnos, superior Antisphorus.* Quem locum plurima sui parte esse vitiatum, jamdudum suspicati sunt viri docti neque nostrum est sine ope MS. eum emendare.

Aneianum, *Montagnana*, op. Venetiæ agri Patavini peramplum, medium inter Ateste & Leonicum, seu Ligniacum 10. m. p. dissitum, à Patavio 25. Mantuam versus inde in occ. 28. distantem, à Ferraria supra 30 versus Veronam.

Anelontis fluvii, juxta Colophonem mem. Pauſanias, cujus frigiditatem prædicat.

Anemo, l' Anemo, flu. Æmiliæ, ſive Gall. Togatæ, ex Apenn. monte in Padum per Faventiam (quam interluit) influens, inter Ravennam & Argentum.

Anemurium, urbs Ciliciæ litoralis Epiſc. ſub Arch. Seleucienſi inter Antiochiam ad occid. & Celenderim ad ort. *Stalemura* hodie vel *Scalemura* Nigro.

Angitia, nemus in Marſorum regione. Solino *Anguitia* dicitur cap. 8. *Gentem Marſorum ſerpentibus illæſam eſſe, nihil mirum; à Circes filio genus ducunt, & de avitâ potentiâ deberi ſibi ſentiunt ſervitium venenorum, ideoque venena contemnunt. C. Cælius, Æetæ tres filias, Anguitiam, Medeam, & Circen, dicit fuiſſe. Circen Circæos inſediſſe montes, carminum maleficiis varias imaginum facies mentientem. Anguitiam vicina Fucino occupaviſſe; ibique ſalubri ſcientiâ adverſus morbos reſiſtentem, quum deſiſſet hominem vivere, Deam habitam.* Silius Italicus lib. 8.

Hæ bellare acies norant; at Marſica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare ſoporem,
Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem.
Æetæ prolem Anguitiam mala gramina primam
Monſtraviſſe ferunt, tactuque domare venena;
Et lunam excuſſiſſe polo; ſtridoribus amnes
Frænantem; ac ſilvis montem nudaſſe vocatis.

Virgilius Æn. 7.

Quin & Marrubiâ venit de gente ſacerdos,
Archippi regis juſſu, fortiſſimus Umbro:
Vipereo generi & graviter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat,
Mulcebatque iras, & morſus arte levabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Evaluit: neque eum juvere in vulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæſitæ montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, vitreâ te Fucinus undâ,
Te liquidi flevere lacus.

Ubi Servius. *Medea, quando, relictis Colchis, Jaſonem ſecuta eſt, dicitur in Italiam perveniſſe, & illi populos quoſdam, circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubii appellabantur, docuit remedia contra ſerpentes. Hi ergo populi Medeam Angitiam vocarunt, ab eo, quòd ejus cantus ſerpentes angerent.* Vibius in Catalogo nemorum. *Anguiæ, vel Anguitiæ, Lucaniæ.* Mendum apertiſſimum eſt in primâ voce: in quâ literas *it* vitiatas eſſe ab exſcriptoribus in *u*, dubium eſſe haud poteſt. Etenim varietatem vocabuli, quod Virgilio ac Servio *Angitia*, Silio v. atque Solino ſcriptum erat *Anguitia*, indicare voluit Vibius. In eo autem ab ipſo erratum judico, quod nemus hoc Lucaniæ tribuat, cùm à dictis autoribus diſertè Marſis, Fucinoque lacui adſcribatur. Cluverius.

Angitula, Italiæ fluvius & opidum in Calabriâ Anton. *Criſſa*, Lycophroni dicitur. Hodie *Roccha d' Angitola.*

Angli, Germaniæ pop. ad Albim amnem, ad hæc uſque tempora in poſteritate clariſſimi. Ἄγγειλοι Ptolemæo malè. Rectius apud Procopium, belli Gothici lib. 4. Ἄγγιλοι. Vide Cluverium de Germ. Ant. pag. 605.

Anglia, Inſulæ Britanniæ pars, olim *Albion*, ſeu *Albania*, ab *albis rupibus* (ut quidam volunt) quæ primùm illuc navigantibus apparent, ſic dicta. Hodie in duas partes dividitur, Angliam propriè ſic dictam, veteribus Lhoegriam & Cambriam, ſeu Walliam. Cæterum *Angliæ* nomen Britanniæ impoſuerunt Anglo-ſaxones, quia prius ipſorum terra *Anglia* dicta fuit. Nam regio illa inter Holſatiam & Juitarum terram *Anglia* dicebatur, & fuit antiqua Saxonum ſedes, unde à Danis expulſi ſunt. Beda & Krantzius. Dicta fuit autem Teutonicè *Engeland*, ob anguſtiam regionis; nam *Eng* illis, angulus, anguſtiæ. Erat enim *Anglia* iſta angulus quidam, vel anguſta terra adinare Balticum. Sed & Britannia non immeritò hinc appelletur *England*, ob anguſtiam inſulæ verſus occid. & ſeptentr. Egbertus autem Occidentalium Saxonum rex, ſublatâ Heptarchiâ, Angliam vocari voluit, potiùs quàm Saxoniam, Gregorii Pontificis alluſionem affectans, qui *Anglos* dixit *Angelicos* eſſe. Nam *Engel* eſt *Angelus*, & *Engelſch Angelicus*, Teutonicè. Hinc *Anglum* alludendo *Engeliſce* i. e. *Angel-like* vocavit. Nam & *Anglus* Teutonicè eſt *Ein Engelſch man.* Quidam ſcriptores exteri *Saxoniam Tranſmarinam*, & *Saxoniam novam* nominarunt. Verſteganus. Veteres eam ſterilem quidem dixerunt, & ne ſcrupulum quidem auri, argenti, aut æris in eâ reperiri. Ita Tullius, ni fallor, alicubi in Epiſtolis ad Familiares. Sed hodie ipſa metallis & mineralibus abundare deprehenditur. Terram ſulphuream & bituminoſam ad ignem aptiſſimam habet. Lupos, neque ulla animalia rapacia nutrit; unde infiniti fere ovium greges. Omni etiam pecorum aliorum genere abundat. Canum genus nullibi gentium majus ferociuſque. Liceat hic obiter patriæ honoris ergo, aliquid de canibus noſtris Britannicis hìc inſerere. Inter antiquos autores, qui eorundem meminerunt, agmen ducat Gratius Faliſcus, Ovidio æqualis, qui Cynegetici ſui verſ. 174. de iiſdem ſic ſcribit.

Quid freta ſi Morinum dubio refluentia ponto
Veneris, atque ipſos libeat penetrare Britannos?
O quanta eſt merces, & quantum impendia ſupra,
Si non ad ſpeciem mentituroſque decores
Protinus; hæc una eſt catulis jactura Britannis.

Nemeſianus Cyneget. verſ. 124.

Diviſa Britannia mittit
Veloces, noſtrique orbis venatibus aptos.

Oppianus Κυνηγετικῶν α.

Ἐσθλὸν δέ τι σκυλάκων γένος ἀλκιμον ἰχνευτήρων
Βαιὸν, ἀτὰρ μεγάλης ἀντάξιον ἔμμεν' ἀϊδήης.
Τὰς τέκεν ἀγεια φῦλα Βρεττανῶν αἰολογώτων
Αὐτὰρ ὑπιλήθλιν σφὰς Ἀγαθυρσίης ὀνόμηναν.

Strabo etiam lib. 4. refert, quòd ex Britannia in Gallias deferrentur præter alia, κύνες ὑφηγητικοὶ θηρῶν καὶ κυνηγετικοί. Cæterùm Canes noſtri ab exteris etiamnum celebrantur. Unum nominò ſc. Virum doctiſſimum Janum Ulitium, cujus verba ad Gratii locum prædictum hic ſe habent. Antequam (inquit) de canibus Britannicis, quos hic celebrat Gratius, diſtinctè dicam, quia illi potiſſimùm huic ſcriptioni meæ anſam præbuerunt, de toto eorum genere aliquid præmittam. Olim duæ ſpecies cognitæ tantum fuere, robuſti, de quibus hic Gratius alique, & Agaſſæi, qui & velocitate, & ſagacitate excellunt. Hodie quidem illi robuſti etiamnum ſuperſunt, ſed ruſticis, & paſtoribus magis inſerviunt, nonnunquam tamen & venationi, cùm validior aliquis ſervus, cui impares ſint vi collatâ ſagaces, ſive ſanguinarii, debellandus eſt. Quòd plurimus eorum olim in bellicosâ venatione uſus fuerit, manifeſtis etiam veſtigiis apparet ex Theatrali illa venatione, quam in tauros & urſos exhibent Anglorum laniones: quibus jampridem interdictum fuit taurum mactare, antequam tribus ad minimum canibus ad ſatiem uſque vexatus fuerit. Unde etiam per minimos pagos frequens hoc ſpectaculum occurrit, & multis educandi hujus generis canes animum facit, ne impune ſit laniis, niſi ſtato pretio redimant, virum gregis ſui mactare. Londini autem ei luſui peculiare extructum dudum theatrum eſt, & tauri validiores aliquot, præter urſos, aliaſque id genus feras, aluntur, qui ſemel ſeptiduo depugnent cum canibus; quos unicuique licet immittere, modo plures duobus non concurrant in taurum, quatuor in urſum. Vidi aliquoties ſingulum canem, qui nares mordicùs appetens ita inhærebat, ut nullo impetu excuti poſſet. Vidi etiam qui eâdem vi palearia vel collum invaderent, ut non immerito jam olim de iis dixerit Claudianus lib. 3. de laud. Stil.

Magnaque taurorum fracturæ colla Britannæ.

Hujus enim generis fuerunt, quos Molooſis æquiparat Gratius, cujus ævo nec ſagaces, nec veloces è Britanniâ petitos hactenus fuiſſe hinc patet. Sed & Strabo, qui paulo poſt floruit lib. 5. teſtatur canibus Britannicis ad bella ſua uſos fuiſſe Gallos: Ταῦτα δὲ κομίζουσιν ἐξ αὐτῆς (Βρεττανικῆς puta) καὶ σίτον, καὶ ἀνδράποδα, καὶ κύνες ὑφηγητικοὶ θηρῶν καὶ κυνηγετικοί. Κελτοὶ δὲ καὶ πρὸς τὸν πόλεμον χρῶνται καὶ τούτοις, καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις. Ex quibus apparet ſatis frequenter petitos inde hoc genus canes fuiſſe, etiam Romanis, quorum majeſtati generoſa maximè conveniebat venatio, cui aptiſſimi, ut nunc quoque illi canes. Hæc ideo magis retuli, quia Joannes Caius Anglus in libello ſuo *de canibus Britannicis*, hos ſupinè nimis præterierit, qui olim Gratio noſtro & Straboni cogniti, nec etiamnum adeò *degeneres*, ut ita ab eo vocari, aut, ut inutiles ablegari debuerint. Mirè inſuper fallitur, ſi Hyrcanum, quem laudat ex Gratio, eundem eſſe cum Urcano ſuo, quem ex urſo & cane ridiculè ſatis ἐτυμολογίζει. Nec unquam tale canum ex urſis mixtam genus in Britanniâ viſum fuiſſe crediderim, quamvis ex vulpe mixtos canes caſus magis quam uſus aliquando protulerit. Ille etiam & hoc quaſi protritum aliquid videtur nobis obtrudere, quod ego rumore tantum, & vix ita compertum habeo. Et hoc quidem loco canum Britannicorum merita à populari ignominiâ vindicare, curæ pretium exiſtimavi. Subdit poſtea. Sunt ſanè deformes ſatis bellicoſi Anglorum canes, ſed longe minus quam ſanguinarii, quos vocant, qui & generoſi fere & valido corpore ſunt, non adeo tamen, ut bellicoſis toti accenſeri poſſint. Si hos intelligas, non poteſt quidquam iis melius attribui, quam quod hìc de deformitate in Britannicis canibus excernit Gratius. Oculis hi ita lippis, ac detortis, labris & malis adeò ſordidis ac dependentibus apparent, ut advenis mera monſtra videantur. At quantò deformiores, eò fere meliores æſtimandi. Nam ſi & labra plurimum propendeant, eo certius odorem quaſi ſorbent, & clarior eis

ululatum

ululatum faventis vestigationis testem edunt. Idem ad Nemesiani Cyneget. vers. 124. Tria canum genera, & in unoquoque optimos habet etiamnum Britannia, totumque dimittuntur per orbem jam à Strabonis ævo usque. Sed ille & Claudianus & Gratius de bellicosis tantum loquuntur. Hic itaque & sagacibus & velocibus suus locus erit. De sagacibus primum agemus. Eorum hodiè tria genera non tantum magnitudine, sed etiam sensuum, ac virium constitutione diversa. Maximum sagacitate præstat, sed ob corporis molem tardissimum: ideoque *Slowhounds*, & qui eorum ad cervos vulneratos sanguinis destillatione tracti ducunt, *Bloodhounds* i. e. sanguinarii vocantur. Sub hoc genere fere omnes *Inductores* veniunt, & maxime Segusii, quos apud alterum Xenophontem examinabo. Secundum magnitudine, & sagacitate est, quos *Fleet-hounds* vocant, à velocitate, Petronius à me accensos apud Gratium; quos & hic forte intellexerit Nemesianus, quia *veloces* vocat. Minimum denique quoad corporis magnitudinem plane id ipsum genus est, quod *Agassæorum* nomine describit Oppianus. *Begles* vocant indigenæ. Maximos, ut dixi, ad Xenophontis junioris cap. 3. introducam. Minores jam apud Gratium descripsi. Vide quæ sequuntur. Atque hæc simul in canum Anglicanorum honorem, & lectoris φιλοκυνίας studiosi gratiam dicta sunt. *Non est* n. (ut Plinius loquitur) *quod contemnas hoc studendi genus. Mirum est, ut animus agitatione motuque corporis excitetur. Jam undique silvæ & solitudo, ipsumque illud silentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt. Proinde cum venabere, licebit autore me, ut panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. Experieris non Dianam magis montibus quàm Minervam, inerrare.* Sed hæc καθ' ὕδωρ. Ad Angliam nunc revertemur; cujus solum jucundum quidem est & frugiferum, sed vino caret, ob cujus defectum cervisio optimo utuntur incolæ, quod in alias regiones transvehitur. Oceanus qui insulam alluit, omnis generis piscium copiâ abundat. Gens procerâ staturâ, venustâ & candidâ facie est, cæsiis, ut plurimùm oculis, & ut sono linguæ Italis perfimiles, ita corporum habitu ab illis pene nihil discrepent. Vestimento non multum absimili Gallico utuntur. Fœminæ niveo candore, insignique formâ, quàm longè decentissimo vestitu honestant. Unde Versiculus,

Anglia, mons, fons, pons, Ecclesia, Fœmina, Lana.

Postremum quod attinet, lanam scilicet, vel de multitudine intelligendum, vel de præstantiâ. De priori, id ovium numero ascribendum. Unde querela ista V. Cl. Thomæ Mori, olim Angliæ Cancellarii, in Utopiâ suâ. *Oves*, inquit, *quæ tam mites esse, tamque exiguo solent ali; nunc tam edaces, & indomitæ esse cæperunt, ut homines devorent ipsos, agros, domos, opida vastent, ac depopulentur.* Secundum quod spectat, Hodie (inquit Vir Magnus de Theol. Gentili lib. 3. cap. 70.) præcipua est bonitas lanæ Anglicanæ: cujus qui rationem arcessunt à pabulis minus lætis, tueri se possunt Marone, qui læta opiliones pabula fugere jubet. Georg. lib. 3. Sanè è solo parum fertili lanam reddi subtiliorem, Cardani etiam judicium est, lib. 10. Subtilitatum, qui est de animalibus perfectis. Addunt alteram item rationem, quòd eâ regione oves vix bibant, sed ad sitim extinguendam, cœlesti ferè rore sint contentæ. Regio est quocunque anni tempore temperatissima. Quippe hyemes non illic pro plagâ & Septentrionis vicinià asperæ, cum vehementer Gallicam oram quatiant, quà Britanniæ adversa est, multoque rigidius Batavorum cœlo incumbent. Cœlum crassum, in quo facile nubes, imbres, ventique coguntur. Atque eò minus frigoris æstusque propter aeris densitatem. Unde Minutius Felix, cùm docet Divinum Numen suâ providentiâ, non solum universitati, sed & partibus consulere; *Britannia* inquit, *Sole deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur.* Quin & Strabo lib. 4. in Britanniâ sereno etiam cœlo aerem caliginosum esse scribit ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ πρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὸ φῶς ἢ μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι ἢ ἥλιον. Quo etiam spectasse videtur Cescennius Gætulicus, poeta vetustus, cùm de Britanniâ cecinerit.

Non illic Aries verno ferit aera cornu,
Gnossia nec Gemini præcedunt cornua Tauri:
Sieca Lycaonii resupinat plaustra Bootes.

Cæsar etiam, *Loca sunt in Britannia*, inquit, *temperatiora, quàm in Galliâ, remissioribus frigoribus.* Cornelius item Tacitus; *Asperitas frigorum abest.* Vide *Britannia.*

Urbes & Opida præclariora Angliæ.

Aballaba, *Appleby*, in Comit. Westmariæ.
Æglesburgus, *Ailesbury*, Buckingh.
Alnevicum, *Alnwick*, Northumb.
Antona Australis, *Southampton*, reg. cogn. portus.
Antona Borealis, *Northampton*, reg. cogn.
Banburia, *Banbury*, Oxoniensis.
Barnastabula, *Barstable*, Devoniæ.
Bathonia, *Bath*, Somerset.
Bedfordia, *Bedford*, reg. cogn.
Berwicus, *Barwick*, Northumb. portus.
Boltonia, *Bolton*, Lancastrens.
Bridgewatera, *Bridgewater*, Somerset.
Bristolium, *Bristow*, Somerset. portus
Buckinghamia, *Buckingham*, reg. cognom.
Calcaria, *Tadcaster*, Eboracensis.
Camalodunum, *Maldon*, Essexiæ.
Cantabrigia, *Cambridge*, reg. cogn. Academia.
Cantuaria, *Canterbury*, Cantii, urbs Archiep.
Carleolum, *Carlisle*, Cumbriæ, urbs episc.
Cestria, *Chester*, & *Westchester*, reg. cognom. urbs Episc. & portus.
Chardum, *Chard*, Somerset.
Chelmerum, *Chelmesford*, Essexiæ.
Chesterfeldia, *Chesterfield*, Derbiensis.
Cicestria, *Chichester*, Sussexiæ, urbs episc.
Colcestria, *Colchester*, Essexiæ.
Conventria, *Coventry*, Warwic.
Corinium, *Cirencester*, Glocestr.
Dancastrum, *Doncaster*, Eborac.
Derbia, *Darby*, reg. cogn.
Dertmutha, *Dartmouth*, Devoniæ, portus.
Divisæ, *The Vies*, seu *Devizes*, Wilton.
Dorcestria, *Dorchester*, reg. cogn. quæ & Durnovaria.
Dubris, *Dover*, Cantii, portus.
Dunelmum, *Duresme*, & *Durham*, episcopat. cogn. urbs Episc.
Dunstabulum, *Dunstable*, Bedfordiensis.
Eboracum, *York*, reg. cogn urbs Archiepiscopalis.
Elia, *Ely*, Cantabr. urbs episc.
Exonia, *Exeter*, Devon. urbs episc.
Fanum S. Albani, *S. Albans*, Hertfordiensis.
Fanum S. Botolphi, *Boston*, Lincoln. portus & empor.
Fanum S. Edmondi, *S. Edmonds-Bury*, Suffolciæ.
Fons clarus, *Shirborn*, Dorcestr.
Galleva, *Wallingford*, Bercheriæ.
Garianonum, *Yarmouth*, Norfolc. port. & empor.
Genesborwia, *Gainsborough*, Lincoln.
Gippevicum, *Ipswich*, Suffolc.
Glasconia, *Glassenburg*, Somersetc.
Glovernia, *Glocester*, reg. cogn. urbs episc.
Harlepolis *Hartlepool*, Dunelm. episc. portus.
Harvicum, *Harwich*, Essexiæ portus.
Herefordia, *Hereford*, reg. cogn. urbs episc.
Hertfordia, *Hertford*, reg. cogn.
Hulla, *Hull*, Ebor. port. & empor.
Huntingdonia, *Huntingdon*, reg. cogn.
Lancastria, *Lancaster*, reg cogn.
Lanstuphadonia, *Launston*, Cornubiæ.
Ledesia, *Leeds*, Ebor.
Leicestria, *Leicester*, reg. cogn.
Leonis monasterium, *Lemster*, Hereford.
Lichfeldia, *Lichfield*, Stafford. urbs episc.
Lindum, *Lincoln*, reg. cogn. urbs episc.
Linum Regis, *Lynne*, Norfolc. port. & empor.
Liserpalus, *Lirpool*, & *Leverpool*, Lancast. portus.
Londinum, *London*, Middlesexiæ, urbs regni primaria & episc.
Ludloa, *Ludlow*, Salopiæ.
Mancunium, *Manchester*, Lancast.
Margaberga, *Marleburgh*, Wilton.
Morpitum, *Morpeth*, Northumbriæ.
Morliburgus, *Bridgenorth*, Salop.
Neoportus, *Newport*, Vectis inf.
Nevarca, *Newark*, Nottinghamiensis.
Northalvertonia, *Northallerton*, Ebor.
Norvicum, *Norwich*, Norfolc. urbs episc.
Nottinghamia, *Nottingham*, reg. cogn.
Novum Castrum, *Newcastle*, Northumb. port & emp.
Novus Mercatus, *Newmarket*, Cantab.
Oxonium, *Oxford*, reg. cogn. urbs Episc. & Academ.
Petropolis, *Peterborough*, Northampt. urbs Episc.
Plimmutha, *Plimmouth*, Devon. portus.
Pons fractus, *Pontfract*, Ebor.
Portus ostium, *Portsmouth*, Southampt. portus.
Prestonium, *Preston*, Lancast.
Readingum, *Reading*, Bercheriæ.
Richmondia, *Richmond*, Ebor.
Rium, *Rye*, Sussex. port.
Roffa, *Rochester*, Cantii, urbs Episc.

Sacri

Sacri capilli, *Halifax*, Ebor.
Salopia, *Shrewsbury*, reg. cognom.
Sandovicum, *Sandwich*, Cantii portus.
Sarum, & Sarisburia, *Sarisbury*, Wilton. urbs Epiſc.
Scarburgum, *Scarborough*, Eborac. port.
Staffordia, *Stafford*, reg. cogn.
Standfordia, *Stamford*, Lincoln.
Tanodunum, *Taunton*, Somerſet.
Theoci curia, *Tewksbury*, Gloceſtr.
Thetfordia, *Thetford*, Norfolc.
Tonbrigium, *Tunbridge*, Cantii.
Tripontium, *Torceſter*, Northampt.
Varingtonium, *Warington*, Lancaſt.
Varvicum, *Warwick*, reg. cogn.
Vicus Malbang, *Nantwich*, Ceſtr.
Vigornia olim Brannogenium, *Worceſter*. reg. cogn. urbs epiſc.
Vimutium, *Weymouth*, Dorceſtr.
Uriponium, *Rippon*, Ebor.
Uzella, *Leſtithiel*, Cornub.
Wellæ, & De Fontibus, *Welles*, Somerſet, urbs epiſc.
Weſtmonaſterium, *Weſtminſter*, Middleſex.
Wibigginum, *Wiggin*, Lancaſtr.
Windleſora, *Windſor*, Bercheriæ.
Wintonia, *Winchester*, Southampt. urbs epiſc. olim Venta Belgarum.

Angria, Engern. op. Weſtphaliæ in Duc. Ravenſ. pergenſi, 8. Leuc. à Monaſterio in ort.

Angrivarii, pop. Germ. fuere, ubi nunc Dioceſes Oſnabrucenſis, Paderbornenſis, pars Weſtphaliæ, & Tranſiſalaniæ.

Anhaltium, Anhalt, caſtrum Germ. in Saxon. ſuper. à quo reg. circumjacens dicitur *Principatus Anhaltinus*, qui nunc in 4. partes dividitur. Terminatur ab Orient. Ducatu Saxoniæ, à Sept. Duc. Magdeburgenſi, & Principatu Halberſtadienſi, uti ab Occid. ad merid. habet Comit. Manleffdienſem, & epiſcopatum Hallenſem.

Anianæ Thermæ, balnea Campaniæ, inter Baias & Cumas, quorum aquæ multis ſunt morbis ſalutares. *Bagni d' Agnano* Mazellæ.

Anianum fretum variè ponitur. Hiſpani n. & Luſitani, & aliàs Angli crediderunt illud eſſe inter Tartariam & Novam Angliam, ubi nunc repertum eſt fretum Eſonis. Hiſce a. temp. exiſtimant Galli & Batavi multis de cauſis illud eſſe inter inſulam Californiæ verſus Americam & Novam Angliam.

Anicium, quod & *Podium, vulgo le Puy*, urbs Gall. epiſc. ſub Arch. Bituricenſi prope Ligerim flu. in monte, eſtque caput Velaunorum, à Lugduno 22. Leuc. in Afr. & à Claromonte 20. in Eurum. long.24.40.lat.43.28.

Anigrus Straboni, Pauſaniæ & al. *Aniger* v. Vibio Sequeſtri, flu. Theſſaliæ. Hujus mem. Pythagoras apud Ovid. Met. 15. *Ante bibebatur, nunc quas contingere nolis.*

Fundit Anigrus aquas, poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavere bimembres
Vulnera clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Hinc *Anigriades nymphæ*. Alii duos hujus nom. flu. faciunt, quorum unum in Ætoliâ ponunt, alium in Elide.

Anio, ſive *Anien*, vulgò *Teverone*, nobilis Italiæ flu. in montibus Trebianorum naſcens, Tiburtinum agrum irrigans, ubi è ſublimi in ſubjectam vallem magno impetu delabens efficit catarractam, deinde per plana fluens tres nobiles lacus ſecum in Tiberim defert. Dixi *ſive Anien*, idque autoritate Statii Sylv. 1. 3.

Ipſe Anien (miranda fides) intraque ſuperque
Saxeus, hic tumidam rabiem, ſpumoſaque ponit
Murmura.——

Nomen a. accepiſſe putatur ab *Anio* Hetruſcorum rege, qui inſequens Cethegum filiæ ſuæ raptorem, cum eum aſſequi non poſſet, in hunc fluvium inſiluit, &, ut *Anio* vocaretur, effecit. Horat. lib. 1. Carm.

Et præceps Anio, & Tyburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivis.

Propertius lib. 4.

Ramoſis Anio quâ pomifer incubat arvis.

Virg. Æn. 7.——*Gelidumque Anienem, & roſcida rivis*
Hernica ſaxa colunt.

Dionyſius Halicarnaſſenſis, lib. 5. ποταμὸν Ἀνίωνα, ὃς ἐκ πόλεως μὲν Τιβύρεων καθ' ὑψηλῆς πολὺ ἐκχεῖται σκοπέλου, φέρεται δὲ διὰ τῶν Σαβίνων καὶ Ῥωμαίων πεδιάδος, δεῖζον τὴν ἐκπτέσιν χώρας. Σωσάπολις δὲ τὸ ῥεῦμα τῷ Τιβέρει ποταμῷ, καλὸς μὲν ὀφθῆναι, γλυκὺς δὲ πίνεσθαι. Strabo, lib. 5. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτῳ ὁ Ἀνίων διέξεισι, καὶ τὰ Ἀλβούλα καλούμενα ῥεῖθρα ψυχρά. Plinius etiam ait hunc fluvium efficere lacus tres nobiles amœnitate, lib. 3. cap. 12. Silius Italicus, lib. 1.

Ac gelidis Anio trepidabat cærulus undis.

Idem lib. 12.

Sulphureis gelidus quâ ſerpit leniter undis,
Ad genitorem Anio labens ſine murmure Tibrim.

Propertius lib. 3. Eleg. 20.

Hic Anio Tiburte fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite, & æternum Martius humor opus.

Hinc *Anienus* adjectivum. Virgil. Georg. 4.

Unde pater Tiberinus, & unde Aniena fluenta.

Propert. 1. 20. *Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes.* Ubi *Amerina* legit Scaliger ex vet. lib. & lacum Vadimonis intelligit. Sed *Anienæ undæ* Propertius ipſe meminit, Eleg. 14. lib. 3.

Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.

Statius lib. 4. Sylvarum.

——*Anienaque frigora captant.*

Hinc *Anienus*, Deus ipſe fluvii Anienis, ut *Tiberinus* Tiberis. Propertius lib. 4.

Acceſſit ripis laus, Aniene, tuis.

Statius lib 1. Sylv. in Tiburtino Manlii.

Illis ipſe antris Anienus fonte relicto
Nocte ſub arcanâ glaucos exutus amictus.

Hinc demum *Anienicola*. Silius, lib. 4.

Quoſque ſub Herculeis taciturnus flumine muris
Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.

Aniſena flumina, apud Ovid. Faſt. 4. Sed locus eſt corruptus, lege *Amenana*, & vide *Amenanus*.

Aniſus, Ens, urbs & flu. Norici, qui ex montibus in tractu Salisburgenſi oriens, obliquè in Bor. fluens, apud Laureacum urb. exciſam in Danub. excipitur ad Aniſum urb. Auſtriacam, à Lentia 3. Leuc. in ort. diſtantem, Viennam verſus, *Onaſus* nonnullis dicitur.

Annoniacum, Annonay, op. Gall. Celt. ad rivum *Deume*. 2. Leuc. à Rhodano flu. in Vivarienſi prov. ſuper.

Anonium, Anone, op. Ducatus Mediolanenſis ad Tanarum flu. 10. mill. ab Alexandria in occ.

Anſibarii, pop. Germ. teſte Cluverio, in illa parte Weſtphaliæ, ubi nunc Mindenſ. Principatus, & Com. Diepholtenſ. & Hoyenſis.

Anſidona, hodie *Anſedonia*, op. Tuſciæ prope mare Tyrrhenum, ubi olim Coſæ everſæ ſub dom. M. ducis Hetruriæ.

Antandros, nunc *S. Dimitri*, teſte Sophiano, Phrygiæ urbs ad meridiem poſita, quam habitavere Leleges finitimi Cilicibus. *Edonis* prius vocabatur, deinde *Cimmeris*, & *Aſſos*, & *Apollonia*. Virgil. 3. Æn.

——*Claſſemque ſub ipsâ*
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Nomen ejus quod attinet, audi Melam, lib. 1. cap. 18. *Duplex cauſa nominis jactatur. Alii Aſcanium Æneæ filium, cum ibi regnaret, captum à Pelaſgis, eâſe redemiſſe commemorant: Alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſulâ vis & ſeditio exegerat. Hi Antandrum, quaſi pro Andro; illi quaſi pro viro accipi volunt.* Vide de la Cerda, & Servium ad prædictum Virgilii locum. Long.54.30.lat.41.00.

Antaradus, Syriæ urbs. Ptol. Conſtantiam aliquando nominatam à Conſtantio Imp. ſcribit Cedrenus. Hodie *Tortoſa* dicitur.

Antemnæ, ſive, ut quidam habent autores, *Antemna*, Sabinorum urbs, cis Anienem, à Latinis condita, ac denominata, ſi Varroni credimus, lib. 4. de L. L. *Opidum*, inquit, *Interamna dictum, quòd inter amnes eſt conſtitutum, item Antemnæ, quòd ante amnem.* Idem de nominis iſtius etymo tradunt Feſtus & Servius. Dionyſ. Halic. Antemnas & Cæninam οὐκ ἀσήμους πόλεις fuiſſe aſſerit; itemque Virgil. Æn. lib. 7.

Quinque adeo magnæ poſitis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque ſuperbum,
Ardea, Cruſtumerique & turrigeræ Antemnæ.

At contra Strabo lib. 5. πολίχνια, h. e. *urbeculas* vocat.

Antenacum, Germaniæ op. ad Rhenum, vulgò *Andernach*. *Antonacum* Ammiano; *Antunacum* Antonino, long. 28. 00. lat. 50. 25.

Anthedon, urbs Bœotiæ, quam Hom. ἐρατεινὴν vocat. Etymon habet ex florido, fertilique agro, vel ex *Anthedone* Neptuni fil. Thracibus quondam habitata. Ejus meminit Ovidius Met. 13.

Nuper in Euboicâ verſis Anthedone membris
Glaucus adeſt.——

Talandi hodie, teſte Ortelio. Heſychius. Ἀνθηδών, ἡ μέλισσα, καὶ πόλις Βοιωτίας καὶ Πλαταιέων.

Anthedon, Syriæ urbs, Gazæ vicina, mare verſus, Plin. poſtea dicta fuit *Agrippias*, Joſepho teſte. *Geth* Volaterranus vocat, *Lariſſa* Nigro dicitur, qui ait præſidium illic nunc eſſe, quod *Daron* appellat.

Anthemis, maris Mediterranei inſula, Melamphylus, &

Parthenia vocata, à flu. Parthenio, qui Imbrasus postmodo appellatus est. Eadem est hæc insula cum Samo Ionicâ Strabo. lib. 10.

Anthemus, Macedon. op. apud Thermam. Plin. Item urbs Syriæ. Strabo. Fluvius etiam Colchidis, & Gadium insulæ.

Anthemusia, eadem quæ Samos. Item urbs Mesopotam. Strabo l. 16. *Aliduli* Castaldo. Regio item ejusdem esse videtur apud Ptol.

Anthia, urbs Pelopon. prope Argos, & alia Ponti juxta Thraciam. Milesiorum & Phocensium Colonia. Hesychius. Ἄνθεια, πόλις Πελοποννήσου, ἡ Ἀφεσίτη ἀφ' Ἡρακλείους. Est & Libyæ vicus, & Italiæ civitas. Steph.

Anthion, puteus Bœotiæ, ubi à Proserpinæ raptu sedisse Cererem ferunt vetulæ imagine præditam. Rhodius 24. 17.

Anthium, Thraciæ op. postea *Apollonia*. Plin.

Anthropophagi, pop. Scythiæ, qui nunc *Tartari* dicuntur. Sunt & in Æthiopia & alibi, maxime v. in America præsertim versus Brasiliam, Magellanicam, & alibi. Illos Hispani delere conati sunt, sed incassum. Ipsi n. Hispanos magnis cladibus affecerunt in provinc. mediterraneis: sed in maritimis male mulctati ab Europæis, ipsis parent. pro majori parte. Pop. etiam Æthiop. infer. sunt Anthropophagi, præsertim in orâ Cafrorum & Zanguebariæ, & in al. locis marit. Tartaros v. fuisse Anthropophages se nusquam legisse ait Baudrandus.

Anti, Hunnorum gens circa Mæotidem palud. quos Flav. Justinianus devicit; unde *Anticus* dictus est in digestis. Procop.

Antia, urbs Italiæ à Romanis subdita. Vide Steph.

Antiana, op. Hungar. in Pannon. infer. ad Draum flu. à Quinque Ecclesiis 3. Leuc. in Austr. Zamko Lazio.

Antibarum, urbs Dalmat. ad oram Adriat. maris, olim Doclea, ut nonnullis videtur. Hodie *Antivari*. long. 43. 32. lat. 42. 12.

Anticaria, urbs Hisp. Bæt. in monte, quæ & Singylia à Singyli flu. dicitur. Hodie *Antiquera*. Longitud. 16. latitud. 36. 58.

Antichthones, de quibus Mela, lib. 1. cap. 1. *Antichthones alteram, nos alteram habitamus.* Ad quæ verba sic Is. Vossius. Qui hic annotarunt Pomponium perperam antichthones vocare, qui antomi, vel antœci erant dicendi, illi ipsi errant. Duplicem terram statuit Pomponius, uti quoque multi alii, hanc nostram, & oppositam ἀντίχθονα. Qui ἀντίχθονα habitant, sunt ἀντίχθονες. Distinguendum hic tamen non omnes qui γῆν ἀντίχθονα habitant, esse nobis antichthones; sed illos tantùm, qui in opposito degunt hemisphærio, quique pedes nostris adversos habent. Verum hemisphærium non hic accipit Mela pro illâ orbis parte, quam Horizon à nobis disterminat, sed pro hemisphærio Australi. Id ipsum quoque faciunt alii ferme omnes veteres, qui per γῆν ἀντίχθονα nihil aliud intellexere, quàm terræ hemisphærium Australe, vel Oceano, vel Zonæ servidæ interventu à nostro separatum hemisphærio, ut ipsi existimabant. Verum ita si accipiamus, jam necessario aliqua pars terræ antichthonum in nostro est hemisphærio, ac proinde non possunt vel antichthones, vel antipodes dici, verum antoeci: attamen quia major pars hujus terræ sub Horizonte nostro mersa est, alicubi etiam κατὰ διάμετρον nobis opposita, rectè eam antichthones inhabitare dixit Mela noster juxta veterum hypothesin. Notandum hic tamen antichthones non ita à veteribus accipi, uti vulgo pro antipodibus, sed pro omnibus illis, qui oppositam terram Australem inhabitare credebantur, etiamsi in superiori nostro degerent hemisphærio. Ita semper ab antœcis, & antipodibus distinguuntur. Nonnulli tamen aliter hæc verba accipiunt, & hemisphærium Antichthonum hic esse aiunt illam orbis partem, quæ est infra Horizontem, & vel invitis omnibus libris vulgatam illam lectionem servant. *Eademque in duo latera, quæ hemisphæria nominantur, ab Oriente divisa ad Occasum*; duoque ista hemisphæria Melæ non separari aiunt alveo Oceani in zonâ torridâ, sed Horizonte, & Oceano ipso, qui illi respondet. Alveum n. zonæ torridæ, non hemisphæria, sed maculas tantùm binas, uti vocat Macrobius, utrinque distinguere. Fieri autem non posse, ut Oceanus decussatim quatuor maculas separet, quas sigillatim ambit. Licet hæc opinio magnos habeat autores, falsa est tamen, & menti Pomponii contraria. Ille enim non quatuor maculas, ut Macrobius, sed duplicem tantum statuit terram, hanc nostram, & oppositam, ut maximus Australem. Jam vero scire velim, quid sit terra divisa ab oriente in occidentem? Cur magis ab ortu in occasum, quam à meridie in boream? Verum quid verbis opus est? Ipse Pomponius, cum inquit, antichthonum terram propter ardorem intercedentis plagæ incognitam esse, ostendit, illam totam ad austrum fuisse sitam. Item infra cap. 9. cum antichthones nobis à meridie oppositos facit, & illo, & aliis locis, mentem suam satis prodit.

Anticyra, Ἀντίκυρα Ptolemæo, vulgò *Suola*, Phocidis urbs, inter Crissam ad occid. & Siphas op. Bœotiæ ad ort. Isthmum Corinthiacum versus, à Delphis 10. m. p. distans. *Cyparissus* ab Homero dicta. Long. 48. 4. lat. 39. 5. *Anticyra* v. in quâ Helleborus nascitur, insula est (vel urbs Stephano) sinus Maliaci contra Oetam montem. Horatius Serm. lib. 2. Sat. 3.

Danda est Hellebori multo pars maxima avaris,
Nescio an Anticyram ratio illis destinat omnem.

Ovidus Ponticorum lib. 4.

I bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in totâ nascitur Anticyrâ.

Horatius iterum——— *Ambitiosus & audax*
Naviget Anticyram. Persius Sat. 4.
——— *Anticyras melior sorbere meracas.*

Suidas simpliciter Ἀντίκυρα, ὄνομα χωρίου τινός. Hesychius Ἀντικύειον, ὁ Ἑλλέβορος.

Antidalæi, Arabiæ Felicis populi. Plin. 6. 28.

Antigonia, urbs Epiri mediterranea, in Chaoniâ regione apud Macedonum fines, *Argiro castro*, teste Nigro; Sophiano v. & Lazio *Croja*, urbs quondam Albaniæ regia in Macedoniâ episcopalis sub archiepiscopo Dyrrachino, inter Dyrrhacium, Albanopolin, & Lissum: cui tamen situs Antigoniæ repugnat, cùm hæc in Epiro, illa in Macedoniâ sit.

Antigonia, urbs Macedoniæ in Mygdoniâ reg. *Cojogna*, Pineto interprete: aliis *Antigoca*, inter Pydnam & Magnesiam. long. 43. 02. lat. 40. 50. *Antigonia* item insula Propontidis inter Byzantium & Nicomediam. *Isola del Prencipe*, teste Gyllio, à frequenti filiarum Principum habitatione virginitatem solitariam profitentium. Alia est *Antigonia* Arcadiæ, Mantinea dicta. Alia Bithyniæ, juxta Dascylium. Alia Syriæ prope Antiochiam. Est & castellum Cyzicenæ. Steph.

Antilia, locus apud Suetonium ex quo Volaterranus Liguriæ urbem fact, quam *Anteiola* vocat. Long. 30. 45. lat. 43. 38.

Antilia, *Anthill*, vel *Ampthill*, op. Angl. in Com. Bedfordiensi, 4. m. p. à Bedfordia in aust. & 12. à Bukinghamia in ort.

Antilibanus, mons Syriæ seu Phœniciæ, inter quem & Libanum vallis est longa fertilisque, ac optimè habitata, *Abellinas* incolis dicta, teste Postello, per quam Orontes flu. decurrit apud Heliopolim.

Antillæ, insulæ Americanæ Sept. in mari Bor. quæ in longitudinem excurrunt inter Floridam reg. & Novam Vandalitiam in America. Earum præcipuæ sunt Hispaniola, Cuba, Jamaica, &c. Linschoto teste. Alii a. existimant, & fortasse rectius *Antillas* insulas esse, quæ jacent inter continentem Americæ meridion. & partem Orient. insulæ S. Joannis de Portu divite, suntque in modum arcûs positæ. Detectæ primum fuerunt à Chr. Columbo an. 1492. Dicuntur Antillæ Americæ, qu. *ante insulas* Americæ, nempe ante majores inf. sinûs Mexicani. Ex iis 28. præcipuæ numerantur, & pro maj. parte parent Anglis, Gallis, & Batavis. Dicuntur etiam *Caribbarum* insulæ, ab antiquis illorum incolis. Sunt a. amœnè riguæ & fertiles, abundantque omnique ad victum ac delicias etiam necessariis.

Antinoe, urbs Ægypti super ad Nilum. *Anthios* Leoni Africano. Ab *Antinoo*, Adriani amasio, sic dicta, ut scribit Hieronymus in Jovinianum.

Antiochia, urbs Syriæ, de quâ sic Græcus Geographus sub Constantio & Constante Impp. à Jacobo Gothofredo editus. Ἔστι τοίνυν ἡ Ἀντόχεια, πρώτη πόλις, βασίλισσα, καὶ ἐλευθέρα ἐν πᾶσιν, ὅπου καὶ Κύριος τὰ εἰκότα ἔζησεν. Idem fere habet Ammianus Marcellinus. *Hanc*, inquit, *nobilitat Antiochia, mundo cognita civitas, cui non certaverit alia advectitiis ita fluere copiis, & internis.* A Seleuco Nicanore in suorum memoriam condita. Eunapius in Libanio. Ἀντόχεια ἡ Κοίλης Συρίας, πρώτη πόλεων, Σελεύκου τοῦ Νικάνορος διπλασιάσαντος ἔθνος. Ab Antiocho v. sic dicta, teste Dionysio Periegetâ, vers. 917.

Ἦχί ποθ' Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντόχεια.

Quòd v. παρ' ἱερὸν τέμενος Δάφνης, uti loquitur Dionysius, *juxta Daphnen* Antiochia hæc condita esset, hinc Ἀντόχεια ὁπὸ Δάφνῃ vulgò vocata est, distinctionis causâ, cum plures essent huic cognomines urbes. Laudes ejus non vulgares recitat D. Chrysostomus ἐν ἐγκωμίῳ τῆς Ἀντιοχείας, ac Dio Chrysostomus Orat. 47. Libanius in Basilico, & alibi. Maxima v. Antiochiæ laus est, χρήματίσαι πρῶτον ἐν αὐτῇ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς, uti loquitur D. Lucas Act. 11. 26. Long. 68. 10. lat. 36. 20.

Antiochia, quæ & Nisibis, urbs Mesopotamiæ archiepiscopalis, à Seleuco rege Antiochi filio (uti superior) condi-

ta

ta, apud Tigrim flu. ab Artaxatis urbe Armeniæ maj. 750. m. p. distans in Austrum.

Antiochia, Pisidiæ urbs primaria, sedesque Præfecti, *Versacgeli* à Turcis dicta, ab Epheso 92. m. p. in Eurum recedens. long. 61 .20. lat. 39.36.

Antiochia, super Crago monte, urbs Ciliciæ litoralis in Pisidiæ, Pamphyliæque confinio, inter Selinuntem, & Nephelim urbes finitimas. Long. 62.30. lat. 38.30.

Antiochia, Margianæ, quæ & Alexandris & Seleucia dicta, teste Plinio, *Indion* hodie ex tab. recent.

Antiochia, ad Taurum montem, urbs episcop. Commagenes in Syriâ, in ejus, & Euphratesiæ confin. nomen adhuc retinens, teste Bellonio long. 68. 40. lat. 39. 20. *Antiochiæ*, aliæ 7. à veteribus memorantur, quæ cum minime extent, prætermissæ sunt. Ea v. Antiochia, quæ & Mygdonia & Nisibis urbs Mesopotamiæ, hodie etiam *Asebin* ab incolis nominari fertur. Ferrarius.

Antipatris, civit. Palæstinæ, quam Herodes ex patris sui *Antipatris* nomine vocavit, nunc *Assur* & *Sur*, Tyrio & Postello. long. 66. 20. lat. 32. 00.

Antiphellus & *Phellus*, loca Lyciæ. Steph. & Plin. 3. 11. ubi molliſſimas Spongias circa illius muros reperiri ait.

Aniphili, portus, locus juxta mare Rubrum in latere Africano, Strab. lib. 16. *Vella* Stuchio.

Antiphra, op. *Alexandriæ*, non procul à mari. Steph.

Antipodes, Subtilis, & diversa apud veteres fuit inquisitio, Sintne homines, qui sub terrâ sua vestigia nostris opposita habeant, nec ne? Quod ita esse ratione satis evidenti Macrob. 2. de Somn. Scip. & Plin. 2. 65. ostendere conantur. De his Cic. lib. 4. Acad. Qu. *Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contrariâ parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?* Fuere v. nonnulli, qui credebant fabulosa esse omnia quæ de Antipodibus referuntur, quorum rationes videre licet apud Plut. lib. *de facie in orbe Lunæ*. Præcipuè v. Christiani; Vide Lact. 3. 24. August. de Civ. Dei 16. 9. Quibus assentitur Lucretius lib. 1. vers. 1063. quem vide. Opinio veterum, cui Mela, & maximi quiq; sustragati sunt, fuit: Australem illam plagam penitus nobis incognitam esse. Ciceroque in 6. de Rep. interfusum maximum inter nos & illos ἀντίχθονας Oceanum putavit, quem nemo unquam penetravit, idque fusissimè Macrobius persequitur. Hæc fuit Augustino causa non levis, cur Antipodas negaret, Lactantium secutus. Videbat enim homo acutissimus, si concederetur, aditum nulli eorum qui hanc incolimus Borealem fasciam temperatam ad Australes illos patere, ut Cicero jam magnique auctores præjudicarant, sequi necessario illos de genere Adæ non esse, maluit illud negare, quam argumento premi tam molesto, tantisque autoribus munito.

Antitaurus, mons Armeniæ min. à Tauro in Septentr. avulsus, in cujus convallibus Comana urbs est. Illum *Roham Thoura* ab incolis vocari scribit Thevetus.

Antivestæum, promontorium Angliæ extremum ad occidentem in Cornubiâ reg. *Belerium* Ptolemæo. Variè hodiè hodiè nominatur, *The Cape of Cornwall* Camdeno; vulgò *The lands end*, quasi finis terræ & *Penriguaed*.

Antium, vetus urbs in Latio, Volscorum caput, Romanorum colonia: Ita dicta, quòd *ante* alias urbes, in ipso litore sita fuerit, ad Romanorum otium, rerumque urbanarum permutationem accommodata. Ovid. Met. 15.

———*Spissi litoris Antium.*

In hâc fuit Fortunæ templum. Horat. 1. Carm. Od. 35.

O Diva gratum quæ regis Antium, &c.

Variè formatur vocabulum hujus opidi. Straboni, Dionysio, Appiano ac Ptolemæo, Ἄντιον dicitur. At qui hos deinceps consecuti sunt Græci variè id formarunt, modo Ἀντία & Ἀντεῖα. modo Ἄνθεια, atque Ἄνθιον. In quorum duobus posterioribus haud dubiè Grammatici nugatores ἀπὸ τοῦ Ἄνθους, i. e. à flore originem somniarunt. Solinus cap. 8. *Constitutæ ab Ascanio Longa Alba, Fidenæ, Antium.* Populi Suidæ *Antiates*, ac Dionysio Halic. passim Ἀντιάται. At Valerio Maximo 1. 8. *Antiense templum* dicitur; & Suetonio in Caligula, cap. 57. *Antiatinæ sortes.* Ipsa urbs haud amplius restat; Nomen ejus v. etiamnum durat in promontorio, cui vulgaris adpellatio *Capo d' Anzo.* Ad cujus etiam latus occidentale specula in litore posita vulgò dicitur *Torre d' Anzo.* Vide omnino doctiss. Cluverium Ital. Antiqu. lib. 3. pag. 986. long. 36.30. lat. 41.20.

Antœci, Si relativè considerentur partium terræ habitatores, respectu ad se invicem, alii *Periœci* sunt, alii *Antœci*, alii *Antipodes*. *Periœci* sunt qui pari Latitudine ab Æquatore distant, & ab eodem Æquatoris latere habitant (utrique scil. à Boreali ejus latere, aut utrique ab Australi) sed Longitudinem plane oppositam habent, ita scil. ut ipsorum Meridiani 180. gradibus à se invicem distant. Tales sunt incolæ Virginiæ in Americâ respectu Chinensium in Asiâ ultimâ. His par dierum longitudo, & pares anni tempestates, pari tempore contingunt; sed dum aliis meridies, aliis media nox est. Jam v. *Antœci* sunt qui eandem Longitudinem habent, quippe sub eodem Parallelo habitantes, & parem etiam Latitudinem, sed hi Borealem, illi Australem: Tales sunt Peloponnesi in Græciâ incolæ respectu extremæ Africæ habitatorum ad Caput Bonæ Spei. His simul Meridies est, & pariter media nox; Sed cum aliis horum æstas est, aliis hyems est; cum aliis dies longissimi, aliis brevissimi. Denique *Antipodes* sibi invicem sunt, quibus tam Longitudo, quàm Latitudo opposita est, ita ut toto Sphæræ diametro à se invicem distent. Tales sunt Chinenses respectu incolarum Chili Americanæ regionis. His omnia contraria; dum aliis horum Meridies, aliis media nox est; quæ aliis æstas, aliis hyems; quæ aliis dies longissima, aliis brevissima. Montanus.

Antipolis, Galliæ Narbon. urbs Ptol. *Antibe* hodie. Martial. lib. 13.

Antipolitani fateor sum filia thynni.

Vide sis eundem lib. 4. Epigr. 89. long. 29.49. lat. 42.30.

Antipyrgus, urbs Marmaricæ. Ptol. *Tetrapyrgia* Straboni, *Luco* hodie, Castaldo interprete.

Antirrhium, promontorium Achaiæ, seu Ætoliæ, contra Rhium promontorium. Plin. Hodie *S. Andrea.*

Antissa, op. in Lesbo insulâ, Stephanus addit, insulam quoque unam Cycladum sic vocari, & aliam Indiæ. Est & insula Lesbi adjuncta. Plin. 2. 89. Ovid. Met. lib. 15.

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque,
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

Antissiodorum, aliis *Altissidorum*, Ammianus Antosidurum vocat; Galliæ civitas in Senonensi provinciâ quondam à Burgundis subdita, incendio repentino combusta, à Mathilde Comite restaurata, qualis hodie conspicitur. Vulgò *Auxerre.*

Antona, fluvius & opidum Angliæ. Fluvium Polydorus Virgilius *Veium* dici testatur, incolis *Wie*, in Sabrinam influentem. Opidum *Northampton*, teste Lipsio, nominatur. Sed aliis Fluvius *Nen* est, Bennaventam, sive Northamptonam (quasi Antonam Borealem dixeris) alluens. Cæterùm gemina est *Antona*, una Meridionalis in orâ contra Vectim insulam, à Wintoniâ 10. m. p. distans, Emporium non obscurum, *Hampton*, & *Southampton* Anglis dicta, long. 19. 15. lat. 51. 04. Altera Borealis *Northampton* opidum celebre inter Londinum & Coventriam, inde 57. hinc 20. m. p. distans. Vide *Bennaventam.*

Antonia, castellum apud Hierosolymam excisum, antea *Baris* dictum, teste Josepho.

Antonina, *Utrecht*, urbs Batavorum, quæ *Utricesium* Ammiano Marcellino dicitur, al. Trajectum ad Rhenum.

Antrimensis Comitatus, prov. Hiberniæ in Ultoniâ. Terminatur à Sept. mari Deucaledonio, ab Oriente mari Scotico, à merid. Com. Dunensi, & ab Occid. Com. Cobranensi & Tyronensi. Ejus primaria Rupes Fergusii.

Antrimum, caltr. Hiberniæ, Com. cogn. caput prope lacum *Neaugh* 17. mill. à Rupe Fergusii in occ.

Antronia, urbs in Messeniâ Peloponnesi regione, ab *antris*, è quibus molares lapides exciduntur, appellata. Straboni *Antron* dicitur, itemque Stephano, qui Thessaliæ urbem esse scribit. Ab hâc *Antronii asini* dicti, de magnis corpore, & stolidis mente. Hesych. Ἄσσηρων, πόλις Θεσσαλίας, ἔνθεν Ἀσσηρώνιος ὄνος. Ita n. legendus ille locus, ubi vulgò malè divisim, & ὄσκος pro ὄνος legi solet. Ego potius *Antronios asinos* à lapidibus molaribus dictos putem, quos ὄνους Græci vocant. Item *Antronis asinus*, castellum in Phthiotidâ plagâ cujus mem. Strabo lib. 9.

Antros, insula in æstu Garumnæ fluvii ex Pyrenæo monte delapsi. Vide Melam 3. 2. editionis Vossianæ.

Antuates, pop. circa Rhodanum, finitimi Allobrogibus & Genevæ. Vide *Nantuates.* Ita enim legendum videtur.

Anturnacum, op. Germ. infer. ad Rhenum. Anton. vulgo *Andernach*, long. 28.00. lat. 50.25.

Antwerpia, olim *Atuatum*, & *Atuacutum*, nobile Brabantiæ opidum in ripâ Scaldis flu. Europæ nationibus maximè frequentatum. Sumptuosis tam privatis quam publicis nitet ædificiis. Augustissimo D. Virginis templo, cum turri ex candido lapide altissimâ: Civicâ, Hanseaticâ, Anglicâ, ac Portugallensium Domo: Monasterio Præmonstratensium; monumentoque Isabellæ Caroli Ducis Burgundionum nobilis. Anno Dom. 1567. die 3. Novemb. Antwerpiæ mœnia à Cronemburgio usque ad Cæsaream portam divulsa, soloque æquata fuere, & arx (vulgò *Cittadel*) vallo cincta, fossâ & aquâ circundata, quinque propugnaculis ex vivo saxo munita constructa est; habens in circumferentiâ inter propugnacula supernè eminentes decem & tres formas planas ad hostium insultus propellendos fortissimas. Intus latè patentem

tem aream percommodè claudunt ædes prælidiariis militibus aptæ. In aree medio tunc ſtatua ænea deaurata, maximis ſumptibus fuſa, Ferdinando Toletano, Albæ Duci olim in Flandriâ, Regis Hiſpani præfecto poſita, paulo poſt deturbata, & communita eſt. Arx illa diruta & everſa eſt, denuo a. procurante Alexandro Duce Parmenſi inſtaurata, & adhuc erecta permanet. Gallicè *Anvers*, *Antorff* Germanis; *Anveres* Hiſpanicè, & *Anverſa* Italis dicitur. Long. 23. 41. lat. 51. 16.

Anxa, op. Italiæ in orâ Salentinorum, olim Gallipolis. Plin. 3. 11. Hodiè etiam *Gallipoli* dicitur. long. 42. 12. lat. 39. 58.

Anxanum, Ferentanorum in Italiâ opidum. Ptolemæus Ἄγξανον, Λάεινον, Φερεντανῶν μεσόγειοι πόλις. Hodiè *Lanciano*, ſive *Lanzano*. Populi *Anxani*, Plin. 3. 12. lege *Anxanenſes*. long. 38. 55. lat. 42. 27.

Anxur, urbs Volſcorum. Plinius. Hanc olim *Trachiniam*, nunc *Tarracinam* dicunt Horatius in Hodœporico.

Millia tum pranſi tria repſimus, atque ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.

Lucanus lib. 3.

Jamque & præcipites ſuperaverat Anxuris arces.

Statius Silv. lib. 1. ——— *Arcesque ſuperbæ Auxuris.*

Silius lib. 8. ——— *Scopulo ſi verticis Anxur.*

Idem lib. 4. *Monte procelloſo Murrhanum miſerat Anxur.*

Martialis. *Sive ſalùtiferis candidus Anxur aquis.*

Livius lib. 5. *In Volſcis depopulato agro, Anxur nequicquam oppugnatum loco alto ſitum.* long. 37. 02. lat. 41. 8.

Aones, populi *Aoniæ*. Pauſan. lib. 9. Fuit a. Aonia pars Bœotiæ montana, unde totam Bœotiam prius Aoniam dictam legimus. Virgil. Georg. lib. 3.

Primus ego in patriam mecum, modo vita ſuperſit,
Aonio rediens deducam vertice muſas.

Juvenalis, Sat. 7. — *Cupidus ſilvarum, aptuſq; bibendis*
Fontibus Aonidum. Claud. 2. in Ruff.
Sic mons Aonius rubuit cum Penthea ferrent
Mænades. ———

Hinc *Aonios ſpecus* poſuit Catullus pro antris Bœoticis. Servius in illud Virgil. Eclog. 6.

Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum
Aonas ad montes. ———

Aonia, inquit, *quæ & Bœotia.* Hinc *Aonides Muſæ*, quæ apud Auſonium *Bœotia numina* dicuntur. Hinc *Aonium nemus* & *Aonia lyra* apud Ovid. & Propert.

Aornos, vel *Aornis*, petra apud Indos præceps & invia, monumentis hiſtoricorum celebrata, quaſi *avibus inacceſſa*. Dionyſius Periegetes. verſ. 1149.

Ἦ δ' ἤτοι περιναίεται ἐν Ὠκεανὸν βαθυδίνῃ
Ἠλίβατος, τηλοῦσι δυσέμβατος οἰνοπίσιν.
Τὴν μὲν ἐγὼ φάτις ὀπλεύσιον Ἄορνιν.

Neſcio quo auctore fretus Dionyſius Coliacum promontorium Oceano imminens Ἄορνιν cognominari affirmet. Celebris quidem eſt apud auctores eos, qui Alexandri res geſtas ſcriptis mandarunt, Ἄορνος petra (per hyperbolen, altitudinis causâ, ſic appellata, ac ſi *volucribus quoque invia videretur*, uti de Macedoniæ montibus L. Florus lib. 2.) quam ab Hercule fruſtrà obſeſſam ferunt, ab Alexandro v. expugnatam. Vide Curtium lib. 8. & Arrianum lib. 4. Sed petra illa longè à Coliaco promontorio diſſita, ad Indum ſc. flu. quâ Alexander Indiam ingreſſus iter fecit. *Radices ejus* (inquit Curtius) *Indus amnis ſubit.* Et prope ipſos Indi fontes eum ſtatuit Strabo lib. 15. Ἄορνόν τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς κατῤῥεῖ πλησίον τῆς πηγῆς. Scribit Plutarchus Alexandrum, cùm intellexiſſet hanc petram teneri ab homine meticuloſo dixiſſe, Nunc locus iſte captu facillimus eſt. De hâc rupe Lucianus in Rhetor. Præcept. Εἶτα ἐπειδὴν πλησιάσῃς τῷ ὄρει, τὸ μὲ περὶτὸν ὑπομανώσκῃς ἢ ἄνοδον, καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιόν σοι ᾖ δοκεῖ οἷα ἡ Ἄορνος πέτρα ἐφάνη Μακεδόσιν, ἀπόξυσον αὐτὴν ἀπανταχόθεν ἰδόσιν ἀτεχνῶς, ὡς ὀρθίοις ὑποβεβλῶσαι ῥᾳδίαν, Διονύσου τινὸς, ἢ Ἡρακλέους, εἰ μέλλοι καθαιρεθήσεσθαι, δεομένων.

Aornus, lacus quidam prope Tarteſſum, alias *Libyſtinus* dictus. Schol. Ariſtoph. in Ranas. Ἡ δὲ Ταρτησσὸς πόλις Ἰβηρικὴ πρὸς ᾧ Ἄορνον λίμνην.

Aornus, lacus inter Puteolos & Baias, Latinis *Avernus*, ſic dictus, quod *avibus careat*, quæ ſupervolantes gravi ejus odore enecantur: ſive quòd ſulphureæ exhalationes aerem uſque adeo extenuent, ut aves ſuſtinere non poſſit. Virgil. Æn. 6.

Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris;
Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis, talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad convexa ferebat.
Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum.

Hauſit ex Lucretio ſub. Sic enim ille lib. 6.

Principio quod Averna vocantur, nomen id ab re
Impoſitum eſt, quia ſunt avibus contraria cunctis.

Similis plane deſcriptio eſt apud Petronium Arbitrum in Satyrico.

Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu
Parthenopen inter, magnæque Dicarchidos arva
Cocytâ perfuſus aquâ, nam ſpiritus extra
Qui furit effuſus funeſto ſpargitur æſtu.
Non hæc auctumno tellus viret, aut alit herbas
Ceſpite lætus ager: non verno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur:
Sed Chaos & nigro ſqualentia pumice ſaxa
Gaudent ferali circumtumulata cupreſſo.

Nominis notationem tetigit Claudianus lib. 2. de Raptu Proſerp.

Tunc & peſtiferi pacatum limen Averni
Innocuæ tranſiſtis aves.

Aorſi, populi Sarmatiæ, Tanaim flu. accolentes. Horum regio *Severia* hodie dicitur, ſub Moſchis. Eorum meminere Strabo & Ptolemæus.

Aous, flu. in eâ parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adjacet, non procul ab Apolloniâ in mare illabens, *Vajuſſa* hodie. *Lous* Ptolemæo. *Æas* Straboni ac Melæ dici videtur.

Apamia, vel *Apamea*, Phrygiæ urbs, ad Marſyæ flu. oſtia, *Cibotos* olim appellata. Græcè autem κιβωτὸς eſt *arca*, quâ voce utuntur tum Author epiſtolæ ad Hebræos, cap. 11. tum B. Petrus ep. 1. cap. 3. ubi de Arcâ Noë; quam Flav. Joſephus λάρναχα vocat Ant. 1. 4. Strabo. Ἀπάμεια, ἡ Κίβωτὸς λεγομένη. Ptolemæus. Ἀπάμεια Κίβωτος. Plin. 5. 29. *Tertius Apameam vadit, ante appellatam Gelænas, deinde Ciboton.* Claudebatur enim in arcæ modum à tribus fluviis illam ambientibus. Plinius ubi ſupra. *Sita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſya, Obrimâ, Orgâ fluminibus in Mæandrum cadentibus.* Long. 59. 50. lat. 39. 50. Eſt & *Apamæa* Bithyniæ op. à Nicomede Pruſiæ regis filio, de matris *Apames* nomine ſic dictum, poſtea *Myrlea*, à *Myrlo* Colophoniorum duce appellata. long. 56. 50. lat 49. 56. Item urbs Mediæ in illius & Parthiæ confin. *Miana*, teſte Moletio. Item alia in Meſopotamiâ apud Euphratem flu. ex adverſo Zeugmatis, long. 79. 50. lat. 49. 56. Altera ad Tigrim in eâdem provincia, ubi is in 2. alveos dividitur, ſupra Seleuciam ad 125. m. p. Alia in Perſide. Denique urbs Syriæ archiep. olim clara ad Orontem flu. inter Antiochiam, & Emeſam ad 65. m. p. à Lariſsâ 15. *Hamous*, teſte Bellonio, *Hama* Leunclavio, *Aman* aliis, à Seleuco rege condita, ac de ſororis nomine dicta. Regio *Apamena*. Dionyſ. verſ. 918.

Αὐτὰρ ἐνὶ μέζοσιν Ἀπαμείης πολίεθρον
Τῆς ὑπὸ θεσπεσίῃ κατασύεται ὑγρὸς Ὀρόντης.

Long. 70. 00. lat. 34. 45. Notandum hic urbes hujus nominis fere quotquot ſunt, aquis pariter circumfundi. Ammianus Marcellinus de Apameâ Meſenes. Urbs eſt quam Tigridis aquæ ambiunt. Steph. Ἀπάμεια δέτι καὶ ἄλλη ἐν τῇ Μεσωπῶν γῇ τῷ Τίγρητι περιεχομένη. Et Plinius, *Tigris circundatur huic.* Idem de Apamia Phrygiæ, *Sita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſyâ*, Stephanus de Apamiâ Syriæ. Ἑκκαίδη ἡ Χερρόνησος ἀπὸ θεσπεσίης τῆς ὑδάτων. Itaque veriſſimum puto quod obſervat Vir Maximus *Apamia* vocem eſſe Syram, quamvis illius originem non videatur planè aſſecutum fuiſſe, quæ tota latet in Jonæ verbis cap. 2. verſ. 4. אפפוני מים *aphaphuni maijm*, h. e. *circumdederunt me aquæ*. Bochartus.

Apeneſtæ, urbs Apuliæ, Dauniæ. Ptol. Ἀπυλῶν Δαυνίων. Σαμπία, Σπατῆς, Ἀπινέσται. *Vieſte* hodiè, Ligorio a. *Manfredonia* dicitur. Quo loco a. fuerit divinatu haud facile eſt, inquit Cluverius.

Apenninus mons, cujus nominis origo planè incerta eſt; ſiquidem nemo eam unquam aperuit, niſi quæ per ſummum delirantis cerebri nugamentum de eo adnotaverunt Grammatici, in quibus Iſidorus Origin. lib. 14. cap. 8. ita tradit. *Apenninus mons adpellatus, quaſi Alpes Pœninæ; quo Hannibal veniens ad Italiam, eaſdem Alpes aperuit: unde & Virgilius, Alpes immittet apertas. Has n. Hannibal poſt bella Hiſpaniæ aceto rupit; & inde loca ipſa, quæ rupit, Apenninæ Alpes vocantur.* Servius ad Virgilii Æn. 10. *Alpes immittet apertas. Has* (inquit) *ante exuſtas, aceto infuſo Hannibal rupit, & inde loca ipſa, quæ rupit, Apenninæ Alpes vocantur.* Paul. Diaconus rerum Langobardicarum lib. 2. cap. 18. *Apenninæ Alpes, per mediam Italiam pergentes, Tuſciam ab Æmiliâ, Umbriamque à Flaminiâ dividunt. Alpes a. Apenninæ dictæ ſunt à Punicis, h. e. Annibale, & ejus exercitu; qui per eaſdem Romam tendentes tranſitum habuerunt.* Ecquid hos homines ullam Italiæ cognitionem habuiſſe dixeris? Ecquid Romanas hiſtorias de bello Hannibalico unquam legiſſe

ſiſſe credideris? Vix arbitror, (inquit Cluverius.) Quippe quis tam rudis imperitusque rerum Romanarum esse potest, qui ignoret, quo tractu sint *Penninæ*, sive ut alii scripsere, *Pœninæ Alpes*, quas Hannibal cum Punico suo exercitu ferro, igni, acetoque rupisse traditur? Nempe qui nunc vocatur *mons Jovis*, sive alio nomine, *Mons Divi Bernhardi*: quà transitus est ex Salassis, ab Augustâ Prætoriâ in Veragros ad Octodurum, quod vulgo dicitur incolis *Martinach*. Cæterùm de Apennino ita tradit Livius lib. 36. *Id Jugum, sicut Apennini dorso Italia dividitur, ita mediam Græciam dirimit.* Et Martianus Capella lib. 6. *Si à primis Alpibus dextrum latus, & prolixi montis brachium contempleris, prominentias utrinque componens: Theatrum quoddam spectare videaris undarum. Lunata quippe, & quodam hemicyclio in promontorium memoratum circumfertur Italia.* Leucopetram intelligit. Plinius initio capitis 5. libri 3. *Lucanum Brutiumque litus; quo longissimè in meridiem ab Alpium fine lunatis jugis in maria excurrit Italia.* Et eodem capite postèa, expositâ Ligurum orâ maritimâ: *Atergo autem suprà dictorum omnium Apenninus mons, Italiæ amplissimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum.* Vetus commentator Horatii ad Ἐπῳδῶν oden 16. *Apenninus mons ab Alpibus ortus, & mediam Italiam longissimo tractu versus Siculum fretum, quasi dorso quodam scindens, inferum mare à supero dividit.* Strabo lib. 2. Νέμουσι δ' οἱ Λίγυες μέρος τῆς Ἄλπεως, τὸ συνάπτον τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, μέρος δὲ καὶ τῆς Ἀπεννίνων ὀρῶν κατέχουσι. Ταῦτα δ' ὄζειν ὀρθὴν βάχις διὰ τὸ μῆκος ὅλα τὴν Ἰταλίας διαπεφυκυῖα ἀπὸ τῆς ἄρκτου ἐπὶ μεσημβρίαν, τελευτῶσα δ' ὅπῃ τὴν Σικελικὸν πορθμόν. Ptolemæus in descriptione Italiæ. Τὰ δὲ Ἀπέννινα ὄρη ὑπερέκειται μικρὸν τῶν Λιγυστικῶν ἀρχόμενα ἀπὸ τῆς Ἄλπεως, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπεκτεινόμενα ἄχρι Ἀγκῶνος, κακεῖθεν ὀπισθοφέροντα πρὸς μεσημβρίαν, τελευτᾷ ὅπῃ τὴν Λευκοπέτραν. Lucanus lib. 2.

Mons inter geminas medius se porrigit undas
Inferni superique maris: collesque coercent,
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ;
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

Rutilius Itinerarii lib. 2.

Diversas medius mons obliquatur in undas,
Quà fert, atque refert Phœbus uterque diem.
Urget Dalmaticos Eoo vertice fluctus,
Cærulaque occiduis frangit Etrusca jugis.

Polybius libro secundo. Τὸν δ' Ἀπέννινον ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς Λιγυστινοὶ κατοικοῦσι, καὶ τὴν ὅπῃ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος πλεόντων ἄπωθεν κεκλιμένοι, καὶ τὴν ὅπῃ τὰ πεδία θέρμα θάλατταν μέχει πόλεως Πίσης. Ἐξῆς δὲ Τυρρηνοὶ, τέτοις δὲ συνεχεῖς ἑκάτερον τὸ κλίμα νέμουσι τῆς περιεχομένων ὀρῶν Ὄμβρει. Λοιπὸν ὁ μὲν Ἀπέννινος ἀπέχων τὴν μὲν Ἀδρίαν θαλάττης σταδίους ὡσανεὶ πενταχοσίους, ὑπολείπει τὰ πεδία δέξιος ἀπονέμων, καὶ διὰ μέσης τὴν λοιπῆς Ἰταλίας δήκων εἰς τὸ Σικελικὸν κλατεινὴ πέλαγος. Apennini descriptionem etiam nobis exhibet Marcus Vitruvius Pollio lib. 2. cap. 10. cujus verba apponam. *Montis Apennini primæ radices ab Tyrrheno mari in Alpes, & in extremas Hetruriæ regiones oriuntur. Ejus v. montis jugum se circumagens, & media curvaturâ prope tangens oras maris Adriatici, pertingit circuitionibus contra fretum. Itaque citerior ejus curvatura, quæ vergit ad Hetruriæ Campaniæque regiones, apricis est potestatibus: namque impetus habet perpetuos à Solis cursu. Ulterior autem quæ est proclinata ad superum mare, Septentrionali regioni subjecta, continetur umbrosis & opacis perpetuitatibus.* Cæterum ex Polybii loco nuper adducto hæc hausit Strabo lib. 5. Τὰ Ἀπέννινα ὄρη ἀοξάμενα ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς, εἰς τὴν Τυρρηνίαν ἐμβάλλῃ, στενὴν θαλαίαν ἀπολιπόντα. Εἶτα ἀναχωρήσαντα εἰς τὴν μεσόγαιαν καὶ ὀλίγον, ἐπιδιδὸν γλίσχ τὴν πισάτην, ὅπισθεν πρὸς ἕω καὶ τὴν Ἀδρίαν, ἕως τῆς περὶ Ἀρίμινον καὶ Ἀγκῶνα τόπων. Σωμάζοντα δὲ τοῖς τόποις τούτοις, καὶ ἀφορίζοντα, τὸ ταύτῃ πλάτος τῆς Ἰταλίας ἀπὸ θαλάττης ὅπῃ θάλατταν, ὅπισθοφλὼ λαμβάνῃ πάλιν, καὶ τέμνῃ τὴν χώραν ὅλην ὅπῃ μῆκος. μέχει μὲν δὴ Πελκετίων, καὶ Λαρκανῶν ὃ πολὺ ἀφίσα), τὸ Ἀδρίᾳ. συνάπτοντα δὲ Λαρκανοῖς ὅπῃ τὴν ἑτέραν θάλατταν ἐποκλίνῃ μᾶλλον, καὶ λιπὸν διὰ μέσων τῶν Λαρκανῶν καὶ Βρεττίων διεξιόντα τελευτᾷ πρὸς τὴν Λευκόπετραν τὴν Ῥηγίνης. Claudianus in Panegyrico de 4. Consulatu Honorii.

Stipatus adhuc, equitumque catervis
Integer, ad montes reliquo cum robore cessi,
Quos Apenninum perhibent. Hunc esse ferebat
Incola, qui, Siculum porrectus ad usque Pelorum,
Finibus ad Ligurum populos amplectitur omnes
Italiæ; geminumque latus stringentia longe
Utraque perpetuo discriminat æquora tractu.

Unus quidam Strabo Apennini quasi alterum quoddam cornu à proximis Lucanorum finibus, fonteque amnis Bradani in Apuliam producit; quod jugum Alpibus cohærens, Vulturem dictum fuisse incolis ostendit Cluverius. Atqui reliqui omnes authores unum Apennini lunatum jugum faciunt, ab Ligurum finibus ad Leucopetram usque promontorium. Stabonis, ut videtur, verbis inducti nostri ævi Geographi, Apenninum in duo scindi cornua affirmarunt; quorum alterum in Leucopetrâ; in Salentino sive Iapygio promontorio alterum finiatur. Quod idem innuere quoque putarunt Pomponii verba, quæ lib. 2. cap. 4. sunt hujusmodi. *Italia ab Alpibus incipit in altum excedere: atque ut procedit, media se perpetuo Apennini montis jugo attollens, inter Hadriaticum & Thuscum, sive, ut aliter eadem appellantur, inter superum mare, & inferum excurrit: diu solida; verum ubi longè abit, in duo cornua scinditur; respicitque altero Siculum pelagus, altero Ionium.* Quæ ita Solinus cap. 8. mutuata refert. *Italia universa consurgit à jugis Alpium; inde procedens paulatim, se Apennini dorso extollit, extensa inter Tuscum & Adriaticum, id est, inter superum mare & inferum. Ubi longius processit, in cornua duo scinditur; quorum alterum Ionium spectat æquor, alterum Siculum.* Verùm his verbis non Apenninus mons, sed ipsa terra Italia *in duo scindi cornua* disertissimè perhibetur. Præterea falsum est, quod illi nostri seculi adfirmant homines, Apennini aliquod continuatum jugum in Iapygium usque promontorium. Quippe prædictus *Vultur mons*, quem Strabo vocat partem Apennini, non ultra regionem Egnatiæ extenditur. Reliqua hinc terrarum pars, ad memoratum usque promontorium, satis jam plana est: etiamsi incola nuper hujus oræ Antonius Galatæus, in libro de *Iapygiâ*, montes hîc extollat tanto verborum tumore, uti Apennini, adeoque ipsarum Alpium altitudinem, antè quàm coram ipse insperaret, exæquare eos existimaverit Cluverius. De cætero nec illud verum est, quod unus Ptolemæus ait, ad Garganum adpropinquare Apenninum montem: quum hac regione ferè medium teneat Italiæ inter gemina maria. Apud Lucanum quoque de eodem Apennino sic scriptum est, lib. 2.

Non deserit antè
Hesperiam, quàm cùm Scyllæis clauditur undis,
Extenditque suas in templa Lacinia rupes
Longior Italiâ, donec confinia pontus
Solveret incumbens, terrasque repelleret æquor.
At postquam gemino tellus elisa profundo est;
Extremi colles Siculo cessere Peloro.

Siciliam vult quondam adnexam fuisse Italiæ; ut plerique alii veterès authores (uti ostendemus in *Rhegium*) antè ejus divulsionem Apenninum extensum fuisse in eam insulam, quà Pelorus mons Messanæ Tauromenioque urbibus imminet. At quam hîc partem ille facit Apennini, veluti cornu quoddam in Lacinium usque promontorium ad 40 fermè millia extensum, Plinius *montem Clibanum* vocat. Uno igitur perpetuo dorso Apenninus à Ligurum finibus per omnem reliquam Italiam ad fretum usque Siculum in promontorium Leucopetram excurrit. Hyperbolicè quidem, poetico more de montis hujus rectitudine loquitur Dionysius, dum eum Italiam mediam dividere affirmat, tanquam lineam amussi fabrili ductam. Ita enim verba ejus sunt intelligenda. vers. 339.

Μέσῃ δ' ἀμφοτέρων θεμένη πέρας Αὐσονὶς αἶα
Πελυτενής, ἣ μὲν τε μέσην ὄρος ἀνδιχα τέμνῃ
Ὀρθὸν, ἅτ' ἐκ βάθμης ἐυμμιγὲς (ἐκ δὲν ἐκεῖνο
Ἰδεῖς μωμήσαιο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης)
Ὃ ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον, ἐκ δὲ βορείης
Ἄλπεος ἀρχόμενον Σικελὴν ὅπῃ πορθμίδα λήγῃ.

Ubi in ultimis verbis hypallagen esse oportet, si authorem errore liberare velimus; ut non intelligatur *à Boreali Alpium parte esse Apennini principium*, sicut verba præ se ferunt (cum ab Australi potius earum parte oriatur sc. juxta Liguriam) sed quòd *ipse Apeninus ab Alpibus* ut Boreali suo termino exeat; qui inde ad Orientem & Meridiem vergit Italicam ferè mediam secans, donec ad fretum Siculum desinit. *Longitudinem* huic monti tribuit poeta quidam (quem Neronem fuisse vulgò putant) apud Persium Satyrâ primâ.

Sic costam longo subduximus Apennino.

Altitudinem ejusdem indicare voluit Petronius Arbiter in Satyrico, Discordiam introducens hoc modo.

Hæc ut Cocyti tenebras, ac Tartara liquit,
Alta petit gradiens juga nobilis Apennini:
Unde omnes terras, atque omnia litora posset
Aspicere, ac toto fluitantes orbe catervas.

Virgilius Æn. 12.

Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse, coruscis
Quum fremit ilicibus, quantus, gaudetque nivali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.

Horatius in Epodis.

In mare seu celsus procurrerit Apenninus.

Lucanus lib. 4.

Umbrosis mediam quà collibus Apenninus

Erigit

Erigit Italiam, nullo quà vertice tellus
Altius intumuit, propiusque accessit Olympo.
Silius Italicus lib. 4.
Horrebat glacie saxa inter lubrica summo
Piniferum cœlo miscens caput Apenninus;
Conciderat nix alta trabes; & vertice celso
Canus apex strictâ surgebat ad astra ruinâ.
Verùm licet immensæ sit altitudinis Apenninus; tamen Alpium sublimitatem minime adæquat, Cluverio teste. Utrosque conjunxit Ovidius Met. 2.
Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus.

Apeyræ, Ptolemæo, *Apyræ* Plinio, Lyciæ urbs. *Phinica*, teste Villanovano.

Apesas, sive *Apesus*, *Apesantus* Plinio, *Apæsantus* Plutarcho, mons Peloponnesi in Agriâ reg. apud Lernam paludem, & Nemeam silvam. Papinius Theb. 3.
Mons erat audaci seductus in æthera dorso
Nomine Lernæi dicunt Apesanta Coloni,
Gentibus Argolicis olim sacer.———
Ubi Lactantius Scholiastes vult montem esse Tarsi Ciliciæ, unde se Perseus misit ad volandum ἀπὸ τῆ ἀφιέναι; ideoque *Aphesanta* legit. Cæterum quæ de Cilicia & Tarso scribit Grammaticus ille, meræ nugæ sunt, nam in Græcia h. montem collocat Papinius, uti auctor libri de flum. Pausanias de situ ejus expressè in Corinthiacis: ὄρος Ἄπεσας ὄζιν ὑπὲρ τ Νεμέαν. Ab hoc monte *Apesantius* Jupiter dictus. Vide Steph. in Ἄπεσας.

Aphace, urbs Libyæ. Steph. Fuit & *Aphace*, vel *Aphaca*, Palæstinæ locus inter Heliopolim, & Byblum, ubi fanum Veneris *Aphacitidis*. Eusebius in vitâ Constantini, lib. 3. cap. 53. Ἄλσος καὶ τέμενος ἐν ἀκρωρείας μέρει τῆ Λιβάνε ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον. Ubi pro *in Aphacis* perperam Muscul. *in fruticeto*, uti Christophorsonus Episcopus olim Cicestrensis *inter arbusta*. Socrates 1. 4. Τὸ ἐν Ἀφάκοις τῆ Λιβάνε ἱερὸν τ Ἀφροδίτης. Et Sozomen. 2. 4. Ναὸς ὁ ἐν Ἀφάκοις τ Ἀφροδίτης ἐπὶ τ Λίβανον τὸ ὄρος, καὶ Ἄδωνιν τ πολεμόν. Quod apud Cassiodorum in Tripart. lib. 2. cap. 20. sic redditur. *In Aphacis juxta montem Libanum, & Adonim fluvium Veneris domus.* Ortelio etiam in Thes. Geogr. jamdiu observatus locus ille Zosimi, ib. 1. Ἄφακα χωρίον ὄχθῳ μέσον Ἡλιουπόλεως τ καὶ Βύβλε κεῖθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυτο. Idem legere est in Nicephoro, nisi quod habet perperam ἐν Φακίκοις, pro ἐν Ἀφάκαις. Ejus cultores non aliâ de causâ in locum illum confluebant, quàm ut in honorem Deæ scilicet omni libidinis genere se pollluerent, quod etiam testatur Eusebius. Tam detestandæ libidini videtur dedisse occasionem ipsa loci appellatio. Quippe עפקא *aphaca* Syris, adeoque & Phœnicibus *amplexum* sonat. Aphacis porro ab amplexibus voluerunt ideo nomen obtigisse, quia in eo ipso loco accensâ libidine, in Adonidis amplexus ruit Venus. Ne quis nos putet divinare, audi quæ profert Etymologicus ex aliquo veterum, quamvis authorem non citet Ἄφακα Συρῶν μὲν ὄζιν ἡ λέξις, δύναται δὲ καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν, εἰ δεῖ τὸ δημῶδες εἰπεῖν ῥῆμα, φελημμα, φελιαζόσης τ Ἀφροδίτης ἐπεὶ τ Ἄδωνιν, ἢ τ πρώτην, ἢ τ ἑφάπτην φελοῦ. Vide Bochartum de Phœn. Colon. p. 830. & 831.

Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis, unde Proverbium *Ad Aphannas*, de obscuris, Steph.

Aphetæ, urbs Magnesiæ in Pagasetico sinu. Steph. Apollon. Argon. lib. 1.
Τλῶ δ' ἀκλῆτὼ Ἄφετας Ἀργῶς ἔπι κικλήσκων.
Quia inde, ceu à carceribus, soluta est & emissa Argo navis. Pomponius 2. 3. *At cum litora leguntur, à promontorio Sepiade per Demetrion & Halon & Pteleon & Echinon, ad Pagasæum sinum cursus est. Ille urbem Pagasam amplexus, amnem Sperchium accipit: & quia Minyæ Colchida petentes inde Argo navem solvere memoratur.* Et hic, inquit Vossius, errat Mela. Non enim per supra memorata loca cursus est ad sinum Pagasæum, sed per sinum Pagasæum cursus est ad supra dicta loca. Errat quoque cum dicit Sperchium infundi in sinum Pagasicum, cùm in Maliacum effundatur. Rectè v. dicit Argo navem Pagasis solvisse. Nam quod *Aphetas* hic reposuit Pintianus, id non probo. Tum quòd id adversetur vett. exemplaribus, tum quoque quod Aphetæ & Pagasæ pro eodem accipi debeant loco. Itaque & Aphetis & Pagasis rectè dicuntur solvisse Argonautæ. Lucanus.
Prima fretum scindens Pagasæo littore pinus.

Aphidnæ, locus Atticæ. Seneca in Hippolyto:
———*parvas alius*
Calcet Aphidnas.

Aphrodisias, urbs Cariæ, 20. m. p. ab Antiochia Mæandri in Eur. & 30. à Laodicæa in merid.

Aphrodisias, op. Ciliciæ marit. 12. m. p. à Seleucia in Africum, 18. autem ab Arsinoe in ort. hodie *S. Theodoro*, teste Coriolano Cepio.

Aphrodisium, vulgò *Africa*, urbs Barbariæ, in orâ regn. Tunetani, 20. leuc. ab Hadrumeto in ort.

Aphrodisium, *Achaton* Lusignano, Cypri op. à Salamina 24. m. p. in Bor.

Aphrodisium, prom. cum op. cogn. in ora Hisp. citer. vulgò *Cap. de Creuz*, 3. leuc. à Rhodis in ort. 6. à Caucoliberi in Eur. & 10. à Gerunda in Cæc. estque in confin. Cataloniæ prov. prope M. Antipyrenæos.

Aphyte, vel *Aphytis*, op. Thraciæ non procul à Pallene, oraculo Apollinis insigne. Incolæ *Aphytæi*. Steph. Hos Jovem Ammonem non minore cultu, quam ipsos in Africâ Ammonios veneratos, Pausanias in Laconicis refert, & Lysandro urbem oppugnanti Ammonem per noctem apparuisse, & illum monuisse; & illi, & Lacedæmoniis melius cessurum, si Aphytæos desiissent bello vexare. Itaque Lysandrum obsidionem deseruisse, & Ammonis religiosius colendi eis auctorem fuisse.

Apia, regio ab *Api* 4. Sicyoniorum rege appellata, Ægialea anteà dicta, nunc Peloponnesus. Hom. Il. 1.
Τηλόθεν ἐξ Ἄπης γαίης.———
Ubi tamen Schol. Ἐκ τ ἀλλοδαπῆς καὶ μακρὰν ἀπεχούσης γῆς.

Apidanus, unus ex præcipuis Thessaliæ fluviis, tardè fluens, quousque illi commiscetur Enipeus, quem ipse secum in Peneum defert, ut habet Lucanus lib. 1.
———*In gurgite vasto*
Apidanus, nunquamque celer, nisi mistus Enipeus.
Ovid. Met. 1. *Apidanusque senex, lenisque Amphrysus & Æas.*
Idem lib. 7. *Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,*
Multa quoque Amphrysi.
Propert. lib. 1. *Qualis in herboso concidit Apidano.*
Demetrius Troadis fluvium facit. Stephanus.

Apidanenses, Arcades. Dionysius.
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθυ.
Ubi alii Ἀπιδανῆ legunt, ut referatur ad montem Erymanthum. Cur v. Arcades ipsi, aut mons ille sic dicatur, haud satis constat. Eustathius quidem ab Apide quodam, qui ex Epiro veniens Arcadiam incoluit, Peloponnesum totam *Apiam*, Arcades vero peculiariter *Apidaneas* dictos refert, hunc versum ex Arriano in rei testimonium adducens.
———Κλυτὸς Ἄπις
Ὅς ῥ' Ἀπίλη ἐφάπτης καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.
Callimachus Hymno in Jovem. ———Ἀλλὰ ἑ Ῥείη
Ὀγύγιον καλέεσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.
Ubi Scholia Ἀπιδανῆες, οἱ ἀρχαῖοι Ἀρκάδες. Strabo tamen Apiæ nomen potius ad Argiam, & Ἀπιδόνων (sic enim vocat) ad Argivos proprie pertinere censet. Forte tamen Apis utrique regioni imperitavit, & sic Strabo cum Dionysio & Eust. conciliabitur.

Apina, vel *Apinæ*, urbs Apuliæ. *Tricas* autem & *Apinas* vulgò res futiles, & nugatorias dicunt. Mart. lib. 14.
Sunt Apinæ Tricæque, & si quid vilius istis.
Plin. 3. 11. Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertêre, *Apinam*, & *Tricam*. Inde *Apinarii*, γελωτοποιοὶ, scurræ, mimarii, qui divitum mensas sectabantur. Trebellius Pollio.

Apiola, vel *Apiolæ*, civitas Italiæ, capta à L. Tarquinio rege, de cujus prædâ Capitolium inchoavit. Plin. 3. 15. Steph.

Apollinis civitas magna in Ægypto. Ptol. *Munsia* Zeiglero.

Apollinis civitas parva in Ægypto, Libyam versus. Ptol. Steph.

Apollinis civitas tertia in Æthiopiâ juxta mare rubrum. Steph.

Apollinis arx, ad Sibyllæ antrum: cujus meminit Virg. Æn. 6. Hodie *arco Felice* nominari tradit Pighius in Hercule Prodico.

Apollinis Fanum, in Africâ propriâ situm. Ptol.

Apollinis Fons, aqud Cyrenam in Africâ. Eustathius.

Apollinis promontorium, est in Africâ propriâ. Ptol. & Livius. *Rosamusat* Mercatori. Est & *Apollinis promontorium* in Mauritaniâ Cæsariensi eidem Ptolemæo, quod *Cabo de Tenes* Castaldo vocatur.

Apollinis templum Zerynthium vocant incolæ. Liv. lib. 38. qui hoc in Thraciâ describit in Æniorum finibus. Item *Apollinis templum* in Myrien si sinu Lyciæ. Ælianus.

Apollonia, Cyrenaicorum navale in Pentapoli reg. Ptol. Hodie *Bonandrea* Castaldo. Long. 50. 10. Lat. 31. 40.

Apollonia, Phrygiæ urbs, quam *Margion* quoque vocat Stephanus.

Apollonia, Mygdoniæ civitas, hodie *Seres*, teste Nigro.

Apollonia, Taulantiorum in Macedoniâ op. ad Ionicum mare situm. Ptol. *Sissopoli* Pineto. Niger dicit hoc loco castellum esse *Piergo* dictum. Sophianus ait antiquum nomen obtinere.

obtinere. Arbitrii jus ſit penes lectorem. Hanc Apolloniam vocat Plinius Corinthium coloniam, ex quo ſuſpicor eandem eſſe cum eâ quam Stephanus *Gylaciam* vocat (etſi eam in Illyrico ponat) nam & Coloniam Corinthiorum eſſe ait, non longè ab Epidamno ſitam, quod in Macedoniæ confinibus eſt, ubi eadem à Ptolemæo, & Plinio deſcribitur. Fines namque regionum ab auctoribus confundi non ſemel experimur.

Apollonia, Cretæ urbs, antea *Eleutheria* appellata. Steph.

Apollonia, Siciliæ urbs, ſupra Calactam, & Alontium in Mediterraneo. Ejus meminere Diodorus, & Stephani Epitomator. Vide Cluver. Sicil. Ant. pag. 384

Apollonia, Aſiæ op. maritimum, *Aſſos* dictum in Actis Apoſtolorum, ut quidam putant. Item urbs in orâ Ponti, Mileſiorum colonia. Strabo. Item Thraciæ civitas, Plinio *Anthium* olim vocata. Mela *magnam* cognominat. Porro *Apollonia*, urbs fuit apud Parnaſſum, juxta Delphos, aliàs *Cypariſſus* dicta. Steph. Trœzen etiam olim *Apollonia* dicebatur. Steph. Populi harum urbium prædictarum *Apolloniatæ*, vel *Apollonienſes*. Item *Apollonienſes*, pars quædam addita Attalidi tribui. Steph. Quem vide in Ἀπολλωνία.

Aponus, fons & vicus ad Euganeos colles in Italiâ prope Patavium, ubi & aquæ calidæ variis morbis aptæ; A Claudiano elegiaco carmine laudatæ, & à Theodorico Gothorum rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro. Lucan. lib. 7.

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur.
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
Atque Antenorii diſpergitur unda Timavi.

Ejus aqua fatidica olim credebatur. Unde conſultans Tiberius ſortes in eas conjecit. Lege Sueton. in Tiber. c. 14. Videturque illic reſpexiſſe Lucanus ubi ſupra.

Mart. 1. 62. *Cenſetur Apona Livio ſuo tellus,*
Stellâque nec Flacco minus.

Idem 6. 62. *Nec fontes Aponi rudes puellis.*

Nomen ei, quia contra morbos eſt, vel quia citra dolorem medetur, ab α & πόνος *labor*, Vide Cluver. Ital. Ant. p. 153.

Appia Via, ab urbe Româ per Capuam Brunduſium uſque perducebatur, 330. ſeu 350 m. p. longa, ab Appio Claudio Conſ. conſtructa. Statius lib. 2. Sylv.

Appia longarum teritur regina viarum.

Mart. 9. 103.

Appia quam ſimili venerandus in Hercule Cæſar
Conſecrat, Auſoniæ maxima fama viæ.

Hanc viam lucalenter deſcribit Procopius Gothicorum, lib. 1. his verbis. Ἔστι δὲ ἡ Ἀππία ὁδὸς ἡμερῶν πέντε ἀνδρὶ εὐζώνῳ. ἐκ Ῥώμης γὰρ αὕτη εἰς Καπύην διήκει. ἔνθα δὲ ἔτι ἡ ὁδὸς ταύτης, ὅσον ἀμάξας δύο ἀλλήλαις ἐκπίπτειν ἐάσας. ἡ γὰρ λίθου ἅπαντα ῥωμαϊστὶ ἔστι, καὶ ξυνέχει σκληρὸν, ἐκ χρόνου ἄλλως μακρὸν ὄντα, τεμὼν Ἄππος ἐνταῦθα ἐκόμισε, ταύτης γὰρ ἡ γῆ ὑδαμῆ πόρυκε. Λείας δὲ τοὺς λίθους, καὶ ὁμαλὰς ἐργασάμενος, ἐγκαινίας τῇ ἐκλογῇ πεποιημένους ἐς ἀλλήλας ξυνέθηκεν, ὥστε μηκὸν ἓν ἔχειν τι ἄλλο ἐμπεφυκὸς ἑτέρῳ. οἱ δὲ ἀλλήλοις ὥσπερ ἀσφαλῶς ξυνδέδενται, καὶ μεμίκασιν, ὥστε ὅτι δὴ ἐκ εἰδὼς ἡγήσαιτο, ἀλλ' ἐμπεφύκασιν ἀλλήλοις, δόξαν τοῖς ὁρῶσι παρέχοντες. καὶ χρόνῳ τειδεῖ συχνῷ ὕστερον ἀμάξαις τε, πολλαῖς, καὶ ζώοις ἅπασι διεξόδους μυρίους εἰς ἡμέραν ἑκάστην, ὁδὸς ἡ ἀειρεσίας παντάπασιν διαλέκειν), ὁδέ πῃ αὐτῶν διαθρυπτῆναι, ἢ μείωσιν γενέσθαι ξυνέπεσεν, ἃ μὴ ὁδὸς ἡ ἀμαρυγῆς ἡ ἀποκαλέσῃ.

Appii Forum, Hieronymus putat ab *Appio* quodam Conſule appellatum, à quo *Via Appia* dicta. Opidum fuit longius à Româ, quàm Aricia diſtans, quod Horatius oſtendit Serm. 1. Sat. 5.

Egreſſum magnâ me accepit Aricia Româ
Hoſpitio modico, Rhetor comes Heliodorus,
Græcorum longè doctiſſimus; inde Forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Ad hunc locum B Paulus venit, cùm Romam duceretur, S. Lucas in hiſtoriâ Act. Apoſt. cap. 28. com. 15. Κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου, καὶ Τριῶν ταβερνῶν. Cicero ad Atticum, lib. 2. Epiſt. 10. & 13. *Ab Appii Foro horâ quartâ, dederam aliam paulò antè à Tribus Tabernis.*

Apros cõlonia, Thraciæ op. Juſtino & Plinio. *Theodoſiopolis* etiam dicta fuit, teſte Cedreno. *Apoi* Ptolemæo, vulgo *Aprio*, inter Philippos urb Macedoniæ 187. & Byzantium 120. m. p. Long. 33. 40. lat. 42. 50.

Apruſa, Gall. Togatæ flu. viam Æmiliam ſecans, apud Savinianum op. inter Cæſenam & Arminium, ac in mare Hadriaticum deſinens. *Pluſa* Leandro Alberto.

Apruſtum, Plin. *Abyſtrum* Ptolemæo, op. Brutiorum in Calabriâ citer. quod *Caſtrovillari*, nunc dicitur, teſte Barrio, à Coſano 6. m. p. à Balbiâ 7. à Befidiano 22. in occ. Aliis eſt *Vernicario*, opidulum Caſtrovillario & Murano proximum. Abyſtrum vero teſte eodem Barrio, diverſum ab Apruſto, vulgò *Urſinarſo*, in Mag. Græciâ apud Petiliani ex Ptolemæi deſcriptione.

Aprutium, Italiæ reg. inter Apuliam & Picenum, quæ etiam *Samnium* dicebatur. In eâ civitates fuerunt Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aquinum, &c. vulgò *Abbruzzo*.

Apſalus, op. Macedoniæ mediterraneum, Europo, & Hormis opidis finitimum. Ptol. *Preſpa* Moletio.

Apſarus, op. cum flu. Cappadociæ in Colchidis conf. inter Trapezuntem 150. & Phaſim urb. Colchorum in Bor. 75. m. p. *Arcani* nunc dici putatur, teſte Moletio.

Apſilæ, gens Scythica Lazis vicina. Steph. Plinius lib. 6. cap. 4. poſt flu. Chryſorrhoam Apſilarum mentionem facit, quorum Juſtinianus quoque in Novellis ſuis meminit. Hos *Apſidios* appellat Agathias lib. 3. & ſub Colchorum ditione fuiſſe ſcribit.

Apſinthii, vel *Apſynthii*, Thraciæ populi ab Ἄψινθος, quæ Stephano Θράκης πόλις dicitur. Dionyſius verſus 575.

Οὐχ ὅσα Θρῄικος ἐπ' ἤθεσιν Ἀψίνθοιο
Βιστονίδες καλέουσιν ἐείσεσμον Εἰρεσιώτην.

Ubi Schol. τὸ ὄθνος οἱ Ἀψίνθιοι, ἀπὸ πόλεως θοίκης καλῆς Ἀψίνθου.

Apſorus, urbs Ponti, & flu. ad mare Euxinum. Ptol. *Apſarus* Arriano, qui dicit eam *Apſyrtum* appellatam, quod Medea illic fratrem *Apſyrtum* occiderit. Fluvium hunc Ægialeum appellatum ſcribit Stuckius, & num idem dicatur *Naxius* ab Ælian ſubdubitat.

Apſorus, inſula in mari Adriatico, Liburniæ adjacens, in quâ civitas eodem nomine. Ptol. Stephano civitas Illyriæ dicitur.

Apſus, flu. Macedoniæ vicinus, in mare Ionium, inter Dyrrachium, & Apolloniam decurrens, Genuſo vicinus. *Aſpro* hodiè. Ejus meminit Lucanus lib. 5.

Prima duces vidit junctis conſidere caſtris
Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circumeunt ripis. Apſo geſtare carinas
Cauſa palus, leni quam fallens egerit unda.
At Genuſum nunc ſole nives, nunc imbre ſolutæ
Præcipitant: neuter longo ſe gurgite laſſat,
Sed minimum terræ vicino litore novit.

Apta Julia, urbs Gall. Narbon. Epiſc. ſub Archiep. Aquenſi. *Apte*, *Atte*, *Xat* hodiè dicta. Long. 26. 05. Lat. 43. 10.

Aptera, op. Cretæ mediterraneum, *Apteria* Ptolemæo. *Apteron* Plinio. *Arteria* in tab. recent. & aliis *Paleocaſtro*. Rationem nominis reddit Stephanus. Ait enim à Sirenibus vocatum, quod victæ ibi cantu à Muſis, præ mœrore exutis pennis in mare deſiluiſſent; qui addit urbem Lyciæ eodem nomine appellari.

Aptungis, D. Auguſtino. *Lungivaria* incolis, teſte Ludovico Marmolio. Ἀπλοῦχος ἱερεὺς (inquit vir Maximus) in Ptolemæo ſervat adhuc veſtigia nominis נפתוחים *Naphtuchæorum*. Nam *Aptuchus*, aliis *Aphnuchus*, in fabulis legitur eſſe Cyrenes filius, & Ariſtæi frater. Apollonii Schol. de Ariſtæo: ἦν Κυρήνης ὁ Ὑψέως καὶ Ἀπόλλωνος, ἀδελφὸς δὲ Ἀυλόχου· Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Λιβύῃ, Ἀριστεὺς δὲ ἐν τῇ Κέῳ.

Apua, op. Liguriæ in Thuſciæ confin. amœnum, ad Macram flu. cujus incolæ *Apuani* Livio. Hollie *Pontremoſe*, teſte Juſtiniano dicitur. Vide Cluver. Ital. Ant. 1. 10.

Apulia, Italiæ regio, mari Adriatico contermina; inter Dauniam & Calabriam, quæ & *Iapygia* ab *Iapyge*, Dædali filio, dicta. Dividitur in Apuliam Dauniam, quæ *Puglia piana* Leandro & *Capitanata* dicitur; & *Apuliam Peucetiam*, quæ *terra di Barri* appellatur. Vide Plin. 3. 2. Cæterum *Apulia* ovibus olim abundabat, quarum lanæ Martialis palmam tribuit in Apophoretis.

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis
Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.

Idem 8. 28. de Partheniani togâ.

Apula Ledæi tibi ſtorait herba Phalanthi
Quàm ſaturat Calabris oultæ Galeſus aquis.?

Et hinc Cicero *Apuliam* à paſtorum copiâ deſcribit Orat. 3. contra Catilinam. Prima ſyllaba communiter longa eſt. Horat. Sat. 1. 5.

Incipio ex illo montes Apulia notos
Oſtentare mihi.

Idem tam 3. Carm. Od. 4. corripuit.

Altricis extra limen Apuliæ.

Idem in Epodis.

Nec ſautus unquam ſiderum inſedit vapor
Sitiensque Apuliæ.

Populi *Apuli*, quos ruſticos, inciviles, inurbanos, duros, & agreſtes fuiſſe monſtrat hic Plauti verſus in Mil. Glor.

Poſt Epheſi ſum natus, non in Apulis, non ſum in Umbria.

h. e. non ſum illepidus, inſubidúve.

Apulum, Daciæ urbs. Ptol. Hodie *Alba Giulia*.

Apuſcidamus, Africæ lacus, in quo omnia fluitant, nihil mergitur. Plin. 31. 2.

Apyræ, Lyciæ urbs. Plin. *Finica* nunc, Nigro teſte.

Apyri, quos *Τάπυρος* vocat Geographus, ut Euſt. tradit in Dionyſ. Perieg. Populi ſunt Hircanis vicini. Vide *Tapyri*.

Aquæ Auguſtæ, Ptol. urbs Aquitaniæ in Galliâ, vulgò *Baionne*. *Acs* vero vel *Dax* Vineto. Long. 19. 40. Lat. 43. 43.

Aquæ Baliſſæ, op. Hungariæ in Pannoniâ infer. à Quinque Eccleſiis 5. leuc. diſtans in occid. *Selle* vulgò, teſte Lazio.

Aquæ Bigerronum, eædem cum Tarbellicis putantur.

Aquæ Bilbilitanorum, Antonio, quòd in Bilbilis Tarraconenſis urbis agro ſitæ ſint, forte ſic dictæ. In Arragoniâ ſunt, & *los banos de Alhama*, Varrerio teſte, vocantur. Eidem etiam hodie aliæ ſic dictæ ſunt in Bæticâ, quo vero nomine eæ antiquis cognitæ fuere, ſtudioſis indagandam relinquo.

Aquæ Caiæ, locus in Italiâ. Harum meminit Strabo lib. 5. ut refert Annius Viterbienſis, item Tibullus in hoc carmine.

Nunc autem ſacris Caiarum maxima lymphis.

Sed illic optimi codices *Baiarum* habent.

Aquæ calidæ, urbs Angliæ. Vide *Aquæ Solis*.

Aquæ calidæ, Ptol. *Aquæ Celinæ* Antonino. *Amphilochia* Straboni, *Auria* in lib. concil. vulgò *Orenſe*. urbs Hiſp. Tarracon. in Gallæciâ epiſcop. ſub Arch. Compoſtellano, inde 18. leuc. quot à Luco in auſt. Tyden verſus 8. ad Minium flu. Sed *Aquæ calidæ* potius ſunt *Aigues Caldes*, teſte Beutero.

Aquæ Convenarum, Aquitaniæ op. Anton. vulgò *Bagneres*. Long. 22. 15. Lat. 42. 20.

Aquæ Cutiliæ, lacus Sabinorum in agro Reatino; vulgò *Lago de Contigliano*.

Aquæ Flaviæ, op. Hiſp. in Bracarum & Callaicorum confin. op. amplum Portugalliæ, à Bracarâ Auguſtâ 11. leuc. paulò pluribus à Bragantia. Populi *Aquiflavienſes*. A Tito, & Veſpaſiano nomen habent. Vulgò *Chiaues*. Long. 12. 30. Lat. 41. 40.

Aquæ Gradatæ, vicus Carnorum apud Aquileiam, ab eâ 3. m. p. ubi S. Chryſogonus pro Chriſto capite plexus eſt. Vulgò *S. Cantiano*.

Aquæ mortuæ, op. Gall. Narbon. opera C. Marii 100. m. p. Rhodani oſtiis deductæ. Hæ etiam *Foſſæ Marianæ* vocantur.

Aquæ Patavinæ. Plin. quæ *Fontes Aponi* Livio aliiſque dicuntur.

Aquæ Paſſaris, vel *Paſſeris*, quarum Martialis etiam meminit, 6. 42.

Non molis Sinueſſa, fervidique,
Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur,
Non Phœbi vada, principeſque Baiæ.

Aquæ Quinctiæ, ſive *Quinctianæ*. op. Hiſp. in Callaicis. *Aigues Caldes* Moletio.

Aquæ Regiæ, urbs Africæ epiſcopalis, ſub Archiep. Carthaginenſi. Anton. nunc pagus inter Hadrumetum & Suffetulam 50. m. p. *Caſal Romol* vulgò dictus, teſte Moletio.

Aquæ Sextiæ, urbs Archiep. & col. Gall. Narbon. Provinciæ metropolis, conventuſque juridicus, Maſſiliæ finitima, ab eâ 5. leuc. in Bor. diſtans, ab Arelate 12. ab Avenione 13. in ort. inter Nemauſum ad occ. 53. & Nicæam ad Varum in ort. 73. m. p. ex Strabone. Contractis in unum quinque ſyllabis *Aix* vulgò appellatur. Cæſi hic à C. Mario Teutones Cimbrique. Long. 26. 45. Lat. 42. 45.

Aquæ Solis, Anton. urbs Angliæ. *Thermæ* & *Aquæ calidæ* dicta; vulgò *Bathe*. Vide *Bathonia*.

Aquæ Statellæ, vel *Statyellæ* Plinio, Lombardiæ Ciſpadanæ op. quod *Acqui* hodie dicitur. Populi *Statellates* Livio, Ciceroni v. *Statiellenſes* dicuntur. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 81. Long. 30. 27. Lat. 43. 35.

Aquæ Sueſſanæ, *Sinueſſanæ*, Liv. Plin. Mart. vulgò *Torre di Bagni*, Thermæ apud Sinueſſam Campaniæ urb. exciſam. Aliis *Acque di Mondragone* dicuntur.

Aquæ Tarbellæ Auſon. *Tarbellicæ* Anton. quæ *Aquenſium civitas* lib. Provinc. Vide *Aquæ Auguſtæ*.

Aquæ Taurinæ, Plin. *Acqula* Ptolemæo op. Etruriæ apud Peliam flu. inter Sænam 40. & Volſinios 10. in viâ quæ Romam ducit. Vulgò *Acqua pendente*. Populi *Aquenſes*.

Aquæ Voconis, op. Hiſp. citer. in Catalaunià, teſte Epiſcopo Gerundenſi. *Balneole*, ſeu *Bannoles* vulgò dictum. Aquæ apud Geographos plura alia ejuſmodi extant nomina, quæ partim Thermæ, partim urbes, & opida olim fuere.

Aqualania, *Aqualagna*, vic. Apuliæ in Duc. Urbinate, ubi victus Totila rex Gothorum à Narſete plagam accepit, ex quâ interiit; eſtque prope flu. Cantianum, 5 mill. à Calio in Bor.

Aqua Sparta, op. Umbriæ in monte, Duc. Titulo Cæſiæ gentis gaudens, 12. mill. à Spoleto in occ. & 4. ab Amerià in Bor.

Aqua viva, vic. prope Apenninum, in regn. Neapol. 9. m. p. à Venafro in Bor. 6. ab Eſernia, & 4. à Vulturno flu.

Aqua viva, ſive *Aquavia*, op. Pannon. ſuper. in Stiriæ & Hungariæ confin. à Poetovione 20. m. p. in ort. hodie *Fuczel*, ſeu *Tepliczа* Lazio.

Aquenſis vicus, *Bagnerres*, op. Gall. in Novempopulanià in Bigerronibus, ob aquarum ſalubrium copiam nobile, indeoque vet. Romanis cognitum, ut patet ex Antiquis inſcriptionibus, teſte Baluzio. Sedet ad Aturrum flu. in valle Campana, 1. leuc. à Campano ad Bor. 4. à Tarba in auſt.

Aquianum, *Evian*, op. Sabaudiæ ad lac. Lemannum, 5. leuc. ab Aquaria in ort. 4. autem à Lauſannâ in merid.

Aquila, urbs Veſtinorum in Italia, Aprutii primaria, in monte ad ſubterfluentem Aternum, ex ruinis Amiterni & Furconii urb. exciſarum condita, ſive aucta, ab urbe Romà 60. m. p. à Neapoli 120. Anconam verſus.

Aquila, olim *Calydon*, urbs Ætoliæ epiſc. ſub arch. Naupactenſi ad Euenum flu. vulgò *Ayton*, teſte Sophiano.

Aquila, urbs Brutiorum, ex ruinis Furconii antiquiſſimi opidi à Longobardis ædificata. Volater. Log. 37. 10. Lat. 42. 19. Item Scythiæ flu. Herodot. Etiam *Aquila* Major & Minor Mauritaniæ Tingitanæ loca duo. Anton. Fuit & Tuſciæ mediter. urbs, *Aquapendente* Leandro.

Aquilaria, locus in Africâ. Cæſar. Comm. lib. 2.

Aquileia, ſeu *Aquilegia*, urbs Carnorum ad Natiſonem flu. Romanorum colonia 12. m. p. diſtans à mari, juxta quam Timavum amnem nonnulli locarunt. Martialis.

Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.

Saltem non procul abfuiſſe à Venetiis indicat Silius lib. 8.

Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis.

Dionyſ. Perieg. —Τόδι σύρεϊ Ἀδριὰς ἄλμη
Πόντου ἐς ἀγχίπλοον Ἀκυλήϊον. ——— Mela 2. 3. *Natiſo non longè à mari ditem attingit Aquileiam.* Ubi doctiſſimus If. Voſſius. *Aquilegiam* habent libri veteres, quemadmodum etiam paſſim apud auctores alios ſcribi notiſſimum eſt. Exiſtimant plerique verum nomen eſſe *Aquileia*, dictamque fuiſſe ab *Aquila*, quæ dextrà, cùm urbs conderetur, advolavit, ut ait Julianus Imp. oratione de geſtis Conſtantii; hinc aliqui vocarunt *Aquiliam*. Ego aliter puto, nempe *Aquilegiam* antiquum fuiſſe nomen, ſicque appellatum eſſe à fontium, & rivorum copiâ. Nam & fluvialibus aquis & putealibus urbs hæc abundabat, utì docet Strabo. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpe ſcripſit, itemque Ruffinus Græcè Latineque eruditus. *Agar* vulgò dicitur. Auſonius in Catalogo.

Nona inter claras Aquileia cieberis urbes.

Aquilonia, Hirpinorum in Italiâ op. Liv. lib. 10. *Tum exercitus omnis Aquiloniam eſt indictus.* Ptol. Ἱρπίνων Ἀκυιλωνία. Plin. 3. 11. Hirpinorum *Æculani*, *Aquiloni*. Lege *Æculanenſes*, & *Aquilonienſes*. Aliis eſt *Agnone* op. in Aprutio. Aliis *Anglona*, urbs exciſa in Lucania. Celſo Cittadino *Lacedogna* urbs epiſc. Hirpinorum ſub arch. Compſano. Sed ſitus repugnat. Nam Aquilonia, ut ex Livio patet, erat inter Beneventum, & Luceriam; Laquedonia v. Melphi & Monti viridi proxima eſt. Quare illam prorſus extinctam cum Volaterrano putat *Ferrarius*.

Aquincum, Pannoniæ infer. urbs. Ptol. *Cepol* Lazio.

Aquinum, Latinorum op. ad fines Samnitum, quod Melpha flu. alluit, Strabo. Vulgò *Aquino*. Sil. lib. 8.

Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.

Dicit Author hujus Dictionarii Aquinum Thomæ Doctoris Scholaſtici patriam fuiſſe, qui inde *Aquinatis* nomen ſibi obtinuit. Addam ego & Juvenalis quoque patriam fuiſſe. Sic enim ipſe, Sat. 3.

———*Et quoties te*
Roma tuo refici properantem reddit Aquino.

Pro *Melpha* autem ſupra lege *Melpis*, idque authoritate Strabonis. Sic enim ille lib. 5. Ἀκυῖνον μεγάλη πόλις ὀξὺ, παρ' ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμός. Haud perinde magnus eſt amnis iſte; de urbis v. magnitudine, præter Silium, idem ſatis apertè teſtatur Tullius, dum ait *frequens eſt municipium*. Philip. 2. Coloniam fuiſſe à Romanis deductam, teſtis eſt Corn. Tacitus Hiſt. 2. *Occidi Dolabellam juſſit, quem in Coloniam Aquinatem ſepoſitum ab Othone ſupra retulimus*. Long. 73. 37. Lat. 41. 28.

Aquiſgranum, urbs Imperialis in Menapiorum finibus, inter Rhenum & Moſam ſita, Romanorum Imperatorum prima in auguratione, & coronatione. D. Caroli Magni ſepulturâ, ſeptennalique peregrinorum viſitatione celebris.

Nomen

Nomen habuit à *Grano*, Neronis fratre (ut quidam putant) qui *Aquas* calidas in hoc tractu inveniens, juxtà habitavit, atque arcem ſtruxit, cujus adhuc extat monumentum, turris Grani dicta: quam quidem arcem ſunt qui credant Veterram eſſe, cujus meminit Ptolemæus. Long. 27. 37. lat. 50. 45. vulgò *Aix le Chapelle*.

Aquitania, regio, tertia Galliæ pars. A Circio Oceanum habet, qui *Aquitanicus ſinus* dicitur; ab Occaſu Hiſpaniam; à Sept. Lugdunenſem provinciam; à Meridie Narbonenſem. In ea Toloſa, & Burdigala civitates; Populi *Aquitani*. Plin. 4. 17. *Gallia omnis Comata, uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maximè diſtincta: A Scaldi ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garunnam, Celtica, eademque Lugdunenſis: Inde ad Pyrenæi montis excurſum, Aquitania. Aremorica* olim dicebatur Ἀκυϊανία, Stephano, Ἀκυϊτανία Ptolemæo. Vulgò *Gaſcogne, & Guienne*.

Aquites, nomen ſacerdotis. Val. Flac. lib. 6.

Indigenis ſacratus aquis, magnique ſacerdos
Phaſidis Arctois Aquites errabat in armis.

Aquula, op. Hetruriæ. Vide *Aquæ Tarbellæ*.

Ar, civitas Moabitarum, ſive *Ars*, ſonat *civitas Solis*: nam חרם *Ares* eſt *Sol*. Vel quaſi urbs Oſtracina, nam *Arès* etiam ὄστρακον, ſive *teſta*, Hieronymus. Idem: *Moab provincia Arabum*, &c. *Hujus metropolis civitas Ar: quæ hodie ex Hebræo & Græco ſermone compoſita Areopolis nuncupatur*. Non quod Ἄρεως, i. e. *martis civitas* ſit. Interpretatur auetm *Ar* עד ἀντίδικος, i. e. *adverſarius*.

Ara Lugdunenſis, vulgò *Ainay*, cœnobium nunc prope Lugdunum, ad Araris cum Rhodano confluentiam, de quo Juvenalis Sat. 1. ——*Et ſic*

Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad Aram.

Caligula ſiquidem, teſte Suetonio, Lugduni certamina oratoria eâ lege inſtituit, ut victi victorum laudes componerent, vel præmia illis conferrent; qui maximè diſplicuiſſent, ſpongiâ, linguâve ſcripta à ſe delerent, niſi aut ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent. Oratores a. illic dicturi metu pallebant, propoſitum ſupplicium timentes.

Aræ, dicuntur ſaxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Sic dictæ quòd ibi Afri & Romani fœdus inierint. Virgil. Æn. 1.

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus Aras.

Hi ſcopuli novem fuiſſe dicuntur, mox *Aræ Propitiæ* vocatæ. Siſenna, citante Servio, atque etiam Claudius Quadrigarius 1. Annal. has Aras *Neptunias* vocat.

Arabia, triplex Aſiæ regio. 1°. *Deſerta*, hodie *Beriara* teſte Villanovano, cum aliis; inter Syriam ad occid. & Arabiam Felicem ad ort. atque inter Meſopotamiam ad Sept. Euphrate fluvio diſſeparante, & Arabiam Petræam ad Auſt. 2°. *Felix*, hodie *Aiman*, & Turcis *Gemen*, vel *Giamen*, ampliſſima, inter 2. maximos ſinus Arabicum & Perſicum periſtricta, inter occid. & ort. longiſſimè excurrens, mari Rubro, Indiam verſus definita; in quâ Sabæi populi, multaque regna continentur. Heſychius: εὐδαίμων γῆ, ἔχουσα πλοῦτον, Ἀραβία. 3. *Petræa* demum. *Nabathæa* Straboni & Plinio. *Barraab* & *Bengaucal*, aliiſque nominibus hodiè appellata; inter Palæſtinam ad occ. Jordane, & Aſphaltite lacu diviſa, & Arabiam Fel. ad ort. ac inter Deſertam ad arctos, Ægyptum autem partemque ſinûs Arabici ad meridiem. Heſychius. Ἀραβία τόπος Συρίας, ἢ κόμης γυναικός. Hinc *Arabius*; nam quoties aliquem loquacitatis notare volumus *Arabius tibicen* dicimus. Græcè Ἀραβικὸς αὐλητής; Item *Arabius nuncius*, Ἀραβικὸς ἄγγελος. In eos dici ſolitum, qui à ſemel cœptis nunquam deſiſtunt. Adagium hinc natum exiſtimant, quòd olim ſola mancipia muſicam exercerent, quæ plerumque ex Arabiâ producebantur. Citatur ex Menandro; illiuſque meminit Julius Pollux: Populi *Arabes*, & *Arabi* Virgilio Æn. lib. 7. quos cum Hircanis conjungit.

Sive Getis inferre manu lachrymabile bellum;
Hircaniſve Arabiſve parant, ſeu tendere ad Indos,
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna.

De nominis origine hæc Simſonius. *Arabia* Hebræis ערב *arab*, à locis campeſtribus ac deſertis, nam ערבה *arabah* deſertum eſt vel ſolitudo campeſtris. Vel à mixtis populis, nam ערב eſt miſcuit; mixtum etiam coitum habebant, de quo poſteà. Non de nihilo eſt (inquit Bochartus) quod ערבי (*Arabi*) Arabs, ערב (*ereb*) veſpera, & עורב (*oreb*) corvus ſint ab eâdem radice. Nec deſunt qui Arabas ab Homero Ἐρεμβοὺς dici volunt, quaſi Ἐρεμνοὺς, vel Ἐρεβεννοὺς, i. e. nigros. Vide Strabonem, & Magnum Etymologicum. Aliter de la Cerda. De Etymo Arabum ſcias (inquit) eâ voce notari *latrones*, ut Chananæis *mercatores*, Chaldæis *Mathematicos*. Auctor Hieronym. in cap. 3. Hierem. Arabia olim pretioſis unguentis notiſſima. Lucian. de Syriâ Deâ. Ἀπὸς ἢ ἀπὸ ὁδὸν ἀρώσεσιν, ὅπου λέγω ἡ χώρης ἡ Ἀραβίης. Unde Dionyſius.

Αἰὲι κηώεσσι νόοις τανὸ λαῖον ὀδώδει,
Ἢ Σύρ, ἢ σμύρνης, ἢ ἐυόδμου κηλάμοιο,
Ἢ ἧς Σεπτεσίοιο πιτυοκομὶς λιβάνοιο.

Tibullus lib. 2. eleg. 2.

Urantur pia thura focis, urantur odores,
Quos tener è terrâ divite mittit Arabs.

Idem. *Poſſideatque metit quicquid bene olentibus arvis*
Cultor odoratæ dives Arabs ſegetis.

Idem. *Illic quas mittit dives Panchaia merces,*
Eoique Arabes, dives & Aſſyria.

Propertius lib. 2.

Adflabant tibi non Arabum de gramine odores.

Idem lib. 3. eleg. 11.

Et Tyros oſtrinos præbet Cadmea colores,
Cinnamon & multi paſtor odoris Arabs.

Ovidius in Epiſt. Sapphûs.

Non Arabum noſter rore capillus olet.

Quint. Curt. lib. 5. *Arabia odorum fertilitate nobilis regio.* Vide Plin. 5. 11. Plautus in Milite glorioſo. *Ut Arabio fumificem odore.* Idem in Pœnulo. *Arabus* (Ita Chariſius) *murrhinuſque odor omnia complebat.* Statius 5. Sylvarum Epicedio in Patrem

——*Odoratas nec Arabs decerpſit aristas.*

Divitias ejus paſſim innuit Horatius 1. Ep. 7.

——*Nec*
Otia divitiis Arabum liberrima muto.

Et Carm. 1. 29. *Icci beatis nunc Arabum invides*
Gazis. Et Carm. 3. 14.
Intactis opulentior
Theſauris Arabum & divitis Indiæ.

Idem Carm. 2. 12. *Plenas aut Arabum domus.*

Idem alibi. *Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos?*

Seneca Tragœdus. *Et qui ſagittas divites Arabes linunt.*

Mollitiem Arabum notat Catullus; ad Fur. & Aurel.

Sive in Hircanos Arabeſque molles.

Itemque Manilius, lib. 4.

——*Molles Arabes, terramque ferentem*
Delicias, variæque novos radicis odores.

Idem alibi. *Et molles Arabes ſilvarum ditia regna.*

Claudianus. *Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant.*

Dionyſius verſ. 968.

Οὐχ ὡς ἀδεσίων Ἀράβων γλῶ.

Denique Sabæos, Arabiæ Felicis gentem, *molles* vocat Virgilius, Georg. lib. 1.

——*Molles ſua thura Sabæi.*

Notandum hic quòd quamvis prima ſyllaba in *Arabs* ſemper corripiatur, in *Arabia* tamen eam produxit Propertius lib. 2. eleg. 10.

Et tremit intactæ te domus Arabiæ.

Idem eodem libro, Eleg. 11.

Nec ſiqua Arabio lucet bombyce puella.

Porrò Arabes, qui Felicem incolunt Arabiam, eâ olim utebantur conſuetudine, ut una omnibus conſanguineis uxor eſſet. Ex his enim (teſte Strabone, lib. 6.) qui primus ad eam ingrediebatur, poſito præ foribus baculo (nam baculum ex more quiſque gerebat) cum eâ coibat, ipſa tamen cum natu grandiore noctes agebat. Adulter apud eos capitis damnabatur, qui ex eo deprehendebatur, quod alius generis eſſet. Unde hoc relatu dignum aliquando accidit. Erat enim cujuſdam regis filia, mira pulchritudine, cui quindecim erant fratres, qui ejus omnes æquè amore flagrabant; propterea alius poſt alium junctim ad eam ingrediebantur. Illa autem aſſiduo coitu jam defeſſa, rem hujuſmodi comminiſcitur. Fecit ſurculos non utique fratrum ſurculis abſimiles: ex quo ſtatim ab eâ quiſpiam exibat, ſurculum, aliquem ſimilem ante januam ponebat, quo fratres, qui invicem ſequebantur, ſurculum præ foribus fixum cernentes, eorumque aliquem intus eſſe putantes, ab ingreſſu arcerentur. Verùm cùm aliquando omnes in foro eſſent, unus ad fores acceſſit, & cum baculum vidiſſet, ſuſpicatus adulterum intus eſſe, currens ad patrem, ſororem de ſtupro accuſavit; ſed cognitâ re, eam falſò criminari convictus eſt. Hæc Strabo. Arabes maſculos ſuos omnes annum decimum tertium agentes circumcidere ſolent, quòd eo ætatis tempore Ismael, gentis illius author, fuerit circumciſus, Gen. 17. Conferto in locum.

Arabicus ſinus, quem Dionyſius cum auctore libri de mundo, cap. 3. & aliis pleriſque Græcis, à mari Rubro perpetuò diſtinguit. Mare enim Rubrum ipſis Oceani pars eſt inter Æthiopiam & Indiam interjecta. Ex Latinis tamen aliqui atque etiam ex Græcis nonnulli, ad ſinum etiam Arabicum, & Perſicum, ex Oceano illo prodeuntes, Rubri maris nomen extendunt. Ita Seneca in Troade.

Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto.

Ubi per *fretum rubens* Sinum Perſicum intelligit, in quem Tigris ſe exonerat: Et Plinius non ſemel nomine maris Rubri, ſinum Arabicum intelligit, ut lib. 5. cap. 11. quod & à LXX. Interp. fit, & ab authore epiſtolæ ad Hebræos, cap. 11. Ex quorum verbis malè intellectis ortus eſt quorundam error, qui nomen maris Rubri ſinui iſti (quæ Hebræis ים־סוף mare *Suph.* quaſi mare *algoſum*, ſeu *caricoſum* dicitur) proprium putarunt. At Plinius maris Rubri nomen Sinui huic cum Perſico commune facit, quatenus ſc. uterque ex Oceano Rubro (ut ab Horatio vocatur) prodit, & ejuſdem quaſi pars eſt, ut patet ex lib. 6. cap. 23, 24, 25. ubi de Mari Rubro propriè dicto, h. e. Oceano Meridiano, loquens, cap. 24. *in duos*, inquit, *dividitur ſinus*; de Perſico & Arabico verba illa, mox explicans. Sic Solinus cap. 58. *Irrumpit hæc litora Rubrum mare, idque in duos ſinus ſcinditur.* Neque aliter accipienda videtur ſacrorum Interpretum ſententia; quanquam enim ים־סוף illis ἐρυθρὰ θάλασσα reddatur, non tamen hoc ita accipiendum, ac ſi par eſſet nominis utriuſque extenſio: Sed quod mare Rubrum latius ſumptum etiam ים־סוף ſeu Arabicum ſinum, tanquam partem ex ipſo prodeuntem, complecteretur. Guil. Hill. *Mar di Meccha* ab accolis vocatur. Bar. *Bohar Corſun*, i. e. mare clauſum dicitur.

Arabo, flu. & urbs Pannoniæ ſup. in Hungariâ. Anton. *Narabo* Ptolemæo. *Rab* utrumque incolis vocatur, urbs vero *Giavarin* Italis dicitur.

Arabriga, *Arrabida*, Varrerio op. Luſitaniæ, inter Leiriam urbem & oram litoream, ad 3. Leuc. diſſitum. Al. eſt vicus *Caſtanheira* in Portugalliâ ad flu. Tagum, med. ferme inter Scalabim & Ulyſſiponem, 10. Leuc. à Leiria.

Arach, vel *Erech*, civitas à Nimrode conſtructa, Gen. 10. Ἀερκὰ, Ptol. urbs Suſianæ dicitur, à quâ videntur Arabes hodieque *Irakam* appellare. *Irakam* enim diſpeſcunt in Aghemicam, ſive Perſicam, & Arabicam. Golius. Salmaſius autem *Arach* & *Irakam* pro diverſis habet ob diverſam ſcripturam, Gain ſc. & Elif. ab Arecca vero dicti *campi Areccæi* apud Tibullum, ut idem notat.

Arachoſia, civitas non procul à Maſſagetis, à Semiramide condita, quæ etiam *Cophen* vocabatur, à *Cophe* flu. qui in Indum influit. Steph. Item unà è Satrapiis ultra Indum flu. cujus meminit Plin in deſcriptione Indiæ, & Strabo lib. 11. Item Aſiæ regio, *Cabul* Caſtaldo, *Cheſimur* Mercatori.

Arachoti, vel *Arachotæ*, Indiæ populi, ab Arachoto flu. ſic dicti, qui ex Caucaſo profluit. Dionyſius verſ. 1096. Λινοχλαίνους Ἀεραχώτας vocat, innuens eos *lineis veſtibus indui ſolitos*. Sic Indos quoſdam *lineis peplis veſtiri* refert, Solinus cap. 55. *Et centum legatos duarum gentium, quæ Arachoſiis tributariæ fuerunt, lineis veſtibus auro intextis indutos fuiſſe*, refert Q. Curtius lib. 9.

Arachthus, unus è quatuor nobiliſſimis fluviis Epiri non procul à Nicopoli in ſinum Ambracium influens. Strabo lib. 7. Item op. ejuſdem nominis in Acarnanum finibus *Spagmagmuriſi* incolis, teſte Nigro.

Aracillum, *Arracillum* Floro, *Aracælum* Antonino, op. olim, nunc pagus Hiſp. Tarracon. *Arraiola* hodiè vel *Arexil* Garibæo. *Araciel* a. Hieronymo Zuritæ.

Aracynthus, mons Acarnaniæ, Plinio 4. 27. Bœotiæ Stephano. Sed leg. Αἰτωλίας. Caſaub. Vibius Sequeſter Atticæ tribuit, Servius Thebis, Euſt. in Dionyſ. Ætoliæ; Sunt etiam qui Arcadiæ montem faciunt, ſed falsò; nam in Vibio leg. *Acarnaniæ* non *Arcadiæ*, ex notâ Brodæi. lib. 2. Miſcellan. cap. 8. Indè mirè variatum ab Interpretibus in explicatione verſus illius Virgil. Ecl. 2.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Nam quî dici Aracynthus poteſt mons Actæus, cum in Atticâ non ſit? Vibii n. opinio cum nullo conſonat veterum Geographorum. Ergo in tantâ varietate Stephano adhæreamus & Servio, qui Bœotiæ & Thebarum montem faciunt, hoc enim quadrat cum ſuperioribus; nam ille qui Dircæus, id eſt, Bœotius, aut Thebanus, canebat in monte Bœotiæ, aut Thebarum. Sed quid de epitheto dicemus ſumpto ab Atticâ? Placet duplex ſolutio, inquit de la Cerda, aut Fulvii, aut Germani. Lector, quam velit, eligat. Ait prior *Actæum* hic ſumi pro παραθαλασσίῳ, i. e. *litorali*; ſicut *actam* Virg. Æn. 5. poſuit pro *litore*. Poſterior accipit *Actæum* pro *ſaxoſo* & *petricoſo*, more Græcorum, qui ἀκτὴν non ſolum vocant litoralem oram, ſed τόπον παράλιον. Nam & Homero ἀκτὴ παραλίη eſt promontorium, ſeu ſcopulus, & ἀκταὶ Ammonio ſunt loca maris petricoſa, ſicut ὄφεις arenoſa. Oppianus Cyneget. 3.

——Τανύουσι νηοδλήτας ὑπὲρ ἀκτὰς.

Demum hanc rem firmat Propertii auctoritas, qui Virgilium interpretans, lib. 3.

——*Victorque canebat*
Pæana Amphion rupe, Aracynthe, tuâ.

Ejus meminit Dionyſius verſ. 431.

Τῆς δ' ὑπὲρ ἐς νότον εἶσιν ὑπὸ Σκοπιὴν Ἀεραχύνθου
Ἀνδρέων Αἰτωλῶν πεδίον μέγα——

Juxta Pleuronem urbem fuit, teſte Strabone lib. 10.

Araduca, urbs Luſitaniæ. Ptol. Hodiè *Arzua.*

Araducta, Luſitanorum urbs. Ptol. *Lamarante* Moletio.

Aradus, inſula Phœniciæ apud Orthoſiam urb. ponte juncta continenti, à litore olim 20. ſtadiis recedens, cum urbe ejuſdem nominis ab *Aradio* vel *Aruadæo* filio Chanaan condita. Dionyſius Perieg.

Ἄγχι δ' Φοινίκης Ἀραδθ.

Vide Melam 2. 7. Geographum lib. 16. & Plin. 2. 103. & 5. 31. Etiam Aradus nomen inſulæ cujuſdam prope Cretam, & alterius in ſinu Perſico, quamvis Aradii Phœnicios jactitent ſuos eſſe colonos. Vide Boch. Geogr. Sacr. p. 346. & Voſſium ad Melam p. 202.

Aræ Flaviæ, Germ. urbs ad Danubium. Ptol. vulgò *Nordlingen.* Long. 32 30. lat. 48. 49.

Aræ Cæſaris, locus Sarmatiæ Europææ apud Tanaim flu. Ptol. quæ & *Aræ Alexandri*. Hodie *Veliki Preuvos*, teſte Sigiſmundo Herberſteinio.

Aræ Philænorum, *villa Philæni* Ptol. op. Africæ maritimum & extremum in Cyrenes conf. teſte Lud. Marmolio, cum aliis; cujus mem. Salluſt. & Val. Max. Vulgo *Nain*; Aliis *Porto di Sabia* dici videtur.

Aræ Seſtianæ, ſive *Aræ tres Auguſti*, Trileucum vel Τελλήνιον Ptolemæo, ut ſitus perſuadere videtur, vulgò *Capo di Pennas*, in peninſulâ Aſturum apud Gigiam op. ab Oveto 7. Leuc in Bor. recedens. *Scythicum* Melæ dici videtur.

Aræ Sextianæ urbs Hiſpaniæ in Gallæciâ. Plin. *Turris Auguſti* Melæ, *Lucus Auguſti* Ptolemæo; hodiè *Lugo*, teſte Ambroſio Morali. Sed *Aræ Sextianæ*, quæ eædem cum *Seſtianis* dici videntur, à Luco Auguſti diverſæ ſunt: illæ enim litorales, Lucus v. in mediter. eſt.

Aræ Solis, promontorium Callaicorum. Ptol. *Capo di Mongia* Moletio. Sed Græci codd. Σηςὶς βωμοὶ habent.

Aræthyrea, regiuncula Achaiæ, poſtea *Aſophis* dicta, urb. habens ejuſdem nominis, quam Hom. in Catalogo ab amœnitate commendat, Ἀραιθυρέων ἐρεμνὴν eam appellans. Strabo lib. 8. Plin. 4. 5. Ἀραιθυρέη, ὄνομα πόλεως, corruptè apud Heſychium pro Ἀραιθυρέη.

Aragonia, regnum peramplum, & unum ex 3. Hiſpaniæ præcipuis inter Galliam, Navarram, Caſtellam, & Cataloniam; & in unum coaluit cum Caſtellano ab an. 1479. ſub Ferdinando 5. Iberus flu. illam bifariam ſecat, habetque Cæſar-Auguſtam urb. primariam. Eſt tota reg. ſiccior, aſpera, & ſatis deſerta, præſertim verſus Caſtellam, ubi vix habitationes reperiuntur.

Aragus, flu. Hiſp. *Arga* vulgo. Oritur ex Pyrenæis M. 10. Leuc. à Bayonâ, caditque cum Aragonio flu. in Iberum, poſt rigatam Pampelonem, & à quibuſdam Agrada vocatur.

Aram, de locorum nominibus quibus vel præfigitur, vel poſtponitur nomen *Aram*, vide Boch. Geogr. Sacr. lib. 2. cap. 6.

Arambys, urbs Africæ, ab Annone condita, de qua Boch. de Phœn. Col. l. 1. c. 37.

Aramæi, Scythæ. Scribit n. Plinius Scythas vocatos eſſe Sacas à Perſis, & ab antiquis Aramæos. Syri etiam Aramæi dicti ſunt. Vide *Arimi*.

Arancilis, Heſychius Ἀεράνκιλις, ἡ νῦν Αἴγυπτος.

Arandis, Luſitaniæ urbs. Ptol. *Torre vedra* Moletio. long. 16. lat 42. 00.

Arapotes, Plinio *Maria*, & *Maræotis*, Μάρεια, ἡ Μαρεώτης Straboni. Μαρέα ἡ Μαρεῶτις Stephano, lacus Ægyptii, Alexandriæ incumbens à plagâ meridianâ. *Butheira* Zeiglero dicitur. Aliis *Lago de Antacon.* Pro Arapotes *Rhacotes* legendum, & non *lacum* ſed *locum* ſuadet Pintianus in Plin. 5. 10.

Arar, flu. Gall. Narbon. à monte Vogeſo per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum juxta Lugdunum fluens. Plin. 4. Clarus Ponte Cæſaris, uno die militum opere fabricato. *Araris* item dicitur, vulgò *La Saona.* Porro *Arar* Britannis *lentum* ſonat, ut Ebræis ארוֹר *aharai* Prov. 28. 23. à verbo ארר *ahar*, tardare, ſeu morari. Inde *Ararî* fluvio nomen, qui Cæſare teſte, *fertur incredibili lenitate, ita ut oculis, in quam partem fluat, judicari non poſſit.* Plin. 3. 3. *Fertiliſſimus amnis Rhodanus, rapiens ſe ex Alpibus per Lemanum lacum, ſegnemque deferens Ararim.* Claudianus, *Lentus Arar Rhodanuſque celer*—vel *velox* ut in editione Heinſianâ. Silius lib. 4.

Spumanti Rhodanus proſcindit gurgite campos,
Auget opes, ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Mixtus Arar. Idem lib. 14.
Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus amnis.

Lucan.

Lucan. lib. 1. ——Quâ *Rhodanus* raptum velocibus undis
In mare fert Ararim. Et lib. 6. sensu contrario
——*Rhodanumque morantem*
Præcipitavit Arar. Claud. 2. in Eutrop.
Quâ Rhodano stimulatus Arar. Seneca in Apotheosi.
Ubi Rhodanus ingens amne prærapido fluit.
Ararque dubitans quò suos cursus agat.

Strabo lib. 4. γιόμενος ἐξ ἀμφοῖν Ἀραρ συμμίσγει τῷ Ῥοδανῷ. Inde putarunt Græci, nomen invenisse παρὰ τὸ ἠρεμοῦν, cùm ante *Brigulus* vocaretur. Plut. in lib. de Flum. Ἄραρ ποταμὸς δέ ἐστι Κελτικῆς, ἢ μεσογειοῦν ἑλληνὶς παρὰ τὸ ἠρεμοῦν τῷ Ῥοδανῷ, καταφέρεται δὲ εἰς τοῦτον κατ' ὀλίγον ἀφ' Ἀλλοβρόγων· ἐκδέχεται δ' αὐτὸν Βεῖγυς. Ibidem multa de Arari ex Callisthenis Galaticis.

Ararat, regio Armeniæ, aut ipsa Armenia. 4. Reg. 19. Mons est, juxta Boccatium, majoris Armeniæ. Lat. *maledictio tremoris*, sive *lux currentis*. Vide Virum magnum Geogr. Sacr. lib. 1. c. 3. *Ararat*, inquit Drusius, Armeniam fere omnes interpretantur: sic constans semper fama fuit, & sic LXX vertunt, Is. 37. 38. Sic Berosus & Nicolaus Damascenus, quos citat Josephus. Apud Abydenum Xisuthrus, i. e. Noë, ut diluvium effugeret, *ex Assyria ad Armenios navigavit*. Euseb. Præp. Evang. lib. 9. Et Melo vetus auctor, qui scripsit contra Judæos, narrat, *post diluvium ex Armeniâ excessisse hominem qui cum filiis suis evaserat*. Et *Ariarathi* nomen in Armenia min. notissimum fuit; quin & nomen ipsum *Ararat* ad sua tempora apud Armenios permansisse ait Philostorgius. Longe aliter vide Sheringhamum postratem de Origine Gentis Anglorum pag. 365. & seq.

Araviſci, *Arabissi* Ptolemæo, Pannoniæ pop. Scordiscis finitimi, iis borealiores, qui nunc *Rasciani* dici putantur; quos Tacitus ad ulteriorem Danubii ripam, ubi regio *Masons* dicitur, describere videtur.

Arauraris, *Araurius* Ptolemæo, *Rhauraris* Straboni, flu. Gall. Narbon. ex Gebennis montibus profluens, ac in mare Gallicum, ad Agatham urb. influens; vulgò *l'Eraud*.

Arausio, & *Arausionensis civitas* dicta, vulgò *Aurange* principatus nobilissimus, qui nunc ditionis est Nassoviensium Principum. *Colonia Secundanorum* Plinio dicitur.

Aravus, flu. Gall. Belg. per Lotharingiam in Mosellam influens, de quo solus Ausonius ex veteribus agit in suâ Mosellana.

Naviger undisonâ dudum me mollis Aravus
Tortâ veste vocat.——

Ubi tamen aliæ editiones habent *mole Saravus*. Vulgò *Araw*.

Arauzona, Illyrici op. *Ostrovica* Nigro. *Suonigra* Simlero.

Araxes, flu. notissimus & ingens Armeniæ maj. illam à Mediâ Atropatiâ separans, & in mare Hyrcanum influens. Lucan. lib. 1.

Sub juga jam Seres, jam barbarus isset Araxes.

Idem lib. 7. ——*Armeniumque bibit Romanus Araxem.*
Virgil. Æn. 8. ——*Et pontem indignatus Araxes.*

Ubi allusum volunt ad historiam Alexandri, qui, cùm vellet transgredi amnem hunc, ponte fabricato, inundans aqua pontem diruit. Isidor. 13. 21. Postea v. Augustus firmiori ponte illum ligavit, ut ait Servius. Itaque hoc vates ad Augusti gloriam, Servianum hoc firmat Statius, lib. 1. Sylv.

——*Patiens Latii jam pontis Araxes.*

Alii aiunt respectum ad historiam Xerxis, qui conatus est hunc flu. pontibus conscendere. Ad easdem historias Sidonius Panegyr. Anthem. Augusto.

——*non ut mihi pressus Araxes*
Imposito sub ponte fluat.

Et Claud. 1. Ruffin. ad finem.

——*Calcabitur asper*
Phasis equo, pontemque pati cogetur Araxes.

Ab eodem 4. Consul. Hon. *impacatus* dicitur. Statius 5. Sylv. dat ei feritatem & exultantiam, cum ait,

——*Ferus exultabit Araxes.*

Dionys. Perieg. ——Κηλάδουσιν Ἀράξου.

Hæc omnia non abeunt ab etymo hujus flu. quod dictum ait Eust. Ἐκ τῆς ἀραίοσφι τῇ ὀξύτητι τοῦ ῥεύματος. Magnam a. hic flu. Geographiæ obscuritatem attulit, dum diversis adeo locis describitur. Aliqui ex Tauro, vel Caucaso, Herodotus ex montibus Matianis, qui sunt in Mediâ; Aristoteles in Meteorologicis ex Paropaniso profluere scribunt. Hinc apparet non uni fluvio nomen *Araxis* attributum fuisse. Primus qui illum descripsit est Herodotus. Verum ille per *Araxem* manifestè Oxum intelligit, cùm Massagetarum faciat terminum. Sed quomodo ex Matianis tum oritur montibus? Debuisset n. dicere, ex Paropaniso, ut Aristoteles. Sanè Oxum ante victorias Alexandri à Græcis Araxen vocari, nullus dubito, cum ad orientale maris Caspii latus illum describant. Quod v. Mela, & alii Araxi ascribunt, illud ipsum Polybius Oxo tribuit. Dionysius quoque Alexandrinus Araxen Massagetarum facit terminum, sed perperam ab Oxo distinguit. Jam. v. quod Herodotus scribit Araxen 40 ostia, sive potius ἐκβολὰς habere, illud nescio an cuiquam fluvio in Caspiam exeunti, possit ascribi, præterquam *Volgæ* vel *Rha* fluvio. Quod etiam Aristoteles ait, Tanain profluere ex Araxe, & hoc quoque verum esse non potest, nisi per Araxen flu. Rha sive Volgam intelligamus. Hoc n. posito, jam commodam verba Aristotelis interpretationem admittunt, nempe, ut ea capiamus de fossâ illâ, quæ hodie quoque comparet illic ubi Volga Tanai proximus est, quæque utrunque hoc flumen committunt. Nescio quid Barbari fossæ adcolæ de hac narrent, interim non dubito quin antiquissimus sit canalis ille, ac is ipse, ut puto, cujus meminit aliquoties Herodotus, addens à servis Scytharum esse effossam. Is. Vossius.

Araxus, Peloponnesi promontorium. Ptol. *Chiurenza* Burdonio, *Torneſe* Nigro.

Arbea, vel *Arba*, Judææ civitas, quæ & *Hebron*, & *Mamre*, Gen. 23. Sic dicta, ut volunt, quia illic tres Patriarchæ sepulti fuerunt, & quartus Adam.

Arbela, pl num. Persiæ civitas, ab *Arbelo* Athmonei filio filio dicta. Steph. Mallem ego cum doctissimo Gregorio nostrate ab ערר בל *Irbel* derivare, h. e. *Bel civitate*, qui proculdubio urb. istam fundavit. Hic ab Alexandro ac Dario ob Orbis imperium pugnabatur, Qu. Curtio teste. Arrianus a. apud Gaugamela, pugnam istam statuit, quocum consentit Plutarchus. Τὴν δὲ μεγάλην μάχην περὶ Δαρεῖον, ἣν οἱ Ἀρβήλοις, ὥσπερ οἱ πολλοὶ γεγράφασιν, ἀλλ' ἐν Γαυγαμήλοις γράφουσι. Regio *Arbelitis*. Plin. 16. 13. long. 89. 00. lat. 35. 52.

Arbela, perantiqua Siciliæ urbs, Græcis ἡ Ἀρβέλη seu αἱ Ἀρβέλαι. Steph. Ἀρβέλη, πόλις Σικελίας. Suidas. Ἀρβέλαι πολισμα Σικελικόν. Corruptè apud Sil. lib. 14. *Arabeia* dicitur. Cives ejus stolidi erant & abjecti, ut proverbio sint, teste Stephano. Dicebatur n. *Quid non fies Arbelas profectus?*

Arbella, terminus Judææ, ortum Solis aspiciens. Hieronymus in locis Hebraicis. Est usque hodie, inquit, vicus Arbel trans Jordanem, in finibus Pellæ civitatis Palæstinæ. Est alius hoc vocabulo in campo prægrandi, distans ab opido Legionis 9. m. p. Strabo lib. 16.

Arbis, *Arabius*, Ptol. *Berbero* hodie, teste Nigro, flu. Gedrosiæ, & urbs ejusdem reg. Al. a. *Arbis* & *Arabius* duo sunt. Arabius n. est flu. Persidis, qui nunc *Ilmen* dicitur & in fin. Arab. cadit. Arbis a. urbs Gedrosiæ 70. m. p. distat ab Arabio flu. & *Bilber* à multis dicitur.

Arborea, *Oristagni*, urbs Sardiniæ in ora occidua, cum portu capaci ad ost. fere flu. *Iirsi*, 45. mill. distat à Calari. long. 32. 50. lat. 38. 08.

Arbor felix, *Arbon*, op. Helvetiorum ad Brigantinum lacum, inter Constantiam 3. & campum Ecclesiæ op. Rhætorum ad ort. 4. Leuc. Lindavio proximum, Tigurum versus 6. inde recedens in occ. long. 31. 15. lat. 47. 20.

Arborichæ, pop. teste Jacobo Meiero, fuere, ubi hodie insulæ Zelandiæ prov. Belgii, subsunt dominio Statuum Generalium Provinciarum unitarum, quæ à Rege Hispaniæ defecerunt an. 1581. Alii a. exiltimant in his inf. fuisse alias Toxandros, quanquam credat Ortelius ibi fuisse etiam Mattiacos. Becang. a. & alii existimant Arboricas populos fuisse in medio Brabantiæ, inter Antwerpiam & Mosam.

Arborosa, *Arbois*, op. Com. Burgundiæ, ad Lausitinam flu. 10. Leuc. à Fano S. Claudii in Bor. long. 27. 35. lat. 46. 15.

Arcabriga, urbs olim Hisp. Tarraconensi, nunc vicus *Arcas* in Castella novâ.

Arcadia, reg. Peloponnesi, à mari undique remota, poetis decantatissima, ab Arcade Jovis filio, sic appellata. Hæc, ut Eust. docet, aliquando dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno, & sapiente viro, qui vitæ cultioris author fuit, & victum ex stirpibus herbarum, arborumque frondibus, transtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. Unde illud,

Πολλοὶ Ἀρκάδιν βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι.

Sanè Arcades glande solitos vesci Artemidorus etiam observat, lib. 2. Onirocr. cap. 25. ubi & Rigaltium videre licebit. Aliquando etiam Lycaonia, Gigantis, & Parrhasia dicta, teste Stephano. Opida ejus præcipua sunt Mantinea, Tegea, & Stymphale. Montes Pholoe, Cyllene, Lycæus, Mænalus, & Nonacris, quibus incolæ quam plurimùm delectabantur. Dionys. Halicarn. lib. 1. Ἀρκαδικὸν γὰρ τὸ φιλοχωρεῖν ὄρεσι. Fluvii Ladon & Erymanthus. Fuit autem hæc regio tota pastioni potius pecoris, quàm aut negotiationi, aut agriculturæ dedita: ideoque Pana pastorum Deum, velut peculiare numen sibi vendicarunt. Virgil. Ecl. 4.

Pan etiam Arcadiâ mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicat se judice victum.

A Muſices ſtudio Arcadas Polybius laudat, lib. 4. p. 289. Inde Virgil. Eclog. 10.

———*Soli cantare periti*
Arcades.———

Ἀρκαδίλω μ' αἰτεῖς. *Arcadiam me poſtulas.* Proverbium, cujus Diogenianus duplicem oſtendit uſum; convenit n. vel in magna vel inutilia petentem. Herodotus lib. 1. natum innuit ex Oraculo. Ἀρκαδικὸν βλάστημα, *Arcadicum germen*, de grandibus & ignavis dici ſolitum. Arcades n. olim ob ſtuporem ingenii malè audierunt. Unde Juvenalis.

———*Lævâ in parte mamillæ*
Nil ſalis Arcadico juveni.

Lucianus in Bis accuſato. Πόθεν γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ σοφιστὴς, ἢ φιλόσοφος; Habuit Arcadia & Aſinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Perſ. Sat. 3.

Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

Plautus in Aſinaria.

Meminiſtin' aſinos Arcadicos mercatori Pellæo
Noſtrum venaere atrienſem?

Quin & Plinius lib. 8. cap. 43. Arcadicos aſinos præcipuè à veteribus quæſitos oſtendit. Ἀρκάδας μιμέμφω apud Heſychium παροιμία ὅτι ἧσσ' ἄλλοις πονοῦντων καὶ μοχθούντων. Οἱ γὰρ Ἀρκάδες πολλὰ πολεμήσαντες ἀδημίαν νικῶν ἰδίαν ἔσχον. Apud Diogenianum eſt ὅτι ἧσσ' ἄλλως, & exponitur fruſtra. Ita quoque legas in Diogeniano. Suidas v. ὅτι ἧσσ' ἑτέροις πονοῦντων, quem ſis vide. Hom. tamen Arcadas ob fortudinem bellicam non ſemel commendat. Il. 2.

———Ἀρκάδες ἄνδρες ὀπιπάμωοι πολέμοιο.

Et Iliad. 7. Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι.

Arcadiam itidem ob paſtionem laudat. Hymn. 3. 2.

——Ἀρκαδίης πολυμήλου. Et Hym. 18. 30.——Μητέρα μήλων appellat. Aquis quoque benè ſcatentem innuit ibidem, Ἀρκαδίλω πολυτρήτῳ vocans. Cæterum plura de Arcadibus in *Arcas*.

Arcanum, Ciceronis villa, quod *Arce* nunc dicitur. Cic. ipſe ejus mem. in Epiſt. ad Att. 7. 10. ſed fratris ſui eſſe dicit; non procul à Minturnis fuiſſe videtur.

Arcas, Jovis & Calliſtûs fil. Ἴσρος δ' φήσιν, Θεμιστῆς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο. Ita Stephanus. Ab hoc *Arcadia* & *Arcades* dicti, quos quia vetuſtiſſima gens fuit, ante Solem & Lunam fuiſſe poetæ fabulantur. Apollon. Argon. 4.

Ἀρκάδες, οἱ καὶ προὸς ζηλωταὶ ὑδέοντες.

Nonnus Baſſaricon lib. 41.——ὧδε καὶ αὐτὴ
Ἀρκαδίη προσέλλομαι, ἀνεξάλαστος ἧ μένη
Πρεσβυτέρης Φαέθοντος ὄφρα φάος ἔχε Σελήνη

Eudoxus ἐν γῆς περιόδῳ
Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς Σελήνης γεγονέναι.

Plut. in Qu. Rom. Οὗτοι γὰρ ἦσαν Ἀρκάδες ἧσσ' ὑπὸ Εὐάνδρου προσελήνων λεγομένων.

Ovid. Faſt. 2.

Ante Jovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & Lunâ gens prior illa fuit.

Idem ibidem lib. 1.

Orta prior Lunâ (de ſe ſi creditur ipſi)
A magno tellus Arcade nomen habet.

Seneca in Hippolyto.

Aut te ſtellifero deſpiciens polo
Sidus poſt veteres Arcadas editum.

Idem alibi.

Flete Herculeos Arcades obitus
Nondum Phœbo naſcente genus.

Statius Theb. lib. 4.

Arcades hinc veteres, aſtris Lunâque priores,
Agmina fida ſatis.———

Videamus autem quid ait Illuſtris vir Joſ. Scaliger in Prolegom. ad lib. de Emend. Temp. Laconibus (inquit) ante plenilunium, aut novilunium aliquid incipere religio fuit; unde Λακωνικὰς ζήνας vicinorum proverbio jactatas. Inde etiam Arcadibus proverbiali convicio neglectum religionis objectum legimus. Quod n. ante novilunium aut plenilunium, ut plurimum bella, aut alia ſeriora aggrederentur, ob eam rem à finitimis nationibus Προσέλλωοι vocabantur, qu. *Antelunares*. Quæ convicii cauſa ab ipſis Arcadibus interpretatione eluſa eſt, probrum in laudem converſum ad vetuſtatem originis ſuæ referentibus, & antiquiorem ſidere iſto gentem ſuam gloriantibus. Fabulæ hujus cauſam & originem Cenſorinus de die Natali ita refert cap. 19. *Arcades trimeſtrem annum primò habuiſſe dicuntur, & ob id Proſeleni appellati: non, ut quidam putant, quòd ante ſint nati, quàm Lunæ aſtrum cœlo eſſet: ſed quòd prius habuerint annum, quàm is in Græciâ ad Lunæ curſum conſtitueretur,*

Arcati, Biſnagar ex conjecturâ, teſte Caſtaldo, urbs Indiæ cit. regia.

Arcennum, ſeu *Bracennum*, hodie *Braciano*, urbs ditionis Pontificii, in Prov. Patrimonii, vix 10. mill. ab ora litor. maris Tyrrheni in Bor. Item prom. Aſiæ min. in Ioni à contra Chium inſulam.

Arcenſium colonia, Arcos Moletio, urbs parva Vandalitiæ ad flu. Guadalete, 4. Leuc. à Xerà in ort. 12. a. ab Hiſpali, & 9. à Gadibus.

Arces Lobiæ, vulgò *Hueſſen*. op. Geldriæ ad Rhenum, apud Arenacum urb. inde dimid. mill. ad merid.

Archa, Herck, caſtr. Leodienſ. ditionis in confin. Brabantiæ. Alluitur amne cogn. qui paulo infra cadit in Demeram.

Archelais, urbs Cappadociæ in lim. Galatiæ prope Lac. Aſcanium, ab Iconio 70. m. p. in Bor. ab Aſpana 90. verſus auſt. & ab Ancyrâ 160.

Archippe, Alchippe Plinio, op. Latii in fin. Marſorum ad lac Fucinum, ab eo abſorptum; locus *Marſignia* dicitur teſte Ligorio.

Arci, Hiſp. Tar. op. hodie *Hariſa*, ex antiquâ inſcriptione ejuſd. loci, teſte Cluſio.

Arciaca, op. Gall. Celt. in fin. Trecenſium, 5. Leuc. à Trecis in Bor. ad Albam flu. & vulgò *Arcis ſub Aube* dicitur in Campania prov.

Arcilacis, op. Hiſp. Bæt. in Turdulis, nunc *Lora* quibuſdam, vicus in regno Granatenſi, al. a. *Hardales*, caſtr. Andaluziæ, in ſummo monte 5. Leuc. ab Anticaria in occ. quot fere ab Urſone in auſt.

Arcilacis, op. Hiſp. in Baſtitanis, nunc *Xaraſuel*, vicus ad Sucronem amnem, ut quibuſdam videtur.

Arclovium, Urlec, Hiberniæ in Lagenià & Com. Caterlogenſi, 10. mill. à Viclovio in auſt. & à Vexfordia 20. in Bor. vulgò *Arclo*.

Arcobriga, op. Luſitaniæ, ut quidam credunt, fuit ubi nunc *Laura*. op. intra Tagum & Anam. 7. Leuc. à Salacia in Bor. quot ab Ebora in occ.

Arcobriga, op. Hiſp. Tar. in Celtiberis, ubi nunc *Arcos* op. Caſtellæ vet. in lim. Aragoniæ ad Salonem flu. 2. Leuc. à Methymna-Coeli in ort. 9. a. à Bilbili in occaſum.

Arcton, inſ. Cyzicus ita vocabatur. Steph. à Jovis nutricibus, quas illic in ἄρκλους, i. e. *urſas* migraſſe tradunt. Ἡ ὄπ ὁ τόπος ὕδωρ, καὶ ἀπὸ τῆς θηλείας ἡ ἄρκτος ὠνομάσθη, ἢ διὰ τὸ ὑψηλὸν τῶν ὀρῶν (erat n. mons Cyzico incumbens) ἀπὸ τῆς δοκεῖν ἡ ἄρκτοις περιπολάζειν ἡ ἀστρώοις. Τοῦτο δ' ἄγνοιοί τινες γινώσκειν φασιν. Schol. Apollonii.

Ardea, urbs in Latio, Turni & Rutulorum regia, quaſi *Ardua*, i. e. *magna & nobilis*, teſte Servio in illud Virgil. Æn. 7.

———*Locus ardea quondam*
Dictus avis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.

Hyginus ab augurio avis Ardeam di ſtam tradit. Alii v. à fervore regionis. Mart. 4. 60.

Ardea ſolſtitio, Pæſtanaque rura petantur,
Quique Cleonæo ſidere fervet ager.

Ubi etiam morboſum locum *Ardeam* fuiſſe diſcimus. Strabo lib. 5. Ἄπασα δ' ἡ Λατίνη ὀξεῖα εὐεδαίμων, καὶ παμφόρος, πλὴν ὀλίγων χωρίων, ἧσσ κατ' ἐξοχὴν ὅσα ἑλώδη καὶ νοσερά, διὰ τὰ ἧσσ' Ἀρδεατῶν, &c. Hinc illud Senecæ Epiſt. 105. *Quæ obſervanda tibi ſunt, ut tutior vivas, dicam. Tu tamen ſic audias, cenſeo, iſta præcepta, quomodo ſi tibi præciperem quâ ratione bonam valetudinem in Ardeatino tuereris.* Hanc urbem poſt Turni mortem, igne conſumptam, & in avem ſui nominis commutatam fabulatur, Ovid. Met. 14.

———*Cadit Ardea, Turno*
Soſpite, dicta potens, quam poſtquam barbarus ignis
Abſtulit, ac tepidâ jacuerunt tecta favillâ,
Congerie è mediâ tum primùm cognita præpes
Subvolat; & cineres plauſis everberat alis:
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant urbem, nomen quoque manſit in illâ
Urbis, & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

Pop. *Ardeates*, qui Saguntinorum patres erant, templóque Veneris, quod erat Latio commune præfuerunt. Strab. l 5. Ἔστι δὲ τὸ Λαβίνιον ἔχον κοινὸν ἧσσ Λατίνων ἱδρὸν Ἀφροδίτης, ὃ τὰ μὲν ἄνωθεν ἦν αὐτῶν διὰ προγόνων Ἀρδεατῶν.

Ardotium, Illyrici op. Ptol. hodie *Magonicha*. Nigro.

Arduenna, Galliæ totius maxima ſylva, quæque ab ripis Rheni, finibuſque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibuſque amplius quingentis in longitudinem patet, uti deſcribit & æſtimat Cæſar lib. 6. de bello Gall. cap. 29. Gallicè *La foreſt d' Ardenne*, cujus magna pars in ditione Leodienſi, in duc. Lucemburgenſi, & in Eyfaliâ regione perſeverat.

Arebrigium, pagus Salaſſorum ultra Auguſtam Prætoriam in Alpibus Graiis, *Burus de la Duile*, Simlero teſte. Aliis *Erenburus*

renburus pagus ejuſdem tractûs, quod magis probatur.

Areburgium, vicus inter Treviros & Coloniam Agrippinam, *Arensburg* Similero.

Arecomici, pop. Gall. Narbon. Volſcis proximi; *Aricomii* Ptolemæo, *Aricomiſcii* Straboni, quorum urbs eſt Nemauſus, Gallicè *Avignon*, aliis *Niſmes*.

Aredate, Auſtriæ op. Ptol. *Lintz* hodie dicitur.

Arelatum, urbs nobilis Gall. Narbon. *Sextanorum Colonia* Plinio, quòd è ſextâ legione milites coloni eo deducti ſint, quam Strabo ad Rhodanum ſitam ampliſſimo emporio inſignem eſſe ſcribit. *Multarum civitatum decus* vocat Marcellinus. *Conſtantia* olim à Conſtantino Imp. denominata eſt, uti docet Auſonio ſuo Scaliger. *Mamiliaria Colonia* dici putabatur in vet. Inſcriptione, teſte Ortelio. Ubi tamen Pontanus *Mamillaria* legendum ariolatur; quia Feſtus Avienus in *Ora maritima* ait *Arelatem* dictam incolis olim Græcis *Thelinen*, quod quid aliud quàm *Mamillaria*? Θηλὴ n. *mamilla*. Verſus Avieni ſic ſe habent.

Arelatus illic civitas attollitur,
Theline vocata ſub priore ſeculo
Graio incolente. ——— Cauſa ejuſce appellationis duplex; Forma urbis, & rerum omnium, annonæque præſertim ſingularis ubertas. Hunc fortaſſe reſpexit Auſonius *Gallulam Romam* nuncupans. Sic n. ille in Catalogo.

Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Roma n. ſonat *mamilla*. Ab illâ *rumâ* dicti *Romulus* & *Remus*. Plut. Feſt. *Arelate* Straboni dicitur, hodie *Arles*. Reges olim habuit; Poſtremus eorum nomine Boſo, cùm Epiſcopo, quòd ſe non expectaſſet in nocte Nativitatis Domini, alapam impegiſſet, ab Othone Imp. regno exutus in cœnobium detruſus eſt, ex quo tempore regnum Arelatenſe ceſſavit, & Romano Imperium adnexum eſt. De nominis origine Bochartus. *Laith*, inquit, Britannis eſt *humiditas*, planè ut Ebræis לחות, *Lauth*; unde *Arelates* nomen Camdenus ita deducit, *Arelate celeberrima Galliæ urbs ſolo uliginoſo, & humido poſita ab ipſo ſitu nomen ſumpſiſſe videtur*. Ar. *n. Britannis ſuper, &* laith *humidum ſignificat*. lon. 25. 29. latit. 42. 45.

Aremorica, Gall. reg. quæ nunc Aquitania. Plin. 4. 17. pop. *Aremorici*. Dalechampius v. apud Plin. legit *Arecomica*, quæ *Armagnac* Marliano.

Aremorica, La Bretagne, Gall. prov. Vide Armorica.

Arenacum, Arnheim, urbs Geldriæ in ea parte, quæ Velavia dicitur, 2. Leuc. à Noviomago in Bor. quot à Doesburgo in occ.

Arensberga, urbs Weſtphaliæ ad flu. Ruram, 4. Leuc. à Lippia in occ. 11. à Col. Agrip. in ort. æſtivum.

Arensburgum, op. præcipuum inſ. Oſiliæ in mari Baltico, 8. mill. Germ. ab orâ proximiori Livoniæ, & 18. à Riga in Septentrionem.

Areopagus, vicus erat Athenis, à templo Martis ita dictus, ubi primum judicium capitis actum fuiſſe ſcribit Plinius. *Areum judicium* dixit Tacitus An. 2. Juvenali *Martis curia* dicitur.

Ergo occulta leges ut Curia Martis Athenis.

Non tamen id χτὶ λέξιν ſonat, ſed *Martis collem, ſaxum*, ſive *rupem*. Heſychius. Ἄρειος πάγος, ἐν Ἀθλώαις δικαστήριον ἐν τῇ Ἀκροπόλει. E Stephano dicimus, Areopagum fuiſſe Ἀκροδίνιον Ἀθλώησιν, quem vide. Quid ageretur in *Areopago* docet Jul. Pollux lib. 8. ubi de magiſtratibus Athenienſium. Vide Voſſium in *Areopago*, & imprimis eruditiſſimum Jo Meurſium ſing. lib. de ſenatu Areopagetico.

Areopolis, Arabiæ civitas, quæ & *Moab* & *Ariel*. Palæſtinæ urbs eſt Hieronymo, *Rhabathmonæ* Stephano, qui eam in Arabiâ ponit, *Rhabathmia* Ptolemæo eſt in Arabiâ Petræâ. Populi *Areopolitæ*, long. 68. 30. lat. 30. 30.

Areſtæ, Indiæ pop. quos *Adreſtas* Juſtinus vocat lib. 12. ubi tamen MSS. omnes *Areſtas*. Et ſic quoque Lucan. 3.

Tunc furor extremos movit Romanus Areſtas.

Ubi alii *Oreſtas*, *Oloſtras*, aut *Areſdas*. Grotius tamen *Oretas*. Sunt n. proximi Carmanis (inquit) Ὠρεῖται, apud Strab. lib. 15. Sed poeta primam ſyllabam corripuit, eâ licentiâ, quam in voce *Orion* uſurpari cernimus. *Præſtos* vocat Qu. Curtius malè.

Aretas, *Lipuda* Barrio, flu. M. Græciæ per fines Crotoniatarum, apud Crimiſſam op. fluens, & in mare Ionium ſe exonerans.

Arethon, qui & *Arachthus*, vulgò *Smagmamuriſi*, flu. Epiri juxta Ambraciam, in ſin. Ambracium fluens.

Arethuſa, vel *Arethiſſa*, Ἀρέθουσα, Strab. lac. Armeniæ maj. in quo nihil mergi poteſt. Plin. *Per hunc Tigris flu. tam impetuoſo curſu fluit, ut nec lacus Tigri, nec Tigris lacus admiſceatur*.

Arethuſa, flu. Siciliæ apud Syracuſas, in quem Alpheum, flu. Elidis ex Peloponneſo occultis ſubter mare cuniculis fluere poetæ fabulantur. Virg. Ecl. 10.

Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.
Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Idem lib. 3. Æn.

——— Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare; qui nunc
Ore, Arethuſa, tuo Siculis confunditur undis.

Arethuſa, fons circa Smyrnam. Item Chalcidis Euboeæ, ut & Ithacæ, & Bœotiæ prope Thebas. Heſychius. Ἀρέθουσα, κρήνη ἐν Ἰθάκῃ, καὶ ἐν Σικελίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἐν τῇ Ἠλείᾳ ῥέων ποταμὸς Ἀλφειὸς ὑπογείων κομίζειν νενόμισται. Didymus octo fontes hujus nominis memorat, ut epitheton eſſe putetur cujuſcunque fontis, ab irrigando. Stephanus, Ἀρεθοῦσα πολίζιον, ὃ τὸ ἄρδω ἄρδιζον, ἐκ τούτου ἀρέθω, ὡς φλέγω φλεγέθω, ἀφ' ὃ πᾶσα κρήνη ὑπιθετικῶς ἄττω καλεῖται. Item locus Syriæ munitus juxta Emeſſam, Strabo. Item Amphaxidis reg. in Macedoniâ op. ad ſinum Strymonicum, *Tadino* hodiè, niſi fallat Pinetus. Vide Valeſium ad Am. Marcel. pag. 334.

Aretinum, Tuſciæ urbs, colonia Romanorum, *Arrhetium* Ptolemæo. *Aretium* Silio. Itali nunc vulgò *Arezzo* vocant. Ejus urbis mœnia alta fuere. Silius Ital. lib. 5.

——— Pœnus nunc occupet altos
Areti muros, Corythi nunc dirnat arcem.

Ubi alii *Arreti*. Et ſane omnes antiquæ Inſcriptiones (notante Cluverio) geminum r habent. Vaſa ejuſdem non magno pretio apud veteres. Mart. lib. 1. 54.

Sic Aretinæ violant cryſtallina teſtæ.

Idem eorundem meminit lib. 14.

Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus.

Opidani Diodoro ac Dionyſius Halicarn. Ἀρρήτινοι. Stephanus. Ἄρρητον, πόλις Τυρρηνίας, Τὸ ἐθνικὸν Ἀρρητῖνος. Strabo lib. 5. Μάλιστα δ' ὀξὺ μεσογαῖα τὸ Ἄρρητον πρὸς τοῖς ὄρεσιν, ἀπέχει γοῦν τῆς Ῥώμης χιλίους σταδίους. Long. 34. 49. lat. 43. 00.

Areva, citer. Hiſp. flu. *Ereſma*, nunc appellari credit Navagierus in ſuo Itineratio Italicâ linguâ ſcripto.

Arevacæ, Hiſp. Tarracon. pop. Ptol. *Arevici* Plinio Ἀρεβάκαι Appiano. Hoc tempore eorum urbem *Marveſia* dici, ex ejus antiquis ruinis colligit Car. Cluſius. Eſt tamen in hoc tractu pagus, qui antiquum nomen retinere videtur. Navagierus *Arivalo* urbem habet, quam credit antiquum Arevacorum nomen retinere. Long. 16. 00. lat. 41. 35.

Argæus, Cappadociæ mons, quam ab unâ parte cingit, arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Maxata Cappadocum metropolis ſubjacet. Equorum paſcuis olim nobilis fuit. Claud. in Ruffin. lib. 2.

——— Jam paſcua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.

Et in lib. de laudibus Serenæ —— *Delectus equorum*
Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina paſtæ
Semine Cappadocum ſacris præſepibus edunt.

Idem de equo Honorii.

Seu te Cappadocum gelidâ ſub valle natantem
Argææ lavere nives ———

Et de equo Arcadii.

Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis
Turbidus Argæâ ſeu nive lavit Halys.

Nemeſianus. *Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis,*
Cappadocumque notas referat generoſa propago
Argæa. Suidas. Ἀργαῖον, τὸ Καισαρείας ὄρος.

Arganthonion, mons Cii, ὄρος Κίου, inquit Schol. Apollonii ad illud lib. 1. Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος, πρόχοας ἐς Κίον.

Argantomagum, ſive *Argentomagum*, op. Gall. in finibus Buturigum, vulgò *Argenton*. Long. 22. 06. lat. 46. 05. Alterum, quod in Martyrol. *Argentomachum* legitur, vulgò *Argentan* in Neuſtriâ, ſive Normanniâ inter Sagium, & Falleſiam paulo ſupra 3. Leuc. interſitum, haud obſcurum opidum. Long. 21. 00. lat. 49. 44.

Argaricus, ſinus Indiæ intra Gangem. Ptol. *Golfo di Bengala* Mercatori.

Argea, loca Romæ ſic appellata, quòd in his ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri. Feſtus. Varro lib. 4. de L. L. Reliqua urbis loca olim diſcreta, cùm Argeorum ſacraria in 27. partes urbis ſint diſpoſita. Argeos dictos putant à principibus, qui cum Hercule Argivo Romam venerunt & in Saturniâ ſubſederunt. Apud Feſtum vero legendum eſt *Arges*, ut apud Varronem, Plutarchum, Ovidium, & alios legitur. In lege Flaminiâ; *Quum eas ad Argeos neque caput comito, neque capillum depertito.*

Argelia, Germ. urbs. Ptol. *Torgaw* Petro Apiano in Saxoniâ. Long. 35. 00. lat. 51. 30.

Argennum, promontorium Joniæ, inter Clazomenas, & Erythras, proximas urbes, à quo Chios inſ. 60. tantum ſtadiis abeſt. *Capo Stellaro* Sophiano. *Capo bianco* Nigro. Alterum Siciliæ promontorium, *Capo di S. Aleſſio* Fazello, cum caſtro

nomen

UMI

homen antiquum ſervante, in orâ ad ort. à Meſſanâ 25. m. p. à Tauromínio 6. Denique tertium Lesbi promontorium, teſte Strabone.

Argentanum, urbs Brutiorum mediterranea, in Calabriâ citer. Hodie *S. Marco*, teſte Barrio.

Argentarius, mons Tuſciæ in orâ auſtrali, in mare, inter portum Herculis & Telamonis excurrens; de quo Rutilius vetus poeta, lib. 1. Itinerarii.

Tenditur in medias mons Argentarius undas.

Argenteola, Aſturiæ urbs in Hiſp. Ptol. *Argentiolum* Antonino. Hodie *Medules*, teſte Moletio.

Argenteus, Gall. Narbon. flu. in Provinciâ, inter Olbiam, & Forum Julii in mare exieris. *Argentius* Ptolemæo. Hodie *Argentine* Pineto, *Argenton* vero Villanovano. Alter vulgò *Argent*, in Rhodanum influens, ſeparanſque comitatum Venuſinum à Provinciâ reliquâ.

Argenteus mons, *Sierra Segura* Floriano, *Sierra de Alcaraz* Cluſio, mons Hiſp. Tarrac. unde Bætis effluit. Forte Tugienſis ſaltus Plinii, ex eo enim Bætin oriri ſcribit. Appellatur etiam *Argentarius* Avieno. Vide Boch. de Phœn. col. p. 666.

Argentomagum, vide *Argantomagum*.

Argentoratum, vulgò *Strasburg*, urbs Germ. ſup. ad Rhenum, Alſatiæ caput, libera, & epiſc. ſub archiep. Moguntino, inter Baſileam ad Auſt. & Spiram ad Sept. Hic Alemanni à Juliano primùm, poſtea à Gratiano Auguſto ad 30. millia cæſi. *Argentina* poſterioribus dicitur, horologio mirâ arte fabricato inſignis. Long. 29. 26. lat. 48. 25.

Argentuaria, & *Argentaria* Aurelio Victori, hodie, teſte B. Rhenano *Horburg* dicitur, op. Germ. ſup. ad Ellum flu. Rhenum verſus, jam exciſum, ex quo Colmariam illi ſucceſſiſſe ferunt. Argentuariamque novam dici.

Argi, Græciæ civitas, Junoni in pretio, Livius lib. 34. *Junoque regina, cujus in tutelâ Argi ſunt.*

Virg. Æn. *Veteriſque memor Saturnia belli*
Prima quod ad Trojam pro charis geſſerat Argis.

Sil. lib. 1. *Hic Juno ante Argos*, &c.

Hinc illa dicta Argiva: Mem. Strabo lib. 6. Fani cujuſdam in Lucaniâ ab Jaſone poſiti *Junoni Argivæ*; & ex eo Plin. l. 3. c. 5. Num. Neronis: ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ, Virgil. Æn. 3.

Junoni Argivæ ſacros adolemus honores.

Argia, Peloponneſi regio. Ptol. Hodie *Romania* dici putatur. Suidas. Ἀργεία, ἡ Ἥρα, καὶ ἡ πᾶσ' Ἀργείαν γῆ.

Argidava, Daciæ op. Ptol. *Argiſch* hodie, teſte Lazio in Valachiâ apud fines Tranſylvaniæ. Long. 48. 45. lat. 48. 5.

Argila, urbs Cariæ. Stephanus. Item op. Mauritaniæ à Portugalliæ rege expugnatum A. D. 1472. vulgò *Arzilla*.

Argiletum, locus Romæ juxta Palatium, ubi tabernæ opificum erant, præſertimque bibliopolarum. Martialis.

Argelitanas mavis habitare tabernas.

Idem 1. 118. per tmeſin.

Argi nempe ſoles ſubire letum.

Et lib. 2. ep. 17.

Argique letum multus obſidet ſutor.

Dictus ab Argo Argivorum duce, qui ab Evandro hoſpitio exceptus, cùm in affectati regni ſuſpicionem veniſſet, ab Arcadibus, inſcio Evandro, occiſus eſt; cui poſtea rex tumulum erexit, quem de nomine ejus *Argiletum* vocavit. Virgil. 8. Æn.

Nec non & ſacri monſtrat nemus Argileti
Teſtaturque locum, & letum docet hoſpitis Argi.

Alii dictum putant, quaſi *Argilletum*, ab *argilla*, h. e. cretâ, cujus eo in loco magna erat copia. Utramque opinionem refert Varro lib. 4. de L. L. his verbis. *Argiletum ſunt, qui ſcripſerunt ab Argo, ſeu quod is huc venit, ibique ſepultus ſit: alii ab argilla, quod ibi hoc genus terræ.*

Argippei, pop. inter Sauromatas. Herod. lib. 2. ab ipsâ nativitate calvi, ſimis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris ſono, ex arboribus victitantes. Hi, cùm arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur injuriâ, quòd ſacri putentur. Iidem finitimorum controverſias dirimunt, & ad ſe confugientes ab injuriâ tuentur.

Argita, flu. Hiberniæ in orâ Sept. *Banney* Ortelio, *Swilly* Camdeno, cui magis fidendum.

Argivi, populi Græciæ, ab Argis dicti, quorum eſt frequens mentio apud poetas. Heſychius. Ἀργεῖοι, οἱ Ἕλληνες. *Argivi* autem furacitatis olim ita notati ſunt, ut ab illis adagium ortum ſit, cujus mem. Suidas. Ἀργεῖοι φῶρες, ὅτι πᾶσ' σχεδόν πονηροῦ. Οἱ δὲ Ἀργεῖοι ὅτι κλοπῇ κωμῳδοῦνται. Contra *Argivo clypeo dignus* apud Zenodorum, ὅτι πᾶσ' αἰδήμονων καὶ εὐγενῶν. Nam apud Argivos pueri incorrupti & puri clypeos priſco more geſtabant. Ἀργείους ὁρᾷς apud Suidam παροιμία ὅτι πᾶσ' ἀτενῶς, καὶ καταπληκτικῶς ὁρώντων. Argivi etiam male apud veteres audiebant, tanquam Sycophantæ & calumniatores. Inde proverb. apud Diogen. 2. 79. Ἀργεία φορᾷ, ἐπὶ πᾶσ' συκοφαντῶν. Οἱ δὲ Ἀργεῖοι φιλόδικοι.

Argos, vetus ac nobilis urbs Achaiæ in Argolide, quod etiam *Argos Hippium* dicebatur, ab equorum præſtantia. Horat. Carm. 1.

Aptum dicit equis Argos, diteſque Mycenas.

Quem verſum ab Homero mutuatus eſt, apud quem Ἀργεῖ ἱππόβοτος & alibi πολυχρύσου Μυκήνης.

Item *Argi* pl. num. Hor. ——*Thebis nutritus an Argis.*

Virg. 2. Æn. *Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.*

Argos, Peloponneſi civitas, juxta Athenas. Hujus rex primus Phoroneus fuit, dicta ab *Argo* rege, uti ſcribit Auguſt. lib. 18. de Civ. Dei. Hodie *Argo* dicitur. Long. 48. 50. lat. 38. 18.

Argos, Theſſaliæ op. quod *Pelaſgicon* dicunt à Pelaſgis. Lucan. lib. 6. ——*Ubi nobile quondam*
Nunc ſuper Argos arant.

Vulgò *Armiro*, long. 48. 45. lat. 40. 20. Etiam ipſa Theſſalia *Argos Pelaſgicum* appellata eſt apud vett. Strabo lib. 9. Item pro totâ Græciâ aliquando ſumitur. Lucan. lib. 10.

——*Quantum impulit Argos*
Iliacaſque domos facie Spartana nocenti.

Argos, cognomento *Amphilochium*. In Epiro eſt, inter Ambraciam, & Caſſiopem occurrens, in finibus Acarnanum. Vide Voſſ. ad Melam pag. 158. Long. 46. 50. lat. 39. 45.

Argos, Apuliæ op. à Diomede conditum, quod inde *Argyripam*, & poſtremò *Arpos* vocarunt. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 4. cap. 12.

Argous portus, vulgò *Porto ferraro*, portus Æthaliæ; ſeu Ilvæ inſulæ maris Tyrrheni. Paulus Jovius.

Argyre, extra Indi oſtium inſ. metallorum fœcunda. Mela, 3. 7. *Ad Tamum inſulam eſt Chryſe, ad Gangem Argyre; altera aurei ſoli, (ita veteres tradidere) altera argentei: atque ita ut maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula eſt.* Idem habet Solinus, cap. 55.

Argyripa, op. Apuliæ Dauniæ, à Diomede conditum, *Argipana* Polybio dicta. *Arpi* Cic. Ptol. & aliis. Virg. Æn. 11.

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.

Ovid. Met. 14. —*Ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno*
Mœnia condiderat, dotalique arva tenebat.

Argyrutum, Illyrici urbs. Ptol. *Argyruntum* Plinio. *Scriſſia* Nigro. *Novigrad* Moletio, *Obravazo* Raguſæo.

Aria, Aſiæ reg. hodie *Corazan*; Item lacus, urbs & flu. ejuſdem reg. Ptol. Item una è Satrapiis Indiam terminantibus. Mela 1. 2. *Indis proxima eſt Ariane, deinde Aria.* Ubi Voſſius, *Ariam hic*, inquit, *non rectè collocat, tanquam ſi litoralis eſſet regio.* Hoc miror neminem hic reprehendiſſe, illud vero ei vitio vertiſſe, quòd *Ariam* & *Arianem* diverſas faciat, cùm tamen in eo prorſus nihil commiſerit. Verum operæ pretium hic eſt paucis oſtendere, quamnam veteres differentiam inter *Arios* & *Arianos* poſuerint, quoniam hæc res multos eruditos in errorem egit. Ὁ πάνυ Salmaſius aliquot locis eos diſtinguit, alibi vero eoſdem eſſe affirmat in Plinianis. Verum ita res ſeſe habet. *Aria* regio ſemper dicta fuit illa tantum portio terræ, quæ ad *Arium* flu. erat ſita, *Arii* vero qui illam inhabitabant. Non tamen uſque ad tempora Alexandri M. & ſucceſſorum ejus, verum etiam multis ſeculis poſtea *Ariæ* iidem fuere termini, quos Ptolemæus & alii huic adſignant. Scio quidem Herodotum & Pauſaniam narrare, Medos dictos fuiſſe *Arios* ante adventum Medeæ; verùm id nihil ad rem facit, etiamſi verum ſit: & forſan fabella eſt. Imò auſim affirmare eſſe fabellam, cum Medi jam ab ipſo ſtatim initio ita ſint dicti, nec ullum aliud nomen habuerint. *Ariane* verò longe alia eſt. Nomen id inauditum ante tempora Alexandri. Verum poſtquam ab Ariis ſubacti fuere Bactrii, Gedroſii, Sogdiani, aliæque complures gentes, factum eſt, ut pleræque iſtæ regiones, Ariorum dicerentur provinciæ. Plinius itaque Gedroſos, Arachotas, & Paropamiſadas vocat Ariorum ſatrapias. Quod non ita interpretandum, uti Salmaſius interpretatur, tanquam ſi Plinius omnes hos populos *Arios* vocaret, ſed quod eſſent in ditione *Ariorum*. Nemo unquam ullam ex his gentibus ſub *Ariorum* nomine comprehendit. *Arii* tantum unius reg. incolæ dicuntur. Longe alia eſt *Ariana*. Illa enim extenditur ab Indo flu. uſque ad os ſinus Perſici. Comprehendit vero præter ipſam *Ariam*, has quoque regiones, Gedroſiam, Drangianam, Arachoſiam, Paropaniſum, Bactrianam, Sogdianam, Parthiam, Carmaniam, & ſi quas alias regiones ſubegerunt aut Menander, aut alii, vel ante, vel poſt illum, Ariorum duces. *Arii* itaque nomen unius tantum regionis, *Ariane* vero continet totum Ariorum imperium. Item *Aria* Περσικὴ χώρα Stephano, qui eam quoque Thraciæ antiquum nomen fuiſſe perhibet.

Aria, Ponti Euxini inſ. *Farnaſia* Pineto. Apollonius autem

& Ar-

& Arrianus in Periplo Ἀρτηλὰς eam vocant. Mela 2. 7. *Non longè accolitur Aria, quæ Marti ſacrata (ut fabulis traditur) tulit aves cum ſummâ clade advenientium, pennas quaſi tela jaculatas.* Ubi Voſſius; Ita repoſuit Hermolaus Barbarus, cùm prius legeretur *non longè Acoliſaria*, quemadmodum omnes etiam quotquot vidi, manu exarati codices. Legendum verò *Non longè à Colchis Aria.* Stephanus Ἄρις νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ, Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἄριος ἐξ ἑνὸς τοῦ δυοῖν παρηγμένων. Quaſi v. ἐθνικὸν Ἄριος non ſit potius ab Ἄρια. Verum neſcivit Stephanus, ita quoque appellatam fuiſſe hanc inſulam. Poſſit & legi nullius literæ immutatione, *Non longè à Colis Aria.* Nam & Coli in hoc tractu, quorum regio Κωλική, cujus jam ſuperius meminit Mela. Nec eſt quod quiſquam exiſtimet Colis hic locum non eſſe, quòd ii longius ablint Septentrionem verſus, cùm & Plinius hoc loco Colicam recenſeat, 6. 5. *Subjicitur Ponti regio Colica, in quâ juga Caucaſi ad Riphæos montes torquentur.* Et hic pro *Colica* repoſuerunt *Colchicam regionem*, contra fidem veterum exemplarium. Quod ſi verum eſt Colos inhabitaſſe τὴν ὑπώρειαν τὴν Καυκάσου, uti ait Hecatæus apud Stephanum, & Caucaſi extrema juga dicta ſint Κωλικὰ ὄρη, jam rectè dixerit Mela *Ariam eſſe Colis vicinam*, cùm montes huic inſulæ oppoſiti, Caucaſi ſint appendices. Porro Aria Plinio eſt Chalceritis, forſan ab avibus, quas χαλκήρεις, σιδηροπτέρυγας, & σιδηρόνυχας fabulantur.

Arianda, Cariæ urbs. Mela 1. 16. Atqui *Caryandam* illic legendum ait Iſaacus Voſſius, quem ſis vide.

Ariani, vel *Arieni*, Aſiæ populi. Dionyſ. verſ. 714.

Καυκασίας κνημῖδας Ἐρυθρείων τ' Ἀειηνῶν.

Ita verſum hunc in antiquis exemplaribus ſcriptum inveniri ex Euſtathio conſtat: ipſe autem copulam interponi voluit, ut legeretur Ἐρυθρείων τ' Ἀειηνῶν, ac de diverſis montibus, aliis Caucaſiis, aliis Arianorum, intelligeretur. Sed cur Arianos Ἐρυθρείους vocat? Non à colore certè (quod ſenſiſſe videtur Hen. Stephanus, dum *rubeos Arianos* hic reddit) ſed quod *Erythræum mare* fines eorum pertingerent. Arianam ſc. latè ſumunt veterum plurimi, non tantum Ariorum regionem ſtrictè ſumptam, verum & alias vicinas regiones ſub eo nomine complectentes. Vide Guil. Hill. ad locum.

Arianthe, op. Oenotriorum in Calab. citer. ad flu. cognominem, apud Ninæam, ſive, ut nunc dicunt, op. S. Donati, inter Balbiam, & Artemiſium 4. mil. p. diſſitum. *Folone*, teſte Barrio. Sed potius *Arenda* videtur op. ejuſdem reg. inter Frigidum & Agellum.

Arianum, *Ariano*, urbs Hirpinorum in regno Neapolit. & Principatu ulter. 25. m. à Luceria in Auſt. & 12. à Benevento ad radices Apennini.

Ariarica, op. Sequanorum in Burgundiæ Com. à Veſontione 16. m. p. Urbam verſus, inde 24 diſtantem.

Ariaſpe, *Gobinau*, ut aliquibus videtur. urb. Drangianæ, olim præcipua, in occ. vergens Ariam verſus. Al. eſt *Callatia*, op. Perſidis, ad flu. Salum. 20 mill. à *Gobinau* in ort.

Aricia, Latii op. poſt Albanum montem in viâ Appiâ, ab Hippolyto Theſei filio conditum; ita dictum ab *Ariciâ* nobili Atticæ fœminâ, quam idem fertur adamaſſe. In agro Aricino præſtantiſſimi proveniebant porri, de quibus Columella, lib. 10.

Brutia quæ tellus & mater Aricia porri.

Mart. lib. 11. *Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.* Quod ait *nemoralis*, in eo non ſolus eſt. Ovid. Faſt. 6.

Inſpice quos habeat nemoralis Aricia Faſtos.

Lucanus lib. 6.

Parvus Mycenææ quantum ſacrata Dianæ
Diſtat ab excelsâ nemoralis Aricia Româ.

Ejus clivo recumbebant mendici. Mart. 2. 19.

Debet Aricino conviva recumbere clivo,
Quem tua felicem, Zoile, cœna facit.

Idem 10. 68. *Durus Aricinâ de regione pater.* Et 12. 32. *Migrare clivum crederes Aricinum.* Juvenalis Sat. 4.

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Perſius Sat. 6. ——— *Accedo Bovillas,*
Clivumque ad Virbi. ———

Hoc eſt, ubi Virbius, i. e. Hippolytus colebatur. De ſitu Ariciæ ita Strabo lib. 5. Μετὰ δὲ Ἀλβανὸν ὄρος Ἀρικία δεῖ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ, σφόδρα δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἑξ, κοίλος δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἔχει δ' ὅμως ἐγγυτάτω ἄκραν, id eſt, *poſt Albanum montem in viâ Appiâ, urbs eſt Aricia, 160. ſtadia à Româ, ſitu concavo, arce tamen edita, & naturâ loci munita.* Ubi in numero ſtadiorum ingens eſt, non dixerim Strabonis errorem, ſed exſcriptoris mendum. Dionyſ. enim lib. 6. 120 ſtadia tantùm numerat: Συμπεγχάσιον, inquit, ἀλλήλοις ἐγγὺς πόλεως Ἀρικίας, ἣ διέχει σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι ἀπὸ Ῥώμης. Eundem ſtadiorum numerum habet Philoſtratus de vitâ Apol. 3. 12. Ἐν τοιούτῳ καταστάσει φιλοσοφίας ὄντος, ἔτυχε παρόντων τῇ Ῥώμῃ ὁ Ἀπολλώνιος, σταδίους δ' εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀπέχων ἐνέτυχε τῷ Φιλολάῳ τῷ Κρητεῖ ἀφὶ τὸ νέμος τὸ ἐν τῇ Ἀρικείᾳ. In hâc Oreſtes, oraculo monitus, ſimulacrum Scythicæ Dianæ, quod è Taurieâ regione tranſtulerat, priuſquam Argos peteret, conſecravit. Erat ad hujus templum nemus, quod vocatur *Aricinum*, dicente Ovidio 5. Faſtorum.

Vallis Aricinæ ſilva percinctus opacâ
Eſt locus antiquâ relligione ſacer.
Hic jacet Hippolytus loris diſtractus equorum,
Unde nemus nullis illud aditur equis.

Aricomici, Gall. Narbon. pop. Vide *Arecomici.* Alii legunt *Aracomici.*

Ariconium, vulgò *Kenchester*, teſte Camdeno, op. Angliæ mediter. inter Callevam ad ort. 59. & Iſcam ad occ. 32. m. p. Aliis eſt *Hereford*, ſive locus juxta eandem.

Arii, Indiæ pop. Item Arabiæ Plin. nec non Scythiæ Herodoto. *Arios* etiam in Germaniâ ponit Tacitus: *Populi truces, inquit, qui inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur, nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt: ipſâque formidine atque umbrâ feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hoſtium ſuſtinente novum, ac velut infernum aſpectum; nam primi in omnibus prœliis oculi vincuntur.*

Arima, locus Ciliciæ, vel Syriæ, vel in Pithecuſis, juxta Tyrrhenos, ubi Typhœum terrâ obrutum in fabulis legimus. Steph. Hom. Iliad. 2.

Τεῖα δ' ὑπερτελέλιξ Διὶ ὡς τερπικεραύνῳ
Χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἰμάσσῃ
Ἐν Ἀείμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Τὸς Σύρους (inquit Strabo) Ἀείμους λέγουσι, ὡς τῶν Ἀραμαίων λεγόντων, οἱ δ' Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλεσαν, ἢ Ἀείμους. Quod ut melius intelligatur, ſciendum, quod Orontes Syriæ flu. *Typhon* olim appellabatur, tanquam à Typhone vel Typhœo ibi fulmine percuſſo. Verum eſt Typhœa Ciliciem facere Æſchylus & Pindarus; ſed & Cilicia quoque olim pars Syriæ fuiſſe creditur, antequam Syros inde pepuliſſent Phrygiæ populi Cilices. Bochartus. Vide *Inarime.*

Arimaſpi, Scythiæ flu. aureis arenis abundans, cujus accolæ *Arimaſpi* dicebantur, pop. Scythiæ Europæ (ubi nunc Ingria & Ducatus Novogradenſis & Pleſcovienſis, in Moſcovia) habentes unum oculum in fronte, qui perpetuò bellum gerunt cum gryphibus, aurum & Smaragdum colligentibus. Plin. 7. 2. *Haud procul ab ipſo Aquilonis exortu, ſpecuque ejus dicto quem locum Geſclithron appellant, prodiuntur Arimaſpi, quos diximus, uno oculo in fronte media inſignes, quibus aſſidue bellum eſſe cum gryphibus, ferarum volucrum genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mirâ cupiditate & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus, multi, ſed maximè illuſtres Herodotus & Ariſteas Proconneſius ſcribunt.* Herodotus quidem Τζύπας χρυσοφύλακας memorat. Plautus v. *Picos* vocat. Sic enim ille Aulularia. 4. 8.

Picos divitiis, qui aureos montes colunt
Ego ſolus ſupero.

Inde Nonius: *Picos eſſe veteres voluerunt, quas Græci γρύπας vocant.* Lucan lib. 3.

——— *Auroque ligatas*
Subſtringens, Arimaſpe, comas.

Idem lib. 7. *Quódque legit dives ſummis Arimaſpus arenis.* Dionyſius *Arimaneas*, vel *Arimanios* vocat. Æſchylus v. μόνωπα στρατὸν, id eſt, *unoculum exercitum*, quòd ſagittarii cùm ſint optimi, alterum inflectunt oculum, ut à parvulis aſſueti, altero melius cernant, unde etiam nomen adepti ſunt: nam *Ari* Scythicè *unum* ſig. & *maſpos oculum.* Hinc Ariſtides rhetor falſo mordacique dicterio Philippum altero oculo captum μονομμάτους Arimaſpos cognatos eſſe dicebat. Fallitur vero author noſter, ſi *Arimaneas* apud Dionyſ. pro nomine proprio habeat. Ἀρμανίας quidem vocat, hoc eſt, *Marte furentes*, ſive *bellicoſos*; epitheton vero illud commune eſt, ut alibi apud eundem poetam.

——— Ἀρμανίων ἀπὸ χειρῶν.

Quod etiam Horatius expreſſit. Carm. 2. 16.

Otium bello furioſa Thrace.

Quòd autem, addit *Ari* Scythicè *unum* ſig. &c. habuit ex Euſtathio. Aliter tamen Herod. lib. 4. Ὀνομάζουσι αὐτοὺς Σκυθικὶ Ἀριμασπούς. Ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σπὸ δὲ ὀφθαλμόν.

Ariminum, urbs vetus in Flaminiâ, juxta Rubiconem flu. Galliam à Flaminiâ ſeparans. Lucan. lib. 1.

Vicinumque minax invadit Ariminum ———

Strabo Umbrorum dicit eſſe coloniam, ſicut & Ravennam. Hæc prius à Cæſare occupata bello Civili initium dedit.

Fuit

fuit autem ædificata, Sempronio & Appio Claudio Coss. Eam Octavianus ampliavit, & à Liburnis dirutam Diocletianus reposuit, eisque devictis arcum triumphalem in eâ extruxit. Hodie *Rimini* dicitur. Vide Cluver. Ital. Ant. 2. 5. Long. 35. 37. Lat. 43. 50. Item Italiæ flu. *Marida*, vel *Marochia* Leandro. Steph. Ἀείμνον πόλις Ἰταλίας, ὅθεν ὁ πολιάς. Festus. *Ariminum à nomine fluminis propinqui est dictum.* Plin. 3. 15. *Ariminum colonia cum amnibus Arimino, & Aprusâ; fluvius hinc Rubico.*

Arisba, op. Troadis, Mitylenæorum colonia, in litore Rhœtæo, ab Achille eversum. Virg. 7. Æn.

Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis
Pocula, devictâ genitor quæ cepit, Arisbâ.

Lucan. lib 13.

Mysiaque & gelido tellus perfusa Caico
Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.

Homerus εὐκτιμένην ac δῖαν vocat. Etymologus. Ἀείσβη, πόλις ἀπὸ Ἀείσβης συγγενοῦς Τρώκρου, ὃν ἔγημε Δαρδανός. Item civitas Lesbi. Steph. Et Bœotiæ Suidas.

Arius, flu. Asiæ inter Indos & Parthos, quæ pars ab hujus flu. nomine *Aria* sive *Ariana* dicitur. Pop. *Arii.* Lucan. lib. 3. ——*Hinc fortis Arius,*

Longaque Sarmatici solvens jejunia belli
Massagetes.——

Ariusius, ager in Chio insula asper & importuosus, vinum omnium Græcanicorum optimum ferens, à Plinio & Virgilio *Arvisium* per metathesin dictum. Strabo. Vide *Arvisium.*

Arizanthi, Mediæ gens Herodoto. *Arkæi* Bocharto Geogr. pag. 345.

Arlape, vulgò *Erla*, teste Lazio, op. olim, nunc pagus Norici in Austriâ apud Danubium, ubi is flu. cognominem excipit apud Pechlarnum op. quod Arlapæ successisse videtur; flu. verò *Arlape*, sive *Arlapa* vulgò *Erlaph* dicitur.

Armacha, urbs archiep. Hiberniæ, Ultoniæ metropolis ad Eaugum lacum, à Dublinio Laginiæ Metropoli 55. m. p. in Bor. distans. Vulgò *Armagh.* Hujus urbis Archiep. totius insulæ Primas est. Long. 12. 19. Lat. 55. 46.

Armageddon, nomen loci Apocalyps. 16. 16. Vide sis doctissimum Hammondum & eruditissimum Cappellum in locum.

Armalchar, Euphrates flu. ab Assyriis ita vocatus, & sig. *regium flumen*, Plin. 6. 26. Lege *Nahar malcha.*

Armena, Paphlagoniæ vicus. Ptol. Steph. Plinio urbs videtur. Incolæ eam, ob frigiditatem loci, muro cinxere, quasi calidus futurus esset; Unde *Armeneno muro cingere*, apud finitimos in proverbium stoliditatis versum est: qui locus *Carini* nunc dici videtur.

Armenia Major, Turci *Turcomaniam* vocant. Persis *Thoura*, *Emnoe* vel *Aremnoe* dicitur, *Zelbecdibes* autem Nestorianis, regio Asiæ notissima, & ingens, ultra Euphratem à Cappadociâ & Armenia minore eam separantem, usque ad Mediæ limites in ort. extensa, inter Iberiam ad Arctos, & Mesopotamiam ad Meridiem perstricta. Nomen ab *Armeo*, vel *Armenio* Jasonis comite habere fertur. Populi *Armenii.* Probabilius etymon vide apud Bochartum in Phalege p. 22. Nonnullis *Armenia* dicitur qu. *Aramia*, ab *Aram* filio Sem. *Aram* autem sig. *elatus*, unde *Armenii* quasi *sublimes.* Vel à montibus quibus hæc regio cingitur, nam *Ar* mons est; unde & *Ararat* vocatur.

Armenia minor, *Anaduole*, teste Nigro, & alicubi *Pegian*, teste Castaldo, & ubi Colchorum fines attingit, *Acioinlu*, ut Leunclavius scribit, regio Asiæ inter Cappadociam ad occ. & sept. Euphratem flu. ad ort. Syriam & Ciliciam ad austr. contenta.

Armenius mons est in Armen. maj. juxta Iberûm fines ex quo Phasis Colchorum flu. oritur, qui *Moschicus* à Ptol. vocatur. Dionysius ubi de Phasi:

Ἀρχέμβιον τὸ πρῶτον ἀπ' ὄρεος Ἀρμενίοιο.

Armentarium, vel *Armamentarium*, loc. prope Lugd. Bat. *Romberg*, teste Cluverio.

Armentia, *Armenza*, urbs Hisp. Tar. in Cantabris, olim episc. nunc vicus tantùm.

Armentio, *Armason*, flu. Galliæ in Burgundia. Oritur supra Semurium op. quod alluit, & in Icaunam cadit infra Antissiodorum.

Armorica, *la Bretagne*, prov. Gall. Celt. amplissima, quæque olim duces habuit proprios. Sed adjuncta fuit regno Galliæ sub Carolo 8. Rege, cui nupsit Anna Ducissa, & hæres hujus provinciæ, an. 1488. Vide *Britannia minor.*

Armuria, *Armura* Ptol. *Harmosa* Arriana, vulgò *Ormus*, urbs Persidis, regni cogn. caput. Distat 350 leuc. Hisp. ab ostio Indi flu. in occ. & à Teredone 200. in ort. estque in insulâ circuitus 9. mill. pass. & 12. mill. distat à continenti Persiæ, nunc ferè deserta est, & ex ejus ruinis crevit urbs *Gamron* in viciniis, & in proxima continenti Persiæ.

Arnas, civit. Lyciæ, *Xanthus* postea dicta. Steph. Alia Umbrorum in Italiâ. Sil. lib. 8.

His urbes Arna, & latis Mevania campis Hispellum, &c.

Ptolemæus: Ἄρνα, Ἴασσος, Τύδεις, Σπολήπον, Μεσανία. Pop. *Arnates* Plinio 3. 16.

Arne, urbs Bœotiæ, sic dicta qu. הר נאוה *Harnae*, i. e. *mons amœnus.* Strabo enim sitûm esse dicit ἐν ὕψει, *in sublimi loco.* Homerus eûm vocat πολυσταφύλον, *uvis abundantem.* & Nonnus βοζυόεσσαν, *racemiferam.* Græcorum de ea nugas vide apud Suidam in Ἐς κόρακας, in Scholiastem Lycophronis pag. 106. Boch. Item urbs Thessaliæ à Bœotiis deducta. Hesychius: Ἄρνη πόλις Βοιωτίας, ὅθεν ὁ καὶ Θεσσαλίας. Alia Mesopotamiæ, alia Erasiniorum juxta Thraciam. Steph.

Arnon, torrens Palæstinæ, inter Amorrhæos & Moabitas fluens, & in mare mortuum se exonerans.

Arnus, *Arno*, flu. Tusciæ ex Apennino M. 15. mill. à Tiberis ortu oriens, ac in mare Tyrrhenum cadens. Ejus mem. Rutilius Itin. lib. 1.

Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis.

Vide Cluver. Ital. Ant. p. 461.

Arocelum, op. in Celtiberis apud Segontiam urb. *Nodales* Jac. Delgato, al. est *Araquil* in Navarra. Populi *Arocelitani* Plinio.

Arpi, urbs Apuliæ, à Diomede condita, quam prius Argos Hippium, deinde Argyripam vocavit. Mart. 4. 55.

Arpis cedere non finis disertis.

Horatium innuit, qui *Lucanus an Appulus anceps*, ut ipse de se loquitur. *Ætolos Arpos* vocat Virgilius.

Arpinum, Volscorum op. hodie *Abruzzo*, al. *Arpino*, C. Marii, & M. Tullii patria, qui inde Arpinates dicuntur. Juvenal. Sat. 8. de Cicerone:

Hic novus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit ubique
Præsidium attonitis.

Et paulò post de C. Mario:

Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.

Hinc *Arpinæ chartæ* pro Ciceronis libris. Mart. 10. 19.

Hoc quod secula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.

Videtor Cluverius Ital. Ant. p. 1045.

Arrabo, *Narabo* Ptol. *Rab*, urbs episc. & flu. qui Danubio prope urb. miscetur, inter Viennam & Albam Regalem 16. leuc. plus minus. Long. 30. 40. Lat. 47. 57.

Arrianum, *Altenhofen* Lazio, op. Austriæ ad Danub. inter Anisum urb. ad occ. & Grimam op. ad ort. 2. leuc. à Lentio v. 5. Viennam versus.

Arribantium, *Wiczittern*, Lazio, al. Novibazar, urbs Mysiæ super. in Dardaniâ (quæ nunc Servia dicitur) qu. novus Mercatus: quæ urbs in via inter Epidaurum, h. e. Ragusiam, & Sophiam versus Byzantium occurrit, ab urb. S. Sabæ 4. m. p.

Arro, flu. Angliæ. Cadit in Lugum flu. in Com. Herefordiensi.

Arsacia, *Casbin* quibusdam, urbs Persiæ pulcherrima & ampla, in prov. *Ayrach*, ubi rex commoratur. Distat à Tabrisio 70. leuc. in ort. hybernum, & totidem ab Aspahamo in Bor. à mari Caspio 60. circiter. Long. 91. 00. Lat. 39. 35.

Arsamosata, urbs fuit Armen. maj. versus Mesopotamiam, & prope M. Mizium 70. m. p. ab Euphrate in ort. Quid sit nunc ignoratur.

Arsia, Hetruscorum sylva, Romanorum cum Vejentibus & Hetruscis pugnâ celebris. Plutarchus Οὐρσὸν ἄλσος vocat in Publicolâ. Dionysius autem Halicarn. l. 5. Δρυμὸν Ὀρσέτε. Vide Cluver. Ital. Ant. p. 869. Item Ital. flu. Campaniam præterfluens, cujus latitudinem ab uno latere disterminat, Varo flu. alterum occupante. Plin. 36.

Arsicua, *Hhradisch*, Sansoni, op. Moraviæ ad flu. Moravum, 6. leuc. Germ. à Bruna in ort. quot ab Olomucio in aust. Item urbs Germ. antiquæ in lim. Sarmatiæ ad Vistulam flu. nunc forsan *Warsow* in Polonia.

Arsinoe, op Cypri triplex, 1. in orâ occid. inter Paphum novam & veterem, *Alfdime* nunc, teste Steph. Lusignano. 2. in orâ orient. inter Pedalium promont. & Salaminam urb. quæ nunc teste eodem Lusit. *Famagosta* nominatur, urbs hâc tempestate primaria post Nicosiam: 3. ad Callinusam prom. orâ Bor. versus occid. solis proxima, *Lec fare* Lusignano, aliis *Crisocu*, & nostris *Alessandretta.* Additur & quarta in mediterr. *Arzes* incolis, ut idem Lusign. vett. non memorata. Item urbs Ciliciæ memorata inter Anemurium ad occid. & Celenderim ad ort. nunc pagus, vulgò *Draganci.* Item urbs

Ægypti

Ægypti, quæ & *Cleopatris* Ptol. & Strab. vulgò *Suez*, & Saracenis *Barraarn*, teſte Pet. Gyllio, urbs Ægyti in intimo ſinûs Arabici, à Peluſio 125. m. p. in ort. Ejus mem. Val. Flac. lib. 5.

——— *Arſinoen illi tepidæque requirunt*
Otia lætæ Phari, pinguemque ſine imbribus annum.

Long. 63 20. Lat. 29. 10. *Arſinoe* item quæ & *Teucheira* vulgò *Trochara* teſte Marmolio, urbs Cyrenes epiſc. ſub Archiep. Cyrenenſi, una ex 5. urb. Pentapolitanæ reg. inter Berenicen ad occ. 47. & Ptolemaidem in ort. 26. m. p. Long. 48. 40. Lat. 35. 36. Alia item in Æoliâ, in Syriâ, in Ciliciâ, & alibi, ita ut 14 urbes hujus nominis extare ex vett. monumentis conſtet. Vide Steph.

Arſiſſa, vel *Arſiſſa*, Ptol. in Lat. codd. melius *Areeſa* ut Græcè ſcriptum eſt, Armeniæ maj. palus, *Giocho* ex tabb. recentioribus, aliis *Vaſtan*, cum urbe ejuſdem nominis, quæ in Mediâ cenſetur, à Tabreſio 100. m. p. in occ. In eâ palude graviſſima quæque natant. Plinius.

Artabri, Luſitaniæ pop. qui & *Artabritæ*, ab Artabro vicino promontorio, quod *Nerium* Strab. ac Ptol. hodiè *capo de finis Terre*, *ſeu Fineteree*, *Capo di Mongio* Petro Medinæ dicitur.

Sil. lib. 3.

Famque Ebuſûs Phœniſſa movet, *movet Artabrus arma.*

Artaca, ſeu *Artace*, Cyzici inſ. mons arboribus plenus, ante quem jacet parva inſ. ejuſdem nominis Strabo 12. Item Mileſiorum colonia in Aſiâ, quam Steph. Phrygiæ civitatem facit: Plinius portum, Ptol. villam vocat. Item caſtellum Bithyniæ. Ptol.

Artacena, reg. Aſſyriæ circa Arbelam, ubi Darium Alexander ſuperavit. Strabo lib. 16.

Artacia, fons apud Læſtrygonas. Tibullus ad Meſſal. lib 4. ubi de Ulyſſe:

Incultos adiit Læſtrygonas, *Antiphatemque*
Nobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda.

Homerus Odyſ. 10.

Ἡ μὲν ἄρ' ἐς κρήνην καλεσάσ' ἐκάλιρέθρον
Ἀρτακίην, ἔνθεν δὲ ὕδωρ φορέοιτο ἄσυ φέρεσκον.

Artaunum, *Aurach*, teſte Heroldo, arx Germ. in Suevià à Tubinga 2 leuc. in ort. Ulmam verſus. Appiano v. Herbipolis h. e. *Wirtzberg*. Al. auten fuit op. Mattiacorum, forte ubi nunc *Ottenburg*, op. Veteraviæ, fere inter Francof. ad Mœnum & Fuldam.

Artaxata, pl. num. *Artaxia* Tacito, *Artaxiaſata* Straboni, urbs Armeniæ maj. munitiſſima, ad Araxem flu. hodie *Teflis*, Paulo Jovio *Choin* potius videtur; Sed iſta non Armeniæ, at Mediæ urbs eſt. Juvenal. Sat. 2.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Long. 78. 00. Lat. 42. 40. Item urbs Cappadociæ, inter Cæſaream 24. & Comanam 42. m. p. Anton.

Artemiſia, ſive *Artemita*, inſ. Tyrrhenica, Latinis *Dianium*, vulgò *Gianuti*. Stephani Ireviator. Ἀρτέμιſα, νῆσος Τυῤῥηνικὴ πλησίον τῆς Θαλίας κεῖται, ὡς Φίλων. Scribe παρὰ τὴν Ἀσθάλιαν. Imperito exſcriptori ſiquidem notius erat nomen unius Muſarum. Cluver.

Artemiſium, promontorium Euboeæ, cujus mem. Demoſt. pro Cteſiphonte. Suidas. Item lacus prope Ariciam, Dianæ ſacer, quaſi *Dianium* dict. Latini *Nemorenſe* dixerunt, unde & *Nemorenſis Rex* Suetonio in Calig. cap. 35. i. e. Sacerdos ejus regionis. Eſt & urb Oenotrorum in mediterraneis. Item Euboeæ civitas.

Artemita, civitas 500 ſtd. à Seleucia diſtans, ad orientem expoſita. Strabo lib. 15. Item inſ. contra Acheloi flu. oſtium, *Artemita* Straboni. Forte *Artemiſia* Plinii eſt. Item inſ. πρὸς Ὀξεῶν νήσων. Steph.

Arteſia, *Artoris*, Gall. Elg. provincia, cujus caput Atrebatum, nunc fere tota ſub Dom. Francorum pace ad Pyrenæos facta; eſtque inter Picardiam & Flandriam.

Artigi, Plin. *Artigis* Ptol. *Athama*, teſte Henr. Coquo, urbs Hiſp. Bæt. in regn. Granatenſ. Long. 17. 12. Lat. 37. 10.

Artobriga, urbs olim, nunc pag. Vindeliciæ in Bavaria, apud Danub. inter Ratiſponam, & Ingolſtadium ad occ. *Veltenburg* Lazio, pag. proximus Artzburgo; *Lebnaw* v. Cluverio, vicus Juravo amni adpoſitus, infra op. *Lauffen* in Territor. Salisburgenſi.

Arucci, Hiſp. Bæticæ, & Hiſpalenſis conventûs urbs. Plin. Ptol. Alii *Aruci* legunt. *Mron* hodie Cluſio vocatur.

Arverna, vel *Arverniæ*, civitas Gall. epiſc. in Aquitanicâ primâ, hodie *Clermont*.

Arverni, pop. Gall. ad Ligerim ſiti. Steph. qui, quòd ſe à Trojanis oriundos putarent, Romanorum ſe fratres appellare non dubitarunt. Lucan. lib. 1.

Arvernique auſi Lazo ſe fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi. Les gens d'Auvergne.

Hi, cùm adverſus Cæſarem arma cepiſſent, duce Vercingentorice, ingenti ſuorum clade ſuperati ſunt. Strab. l. 14.

Arviſium, promontorium Chii, generoſiſimo vini genere nobilitatum. Virg. Eccl. 6.

Vina novum fundam calathis Arviſia nectar.

Sil. Ital. lib. 7.

Tmolus, *& ambroſiis Arviſia pocula ſuccis.*

Plinius de vinis tranſmarinis, lib. 14. cap. 7. *In ſummâ gloriâ fuere*, *Thaſium*, *Chiumque ex Chio*, *quod Arviſium vocant.* Ἀειὸσιον vocant Plut. & Athenæus. Hic Λαῖδι συγχώσας, καὶ πεῖν ὄινον Ἀειὸσιον. Ille, 1. 25. χαειὸτερος δ' ὀξὺν ὁ Χῖος, καὶ τὸ Χίυ ὁ καλέμενος Ἀειὸσιος. Sed & regio etiam Ἀειὸσία. Strabo lib. 13. ubi de Chio, Ἐιθ' ἡ Ἀειὸσία χώρα παραχεῖα, καὶ ἀλίμενος, οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλλήνων. Phœnicibus (inquit Bochartus) erat יין ראש הר *har-ros-jain*; h. e. *mons præcipui vini.*

Arula, vulgò *le Loir*, flu. qui civitatem Galliæ nomine Caſteldunenſem, Gallicè *Chaſteaudun* alluit.

Arula, apud ſcript. Helveticos flu. eſt Helvetiæ in Rhenum per Bernam & Salodorum fluens, vulgò *Aar.*

Arunda, urbs Hiſp. Bæt. Ptol. vulgò *Ronda.* 11. leuc. à Malagâ in occ.

Aruntina, *Arundel*, caſtr. Angliæ in Suſſexiâ, comitatûs tit. clara, ad flu. Arontem, vix 3. mill. ab orâ, à Cicestria 10. in ort.

Arvonia, & *Arvone*, op. Walliæ principatus, vulgò *Caernarvon*, in lit. maris & freti Menay, ex adverſo inſulæ Monæ, 7. m. p. à Bangoria in occ.

Arupenum, ſive *Arupinus*, *Aurſperg* Lazio, op. Iapodum in Carniolæ & Corbaviæ confin. à Senia 28. m. p. in Bor. Siſciam verſus ex Anton. Itiner. Sed vel error eſt in num. vel alterum Arupenum eſt. *Aurſperg* enim Labaco urbi finitimum eſt. Pop. *Arupeni*, apud Appianum. Eſt & *Arupinum* op. Iſtriæ marit. *Revigno* vulgò, inter Parentium ad occ. 15. & Polam ad ort. 13. m. p. *Arupinorum* mem. Tibullus lib. 4.

Teſtis Arupinis & pauper natus in armis.

Arus, *Are*, flu. Angl. in agro Eboracenſi. Oritur in confin. Com. Lancaſtrenſis, & rigatis aliquot opidulis in Abum æſtuarium ſe exonerat.

Aruvii, pop. fuere Gall. ubi poſtea Seſſui, & Vagoritum urbs, quæ nunc *Seez* in Neuſtria, inter Lexovios & Cenomanos.

Arymagdus, flu. Ciliciæ ex Tauro M. in mare inter Anemurium & Arſinoen exiens. *Sequino* Nigro.

Arzamena, regio Tranſtigritana. Vide Valeſ. ad Am. Marc. p. 306.

Arzus, urbs Thraciæ cum flu. cogn. *Chiaurlic* Bellonio. Item urbs Cypri in mediter. olim Arſinoe, teſte Luſignano; *Arces* hodie dicitur.

Aſaborum, *Capo Mochandan* Barrio, Arab. fel. prom. ad fauces ſinûs Perſici contra Armozum promont. Carmaniæ, à quo 15. leuc. abeſt in auſt.

Aſacus, flu. Phthiotidis Heracleam urb. ad Oetæ M. radicem alluens, & in ſin. Maliacum ſe exonerans.

Aſama, flu. Mauritan. Tingit. apud montem Solis in Oceanum ad occ. fluens, *Tenſiſt* Marmolio. Al. autem *Omnirabi* dicitur.

Aſana, *Azanaga*, flu. Libyæ inter. quem Jo. Mariana eundem cum Nigro facit.

Aſanca, *Cleppern*, teſte Villanovano, op. Germ. in regn. Polonico.

Aſaphopolis, urbs Walliæ epiſc. vulgò *S. Aſaph.*

Asburtonium, *Aſkburton*, op. Angl. in Devoniâ ab flu. *Dart.* Diſtat ab Exonia 15. mill. verſus auſt. & totidem à Plimutho.

Asbamea, Cappadociæ fons, de quo Philoſtratus in vitâ Apollonii l. 4. *Eſt autem circa Tyana*, *aqua Jovi* (*ut perhibent*) *ſacra*, *quam Aſbamæam vocant. Fons ejus frigidus ſanè ſcatet*, *ebullit autem non ſecus atque igne calefactus lebes. Hanc puris & juramenti fidem ſervantibus aſpectu placidam*, *& guſtu dulcem eſſe perhibent*, *perjuris verò & infidis palam adverſari*, *&c.* Rhinuccinus, quem hic ſequor, pro *Asbamæam* habet *inextinguibilem*, nullo ſenſu, quaſi ἄσβεστον ὕδωρ legerit pro Ἀσβαμαῖον, neque id mutavit Jacotius. Tamen rectum eſt Ἀσβαμαῖον. Inde enim Suidas Ἀσβαμαῖον, ὕδωρ ὅπου καλέμενον. Et Amm. Marc. lib. 23. *Apud Asbamæi quoque Jovis templum in Cappadociâ*, *apud opidum Tyana ſtagno effluens fons cernitur*, *qui magnitudine aquarum inflatus*, *ſeſeque reſorbens nunquam extra margines intumeſcit. Asbamæon* autem Hebraicè eſſet מי שבע *Me-ſeba* vel מי השבע *Mehaſſeba*, h. e. *aqua juramenti*; ut *Beerſeba*, *puteus juramenti.* Sed Cappadoces, quorum Syriſmus erat impuriſſimus, mutato vocum ordine dicebant *Asbamai*, ut Armeni *Tigranocerta*

pro civitate Tigranis, & *Choiobet*, pro Choli domo. Boch.

Asbeſtæ, vel *Asbyſtæ* pop. Libyæ ſupra Cyrenem apud quos vulgati fimum Ammonis templum, inter medias arenas conditum eſt. Ptol. Sunt & alii *Aſbyſtæ* apud eundem Ptol. diverſi ab Hammoniis, *Hasbitæ* Plinio. Horum etiam mem. Sil. lib. 2.

Asbyſta, civitas Libyæ. Step. Pop. *Asbyſtæ*, quorum mem. Dionyſius Perieg. verſ. 211.

Ἀσβύσται δ' ὑπὸ τοῖσι μεσηγέϊ τελέθουσι,
Καὶ τέμενος Λιβυκοῖο Διὸς, ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ,
Κυρηνὴ τ' ἐυίππου.———

Plinio & aliis *Asbetæ*, vel *Asbytæ*. Hos laſere vivere falsò dicit Solinus cap. 31. malè interpuncto Plinii codice in errorem ductus, ut contendit Salmaſ. in Plinianis p. 381. qui etiam *Asbyſtarum terræ* partem fuiſſe eam ipſam, ubi Cyrenæi urbem condiderunt, ex Callimacho notat, qui ipſum Cyrenarum ſolum vocat.

———Ἀσβυστίδα γαῖαν.

Aſcalingium, *Hildeſheim*, teſte Irenico, urbs Germ. epiſc. ſub arch. Mogunt. in Saxonia, inter Brunopolim 6. & Hammelam in occ. ad Viſurgim flu. 5. leuc. Sola Pontificiam doctrinam retinuit in tota Saxonia, eſtque ſub dominio Epiſcopi. Alii tamen credunt Aſcalingium fuiſſe op. Dulgibinorum verſus op. *Herworden* in Weſtphaliâ & Comit. Ravenſpergico 9. circiter leuc. Germ. ab Hildeſio in occ.

Aſcalon, Lat. *appenſio*, vel *ſtatera*, ſive *ignis infamiæ*, civitas Palæſtinæ, ſive, ut Joſephus habet l. 5. c. 3. ſuperioris Idumææ. Conditorem habuiſſe legitur Lydum *Aſcalum*, Ita Xanthus refert in Lydiacis apud Stephanum, ὅτι Τόνταλος καὶ Ἄσκαλος παῖδες Τμώλου. Τὸν δ' Ἄσκαλον, ὑπὸ Ἀκαμαντὸς τοῦ Λυδῶν βασιλέως, ἀφεθέντα σφᾶς ἡγεῖσθαι, εἰς Συρίαν στρατεύσαι, κἀκεῖ παῖδάς τε ἐρασθέντα (lege ἐρασθέντα) πόλιν κτίσαι, ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ ὥτως ὠνόμασε. Addit idem haberi in Nicolao Damaſceno. Quod mihi tamen ſuſpectum, quia *Aſcalon* urbs fuit vetuſtiſſima, una è 5 Satrapiis Philiſtæorum in libris Joſuæ & Judicum memoratis. Bochartus.

Aſcania, inſ. maris Mediterranei non procul ab Andro. Eſt & regio Aſiæ, & palus in Troade. Euſtathius. Item Trojæ civitas, quam condidit Aſcanius Æneæ fil. Bithyniæ lacus quoque Ptolemæo, *Iſnick* Caſtaldo, Nigro *Londar* vocatur. At Pet. Gyllius oculatus teſtis eum *Lago de Nicæa* appellat. *Sunonenſis lacus* videtur ab Ammiano Marcellino nominari, lib. 26.

Aſcanius, Bithyniæ flu. per Aſcanium palud. apud Nicæam in ſin. Aſtacenum influens, vulgò *Aſu*. Virg. Geor. 3.

Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium.

Aſcburgium, urbs Germ. *Aſchburg* Leodio, aliis *Emerich*, vicus Germ. infer. ad Rhenum infra Colon. Agrippinam ad 8. leuc.

Aſcra, vicus Bœotiæ, in aſpero, & ſterili loco, in dextrâ parte Heliconis, Heſiodi patria, teſte ipſo in his:

Νάιασατο δ' ἀγχ' Ἑλικῶνος οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Stephano πόλις vocatur. Bocharto autem *Aſcra* eſt אשדה *aſcera*, hoc eſt, lucus ubi ſteriles ſunt arbores. Sanè Heſychius Ἄσκρος, δρῦς ἄκαρπος. Atqui vero in epitaphio Heſiodi lego.

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος.———

Ἀσκρὴ autem Ionicè pro Ἀιγκρὴ, ut innuit Stephanus, dicens hanc vocem eſſe Ἰωνικῶς γεγραμμένην. Nam Iones interdum κ pro χ ponebant, ut pro δέχομαι, δέκομαι.

Aſcruvium, urbs Illyrici. Ptol. alias *Aſcrivium*, vulgò *Cataro*. Long. 43. 40. Lat. 42. 36.

Aſculum, op. Apuliæ, memorandum clade illatâ Pyrrho à Curio & Fabricio Coſſ. Dicebatur *Aſculum* Appulum, ad diſcrimen *Picèni Aſculi*. Florus l. 18. ubi de Pyrrho rege. *In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio, Fabricioque Conſulibus.* Plut. in Pyrrho. Ἀναλαβὼν στρατείαν ἐπὶ Ἄσκαλον πόλιν τῆς Ῥωμαίοις συμμαχίδος. Zonaras Annal. Tom. 2. Pyrrhus impreſſione in Apuliam factâ, multa vi, multa per deditionem accepit, μέχρις ἂ Ῥωμαῖοι πρὸς Ἀσκάλῳ πόλει ὄντι αὐτῷ ἐπιθόμενοι ἀντεστρατοπεδεύσαντο. Long. 40. 00. Lat. 41. 20.

Aſculum, cognomine Picenum, ad ſuperioris diſcrimen, vulgò *Aſcoli*. Lucan. lib. 2.

———*Depellitur arce*
Lentulus Aſculeâ.

De ſitu ejus ita Strabo, lib. 5. Ἐν τῇ μεσογαίᾳ δὲ τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνὸν ἐρυμνότατον χωρίον, ἐφ' ᾧ κεῖται τὸ τεῖχος, καὶ τὰ βασιλείμματα ὄρη στρατοπέδοις ἁρμόττοντα. Dignitatem ejus indicat Florus l. 19. *Domiti Picentes, & caput gentis Aſculum.* Ptolemæus Ἄσκλον vocat. Long. 36. 40. Lat. 42. 39.

Aſia, palus cum opido cognomine apud Tmolum montem & Cayſtrum flu. circa quam, inter alias aquaticas aves plures grues verſantur. Producit primam ſyllabam. Virg. l Geor.———*Et quæ Aſia circum*
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

Idem lib. 7. Æn.———*Longa canoros*
Dant per colla modos, ſonat amnis & Aſia longè
Pulſa palus.———

Quod habuit ex Homero Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Aſii prati etiam meminit Stephanus.

Aſia major, una ex tribus orbis partibus veteribus cognitis, reliquas ſimul acceptas magnitudine ſuperans, in ortum maximè extenſa, Indio, Eoo, & Scythico Oceano perfuſa; ab Europâ ad occid Tanai flu. mari Euxino, & Ægæo ſeparata, ab Africâ Nilo flu. Plinio, ſed Arabico ſinu Ptolemæo diviſa. Manil. lib. 4.

Inde Aſiæ populi diveſque per omnia tellus,
Auratique fluunt amnes, gemmiſque relucet
Pontus, odoratæ ſpirant medicamina ſylvæ.

Ab *Aſiâ* fœminâ, teſte Iſidoro lib. 14. etymol. nomen habet Becmanno autem *Aſia* dicitur ab אש *eſh*, i. e. *ignis*, qu. אשיה. *Eſhia*, h. e. *ignis Domini*, quem in Perſiâ, aliiſque Aſiæ oris ſacrum coluerunt. Herodotus in Melp. ad uxorem Promethei refert. Ἡ δὲ Ἀσίη ἀπὸ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην ἔχει. Verum res eodem redit, ſi expendatur fabula de igniculo, quem cœlo Prometheus ſurripuiſſe dicitur. Bochartus autem à Phœnicio חצי *aſi* deducit, quod non ſolum *dimidium*, ſed *medium* ſonat, ſic חצי השטים eſt μεσοεφηπια, Joſ. 10. 13. חצי חלילה μεσονύκλιον, Jud. 13. 3. Itaque חציה *aſia*, i. e. *media* cœpit vocari Aſiæ pars illa, quæ media eſt inter Africam & Europam, quam *Aſiam minorem* vulgò dicunt. De quâ Plin. Præfat. lib. 3. *Hinc* (i. e. à Gadibus) *intranti dextrâ Africa eſt, lævâ Europa; inter has Aſia eſt.* Mela l. 2. *Media noſtris æquoribus excipitur.* Sed & alio reſpectu *Aſiam* cum Europâ & Libyâ conferens Euſt. illam aſſerit μέσην ἀμφοῖν ἔχειν διάδεσιν. Videſis locum in Dionyſ. poſt verſ. 270. Dividitur hæc *Aſia* hodie in ſex partes. Prima paret magno Duci Moſcoviæ. Secunda Magno Chamo Tartarorum Imperatori. Tertiam partem Turcæ occupant; Quartam Perſæ; Quintam Indi; Sextam Sinenſes.

Aſia minor, ſuperioris pars, in Cherroneſi formam coacta, cujus Iſthmus à ſinu Iſſico ad Pontum uſque Euxinum pertingit. Hodiè *Natolia* Turcis dicitur à Græco ἀνατολὴ, quod *Orientem* ſig. Hujus partes ſunt Cilicia, Lycaonia, Paphlagonia, Pontus, Cappadocia, Bithynia, Phrygia, Myſia, Lydia, Pamphylia, Æolis, Ionia, Lycia, & Caria. Cicero pro Flacco. *Namque, ut opinor, Aſia veſtra conſtat ex Phrygiâ, Myſiâ, Cariâ, Lydiâ.* Pergit diſertiſſimus Romuli nepotum. *Utrum igitur noſtrum eſt an veſtrum hoc vetus proverbium Phrygem plagis ſæpe ſolere meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt. Si q. d. cum periculo experiri velis, in Cariâ id potiſſimum faciendum. Quid porro in Græco ſermone tam tritum, atque celebratum eſt, quam ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus etiam dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? Quis unquam Græcus Comœdiam ſcripſit, in qua ſervus primarium partium non Lydus eſſet.* Virgi Æn. 3.

Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem
Immeritam viſum ſuperis.

Tanta autem *Aſiæ* ubertas rerum omnium atque fertilitas fuit, ut omnibus terris antecellee videretur. Cic. pro Q. Ligario, *Aſia tam opima eſt & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat.* Eaden Mithridates apud Juſtinum ad milites concionaturus affimat. Ait enim *Neque cœlo Aſiæ eſſe temperatius aliud, nec ſolo fertilius, nec urbium multitudine amœnius: magnamque temporis partem, non ut militiam, ſed feſtum diem agunt.*

Inde Propertius:

Atque Aſiæ veteres cernere divitias.

Horat. lib. 1. Sat. 7.———*Bruto Prætore tenentem*
Ditem Aſiam.———

Atque de opulentiâ provinciæ hujus inde etiam conjectura fieri poteſt, quod Sulla mulctâ nomine XXM talentûm impoſuerit: Antonius totidem unò anno abſtulerit, teſte Plut. in Lucullo & Antonio. Hinc Tacitus in *Agricola*, cap. 6. *provinciam divitem, & paratam peccantibus vocat.* Plura ſi velis, conſule Reverendiſſ. Jac. Uſſerium Archiepiſcopum Armachanum in tractatu de Aſia Minore. Inde *Aſianus*, qui ex *Aſia* eſt. Quinctilianus Præfat. lib. 8. *Neque enim Aſiani, aut quocunque alio genere corrupti, res aut non viderunt, aut non collocaverunt*, &c. Ubi *Aſianos* vocat, qui genus Aſiaticum dicendi ſequuntur. Ἀσιανὸς χαρακτὴρ Straboni vocatur, lib. 13. Juvenal. Sat. 7.

———*Faciant equites Aſiani;*

Quanquam

quanquam & Cappadoces faciant, equiteſque Bithyni.
Item *Aſiacus* aliud adjectivum, ut quidam volunt. Ovid. Met. 12. verſ. 589.

Ecquid ubi Aſiacas caſuras aſpicis arces.

Qui verſus tamen in aliis codicibus ita legitur.

Ecquid ubi has jam jam caſuras aſpicis arces.

Quod probat Cluverius, & Farnabius quoque in textum recepit, quòd alterum claudicare videretur, cum prima in *Aſiacus* correpta ſit; atqui oblitus erat in *Aſidis* quoque voce primam poetam produxiſſe. Ovid. Met. lib. 5.

Jam ſuper Europen ſublimis & Aſida terram.

Atqui poſterior lectio proculdubiò veriſſima eſt, & ſic legitur in editione Heinſianâ. Hinc denique *Aſiaticus* aliud adjectivum & uſitatiſſimum, ut *bellum Aſiaticum*; *genus dicendi Aſiaticum*, quod erat copioſum, tumidum & redundans, unde Petronius *ventoſam, & enormem loquacitatem* appellavit. Cauſa hujus ab ingenio, & naturâ gentis petenda videtur, quæ ex opibus ſuperba, & vana. Legatus Rhodiorum apud Liv. 45. 13. *Non negaverim & totam Aſiæ regionem inaniora parere ingenia, & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe, quod excellere inter finitimas civitates videamur.* Item *Aſiaticus*, nomen viri apud Tac. An. 11. & Dionem, l. b. 59. Alius Gallorum dux. Tacit. Hiſt. 2. 94. Item Conſ. Rom. Aquilini collega.

Aſia minor, quæ nunc Anatolia dicitur; à Turcis dividitur in 4 partes; quarum major verſus Occidentem, & mare Ægæum extenſa, proprie *Anatolia* dicitur; ibique fuerunt alias Bithynia, Paphlagonia, Myſia, Phrygia, Lydia, Æolis, Ionia, Caria, & pars Galatiæ. Altera pars verſus Pont. Eux. & Sept. *Amaſia* dicitur, ſeu etiam *Rum*, ubi alias Pontus, Cappadocia, & pars Galatiæ. Tertia *Caramania* dicta ad Merid. & juxta mare Mediterraneum occupat totum terræ tractum ubi alias Cilicia, Pamphylia, Lycaonia. Quarta, in Orient porrecta verſus Euphratem *Aladuli* dicitur, continetque Armeniam minorem antiquam.

Aſinarius, Siciliæ flu. Diodoro lib. 13. & Plut. in Nicia. Thucydidi lib. 7. *Aſſinarus*. Punicè erat הצינור *haſſinor*. Propriè autem ea vox *tubum* ſign. per quem aqua in declive fertur, puta ex monte, vel tecto. Occurrit autem Pſal. 42. verſ. 8. & 2 Sam. 5. 8. *Aſſinarus* igitur flu. ità dictus eſt, qui à profundo & confragoſo alveo, tanquam tubo incluſus, devolvitur in præceps. Ita deſcribit Thucydides; cujus verba Latinè ſic ſe habent. *Athenienſes ad Aſſinarum amnem feſtinabant, &c. Ut vero eò pervenere, nullo jam ordine in eum ruunt, pro ſe quiſque primus omnium tranſire properantes. At ex utraque parte ſuperſtantes Syracuſani (erat autem amnis præceps) deſuper miſſilibus Athenienſes conficiebant in cavo fluminis alveo inter ſe perturbatos.* Bochart.

Aſine, Meſſeniæ op. Ptol. *Anohora* Nigro. *Phaneromini* Favolio & Sophiano. Inter Methonen & Coronen. Pop. *Aſinæi*, qui Parnaſſi olim accolæ *Dryopes* appellabantur, quod nomen in Peloponneſum reverſi diù retinuerunt, uti ſcribit Pauſanias. Pro *Aſine* autem Pletho hoc loco (nam is quoque in deſcribendâ Peloponneſo Ptolemæum ſequitur) *Maſyne* legit. Luc. lib. 8.

Quas Aſinæ cautes. & quas Chios aſperat undas.

Ubi alii *Aſie*. Hinc *ſinus Aſinæus* Straboni lib. 8. Long. 48. 50. Lat. 35. 00. Item pagus Argiæ reg. cognomento Hermionica apud Naupliam. Strabo. *Volcanos*, teſte Nigro. Item urbs Cypri & Ciliciæ. Steph. Denique parva inſula Peloponneſi in orâ occid. apud Pylum op. Thucyd.

Aſines, Siciliæ flu. Incolis *fiume freddo* i. e. *frigidus fluvius*. Neque aliud ſonabat *Aſinis*, vel *Aſinii* priſcum nomen Plinio & Vibio Sequeſtri. Pro quo Thucydides lib. 4. perperam habet ὁ Ἀκεσίνης ποταμός. Syris enim סס *ſin* eſt *frigus*. Indeque amnis הסין *haſſin* eſt *amnis frigoris*. Bochart.

Aſiſia, Illyridis urbs. Hanc ſcribit Niger nunc ſolo æquatam eſſe, ibidemque multa antiquitatis monumenta extare, & locum *Beribir* dici addit. Niſi tabulæ fallant, videtur mihi etiam *Bergane* vocari.

Aſiſium, Italiæ opidum, non longè ab Arnâ, orientem verſus, vulgò *Aſſiſi*, Ptolemæo Ἀσίσιον, undè Plinio & Inſcriptioni Antiquæ opidani dicuntur *Aſiſinates*. Plin. 3. 14. *Amerini, Attidiates, Aſiſinates*, ubi vulgò corruptè *Aſirinates*. Procopio Gothicorum lib. 3. ſunt obliqui caſus Ἀσίνη & Ἀσίνλω, opidani autem Ἀσινῖνοι.

Aſius campus, locus juxta Cayſtrum flu. Hom. Il. 2.

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καυστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Vide *Aſii*.

Aſius, flu. recentioribus Claſia, ſeu Claſius, vulgò *Chiaſcio*. Oritur ex mont. Apenn. inde auctus aliquot rivis agrum Aſiſinum rigat 3. mille longe ab eâ urb. defluens, & poſtea in Tiberim cadit ad Torſcianum caſtrum. Multum autem differt ab Aſio Ptolemæi, qui per Sennones labitur.

Aſcarna, Aſcherne, urbs Hibern. in Momonia prov. & Limericenſi Com. ad flu. cogn. Aliis eſt *Aſcheten*. 15. m. p. à Limerico in occ.

Aſmiræi, montes Aſiæ in Sericâ reg. ubi etiam pop. *Aſmiræi* verſus Iſſedonem Sericam, in eo tractu ubi nunc Cathaia reg. ampliſſ. & pars Tartariæ late ſumpta.

Aſola, op. Italiæ, ad flu. *Chieſe*, in ditione Venetâ, à Brixia 25. m. p. &, à Mantua 20. mil. in occ.

Aſophos, op. Palæſtinæ in Galilæa ad Jordanem flu.

Aſopus, flu. Aſiæ, unà cum Lyco flu. Laodiceam urb. præterfluens. Alius Bœotiæ, *Aſopo*, qui ex Citharone monte profluens, agrumque Thebanum irrigans, à Plateenſi decidit, ipſaſque Thebas præterluens, Plateas, & Tanagram, inter Oropum op. & Cynoſuram promont. mari excipitur. Ad hunc flu. ſacra Baccho celebrare ſolebant. Oppianus.

Οὐκ ἐθέλω πείτη σε τὰ νῦν ἐείβαχον ἀείδειν
Οὐ χέρσον Ἀόνιον ἐδὲ βένδιτσιν Ἀσωπίδο.

Heſychius: Ἄσωπος ποταμὸς ἐν Θήβαις ἡ Βοιωτίας.
Apollonius lib. 1.

Φλειάς θ' αὖτ' ὀπὶ τοῖσιν Ἀεμωνυρήνδεν ἴκανεν,
Ἔνθ' ἀφνειὸς ἔναιε Διωνύσοιο ἔκητι
Παῖδος ἐῦ, πηγῆσιν ἐφεστηὼς Ἀσωπίδο.

Ubi Scholiaſtes: Ἀσωπὸς, ποταμὸς Θηβῶν, ἔχων τὰς πηγὰς ἐν Ἀραιθυρέᾳ, ὀνομασθὴν ὑπὸ τοῦ Διὸς διώκων αὐτὸν, διὰ τὸ ἁρπαχέναι ἡ συγατέρα αὐτῦ Αἴγιναν, ὡς ϗ Καλλίμαχός φησι. Papinius Theb. lib. 7.

Aſopos genuiſſe datur; dignuſque videri
Tunc pater, abruptis cum torrentiſſimus exit
Pontibus, aut natæ tumidus cum virginis ultor
Flumina concuſſit, generum indignata tonantem;
Namque ferunt raptam patriis Æginan ab undis
Amplexu latuiſſe Jovis: furit amnis & aſtris
Infenſus bellare parat (nondum iſta licebant
Nec ſuperis) ſtetit audaces diffuſus in iras
Conſeruitque manus, nec quem imploraret habebat.
Donec vi tonitrus ſummotus & igne triſulco
Ceſſit. Adhuc ripis animoſus gurges anhelis
Fulmineum cinerem, magnæque inſignia pœnæ
Gaudet, & Ætnæos in cœlum efflare vapores.

Apollodorus lib. 2. Ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς Μετώπην γημάμενος δύο μὲ παῖδας ἐγέννησεν, εἴκοσι δὲ θυγατέρας· ὧν μίαν ἥρπασε Ζεὺς Αἴγιναν· ταύτην Ἀσωπὸς ζητῶν ἦκεν εἰς Κόρινθον, ϗ μανθάνει παρὰ Σισύφου ἡ ἡρπακότα εἴη Δία. Ζεὺς δὲ Ἀσωπὸν μὲ κεραυνώσας διώκοντα, πάλιν ὅπῃ τὰ οἰκεῖα ἀπέπεμψε ῥεέθρα. Διὰ τοῦτο μέχει ϗ νῦν ἐν τῷ τότε ῥείθρων ἄνθρακας φέρον.

Tertius Theſſaliæ, qui in ſinum Oetæum apud Thermopylas, accepto Phœnice fluvio, à Thermopylis 15. ſtad. defertur, ac vulgò etiam *Aſopo* nominatur. Quartus Macedoniæ, qui teſtibus Livio & Strabone Heracleam alluit: Quintus Peloponneſi haud procul à Corintho decurrens.

Aſopus, op. Peloponneſi haud procul à Maleo promontorio, hodie *Eſapo*, licet Nigro *Rampano* dicatur.

Aſpahamum, Iſpahan, urbs Perſidis præclara ad flu. *Senderut*, in prov. *Terach*, ubi Rex Perſarum commoratur à 70. circiter annis. Ampliſſima eſt, pulcherrima, & opibus pollens, innumeros continens incolas cum 3. prægrandibus ſuburbiis *Tzulfa, Tabriſabath*, & *Haſenabath*, ornaturque quotidie ſuperbiſſimis ædificiis. A multis *Aſpaham* & *Haſpachan* dicitur, & à Perſis *Spahawn*; habetur in ambitu 16. milliaria & palatium regis ſumptuoſiſſimum, principalium rerum venalium foro imminens. Diſtat ab urbe Sira itin. 10. dierum in Bor. & totidem à Casbino in auſt.

Aſpartuca, ſeu *Aſpaluca*, vulgò *Aſpe*, op. olim Aquitan. in Tarbellis, nunc vicus in Bernearnia ad pedes mont. Pyrenæorum.

Aſpavia, Eſpejo, teſte Mor. op. Bæt. in Vandalitia, Cordubæ proximum, ad Salſum flu. apud Caſtrum Rivi, inter Cordubam & Aſtigi ad 4. leuc.

Aſpendus, Pamphyliæ urbs, Argivorum ædificium. Hic Veneri ſuibus ſacrificabant, eò quòd author ejus generis Mopſus ex Argis huc proficiſcens, cùm primùm ſacrificare voluiſſet occurrebat illi ſus. Stephanus ab *Aſpendo* conditam ſcribit. Ejus meminit Dionyſius, verſ. 851.

Κεῖθι δ' ἀν' αἰθήσσης ὑπερήλιον πολίεθρον
Ἀσπένδου ποταμοῖο παρὲξ ῥόον Εὐρυμέδοντος.

Ubi ὑπερήλιον *maritimum* ſignificare non poteſt, ut vocem explicat Hen. Stephanus, niſi manifeſta in poetâ ſit ἀναγναφονία. *Aſpendus* enim inter mediterraneas Pamphyliæ civitates à Ptolemæo numeratur, lib. 5. cap. 5. & longius à mari ab eo ſtatuitur. Et Strabo quidem lib. 14. à mari 60. ſtadiis diſtare affirmat. Μετὰ ταῦτα Εὐρυμέδων ποταμὸς, ὃν ἀναπλέουσιν ἑξήκοντα σταδίους Ἄσπενδος πόλις Ἀργείων κτίσμα. Salmaſius igitur ſtatuit ὑπερήλιον hic, prorſus è contrario *à mari remotum* ſignificare, ut

ὑπὲρ τ̃ θαλάττης apud Strabonem est *à mari dissitum*. Montano tamen videtur *Aspendum* potius ὑπερκείμενον dici quasi opidum *supra mare eminens* (quod cum alterâ Hen. Stephani interpretatione satis convenit) quia licet à mari nonnihil distet, in excelso tamen colle situm mare prospectat, teste Melâ, 1. 13. *Mare quo pugnatum est* (inter Athenienses sc. & Persas) *ex edito admodum colle prospectat Aspendus*. Dixi supra, *Hic Veneri suibus sacrificabant*; Dionysium habeo auctorem, sic enim ille ubi supra.

Ἔνθα συνοικίσαι Διωναίην ἰλάσῃ.

Asperum mare, qui & sinus Barbaricus Ptol. Troglodyticus sinus est Plinio. Eum maris tractum obtinet, qui hodie *Golfo de Melinde* dicitur.

Asphaltus, & *Asphaltis*, & *Asphaltites*, lacus Judææ in Pentapoli, in quo nihil grave submergi potest. In eo fuere Sodoma & Gomorrha, Admah & Zeboim, quæ propter nefandam populi luxuriem & libidinem cœlitus exustæ sunt. *Mare mortuum* à Justino & Pausania vocatur. Incolis *Sorban*, teste Francisco Junio. A bitumine sic dictus, quod in Judæa præstantissimum: Dioscorides. Ἄσφαλτος διαφέρει ἡ Ἰουδαϊκὴ τ̃ λοιπ̃ς, Ἔστι δὲ καὶ καλὴ ἡ πορφυρίζουσα σίλβουσα. Neque alia occurrit causa, cur Ἀσφαλτῖτις i. e. *Asphaltites* lacus ab Hesychio appelletur, ἐρυθρὰ θάλασσα *Rubrum mare*, quam bituminosus in eo color. Bochartus. Plin. 5. 16. *Asphaltites nihil præter bitumen gignit: unde & nomen: nullum corpus animalium recipit: tauri, camelique fluitant: inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum mill. pass. Latitudine vero viginti quinq. implet & maxima 25 implet, minima sex: prospicit eum ab Oriente Arabia Nomadum, à Meridie Macherus, secunda quondam arx Judææ, ab Hierosolymis.* Idem habet Solinus cap. 38. Justinus 36. 6. *In eâ regione lacus est, qui propter magnitudinem, & aquæ immobilitatem, mortuum mare dicitur. Nam neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur: neque navigationis patiens est, quoniam omnia vitâ carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi quæ alumine illinatur.* Corn. Tacitus Hist. lib. 5. *Lacus immenso ambitu, specie maris, sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces, aut suetas aquis volucres patitur*, &c. Et paulo post. *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu arsisse: & manere vestigia, terramque specie torridam, vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu sata, sive herba tenus aut flore, seu solitam in speciem adolevere, atra & inania velut in cinerem vanescunt.* Josephus de bello Jud. lib. 5. cap. 5. Ἄξιον δ' ἀπηγήσασθαι καὶ τὴν φύσιν Ἀσφαλτίτιδος λίμνης, ἥτις ἔστι μὲν πικρὰ καὶ ἄγονος, ὑπὸ δὲ κουφότητος, καὶ τὰ βαρύτατα τ̃ εἰς αὐτὴν ῥιφέντων ἀναφέρει, καταδύναι δὲ εἰς τ̃ βυθὸν, ἐδὲ ὑπὸ σφοδρ̃ πνεύματος ῥᾴδιον. Ὑπεραισιάνδς ἐκέλευσε πινάς τ̃ νέων ὑπ' ὀπισθμένων, δεθέντας ὁπίσω τὰς χεῖρας, ῥιφ̃ναι κατ' τὸ βυθ̃, καὶ συνέβη πάντας ὑπνίκαδε, καθάπερ ὑπὸ πνεύματος ἄνω βιαζομένους. Et paulo post. Γεννᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτὴ, πάλαι μὲν εὐδαίμων γ̃, καρπ̃ τε ἕνεκα, καὶ τ̃ κατ' πόλις θέσεως. Νῦν δὲ κεκαυμένη πᾶσα. Φασὶ δὲ ὡς δι' ἀσέβειαν ἐκπυρωθέντων κεραυνοῖς κατηφανισθ̃ναι. Ἔστι γοῦν ἔτι λείψανα τ̃ θείου πυρὸς, καὶ πόλεων ἰδεῖν σκιάς, ἔστι δὲ καὶ τοῖς καρπ̃ς ἀπόδειξιν ἀπαγγελλομένην, οἱ χρόαν μὲν ἔχουσι τοῖς ἐδωδίμοις ὁμοίαν, δρεπομένων δὲ χερσὶν, εἰς κάπνον διαλύονται καὶ τέφραν. Subdit Τὰ μὲν δὴ περὶ τ̃ Σοδομ̃ν μυθευόμενα τοιαύτ' ἔχει πίστιν ἀπὸ τ̃ ὄψεως. Ubi ridiculè Interpres, *Terræ quidem Sodomiticæ fabula ejusmodi fidem habet ex facie*, cum Josephus neque fabulam refert, sed veram historiam; nec πέφυκεν, omnino innuit, sed αὐτοψίαν.

Aspis, *Meis* incolis, teste Curione, mons & op. Africæ apud Hermæam prom. de quo Silius lib. 3.

In clypei speciem curvatis turribus Aspis.

Assara, flu. Mauritan. Cæsarien. apud fretum magnum, in mare nostrum inter Sigam urb. ad occ. & Portum magnum ad ort. influens, *Selsis* incolis, teste Castaldo.

Asseriates, pop. Alpini, in Tridentinorum confin. quorum reg. *Val di Serra* hodiè nominatur, teste Simlero.

Assorus, Macedoniæ op. juxta flu. Echedorum, 10. m. p. ab Apollonia in Bor. Antigoniam versus.

Assorus, Siciliæ, inter Ennam & Agyrium op. Græcis Ἄσσωρος & Ἀσσώριον, op. inde Ἀσσωρῖνοι, & Lat. *Assorini*. Haud incelebrem fuisse civitatem ex Diodoro lib. 14. colligere licet. Posterioribus tamen temporibus non perinde celebris fuisse videtur. Cic. Verrina 4. *Hanc virtutem Agrigentinorum imitati sunt Assorini postea, viri fortes & fideles, sed nequaquam ex tam amplâ, neque ex tam nobili civitate.* Vide Boch. pag. 586. Hodiè vic. est, vulgò *Asaro*.

Assus, Lyciæ civit. maritima, in edito prom. sita, ad quam parum tutum est accedere: unde proverb. *Asson eas, ut citius ad exitii terminos pervenias*. Nicostratus citharœdus.

Ἄσσον ἴθ' ὡς ἂν θᾶσσον ὀλίσθρ πείσθ' ἵκηαι.

Ubi lusus in voce *Assos*.

Assus, quæ & *Apollonia*, urbs Troadis, in Asia min. in ora sinus Adramytteni, 13. mill. à Lesbo insul. in Bor. & 30. ab Antandro in occ.

Assyria, reg. maj. Asiæ, quam Ptol. ab ortu Mediæ parte terminat, occasu Mesopotamia, à Sept. parte min. Armeniæ, juxta Niphatem montem, à Meridie Susianâ. Plinius 5. 12. ait eam Syriæ partem esse, quæ postea vocata est *Adiabene*. Strabo autem longe latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, & maximam circumjacentium regionum partem. Vide Bochartum Geogr. Sacr. 4. 19. Tibullus 3. 6.

Eoique Arabes, dives & Assyria.

Absurdum autem videri possit, quod Assyrios juxta Thermodontem flu. statuat Dionysius. Sic enim ille,

Τὰς δ' μετ' Ἀσυρίης πεδίχυσις χθονὸς ἐκτετάνυσται.

Sed cùm Assyrii imperium suum longè lateque propagarint, hinc effectum, ut gentes plurimæ Assyrio imperio olim subditæ Ἀσσύριοι, & per aphæresin Σύριοι & Σύρες, Græcis dictæ fuerint. Ita Herodotus & eum secutus Trogus Pompeius lib. 1. *Assyrii, qui posteà Syri dicti.* Sic cum Syria, seu Assyria latè sumpta. Cappadociam comprehendat, & Græci *Syros vocent, quos Persæ Cappadoces*, Herodoto teste, (Καππαδόκας (inquit) ὃς ἡμεῖς Συρίους καλέομεν, atque alibi, Οἱ Σύρες ὑπὸ Περσ̃ν καλοῦνται Καππαδόκαι) Dionysius generale Assyriæ nomen peculiariter usurpat pro Cappadociæ parte, juxta Irim & Thermodontem fluvios, quæ aliis strictè *Leucosyria* dicitur. Quin & Val. Flac. lib. 5. in Assyria Sinopen constituit in his

Assyrios complexa sinus stat opima Sinope,
Nympha prius, blandosque Jovis quæ luserat ignes
Cœlicolis immota procis.

Apollonius etiam Cappadociam Ἀσσυρίαν vocat lib. 3. Argon. Hesychius. Ἀσσυρίων, Καππαδοκίων.

Assyrii, quo nomine Tyrios & Phœnicas designari sæpe videas, qui simpliciter *Sorim*, vel *Surim*, h. e. ipsissimi *Syri* vocabantur, & inde præfixo articulo הצורים *Hassorim*, vel *Hassurim*, i. e. *Assyrii*. Macrob. Sat. 1. 17. *Apud Assyrios sive Phœnicas lugens inducitur Dea.* Et Virg. Georg. 2.

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

Assyrio veneno, id est. *purpurâ Tyriâ*. Claud. lib. 2. de Raptu Proserpinæ.

Ditibus Assyrii spumis fuscantur aheni.

Quod planius Martialis.

Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

Et in descriptione Beroes apud Nonnum Dionys. 41.

Ἀσσυρίῳ Λιβάνῳ φοινικίσσατο ———

Ubi Assyrium Libanum pro Phœnicio appellat. Neque aliud sonat *Assyria* quam *Syriam* apud Senecam Tragœdum in Hippolyto:

O magna vasti Creta dominatrix freti,
Cujus per omne litus, innumeræ rates
Tenuere pontum, quicquid Assyriâ tenus
Tellure Nereus pervium rostris secat.

Mare mediterraneum intelligit, quod Syria tenus intersecat. Themistius etiam Assyrios vocat ipsos Judæos. Ἀλλ' ἐγὼ (inquit) ὑπενθύμιον καὶ τ̃ Ἀσσυρίων γεγραμμάτων ταῦτο τοῦτο κομιδ̃ μνήσω, ὡς ἄρα ὁ νὸς τ̃ βασιλέως ἐν τῇ τ̃ Θεοῦ παλάμῃ δεδυφορ̃ται. Locus est Oratione nonâ. Ab his autem Assyriis plane diversi sunt אשוריים Assyrii filii *Assur* trans Euphratem ac Tigrim; atque ipsa etiam scriptura Ebræa multum discrepat. Cujus rei ignoratione Græci scriptores duos populos tantâ locorum intercapedine à se mutuò dissitos in unam gentem sæpe compingunt. Inter quos Herodotus, lib. 9. cap. 63.

Asta, Turditanorum in Hisp. civitas, inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas. *Regia* Plinio dicitur. Rudera ingentem olim fuisse indicant. *Massa de Asta* Morali. *Asta* autem (ut putat Bochartus) Pœnis fuit אשרה *Asda*, vel *Esda*, i. e. εἴσχυσις, vel ἀνέχυσις. Sic Joan. 5. 2. *Bethesda* est *domus effusionis*, uti pridem docti observarunt. Cur indè dicta sit *Asta*, docebunt Ptolemæus & Strabo. Hic, Ἡ κατ' Ἄσταν ἔκχυσις. *Quæ ad Astam est effusio.* Ille, Ἡ κατ' Ἄσταν ἀνέχυσις, καὶ ἀνάδρομος, *Quæ ad Astam est effusio, & æstuarium.* Est & *Asta* in Liguriâ, non longè à Novariâ distans. Claud. lib. de 6. Conf. Honor.

———*Nec plus Pollentia rebus*
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ.

Astaboras, *Tacassi* Mercatori, *Tacui* Nigro, flu. Æthiop. qui unà cum Astapo & Nilo Meroen insul. facit. Al. *Coror* dicitur, & oritur prope Auxumum in Abyssiniâ reg.

Astacus, urbs Bithyniæ 15. mill. à Nicomedia in occ. æstivum, à Byzantio a. 50. in ort. Item urbs Macedoniæ in Acarnania reg.

Astapæi,

Aſtapæi, ἔθνος Λιβύης Stephano; ſed inſigniter errat, cum ſit gens iſta in Hiſpaniâ. Sanè meminit *Aſtapæ* urbis Appianus in Ibericis, itemque *Aſtapæorum*, aitque eos Carthaginienſibus paruiſſe. Hinc error Stephani. *Aſtopa*, v. vulgò *Eſtepa*, eſt urbs Hiſp. Bæt. in Vandalitia 13. leuc. à Singuli flu. vix 2. ab Urſone.

Aſteria, *Didaſcalio* Sophiano, inſ. maris Ionii, inter Ithacam & Cephaloniam, *Aſteris* Homero. Quin & Creta olim ſic dicta fuit. Heſychius. Ἀστερία ἡ Κρήτη, καὶ ἡ Δῆλος ἔτως ἐκαλεῖντο.

Aſterion, Achaiæ flu. in Nemeâ inſ. vel ſylvâ placidè fluens, fructuum juxta ripam abundantiſſimus. Statius. 4. Theb.

———*Eraſinus & æquus*
Fluctibus Aſterion.———

Idem ibidem.——*Quos celer ambit*
Aſterion, Dryopumque trahens Eraſinus ariſtas.

Eſt etiam mons in Argolico ſinu. Plin. Item Theſſaliæ civitas. Hom. Iliad. β.

Οἵ τ' ἔχον Ἀστερίων Τιτάνιόν τ' ἠλιβατόν τε.

Sic dicta, quod in alto monte ſitum fulgeret.

Ἀστερίῃ· ὀπωπευτῇ ἐναλίσκιον, ὅτε μάλιστα
Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λευκωλένῳ Ὠκεανοῖο.

Heſychius, Ἀστέριον πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ.

Aſteris, inſ. quam ſic deſcribit Hom. Odyſ. 4.

Ἔστι δέ τις νῆσος μέσῃ ἁλὶ πρὸ Πύλοιο,
Μεσσηγὺς Ἰθάκης τε Σάμοιό τ' παιπαλόεσσης,
Ἀστερὶς, ἣ μεγάλη λιμένες δ' ἐνὶ ναύλοχοι αὐτῇ
Ἀμφίδυμοι.———

Aſteria Straboni, lib. 2. *Didaſcalio* Sophiano.

Aſterius, locus in Tenedo. Plut. Heſychius Ἀστέριοι, οἱ περῶται τῆς Τένεδον κατοικήσαντες. Vide Boch. Geogr. p. 517.

Aſtiæ, promontorium Thraciæ ad Boſphorum, vulgò *Cecrium*, teſte Gyllio. *Aſti* populi Straboni.

Aſtigi, urbs Hiſp. Bæt. Mela, 2. 6. quæ nunc vulgò *Ecija* dicitur. Tria hujus nominis op. fuere. Præcipua eſt hæc, cujus plurimi mentionem faciunt. Altera erat in Celticis ad Luſitaniam, quam recenſet Anton. in itinere à Cordubâ Emeritam. Sed & Plin. hujus meminiſſe videtur, cum in Celticis urbibus *Laſtigin* enumerat, perperam, ut putat Voſſius pro *Aſtigi*. Tertiæ ſitum oſtendit Ptolemæus, cujus quoque mentio apud Plin. ſub nomine *Aſtigi* veteris. Viri docti has male confundunt, utroque enim modo ſcribitur *Artigis*, vel *Aſtigis*, vel *Aſtigi*.

Aſtrachanum, *Aſtrachan*, urbs ampla Tartariæ Aſiaticæ prope oſt. Volgæ flu. in ditione Moſchorum ab an. 1554. cum arce permunita; habuitque olim regem proprium. Ibi antiquitus erant *Aſturcani* pop. Urbs diſtat 12. leuc. à mari Caſpio & 70. ab urb. Terpia in Sept.

Aſtræus, flu. Macedoniæ. Fontes habet in limite Albanorum prope *Aſtræum* op. ubi *Aſtræi* pop. inter Almopes & Deſſaretios.

Aſtrata, inſ. maris Erythræi intra flu. Arabicum, quæ *Caiaſſa* nunc dici fertur.

Aſtromela, urbs Narbonenſ. Provinciæ maritima, *Martiguez* hodie Pineto.

Aſtura, *Stura*, *Stora*, & *Aſtora*, op. olim, nunc exiguum caſtrum, & flu. Latii apud Circeios. Feſtus fluvium ait 6. m. p. ab urbe fluere. Sed hic *Stura* in agro Laurenti, *Storas* Straboni vocatur, diverſus ab *Aſtura*, qui 5. m. p. abeſt ab Antio Cerceios verſus, ubi Cicero à Marci Antonii militibus fugiens, interfectus eſt.

Aſtures, Hiſp. Tarracon. pop. Gallæcis proximi, aurifodinis, & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in curſu, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. De auri foſſoribus Aſturibus res notiſſima eſt Luc. Lib. 4.

Non ſe tam penitus, tam longè luce relictâ
Merſerit Aſturii ſcrutator pallidus auri.

Ubi perperam *Aſſyrii auri* nunc circumfertur. Sil. Ital. lib. 1.——*Aſtur avarus*
Viſceribus lacer.æ telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro.

Mart. lib. 10. ep. 16.

Accipe Callaicis quicquid fodit Aſtur in arvis.

Claud. in Prob. & Olybr. Conſul.

———*Quidquid tellure revulsâ*
Callaicis fodiens rimatur collibus Aſtur.

Ità locum iſtum feliciter emendavit doctiſſ. Nicol. Heinſius, cui hac notam debeo. Huc adde ſimile quo utitur Papinius, Theb. 6.

——*Haud aliter collis ſcrutator Iberi*
Cum ſubito longéque diem, vitamque relinquit,
Si tremuit ſuſ penſus ager. ſubitumque fragorem
Rupta dedit tellus, latet intus monte ſoluto
Obrutus, ac penitus fractum abductumque cadaver
Indignantem animam propriis non reddidit aſtris.

Horum reg. *Aſturia*, vulgò *Las Eſturias*.

Aſturica, Auguſta, Aſturum urbs, olim Roma, vulgò *Aſtorga*.

Aſtypalæa, una Cycladum. Stephanus. Ἀσυπάλαια νῆσος, μία τῶν Κυκλάδων, &c. Ἐκλήθη δ' ἀπὸ Ἀσυπαλαίας τῆς Ἀρκεσίλεω μητρός. Hanc porrò *Aſtypalæam* Phœnicis fuiſſe filiam ſcribunt veteres. Pauſanias in Achaicis. Ἄσσος δ' ὁ Ἀμφιτρυόνος Σάμῳ ἐπίπονον ἐν τοῖς ἔπεσιν ὡς Φοίνικι ἐν Πελεμήδους τοῦ Οἰνέως ἠμύνατο Ἀσυπάλαια, καὶ Εὐρώπη, Ποσειδῶνος δὲ καὶ Ἀσυπαλαίας ἦν παῖδε Ἀγχαῖον. Schol. Apollonii, lib. 1. Argon. Ὁ μὲν Ἀρκεσίλεω υἱὸς Ἀσυπάλαιας τῆς Φοίνικος. Vox Græca quidem eſt *Aſtypalæa* notiſſimæ ſignificationis, atque, ut vult Themiſtagoras, ita dicta eſt Sami portio ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείσε ὀλισθούσης. Sed cùm Sami regnaverit Ancæus, tam Sami portionem, quam inſulam, de quâ jam agimus, ab Ancæi matre putamus *Aſtypalæam* appellatam. Quo nomine ſi verè dicta eſt, aliam eſſe oportet vocis originem, quam quæ primâ fronte videtur. Abſurdum enim eſt, ut Græco nomine, eoque à vetuſtate opidi ſumpto vocetur Phœniſſa mulier. Itaque, ſi divinare licet, *Aſtypalæa* verum nomen fuerit אשתפלא *aſtipella*, *ab humilitate* ductum. Syris enim אשתפל *eſtappel* ſig. *ſeſe dejicere* & *humiliare*. Item *Aſtypalæa* Coæ urbs. Strabo lib. 14. Ἡ δὲ νῦν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ πάλαιον Ἀσυπάλαια, nempe ab illâ ipsâ *Aſtypalæâ* Phœnicis filiâ, de quâ diximus. Hinc Stephanus Ἀσυπάλαια, νῆσος, μία τῶν Κυκλάδων, &c. δ' Ἱέρας πόλις ἐν Κῷ. Tertia inſula civitatem habens inter Rhodum & Cretam, quarta urbs in Samo, quinta promontorium juxta Atticam. Ovid. 2. de Art. Am.

Cinctaque piſcoſis Aſtypalæa vadis.

Idem Ovid. Metam. lib. 7.

Hinc Anaphen ſibi jungit & Aſtypaleia regna.

Aſtyra, vel *Aſtyrum*, civit. Myſiæ juxta Troadem. Eſt & vicus prope Adramyttium, itam civit. Phœniciæ, ubi Minerva *Aſtyris* colebatur; alia Bœotiæ juxta Potnias. Steph. Item villa inter Antium & Circeios, eadem cum *Aſtura*, ut videtur, à Roma 40. m. p. diſtans, ubi Cicero interfectus eſt, teſte Plut.

Aſulum, *Aſolo*, op. Italiæ in Marchia Tarviſina prope fontes flu. Muſſoni, ditionis Venetæ.

Atabyrius, Strab. lib. 14. ubi de Rhodo. Ἔστι δ' ὁ Ἀτάβυριος ὄρος τῆς ἐνταῦθα ὑψηλότατον, ἐν ᾧ ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου. Rhianus apud Steph. Ἀτάβυριον ὄρος Ῥόδου, &c. ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς, Apollodorus de Althemene. Περσίᾳ τινὶ τόπῳ τῆς Ῥόδου, &c. ἀναβὰς δὲ ἐπὶ τὸ Ἀταβύριον καλούμενον ὄρος ἐθεάσατο τὰς πτερυγώσας. Diodorus lib. 5. Ἐπὶ δ' ὄρους Ἀταμύρου (lege Ἀταβύρου) Διὸς ἱερὸν ἱδρύσαλο τῷ προσαγορευομένῳ Ἀταμυρείῳ (lege Ἀταβυρίῳ) Pindar. Olymp. 7. Ὦ Ζεῦ πάτερ νάσοισιν Ἀταβυρίᾳ μεδέων. Ubi Scholiaſtes. Ἐπίνευσε τὸ ὄρος ἱδρυθῆναι ὁ Ζεὺς Jupiter i. e. Jovis templum. Et paulo poſt. Ἐσοι δὲ χαλκαῖ βόες ἐν αὐτῷ, ἅπερ ὅταν μέλλῃ ἄτοπόν τι γενέσθαι μυκᾶσθαι. Quod ipſum habet Tzetzes. Chil. 5. Hiſt. 138. Phœnicia hæc eſt fabula, cujus mens eſt: In eo templo fuiſſe augures, qui imminentia mala præmonebant. Phœnicibus ſc. אלוף מנוחש voces ambiguæ ſunt, quibus & *doctor augur* ſignificatur, & *bos ex ære*. Quod poſterius ideo amplexi ſunt fabularum architecti, quia παχυδοξότερον. Ab hoc monte inſula dicta. *Atabyria*, Heſychius. Ἀταβυρία ἡ ὀγόοος πάλαι, reſcribe ἡ Ῥόδος. Plinius. *Vocitata eſt antea Ophiuſa*, *Aſteria*, &c. *Atabyria* ex rege. Imò à monte quem diximus, qui Phœnicibus erat תבור *Thabor*; unde eſt quod in Appiani Mithridaticis ſine *a* legitur Ταβυρίου Διὸς ἱερὸν. Ejuſdem nominis montem, & opidum in Phœnice ex S. Scripturâ notiſſimum Joſephus, Aquila, Symmachus *Itabyrium* nominant, & Polybius Ἀταβύριον, lib. 5. Fuit & in Siciliâ circa Agrigentum, Polybio teſte, lib. 9. ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις. Nempe ad montem cognominem, de quo Pindari Scholiaſtes, & Stephanus ex Timæo. Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον. Sed eam Siciliæ partem Punicis nominibus ſcatere, nihil mirum eſt, cum illam Pœni diu tenuerint. De cætero quid vel *Tabor*, vel *Atabyrion* ſig. non uſquequaq; conſtat, niſi quod Heſych. Ἀταβύριον interpretatur ὄρος ἔνθα θυσία συνάγουσι; neque fortaſſe id malè, cum *Thabor* ad בר, vel בור alludat. Syri ſic vocant locum incultum feris paſcendis deſtinatum, Dan. 2. verſ. 38. Bochartus.

Atax, flu. Gall. Narbon. ex Pyrenæo monte oriens, & Narbonam perfluens, vulgò *Aude* Lucanus lib. 1.

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.
Quem tremeret forti milite victus Atax.

Sidonius Apollinaris.

Atacem tonare cum ſuis oloribus.

Ategua, Hiſp. Bæt. urbs. Dionyſ. *Tebala Veia*, ſeu *Teivela* Morali. Scribitur *Aſtegua*.

Atella,

Atella, Campaniæ op. à quo *ludi Atellani*, fuit enim in illo Amphitheatrum egregium. Steph. Juven. Sat. 6.

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ
Geſtibus Autonoes.

Ad cujus verſûs explicationem mirè faciunt hæc Livii lib. 7. *Poſtquam lege hâc fabularum ab riſu ac ſoluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verteràt, juventus, hiſtrionibus fabularum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit, quæ indè exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt: quod genus ludorum ab Oſcis acceptum, tenuit juventus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Eò inſtitutum manet, ut actores Atellanorum nec tribu moveantur, & ſtipendia, tanquam expertes artis ludicræ faciant.* Corn. Tacitus Annalium lib. 4. *Oſcum quoddam ludicrum, leviſſimæ apud vulgus oblectationis, eò flagitiorum & virium veniſſe, ut auctoritate patrum coercendum ſit. Pulſi tum hiſtriones Italiâ.* Long. 38. 11. lat. 40. 35.

Aternum, Pelignorum flu. in Italiâ per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens, hodiè *Peſcara*. Vide Cluverium Ital. Ant. lib. 2. cap. 12.

Ateſte, civitas Venetæ regionis. Ejus mem. Plin. 17. 17. *Corellius eques Romanus, Ateſte genitus.* Ptolemæus. Τῆς δ' Ἐνετλίας μεσόγειοι πόλεις, Ὀυικεντία, Βελῆνον, Ἄκελον, Ὀπιτέργιον, Ἄτεστε. Tac. Hiſt. 3. *Inde Patavium & Ateſte partibus adjunxere.* Coloniam fuiſſe Romanorum, author eſt Plin. 3. 18. Inde coloni atq; opidani *Ateſtani* dicebantur. Mart. 10. 93.

Perfer Ateſtinæ nondum vulgata Sabinæ
Carmina, purpureâ ſed modo ſua togâ.

Hodiè caſtellum, vulgò *Eſta*, long. 33. 10. lat. 44. 30.

Athamanes pop. Epiri fuere, quorum reg. *Athamania* dicta fuit; eratque inter Acarnaniam, Ætoliam, Theſſaliam, & Achaiam, intra montes.

Athamas, mons Phthiotidis in Ætoliâ, cujus incolæ *Athamantes* Straboni. Ex eo flu. *Athamas* prodit, qui lunâ ſeneſcente ligna inſtar ignis accendit. *Ovid.* Met. 15.

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos cum Luna receſſit in orbes.

Sed tu lege *Athamanis*.

Athenæ, civitas Græciæ inter Macedoniam & Achaiam, in eâ litorali reg. quæ olim *Acta*, dein *Attica* vocata. Hanc Cecrops primus condidit, unde *Cecropia* dicta. Poſtea à Mopſo *Mopſopia* & ab Ione, Xuthi filio, *Ionia*; poſtremò autem *Athenæ* à Minervâ, quam Græci Ἀθήνην vocant. Ferunt enim Neptunum cum Minervâ de urbis hujus nomine contendiſſe, tandemque inter eos ita conveniſſe, ut urbi nomen imponeret, qui utilius humano generi munus ediditſet. Cumque Neptunus equum, Pallas oleam produxiſſet, victum ſuffragio uno Neptunum Minervæ conceſſiſſe, quæ urbem recens conditam de nomine ſuo *Athenas* appellavit. Vide Hyginum Fab. Poet. cap. 164. Fuit hæc civitas omnium bonarum artium inventrix, Philoſophorum & Oratorum mater, & poetarum alumna. Cic. 1. de Orat. *Ut omittam Græciam, quæ ſemper eloquentiæ princeps eſſe voluit: atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis & inventa eſt & perfecta.* Horat. 2. Ep. 2. *Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ.* Propertius 3. 21.

Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.

Claudianus.

In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.

Libanius Proſphonetico Juliani: Εἰς γὰρ τ' ἀρχαιολέτλω καὶ σοφιλέτλω, καὶ θεοφιλεςάτλω, καὶ κοινὴν ἐρωμένην ἁπτεώπων τε καὶ θεῶν γῆν, τὰς Ἀθήνας ἐκπέμω.

Nonnus Dionyſ. lib. 38.

Ἀεὶ δ' θεορρήσων περὶ μύθων
Ἀτθίδος ἀρχαίης φιλοσπυθέες εἰσὶ πολῖ.

Ariſtides priori de Pace: Ἐγίωτο νυν ἡγεμὼ τ' πόλεν τ' ἡμελέρεγν τῶν μὲ Ἑλληνίδων εὐτυχεςάτλω εἶναι, καὶ νὴ Δί' εἰ βέλεσθε ταρεδήσω καὶ τῶν ἁπασῶν.

Vicus nunc eſt, & ab Italis ac Turcis *Satines* appellatur, Vadiano auctore. Fruges primùm ibi inventas, aut invectas Diodorus Sic. author eſt; Inde *frugum parentem* Florus vocat, 3. 5. Vide & Lucretium initio lib. ſexti. *Antiquitate* non tantum ſed *humanitate*, atque *doctrinâ* omnes alias urbes præſtare, Corn. Nepos in vitâ Attici tradit. Ac hinc *Athenas* pro literis Juvenalis poſuit. Sat. 15. verſ. 110.

Nunc totas Graias noſtraſque habet orbis Athenas.

Id eſt, *Romanas literas & Græcas*, ut rectè Scholiaſtes vetus interpretatur. De *Athenarum* urbe apud Dicæarchum Liſippi Græci Comici verſus extant, qui Latinè ſic ſonant

Si nunquam Athenas videris, nec ſtipes es:
Si viſa te urbs haud traxerit, aſinus merus:
Si viſâ abire poteris, es cantherius.

Hæc namque vere urbs Græca.

Populi *Athenienſes*. Cic. pro Flacco. *Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Eoſdem *humanos naturâ & miſericordes* Plut. in Pelopida vocat. Idem *iracundos, ſuſpicaces, facetos, ſuarum laudum cupidos* eos fuiſſe tradit Præceptis Politicis non procul à principio. De iiſdem Ciceronis illud eſt, *Scire ea, quæ recta ſunt, ſed facere nolle.* Vide & Dicæarchum de moribus, atque ingenio Athenienſium. *Celeres, & ſupra vires ad conandum audaces* eoſdem Legati Rhodiorum arguunt apud Livium 45. 23. Varro de LL. *Cum trinæ fuerint Athenæ, ab unâ dicti Athenæi, ab alterâ Athenienſes, à tertiâ Athenopolitæ.* Vide Steph. D. Paulus *Athenas* κατειδαλον πόλιν vocat, h. e. *idolis refertur urbem.* Act. 17. Unde Philoſt. de Apollonio, 4. 6. φιλοθύτας τοὺ Ἀθηναίους ἔφην: Ideoque cum Timaſione diſſerens ait, σωφρονέςερον περὶ πάντων θεῶν λέγειν ἢ, καὶ ταῦτα Ἀθήνησι. Vide Suidam in Τιμασίων. Quin & Pauſanias de Athenienſibus loquens ait eos εὐσεβεῖν θεὸς ἄλλων πλέον. Et alibi Ἀθηναῖοις περιουτέρον τι ἢ τοῖς ἄλλοις εἰς τὰ θεῖα ἐσὶ σωφρὸς. Strabo. Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενώτερες διαλελύθασιν, ὅτω καὶ περὶ τὸς θεός. Himerius orat. contra Epicurum *Cum Athenas dixi*, inquit, τὸ μέγιςον εἶπον τ' εὐσεβείας κεφάλαιον. Maximus Tyrius διαλ. λβ. Ὁ Ἀθηναίων δῆμος ἕτερα κοινὰ δαιμόνια ἐπεισφέρων. Joſeph. l. 2. contra Apionem, Ἀθηναίους τ' Ἑλλήνων εὐσεβεςάτους πάντες λέγουσι. Sophocl. in Oedip. Col.

Ὅθ' ἵππιος γῆ θεὸς ἐπίσχε.
Τιμᾶς σεβίζειν, ἥδε τοὐθ' ὑπερφέρει.

Lycurgus Orator adverſus Leocratem: Ἔν γοῖς ἴσε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι ὧν πλεῖςον διαφέρεσε τ' ἄλλων ἀνθρώπων τῷ πρὸς τοὺ θεὸς εὐσεβῶς ἔχειν, &c.

Porrò *Athenis* omnibus Europæ, Aſiæ & Africæ Diis poſita eſt Ara ſic inſcripta.

ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ
ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ
ΘΕΩΙ ΑΓΝΩΣΤΩι
ΚΑΙ
ΞΕΝΩι.

Eandem volunt hanc ipſam nonnulli, de quâ D. Paulus ubi ſuprà. Vide ſis illic Oecumenium ac Theophylactum, & Pricæum. *Athenienſes* autem viri propriè dicti, *Atticæ* mulieres. Euſtathius Σημείωσαι Ἀθηναῖον ἀνδρὸς dici, ſed non ita γυναῖκα Ἀθηναίαν, ſed Ἀτθίδα, ἢ Ἀσίν. Stephanus tamen & Ἀθηναίαν dici tradit. Vide eum in Ἀθῆναι.

Cæterum Athenienſes, ut aborigines, & indigenas ſe oſtenderent, congeſtos in conum capillos, τεττίγων ἐνέρσῃ, ut loquitur Thucydides, aureis cicadis, loco fibulæ adſtringebant. Ac in viris quidem *crobylos* id vocabant, in mulieribus *corymbos*, in pueris v. *ſcorpios*. Nonnus:

Καὶ πολὺς ἀγγέλλων τερσίχορον ἀυλόχειρα φύτλω
Χρύσεῳ ἀμπλέκλησι κόμας ἐσφίγγελο τέττιξ.

Virgilius:

Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu
Cecropiæ tereti nectebat dente cicadæ.

Interpres Ariſtophanis in Equitibus: ἔθος ἦν τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πάλαι τέττιξι χρυσοῖς ἀναδεῖσθαι τ' κόμην, ὡς Θουκυδίδης. Severior a. & longe alia diſciplina Romanorum quàm Athenienſium; apud quos juvenes comeſſabundi, poti, vino madidi, licenter ac inſolenter Philoſophorum Scholas adire ſolebant, illos audituri. Nam corruptiſſimi & perditiſſimi fuerunt eorum mores, teſte Theopompo, apud Athenæum lib. 12. juvenibus apud tibicines & ſcorta verſantibus; aliquanto grandioribus occupatis in teſſerarum luſu, & ejuſmodi petulantiâ, univerſoque populo plus ſumptus faciente in publicas epulas ac viſcerationes, quàm in gubernandâ civitate. Eo vero crimen probroſius, quòd Philoſophis operam darent, quorum monitis atque præceptis revocari debuerant ab eâ intemperantiâ; cum Romæ Philoſophi diu nulli fuiſſent, quum juvenes ad virtutem & probitatem erudirent. Ordinarie mortuos terræ mandabant Athenienſes, teſtibus Lucret. lib. 6. & Cicer. de LL. lib. 2. Verùm ubi multitudo cæſorum in bello prægravabat, expeditius viſum eos comburi.

Silius lib. 13.

Cecropidæ ob atriam Mavortis ſorte peremptos
Decrevere ſimul communibus urere flammis.

Athenæum, quod & Minervæ promontorium, vulgò *Capo di Campanella*, & *Capo di Maſſa*, teſte Scipione Mazzella. Eſt autem promont. Picentinorum contra Capreas inſulas, Surrento proximum. *Athenæum* alterum apud Dionyſ. Halicarn. in orâ Magnæ Græciæ; *Roſcia* vulgò dictum.

Athenopolis, op. Gall. Narbon. Plin. 3. 5. *Ries* quibuſdam, aliis *Tres. Tres* Pineto, *Teres*, ſive *Eres* Moletio.

Atheſis, flu. Gall. Ciſalpinæ, ex finibus Rhætorum per fines Tridentinorum, urbem ipſam alluens, deinde Veronam dividens,

dividens, ad latus Padi paludes ingrediens, non longe à Brundusio in Adriaticum mare influit. Germanis *Eesh* hodie vocatur. Niger vult Strabonis *Atagin* esse. Virg. Æn. 9.

Quales aeriæ liquentia flumina circum
Sive Padi ripis, Athesin seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Ubi epitheton minimè otiosum addidit. Celebrata siquidem hujus flu. amœnitas. Cassiodor. ep. 48. lib. 3. *Hunc Athesis interfluit sonorus, amœni gurgitis puritate præterfluit, causam præstans muniminis & decoris.* Claud. in Epithal. Hon. fluvios numerans aptos voluptatibus, principe loco *Athesin* adhibet, & cum aliis alia assignet, ut Mincio fusuros apum, Pado electrum, Tago aurum, huic uni dat choreas versu illo:

Athesis strepat choreis.

Contrà tamen scribit auctor ἄδηλος Paneg. Const. *Athesis ille saxis asper, & gurgitibus vorticosus, & impetu ferox.* Sed hæc extrema ad celeritatem refer, quâ hic amnis celebris. Sidon. Apollinaris ep. 5. lib. 1. *Velocem Athesim, pigrum Mincium.* Quod accepit à Claudiano. Sic enim ille:

——*Velox Athesis, tardusque meatu Mincius.*

Athos, mons Macedoniæ, instar peninsulæ in mare Ægæum excurrens, cujus umbra in Lemnum insulam inde in ort. 87. m. p. distantem usque pertingit. Plin. 4. 12. Unde adagium. *Athos celat latera bovis Lemniæ*; de iis qui gloriam aliorum obscurant, ut *Athos* simulacrum bovis Lemniæ ex candido lapide factum & excisum. Thucydides lib. 4. Ἄθως, ὄρος ὑψηλόν. Virg. Æn. 12. *Quantus Athos, aut quantus Eryx.* Stat. Theb. 5.

——*ingenti tellurem proximus umbra*
Vestit Athos.

Ubi *proximum*, cur vocet, non video, inquit Barthius, quem Lemnum quidem inumbrare testantur poetæ, tamen tanto intervallo remotum, distantemque, quantum navis summo mane excurrens ad meridiem usque conficere possit, vento favente invecta. Apollonius Argon. lib. 1.

Ἦει ὃ νισσομένοισιν Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη
Θρηϊκίη, ἣ τόσσον ἀπ' ἠπείροιο Λῆμνον ἔασιν,
Ὅσσον ἐς ἠῶ μὲν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, κὴ ἐσάχεε Μυρίνης.

Hic est mons ille qui perfossus à Xerxe. Æschines contra Ctesiphontem Ὁ δ' ὑπὸ Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸ Ἄθω διορύξας. Luc. lib. 2.

Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem
Construxisse vias, multum cum pontibus ausus,
Europamque Asiæ, Sestonque admovit Abydo,
Incessitque fretum rapidi super Hellesponti,
Non Eurum, Zephyrumque timens: cum vela, ratesque
In medium deferret Athon.

Juvenal Sat 10. ——*Creditur olim*
Velificatus Athos. Claudianus.
Seu te cana gelu Rhodope, seu remige Medo
Sollicitatus Athos. Idem.
Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Æmus.

Leporibus olim abundasse innuit Ovid. 2. de Art. Am.

Quot lepores in Atho: quot apes pascuntur in Hyblâ.

Est & *Athos* urbs in hoc monte Steph. & locus in Ægypto Euseb. Præp. Evang. lib 9. Iude *Athous Jupiter* in vertice montis cultus. Pausan. Hesychius Ἄθως, ὁ ὅπου Ἄθω τὸ ὄρος ἱδρυμένος ἀνδριὰς ὁ Ζεύς, Mons hodie *M. Santo* dicitur, Græcis Ἅγιον ὄρος. Turcis *Seididag* vocatur. Cæterum *de Jove Athoo* nonnulli interpretantur imaginem, quæ in Athoitarum nummis comparet. Sed ea potius de *Atho* Gigante est accipienda, cujus mem. Nicander apud Stephanum.

Καί τις Ἄθω τόσσον ὕψος, &c.

In toto Stephano vix alter est isto corruptior locus, quem sic restituit Is. Vossius.

Καί τις Ἄθω τόσσον ὕψος ἰδὼν Θρήικος ἀπ' ἀγρῆς
Ἔκλυσεν, ἀθρήσας ἀμεδήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
Ἧς ἀναπασσῶν χείρεσι δύο ῥίπτεσκ' ὅτε λίμνῃ
Ἡλίβατος προβέλυμνα Καναστραίης πάρος ἄκρης.

Hoc est quod vult, Athon quendam Gigantem bello contra Deos, cum tam vastam molem viderat in solo Thracio, inde solvisse eam, fundatam prius sub immensâ palude. Unde avellens radicitus, ambabus manibus montem illum jactavit propè Lemnum insulam ad pedem promontorii Canastræi. Hunc montem perforasse Xerxem suprà ostendimus, quod inter celebriorum Sophistarum materias assumptum fuitie, ex Luciano & Hermogene licet colligere. Mela 2. 2. ex emendatione Is. Vossii *A Xerxe in Graios tendente perfossus, transjugatusque est, factus freto navigabili pervius.* Hanc Xerxis fossam, quæ erat mille quingentorum passuum, sive 12 stadiorum, fretum similiter vocat Plinius. Catullus verò *mare* in coma Beronices.

Cum Medi irrupêre novum mare, cumq; juventus
Per medium classi barbara navit Atho.

Meliores auctores passim *Atho* dicunt τὸ Ἄθω, non *Athon*. Sed & *Athonem* qui vocant, rectè faciunt, sic Cicero & alii. Corruptissimus est Ammiani Marcellini locus, lib. 31. de hâc ipsâ Athonis fossâ, quem ab aliis jam depositum sic emendat Is. Vossius. *Resipiscant tandem memoriæ veteres Medicas acies ductantes ad Græciam: quæ ductum Hellesponti occupantes, & discidio quodam fabrili, mare sub imo Athonis pede quæsitum, exponunt, & turmatim apud Dorisçum exercitus recensitos, concordante omni posteritate, ut fabulosæ sunt lectæ.* Bellonius, qui angustias penninsulæ, quam efficit *Athos*, lustravit, & ipse quoque hanc Xerxis fossam fabulosam esse existimabat; nempè quia nulla incisionum vestigia invenit. Sed qui fieri potuisset, ut per tot secula ductus aquæ ad pedem tam vasti montis situs servari potuisset? Hoc illud ipsum est, quamobrem Gra[illegible]rem illum Xerxis stultum & insanum adpellarunt, [illegible]ossam istam à defluviis & impendentibus ruinis statim esse obruendam. Æliani tamen seculo, vestigia hujus perfossionis extitisse videtur; locus est lib. 13. de Anim. cap. 26.

Athribis, Athribitis, Nomi metropolis præcisè in medio τῆς Δέλτα, qu. d. *cor pyri*, ut ex veteri Grammatico Ægyptio Orione docet Etymologus. Ἀθερβὶν πρωτεύουσαν, ὅπερ εἴπης Ἕλλησι βύλοσλο φορίζιν, ἤγουν ἄλλως ἔχει λέξαι, πλὴν καρδίαν λέγει, ὅτως Ὠρίων. Nempe Ægyptiis ἂβ, vel ἢθ est *cor*, ut scribit Horus Hieroglyphicon lib. 1. cap. 7. & ῥιὲ, vel ῥιὲι *pyrum*. Vide Boch. Phaleg. 4. 24.

Atina, hodie *Atino*, civitas vetus Campaniæ. Virg. Æn. 7.

——*Atina potens, Tiburque superbum.*

Mart. 10. 92.

Mari, quietæ cultor & comes vitæ,
Quo cive prisca gloriatur Atina.

Sil. Ital. lib. 8. ——*Nec monte nivoso*
Descendens Atina aberat.

Pop. *Atinates.* Servius in Virg. locum prædictum *Civitas est juxta Pomptinas paludes dicta Atina, à morbis, qui Græcè* Ἄτας *dicuntur, quos paludis vicinitas gerat.* Sanè curiosum Grammaticum ut haud rarò alias, hic quoque se prodit Servius potius quam Geographum; à Pomptinis enim paludibus longè abest *Atina* apud ipsum Apenninum montem in edito, &, ut Silius ait, *nivoso colle* sita.

Atina, sive *Atinum*, vulgò *Ateno*, op. Lucaniæ ad Tanagrum flu. inter Polam & Salam op. 4. m. p. Hodie vic. est regni Neapolitani in prov. principatûs citer. pene semidirutus. Vide Cluver. Ital. Ant. p. 1254.

Atiso, vel *Athiso*. Insubrum flu. *Tosa* Leandro. Vide Cluver. Ital. Ant. p. 139.

Atlantis, insula à multis America creditur. Distat ab Hispania plus 1000 leuc. Gall. in occ. & ejus pars maxima in mediterraneis subest dominio Hispanorum ab an. 1492. quo primum detecta fuit à Chr. Columbo. Vide *America*.

Atlantides, ins. duæ quas *Beatas* & *Fortunatas* dicunt, porrò inter se mari divisæ 10000. stad. à Libyâ distantes. Imbres illic rari, mediocresque, venti plurimùm suaves & roriferi. Solum pingue, nullo humano studio excultum perdulces fructus otiosæ multitudini præbet. Aer sincerus ac temperatus; nam qui à terra perflant venti Boreas & Aquilo, propter longinquitatem, vasta, & inania incedentes spacia, fatigantur priusquam ad eas perveniant. Qui v. à mari perflant, Argestæ & Zephyri, refrigerantes, raros, ac temperatos imbres ex pelago afferunt. Illic *Campi Elysii*, ab Homero, reliquisque Poetis esse dicuntur. Has Plinius Hesperidas vocare videtur; nam & duas etiam numerat in mari Atlantico, easque ultra Gorgonas, præternavigatione Atlantis dierum 40. distare ait. Erunt fortasse *Spagnola* & *Cuba*. Ortelius. Eas v. Horatius hunc in modum describit. Ep. 16.

Nos manet Oceanus circumvagus: arva, beata
Petamus arva, Divites & Insulas.
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea.
Germinat & nunquam fallentis termes olivæ
Suamque pulla ficus ornat arborem.
Mella cava manant ex ilice: montibus altis
Levis crepante lympha desilit pede.
Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amicus ubera.
Nec vespertinus circumgemit ursus ovile,
Nec intumescit alta viperis humus.
Pluráque felices mirabimur: ut neque largis
Aquosus Eurus arva radat imbribus,
Pinguia nec siccis urantur semina glebis
Utrumque rege temperante cœlitum

Nulla

Nulla nocent pecori contagia, nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia.

Atlantes, Æthiopiæ pop. inter quos nullam nominum appellationem eſſe aiunt. Plinius l. 5. c. 8. *Atlantes degeneres ſunt humani ritûs, ſi credimus: nam neque nominum ullorum inter eos appellatio eſt; & Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agriſque: neque inſomnia viſunt qualia reliqui mortales.* Hæc ille. Scribit v. Amm. Marcell. lib. 15. cum Romæ delatorum peſtis ſæviùs graſſaretur, ne ſomnia quidem citra vitæ diſcrimen auſum quemque patefacere, ideoque nonnullos mœſtos fuiſſe, quod apud Atlanteos nati non eſſent, ubi nulla videntur ſomnia. Idem ſcribunt Tertull. lib. de An. Solinus c. 34. & Mela. 1. 8.

Atlas, mons Africæ max. pro diverſitate regionum varia ſorti[illegible]nomina. Incipit prope oram Oceani, ab eo *Atlantici* [illegible] juxta promont. Gerum, Gallicè *de Guer*: indè perpe[illegible] dorſo varie flexus, extendit ſeſe orientem verſus, ad confinia deſerti Barcæ, & immanibus & ſupra quam credi poſſit, altis jugis, è media arenarum vaſtitate conſurgens extollitur, verticem nubibus ſemper tectum habens. Verſus Oceanum *Aiduacal* ſeu *Idevacal* dicitur; & inter Segelmeſſam reg. & provincias Haſcoram & Tedleziam, *Tenſif* & *Dedes* ab incolis vocatur, & Zizi prope confinia regni Fezzæ. Sublimitatem hujus montis tangit Juvenalis, Sat. 11.

———*Illum ego jure*
Deſpiciam, qui ſcit quanto ſublimior Atlas
Omnibus in Libyâ ſit montibus.

Atlas autem *minor*, qui pars eſt Atlantis maj. abeſt à Lixa urbe 130. m. p. circiter.

Atlone, urbs Hiberniæ in Connacia prov. & Com. Roſcomanenſi, ad Sineum flu. ubi exit à lacu Rea. Diſtat 16. m. p. à Longofortio in auſt. & circiter 30. à Galwayâ in ort.

Atraces, Ætoliæ pop. quibus nomen dedit *Atrax*, Ætoli fil. Regio eorum *Atracia*, unde *Atracis* Hippodamia dicta. Ovid. in Epiſt.

An fera Centauris indicere bella coegit
Atracis Æmonios Hippodamia viros?

Vide *Atrax*.

Atramitæ, pop. Arab. Fel. Steph. Vide *Chatramitæ*.

Atrax, & *Atracia*, Theſſaliæ civitas. Inde *Atracius*. Unde *Atraciam artem* Statius appellavit *Magiam*, quæ apud Theſſalos plurimùm viguit. Sic enim ille. 1 Theb.

———*Qualis per nubila Phœbes*
Atracia rubet arte labor.

Claud. in Coſſ. Prob. & Olybr. ſecundum quædam exemplaria:

Haud ſecus Atraciam Lunâ regnante per Arctos
Sidereæ cedunt acies. Prop. lib. 1.
Et dicam Atraciis licet hæc conſidat in oris.

Val Flacc. lib. 6.

Quamvis Atracio Lunam ſpumare veneno
Sciret & Æmoniis agitari cantibus umbras.

Atrax, Ætoliæ flu. qui infunditur Ionio, & ab eo eſt initium Achaiæ. Catullus.

Smyrna cavas Atracis penitus mittetur ad undas.

Vide Strab. lib. 9. & Plin. 11. 4.

Atrebates, Galliæ populi, à quibus *veſtes Atrebaticæ*, quanquam *Atribaticas* vocat Suidas, de coloris atri ratione. Sunt autem *Atrebates* textrino percelebres. Horum metropolis *Atrebatum*, recentioribus *Arteſia*, vulgò *Artois* nominatur. Long. 23. 55. Lat. 50. 15.

Atrebatii, pop. Albionis. Ptol. quorum regio *Berkſhire*, Camdeno ac Lelando teſtibus. Opida *Okingham*, *Reading*, *Iſley*, &c. inter Londin. & Sarisbur. in occ.

Atropatia, Stephano altera ex partibus Mediæ, ita dicta ab *Atropato* duce, qui eam à Macedone vi tutatus eſt. Media enim diſtributa eſt in 2. partes, quarum altera Major appellata eſt, cujus metropolis eſt *Ecbatana*; altera Minor; quæ & *Atropatia* dicitur Strab. lib. 11. Pop. *Atropateni*. Dionyſius verſ. 1019.

Γηλόι τ' Μάρδοι τ' καὶ ἀνέρες Ἀτροπατηνοί.

Gelos & Mardos in Atropatenâ reg. plerique ſtatuunt, eos tamen ab Atropatenis diſtinguit Dionyſius, non niſi cultiores reg. illius incolas Atropatenos vocans; cum Geli, Mardi, aliique monticolæ μεσανάσαι, καὶ ληϊκοὶ, teſte Strab. lib. 11. & quidem Scythici generis fuerint. Cætera Atropatenes εὐδαίμονα χωρία vocat Strabo, ac Dionyſius ἐειδηλέα γαῖαν.

Attalia, urbs Pamphyliæ Archiep. maritima & primaria regionis, ubi Præfectus moratur, ab *Attalo* rege condita. Strabo. Stephano urbs Lyciæ. Aliqui vero (ut idem ſcribit) Ciliciæ Corycum ſic nominarunt. Aulæa Attalica olim in pretio fuere. Propert. 2. 32.

Scilicet umbroſis ſordet Pompeia columnis
Porticus aulæis nobilis Attalicis.

Sil. Ital. lib. 14.

Læta Tyros, quæque Attalicis variata per artem
Aulæis ſcribuntur acu.

Attica, hodiè *Ducato di Sethines*, regio Achaiæ, ſive Helladis in angulo Orientali & Auſtrali, quæ & *Mopſopia* & *Cecropia* dicta eſt, in quâ Athenæ, urbs totius Græciæ clariſſima. Hinc *Atticus* adject. Ovidius Triſtium lib. 5.

———*O dulcior illo*
Melle, quod in ceris Attica ponit Apis.

Mel enim Atticum in pretio apud veteres. Diophanes in Geoponicis, lib. 15. ἄριστον μέλι τὸ Ἀττικὸν, καὶ τὸ Ἀττικὸν τὸ Ὑμήττιον. Dio Chryſoſt. Orat. 32. de melle Attico κεκαθαρμένῳ, i. e. *puriſſimi*. Sil. Ital. lib. 14. ut mel Siculum hyperbolicè amplificaret, dixit.

Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymetton
Audax Hybla favis.———

Idem lib. 2. celebrat examina Cecropii Hymetti. Virg. Georg. 4.

Cecropias innatus apes amor urget habendi.

Ideò Val. Flac. lib. 1. Argonaut. vocat Hymetton *dulcem*, & Papinius 12. Thebaidos *olentem*. Martialis lib. 13.

Hoc tibi Theſei populatrix mittit Hymetti
Pallados à ſylvis nobile nectar apis.

Philo (neſcio an Judæus) celebrat apes Cecropidas apud Galenum lib. 9. de Compoſ. Pharm. Queritur Syneſius epiſt. 136. Athenas olim domicilium ſapientum, tantum jam celebrari ab apiariis, & Hymetti ferias frequentari, non theatri. Et Plato in Critiâ de hâc parte orbis, Τῶν γὰρ ὁρῶν ὅσην ἃ νῦν μὲ ἔχει μελέτηας μόνας θεοῖς. Porro *Attici* pluribus elogiis celebrantur. *Atticus teſtis* pro incorruptiſſimo, & probatiſſimo, teſte Diogeniano. *Attica fides* quoque apud Plautum in Aululariâ proverbialiter de fide integrâ & incorrupta dicitur. *Attica Muſa*, pro eleganti & venuſtâ. Contrà *Advena Atticus*, in eos qui ſunt violenti in vicinos, dicitur, quòd *Attici* quondam vicinos populos ſedibus pellerent. *Attici* quoque præſertim Athenienſes, lucri & munerum cupidiſſimi fuere, adeò ut apud Ariſtophanem, teſte Diogeniano, proverbio dicatur,

Atticus etiam moriens porrigit manus.

Aturenſium civitatis meminit Lib. Provinciarum in Novempopulanâ Galliæ regione. Nomen retinere ſcribit Scaliger, ſed depravatione Vaſconicâ *Airenſium* civitatem dici, vulgò incolarum *Aire*, ni fallor.

Aturrus, Tarbellorum in Gall. Aquitanicâ flu. Auſonius. *Aturius* Ptolemæo, *Atyr* Vibio Sequeſtri. *Dour* fortè hodiè, ut conjicit Victor Giſelinus; *L'Ador* vocat Joſ. Scaliger. *Landum* interpretatur Navagierus. Heroldus *Aturnus* legit, & non parvo errore ſcribit Gall. Belg. flu. eſſe, & vulgò *Gelin* dici.

Avalites, qui & *Abalites*, ſinus in dextrâ parte Rubri maris. Steph. Vide Boch. Phaleg. 2. 22.

Avalonia, urbs Albionis, *Inis Avalon*, teſte Lelando, incolis *Glaſſenbury*.

Avaricum, op. Celtarum maximum, munitiſſimumque in finibus Biturigum. Cæſar lib. 6. vulgò *Chaſteau neuf*, aliis *Bourges en Berri*, aliis *Viarons*.

Avarum, Hiſp. Tar. promont. Ptol. *Cabo de Vianca* Moletio.

Avaſes, Ἀυάσης Græcis; Ita Ægyptii vocant habitationes, quæ ſunt in medio deſerto, voce compoſita ex עִי *ſi*, id eſt, *deſertum* & הוא *hawa*, quod eſt habitatio. Unde plural הוות Num. 32. 41. Arabicè חוי eſt ambire, & חואה multæ domus Arabum tanquam in ordinem digeſtæ. Ergo הואעי Ἀυασις propriè eſt *ambitus domorum*, i. e. *villa*, ſeu *opidum in loco ſiticuloſo*, aut potius *habitatio, quam ambiunt loca ſiticuloſa*; quo modo Græci definiverunt, quamvis vim vocis ignorarent. Strabo de Africâ lib. 2. Ἐοικυῖα παραδάλλ. καταστικῶ γὰρ δεῖ ἢ οἰκήσεσι περιεχομένας ἐρήμῳ, καὶ ἀνύδρῳ χώρᾳ. Καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις, Ἀυάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. Et lib. 17. Ἀυάσεις δὲ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκεμένας χώρας περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους περαίας. In Strabone legunt Ἀνάσεις, ſed Ἀυάσεις reſcribit Caſaubonus ex Stephano in Ἀυασις, quam lectionem veram eſſe docet, quod pro *Avaſi Oaſin* ſcribunt Herodotus lib. 3. & Ptol. 4. 5. & alii ad legem VII. D. de interdictis & relegatis Sect. 5. Incolas Plinius *Oeaſitas* vocat 5. 9. Æthicus autem & Oroſius *Avaſitas*. Bochartus.

Auchatæ, Scythica gens, ad os Boſpori apud quos Hypanis oritur. Val. Flac. lib. 1. verſ. 132.

Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Ubi aliqui *Anchates*.

Auchitæ, Africæ populi, *Auſchiſæ* Ptolemæo & *Auſchiſtæ* Stephano.

Stephano. Sic enim ille Αυγίλη ἔθνος Λιβύης ὑπερβάλλης, lege ὑπὲρ Βάρκης ex Herodoto.

Audena, Italiæ amnis. Liv. lib. 41. in finiſtram Macræ ripam deſluit, vulgò *Vla*, & *Aula*, & cum articulo *La Vla*, & *L' Aula*.

Audomarenſis, urbs Arteſiæ primaria, vulgò *St. Omer*. Long. 23. 22. Lat. 50. 47.

Audus, mons Africæ apud fines Maurit. Cæſar. haud procul ab orâ litorali; *Aurais* incolis, *Capo Gibranel* Moletio. Item fluvius apud *Audum* promont. in ſinum Numidicum exiens, *Balaſſia*, teſte Moletio.

Avella, vide *Abella*.

Avendonis, Liburniæ urbs. Anton. quam Lazius *Adelſperg* nominat.

Avenio, Gall. Narbon. urbs, quam Pontifici Clementi vendidit Joanna Siciliæ regina. Volat. Stephanus autem Ἀουηίων, πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. Vulgò *Avignon*. Numero ſeptenario clara eſt hæc civitas. In eâ enim 7. ſunt Palatia, 7. Parochiæ, 7. Hoſpitia, 7. Sacrarum Virginum Monaſteria, 7. Collegia, 7. Monachorum Conventus, & 7. Portæ. Petrarcha & Boccatius eam ſub nomine Babylonis deſcribunt. Long. 25. 20. Lat. 43. 25.

Avens, flu. in Sabinis Varroni memoratus, quis autem hodiè cenſendus ſit, incompertum eſt. Serv. ad Æn. 7. *Varro dicit, De gente Pop. Rom. Sabinos à Romulo ſuſceptos, accepiſſe montem, quem ab Avente fluvio provinciæ ſuæ adpellaverunt Aventinum.*

Aventicum, Helvetiorum op. Cæſar. *Wiefelsburg* Rhenano, *Avenche* Marliano. Helvetiorum caput fuiſſe teſtis eſt Corn. Tacitus. Ammianus autem ſcribit ſuo tempore deſertam fuiſſe civitatem, ſed non ignobilem quondam ex ædificiis ſemirutis colligi. Long. 28. 33. Lat. 46. 34.

Aventinus, unus ex 7. urbis Romæ montibus, cujus radicem Tiberis præterlabitur: ita dictus *ab avibus* (ut ex ſententiâ Nævii refert Varro) quarum ob ſitûs opportunitatem, amniſque vicinitatem maxima ibi copia erat; vel *ab Aventino*, Albanorum rege, in eo extincto & ſepulto; vel *ab adventu* hominum qui ad Dianæ templum, quod eo in monte à communi Latio conditum fuit, commeabant; Vel *ab advectu*, quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons à reliquis urbis Romæ montibus paludibus diſcretus, unde ratibus ad eum advehebantur, quadrantem pro naulo ſolventes Dionyſ. Hal. 3. Ubi de Aventino: ὃς ἦν λόφος ὑψηλὸς ὀπτικῶς ὀκτωκαιδεκά που σταδίων ἀφ' ἑσπέρης ὅσος τότε μὲν ὕλης παντοδαπῆς μεστὸς ἦν, πλείστης δὲ καλῆς δάφνης, ἐφ' ἧς δαιμόνιον ὑπὸ Ῥωμαίων καλεῖται τόπος ἐξ αὐτῆς νῦν δὲ οἰκιῶν ὅλη πλήρης ἅπας. ἔνθα σὺν πολλοῖς καλοῖς καὶ τὸ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἵδρυται.

Avernus, lacus Campaniæ prope Baias, quem Plutoni dicatum & inferorum limen eſſe rudis vetuſtas credidit. Dictus quaſi ἄορνος, h. e. *avibus carens*, vide *Aornus*. Ita autem ab Ariſtotele in Admirandis deſcribitur. Περὶ δὲ Κύμην καὶ τὴν Ἰταλίαν λίμνη ἐστὶν ἡ μεσογειοδομένη Ἄορνος, ἣν περὶ αὐτὴν λέγουσι τὴν αὐτὴν λόρυν κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον πεντήκοντα σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπερίβλητον. Strabo lib. Ἐστὶ δ' ὁ μὲν Ἄορνος κόλπος ἀγχιβαθὴς, &c. Vibius Sequeſter in catalogo fluminum. *Avernus Campaniæ, immenſæ altitudinis, cujus ima pars apprehendi non poteſt.* Diod. Sic. lib. 4. Κεῖται μὲν ἡ λίμνη μεταξὺ Μισηνῆς καὶ Δικαιαρχείων, πλησίον τῆς θερμῆς ὑδάτων, ἃ καὶ ἡ ἀφίμεδον ὡς πέντε σταδίων, τὸ βάθος ἄπεστον. Videtor Cluver. Ital. Ant. lib. 4. pag. 1127.

Aufeia aqua, olim dicta fuit, quæ poſtea *Marcia* dici cœpit, omnium aquarum toto orbe, Plinio teſte, clariſſima, frigoris, ſalubritatiſque laude cæteris præcellens. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, tranſit Marſos & Fucinum lacum; mox ſpecu merſa in Tiburtina ſe aperit, 9. m. p. fornicibus deducta. Primus eum in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius, unus ex Regibus. Poſtea Qu. Marcius Rex in Prætura à quibus *Marcia aqua* dicta. Hanc rurſus reſtituit M. Agrippa.

Aufidena, urbs Italiæ Caracenorum, vulgari nunc vocabulo *Alfidena*; meminit ejus Livius lib. 10. *Boianum inde adgreſſus, nec ita multo poſt Aufidenam vi cepit.* De Cn. Fulvio Coſ. loquitur. Apud Ptolemæum Καρακηνῶν, οἱ εἰσιν ὑπὸ τοὺς Φρεντανοὺς, Αὐφιδηνά.

Aufidus, Apuliæ flu, ex Hirpinis montibus oriens, & Canuſium urb. præterfluens in Adriaticum mare ſe exonerat; Romanorum apud Cannas clade nobilis. Florus 2. 6.

Documenta cladis cruentus aliquandiu Aufidus.
Sil. lib. 1.

Teque vadi dubium, coeuntibus Auſide ripis,
Per clypeos, galeaſque virum, cæſoſque per artus
Vix iter Adriaci rumpentem ad litora Ponti.
Idem lib. 11.

Humentes rapido circundat gurgite campos
Aufidus, & ſtagnis intercipit arva refuſis;
Mox fluctus ferit Adriacos, magnoque fragore
Cedentem impellit retrorſum in æquora Pontum.
Virgil. Æn. 11.

Amnis & Adriacas retro fugit Auſidus undas.
Horat. 3. Carm. Od. ult.

Dicar quà violens obſtrepit Auſidus.
Item lib. 4. Od. 14.

Sic tauriformis volvitur Auſidus,
Qui regna Dauni præfluit Apuli,
Cum ſævit, horrendamque cultis
Diluviem meditatur agris.
Et Od. 9. ejuſdem libri.

Longè ſonantem natus ad Auſidum.
Idem Serm. 1. Sat. 1.

Cum ripâ ſimul avulſos ferat Auſidus acer.
Luc. lib. 2. verſ. 407.

——*Et Adriacas qui verberat Auſidus undas.*
Sil. Ital. lib. 8.——*Fundoque imo mugivit anhelans*
Auſidus, & magno latè diſtantia ponto.
Terruerant pavidos accenſa Ceraunia nautas.

Aufidum deſcribit Polybius hoc modo lib. 3. Ὃς μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Ἀπεννίνου. τοῦτο δ' ἔστιν ὄρος συνεχὲς ὃ διείργει πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν φύσεις, τὰς μὲν εἰς τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, τὰς δὲ εἰς τὸν Ἀδρίαν. δ' ἕκατα συμβαίνει τοῖς Αὐρίδου, τὰς μὲν πηγὰς ἔχειν ἐν τοῖς πρὸς τὸ Τυρρηνικὸν κλίμασι τῆς Ἰταλίας, πορεύεσθαι δὲ εἰς τὸν Ἀδρίαν.

L' Oſante Leandro dicitur.

Aufona, *Nyne*, fluvius Angl. in Com. Northantoniæ. Cadit in mare Germ. in Norfolcia & Lincolniam Comm.

Augia Major, *Mehrerau*, vic. Germ. juxta lac. Conſtantienſem prope Brigantium, in Com. cogn. 6. leuc. à Conſtantia in ort.

Augia minor, *Meinow*, inſ. Germaniæ & Sueviæ in infer. partem lacus Conſtantienſ. med. fermè inter Uberlingam & Conſtantiam.

Augilæ, Africæ pop. qui nullos Deos putaverunt, præter defunctorum manes, à quibus reſponſa petere ſolebant, ſepulchis incubantes. Mela, 1. 8. *Augilæ manes tantum Deos colunt*, Lapſum hic putant Pomponium viri eruditi, quod Augilis attribuerit ea, quæ Herodotus Naſamonibus. Sed ipſi errant; Augilæ enim ſunt Naſamones, & Augila, vel Ægila eſt op. Naſamonum. Satis hoc ex Herodoto ipſo colligitur: jungit quoque eos Ptolemæus: Ἐν τοῖς Ἀυγίλοις καὶ Νασαμῶσι τὰ Αὐγίλα. Libri aliquot Ptolemæi legunt h. l. Ἀηγίλα, uti Herodotus. Ab Αὐγίλα v. gentile, non tantum Αὐγίλαι, ſed & Αὐγιλῖται, ſi Stephano credendum. Verum ſæpe ex ingenio format ἔθνικα ſua iſte ἐθνικογέφος. Vide Voſſ. in Melam, pag. 45.

Auguſta, urbs Ciliciæ litor. inter Tarſum & Anemurium ad occ. Seveſta Rhamuſio. *Sebaſte* al. op. inter Corycium & Pompeiopolim in ora.

Auguſta, quæ & *Tubinga*, urbs Sueviæ & Academ. Duc. Wirtembergenſis ad Nicrum flu. 2 leuc. à Reutlingâ, 1. à Rotemburgo, 10. ab Ulmâ in occ. Opus Caracallæ Auguſtæ.

Auguſta, op. marit. Siciliæ ad ort. alias *Xiphonia*. Sita eſt in Neetina valle, 18. mill. à Catana in auſt. & 25. à Syracuſis in Bor.

Auguſta Acilia, *Azelburg*, Aventino, op. olim Vindelicæ ad Danub. nunc pag. Straubingæ urbi propinquus, à Ratiſpona 6. leuc. in ort.

Auguſta Auſciorum, *Auch*, urbs Gall. Aquitan. Com. Arminiaci caput, ad Ægircium flu. 6. leuc. ab Eluſa, & totidem ferè à Condomo. Long. 21. 25. Lat. 43. 33.

Auguſta Badacum, ſeu *Badacum* ſimpl. Ptol. Cluverius putat eſſe vicum *Painburg*, ad flu. Achſam, ſeu Alaſam in ſup. Bavaria, paulo infra locum Chimum, in lim. ditionis Salisburgenſ.

Auguſta Batienorum, *Baſſignano*, op. Liguriæ ad Padum à Ticino 24. m. p. Alexandriam verſus 8. in merid. & occ. à Valentia op. 4. in ort.

Auguſta Bracarum. Vide *Bracara*.

Auguſta Emerita, vulgò *Merida*, urbs Portugall. & caput Conventus, 6. leuc. à Metallino in occ. & 24. ab Hiſpali in Sept.

Auguſta nova, op. Hiſp. Tar. in Arevacis, ad Arevam flu. forſan ubi nunc vicus Covarruvias in Caſtella veteri medius fere inter Burgos & Uxamam, verſus montes.

Auguſta Prætoria, à Solino dicitur Italiæ limes, vulgò *Aoſta*, eſtque Ducatus cap. qui in 7. valles dividitur, ad radices Alpium, 25. mill. ab Eporedia in Bor. & 45. à Taurino, in reg. montoſa, ſed fertili.

Auguſta Quintanorum, *Kinzen*, vic. Bavariæ infer. prope *Oſterhoven* op. medium inter Patavium & Straubingam.

Auguſta Rauracorum, *Auguſt*, urbs olim, nunc vic. tantum cum multis ruderibus in pago Baſileenſi, 2. leuc. ſupra Baſileam in ort.

Auguſta R manduorum. Vide *Auguſta Veromanduorum*; licet quidam hanc ab illa diverſam eſſe contendant, appellarique *Lucemburg*, nullo certo judicio freti.

Auguſta Sueſſionum, vulgò *Soiſſons*, urbs Gall. in Picardiâ, ſub præfectura tamen Inſulæ Franciæ, ad Axonam flu. inter Lutetiam 20. leuc. & Laudanum 9. Claret Comitatûs titulo, eſtque probè munita & ampla. Long. 24. 20. Lat. 48. 50.

Auguſta Taurinorum, quæ *Tauraſia* Livio, *Taurania* Stephano, vulgò *Turin*, urbs Gall. Subalpinæ in planitie fertili admodum & rigua, ubi Duria in Padum cadit, 12. mill. à Pinariolo, & 24. ab Aſtâ in occ.

Auguſta Tiberii, *Regenſpurg*, & *Ratisbon*, urbs Vindelicorum in Bavariâ 7. leuc. Germ. ab Ingolſtadio in ort. & totidem à Landſhuto in Sept. utì 15. à Monachio.

Auguſta Trevirorum. Vide *Treviri.*

Auguſta Tricaſtinorum, *S. Paul des trois Chaſteaux*, urbs Gall. Narbonenſ. in Delphinatu, unâ leucâ à Rhodano flu. 14. à Montlimario in merid. & vix 2. à Vivario.

Auguſta Trinobantum. Vide *Londinum.*

Auguſta Vagiennorum, urbs Gall. Subalpinæ, quibuſdam Salinæ, *Saluces*, Marchionatûs caput. Cluverius tamen credit eam fuiſſe verſus Ligures montanos, circa Carmaniolam, op. Pedemontii, *Carmagnole*. Sedet prope Padum flu. inter Taurinum & Foſſanum.

Auguſta Veromanduorum, vulgò *Vermand*, urbs olim Picardiæ, nunc v. eſt vicus Veromandui tractus, ad rivum *Ourcignon*, medius inter Fanum S. Quintini, & Peronam, 3. leuc. ab utrâque diſtans, & 8. à Novioduno in Aquilonem.

Auguſta Vindelicorum, *Auſpurg*, urbs Germ. ſup. in eâ parte Ducatûs Sueviæ, quæ Agea dicitur. Celebratur aliquot Comitiis Imperii, & confeſſione Lutheranorum, quæ dicitur *Auguſtana*, oblata an. 1530. Diſtat 6. leuc. à Danub. in merid. & 9. à Friſinga in occ. Long. 33. 00. Lat. 48. 15.

Auguſtana Caſtra, vulgò *Gaiſting*, vicus prope Danubium, 11. m. p. infra Reginum in Duc. Bavariæ.

Auguſtanæ Clauſuræ, *Chiuſa*, pag. Carnorum, in tranſitu Alpium Juliarum, inter Carnos & Noricos.

Auguſtia, *Kuſty* Lazio, op. Daciæ ad Danub. in Valachia, ſeu, ut al. videtur in Moldaviâ, à Galacio 6. leuc. in Bor. Ab al. v. ponitur in Tranſylvaniâ ad Alutham flu. verſus lim. Walachiæ, aliquot mill. à Cibino.

Auguſtobona Anton. *Auguſtomana* Ptol. poſtea Trecæ, & Tricaſſium, *Troyes*, urbs Gall. Celt. & Campaniæ primaria, ad Sequanam flu. 34. leuc. à Lutetia in ort.

Auguſtobriga, *Aldea el muro* Morali, op. olim, nunc pag. Hiſp. Tar. in fin. Pelendonum, inter Turiaſſonem, & Numantiam, ubi nunc Limites Caſtellæ vet. & Aragoniæ.

Auguſtobriga, *Villar de Pedroſo* Cluſio, op. olim, nunc pag. Luſitan. in Extremadura, apud Guadalupam op. Brietio autem & al. eſt *Puente del Arcobiſpo*, op. Caſtellæ novæ. ad Tagum flu. 10. leuc. infra Toletum ad occ. una à vico *Villar de Pedroſo*, & 5. ab Aquis Lupiis.

Auguſtodunum, *Autun*, urbs Gall. Celt. juxta Arotium flu. in Duc. Burgundiæ, 18. leuc. à Divione in occ. hybernum. Long. 25. 00. Lat. 46. 50.

Auguſtomagus, cap. fuit Sylvanectorum, qui ſub Bellovacis comprehendebantur; nunc eſt Valeſiæ reg. vulgò *Senlis*, ſub præfectura tamen inſulæ Franciæ, 10. leuc. à Lutetia in Sept. & 8. à Compendio ad Nonnetam amnem.

Auguſtonemetum, *Nivernum* Anton. vulgò *Nevers*, urbs Gall. Celt. ad Ligerim. Al. autem & melius eſt Gergobia, urbs olim Arvernorum in Aquitan. nunc vic. *Gergoie* prope Claromontem urb. *Nivernum* enim alias *Noviodunum* dictum fuit.

Auguſtoritum, *Limoges* Cluverio & al. Lemovicorum urbs primaria, ad Vigennam flu. in Aquitania, med. fermè inter Pictavium, & Claromontem. Non deſunt tamen, qui exiſtimant Lemovicum alias dictum fuiſſe Ratiaſtrum, Auguſtoritum autem fuiſſe Inculiſma.

Avia, poſtea *Furconium*, *Forcone*, urbs Veſtinorum in Aprutio exciſa, ab Aquila, 8. m. p. diſtans.

Avinus, *Avin*, flu. Scotiæ meridion. Avindalium Caſtrum alluit, poſteaque in Cludam ſe exonerat prope Hamiltonium op. in Cludeſdalia provincia.

Auklandia, op. Angl. in Epiſcop. Dunelmenſi, ad flu. *Were*, vulgò *Biſhops-Aukland*, 5. m. p. à Dunelmo ad merid. & 10. ab ora lit. Oceani.

Aulerci, pop. Gall. diviſi fuere in Aulercos Cenomanos, ubi nunc *Le Main* provincia, & Aulercos Diablintes, ubi nunc reg. *Le Perche*, & Aulercos Eburovices, qui nunc *le Dioceſe d' Eureux*, in Normanniâ, ubi eorum partem rigat Sequana fluvius.

Aulis, regiuncula Bœotiæ, à *Caſtramotatione* nomen ſortita, juxta Chalcidem. Ovid. Met. 12.

——— *Bœotaque tellus*
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.

Servius ait inſ. & op. eſſe cum portu 50. navium capaci; in quo Græci ſub Agamemnone in Trojæ excidium conjurarunt. Atqui capaciorem oportet hunc portum fuiſſe; ſiquidem communis eſt Poetarum opinio, ut mille fuerint Græcorum naves. Virg. Æn. 2.

Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Propertius:

Et Danaum Euboico litore mille rates.

Virg. Æn. 4.

Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem
Aulide juravi. Lucan. lib. 5.
Euripuſque trahit curſum mutantibus undis,
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulim.

Heſychius. Αὐλίδα, λιμένα.

Ovid. Met. 13.

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.

Idem in Epp.

Inter mille rates, tua ſit milleſima puppis.

Seneca in Agamemnone:

Milleſima nunc ambit, & luſtrat ratem.

Idem in Troadibus: *Mille ratibus.*

Æſchylus in Agamem. Στόλον Ἀργείων χιλιοναύτιλον.

Plautus in Bacchidibus, de re Trojana loquens, *Millenûm numero navium.* Livius quoque lib. 45. ubi de Aulide: *Portum inclytum ſtatione quondam mille naviùm Agamemnoniæ claſſis.* Alii mire variant. Aliud enim ab Hom. colligas, aliud à Dicty Cretenſi; à priore ſiquidem, ſi rationem ſubducas invenies mille octoginta naves, à poſteriore mille ducentas octoginta quinque. Dares autem Phrygius ait fuiſſe naves mille centum & quadraginta. Varro, lib. 2. de R. R. cap. 1. *Si inquam numerus non eſt ad amuſſim, ut non eſt cum dicimus mille naves iiſſe ad Trojam.* Sane Thucydides cum dixerit lib. 1. Mycenas olim exiguam urb. fuiſſe, addit, opidi ejus exiguitate elici non tenui argumento, tantam non fuiſſe claſſem Græcorum quantam & poetæ memorant & ſermo obtinet.

Aulocrene, Aſiæ min. regiuncula, in conventu Apameno per quam ab Apamiâ in Phrygiam itur. Ibi platanus oſtenditur ex quâ pependit Marſyas ab Apolline victus, Plin.

Aulon, mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, vini ferax. Mart. lib. 13.

Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon.
Dat pretioſa tibi vellera, vina mihi.

Horat. in Odis. ——— *Et amicus Aulon,*
Fertilis Baccho ———

Vide *Caulon.* Eſt etiam urbs Ciliciæ.

Aulon, Stephano eſt urbs Laconica, una ex centum, & alia Arcadiæ, & alia, civitas vel locus Cretæ. Item Arabiæ locus; & alia ejuſdem nominis civitas à Crotoniatis condita, *Caulonia* etiam dicta.

Aulon, teſte Theophraſto, campus eſt ampliſſimus & pulcherrimus inter Libanum & Antilibanum. Vide plura apud Cæl. Rhod. lib. 17.

Auna & *Emelia*, urbs Hiberniæ epiſc. ſub Arch. Caſſilienſi in Momonia prov.

Aunedonacum, *Aunay*, op. Pictavienſis prov. in Lim. Santoniæ, 3. leuc. ab Angeriaco in ort. & 5. à Niortio in mer.

Avo, *Rio d' Avia*, flu. Hiſp. in fin. Bracarum, inter Celandium & Næbim in Oceanum occid. fluens.

Avo, *Aven*, flu. Scotiæ meridion. Cadit in Forthæ æſtuarium prope Lindum urb. in Lothianiâ prov. Al. autem eſt *Avenna.*

Avo, *Avon*, flu. Walliæ in Com. Monumetenſi. In Uſcam ſe exonerat prope Iſcam urb.

Avona, flu. Angliæ merid. in Com. Wiltoniæ oriens; Briſtolliam urb. alluit, & poſtea in Sabrinæ æſtuarium cadit.

Avona, flu. Angl. in Warwicenſi & Wigornienſi, in Sabrinam ſe exonerans juxta Theocicuriam in agro Gloceſtrenſi.

Auravannus, *Rian*, flu. Scotiæ in Gallovidia prov. ad ipſum fere promont. qu. *Aber Ruanus*, i. e. *oſtium Ruani*, teſte Camdeno.

Aurea Cherſoneſus, *Samotra* Ortelio, *Japan* Mercatori, Caſtaldo v. *Malaca*, peninſ. Aſiæ in India extra Gangem, in merid. maxime extenſa, non longe ab Æquatore. In plurima regna dividitur, & ab inſ. Sumatra disjungitur freto Malacenſi, ſive Sincaparano. Ejus primaria urbs *Malaca*, empor. percelebre, in ditione Hollandorum, ab an. 1641. cum prius eſſet Luſitanorum.

Aureatum, urbs Germ. in Palatinatu ſuper. ſeu Bavaria ad Alemannum fluvium, 3. leuc. à Neoburgo in Sept. *Eichſtadt* Bruſchio, Lazio autem vic. eſt *Naſſaveli* ad Scuterum amnem in viciniis. Ortel. novum eſſe putat vocabulum, & ſunt qui credant eſſe urb. *Aurach* in Suevia, & Duc. Wirtemburgenſi.

Aurelia

Aurelia Cariſa cognomine, *Cazorla* Taraphæ, op. Hiſp. Bæt. *Cariſſa* Ptolomæo, quod exciſum jacet, & loc. adhuc *Carixta* nominatur. Al. eſt *Cazorla* op. inter Ubedam, & Seguram 6. leuc. diſtans.

Aurelia, porta urbis Romæ prope molem Hadriani fuit; nunc diruta jacet à temp. Leonis 4. Summi Pontificis.

Aurelia, Orleans, urbs Gall Celt. ad Ligerim, & Academia, & Ducatus, ab Aureliano Imp. an. 278. condita & nominata, ut ferunt, inter Pariſios 34. & Bituriges 22. leuc. diſſita.

Aurelianum, ſeu potius *Lintium*, urbs Auſtriæ ſup. ubi Travus flu. vulgò *Traun*, in Danub. cadit 7. leuc. à Patavio in ort.

Aurelii vicus Vicarello, op. Hetruriæ ad lacum Sabatinum, à Braceno op. 6. m. p. in occ. diſtans.

Aureus mons, Monte Gradacchio Leandro, mons Corſicæ. in orà occiduâ, apud Sagonam urb. Ex eo 3. flu. Tuolá, Rhotanus, & Ticarius profluunt. Item mons Myſiæ infer. *Metzek* vel *Mathecuſh* Lazio, in Hungariæ, ſeu Pannoniæ infer. confin. Item mons Gall. in Alvernia prov. excelſus Claromontium verſus, vulgo *le Mont d' or*.

Auria, Orenſe, urbs Callaicorum ad Minium flu. 12. leuc. à Tyde in ort. æſtivum, & à Compoſtella 14. in ort. hybernum.

Auriniana ala, Ried, op. olim, nunc pag. Norici ad Oenum flu. & Vaſſerburgum urb. in Bavaria, teſte Lazio, cui etiam *Haulruck* pag. vicinus eſſe videtur.

Auriſium, Ros Lazio, op. Vindeliciæ, nunc pag. Bavariæ ad Oenum flu. inter Vaſſerburgum, & Roſenhemium.

Aurunca, Latii civit. ab Auſone Ulyſſis & Circes fil. condita; à quâ *Aurunci*, vetuſtiſſimi Latii pop. Virgil. Æn. 7.

———*Et quos de collibus altis.*
Aurunci miſere patres———Et alibi:
Auruncos ita ferre ſenes.

Cum hac vetuſtate alludunt verba Ammiani, qui de illis uti antiquiſſimis ita loquitur lib. 30. *Auruncanorum Sicanorumque jamdiu leges ignotas, cum Evandri matre abhinc ſeculis obrutas multis.* Et de iiſd. loquens Livius lib. 8. ſignate ait: *mœnia antiqua eorum.* Eoſdem hos eſſe cum Læſtrygonibus multis probat Bochartus de Phœn. Colon. p. 652. Deducit a. ab Eliæo אור *Or.* h. e. *à luce*, quia in eâ perpetuo verſabantur, & breviſſima ibi fuere noctis tempora. Sic n. de illis Poeta:

Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἠμαθίης ὅτι κέλευθα.

atque ut in Arato habetur:

Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀνολαὶ ἀλλήλῃσι.

Aurupini, pop. Japodum. Vide *Arupenum*.

Auſchitæ, pop. Libyæ. Stephanus: Αὐχῖται, ἔθνος Λιβύης ὑπερβάκχης, ubi ὑπὲρ Βάκχης legendum, idque autoritate Herodoti lib. 4. cui *Auſchiſæ* ſunt hi pop. Αὐχῖσαι ὑπὲρ Βάκχης οἰκέουσι.

Auſer, Sarchio Leandro, Ital. flu. prope Lucam, cujus olim pars rivus ille, qui juxta Piſas nunc labitur, fuit. Videtur Cluverius Ital. Ant. p. 461.

Auſitis, Maurit. Cæſar. op. Ptol. Item regio in quâ natus Job. Hebræis *Hus*. Chryſoſtomus in Catena perditiſſimam vocat Auſitidem reg. i. e. Idumæam aut Hus, ubi commoratus eſt Jobus. *Inprimis*, inquit, *laudationem intuere, quod tale germen produxerit Auſitis. Ejuſmodi n. quendam virum frugi in Arabia reperiri, ubi omnes corrupti erant, ubi nullum non extabat exemplum improbitatis, eſt admiratione perquam dignum.* Eadem Origenes latius lib. 1. parum à principio, ubi cum dixiſſet Auſitas, i. e. Huſitas aut Idumæos fuiſſe impios, injuſtos, infideles, obſcœnos, inſatiabiles; addit talem inter ipſos extitiſſe Jobum, *qualis fuit Melchiſedech in medio Chananæorum, ſicut Abraham in medio Chaldæorum, ſicut Noe juſtus inter Gigantes ſceleratos, tanquam columba inter raptrices aquilas, tanquam agnus in medio luporum diripientium, tanquam ſtella in medio nubium teterrimarum. Erat juſtus inter injuſtos, inter profanos ſanctus, inter obſcœnos mundus, pius inter impios, bonus inter malos, tanquam ſmaragdus in luto, tanquam margarita in arena.*

Auſoba, Ptol. *The Bay of Galway*, teſte Camdeno, flu. Hiberniæ per Connaciam reg. in occid. apud Galveium urb. fluens. Aliis eſt *Gyll*, in Oceanum influens apud Slegum opidum.

Auſon, vel *Auſonius*, Ulyſſis & Calypsûs fil. Inde, ut quidam volunt, *Auſones*, antiquiſſimi Italiæ populi, iidem qui & *Aurunci*. Servius; *Aurunci Græcis Auſones nominantur*. Dio Cocceianus apud Iſac. in Lycophronem. Ἀυσονίαι χωρίως ἡ τῶν Ἀυρύγκων γῆ μόνη λέγεῖ, μέσῳ Καμπανῶν καὶ Οὐόλσκων, παρὰ θάλασσαν κειμένη. Tzetzes in Chiliad.

Τὰς δὲ Ἀυρύγκας μόνας μοι Ἀυσονας λέγειν δοκεῖ.

Nempe, ut in Feſto habetur *R pro S* (imò & *S pro R*) *literâ ſæpe antiqui poſuerunt*, ut *majoſibus, melioſibus, Laſibus, feſiis*: pro *majoribus, melioribus, Laribus, feriis*. Et, eodem auctore *Aurum* Sabini *Auſum* dicebant. Sic variante dialecto, idem erat *Auſon* & *Auron*, ex quo *Aurunci*, vel *Aurunci*, ſyllabica adjectione, quali in *Etruſcorum* nomine ex *Etruria*; & *Hernicorum* à ſaxis, quæ Marſi *herna* dicunt; & *Opicorum* ab *Ope*, i. e. *terra*. Opici enim ſunt Αὐτόχθονες. Bochartus. Hi *Auſones* primùm extrema Italiæ litora coluiſſe dicuntur, quæ à Lacinio promuntorio uſque ad Salentinos extenditur; unde & ejus loci mare *Auſonium* dicitur. Plin. 3. 10. Poetæ tamen, ſuo more, Auſoniæ nomen univerſæ communicant Italiæ. Vide Cluver. Ital Ant. 3. 9. Dionyſ. Perieg. verſ. 77.

Ἐνθ' Ἰταλῶν ὑπὸς ἐπ' ἠπείριον νέμονται
Ἐκ Διὸς Ἀυσονιῆες ἀεὶ μέγα κοιρανέοντες.

Et poſtea verſ. 339.

Μέσση δ' ἀμφοτέρων παραπέπλαται Ἀυσονὶς αἶα
Πελυσγενής.———

Auſtraſia, Weſtrick, reg. Germ. ſup. inter Moſam Moſellam, & Hellum fluvios comprehenſa; quo in ſpatio Lotharingia cum parte Alſatiæ & Palatinatus continetur. Sic dicta ab ejus ſitu; non autem quod *vaſtum regnum* ſignificaret, ut quidam volunt. Extendebatur quidem alias latiſſime, ſed poſtea anguſtioribus limit. coarctata fuit, Scaldi nempe, Moſa, & Rheno flu. & Vogeſo M. & tum diviſa in ſuper. & infer. Inferior etiam dicta Moſellana ſeu Tullingia Lotharingiæ reſpondet.

Auſtria, prov. nomen dedit domui Auſtriacæ, ex quâ moderni Impp. Germ. & Reges Hiſp. Veterum eſt Pannonia ſuperior. Nomen habet à mundi cardine Orientali, qui Germ. Ooſt Anglicè *Eaſt* dicitur. Primo habuit Marchiones, poſtea duces, poſtremo Archiduces. Dividitur in ſuper. ſeu Ciſdanubianam, & infer. ſeu Tranſdanubianam. Tota nunc ſub Germania complectitur.

Auteri, pop. Hiberniæ, ubi nunc Com. Clarenſ. Letrimenſ. & Gallivenſ. in Connachtia prov.

Autololæ, ſeu potius *Autololes*, pop. Maurit. Tingit. à Gætulis oriundi; finitimos omnes curſus celeritate ſuperant. Lucan. lib. 4.

Autololes, Numidæque vagi, ſemperque paratus
Inculto Gætulus equo.———

Sil. Ital. lib. 3.

Nec non Autololes levibus gens ignea plantis,
Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus annis
Tanta fuga eſt.———

Claudianus.—*Repetunt deſerta fugaces*
Autololæ.———

Autolatæ Ptolemæo dicuntur.

Automala, op. Africæ apud Aras Philænorum, & Syrtim in confin. Cyrenes. *Alcudia* Marmolio. Al. *Eſtam*, al. *Zanagra*.

Autricum, Chartres, urbs Gall. Celt. vide *Carnutum*.

Autrigones, pop. Hiſp. Tar. ab Oceano ad Iberum protenſi, inter Cantabros & Cariſtos, ubi nunc Biſcaiæ pars maxima, urbs eorum primaria erat Flaviobriga.

Autunacum, vide *Antenacum*.

Auximum, Piceni urbs in Italiâ, à quâ *Auximates* pop. dicti, vulgò *Oſmum*. Belli Civilis tempore in poteſtatem Cæſaris venit. Apud Liv. libb. 41. & 42. vitiosè legitur *Oximum*, & in tabulâ *Auſimum*. Procopio Gothicorum 2. more ejus ſeculi formatur Αὐξιμός. Apud Strab. lib. 5. neſcio an ſatis rectè Ἄξυμον. Siquidem omnes alii Græci authores Αὔξιμον, & Latini *Auximum* habent. Lucanus lib. 2. metri cauſâ.

———*Ut admotæ pulſarunt Auximon alæ.*

Coloniam factam Romanorum auctor eſt Velleius, lib. 1. *Auximum*, inquit, *in Picenum miſſi coloni*, &c. πασῶν μεγίστην τῶν ἐκεῖ πόλεων Procopius loco prædicto vocat. Vide Cluver. Ital. Antiq. 737. & Bochart. Geogr. pag. 111. long. 37. 35. lat. 43. 30.

Auxume, regia civitas Æthiopiæ. Ptol. *Auxomite* Arriano, Αὐξωμίτης Steph. *Chaxumo* fortè hodiè. Long. 65. 30. lat. 11. 00.

Auza, vel *Auzate*, urbs Africæ incertæ poſitionis, vetuſtiſſima, quam condidit Ethbaal, vel Ithobelus, Achabi ſocer, de quo 1 Reg. 16. Author Menander, cujus verba ſunt apud Joſ. lib. 1. contra Apionem. Οὗτος πόλιν Βότρυν ἔκτισε τὴν ὄπισθε Φοινίκης, καὶ Αὐζάπλω ἐν Λιβύῃ, vel disjunctis vocibus καὶ Αὔζα τε ἐν Λιβύῃ. *Auza* autem in Antonino Maurit. Cæſar. eſt op. & *Auzea* Numidicum caſtellum, de quo Tacitus, lib. 4. Annal. & *Uzan* Ptolemæo eſt urbs Africæ propriæ, non procul ab Utica. Vide Boch. Phœn. Col. lib. 1. cap. 24.

Auzacia, Scythiæ extra Imaum urbs. Ptol. *Saccio* hodie Nigro.

Axa, Axmiſter, op. Angl. in Devoniæ Com. ad Axam amnem 4. m. p. ab ora lit. maris Britannici, med. ferme inter Exoniam & Dorceſtriam.

Axelodunum, op. Angl. in Northumbria ad Tinam fluvium, *Hexham* Camdeno.

Axenus Pontus, qui & *Euxinus*, à truci accolarum barbarie ſic dictus. Ἄξενος enim inhoſpitalis eſt. Nam ut Strabo lib. 7. tradit, *ſolebant Scythæ, maris hujus accolæ hoſpites immolare, eorumque carnibus veſci, calviſque uti loco poculorum.* Ovidius in Ponticis.

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Cur mutatum in *Euxinum*, vide Boch. Phaleg. pag. 397.

Axiacæ, pop. Sarm. Europææ inter Tyram & Boryſthenem amnes, Peucinis & Capianis proximi, ab *Axiace* flu. dicti, qui à Peucinis jugis naſcitur. Hos juſtiſſimos fuiſſe tradit Pompon. lib. 2. ut qui furti omnis ignari, nec ſua cuſtodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum Plin. 4. 12.

Axis, urbs Umbriæ. Propertius lib. 4.

Scandentiſque Axis conſurgit vertice murus.

Axius, flu. Paphlagonum per Mygdoniam fluens. Plin. 4. 10. Herod. lib. 6. Labitur in ſinum Thermaicum, efficit pecudem nigram, quæ ex eo potavit, diverſâ ab Haliacmone, vicino amne, naturâ, qui velleris nitorem potæ ex ſe pecudi affert. Heſychius. Ἄξιος, πόλεμος Παιονίας. Strabo, lib. 7. ὁ μὲν Ἄξιος ἀκολεβὴς ὄζιν. Quærit ibi Geographus, uti ſolet, de Homeri loco, ubi eſt hujuſce flu. mentio: erat enim ille locus lectionis ancipitis, varieq; à veteribus Criticis lectus, expoſituſque. Sic Homer. Il. β.

Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους
Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιὸ εὐρυρέοντος,
Ἀξιὸ, ὃς κάλλιστον ὕδωρ ὑπὲρ δνοπίδνας ἄῖα.

Quorum verſuum, quum hæc ſit ſententia, ut dicatur *Axii* aqua limpidiſſima, ac pulcherrima, veteres Critici qui ſcirent aquam ejus eſſe turbidam, voce Αἰα intelligi voluerunt, non *terram*, ſed *fontem quendam* ſic *nuncupatum*, qui *Axium* ingreditur, cujus fontis etiam Antimachus in Thebaide fecerat mentionem, teſte Stephano, ut ſit hæc ſententia, Amydonem urbem eſſe ad *Axium* ſitam, ubi eſt fons *Æa*: atque ita Scholiaſtæ Homeri locum illum interpretantur. Strabo vero non tantùm interpretationem vulgatam reprehendit, ſed & lectionem. Nam cum vulgò legeretur.

Ἀξιὸς, ὃς κάλλιστον ὕδωρ ὑπὲρ δνοπίδνας ἄῖαν,

Vel—ὑπὲρ δνοπίδνας ἄῖα. ipſe emendabat;

Ἀξιὸς, ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ὑπὲρ δνοπίδνας Αἰης.

Vide Euſt. ad locum. Hodie *Vardani* Sophiano.

Axona, flu. in extremis Rhemorum. Hinc *Axones*, ejus accolæ, Lucan. lib. 1.

Et Biturix, longiſque leves Axones in armis.

Auſonius in Moſella.

Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps.

Vulgò *le Diſne*.

Aydunum, *Aydone*, op. Siciliæ in valle Neetinâ, à Catana 20. mill. in occ.

Aymontia, *Aymonte*, op. Hiſp. in Andaluſiâ prov. ad Anæ flu. oſt. 18. leuc. Gadibus & 22. ab Hiſpali in occ.

Aynadechium, *Aynadeki*, op. Hungariæ ſup. inter Agriam & Fellechium, ſub Auſtriacis.

Aynhoa, vulgò *Aynhoe on the Hill*, op. Angliæ amœniſſimum & ſaluberrimum in Com. Northantonienſi ad flu. Cherwellum in confin. Com. Oxonienſis. Sedet in colle, unde proſpectus in loca circumjacentia lepidiſſimus, 13. m. p. ab Oxonio in Bor. 2. à fontibus Aſtropenſibus, & 5. à Banburia in auſt.

Aza, urbs Cappadociæ fuit prope montes, non longè à confin. Armeniæ min. med. fere inter Trapezuntum & Neocæſariam.

Azania, reg. 3. Una Arcadiæ, altera Maſſyliæ in Africa, tertia Phrygiæ; cujus mem. Strabo lib. 12. Prior ſterilis & inculta traditur; adeo ut adagium inde proceſſiſſe exiſtimetur apud Zenodotum & al. *Azanæa malè* de re difficili, ac nullius frugis, utilitatiſve; vel cum res eſt cum homine difficili & intractabili.

Azanium mare pars eſt Oceani Æthiopiæ in orâ orientali Africæ, inter Aromata promunt. & Magadoxum urb. in litore Azaniæ reg. & à multis *Mer de Zanguedar* dicitur.

Azeca. civit. Amorræorum, quæ ſorti ceſſit tribui Judæ. Joſ. 15. inter Eleutheropolim, & Æliam ſita, teſte B. Hieronymo. Hic Deus grandine & lapidibus Gentes perdidit, Joſ. 10. Ibi Philiſthæi caſtra contra Iſraelem poſuerunt 1 Sam. 17. Hanc reparavit Roboam 2 Par. 11. & Rex Babylon eam debellavit, Jerem. 34.

Azilis, vel *Aziris*, locus Libyæ Steph. Callimachus Hymn. in Apollinem—— Πυκνὴν δ' ἀνάπαυε Ἄζιλιν ἔναιον.
——Ubi Scholiaſtes: Ἄζιλις ὄρος καὶ πόλεμος Λιβύης.

Aziris, urbs Armeniæ, quæ etiam *Theodoſiopolis* quibuſdam, nunc *Arſingan*, ab Amaſia 150. m. p. in ort. ab Amida 250. in Bor. & ab *Azerum* 30. m. p. in Merid. à Sebaſtopoli autem 140. Nunc ſubeſt dominio Turcarum, in Anatoliâ, & confinio Turcomaniæ.

Azores, ab Accipitrum copiâ ſic dict. inſulæ Oceani Occid. ſeu Atlantici ſub domin. Luſitanorum. Sunt autem 9. numero, nempe Tertiaria ſeu Tercera. S. Michaelis. S. Mariæ. S. Georgii, Pici, Faialis, Florum, Corvi, & Gratioſa.

Azotus, Stephanus Ἄζωτος, πόλις Παλαιςίνης, ταύτην ἔκλισεν ἐς τὸν ἑπανελθόνταν ἀπ' Ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων, καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτῆς Ἄζας (Ἄζαν) ὀνόμασεν, ὃ ὅζι χίμαιραν, ἣν Ἄζωτον μεθέρμησαν, ubi per φυγάδας Phœnices intelligit, quos è mari Rubro veniſſe volunt. Sed hæc merè ſunt fabuloſa. Neque enim Phœnicum fuit, ſed Philiſtæorum urbs Azotus. Capra quidem Phœnicibus עזא *aza* dici potuit, ut עז *ez* Hebræis. Sed in Hebraicâ ſcriptura עזן *ez* *capra*, & אשדוד *Aſdor*, i. e. *Azotus* nihil quicquam habent ſimile. *Aſdod* autem propriè *robur* ſonat; vox eſt apud Arabas frequens; Inde Dei nomen שדי *ſaddai* Græci reddunt Παντοκράτωρ. Long. 65. 15. lat. 31. 50.

Azuaga, op. Hiſp. in Extremadura prov. 5. leuc. diſtat à Regiana.

Azura, inſ. maris Adriatici in litore Dalmatiæ è fronte Sibenici, in ditione Venetorum.

B.

Baba, vel *Babba* & Julia Campeſtris, *Babæ* Steph. *Beni Teudi* Marmolio col. & urb. Maurit. Tingit. mediter. à Lixo 40. m. p. in occ. in regno Feſſenſi.

Babanenſes, pop. Hiſp. citer. in Conventu Carthagin. quos inter celeberrimos Stipendiariorum collocat Plinius l. 3. c. 3.

Babel, nomen civit. Gen. 11. Lat. *confuſio*. Joſeph. l. 1. c. 5. Archæolog. Ἑβραῖοι τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι.

Babylon, vulgò *Bagdet*, urbs Babyloniæ reg. maxima ad Euphratem flu. etiamnum regionis caput, & ſedes Præfecti. Ambitus mœniorum ejus erant ſtad. 385. quæ tam lata erant, ut quadrigæ obviæ ſeſe non impedirent. Muros ejus lateritios fuiſſe tradunt omnes ſummo conſenſu. Herod. lib. 1. Ἐλκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανὰς ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι. Diodorus lib. 2. Τὸ μὲν οὖν πολυτελέσι τείχεσιν ὡ χυρωμένην ἐξ αὐτῆς πλίνθε Dio in Trajano Ἔνθα μὴν τοι τὴν τε ἀσφαλτον ἔδε Τερσίανος ἐξ ἧς τὰ τείχη Βαβυλῶνος ὠκοδόμηλο. Joſephus. Ὠκοδόμηλο δὲ ἐκ πλίνθε ἀσφάλτῳ συνδεδεμένης. Juſtinus. *Hæc Babylonem condidit, murumque urbis cocto latere circumdedit, arenæ vice bitumine interſtrato.* Qu. Curt. lib. 5. *Murus inſtructus laterculo coctili bitumine interlitus.* Sed & præter hiſtoricos, qui id ex profeſſo tractant, etiam apud Poetas res eſt tralatitia. Ariſtophanes in Avibus.

Πτελεοχίζῳ μεγάλας πλίνθους ὀπλαῖς, ὥσπερ Βαβυλών.

Theocritus Idyl. 16.

——Ὅσσα πάλαι τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δύσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευσεν.

Ibi Scholiaſtes Ἀσφάλτῳ ἔδησεν ἢ Σεμίραμις τὸ τεῖχος ἀντὶ πηλοῦ. Tzetzes Chil. 9. Hiſtor. 179.

Τὸ Βαβυλῶνος τεῖχος γαῖς ὑπῆρχεν ὀπτῆς βραχέως,
Ἀλλὰ δ' ἀσβέστῳ ἄσφαλτον εἶχεν ἐγκεχεισμένην.

Ex *beſalo*, i. e. ex *latere cocto*, ut ipſe ibidem explicat. Ovid. Met. 4.

——*Ubi dicitur altam*
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

Prop. lib. 3. el. 9.

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem
Ut ſolidum cocto tolleret aggere opus.

Lucan. lib. 6.——*Fragili circumdata teſtâ*
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Mart. lib. 9. ep. 77.

Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit.——

Juvenal. Sat. 10.

Cum tamen à figulis munitam intraverit urbem.

Ex quo apparet, quare Dionyſius Periegetes muros ejus infractos vocet, verſ. 1005.

——Ἦν ῥά τε πᾶσαν
Τείχεσιν ἀμφαγέουσι Σεμίραμις ἐτεφάνωσε.

Conditorem autem Babylonis Belum plurimi gentiles vocant, inque his Dorotheus Sidonius poeta vetuſtiſſimus.

Ἀρχαίη Βαβυλὼν, Τυρίε Βήλοιο πόλισμα.

Et Abydenus apud Euſeb. Præp. Evang. lib. 9. cap. 41. ubi retuliſſet, ut primitus omnia aquis fuerint obruta, addit, Belum

lum ſiccaſſe loca, ἡ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν. Alii tamen arbitrantur non à Belo extructam hanc urbem, ſed à filio ejus Babylone. Verùm facilè hæc conciliantur. Nimrod enim ſeu Belus condere eam exorſus eſt, filius fortaſſe incrementum dedit. Alii Semiramidis opus putant, uti ſupra vidimus. Nec iſti errant, inquit Voſſius, ſi ſic intelligas, quomodo Conſtantinus M. Conſtantinopolim dicitur condidiſſe, quæ tot antea ſeculis Byzantii nomine claruit. De magnitudine Babylonis jam aliquid dicendum reſtat; quæ tametſi appelletur jure merito *Magna urbs*. Dan. 4. 30. & Nabuchodonoſori Regi Regum dederit materiam ſuperbiendi: Non tamen eſt, quòd quis temerè Græculis fidem adhibeat, ex quorum relatione deceptus Ariſtoteles *Babylonem* ſibi fingit portentoſæ magnitudinis, & Peloponneſo penè parem: Id ſibi volunt hæc verba, Politic. l. 3. c. 3. quibus contendit civitatem mœnibus non definiri. Ἔστι γὰρ ἂν Πελοποννήσῳ περιβαλεῖν ἓν τεῖχος. Τοιαύτη δὲ ἐστὼς ὅση ἡ Βαβυλὼν, καὶ πᾶσι φῦλοις ἔχει παραγγελθὴν μᾶλλον ἔθνους ἢ πόλεως. Subdit Ἧς γέ φασιν ἑαλωκυίας τείχει ἡμέρᾳ ἐκ αἰσθέσθαί τι μέρος τῆς πόλεως. Quod ſi ſemel conceſſeris, etiam id agnoſcendum *Babylonem* non malè cum Peloponneſo conferri; è cujus uno extremo ad aliud triduano curſu vix attingere poſſit expeditus eques. Forte pro τείτην ἡμέρᾳν μέρος τι ἐκ αἰσθέσθαι, ſcripſerat aliquis, τέτον ἡμέρας μέρος τινὰς ἐκ αἰσθέσθαι, vel voce μέρος bis repetitâ τέτον ἡμέρας μέρος, μέρος τι τῆς πόλεως, &c. Hoc eſt, dieî parte tertiâ aliquam partem urbis nondum ſenſiſſe, cum aliquanto ante lucem capta fuiſſet. Neq; enim in tantâ urbe quæ capta eſt in die feſto, pleriſque ſomno, vinoque ſepultis, & pridianam crapulam adhuc evomentibus, uno momento temporis res potuit ubique ſciri. Verè igitur ſcribit Herod. lib. 1. cap. 191. Ὑπὸ δὲ μεγέθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπ' αὐτῶν οἰκημένων, ἅμα πρὸς τῇ ἐσχάτῃ τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τὸς τὸ μέσον οἰκέοντας Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας, ἀλλὰ (τυγχάνει γὰρ σφι εὖσαν ἑορτὴ) χορεύειν τε τότον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι. Sed & Xenophon Cyropæd. lib. 7. præſidiariis qui tuebantur arces rem innotuiſſe negat uſque ad plenam lucem. Verba ſunt ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἤδοντο οἱ τὰς ἄκρας ἔχοντες, ἑαλωκυῖάν τε τὴν πόλιν, καὶ τὸν Βασιλέα τεθνηκότα, &c. Itaque potuit fieri, ut qui erant in extremis parte demum diei tertiâ, urbem captam eſſe deprehenderint, parte tertiâ, i. e. horâ terriâ poſt ortum ſolis. Sed horæ nomen eo ſenſu nondum in uſu erat apud Græcos. Tantum diem per partes duodecim dividebant, idque à Babyloniis edocti Herod. lib. 2. cap. 109. Τὰ δυώδεκα μέρεα τῆ ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες. Hoc ipſum ſi fidem ſuperat apud eos, qui *Babylonem* æſtimant pro modulo noſtrarum urbium, Sciant illi Hygino excepto, in quo mendum eſſe ſuſpicor, veterem neminem eſſe, qui *Babylonis* mœnibus in ambitu minus aſſignet ſtadiis 360. quæ faciunt m. p. 45. Hæc eſt in Diodoro Cteſiæ definitio, quam puto ſecutum Hyginum; Et pro ſtadiis 300. (ita hodiè legitur) reſcribendum 360. Alii omnes quotquot videre contigit, ad hunc numerum aliquid addunt pro mantiſſâ & auctario. Ita Clitarchus *Babylonem* amplexu ſuo continere ſcribit ſtudia 365. Q. Curtius 368. Strabo 385. Dio Caſſius 400. Oroſius 470. Herodotus & Apollonius 480. Plinius, & Marcianus Capella, quod idem eſt. m. p. 60. In hâc veterum inconſtantiâ non facile eſt pedem uſpiam tuto figere. Niſi quod tutius credi puto Cteſiæ & Clitarcho, qui fuere oculati teſtes, & *Babylone* diu egerunt. Bochartus. Porro hæc urbs, ob veſtem variam, i. e. variegatam & diverſis picturæ coloribus intextam, & interſtinctam, plurimum apud veteres olim celebrata fuit. Plin. 8. 48. *Colores diverſos picturæ intexere Babylon maximè celebravit, & nomen impoſuit.* Idem innuit Tertullianus lib. *de Habitu fœminarum* cap. 1. *Age nunc*, inquit, *ſi ab initio rerum & Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges inſuerent, & Babylonii intexerent.* Mart. 8. 28.

Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbè,
Texta Semiramiâ quæ variantur acu.

Idem lib. 14. ——— Lemmate *Cubicularia polymita.*

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera, victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Et de pavone Pub. Syrus in Satyrico Petronii

Plumato amictus aureo Babylonico.

Lucretius lib. 4.

Tunc Babylonica magnifico ſplendore rigantur.

Plautus in Sticho

Tum Babylonica periſtromata, conſutaque tapetia
Advexit nimium bonæ rei.

Vide Boch. Phaleg. lib. 1. cap. 6. Notandum etiam hic Babylonios magnâ curâ Aſtrologiam olim coluiſſe; unde *Babylonius* Tertulliano *Genethliacus* aut *Mathematicus* dicitur. Quin *ibi inventam ſideralem ſcientiam* Plinius tradit. Claud. de 4. Conſ. Hon. ——— *Te ſenſit Hetruſcus*

Augur, & inſpectis Babylonius horruit aſtris.

Idem in Panegyr. ejuſdem Conſulis.

Namque velut ſtellas Babylonia cura ſalubres
Optima tum ſpondet mortalibus edere fata, &c.

Ubi per *Babyloniam curam* intelligitur *Aſtrologorum curioſitas*, ſive *curioſa Genethliacorum ars.* Hinc Horat. l. 1. Carm. Od. 11.

Tu ne quæſieris (ſcire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint Leuconoe, nec Babylonios
Tentaris numeros. ———

Id eſt, *Aſtrologorum rationes*, & *ſuppûtationes*, Tullius lib. 1. de Divinat. *Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaſo cœli ſigna ſervantes, numeris & motibus ſtellarum curſus proſequuntur.* Huc pertinet illud Lucretii lib. 5.

Ut Babylonica Chaldæam doctrina refutans,
Aſtrologorum artem contrà convincere tendit.

Lucanus lib. 6.

Tunc Babylon Perſæa licet, ſecretáque Memphis
Omne vetuſtorum ſolvat penetrale Magorum.

Denique, quia hæc ſententia etiam apud doctos diu obtinuit, *Bagdad* eſſe *Babylonem*, libet hic aperire fontes erroris iſtius ex Bocharto Geogr. Sacr. lib. 1. cap. 8. Hujus ſententiæ primi authores de vetere *Babylone* nequaquam cogitabant; ſed de Seleuciâ, cujus vicinitate *Babylonem* exhauſtam Plinius dicit in ſolitudinem rediiſſe. lib. 6. cap. 26. Nec multo aliter Strabo lib. 16. *Babylonis partem Perſæ diruerunt, partem conſumpſit tempus, partem Macedonum negligentia, præſertim poſtquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrim condidit ſtadiis tantum trecentis à Babylone diſſitam.* Itaque in *Babylonis* opes & nomen ſucceſſit Seleucia, quæ non ſolum *Babylonia* (ut apud Plinium διχεπκῶς, quia non una fuit Seleucia) ſed & *Babylon* appellata eſt. Stephanus, Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις μιξέλπολις Σελευκία χαλκιήν. Et *Babylonis* ipſum nomen Seleuciæ tributum. Quò referendi hæc Sidonii carm. 9.

Non coctam Babylona perſonabo,
Quæ largum fluvio patens alumno
Incluſum bibit hinc & inde Tigrim.

Porrò vel in eodem quo Seleucia loco, vel certè in proximo *Bagdad* conditam fuiſſe oportet, cùm utramq; ad ripam Tigridis, & fere in eâdem à veteri *Babylone* diſtantiâ deſcribant Geographi. Nam 300. illa ſtadia, quibus à Babyloniâ Seleuciam diſtare ſcribit Strabo, ſunt milliaria prope 38. i. e. *diurnum illud iter inter Bagdadam & rudera Babylonis interjectum*, juxta Teixeiram. long. 79. 00. lat. 35. 00.

Babylon, urbs Ægypti maxima, nunc *Alcairo*, Sultani ſedes. *Babylon* ponitur pro *Româ*, ut quidam volunt. 1 Pet. 5. Ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, uti loquitur Oecumenius, vel ob confuſionem Idololatriæ, quam ibi S. Petrus invenit, ſi tamen illic unquam fuerit. Vide Apocal. 18. 2. Pop. *Babylonii* Heſychius: Βαβυλώνιοι, οἱ βάρβαροι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. v. 11. Cæterum Urbem Romam per Babylonem ſignificari antiqui Patres luculenter teſtantur. Tertullian. adverſus Judæos: *Sic et Babylon apud Joannem noſtrum, Romanæ urbis figuram portat, proinde & magnæ, & regno ſuperbæ, & Sanctorum debellatricis.* Hieronymus in Prologo Didymi: *Cum in Babylone verſarer, & purpuratæ Meretricis eſſem colonus, & jure Quiritum viverem.* Idem Epiſt. 17. cum Marcellam Româ Bethleem commigrare vellet: *Hic, puto, locus ſanctior eſt Tarpeiâ rupe, quæ de cœlo ſæpius fulminata, oſtendit quòd Domino diſpliceret. Lege Apocalypſin Joannis, & quid de muliere purpuratâ, & ſcriptâ in fronte blaſphemiâ, ſeptem montibus, aquis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuere. Exite, inquit Dominus, de illâ.* At vero Auguſtinus de Civ. Dei 18. 22. *Condita eſt Roma velut altera in Occidente Babylon, & velut prioris filia Babylonis.* Victorinus quoque in Apocal. *Scripta ibi in tubis, ruina magna Babylonis civitatis, id eſt, Romæ.* Etiam Oroſius, lib. 2. cap. 3. *Ecce ſimilis Babyloniæ ortus & Romæ, ſimilis potentia, ſimilis magnitudo, ſimilia tempora.* Quâ in re, ea veritatis vis eſt, ut etiam Jeſuitas ipſos adigat, qui in Apocalypſin haud ita pridem Commentarios ſcripſerunt, non ſolum de Româ Ethnicâ, verum & de Chriſtianâ *Babylonis* ibi nomen interpretari. Sic Ribera in Cap. 14. num. 42. *De Româ intelligendum, non ſolum qualis ſub Ethnicis Imperatoribus olim fuit, ſed etiam qualis in fine ſeculi futura eſt.* Sic Jeſuita alter Viegas in 17. Apocal. Com. 1. Sect. 3. *Omnia quæ in his capitibus commemorantur, in Romanam urbem apertiſſimè quadrant. Cæterum nomen Babylonis ad eam Romam tranſferendum, quæ antequam recipiet fidem Chriſti, Idolis ſerviebat; & ad eam etiam, quæ erit tempore Antichriſti,* Roma itaque ſedes eſt Antichriſti,

non

non tamen Ethnica, ſed Paganochriſtiana; idque numerus Beſtiæ planè indicabit in Apocalypſi ſc 666. unde Irenæus ep. ad Marcellum lib. 5. Valdè veriſimile, inquit, quoniam veriſſimum regnum hoc habet vocabulum. *Latini* enim ſunt qui nunc regnant. Vis argumenti latet in Voce Λατεινος cujus literæ numerales numerum prædictum conficiunt hoc pacto.

Α Α Τ Ε Ι Ν Ο Σ.
30. 1. 300. 5. 10. 50. 70. 200.

Grotius non admittit Orthographiam τῆς Λατεινος. Ait n. ſcribi debere Λατινος. Verum ei regerendum, quod Irenæus, utpote Græcus, originem iſtius vocis probe ſatis noverit, quodque Joſ. Scaliger hanc regulam poſuerit: Græcos in Vocabulis Latinis I longum ante ν. mutare in dipth. ει, ut Σαβεινος, Ἀυλαυειν Λατεινος. Vide ſis doctiſſ. Hen. Morum poſt D. Medum de rebus Apocalypticis pulcherrimè diſſerentem in Myſterio Iniquitatis pag. 312.

Bacchi Aræ, ex antiquâ loci traditione *Baccharach*, ſuperi. Germ. op. ad Rhenum in Palatinatu, inter Bingium & Verſaliam ſup. 2. leuc. diſſitum, quod & *Bachrach* dicitur. Vinum ejus his carminibus olim celebravit Hen. Steph.

Hæc mihi pocula ſint, contemnam, Gallica quotquot,
Græcia quotquot habet, quæcunque dat Itala tellus.
Nec ſitiam varios mihi quos lautiſſima Roma
Sæpe miniſtravit latices, me judice, quamvis
Romanæ Bacchi ſint maxima gloria menſæ.
Nam varia ob varios paſſim celebrantur honores
Vina ſibi, propriam poſcentia ſingula laudem.
At tua cunctorum cumulata videmus honore,
Cunctorumque ſimul titulos, laudeſque merere.
Bacchi igitur merito tribuit tibi nomen ab Arâ
Bacchara, quicunque eſt primus tibi nominis author.

Bacenis, ſylva Germaniæ, *Semana* Ptol. monti Melibocco impoſita, non longè à Viſurgi, ubi alias Cheruſci pop. Sanſonii, Brietio & al. eſt *der Hartz Waldt*, in Duc. Brunſvicenſi verſus Haſſiam.

Bachianum, *Bachian*, inſ. Aſiæ in mari Indico, una ex Moluccis, parva, ſed mirè fertilis in ditione Hollandorum. 30. m. p. à Machiano in auſt. & paulo minus ab ora occid. Giloli inſ. fere ſub linea Æquinoctiali.

Bachilio, flu. Italiæ, olim Meduacus minor dict. Agros Vicentinum, & Patavinum rigat & in mare Adriaticum ſe exonerat.

Bachovia, urbs Valachiæ 30. m. p. à Targoviſco in Sept.

Bactra, *trorum*, *Bactrum* etiam Plinio, *Bagdaſan*, teſte Caſtaldo, urbs Bactrianæ reg. caput, ad Bactrum flu. Horum Virgilius mem. Georg. 2.

Sed neque Medorum ſilvæ ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi
Totáque thuriferis Panchaia dives arenis.

Ex quibus Poetæ verbis apparet *Bactrorum* terram fuiſſe fœcundiſſimam; Hinc Dionyſius verſ. 734.

——— Ἀρνειῶν πόμα Βάκτρων.

Ideoque Strab. lib. 2. Παμφόρων eam vocat, & Plin. 18. 7. *Tradunt in Bactris grana tantæ magnitudinis fieri, ut ſingula ſpicas noſtras æquent.* Et Qu. Curtius lib. 7. *ſolum pingue* vocat. long. 120. 26. lat. 39. 26.

Bactri, *Bactriani* Straboni, *Bactrii* Melæ, Bactrianæ reg. pop. qui, teſte Qu. Curtio, ſenio, morbove confectos canibus ad hoc nutritis devorandos objiciebant. Sponſas etiam eorum, quæ in publicum maximo ornatu prodeunt, etiam ſervis & advenis impunè commiſceri tradit Plinius. *Sunt autem Bactriani inter illas gentes promptiſſimi, horridis ingeniis, multumque à Perſarum luxu abhorrentibus: ſiti haud procul Scytharum bellicoſiſſima à gente, & rapto vivere aſſuetâ: ſemperq; in armis errant.* Verba ſunt Qu. Curtii lib. 4. c. 6.

Bactriana, regio Aſiæ, inter Ariam ad occ. Paropamiſum, ac partem Sogdianæ ad ort. *Caraſſan* ſtodiè Caſtaldo, *Coraſan* aliis, *Batter* Ramuſio. Cujus urbes quondam claræ Bactra, Charta, vel Chatracharta, Zariſpa, & Maracanda. Hæc olim mille urbes continebat. Joſephus. Vide Boch. Phaleg. lib. 2. cap. 10.

Bactros, flu. in fin. Scythiæ Aſiaticæ, à quo *Bactra regio*, & urbs nomen ſumpſit. Herod. lib. 7. Ejus mem. Lucanus lib. 3.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido.———

Hodie *Bachora* Nigro dicitur.

Bada, *Baden*, urbs Germ. in Duc. Sueviæ, cap. Marchionatus Badenſis; ab Argentina 5. leuc. in Orient. æſtiv. unà à Rheno flu. & 8. à Spira in auſt. eſtque aquis calidis celebris. Long. 30. 00. lat. 47. 09.

Badacum, *Obdach*, teſte Lazio, op. Norici in Carinthia ad Lavantum flu. Iduno urbi propinquum, 2. leuc. in ort diſtans. Cluverio autem eſt *Bamburg* ad Alazam flu. qui in Oenum defluit, longe ab *Obdach* op. Stiriæ. Long. 34. 15. lat. 47. 15.

Badara, op. Indiæ in peninſ. cis Gangem in ora Malabarica 6. leuc. à Calecuto in Sept.

Badenacha, *Badenoth*, Scotiæ Sept. reg. in Moraviâ prov. verſus montes & prope Athboliam reg. Speâ fluvio in 2. partes ſcinditur.

Badeos, Urbs Arab. ſel. in orâ ſin. Arabici.

Badea Mol. al. autem eſt Serrain op. medium inter Meccam & mont. Oreb. Fuit & *Badea* urbs Maurit. epiſc. ſub. Arch. Cæſarienſi.

Badera, op. Gall. in Aquitaniâ, vel in eo tractu ubi Volcæ Tectoſages, ad Alburacim flu. Forſan ibi nunc *Hauterive* op. Occitaniæ 4. leuc. à Tholoſa in merid.

Badonicus mons, *Banneſdown* Camdeno, juxta Bathoniam urbem. Polydoro Vergilio *Blaſcamore* prope Epiſcopatum Dunelmenſem, apud Atheſum flu. à Dunelmo ad 20. m. p.

Badrinus, Æmiliæ flu. idem cum Vatreno, forum Cornelii præterfluens. Hodiè *Santerno* dicitur.

Baduhennæ, lucus in Friſiis Tacito, ubi nongentos Romanorum confectos fuiſſe ſcribit. *Seven Wolden* forte i. e. *ſeptem Silvæ*.

Bæcyla, urbs Iberiæ juxta columnas Herculeas. Steph. Vide Caſaub. ad Strab. lib. 3. *Bæcula* Ptolemæo.

Bæotis, Heſychius. Βαῶτις, Ἀφροδίτη παρὰ Συεργασίοις.

Bæſampſa, civitas Arabiæ circa Rubrum mare, quam Stephanus *domum Solis* interpretatur, quaſi eſſet בית שמש Vide Voſſ. de Idol. lib. 2. cap. 8.

Bæſippo, *Beſippo* Plinio, *Beier*, teſte Henr. Coquo, op. Hiſp. Bæt. in orâ litorali Vandalitiæ.

Bætarra, Gall. Narb. urbs, olim Septimanorum (à legionis ſc. Romanæ numero) colonia, vulgò *Beſiers*. Βαιτερραι Ptolemæo. Stephano autem eſt Βαίτερρα. Ejus locum ſic emendabis. Βαιτερρὲς κώμη τείτης Παλαιφίνης, ὁι καλοικῶντες Βαιτερρῆνοι. Ἔστ καὶ πόλις Κελτικὴ Βαίτερρα, ἧς ὁ πολίτης Βαιτερρίτης. ᾧ δὲ πρόσκεισ Βαιτερρόσιος, κλίνεται Βαιτερρῶνος. Malè hæc vulgò ſeparantur, tanquam ſi & aliqua eſſet urbs in Gallia, quæ Βαιτερρὲς vocaretur.

Bæthen, Heſychius, Βαίθην, δῖκος θεῦ, lege Βαυθήλ.

Bæti, *Batavi*, Voſſ. ad Melam pag. 294.

Bætica, *Turdetana* Straboni. Tertia pars Hiſpaniæ, *Andaluzia*, teſte Flor. ſub quâ etiam *Granada* comprehenditur.

Bætis, flu. Hiſp. ulter. à quo *Bætica* Hiſpaniæ regio dicta. In quo lanas pulchro colore tingi oſtendit Martialis in his.

Bætis olivifera crinem redimite coronâ,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Item nomen opidi Plinio. Βαῖτις autem Punica vox eſt, ni fallor, à בת *bat* pernoctare. Undè Sil. Italicus.

———*Soliſque cubilia Gades.*

Tribus in locis, inquit Bochartus, ſtagnat *Bætis*, primò ſtatim in ipſo fonte, ſecundo prope Cordubam, tertio verſus oſtia, ubi æſtuaria, & lacus Avernus, ſeu Libyſtinus. Atque od id ipſum Punicè ביצי *Bitſi* i. e. paludoſus dictus eſt. Tzade Ebræum in T mutarunt Græcis Romani ſcriptores, ut in *Tyro* & *Tani* ex צור *Tſor*, צאן *Tſoan*. Neque alio pertinet quod idem amnis ab accolis Πέρκης, i. e. *Perca* nominabatur. Stephanus. Βαῖτις, ποταμὸς κατὰ Ἰβηρίαν ὃς Πέρκης λέγεται ἀπὸ τ ἐγχωρίων. Nempe *Perca* factum ex ברכה *berca* i. e. à *Stagno*; ut in Siciliâ *Percuſa*, vel *Perguſa* dicebatur lacus Ennæ vicinus, ubi Proſerpina rapta eſt. *Percam* autem ſive *Percem*, in *Certem*, aut *Certim* mutarunt ſcribæ imperiti in his Livii, lib. 28. *Martius ſuperato Bæti anni, quem incolæ Certim appellant.* Vide Voſſ. ad Melam p. 224. 225.

Bætogaba, Judææ mediterranea urbs. Ptol. Becanus dicit eandem eſſe cum *Caſta Chabriæ* Strabonis, quam tamen hic ad mare mediterraneum deſcribit. In eodem loco *Eziongeber* eſſe contendit, & Joſephum reprehendit, quod hanc poſteà *Berenicem* appellatam ſcribit.

Bætulo, *Betullo* Melæ, op. olim, nunc pagus Hiſp. citer. in Catalaunia juxta Barcinonem, *Badelona*, teſte Floriano,

Bætulum, Hiſp. Tarrac. flu. Ptolemæo *Bætulo* hodiè *Beſon* dicitur.

Bæturia, Hiſp. tractus. *Eſtremadura* Varreno, Hertio *Bethuria*, *Beturia* Livio.

Baga, Africæ propriæ urbs, quam Juſtinus Imp. reſtauravit, & incolæ *Theoriadem* appellarunt. Procopius lib. 6. de ædificiis Juſtiani. Videtur *Bagaſi* apud eundem lib. 4. Belli Vandalici, ut monuit Swalemburgius.

Bagadaria,

Bagadaria, nomen loci apud Strab. ſed leg. Βαγαδονία, Steph Βαγαδονία, μῖρα Καππαδοκίας νομιζόμ. Apud Suidam Βαγδαλονία perperam ſcribitur.

Baganum, Nerviorum civitas. Ptol. Alias *Tornacum*. Long. 25. 05 Lat. 50. 18.

Bagdatum, *Baghdet*, urbs Aſiæ, dives, ampla, & valdè in ort. munita, alias dict. *Seleucia*, in Meſopotam. nunc provinc. *Yerſerack* caput, ad Tigrim flu. antea ſub domin. Perſarum, ſed ab an. 1640. paret Turcis. Crevit ex ruinis Babylonis, cujus hodie pauca quæ ſuperſunt rudera ad Euphratem unius diei itinere inde diſtant.

Bagrada, Carmaniæ flu. Ptol. hodiè *Binimir* N. Nicolao, aliis *Budmir*, Niger dicit incolis *Biſarti* vocari. *Biguelmit* Arabicè vocari addit Thevetus.

Bagrada, Africæ flu. qui juxta Uticam labitur, apud quem ab Atilio Regulo, & exercitu ejus, balliſtis & catapultis ſerpens 120. pedes longus occiſus eſt. Plin. 8. 14. Gellius 6. 3. Sil. l. 6. ubi de Bagrada.

Monſtrum exitiabile, & irâ
Telluris genitum, cui par vix viderat ætas
Vlla virum; ſerpens centum porrectus in ulnas
Lethalem ripam, & lucos habitabat Avernos.

Zonaras Annal. Tom. 2. Ῥηγέλῳ δὲ παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ δράκων ὀπτάνη ὑπερμεγέθης, ὃν τὸ μῆκος λέγε) εἶ) ποδῶν ἑκατὸν πρὸς εἴκοσι καὶ ἥ ἢ λέβητες αὐτὸν εἰς τ Ῥώμην κεκόμιστο εἰς ἐπίδειξιν. Ejus ſcriptura (inquit Bochartus ὁ μέγας) eſt valdè inconſtans; nam pro *Bragadâ* Lucani, Statii, Plinii, Ptolemæi, Procopii, Eutropii, Sidonii, Oroſii, & Æthici, legitur in Strabone *Bagradas*; In Pomponio, Silio & Floro *Bagrada*; In Polybio *Macar*, & *Macra*, vel *Beucara*, ut legit Suidas voce Τενάγη. In Geographo Nubienſi נגרדה *Nagiarda*; quæ omnia ſunt ex uno fonte deducta. Verum ſc. nomen erat ברכה *Braca*, vel emphaticè ברכתא *bractha*, i. e. *ſtagnum*, cujus plurale ברכות *bracoth*, *ſtagna*, *piſcinæ*, Pſal. 84. 7. Unde Græcum Βραγὸς, pro palude. Heſych. Βραγὸς, ἕλος. Jam vero ratio hujus appellationis non eſt obſcura. Nam præterquam quod ſuâ naturâ lentus eſt, & ex Africæ arenis vix eluctatur (Luc. lib. 4.

Quo ſe
Bagrada lentus agit, ſiccæ ſulcator arenæ.)

Ex alveo ſuo excedens circa oſtia, in paludis, aut ſtagni morem longè lateque diffunditur. Sil. lib. 6.

Turbidus arentes lento pede ſulcat arenas
Bragada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus limoſas extendere latius undas,
Et ſtagnante vado patulos involvere campos.

Id accidere potiſſimum certâ anni tempeſtate, quâ oſtio arenâ obſtructo aquæ reſtagnant in campos adjacentes, nos docent hæc Polybii, lib. 1. pag. 76. Τῶ περιειημένῳ πολαμῶ κατὰ τλὼ εἰς θάλατταν ἐκβολὴν συνδεωρήσας κατά πνας ἀνέμων αἰσὰς ἀποδυόμενον τὸ ῥόμα, καὶ τεναγώδη γινομένην τλὼ παρ' αὐτῷ τῷ ῥόμαλι πάροδον. Porro cum *Bagrada* ſic ſe diffundens multas contrahat ſordes, & in limoſas paludes deſinat, merito *pulvereus*, & *cæno gravis* à Statio deſcribitur, lib. 4. Sylvarum, ubi Vulturnum Campaniæ amnem inducit ſic loquentem.

Nec ſordere ſines, malumque latè
Deterges ſterilis ſoli putorem,
Ne me pulvereum, gravemque cæno
Tyrrheni ſinus obruat profundi,
Qualis Cinyphius tacente ripâ
Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.

Baiæ, civitas Campaniæ, ſecus mare ſitæ, à Baio Ulyſſis ſocio illic ſepulto. Strab. lib. 5. Τὰς δ Βαΐας ἐπωνύμως δ) λέγουσι Βαΐν, καὶ τὸ Μισηνὸν Μισηνῆ τ Ὀδυσσεως ἑταίρου τίνου, Sil. Italicus lib. 12.

Ille tepentes
Unde ferant nomen Baiæ, comitemq; dediſſe
Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.

In hujus agro aquæ calidæ ſunt ad voluptatem & varios morbos commodæ, quia fertilitate ac rerum copiâ, ædificiis, litorumque amœnitate præſtabant; magna Romanorum multitudo ad eas confluere ſolebant. Fuit hæc urbs temperie aeris & Romanorum frequentiâ, atque ornamentis ædificiorum celeberrima. Martialis ad Flaccum

Ut mille laudem Flacco verſibus Baias,
Laudabo dignè non ſatis tamen Baias.

Horatius Epiſt. lib. 1. ep. 1.

Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.

Idem 3. Carm. Od. 4. ——*Seu Tybur ſupinum*
Seu liquidæ placuere Baiæ.

Prop. 1. 11.

Tu modo quam primum corruptas deſere Baias.

Idem ibidem.

Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ.

Juvenal. Sat. 3.

Janua Bajarum eſt, & gratum litus amœni
Seceſſus.——

Statius lib. 3. Sylvarum.

Sive vaporiferas, blandiſſima litora, Baias.

Idem. l. 4. car. 7.

Ecce me natum propiore terrâ
Non tamen portæ retinent amœnæ Deſides Baiæ.

Strabo ubi ſup. Ἐν ᾗ αἱ Βαΐαι, καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα καὶ πρὸς τ τευφὴν, καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. Long. 38. 51. Lat. 41. 00.

Baienni, *Fainge*, teſte M. Velſero, op. Vindeliciæ in Bavaria, ſeu *Faing*, aut *Vaing*. op. Sueviæ in Duc. Wirtemburgenſi, inter Canſtadium 6. & Brettam 3. leuc. à Spirâ 8. diſtans.

Bajocæ, *Belocaſſes* Cæſari, Velocaſſes Plinio, vulgo *Baieux*, urbs Normanniæ, vix 2. leuc. ab ora maris Britan. 14. à Conſtantia, 5. autem à Cadomo. Long. 19. 450. Lat. 49. 20.

Baiona, Bayonne, urbs Aquitaniæ, ad Aturum flu. 6. leuc. à confinio Hiſpaniæ, 7. ab Aquis, & 30. à Burdigalâ in merid. Long. 10. 50. Lrt. 42. 15.

Baiona, *Bayona* cogn. *de Galizia*, à ſitu ſc. urbs Hiſpaniæ in ora lit. Gallæciæ, 4. leuc. ab oſtio Minii flu. in Sept. & paulo minus à Tyde.

Balanea, *Valania* Nigro, *Bagnias* Poſtello, urbs Phœniciæ ad oſt. Eleutherii flu. med. inter Gaballam ad Bor. 27. & Antaradum ad auſt. 24. m. p. diſtans, à Tripoli 74. ad arctos. Ab al. in Syria ponitur. Long. 68. 20. Lat. 34. 20.

Balari, Cyrniis exules dicuntur, teſte Pauſaniâ quod nomen Sardiniæ montana incolentibus adhæſit, cum illuc ſeceſſiſſent à Carthaginenſibus deficientes. Rhod. 19. 22. Eorum regio *Baromela* dicitur Pineto. *Præter Ilienſes vel Jolaenſes*, inquit Bochartus, *inter vetuſtiſſimos Sardiniæ populos memorantur Balari & Corſi.* Plin. *Celeberrimi in eâ populorum Balari & Corſi.* Liv. lib. 41. *Ilienſes adjunctis Balarorum auxiliis pacatam provinciam invaſerant.* Item *Balarorum magna auxilia Ilienſibus venerant.* Etiam *Balaros* recenſet Strabo inter τ ὀρείων ἐθνῶν. Et Pauſanias tam *Corſos* quam *Balaros* cum Ilienſibus in montes ſe contuliſſe ſcribit, & illos quidem arceſſit è vicinâ Corſicâ, hos ex Africâ & Hiſpaniâ. *Ortâ*, inquit, *ſuper prædâ diſſenſione, Afri & Hiſpani irâ accenſi, cum à Carthaginenſibus defeciſſent, & ipſi montium jugis occupatis, ſeorſim conſederunt.* Βαλαρεῖν δ ὄνομά ἐστιν αὐτοῖς ἀπ' γλῶσσαν τ Κυρνίων. Βαλαρεῖς δ τοὺ φυγάδας καλέσαι οἱ Κύρνιοι. At hi non erant exules, nec Corſicâ linguâ debuerunt, ſed Sardiniâ denominari. Bocharto itaque *Ilienſes*, *Corſi*, *Balari*, gens eadem, quia idem ſitus, & eadem victûs ratio. Nempe ut *Ilienſes* ex Pœno עילאי *Ilae* quaſi *altos* dixeris, à montibus ſcilicet, ita חורשאי *Corſi*, a ſylvis, & *Balari à feritate* dicti, quaſi ברריים *Barari*. Arabicè ſc. בראר *barari*, *ſolitudinem* ſonat.

Baltimora, *Baltimore bay*, ſinus Hiberniæ, in Momonia provincia, & Com. Deſmoniæ, cum portu cogn. in ora meridionali.

Balbia, *Altomonte*, op. Brutiorum in Calab. citer. à Caſtrovillario 6. m. p. duplo à Colano urb. à Conſentiâ 24. in occ. in colle, ubi manna & cryſtallus proveniunt. *Vina Balbina* olim, teſte Plin. in pretio fuere.

Balbura Caraburum Leunclavio, urbs Lyciæ mediterranea, Chomæ, Buboni, & Oenandæ finitima. Long. 60. 40. Lat. 42. 21.

Baleares, vulgò *Majorque*, & *Minorque*, duæ inſ. ante Hiſp. quarum major, quæ orientem ſpectat longa eſt 100 m. p. circuitu 380. Cujus præcipua op. olim fuere *Palma*, & *Pollentia*. Minor longa eſt 60. ambitu 150. Sic dictæ (ut quidam volunt) à Baleo quodam, Herculis comite ibi relicto. Aut ἀπὸ τ βάλλειν, h. e. à *jaculando*, propterea quòd fundæ, & jaculationis *Baleares* peritiſſimi habiti ſunt. Tradit enim Lycophron, & poſt eum Florus, lib. 3. cap. 8. eam hiſce inſulis conſuetudinem fuiſſe obſervatam, ut eſurientibus filiis à matribus jentaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius fundâ dejeciſſent. *Majorcam* autem Diodorus lib. 5. maximam eſſe ſcribit poſt 7. magnas, quod nonnulli perfunctoriè legentes ſibi finxerunt 7. eſſe *Gymneſios*, ſive *Baleares* (eædem enim ſunt. Heſychius. Βαλιαρίδες, νῆσοι αἱ περὶ Κύρνον, αἱ δ αὐταὶ καὶ Γυμνησίαι.) Hinc Euſt. in Dionyſ. Ἔσλε δ ἐπόνλων πνῶν εἶναι τὰς Γυμνησίας νήσους, ὁ Γεωγράφ Νῦν δυτὰς λέγε. *Balearium* autem originem Græci conantur ſibi aſſerere; aliis è Bœotiâ cum Lycophrone, aliis è Rhodo deducentibus. Sunt enim qui à Rhodiis καὶ τ ἐκ Τρίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους κλιδῆναι λέγουσι. Ita Strabo lib. 14. Silius lib. 3.

Jam

Jam cui Tlepolemus ſator, & cui Lindus origo
Fervida bella ferens Balearis & alite plumbo.

Nam in bello Trojano Rhodiorum dux Tlepolemus fuit. Nempe tam Bœotos quam Rhodios ad has inſulas applicuiſſe credibile eſt. *Baleares* tamen à neutris deſcendiſſe, palam arguunt lingua & mores planè diſſoni. Gens enim fuit aliena prorſus ab omni cultu——*Domus illis antra fuere, veſtes,* ut quidam aiunt, *æſtate nullæ, hyeme autem ex pellibus.* Pro unguentis quibus ſe ungerent, oleum lentiſcinum, cum adipe ſuillo. *Ignotum argenti pondus & auri.* Viri ultra modum avidi erant, quo tamen carebat regio, & ita mulieroſi, ut in nuptiarum ſolemnibus cognati & amici omnes cum ſponsâ concumberent, priuſquam ea viro permitteretur. Itaque in bello pro ſtipendio nihil exigebant, quam vinum & mulieres; & pro mulieris captivæ λύτρῳ dabantur viri quatuor. Cadavera fuſtibus minutatim concerpta, & in vaſis recondita lapidibus obruebant. Unicum in bello telum fundæ tres, è melancreâ, ſeu melancréni junci genere, quarum diverſus uſus; aliæ enim propius, aliæ eminus feriebant; Una circa caput aut collum, altera circa ventrem, aut lumbos, tertia in manu fuit. Hujus artis doctores Phœnices habuiſſe dicuntur. Strabo. Σφενδόνῃ ἄειστοι λέγονται, καὶ τῆσ' ἄσκησις, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξότε Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους. Quod vero non eſt abſimile. Nam ex Scripturâ planum eſt hanc artem inter Phœnices & Ebræos pridem fuiſſe in uſu. Jam vero ab hâc arte Βαλιαρεῖς cur dicti ſint, non ſatis liquet. Conſtat quidem inde appellatos. Nam palam nugatur Iſacius in Lycophronem, cum Balearidas inſulas dici vult quaſi Βαλεείας ἤτοι ὑγιαινὰς h. e. *Valerias*, ſive *ſanas*. Et jampridem exploſa eſt Livii fabula de Baleo Herculis comite. Proinde ipſe Livius, *Baleares à teli miſſu appellati.* Et Polyb. lib. 3. Βαλιαρεῖς, ὅς κυρίως μὲν κλῆσιν σφενδονήτας. Ἀπὸ δὲ τῆς χρείας ταύτης συναγώμως καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν προσαγορεῦσι καὶ τὴν νῆσον. Idem habent Strabo, Diodorus, Stephanus, Euſtathius, & Iſidorus, qui in id omnes magno conſenſu conveniunt, ut *Baleares* ab uſu fundæ velint eſſe nominatos. Quod tamen aliter atque aliter ediſſerunt. Nam alii ex Græcâ linguâ *Balearium* nomen tanquam fidiculis extorquent, ut Iſidorus poſt Diodorum, qui Βαλιαρεῖς ideo ſcribit per duplex λ. ut ἀπὸ τοῦ βάλλειν deducat. Alii rem nudè efferunt, nullâ explicatione additâ, ut Stephanus, Livius, & Polybius. Alii denique, ut Euſtathius & Strabo vocem eſſe voluêre vernaculæ linguæ, vel Phœniciæ, quod veriſſimum. Omnino enim Βαλεαεὶς eſt בעל ידה *Baal jaro* i.e. *magiſter jaculandi*, ſeu *projiciendi lapides*. Et ob hoc clari apud poetas perhibentur, qui eorundem fundarum ſæpe meminerunt. Virgil. Georg. 1.

Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ.

Ovid. Met. lib. 2.

Non ſecus exarſit, quàm cum Balearica plumbum
Funda jacit, volat illud & incandeſcit eundo.

Lucan. lib. 1.

Impiger & torto Balearis verbere fundæ.
Ocyor.——

Silius lib. 7. ——*Enſis & arcus*
Et telum Baleare.——

Statius in Achilleide:

——Ut flexæ Balearicus actor habenæ
Quo ſuſpenſa trahens libraret vulnera tortu
Incluſum quoties diſtringeret æra gyro.

Eodem pertinet, quod *Baleares* Græcè *Gymnetes* dicti ſunt, & inſulæ *Gymneſiæ*, ſive *ad exercitationem* cum Strabone referas, aut *ad nuditatem* eorum qui in bellum prodeunt, ſolis fundis inſtructi. Quo referenda hæc Heſychii Γυμνῆτες, οἱ μὴ ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ ποὺ σφενδονισταὶ, οἱ δὲ ποὺ γυμνὲς μαχομένους. Plin. 3. 5. *Baleares fundâ bellicoſas Græci Gymneſias dixere.* Sunt qui *Gymnetas* dici volunt, quia ætatem nudi exigunt; ita Livius ac Diodorus. Atqui à Lycophrone deſcribuntur non omnino nudi, ſed σουρνοδῆ, *Siſyrnâ induti*, i.e. *tunicâ villoſâ, ex velleribus*, item ἄχλαινοι *ſine lænâ*, & ὑπόδεσμοι *diſcalceati*. Itaque vereor ne veteres ob id ipſum ætatem exigere nudos finxerint, quia non ſatis conſtabat quorſum Gymnetes dicerentur. Ejuſdem farinæ eſt fabula de Bœotis, naufragio facto, ad Gymneſias nudis enatantibus. Bochartus. In his inſulis tantus olim cuniculorum proventus fuit, teſte Plinio 8. 55. ut in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti. *Cheradas* ab Apollonio vocari annotavit Gerbelius. Sanè Strabo eas χοιραδώδεις appellat, ἤτοι πετρώδεις. Vide Euſt. ad Dionyſ. verſ. 457. Antoninus vocat Majorem *Columbam*, & Minorem *Nuram*.

Baleſium, op. Italiæ maritim. non procul à Brunduſio; hodie *Baleſo*.

Balgentiacum, vel *Baugentiacum*, urbs Gall. Lugdun. cum ponte ad Ligerim in Belſia prov. & Aurelianenſi agro, med. inter Aurelianum & Bleſas; vulgò *Baugency*.

Balgium, *Bauge*, op. Gall. in Andegavenſi prov. 3. leuc. à Flexia in merid. & 5. à Salmurio in Bor.

Baliſta, M. *Baleſtra*, mons Liguriæ, pars Apennini montis, ſeu verius Thuſciæ inter Regnum Lepidi, & Lucam.

Ballegarium, ſeu *Valaguaria*, vulgò *Balaguer*, urbs Hiſp. Tar. in Catalaunià, ad flu. Secorim 12. leuc. à Minoriſſa. Al. eſt *Berguſia*.

Ballonoti, Scythiæ Europ. pop. Val. Flac lib. 6.

Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti.——

Balma. Vide *Bapalma*.

Balneum Regis, & *Balneoregium*, vulgò *Bamberg*, urbs Hetruriæ in agro Urbevetano, Bonaventuræ patria, à Viterbio 12. m. p. in Bor.

Baſſa, *Albufeira* Sanſoni, op. Algarbiæ, in oræ prope Silvim, 18. leuc. à Pace Juliâ, inter Sacrum promontorium & Pharum.

Balticum mare, *die Belt*, & *Oſtzee* Germanis, mare Germ. mediter. inter ipſam Germaniam & Scandinaviam interfuſum, ampliſſimum; à promont. Cimbrorum, ubi os illius eſt, Viburgum uſque urbem extremam ſinus Finnici 210. leuc. extenſum, de quo veteres titubanter admodum ſcripſere, latè terras ſubit ad inſtar ingentis ſinus, aliis *Codanus ſinus*, ab inſ. *Codanonia*; & quanquam in ejus aditu ſint multæ inſ. tamen ex omni parte imperium eſt, niſi in Sundico freto. Mare autem illud terras ſubiens, iterum in duos ſinus dividitur, Boddicum ſc. & Finnicum.

Bamberga, & *Babenberga*, vulgò *Bamberg*, urbs Germ. in Franconia, prope confluentes Mœni & Regnitii flu. ſub proprio Epiſcopo cum tractu adjacente. 9. leuc. diſtat ab Herbipoli; & à quibuſdam creditur Bergium Antiquorum.

Bamuræ, pop. Libyæ inter. in Mauritan. confin. Getulis finitimi, curſu perniciſſimi, carentes ferro, haſtilibuſque ligneis utentes. Silius lib. 3.

Tum chalybis pauper Bamuræ cruda juventus.

Banattia, urbs erat Vacomagum, nunc caſtrum *Ban*, in Scotia ſept. ad amnem *Findorn*, in Moraviæ Com. verſus Badenacham.

Banburia, op. Angl. in Com. Oxonienſi, ad Cherwellum amnem, 18. m. p. ab Oxonio in ſept. & 14. à Varvico verſus auſt.

Bancona, *Oppenheim*, op. Germ. ſup. ad Rhenum in Palatinatu, inter Wormaciam 4. & Moguntiam 3. leuc. diſſitum.

Bangorium, ſeu *Bangoria*, urbs Walliæ epiſc. ſub Arch. Cantuarienſi. Sita eſt ad fretum *Menay*, in Com Arvoniæ, 3. mill. à Bello-Mariſco, & 6. ab Arvonia op. in ort.

Bantamum, *Bantam*, urbs ampla & empor. celebre Aſiæ, in inſ. Java, caput regni cogn. 15. leuc. à Batavia urbe occaſum verſus prope fretum Sundæ ex adverſo inſ. Sumatræ.

Bantia, urbs Italiæ, Steph. meminit ejus Livius lib. 27. ubi de Marcello Conſule; *Inter Venuſiam, Bantiamque minus 3. m p. intervallo Conſules binis caſtris conſederunt.* Idem legas apud Plut. in eodem Marcello. Ἐξῆλθε μὴ τῶν συνάρχοντος ὅπως τὸν πόλεμον, καὶ πολλὰ μεταξὺ Βαντίας πόλεως καὶ Βενουσίας καιρὸν ἠρέτισε τὴν Ἀννίβου. Hinc *ſaltus Bantini*, apud Horatium Carm. 3. Od. 11. Ubi vulgò *Batinos*, ſed malè legitur.

Bapalma, *Bapaume*, op. Arteſiæ, in ditione Francicâ, ab an. 1641. med. fermè inter Peronam & Atrebatum in Lim. Picardiæ. *Balma* quibuſdam dicitur. Long. 24. 03. Lat. 50. 04.

Bara, inſ. parva, ante Brundiſium urb. in portu illius *Pharos* Melæ, quæ nunc *S. Andrea* dici videtur; à cujus incolis Barium urbs condita eſt, teſte Feſto.

Bara, op. Africæ in Æthiop. ſuper. ſeu Abaſſynia in prov. Gorga, prope Lac. Zaflanum.

Bara. Vide *Dumbarum*.

Barace, urbs Indiæ, *Diu* quibuſdam, in parva inſ. prope Sin. Cambaiæ, longè ab oſtio Indi flu. Quanquam non deſint qui credant Dium olim fuiſſe Alambatrum. Long. 111. 00. Lat. 18. 00.

Baracura, urbs & emporium Indiæ ulter. marit. *Bacala* Caſtaldo, *Bangela* Appiano.

Bara pura, urbs Indiæ ſub domin. M. Mogolis 100 mill. à Surata verſus ort. & 200. ab Agra in merid.

Baratha, vel *Baratta*, urbs Lycaonia epiſc. ſub arch. Icopienſi: quam quidam extare, nomenque antiquum retinere ferunt. Long. 65. 30. Lat. 38. 30.

Barathia, urbs Africæ litor. inter oſt. Cinyphi & Trierorum promont. ultra Leptim. *Brata* Caſtaldo.

Barathra, Polyb. *Barathron* Diod. Sic. palus Palæſtinæ Sirbonidi juncta. *Baſerena* Nigro.

Barathrum, Diomedi locus eſt Athenis, in quem damnati præcipitabantur. Alii nomen eſſe loci aiunt in Ægypto profundiſſimi.

profundiſſimi. Eſt & generale nomen apud Græcos *pro quovis loco cavo & profundo.* Hoc etiam nomine appellantur terræ cavitates, quæ fluvios hauriunt aliis in locis emerſuros. Transfertur quoque ad alia. Martialis *Barathrum fœmineum* pro locis muliebribus dixit. Idem Stomachi imum hiatum *Barathrum* appellavit,

Extremo ructus ſi venit à Barathro.

Horatius de lurcone & voraci.

Pernicies & tempeſtas, barathrumque macelli,
Quicquid quæſierat ventri donabat avaro.

Ponitur & pro *meretrice.* Plautus in Bacchidibus.

O barathrum, ubi nunc es? ut ego te uſurpem libens!

Barathrum, inquit Feſtus, *Græci appellant locum præcipitem, unde emergi non poſſit,* additque venire à βαθὺς *profundus,* niſi βαρὺς ibi legendum. Ridiculè vero Iſidorus, lib. 14. cap 9. ubi *barathro* Latinum etymon aſſignat, ac dici putat, quaſi *voratrum.* Nec multo melius Rhodiginus, lib. 9. cap. 32. à βαίνειν ſc. *ab eundo,* nempe quia, ex ejus mente, propriè ita dicantur catarractæ, ob aquarum ingreſſum. Quanto veriſimilius doctiſſ. Martinius à Chaldæis eſſe putat, quibus בּיר *ber puteus* eſt & אחר *athar lacus,* quippe Ionibus dicitur βέρεθρον, quod Heſychius exponit κοίλωμα καλαχθόνιον. Vide Suidam in Βέρεθρον.

Barba, portus Troezenis, urbs Argivorum, teſte Euſt. in Odyſ. 2. Unde adag. *Navigare Troezenem,* in eos qui imberbes barbati videri volunt, qu. ad eum portum barbam adepturi navigent.

Barbana, Boiana, flu. Dalmatiæ in mare Adriaticum prope Dulcinium ſe exonerans.

Barbari, Bermet Caſtaldo, *Meti* Reſendio, urbs Indiæ citer. apud oſt. Indi flu. Long. 114. 10. Lat. 18. 40.

Barbari, ficto nomine, inquit Strabo lib. 14. dicti ſunt ab initio, qui difficultèr, aſperè, atque duritèr loquebantur, quaſi *duriloqui* & *craſſilingues,* , à βαρβὰρ abſonâ voce, in quam peregrini homines Athenas adventantes identidem incidebant. Sic etiam dicuntur illiterati, malis moribus, crudeles. Arabicè autem *Bar deſertun* ſig. indè forſan *Barbariæ* nomen. B. Paulus. *Barbarus erit mihi, & ego illi.* Ovidius.

Barbarus hic ego ſum, qui non intelligor ulli.

Atque hoc cenſu civili; Anagogico autem ſeu Spirituali, benè vetus Gloſſa in Pſalmos. *Barbara lingua eſt, quæ Dominum non laudat.* Hinc *Barbariſmus,* quem ſic definit Suidas. Ἔστι ὁ βαρβαρισμὸς ἐν τῇ γλώσσῃ λέξις παρὰ τὸ ἔθος τῶν ἀδοκιμάστων Ἑλλήνων. Veteribus autem omnes Barbari erant, qui non erant Græci, & Barbarum τὸ οὐκ Ἑλληνικόν. Unde Sophocles.

Τῷ βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαίω.

Undè Plautus, teſte Feſto, Nævium poetam Latinum *barbarum* dixit. Et in Aſinariæ prologo. *Marcus vortit barbarè,* h. e. *Plautus reddidit Latinè.* In Capteiveis quoque legas *Barbaricum jus* pro *Latino jure.* Et B. Paulus 1. ad Rom. Ἕλλησι τε καὶ βαρβάροις. Eadem ratione Latini auctores non utentes linguâ Romanâ *barbaros* dixerunt omnes, ſicut & Cicero Afros, Gallos, Hiſpanos, in Epp. ad Qu. Fratrem. Imo Lacones hoſpites & peregrinos dixiſſe *barbaros* annotatum ab Euſtathio ex Herodoto in 3. Iliad. *Barbari* aliquando pro *Judæi.* Juſt. M. Apol. 2. Οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες χριστιανοί εἰσι κἂν Ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷοι ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς ἐν BAPBAPOIΣ δὲ Ἀβραάμ, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ καὶ ἄλλοι πολλοὶ· οἱ δὲ βιώσαντες ἀχρήστοι οὐκ εἰσὶ χρειστιανοί. Clariſſimus Voſſius lib. 1. de Vitiis ſermonis cap. 1. ex Chaldaico בר *bar,* quod *extra,* vel *foras* ſig. deducit.

Barbaria, Africæ quam in quatuor partes Neoterici ſcriptores diſtinguunt, pars præcipua & prima eſt. Ab ortu habet Marmaricæ (quæ hodie *Barcha* dicitur) deſerta, ad montis uſque Atlantis partem *Meies* appellatam, quæ pars à Strabone fortè ſub nomine *Aſpis* deſcribitur. Hæc mont. Atlantem habet à meridie, ab occaſu autem ipſum mare Atlanticum, Septentrionale vero latus mare mediterraneum lambit. In quatuor regna dividitur, Marocchum, Fezzam, Teleſinam & Tunetem. Ab hominibus ſubfuſci coloris habitatur. Regionis pars quæ mare mediterraneum ſpectat, montibus occupata eſt, à quibus uſque ad Atlantem planitie gaudet ſpatiosâ, & quibuſdam etiam colliculis. Maxima hic fontium copia, rivuliſque amœniſſimis regio irrigatur. Dactylorumque, malorumque Punicorum feraciſſima, ſed frumenti non adeo fertilis, frugum autem ſc. ficuum & olearum ubertate felix. Frigus ibi nunquam adeo intenditur, ut quis ignem ob id accendere velit. Autumni finis, tota hyems, bonaque veris pars impetuoſis plena ventis, quin & grandinibus, fulguribus ac tonitruis horridis interdum diſcruciantur. Accuratam *Barbariæ,* ac totius Africæ, morumque gentis deſcriptionem habes apud Joannem Leonem Africanum, & Tho. Fazellum cap. 1. lib. 6. Decadis rerum Sicularum. *Barbaria* etiam inſ. Gangetis Indiæ fluvii Ptol. Item reg. juxta Arabicum ſinum, unde *mare Barbaricum.* Steph. Item *Barbaria* Phrygia, & Trojanum regnum. Horat. lib. 1. ep. 2.

Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

Sciendum enim καθ' ὑπερβολὴν & propriè veluti, *Barbaros* à Latinis vocari Phrygas, unde *tibia Barbara* pro *Phrygiâ* apud Catullum. *Aurum Barbaricum* i. e. *Phrygium* apud Virgilium. *Barbaricæ veſtes, Phrygiæ,* vel *acupictæ* apud Lucretium. Hinc *Barbaricarii* in Codice, *Phrygiones,* vel *acupictores.* Ovidius quoque *Barbariam* poſuit pro reg. Geticâ.

Me ſciat in mediâ vivere Barbariâ.

Apud eundem ſig. *agreſtem ruſticitatem* ſive *ruditatem.* lib. 3. Triſt.

Ingenium quondam fuerat pretioſius auro,
At nunc Barbaria eſt grandis habere nihil.

Barbeſola, Hiſp. Bæticæ op. in conventu Gaditano. *Marbella,* teſte Flor. Item flu. qui urbi nomen dedit. Long. 16. 00. Lat. 36. 54.

Barbyſes, vel *Barbyſſus,* flu. agri Byzantini in ſinum Ceratinum influens. *Cataricon* incolis, & *Pectinacorion,* teſte Gyllio.

Barcæi, pop. apud Colchos & Iberos, qui ſolent agnatos morbis extinctos, velut ignavos igni tradere, in bello autem defunctos, tanquam ſtrenuos, objicere vulturibus. Ælian. de Anim. lib. 10. cap. 22. ubi tamen γῦπες Ἑσπέριοι dicuntur.

Barce, vel *Barca,* eadem quæ *Marmarica,* teſte Bochartо. Et urbis nomen in Cyrenaicâ vetuſtiſſimæ, de quâ multa Herodotus, lib. 3. & 4. Et Silius, lib. 3.

———*Barce ſitientibus arida venis*
Nec non Cyrene. Claud. be bello Gildonico.
Diſſidet occiduis quod Gadibus arida Barce.

Plerique eandem eſſe volunt cum Ptolemaide. Strabo lib. 17. Εἶθ' ἡ Βάρκη πρόπεσεν, νῦν δὲ Πτολεμαΐς. Plin. 5. 5. *Ptolemais antiquo nomine Barce.* Servius in lib. 4. Æn. *Barce autem civitas eſt Pentapoleos, quæ hodiè Ptolemais dicitur.* Steph. Βάρκη πόλις Λιβύης, ἥτις καὶ Πτολεμαΐς. Suidas & Sophoclis Schol. in Electram, Βάρκη δὲ πόλις Λιβύης ἡ νῦν Πτολεμαὶς καλουμένη. Tamen in Ptolemæo, lib. 4. cap. 4. *Ptolemais* & *Barce* ſunt diverſæ urbes, quarum illa litorea eſt, hæc in mediterraneis. Sed & apud Scylacem Caryandenſem, ἡ πόλις ἡ Βαρκαίων ἀπὸ θαλάσσης ἀπέχει στάδια ϛ', id eſt, *Barcæorum urbs ſtadiis centum à mari diſtat;* cum in litore Ptolemaidem etiam alii deſcribant. Itaque Ptolemaidem Ptolemæi condidere, non quo loco erat urbs, ſed quo loco erat portus Barces, de quo Scylax, Ἐκ δὲ λιμένος τοῦ Κυρηναίων μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην στάδια φ'· *à portu Cyrenes ad portum Barces ſtadia* 500. Ut ut ſit Barcæorum nomen à *Barce* factum, ſumitur multo latius, quam pro ſolis *Barces* civibus. Extenditur enim ad omnes barbaros undiquaque diffuſos, ut apud Virg. Æn. 4. ubi ponuntur in cenſu populorum qui terrori erant Pœnis.

Nec venit in mentem quorum conſederis arvis?
Hinc Getulæ urbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt & inhoſpita Syrtis;
Hinc deſerta ſiti regio, lateque furentes
Barcæi. D. Hieronymus *lateque vagantes* legit.

Mihi autem (inquit Bochartus) non fit veriſimile unicam gentem tam latè fuiſſe diffuſam; Tantum, ut Marmarica hodiè dicitur deſertum *Barca,* ita Barcæos olim eoſdem fuiſſe probabile eſt cum Libybus, & Marmaridis, qui erant circa Cyrenen. Huc facit quod Βάρκαιον Stephanus. Λίβυν exponit. Et Heſych. Βαρκαίοις ὄχοις, Λιβυκοῖς. Οὗτοι γὰρ ἐπιτήδειον τὸν ἱππόδρομον, φασὶ δὲ αὐτὸς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι. διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ νικᾶν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης. h. e. *Barcæis curribus,* i. e. *Libycis. Illi enim equis alendis ſtudebant, & primi dicuntur junxiſſe currum, & agitaſſe, illud à Neptuno, hoc à Minervâ edocti, ut refert Mnaſeas in libris de Libya.* Hæc ille, haud dubiè, ex Electrâ Sophoclis, verſ. 728.

Μέτωπα συμπαίων Βαρκαίοις ὄχοις.
Barcæi rectis frontibus feriunt juga.

Ubi Βαρκαίοι ὄχοι *Barcæi currus* iidem ſunt, de quibus paulo ante dixerat,

Λίβυες ζυγωτῶν ἀρμάτων ὀπάονες
Regunt habenas curruum auriga Libes.

Barcino, Barcelona, urbs Hiſp. citer. marit. empor. ac inter primas Hiſp. urbes, Catalauniæ caput, ſeu conventus juridicus & Academia, Epiſcopalis urbs eſt ſub Arch. Tarraconenſ. inde 11. leuc. in Bor. Gerundam verſus 14. à

Cæſ. Auguſta ſupra 40. in ort. prope oſt. Rubricati & Bætulonis flu. Auſon. ep. 24.

Tarraco & oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto.

Long. 24. 00. Lat. 42. 05.

Baris, Indiæ fluvius. Item caſtellum Templo Hieroſolymitano adjacens, quod poſteà *Antonia* cognominatum eſt. Joſeph de Bell. Jud. lib. 1. Apud Stephanum legimus Βάεις, πόλις, τὸ ἐθνικὸν Βαείτης. Λέγε δὲ Βάεις ἡ οἰκία, ὡς Ποσειδιππεύς, καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἐφορος. Navigii genus ita vocari teſtes ſunt Heſychius & Sudias. Ionum autem id vocabulum eſſe, Corinthus auctor eſt. Videntur vero & illi à barbaris accepiſſe; ac propterea, puto, Euripides Βαρβάρους βάεις dixit. Et à quibus potius quam Ægyptiis? Nam Herodotus in Euterpe cum locutus eſſet de genere navigii Ægyptiaci, atque id nominaſſet Βάριν, ſubjicit, Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα ὅτι τοῖσι πλοίοισι τούτοισι. Propertius quoque, qui unus Latinorum uſus videtur, ſic ſcribit de Ægypti reginâ lib. 3. Eleg. 10.

Scilicet inceſti meretrix regina Canopi
Una Philippeo ſanguine inuſta notâ,
Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubim,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas;
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Barium, Apuliæ op. vulgò *Barri*. Feſtus ſic dictum ſcribit à conditoribus, qui expulſi ex inſ. *Barâ* urbem hanc condiderunt. Hic reges Neapolitani coronari ſolebant. Horatius in Hodœporico.

Bari mœnia piſcoſi, dehinc Gnatia lymphis.

Long. 41. 12. Lat. 41. 05.

Barium, ſeu *Barum*, *Bar*, op. munitum Poloniæ in prov. Podoliæ. Arcem habet in colle, & tota paludibus vallatur, ad amnem *Kow* 18. leuc. à Caminieco in ort. & tot. fere à Braclavia in occ.

Barium ad Albulam, *Bar ſur Aube*, op. Gall. in Campaniâ prov. Vino ſuo celebratur, diſtatque 10. leuc. à Trecis verſus ort. & 6. à Calvomonte.

Barium ad Sequanam, *Bar ſur Seyne*, urbs Gall. in Duc. Burgundiæ, & Montanenſi agro, prope confin. Campaniæ, 5. leuc. ſupra Trecas in merid.

Barnaſtapula, *Barnſtable*, op. Angl. in com. Devon. juxta flu. Tavum cum portu cogn. 4. mill. ab eo diſtat, 20. autem mill. ab Exoniâ in Bor.

Baralum, ſeu potius *Barulum*, vulgò *Barletta*, op. agri Bariani in orâ 4. mill. ab oſt. Aufidi flu. & tot. à Tranio. Long. 40. 35. Lat. 41. 20.

Barra, *Barriano*, op. olim Cenomannorum, nunc caſtr. agri Bergomenſ. intra montes, à Bergomo 10. m. p. Apud Caton. eſt op. Orobiorum, à quibus ſunt Bergomates.

Barro-ducum, *Barleduc*, urbs Lotharingiæ, Duc. Barenſis præcipua, in clivo cum caſtr. munito ad flu. *Ornain*. Diſtat 15. leuc. à Nanceio, & 13. à Catalauno.

Barſa, inſ. Gall. in ora Britanniæ min. ſeu Armoricæ adjacens, vulgò *Iſle de Bas* prope Staliocanum port. ſeu Fanum S. Pauli Leonenſis.

Barſalium, quæ & Sergiopolis poſtea dict. urbs fuit Armeniæ tertiæ ad Euphratem flu. inter Samoſatham & Claudiopolim.

Baſan, i. e. *in dente*, ſive *in ebore*, aut *in mutatione*, vel *in ſomno* aut *confuſio*, vel *ignominia*. (Heſychius. Βασὰν, αἰσχύνη.) Regia Og Regis, quæ paſcuis, ac nemoribus abundans cecidit in ſortem dimidiæ tribûs Manaſſis. Quæ & *Havoth-jair* Deut. 3. dicitur ac *terra Rephaim*. Græcè Joſepho, Ptolemæo, & Stephano Βαϛανέα, vel Βαϛανία, cujus paſcua præter Moſen ac Davidem, veteres ſcriptores mirè celebrant. Hieronymus in Amos cap. 4. *Vaccas pingues de armento ſe eſſe noverint, ſive quæ nutriantur in paſcuis Baſan, quæ ſunt loca herbarum fertiliſſima.* Theodoretus ibidem Δαμάλεις ἢ αὐτὰς τὴν Βασανίτιδα ὀνομάζει, ὡς ἀξιεπαίνετος, καὶ χαλδαϊκῇ πανδοκτικῇ κεχρημένας. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὴν Βασανίτιδα αἱ δαμάλεις διὰ νομῆς εὐφορίαν σκιρτῶσαι. Scilicet teſte Cyrillo in eundem locum, χώρα ἡ Βασανῖτις, ἔνυδρός ἐστι καὶ εὐάνδρης καὶ πολὺ λίαν εὐπαιδείας ἔχουσα παρὸ τὸ λύπας κεφαλαιώδεις ἀμφιλαφῶς τὸν ἐν αὐτῇ βοσκόμενα. Apud Tzetzen Chil. 10. Hiſt. 306. legitur

Βασὰν κεκλήκασι Σκυθῶν λέγε πόλις τινάς.

Magno errore. Aliud enim *Baſan* regio, aliud *Bethſan* opidum, quod Græcè Σκυθόπολις dicitur, non tamen à *Scythis* uti volunt, ſed quia ſpinæ genus שטה *ſcitta*, ibi creſcebat affatim, uti docet Bochartus Heſych. Βασὰν αἰσχύνη. Forte alludit ad Hebræum בוש quod ſign. *pudefieri*.

Baſanburgum, ſeu potius *Batavorum Arx*, vulgò *Batenburg* eſt ad Moſam flu. 2. leuc. à Noviomago in merid.

Baſi, *Bas*, op. Hiſp. Tar. in Catalaunia, Vicecomit. inter Capprariam & Campum rotundum op. olim urbs epiſc. ſub Arch. Tarraconenſi.

Baſiana, vulgò *Poſega*, urbs Hungariæ in Sclavoniâ reg. & caput Poſegienſis Com. ad flu. Oriavam, qui 2. leucis infrà in Savum ſe exonerat.

Baſilia Diodoro, Baltia Platoni, *Scandia* Ptol. *Scandinavia* Plinio, malè ab antiquis credita inſula, longè verſus Sept. & Orient. extenditur, continens regna Norvegiæ & Sueciæ: ubi partes præcipuæ ſunt Gothia, Suecia propria, Lapponia, & Finlandia. Vide *Scandinavia*.

Baſilea, *Baſil*, urbs Germ. ſup. ad Rhenum interfluentem, ſeu dividentem, ab Auguſta Vindelicorum 31. mill. verſus occ. à Tiguro 9. & à Nanceio 24. leuc. urbs eſt perampla & benè munita; liberrimo recreatur aëre, ſolum habet fœcundum, ſcaturigines multorum fontium, concurſus multorum amnium (ibi enim Rhenus excipit fluvios Birſæ ex M. Jurâ profluentem, & Wieſam è Silvâ Nigra) Pio Pontifice 2. inſtitutore celebri gaudet Academia. In Helvetici fœderis ſocietatem recepta eſt an. 1501. Long. 29. 15. Lat. 47. 25.

Baſilicata, prov. regni Neapolit. ubi alias major & potior pars Lucaniæ, inter principatum citer. Calabriam, ſin. Tarentinum, & Terram Barenſem. Reg. eſt ſat ſterilis & inculta, cujus primaria urbs eſt Acherontia verſus Apenninum M.

Baſſiniacus ager, *Le Baſſigny*, reg. Gall. in prov. Campaniæ, verſus fontes Moſæ & Matronæ flu. Ejus lim. perîêre, ſed magna pars hodie ſub Lotharingia continetur.

Baſta, ſeu *Haſta*, vulgò *Vaſte*, & *Baſti* op. Sulentinorum in ora, inter Hydruntum ad Bor. ad Iapygium prom. ad oſt. utrinque 15. m. p. diſtans, nunc vicus tantum. Long. 42. 40. Lat. 40. 30.

Baſtarnæ, vel *Baſternæ*, pop. Sarm. Europææ, ad oram maris Euxini, Peucinis, qui in Podolia, & Alanis, qui in Lithuania cenſentur, finitimi. Ovid. 1. Triſt.

Hactenus Euxini pars eſt Romana ſiniſtri,
Proxima Baſternæ, Sauromataque tenent.

Dionyſius:

——Μαιώτιδι κόλπῳ ἐς χθόνα λίμνης
Γερμανοὶ Σαμάται τε, Γέται θ' ἅμα Βαστάρναι τε.

Claudiano *truces* dicuntur. Et alibi apud eundem:

——*cæde tumentes*
Baſternas unâ potuit delere ruinâ.

Baternas prope *Baſternas* Poeticâ licentia videtur dixiſſe Val. Flac. lib. 6. his verſibus:

Atque ubi Sidonias inter pedes æquat habenas
Illic juratos ſecum trahit Exa Baternas.

Ita legit Hen. Valeſius notis ad excerpta ex Jo. Antiocheno, ubi vett. ed. *Æa* habent.

Baſti, *Baza*, op. Hiſp. Tar. Baſtitanorum cap. juxta flu. *Guadalentin*, verſus lim. regni Murciæ & Caſtellæ novæ, 7. leuc. ab Acci. Long. 18. 25. Lat. 37. 40.

Baſtitani, Hiſp. pop. prope Turdulos, qui & *Baſtuli*. Strabo. lib. 3. ἐνταῦθα δὲ ὄρη ἐστὶ τὰ Ἰβήρων τὰ καλούμενα Βαστητανῶν, ἃς καὶ Βαστόλας καλοῦσιν, ἢ Κάλπη. Ptolemæus. Βαστυλῶν, τῶν καλουμένων Ποιητῶν, Μυρταλία, Τραγοδάκτα, Βαρβήσουλα, Καστηλία, Κάλπη. Ex *Baſtitanis* autem ſive *Baſtis* facti corruptè *Baſtuli*, & corruptius *Blaſturi* apud Marcianum lib. 2. Peripli ubi mem. circa Carteiam Βλαστυρῶν τῶν καλουμένων Ποιητῶν, nempe reſpectu originis. Nam ad eos maximè pertinent hæc Plinii, ut docet ſermonis ſeries. *Oram eam univerſam originis Pœnorum exiſtimabat M. Agrippa.* Vide Boch. de Phœn. Col. pag. 685.

Batana, locus juxta Euphratem. Steph. Vide *Agbatana* apud eundem. Hic Θησαυροφυλάκιον regnum Mediæ & Perſiæ fuiſſe teſtatur Iſidorus Characenus. *Ecbatana* vocant Qu. Curtius & Juſtinus. Hic lib. 4. *Se quoque cum tranſiſſet mare, non Ciliciam aut Lydiam (quippe tanti belli exiguam hanc eſſe mercedem) ſed Perſepolim, caput regni ejus, Bactra, deinde Batana, ultimique Orientis oram, imperio ſuo deſtinaſſe.* Sic lege. Nam M.S. habebat *Batava*. Ille lib. 12. *Centum nonaginta millia talentûm Ecbatanis congeſta.*

Batanæſara, Indiæ intra Gangem urbs Ptol. *Baisadul* Caſtaldo.

Batavi, pop. Germaniæ, de quibus Luc. lib. 1.

Vangiones Batavique truces, quos ære recurvo
Stridentes acuere tubæ.

Auricomas appellat Silius lib. 3.

Jam puer Auricomo performidate Batavo.

Unde Mart. 8. 32.

Et mutat Latias ſpuma Batava comas. Hi *Hollandi* vocantur. Tacitus de moribus Germanorum. *Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi non multum ex ripâ, ſed inſulam Rheni colunt, Cattorum quondam populus & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperii fiorent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis*

ſocietatis inſigne; nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus attерit: exempti oneribus, & collationibus, ac tantum in uſum prælиorum ſepoſiti. Plin. 4. cap. 15. *In Rheno ipſo,* inquit, *prope centum m. p. in longitudinem nobiliſſima Batavorum inſula.* Plutarchus in Othone. Τοῖς δὲ μονομάχοις ἐμπρεῖναι τε καὶ θάρσος· ἔχειν γὰρ τὰς συμπλοκὰς δεινὸν ἐπήγαγεν Οὐαρος Ἀλφηνὸς τοὺς κελεμβώδεις Βαπάλους. Lege Βαπάβους vel Βαταύας. Ἐσὶ δὲ Γερμανῶν ἵππος ἄριστοι, νῆσον οἰκοῦντες ὑπὸ τῷ Ῥήνῳ πρειββομβίων. Dio. lib 55. Ξενοὶ δὲ ἱππεῖς ὀπίλεκλοι, οἷς τὸ τῶν Βαταύων, ἀπὸ τῆ Βαταύας τῆ ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσῳ ὄνομα. Zoſimus lib. 3. Καὶ τὴ Βαταβίᾳ πρεσβύλες, ἣν δίχα χελώμβου δ' Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης πολλμίας μείζονα νήσε. Hinc *Batava auris* apud veteres pro *aurâ.* Mart. 6. 83.

Cujus nequitias, jocoſque novit
Aurem qui modo non habet Batavam.

Nam quod vulgò legitur *ſeveram* è gloſsâ videtur huc tranſmigraſſe. Eorum regio *Batavia* vulgò *Le pays de Holland.* Nannius Miſcell. lib. 10. ait in Hollandiâ multo infra terram ingentes arbores reperiri: unde quoſdam opinatos eſſe, illic olim fuiſſe ingentes ſylvas, & vel vi ventorum vel terræ motu concidiſſe, atque adeo ipſam *Hollandiam* olim *Holthlandiam* eſſe dictam: ſic etiam antiquiſſimis libris eam appellari; author eſt Mart. Dorpius, irridens eos, qui *Hollandiam* à *cavitate terræ* nominari putent. Alios etiam ait à *fœno* putare eam *Haylandiam* quia *paſcuoſa eſt.* Aliis dicitur qu. *Hot-land.* *Batavos* autem ab eâ plagâ, quæ etiamnum linguâ eorum *Der Betowe* dicitur, vocatos credit Adolph. Metkerchus cap. 41. de vet. pronunc. L. Græcæ. Imperito quidem Latinorum vulgo liceat omnem Hollandiam *Bataviæ* nomine appellare, eâdem ſc. ratione, eodemque jure, quo *Belgicam* nunc vocant id terrarum ſpatium, quod 17. Provinciis diſtinctum, dimidium ſui in Germaniæ ſolo obtinet; cum antiquitus omnis Belgi cacis Rhenum conſtiterit; quoque jure Pannoniam dicunt Hungariam, quæ tamen vix tertiam ſui partem in veteri Pannoniâ cenſere poteſt.

Bathonia, vulgò *Bathe,* urbs Angl. in agro Somerſetenſi, quæ à thermis ὕδατα Θερμὰ i. e. *Aquæ calidæ* dicitur Ptolemæo. *Aquæ Solis* autem Antonino, *Caer Badon* Britannis, Saxonibus valetudinariorum concurſu *Acknanceſter,* i. e. *urbs valetudinariorum,* Stephano Βαδίζα. Subſidet in planitie haud ita magna & ex omni parte collibus pari quaſi altitudinis faſtigio obvallata, è quibus perennium rivulorum ſcaturigines in urb. magno civium commodo deſcendunt. In ipſa urbe 3. calidi fontes ebulliunt, cæruleo & marino colore, tenues nebulas & quaſi Mephitim exhalantes, ſulphure enim & bitumine aqua percolatur; qui efficaci remedio ſalutares corporibus, quæ pravis humoribus torpeſcunt: Sudorem enim calore ſuo proliciunt, & humorum contumaciam edomant. Non omni tamen horâ ſunt ſalutares. Ab hora enim 8. ante merid. uſque ad 3. à meridie maxime fervent, & exæſtuant, ac turbidi fœda quædam ex imo fundunt, quibus temporibus clauduntur; nec quiſquam ingrediatur donec per emiſſaria ſua ſe ſordibus illis liberarunt. Ex his 3. qui *Crucis Balneum,* ob crucem olim in medio erectam vocatur, miti admodum & temperato calore tepet: & 12. ſedilia è ſaxo in margine habet, muróque includitur. Alter v. vix 200 hinc pedibus, multo magis fervet; unde *Hot Bath* i. e. *fervidus* nominatur. His contiguum eſt Noſocomium à Reginaldo Bathonienſi Epiſcopo poſitum, ut valetudinariorum inopiam ſublevaret; & hic duo in medio ſunt plateæ ad occiduam urb. partem. Tertius Max. in urbis quodammodo ſinu eſt, & *Balneum Regium* appellatur, juxta Eccleſ. Cathedralem, muro etiam circumdatur, & 32. ſedilibus areuato opere adaptatur, in quibus viri & mulieres ſeorſim ſedeant, qui lineis induſiis, cum ingrediuntur, ſe ſuperinduunt. Ubi jam Eccleſ. Cathedralis olim erat Minervæ templum. Solinus: *In Britannia calidi ſunt fontes opiparo exculti apparatu ad uſus mortalium, quibus fontibus preſue eſt Minervæ numen,* &c. Horum autem inventionem referunt fabulæ ad Britannorum regem Bleyden *Cloyth,* i. e. *Magum* quam probabiliter dixerint alii. Camden. Long. 25. 20. Lat. 51. 38.

Battarus, Guattaro Scaligero. Flu. Corſicæ. Val. Cato Dirarum initio:

Battare cygnæas repetamus carmine voces.

Batulum, op. Campaniæ exciſum. Virgil. Æn. 7.

Quique Rufas Batulumque tenent, atque arva Celennæ.

Bavaria, Bayern, regio Germ. perampla & fertiliſſima, Ducatûs tit. clara. Habet à Sept. Danub. ab Oriente Auſtriam, à merid. Com. Tirolenſ. & ab occid. Sueviam. Ejus Dux eſt S. Imperii Elector, à paucis annis, & ejus dominio ſubeſt Palatinatus ſuperior. Urbes in eâ præcipuæ ſunt Friſinga, Ingolſtadium, Landſhutum, Monachium, Ducatûs caput, Novoburgum, Ratiſpona, & Straubinga.

Bauli, villa quædam Latii, ponitur vulgò inter Miſenum promont. Bajarumque lacum. Perperam Plinius lib. 3. cap. 5. inter Baias atque Lucrinum lacum habet. Hoc enim ſi verum, tota Taciti graviſſimi ſcriptoris narratio falſa erit. Sic enim ille Annal. 14. *de Baulis* loquens. *Id villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter & Bajanum lacum flexo mari adluitur.* Cui tamen adſtipulatur Symmachus lib. 1. ep. 1. *Baulos,* inquit, *Lucrinâ ſede mutavimus.* Propius autem Baias quam Miſenum fuiſſe hos *Baulos,* teſtatur haud obſcurè Plin. 9. 55. *Apud Baulos in parte Bajanâ piſcinam habuit Hortenſius orator, in quâ murænam adeo dilexit, ut exanimatam fleſſe credatur.* In ipſo fuiſſe litore præter Tacitum aſſerit Silius Italicus lib. 12.

Nec non Miſenum ſervantem Idæa ſepulchro
Nomina, & Herculeos videt ipſo in littore Baulos.

Villam hic fuiſſe Hortenſii præter Plinium, teſtatur M. Varro de R. R. 3. 17. itemque M. Tullius Acad. Qu. lib. 2. uti videre eſt in his. *Quibus de rebus & aliàs ſæpè nobis quæſita & diſputata ſunt, & quondam in Hortenſii villâ, quæ eſt ad Baulos.* Denique Symmachus ejus poſſeſſor Ep. 1. lib. 1.

Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coegit,
Inde recens ætas corrupta Boaulia, Baulos
Nuncupat.——

Bebriacum, vicus inter Cremonam & Veronam, apud quem Vitellius Othonem ſuperavit. Juven. Sat. 2.

Bebriaci in campo ſpolium affectare palati.

Hunc vicum Itali hodiè *Labinta* vocant. Freculphus Tom 2. lib. 1. cap. 21. *Hedriacum* legit. Apud Joſ. de B. Jud. lib. 5. cap. 8. Φενγδακὸν eſt. Tacitus *Bedriacum* vocat. Plut. Βηριακὸν habet. Ita enim ſcribit in Othone. Ἔσι δὲ πολίχνη πλησίον Κρεμώνης τὸ Βηριακόν. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 259. 260. Inde *Bebriacenſes aves,* de quibus Plin. 20. 49.

Bebryces, vel *Bebrycii,* pop. à Thracibus oriundi, quos Stephanus ponit juxta Pontum, & Iberos, de quibus Strabo lib. 7. & 12. Hos Arrianus originem à *Bebryce* Danai filiâ traxiſſe, ſcribit. Eorum reg. *Bebrycia,* quæ poſtea *Mygdonia,* deinde *Bithynia* dicebatur. Regio eſt, inquit Solinus, opulenta, fertilis atque fœcunda. Unde Apollonius eam εὐδηλέα γαῖαν, *virentem*; Dionyſius λιπαρὸν, i. e. *pinguem terram* vocat. E Latinis duos eis adjungam, Val. Flaccum, & Lucanum. Hic.

Proxima Bebryaci panduntur litora regni,
Pinguæ ſolum. Ille.
Pinguis Bebrycio diſceſſit vomere ſulcus.

Bechires, gens Scythica, quæ cum ad Italiam veniſſet cum Attila, vinumque bibiſſet, omnium bibaciſſima eſt, Dionyſius:

Βύζηές τοι πρῶτα καὶ ἄγχεδι φῦλα Βεχείρων.

Suidas; Βέχιρες, ἔθνος Σκυθικόν.

Bedfordia, op. Angl. in com. cogn. ad Uſam flu. 14. m. p. à Northamptonia in ort. & 18. à Cantabrigia in occ.

Belbina, op. Peloponneſi prope Eurotam flu. ſupra Spartam in Laconia prov. Item inſ. in Saronico ſinu, *Blenda* Sophiano.

Belgæ, Galliæ pop. maximè qui verſus Oceanum incolunt; quos Cæſar *fortiſſimos Gallorum* vocat. Hinc *Belga,* unus ex Belgis. Lucan. lib. 1.

Et docilis rector roſtrati Belga Cavini.

Et adjectivum *Belgicus.* Virgil. 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo,

Ubi Servius, *Belgica eſſeda, Gallicana vehicula.* Horum appellatio refertur à quibuſdam ad innatam genti in dimicando ferociam. Nam *Balgen,* inquit Junius, eſt *manus conſerere.*

Belgæ, etiam pop. Albionis in Anglià, ad occid. quorum regio *Hantſhire, Wiltſhire* & *Somerſetſhire,* teſte Camdeno.

Belgæ, poſteà *Wellæ,* vulgò *Wells,* urbs Angliæ ultra Bathoniam urb. ad 24. m. p. in occ. quarum urbium epiſcopatus copulati ſunt ſub Archiep. Cantuarienſi.

Belgica, locus apud Antoninum inter Agrippinam ac Treviros; *Bullingen* Simlero.

Belgites, Pannoniæ pop. Plin. 3. 25.

Belgium, Belgarum opidum. Cæſar. lib. 3. de B. Gallico, *Beauvais* dictum videtur. *Belgium* item pro Belgarum regione, ut apud Livium Samnium pro Samnitum regione. Vide Glareanum in Annot. ad Cæſaris locum, & ad lib. 6. Comment. Belgium pars eſt antiquæ Galliæ Belgicæ, quæ mari Oceano vicinior eſt & verſus Sept. porrecta. Dicitur etiam *Germania inferior* ab aliquot ſeculis, tum quia tota reg. humilior verſus Oceanum, ubi confuſi ſunt admodum Galliæ Germaniæque limites; tum etiam quia harum gentium ſermo ab aliis Germanis non multum differt. Nunc

arctioribus quàm antea reſtringitur limitibus, habens à Sept. Oceanum, ab Occid. & à Merid. Franciam, ab Oriente autem Germaniam propriam. Totum Belgium ab incolis *Nederlandt*, à Gallis *Le Païs bas*, & ab Italis *Paeſi baſſi* vulgò dicitur, complectiturque 17. Provincias, quæ ſunt

Quatuor Ducatus, { Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Gueldriæ.

Septem Comitatus, { Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Zutphaniæ.

Marchionatus S. Imperii, ubi Antverpia.

Quinque Dominia, { Friſiæ Occidentalis, Mechiniæ, *Malines*, Ultrajecti, *Utrecht*, Tranſiſalaniæ, Groningæ.

Hæ omnes provinciæ olim regi Hiſpan. paruerunt, eique ſubſunt etiamnum meridionaliores. Sed quæ ſunt verſus Sept. ab Hiſp. defecerunt ſub Philippo 2. an. 1581. fœdúſque inter ſe inierunt quod Fœderato Belgio nomen dedit. Hinc orta diviſio in Belgium Hiſpanum quod perſæpe ab exteris *La Flandre* dicitur, & in Belgium Hollandicum, ſeu Fœderatum, & Provinciarum Unitarum, quod etiam aliis *Les Eſtates de Hollande* dicitur: ſub quo ſunt Hollandia, Zelandia, Gueldria pro maj parte, Zutphania, Tranſiſalania, Friſia Occident. Dominia Ultrajecti & Groningæ, & partes Septentrionales, Flandriæ, Brabantiæ & Limburgi. Reliquæ Hiſpano parent, exceptis Arteſia ferè tota & partibus maximis Flandriæ, Hannoniæ & Luxemburgi quæ Francorum agnoſcunt imperium.

Belgradum, urbs Hungariæ in Raſcia reg. Taurunum dicta & Alba Græca, Germanis *Griechiſch Weiſſenburg*, ad ripam Danub. ubi recipit Savum. Eam Turcarum Imp. Solymannus an. 1521. deditione obtinuit. Belgrade iter eſt 26. dierum Conſtantinopolim; & à Viennâ diſtat 102. leuc. Germ.

Beliſama, *Ribel* Camdeno, æſtuarum Angl. apud Preſtonium op. in Com. Lancaſtrenſi.

Bellomariſcus, *Beaumariſh*, op. Walliæ, in Monâ inſ. cum portu ad fretum *Menay* è reg. Arvoniæ Com. 3. mill. à Bangorio in Sept. & 8. ab Arvonia in ort.

Belon, urbs & flu. Hiſp. Bæt. Strab. lib. 3. Βαίλων Ptolemæo. Sed Strabo ſcripſit Βέλαν, ut ex Steph. cognoſcimus. Plin. 31. de Bæticâ: *Portus* Beſippo, opida Belon, Mellania. Quidam è Latinis *Bello* ſcribunt.

Belſia, *Beauſe*, reg. Gall. Celt. olim late patens, inter Pariſios ad ort. & Britan. min. ad occ. ac inter Ligerim flu. ad merid. & fines Normanniæ ad Bor. Nunc autem anguſtioribus reſtringitur limitibus, & continet tantum agrum Carnotenſ. cum parte Aurelianenſ. agri cis Ligerim, & aliquot al. regiunculis.

Belſinum, *Borja*, urbs Hiſp. Tar. in Celtib. in Cæſar-Auguſtam 10. & Turiſianonem ad occ. 5. leuc. *Beljoco* pag. proximus videtur Hen. Coquo, ita ut *Borja* novum Belſinum, non vetus ſit.

Belunum, *Belluno*, urbs Venetiæ epiſc. ſub Patriarch. Aquileienſi, in Marchiâ Tarviſina, ad Anaſſum flu. à Feltria 15. m. p. in ort. à Tarviſio 40. Long. 34. 21. Lat. 46. 00.

Bembina, vicus Nemeæ, unde *Nemeæus Leo* à Poetis *belua Bembenites* dicebatur. Panyaſis Ἡρακλείας primo:

Δέρμα τε δηΐοιο Βεμβινίτεω λεόντος.

Benacus, Plinio *Benacus*, Ptolemæo Italiæ lacus in Lombardiâ Tranſpadanâ; *Lago di gardà* Italicè, *Garoſee* Germanicè nominatur, uti referunt Leander & Tſchudus, quorum prior quoque *Benacum* urbem (unde lacui nomen) hoc tractu olim fuiſſe refert: cujus hodie veſtigia cernuntur in pago *Tuſculano* vulgò dicto. *Benacenſium* mem. quædam antiqua Inſcriptio in Orthographiâ Aldi. Fuit autem lacus non procul à Brixiâ Venetorum op. aureas arenas volvens, & piſces nutriens, quos *Indigenæ Carpiones* vocant, muſquam alibi repertos. Ex hoc Mincius flu. excurrit in Padum. Situs eſt autem in agro Veronenſi inter arctas montium fauces, adeo ut inter illos impetu coacti venti lacum more maris exagitent. Virg. Georg. 2.

Anne lacus tantos, te Lari maxime, teque
Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.
Claudianus in Epigram.

Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
Benacumque putat litora Rubra lacum. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 413.

Beneharnum, *Leſcar* quibuſdam, op. Aquitaniæ ad Gabarum flu. & inde nomen ſumpſit. Beneharnia prov. vulgò *Bearn* dict. ad radices Pyrenæorum M.

Beneventum, *Benevento*, op. Hirpinorum, Diomedis opus, teſte Solino, cap. 8. *Notum eſt Arpos & Beneventum* à Diomede conſtitutos. Olim *Maleventum* appellabatur; poſtea v. eò à Romanis colonia deducta, boni ominis gratia Beneventum vocari cœpit. Plin. 3. 11. *Hirpinorum colonia, nunc Beneventum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam adpellata Maleventum.* Long. 38. 42. Lat. 41. 22.

Beneventum, *Benavente*, op. Hiſpan. in regn Legionenſi cum arce, med. inter Senticam & Legionem ad Eſtolam flu. Long. 14. 30. Lat. 42. 10.

Bengalà, urbs Aſiæ cum regno cogn. in India extra Gangem ad oſt. Coſmini flu. non longe ab oſt. Gangis; eſtque urbs ampla & empor. celeberrimum, ab Europæis frequentatum, unde ab eà ſinus Gangeticus *Golfo di Bengala* dicitur.

Bennaventa, al. *Bennavena*, op. Angliæ inter Londinum & Eboracum, Lelando vicus in tractu *Northavondune*; Camdeno v. eſt *Wedon* à Northamptonia ad 7. vel 8. m. p. in Aſr. diſtans.

Bennopolis, *Hildeſheim*, urbs Germ. in Saxoniâ. Vide *Aſcalingium*.

Bercheria, *Berkſhire*, Comitatus Angliæ juxta Thameſim flu. inter Oxfordiam & Ultoniam. Ibi alias pars Atrebatum populorum.

Bercorcates, qui *Bercorates* Sanſoni, fuere Vaſatum pop. pars, ubi forſan nunc *Baulac* op. in eo tractu.

Berecynthus, mons Aſiæ in Phrygiæ M. & Cariæ confin. apud Marſyam flu. & Celænum mont. haud valdè ab Apamia urbe, apud quem Cybele mater Deorum colebatur, ab eo Berecynthia dict.

Berenice, *Bernich* Marmolio, una ex 5. urb. Pentapolitan. reg. in Cyrenaica, inter Boreum promont. ad Syrtim Magnam & Arſinoen urb. in ort. à quâ 47. m. p. recedit. Sic à Berenice Regina Ptolemæi 3 Regis uxore, teſte Solino. Hinc *Berenicis*. Lucan. lib. 9.

Separat ardentem tepida Berecinida Lepti.
Long. 47. 45. Lat. 32. 20.

Berenice, *Bernice* Arriano, *Choſair* Zeiglero, *Alchaſir* Nigro, urbs Ægypti ad ſin. Arab. in Æthiop. confin. Long. 64. 06. Lat. 23. 50.

Beretra, vide *Belegra*.

Berga, *Bergen*, op. Germ. in mari Baltico prope Pomeraniam, in dition regis Sueciæ 3. leuc. à Sundia in ort.

Bergæ ad Zomam, *Bergen op Zoom*, urbs permunita Belg. in Brabantiæ Ducatu ad Scaldim flu. 7. leuc. ab Antwerpia ſub domin. Batavorum.

Bergæ D. Gertrudis, *Gertruydenberg*, urbs Hollandiæ, à Dordraco, Heuſdeno, & Breda æquali ferè 3. leuc. ſpatio diſſidet. Nomen habet à S. Gertrude Pipini Laudeni filiâ quæ in hoc tractu claruit, & mortua eſt an. 664.

Bergeracum, *Bergerac*, urbs Gall. ad Duranium flu. 5. leuc. à Petricorio in merid. & 9. à Sarlato in occ.

Bergidum, nonnullis eſt urbs Ilergetum ad Cincam flu. quæ nunc *Balbaſtro* dicitur. Vide *Barbaſtrum*.

Bergintrum, ſeu *Bergintium*, op. Centronum, nunc *S. Maurice* caſtrum ad Iſaram in Tarantaſia reg. Sabaudiæ.

Bergiſtani, pop. Hiſp. citer. quorum op. *Berga*, Oſcæ urbi finitimum, teſte Mariana.

Bergomum, opidum Italiæ Tranſpadanæ. Plin. 3. 17. ex Cluverii recenſione. *Orobiorum ſtirpis eſſe Comum, atque Bergomum, & Licini forum, & aliquot circa populos, auctor eſt Cato, ſed originem gentis ignorare ſe fatetur, quam docet Corn. Alexander ortam è Græciâ interpretatione nominis, vitam in montibus degentium, in hoc ſitu interiit opidum Orobiorum Berra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiam nomine prodente, eſt altius quam fortunatius ſitos.* Hæc ille. Scilicet *Bergomatium* etiam nomen prodebat eos altè, i. e. *in monte eſſe ſitos*. *Berg* quippe etiamnum Germanis eſt *mons*. *Home* vero Anglis *domicilium*. Vide Cluverium Ital. Ant. lib. 1. cap. 25. & Germ. Ant. lib. 1. cap. 7. Long. 31. 44. Lat. 44. 56.

Bergos, quæ & *Berga* vulgò *Bergen*, urbs Scandinaviæ marit. in ora occid. Norvegiæ. Sita eſt in ſinu flexuoſo, vulgò *Carmeſond* cum arce validâ Berghenbuſium dicta. Diſtat 300. mill. Germ. à Wardhuſia arce Norvegiæ ultimâ & Septentrionaliori, 60. à Nidroſia, & 80. ab ora proximiori

miori l. Scotiæ in occ. Ab ea reg. adjacens Bergenſis præfectura dicitur, paretque Regi Daniæ cum tota Norvegia. Long. 26. 00. Lat. 62. 10.

Bergula, urbs in Copialica reg. Thraciæ prope mont. Rhodopen inter flu. Melam & Arzum. *Bergas* Mercatori. Long. 54. 36. Lat. 43. 28.

Bergusia, nonnullis op. eſt Ilergetum ad Sicorim flu. ubi nunc *Balaguier*, urbs Cataloniæ 5. leuc. ſuper Ilerdam. Long. 23. 48. Lat. 43. 47.

Bergusia, *Burgoin*, op. Gall. Narbon. in Delphinatu apud Sabaudiæ fines, 5 leuc. à Viennâ in ort. Long. 26. 20. Lat. 45. 10.

Berinſola, *Belinzona*, op. Inſubriæ ad Ticinum flu. inter Mediolanum, & Uriam Helvetiorum primam urb. ſupra 50. m. p. Long. 30. 05. Lat. 45. 20.

Berlinum, *Berlin*, urbs permunita in media Marchia Brandenburgica, ad Sprevum flu. 10. leuc. à Vitteberga verſus Bor. Nunc primaria totius Marchiæ cenſetur, eſtque ſedes Electoris Brandenburgici. Urbs duplex eſt, cujus pars una propriè Berlinum; altera quæ cis Sprevum Colonia dicitur. Long. 35. 50. Lat. 52. 40.

Berna, *Bern*, urbs Helvetiæ ampla & potens, ab *urſo* ſic dicta. Sedet ad Arolam flu. inter Salodurum, & Triburgum, eſtque caput Bernenſ. pagi ampliſſimi, qui an. 1533. aliis unitus fuit.

Beræa, urbs Macedoniæ à Pherone conditore dicta, mutato ph. in b. vel è Berœâ filiâ Beretis, qui Macedonis filius fuit. Hujus mem. B. Lucas Act. Ap. 17. *Veria* hodie, teſte Sophiano. Sic enim Græculi hodierni pronunciant. *Boor* Turcis uti author eſt Leunclavius. Lucianus in Aſino. Ἐρχόμεθα ἐς πόλιν Μακεδονίας Βεροίαν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον. Long. 47. 10. Lat. 41. 45. Item Syriæ urbs à Seleuco Nicanore Rege Syriæ & Babyloniæ condita. Alias *Beroe*. Steph. Gyllius & Choniates *Aleppo*, vdl *Chalopolim* vocant. Pop. *Beræenſes*.

Berſabee, *Gibelin* Brochardo, urbs Palæſtinæ, regni Judaici quondam terminus ad merid. à Gaza 8. m. p. in ort. ab Hebron ſupra 20. in auſt. Long. 64. 30. Lat. 31. 15.

Bervicum, *Barwick*, op. Albionis in orâ Orient. in Angliæ Scotiæque confin. ad flu. *Tweed*, in Comit. Northumbriæ, cum alias fuerat in Marchia prov. Scotiæ. 40. mill. diſtat à Dunelmo.

Berytus, Phœniciæ urbs, quam Dionyſius verſ. 911. καλλιγενὴς ἐφαννὴν vocat, & Geographus, ſub Conſtantio & Conſtante Impp. πόλιν λίαν τρυφερόν. Juſtiniani temporibus legum ſtudiis celeberrima fuit, unde Nonnus Dionyſiacῶν lib. 41.

Βηρυτὸς βίοτοιο γαληναίοιο πτιθήνη.

Vide Gothofredum ad Geographum prædictum, & Caſp. Barthium ad Zachariam Mitylenæum p. 244. vulgò *Barutum* vocant. Civis *Berytius*. Suidas. Βηρυτός, ὁ ἀπὸ πόλεως Βηρυτοῦ. De nomine ſic Stephanus Ἐκλήθη ἤ διὰ τὸ ἔνυδρον. Βήρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς. Ἰσταῖος δ' ἐν πρώτῃ τῆς ἰοὺν Βηρὰτ Φοινίκας ὀνομάζειν, ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν, ὡς Ἑλλάδιός φησιν. En *Beryti* nominis duas origines; unam ex באר *Beer*, vel *Ber* i. e. *puteus*, quod vocabulum Phœnices commune habuere cum Ebræis; alteram ex בירות *Beryth*, i. e. *robur*. Nam *Bèryth*, eſt pro *Abiryth* ex אביר *abir*, quod *validum* ſonat. Long. 67. 30. Lat. 33. 40. Eſt etiam *Berytus*, urbs Arabiæ *Dioſpolis* prius dicta. Steph.

Besbicus, inſ. Propontidis, ab. oſt. Rhyndaci flu. 18. m. p. Proconneſo finitima, *Calonia* Mercatori.

Beſidiæ, *Deſidiæ* quibuſdam, *Beſignano*, teſte Scipione Mazella, urbs Brutiorum in Calabria citer. ad Cotilum flu qui paulo infra cadit in Crathim. Dictat. 15. m. p. à Roſciano in occ. & totidem à mari. Lon. 40. 51. Lat. 39. 29.

Beſſi, pop. Thraciæ non procul à Ponto, Strymonem lævo latere incolentes. Plin. 4. 11. rapto ac latrociniis victitantes. Ovid. Triſt. 3.

Vivere quam miſerum eſt inter Beſſoſque Getaſque.

Idem alibi.

Sauromatæ cingunt fera gens, Beſſique Getæque.

Val Flac. lib. 2. Argonauticon.

——Immanes quos ſternere Beſſi,
Nec Gericæ potuere manus, aut æquoris iræ.

Claudianus de Conſul. Mallii

Quicquid luce procul venus rimata ſequaces
Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi.

Paulinus ad Nicetam Dacorum epiſcopum, qui Beſſos ad Chriſtianam fidem convertit.

Et ſuâ Beſſi nive duriores,
Nunc oves facti. Idem ibidem.
Nunc magis dives pretio laboris,
Beſſus exultat, quod humi manuque
Ante quærebat, modo mente cœlo
Colligit aurum.

Bethania, op. ſeu caſtellum olim Judææ, nunc vicus proximus Hieroſolymis juxta M. Olivetum. *Bethania* altera erat trans Jordanem flu.

Bethel, *Sargoreg*, teſte Benjamino, op. Palæſtinæ in terra Benjamin, quod & *Luz* quoque dicebatur. Suidas: Βαιθήλ. θεὸς ἴδιος. Heſychius: Βαιθὴλ, ἴδιος θεοῦ.

Bethesda, i. e. *domus effuſionis*, locus in Hieroſolymis, ad quem aquæ pluviales confluebant, nomen piſcinæ, de qua Joan. cap. 5. Al. eſt בי ת בסרה *Bethhheſda*, i. e. *domus* miſericordiæ.

Bethlehem, prius Ephrata, urbs Judææ. ab Hieroſolymis 7. m. p. Hebronem verſus in auſt. Hæc fuit patria JESU CHRISTI. Mich. 5. Mat. 2. Vocatur & *civitas David* Luc. 2. Sed Joan. 7. dicitur κώμη *vicus*, ſive, ut habet Lat. verſio *caſtellum*. Gloſſ. Κώμη, *villa*, *caſtellum*, *vicus*. Et Hieron. modo appellat *villam*, modo *villulam*, aliquando vix *parvum viculum*, ut ad cap. v. Michææ. Theodoret Therapeut 5. χωρίον ἄδοξον καὶ σμικρόν. Propterea hujus loci in totâ hiſtoriâ Biblica, & apud Joſeph. vix ſemel aut iterum facta *repitur* mentio. Atque adeo reperti ſunt qui apud Luc m Κώμην legerent, non πόλιν, Epiphan. Hær. 51. Διὸ ἔνιοι ἀντιγεγράφασι τῶν Εὐαγγελιστῶν κεκλεῖται πόλις τοῦ Δαβὶδ ἐν ἄλλῳ δὲ κώμην Καλοῦσιν αὐτὴν διὰ τὸ εἰς ὀλίγην γῆν αὐτὴν ἠκέσθαι. Alia erat in tribu Zebulun, ex quâ erat Abeſſam Judex. Jud. 12.

Bethſaida, op Palæſtinæ ad lacum Geneſareth à Nazareth 10. m. *Betlema* dicitur Stephano, ad quem vide quæ probert Tho. de Pinſeda.

Beth-ſemes, i. e. *domus Solis*, vel *miniſterii*, ante Abel dicta. 2. Par. 28. Civitas ſacerdotalis in tribu Judæ. Joſ. 15. poſteà Levitis aſſignata. Joſ. 21. In quam reducta eſt Arca à Philiſtinis capta. 1 Reg. 6. In edit. Romanâ Βαίθσαμυς, Βαθσάμα v. Joſepho, cui κώμη τις ἐστὶ τῆς Ἰδδα φυλῆς. Hic clades fuit hominum plus quinquaginta millium, quia Arcam temerè apertam curioſius introſpexerant, quòd Deus non ſolum plebeiis, ſed & Levitis ſub pœnâ mortis interdixerat. Numb. 4. 20. Hæc ex vulgi ſententiâ, à quâ tamen non diſſimulabo me eſſe remotiſſimum, ut qui cum Joſepho ſentiam non niſi ſeptuaginta Bethlemitas fuiſſe cæſos. Is enim ita habet Ant. lib. 6. cap. 2. Ὀργὴ ἦν καὶ χόλος τοῦ θεοῦ μέτεισιν, ὥστε ἑβδομήκοντα μὲν ἐκ γῆς Βηθσαμίτας κώμης ὡς ἐκ ὄνειας ἀξίους ἁλῶναι τῆς κιβωτοῦ. ἱερεῖς γὰρ ἦσαν, καὶ προσελθόντας αὐτῇ βαλὼν ἀπεκτείνην. Vide Bochartum ſententiam hanc fusè & ſolidè confirmantem de An. Bibl. Part. prior. lib. 2. cap. 36. Joſephum quoque ſequuntur Hieronymus in Quæſtionibus Ebr. Rupertus, Iſidorus, Lyra, & Abulenſis qui 70. tantum percuſſos fuiſſe ſtatuunt. Eſt & alia *Bethſemes*, in tribu Nephthalim Joſ. 19. à quâ priſtinos habitatores non potuit expellere tribus prædicta. Judic. 1. Numeratur & alia præterea in ſorte filiorum Iſſachar.

Bothunia, *Betune*, urbs Palæſtinæ, 8. leuc. ab Ahebato in Bor. & 5. ab Aria, ſub dom. Francorum, Long. 22. 45. Lat. 50. 33.

Bevelandia, inſ. Belgii in Zelandia, quæ an. 1532. inundatione maris 2. ver effecta eſt, vocatúrque una pars quæ eſt ad Sept. *North Beveland*, altera quæ ad auſt. *Zud Beveland* dicitur.

Biblina, reg. Thraciæ, unde *Biblinum vinum*, quod alii *à Biblicâ vite* dictum volunt. Demus vero Delius Naxium interpretatur, quoniam Biblus Naxi flu. ſit. Suidas. Βίβλινος οἶνος, ἡδύσμεδς, ἀπὸ Βιβλίνης ἄκρας καλουμένης Θεραίας ἀμπέλου. Hujus vini meminit Heſiodus. Ἔργ. β.

Ἔστι πίειραί τε σχοὶ καὶ Βύβλινος οἶνος.

Ubi Moſchopulus. Βίβλος (ὡς φησι) πλαμὸς, ἢ πόλις Θρᾴκης. Heſychius. Βίμβλινος εἶδος οἴνου, καὶ χίνος ἀμπέλου ἐν Θρᾴκῃ, καὶ ὁ ἄπαλὸς οἶνος.

Bibonum, opidum ad Nicrum flu. *Bebelingen*, ut aliquibus videtur. Rhenano autem *Bebenhauſen* eſt op. in Ducatu Wirtenbergenſi. Pop. *Bibenſes* in Inſcriptione antiquâ.

Bibracte, Heduorum op. in Gall. longè maximum, & copioſiſſimum olim fuit; In quo totius Gall. concilium Cæſar induxit, jus dixit & ſepe hyemavit, vulgò *Beurect*.

Bibrax, op. Gall. Belg. in finibus Sueſſonum. Long. 25. 50. Lat. 48. 48. *Brain*, teſte H. Leodio, vel *Bray* H. Stephano, op. Comitatûs Retelenſ. *Breſne* Vigenereo.

Bibroci, pop. Angliæ in Bercheriâ reg. apud Windeſoram. Camdeno *The Hundred of Bray*.

Bigaſtrum, urbs Hiſp. Tarraconenſis in eo tractu qui *La Mancha* nominatur, *Bagaſtra* Marianæ, qui illam Oriolæ urbi proximam facit, quòd una illius urbis porta adhuc *Magaſtra*, quaſi *Bagaſtrenſis* nominatur, Quod etiam Morali probatur. Long. 21. 15. Lat. 42. 40.

Bigerra,

Bigerra, Hiſp. civitas in Valentiæ regno. Ptol. *Beiar* nonnullis; aliis eſt *Villena* urbs, & marchionatus in regno Caſtellæ. Long. 20. 30. Lat. 39. 00.

Bigerriones, vel *Bigerrones*, *Bigerri* Plinio, *Begeritani* Auſoniò, pop. Gall. Aquitan. ad mont. Pyrenæum in Hiſp. confin. quorum reg. *Bigorre*, teſtibus Orontio, Vineto, & Scaligero, nominatur. Comiti de Fluxo ſubditi, uti Comitatus eſt in Vaſconiâ conſiſtens. Hinc profectus vir fortis Evequus nomine, regnum Navarræ conſtituit, pulſiſque inde Mauris, ſucceſſoribus ſuis regnum per manus reliquit.

Bilbilis, op. Celtiberorum in Hiſp. Tarracon. ad Salonem flu. optimâ ferri temperaturâ nobile. Ex hoc opido Martialis poeta originem traxit, ut ipſe teſtatur lib. 1. epigram. 49.

Videbis altam Liciniane Bilbilim
Equis & armis nobilem.

Idem lib. 10. epigr. 103.

Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Catalaiud Villanovano. *Xiloca* Varrerio. Long. 19. 20. Lat. 42. 05. Item fluvii nomen ferrum durantis. Trogus lib. 44. *Xiloca* vulgo. Al. & probabilius *Rio Baubula.*

Bilbium, vulgò *Caſtillo Villovio*, teſte Morali locus Hiſp. Tarracon. apud Nagaram urbem, non procul à Cœnobio, quod *S. Maria Cogolla* appellatur.

Billæus, fluvius, cujus mem. Apollonius Rhodius Argonaut. lib. 2.

Παφλαγόνες δ' ὅπῃ τοῖς Πελοπηΐοι ἔκλυθον ἄυλως,
Ὄουνυς Βιλλαίοιο μέλαν ῥεέθρυν ὕδωρ.

Ubi Scholiaſtes. Ἔστι δὲ πόλις Παφλαγονίας, ὁι δὲ Φρυγίας. Ejus mem. Arrianus.

Bimonium, op. Angl. in Epiſcop. Dunelmenſi, *Binchester*, teſte Camdeno, à Dunelmo 7. m. p. in auſt. Vinnovicum Ptolemæo, *Binovium*, vel Vinovium Antonino.

Binchium, *Binch*, op. Hannoniæ, à Montibus urbe 3. leuc. in ort. à Malbodio 4. in Bor. Long. 25. 27. Lat. 50. 25.

Bingium, *Binghen*, op. Germ. ſup. ad Rhenum, à Moguntia 4. leuc. in Circ. Coloniam Agrippinam verſus. Long. 31. 00. Lat. 49. 30.

Bipontium, *Zurveybrucken*, urbs Germ. Duc. Bipontini caput, in Palatinatu Rheni, 3. leuc. à Cæſareopoli in occ. Long. 28. 55. Lat. 49. 16.

Birginium, *Berga*, teſte Gerundenſi, op. Hiſp. citer. in Catalaunia, à Jugo Ceretanorum 5. leuc. in auſt. Minoriſſam urb. verſus.

Birgus, flu. Hiberniæ vulgo *Barow*, oritur in Com. Reginæ in Lagenia; dein auctus aliquot rivis alluit Rhebam, Caterlogum, Laghlinium, urb. recipitque Neorum, *Neſure*, flu. qui per Scichenium labitur, paulo ſupra Roſſas, quas rigat, & poſteà unà cum Suirio, *Sewer*, qui Caſſiliam, Caricum, & Waterfordiam rigat; Lageniam à Momoniâ dividit, & in Ocean. Hibernicum ſe exonerat.

Bironium, *Biron*, Caſtr. Galliæ in Aquitan. & in agro Petrocorienſi, intra montes ſitum, unde Mareſcalli 2 in hiſt. celebres; eſtque med. fermè inter Bergeracum & Cadurcum.

Birrus, flu. Norici, pro Carinthiam in Dravum fluens. *Putſter* Lazio *Birtha*, *Bir*, urbec. reg. *Diarbech* in confin. Syriæ ad Euphratem, inter Alepum & Orpham, in ditione Turcarum.

Biſaltæ, pop. Scythiæ, qui fugientes, equorum ſanguine aluntur, lacte permixto. Virg. 3. Georg.

Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarum
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Ubi Servius: *Biſaltæ populi Scytharum, qui fugientes equorum ſanguine aluntur, lacte permixto.* Ad Strymonem flu. hos populos habitaſſe innuit Gratius Faliſcus Ovidii Synchronus, in Cynegetico:

Hic & Strymonio facilis tutela Biſaltæ.

Nec abnuit Claudian. 1. in Stilic.

——*Vos Thracia teſtor*
Flumina, quæ largo mutaſtis ſanguine fluctus,
Dicite Biſaltæ.

Plin. 4. 10. *Libera gens Biſaltæ, à fluvio Biſalte, ſive à Biſalte Solis & terræ filio*, ubi lepores duplici jecinore ſunt. Suidas. Βισαλία, χώρα καὶ πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ ἡλίου καὶ γῆς. Περὶ ταύτην οἱ λεγομενοὶ πάλαι ἀλίσκονται δύο πάλα ἔχοντες. Ὁ πολίτης Βισάλτης. Val. Flaccus lib. 6.

——*Proxima Biſaltæ regio.*

Horum meminit Athenæus lib. 12. Vide Plin. 4. 11.

Biſton, Martis & Callirrhoes filius, qui *Biſtoniam* Thraciæ urbem condidit, unde omnes Thracas *Biſtonios* poetæ dixerunt. Hinc *Biſtones*, Gens Thraciæ & Heſychio Βισονίς, Θεγάλις. Item *Biſtonis*, ſtagnum Thraciæ, Abderæ proximum. Plin. 4. 11. Ovid. Met. 13.

Eſt ubi Troja fuit, Phrygiæ contermina tellus,
Biſtoniis habitata viris.

Stat. lib. 3. Sylvarum.——*Ille furentes*
Biſtonas, & Geticas populatus cædibus urbes.

Val. Flaccus lib. 1.

Biſtonas ad meritos cum cornua ſæva Thyoneus
Torſit.——

Ideo hoc dicit poeta, quod Lycurgus Thracum rex Liberum contemnens, vites amputaturus, ſibi crura conſecuit, uti teſtatur Servius. Dionyſius Periegetes verſ. 575.

Οὐχ ὅτω Θρῄικος ἐπ' ἠιόσιν Ἀλυθοιο
Βισονίδες καλέουσιν ἐείβεθρον Ἐρασινώτην.

Poetæ, ut dixi, Biſtones ut plurimum ponunt pro Thracibus. Lucan. lib. 7.

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum
Biſtonas, aut Mavors agitans.

Hinc *Biſtonius tyrannus* pro Diomede Thraciæ rege, apud eundem lib. 1. & *Biſtonius turbo*, pro vento è Thraciâ ſpirante lib. 4. Jam vero Thracas inter Barbaras nationes recenſeri ſolitos eſſe, nemo ignorat. Præcipuè vero.

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis.
Pugnare Thracum eſt.

Inquit Horatius, quem etiam poſtea *barbarum morem* ibidem vocat. Idem de Biſtonibus tradit Statius Thebaidos lib. 7. hâc ſimilitudine.

Qualia per Rhodopen rapido convivia cœtu
Biſtones, aut mediæ ponunt convallibus Oſſæ;
Illis ſemianimum pecus, excuſſæque leonum
Ore dapes, & lacte novo domuiſſe cruorem
Luxus, at Ogygii ſi quando afflavit Iacchi
Sævus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulcrum
Spargere, & immerito ſociorum ſanguine fuſo
Inſtaurare diem, feſtaſque reponere menſas.

Horum etiam meminit Seneca in Herc. Oetæo.

——*Defeciſſe putent Geten*
Hebrum Biſtones ultimi.

Id eſt, ultimi Thraciæ populi.

Biſtritia, Latinis dicitur Ungariæ urbs, quæ Germanis *Noeſne*, Hungaris *Beſtereze* nominatur. Sambucus.

Bithynia, Aſiæ min. reg. ad Pontum ſita, Thraciæ adverſa, Troadi proxima, quæ Solino, Servio, & Mar. Capellæ primum *Bebrycia*, poſtea *Mygdonia*, dein à *Bithyno* rege dicta eſt *Bithynia*. Sunt qui ſcribunt *Thynos* populos tranſiſſe ex Europâ, & hanc regionem occupaſſe, à quibus *Bithyni* dicuntur. Claud. 2. in Eutrop.

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithyniæ incolas *Halizonas* vocat Suidas, itemque Herodotus, qui ait eos primum Strymonios dictos. Hodiè *Becſangia* vocatur, teſte Caſtaldo; aliis *Burſia*, Turcis *Oſmanili*, uti docet Leunclavius. A ſitu, non à conditore dicitur, teſte Bocharto בטן *beten* Ebræis eſt *venter*, & Arabicè باطن *batin interius* ſonat: Bithynos enim interiora occupaſſe veteres docent. Plin. 6. 32. *Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni.* Et ante illum Pomponius Mela lib. 1. cap. 19. *Interius Bithyni ſunt & Mariandyni.* Laudes ejus decantat vetus Geographus à Jac. Gothofredo editus. Μεθ' Ἑλλήσποντον ἐστὶν εὐείσκλυ θαυμασὴν Βιθυνίαν, ἣ μεγίστη καὶ βελτίστη, ἢ ὅπως πάντα καρπὸν ποιεῖ. Libanius extremo *Baſilici* Αἰνεῖται δὲ τὸ Βιθυνῶν ἔθνος τοῖς ὁποῖον ὁπωθυμῶσι λαβεῖν. Vide Steph. Manilio libro 4. *Bithynia dives* vocatur. Hinc Horatius 1, Ep. 6.

Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.

Et Carm. 3. Od. 7. *Thynâ merce beatum.*
Idem lib. 1. Od. 35.

Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carinâ.

Juvenalis primam ſyllabam corripuit,

Quanquam & Cappadoces faciant, equiteſque Bithyni.

Dionyſius poſt *Mariandynos* collocat. verſ. 793.

Ἄγχι δὲ Βιθυνοὶ λιπαρὴν χθόνα ναιετάουσι.

Bituntum, Calderinus vult eſſe opidum ſterile in Hiſpaniâ. Mart. 4. 55.

Hæc tam ruſtica malo quam Bituntos.

Ubi aliqui viliſſimum Apuliæ opidum volunt. Muſambertius legendum cenſet *Britannos*, ut ſit contentio inter provincias Hiſpanorum & Britannorum. Alii legunt *Butuntos*, alii *Bitundos.*

Biturgia, urbs Tuſcorum Ptol. quam quidam per errorem *Borgo di San Sepolcro* indigitant. Aliis potius eſt *Magliano*, Long. 35. 00. Lat. 43. 10.

Bituriges, *Biturici* Columellæ, Aquitaniæ pop. Plin. 4. 19. Uno die 20. urbes incenderunt, ut Cæſarem commeatu, & pabulatione prohiberent. Horum op. *Avaricum*,

cum, vulgo *Bourges*, caput pop. & reg. *Berry*. Lucan. lib. 1.

Et Biturix, longiſque leves Axones in armis.

Bithyæ, pop. Thraciæ. Horum fœminas geminas pupillas in oculis habentes celebrat Solinus cap. 6. q. id. ex Plin. 7. 2. deſumpſi quem ſis vide.

Bizone, urbs Pontica. Steph. memoratur Plinio inter Thraciæ opida, ſed terræ hiatu abſorpta.

Bizua, urbs Thraciæ, Aſtarum Regia. Aſtæ autem fuere Thraciæ pop. teſte Steph. in Ἀσταί. Hac in urbe celebrat Plin. 4. 12. Terei regis arcem. Solinus etiam cap. 15. aſſerit eſſe opidum inviſum & inacceſſum hirundinibus. Idem per Pauſan. lib. 10.

Blachernæ, locus in ſuburbiis Conſtantinopoleos. Vide omnino Pet. Gyllium de Topogr. Conſtantinop. lib. 4. c. 4.

Blachia, Nicetæ, & Curopalatæ, regio Daciæ, cum Myſiæ portione vulgò *Valachia*.

Blanduſia, fons in fin. Sabinorum apud Mandelam Horatii villam, de quo is lib. 3. Carm. Od. 13.

O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.

Blatum, Bulgium, Bulneſſe teſte Camdeno, op. Angl. in Cumbria ad Occidentem.

Blavia, arx munitiſſima in agro Burdigalenſi, infra confluentes Garumnæ & Duranii, 9. leuc. à Santonis in merid. Burdegalam verſus 6.

Blemyes, Blemiæ, Blenæ, vel *Bleptæ*. Æthiopum pop. Claudianus——————*Errat*

Per Meroen, Blemyaſque feros, atramque Syenen.

Hi capite carent, oculoſque habent & os pectori affixos. Monſtra hominum. *Blemys* autem pro בלי *beli*, vel *Bli*, & מוח *muach* h. e. *ſine cerebro*. Unde nata eſt fabula, *Blemyes eſſe ſine capite*. Bochartus. Horum mem. Dionyſius in Periegeſi verſ. 220.

Τῶν πάρος ἀιθαλέων Βλεμύων ἀνέχυσι κολῶναι.

Dicti autem ab Æthiopum rege *Blemy*, uti tradit Nonnus in his.

Καὶ Βλέμυς ὠκὺς ἵκανεν ἐς ἑπταπόρου ῥέεθρα Νείλου
Ἐσόμενος σκηπτοῦχος ὁμόχροος Αἰθιόπων,
Καί μιν ἀἰθερέος Μερόης ὑπεδέξατο πυθμὴν
Τλιγόνοις Βλεμύεσσι περιώνυμον ἡγεμονῆα.

Theocritus in Thalyſiis, ſive Idyll. 7.

Ἐν ᾗ δὲ πυμάτοισι παρ' Αἰθίοπεσσι νομεῦσι
Πέτρα τοῦ Βλεμύων, ὅθεν ἀκέτι Νείλου ὀρέχθει.

Ubi Scholiaſtes. Ἔθνος Αἰθιοπικὸν οἱ Βλέμυες, ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Αἰθιοπίας ὠκισμένον. Ἄλλως. Βλέμυες ἔθνος Αἰθιοπικὸν μελανόχρων, οἱ αὐλοὶ δὲ τοῖς Τρωγλοδύταις. Vide Pauſan. lib. 17.

Bleſæ, Bloys, op. Gall. Celt. ad Ligerim flu. præclarum, & elegans, à Regibus ob loci amœnitatem, & elegantiam habitari ſolitum, inter Aurelianos ad ort. 16. & Turones ad occ. 18. leuc. Long. 21. 51. Lat. 47. 41.

Bleſtium, Old Town, teſte Camdeno, op. Albionis, ſeu pag. in Angliæ Walliæque confin. haud procul ab Herefordia urbe.

Boactes, Liguriæ flu. qui *Verra* dicitur, & etiam *Brignole* à quibuſdam; Brunetum urb. alluit, & in Macram ſe exonerat.

Bobium, Bobbio, urbs Liguriæ, in confin. ditionis Genuenſis, & Ducatus Placentini, 35. m. p. à Dertonâ in ort. Long. 31. 41. Lat. 43. 50.

Boccanum, Hemerum, Marocco, urbs Mauritan. Tingitanæ una ex præcipuis totius Africæ, ad flu. Niffim, 35. leuc. Hiſp. ab orâ maris Atlantici, & 70. à Volubili, ſive Fezza in auſt. à freto autem Gaditano 350. m. p. Long. 09. 20. Lat. 29. 30.

Bocenum, Botzen, op. Germ. in Com. Tirolenſi, ad Eiſacum flu. qui 3. m. p. intra in Atheſim cadit, inter Tridentum & Brixionem, 6. leuc. ab utraque. Long. 35. 25. Lat. 46. 08.

Boderia, Scotiæ flu. vulgo *Corth* & *Frith*.

Bodincomagum, Caſal, urbs Italiæ, Montisferrati primaria, juxta Padum flu. 15. mill. ab Aſia in Bor. à Navaria autem 10. ſub dom. Ducis Mantuani.

Bodiontii, al. *Ebroduntii*, pop. Sabaudiæ ad lac. Lemannum, quorum op. *Bonne* inter Genevam & *Agaunum*, Long. 28. 10. Lat. 45. 15.

Bodminia, op. Angl. in Cornubia, 8. mill. à litore & 15. à Plimutho in occaſum.

Bodobriga, Boppart, op. Germ. in ditione Trevirenſi, 2. leuc. à Confluentibus, 3. autem à Naſſoviâ. Long. 31. 00. Lat. 50. 20.

Boebe, Theſſaliæ civitas, eſt & Cretæ palus. Steph. Strabo lib. 9. Βοίβη ᾗ χωρίον ἐστὶ τῇ λίμνῃ κείμενον. Videſis illic Palmerium.

Boebeis, lacus Theſſaliæ juxta Oſſam montem. Lucanus lib. 7.

Ire per Oſſeam rapidus Boebeida ſanguis.

Val. Flaccus, lib. 1.

Perderet & pingui miſeros Bœbeide crines.

Βοιβιὰς Heſiodo in Aſpide.

Νίφα δ' Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

Hom. Iliad. 2.

Οἱ δ' Φέρας ἐνέμοντο παρὰ Βοιβηίδα λίμνην.

Pindar. Pythiorum 3. Ἐπεὶ παρὰ Βοιβιάδος κρημνοῖσιν ὤκει παρθένος. Prop. lib. 2. eleg. 2.

Mercurioque ſacris fertur Boebeidos undis
Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.

Boemia, vel *Bohemia*, Straboni *Bojæmum*, Tacito *Bojemum*, Velleio *Bojohæmum*, fertiliſſima Germaniæ regio, circa Sylvam Hercyniam, quam cum occupaſſent *Boii* Gallica gens, ab novis incolis nomen accepit. Habet ab Oriente Sileſiam, & Moraviam, à Sept. Luſatiam, & Saxoniam ſuperiorem, ab Occid. Franconiam, & à merid. Bavariam, gaudetque titulo Regni, ſub quo continentur Sileſia, & Moravia, ſicuti & ſecundum alios Luſatia, quæ ab an. 1623. Saxonii reddita eſt. Ejus urbs primaria eſt Praga.

Boeon, Tauricæ Cherſoneſi op. mediterraneum. Ptol. *Czargati* Nigro dicitur.

Bœotia, reg. in fin. Græciæ, in longum ad Atticam ſe protendens, tria reſpicit maria, Poloponneſiacum, Siculum & Adriaticum; ab Atticâ Cithærone monte diſcreta. Ita dicta, ut nonnulli volunt, à bove, cujus ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi poſtea Thebas Bœotias condidit. Ovid. Met. 3.

Bos tibi Phœbus ait ſolis occurret in arvis
Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri:
Hâc duce carpe vias, & quâ requieverit herbâ
Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

Alii alias afferunt nominis rationes, quas habes apud Stephanum. Olim *Aonia* dicebatur, *Ogygia*, & *Hyantis*, & *Meſſapia*, & *Cadmeis* Thucydidi. Populi *Bœoti*, qui ſtupiditatis & craſſi ingenii nomine malè audierunt. Horat. 2. Epiſt.

Bœotum in craſſo jurares aëre natum. Vide *Abdera*. Hinc *Ænigmata Bœotica*, id eſt, *obliqua* & *obſcura*. Item *Bœotica cantio*; apud Ariſtoph. de rudi & indoctâ, & apud Sophoclem, de vitâ lætâ, & poſteâ luctuoſâ. Βοιωτίαν ὗν, apud Pind. Olymp. 6. *Bœotica Sus* Proverb. in ſtupidos & indoctos. Nam *Hyantes* fuere Bœotii pop. quidam barbari & ſtolidi, quos alii vocabulo corrupto pro Ὑαντας vocabant Ὕας Corn. Nepos in Alcibiade. *Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis quàm ingenii acumini inſerviunt.* Et quidem crurum Bœotiorum robur ac firmitatem aliquoties commendat Diodorus lib. 15. Οἱ δὲ Θηβαῖοι τῇ τε ῥώμῃ τῶν σωμάτων, καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφέροντες. Idem Corn. Nep. in Epaminonda: *Namque illis genti* (Thebanorum) *plus virium quam ingenii.* Itaque ob firmitatem corporis ἀνδρείους vocat illos Euſt. Cic. de Fato: *Athenis tenue cœlum* ex quo acutiores etiam cenſentur Attici; craſſum Thebis, itaque pingues *Thebani & valentes*. Adeo verum enim illud Platonis in Timæo. Κατὰ τὰς χώρας τόπους χρῆσθαι γόνιμους. *Arne* Diodoro dicitur *Bœotia*; incolæ *Leleges* apud Solinum vocantur, ac *Temnici* apud Lycophronem, inquit Scholiaſtes. Hodie Bœotia *Seramulipa* dicitur, ſubeſtque cum tota Græcia ſub domin. Turcarum à 170. an. habens urbes præcipuas *Stives* Thebas, & *Badia* Lebadiam, & ſub Livadia reg. videtur comprehenſa à recentioribus.

Bogadium, Tyſtar, urbs Germ. in Haſſiâ reg. libera, inter Caſſellam ad Bor. 13. & Martisburgum ad auſt. 6.

Boia, urbs Bojorum pop. Gall. Celt. quæ nunc *Bourbon* dici putatur: unde Borboniæ regio, quæ Ducatus eſt, & familiæ Borboniæ (ex quâ nunc Reges Galliæ dominantur,) nomen. Nunc op. à Molino 4. leuc. in auſt. Claromontem verſus 14. ubi thermæ variis morborum generibus ſalutares.

Boianum, quæ & *Bovianum*, vulgo *Boiano*, colon. & urbs epiſc. Samnii ſub Arch. Beneventano, inde 30. m. p. diſtans ab Eſernia 20. in ort. apud flu. Phiternum. Long. 38. 29. Lat. 41. 52.

Boiatum, pleriſque *Bayone*, urbs Gall. in Vaſcitaniâ, ad Aturum flu. 3. m. p. ab Oceano Cantabrico, 14. leuc. à Palo in occ. 30. ab Auſcis & totidem à Burdegala.

Boiemum, vide *Boemia*.

Boii, pop. Call. Celt. quorum reg. nunc Borbonenſis provincia dicitur, habens ab Orient. Burgundiam, à Sept. Nivernenſ. provinciam, ab Occid. Bituricenſem cum Marchiâ Lemovicenſi, & à meridie Alverniam.

Boii, pop. Vindelicæ in Germ. inter Iſarum, & Oenum flu. qui poſtea Boiarii dicti ſunt. Eorum reg. nunc Bavaria dicitur.

Boii, pop. fuere Aquitaniæ veræ, in agro Medocenſi, juxta Oceanum Aquitan. quorum tractus *le pais de Buchs*, teſte Vineto, dicitur. Ibi op. præcipuum *Buxium*, *Cap. de Buchs*, 8. leuc. à Burdegalâ in occ. & totidem ab oſt. Garumnæ in auſt.

Boii, Ital. pop. inter Æmiliam Viam & Padum, apud oram incolentes, quorum reg. magnâ ex parte Romandiola, vulgò *Romagna*, nuncupatur. Mem. eorum Silius lib. 4.

——*Spiſſæque ruunt conferta per arma*
Undæ Bojorum.

Polybius lib. 2. τὰ ὑ πίεσν τῦ Πάδυ τὰ πρὸς ἥ Ἀπέννινον, πρῶτοι μὲ Ἄνακες, μετὰ ὑ τέτες Βοιοὶ κατέφκησαν. Vide Cluv. Ital. Ant. 1. 28.

Boiodurum, *Inſtadt*, Vindeliciæ urbs ad confluentias Oeni & Danubii flu. ex adverſo Pataviæ urbis ſeu potius pars ipſius, verſus Auſtriam, in Bavariâ infer. Long. 35. 50. Lat. 48. 28.

Bolæ, Æquorum in Italiâ op. cujus mem. Diod. l. 14. & Dionyſ. Hal. l. 1. quibus τὰ Βῶλαι vocantur. Stephano autem *Bola* ſing. num. dicitur: Βῶλα ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας. Virg. Æn. 6.

Pomerios, *Caſtrumque Inui Bolámque Corumque.*

Sed hoc etiam op. Plin. 3. 5. inter ea computat quæ jam tum *interierant ſine veſtigiis.*

Bolbitinum, unum ex Nili oſt. inter Heracleoticum & Sebenniticum: ubi Bolbitina urbs Steph. *Roſſetto* hodie Villanovano. Long. 61. 15. Lat. 31. 06.

Bolerium, quod & Antiveſtæum, op. & prom. occidentaliſſimum Angl. in Cornubia. *Opidum S. Burien* nominatur, prom. v. *The Lands end* Anglis dicitur. Britannis v. *Penu hingu aed*, & *Penwith*. Long. 39. 30. Lat. 46. 30.

Boltonia, op. Angl. in Com. Lancaſtriæ, 20. m. p. à Lancaſtria in auſt. quot à Ceſtria in Bor.

Bomium, ſeu *Bovium*, op. Silurum in Walliâ, *Cowbridge* Camdeno in agro Glamorganenſi, 3. mill. ab orâ litor. & 8. à Cardiffâ in occ. Al. eſt *Boverton* 3. m. ab eodem in auſt.

Bommelia, *Bommel*, op. Gueldriæ, inter Moſam & Vahalim flu. 2. leuc. à Buſco Ducis in Bor. Ultrajectum verſus. Long. 26. 00. Lat. 52. 12.

Bomo, vel *Bohmo*, olim *Eubœa* dicta, teſte Heſychio Βωμώ, ἔπως ἡ Μάκρεις ὀνομάζετο. *Macris*, id eſt, *Eubœa*, teſte eodem. Μάκρεις Εὔβοια ἡ νῆσος. בהם *bohmo* Arabibus *pecora*, vel *pecudes* ſign. ut Ebræis בהמות *behemoth*. Itaque inſula *Bohmo* eſt inſula pecudum, quod Græco Eubœæ nomine *à bubus* ſumpto apprimè quadrat. Eodem pertinet quòd à Poetis hæc eadem inſula Ἀγελάδος dicitur, tanquam *à bubus albis* apud Ælian. de Animal. 12. 36. Nempe jam ante Trojana tempora boum paſcuis celebrem fuiſſe hanc inſulam, vel ex tabulis colligere eſt de bobus ab Autolyco ex Eubœâ abactis. Apollodorus lib. 2. Κλαπεισῶν ἐξ Εὐβοίας ὑπ' Αὐτολύκυ βοῶν. Proinde initio belli Peloponneſiaci Athenienſes πρόβατα καὶ ὑποζύγια ἐς ἥ Εὐβοίαν διέπεμψαν, ut habet Thucydides, lib. 2. Nec mirum Arabico nomine *Bohmo* appellatam eſſe Eubœam, cum inter incolas illius vetuſtiſſimos à Strabone numeretur, Ἄεσβες οἱ Κάδμῳ συνδιάβαντες. Bochartus.

Bonitium, *Poggibonci*, op. agri Florentini ad Elſam flu. inter Florentiam & Senam. Long. 34. 08. Lat. 42. 42.

Bonium, op. Albionis in Cornaviis, nunc vicus *Banchor*, teſte Camdeno, ad Devam flu. in Walliâ, & in Com. Flintenſi. Fuit alias Monaſterium celeberrimum, nunc in ruinis jacens, 40. mill. à Bangoria urb. in ort. & 20. ab oſt. Devæ fluvii.

Bonna, *Bon*, urbs Germ. inter. ad Rhenum flu. à Coloniâ Agrip. 4. leuc. in auſt. Confluentiam verſus, & Moguntiam. Alias Ara Vibiorum dicebatur. Long. 28. 40. Lat. 50. 42.

Bononia, civitas Italiæ non procul à Pado. Sil. Italicus lib. 8.

Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
Ocni priſca domus, *parvique Bononia Rheni.*

Martialis lib. 3. ep. 58.

Sutor cerdo dedit tibi, *culta Bononia*, *munus*
Fullo dedit Mutinæ, *nunc ubi caupo dabit?*

Opidani dicuntur inde Ciceroni in Bruto, Val. Max. 8. 1. Tacito Annal. 12. ac Suetonio in Octavio, atque Nerone, *Bononienſes*. Livio, Melæ, Paterculo, Plinio, ac Tacito *Colonia* vocatur, vulgò nunc incolis *Bologna*, Græcis omnibus Βονωνία. Unde apud Steph. pro Βαβωνία lege Βονωνία. *Felſina* etiam dicta fuit. Plin. 3. 15. *Colonia Bononia*, *Felſina vocitata*, *cum princeps Etruriæ eſſet*. Long. 33. 35. Lat. 73. 52.

Bononia altera, urbs Gall. Belg. in orâ Picardiæ à Caleto urbe 7. leuc. diſtans in Auſtr. quam Geſſoriacum Morinorum putant, à quâ ad Doveriam, Angliæ portum eſt breviſſimus trajectus. Vulgò *Boloigne à la mer*. Long. 22. 42. Lat. 50. 30.

Bononia tertia, Hungarica urbs olim, nunc op. Pannoniæ inter. ad Danubium flu. Hodie *Bonmonſter* ob cœnobium nominatur. Long. 43. 00. Lat. 45. 29.

Bonbnia quarta, urbs Myſiæ ſup. ad Danubium, *Bodon* Mercatori. Sed quæ nunc *Bodon* dicitur, *Bidina*, ſeu *Bidena* Græcis eſſe videtur, de qua ſuo loco.

Borbetomagus. *Worms*, urbs Germ. ſup. ad Rhenum flu. epiſc. ſub Arch. Mogunt. inter Spiram ad merid. 6. & Moguntiam ad Sept. 7. leuc.

Borcholmia, op. Sueciæ in Oelandiâ, inf. maris Baltici verſus Oſtrogothiam prov. & Calmariam urb. à quâ 10. m. p. diſtat.

Boreum, promunt. Hiberniæ in orâ Bor. Ptol. *Tellinghead* Ortelio; Aliis S. *Hellens head*. Aliis *Capo di Ligra* dicitur. Item Cyrenæ regionis promont. *Capo di Teiones*, teſte Marmolio. Ejus mem. Mela, 1. 7. Ptol. vocat Βόρειον ἄκρον. Strabo etiam μικρὸν ἀκρωτήριον Βόρειον refert, oppoſitum Cephalis, Procopius Βορεῖον. Attamen nec Melam, nec Plinium ita ſcripſiſſe exiſtimo. Antiquiſſimi codd. apud Pomponium *Botrion* legunt. Apud Plinium vero ita ſcribitur in pleriſque vetuſtis exemplaribus; *Promunctorium*, *quod Majorem* (Syrtim) *includit*, *Byrion vocatur*. Utrobique ſcribendum *Bryon*. Litus quod à Berenice Syrtin verſus extenditur Βρυῶν ἀιγιαλὸς appellatur à Ptolemæo. In illo eſt Βόρειον ἄκρον. Idem ergo *Boreum* & Βρυῶν promontorium. In vulgatis Ptolemæi libris malè ſcribitur Βρύων αἰγιαλός. Vett. Grammatici, qui de differentiis accentuum ſcripſêre, hujus quoque litoris meminêre. Aiunt enim Βρυῶν, Βρυῶν, *cum pro litore Cyrenaico accipitur*, *anflecti*. Sed errant. Omnino exiſtimo, litus hoc à copiâ muſci marini Βρυῶν αἰγιαλὸν eſſe appellatum. Iſ. Voſſius. *Boreum* quoque mons Arcadiæ Pauſaniæ, & Tenedi portus Arriano. Dicitur etiam *Borion*.

Borgum Centenarium, *Zentmar*, op. olim, nunc pagus Pannon. ſuper. ſeu Valeriæ Ripenſis, teſte Lazio.

Borgus, *Borgo*, urbs Finlandiæ in Suevià in orâ litor. ad ſin. Finnicum, 15. leuc. à Revalia Livoniæ in Bor. & 25. à Viburgo Careliæ in auſt.

Boringia, *Bornholm*, inſ. maris Balt. verſus Scaniam, ab eâ 20. m. p. in orient. hibern. ſub dominio regis Daniæ.

Bormanico, & *Macina*, op. Gall. Narbon. in Provincia. Alii ſic legunt *Bormani Comaci*, quibus *Bormani* eſt *Obrac*, *Comaci* vero *le Caue*, teſte Dalechampio.

Bormanum, urbs Daciæ, in eo tractu ubi Jazyges Metanaſtæ, Sanſone teſte, non procul à Tibiſco flu.

Bormia, flu. Italiæ duplex, uterque oritur in Marchionatu Cevæ, in Pedemontio, & aquas ſuas miſcet paulo ſupra Seſſanum, dein auctus aliquot rivis Aquas Statelliorum rigat, & infra Alexandriam in Tanarum influit.

Bormiæ aquæ, *Wormſée*, ubi Bormium op. Rhætorum ad extremum vallis Telinæ, inter fontes Adduæ, & Ollii flu. à Novocomo urbe Inſubriæ 100. m. p. in Cæc. Item thermæ quædam apud Aquenſem urb. Stateliorum in Liguria. *Bormium* v. op. non obſcurum, abeſt ab ortu Adduæ 3. m. p. à Morbonio apud initium vallis prædictæ.

Borneum, *Borneo*, inſ. perampla Aſiæ in mari Indico inter Sumatram, Javam & Philippinas inſ. ſub linea Æquinoctiali. Aliquot regna conplectitur, ſed ab Europæis nondum benè luſtrata fuit, præſertim verſus oram Orientalem. Ejus primaria urbs *Borneo* dicitur, eſtque in ora ſinus parvi intra paludes, & Venetiarum ad inſtar, ampla, & emporium celebre.

Bornhemium, caſtrum Belgii in Com. Flandriæ, unde regiunculæ nomen, ad Scaldim flu. inter Aloſtam & Antwerpiam.

Borſippa, urbs Babyloniæ, olim Dianæ & Apollini ſacra, in quâ maximum lanificium eſt, & maxima veſpertilionum multitudo in eſum conditur. Strabo lib. 16. Stephanus Βόρσιππα fœm. gen. aut neutri pluralis ſcribit.

Boruſci, ſive *Boruſſi*, Sarm. Europææ pop. Ptol. quorum reg. *Pruſſia* in regno Polonico, contenta inter oſtia Viſtulæ, & Memelli ad Cæciam 37. leuc. patens inter dicta oſtia; *Prutenia* etiam Latinè dicitur. *Preuſſen* & *Pruiſſen* vulgò, in Regiam & Ducalem diviſa. Ovid. Triſt. 4. 8.

Vita procul patriâ peragenda ſub axe Boruſco eſt.

Ita Ferrarius. Tu vero lege *ſub axe Boreo.*

Boryſthenes, flu. Scythiæ, ſecundum Iſtrum omnium maximus ad 600 ſtadia navigabilis, in cujus oſtio ingens vis ſalis ſua ſponte naſcitur, & ingentia cete ſpinis carentia reperiuntur. Herodot. Plin. Strabo. Solin. Pompon. & Marcian. Heſychius. Βορυσθένης, ὁ Ἑλλήσποντος, ἐστὶ ὁ ποταμός. *Danaſter* Jornandi, *Donaſtus* Ammiano Marcellino. *Dnieper* Lud. Decio, *Nieper* Mercatori, *Briſna* Leunclavio, *Bereſina* Peucero, *Dneſter* & *Neſter* Martino Cromero. Sed *Nieper Naparis* eſt Herodoto; *Neſter* eſt Tyras, qui inter Boryſthenem

nem & Danubium fluit. *Bereſina* itaque per Lithuaniam fluens, & Naparim excipiens (in cujus nomen tranſit) *Boryſthenes* eſt, cum monte & urbe cognomine, anno 3. poſt captam Trojam condita apud oſtia illius. Pop. *Boryſthenitæ* Herodoto, *Boryſthenidæ* Propertio 2. 7.

Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

Ovid. Pont lib. 4. el. 10.

Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dryaſpes.

Dionyſ. verſ. 311.

Ἦχι Βορυσθένεος πλαμὺς πεπαυσμένον ὕδωρ
Μίσγει Ἐυξείνῳ, κεῖθι περήσειε μέλαινα,
Ὀρθὸν ὅτε γεγμῇ, κατεναντία Κυανεάων.

Ubi Montanus. Si Dionyſium cum Ptolemæo & aliis Geographis conciliare velimus, non hoc ad Agathyrſos ſolos, qui verſu præcedenti ultimò nominantur referendum, (ii enim ex Ptolemæi ſententiâ à *Boryſthene* ſatis remoti, & eos ipſe Dionyſius verſ. 319. juxta mare glaciale locat) ſed intelligendum eſt per gentes modo confuſius recitatas *Boryſthenem ferri*, (apud Neuros enim oriri Plinius & Mela teſtantur) unde in merid. delatus rectâ adverſus Ponti fauces, ubi Cyaneæ petræ, Euxino miſcetur, ut verè Dionyſ. Eoſdem tamen Agathyrſos opinari potuit Dionyſ. & Boryſtheni & mari glaciali vicinos fuiſſe, ut mox indicabitur, quo quidem nomine veteres Balticum ſinum intelligunt, ſed ſinum fuiſſe, ignorarunt. Vide Stephanum in Βορυσθένης.

Boſa, Sardiniæ op. Ptol. populi *Boſenſes*. Plin. 3. 7. Hodiè *Buoſa* dicitur. Long. 31. 6. Lat. 38. 30.

Boſcum Ducis, *Boiſleduc*, urbs Belgii in Brabantiâ, ad Domelam amnem, ab Antverpia 12. leuc. in ort. Continet 102. Parochias, ibique inter al. admiranda horologium artificioſiſſimum conſpicitur.

Boſnia, regio fuit Serviæ, à flu. cogn. per eam labente ſic dicta; adjacentibus deinde reg. Rama, Ulſora, & Sale mediterraneis, & Chulmia maritima additis, in regnum evecta fuit, habuitque reges proprios, cum antea pars fuiſſet magni regni Hungariæ. Habet à Sept. Sclavoniam, ab Occid. Croatiam, ab Orient. Serviam propriam, & à merid. Dalmatiam. Nunc autem tota paret Turcis. & ejus primaria eſt *Jaycza*. Dicitur etiam *Boſna*, ſeu *Boſſena*, & ibi fuit antiquitus pars Illyrici Occident.

Boſphorus, ſive potius *Boſporus*, cum Græcè Βόσπορος dicatur, ἀπὸ τῆς βοὸς καὶ πόρου nomen arceſſit, quod vel bos trajicere poſſit natando. Teſtis interpres Apollonii, Βόσπορος, inquit, ὁ ὁμάζης διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βῆν ἐκ Διὸς διαπορεύσας τὸν ἀπὸ Βυζαντίου καὶ ἀπὸ Χαλκήδονος διάπλουν. Am. Marc. lib. 22. *Extremitates autem arcus utrinque tenues duo exprimunt Boſpori, è regione ſibi oppoſiti, Thracius & Cimmericus: hâc causâ Boſpori vocitati, quod per eos quondam Inachi filia mutata (ut Poetæ loquuntur) in bovem, ad mare Ionium permeavit.* Idem etymon tradit Plin. lib. 6. cap. 21. nempe quòd *vel bubus meabilis ſit tranſitus*. Apollodorus lib. 2. Ἥρα δὲ τῇ Βοῒ δίσκον ἐμβάλλει. Ἡ δὲ περῶσα ἦλθεν εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνης Ἰόνιον κόλπον κληθέντα, ἔφυγε διὰ τὴν Ἰλλυρίδος πορθηθεῖσα, καὶ τὴν Αἷμον ὑπερβᾶσα διέβη τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον. Vide Palæphatum in *Ione*, Tzetzem Chil. 1. Hiſt. 31. Am. Marcellinum lib. 22. Atque hæc, ut dixi, uſitata nominis ratio eſt. Nymphis tamen Græcus author antiquus, Acarionis uſus teſtimonio dicit Phrygas cum fretum iſtud vellent trajicere navim compaginaſſe, in quâ tauri effigies erat ſculpta, ex cujus ſpecie *Boſporon* appellaverunt. Sunt qui dicunt, eos qui circa fretum habitabant, cum ad ulteriorem ejus partem vellent tranſire, naviculis compactis, bobuſque junctis mare ſolitos transfretare. Plures hujuſce *Boſpori* appellationes habes apud Petr. Gyllium lib. 1. de Thracio Boſporo cap. 1. Porro *Boſporus* ab autoribus duplex celebratur, unus *Thracicus*, qui vulgò Italis *Stretto di Conſtantinopoli* dicitur, Græcis *Laimon*, Turcis *Bogazin*, teſte Petro Gyllio, qui libellum ſcripſit *de Thracio Boſporo*: Eſtque maris anguſtia inter Byzantium in Europâ, & Chalcedonem in Aſiâ 4 ſtadiis patens, unde utrinque cantus gallorum, latratus canum, rumoreſque hominum exaudiuntur. Ejus mem. Dionyſius verſ. 140.

Τῇ δ' ἔπι Θρηϊκίη γρόμα Βοσπόρου, ὃν πάρος Ἰὼ
Ἥρης ἐννεσίῃσιν ἐνήξατο πόντιος εἶσα.
Στιβὸς γὰρ ἦν κεῖνος ἀπείρων ἔπλετο πορθμὸς
Τῶν ἄλλων ὅτε εἰσὶ πολυκλύστοιο θαλάσσης.

Etymon *Boſpori* innuit, ut & Æſchylus ante illum in Prometheo.

Ἔσαι δ' ὀνομὰς εἰσαεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας· Βόσπορος τ' ἐπώνυμος.

Val. Flac. lib. 4.

Jamque dies aurasque vocant, rurſuſque capeſſunt
Æquora, quà rigidos eructat Boſporus amnes,
Illos, Nile, tuis nondum Dea gentibus Io
Tranſierat fluctus, unde hæc data nomina ponto.

Nonnus Dionyſ. lib. 3. ——Ὅτι καὶ Βόσπορον ἀκλιὼ
Ἰναχὶς δαμάλῃ πεπερημένον ἔλκε γέφυρον.

Callimachus diviſim ſcribit hoc verſu.

Κεκλίμενοι ναίουσι Βοὸς πόρον Ἰναχιώνης.

Alter Boſporus *Cimmerius* appellatur, qui *fretum Cimmerium* Herodoto dicitur, *os Mæotidis* Capellæ, *Patares anguſtiæ* Marcellino, vulgò *Voſpero* (quod nomen eſt etiam urbis ibi ſitæ) *Stretto di Caffa* Italis, & *Bocca di S. Giovanni*; eſtque anguſtia maris inter Tauricam Cherſoneſum in Europâ & Sarmatiam in Aſiâ. Ejus mem. Dionyſ. verſ. 167.

Ἐκ δὲ Πόντοιο τὸ μυχίον ἔλκει ὕδωρ
Ὀρθὸν Κιμμερίης διὰ Βοσπόρου, ᾧ πάρα πολλοὶ
Κιμμέριοι ναίουσιν, ἐπὶ ψυχρῷ ποδὶ Ταύρου.

Hujus quoque meminit Prop. 3. 11. ubi mutavit genus, vel alludit ad omnia maria pacata victis prædonibus.

Nunc ubi Scipiadæ claſſes, ubi ſigna Camilli,
Aut ubi Pompeiâ Boſpora capta manu?

Ubi Boſporum Cimmerium intelligit, qui ob vicinum Pontum in ditione Mithridatis fuit. Sane Tullius orat. pro Muræna Mithridatem Boſporum confugiſſe ait, & Rufus Feſtus in Breviario: *Mithridates cum uxore & duobus comitibus in Boſporos fugit. Fretum* eſſe à *fremendo* vere dictum innuit Horatius, Carm. 3. Od. 4.

Inſanientem navita Boſporum
Pœnus perhorreſcit. Et Carm. lib. 2. Od. 20.
Viſam gementis littora Boſpori.

Ubi Porphyrius, *perſtrepentis & ſonantis*. Hinc *Boſporius* Ovid. 2. Tr.

Egerit Ionio Boſporioque mari.

Vide Voſſ. ad Melam lib. 1. cap. 1. Heſychius. Βόσπορος, ὁ μόνον ὁ Σκυθικὸς, ἀλλὰ καὶ Θρᾴκιος ἅπας ἐκαλεῖτο. Suidas Βόσπορος δύο, ὁ μὲν καὶ ἡ Περινθία, ὁ δὲ Θρᾳκικὸς, ὡς φησι Φιλέας. Idem: Βόσπορος, πόλις περὶ τὴν Ἑλλήσποντον, ἣν Βαχάρης ὁ Τέρκης ὑπὸ Ἰουστινιανῷ Βασιλέως ἐπόρθησε. Atque hi duo Boſpori tantum fere apud antiquos memorantur. Auſonius tamen tertium addit in Monoſyllabis.

Threicium & Libycum freta, Cimmeriumque ſecat bos.

Boſphorus, urbs Franconiæ in Germaniâ. Vulgò *Ochſenfurt*. Long. 31. 45. Lat. 49. 50.

Boſra, urbs Idumææ vetuſtiſſima, in quâ natus eſt Jobab, rex Edom. Gen. 36. 33. Idumææ diſertè adſcribunt prophetæ tres, Eſaias 36. 6. Jerem. 49. 13. & Amos 1. 12. Tamen unus ex hoc numero Jeremias 48. 24. *Boſram* cenſet inter Moabitarum urbes. Itaque vel utrique adſcribitur, eò quod in utriuſque fuerit confiniis, vel, quod puto verius, gemina fuit *Boſra*, una Idumæorum, altera Moabitarum. Nec multùm refert utrum intelligas in his Michææ. *Ponam illum ut oves Boſræ*, quia utraque regio fuit valde pecoroſa, quanquam hunc locum veteres multò aliter interpretantur, nam pro *Sicut oves in Boſra* Græci habent ὡς πρόβατα ἐν θλίψει, tanquam eſſet à בצר *coarctari*, vel *in anguſtiis eſſe*. Bochartus.

Botrodus, vicus non longè à Segobrigâ quondam opidum à Tiberio Graccho dirutum. Polyb. Mart. lib. 1. ep. 50.

Et delicati dulce Botrodi nemus
Pomona quod felix amat.

Bovianum, Samnitum colonia vetus. Plin. 3. 12. vulgò nunc *Boiano* dictum, epiſcopali dignitate clarum. Memoratur Livio, Straboni, aliiſque. Βοίανον Ptolemæo; Βοίανον Straboni; Apud Appianum Εμφυλ. ά. corruptè Βόανον. Sed ſcripſiſſe etiam Græcos Βοβιανον colligere datur ex Frontino, ubi *Bobiani agri*: In Antonini itinere longè corruptiſſimè *Bononia*. Silius lib. 8. ſic habet.

Qui Batulum Mucraſque colunt, Bovianiaque
Exercent luſtra.

Bovillæ, op. in Latio, haud procul ab urbe Româ. Inde *ſuburbanæ* dictæ. Ovid. Faſt. 3.

Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bovillis.

Propert. lib. 4. el. 1.

Quippe ſuburbanæ parvâ minus urbe Bovillæ.

Videtor Cluverius Ital. Ant. lib. 3. pag. 917.

Brabantia, prov. Belgii inter Hollandiam ad Bor. Gueldriam, & Leodienſem ditionem ad ort. Flandriam & Zelandiam ad occ. & Hannoniam, Comitatumque Namurci ad merid. Ibi alias fuere Menapii pop. & hodie pro maj. parte ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ, ſed pars ejus Sept. paret Hollandis.

Bracarus, vide *Brachara*.

Braccata Gallia, vulgò *La Provence*. Nomen habet à *braccis*, quæ Iſidoro ſic dictæ videntur, quod ſint breves, & corporis verenda iis velentur, q. d. βραχεῖς ἐσθῆτας. Immo *Braccæ* ſunt βέκκη, vel βέκκια, h. e. ῥάκη vel ῥάκια, inquit Caſaubonus, qui minime aſſentitur Diodoro Siculo exiſtimanti βέκκας vocem eſſe Gallicam, uti nec Heſychio, qui ſcribit.

Βράκκας ἄνδρας διαφέρειν φασὶ Κελτοῖς. Ait enim Diodorum lib. 7. Galatas anaxarydas vocare braccas. Hieronymus ad Fabiolam de veſte ſacerdotali, & Ambroſius. 1. Offic. ap. pellant braccas feminalia, quibus velantur pudenda. Graci περισκελῆ vocant, quanquam Flaccus *periſcelida* acceperit pro ornatu fœminino, & Porphyrio apud eundem eſſe velit ornamentum pedum circa crura, ex vi nominis ſumpta interpretatione, cujuſmodi ornamenta Ovidius *genualia* vocat. Ab his autem braccis, ut vulgò volunt, nominata eſt ea pars Galliæ, quæ aliàs Narbonenſis provincia audit. Quanquam non ſoli Galli uſi ſunt braccis, ſed & Medi, & reliqui populi. Legitur enim in obſcœno carmine.

Medis laxior Indiciſque braccis.

Hinc Perſius——*Braccatis illita Medis*

Porticus. Ovidius Triſtium 5. de Getis.

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.

Idem alibi.

Hos quoque qui Graiâ geniti creduntur in urbe
Pro patrio cultu Perſica bracca tegit.

Lucanus lib. 1.

Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis
Vangiones.——

Val. Flaccus lib. 5. Argonaut.

Et jam Sarmaticis permutant carbaſa braccis.

Brachara, apud Ptol. vulgò hodiè *Braga*, cujus Præſul Metropoliticus ſimul & Primas regni Luſitaniæ appellatur.

Brachia, Stephanus. Βραχεῖα, ὅτως ἡ Αἰγυπτία θάλασσα καλεῖται· Ἑλλάδι δὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ βράχη εἶναι πλείστα. Verum non Arabicum tantum, ſed & Æthiopicum mare βραχεῖαν θάλασσαν dixere. Inepti homines apud Ptolemæum Τραχεῖαν ſubſtituere θάλασσαν pro βραχεῖαν. Vide Voſſ. ad Melam lib. 1. cap. 19.

Bræcara, ſeu *Bracara*, vulgò *Braga*, urbs Archiep. Hiſp. Tar. à qua *Callaici Braccarii* ſic dicti. Nunc eſt in Portugall. ad amnem Cavadum, 5. leuc. ab orâ litor. Oceani, & totidem à Viana in ort.

Brandeburgum, urbs antiqua Germ. in med. Marchiâ, & ab Havela flu. in 2. partes diviſa, nempe in ſuper. & novam. Hinc dicitur *Marchia Brandeburgica*, quæ triplex nempe, ſuper. med. & nova. Vide *Brennoburgum*. Long. 35. 00. Lat. 52. 39.

Brannogenium. Vide *Vigornia*, vel *Wigornia*.

Braſilia, pars admodum ampla & fertilis Americæ merid. à Luſitanis detecta & occupata; etiamnum hodie agnoſcit Regem Portugalliæ. Dividitur in 14. præfecturas; eſtque, inter Paraguaiam prov. & flu. Amazonum extenſa.

Brechinia, *Brecknock*, prov. Walliæ cum op. cogn. ad Oſcam flu. media inter Maridunum & Herefordiam, & quibuſdam eſt Loveantum antiquorum.

Brechinium, *Brechin*, urbs Scotiæ in orâ Orient. epiſc. ſub Arch. Andreapolitano, inde 55. m. p. in Bor. & 28. circiter ab Aberdoniâ in meridiem.

Breda, urbs Brabantiæ permunita ad flu. Meruam, cum tit. Baroniæ, in dition. Princ. Arauſicani, ſub domin. tamen Hollandorum ab an. 1637. 8. leuc. ab Antverpia, 6. à Buſco Ducis, & 5. à Bergâ ad Zomam.

Brega, *Brieg*, urbs Germ. in Sileſiâ, Ducatus cog. caput ad Oderam flu. med. inter Uratiſlaviam & Oppolium, 4. leuc. ab utraque diſtans.

Bregætium, Cluverio teſte, eſt Strigonium, Gran, urbs præclara Hungariæ. Al. eſt *Comara* arx ad Danub. flu. in Scutia inf.

Brema, *Bremen*, urbs Germ. in Saxon. infer. archiep. ad Viſurgim, Ducatus cogn. caput. Long. 30. 17. Lat. 53. 25.

Bremenium, Camdeno eſt *Brampton*, op. Angliæ in Northumbria, ad amnem *Till*, 9. m. p. ab ora litorali, & 6. à confin. Scotiæ verſus Bervicum.

Bremenſis Ducatus, prov. Germ. in Saxon. infer. ſub domin. Regis Sueciæ. Terminatur à Sept. Albi flu. à merid. Viſurgi, ab ortu Duc. Luneburgenſi, & Principatu Ferdenſi, ab occ. autem Com. Oldenburgico. Ejus urbes ſunt Stada, Bremefurda, & Buxtehuda. Sed *Brema* totius tractûs cap. ferè ſui juris eſt.

Bremetonacum, Camdeno teſte, eſt *Ribcheſter*, pagus Angliæ in Com. Lancaſtrenſi ad amnem *Ribbil*, 10. m. p. ab ora litorali in ort.

Brenni, pop. Norici, aliis *Breuni*, *Breones*, & *Breuci*, & *Briones*. Strabo Βέδρους καὶ Τεναύνους conjungit. Similiter Horatius.

——*Milite nam tuo*
Druſus Genaunos implacidum genus
Breunoſque veloces & arces
Alpibus impoſitas tremendis
Dejecit.——

Legendum etiam, ut rectè vidit Xylander in tropæo Alpium ISARCI. BREUNI. GENAUNI. *Perlachres* hodiè Aventino; Item *Breuni* pop Alpini in Lepontiorum confinio, quorum reg. *La val di Bregna* Italis, *Paienſerthal* Germ. teſte Tſchudo nominatur; ubi *Breunus* flu. *Bregno* vulgò per vallem ante dictam decurrens in Ticinum flu. labitur.

Brennia, *Brenne*, op. Belg. in Com. Hannoniæ. Al. eſt *Braine*, dicitur etiam *Bronium*. Long. 25. 25. Lat. 50. 28.

Bremoburgum, *Brandenburg*, urbs Germ. in fin. Saxoniæ ad Havelam flu. in media Marchia, quæ ab ea nomen ſumpſit, uti & Elector potentiſſimus, cujus dominio ſubſunt hæ provinciæ, 1. Marchia vetus Brandeburgica. 2. Marchia nova. 3. Marchia media. 4. Pruſſia Ducalis. 5. Pomerania ulterior. 6. Duc. Croſſenſis in Sileſia. 7. Duc. Magdeburgenſis. 8. Principatus Halberſtadienſis & Mindenſis. 9. Com. Ravenſpergenſis & Marchiæ. 10. Cum Ducatu Clivenſi: Et 11. Parte Voitlandiæ.

Brennus, mons Norici, in Com. Tirolenſi, apud Stiriacum op. ab Oeniponte 5. leuc. in ort. vulgò *Brenner*. *Brennum*, autem *Bre* pag. eſt agri Brixienſis in valle Camunorum inter Iſſeum lac. 33. & Tiranum op. Rhætorum 38, in via inter Brixiam & Curiam, inde 34. hinc 79. m. p.

Breſſia, *la Breſſe*, prov. Gall. Comitatus tit. clara. Habet ab ort. Sabaudiam, à Sept. Comit. Burgundiæ, ab occ. Ducat. Burgundiæ, & ad merid. Delphinatum.

Breſſicia, *Breſſici*, urbs Poloniæ in Poleſia prov. ad flu. *Bug*, cap. reg. 25. leuc. à Lublino, & 30. à Vaſovia in ort.

Bretonia, urbs Hiſp. Tar. in Gallæcia olim ſub Gothis epiſc. ſub archiep. Bracharenſi, nunc pag. *Bretagna* dictus, teſte Mariana, Mindonenſi urbi, quæ illi ſucceſſit proximus, 8. m. p. diſtans.

Breuni. Vide *Brenni*.

Bria, *La Brie*, prov. Franciæ Campaniæ adjecta, inter Seguanam, & Matronam flu. non longè à Lutetia. Ibi urbes præcipuæ, *Meldæ*, *Latiniacum*, *Provinum*, *Seſana* & *Bria Comitis Roberti*.

Bridoborum, & *Brivodurum*, op. Gall. Celt. ad Ligerim flu. in Duc. Nivernenſi, & Vaſtiniæ reg. confinio, à Nivernis 21. leuc. in Bor. verſus mont. Argium 10. Long. 23. 55. Lat. 40. 30.

Briela, *Briel*, urbs permunita Hollandiæ prope oſt. Môſæ, ubi jacta fundamenta Reip. Batavæ. Sedet in Voornia, inſ. cum portu ſatis tuto 2. leuc. à Delphio, & 3. à Roterodamo in occ.

Brielium, *Briel*, op. Germ. cum caſtro Archiepiſcopatus Colon. ubi aliquando commoratur Elector 2. leuc. à Colonia in auſt.

Brigæcium, Oviedo Taraphæ, urbs Hiſp. Tar. in fin. Aſturum. Al. eſt *Braganza*, urbs Portugall. intra montes.

Briganconia, *Bregancon*, arx Galliæ in lit. Provinciæ, ſcopulo affixa in modum inſ. media inter Telonem & Fanum S. Eutropii contra Stœchades inſulas.

Brigantes, pop. Angliæ, ubi nunc Eboracenſes, Lancaſtrienſes, Dunelmenſes, Weſtmarienſes & Cumbri. Item pop. Hiberniæ, ubi nunc Comit. *Waterford* & *Tiperary* in Momonia prov. inter Suizii oſt. Confluenteſque Neori & Barouvi. Denique pop. Scotiæ, quorum reg. Gallovidia eſſe videtur.

Brigantia, *Braganza*, urbs Aſturum, nunc Portugalliæ intra montes in confinio regni Legionenſis, cujus Dux hodie eſt Rex Portugalliæ ab an. 1640. Long. 13. 05. Lat. 42. 00.

Brigantini montes, vulgò *Monti di Brianza*, montes Italiæ in Duc. Mediolanenſi, ubi Addua flu. exit è Lario lacu.

Brigantinus lacus, qui aliter Venetus, Podamicus, & Conſtantienſis dicitur, Germanis *Bodenſee*, inter Helvetios & Sueviam, ſupra Conſtantiam. Item lacus Cenomanorum in fin. Brixienſium, ex quo Cluſius flu. per agrum Brixienſem in Ollium delabitur. Ab al. *Edrinus* dicitur.

Brigantinus portus erat ubi Lucenſes Callaici, & prope eum Brigantium, ſeu Flavium Brigantium op. quod multis eſt *la Corunna*, al. autem eſt *Betanzos* urbec. in viciniis.

Brigantium, *Bregentz*, op. olim Rhætiæ, vbi Brigantii pop. nunc in Suevia, caput eſt Com. cogn. Tirolio adjecti, ſub domin. domus Auſtriaci, & ibi amnis etiam *Bregentz* influit in lac. Brigantinum. Long. 31. 38. Lat. 47. 00.

Brigantium alterum, *Brigantio* Anton. *Virgantia* Am. Marc. vulgò *Brianzon*, op. Gall. Narb. in Delphinatu in Seguſianorum confin. ad Druentiam flu. inter Seguſium urb. Italiæ in fin. Taurinorum 12. & Ebredunum urb. Delphinatus 7. leuc.

Brigantium tertium in Anglia, urbs Archiep. vulgò *York*. Vide *Eboracum*.

Brigantium quartum, urbs Hiſp. in Gallæcia, quæ

Compoſtella

Compſtella nonnullis eſſe videtur. Al. eſt *Betanzos.*

Brige, op. Angliæ, vulgò *Broughton* in Com. Hantoniæ inter Ventam Belgarum 11. & Sorbiodunum 9. m. p. *Brage* quoque legitur.

Brigewatera, *Bridgewater*, op. Angl. in Com. Somerſet. ad amnem *Parret*, 5. m. p. ab æſtuario Sabrinæ.

Brigiana, *Buriana*, op. Hiſp. Tar. teſte Beuthero, haud obſcurum, in ora regni Valentiæ, à qua 7. leuc. abeſt in occ. Dertuſam verſus inter Caſtellonum, & Populam 2.

Brigobanna. Vide *Bragodurum.*

Brillendunum, quod alias *Gabrantovicum*, op. Angl. in agro Eboracenſi in ora litor. ad ort. juxta Flamburgum, 15 m. p. ab Hullo in Bor. vulgò *Bridlington.*

Brintum, op. Æmiliæ in territ. Bononienſi, vulgò *Caſtel Brito* Al. *Brento*, op. exciſum videtur in monte apud Iſidim flu. à Bononia 12. m. p. in merid. Long. 34. 56. Lat. 43. 45.

Briocum, *S. Brieu*, urbs Gall. Celt. in ora Britanniæ Boreali, inter Maclovium ad ort. 10. & Leonam ad occ. 20. m. p. epiſc. ſub archiep. Turonenſi. Long. 17. 42. Lat. 49. 25.

Brionum, reg. Norici, in quâ *Bruneck* op. Com. Tirolenſ. teſte Lazio, à Brixinenſi urbe 4. leuc. in ort. Al. *Brionum* eſt *Pernaw* op. in territor. Salisburgenſi.

Briſacum, *Briſach*, urbs & arx munitiſſima Germ. ſup. in Alſatia cum ponte lapideo ad Rhenum, ſub imperio Gallorum.

Briſgaui, pop. Germ. prope Rhenum. Hinc *Briſgoia*, ſeu *Briſgovia*, reg. Germ. inter Rhenum & Silvam Nigram, cujus Briſacum alias primarium, nunc Friburgum. Fere tota eſt juris Auſtriaci.

Briſoana, *Bindimir* Moletio, flu. Perſidis in ſin. Perſicum, inter Rhogomanem & Bagradam ad ort. in fluens. Hic Perſepolim urb. primariam rigat.

Briſtolium, vulgò *Briſtow*, vel *Briſtol*, urbs Albionis in Angliæ, Walliæque confin. apud oſt. Sabrinæ flu. *Trajectus* nonnullis, ſed male *Venta Belgarum.* Sedet partim in Somerſetenſi agro, & partim in Gloceſtrienſi, ad Avonam flu. ubi Fromum amnem recipit; neutrius tamen cenſenda eſt cum ſuos habeat ſeorſim magiſtratus & Comitatus per ſe ſit incorporatus, proditiori ſitu inter flumina prædicta interſedet, munitionibus, & rivis ſatis tuta: duplici enim muro quondam circumdata. Ad aſpectum v. ita pulchra, tum publicis tum privatis ædificiis, ut nomini Saxonico *Brigheſtow*, i.e. *Locus illuſtris* plane reſpondeat, Cloacis (*Goutes* vocant) per ſubterraneos meatus ita conſtructis, ad ſordes evehendas & abluendas, ut ad munditiem & ſanitatem nihil deſideres, unde nullus hic curruum uſus. Ad vitæ neceſſitatem ita inſtructa eſt civibuſque frequens, ut inter Britanniæ urbes primas à Londino facile ſibi vendicet. Multarum enim gentium commercium mutui uſus & portûs commoditas eò traxit, qui in ipſum urbis ſinum naves paſſis velis admittat. Avona enim ita Oceani irruentis æſtu intumeſcit quoties Luna à meridiano faſtigio divergit, locumque oppoſitum prætermeat, ut naves in vado hærentes ad 11. & 12. ulnas extollat. Ipſique cives opulentam per Europam exercent mercaturam, & navigationes in disjunctiſſ. Americæ partes inſtituunt. Quando autem vel à quo condita fuerit, non facile quis dixerit; recentior tamen videtur, cum in Danorum direptionibus nuſquam apud hiſtoricos noſtros de ea mentio habeatur. Et ſane inclinato Saxonum imperio primum emerſiſſe videtur, cum nuſquam nominetur ante an. 1063. quo Heraldus (ut habet Florentius Vigornienſis) è *Briſtowa* cum infeſta claſſe in Walliam ſolvit. Primis Normannorum annis, *Berton* prædium adjacens, & hæc *Briſtow reddebat regi* (ut eſt in Cenſuali Angliæ Commentario) CX. *marcas argenti*, *Burgenſeſque dixerunt Epiſcopum Habere* XXXIII *marcas*, *& unam marcam auri.* Deinde Robertus Conſtantienſis Epiſcopus, cum res novas in Guil. Rufum moliretur, in belli ſedem elegit & urbeculam munivit, interiori illo muro qui etiamnum in parte ſupereſt. Sed paucis poſt annis prolata ſunt undique pomœria ab Auſtro enim *Radcliff* vel *Redcliff*, ubi ſuburbanæ erant ædiculæ, reliquæ urbi ponte Saxeo utrinque ita ædibus conſito, ut non pons ſed platea videatur, conjungitur, mœnibuſque includitur, & incolæ in civitatem aſcripti ſunt, hoſpitales domus ubique in uſum pauperum, & Eccleſiæ elegantes in Dei gloriam erectæ. Inter quas longe omnium pulcherrima eſt S. Mariæ de *Redcliff*, extra mœnia, in quam magnificè pluribus gradibus aſcenditur; adeo ampla, opere adeo venuſto, teſtudine è ſaxo artificioſe concamerata, turri eximiâ altitudine, ut omnibus Parochialibus Angliæ Eccleſiis longè præcellat. Unde hi verſus:

Hæ jactant variis ſeſe præcellere rebus:
Una ſuam jactat Structuram *atque altera* Tectum;
Altera ſublimem quâ tendit in æthera Turrim:
Concamerata ſibi jactant Fundamina *quædam,*
Atque Sepulchretum. *Quædam ſunt tumque* Feneſtras;
Tumque Pavimentum *jactantes. Sunt quoque multæ*
Quæ ſibi Campanas *gaudent jactare ſonoras,*
Altera prægrandes, *atque altera jactat* amœnas.
Altera ſe numero *reliquas ſuperare triumphat.*
Sed quibus una putat claram ſeſe eſſe ſeorſim
Omnibus his junctim jactat tranſcendere Redcliff.

In hâc Eccleſiâ Fundator Guil. *Conninges* duos habet tumulos honorarios, alteri imago veſtitu Senatorio (quinquies enim erat prætor hujus civitatis) alteri ejuſdem imago habitu ſacerdotali imponitur; ſacris enim ſenex initiatus erat, & Decanus Collegii quod ipſe Weſtburiæ inſtituit. Ab ortu etiam & Sept. quamplurimis etiam aucta eſt hæc Civitas ædificiis, eáque mœnibus incincta, Fromóque flu. defenſa, qui cum mœnia alluerit, placide in Avonam influit, & mollem præbet navibus ſtationem, crepidinemque mercibus exportandis & importandis idoneam, quam Anglicè *the Key* vocant. Sub quâ inter Avonæ & Fromi confluentes, campeſtris interponitur planities, quæ arboribus undique conſita amœnum admodum ambulacrum civibus præbet. Ad ort. hibernum, quà flumina objecta non habet Robertus Regis Henrici I. naturalis fil. Caſtrum amplum & munitum ad urbis ſuæ defenſionem extruxit. Ultra Fromum flu. qui ponte conſternitur ad *Frome* portam in editiorem collem difficili clivo oblique aſcenditur, unde gratiſſimus in ſubjectam urbem & portum patet proſpectus. Hic in ſummitate ſtatim in amplam & viridem planitiem æquatur quæ medio duplici arborum ordine obumbratur, inter quas pulpitum è ſaxo, & ſacellum in quo Jordanum ſocium Auguſtini Apoſtoli Anglorum conditum ferunt, nunc v. eſt ſchola publica; & utrinque, ut nitidas privatorum ædes taceam publicis & magnificis ædificiis condecoratur. Hinc qua decurrit Avona, prærealtæ ſunt undique rupes, quas veluti de induſtria admolita eſt natura. Harum altera, quæ ad ort. flumini imminet *S. Vincentii* nomen habet, & adamantum adeo fœcunda eſt, ut quis modios, inde impleat. Exiſtimationem v. copia apud noſtrates invidit; nam præterquam quòd colore tranſlucido Indicos provocant, ita duritie ſolummodo cedunt. Quod v. laterum ſexangulo vel quadrangulo lævore à natura ipſa turbinati ſint, magis admirandos puto. Altera v. rupes ad occiduam ripam etiam adamantum eſt ferax, quos cavi & rufeſcentes ſilices (rubet enim hic terra) ceu fœtu gravidi, in ſe mira naturæ ſolertia continent. Has rupes Avona prætergreſſus in Sabrinianum æſtuarium tandem pleno alveo exoneratur. Long. 70. 30. Lat. 51. 45.

Britannia, inſula in Oceano Septentrionali omnium quæ Europæ adjacent maxima; unde & *Orbis alter*, à veteribus dicta. Ruffinus ſeu quis alius interpres Joſephi lib. 2. Haloſ. c. 16. *Conſiderate autem Britannorum muros, qui Hieroſolymorum muris confiditis. Illos ſiquidem circumdatos Oceano, & pene non minorem quàm noſter eſt, orbem habitantes, Romani navigantes redegerunt in ditionem ſuam.*

Claudianus.

——*Et noſtro diducta Britannia mundo.*

Virgilius. *Et penitus toto diviſos orbe Britannos.*

Horatius *Ultimos orbis Britannos* vocat.

Et ante eum Catullus:

——*Terribileſque & ultimoſque Britannos.*

Dionyſius Perieget.

——Οὐδέ τις ἄλλη
Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρεταννίσιν ἰσοφαείζει.

Quod capio duplici ſenſu; vel enim reſpectu dicit ad magnitudinem, quam ſuprà innuebat

Τέων τοι μεγάθῳ τε.

Vel ad bonitatem; utroque enim modo reliquas omnes inſulas facilè ſuperat *Britannia.* Primò fertilitas ejus ex hoc non obſcurè patet, quòd & annonâ in proprios uſus ſufficiente abundet, & frumentarium auxilium populis etiam longiſſimè diſſitis ſuppeditet. Amm. Marcellinus lib. 18. *Annona à Britannis ſueta tranferri.* Zoſimus Comes lib. 3. Ὀκτακόσια κατεσκεύασε πλοῖα (Julianus Imp.) μείζονά λέμβων, ταῦτά τε εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐκπέμψας κομιζοὺς σῖτον. Plura apud Camdenum in ſuâ *Britanniâ* videat, ſi volet, ſtudioſus lector. Secundo magnitudinem quod attinet, ea quidem apud Dionyſium præcipuè intelligenda eſt. Audi Diodorum lib. 5. Νῆσοι πολλαὶ κεῖνται ὑπάρχουσιν, ὧν ὀξὺν ἡ μεγίστη Βρεττανικὴ καλουμένη. Author libelli *de Mundo* Ariſtoteli falsò attributus, cap. 3. Ἐν τούτῳ γὰ μὴν νῆσοι μέγισταί τε τυγχάνουσιν ἔσαι δύο Βρεττανικαὶ λεγόμεναι, Ἀλβιον, καὶ Ἰερνη. Hinc Ariſtides aliique Græci *Britanniam* κατ' ἐξοχὴν ob magnitudinem μεγάλην νῆσον appellarunt; quemadmodum & nos hodiè *Magnam Britanniam* vulgò dicimus. Tacitus in Julio Agricola. *Britannia inſularum, quas Romana complectitur Notitia, maxima.*

Procopius Vandalicorum, lib. 1. *Britanniam* vocat Τῶν ἐπὶ Ἡρακλείων στηλῶν νήσων ἁπασῶν μεγίστην παρὰ πολὺ οὖσαν. Ptolemæus unam quidem excipit Taprobanem, λέγων (inquit Eustathius) ὅτι παρόμοιός ἐστιν ἡ Ἰνδικὴ Ταπροβάνῃ μεγέθει καὶ τῇ δόξῃ, μεθ' ἣν ἡ Βρεττανική. Cæterum de magnitudine *Britanniæ* vide sis Cl. Salmasium in Plinianis latè dissentem, pag. 250. Quidam deducunt à Βεττὼς *dulcis* & ταννία *regio*, ut in *Lusitania*, *Mauritania*, &c. q. d. *dulcis terra*. Dunæus. Camdenus à *Brith*, id est, *pictus*, nam populi se pingebant glasto. Sin verò à *Brittone* vel *Bruto* dicta fuit, certè Brutus ille Gallus fuit, non Trojanus, aut Italus. Verstegamus. Bocharto vero Βρεττανική nihil aliud videtur quam ברית אנך *barat anac*, id est *ager*, seu *terra stanni & plumbi*. ברא *bara* & in regimine ברת *barath* Syris agrum esse sciunt omnes, & ex Daniele abundè notum, & אנך *anac* stannum, ut plumbum Hebræi explicant Hamosi 7. 6. Primò, de stanno res notissima ex Diod. Sic. lib. 5. p m. 209. ὅτοι δ' κασσίτερον καλασκεδάζουσιν ἐργαζόμενοι τὴν φέρουσαν αὐτὸν γῆν. Vide quæ sequuntur. Secundò, de plumbo Plinium audi: *Nigro plumbo ad fistulas, laminasque utimur laboriosius Hispaniâ eruto, sed in Britanniâ summo terræ corio adeo largè ut lex ultro dicatur, ne plus certo modo fiat.* Figuram ejus quod attinet, Strabo lib. 4. Ἡ δὲ Βρεττανικὴ τετράγωνος μᾶλλόν ἐστι. Cæsar, *Insula universa triquetra.* Pomponius; *Britannia se in diversos angulos cuneat triquetra, & Siciliæ maximè similis*; Diodorus quoque Siculus; Αὕτη δὲ τῷ σχήματι τετράγωνός ἐστι παραπλησίως τῇ Σικελίᾳ. Quam sit autem hoc verum ex recentiorum descriptionibus discere quivis potest, & præterea ex Tacito in vitâ Agricolæ. Dicitur etiam *Britanniæ* pl. num. uti & *Illyriæ* apud Propert. 2. 17.

Dic alias iterum naviget Illyrias.

Solinus. *Græcias cogitamus.* Homerus.

Ἤ μ' Κρητάων γαῖός ἐυχέται' εὐρείαων.

Euripides.

Καὶ νησιώτας, καὶ μακρᾶς Εὐρωπίας.

Catullus Epist. 26.

Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ.

Idem epist. 42.

Mavult quam Syrias, Britanniasque.

De victu ac toleranti vet Britannorum pulcherrimè Bundvica bellatrix Regina in Oratione quâ centum & viginti millia militum adversus Romanos armavit apud Dionem Cassium lib. 62. cum insigni hostium vituperio: Ἐν δὲ τούτοις, inquit, ὧν παρὰ μὲν ἐλαφεῖν, καὶ ἐλείοις, ὅπου ἔστε λιμὸν, ἔστε δίψος, ἢ ψύχος, ἢ καῦμα ἀποφέρουσιν ὥσπερ ἡμεῖς. Ἀλλ' οἱ μὲν σκιᾶς, καὶ σκέπης, οὔτε τι μεμαγμένοι καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου δέονται, κἂν ἄρα τι τούτων αὐτοὺς ἐπιλίπῃ, διαφθείρονται. Ἡμῖν δὲ πᾶσι μὲν πόα καὶ ῥίζα οὗτός ἐστι, πᾶς δὲ χυμὸς ἔλαιον, πᾶν δὲ ὕδωρ οἶνος, πᾶν δὲ δένδρον σκιά. Καὶ τοῦ πολέμου ἡμεῖς μὲν γυμνοὶ διανέμομεν, ἐκεῖνοι δὲ ἅδε πλοίοις ῥᾳδίως περαιοῦνται. Britannos veteres ita describit Strabonis Epitomator lib. 3. Οἱ Βεττωνοὶ ξυμμίκτοις τοῖς σώμασι. Τὰ δὲ ἤθη ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα ἔχουσιν, ἢ οἱ Κύπται. Καί τοι γάλακτος ἐυπορίαν τε καὶ τροφὴν ἔχοντες. Ἄπυροι δὲ εἰσὶν καὶ κτηνείας καὶ πόνων γεωργίας τρόπων. Πόλεις δὲ αὐτοῖς οἱ δρυμοί εἰσι. Περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι κυκλοτερέσι ξυμβόλοις ἐυρυχώρῃ κύκλον ἐντὸς θέμενοι καὶ αὐτοὶ καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κλαπεὶς μεύσιν ἐκτὸς πολὺν χρόνον.

Britanniæ Antiquæ populi juxta Camdenum.

Attrebatii.

Bercheria, *Berkshire.*

Belgæ.

Dorsettia, Dorcestrens. Comit. *Dorsetshire.*
Somersettensis Comit. *Somersetshire.*
Southamptoniæ Com. *Hantshire.*
Vectis insula. *The Isle of Wight.*
Wiltonensis Com. *Wiltshire.*

Brigantes.

Eboracensis Comit. *Yorkshire.*
Dunelmensis Episcopat. *The Bishoprick of Duresme*, vel *Durham.*
Lancastrensis Comit. *Lancashire.*
Westmaria Comit. *Westmorland.*
Cumbria Com. *Cumberland.*

Cantium.

Kent.

Cattieuchlani.

Bedfordiensis Com. *Bedfordshire.*
Buckinghamiensis Com. *Buckinghamshire.*
Hertfordiensis Com. *Hartfordshire.*

Coritani.

Derbiensis Com. *Darbyshire.*
Leicestrensis Com. *Leicestershire.*
Lincolniensis Com. *Lincolnshire.*
Northamptoniæ Com. *Northamptonshire.*
Nottinghamiensis Com. *Nottinghamshire.*
Rotelandia. *Rutland.*

Cornavii.

Cestriensis Com. *Cheshire.*
Salopiensis Com. *Shropshire.*
Staffordiæ Com. *Staffordshire.*
Warwicensis Com. *Warwickshire.*
Wigornensis Com. *Worcestershire.*

Danmonii.

Cornubia, *Cornwall.*
Devonia, *Devonshire.*

Dimetæ.

Cardiganiæ Com. *Cardiganshire.*
Carmardeniæ Com. *Caermarthenshire.*
Pembrochiensis Com. *Pembrookshire.*

Dobuni.

Gloucestriensis Com. *Gloucestershire.*
Oxoniensis Com. *Oxfordshire.*

Iceni.

Cantabrigiensis Com. *Cambridgshire.*
Huntingdoniensis Com. *Huntingdonshire.*
Norfolcia, *Norfolk.*
Suffolcia, *Suffolk.*

Ordevices.

Arvoniæ Com. *Caernarvonshire.*
Denbighiensis Com. *Denbighshire.*
Flintensis Com. *Flintshire.*
Mervinia, *Merionethshire.*
Montgomeriensis Com. *Montgomeryshire.*
Mona insula, *The Isle of Anglesey.*

Ottadini.

Northumbria, *Northumberland.*

Regni.

Sussexia, *Sussex.*
Suthreia, *Surrey.*

Silures.

Brechiniæ Com. *Brecknockshire.*
Herefordensis Com. *Herefordshire.*
Glamorganensis Com. *Glamorganshire.*
Monumetensis Com. *Monmouthshire.*
Radnorensis Com. *Radnorshire.*

Trinobantes.

Middlesexia, *Middlesex.*
Essexia, *Essex.*

Britanniæ in gloriam maximè cedit Christianam Fidem incolis ejus diluculo successisse. Theodoret. de cur. Græc. Affect. ubi de Apostolorum prædicat. *Neque solum Romanos*, sed Scythas quoque & Sauromatas, Indos præterea, Æthiopes, Persas, Seres, Hyrcanos, Britannos, &c. omnes induxerunt, ut Crucifixi Legem acciperent. Sed & ante eum S. Hieron. Ep. ad Evagrium 85. Et *Gallia* & Britannia, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes Barbaræ Nationes unum Christum adorant, unam observant regulam *veritatis*. Et ante eum S. Chrysost. Serm. de Pentecoste Tom. 3. *Ubicunque* ieris ad Indos, ad Mauros, ad Britannos, ad Hispanos, usque ad ultimum finem terrarum, invenies, In Principio erat verbum, & verbum erat *apud Deum*. Et ante eum Athanasius Epist. Synod. apud Theodor. l. 4. c. 3. *Quibus Niceni* Concilii Patribus assentiuntur omnes ubique Ecclesiæ in Hispaniâ, Britanniâ, Galliâ. Et ante eum Origenes Hom. 4. in Ezech. *Quando terra* Britanniæ ante adventum Christi, in unius Dei consensit *Religionem*, &c. Et ante omnes Tertullianus, adversus Judæos cap. 7. *Britannorum* inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita. His astipulatur Gildas, scriptor gentis nostræ antiquissimus qui, (ut est apud Polyd. Vergil. Hist. Angl. lib. 2.) testis est Britannos, *jam inde ab initio orti Evangelii Christianam recepisse religionem.* Ita sub ipso Evangelii crepusculo, in tenebris & umbrâ mortis sedentib. Lux sempiterna affulsit & Sol Justitiæ radios suos salutares communicavit. Sed hoc quasi parum esset, Christianismum private tam cito, ad Britannos delatum fuisse, recepta est publicè Fides ἅπαξ παραδοθεῖσα τοῖς Ἁγίοις in Britannia priùs quàm Romæ, ut rectè Episcopus Elienſis ad Apol. Bellarm. c. 1. p. 31. & ante eum Polydorus ipse Romanensis. Planè Sabellicus Enn. 7. 5. *Britannia* omnium provinciarum prima publice *Evangelium recepit.* Etenim Regis Lucii auspiciis hic est propagatum cum nondum Christiani essent Romani Imperatores.

Britannia, Ducatus Galliæ, vulgò *Bretaigne*, qui nomen jura, moresque, imò & incolas à *Britannis* insulanis accepit Julius Scal. in Urbibus.

Vicit Aremoricas animoſa Britannia gentes,
Et dedit impoſito nomina priſca jugo.

Putant autem id factum imperante Vortigero, cum in Galliam Britannos expulisset evocatus ad defensionem adversus Scotos Saxo. Nec tamen absimile vero est etiam ante id temporis in istâ Galliæ parte Britannorum extitisse colonias, easque tunc auctas novâ accessione, quam vim domi fuerant passi, Aremorici, istique maritimo tractui intulisse. Excreverunt hi postmodum in tantam potentiam, ut Gothis, quo minus Galliam universam occuparint, obstaculo fuerint. Certè Riothinus istorum rex, teste Jornande, duodecim millia Britannorum contra Gothos in auxilium adduxit. Prælio quoque adversus Attilam Britannos interfuisse autor est Callimachus Experiens. Simsonius ex Pontano. Per aliquot sæcula Duces habuit proprios; sed ab an. 1491. regno Franciæ annexa est, & maxime in Occ. procurrit, à quâ parter igatur Oceano, uti à Merid. & à Sept. Sed ab Oriente habet Normanniam, & prov. Andegavensem & Pictaviensem; estque tota portuosa.

Urbes Britanniæ Minoris.

Aletha. Vide Maclovium.
Briocum, S. *Brieu.*
Brivates, *Breſt.*
Cliſſonium, *Cliſſon.*
Coriſopitum & Curioſolitæ, *Cornovaile.*
Dinantium, *Dinant.*
Dolis, *Dol.*
Filiceræ, *Fougeres.*
Gueranda, *Guerande.*
Hannebontum, *Hannebont.*
Kimplæum, *Kimplay.*
Leona, *S. Pol. de Leon.*
Machicolium, *Machecou.*
Maclovium, olim Aletha, S. *Malo.*
Mons Relaxus, *Morlaix.*
Nannetes, *Nantes.*
Rhedones, primaria reg. *Rennes.*
Saliocanus, *Roſcou.*
Trecorium, olim Oſismi, *Triguier.*
Venetiæ, *Vannes.*
Vitræum, *Vitre.*

Britones, pop. min. Britanniæ, quæ est Gall. Celticæ regio ad mare sita, Normannis ac Pictavis contermina. Juvenali.

Quæ nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Brivâ Iſaræ, Gall. Lugd. op Anton. *Pontoiſe* Simlero.

Brivates, *Breſt* Scaligero, op. & portus, & Emporium Gall. Celt. in orâ occiduâ Britanniæ circa Gobæum promunt. à Leonâ & leuc. à Nannetibus 43. in arctos. Est & *Brivas* ad ostia Ligeris, teste Bertrando Argentræo. Vulgo *le port de Croiſil.*

Brixaba, mons Tanai flu. vicinus, posteà *Arietis frons* dictus. Plut. lib. de Fluminibus.

Brixellum, op. Italiæ inter Mantuam & Cremonam, vulgo *Breſſello.* Tacito Hist. lib. 2. Suetonio in Othone, Phlegonti l. b de longævis, prætereaque Ptolemæo atque Antonino scribitur *Brixellum*, ut apud Plin. 3. 5. *Brixillum*; apud Plut. in Othone ἐν Βριξίλῳ legas, & postea, ἐν Βριξιλλῳ. Long. 32. 42. Lat. 44. 08.

Brixia, urbs Venetiæ in Cenomannis, Catullus carm. 68.

Atqui non ſolum hunc ſe dicit cognitum habere
Brixia, Chineæ ſuppoſita ſpeculæ;
Flavus quam molli percurrit flumine Mela,
Brixia, Veronæ mater amata meæ.

Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 1. cap. 26. *Breſcia*, & *Breſſa* hodiè dicitur. Long. 32. 20. Lat. 44. 30. Est & Susianæ fluvius. Plin. 6. 26.

Brocomagus, *Brucomat* Rhenano, op. Germ. sup. in Alsatia, infra Argentoratum 2. leuc. distans in Bor. ab Hagenoa totidem in Africam. Long. 28. 50. Lat. 48. 20.

Broda, urbs Bohemiæ gemina, Teutonica & Bohemica una *Brod Behemiſch* inter Pragam 4. & Cuttembergam 5. leuc. altera *Brod Deutſchen*, à priori 11. leuc. Trebitium versus 9.

Bronchorſtum, op. Belgii uniti in Com. Zutphaniæ ad dextram ripam Isalæ flu. 1. leuc. à Zutphaniâ in dition. Hollandorum.

Bronium, *Bruine* op. Belgii in Hannoniæ & Brabantiæ confin. med. inter Bruxellas & Montes.

Brovonacis Anton. *Braboniacum* Lib. Not. *Brougham* Camdeno, op. Albionis in Anglia inter Eboracum 85. & Luguvallam 22. m. p. à Caturractonio 43. apud Scotiæ limites in reg. Westmaria.

Bructeri, pop. Germ. in Frisiâ Orient. incolentes, quorum tractus *Brockmerlandt*, teste Cornelio Kempio, dicitur. Putantur iidem cum Busacteris, vide ibi. Sunt qui hos in Marchiâ Comit. in Westphaliâ collocant. Meminit istorum Claudianus de 4. Consul. Honorii.

Venit accola ſilvæ
Bructerus Hercyniæ.

Hos Drusus navali prælio in Amasio flu. superavit, teste Tacito.

Brugæ, vulgo *Bruges*, Flandriæ urbs, omnium pulcherrima, nitidiſſimaque. Publicarum siquidem & privatarum ædium in hâc urbe splendor & magnificentia, omnem rationem, omnem dicendi facultatem superat. Optimam urbium formam, h. e. orbicularem situ obtinet. Pulcherrimis mœniis cingitur. Forum habet, ad quod sex latæ deducunt plateæ, totidemque præcipuis portis respondentes. *A pontium multitudine* sic dicitur. Præcelsis turribus, Divorumque auguſtiſſimis templis sexaginta numero insignitur. Long. 24. 25. Lat. 51. 36.

Brundunum, urbs Bavariæ, vulgo *Brunaw*, Long. 35. 25. Lat. 40. 10.

Brunduſium, quæ & *Brundiſium*, *Brendeſium* Ptolemæo, *Brenteſium* Stephano, urbs Calabriæ ad mare Adriaticum sita viâ Appiâ, eousque perductâ, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciam transitus. A *Brento* quodam Herculis filio, ut Stephano fides, aut certè à cervini capitis similitudine, quod Messapii linguâ suâ βρέντιον appellant. Lucan. lib. 2.

Brunduſii tutas Magnus conſcendit in arces.

De situ ejus hæc innuit idem Pharsal. lib. 5.

Curvique tenens Minoia tecta
Brunduſii, clauſas ventis brumalibus undas
Invenit & pavidas hyberno ſidere claſſes.

Ubi *curvum* dixit, quia semicirculi in formam jacet. Idem poeta de eâdem urbe.

Urbs eſt Dictæis olim poſſeſſa colonis
Quos profugos Creta vexere per æquora puppes
Cecropiæ, victum mentitis Theſea velis.
Hanc latus anguſtum jam ſe cogentis in arctum
Heſperiæ, tenuem producit in æquora linguam,
Adriacas flexis claudit quæ cornibus undas.
Nec tamen hoc arctis immiſſum faucibus æquor
Portus erat, ſi non violentos inſula Coros
Exciperet ſaxis laſſaſque refunderet undas.
Hinc illinc montes ſcopuloſæ rupis aperto
Oppoſuit natura mari, flatuſque removit,
Ut tremulo ſtarent contentæ fune carinæ.

Meminit ejusdem Horatius, lib. 1. Sat. 5. quâ iter ab Româ ad *Brunduſium* usque describitur.

Brunduſium longæ finis chartæque viæque.

Unde Silius lib. 8.

Nec non Brunduſium, quò deſinit Itala tellus.

Denique Festus, *Brundiſium*, inquit, *quidam poetæ brevitatis causâ*, *Brendam* dixerunt. Long. 42. 17. Lat. 40. 34.

Brunſwicum, Tubisurgium Ptolemæo, aliis *Brunopolis*, Saxoniæ metropolis, cujus fere centrum obtinet; civitas est permagna & populosa 2. m. p. suo ambitu complectens. Tota urbs in plano jacet, mœnibus ac fossâ duplici profundissimâ, & aliquot in locis triplici, ac quâ libet aquis stagnantibus munitâ. Vallum etiam inter fossas crassissimum habet, ductum per circuitum, variis arborum generibus consitum. Libera urbs est (tametsi principes reg. sese Duces Brunsuicenses inscribant) inter Erphordiam & Hamburgum, inde 24. hinc 20. leuc. à Magdeburgo in occid. 13. quot à Luneburgo recedens. Long. 32. 40. Lat. 52. 40.

Brutii, pop. in extremis Italiæ finibus supra Lucanos, peninsulam incolentes, cujus Isthmus à Lao flu. usque ad Metapontium porrigitur. Hi Lucanorum olim pastores fuere, qui excusso servitutis jugo, trans Laum flu. sedes posuerunt, unde & Βρέττιοι, vel Βρέττιοι à Lucanis dicti sunt, quod illorum linguâ *fugitivos* sonat. A Romanis autem *Brutii* appellati sunt quasi *Bruti*, h. e. *stupidi* & *vecordes*; quâ ignominiâ ideo notati sunt, quod secundi belli Punici tempore ad Annibalem desciviſſent; ob quam perfidiam semper deindè sine honore & dignitate habiti sunt, ad servilia tantum opera, & viliora munia designati. Dionysius Periegetes.

Ἄγχι δ' Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι ἀνδρες ἔασιν,
Τοὔνεκεν οὐλοσύλες ὄσσον λευκὴν ὀΐν πέκτλιν.

Græcis Βρέττιοι & Βρέττιοι dicti. Eustathius: Βρέττιοι καλοῦνται ἀπὸ Βρέττου τοῦ Ἡρακλέους. Justinus à *Brutia* muliere

Diod.

Diod. Sic. *à ſervitute ſuâ* ſic dictos putat, ἀφ' ὧν τὴν τῶν ἐγχωρίων διαλέκτῳ οἱ Δεμήτριοι Βρέττιοι προσαγορεύονται. Strabo Ἀποστάτας vocat, h. e. *defectores*. Notandum autem hic, quod obſervat Bochartus, priſcam Italiam nihil fuiſſe quam Brutiorum agrum cum parte Lucaniæ, quod ipſum voluit Stephanus in quo legendum: Ἀυσίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ καλεῖσθαι Ἰταλίαν. Eſt autem regio ſic dicta à picis abundantiâ ibi naſcente, βρεττίαν enim Græci *picem* appellant. Vide doctiſſ. Authorem de Ph. Col. pag. 660.

Bruxellæ, Bruſſells, urbs Belgii, Brabantiæ præcipua, ad Senam amnem, ab Antverpia 8. leuc. in auſtr. à Lovanio 4. in occ. verſus Gandavum. Long. 25. 46. Lat. 50. 50.

Bryges, Thraciæ pop. Steph. qui poſteà *Phryges* dicti ſunt. Strabo lib. 7.

Brygias, vel *Brygion*, urbs Macedoniæ, Steph. cujus etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 30.

———Οὐ ποτ' ἔδυσαν,
Ἀρκαδίδ Βρυγοὶ ἀξεναίεσθαι ἀνίπτοροι.

Ubi Scholiaſtes. Βρυγοὶ, ἔθνος Ἰλλυείας.

Bubacene, Aſiæ reg. a Polyſperchonte in ditionem Alexandri M. reducta. Qu. Curtius.

Bubaſtis, vel *Bubaſtus*, Ægypti civitas in quâ religioſiſſime olim Iſis colebatur, quæ ab eâ etiam Bubaſtis dicta. Ovid. Met. lib. 9.

———*Cum quâ latrator Anubis,*
Sanctaque Bubaſtis, variiſque coloribus Apis.

Long. 63. 06. Lat. 30. 40. Hinc *Bubaſtia*, ſacra quæ in honorem Iſidis quotannis celebrabantur, quorum præterquam Herodotum Gratius quoque meminit in Cynegetico verſ. 42.

Vix operata ſuo, ſacra ad Bubaſtia, lino
Veſtitur ſonipes æſtivi turba Canopi.

Pibeſeth Zeiglero, *Aizoth* Joan. Leoni dici videtur.

Bubaſus, Cariæ regio, cujus mulieres Ovidio *Bubaſides*.

Bubaſides videre nurus.

Bubeſius ſinus, in Caria. Mela. 1. 16. Ita libri & recte: op. enim undè hic ſinus dictus eſt, Βυβασσὸν Iones vocabant, non Βυβασόν. Herodotus tamen Doricè id vocabulum extulit lib. 1. Βυβασσίης enim ibi legendum, non Βυβλεσίης. Neque enim ulla uſquam eſt Byblefia Cherſoneſus; Sed Βυβασσὶν χερρόνησος eſt illa, quam Plinius vocat *Bubaſſum regionem*. Urbs enim eſt, & regio, & ſinus & peninſula. I. Voſſius.

Bubienum, op. in Hercynia ſylvâ, Marobudi cujuſdam, qui Suevis imperavit, regia. Strabo lib. 7. *Braga* Aventino, aliis *Budweiſſe* dicitur.

Bubo, vel *Bubon*, Lydorum urbs in mediterraneis ſita. Plin. 5. 27. Strabo vero lib. 13. Lyciæ urbem eſſe ait, in qua creta naſcitur. Huic Stephanus Bulbarum conjungit, quas ait à *Bubone* & *Balburro* latronibus eſſe conditas.

Buca, op. Ferentanorum in quartâ Italiæ reg. quod Plinius perperam inter Hiſtionium & Ortonam ponit lib. 3. cap. 12. Rectius Ptolemæus. Τιφέρνα πόλεμὸς ἐμβολαὶ Βῦκα, Ἰσώνιον. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 1207.

Bucellarii, Gallogræci dicuntur, quorum reg. *Bucellaria*. Suidas.

Bucephala, *Bucephalum*, Qu. Curtio & Au. Gellio, urbs Indiæ citer. ad Hydaſpen flu. ab Alex. M. condita, ac de equi ſui nomine dicta. *Gelfeten*, teſte Mercatore. Meminit Stephanus 2. hujus nominis locorum. Vide Freinſhemium ad Q. Curtium lib. 9. cap. 3. ad hæc verba. *Opida quoque duo condidit, quorum alterum Nicæam adpellavit, alterum Bucephalon, equi, quem amiſerat, memoriæ ac nomini dedicans urbem.*

Bucephalos, Melæ Peloponneſi promunt. à parte Orientali. *Bucephalum* portus Ptolemæo dicitur, qui eum ad ſinum Saronicum ponit, eodemque loco deſcribitur à Plinio & Pauſaniâ. *Cavalla* Bellonico dicitur.

Bulgari, pop. Myſiæ in Thraciæ confin. à *Bulgâ*, vel Volgam flu. ſic dicti, ubi primum in Moſchorum fin. habitarunt, Reg. *Bulgaria* dicitur, cujus metropoles ſunt Sophia, ubi Sedes eſt præfecti, & Ternobium, ubi ſedes Metropolitani. De Bulgaribus vide Montacutium ad Photii Ep. 1. ubi hæc ſcribit; Erant Bulgari, aut Bulgæ gens barbara, effera, pagana, Aquilonaris, quæ poſtrema pene omnium ab Aquilone, unde omne malum in Rom. imperium inundavit, poſt alias è Scythiâ proluvies, irruperunt, & Rom. imperium à Conſtantino diviſum, in partes diſſectum, præſidiis deſtitutum, in ruinam dederunt, quos primus Conſtantinus Copronymus bello vicit. Sed non ita peſſundedit, quin reſumptis viribus poſtea Nicephorum Imp. profligatum occiderent, & caput ejus abſciſſum ludibrio exponerent. Cum primùm irrumperent, Dardaniam occupabant; ſed deinceps Macedoniæ & Illyriæ partes poſſederunt. De illis ad religionem Chriſtianam converſis deinde certatum eſt inter Romanam & Conſtantinopolitanam ſedem, cujus ſubeſſent juriſdictioni; de quo certamine Photius alicubi in epp. qui vehementius eâ de re contendebat: unde imprimis odio & invidiâ apud Romanos laborabat. *Bulgari* v. dicebantur à *Bolgâ* ſive *Volgâ* flu. ingenti, etiam hodie notiſſimo, cujus erant accolæ cum irrumperent in imperium.

Bupraſium, civit. & flu. & reg. Elidis à *Bupraſio* conditore Hom. Plinio v. inter Achaiæ loca recenſetur. l. 5. c. 5.

Bura, Voſtica Moletio, op. Achaiæ Peloponn. ad ſin. Corinth. inter Pellenen, & Helicen. Ovid. Met. 15.

Si quæras Helicen & Buran Achaidos urbes
Invenies ſub aquis, & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus opida merſis.

Burcinacium, *Kraneburg* Simlero, op. Germ. infer. in Duc. Clivenſi, apud Cliviam urb. 1, leuc. diſtans in occ. à Noviomago urbe Geldriæ 2. Al. *Bureck*, op. ejuſdem Duc. ad Rhenum ex adverſo Weſaliæ, quod veriſimilius videtur.

Burdigalà, *Bourdeaux*, urbs archiep. Aquitan. ad Garumnam, in ora occidua ejus reg. quæ vulgò *Guienne* dicitur, caput, ac conventus juridicus, à Toloſa 30. leuc. in Circium, inter Santonas ad Bor. 21. & Baionam ad merid. 26. leuc. Patria Auſonii; de quâ ille in Catalogo urbium:

Diligo Burdigalam, Romam colo; civis in hâc ſum,
Conſul in ambabus. Cunæ hic, ibi ſella Curulis.

Long. 20. 10. Lat. 44. 50.

Burgi, *Burgos*, urbs archiep. Hiſp. Tar. Caſtellæ vet. caput & reg. ad Arlanzam flu. Long. 16. 32. Lat. 43. 00.

Burgundia dividitur in 2. partes, nempe in Ducatum, cujus caput Divio, Parlamenti ſedes ſub rege Franciæ; & in Comitatu, vulgò *la Franche Compté*, cujus primaria Dola, Senatus ſedes, eſtque anguſtior, & inter Ducatum & Helvetios Lotharingiam & Breſſiam: cum Ducatus, qui amplior, habeat à Sept. Campaniam, ab Orient. Comit. Burgundiæ, à merid. Baujovienſ. agrum & ab Occ. Nivernenſem & Borbonienſem provincias. Pop. *Burgundiones*, ſeu *Burgundi*, qui olim Chattorum & Alemannorum agros occupavere, & poſtea in Gallias tranſmigrarunt. Burgundii confines erant Alamannis, uti docet Am. Marc. principio lib. 18. *Ubi terminales*, inquit, *lapides Alamannorum & Burgundiorum confinia diſtinguebant*. Idem notat Procopius lib. 1. Goth. & ante utrumque Mamertinus in Genethliaco quem Maximiniano Herculio dixit: *Burgundiones*, ait, *Alamannorum agros occupavere*. Vide Valeſium ad Am. pag. 372.

Burrium, *Uske* Camdenò. Op. Albionis in Wallià in Com. Monumetenſi, Iſcæ finitimum, inde 9. m. p. Callevam verſus. Al. eſt *Lodbury* nomine alludente.

Buruncum, *Wuringhen*, nonnullis op. Germ. ad Rhenum flu. inter Coloniam & Noveſium. Long. 28. 25. Lat. 52. 00.

Buſacteri, pop. Germ. Gemini, majores & minores, iidem ut aliquibus videtur cum Bructeris Strab. Tacit. & Patere. quorum reg. eſt Tranſiſulana, teſte Pyramio. Al. eſt pars Weſtphaliæ circa Monaſterium urb. teſte Willichio. Buſacteri majores ab. al. in Com. Oldemburgenſ. minores in Com. Benthemenſ. collocantur. Horum *Brockersberg* op. eſſe videtur apud Goſlariam urb. in Saxoniâ.

Buſiris, *Boſire* Leoni, urbs Ægypti intra Deltam, Sebennytico & Leontopoli urbibus finitima ad Nilum, inter Babylonem & Memphim. Long. 62. 30. Lat. 30. 15.

Buthoe, urbs Illyridis. Βυθόη Sophocli, Βυθόν Scylaci & Philoni, *Butua* Plinio. Ptolemæo mendosè *Bulva*, hodie *Budua*, vel *Buduvo*; quam apud Stephanum quidam ſic dictam volunt διὰ τὸ Καδμὸν ὀπὶ ζεύγως βοῶν ὀχέμενον, ταχέως ἀνύσαι εἰς Ἰλλυείας ὁδόν. Alii Cadmum eam nominaſſe volunt, ἀπὸ τῆς Ἀργολίας Βύτης, *ab Ægyptio Buto*. Sed verum nomen Phœnicium eſt בטוחה h. e. *in tuto*, naturâ loci nimirum, aut vallis & mœnibus, aut propriis viribus freti. Boch.

Buthrotum, ſive *Buthrotus*, Ptol. vulgo *Butrinto*, urbs Epiri in orâ contra Corcyram inſulam Virg. Æn. 3.

———*Portuque ſubimus*
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus arcem.

Ovid. Met. 13.——*Regnataque vati*
Buthrotos Phrygio. Long. 45. 30. Lat. 40. 00.

Buthrotus, flu. Magnæ Græciæ apud Locros, *Novitte*, teſte Barrio.

Butrium, *Butrio*, op. Æmiliæ in agro Bononienſi à Bononia 10. m. p. Ferrariam verſus. Long. 33. 35. Lat. 43. 52.

Butua, urbs Dalmatiæ meridionalis inter Aſcrivium & Olchinium, in ditione Venetorum, & an. 1667. à terræ motu fere diruta fuit. Long. 43. 34. Lat. 42. 16.

Butuntum,

Butuntum, ſive *Butuntus*, urbs Apul. Peucetiæ mediterr. inter Rubos 10. & Barium 8. m. p. hodie *Bitonto*. Long. 40. 56. Lat. 41. 04.

Buvinda, *Banna* Camdeno ſivè *Banny* flu. Hyberniæ per Laginiam in ort. apud Eblanam (hæc eſt Dublinum) fluens; *Slain* Villanovano, qui etiam Latinè *Boandus* dicitur, apud Dondalciam urb. fluens. Sane P. Jovius Boandum cum Buvindà confundit, illumque per Ultoniam apud Armacam urb. in Bor. contra Scotiam fluere ſcribit. Camdenus vero Bannam ait eſſe fluvium Ultonienſis Provinciæ in Comit. Colranenſi.

Buxentum, op. Lucaniæ, quod Græci *Pyxunta* vocant, vulgò *Piſciota*, nomen habet à *buxo*, cujus ibi copia reperitur.

Buxentum, *Pelicaſtro*, urbs epiſc. regni Neapolitani, in Principatu citer. Ducatus titulo gaudet, & 15. mill. Italicis diſtat à *Capo Piſciota* in ort.

Buxetum, *Buſſeto*, op. Ital. in Duc. Placentino, reg. cogn. cap. juxta Longenam amnem 2 mill. à Pado flu.

Buxudis, *Boſſut* Caſtrum elegans & amplum in Hannonia, 2. leuc. à Montibus verſus ort.

Byblus, Syriæ Phœniciæ urbs Beryto vicina, in quâ Adonidis templa ſunt. Eam à tyranno oppreſſam Pompeius liberavit. Sita eſt in excelſo quodam loco non procul à mari. Vide plura apud Stephanum. Ejus meminit Dionyſius, uti videre eſt in his.

Οἵ τ' Ἰόπην ἠδὲ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναίουσι,
Καὶ Τύρον ἠγλαὸν, Βηρυτὸ τ' ἄλσεα ἐσσυνὴν,
Βύβλον τ' ἀγχάλοον, ἠδὲ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν.

Hodie *Giblee* ſeu *Gibelleto* vocant.

Byce, nomen paludis. Ptol. *Byges* Plinio. Eſt autem in Sarmatia, & in Mæotidem influit, *Seſehan* Moletio.

Bylliones, pop. Illyrici ſupra Epidamnum ſive Dyrrhachium & Apolloniam ſedes habentes. Strabo lib. 7. Dicuntur & *Bulliones* de quibus Plin. 3. 22. Βυλιμέων ἀκλὸς habet Dionyſius verſ. 387. Cum autem teſte Euſtathio, nonnulla exemplaria Βυλινέων per ν ibi habebant, iſta lectio, ut quæ ad *Bullionum* nomen propius accedit, vulgatæ hic præferenda videtur.

Byrchanis Straboni, *Burchanis* Stephano, quorum priori inſula in mari Germanico, alteri in mari Celtico dicitur. *Burchana* Plinio, qui dicit eam à Romanis *Fabariam* appellari. A Druſo ſubacta fuit.

Byrſa, arx in mediâ Carthagine, in cujus vertice Æſculapii templum, quod Aſdrubalis uxor, captâ urbe, concremavit. De cujus nominis origine hæc Servius. *Appulſa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba Gætulorum rege pelleretur, petiit callidè, ut tantum terræ emeret, quantum poſſet taurino tergo circumdare, quod cum obtinuiſſet, corium in tenuiſſima fruſta ſectum ita tetendit, ut occupatis 22. ſtadiis civitatem conſtruxerit, quam poſtea vocavit Carthaginem, Arcem vero à bovino corio quod vocant Græci, Byrſan nuncupavit.* Virg. 1. Æn.

Mercatique ſolum facti de nomine Byrſan,
Taurino quantum poſſint circumdare tergo.

Sil. Ital. l. 1. *Tum pretiò mercata ſolum nova mœnia ponit,*
Cingere qua ſecto permiſſum litora tauro.

Commentum iſtud Didonis etiam attigit Herodian. lib 5. loquens de quodam ſimulacro. Φασὶ δ' αὐτὸ Διδῶ Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν κατατεμοῦσαν. Rem eandem tetigit quoque Dionyſ. Perieg.

Καρχηδὼν ἣν μῦθος ἔχει βοὸς μετρηθῆναι.

Sunt qui hoc Didonis commentum ad totam urbem referant. Livius lib. 44. *Advenis, quantum ſecto boves tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario datum.* Sed hoc & ratio abnuit, & Appianus, qui clarè in Libycis: Οἱ δὲ τὸ δέρμα κατατεμόντες εἰς ἱμάντα ἕνα συνέτειναν, περιέθηκαν, ἔνθα νῦν ἐστὶν ἡ Καρχηδονίων ἀκρόπολις, καὶ ἀπὸ τοῦδε βύρσα ὀνομάζεται. Silius lib. 3. *veterem* vocat.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa maniplis
Priſca ſitu, veteriſque ante arces condita Byrſæ.

Fabulam eſt qui ex eo natam putat, quod veterrimis vice pecuniæ fuerint fruſta corii bubuli ſignati. Itaque ſecundum antiquos, ut vidimus *à corio Byrſæ* nomenclatio eſt. Interim tamen & hoc Græculorum inventum eſt, cui præbita eſt occaſio è voce βύρσα illis corium ſignificante, nempe more ſuo omnium origines ex ſuâ linguâ petunt. Quod ſi accuratius inquiſiviſſent in res Punicas, vidiſſent verum arcis ejus nomen non Βύρσα eſſe, ut ipſi pronunciabant, ſed *Boszra*, vel *Boſra*. Hebr. בצרה h. e. ὀχύρωμα, πύργος, φρούριον, quocirca Strabo lib. 17. ἀκρόπολιν interpretatur.

Byzacium, Africæ regio. Inde Byzacenus ager, cujus Adrumetum eſt metropolis, feraciſſimus. Plinius lib. 17. cap. 5. eum ait eſſe *centena & quinquagenâ fruge fertilem.* Vide eundem lib. 18. cap. 10. Varro de R. R. lib. 1. cap. 44. *In Syria ad Gadara, & in Africâ ad Byzacium item* (dicunt) *ex medio naſci centum* Silius Ital. lib. 8.

——Seu ſint Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.

Ubi malè vulgò legitur *Buxentia*. Vide Plin. lib. 5. cap. 4. itemque Solinum cap. 27. Videtur itaque natum ex Phœnicio בית *biza* quæ vox pro *mammâ* vel *ubere* frequens eſt in Chaldæâ Paraphraſi, quâ figurâ Homerus Οὖθαρ ἀρούρης dixit, & ex illo Virgilius

——Fertilis ubere campus.

Porro, ut gemina ſunt ubera, ita geminum fuiſſe notum eſt in Africâ Byzacium. Sed & in Byzacio opidum fuit *Mamma*, de quo Procopius Vandalicorum ſecundo. Alio nomine *Byzantium* apud nonnullos dicitur. Bochartus.

Byzantium, Thraciæ opidum à Pauſaniâ Spartanorum duce conditum. Juſtinius lib. 4. Secundum Euſtathium vero à *Byze*, Megarenſium claſſis præfecto; Liberæ olim conditionis, & *Ligos* ante dictum. Plin. 4. 1. Hodie à *Conſtantino* Magno Conſtantinopolis, antea *Nova Roma*. Mox tempore Severi & filii ſui Antonini *Antonia* vocata. Expugnata à Mahumete Turcâ, A. D. 1453. magnâ prorſus Chriſtianæ religionis jacturâ. Ejus meminit Ovid. Triſt. lib. 1.

Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces;
Hic locus eſt gemini janua vaſta maris.

Tacitus Annalium libro duodecimo: *Byzantium fertili ſolo, fœcundoque mari.* Idem ib. *Artiſſimo* inter Europam Aſiamq; divortio Byzantium in extremâ Europâ *poſuere Græci.* Pleraque v. hiſtoria Spartanis adſcribit conditam h. nobilem urbem & fatalem Imperiorum ſedem. Juſtinus & Iſidorus à Pauſania rege, Claudianus a Byzante quodam non obſcuro extructam vult: In Eutrop. 2.

——Hoc Byzas Conſtantinuſque videbunt?

Alii non conditam à Pauſ. ſed ſaltem expugnatam tradiderunt; inter quos Æm. Probus. Ammiano autem eſt *Atticorum colonia* lib. 22. *Stamboli* hodiè Turcis dicitur. Vide Petrum Gyllium de Topographiâ Conſtantinopoleos. Hinc *Byzantiacus*, Statius 4. Sylv.

Aut Byzantiacos colunt lacertos.

Porro Urbis deſcriptionem habes apud Dionem in Severo, quam Zonaras in ſuam hiſtoriam de Conſtantino M. deſcripſit; quamque Tomo 3. initio dedit. Long. 56. 00. Lat. 43. 10. Eſt etiam Indiæ intra Gangem urbs. Ptol.

Byzeres, Ponti populi inter Cappadoces & Colchos. Horum mem. Dionyſ. Perieg. verſ. 765.

Βύζηρές τοι πρῶτα καὶ ἀγχέθι φῦλα Βεχείρων.

Val. Flaccus lib. 5.

Moſſynichi, vos & ſtabulis Macrones ab altis
Byzereſque vagi, Philyræque à nomine dicta
Litora.——

Buzeri Plinio lib. 6. cap. 4. Vide Montanum ad prædictum Dionyſii locum. Inde *portus Byzericus* Stephano dicitur.

Byzia, urbs regum Thraciæ, à Terei nefaſto crimine hirundinibus inviſa. Plin. 4. 11. Long. 54. 50. Lat. 43. 55.

C.

Cabala, locus in Siciliâ, ubi Dionyſius contra Carthaginenſes dimicans, victoriâ potitus eſt. Diod. lib. 15. Item urbs Ciliciæ. Appianus. Eſt etiam Thraciæ op. Cedrenus & Zonaras.

Cabalais, Solymorum regio alio nomine ſic dicta, Καβαλαΐς Straboni, id eſt, *montana*: Arabicè id eſſet גבליה *gabalia*. Sed Græci g. & c. permutarunt, ut in *Camelo* & aliis. Hinc & Solymi *Cabalenſes*. Strab. Σολύμους δ' ἔτι φασὶ τοὺς Καβαλεῖς.

Caballinum, Æduorum in Gall. Lugd. op. Ptol. Cæſar *Cabilonum* vocat. *Caſtrum Caballionenſium* Lib. Provinciarum. *Chalons ſur Saone* Gallicè. Antoninus hic Legionem 14. collocavit.

Caballinus, fons limpidiſſimus in Helicone Bœotiæ monte Muſis conſecratus; Græcis *Hippocrene*, id eſt, *fons equi* dictus; quem Pegaſus in eo loco ſaxum feriens, aperuit, unde & *Pegaſius* vocatur Straboni. Perſius in Prologo.

Nec labra fonte prolui Caballino.

Propertius lib. 3. cap. 3.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbrâ,
Bellerophonteæ quâ fluit humor equi.

Stat. 2. Silvarum in Genethliaco Lucani.

Pendentis bibit ungulæ liquorem,

Cabanedurum, vel Gavanodurum. Vide *Salisburgum.*

Cabaſſus,

Cabaſſus, Thebaſſe, urbs Armen. Min. Cybiſtris urbi finitima in Cataonia reg. Eſt & vicus huj. nominis inter Tarſum & Mazacum. Steph.

Cabellio, ſeu *Caballio*, op. Gall. Narbon. ad Druentiam flu. prope Avenionem in Com. Vindaſcino, ſeu Venuxino, in ditione Pontificis.

Cabillonum, Chalon ſur Saone, urbs Gall. Celt ad Ararim flu. ſub archiep. Lugdunenſi, 11. leuc. à Matiſcone, tot. ab Auguſtoduno, & 8. à confin. Com. Burgundiæ.

Cabira, urbs Aſiæ Min. in confinio Lyciæ, med. firme inter Laodiceam & Termeſſum.

Cabliacum, Chably, op. Franciæ in Senonenſi agro, juxta flu. Seninum, inter Antiſſiodorum & Tornodorum.

Cabulum, Cabul, op. Indiæ, prov. cogn. caput, in imper. M. Moguſis, verſus montes & confinia Zagataiæ regionis.

Cabyla Ptolemæi, quid ſit, hodiè non bene conſtat, forſan regiuncula in Thraciâ, & op. *Cavalla* antiquis fuit *Bucephala* in confin. Macedoniæ, & in ht. Archipelagi, ſeu Maris Ægæi.

Caccabe, olim Carthago ſic dicta. Stephanus in Καρχηδών. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καχκάβη, τύτῳ ἢ κατὰ τὴν διάλεκτον αὐτῶν λέξιν, ἵππυ κεφαλὴ δηλύτι. Hic autem Græci videntur peregrinæ linguæ vocem ad ſuam accommodaſſe, ſed ita ut facili negotio poſſit reſtitui, nempe ſi legatur *Carcabe*. כר *Car* enim ut Hebraicè *ducem*, ita Punicè *caput* videtur ſignificaſſe analogicâ ratione, & inde tranſiſſe ad Græcos. Porro רכבה *recaba, equum* innuere poteſt, nam Ebræis רכב *racab* eſt *equitare*. Virg. Æn. 1.

Effodere loco ſignum, quod regia Juno
Monſtrarat, caput acris equi.

Juſtinus lib. 18. *In primis fundamentis caput bubulum inventum eſt, quod auſpicium quidem fructuoſæ terræ, ſed laborioſæ, perpetuoque ſervæ urbis fuit: propter quod in alium locum urbs tranſlata, ibi quoque caput equi repertum, bellicoſum, potentemque populum futurum ſignificans, urbi auſpicatam ſedem dedit.* Addit Euſt. in Dionyſium, unà cum equino capite repertam quoque palmam, quo omine firmati Punici ibi civitatem conſtruxerunt. Cui conſentit nota Urſini aſſerentis, exſtare apud ſe numiſma argenteum Punicis literis notatum, in cujus alterâ parte equi caput, & palma percuſſa eſſet.

Cacus, Moncaio, mons Hiſpan. in Aragonia, prope confin. Caſtellæ, inter Turaſſionem, Borjam & Agredam. Dicitur etiam *Mons Caunus*.

Cacuthis, Indiæ amnis in Gangem fluens. Arrian.

Cacyparis, Sicil. flu. Thucyd. l. 7. Ita dict. ut putat Bochartus, à ſinu magno, in quem ſe infundit, prope Ptolemæi Μακρὸν ἄκρον h. e. *Longum promuntorium*: Punicè n. *Cacyparis* videtur eſſe חיח כביר *chec cabir i. ſinus magnus*.

Cacyron, Caſſaro, op. Sicil. verſus auſt. in valle Neetina Principatus tit. clarum, 8. mill. ab ora maris Ionii, & tot. à Syracuſis. Long. 36. 6. Lat. 36. 15.

Cadavus, Cavado, amnis Luſitaniæ; oritur verſus confin. Gallæciæ, alluitque Bracaram urb. ac dein in Oceanum ſe exonerat. Cluſio v. & Sanſoni *Cadavus* eſt *Celandus*.

Cadillacum, Cadillac, op. Gall. in Aquitan. cap. Comitatus Benalgii, ad Garumnam, 4. leuc. ſupra Burdigalam & tot. à Vaſato.

Cadiſcus, mons & promunt. Cretæ apud Phalaſarnam op. à Malea promunt. Peloponneſi 70. m. p. *Capo Buſci* ex tab. recent.

Cadmus, mons Lydiæ, apud Laodiceam urb. ex quo Lycus flu. manat.

Cadomum, Caen, urbs & Acad. Gall. Celt. præclara in Normannia, ad Olinam flu. 26. leuc. à Rothomag. & 6. à Bajocis in ort. Long. 22. 20. Lat. 49. 04.

Cadurci, pop. Aquitan. quorum tractus *Le Quercy* dicitur, inter provincias Retrocoricenſem, Ruthenenſem, Alverniam & Occitaniam. Ibi urbs primaria Cadurcum *Cahors*, ad Lotium flu. 12. leuc. ab Aginno, & 9. à Montalbano in Bor. Long. 22. 31. Lat. 44. 30.

Caduſii, pop. circa Caſpium mare. Steph. De his quæri poſſit non immerito, an Iſraelitarum ſint reliquiæ. Quæ Fulleri eſt ſententia, qui Caduſios dici vult quaſi קדושים *Kedoſim Sanctos*, ratione vocationis. Sed fallaci etymo non eſt nitendum. Caduſios & Tapyros non eſſe advenas patet ex vetuſtiſſimo ſcriptore Cteſiâ, qui utroſque Nino ſubjicit: Ἐκυείνυσι (inquit) ἡ τε Καδουσίων χώρης, καὶ Ταπύρων. Narrat idem Caduſiorum bellum ingens cum Artæo, vel Arſæo rege Medorum, quem cum octingentis hominum millibus irruentem vicit Parſodes. Inde inter Medos & Caduſios odia, & bella perpetua uſque ad Cyrum. Quo imperante, cum Perſarum jugum volentes ſubiiſſent, & denuo rebellaſſent ſub Artaxerxe Longimano, is expeditionem in illos ſuſcipiens, trecentorum millium peditum & decem mille equitum exercitu inſtructus; re tamen infecta rediiſſet, niſi duos Caduſiorum reges dolo circumveniſſet Tiribaſus. Vide Plut. in Artax.

Cadytis, urbs Syriæ maxima. Herod. in Thaliâ, cap. 5. Ἀπὸ Φοινίκης μέχρι ὄρεων Καδύτιο πόλιο, ἥ ἐστὶ Συρίων τῶν Παλαιστινῶν καλεομένων. Hieroſolymam ſub hoc nomine ab eo indigitari hæc ſuadent, 1. Vocabatur ea vulgo קרושה *ſancta* jam vero cum Syrorum dialecto uſitatiſſimum foret ש in ת commutare, quam facile erat apud eos, atque apud exteras gentes eos imitantes *Cadyſtia* in *Cadyta* & *Cadytis* tranſire. 2. Comparat ille Cadytin magnæ urbi Sardis. Nam ἀπὸ τῆ Καδύτιο (pergit ille) ἐόσης πόλιο (ὡς ἐμοὶ δοκέει) Σαρδίων ἡ πολλῷ ἐλάσσονο. Jam v. nulla omnino urbs intra Palæſtinam digna erat, quæ cum Sardibus conferretur. 3. Hæc ille etiam de Necho rege Ægypti in Euterpe, cap. 151. 15. καὶ Συρίοισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδώλῳ ἐνίκησε. Μετὰ δὲ μάχην Κάδυτιν πόλιν τὴν Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. Quæ ſi conferantur cum hiſtoriâ Sacra de Pharaone Necho Joſiam prælio debellante in valle Megiddo, & de Throno Judaico diſponente, 2. Reg. 23. 33. rem ſtatuant extra omnem controverſiam. *Lightfoot.*

Cæa, inſ. maris Ægæi. *Zea*, vel *Zia*, inter Cycladas, Græcis Hydruſſa. *Ceos* Ciceroni. *Cia* Ptol. à Ceo Titanis filio dict. Ovid. Ep.

Cingitur Ægæo nomine Cæa mari.

Virg. 1. Georg. ——— *Cui pinguia Ceæ*
Tercentum nivei tondent dumeta juvenci.

Recte *dumeta* dixit, quia Cæa inſula feraciſſima eſt. Athen. lib. 3. Ἐν τῷ δ' δευτέρῳ περὶ φυτῶν ὁ Θεόφρασο καὶ ἄμπελόν φησι διφορεῖν, ὁὶ δὲ καὶ βίφορον, ὥσπερ ἐν Κίῳ.

Cæcinos, Suidæ amnis vocatur, qui Rheginum agrum à Locrenſi dividit, Plin. 3. 10. *Satriano*, teſte Barrio. Steph. *Cæcinon* ait eſſe χώριον Ἰταλικόν. Vide Cluver. Ital. Ant. 4. 15.

Cæcubum, op. Campaniæ in Italiâ, quod licet paludibus adjaceat, vineta tamen feraciſſima præcipuis enutrit arboribus. Strabo lib. 5. Τὸ δὲ Καίκυβον, ἐλῶδες ὂν ἀνοιγοτάτην ἄμπελον τρέφει. Plin. 13. 6. *Antea Cæcubo vino erat generoſitas celeberrima, in paluſtribus populetis, ſinu Amyclano.* Mart. 13. 115.

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis,
Vitis & in mediâ nata palude viret.

Idem 2. 40.

Cæcuba ſiccentur, quæque annus coxit Opimi:
Condantur parco fuſca Falerna vitro.

Et 12. 17. *Ebria Setino ſit ſæpè, & ſæpè Falerno,*
Non niſi poſt niveam Cæcuba potat aquam.

Horat. Carm. 1. Od. 10. Ad Mecænat.

Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes uvam. Idem Car. 2. 14.
Abſumet hæres Cæcuba dignior
Servate centum clavibus. Idem Car. 1. 27.
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis avitis. ———

Et. 3. 28. ——— *Prome reconditum*
Lyde ſtrenua Cæcubum. Et Epod. Od. 9.
Quando repoſtum Cæcubum ad feſtas dapes
Tecum Mecænas bibam? Et paulo poſt
Vel quod fluentem nauſeam coerceat
Metire nobis Cæcubum.

Et Serm. 2. Sat. 8. *Procedit fuſcus Hydaſpes*
Cæcuba vina ferens.

Cæterum laudatur idem Cæcubum vinum Dioſcoridi quoque & Columellæ, quorum hic de R. R. 3. 8. *Neque dudum eſt, Maſſici, Surrentinique, & Albani, atque Cæcubi agri vites omnium quas terra ſuſtinet, in nobilitate vini principes eſſe.* Ille lib. 5. cap. 10. Ὁ δὲ Καίκυβο ὄινο, γλυκὺς ὢν ἀδρομερέστερός ἐστι τῶν Ἀλβανῶν. Ubi vulgo Κίκυβος vitiosè legitur.

Cælianum, Ciliano, op. Lucaniæ, inter Venuſiam 95. & Heracleam urb. ad ſin. Tarentinum exciſam, 24. m. p.

Cælina, & *Celina*, op. & flu. Carnorum in Venetia: op. exciſum jacet, apud Anianum op. ex illius ruinis ædificatum, ab Utino 20. m. p. in Afr. flu. autem ſeu potius torrens *Le Celine* adhuc dicitur.

Cæliomons, op. Suæviæ, ad Ilarum flu. 3. leuc. infra Memmingam, 5. ab Ulma in auſt. & 3. ab Auguſta in occaſum. Long. 32. 10. Lat. 47. 50.

Cælium, Ceglie, op. regni Neapolitani in prov. Hydruntina, ad radices Apennini, 10. milliaribus à mari Adriatico.

Cælium,

Cælium, *Zeira*, vicus Luſitaniæ 2. leuc. à Thomario in occ. in Extremadura Provincia. Multi autem ſcribunt *Selium* & *Sellium*, putantque eſſe Leiriam urb. epiſc. ſub arch. Ulyſſipponenſi.

Cælius mons, unus ex 7. collibus urb. Romæ, unde porta *Cæliomonta*. Hodie *M. di S. Giovanni*, quia in eo extructa eſt Baſilica S. Joannis Lateranenſis, quæ totius urbis prima eſt & præcipua.

Cæne, parva inſ. in mari Siculo, cui vicina eſt Gaulos & Melite. Plin. 3. 8. Item ſinûs Laconici op. non procul à Tænaro promont. hodie *Camares*, teſte Nigro. Hinc *Cænites portus* apud Plin. & Jupiter *Cæneus*. Ovid. Met. lib. 9.

Victor ab Oechaliâ Cæneo ſacra parabat
Vota Jovi. ———

Cænina, Latii op. Stephanus: *Καινίνη πόλις Σαβίνων, ἡ νῦν Ῥωμύλῳ ἁλοῦσα, τὸ ἐθνικὸν Καινῖται.* Plutarcho in Marcello ſunt *Καινινῆται*, & in Romulo *Κενινῆται*, itemque Livio *Ceninenſes*. Verum non ab opidi vocabulo, ſed ab auctoris ſui nomine ſic dictos fuiſſe incolas ejus haud obſcurè ex Feſto colligas. *Cenina*, inquit, *urbs quæ fuit vicina Romæ, à Cenite conditore ſic dicta.* Ovid. Faſt. 2.

Te Tatius, parvæque Cures, Cæninaque ſenſit.

Prop. 4. 11.

Acron Herculeus Cæninâ ductor ab arce
Roma tuis quondam finibus horror erat.

Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 2. p. 665.

Cænis, *Coda di Volpe* Fazello, *Capo di Peſſolo* Barrio promont. Brutiorum in ora Calabr. ulter. contra Pelorum promont. Siciliæ, apud Scyllæum op. ubi Scylla ſcopulus, à Meſſana 250. ſtad. in ort. teſte Strabone diſtans.

Cænis, op. regni Neapolit. in Calab. ulter. 4. mill. ab ora litorali freti Siculi, & 8. à Rhegio in Bor. juxta amnem Cænidem.

Cænophrurium, pag. Thraciæ ad Propontidem 20. mill. à Selymbria, teſte Sanſone, & nunc *Drepali* dicitur.

Cære, urbs inſignis in Hetruriâ, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc olim *Agyllam* nominatam & à Pelaſgis è Theſſaliâ profectis conditam ferunt. Deinde vero Lydis, quos poſtea Tyrrhenos nominarunt, adverſus Agyllinos bellum gerentibus, cum quidam murum ſubiens, urbis ejus nomen percontatus fuiſſet, eique à Theſſalo quodam de muro *χαῖρε* reſponſum eſſet, eo veluti omine à Tuſcis accepto, captam poſtea urbem, mutato priori nomine *Cære* vocavere. Verum tam ſplendidæ, tamque glorioſæ civitatis Strabo lib. 5. aſſerit vix ulla ſuâ ætate extitiſſe veſtigia, & ſolo balneorum vicinorum nomine, quæ *Cæretana* dicebantur, fuiſſe celebratam. Ab hoc opido *Cærites tabulæ* appellatæ ſunt, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ causâ ſuffragiis privabant. Nam urbe à Gallis captâ, cum Cæretani eos, qui unà cum ſacris, æternoque Veſtæ igne ad ſe profugerant, comites hoſpitio ſuſcepiſſent, Romani deinde, reſtitutâ in meliorem ſtatum urbe, ſatis malignam illis gratiam retulerunt. Nam civitate quidem illos donarunt, ſuffragii autem jus iis non conceſſerunt. *Πολιτείαν γὰρ δόντες ἀτιμοτέραν εἰς τὰς πολίτας.* Ita Strabo ubi ſupra. A. Gellius vero paulo aliter. *Primos autem municipes*, inquit, *ſine ſuffragii jure, Cærites eſſe factos accepimus; conceſſumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent: ſed negotiis tamen, atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, conſtoditiſque.* Hinc factum eſt, ut cum aliquem ignominiâ & contumeliâ dignum volumus ſignificare, *Cærite cerâ* eum dignum eſſe dicamus. Horatius.

Quid deceat, quid non obliti, Cærite cerâ
Digni. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 2. p. 493. Long. 35. 50. Lat. 41. 40.

Cæreti, Germ. pop. apud Cæſarem, nunc *Ripenſes* appellantur Leodio, ubi arx *Cerey* nuncupata ad Moſam. *Namur* eſt Vigenerio.

Cæretum, Umbriæ op. inter Spoletum & Nurſiam, à quo *Cæretani* appellati, totum orbem vano quodam ac turpi ſuperſtitionis genere ludificantes, ob quam cauſam fere perpetuò peregrinantur, familiâ, atque uxoribus domi relictis.

Cæron. Video eſſe viros dictos (inquit Bochartus) qui ab his diſſentire Joſephum putant, cum arcæ reliquias oſtendi dicit in regione *Καιρῶν Cæron*, quam Adiabenes rex Monobazus dedit Izati filio; *χώραν δὲ δοῦναι Καιρῶν λεγομένην. Φέρειν δὲ καὶ τὴν πλεῖστον τοῦ ἀμώμου ἀγαθήν.* *Ἔστι δὲ καὶ τὰ λείψανα τῆς λάρνακος, ἣν Νῶχον ἐκ τῆς ἐπιμελείας διασῳζῶν λόγος ἔχει, καὶ μέχρι νῦν ταῦτα τῶν ἰδίων βουλομένους ὁρᾶν ἐκκυπτει.* Sed mirum ni Joſephi *Καιρῶν* corruptum ſit ex Chaldæo [illegible] *Card n*, quo utitur Jonathan, unde Dionis *Κάρδυον ὄρος*. Idem certe ſolum deſcribi docet Adiabenes vicina, & amomi feracitas, cujus proventu Corduene potiſſimum inſignis eſt. Strabo lib. 16. *Ἔστι δὲ ἐνταῦθα καὶ χώρα, ἣν Μαρδυηνὴν καλοῦσι, καὶ ἡ ἀθαλῆ τέφραν καὶ ἄρωμα τὸ ἄμωμον.* Philargyrius in Virgilii Georg. 4. *Apud Corduenos amomum, & alii leves odores gignuntur.* Inde eſt quod Amomum modo Armeniam dicitur, ut in Dioſcoride, Plinio, Avicenna, &c. modo Aſſyrium, ut in Virgilio Eclog. 4.

———*Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.*

Et in Statio in Epiced. Pileti Urſi

———*Aſſyrio manantes gramine ſuctos.*

Itemque in Silio lib. 2.

Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet amomo.

Cærperis, Angliæ op. in Com. Southamptonienſi, quod *Portcheſter* vocant.

Cæſar Auguſta, Hiſp. Tarr. civitas, *Auguſta Cæſarea* Ptolemæo ac Straboni, ab Auguſto ad Iberi amnis ripam eo loco fundata, quo *Subduba* op. antea ſitum erat. Hæc Prudentii Poetæ patria fuit, hodie autem *Saragoza* dicitur. Long. 20. 20. Lat. 42. 30.

Cæſarea, inſ. maris Britannici. Anton. quæ *Jerſey* dicitur Camdeno.

Cæſarea, cognomento Magna, quæ & *Mazaca* prius, *Tiſaria* & *Cæſar*, urbs archiep. Cappadociæ ad Melam flu. & montis Argæi radices, cui D. Baſilius Magnus præfuit epiſcopus. Long. 64. 40. Lat. 41. 40. *Cæſarea* item Ptolemæo penes Anazarbum; aliis Anazarbus, urbs Ciliciæ eſt. Item urbs Bithyniæ. Ptol.

Cæſarea, pagus Germ. apud Ingolſtadium in Bavariâ, vulgò *Reshing*.

Cæſarea, Mauritaniæ urbs. Plin. *Cabo Figalo* Pinetò.

Cæſarea, inter Ravennam & Claſſem opidum, aut potius ſuburbium, ut eſt apud Jornandem. Blondus & Rubeus tradunt monaſterium *S. Mariæ in portico* hodie ibi extare; idem ſcribit Leander.

Cæſarea, Pannoniæ ſup. op. *Thata*, teſte Lazio, in Hungariâ.

Cæſarea Philippi, prius *Paneas*, urbs Paleſtinæ apud ort. Jordanis flu. in finibus Cœleſyriæ. *Belina* G. Tyrii, Poſtello & Brocardo, *Balbec* Bellonio. Long. 67. 40. Lat. 33. 00.

Cæſarea, Paleſtinæ, quæ & *Turris Stratonis*, & *Apollonia*, urbs archiep. ac poſt Hieroſolyma primaria, inter Ptolemaidem ad Bor. 40. & Joppen in Auſtr. 30. m. p. ab Hieroſolymis 50. in occ. & Circium, prorſus jacens in litore maris. Ab Herode in honorem Cæſaris ædificata, in qua idem in ejuſdem honorem magnificam domum è marmore conſtruxit, ubi nepos ejus ab angelo percuſſus, eo quòd non dediſſet honorem Deo, conſumptus à vermibus expiravit. In hâc Cornelius Centurio à Petro baptizatus eſt. Long. 66. 15. Lat. 32. 20.

Cæſarodunum, urbs Gall. Celt. ad Ligerim, vulgo *Tours* Vide *Turo*.

Cæſaromagus, urbs Gall. Belg. in Picardia. Vulgo *Beauvais*. Item op. Angliæ in Eſſexiâ, *Chelmetford* Talboto. Camdenus vero ſolum juxta *Brentwood* op. ejuſdem regionis eſſe autumat.

Cæſaropolis, fuit urbs Macedoniæ epiſc. ſub arch. Philippenſi.

Cæſaropolis, *Keiſers Lautern*, urbs Germ. in Palatinatu Rheni, 6. leuc. à Spira in occ. & paulo minus à Wormatia 2. autem ab op. *Landſtul* dicto.

Cæſarotium, *Giſors*, op. Gall. Belg. apud fines Bellovacorum; dicitur etiam *Cæſortium*. Diſtat à Lutetia 14. leuc. & tot. à Rothomago. Long. 22. 40. Lat. 48. 50.

Cæſarverus, *Caradec* antiquitus dictum, Angliæ urbs, quod vulgò *Sarisbury* dicunt. Lhuidus. Apud priſcos authores Latinos non videtur extare vocabulum.

Cæſena, Gall. Tog. op. Ptol. *Ceſena* Plinio, hunc *Ceſenobrigo* vocari ſcribit Fabricius; hinc *Cæſenates* populi & *Cæſenatia vina*. Plin. A *cædendo* dicta, uti volunt Grammatici, quòd exiguo amne cæſa, i. e. diviſa ſit, vel quod ager ejus duobus fluminibus Sapi & Rubicone ſit diviſus. Strabo lib. 5. *Καισῆνα πρὸς τῷ Ἰσαρῇ πολιμῷ καὶ τῷ Ῥουβικωνίδι συνάπτει τῷ Ἀριμίνῳ.* A Procopio *Φρούριον* tantum h. e. *caſtellum* dicitur, Agathias autem *πόλιν*, *urbem* vocat. Imo 170 annis ferme ante Procopium Antoninus bis in 2. diverſis Itineratiis *Civitatem* appellat, quod ille non niſi præcipuis urbibus tribuit. Long. 35. 05. Lat. 43. 44.

Caicus, Myſiæ fluvius, cujus meminit Virgilius Georgicorum lib. 4.

Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſoſque Caicus.

Lucanus lib. 3.

———*Myſiaque & gelido tellus perfuſa Caico*
Idalis.———

Plin. 3. 5. *Ex Myſia veniens Caicus amnis.* Ovidius libro 3. de Art. Am.

Quæque bibunt undas, Myſe Caice, tuas.

ſed quæ juxta Myſiæ? Plinius adducto loco Teuthraniam nominat. Inde Ovid. Met. 2.

——— *Teuthranteuſque Caicus.*

Eſt autem fortaſſe alia ratio, cur *Caicus* attributo iſto ornetur; nam capias ex Strabone lib. 13. Πεῖ ὃ ἐν τῇ Τευθρανίᾳ πο[illegible] Μύσιος ἐμβάλλων εἰς τὸν Καΐκον ὑπὸ τῆς πηγῆς αὐτῆς (Ovid. Met. 15.

Et Myſum capitiſque ſui cæpique prioris
Pœnituiſſe ferunt, aliâ nunc ire Caicum.)

Ergo ab hâc amnium commiſtione ratio epitheti. Certè Æſchylus *in Myrmidonibus*, utraſque aquas conjunxit, citante ibidem Strabone.

Ἰὼ Καΐκε, Μύσιαί τ' ὀχθοφοραί:
Jo Caice Myſiæque lymphæ.

De la Corda.

Cajeta, promontorium, & opidum, & portus Campaniæ in Italiâ. Nomen unde habuerit Poeta Æn. 6. indicat his verſibus.

Tu quoque littoribus noſtris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Cajeta dediſti.

Silius Italicus lib. 8.

Fundique & regnata Lamo Cajeta, domuſque
Antiphatæ.

Statius Silv. 1. 3.

Cedant Telegoni: cedant Laurentiq; Turni
Jugera, Lucrinæque domus, litusque cruenti
Antiphatæ, cedant vitreæ juga perfida Circes
Dulichiis ululata lupis, arceſque ſuperbi
Anxuris, & ſedes Phrygio quas mitis alumno
Debet anus.———

Martialis. lib. 5. ep. 1.

Seu placet Æneæ nutrix, ſeu filia Solis,
Sive ſalutiferis candidus Anxur aquis.

Idem lib. 10. ep. 30.

Non blanda Circo, Dardaniſve Cajeta
Deſiderantur.———

Aliam etymologiam affert Servius. *Caieta*, inquit, *dicta ἀπὸ τῦ καίειν, quod claſſes Trojanæ ibi incenderentur.* Diod. lib. 4. ab Æetâ Colchorum regis nomine dictam tradit. Strabo autem lib. 5. à ſinûs cavitate ſic appellatam exiſtimat Laconum idiomate. Τὸ γὰρ κοῖλα πάντα Κάϊα οἱ Λάκωνες ὀνομάζουσι. Long. 37. 20. Lat. 41. 00.

Cairus, vel *Alcairus* & *Babylon*, Ægypti maxima civitas, opportuno loco ſita, ubi nimirum Nilus primum ſecatur ac in Δ formam facit. Lutetiam Pariſiorum, ut quidam ajunt, quinquies ſuperat. Suburbia multa continet, quorum quædam 3. alia 12. millia domorum habent, urbem autem ipſam 30. millia ædium habere tradunt. Hanc Selymus Turca expugnavit An. D. 1517, ac Tomumbeium tunc temporis Ægyptium Sultanum in palude latitantem captum, ac per totam urb. vectum ad portam laqueo ſtrangulari juſſit. Cairam deſcripſerunt J. Leo Africanus, P. Bellonius, aliique. Vide *Memphis.*

Calabria, vulgo *Terra de labeur*, olim Magna Græcia, Pythagoræ Philoſophorum primo inſignis inſula, quam veteres *Meſapiam* à duce Meſapo, *Peuceriam* à Peucetio Oenotri fratre dixere. Ea ἀπὸ τῦ καλὸς, & βαῖος, quoniam ſit regio oneroſa, & plena omni genere bonorum, dicitur. Aliam vero Etymologiam exhibet nobis vir Maximus, lib. 1. de Phœn. Col. his verbis. Hebræis Doctoribus, inquit, pix alio nomine כלב *calab*, aut כלבי *Calba* dicitur. An hinc vicinæ Brutiis nomen Calabriæ? quæ & ipſa picea eſt, aliiſque arboribus piciferis abunde ferax. Huc facit quod *Calabriâ* Græci *Hesperia*, *Peucetia* dicitur ἀπὸ τῆ πεύκης à piceis *arboribus.* Apibus etiam & ovibus abundavit olim hæc regio. De utriſque Horat. in odis:

Quamquam nec Calabræ mella ferax apes.

Et *Pecuſve Calabris ante ſidus fervidum*
Lutana mutet paſcua.

Et alibi: *Non aſtuoſæ grata Calabriæ*
Armenta———

Ubi *aſtuoſæ* ob canem Cœleſtem. Val. Flaccus lib. 1.

———*Sic annus ſtabulis, & meſſibus ingens*
Ira Deum, & Calabri populator Sirius arvi
Incubuit, &c.

Armenta quod attinet, Idem Val. lib. 3.

Conſenuit, pelluri cum peſſima tellus aſilo
Emicuit Calabris taurus per confraga ſeptis
Obvia quæque ruens,

Idem ibidem——*Calabris redit armentarius arvis,*

Hinc *Calabræ oves* prò eximiis accipiuntur. Colum. 7. 2. Et Perſius Sat. 2.

Hæc Calabram tondet vitibus nunquam vellus.

Ubi vulgo exponunt *Lanas Tarentinas.* Tarentum autem civitas Calabriæ eſt, ubi lanæ optimæ, teſte Plin. 8. 48. Unde

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Olea etiam nobilem fuiſſe regionem hanc innuit Columella. Sic enim ille, *Verumtamen habetur præcipua in hoc uſus olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant.* Hujus regionis incolæ *Calabri* dicuntur, fructibus imprimis abundantes, quos quoniam hoſpitibus obtrudebant, ſibi alioqui nulli uſui futuros, factum eſt, ut *Dona Calabri hoſpitis* in proverb. ceſſerint, pro nullius pretii muneribus, quæ donanti oneri magis ſunt, quam uſui. Horat. Ep. 1. 7.

Non quo more pyris veſci Calaber jubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem.

Cherſydris ſerpentibus olim hæc regio abundabat, teſte Solino cap. 8. *Calabria Cherſydris frequentiſſima*, quorum meminit Virg. Georg. 3.

Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis.

Calacta, Siciliæ lateris Septentrionalis urbs maritima. Ptol. *Acque dolci* Leandro. *Calora* Nigro. S. *Marco* Fazello. Sita eſt ad flu. Fitaliam 3. mill. ab ora maris Tyrrheni. Athenæo lib. 6. memoratur Καλακτῖνος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ καλακτῆς ἀκτῆς. Ciceroni Verrinâ 4. memoratur Eupolemus *Calactinus*, ubi perperam vulgo *Calatinus.* Antiquiſſima ejus mentio eſt apud Herod. lib. 6. Vide Diodorum lib. 12. Long. 38. 30. Lat. 37. 45.

Caladunum, op. Callaicorum Braccariorum, teſte Sanſone ubi nunc Mirandela, caſtrum Portugalliæ ad Tuelum amnem in prov. Tranſmontana, inter Lamegam & Bragantiam.

Calagia Ptolemæi quid ſit, non bene conſtat. Sanſoni op. erat Senonum in Germ. ad flu. Salam, ubi nunc forſan *Jena* urbs. Aliis eſt *Kalbe*, caſtr. ad confluentes Salæ in Albin, paulo ſupra Darbicum, inter Serveſtam & Bernaburgum. Long. 34. 60. Lat. 52. 00.

Calagurris Plin. *Calagurris* Livio, *Calagorina* Ptolemæo, vulgo *Calahorra*, urbs Hiſp. Tar. ad Iberum flu. in fin. Vaſconum, 13. leuc. à Calciata in ort. prope limites Navarræ. Long. 18. 50. Lat. 43. 26.

Calama, urbs Africæ mediterr. inter Hipponem & Cirtam, cujus ſæpe mem. D. Auguſtinus. Hodie *Calamata.*

Calamina, *Malipur*, & Luſitanis *Citta di S. Thoma*, urbs Indiæ citer. verſus oram litoralem ſinus Gangetici, in reg. Coromandelis, quæ pars eſt regni Narſingæ. Hic D. Thomæ Apoſtoli ſuperioribus ſeculis inventum ſcribit Maphæus.

Calaris, *Caralis* Ptol. urbs Archiep. Sardiniæ primaria & regia, ſedes Proregis, *Cagliari.* Vide *Caralis.*

Calarga, op. Diœceſis Oxomenſ. in Hiſp. in Caſtella vet. patria S. Dominici Inſtitutoris ordinis Prædicatorum.

Calarona, ſeu potius *Glarona* vulgo *Glaris*, op. Helvetiorum ad flu. *Sarnuff*, quod fœdus iniit cum aliis pagis an. 1351.

Calaſerna, op. Lucanorum, aliis eſt *Campana*, opidulum Calabriæ citer. juxta amnem Lacanetum 4. mill. ab Umbratico.

Calaſiris, pars Ægypti, incolæ *Calaſirii.* Steph.

Calata, vulgò *Galati* op. Sicil. med. inter Pactas ad occ. & Troynum ad ort. 25. m. p. Pop. *Calatini.*

Calata altera, urbs Sicil. mediterr. Ennæ urbi finitima. *Calatagerone* Cluſio, i. e. *Calata Hieronis.*

Calathe, vulgò *Galata*, inſ. maris Africi Numidico ſinui adjacens. Aliis eſſe videtur *la Goletta* inſ. cum arce in ora ſinus Tunetani, ab Hiſpanis diu poſſeſſa & ſuperioribus annis ob nimiam diſtantiam amiſſa.

Calathuſa, inſ. inter Cherſoneſum, & Samothracem deſorta Plin. 4. 11. Item inſ. in Ponto Steph. Et Arabiæ Deſertæ op. Ptol.

Calatia, urbs Campaniæ, *Gaiatzo* Leandro. Silius l. 8.

———*Nec parvis aberat Callatia maris.*

Opidani *Calatini* Liv. 22. & 26. Coloniam huc deduxiſſe C. Julium Cæſarem author eſt Appian. Alex. Unde Cic. ad Att. 16. 6. *Octavianus veteranos qui Caſilini, & Calatiæ ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam.* Ipſe Appianus Civil. 3. Ὁ δὲ Καῖσαρ Ὀκταβιανὸς ἐς Καλατίαν ἦει. τοῦτον τὸν πόλεμον τοσοῦτόν τε ὄντα καὶ τῶν πολεμίων ἀκμάζοντα, καὶ ἐν ὀλίγῳ καταλῦσαι σπεύσας, ὅτι δ' ἐπείγοι καταλῦσαι. Long. 38. 10. Lat. 41. 03.

Calatum Albionis inſ. op. *Tadcaſter* & *Helcaſter* Lhuydo. Aliis *Overburrow* in agro Lancaſtrenſi. Camdeno videtur *Wheelap Caſtle* in reg. Weſtmariæ.

Calauria, *Sidra*, teſte Sophiano. inſ. ſinûs Argolici contra Troezenem, ubi Demoſthenes Antipatri perſecutionem fugiens accepto veneno obiit. Ibi Diana colebatur. Ovid. Met. 7.

Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arva.

De quâ Proverbio datur locus, *Pro Delo Calauria:* In mutui beneficii memoriam. Fertur enim Neptunus cum Latonâ permutationem feciſſe, & datâ Delo Calauriam habitaſſe. Ejus meminit Dionyſius verſ. 499.

Ἀργολὶ

Αἰγυλά τ' ἠδὲ Κύθηρα, Καμάρειά τ' ἠγχίαλα.
Vide Schol. ad locum. Item insula parva juxta Cretam, à *Calauro* Neptuni filio dicta. Vocabatur etiam *Irene*. Steph.

Calbis, Cariæ amnis. Pompon. 1. 16. Ubi libri veteres vocant *Galbiam*, non *Calbin*. Græcis est Κάλβις, & Κάλβιος, ac forsan etiam Καλβίας. Stephanus & Καμανὸν fuisse dictum prodit. Κάλβιος, inquit, χώρα Λυκίας, ἣν ἡ Καμανὸν φασι. Nihil in his verbis est mutandum. Nam Καμανὼ mater Tragediæ fuit, ex quâ natus Caunus & Byblis. Colligere id est ex versibus istis, qui apud Parthenium extant, quos emendatos adscribit Is. Voss. Notis ad Melam loco dicto.

Αὐτὰρ ὄγε φερτέρωσε κιὼν Οἰκήσιον ἄκυ
Κτίσατο. Τεμσασσὸν ἣ Καμανὶς ἔικετο παιδί
Ἣ ὁι Κοῦνον ἔπικλεν ἀεὶ φιλέοντα θέμιστας.
Τείνατο ἣ ῥαδαλῇ σ' ἐνδίγκιον ἀρκεῦθοισι
Βυβλίδα, τ' ἦτοι ἔεκων. ἠεξατάλο Καῦνος,
Βὴ δ' ἐπ' ἔρεμν Δίας φόλιον ὀρώσεα Κύπρεσν
Καὶ Κέφος ὑληνὲς, ἣ Κάεια ἱερὰ λοέσσα.
Ἔνθ' ἦτοι πολίεθρον ἐδείματο φερτος Ἰώνων.

Deæ hujus, quæ ad Miletum sita est, meminit Steph. Ut autem ad Galbin flu. revertamur, is & aliud habet cognomen, Indum quippe vocat Plinius, additque eum ortum in Cyburatis, 60 alios recipere fluvios, & plus quam 100 torrentes. Nomen huic amni dedit Indus quidam ab Elephanto excussus, ut ex Livio constat. Verum & alio olim nomine notum fuisse fluvium hunc exiistimo, *Mausoli* nempe. Hoc non aliunde conjicio, quam ex nugatore illo, qui sub nomine Plutarchi libellum de fluminibus composuit; qui Indum flu. illum nempe qui est in Indiâ, prius Mausolum dictum fuisse tradit. Legerat proculdubio istud de hoc Cariæ Indo. Nulli autem mirum videri debet Mausolum flumen esse in Cariâ, cùm etiam universi olim Cares Mausoli dicti fuerint

Calcaria, locus inter Massiliam, & Fossam Marianam. Item Angliæ op. Anton. *Kalcaceſter* Bedæ, teste Ortelio, *Aberford* Camdeno: est autem in agro Eboracensi vel *Tadcaſter* op. ejus. reg. ad *Wherfum* flu.

Cale, *les*, vel *Cales*, *ium*, sive *Calenum*, op. Campaniæ, non procul à *Casitino*, in cujus agro vinum generosum nascebatur. Hor. 4. Carm.

Pressum Calibus ducere Liberum.

Et alibi: *Cæcubum & prelo domitam Caleno:*
Tu bibes uvam.

Juv. Sat. 1. *Occurrit matrona potens quæ molle Calenum*
Porrectura viro miscet sitiente rubetam.

Ubi ridiculè quidam *Culenum*. qu. κλῳὸς οἶνος cum sit à *Cale* Camp op. Virg. Æn. 7.

Vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque juxta
Æquora, quique Cales linquunt.

Sil. lib. 8. *Nec cedit studio vicinus sanguine miles,*
Quem genuere Cales; non parvæ conditor urbis
Ut fama est Calais, Boreæ quem rapta per auras
Orithyia vago Geticis nutrivit in antris.

Idem nescio cur l. 12. eam singulari numero adpellavit.

Threiciamque Calen, vestras à nomine nati
Orithyia domos.

Fuisse haud postremæ notæ urbem, auctor est Strabo lib. 5. Καὶ ἡ ἐφεξῆς ἡ τῶν Καμήνων πόλις καὶ ἄντη ἀξιόλογος, συνάπτουσα τῷ Καστλίνῳ. Long. 38. 5. Lat. 41. 10.

Calecutium, *Calecut*, urbs Indiæ Orient. cis Gangem emporium celebre, caput regni perampli in orâ Malabaricâ, cum portu satis capaci. Distat à Cochino 20. leuc. Hisp. & vix 10. a Canonorâ.

Caledonia, Britanniæ insl. pars, quam hodiè Scotiam vocant, vastissimam olim habens silvam, quæ & ipsa *Caledonia* dicebatur; maximos ursos alens. Mart.

Nuda Caledonia sic pectora præbuit urso.

Silius 3 *Inque Caledonios primus trahet agmina lucos.*
Hodiè *Caldar*, *Calender* Hect. Boetio. Hinc pop. *Caledonii* passim poetis vocantur, quorum regio *Rossia*, teste Ortelio, ubi castrum Caledonium urb. *Dunhelden* ad Taum fluvium. Mart.

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos.

Valerius Flaccus lib. 1.

Caledonius postquam tua carbasa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos.

Oceanus Deucaledonius Ptol. dicitur, i. e. *mare Scoticum*. Saltem à Cantio longe distare innuit hæc Lucani comparatio, lib. 6.

Prima quidem surgens operum structura fefellit
Pompeium; Veluti mediæ qui tutus in arvis
Siculæ rapidum nescit latrare Pelorum,
Aut vaga cum Tethys, Rutupinaque litora fervent,
Unda Caledonios fallit turbata Britannos.

Caledonios Camdenus rectà deducit à Britannico *kaled* quod *durum* sonat. Duri enim & asperi erant incolæ. Et terra etiam tota horridis & confragosis montibus attollitur. Ita Hebræorum magistris גלד *galad* est *durescere*. Syris item & Arabibus. Unde גליד *gelid* pro *glacie*, & *crystallo* occurrit, quasi *duramen* dixeris cum Lucretio lib. 6.

Et vis magna geli, magnum duramen aquarum.

Sed & pro firmamento sumitur, גליד in Arabicâ Paraphrasi Gen. 1. 6.

Cales, Bithyniæ emporium ad pontum Euxinum, Arrian. Item flu. Eust. & Val. Flacc. lib. 4.

Quas Tanais, flavusque Cales, Hypanisque Melasque
Addat opes.

Κάλης est Thucydidi l. b. 4. Λάμαχος, ἐν τῇ Ἡρακλεώτιδι ὁρμίσας ἐς τὸ Κάλητος πολαμοῦ. Vide Nicol. Heins. ad Pontica Nasonis lib. 4. Eleg. 10.

Caletæ, *Caletes* Cæs. & Strab. Pop. Gall. Belgicæ Oceani Britannici oram inter ostia Sequanæ & Somonæ fluminum incolentes, quorum regio *Le pais de Caulx*, teste Petro Divæo, appellatur.

Caletum, op. circa Picardiæ fines Ptol. *Portus Iccius* apud Cæsarem, vulgò *Calais*. Vide Gesforiacum.

Caleva, vel *Calleva* Anton. *Oxonium*, *Oxenford*, teste Prisæo, vulgò *Oxford*, urbs episc. & Academia præclara Albionis in Angliâ ad Thamesin flu. à Londino 47. m. p. in occid. Sed Camdeno est *Wallingford* op. ejusdem tractûs. Cæterum *de Calevâ* vide Guil. Burtonum in Antoninum pag. 222.

Caliabrum, *Montanges*, urbs olim Lusitan. nunc op. Extremaduræ, à Castris Cæciliis 4. leuc. inter Zafram 4. & Ellerinam 10.

Calidobecum, *Caudebec*, urbs Normanniæ prope æstuarium Sequanæ, 7. leuc. infra Rothomagum versus Portum Gratiæ, lanificio suo nobilis.

California, insl. max. Americæ Sept. oblonga, & à Bor. in Austr. porrecta prope Novam Mexicum, à quo dirimitur mari Purpureo.

Calisia, *Kalisch*, urbs Polon. maj. ad Prosnam amnem, qui paulo post cadit in Wartam. Distat 5. leuc. à confin. Silesiæ, quot à Siradiâ in Bor. & 12. ab Uratislaviâ. Long. 40. 15. Lat. 51. 48.

Callaici, pop. Hisp. Tar. alias divisi fuere in Callaicos *Braccarios* & *Lucenses*. Braccarii inter Durium & Minium flu. habitabant, ubi nunc pars regni Portugall. quæ dicitur Transmontana, & reg. inter Durium & Minium. Lucenses v. qui & præcipui fuerunt, ubi nunc Galliciæ regnum, cujus cap. est Compostella. Auro quondam abundabat hæc regio. Mart. 10. 16.

Accipe Callaicis quicquid fodit Astur in arvis.

Idem 14. 92.

Quamvis Callaico rubeam generosa metallo.

Et 14. 39. *Nec quæ Callaico linuntur auro.*

Dignum hic observatu quod Silius de hoc pop. refert lib. 3.

Fibrarum, & pennæ, divinarumque sagacem
Flammarum misit dives Gallæcia pubem;
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis
Nunc pedis alterno percussa verbere terra
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.
Hæc requies ludusque viris, ea sacra voluptas:
Cætera fœmineus peragit labor: addere sulco
Semina, & impresso tellurem vertere aratro
Segne viris; quicquid duro sine Marte gerendum est
Callaici conjux obit irrequieta mariti.

Ergo fodiunt, sarriunt, arant, ferunt mulieres Callaicæ, idque quod mireris, recentes à partu. Posidonius: Ἰδιον Νόφασι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι· αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι καὶ τὸ παιδίον ὕδατι ψυχρῷ λουσάμεναι σπαργανοῦσι καὶ σκάλλουσι. Strabo lib. 3. Artabris idem tribuit. Γεωργοῦσι γὰρ γυναῖκες, τεκοῦσαι τε διαχρῶνται τοῖς ἀνδράσιν, ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κλαυλίνασαι.

Callipolis, *Gallipoli*, urbs Thraciæ Chersonesi, è reg. Asiæ min. juxta Hellespontum. Silius lib. 14.

Romana petivit
Fœdera Callipolis.

Long. 54. 30. Lat. 42. 16. Item urbs Italiæ, alias sub Salentinis, nunc ex præcipuis terræ Hydruntinæ, in orâ sin. Tarentini. Vide Gallipolis; & adi is Cluver. Ital. Ant. p. 1239. & Voss. ad Melam p. 166.

Callirrhoe, fons in agro Attico 9 habens fistulas, unde & ἐννεάκρουνος dictus est. Poetæ alterum r ex nomine abjiciunt. Stat. 12. Theb.

Et quos Callirhoe novies errantibus undis
Implicat.

Callirrhoe, fons in Palæstinâ calidus, ac morbis sanandis saluberrimus in quo Herodes morbo horribili, ac prorsus desperato, & cœlitus immisso laborans, perperam seipsum lavit propter tot ac tanta in homines scelera inhumanitèr perpetrata. Itemque prope hunc fontem sita est ejusdem nominis civitas. Jos. 17. Ant. cap. 8.

Callisté, ins. una Sporadum. Vide *Thera.*

Callistratia, op. Paphlagoniæ in ora maris Euxini, inter Carambim prom. & Aboni mœnia in ort. *Castellas* Theveto.

Calmaria, *Calmar*, urbs munita Sueciæ in Oltrogothiâ cum portu in ora litor. maris Baltici, 4. leuc. à Christianopoli, & 40. ab Hafnia. Long. 38. 00. Lat. 57. 20.

Calonis, *Cleves*, teste Lazio, urbs Germ. ducatûs Clivensis caput.

Calor, Italiæ flu. prope Beneventum, teste Livio lib. 24. & Vibio Sequestri, *Pugna* hodiè inquit P. Diaconus. Ἄλωρα legitur apud Appianum in Annibalicis. & lib. 2. Civilium.

Calos limen, i. e. bonus Portus. Portus in Euxino. Mela 2. *Calostoma* Plinio commemoratur inter Danubii ostia. Vide *Boreostoma.*

Calpas, *Carrathassan*, si Theveto fides, flu. (portus item & op.) Bithyniæ inter ostia Pfyllidis & Sangarii in Euxinum labens. *Aqua*, teste Moletio dicitur, Pineto autem *Zagari.* Sed hic Sangarius est à Calpâ diversus.

Calpe, mons in extremis Hisp. finibus ad fretum Gaditanum, *Gibraltar* Clusio & Aretio, *Gebel Tarifi* (i. e. *mons Tarif*) Arabibus, teste Beutero; ambitu quidem non magnus, sed altitudine ingens, è regione oppositam habens Abylam vel Alyben extremum Mauritaniæ montem formâ & magnitudine non dissimilem, qui duo montes procul aspicientibus columnarum speciem præbent. Sub hoc monte sita fuit Tartessus urbs vetustissima, alio nomine *Carteia* dicta. Unde & *Tartessia Calpe* à poetis appellatur. Claud.

Condiderat jam solis equos Tartessia Calpe.

A Græco vocabulo sic nominatum volunt, quoniam esset concavus instar vasis, quod Græci Κάλπη vocant. Hesychius Κάλπη, σαμνὸς, ὑδρία. Avienus in oris maritimis ex Magni Salmasii emendatione.

Calpeque rursum in Græciâ species cavi
Teretisque visu nuncupatur urcei.

Unde Melæ mons iste *in mirum modum concavus* dicitur 2. 6. Bochartus tamen Κάλπη ex Phœnicio גלפא *galpha* ejusdem significationis deductum putat. Nam Arabicè inquit גלף *galph* est *vas fictile*, vel *effracti vasis ima pars.*

Calpe, Κάλπης λιμὴν Arriano in Periplo Ponti Euxini. Strabonis flu. est inter Chalcedonem, & Heracleam fluens. Ptol. Κάλπαν flu. inter Pfyllin & Sangarium ponit. Κάλπης Apollonio, quem βαθυῤῥέοντα vocat.

Calpe, Hisp. op. ad fretum Gaditanum, antiquitus Heraclea dictum, ut author est Timosthenes apud Strab. Long. 19. 10. Let. 35. 50.

Calucones, pop. Rhætiæ, quorum reg. *Algoia* Scudo, & op. *Leuchirchen*, à Compoduno 3. leuc. teste Lazio.

Calumacama, op. Afr. ad Syrtim M. ultra Leptim & Tripolim ad 220. m. p. in ort. versus Philænorum aras. *Mecellata* Marmolio.

Calvus mons, seu *Calvomontium*, vulgò *Chaumont* cogn. *en Bassigni*, urbs Gall. in Campania. Sedet in colle, prope Matronam flu. 7. leuc. à Lingonibus in Bor. Item op. Gall. in Insula Franciæ inter Bellovacos & Meduntam 6. leuc. ab utraque distans. Item op. Gall. in Salonia, inter Aurelianos & Romorentinum 5. leuc. ab utraque urbe. Denique op. Galliæ ad Garumnam 7. leuc. infra Agennum & 2. à Tonninio.

Calyba, Thraciæ urbs mediter. Arzo finitima, inter Bergulas & Halmydessum.

Calycadnus, *Saleso* Nigro, aliis *fiume del ferro*, flu. Ciliciæ, Seleuciam urbem interluens, ac inter Sarpedonem, & Zephyrium promont. in mare exiens. Ammianus lib. 14. *Et agiliter præterito Calycadni fluminis ponte, cujus undarum magnitudo murorum* (Seleuciæ scilicet) *alluit turres.* Hunc alii *Calydnum* dixere. Stephanus in Τεία· ἡ παραῤῥεῖ ὁ Καλύκαδνος, ὃν Καλυδνὸν τινες καλοῦσι.

Calydna, inf. maris Myrtoi, quam quidam unam esse cum Calymna putant. Alii Calydnas duas, Leron & Calymnam, quæ sunt circa Rhodum. Strabo Calydnam quandam prope Tenedum constituit, cujus meminit Q. Calaber lib. 10.

Δὴ γὰρ τὸ πέλεν ἄνδρεσσιν ὑπὸ συφελάδεϊ πέτρῃ
Ἤερόν, ὀνηλοῖσιν ἀνέμῳ ἁλόν, ᾧ ἐνὶ Σπῆες
Συῤῥηδαλέοι ναίεσκον, ἀπ' ἀλομυδέος γλυφθεῖς
Τυφῶνος νήσοιο χθὶ πίλυας, ἣν ἔ Καλύδνην
Λαοὶ ὀπιπλήσκουσιν ἔσω ἁλὸς, ἀντία Τέμπης.

Vide *Calymna.* Hesych.

Καλυδναὶ, νῆσοι πλησίον Ῥόδου.

Calydna, urbs Thebæ, à *Calydno* Cœli filio. Dicitur *Calydnus*, unde Apollo Καλυδνεὺς & Καλύδνιος. Steph.

Calydon, Ætolorum civitas, regia Oenei patris Meleagri, distans à mari septem millium quingentorum passuum spatio, Eveno fluvio interfluente divisa. Ovid Met. l. 8.

Et Meleagream maculatus sanguine Nessi
Evenos Calydona secat. Idem ibidem.
Alta jacet Calydon, lugent juvenesque senesque.

Idem 3. Amor. Eleg. 6.

Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti.

Statius Theb. 1. *Monstriferæ Calydonis opes.*
Opulentum id regnum arguit. Val. Flac. lib. 3.

———*Si finibus ullis*
Has tolerare moras, & inania tempora possem,
Regna hodie, & dulcem sceptris Calydona tenerem
Lætus opum, pacisque meæ.

Pacuvius in Atalanta.

Calydonia altrix terra exuberantium virum.

Inde *Calydonius*, ut *Calydonius amnis* apud Ovid. Item *Calydonis. Plangunt ora simul matres Calydonides* apud eundem. Item Calydoneus Manil. lib. 1.

Et Calydoneâ bellantem rupe puellam.

Inde *regio Calydonia*, quæ olim Æolus dicebatur. Thucyd. lib. 3.

Calymna, Stephano insula, quam Scepsius in plurali *Calymnias* vocat, alii *Calymniam*, unde *Calymniates.* Fuit autem non longè à Lebintho, & Astypaleâ. Ovid. 2. Art.

Dextra Lebinthos erat, fœcundaque melle Calymna,
Cinctaque piscosis Astypalea vadis.

Inde *mel Calymnium*, de quo Strabo in fine libri decimi, Ἅπαν μὲν ἂν τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον ὡς ὁπτιμον ἀγεῖον ὄζει, καὶ ἐναμιλλον τῷ Ἀττικῷ. Τὸ δὲ ἐν ταύταις νήσοις διαφερόντως, μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον, i. e. *Omne quidem mel insulare, plerumque est egregium, & cum Attico certat; maximè tamen excellit in istis insulis, & Calymnium imprimis.* Itaque *Calymna* Phœnicibus erat חלי סנה *Chali mnah*, h. e. *dulcis sedes.* Alii *Calydnam* & *Calydniam* malunt, quod esset חלי טינא *Chali tina, dulcis rupes*, i. e. quæ melle fluit, ut Deut. 32. 13. & Psal. 81. 17.

Camalodunum, vel *Camulodunum*, *Colchester* Loydio. Camdeno autem *Maldon* in Essexia, Cynobellini olim regia, uti ex Dione cognoscimus, lib. 60. Καμηλόδουνον τὸ Κυνοβελλίνου βασίλειον. Per Metathesin Ptolemæo Καμυδόλανον, quam inter Τευθοβλας ponit, sic enim Trinobantes vocat. Vide Burtonum in Antoninum, pag. 232.

Camarina, palus Siciliæ juxta op. ejusdem nominis; cujus aquæ cum fœtore suo pestem generarent, consuluerunt Apollinem, expediretne, ipsis Camarinam exficcari, quibus ab Apolline responsum est,

Camarinam non esse movendam.
Μὴ κίνει Καμαρίναν, ἀκίνητον γὰρ ἀμείνων.

Neglecto tamen oraculo, siccaverunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Unde Proverb. *Camarinam movere* pro eo, quod est, *Sibi malum accersere.* Servius in illud Virg. 3. Æn.

———*Et fatis nunquam concessa moveri*
Apparet Camarina procul, Campique Geloi.

Silius Punicorum lib. 14. Virgilio inhærens:

Et cui non licitum fatis Camarina moveri.

Claudianus: ———*Pigra vado Camarina palustri.*

Vide Cluver. Sic. Ant. lib. 1. pag. 192. 193. 194. Interim videamus quid de hâc urbe ait vir magnus de Phœn. Col. lib. 1. cap. 29. Falluntur (inquit) qui paludem volunt ab urbe vicinâ dictam. Neque enim ab urbe palus, sed urbs à vicinâ palude nomen traxit. Φησὶ γὰρ Δῆρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῆς Σικελικῶν πόλεων ἐν τοῖς πολεμίοις ὀνομάζονται, Συρακοῦσαι, Γέλαι, Ἰμέραι, Σελινοῦς, καὶ Φοινικοῦς, καὶ Ἐρύκης, Κάμικον, Ἄλικαι, καὶ Θέρμαι, καὶ Καμάρινα. Ita Stephanus in Ἀκραγαντες. *Camarina* porro palus unde dicatur, colligere est ex his Pindari Olymp. 5. De Hippari amne qui in Camarinam influit.

Κόλλᾳ τε σαθρὶ-
ων σκαλάμων ταχέως
Ὑψίγυον ἄλσος.
Agglutinaque stabi-
lium cubiculorum celeriter
Altam sylvam.

Quæ Schol. ita explicat ex mente Aristarchi Grammatici celeberrimi, Σκαλάμων κλισκοδιασκὴν Ἵππαριν τὴν Καμαρίνην παρέχει, &c. i. e. *cubiculorum structorem Hipparin Camarinæ præbuit. Aiunt enim illum per mediam Camarinam defluentem, accedente maris æstu formare terram ex quâ lateres conficiunt Camarinenses ad domorum structuram.* Itaque Camarinæ nomen est à חמר *chamar lutosum esse*, unde & חומר *chomer* est *lutum*, ex quo fiunt lateres. Cur

Camarinæos

Camarinæos Iſacius in Lycophronem eoſdem eſſe velit cum Lotophagis, non capio. Long. 39.38. Lat. 35. 48.

Camarinum, urbs Umbriæ, juxta Piceni fines à Septempedâ urb. Piceni 10. m. p. Fulginium verſus 20. in merid. inter Nuceriam ad occ. & Tollentinum ad ort. 15. Populi *Camertes*. Urbs etiam *Camerinum* vocatur. Long. 36. 43. Lat. 43. 07.

Camaves, ſeu potius *Chamavi*, pop. Germ. inter Cheruſcos & Bructeros prope Viſurgim flu. ubi nunc pars Epiſcopatûs Monaſterienſis & Paderbornenſis.

Cambalum, *Cambalu*, urbs Tartariæ, Cataiæ caput, juxta Caramoranum flu. Sunt autem quidam recentiores qui eam confundunt cum Pequino urbe primaria Sinarum.

Cambodunum, *Baergen*, teſte Aventino, pag. Vindelicorum in Bavaria, apud Monachium urb.

Cambodunum, *Camulodunum* Ptol. *Campodunum* Bedæ, teſte Camdeno, nunc ruinæ quædam prope Almondburium vic. Angl. in agro Ebor. ubi Brigantes pop. ad amnem Calderum prope montes & confin. Derbeienſis Com.

Camboricum ſeu *Camboritum*, op. & Academia Angliæ in Com. Cantabrigienſi, ad Camum flu. à Londino 35. m. p. & 10. ab Elyâ urbe ab ora maris 28. Vide *Cantabrigia*.

Cambria. Vide *Wallia*.

Camelodunum, *Doncaſter*, op. olim Brigantum, nunc autem Eboracenſ. comitatus ad Dunum flu. qui cadit in Abi æſtuarium 20. m. p. ab Eboraco in auſt.

Camera, vel *Camere*, ager M. Græciæ inter Sybarim & Crathim flu. Ovid. Faſt. 3.

Eſt prope piſcoſas lapidoſi Crathidis undas
Parvus ager, Cameren incola turba vocat.

Cameſene, vel *Camiſene* Latii, vel Ital. vetuſtiſſimum nomen jam inde à Jani temporibus, de cujus origine *Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.* Ad Camiſen quidem omnes referunt, ſed de Camiſe nihil certi. Hunc enim alii cum Macrobio, & Hygino, & Protarcho Trallliano, advenam & imperii conſortem; alii Jani fratrem faciunt cum Catone in Originum libris. Alii denique Camiſem aſſerunt ſororem & conjugem fuiſſe Jani, ut Draco Corcyreus apud Athen. l. 15. Unde videtur deſumptum, quod Servius in l. 8. Æn. Tiberim vel Tiberinum *Jani, & Cameſenæ filium facit.* Quid ſi *Cameſem*, vel *Camiſenem* dicamus id ipſum eſſe quod *Latium* & כחים *Cethim* quia כמס *Camas* Hebræis eſt abſcondere. Hinc Moſes Deut. 32.34. nonne illud eſt כמס *camus*, reconditum apud me?

Camicus, urbs Siciliæ, in quâ Cocalus Dædali fil. imperavit. Ita Steph. Vibius in catalogo fluminum: *Camicos*, Siciliæ. ex qua urbs *Camicos*. Ariſt. Polit. 2. 10. *Quapropter & maris imperium tenuit Minos & inſularum alias cepit, alias incolis frequentavit, ad extremum autem bellum Siciliæ inferens, ἐν βίῳ ἐτελεύτησεν ἐκεῖ περὶ Κάμικον.* Strab. l 6. *Multa etiam barbarica opida interierunt, Καθάπερ ὁ Κάμικος Κωκάλου βασίλειον, παρ' ᾧ Μίνως δολοφονηθῆναι λέγεται.* Vide Herod. l. 7. & Diod. Sic. l. 4. Apud Tzetzen in Chil. corruptè Κάμινον, & poſteà Κάμιλον legitur. *Fiume delle Canne*, hodiè Cluverio. Scribit hic Carolus Steph. Charax hanc urbem *Inycum* vocat, dein Stephanum autorem advocat. Sic enim ille habet *Κάμικος πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἤρχεν. Χάραξ δ' Ἴνυκον ταύτην φησίν.* Atqui non unum eundemque locum eſſe voluit Charax *Inycum* & *Camicum*; ſed cum alii Camicum fuiſſe Cocali regiam adfirmarent, ipſe è diverſo Inycum ſedem ejus fuiſſe tradit.

Camirus urbs in Rhodo, ita dicta à *Camiro* Herculis filio quem ex Ioſe Euryti regis filiâ ſuſceperat. Phœnicibus erat חמידה *Chamirâ*, quaſi *argilloſam* dixeris. Nam חמר *Chamer* eſt *argilla*. Natum nomen ex argumento, quia Camirus erat in argilloſo ſolo. Unde eſt quod Homerus, cujus Epitheta rarò ſunt otioſa, vocat *ἀργινόεντα Κάμειρον. argilloſam Camirum.* Long. 58. 20. Lat. 35. 15.

Campania, regio Italiæ fertiliſſima, *in quâ ſummum eſt Liberi patris* (ut venuſtè à Plinio dictum eſt) *& Cereris certamen*; ſic dicta quod Campeſtris ſit, hodiè *Terra di Lavoro*. Juvenalis.

Provida Pompeio dederat Campania febres.

Urbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliaſque complures. Hinc *Campanus*. Virg. Æn. 10.

Et Capys, hinc nomen Campanæ dicitur urbis.

Tac. Hiſt. 1. *Fœcundiſſima Campaniæ ora.*
Mela. *Amœna Campaniæ litora.*
Solinus. *Amœniſſimus Campaniæ tractus.*

Cicero Campanum agrum, *orbis terræ pulcherrimum* vocat, pro lege Agrariâ. Florus 1. 16. *Omnium non modo in Italiâ, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt. Nihil mollius cœlo, nihil uberius ſolo; denique bis floribus vernat*, unde *Dives opum.* Silio 8. Statius Silv. 3.

——*Molles Campani litoris oras.*

Tibul. 1. 9. *Non tibi ſi pretium Campania terra daretur.* Prop. 3. 5. *Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur.* Plin. 3. 5. *Qualiter Campaniæ ora per ſe, felixque illa ac beata amœnitas? ut palam ſit uno in loco gaudentis opus eſſe naturæ.* Vide quæ ſequuntur. Audiamus Græcos. Dion. Perieg. 357.

Τῇ δ' ὅτι Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον——

Polyb. lib. 3. Πεδία τὰ κατὰ Καπύην ὑπερφανέστατα μὲν ὄντα τῶν κατ' Ἰταλίαν, κ) διὰ τὴν ἀρετὴν, κ) διὰ τὸ κάλλος. Strab. lib. 5. *πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων* vocat. Idem illi *γεωλοφίας εὐκράτους* tribuit. Et Dionyſ. Halic. lib. 1. teſtatur ſe ibi *τεκμήρια ἀρίστης* vidiſſe. Vide Cluv. Ital. Ant. lib. 4. cap. 1.

Campania, urbs regni Neapolitani, 16. m. p. à Salerno in ort. & 11. ab orâ litor. maris Mediterranei.

Campania Romana, prov. Italiæ ſub dom. Papæ. Continet maj. partem Latii antiqui, & terminatur à Sept. Aniene flu. ab occid. Tiberi flu. à merid. mari mediter. ab orient. Liri flu. & regn. Neapolitano. Ejus caput Roma.

Campania, *La Champagne*, prov. Franciæ, ſub quâ continentur agri Retelenſ. Remenſ. & Baſſiniacus, & pars Briæ tractus. Habet à Sept. Belgium, ab orient. Lotharingiam, ab occid. Inſulam Franciæ, & à merid. Burgundiam. Ejus primaria eſt Trecæ, vulgò *Troyes.*

Campi lapidei, loc. Gall. Narbon. lapidibus obductus inter Rhodanum flu. & Stagnum Aſtromelam ubi olim Anatili pop. ibique nunc Salone op. præcipuum.

Campi Macri, al. *Nacri*, locus Gall. Ciſpadanæ, inter Mutinam & Parmam; *Val de Montirone*, teſte Leandro, qui locus inter Carpum & Mirandulam viſitur.

Campi Phlegræi, & *Fortum Vulcani*, hodie *La Solfatara* locus Campaniæ, inſtar theatri collibus cinctus prope Puteolos urbem, ignes perpetuo emittens, ac ſulphur gignens.

Campi veteres, locus Lucaniæ, nullâ re, niſi morte Gracchi memorabiles.

Campodunum, ſeu *Cambodunum*, vulgò *Kempton*, urbs German. ad Harum flu. 5 leuc. Germ. à Memminga in auſt. 17. à Curia in Bor. & 14. à Conſtantiâ in ort.

Campona, *Keppel*, Similero, pag. Pannon. infer. ad Danub. prope Budam. Sed Lazio eſt *Theteſ*, pagus inter Budam & *Keppel* 2. leuc. Niſi ſit *Coppan* urbs non obſcura, ab Alba Regali 5. leuc. in merid.

Campus Martius, locus urbis Romæ, adhuc vulgò *Campo Marzo* nominatus, olim extra urbis mœnia, poſtea intra, omnium aliorum maximus.

Camudolanum, ſeu *Camulodunum* & *Camalodunum*, op. Trinobantum in Britannia. Nunc eſt Maldon, op. Com. Eſſexiæ ad amnem Chelmerum 8. m. p. à mari German. & totidem à Colceſtria in auſtr.

Camulodunum. Vide *Cambodunum*.

Cana, *Canna* Melæ, *Cæne* Ptol. op. Æolidis cum promont. cogn. contra Methymnam urbem Lesbi inſ. porrecto. Item op. Arab. fel. *Canacam* Rhamnuſio. Item op. Galilææ in tribu Zebulun, ubi aqua in vinum mutata fuit à Salvatore noſtro in æternum benedicto. Jo. 2. Long. 66. 38. Lat. 32. 40.

Canariæ, inſ. Africæ in mari Atlantico, al. *Fortunatæ* dictæ, 7. numero majores; quarum præcipua etiam *Canaria* dicitur, uſi antiquitus. Aliæ ſunt *Tenariffa*, quæ al. *Nivaria* omnium major. *Forteventura*, antea *Capraria* & *Caſpia*. *Laucerotta*, antiquitus *Centuria*. *Gomera*, aliàs *Theode*, inſula Ferri, antea Pluvialia, & inſula *Palmæ*, quæ *Capraria* etiam dicebatur. Detectæ fuerunt à Joanne Betancurtio nobili Gallo, an. 1346. parentque regi Hiſpan. Ipſa Canaria diſtat 90. mill. ab ora proximiori Africæ in occ. & 260. ab inſ. Madera in auſt. habetque urb. cogn. cum aree & portu verſus orientem inſ.

Canaſtræum, prom. Macedoniæ in ora ad ort. & ad Thermaicum ſin. apud Caſſandream, ubi ſin. Toronæus incipit, à Theſſalonica 50. m. p. in ort. Hodie *Capo Caniſtro*, & *Capo Cirio.*

Candalia, *Kendale*, op. Angliæ in Com. Weſtmariæ. Vide *Concangium.*

Candavia, reg. Macedon. ad occ. ubi montes *Candaviæ* dicti, & urbs ejuſdem nom. epiſc. ſub arch. Dyrrachino, & ſaltus *Candaviæ* à Scardo monte initium ſumentes, in auſtrum extenſi, à Dyrrachio 79. m. p. diſtantes. Lucan. lib. 6.

——*Terræque ſecutus*
Devia quà vaſtos aperit Candavia ſaltus.

Sen. ep. 31. *Per deſerta Candaviæ.* Plinius *Candaviæ montes* dixit 3. 23. & Strabo ὄρη Καυδαυίας. In Ptolemæi tabulis videbis: & ſunt qui dividunt Macedoniam ab Illyrico. Strabo vaſta & deſerta loca iſta eſſe ſcribit, *quod bellis & rebellionibus opida pleraque & habitationes diruta ſunt nec ad id ævi reſtituta.*

Candin, urbs arch. primaria Cretæ inſ. quæ ab ea nunc denominatur

denominatur *Candia*. Urbs ipsa satis ampla fuit in ejus ora Boreali, atque permunita, utpote quæ pluribus annis Turcarum impetus fortiter sustinuit. Olim suberat dominio Reip. Venetiæ. Sed à Turcis obsessa per aliquot annos, tandem ab ipsis expugnata est an. 1669. Jam v. tota desolata jacet, à paucis hab.tata, cum olim esset emporium celebre. Distat à Rhitymna 35. mill. in ort. & à Spinalunga 40. circiter in occ. Vide *Matium*.

Candida casa, vulgo *Whit-hern*, urbs Scotiæ episc. sub arch. Glasquensi, inde 45. mill. in aust. estque in ora maris Hibernici, ex adverso Monæ insulæ à quâ 18.m. p. distat in Bor. Long. 16. 30. Lat. 56. 30.

Candolica, nunc est Fanum S. Viti, op. ex præcipuis Carinthiæ ad confluentes flu. *Wilicz* & *Glan*. 3. leuc. à Dravo flu. in Bor. & 4. à Gurcbio in aust. Long. 36. 30. Lat. 46. 42.

Candys, urbs Mediæ mediterr. *Cremani* Nigro, apud Cadusios in Atropatia.

Cane, op. Arab. fel. vulgo *Caxem*, in orâ maris Arabici, 17. leuc. Hisp. à Fartachio urb. in occ. & 70. ab Adeno in ort. Hinc *Cane* promont. in orâ viciniori.

Canganorum promont. seu *Canganum*, promont. Angliæ in Walliâ, & Arvonia prov. Speedo teste est *Braychy pult point* ad austr. dict. prov. ex adverso *Bardsey* insula. quanquam alii credant esse *Penvensele point* 2. mill. à priori promont. non autem *Lhein*, ut Camdenus credit; & 24. m. p. distat ab Arvonia in aust.

Cauinefates, *Kennemerlandt* Rhenano, pop. Batavorum in Hollandia, quorum tractus sic vocatur, in quo Goricum op.

Canini, *Grisoni* Italis, pop. Rhætiæ, quorum metropolis Curia ad Rhenum.

Cannæ, vicus Apuliæ non procul ab Aufido flu. circa quem Annibal P. Æmilium, & Terentium Varronem Coss. ingenti clade superavit, cæsis quadraginta Romanorum millibus, tantoque equitum numero, ut tres annulorum modios in signum Victoriæ Carthaginem transmiserit. Apud Polybium πόλις est idque singulari numero ἡ Κάννη, Livius nudè *vicum* appellat, lib. 22. Florus 2. 6. *Quartum, id est, pene ultimum vulnus imperii, Cannæ, ignobilis Apuliæ vicus: sed magnitudine cladis emersit: & quadraginta millium cæde parta nobilitas*. Quin & Appianus in Annibalicis κώμην, h. e. *vicum* vocat, populi *Cannenses*, quos *clade Romanâ nobiles* vocat, Plin. 3. 11. *Hic pugna Cannensis*, Prop. 3. 3. & Cicer. de Claris Orat. *Cannensis calamitas*. Long. 40. 14. Lat. 41. 09.

Canopus, Ægypti civitas, distans ab Alexandriâ 120. stadiis, ex quâ ortum ferunt Claudianum poetam. Dicta quasi Canobus à Canobo Amyclæo Menelai navis gubernatore ibi sepulto. Nam devictâ Trojâ in Ægyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amisit, in ejusque memoriam urbem condidit, relictis ibi iis, qui ad navigandum inutiles erant. Vide Melam. 2. 7. Solin. cap. 34. Am. Mar. 22. Strab. lib. 17. Virg. 4. Geor.

Nam quâ Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

Pop. *Canopæi*, de quorum luxuriâ eleganter Strabo lib. ult. ubi de *Canopo*. *Super omnia*, inquit, *memorabilis est turba eorum, qui ad festivos illic dies per fossam Alexandriam navigant, qua fossa diebus ac noctibus navicularum plena est viros pariter, ac mulieres vectantium, qui cantant ac tripudiant cum extremâ lasciviâ, ac impudentiâ*. Juvenal. Sat. 15.

———*Horrida sanè*
Ægyptus, sed luxuriâ quantum ipse notavi
Barbara, famoso non cedit turba Canopo.

Stat. Sylv. 3.

Curve Therapnæi lasciviat ora Canopi?

Juven. Sat. 6.

Nupta senatori comitata est Hippia ludum
Ad Pharon & Nilum famosaque mœnia Lagi,
Prodigia & mores urbis damnante Canopo.

Ubi scelus exagitat; Romam Canopo famosiorem fuisse queritur. *Canopus*, item insula parva oltio Canopico objecta.

Canovaci, Scotiæ pop. in orâ occiduâ, quorum regio ampla *Lennosia*, *Argadia* & *Lorna*, *Lennox*, *Argile*, & *Lorne* putatur, teste Linydo. Sed apud Ptol. *Carnonacæ* pop. leguntur longè ab hoc situ distantes, nam post Epidios, & Cerones eos locat, deinde Cornalios orientaliores describit.

Cantabri, Hisp. Tarrac. pop. Asturibus finitimi, omnium olim Hispanorum efferatissimi, nullamque sine armis vitam esse existimantes, quorum regio *Cantabria*, Sil. l. 2.

Cantaber ante omnes hyemisque æstusque famisque
Invictus. Et mox,
Nec vitam sine Marte pati, quippe omnis in armis
Lucis causa sita est, damnatum vivere paci.

Hor. Car. 2. 11.

Quid bellicosus Cantaber, & Scythes.

Et lib. 1. ep. 19.

Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

Ab Augusto victi. Horat. Carm. 2.

Cantabrum indoctum juga ferre nostra.

Idem alibi.

Cantaber serâ domitus catenâ.

Horum regio *Biscaya* hodie dicitur.

Cantabrigia, op. & Academia Angliæ præclara in Com. cogn. à Londino 44. m. p. plus minus in Bor. De quo sic Camdenus in agro Cantabrigiensi: Quo nomine, inquit, hunc flu. appellent scriptores, controvertitur. Alii *Grantam*, *Camum* alii nuncupant, quibus ego potius assentior, tum quòd obliquior incedat (hoc enim Britannis *Cam* sonat) tum etiam quod vetus illud op. *Camboritum*, quod Antoninus in tertio Britannorum itinere memorat huic assedisse, ex distantia, nomine, & Romanorum nummis hic prope pontem magna copia inventis, mihi fere persuaserim. *Camboritum* enim *Vadum* ad *Camum*, vel *Vadum flexuosum* significat; nam *Rith Vadum* Britannis nostris denotat; quod eò adnoto, ut Galli facilius videant quid sit *Augustoritum*, *Darioritum Rithomagus*, &c. in Gallia. Sed *Camboritum* nostrum maluerunt Saxones *Grantceaster* & *Gronceaster* vocare; quod nomen etiam retinet, sed unde factum fuerit, nondum video. A *Gron* Saxonicâ dictione quæ *locum palustrem* significat, si deducerem, forsitan errarem: Asserius tamen loca palustria in agro Somersettensi semel atque iterum *Grants paludosissimas* dixit & urb. Frisiæ Occid. palustri loco sita *Groningen* dicitur. Hæc circa an. 700. desolata civitatula fuit, ut inquit Beda, dum memorat juxta muros inventum fuisse locellum de marmore albo pulcherrimè factum, operculoque similis lapidis aptissime tectum. Nunc autem viculus est, cujus partem Hen. Laceius Lincolniæ Comes Henrico filio notho donavit; alteram v. partem Henricus VI. Rex Angliæ è Lancastrensi familia oriundus, Collegio suo Regio in Cantabrigia sive *Cambridge* concessit. Quæ antiqui Camboriti vel pars, vel proles fuit, adeo & situ & nomine est confinis. Nec facile crediderim *Cam* à *Grant* deflexum, utpote duriuscula hæc videatur derivatio, in qua præter unam omnes literæ absorbentur. Existimarim potius vulgum antiqui nominis *Camboriti* vel *Cami* flu. vocabulum retinuisse, licet scriptores Saxonico nomine *Grantbridge* sæpius usi fuerint. Urbs autem hæc quæ altera Angliæ Academia, alter Oculus, & ἕρεσσα alterum, clarissimaque bonarum literarum & pietatis officina, ad Camum sedet, qui cùm occidentale ejus latus insulis ludens perspererit, ad ortum conversus in partes duas dispescitur, ponteque conjungitur, unde recentius hoc nomen *Cambridge* enatum. Ultra pontem castellum cernitur amplum & vetustum, quod jam sua fata compleste videatur; & Collegium S. M. Magdalenæ sacrum. Cis pontem ubi urbis pars maxima jacet, platearum descriptione, templorum frequentia & 16. pulcherrimis Musarum sacrariis, sive Collegiis omnia nitent, in quibus eruditissimi viri magno numero aluntur; maximarumque artium scientia, & Linguarum cognitio ita florent, ut literarum, religionis, ac totius doctrinæ fontes jure optimo censeantur, qui Ecclesiæ & Reip. hortos salutaribus aquis suavissimè irrorant. Nec quicquam heic desideres quod in florentissima Academia requiras, nisi quod è palustri situ, aliqua est cœli gravitas. Fortasse autem qui eo loci primum Academiam instituerunt, Platonis judicium approbarunt. Is enim cum corporis habitudine uteretur optimâ Academiam insalubrem Atticæ locum studiis delegit, ut quod redundans esset, & animum gravaret, loci intemperie supprimeretur. Hæc ille. Vide Jo. Caii Antiqu. Cantabrig. & Burtonum in Anton. Itinerarium pag. 201. Long. 21. 49. Lat. 52. 30.

Collegiorum Academiæ Cantabrigiensis Nomina.

Coll. S. Petri. Hugo Balsham Episcopus Eliensis, Fund. 1284.

Aula Clarensis. Rich. Badew, & Elizabetha de S. Paulo Ultoniæ Comitissa, Fund. 1326.

Aula Pembrochiana. Maria de S. Paulo, Pembrochiæ Comitissa, Fund. 1343.

Collegium Gonvilli & Caij. Edmundus Gonvill. & Jo. Caius, Fund. 1348.

Aula Trinitatis. Guil. Bateman, Episcopus Norvicens. Fund. 1350.

Collegium Corporis Christi. Hen. Monumetens. Dux Lancastriæ, Fund. 1351.

Collegium

Collegium Regium. Henricus VI. Fund. 1441.
Collegium Reginæ. Margareta, Uxor Henrici VI. Fund. 1448.
Aula Catharinæ. Rob. Woodlark, Fund. 1475.
Collegium Jesu. Jo. Alcock Episcopus Eliensis, Fund. 1496.
Collegium Christi, & Collegium S. Joannis. Margareta, Comitissa Richmundiæ, Henrici VII. Mater, Fund. 1505. 1508.
Collegium S. Mariæ Magdalenæ. Thomas Audley Angliæ Cancellarius, Fund. 1519.
Collegium Trinitatis. Henricus VIII. Fund. 1546.
Collegium Emanuelis. Walterus Mildmay Eques Auratus, Fund. 1582.
Collegium Sidney-Sussex. Francisca Sidney Sussexiæ Comitissa, Fund. 1598.

Cantium, Comitatus Angliæ, olim Regio titulo decorata. Habet à Sept. Essexiam, ad Occid. Surriam, à merid. Sussexiam, & ab oriente Oceanum Germanicum. Ibi urbes Cantuaria, totius Provinciæ caput, Rossa sedes episcopalis, opida vero celebriora Dubris, Sandvicus & Gravesinda. Pop. *Cantiani*, omnium qui Britanniam incolunt, humanissimi, Julio Cæsare teste.

Cantuaria, urbs Archiepiscopalis Angl. in agro Cantiano ad Sturam flu. sub quâ 21. Episcopi. Distat à mari 5. m. p. & 15. à Dubri in occ. *Darvernum* dicitur Ptolemæo, *Dorobernia* Bedæ & aliis. Urbs pervetusta, Romanoque seculo proculdubio illustris. *Nec adeo magna* (inquit Malmesburiensis) *nec exiliter parva, quæ & terræ positione, soli ubertate maxima, & integro murorum ambitu, fluviis irrigua, nemorum opportunitate inclyta, præterea maris vicinitate piscium fœcunda.* Vide plura de hâc civitate Camdenum in Cantio. Long. 20. 30. Lat. 51. 15.

Canusium, Apulorum Dauniorum op. Ptol. ad Aufidum flu. Plinio, & Pomponio testibus. Idem esse cum Cannarum vico Romanorum clade nobili, asserit Leander, cui quo minus assentiar, faciunt Livius, Strabo, Plinius, qui utriusque meminere; ut & Appianus in Annibalicis. Οἱ δ' ἐς Κάννας ἐπέφυγον πρὸς Διομήδει, ὀλίγοι δ' ἐς Κανύσιον διέφευγον. Procopius item scribit Canusium distare à Cannarum vico 25 stadiis. Rutilæ lanæ ferax erat, quæ ab eo *Canusina* dicitur, ex quâ qui vestes gestabant *Canusinati* dicebantur. Mart. 9.

Ut Canusinatus nostro Syrus assere fudet.

Et lib. 14. 127.

Hæc tibi turbato Canusina simillima musto
Munus erit, gaude, nam cito fiet anus.

Græcis plerisque Κανύσιον. Appiano & Procopio Κανύσιον, Stephano *Καννίσιον*, vulgo nunc *Canosa* dictum. A Diomede conditum, ut habet Strabo lib. 6. Cui convenit Horat. 1 Serm. Sat. 5. ubi de pane Canusino loquitur.

Nam Canusi lapidosus, aquæ non dives, urna,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim.

Haud procul à mari abesse Canusium asserit Strabo ubi supra, ἀ πολὺ δὲ μὴ τῆ θαλάσσης ἀπέχοντα. Idem haud obscurè colligas ex Philostrato in vitis Sophistarum, ubi de Herode Athenienſi Ὥκιστο δὲ καὶ τὸ ἐν τῆ Ἰταλίᾳ Κανύσιον, ἡμερώσας ὕδατι, μέλαι τὸ πρὶν δυσῶνον. Long. 40. 17. Lat. 41. 10. Inde *Canusinus* incola. Hor. *Canusini more bilinguis*, ubi Schol. *Bilingues* vocat, quod utramque noscent linguam, & Latinam, & Græcam. Videtur autem Poeta, non tam significare voluisse duarum linguarum doctos fuisse illos, quam unius sed mixtæ ex duabus. Sic ut nec Latinam, neque Græcam posses dicere, quod vitio magis quam laudi ducendum est.

Capernaum, fons juxta Genesareth lacum, quem nonnulli Nili fluminis venam opinantur. Jos. Bell. Jud. 3. 12.

Cape Ptolemæo, Africæ propriæ urbs ad Syrtim min. sita, *Caps* vocat Castaldus, *Tacape* habent hoc loco Latina Ptolemæi exemplaria.

Capedunum, Scordiscorum op. Strabo lib. 7. *Capfeia* & *Capfenberg* Lazio.

Capellatium, Alemaniæ regionis nomen. Am. Marcell. hodie *Pfaltz*, quæ teste Rhenano *Palatinatus* nominatur. Aliis est *Bergstrasse*, quâ itur Francofurto Heydelbergam.

Capena, *Capinna* Steph. *Canapina* vulgò, op. Hetruriæ; Hinc *Capenates* Italiæ pop. Clusinis vicini Plin. 3. 5. *Capenus*, nom. gent. Virg. 7. Æn.

Et Cimini cum monte lacum, lucosque Capenos.

Capena, porta urbis Romæ, *Porta di S. Sebastiano.* Ovid. Fast. 6.

Appositum dextræ porta Capena viæ.

Dicta est & *Fontinalis* à multitudine fontium. Juven. Sat. 3.

Substitit ad veteres arcus madidamque Capenam.

Ibi Capenas fluviolus. Sil. 13.

Et sacer humectat fluvialia rura Capenas.

Dicta etiam est *Triumphalis*, quod triumphantes per eam in urbem invehi solebant.

Caphareus, mons altissimus Euboeæ, Hellespontum versus, impetuosus, & formidolosus, propter scopulorum frequentiam & crebros undarum vortices. Hic Nauplius Euboeæ rex mortem filii Palamedis Ulyssis dolo interfecti ultus est. Nam cùm Græci Trojâ dirutâ redirent, Nauplius facem in montis vertice posuit, ut locus fidem portûs haberet, quò cum venissent multi naufragium fecerunt. Ulde Virg. Æn. 11.

Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.

Ovid. Met. 14.

Quos communis hyemi importunusque Caphareus
Marsit aquis. Et paulo ante.

——Cumulumque Caphareæ cladis.

Et Tristium primo.

Quicunque Argolicâ de classe Capharea fugit
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

Seneca Tragœdus.

Ubi saxa rapidis clausa vorticibus tegit
Fallax Caphareus.——

Stat. 7. Theb.

Non humiles Ægas altumque Caphareа dixi.

Propert. 3. 7.

Saxa triumphales fregere Caphareа puppes,
Naufraga cum vasto Græcia tracta salo est.

Idem 1. lib. 4. eleg.

Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes,
Et natat exuviis Græcia pressa suis.

Silius lib. 14.

Euboici non per scopulos illisa Caphareo
Euripi magis unda furit.

Euripides in Helena.

Πολλὰς δ' πυρσεύσας
Φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥύτην
Εὐβοίας ἄλ' Ἀχαιῶν
Μονόκωπος ἀνὴρ πίτυρις
Καφηρίτης ἰμβολᾶν
Αἰγιαλὸς τ' ἐπωκίσατ' ἀλσαῖς
Δόλιον ἀσκὸς λάμψας.

Bassus Antholog. 1.

Οὐλόμεναι νῆσοι Καφηρίδες ἀι πολὺ νῶτον
Ὠλίσθ' Ἑλλήνων, χὠ σίλον Ἰλιάδιν.

Pacuvius in Dulorestе apud Prisciamum in voce *Pleros* ait, *Pater Achæos in Caphareis saxis pleros perdidit.* Merito igitur כופא רוץ *Capha rus* i. e. *contritor scopulus* à Phœnicibus est appellatus. Bochartus.

Capharnaum, (Capernaum) juxta stagnum Genezareth etiam hodiè oppidulum est in Galilææ Gentium in finibus Zabulon & Nepthali situm, Mat. 4. in quo Christus Centurionis filium sanum fecit. Mar. 8. In hâc Christus versatus est multum, & plurima miracula edidit, unde & ejus civitas appellata est. Mat. 9. & 11. Egesippo lib. 3. cap. 26. est fons in regione Genezaris *Capernaum* nomine.

Caphrena, urbs Syriæ in reg. Commagene ad Euphratem quæ Zeugmati vicina fuit.

Capionis turris, *Chipiona*, Castr. Hisp. Bæt. in colle ad ostia Bætis flu. in ora Oceani, vix 1. leuc. à Luciferi Fano in aust. & 5. à portu S. Mariæ. Long. 14. 00. Lat. 36. 30.

Capitanata, prov. regni Neapolit. & pars Apuliæ Daunie. Habet à Sept. & Orient. mare Adriaticum, ab Occid. Comitatum Molisinum, & à Merid. Principatum ulteriorem, Basilicatam, & Terram Barianam. Regio est fertilis admodum & rigua. Ibi urbes præcipuæ Manfredonia, Asculum, Appulum, Lucaria Paganorum, Bovinum & Troja.

Capitis Viridis inf. *Isles de Cap Verd*, insulæ Oceani Atlantici, ex adverso Capitis Viridis in Afr. à quo tamen 150. leuc. distant in occ. Alias *Gorgades* seu *Hesperides* dictæ, suntque 10. numero, viz. S. Jacobi, Ignium, S. Antonii, S. Vincentii, S. Luciæ, S. Nicolai, Salis, Bonavistæ, Mati, & Bravæ. Harum præcipua est S. Jacobi inf. cum urb. cogn. & episcopali sub Lusitania.

Capitolium, prægrandis ara Romæ in monte Saturnio ex prædâ Apiolanum, Latinorum urbis, à Tarquinio Superbo extructa. Plin. 3. 5. Virg. *Capitoli immobile saxum.* Sic dictum *à capite Toli* ibi reperto, dum fundamenta foderent. Antea mons Tarpeius vocabatur, à Tarpeâ Virgine Vestali, quam ibidem Sabini scutis suis obrutam necarunt. Virg. lib. 6.

Ipse triumphatas Capitolia ad alta Corintho.

Et *Capitolia cerea* eidem Æn. 8. *Fulgens Capitolium* Horat.

3. 3.

3. 3. Suet. in Vesp. *Ipse institutiones Capitolii aggressus.* Intellige Cap. novi quod reg. urbis 8. sive reg. Fori Romani. Aliud enim vetus fuit reg. Urb. 6. sive reg. Circi Flaminii. De utroque P. Vict. in topogr. urb. & Notit. Imp. Varro L. 4. Mart. 7. 72. De vetere autem etiam Val. Max. 4. 9. Novi Cap. conditores Tarq. reges Prisc. & Superbus. Dedic. autem Hor. Pulvil. Plin. 3. 5. Tac. Hist. 3. Veteris conditor N. Pomp. apud Aurel. Cassiodor. in Chron. Sæpe à scriptoribus cum *Arce* conjungitur, ergo ea fuere diversa. Cic. in Catil. *Vobis Arcem & Capitolium commendat.* Livius: *Servi Capitolium, atque Arcem occupavêre.* Seneca: *Non Capitolium Arcemve.* Eam Ἀκρὰν Dionysius plus semel nominat; additur lib. 10. τῷ Καπιτολίῳ ἔνυα πεφυκὼς. Spectabat autem in eam partem, ubi postea Theatrum Marcelli fuit. Neque tantum Romæ *Capitolium* erat, sed & in aliis urbibus ùti observat doctissimus Lilius Gyraldus de Diis Gentilibus, Syntag. 2. V. gr. Narbone. Sidon. Apoll. Carm. 23.

Salve Narbo nobilis
Delubris, Capitoliis, monetis.

Itemque Capuæ. Sil. Ital. lib. 10. de Annibale eam ingresso.

———*Monstrant Capitolia celsa.*

Cæterum Capitolium Romanum anserum gingritu ab Gallorum incursu servabatur. Lucretius lib. 4.

———*Humanum longè præsentit odorem*
Romulidarum arcis servator candidus anser.

Virgil. Æn. 8.

Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus Gallos in limine adesse canebat.

Propertius lib. 3. eleg. 3.

Anseris & tutum voce fuisse Jovem.

Ovid. Met. 2.

Nec defensuris vigili Capitolia voce
Cederet anseribus.

Idem Fastorum primo.

Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser
Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.

Plin. lib. 10. cap. 22.

Est & anseri vigil cura Capitolio testata defenso.

Hic notandum; ut sanctiora essent pacta & conventa, cum jurisjurandi religio interposita esset, in ipso Capitolio nonnunquam fiebant, velut præsente & audiente Deo, qui trisulcum in perjuros telum gerere censebatur. Hinc Plinii querela lib. 1. c. 6. *Alii in ipso Capitolio fallunt ac fulminantem pejerant Jovem.* Plautus in Cureulione.

Cequ. *Namque incubare satius te fuerat Jovi*
Qui tibi auxilium in jurejurando fuit.
Cap. *Siquidem incubare velint, qui perjuraverint,*
Locus non præberi potis est in Capitolio.

Vide Justum Ryckium de Capitolio. Gandavi 1617.

Capnobatæ, pop. qui *Mysi* dicuntur. Strabo lib. 7. Scribit autem Posidonius Mysos religioni indulgentes ab animantibus abstinere, & eam ob causam pecus omne vitare, melle vero & lacte, & caseo vesci. Quumque tranquillam exigerent vitam, ob Deorum culturam Deicolæ & Capnobatæ, i. e. *fumi consecensores* nominantur.

Capotes, Asiæ mons, ex quo Euphratem oriri Lucinius Mutianus antiquissimus rerum scriptor credidit. Plin. 5. 24.

Cappadocia, Asiæ regio ampla mari Euxino exposita, inter Galatiam ad occid. & Armeniam ad ortum contenta, introrsus in austrum usque ad Ciliciæ fines Tauro monte dividente extensa. In quâ urbes olim celebres Trapezus, Comana Pontica, & Comana Cappadociæ, deinde Amasea, Cæsarea, Tyana, & Sebaste ac Satala. Nunc clarent Amasea, ex quâ nomen regionis ad occid. quæ *Amasia* nominatur, Trapezus & Nicopolis, ex quâ regio ad ortum *Genech* dicitur & *Neocæsarea*, in medio, ex qua reg. *Tocato* vocatur, pop. *Cappadoces.* Duobus olim insignes fuere. 1. Equis. Dionys. Perieg. vers. 973.

———Ἔστ' ἐπέλεσται βαθεῖαι
Καππαδόκαι τελέουσι δυήμονες ἱππόνομαι.

Solinus, ubi de *Cappadocia*, *Terra illa ante alias alterix equorum, & proventui equino accommodatissima est.* Solinum secutus Isidorus. *Terra ejus ante alias nutrix equorum.* Oppianus Cyneg. l. 1. vers. 197. de equis Cappadocicis.

Καππαδόκαι τε κλυτοὶ, Ταύρου πεδιηρεφέος νομῆες.

Item. Κραιπνότατοι δ' ἵππων θοὸν ῥέθος ἐγείρουσι.

2. Mulis. Hom. in Catalogo.

Ἐξ Ἐνετῶν ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Id est, ex Amiso Cappadociæ urbe ad Pontum celeberrima, ut veteres interpretantur. Unde colligit Constantinus Porphyrogenneta. Them. 7. τὸ τῶν ἡμιόνων γένος ἀκέβδηλον πρᾶγμα εἰκῆ οὐκ ἔστιν. Et Plut. περὶ φιλοπλουτίας in divitum jumentis censentur, ἡμίονοι Ταχαιναὶ, quia inter Galatas, & Cappadoças medii sunt Heneti. De iisdem ita Plin. 8. 44. *Theophrastus vulgò parere mulas in Cappadociâ tradit, sed esse id animal sui generis.* Et Strabo lib. 11. Cappadociam scribit Persis conferre quotannis tributi nomine ἵππους χιλίους, καὶ πωλαχοπάς, ἡμιόνους δ' ἑπτακοσίους. Mancipiis etiam notabiles fuere. Cicero in Oratione post reditum in Senatu, *Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres.* Horat. lib. 1. ep. 6.

Manicipiis locuples, eget æris Cappadocum Rex.

Pers. Sat. 6.———*Ne sic præstantior alter*
Cappadoces rigidâ pingues pavisse catastâ.

Mart. 10. 76.

Nec de Cappadocis eques catastis.

Nempe Cappadocum ingenia tam erant servilia, ut cum illis Romani permisissent vivere suis legibus, libertatem deprecati sint, ὑ γὰρ Λύκαος φέρειν αὐτὴν ἔφησεν. Hæc de suis concivibus refert Strabo ipse Cappadox, lib. 16.

Capraria, insula in mari Ligustico, capris abundans, quam Græci *Ægilon* dicunt. Plin. 3. 6. Solin. cap. 9. Aliis *Caprasia*, Varro R. R. 2. 3. *Capræ, quas alimus, à capris feris sunt ortæ, à queis propter Italiam Caprasia insula est nominata. Capraria* vulgò. De eâ Rutilius lib. 1.

Processu pelagi jam se Capraria tollit.

Capraria, altera insula maris Iberici, sive Balearici, vulgò *Cabrera.*

Capraria, item una ex insulis Fortunatis, *Casperia* Ptol. vulgò *Forteventura*, teste Nigro, à Canariâ 10. leuc. dissita.

Capras, locus in Tuscià ubi Totilas interemptus est. Procop. lib. 3. Hodiè *Capresè* vocari scribit Leander.

Caprasiæ, Calabriæ op Anton. hodie *Tartasia* Barrio.

Capreæ, insula ultra Surrentum Campaniæ urbem circitèr & m. p. nobilis coturnicum multitudine, quæ ex Italiâ volantes illic principio Autumni capiuntur. Ovid. Met. 15.

Inde legit Capreas, promuntoriumque Minervæ.

Ptolemæo autem singul. num. Καπρία, Reliquis Græcis Καπρέαι, & Καπρεία. Hodieque vulgò *Capri.* De situ Dio, lib. 52. Κεῖται δ' ἀπόρρωθεν τῆς Σορρεντίνου ἠπείρου. Χρησὶν μὲν ἐσθὴν, ὄνομα δὲ οὖν ἔτι ἀπὸ τῶν Τυρρηνῶν ἐσοίκησιν ἔσχεν. Contra sanè tradit Statius 3. Sylv. carm. 1.

———*Dites Capreæ, virideque resultant Taurubulæ.*

Sueton. in Tib. cap. 40. *Peragratâ Campaniâ, Capreas se contulit, præcipuè delectatus insulâ, quod uno parvoque litore adiretur, undique præruptis immensæ altitudinis rupibus, & profundo maris.* Plin. 3. 6. *A Surrento 8. millibus passuum distantes Tiberii Principis arce nobiles Capræ circuitu 40. millia passuum.* Juvenal. Sat. 10.

———*Tutor haberi*
Principis, augustâ Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldæo. Long. 38. 36. Lat. 40. 23.

Capsa, Libyæ inter. urbs. Ratio nominis non est obscura (ait vir magnus) Ebræis enim ספס *Caphas* est συσφίγγειν *comprimere* & *constringere.* Hinc meritò *Capsa* dicitur, quam undiquaque premebant vastissimæ solitudines. Florus. *Capsam in mediâ Africâ sitam, anguibus, areniſque vallatam.* Salustius de Capsensibus, *Munisi adversus hostes, non mœnibus modo & armis, atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate.*

Capua, totius olim Campaniæ urbs præstantissima, quam Vulturnus amnis interfluit. Diodorus eam M. Genutio Agrippâ, & Curtio Chilone Coss. conditam tradit. Livius à *Capy* Samnitum duce dictam existimat. Alii à Flacone sub cujus augurio condita est, qui priscâ Tuscorum linguâ *Capys* dicebatur. Virg. à *Capy* Æneæ commilitone, qui eam condidit, dictam mavult. Æn. 10.

Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbis.

Cujus sententiæ subscribit Suetonius in Julio Cæsare. Strabo inde dictam existimat, quod esset 12. Campaniæ urbium caput. Hoc certe constat, Campaniæ urbium potentissimam fuisse, & Punici belli tempore Romanæ urbis æmulam, agri autem bonitate nulli terrarum posthabendam. Virg. 2. Geo.

Talem dives arat Capua.

Strabo lib. 5. Καπύη πολεόπολις, κυρία τῷ ὄντι καὶ ἐπιμέλεια τῶν ὀνομάζων, dictam siquidem vult à *Capite.* Subdit, Τὰ δὲ ἄλλα πολύχρια νομίζοι τ' ἂν καὶ σύγχειων, πλὴν Τιβὰν Σιδικινῶν. Florus 1. 16. *Urbes ad mare Cumæ, Puteoli, &c. & ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas Romam, Carthaginemque numerata.* Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 4. pag. 1174. Cicero luxûs infamiâ Capuam notans, *luxuriæ & superbiæ domicilium esse ait.* in orat. de lege Agrariâ contra Rullum, item in Orat. post Red. in Sen. Livius lib. 23. *Prona semper civitas in luxuriam.*

Caralis, Sardiniæ primaria civitas. Strabo de Sardiniâ, lib. 3.

lib. 5. Πόλεις δ' εἰσὶ μὲ πλείυς, ἀξιόλογοι ἡ Κάρχηλις, καὶ Σύλλοι. Pomp 2. 7. *Sardiniæ urbium antiquiſſimæ Caralis & Sulci.* Pauſanias in Phocicis Ὧκισε δ' ἐν αὐτῇ νήσῳ καὶ αὐτὰ πόλεις ὁι Καρχηδόνιοι Κάρχηλίν τε καὶ Σύλλυς. Claud. de bello Gildonico.

Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longam Caralis, tenuemque per undam
Obvia demittit fracturum flumina collem.

Unde Phœnicibus קררין *Cararin* vel קרירא *Carira à refrigeratione* dicta, propter collem illi vicinum, quo ab auſtro defenditur. Bochartus. Hinc promontorium *Caralitanum.* Long. 32. 12. Lat. 37. 30.

Carambis, Paphlagoniæ, ſeu Galatiæ promontorium magnum ad Septentrionem porrectum. Mela 1. 19. *Quorum* (Paphlagonum ſc.) *in litoribus penè mediis promontorium eſt Carambis.* Val. Flac. lib. 4.

Quid tibi nubiferâ ſurgentem rupe Carambim?

Idem lib. 5.

Jamque reducebat noctem polus; alta Carambis
Raditur, & magnæ pelago tremit umbra Sinopes.

Idem lib. 7.

——*Jam nubiferam tranſire Carambim*
Significans.——

Plin. de gruibus, *Illas certum eſt*, inquit, *Pontum tranſvolaturas, primum omnium anguſtias petere inter duo promontoria, Criu-metopon, & Carambin.* Quæ non niſi 170. m. p. intervallo diſtant, ut idem aſſerit, lib. 4. cap. 12. Alii quidem aliter ſtatuunt, nempe tridui navigatione, vel quod ferè idem eſt, bis mille quingentis ſtadiis ab invicem diſtare, duo hæc promontoria. Dionyſ. verſ. 154.

Αιτ' ἄμφω ξυνίασιν ἐναντίαι, ἃ μὲ ἔασαι
Ἐγγύθεν, ἀλλ' ὅσον ὁλκὰς ὑπ' ἠέρι ἦμαρ ἀνύσῃ.

Et Amm. lib. 22. *Haud procul inde attollitur Carambis, &c. cujus è regione Criu-metopon Tauricæ promontorium duobus millibus & quingentis ſtadiis diſparatum.* Strabo etiam lib. 2. Τὸ μὲν ἓν τὸ Εὐρώπης ἀκρωτήριον καλεῖ Κριῦ μέτωπον, τὸ δὲ τὸ Ἀσίας Κάραμβις, διέχοντα ἀλλήλων περὶ διακόσιους σταδίους καὶ πενταχοσίους. Quæ tamen ſunt falſiſſima, & palam refelluntur ipſius Strabonis verbis, lib. 7. Διέσπακε δ' ἡ Κάραμβις τὸ μὲν πρὸ Χερρονησιτῶν πόλεως σταδίους διακοσίους καὶ πενταχοσίους, τὸ δὲ Κριῦ μετώπου πολὺ ἐλάττους τὸ ἀριθμόν. Recte omnino. Nam aliud *Cherſoneſus* urbs, aliud *Cherſoneſus* regio, in quâ urbs illa ſita. Et urbs quidem, quæ eſt in Boreali Cherſoneſi parte, à *Carambi* verè diſtat 2500 ſtadiis. Sed in oppoſitâ parte *Cherſoneſi* Criu-metopon eſt multo propius. Tamen hæc promiſcuè ſumpta ſunt, & quod de urbe *Cherſoneſo* nonnulli ſcripſerant, illam à *Carambi* diſtare ſtadiis 2500, ita ſumptum eſt, quaſi de totâ *Cherſoneſo* dictum, atque illius parte maxime auſtrali, nempe *Criu metopo.* Sed hujus commenti vanitas ex eo maxime apparet, quod ibidem à Strabone additur. Σύχνοι γὰρ τῶν διαπλεόντων τὸ πορθμὸν ἅμα φασὶν ἀμφοτέρας ἰδεῖν τὰς ἄκρας ἑκατέρωθεν. In medio ſcilicet ſpatio conſtituti; quod non fieret, ſi fretum pateret 2500 ſtadiis. Imbecillior eſt enim humani oculi acies, quam ut & ad totidem ſtadia poſſit penetrare. Bochartus.

Caranthonus, *Canentetus* Ptol. vulgò *La Charente*, flu. Aquitaniæ inter Engoliſmenſes & Santonas qui in Ocean. Aquitanicum ſe exonerat infra Soboſœum op. ex adverſo Vliari inſ. 2. leuc. à Broagio.

Caravacca, op. Hiſp. in regn. Murciæ, ubi ſervatur Crux è cælo delapſa Sacerdoti Sacra facturo coram rege Mauro. Situm eſt intra montes, prope Siguram amnem, & verſus confin. Caſtellæ Novæ.

Caravaggium Caravaggio, op. lautum Italiæ in Duc. Mediolanenſi in confin. agri Bergomenſis.

Carax, *Caruci*, pag. Corſicæ apud Marianam urb. exciſam. Strabo.

Carbania, parva inſula Italiæ adjacens. Mela, lib. 2. Plinio eſt *Barpana*, ut jam aliis rectè obſervatum, quorum opinio hâc in parte verior eſt, quam Cluverii, qui *Columbariam* hic pro *Carbonià* ſubſtituit. Iſ. Voſſius.

Carbantorigum, op. Selgovarum in Albione ulter. nunc tantum Caſtrum *Carlawrock* in Niddiſdalia prov. Scotiæ merid. in ora Oceani Hibernici, prope Itunam æſtuarium & oſt. Nidæ flu. à Dunfreia 3. mill. diſtans.

Carbantorigum, Camdeno *Caerlaverock* in Nidiſdalià reg. Scotiæ occid.

Carbonaria, *Porto di Goro*, unum ex 2 præcipuis oſtiis Padi, à quadam Turri ei adjacente ſic dictum. Diſtat vix 8. mill. in auſt. ab alio ejuſdem Padi oſt. quod nunc *Porto di Viero* dicitur 120. m. p. ab Hudria in ort. & 25 à Foſſa Clodia in auſt.

Carbonarius ſaltus pars fuit. Arduennæ Sylvæ in Hannonia inter flu. Sabim, Scaldim & Haynam, atque inter Binchium & Quercetum, cujus etiamnum veſtigia manent in Sylva de *Marmaux* dicta.

Carchedon, Græcis dicitur *Carthago*, unde Pœnulus Plauti na Comœdia *Carchedonius* dicitur. Dionyſius verſ. 195.

Τοῖς δ' ἔπι, Καρχηδὼν πολυήρατον ἀμπέχε ὄφιμον,
Καρχηδὼν, Λιβύων μὲν, ἀπὰρ πρότερον Φοινίκων,
Καρχηδὼν, ἣν μῦθος ὑπαὶ βοὶ μεμηνάναι.

Vide *Carthago.*

Carcinites ſinus eſt med. inter oſt. Boryſthenis & Boſporum Cimmerium in Scythiâ Europ. Ei adjacet *Carcine* urbs juxta Gerri oſtia. Quid ſit nunc non bene conſtat. Sunt tamen qui credant nunc dici *Golfo di Miſcovie.* Sed reg. adjacens in ejus ora litor. pro maj. parte deſerta eſt atque inculta.

Carcinum, *Cocynthum* Polyb. *Capo di Stilo*, teſte Celſo Cittad. prom. M. Græciæ in Calab. ulter. ubi *Carcinum* urbs Melæ, ſive ut alii legunt *Cæcinum.*

Carcoviaca, *Kirkua*, urbec. Scotiæ Orcadum præcipua in Mainlandia inſ. cum arce & portu in Domin. Regis Scotiæ 200. m. p. diſtat à Tarredro prom. Borealiori Scotiæ in Sept.

Carcuvium, op. Hiſp. inter Emeritam & Cæſar augustam. Quid ſit nunc ex locorum diſtantiis ipſi neſciunt indigenæ.

Cardabianca, *Friburg.* op. Valeriæ Ripenſis in Stiriæ & Hungariæ confin.

Cardaces, Aſiæ min. pop. Polybius & Arrian. Heſychius. Καρδακες οἱ στρατευσάμενοι βαρβαροι ὑπὸ Περσῶν καὶ εἰς Ἀσίαν ὕστερον κληθέντες πρὸ στρατιώτας, ἀπὸ ἔθνους ἢ τόπου. Strab. lib. 15. Καλοῦνται δ' ἔτι Καρδακες ἀπὸ κλοπίας διερρωμένοι. Καρδὰξ γὰρ τὸ ἀνδρεῖος καὶ πολεμικὸν λέγεσθαι. Vide Euſt. in Iliad. β.

Cardamyla, urbs in Argo, Pylo propinqua, & ſub dominio Agamemnonis. Hom. Iliad. 9. Herodotus Laconicam eſſe ſcribit, lib. 8. Καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ. Ptol. inter urbes mediterr. eam ponit, lib. 3. Strabo in ſaxo ſitam dicit, lib. 8. Ἔστι δὲ πέτρας ἐρυμνῆς ἱδρυμένη Καρδαμύλη. Heſychius ſimpliciter Καρδαμύλη, πόλις.

Cardia, urbs in Thraciâ Cherſoneſo, à cordis ſimilitudine vocata. Solinus *Cardia à Melane ſinu, hæc ex facie loci nomine accepto.* Hujus ſæpe meminit Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem.

Cardiffi, op. Walliæ in Com. Glamorganenſi ad oſt. Taffi flu. 15. mill. à Briſtoliâ & tot. à Monumethia in occ.

Cardiganum, *Cardigan*, op. & Com. Walliæ. Vide *Ceretica.*

Cardona, Hiſp. op. in Catalaunia. Duc. tit. clarum ad flu. cogn. 3. leuc. infra Solſonam, 8. à Monteſerrato in auſt.

Careni, ſeu *Carini*, pop. in parte Septentr. Scotiæ quorum nomen remanet in prov. *Cathnes* dict. Fuere omnium ultimi verſus Orcades, teſte Camdeno.

Carentani, pop Boiaris finitimi, teſte Luit prando. Carinthiæ v. incolæ ſunt Alb. Krantio, cui ſubſcribit Lazius.

Carentonium, *Carentan*, op Normanniæ in Conſtantienſi tractu ad amnem cog. 3. leuc. ab ora maris Britannici, & 8. a Conſtantia cum Caſtro.

Carepula, urbs Mauritan. Cæſar. in ora inter Jul. Cæſaream ad ort. & Quiram ad occ. à Canucci 2. leuc. *Gira flumar* incolis, teſte Marmolio.

Cares, pl. num. Populi ſub Minoe fuerunt, & tunc *Leleges* dicebantur, & inſulas habitabant, ſed ſuâ ditione parum contenti, magnam maritimæ oræ, & mediterraneæ partem occuparunt, eam prioribus habitatoribus adimentes, qui & ipſi magnâ ex parte Leleges & Pelaſgi erant: ſed Iones & Dores, ut allatam injuriam ulciſcerentur, eos rurſus, quamvis belli ſtudioſiſſimos, ſuis finibus expulerunt. Cares & Myſos ejuſdem fuiſſe cum Lydis originis, ex Herodoto diſcere eſt, qui *de Caribus* hæc habet lib. 1. Ἀποδεικνῦσι δ' οὐ Μυλάσσοισι Διὸς Καρίυ ἱερὸν ἀρχαῖον, τῷ Μυσοῖσι μὲν καὶ Λυδοῖσι μάτεσι, ὡς ἀδελφεοῖσι, ἐοῦσι τοῖς Καρσὶ· τὸ δὲ Λυδὸν καὶ τὸ Μυσὸν λέγεσθαι οὐ) Καρὸς ἀδελφεός. *In Mylaſſis Jovis Carii delubrum vetus oſtenditur; quod Myſis etiam & Lydis commune eſt, ut qui ſint Carum Germani. Quippe Lydum & Myſum Caris fratres eſſe dictitant.*

Ovid. Met. 9.

Caras & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.

Virgil. Æneid. 8.

Hic Caras, Lelegaſq; ſagittiferoſq; Gelonos.

Vide *Caria.*

Caria, regio min Aſiæ inter Lyciam & Ioniam. Strabo eam à Boreâ Meandri flumine clauſit, ab occidente Icario, & Myrtoo pelago, à meridie Rhodienſi, ab ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Cariâ concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis eſt. Hujus Metropolis eſt Halicarnaſſus, in quâ regnavit Mauſolus, cui ibidem Artemiſia conjux Mauſoleum illud celebratiſſimum extruxit. Dicta Caria à *Care* rege, qui primus auguria avium dicitur inveniſſe. Epaphroditus totam Cariam *Chryſaoridem* vocat, alii urbem quandam Ca-

rixæ tantum ſic nominant. Steph. à *Care* conditore dictam tribit. Ovid. Met.

Arcades antiqui celebrataque Caria famâ.

Eſt & *Caricus* gentile, & *Carius* quo nomine Jupiter apud Myaſſenſes colitur Herodot. Caricam gentem celeberrimam fuiſſe ſcribit. Vocabatur etiam *Caria* magna quædam arx à *Care* filio Phoronei: alioqui fœmininum eſt à *Carus*, ut & *Cariatis* & *Caira* unde Hom Μηονὶς ἠὲ Κάειρα. Cos etiam inſula Καεὶς dicebatur. Eſt & Phrygiæ urbs. In Caria extitit olim amnis, qui fuerat ante dulcis, poſtea in ſalem mutatus. Plin. 2. 5. כר *Car* Hebræis eſt *aries*, aut *agnus*, atque ab eis ad Ione tranſiſſe hoc vocabulum ex his Heſychii colligas: Κάρ, πρόβατον. Κάρες, Ἴωνες τὰ πρόβατα. Inde videtur *Caria* dicta. Cic. l.b. 1. De Divin. *Arabes autem & Phryges & Cilices, quod paſtu pecorum maximè utuntur*, &c. *Tum Caria tota*, &c. Et Καεὶς alterum nomen inſulæ Co apud Steph. & Euſt. in Iliad. B. quia eodem auctore inſula erat πολυθρέμμων, & celebris δι' εὐοίαν. Hinc Callimachus Hymno in Delum illam cum Delo confert.

Νῆσος ἐπεὶ λιπαρή ἐσ καὶ ἔυβοτος, εἴ νύ τις ἄλλη.

Bochartus. Cares autem licet in rebus bellicis eminuerunt, ut *arma Carica*, & *lorica Carica* in proverbio eſſent, viles tamen habiti ſunt, quòd mercede militarent, ac in primâ acie locati, primos hoſtium impetus ſuſtinentes vitam ſuam nihili æſtimarent. Unde adagium natum, *In Care periculum facere*, apud Platonem in Socrate, cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non ſit. Illud quoque apud Diogenianum *Cum Care Cariſſa*, hoc eſt, cum ruſtico ruſticè agas, quòd Cares inter agreſtes & ruſticos haberentur. Item *Caricum vinum*, apud Suidam pro tenui, & *Carica Muſa* pro inſuavi. Item *Caricus hircus* in hominem vilem, & contemptibilem, vel pro oblatione vili, ut & *Caricum ſacrificium*, quòd Cares pro hirco canem immolarent. *Caricum Schema* quoque apud Heſychium pro modo congreſſus libidinoſi ſpurco, & turpi, qualem figuræ Caricæ oſtendebant. Sic enim ille Καεικὸν, εὐτελὲς, μικρόν. Δηλοῖ δὲ καὶ Ἀφεδίσιον σῶμα αἰσχρόν. Idem Καεικάζειν, Βαρβαρίζειν.

Caria portus in Thraciâ, Mela 2. 2. Portus ipſe Καρῶν λιμὴν vocabatur, ſed vero regio circumſita Caria. Teſtantur hoc Arrianus, & Anonymus de Ponto Euxino; quamvis apud poſteriorem perperam legitur χαλαυζεῖ, pro Καεία καυζεῖ. Notum enim Pontum Eux. non eſſe obnoxium reciprocationi alicui ſenſibili. Scio quidem aquas & hic quoque multum intumeſcere, adeoque attolli, ut totum hunc tractum ad quatuor uſque milliaria operuerit, quandoque urbes verò Odeſſum, & Dionyſiopolim totas pene abſorpſerit, prodentibus id Cedreno aliiſque. Verum particularia iſta diluvia locum hic habere non poſſunt, cum toto ſæpe ſeculo vix ſemel contingant. Sed vero quod Arriani lectionem maximè confirmat, Cariamque regionem hic fuiſſe evincat, id eſt, quod præter hunc Portum Carum ſitum hic fuerit & aliud oppidulum Κέραμος dictum, cujus meminit Pauſan. Eliacis poſterioribus. Ὁ πολίτης δ' ἦν ἔτος ἐκ Κεράμου τῆ ἐν τῆ Θρηϊκία Καεία. Perperam viri docti id accipiunt de Ceramo in Cariâ Aſiaticâ, tanquam ſi & illic aliqua fuiſſet Thracia. Rectè verò Suidas in voce Ἱππόδαμος locum illum Pauſaniæ reſpiciens Θρηϊκίαν Καείαν interpretatur ἢ ἐν Θρήκῃ Καείαν. Iſ. Voſſius.

Caribbæ, pop. Americæ Sept. qui alias occupabant omnes inſ. Antillas in Oceano Boreali ſitas; ſed cum ab aliquot an. ab Europæis occupatæ ſint, ipſi pro maj. parte in proximam continentem Americæ meridionalem ſe receperunt, ubi Guaiana regio.

Caribe linguâ Indicâ *ſtrenuum* ſive *audacem* ſignificat.

Carilla, vel *Carillæ*, op. Picentinorum, ab Annibale deletum, quod partes Romanorum ſequeretur. Sil. lib. 8.

——*Exhauſtæ mox Pœno Marte Carillæ.*

Carinthia, *Kärnten*, prov. Germ. cum tit. Ducatûs cujus caput Villacum. Subeſt dominio Archiducum Auſtriæ, habetque ad ſept. Dioceſim Salisburgenſ. & Stiriam, quam habet etiam ad ort. & terminatur Carniolâ à merid. In duas quaſi partes ſecatur Dravo fluvio, eſtque Stiriæ conjuncta.

Carleolum, *Carliſle*, urbs Angliæ ad Itunam flu. in Cumbriæ Com. juxta ruinas muri Pictici, epiſc. ſub Arch. Ebor. A Lancaſtria 35. m. p. 40. à Dunelmo & 60. ab Eboraco. Dicitur etiam *Luguvallum*. Long. 17. 14. Lat. 56. 01.

Carlingfordia, *Carlingford*, op. Hiberniæ in Ultoniâ prov. & in Lugenſi Com. 4. mill. à Dunkerano, & 22. à Duno in auſt.

Carmania, regio Aſiæ Majoris inter Perſidem, & Indiam ſita, quam duplicem eſſe Ptolemæus tradit, cultam alteram vulgò *Chirman*, alteram deſertam, *Dulcinde* Caſtaldo, & *Mongin* Ortelio. Prior Perſidi hæret, ab eâ in ortum recedens, ſinum Perſicum circa fauces illius Armuzo promont. contra Armuſam inſulam & urbem attingens: Altera, Oceano Indico adjacet, inter priorem Carmaniam ad occ. & Gedroſiam ad ort. peritricta. Tota Carmaniæ ora 1250. m. p. patet ex Plin. Aliter eas Ptol. deſcribit. Deſertam enim in Bor. verſus Ariam & Parthiam, ac in occ. Perſidem verſus extendit; alteram ad meridiem & ortum Carmaniæ pars (inquit Bochartus) una deſerta eſt; Altera, ad quam Sabthecam putamus appuliſſe, ubi *Samydace* urbs & Samydacus fluvius, omnium arborum eſt ferax, præter oleam. Auro etiam & argento dives eſſe traditur, & ære, & arſenico, & minio, & ſale, & frugibus Perſicarum æmulis. Sed Carmaniam nihil tantopere commendat, quam portentoſa vitium ubertas, quarum uvæ ſolent eſſe bicubitales, grandibus acinis ac denſis. Ita habetur in Strabone: Γεώργια δ' ἔχει παρὰ πλῆσια τοῖς Περσικοῖς, τά τε ἄλλα καὶ ἄμπελον, ταύτης δ' ἡ Καρμανία λειμῶνα παρ' ἡμῖν, καὶ δίπηχυν ἔχει πολλάκις τὸ βότρυν, πυκνόρραγά τε ὄντα καὶ μεγαλόσταχα, ἂν εἰκὸς ἐνεῖ εὐρυνεστέρων ἔδη. Et in Indicis Arriani ὁρμίζονται δ' ἐν Βαδειχόρῳ τῆ Καρμανίης ἐσκομιδῆ δένδρεά τε πολλὰ ἥμερα πεφυκότα ἔχοντι, πλὴν ἐλαίης, καὶ ἀμπέλου ἀγαθῆς. Et Plin. lib. 6. cap. 3. ubi de Carmania *Inde vineas coli, & arva*, &c. Ab hâc vitium copiâ & præſtantiâ כרמאן *Carman* i.e. *Carmania* videtur dicta. Chaldæis enim & Syris כרמא *Carma* eſt *Vitis*. Arabes ſcribunt כרמה *carama* Hebræi כרם *cerem*.

Carmelus, ſumitur vel appellativè, vel propriè. Et quidem priori ſenſu *Carmel* dicitur locus quivis arboribus conſitus, frugibuſque aut gramine fertilis. Eſ. 16. 10. Jer. 48. 33. Voce, ut ſuſpicor, compoſita ex כר *Car* quod *paſcuum* aut *agrum* ſonat, & מול *mul*, quod *ſuccidere* eſt, ut *Carmel* ſit *pratum*, vel *ager ſucciſionis*, i. e. ex quo fœnum, aut ſpicæ ſucciduntur. Sed & *Carmel* proprium nomen eſt duorum in Judæâ montium. Quorum unus ad Aquilonem eſt πεδιαλάσσης prope Ptolemaidem in confinibus Aſſer & Zabulon, de quo Joſ. 12. 22. & 19. 26. Alter ad meridiem μεσόγαιος prope Hebronem in tribu Judæ, de quo Joſ. 15. 55. In priore habitavit Elias, & altare Deo erexit: & per inſigne miraculum coram Iſraelitis præſtitum Baalitas confutavit, & veri Dei cultum reſtituit. Sed & illud ipſum altare poſtmodum in ſuperſtitionem verſum, & Jovi conſecratum eſt. Unde Scylax ex doctiſſimi Voſſii emendatione: Κάρμηλος ὄρος, καὶ ἱερὸν Διὸς. Quamvis in eo Tacitus Hiſt. 2 templum ullum fuiſſe neget, ſed montem ipſum aſſerit pro Deo fuiſſe cultum. *Eſt*, inquit, *Judæam inter Syriamque Carmelus. Ita vocant montem, Deumque. Nec ſimulacrum Deo, aut templum, ſic tradidere majores, aram tantum, & reverentiam.* Inde eſt quod in Suetonio Veſpaſianus Carmeli Dei oraculum conſuluiſſe legitur. In altero monte Carmelo degebat Nabal. 1 Sam. 25. 2. Et ad hunc Carmelum referunt quæcunque habent Prophetæ de Carmeli paſcuis. Jer. 50. 19. Amos 1. 2. Mich. 7. 14. Quæ tamen loca referri poſſunt etiam ad Eliæ Carmelum; Bochartus De Anim. Bibl. Part. 1. lib. 2. cap. 48. Heſychius. Κάρμηλος, ὄρος ἐν τῆ Φοινίκη.

Carnicum Julium, urbs Carnorum in Italia, inter Alpes ſita ad Fellam amnem, 6. leuc. ab Ultino in Bor. & 7. à Villaco in auſt.

Carniola, *Krain*, reg. Germ. inter Carinthiam & Stiriam in Bor. & Foro Julium & Iſtriam ad auſt. & Croatiam ad ort. ſub dom. Archiducum Auſtriæ. Dividitur in ſuper. & infer. & ejus cap. eſt Lubiana, ſeu Labacum.

Carnus Ptol. *Carnutum*, Plin. Liv. & Paterc. urbs olim Pannon. ſup. ad Danub. nunc pag. Auſtriæ in Hungariæ confin. *S. Petronel* Lazio, à Poſonio 4. leuc. in occ. Viennam verſus. Long. 40. 00. Lat. 48. 20.

Carnutes Cæſ. *Carnuti* Plin. *Carnutæ* Ptol. vulgò *Chartres*, pop. Gall Celt. ad Auduram flu. Horum cap. eſt Carnutum, ſeu *Autricum Carnutum*, urbs ampla ad Eburam flu. 18. leuc. à Lutetia in Africam, quot ab Aurelianis in Bor. Long. 22. 30. Lat. 48. 15.

Caroloregium, *Charleroy*, fortalitium Belgii in monte prope Sabim flu. in Com. Namurcenſi, & in confin. Hannoniæ, 6. leuc. à montibus in ort. & 5. à Namurco in occ. ſub dom. Regis Galliarum.

Caroloſtadium, urbs Germ. in Marchia Vinidorum ad confluentias fluviorum *Kulp*, & *Mereſwitz*. Ab al. ponitur in Croatia, 2. leuc. à Metelinga in ort. & 5. à Rudolfiverda. Long. 31. 30. Lat. 49. 55.

Caronium, olim op. Callaicorum, nunc vicus Gallæciæ aliquot leucis remot. ab ora. Quibuſdam *Coruna* dicitur; ea autem eſt ubi Fluvium Brigantium, inter promont. Artabrum & Trileucum. Long. 11. 32. Lat. 43. 45.

Carpaſia, urbs Cypri in ora inter Aphrodiſium & Dinaretum prom. 28. mill. à Salamine in Bor. & paulo amplius à Clide. Ab ea dictæ fuerunt *Carpaſiæ* inſ. in ora adjacente Cypri.

Carpates mons, ab accolis dicitur *Szepeſi*, *Krapak*, teſte Cluverio,

Claverio, & Latinè etiam *Carpathus.* Pro varietate locorum & idiomatum varia fortitur nomina. Ejus altiſſ. juga, quæ Solmo Sarmaticæ rupes dicuntur, inquit Wernherus, ſunt inter Moraviam & Hungariam, & Danubium attingunt.

Carpathus, inſ. in mari Mediterraneo contra Ægyptum media, inter Rhodum & Cretam ducentorum ſtadiorum circuitu, quatuor urbibus inſignis. Ab ipſo ſitu כרפאת *Carpath* dicta eſt, quia eſt ad oram Cariæ. Ut enim Hebræis פאה *pea* vel פאת *peath*, ita Syris פאתא *patha* eſt *latus, ora, plaga, regio.* Quod in Iſidoro legitur *Carpathon* vocatam *propter celerem fluctuum maturitatem*, tam futile eſt, quam quod ſequitur, ex hâc inſulâ dici Carpaſias naves magnas, & ſpacioſas. Hodiè *Scarpanto.* Hinc *Carpathius teſtem*, & *Carpathius leporem* apud Archilochum proverbium eſt in eum, qui teſtem in ſui malum adducit, vel aliquid aliud in ſui perniciem adfert: uti qui lepores in Carpathon inſulam deferunt, adeo excreſcentes, ut fruges omnes diſſipent maximo incolarum detrimento. Suidas.

Carpis, Carpen, Lazio, op. Pannoniæ inſer. in Hungariâ apud Danubium inter Strigonium, & Budam occurrens. *Carpis* item Ptolemæo olim urbs, nunc pagus Africæ inter Maxulam, & Clypeam, Tuneti urbi finitimus, *Carpi* adhuc. *Carpis* etiam Herodoto flu. Myſiæ, qui unà cum Albi Iſtro miſcetur. Vulgò *Crappin*, qui & *Kruppa.* Sed hic Colapis eſt non in Myſiâ, ſed in Liburniâ, in Saum influens.

Carraca, Tuſciæ urbs mediterranea, hodie *Carrara* Leandro. Long. 31. 40. Lat. 44. 33.

Carrhæ, civitas Arabiæ ad mare Rubrum. Steph. Eſt etiam civitas Meſopotamiæ trans Edeſſam. Ptol. & aliis ad Chaboram flu. Craſſi nobilitata clade, Lucan. lib. 1.

Miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carrhas.

Et Caracallæ Imp. etiam nece. Hic enim ut Rufus conſularis ſcribit, intra Euphratem apud civitatem Edeſſam periiſſe fertur, cum levandæ veſicæ gratiâ ex equo deſcendiſſet. *Heren* nunc nominari ſcribit Niger. Hebræis חרן Abrahami habitatio. *Antiquum opidum Craſſorum & Romani exercitûs* ærumnis *inſigne* vocat Am. Marcellinus lib. 23.

Carrodunum, Ptol. Germ. op. quod Pet. Apianus *Krakow* Poloniæ regiam interpretatur. *Graccopolin* appellat Bonfinius. *Carrodunum* alterum in Vindelicis ponit Ptolemæus. Hoc *Cramburg* juxta Waſſerburgum ad Oenum fluvium eſt, Pircheymero auctore. Tertium Pannoniæ ſuperioris eſt. Quartum ſuper Tyram flu. in Sarmatiâ Europæâ collocatur.

Carſeoli, op. Italiæ in Viâ Valeriâ non longè à Pelignis. Ovid. Faſt. 4. *Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendis*
Terra: ſed ad ſegetes ingenioſus ager;
Hac ego Pelignos, natalia rura, petebam
Parva; ſed aſſiduis humida ſemper aquis.

Hinc *Carſeolanus*, Ovid. 4. Faſt.

Factum abiit, monimenta manent: nam dicere certam
Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.

Videtur Cluverius Ital. Ant. lib. 2. p. 784. Long. 37. 12. Lat. 42. 29.

Carſuli, Umbriæ in Italiâ urbs. Strabo lib. 5. Πόλις, inquit, εἰσὶν ἡ Ὀμβρικῆς ἄξιαι λόγου ὅτε μὲν Ὀκρικλοι, καὶ Λάδεγλον, καὶ Ναρνία, εἶτα Κάρσουλοι καὶ Μευανία. Id vocabulum commentatorem Strabonis voluiſſe corrigere è Livio, Plinio, ac Ptolemæo in Καρσίολοι mirari ſe ſcribit Cluverius & merito. Siquidem Livii, Ptolemæique *Carſeoli* Æquorum op. fuit. Tac. Hiſt. 3. *Carſulas* vocat hodie, *Carſula* Leandro. Long. 36. 25. Lat. 42. 40.

Carteia, op. Hiſp. ad fretum Gaditanum verſus orientem, alio nomine *Tarteſſus*, ut multi volunt. Strabo. Ἔνιοι δὲ Ταρσησὸν καὶ νῦν Καρτήιαν προσαγορεύουσι. Mela. *Carteia, ut quidam putant aliquando Tarteſſos.* Plin. *Carteia, Tarteſſos à Græcis dicta.* Pauſanias in Eliacis poſterioribus Ἐσὶ δὲ ὀι Καρτήιον (lege Καρτήιαν) Ἰβήρων πόλιν κλεινὸν νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Ταρσησόν. Silius lib. 3.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.

Ac ſi Tarteſſi rex Arganthonius Carteia regnaverit. Appianus in Ibericis. Ταρσησὸς μοι δοκεῖ πόλις εἶναι πρὸς θαλάσσης, ἣ νῦν Καρτησὸς ὀνομάζεται. Item, Διέδραμε ἐς Καρτησὸν, ὅπῃ θαλάσσῃ πόλιν ἣν ἐγὼ νομίζω παρὰ Ἑλλήνων πάλαι Ταρτησὸν ἐνομάζεσθαι, καὶ Ἀργανθώνιον αὐτῆς βασιλεῦσαι. *Carpeſſum*, id eſt *Carteiam*: nam binomia fuit urbs, unum nomen Carteia, alterum fuit Carpeſſus; Quod ipſum putaverim errori anſam dediſſe, quia ad Tarteſſum alludit Carpeſſi nomen. In ſcripturâ tamen nihil ſimile. Tarteſſus enim Phœnicibus ſcribebatur תרשיש *Tarſis* vel תרתיש *Tartis* & *Carpeſſus* קרפסה *Carpheſa*, vel קורפסה *corpheſa*, i. e. *concha.* Nempe à *conchis* dicta Carpeſſus, quæ *Carteia* veteribus, quia conchas habuit portentoſæ magnitudinis. Strabo. Ἐν δὲ Καρήιᾳ κόγχαι μεγαλόφυλλοι καὶ πορφύρεαι φανῶν. *Apud Carteiam buccinæ, & purpuræ inveniri dicuntur decem cotulas continentes.* In cotylâ autem ſunt ſex cyathi. Vetus ejus nomen Heraclea, tanquam ab Hercule conditore. Herculem enim ſuum Phœnices Μέλκαρθον *Melcarthum* appellabant. Philo Byblius ex Sanchoniathone apud Euſeb. lib. 1. Præpar. Τῷ δὲ Δημαροῦντι γένει Μέλκαρθος, ὁ καὶ Ἡρακλῆς. Μέλκαρθος, i. e. מלך קרתא *Melec Kartha, rex urbis*, i. e. Tyri. Omnino igitur ex *Melcartho*, vel *Melec cartha*, urbs quam ad Calpen condidit Hercules Phœnicius primo *Melcartheia* vocata eſt, quaſi *Heracleam* dixeris, deinde per Aphæreſin *Cartheia*, vel *Carteia.* Bochartus. Long. 14. 40. Lat. 35. 50.

Cartennæ, Mauritaniæ Cæſar. urbs. Mela. 1. 6. veteres autem codices (teſtante Iſ. Voſſio) *Cartinna* legunt Καρτίννα quoque in antiquiſſimo Ptolemæi codice. Hodie *Arcilla*, aut *Acilla* ab Afris dicitur.

Carthea, urbs in Ceâ inſulâ. Plin. 4. 12. Hinc *Cartheius*, Ovid. 2. Met.

Tranſit & antiquæ Cartheia mœnia Cææ.

Item *Carthæus.* Idem Met. 10.

Namque ſacer nymphis Carthæa tenentibus arva]
Ingens cervus erat.

Carthago, Græcis Καρχηδών, urbs Africæ totius celeberrima, Romanique imperii aliquando æmula, à Didone condita ſeptuageſimo poſt Romam conditam anno, Euſebius. Atqui Juſtinus tradit conditam fuiſſe ante Romam, Imò condita fuit ante captivitatem Ilii annis 50. ſi credas Appiano in Libycis Καρχηδόνα δὲ ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ὠκισμένοι ἔτεσι πυθέσθαι μοι δόκουσι πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Ideo de eâdem urbe ibidem Πόλεως ἀρχαίας. *Urbis antiquæ.* Unde Virg. Æn. primâ.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago; Italiam contra, Tiberinaque longè
Oſtia, dives opum ſtudiiſque aſperrima belli.

Hæc urbs olim in Junonis tutelâ fuit. Virg. Æn. 1.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabitâ coluiſſe Samo, hic illius arma,
Hic currus fuit. Ovid. 6. Faſt.
Pœniteat quod non fori Carthaginis arces,
Cum mea ſint illo currus & arma loco.

Vide Sil. Ital. initio lib. 1.

Eò autem potentiæ urbs hæc tenuiſſimis primordiis paulatim excrevit, ut non modo Libyæ univerſæ, verum etiam inſularum, & bonæ Hiſp. partis imperium tenuerit. Tria cum Romanis graviſſima geſſit bella, quorum primo ſuperati navali prælio Pœni, æquas propemodum pacis conditiones à victoribus acceperunt, inſulis tantum quibuſdam abſtinere juſſi. Huic ſucceſſit bellum Punicum ſecundum, Annibalis ductu geſtum, qui expugnata in Hiſp. Sagunto victorem exercitum in Italiam tranſportavit, eoſque totos octodecim annos ferro, flammaque crudeliſſimè vaſtavit. Victo deinde à P. Scipione apud Zamam Annibale, eò anguſtiæ res Carthaginenſium redactæ ſunt, ut ſalutem ſuam mœnibus tueri duriſſimaſque pacis conditiones pro arbitrio victoris accipere ſint coacti. Verum cum ne ſic quidem quietè agitare poſſent, tertioque bellum inſtaurarent, Senatus Catonis autoritatem ſecutus, Carthaginem delendam cenſuit, & Scipionem Æmylianum in Africam miſit, qui victis Pœnis urbem obſidione cinxit, captamque ſolo æquavit. Adrianus autem Imperator eam reſtitutam *Adrianopolim* appellavit, & ridiculè Commodus *Alexandriam Commodianam togatam.* Vide *Byrſa.* Silius lib. 13. *almam* vocat.

Si nunc exiſteret alma
Carthago ante oculos turritâ celſa figura.

Virgilius *altam* Æneid. quart.

Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

Horatius *impiam.* Carm. 4. Od. 8.

Non incendia Carthaginis impiæ. Item *invidam*, Epod. 7. *Non ut ſuperbas invidæ Carthaginis*
Romanus arces ureret.

Hujus urbis deſtructio Romanorum perditio: Salluſt. in B. Jug. *Ante Carthaginem deletam*, pop. & Senatus Rom. placide, modeſteque Remp. inter ſe tractabant, neque gloriæ certamen, neque dominationis inter cives erat metus, hoſtis in bonis artibus civitatem continebat; ſed ubi illa formido à mentibus diſceſſit, ſc. ea quæ res ſecundæ amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Unde Aug. C. D. 1. 30. *Deleta* quippe Carthagine, tanta de reb. proſperis orta mala continuò ſubſecuta ſunt, ut erupta, diruptaque concordia, prius ſævis cruentiſque ſeditionibus, deinde mox malarum connectione cauſarum, bellis etiam Civilibus tantæ ſtrages ederentur, &c. ut Romani illi qui vitâ integriore mala metuebant ab hoſtibus, perditâ integritate vitæ, crudeliora paterentur à civibus. Populi hujus & alterius Carthaginis Carthaginienſes, *fraudulenti & mendaces* dicuntur Tullio Orat. Pro lege Agrariâ.

Carthago nova, urbs quam dux Pœnorum Aſdrubal condidit in Hiſp. Bæticâ. Itaque πόλιν Φοίνισσαν appellat Polyænus lib. 8. Et Solinus expreſsè, *Carthaginem apud Iberos,*

quæ mox colonia facta eſt, Pœni condidere. Itemque Strabo Ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα κλίσιμα Ἀσδρύβα, &c. A Scipione expugnata eſt, Hannone non ſine ſuorum clade ſe dedente. Livius lib. 6. Dec. 3. Conteſtanorum maritima urbs Ptolemæo, & aliis. Hanc autores, ut Plin. & Appianus *Spartariam* cognominant. Idem Appianus putat prius *Saguntum* appellatam, ſed poſteà ab Annibale exciſam, & Carthaginienſium coloniam factam, *Carthaginem Spartaginem* nuncupatam; ſed hanc *Carthaginem* & *Saguntum* duo & diverſa opida eſſe, lippis & tonſoribus, ut dicitur, notum eſt; at hoc condonandum eſt homini Græco & peregrino, & cui Hiſpania minus cognita fuerit, veluti, qui ſcribit Iberum flu. in Septentrionalem Oceanum evolvi, cum in Mediterraneum exeat. Καινὴ πόλις dicitur Stephano & Polybio, ubi Vocis etymon expreſſum videtur. Ebræis enim קרתא חדת *Karta hadath* novam urbem notat: ex *Carthada* autem factum Καρχηδὼν χ. & θ. permutatis, quod Siculorum eſt proprium, qui pro ὄφνιθες dicunt ὄφνιχες. Vide Salmaſium ad Solinum Pag. 332. Carthaginis hujus deſcriptionem accuratiſſimam habet Polybius lib. 10. pag. 583. edit. Caſaubon. quam in pauciora contraxit Livius lib. 26. Et utrumque ſecutus Silius pleraque iſta carminibus hiſce optime expreſſit lib. 15. quæ in lectoris gratiam huc tranſcribere non gravabor.

Carthago impenſo naturæ adjuta favore
Excelſos tollit pelago circumflua muros.
Arctatas ponti fauces modica inſula claudit
Qua Titan ortu terras aſpergit Eoo.
At quà proſpectat Phœbi juga ſera cadentis
Pigram in planiciem ſtagnantes egerit undas;
Quas auget veniens refluuſque reciprocat æſtus;
Sed gelidas à fronte ſedet ſublimis ad Arctos
Urbs impoſita jugo, pronumque excurrit in æquor
Et tuta æterno defendit mœnia fluctu.

Hodiè *Carthagena* nominatur. Vide Boch. De Phœn. Colon. lib. 1. cap. 35. Long. 20. 35. Lat. 38. 02.

Carthago vetus, urbs Hiſp. Tarraconenſis Ptolemæo. *Villa Franca* hodiè, vel ut alii volunt *Cantavilla*. Stephanus quoque Carthaginem habet in Armeniâ. Long. 31. 20. Lat. 41. 50.

Carthuſia, La Chartreuſe, eremus eſt intra montes altiſſimos, 4. leuc. à Gratianopoli in Bor.

Camberiacum, verſus 5. prope confin. Sabaudiæ, ubi incunabula Carthuſiani ordinis à S. Brunone inſtituta. Sic dicta fuit à *Carthuſiâ*, vico ei adjacente.

Canſanda, locus & inſ. eodem nom. Cariæ regionis. Strabo. Stephano urbs & ſtagnum non procul à Myndo & Coo; qui ſubdit: ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ πλαυὺς λογοσφόφος. Vide Voſſ. ad Melam pag. 83.

Caryſtus vel *Caryſtos*, *Caryſto* etiam hodie teſte Sophiano, urbs Euboeæ litoralis in orâ auſtrali, varii marmoris ferax. Seneca in Troadibus.

Ferax varii lapidis Caryſtos.

Heſych. Κάρυστος πόλις Εὐβοίας.

Quáque Caryſtæis frangitur unda vadis.

Ibi Apollinis marmorii templum. Caryſtii marmoris meminit Plin. 4. 12. & 36. 6. Lucanus lib. 5. de inſ. Euboeâ loquens.

Quà maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.

Martialis 9. 76.

Idem beatas lautus extruit thermas
De marmore omni, quod Caryſtos invenit.

Marmor autem iſtud viride erat & fluctibus concolor. Statius.

Et Chios, & gaudens fluctus æquare Caryſtos.

Idem Sylv. 1. 5.

Non huc admiſſæ Thaſos, aut undoſa Caryſtos.

Tibul. 3. 3.

Quidve domus prodeſt Phrygiis inmixa columnis,
Tænare ſive tuis, ſive Caryſte tuis?

De nominis origine ſic Bochartus, In Euboeâ inquit *nil quicquam fuit lapide Caryſtio mirabilius, ex quo texebatur tela, quæ ubi ſordes contraxerat in ignem injecta purgabatur.* Vide Strab. lib. 10. Apollonium in mirabilibus, Plutarchum de defectu Oraculorum, & Stephanum in Κάρυστος. Ab hac ardente tela dici potuit ipſa Caryſtus, quia Ebræis חרר *charar* vel חר *char ardere*, & שׁרת *iſt telam* ſignificat.

Caryum, Laconiæ op. à quo Diana *Caryatis*, quòd illic coleretur, Vitruvius *Caryam* vocat, unde ſunt *Caryatides columnæ* in antiquis ſubſtructionibus celebratæ, vide Meurſium in Lacon. Miſcell. lib. 1. cap. 2. Et Barth. ad illud Papinii:

Plaudentique habiles Caryæ reſonare Dianæ.

Caſale, Caſal urbs Italiæ permunita, alias *Bodincomagus* & *Induſtria*, ubi alias Veliates populi. Ægrè habitatur propter cœli inclementiam. Long. 30. 18. Lat. 44. 16.

Caſbinum, Caſbin, urbs Perſiæ vetus regum ſedes, 260. mill. ab Aſpahamo in Bor. verſus Caſpium mare. Multi credunt fuiſſe Ecbatana antiquorum.

Caſcantum, op. Navarræ, inter Tudelem, & Turiaſonem, 2. leuc. ab Ibero flu. Long. 19. 00. Lat. 43. 00.

Caſerta, urbs parva Italiæ in Campania Felici, prope Vulturnum flu. ad rad. M. Tifatæ, 6. m. p. à Capuâ in ort. & paulò minus à Calatia in auſt. Long. 38. 12. Lat. 41. 02.

Caſilinum, Italiæ op. in Campania. Plin. 3. 5. Strabo lib. 5. Γνωριμώτατοι δ' αὐτῶν οἱ περὶ ὁδῶν, ἥτε Ἀππία, καὶ ἡ Λατίνη καὶ ἡ Οὐαλερία. μέση δ' αὐτῶν οἱ Λατίνη, ἣ συμπίπτουσα τῇ Ἀππίᾳ κατὰ Κασιλῖνον πόλιν διέχουσι Καπύης ἑπταικαίδεκα σταδίους. Et poſtea Κασιλῖνον ἡ ἵδρυται ἐπὶ τῷ Οὐολτύρνῳ ποταμῷ. Livius lib. 22. *Fabius Caſilinum occupat modicis præſidiis, quæ Urbs Vulturno flumine dirempta Falernum à Campano agro dividit.* Inde

Caſilinus fluvius, idem qui Vulturnus, Agathias lib. 2. & Conſtant. Porphyrogen. lib. 2. Them. 11.

Caſina & *Caſinum*, Campaniæ op. in multis authorum exemplaribus *Caſſinum* eſt. Inſcriptiones autem antiquæ *Caſinum* habent. De nominis Origine Varro de L. L. lib. 6. *Caſcum ſignificat vetus, Ejus Origo Sabina, quæ uſque raduces in Oſcam linguam agit, &c.* Addit, *Item oſtendit quod opidum vocatur Caſſinum, hoc enim à Sabinis orti Samnites tenuerunt, unde & Caſſinum forum, vetus.* Ejus meminit Sil. lib. 4. ——— *Nebuloſi rura Caſini.*

Itemque lib. 12. *Nymphiſque habitatá Caſini.*

Rura evaſtantur. Long. 37. 40. Lat. 41. 30.

Caſinus, mons Campaniæ ubi olim Apollo colebatur, cujus templum everſum eſt à viro quodam ſanctiſſimo. Boccat.

Caſiope, Ptol. urbs Chaoniæ reg. in Epiro, quam Sophianus *Caſopo* vocat. *Santi quaranta* Nigro.

Caſius, mons apud Euphratem, ubi Trajanus dicavit crateras argenteos in templo Jovis Caſii cum epigrammate. Suidas. Item *Caſius*, trans mons Peluſium, extremum Nili oſtium in eâ Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte *Caſiotis* Ptolemæo appellatur; in quo erat M. Pompeii tumulus ab Adriano inſtauratus, ut in vitâ ejus teſtatur Capitolinus. In hoc monte templum inſigne habebat Jupiter, qui inde *Caſius* dicebatur. Luc. lib. 8.

——Maneſque tuos placare licebit
Et Caſio præferre Jovi.

Noſtri *Sinai* montem eſſe aſſerunt, ob illic à Deo datas per Moyſen populo Iſraelitico Decalogi tabulas, nobilem, Plin. 5. 11. Arabiam hanc ſterilem, & præter Caſium montem nihil inſigne habentem indicat.

Caſius, mons in Syriâ Antiochenâ ſupra Seleuciam cognomine Pieriam. Cujus excelſa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras Solem aſpicit: brevi circumactu corporis, diem noctemque pariter oſtendens; ambitus ad cacumen 19. m. p. eſt, altitudo per directum quatuor. Hæc Plin. 5. 22.

Caſmene, Scicali Brietio, op. Siciliæ ad amnem cogn. in valle Neetina. Diſtat ab ora 10. mill. quot à Neeto in occ. Vide Cluver. 6. Ant. p. 358. & Boch. de Phœn. Colon. lib. 1. cap. 29.

Caſos & *Caſus*, *Caſſo*, teſte Sophiano, inſ. maris Ægæi, una Sporadum, teſte Plinio, inter Sammonium promont. Cretæ 30. & Carpathum inſulam in Cæciam vergentem ad 20. m. p. uti ſcribit idem Plin. Sunt autem multæ Caſorum inſulæ per ambitum, à quibus veſtimenti nomen *Caſiaca*, quod & nunc quoque durat, vulgare Græcis militibus. Euſtath. *Caſianam* appellat à monte *Caſio*.

Caſperia, Aſpra, op. olim, nunc pagus Sabinorum apud ortum Himellæ flu. à Narniâ 12. m. p ab Interamnâ ferè totidem, inter Ocriculum & Reate 16. Ejus meminit Virgil. Æneid. 7.

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum
Caſperiamque colunt, Foruloſque & flumen Himellæ.

Caſperula, op. Sabinorum, quod Sil. Ital. à *Caſpiis portis*, quæ in oriente ſunt, ubi Bactriana eſt regio, accepiſſe nomen fingit, lib. 8.

Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Caſperula, hunc Foruli magnæque Reate dicatum
Cœlicolum matri, nec non habitata pruinis
Nurſia, & à Tetrica comitantur rupe cohortes.

Caſpiæ Portæ variæ dicuntur; Quidam Amazones portis Caſpiis egreſſas ad Alexandrum veniſſe in Hyrcaniam prodidere, ſed illæ Caucaſiæ fuerunt, per quas tranſitus eſt ex Iberiâ in Scythiam. Neronis quoque comminatio ad Caſpias portas (ut inquit Plin.) ad eum tranſitum reſpiciebat. Verum Taurus mons tribus in locis interruptus, quaſi portis quibuſdam pertranſitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantum Caſpiæ portæ appellantur, quæ apud Medos

ſunt.

ſunt. Ptol. Plin. & Strabo. Per has tranſitus eſt ex Babylone & Perſide ad mare Caſpium: Et hinc fortaſſe Caſpiæ dictæ ſunt, quod aliquæ gentes vicinis inſident montibus appellatæ Caſpiæ. Juga vero Caſpia procul hinc abſunt, & ad Armenios, ulteriores populos pertinent. Portæ autem Caſpiæ panduntur itinere manufacto millibus octo paſſuum longo: nam latitudo vix eſt plauſtro permeabilis. Hæc alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Plin. *Caſpia clauſtra* dicuntur Lucano lib. 8. itemque Valerio Flacco lib. 5. Stat. Silv. 4 4.

——— *Metuendaque portæ*
Limina Caſpiacæ.

Caſpii, pop. Scythici generis, Hyrcanis finitimi, ejuſque maris accolæ, quod ab ipſis *Caſpium* appellatur. Horum regio à Strabone *Caſpiana* appellatur. Virg. 5. Æn. ἀπεφθεγματικῶς *Caſpia regna* nominat.

Hujus in adventum jam tunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent divûm.

Hi parentes decrepitos, & ſeptuageſſimum ætatis annum attingentes, anguſto loco includere dicuntur, & fame enecare. Strabo lib. 11. Apud hos ſævi ſſimi ſunt canes, ut ſcribit Val. Flaccus lib. 6. uti videre eſt in his.

Inſequitur Drangæa phalanx, clauſtriſque profuſi
Caſpiadæ, queis turba canum, non ſegnius acres
Exilit ad lituos, pugnaſque capeſſit heriles:
Inde etiam par mortis honos, tumuliſque recepti
Inter avos, poſituſque virum: nam pectora ferro
Terribileſque innexa jubas ruit agmine nigro
Latratuque cohors: quanto ſonat horrida Ditis
Janua, vel ſuperas Hecates comitatus ad auras.

Vide Lipſ. Cent. 1. ad Belg. Epiſt. 44. Eliam Reuſner. Artis Strateg. lib. 1. cap. 15. Caſp. Facium in axiom. Bellicis cap. 94.

Caſpium mare, inter Caſpios & Hyrcanos montes eſt, à quibus nomen accepit. Dicitur enim & *Hyrcanum mare*. Strabo lib. 11. Καλεῖται δ' ἄυτη ἡ θάλαττα καὶ Ὑρκανία. Dionyſius verſ. 50.

Ἥντε καὶ Ὑρκανὴν ἔτερῃ διαμείβουσι.

Immenſum ſpatium occupat, de quo tamen inter ſcriptores parum convenit. Mela, 3. 5. *Mare Caſpium ut anguſto, ita longo etiam freto.* Vide ſis illic Voſſium. Strabo ubi ſupra. Ἔστι δ' ὁ κόλπος ἀνέκαθεν ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν πρὸς μεσημβρίαν. Ubi ſequitur vulgatam ſuorum temporum de hoc mari opinionem. Putabant enim plerique omnes mare Caſpium nihil aliud eſſe, quam ſinum Oceani Cronii ſive Septentrionalis, ut ſinus Perſicus ex Oceano meridiano ἀνέκαθεν. Hæc eſt Dionyſii ſententia, qui ſinum Oceani ſecundi ita deſcribit.

Δεύτερος αὖτ' ὀλίγος μὲν, ἀπὸ περιφερέος δ' ἄλλων.
Ὃς' ἀπὸ νώτου Κερκίνης ἁλὸς ἐκ βορέαο
Κασπίη αἰπὺ ῥέεθρον ὑπεστόρεσε θαλάσσῃ.

Quocum conſentiunt duo Interpretes, Feſtum Avienum dico & Priſcianum. Hic

Alter item eſt primo brevior, majorque duobus
Hic prolapſus aquas Borealı fuſus ab alto
Terga procelloſo turgeſcit Caſpia fluctu.

Priſcianus.

Hoc minor eſt, reliquis major, quem Caſpia tellus
Suſcipit intrantem vaſtis Aquilonis ab undis,
Nomine Saturni quod Tethys poſſidet æquor.

Hæc etiam Pomponii Melæ, hæc Plinii ſententia. At non eorum qui noſtrâ ætate de eo mari accuratius ſcripſerunt, qui affirmant eſſe id per ſe, nec ullo modo, aut cum Oceano, aut cum alio mari, miſceri. Falluntur vero è recentioribus plerique dum totam antiquitatem hujus erroris inſimulant. Nam quid illi novi docent, quod non jam pridem ab Herodoto ſit traditum? Sic enim ille Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶν ἐπ' ἑωυτῆς, ἐοῦσα συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. Diodorus quoque Siculus ait ἡ Ὑρκανίην καθ' ἑαυτήν. Ideoque maximus Philoſophorum Ariſtoteles lacum appellat; mare tamen ab accolis vocari tradit Caſaubonus. Horatius.

——— *Nec mare Caſpium*
Vexant inæquales procellæ
Uſque. ———

Caſpirus, urbs Parthorum, cujus incolæ omnium curſu ſunt velociſſimi. Steph. Ex Herodot. l. 3. ſed ibi eſt *Caſpapyrus*.

Dionyſius Baſſaricon lib. 3.

Ἐν δέ τε Κάσπειροι πουλὺ κλυτοὶ, ἐν δ' Ἀεσυοὶ.

Et rurſus:

Κοσσαῖος γενεὴν Κασπείρηθεν, οἳ ῥά τε πάντων
Ἰνδῶν ὅσσοι ἔασιν ἀφαυρέστερα γένατ' ἔγχεσιν.
Ὅσσον γάρ τ' ἐν ἄρεσσιν ἀειτεύουσι λόγῳσι,
Ἡ ὅπόσον Δελφῖνες ἔσω ἁλὸς ἠχήσωσι,
Ἀκτὴς εἰν ὄρνισι μεταπρέπει ἀγερωμένοισιν,
Ἵπποι τε πλαχόεντος ἔσω πεδίοιο θέουσι,
Τοσσὸν ἐλαφρότεροι πάντων περόωσι πόδεσσι
Κάσπειροι μετὰ φῦλα, τά τ' ἄρθμιος ἔλλαχεν ἠὼς.

Caſſiope, *Caſſiopo*, urbec. Epiri in reg. Caſſiopæa dicta in montanis Macedoniam verſus. Long. 46. 40. Lat. 40. 10. Item alia urbs ejuſdem Epiri, in Alſhena prov. verſus oram litoralem, vulgo *Foannina*. Long. 45. 10. Lat. 40. 00.

Caſſiterides, inſulæ in occidentali Oceano, unde plumbum candidum effoditur. Plin. 4. 16. *Ex adverſo*, inquit, *Celtiberiæ complures inſulæ ſunt Caſſiterides Græcis dictæ, à fertilitate plumbi.* Olim nemini perviæ præterquam ſolis Phœnicibus. Strabo lib. 3. Πρότερον μὲν ἐν Φοίνικες μόνοι ἦ ἐμπορίαν ἔσχον ταύτην ἐκ τῆ Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὴν πλοῦν. Plumbum ex illis inſulis Græcis primo allatum. Plinius. *Plumbum ex Caſſiteride inſulâ primus apportavit Midacritus.* Atque indidem ſtannum habuere. Herodot. Οὔτε νήσους οἶδα Κασσιτερίδας ἐούσας ἐκ τῆ ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. Poteſt autem hoc nomen Phœniciæ originis eſſe, quia Chaldæi, & Arabes ſtannum appellant vocabulis huic ſimillimis. Sic Num. 31. 22. pro Ebræo בְּרִיל Jonathan habet קַסְטִירָא *Kaſtira*, & Hieroſolymitanus Interpres קִיסְטְרָא *Kiſtara*, & Arabs קְצְדִּיר *Kaſdir*. Bochartus, quem vide de Phœn. Col. lib. 1. cap. 39.

Caſſiterides, Nonnio, Cluverio & al. ſunt inſulæ quæ Trileuco prom. Gallæciæ objacent; quarum una ad occ. *Zizarga*, alia ad ort. *Iſla de S. Cyprian* dicitur, in orâ Boreali Gallæciæ regni, & in Oceano Cantabrico. Camdenus autem credit eſſe inſulas *Silly*, ſeu *Sorlings*.

Caſſium, *Caſe*, op. Liguriæ, inter Silvanum, & Caſtrum novum op. 2. m. p. à Ticino 18. à Dertona 7. Long. 30. 34. Lat. 43. 59.

Caſſovia, *Caſhau*, urbs Hungariæ ſup. caput, juxta rapidum flu. Kunnertum ſita, & probe munita, 4. m. p. ab Epetia in auſt. & 10. ab Agria in Bor. Long. 43. 30. Lat. 48. 30.

Caſſubia, *Caſſuben*, reg. Germ. in Ducatu Pomeraniæ, ulter. inter mare Balticum & Pruſſiam, gaudetque etiam tit. Ducali. Ibi urbes præcipuæ Colberga, Coſtinum, & Belgardia. Eam poſſidet Elector Brandenburgicus ab aliquot annis.

Caſtabala, Ciliciæ, & Phœniciæ civitas, quæ & Peraſia dicebatur. Steph. Populi *Caſtabalenſes*, qui propter bella cohortes canum habuere, teſte Plinio. In Caſtabalis autem Dianæ Peraſiæ templum extitit, quod ſacræ mulieres ingreſſuræ ſuper prunas nudis pedibus incedebant. Æneas Sylvius Aſiæ cap. 46.

Caſtalius fons, *Caballinus*, & *Libethris* dicitur. Eſt in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacer. Virgilius *Caſtaliam* vocat. Georg. 3.

——— *Juvat ire jugis quà nulla priorum*
Caſtaliam molli divertitur orbita olivo.

De nominis origine ſic Bochartus. Arabicè, inquit, קַסְטָלָה *Caſtala* eſt *fluminis* vel *fontis murmur*. Sunt qui *fragorem* reddunt. Talis fons Caſtalius Virgilius in culice,

Caſtaliæque ſonans liquido pede labitur unda.

Quin Caſtalii fontis murmur putabatur aliquid habere fatidicum. Unde eſt quod apud Nonnum Dionyſ. lib. 4. Cadmo Apollinis oraculum conſulente,

———Ὀμφηνὶ ῥεέθρῳ
Καστᾰλίης πάφλαζε νοήμονι ἔνθεον ὕδωρ.

Et in Luciani Jove Tragœdo Apollo ad vaticinia deeſſe ſibi queritur πηγὴν μαντικὴν, διὰ ἣ Καστᾰλία ἐστίν. Et Clemens in Protreptico Σεσίγηται γὰρ ἡ Καστᾰλίας πηγὴ, καὶ Κολοφῶνος ἄλλη πηγὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τέθνηκε νάματα μαντικά. Quo palam alludens Gregor. Nazianzenus Orat. 4. Πάλιν, inquit, ἡ Καστᾰλία, σιγήσαι καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν ὃ μαντευόμενον, ἀλλὰ γελώμενον. Quale eſt quod idem ſcribit Orat. 39. Καστᾰλίας μαντικὸν πῶμα divinum caſtaliæ laticem ſolum ſilentium ſuum vaticinari non potuiſſe. Quod quidem Scholiaſtæ referunt ad Syriæ Caſtaliam prope Daphnem Antiochiæ: Sed ad hanc noſtram Conſtant. Porphyrogen. Themate *Nicopolis*. Nempe eâdem virtute pollere fons uterque creditus eſt. Sozomenus lib. 5. cap. 19. ubi de Daphne Antiochiæ. Ἐπιτεύξῃ δὲ παρὰ τοῖς τὰ ἀρχαῖα πρεσβεύουσι, ῥεῖν αὐτόθι καὶ ὕδωρ μαντικὸν ἀπὸ Καστᾰλίας τῆς πηγῆς, ὁμοίας δὲ ἐν Δελφοῖς ἐνεργείας τε καὶ περισπουδίας λαχούσης. Ita etiam Niceph. Calliſtus 10. 28. Proinde in Syriâ illa Caſtaliâ ex aquarum motu, & ſtrepitu ὑδρομάντεις futura prædixiſſe conſtans fama eſt. Hinc Apollinem refert Suidas in Antiochiæ Καστᾰλίᾳ ſolitum χρησμολογεῖν, αὖραις καὶ πνοαῖς ἐκ τῆ ὕδατος ἀναδιδομένης *Oracula edere, auræ, & flatu ex aquâ expirante.* Ex eâ porro aquarum agitatione fragor, & murmur conſequebatur. Quod & alii diſertè ſcribunt. Græcus Schol. in Gregorium ubi ſupra. Καστᾰλία, πηγὴ ὕδατος ἀπὸ Δάφνης, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἀπόλλων ἐφορεύει, *Caſtalia, fons circa Antiochiam, cui Apollo præſidet.* Pergit. Μαντεία δέ τις ἐξαίρετος κεῖται ἀπὸ τοιάνδε πηγῆς, ἣ τὸς νάμασιν, ἃ κεῖθι φωνὴν, ἀλλ' ἀκτῖνας ἠχεῖ πυρὸς καὶ πνεύματος ἀναδιδομένη (lege ἀναδιδομένου) *Proinde Divinatio quædam ad fontem illum*

illum edebatur ex defluxu, non per vocem, ſed ſolum ſono quodam & flatu edito. Vides Lector, huic aquæ ſonum, itridorem, & ſtrepitum tribui, i. e. קסטלה *Caſtala*; unde *Caſtalia* dicta eſt, non à *Caſtalio*, de quo Pauſan. in Phocicis, nec ab Acheloi filiâ *Caſtaliâ*, de quâ ibidem Panyaſis, & Conſtant. Porphyrog. in *Nicopoli*, nec à *Caſtalia* nymphâ, quæ metu inſequentis Apollinis eò ſe præcipitem dejecerit, ut à Lutatio traditum. Bochartus.

Caſtanea, urbs circa Peneum flu. Strabo. Et Magneſiæ Plin. Eudoxus per θ ſcribit. Gentile *Caſtanæus*. Steph. Ab hâc urbe, (niſi à priori malis) nuces quæ *Caſtaneæ* dicuntur; quas Nicandri Scholiaſtes duplicis generis facit, *Καρύνων* inquit τὸ μὲν λοπιὸν, τὸ δὲ μαλακτόν. Ita Virgil. diſtinguit. Eclog. 7.

Stant & juniperi, ſtant Caſtaneæ hirſutæ,

Et Eclog. 1.

Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis.

Caſtaon, Cazorla teſte Mor. cum Gomeſio, op. Hiſp. Bæt. inter Ubedam urb. & Seguram op. ad ort. 6. leuc. Sed Henr. Coquo, & Car. Cluſio eſt *Villa Nueva d' Alcaraz*, op. amplum Hiſp. Tar. haud procul à monte, ex quo Bætis flu. profluit, ubi olim plumbum proveniebat, cui argenti pars immixta fuit, non adeo ut ejus utilis ſit expurgatio. Long. 18. 00. Lat. 38. 00.

Caſtellani, Hiſp. Tarracon. pop. in Catalaunâ, quorum tractus ducatus eſt Cardonæ, teſte Varrerio cum Villanovano. Eſt autem Cardona op. inter Salſonam 2, & Minoriſſam urbem 3 leuc. ab Ilerda 10 Bor. verſus, ubi mons eſt copiâ ſalis colorum varietate reſperſi celebris.

Caſtellum Aquarum, quod & Aquæ, & Thermæ ſuperiores, *Baden*, & *Ober Baden*, urbs Helvetiorum inter Tigurum 2. & Baſileam 6 leuc. ubi comitia haberi ſolent Helvetiorum generalia.

Caſtellum Cattorum, *Caſſell*, urbs Haſſiæ primaria, vide *Stereontium*.

Caſtellum, Hunnorum, *Caſtellaun*, op. Germ. ſup. in Trevirenſium ditione à Simerâ op. 2. leuc. in Bor. diſtans, à Trevirís 9 in ortum.

Caſtellum, Menapiorum, *Keſſel*, teſte Divæo, op. Belgii in Brabantiâ ad Moſam in Geldriæ conf. Hornæ finitimum. Long. 27. 21. Lat. 51. 48.

Caſtellum Morinorum, *Kaſſell*, teſte P. Divæo op. Belgii in Flandriâ inter Audomarum urb. Arteſiæ ad occ. 3. & Hypras urb. Flandricam ad ort. 5. leuc. Long. 23. 30. Lat. 50. 59.

Caſtra Cæcilia, vulgo *Caceres*, caſtrum alias Luſitanorum nunc prov. Extremaduræ, inter Auguſtam Emeritam & Caurium, in ampla planitie, 3. leuc. à Tago flu. & 16. à Placentia, uti ab op. Guadalupia in occ.

Caſtra Catulina, *Tuln.* op. Auſtriæ infer. ad flu. cogn. qui 1. leuc. infra in Danub. ſe exonerat.

Caſtra Cornelia Plin. *Corneliana caſtra* Cæſari, op. Africæ in orâ, inter Carthaginem & Uticam.

Caſtra Exploratorum, locus Brigantum in Britanniâ. Camdeno & Speedo *Burgh upon Sands*, i. e. Burgus ad Sabulum, vicus Angliæ in Cumbriæ Com. ad Itunæ æſtuarium, medius inter Carleolum, & *Drumboug*.

Caſtra Germanorum, op. Maurit. Cæſar. marit. inter Juliam Cæſaream & Apollinis promont. ad occ. *Brexar* Marmolio.

Caſtra Hannibalis, *Le Caſtelle*, pag. M. Græciæ in lit. inter Scyllacium urb. & Lacinium promont.

Caſtra Herculis, hodie *Erkelens*, op. Gueldriæ ditionis, inſertum Ducatui Juliacenſi verſus Ruram flu. 3. leuc. à Juliaco in Bor. 7. à Colonia.

Caſtra Julia, *Trugillo*, op. Hiſp. Luſitan. in Extremadura, inter Caſtra Cæcilia & Guadalupiam 8. leuc.

Caſtra Mariana, pag. Duc. Mediolanenſ. in planitie 5. mill. à Novaria in occ. Bielam verſus. Long. 30. 58. Lat. 44. 24.

Caſtra Metallina, Vide *Metallinum*.

Caſtra Poſthumiana, op. Hiſp. Bæt. in Vandalitiâ, 2. leuc. à Vienâ in occ. & 5. à Cordubâ in ort. hodiè *Caſtro del Rio* dicitur.

Caſtra Vetera, vulgo *Santen*, urbs Germ. infer. ad Rhenum in Duc. Clivenſi, inter Weſaliam & Calcariam 2. leuc.

Caſtra Ulpia, hodie *Ulpen*, ſeu *Alpen*, op. Germ. infer. in Duc. Clivenſi, apud Santhas & Bercam, inter Weſaliam ad ort. & Geldriam op. ad occ. 2. leuc. *Cleve* vero Simlero, nunc Clivia, Duc. Clivenſis caput, à Noviomago urbs primaria Geldriæ 3. leuc. in auſt.

Caſtrimonium, op. Volſcorum in Latio, nunc forſan *Caſtro* in Campania Romana verſus Lirim flu. & confin. regni Neapolitani, med. inter Aquinum & Pipernum 12. mill. ab Alatrio & tot. à Sora in auſt. 20. autem à Signia in ort.

Caſtrum, Caſtro, urbs Italiæ gemina. Una Hetruriæ inter Soanam ad occ. & Tuſcaniam ad ort. 12. m. p. Altera in Salentinis, ab Hydrunto 12. m. p. in auſt.

Caſtrum altum, op. Hiſp. Tar. med. inter Saguntum ad merid. & Carthaginem vet. ad Sept. cæde Amilcaris memorabile, in regno Valentiæ. *Caſtralla* Beuthero, Floriano autem eſt *Caſtel Seras*.

Caſtrum Britonum, vulgo *Dunbritton*, op. Scotiæ in Levinia prov. ubi Levinus flu. cadit in Glottam. Diſtat 8. mill. à Glaſco. Long. 15. 24. Lat. 57. 10.

Caſtrum Caledonium, vulgò *Dunkelden*, urbs Scotiæ ad Tavum flu. in Perthia prov. verſus Athelliam reg. 10. mill. à Perthia in Bor. Eſt epiſc. ſub Arch. S. Andreæ.

Caſtrum Inui erat op. Rutulorum in Latio in ora litor. maris Tyrrheni, inter Antium & Aphrodiſium.

Caſtrum Minervæ, *Caſtro*, urbs Salentinorum, nunc regni Neapolitani, in prov. Hydruntina epiſc. ſub Arch. Hydruntino, in ora litor. maris Ionii, 6. mill. ab Hydrunto in auſt. 9. ab Alexano in Bor. & 16. ab Iapygio promont.

Caſtrum Novum geminum apud veteres; Unum in ora Hetruriæ col. & urbs quæ periit inter Pyrgos 8. & Centum cellas 5. m. p. Alterum Piceni, in ora Aprutii, inter Fruentum & Aternum flumina.

Caſtrum Novum, *Caſtel Novo Tortoneſe*, quia in Dertonenſi agro. Dicitur etiam ad differentiam aliorum *Caſtel Novo di Scrivia* eſtque in Ducatu Mediolanenſi 3. mill. à Pado flu.

Caſtrum Novum, urbs Dalmatiæ ad ſin. Rhizonicum, Aſcrivio urbs finitimum in ora: ubi ſedes epiſcopi Ritinienſis, nunc ſub Turcis. Long. 43. 40. Lat. 42. 52.

Caſtrum Novum, vulgo *New-Caſtle*, op. Angliæ in Com. Northumbriæ, cum portu nobili, quem Tina flu. efficit, ſuâ profunditate naves valdè magnas admittens, & ita defendens, ut nec tempeſtatibus facilè jactari, nec vadis afflictari poſſint. Vide Camdenum in Ottadinis.

Caſtula, op. Etruriæ inter Aretium 5. & Cortonam 10. m. p. non obſcurum, vulgò *Caſtiglione*, niſi ſit aliud ad lacum Thraſymenum à priore 20. m. p. in merid. diſtans. Long. 35. 15. Lat. 42. 40.

Caſtulo, urbs olim epiſ. nunc pagus Hiſp. Tar. Appiano, Καστόλων, Straboni corruptè Κλαστῶν, & Καστάων, & Καίτυλον. Artemidoro, Polybio & Stephano Καστάλων. Ejus mem. Silius lib. 13.

Caſtulo Phœbæi ſervat cognomina vatis.

Et paulo poſt.

Fulget præcipuis Parnaſſia Caſtulo ſignis.

Populi *Caſtulonenſes* Plinio. Oretanorum urbs maxima eſt (inquit Bochartus) Bæticæ finis verſus Orientem, ubi Bætis ne ſcaphis quidem eſt pervius, propter confragoſas crepidines quibus utrimque obſidetur. Res expreſſa in Strabone, qui poſtquam Bætin ſtadiis fere quingentis Hiſpalin uſque ὅλκασιν ἀξιολόγοις onerariis grandioribus navigari docuit, & minoribus uſque ad Ilipam & Cordubam uſque ſcaphis; Τὸ δ' ἄνω, inquit, τὸ ἀπὸ Κλαστῶν (lege Καστλῶνα) οὐκ ἔστι πλοΐμον: παρέρχλοι δέ πινες ῥαίχεις ὀρῶν παρεσπεκυσι τῷ ποταμῷ. Ubi Ῥαίχεις ſunt rupes ad quas fluctus cum fragore alliduntur: unde Proverbium in loquaces, ῥαχίας λαλίστερος, ripâ aut litoris crepidine loquacior. Cum autem ad hujuſmodi ῥαίχεις ſita fuerat *Caſtulo*, ut Geographus author eſt, ab aquarum fragore videtur eſſe appellata, quia קסטלה *caſtala* ab Arabibus *fluvii fragor* dicitur. Hoc ſaltem vero ſimilius, quàm quod Græci fabulantur, non aliâ ratione freti quàm vocis ſono, Caſtalium, Caſtaliæ nymphæ filium, à quâ prope Cyrrham & Parnaſſum fons Caſtalius dictus eſt, Caſtulonem in Hiſp. condidiſſe. Unde Silius lib. 3. de Imilce uxore Annibalis, quæ Caſtulone nata erat, ut ex Livio diſcere eſt.

——*Cyrrhæi ſanguis Imilce*
Caſtalii, cui materno de nomine dicta
Caſtulo.——

Ad Caſtulonem meminit Strabo fodinæ plumbi, cui argentum erat admixtum. Sed & argenti fodinas in eodem agro memorat his verbis Polybius lib. 10. Ἐν τοῖς περὶ Καστλῶνα τόποις, περὶ Βαικύλαν πόλιν, ὃ μακρῷ τ' ἀργυρείων μεταλλων. Hæc *Bæcula* eſt *Obulcum* Ptolemæi, cui vicina fuit Caſtulo ad Bætim, non ad Anam, ubi deſcribunt πυκνόγεαφοι. Sed in Caſtulonis ſitu fefellit illos numerus latitudinis, qui in Ptolemæo corruptus eſt, ut Caſaubonus rectè obſervat. De Caſtulone; plura qui volet Livium legat lib. 24. & 28.

Caſuentum, flu. in ſinu Tarentino. Plin. 3. 11. quem Leander *Vaſemo* dici ait; in Calabriâ ſup. eſt. *Baſentium* Diaconus vocat. *Barentinus amnis* eſt apud Jornandem, ſub cujus alveo Alaricus Gothorum rex ſepultus fuiſſe dicitur. Fuit etiam *Caſuentium*, vel *Caſuentum* Colonia Romanorum, teſte Frontino.

Caſurgis,

Caſimgis, Praga urbs Bohemiæ totius caput. Ptol. Long. 37. 02. Lat. 49. 59.

Caſus, inſula prope Rhodum, Phœnicibus erat קש *cas*, i. e. *ſtipula*, vel *minuta palea*, quam ventus rapit. Cur autem inde dicatur inſula *Caſus*, ſibi non conſtare ait Bochartus. Tantum conſtat ſic dici, quia Caſi aliud nomen eſt *Achne*. Plin. 5. 31. *Rhodiorum inſulæ Carpathus, quæ mari nomen dedit, Caſus, olim Achne*, &c. Achne ſcil. Græcis id ipſum eſt quod Ebræis קש *cas*. Heſych. Ἄχνη, τὸ ἄχυρον, i. e. *palea*.

Catabanes, pop. Arab. deſertæ, quos Strabo lib. 6. *Catabanenſes* vocat. Horum regionem Eratoſthenes thuriferam eſſe perhibet; φέρει δ', inquit, λιβανωτὸν μὲν ἡ Κατυβανία. Plin. lib. 12. c. 14. ſolum thus ſcribit avehi per Gebanitas (nam Catabanos & Gebanitas eoſdem eſſe veriſimile videtur) *Evehi*, inquit, *non poteſt*, niſi per Gebanitas, itaque & eorum regi penditur vectigal. Unde nomina; *Gaba* enim vel *Geba tributum exigere*, & *catab.* vel *cetab ſcribere* ſig. Putat igitur Bochartus Syros mercatores gentis avaritiam his epithetis potius quam nominibus fugillaſſe, quod videretur, modum excedere in aromatum, quæ efferebantur, deſcriptione, & vectigalium exactione. Unde ſequitur in Plinio. *Sunt & quæ ſacerdotibus dantur portiones, ſcribiſque regum certæ.* Obiter emendabis Dionyſium verſ. 959. ubi vulgo Κλεϊαβηνοὶ corruptiſſimè; lege Κλαβηνοὶ. Sic duo Interp. Priſcianus.

Minnæique maris prope Rubri litora vivunt
Atque Sabæ, poſt hos nec non habitant Catabeni.

Feſtus Avienus——*Rutuli contermina ponti*
Minnæi, Sabataque tenent ſuperi, impiger ampla
Æquora diſſulcat glebæ ditis Catabenus.

Catabathmus, urbs olim, nunc pagus Marmaricæ litoris inter Cyrenem ad occ. 174. & Parætonium ad ort. 129. m. p. Anton. *Carto* Moletio; *Capo d' Alber* Theveto Mela. 1. 8. *Catabathmos vallis devexa in Ægyptum finit Africam.* Salluſtius vocat *declivem altitudinem*, ſed non addit in quam partem vergat iſta declivitas. Inquit enim in Jugurthino, *Africam habere ab ortu ſatis declivem altitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant.* Κλαβασμὸν vocat Æſchylus in Prometheo, ridiculè vero ponit ad fontes Nili. Sed ignoſcendum hoc Æſchylo, qui non major inter Græcos fuit Geographus, quam fuerunt apud Romanos vel Seneca, vel Lucanus. Non rectè vero interpres Solini hunc Catabathmum, qui terminus fuit Cyrenaicæ, arenoſum fuiſſe colligit ex loco illo Stephani. Κλάβαθμος τόπος ἐν Λιβύῃ, μεταξὺ τῆς Ἀμμωνος καὶ τῆς Παραιτονίας. Locum enim iſtum non poſſe accipi, niſi de Catabathmo parvo, nemo, ut opinor, negabit. Iſ. Voſſius.

Catacecaumene, Phrygiæ regio, quam alii Myſiæ, alii Mæoniæ aſcribunt, ut videre eſt apud Strabonem. Sed eandem Phrygiæ Heſychius tribuit vocabulo Ἐπικαίμοις, Ἀκμα, inquit, τινὲς τὴν Κατακεκαυμένην τῆς Φρυγίας χώραν. Diodorus item Siculus quo loco fabulatur Ægidem belluam ignivomam a Pallade occiſam τὸ μὲν πρῶτον φανῆναι περὶ τὴν Φρυγίαν, καὶ κατακαῦσαι τὴν χώραν, ἣν μέχρι τοῦ νῦν Κατακεκαυμένην Φρυγίαν ὀνομάζουσι. Tam verè quam quod alii apud Strabonem ἐκ τῶν κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων *à fulminibus & ignium procellis* hoc contigiſſe dicentes eò referunt fabulam Typhonis, à Jove ſc. fulmine icti. Ut ut ſit *Catacecaumene* dicitur Phrygiæ portio circa Cayſtrum & Mæandrum & urb. Philadelphiam, de quâ Apocalypſ. cap. 3. verſ. 7. cujus campeſtris regio eſt τεφρώδης, i. e. *cinericia*, montana autem & ſaxoſa μέλαινα ὡς ἐξ ὀπαῦστεως, *nigra tanquam ex aduſtione.* Terra denique tota eſt ξυθρυπτὸν καὶ ψαθυρὸν *fragilis & friabilis*, πλήρης τε ἀλμυρίδων καὶ ἐνεκπύρου, *plena ſalſuginis, & facile inflammatur.* Eſt etiam inſula in mari Rubro. Steph.

Catadupi, pop. Æthiopiæ apud Catarractas Nili incolentes, unde nomen *Catadupa*. Cic. de Somnio Scip. *Hoc ſonitu oppletæ aures obſurduerunt: nec eſt ullus hebetior ſenſus in nobis; ſicut ubi Nilus ad illa, quæ catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus: Ea gens quæ illum locum accolit propter magnitudinem ſonitûs, ſenſu audiendi caret.* Vide Sen. Nat. Qu. 4. 2. Amm. Marcell. lib. 22. Plin. 5. 9. nec non Vitruvium lib. 8. cap. 2. & Wendelin. de Adm. N.I. cap. 5.

Cataia, vel *Cathaia*, reg. Aſiæ in Tartaria verſus ortum, & terram Eſonis maximè extenſa, inter Tartariam veram ad Bor. Sinus ad auſtr. & Turcheſtaniam ad occaſum. Ejus partes Europæis notæ ſunt, *Tangutum*, *Tenducum*, & *Tainfuium*: creditur que Serica antiquorum. Ibi primaria urbs eſt Cambalum, quæ ampliſſima. A quibuſdam confunditur cum Sinis.

Catalaunia, quæ & melius *Catalonia*, reg. Hiſp. citer. inter mare Mediter. ad ort. & Aragoniam ad occ. ac montem Pyrenæum ad Sept. à Gall. Narbonenſi ſeparantem, & Iberum flu. ad auſtr. à regno Valentiæ ferè dividentem. Principatus tit. clara, alias paruit Comitibus Barcinonenſibus, ac deinde regibus Aragoniæ, & ideo etiam ſub Corona Aragoniæ ferè continetur. Ejus autem pars, nempe Comit. Ruſcinonenſis Sceptro Gallico ſubeſt ab an. 1660. Reg. eſt montuoſa, ſed ferax & valde rigua, cujus incolæ plurimùm libertatis amantes.

Catalaunum, *Chalaons*, urbs Gall. Belg. in Campania ad Matronam flu. ubi etiam pop. *Catalauni*. 20. leuc. diſtat à Trecis in Bor. quot à Verduno in Aſr. Ab ea dicti ſunt *Catalaunici campi*, ubi Attila devictus fuit, à Francis, & Romanis. Long. 25. 40. Lat. 48. 58.

Catana, Siciliæ op. ad radicem Ætnæ mont. ſitum, patria Charondæ, inter Athenienſium legiſlatores inprimis celebrati. Ibi fuit ſimulacrum Cereris, teſte Cicerone, quod à viro non modo tangi, ſed ne aſpici quidem fas erat. Silius lib. 13.

Tum Catana ardenti nimium vicina Typhœo.

Strabo lib. 6. Τῆς Κατάνης ἡ μάλιστα ἡ Κατάνη, ἣ ἔστι περὶ τὸς κρατῆρας παλαιὸν πλέθρον κοινωνεῖ, καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς ἣν Κατανάαν ἐγγυλάπτω καταφέρεται. Diodorus ſcribit hanc ab Hierone, cum ejus incolas ejeciſſet, Ætnam appellatam fuiſſe. Hodie tamen adhuc *Catania* dici tradit Fazellus. Procopio Gothicarum rerum lib. 1. Κατείνη mendosè legitur. Strabo lib. 6. Ἡ Κατάνη δ' ἐστὶ Ναξίων κτίσμα. Idem tradunt Marcianus Heracleota, & Thucydides lib. 6. Videtur Cluverius de Sic. Ant. lib. 1. pag. 117. Ad Amenani oſtium (inquit Bochartus) *Catana* קטנא h. e. *parvam* ſonat. Nempe *Catana* erat opidulum, antequam Naxii illud auxiſſent, coloniâ eò deductâ, Evarcho duce. Quos proinde Græci habuere pro Catanæ conditoribus. Ita *Cana* Galilææ Ebraicè ſcribitur קטנה *Catna*, & in Syrâ paraphraſi קטנא *Cotne* Joh. 2. 1. in quem locum conſulendus eſt Lud. de Dieu ὁ μαγειτης. Bochartus.

Catangius, ſinus in litore Aſiatico Boſpori Thracici. *Golfo Caſtacio* nunc. Petrus Gyllius.

Cataonia, ſupra Ciliciam regio, confinis Cappadociæ, ut Corn. Nepos *in Datame* deſcribit. Incolæ *Cataones* Stephano dicuntur. Vide Plin. 6. 2.

Cataractonum, ſive *Cataracton*, vulgò *Catterick*, teſte Rob. Talboto, op. Scotiæ, ubi & diverſorium *Cantarickbridge*. Vide *Caturactonium*, quod alii *Carlile* indigitant. Camdenus habet *Catarrick*, & *Catarrick-bridge* Angliæ in Com. Ebor.

Caterlogum, *Caterlagh*, urbs Hiberniæ, Com. cogn. caput, ad Brigum flu. med. inter Kildariam & Cellam S. Canici.

Cathneſia, *Cathnes*, prov. Scotiæ ult. & Septentrionalior verſus Orcadas; ubi alias Carini populi.

Catillus, *M. di Tivoli*, mons Latii apud Tybur urb. & Anienem flu. cujus incolæ *Catilli*: Virgilius:

Et Tybur Catille tuum.

Silius lib. 4.——*Anienicolæque Catilli.*

Catria, inſula in mari Libyco, eadem quæ *Æthuſa*. Steph. De nominis origine ſic Bochartus. *Æguſæ* Libycum nomen apud Stephanum eſt *Catria*. Αἰγῦσα, inquit, νῆσος Λιβύης πρὸς Λιβύας λεγομένη Καλεία. Ubi pro Καλεία Cluverius ſcribendum cenſet Καπραία, quaſi pro Æguſa Libyes *Caprariam* Romanâ voce appellaverint. Sed ut ut Αἰγῦσα & *Capraria* ſint voces ſynonymæ, tamen à Romanis ipſis Æguſa dicitur non Capraria. Vide Plin. 3. 8. *Aponianam* vocat Hirtius de bello Africano, unde hodiernum *Favagnana*; *Caprariam* nemo quod ſciam. Præterea non eſt credibile, Pœnos à Romanis accepiſſe nomina inſularum, quas temere diu ante Romam conditam. *Catria* igitur, ut vult Stephanus, Punicum nomen eſt, ſed à Græcis interpolatum, nam & ע expreſſum per G. ut in *Gaza*, *Segor*, *Gomorrha*, & ſimilibus עיר *geder* autem vel *gadar* eſt *grex*, non ſolum ovium ſed & caprarum. Hinc in plurali emphatico גדריא *gedraia* vel *gadraia* ſunt *greges*. Itaque inſula *Gadraia*, unde deflexum *Catria*, eſt inſula gregum, caprinorum ſcilicet, id eſt, *Æguſa*.

Catti, *Chattæ* Ptolemæo pop. Germ. hodiè *Heſſi*, à Druſo domiti, quorum regio *Heſſia*, ſeu *Haſſia*, *Heſſen* vulgò, teſte Junio. In Batavis etiam eſt Cattorum vicus, vulgo *Catwick* apud Lugdunum urb. Horum mem. Mart. 2. 2.

Frater Idumæos meruit cum patre triumphos;
Quæ datur ex Cattis laurea, tota tua eſt.

Juvenal. Sat. 4.

Tanquam de Cattis aliquid torviſque Sicambris
Anxia præcipiti veniſſet epiſtola pinnâ.

Catti Melibocci, Germ. tractus, qui *Catzenelebogen* dicitur B. Rhenano; in Haſſiâ eſt.

Cattigara, Sinarum ſtatio. Ptol. *Canton* Caſtaldo, urbs Sinarum in orâ litorali ſub Luſitanis in Indiæ ultra Gangem continio,

confinio, Emporium frequens. Long. 70. 00. Lat. 24. 00.

Cattiterides, vide *Caſſiterides*.

Cattuci, pop. inter Belgas, Nerviis, Caletibus, Veromanduis & Condruſis proximi, quos forte Duaci op. incolas Diœceſis Atrebatenſis opinari licet. Cæſar, lib. 2.

Caturiges, *Catiriges* Ptolemæo, *Caturiges* Straboni, pop. Gall. Narbon. Alpini in Delphinatu, quorum op. *Caturigæ*. Anton. *Charges*, teſte Simlèro.

Caturractonium, Angliæ op. vulgò *Caerlile*. Aliis autem eſt *Allerton*, op. in Comit. Ebor. Long. 19. 20. Lat. 51 15.

Caturriga, Gall. Belg. urbs inter Burocortorum & Naſium Anton.

Catyeuchlani, Albionis pop. Ptol. Hodiè *Buckinghamienſes*, *Hertfordienſes*, & *Bedfordienſes* Camdeno vocantur.

Cavaræ, *Cavares* Plinio, *Cavari* Ptol. pop. Gall. Narbon. apud Rhodanum flu. *Gavots*, teſte Dalechampio inter Avenionem & Valentiam incolentes, quorum metropolis *Avenio* dicitur.

Cavea, urbs Hiſp. alio nomine *Conca*. Vulgo *Quonca*.

Caucadæ, gentes ad Lagoum amnem ubi in illum influit Ophurus circa Mæotim. Plin. 6. 7.

Caucana, Siciliæ portus prope Syracuſas, teſte Ptolemæo, cui Καύκανα λιμὴν dicitur. Pluralis numeri eſſe τὰ Καύκανα è Procopii Vandalicorum libro primo diſcimus. Βελισάριος δὲ τὸ Πεσσόμιον ἐκέλευσεν ἐς Καύκανα τὸ χωρίον συμμίξαι, διακοσίοις μάλιστα σταδίοις Συρακουσῶν ἀφέχον, ubi βιακοσίοις legendum cenſet Cluverius. Porro *Caucana*, vel ut veteres efferebant *Cafcana*, videtur eſſe חוב קנה *Chaſ-cane*, *portus arundinis*, i. e. *arundinoſus*. Bochartus,

Caucaſus, mons editiſſimus in Septentrionali Aſiæ parte, Indiam dirimens à Scythiâ. Val. Flaccus lib. 5. Argonaut.

Ultimus inde ſinus, ſævumque cubile Promethei
Cernitur in gelidas conſurgens Caucaſus Arctos.

Hic fertur tantæ altitudinis, ut circa illius verticem Sol velut ſcindi videatur, uti Philoſtratus lib. 2. de vitâ Apol. prodidit, ubi vide plura de hoc monte, itemque apud Qu. Curt. lib. 7. Hinc *Caucaſum mente induere*, pro ſupra modum indurare animum. Seneca in Medeâ, verſ. 43. dixit.

———*Pelle fœmineos metus,*
Et inhoſpitalem Caucaſum mente indue.

Virg. Æn. 4.

———*Duris genuit te cautibus horrens*
Caucaſus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

Horat. Carm. 1. Od. 22.

Sive facturus per inhoſpitalem
Caucaſum.———

Porro ſylvoſum eſſe montem, atque arboribus, quæ fabricandis navibus ſint aptæ, pleniſſimum fuiſſe teſtatur Strab. lib. 11. nec dubitare nos de eo finet Propert. lib. 2.

Et nemus omne ſatas intendat vertice ſylvas,
Urgetur quantis Caucaſus arboribus.

Virgilius Georg. 2.

Ipſæ Caucaſeo ſteriles in vertice ſylvæ,
Quas animoſi Euri aſſiduè franguntque feruntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant utile lignum
Navigiis pinos, domibus cedroſque, cupreſſoſque.

In radicibus, herbis veneficis & vulturibus abundat. Supra Iberiam ac Albaniam in Septentrione à Ptolemæo collocatur. *Cocas*, & *Cochas*, teſte Haytono Armeno, dicitur, *Albſor* Nigro, *Adazar* Theveto. *Caſpium* vocat Eratoſthenes apud Strabonem; in quo Prometheum vinctum, aquilâ jecur noſtro depaſcente, fabulantur. Inde *Caucaſiæ Portæ* ſeu *Pylæ*, quæ & *Iberiæ*, hodiè *Demircapi* & *Themircapi*, id eſt, *porta ferrea*, uti ab Egeſippo nominatur, non quod ex ferro conſtet, ſed quod locus adeo munitus, ut quemvis hoſtilem impetum facilè ſuſtineat, quum tranſitus duntaxat pateat 300. paſſuum. Hæ portæ magno errore *Caſpiæ* à multis dictæ fuere, ut Plin. lib. 6. cap. 11. tradit. Nunc ibi urbs eſt, quæ *Derbent* (quod *anguſtias* ſignificat) vocatur ab exteris, & omnium in Oriente urbium munitiſſima cenſetur. Inde *Caucaſiæ volucres* apud Virgilium. Eclog. 6.

Caucaſeuſque refert volucres, furtumque Promethei.

Id eſt, vel *Aquilæ*, juxta Heſiod. in Theog. Apollonium lib. 2. Argon. Ovidium, & Attium in Prometheo ſic ſcribentem:

Jam tertio me quoque funeſto die
Triſti advolatu aduncis lacerans unguibus
Jovis ſatelles paſtu dilaniat fero.

Vel *Vultur* juxta Fulgentium in Mythol. & Petronium in Hendecaſyllabo.

Cur vultur jecur ultimum pererrat
Et pectus trahit, intimaſque fibras.

Et hæc forte ratio (notante De la Cerda) quare Poetæ dictum *volucres*, quaſi inſinuaret Prometheum jam ab aquilâ, jam à Vulture lancinari, nam aliter dixiſſet *volucrem* vel *avem*, ut Prop. lib. 2. Eleg. 1.

———*Medio pectore pellet avem.*

Et Mart. in Amphitr.

Aſſiduum nudo pectore pavit avem.

De nomine Bochartus. Terra Gog vel Magog erat Scythiæ pars circa Caucaſum, quam Colchi & Armeni, quorum dialectus erat ſemichaldæa, גוגחסן *Goghaſan* vocarunt, i. e. *Gogi munimentum*, atque inde Græci Καύκασον ſono meliori, ut cum pro גמל *gamel* κάμηλον dicunt. Fuit etiam *Caucaſus* locus circa Chium inſ. Herodot. Item in Arcadiâ Halicarnaſſeo, niſi illic *Thaumaſios* legendum ſit, uti putat Portus.

Caudi, vel *Caudium*, Samnitum op. in Italiâ prope Beneventum; unde *Furcæ Caudinæ*, & *Fauces Caudinæ*, Romanorum ignominiâ & clade nobilitatæ. Ibi enim eorum copiæ, duce Sp. Poſthumio Conſule, in anguſtias redactæ, & ab hoſtibus circumquaque obſeſſæ, cum alia ſpes evadendi non eſſet, poſitis armis, ſub jugum miſſæ ſunt. Lucan. lib. 2.

Ultra Caudinas ſperavit vulnera Furcas.

Strabo. lib. 5. Κεῖται δ' ὀλὶγον τῆ Ἀππίᾳ ἀυτή τε Καπύη, καὶ αἱ ἄλλαι ὁπὶ Βρεντέσιον ἄγουσαι ἀπ' ἀυτῆς Καλατία, καὶ Καλύδιον, καὶ Βενεβέντον, lege Καύδιον, vel ſi mavis Κλαύδιον; ita enim eſt apud Ptol. Quin & *Claudium* quoque habet Hor. Sat. 5. l. 1.

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt,
Hinc nos Coccei recipit pleniſſima villa,
Quæ ſuper eſt Claudi cauponas.

Apud Plut. in Parallel. ſic ſcriptum eſt. Καλὰ τὰς χαλκμύνας φορῦσας Κλαυδίνας, ἐξ ὧ τύπος γενύτας. lege Φυρκύλας. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 1197.

Caulici, pop. juxta Ionium ſinum, *Cauliaci* Apollonio. Vide Steph.

Caulum, ſive *Caulon*, qui & *Aulon*, op. in primâ Italiæ fronte apud Locros. Plin. 3. 10. Virg. Æn. 3.

Cauloniſque arces, & navifragum Scylaceum.

Quanquam ibi Poeta non tam de opido quàm promontorio loqui videtur. *Caulonia* dicitur Straboni & Pomponio. Stephanus Καυλωνία πόλις Ἰταλίας, ἔστι καὶ ἄλλη Σικελίας. Opidanus *Cauloniates*, vel *Caulonius*.

Caum, Hiſp op. inter Aſturicam & Tarraconem. Anton.

Caumana, alveus Indi flu. circa ejus oſtia. Arrianus in Indicis, h. e. Hiſtoriæ ejus lib. ult.

Caunus, Cariæ op. ad Calbin flu. cujus mem. Strabo lib. 14. æſtate & autumno, ut ipſe ait, ad habitandum gravis, ob calorem & pomorum copiam. Ob id Caunii ſub peſtilenti cœlo eſſe dicuntur. Hos cum intuitus eſſet Stratonicus Citharœdus, homo ſalibus plenus, illum ex 6. Iliados verſiculum in eos protulit.

Οἷη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Id eſt, *Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum.* Colorem videlicet, quo omnes pallebant, fugillans. Caunii vero cum hominem inceſſiſſent acriùs, quòd urbem, ut morbidam carperet, *Ego*, inquit, *morbidam dicere auſim, ubi mortui ambulant?* Urbanius multò acriuſque, quam prius illudens. Hæc Strabo ubi ſupra. Ab hac civitate vehebantur fici *Cauneæ* dictæ. Cic. lib. 2. *de Divinatione*. Cum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens *Cauneas* clamitabat, ac ſi dixiſſet (præſagiens futuram cladem in quâ Craſſus occubuit) *Cave ne eas*. Vide Steph. Eſt etiam *Caunus* Doridis op. Ptol. *Magri* dicitur Olivario. *La Roſa* Sophiano. Item Cretæ urbs, nec non Hiſp. mons in Celtiberis, *Moncayo* hodiè, aliquando quoque *Caci mons* dictus. Item Æoliſca urbs Athenæo.

Cayci, pop. Germ. qui & *Chauchi* & *Cauci*, in majores & minores dividuntur. Illi inter Albim & Viſurgim flu. locantur, eorumque metropolis eſt Brema urbs in Saxoniâ. Hi inter Viſurgim & Amaſium flu. quorum urbs Bidenburgum, vel Oldenburgum cum aliis in Friſiæ & Weſtphaliæ confiniis. Alii Cauchos majores, ubi Luneburgenſes ſunt, ſtatuunt. Lucan. lib. 1.

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppoſiti.———

Cayſter, vel *Cayſtrus*, flu. Aſiæ circa Epheſum, cui etiam regioni nomen dat; nam tractus ille *Cayſtrius* dicitur, ut author eſt Eunapius Sardianus. Fluvius hic cygnis olim abundavit. Unde Ovidio Triſt. 5. 1. *Cayſtrius ales* pro cygno. Propert. lib. 3.

Si quæve olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri.

Ubi tamen alii *Gygæi*, Voſſius autem *Ortygii* legit. Ovid. Met. 2.

Et

Et quæ Mæonias celebrabant carmine ripas
Fluminea volucres medio caluere Cayſtro.

Mart. 1. 54.

Sic niger in ripis errat cum forte Cayſtri,
Inter Ledæos ridetur corvus olores.

Hom. Iliad. 2. ——Ὀρνίθων πτερύγων ἔθνεα πολλὰ
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δολιχοδείρων
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καυστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Inde Virg. Georg. 1.

Jam varias pelagi volucres & quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

Ubi forſan melius legendum,

Dulcibus in pratis rimantur ſtagna Cayſtri.

Cea, vel *Ceos*, inſula juxta Eubœam. *Cos* contractè dicitur ab Heraclide ac Diodoro; A Romanis ſcriptoribus, Virgilio, Ovidio, Plinio, Salluſtio apud Servium *Cea*; A Ptolemæo *Cia*; A Lyſeâ apud Suidam, & Ælian de Animalibus *Cios*, à Philone & Melâ *Cianos*, vocabulis ita diverſis, ut ea conſtet omnia eſſe orta ex uno fonte. Nempe כוה *cava* Ebræis eſt *exurere*, ut Græcis καύω & καίω & כי *ci* vel כויה *ceviia* exuſtio dicitur; Hoc de quâvis exuſtione, illud propriè uſurpatur de aduſtione Solis. Nomen inſulæ cur eo referatur docet Vir magnus de Phœn. Col. lib. 1. cap. 14. his verbis. *Liber Pater Cadmi nepos Icarium, vel Icarum* (id eſt אכר *iccar, agricolam*) *miſit in Atticum agrum, ut vitium culturam Athenienſes edoceret.* Hunc vino poto ruſtici ſemiebrii, venenum ſe bibiſſe credentes, nefarie interfecerunt, & admiſſi criminis ſibi conſcii, aufugerunt in Ceam inſ. in quâ regnabat Ariſtæus Cadmi gener. Hyginus ex magni Salmaſii emendatione lib. 2. Aſtron. cap. *Arctophylax. Interfectores ejus* (Icarii) *animi conſcientiâ permoti ſtatim ſe fugæ mandaverunt, & in inſulam Ceum* (lege *Ceorum*) *pervenerunt, à quibus ut hoſpites recepti domicilia ſibi conſtituerunt. Aliquanto poſt irâ Numinis reos perſequente, canicula exoriens æſtu Ceorum loca & agros fructibus orbabat, & ipſos morbo affectos pœnas Icario cum dolore ſufferre cogebat, quod latrones recepiſſent. Quibus malis concitatus inſulæ rex Ariſtæus Apollinis & Cyrenes filius*, &c. *petiit à parente quo pacto calamitate civitatem poſſet liberare. Quem Deus jubet multis hoſtiis expiare Icarii mortem & ab Jove petere, ut quo tempore Canicula exoriretur, dies quadraginta ventum daret, qui æſtui Caniculæ mederetur. Quod juſtum Ariſtæus confecit, & impetravit ut Eteſiæ fierent.* Hæc ex Hygino hactenus, quibus ſimilia referunt etiam alii antiquiores. Theophraſtus de Eteſiis. Ἔι δ' ποτ' ἐξέλιπον, φ' Ἀεισαῖος αὐτὸς ἀνεκαλέσατο, θύσας τὰς ἐν Κέῳ θυσίας τῷ Διΐ, καθάπερ μυθολογοῦσι. Et apud Apollonium lib. 2. Argonaut. cum Sirius ἐρχνόθεν Μιναΐδας ἔφλεγε νήσους, id eſt, Cycladas, monitu Apollinis Ariſtæus in Ceum ſe contulit.

Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἰκμαίοιο,
Ἱερά τ' ἔῤῥεξεν ἐν ἄρεσιν αἰσιμα κείνῳ
Σείριον, αὐτῷ τε Κυνίδῃ Διΐ, τοῖο δ' ἔκητι
Γαῖαν ὀπηλύχησιν ἐπήσιαι ἐκ Διὸς αὖραι
Ἡμαθα τεσσαράκοντα, Κέῳ δ' ἔπι νῦν ἱερῆες
Ἀντολέων πειρήσιδε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.

Plura vide apud Scholiaſtem & in Heraclidis politiis, & Diodori lib. 4. & Ciceronis de Divin. lib. 1. & in Germanici fragmento ad Arati Phænomena, capite *Aquarius*, qui omnes meminere hujus ſacrificii ab Ariſtæo inſtituti, & à Ceis celebrari ſoliti ad Eteſias impetrandos.

Ceba, *Ceva*, op. Liguriæ ad Tanarum flu. in Principatu Pedemontano, inter Montem Vici urb. 7. m. p. & Aquas Statiellas 25. circiter. Inde *caſeus Cebanus* Plinio Laudatus. Long. 29. 56. Lat. 43. 10.

Cebrenia, & *Cebrena*, & *Cebrina*, reg. Troadis per quam Cebrenus flu. decurrit. Inde *Cebrenis* Ovid. Met. lib. 11.

Adſpicit Heſperien patria Cebrenida ripâ.

Statius in Silvis;

——*Viduæ Cebrenidos arida luctu*
Flumina.

Cedar, vel *Kedar*, Arabiæ reg. in Agarenorum, i. e. Saracenorum ſolitudine, à *Cedar*, ſecundo Iſhmaelis filio. Etymologo Κήδαρ eſt vox Græca, quæ σημαίνει, inquit, τὸ σκοτεινὸν, παρὰ τὸ κήδω, τὸ κοιμῶμαι. Verum autem etymon eſt ab Ebræo קדר *Kadar*, h. e. *atratus fuit*, ſive *fuſcus*, qualis fere Arabum color. Unde Sponſa 1. Cant. 5. dicit ſe *nigram eſſe ut tentoria Cedar.* Incolæ *Cedrei* Plinio, Lampridio v. Cedareni, dicuntur.

Celadon, flu. Arcadiæ in Peloponneſo, in Alpheum fluens. Strabo lib. 8. Ejus mem. Homerus Iliad. 7.

——ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο
Ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι.

Ejus aqua cæteris Græciæ aquis præcellere dicitur.

Celadusa, inſ. maris Adriatici. Mela. Bobus & capris abundat, Plinio authore. *Laguſta* Hermol. Barbaro. *Celadusſæ* vero parva inſula Delo proxima.

Celæna, locus Campaniæ, Junoni ſacer. Virg. Æn. 7.

Quiq; Rufas, Batulumque tenent, atque arva Celænæ.

Celænæ, Straboni tumulus eſt Aſiæ propriè dictæ, Apamiæ imminens, opidum habens ejuſdem nominis, quam *Phrygiæ caput* Livius vocat. Hoc in loco Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe fabulantur, victumque temeritatis ſuæ pœnas dediſſe, & in flu. ſui nominis commutatum fuiſſe. Ovid. Faſt. 4.

Inter, ait, viridem Cybelen, altaſque Celænas
Amnis it inſanâ nomine Gallus aquâ.

Lucanus.

Lugent damnatæ Phœbo victore Celænæ.

Stat. Theb. 2.

Fœda Celænæâ committere prælia buxo.

Ubi Scholiaſtes: Celænæ Marſyæ civitas, ubi primum dicitur tibiarum uſus inventus, quibus Apollinem provocare auſus eſt, à quo victus temeritatis ſuæ pœnas exſolvit. Marſyas enim Celænæus fuit, ut ipſe infra.

——*Et illuſtres Satyro pendente Celænæ.*

Obiter emendabis Polyænum in Melantho lib. 1. Stratagem. Ἐπολέμησε Μελανθῶν περὶ Μελαναὶ, χωρίον μεθορίων Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας. Legendum Κελαινῶν, & Κελαιναὶ, ut rectè monet magnus Caſaubonus. Schol. Ariſtoph. Acharn. Act. 1. Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτὸς περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ita etiam Suidas & Phavorinus vocibus Ἀπατούρια, Κελαναί.

Celendræ, ſive *Celendris*, aut *Celenderis*, Samiorum colonia in Ciliciâ, portum habens ejuſdem nominis ad Selinuntis flu. oſtia. Lucan. lib. 8.

——*Sequitur pars magna Senatus*
Ad profugum collecta ducem, parviſque Celendris
Quo portu mittitque rates, recipitque Selinus.

At in Strabone inter Selinuntem & Celenderin multa ſunt interjecta. Hinc *regio Celenderitis* apud Plinium. Vide Bochart. de Phœn. Colon. lib. 1. cap. 5. Mem. ejus quoque Tacit. An. 2. *Piſo caſtellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen Celenderis, occupat.* Nominat id Joſephus lib. 17. collocatque in viâ qua Romam ibatur; ſed in eo ſcriptum *Celendris.* Meminit & Ptolemæus. Antiquiſſimum id fuit, ſi Apollodoro fides, lib. 3. qui conditionem ejus refert ad Sandarum Tithoni nepotem, Ὃς, inquit, ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν πόλιν ἔκτισε Κελένδερον. Lipſius ad illum locum Taciti.

Celia, urbs Germ. in Duc. Stiriæ ad Saanum flu eſtque cap. perampli Com. juris Auſtriaci, 10. leuc. à Labaco in ort. 8. autem à Petavione in auſt.

Celia, *Ceglie*, op. Apuliæ Peucetiæ & inter Barium & Balſanum ſupra 3. m. p. Aquavivam verſus 12. Long. 41. 54. Lat. 40. 39.

Celidnus, flu. Macedon. & ejus limes ab auſt. verſus Elymiotas pop. Nunc *Salnich* dicitur, in Albania reg. & in mare Hadriaticum ſe exonerat in Bor. parte ſinus Oenei.

Cella S. Canici, vide *Kilkennium.*

Cellenſis lacus, vide *Acronius.*

Celnius, flu. quibuſdam eſt *Boggie*, in Buchania prov. Scotiæ, Tranſtaanæ verſus ort. *Killian* Camdeno.

Celſona, *Solſone*, urbs ampla Hiſpaniæ in Catalauniâ ad pedes montium, 11. leuc. à Vico in occ. 8. autem à Minoriſſa in Bor. quot ab Urgella in auſt.

Celtæ, pop. Gall. Comatæ inter Garumnam & Sequanam fluvios; ita dicti, ut vulgò volunt, à *Celto* Polyphemi filio. Appianus. Aliud etymon ſuppeditat nobis vir magnus Phaleg. lib. 3. cap. 6. In Talmudico tractatu *Nidda*, inquit, חלת pro *croco* ſumitur, ſiquidem fides Hebræis, & viris undecumque doctis Boderiano & Buxtorfio. Idem autem חלת, ſi libeat Chaldæo more inflectere, fit חלתא *Chalta*, vel *Chelta* vox proximè accedens ad *Celtas.* Ita croceis capillis Galli tam Celtarum & Galatarum, quam Rhodaniorum nomen debebunt. Sane Gallos τὰ ξανθὰ ἔθνη paſſim appellari notat vir doctiſſimus, Iſ. Voſſius. Diodorus Siculus. Οἱ δὲ Γαλάται τοῖς μὲν σώμασιν εἰσὶν εὐμήκεις, ταῖς δὲ σαρξὶ κάθυγροι καὶ λευκοὶ, ταῖς δὲ κόμαις οὐ μόνον ἐκ φύσεως ξανθοὶ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆ κατασκευῆς ἐπιδεύουσιν αὔξειν τὴν φυσικὴν τοῦ χρώματος ἰδιότητα. Strabo de Britannis lib. 4. Οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροι τῶν Κελτῶν εἰσὶ, καὶ ἧττον ξανθόχροες. Atque ob hoc ipſum Britannos Gallicæ eſſe originis conjectat Jornandes hiſtoriæ Gothorum cap. 9. quòd illis ſint *rutilæ comæ.* Ubi *rutilas* dixit pro *flavis*, quomodo Ammianus lib. 15. *Candidi pænè Galli ſunt omnes & rutili*; capillitii ratione ſcilicet. Claud. in Rufinum lib. 2.

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Bodinus *Celtas* quaſi κελτὰς dictos voluit, quia liberis equis haud ſtratis, aut ad currum junctis vehi conſueſcerent. La-

zius à *Galatis* per contractionem. Strabo ait Κελτὸς appellatos διὰ τ ὑπερβολὴν, quòd authoritate prævaluerint, ſive quòd robuſta & valens natio fuerit. Id ſonat *Geltem* hodiè Germanorum linguâ. Nominis veſtigium remanet in *Geldris*. Belgis quoque *Gelte baars* eſt piſciculus melioris notæ: & *Gilde*, *bos præſtans valore*. Pontanus. Horum regio Κελτικὴ dicitur, quæ apud vetuſtiſſimos Græcos, ea tantum Galliæ erat pars, quam mare mediterraneum alluit, nam eam tantum noverant. Poſtea vero id nomen etiam ad alias partes, quæ paulatim cognoſci cœpere, tranſlatum eſt, donec tandem toti Galliæ, poſtquam tota cognita fuit, eſt attributum. Idem de Romanâ Galliæ appellatione ſentiendum: Nam qui *Celtæ* propriæ appellantur; ii à Romanis *Galli* dicti ſunt, auctore Cæſare; deinde ea vox latius accipi cœpit. Polybius autem Κελτίαν proprio nomine, appellat eam auſtrinæ oræ partem quæ eſt inter Narbonem & Pyrenæos. Caſaubonus. Porro Celtarum nomine veteres non ſolum Gallos intelligebant, auctore Appiano, ſed & Germanos, ut ex Herodoto aliiſque conſtat. Maximè tamen eos Germanos fuiſſe crediderim; quippe quod Ariſtoteles Polit. 7. hunc morem tribuit Celtis, quòd recens natos ad fluvium explorarent; id ipſum Germanorum moribus tribui apud Cæſarem & Melam legas. Eodem refero Græci poetæ teſtimonium de Celtis probantibus prolem ſpuriam vel legitimam Rheni lavacro. Sunt enim Celtæ Germani, qui Celticâ dictâ Gallià expulſis Gallis, aut ſaltem iis permixti trans Rhenum conſederunt; unde factum, teſte Dione, lib. 39. ut Celtæ uno nomine ſint appellati ἐκ τῆς ἑτέρας τ ποταμῦ οἰκοῦντες.

Silius lib. 8.

Quinetiam ingenio fluxi, ſed prima feroces
Vaniloquum Celtæ genus ac mutabile mentis.

Livius lib. 10. de Gallis: *Primaque eorum prælia pluſquam virorum, poſtrema minus quam fœminarum eſſe.* Polyb. 2. de iiſdem: Κατὰ τ πρώτην ἔφοδον, ἕως ἂν ἐκλείπωσιν ἡ φοβερώτατόν ἐστι πᾶν τὸ Γαλατικὸν φῦλον.

Silius lib. 13.

At Celtæ vacui capitis circundare gaudent
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſervant.

Livius lib. 23. *Caputque ducis præciſum Boii ovantes templo, quod ſanctiſſimum apud illos eſt, intulere: purgato inde capite, ut mos iis eſt, calve mauro celavure.* Idem Solinus de Eſſedonibus: *Capitum oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium.*

Celtiaca, op Hiſp. in conventu Hiſpalenſi. Plin. 3. 1.

Celtiberi, Hiſp. pop. à *Celtis* originem traxiſſe creduntur, qui cum veniſſent ad *Iberum* flu. ibique conſediſſent, aſſumpto ad nomen ſuum fluvii nomine, juxta quem conſederunt, *Celtiberi* dicti ſunt, & eorum regio *Celtiberia*, vulgo *Arragon*. Lucanus lib. 14.

———*Profugique à gente vetuſtâ*
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Silius lib. 3.

Venere & Celtæ ſociati nomen Iberis.

Diodor. Siceliota lib. 1. poſt multa prælia ſummâ virtute pugnata *Celtas* & *Iberos*, coiiſſe narrat in fœdera pacis & commune nomen: Οὗτοι γὰρ τὸ παλαιὸν περὶ τ χώρας ἀλλήλοις διαπολεμήσαντες οὔτε Ἴβηρες, οὔ οἱ Κελτοὶ, μιᾷ παῦτα διαλυθέντες, οὐ τ χώραν κοινὴ καταικήσαντες, ἔτι δ' ἐπιμιξίας πρὸς ἀλλήλους συνθέμενοι διὰ τ ἐπιμιξίαν λέγονται παῦτης τυγχάνειν τ προσηγορίας. Appianus Ibericon initio: Κελτοὶ μὲν δεκάτοι πρὸς τ Πυρήνην ὑπερβάντες αὖτοις [*Iberis* ſc.] συνοικήσαι ὅθεν ἔρια ἡ Κελτιβήρων ὄνομα ἐρρύη. *Robur Hiſpaniæ* eos vocat Florus lib. 2.

Celurca, *Montroſſe*, op. Scotiæ in ora litorali maris Germanici, ubi Horetæ pop. alias, 7. m. p. à Brechinio in ort. & tot. ab Arbroto etiam in ort.

Cema mons, aliter *Cemenus* dict. vulgo *M. Camelione*, mons Italiæ & Alpium, in Com. Nicæenſi, prope Caſtrum S. Stephani, & juxta fontes Tineæ flu. Olim *Acema* dicebatur.

Cemandri, pop. Norici, in Pannon. & Illyrici confin. Quorum op. Martena, vulgo *Marpurg*, ad Saum flu. ubi Lavantum excipit. Al. in Stiria ad Dravum flu. inter Draburgum ad occ. 4. Et Pætovium ad ort. 6. leuc. à Græcia in merid.

Cemenelium, urbs fuit Gall. Narbon. nunc vic. tantum in Com. Nicæenſi, vulgo *Cimies*, 6. mill. à Nicæa in Bor. & tot. ab ora litor. maris Mediter. quanquam alii credant fuiſſe in monte Acema, 30. hinc mill. in Bor. verſus fontes Vari fluvii.

Cemenus, mons Gall. in Aquitan. verſus Gall. Narbon. & inter Volcas, Arecomicos, Helvios, Velaunos, Gabalos & Ruthenos, per 30. leuc. circiter in long. protenſus; nunc vulgo *Les Cevennes*. Initium habet verſus fontes Ligeris, in Vivarienſi prov. ſuper. extenditurque per Occitaniam prov. Lutevam uſque.

Cempſi, pop. Hiſp. citer. ad montis Pyrenæi radices incolentes in regno Arragonio, quorum op. *Venaſque* ab Oſcâ ad 12. leuc. inter montes diitans. Horum mem. Dionyſ. verſ. 338.

Κεμψόν θ' ὁι ναίουσιν ὑπαὶ πόδα Πυρήναῖον.

Nuſquam, ut opinor, apud alium quenquam authorem hujus populi mentio extat, ideo ipſos non ſub *Pede Pyrenæi*, ſed in *Utopiâ* quærendos, putat Montanus. Neſcire verò ſe ait an Κελτοὶ ab auctore ſcriptum fuerit. Sane Ceporinus *Celtas* vertit. Priſcianus vero & Avienus *Cempſi* habent.

Cenæum, prom. *Eubœæ*, in occ. maxime porrectum prope ſin. Malliacum contra Opuntem & Locros Epicnemidios; vulgò *Capo Livar*. Hic fanum fuit Jovis, qui inde *Cenæus*. Ovid. 9. Met.

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Jovi.

Seneca in Herc. Oetæo:

Quà templa tollens ara Cenæi Jovis
Auſtro timendum ſpectat Euboicum mare.

Lege *Cenæi* cum Strab. & Ptol. Sophocles in Trachiniis:

Ἀκλὴ πὶς ἐς' Ἐυβοὶς, ἔνθ' ὀείζεται
Βωμὸς τελεῖτ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ

Æſchylus, ἐν τῷ Πολυίῳ Γλαύκῳ:

Ἐυβοΐδα κεκλῆσθαι ἀμφὶ Κηναίῳ Διὸς ἀκλὴν.

Cenchreæ, Peloponneſi op. prope Corinthum in Iſthmo ipſo juxta fanum Neptuni, quinquennalibus ludis inclytum. Item portus Corinthi. Inde *Corinthiacæ*. Ovid. Triſt. 1. 9.

Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis.

Plin. lib. 4. *Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc anguſtiarum termini, longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plauſtris tranſvehi prohibet.* Stat. Theb. lib. 4.

It comes Inoas Ephyre ſolata querelas
Cenchreæque manus.

Apul. Met. 10. *Quod opidum* audit nobiliſſima Corinthienſium colonia: alluitur autem Ægæo & Saronico mari, ubi portus etiam, tutiſſimum navium receptaculum, magno frequentatur populo. Long. 49. 15. Lat. 38. 50. Item urbs Troadis, in quâ commoratus eſt Homerus, ut de rebus Trojanis certior fieret. Item alia Italiæ. Steph.

Cenchrius, Ioniæ amnis ad Epheſum Cayſtro proximus, per Ortygiam fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygiâ nutrice lotam ex partu. Tacit. Annal. 3. *Primùm omnium Epheſii adiere, memorantes, non, ut vulgus crederet, Dianam, atque Apollinem Delo genitos; eſſe apud ſe Cenchrium amnem, & Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manebat, adniſam, edidiſſe ea numina.*

Cendevia, palus in Phœnice, intra mont. Carmeli radices, ex quâ creditur naſci Belus amnis, 5. m. p. ſpatio in mare profluens, juxta Ptolemaidem Coloniam. Plin. 36. 26.

Ceneda, Venetæ reg. op. inter Liquentiam & Anaſſum, flumina. Agathias lib. 2. Long. 33. 35. Lat. 45. 40.

Cenebum, ſeu *Genebum*, vulgò *Gennep*, urbs permunita Germaniæ, ad Moſam flu. in Duc. Clivenſi, in ditione tamen Hollandorum. Eſt in confin. Gueldriæ, med. fere inter Weſaliam ad ort. & Boſcum Ducis ad occ.

Ceneſtum, urbs Corſicæ, aliàs epiſc. quæ nunc quibuſdam S. Lucia, vic. prope Rhotanum flu. ubi etiamnum multa ſunt rudera inter Curiam & Aleriam. Al. eſt ipſa Curia vulgo *Corte*, ſaxo undique prærupto, impoſita prope Crenum lacum.

Ceneta, quæ & *Ceneda* Agathiæ, urbs Italiæ in March. Tarviſinæ 13. mill. à Belluno, tot. ab Opitergio, & 15. à Tarviſio, ſubeſtque Reip. Venetæ. Eſt prope fontes amnis Mottegani.

Cenetum, op. regn. Neapol. in quo Epiſc. Teleſinus ſolet reſidere. Sed al. eſt Cerritum, *Cerrito*, in prov. Terræ Laboris, & in confin. Principatûs citer. 15. mill. à Teleſio in Circium.

Cenimagni, pop. Angliæ Cæſari. Ab al. Simeni & Iceni dicti fuere, inter Trinobantes Catieuchlanos & mare Germanicum, ubi poſtea Eaſt-Anglia, & nunc Suffolcia, Norfolcia, & Com. Cantabrigienſis.

Cenion, Albionis flu. in ora auſtrali Cornubiæ, in mare apud Fanum S. Mauditi op. exiens; *Vale* Ortelio.

Cenomani, pop. Gall. Lugdunenſis, qui & *Aulerci Cenomani*, inter Rhedones, Andegavos, Carnutes & Seſſuos. Horum tractus nunc *Le Maine* dicitur; eſtque provincia ampla & rigua, inter Normanniam ad Bor. Belſiam ad ort. Britanniam ad occ. & Andegavenſ. prov. cum parte Turonenſ.

prov.

prov. ad auſt. Hujus prov. cap. Subdinum, ſeu Vindunum, aliter Cenomanum, *Le Mans.*

Cenomani, pop. fuere Gall. Tranſpadanæ habebantque à Sept. Euganeos, ab Oriente Venetos, à Meridie Padum flu. & ab Occid. Inſubres: ubi nunc agri Veronenſis, Mantuanus, Cremonenſis, & Brixianus, pro maj. parte ſub domin. Venetorum.

Cenomanum, Le Mans, urbs Gall. aliàs *Subdinum*, & *Vindunum* dicta, Cenomanenſ. prov. cap. ad Sartam flu. ubi recipit Huiſnam, epiſc. ſub arch. Turonenſi, 10. leuc. ab Alenconio in auſt. 16. à Turonibus, 30. à Rhedonibus, & tot. à Carnuto. Long. 20. 21. Lat. 48. 04.

Centa, op. Maurit. Ting. Mediterr. inter Molocath & Marochium.

Centauri. Vide Partem hujus lib. ſecundam.

Centores, Scythiæ populi. Val. Flac. lib. 6.

Impulit & dubios Phryxæi velleris ardor
Centoras, & diros magico terrore Choatras.

Centrites, flu. qui Armeniam à Carduchis dividit. Xenoph. inter Mediam & Armeniam eum fluere ſcribit Diodorus.

Centrones, pop. inter Alpes, Graias quæ hodie dicuntur, in Sabaudiâ. Quorum regio & urbs Tarantaſia, vulgo *Le pays de Tarentaiſe*, teſtibus Marliano, Vigenereo & Tſcudo, ubi Centronum pag. vulgò *Sentron*, inter Auguſtam Prætoriam, 12. & Genevam 14. leuc. viſitur.

Centrones, Belgii pop. quorum op. *S. Truyen*, vel *Truyden* teſte Henr. Leodio, à Tungris 3. leuc. à Leodio 6. in occ. in medio inter illud, & Lovanium. Regio nunc Hasbania Latinè nominatur, vulgo *Haſpengaw*. Becanus vero *Cortryck* vocat Flandriæ op. ad Scaldim.

Centum cellæ, Tuſciæ urbs. *Civita Vechia* hodie. Trajano Imperatori originem debet. Plin. Jun. 6. 31. *Evocatus in conſilium à Cæſare noſtro ad Centum cellas longe maximam cepi voluptatem.* Vide quæ ſequuntur. Græcis auctoribus Procopio, & Agathiæ more ejus temporis elifo μ Κεντυκέλλαι. Ptolemæo ὁ Τραιανὸς λιμὴν, i. e. *Trajani portus* dicitur; quem Rutilius pulchrè deſcribit his verſibus.

Ad Centumcellas forti deflexímus auſtro,
Tranquillà puppes in ſtatione ſedent.
Motibus æquoreum concluditur Amphitheatrum,
Anguſtoſque aditus inſula facta tegit.
Attollit geminas turres, bifidoque meatu
Faucibus arctatis pandit utrumque latus.
Nec poſuiſſe ſatis laxo navalia portu,
Ne vaga vel tutas ventilet aura rates:
Interior medias ſinus invitatus in ædes
Inſtabilem fixis aera neſcit aquis.

Ædes intelligit quas Græci νεωσοίκους vocant, νεώσοικοι autem Suidæ ſunt οἰκήματα παρὰ τὴν θαλάσσην οἰκοδομούμενα εἰς ὑποδοχὴν νεῶν, ὅπου μὴ θαλαττεύουσιν, nempe quibus ſubducebantur in ſtationem naves, Latini *cellas* dicunt, unde portui nomen.

Centurinum, urbs Corſicæ inſ. Ptol. *Centuri* Pineto.

Centuriones, urbs Hiſp. verſus Gall. Narbon. Anton.

Centuripe, ager Siciliæ, à quo *Centuripinum crocum* hodie *Centorui* Fazello. *Centuripæ* Pomponio Sabino, & Ptolemæo αἱ Κεντόριπαι, reliquis Græcis autoribus neutro genere τὰ Κεντόριπα. Quid & apud Cicer. Plin. Solin. *Centuripis* obliquo caſu legimus. Apud Silium *Centuripe* lib. 14.

Nec non altus Eryx, nec non è vertice celſo
Centuripe, largoque fluens Entella Lyæo.

De ſitu Strabo lib. 6. Κεῖται δ' ὑπὲρ Καλάκτης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰλυαίοις ὄρεσι καὶ τῷ Συμαίθῳ. Populi *Centuripini*. Cicero Verrinâ Quinta. *Centuripinos homines, maximè mediterraneos, ſummos aratores.*

Cenus, extremum Italiæ promontorium verſus Pelorum Siciliæ.

Ceos, *Cea* Plin. *Cia* Ptol. vulgo *Zea*; inſula maris Ægæi, una Cycladum. Vide *Cea.*

Cephalas, altum & ſylvoſum promontorium majoris Syrtis initium. Strabo lib. ult.

Cephaledion, op. Siciliæ non procul ab Himera fluvio. Plin. 3. 8. & Strabo lib 6. Vide *Cephaloedis.*

Cephalene, vel *Cephallenia*, inſ. maris Ionii. Plin. tradit eam quondam dictam fuiſſe *Melænam* lib. 4. cap. 12. A *Cephalo* Amphitryonis ſocio, Deionei filio, dictam volunt. Populi *Cephallenes*, qui Ulyſſem ad bellum Trojanum ſecuti ſunt, ut videre eſt apud Hom. in catalogo navium.

Αὐλὰρ Ὀδυσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους.

Silius lib. 6.

Saxa Cephalenum, & ſcopuloſis Neriton arvis.

Infra Corcyram eſt, & Acarnaniæ objecta. Nomen ejus à verbo קפל *cephal*, quod Syris eſt *duplicare*, ut קפל *caphal* apud Ebræos, quia bifariam diviſa eſt, & videtur eſſe gemina inſula, partibus iſthmo tam plano inter ſe cohærentibus, διὸ ὑπερκλύζεσθαι πολλάκις ὑπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν. Ita Strabo. Eam olim Taphii & Teleboæ tenuiſſe perhibentur.

Cephalœdis, Siciliæ urbs, hodiè *Cefalu* Leandro. Κεφαλοιδὶς Ptolemæo, Κεφαλόιδιον Straboni lib. 6. Κεφαλοιδιὰς Græcâ formatione Silio lib. 14.

Quæque procelloſo Cephaloidias ora profundo
Cæruleus horret campis paſcentia cete.

Πολίχνιον Strabo vocat. Φρέαιον Diodorus lib. 13. Vide Cluver. De Sicil. Ant. lib. 2. cap. 3. populi *Cephalœditani* Ciceroni in Verrinis, & Priſciano. Nomen ut ut Græcum videatur, tamen eſt mere Punicum. Pœnis enim כיפא לוד *Cepha-lud* eſt *rupes flexa. Cephalœdis* porro ſita eſt in vertice rupis, pænè in ipſo flexu promontorii, quod multum in mare prominet. Conſtat id tam ex tabulis, quam ex deſcriptione Fazelli, dum in eo eſt ut probet Græcum eſſe vocabulum, *Cephalœdos*, inquit, *urbs vetuſta, nomen à* Κέφαλη, *quod Caput eſt Latinis, nacta eſt, vel ob id quod ad verticem præruptæ rupis, promontorii ſpeciem habentis condita fuit, ubi adhuc arx eſt natura munitiſſima, & urbs ipſa jacens ambitu ferme mille paſſuum.*

Cephiſus, vel *Cephiſſus*, flu. Bœotiæ qui in Trinemiis naſcens, & præter Larymnam in Atticum agrum influens tandem in Phalericum ſinum ſe exonerat. Strabo lib. 9. Lucan. lib. 3.

Bœoti coiere duces, quos impiger ambit
Fatidicâ Cephiſſus aquâ.

Ubi Cephiſſi aquas fatidicas dicit propter Themidis oraculum, fluvio huic vicinum, à quo Deucalioni, & Pyrrhæ ratio oſtenſa eſt, quâ genus humanum poſſit reparari. *Cephiſſus*, inquit Bochartus, Arabibus חפז *Ghaphiz*, quod *profundum* notat, eſt enim ἀγχιβαθὴς *alti gurgitis* teſte Pauſaniâ in Bœoticis. Et in Melanis cum Cephiſo confluxu βαθεῖαν λίμνην *profundum lacum* deſcribit Theophraſtus Hiſt. Plant. lib. 4. cap. 12. Καλλιρέεθρος Homero in Hymnis, h. e. *pulcrifluus*, & Καλλίναος, *pulchrè fluens* Euripidi in Medea dicitur. Septem enumerat *Cephiſos* Strabo lib. 9. Longè ſanè diligentior Polemone, qui in lib. περὶ πολεμῶν tres tantum nominat. Sic enim ait: ἐν Ἀθήνῃσί τε Κηφισὸς καὶ ἐν Σικυῶνι, καὶ ἐν Ἄργει. Vibius quoque Sequeſter Polemone negligentior eſt; unicum enim novit Phocicum Cephiſſum.

Cepiana, op Luſitaniæ quibuſdam eſt in Provincia, intra Tagum & Anam flu. Al. eſt Pinetum, *Pinhel*, op. Portugal. in Tranſmontana prov. juxta amnem cogn. vix 4. leuc. à confin. regni Legionis in occ. quot à Durio flu. in auſt. à Trancoſio autem 5. in ort.

Cepe, ſeu *Cœpe* & *Cepi* Mileſiorum, op. fuit Aſiæ juxtè Corocandamim Lacum, in regno Boſphorano, inter Phanagoriam & Tyrambim, in Eione inſulâ; vix 10. mill. à Boſp. Cimmerio in ort.

Ceramum, Ceram, inſ. ampla & oblonga maris Indici in Archipelago Moluccarum in Aſia, inter Gilolum, Moluccas, Bandam, & Amboynam, inſulas, benè culta & aromatum productu dives.

Ceraſtis, Cyprus olim ſic dicta, quoniam homines *Ceraſtai*, i. e. *cornibus inſignes* eam quondam tenuiſſe quidam ſcribunt. Alii quòd procurrentibus promontoriis velut infeſtis cornibus aſſurgat. Quinimo *Ceraſtæ* dicti ſunt Cyprii omnes, quia ipſa inſula *Ceraſtis* à frequentibus promontoriis in cornuum modum prominentibus, vocabatur. Steph. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστὶς ἀπὸ τῶν πολλὰς ἀκρας ἐχειν. Hinc Nonnus, lib. 13. & paſſim: Κεραστίδος εἰς χθόνα Κύπρου, ubi male ſcribitur Κεραιτίδος.

Ceraſus, ſuntis, Cheraſonda, urbs Cappadociæ marit. Mela, 1. 19. *Raræ urbes. Ceraſûs, & Trapezûs maximè illuſtres.* Hinc *Ceraſa* primum à Lucullo in Italiam delata, teſte Athenæo. Hieron. ad Marcel. *Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus, & tam virginali verecundiâ rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem. Siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubjugatis, de Ceraſunte primùs Romam pertulit; unde è patriâ arbor nomen accepit.* Atqui *Ceraſorum* appellatio ipſius *Ceraſuntis* urbis natalibus prior eſt & antiquior. Κερασοῦς enim indubitanter dicta ἀπὸ τῆ κεφάλου, ut Ἀγνοῦς, Ἀναγυροῦς, Ἀχεαδοῦς, Ῥαμνοῦς, Μυρρινοῦς, Σελινοῦς, Πυξοῦς, Μυκιοῦς, &c. ab aliis plantis locorum deducta nomina. Long. 69. 30. Lat. 44. 25.

Ceratus, flu. Cretæ Cnoſſum urbem præterlabens, quæ etiam de nomine fluvii dicta eſt. *Fiume di Ginoſa*, hinc *Ceratæus* adject. Virg. ſive Catullus in Ciri.

Carpathium fugiens, & flumina Ceratæa.

Ceraunia, Cypri inſ. op. quod hodiè *Cerines* vocari ait Mercator, ſed Græcus Ptolemæi codex habet *Ceronia.*

Ceraunia, ſive *Ceraunii*, montes in finibus Epiri, in mare

uſque extenſi, ubi Ionium mare ab Adriatico ſeparatur: Ita dicti à fulminibus quibus ſæpe impetuntur, Ovid. 2. de Pont. Eleg. 6.

Cum poteram recto tranſire Ceraunia velo,
Ut fera vitarem ſaxa monendus eram.

Lucanus lib. 5.

Scopuloſa Ceraunia nautæ
Summa timent.

Prærupta Ceraunia Ovidio Met. 15. Vide *Acroceraunium.*

Cercaphus, mons Ioniæ Colophoni imminens. Lycophron.

Cerceticus, ſinus maris Euxini in Sarm. Aſiana, ubi Tazus urbs, *Golfo di Suſaco* Moletio.

Cercetii, pop. in ora Sarmatiæ prædict. *Cercetæ* Plinio. Κρκῖῆ Ptolemæo, qui nunc Circaſſi memorantur. Dionyſius verſ. 682.

Κρκίποί τ' Ὀρέπαι τε καὶ ἀλκιμέγλεες Ἀχαιοὶ.

Ubi Euſt. ὧν ἡ χώρα Κρικῖνος λέγεῖ ἀφωρισμένη τῷ Καυκάσῳ.

Cercii, Italiæ pop. Diodorus lib. 14.

Cercina, vel *Cercinna*, inſ. maris mediterranei cum urbe ejuſdem nominis ex adverſo Africæ ad promontorium min. Syrtis ſita. Plin. 5. 7. Inde *Cercinites* perparva inſula, Cercinæ ſuperiori Carthaginem verſus ponte juncta. Plin. ubi ſupra. Etymon ejus ſic explicat Bochartus. Inſulæ nomen, inquit, ab urbe factum, quam Pœni appellabant כרכין *Ceracin*, id eſt, φρυεία, ὀχυρώματα. Hinc Plinius *Cercina cum urbe ejuſdem nominis.* Et Strabo ἡ Κέρκινα ὁμώνυμον ἔχουσα ὁμώνυμον πόλιν. Et Diodorus. Ἐξῆς δὲ κεῖται Κέρκινα, ὡραῖς μὲν λιθίνοις νεωσοικίαις, πόλιν ἔχουσα σύμμετρον. In Strabone *Cercina* & *Menix* ſunt πάσαι τοῖς μεγέθεσι, *æquales magnitudine*, ſed in Plinio *Menix* longa eſt 35. m. p. lata 25. *Cercina* longa duntaxat 25. m. p. lata dimidium ejus ubi plurimum, ac in extremo non plus 5. m. p. Itaque Menix Cercinâ multo eſt amplior: At Cercina non minus ferax. Unde eſt quòd apud Polybium ſuorum agrorum depopulationem à Cn. Servilio Cercinates magno redimunt. Et apud Hirtium Salluſtius: *Prætor ab iiſdem receptus magno numero frumenti Cercinæ invento, naves onerarias, quarum ibi ſatis magna copia fuit, complet, atque in caſtra ad Cæſarem mittit.*

Cercopes pop. Pithecuſæ inſ. qui cum nullo flagitii genere abſtinerent, à Jove in ſimias mutati ſunt. Ovid. Met. 14.

Quippe Deûm genitor fraudem & perjuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſæ,
In deforme viros animal mutavit, ut iidem
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſque videri.

Cercopia, urbs Phrygiæ M. inter Lyliadem & Eucarpiam proximas urbes. *Arcobia* Caſtaldo.

Cercyræi, vel *Corcyræi*, à *Cercyra* vel *Corcyra* inſ. qui cum ſeditionibus agitarentur, ſolebant flagra ingentia geſtare, anſis eburneis ornata; ex quo adagium natum eſt *Cercyræa ſcutica*, ſive *Cercyræum flagrum*, de ſupervacaneo cultu apud Plut. in vit. 10. Rhet.

Cere. Vide *Cære.*

Ceredanum, *Cerene*, pag. agri Novarienſ. à Vercato ſupra 2. m. p.

Ceremiſſi, ſeu *Cremiſſi* pop. Moſcoviæ Orient. diſcreti in Cis-Volganos & Trans-Volganos, hique dicuntur *Nagornoy*, h. e. montuoſi, habitant in ſilvis, inter Novogardiam infer. & Caſanum.

Cereſſus, op. Hiſp. Tarrac. in Jaccetanis, ubi poſtea *Celſona* urbs in Catalonia prov.

Ceretaunum, caſtr. Siciliæ in valle Neetinâ ad radices Hyblæ prope op. Montem Rubeum 25. mill. à Leontinis in auſt. Long. 38. 48. Lat. 36. 25.

Ceretica, prov. Walliæ meridionalis, *Cardiganſhire*, juxta oram maris Hibernici, cum op. cogn. ad oſt. Tivii flu. 14. m. p. à Mariduno, & 17. à Menevia. Long. 115. 05. Lat. 52. 36.

Ceriada, Κεριάδη, vicus Atticæ reg. in Hippothoontide tribu. Steph.

Cerillum, Lucaniæ locus in Italiâ. Strabo lib. 6. Κηίλλας vocat, & πλησίον Λάου, h. e. *prope* flumen *Laum* eſſe ait. Silius *Carillas* (forte metri causâ η mutato in α) lib. 8.

Exhauſto mox Pæno marte Carillæ.

Cerinthus, Græciæ urbs maritima Hom. Iliad. 2. Item Eubœa inſ. op. Ptol. & Plin. 4. 12.

Cermorum, op. Macedoniæ. Plin. 4. 10.

Cerna vel *Cerne*, inſ. Æthiopici maris. Plin. 6. 31. Ptolemæi Menuthias eſſe videtur, quæ hodiè ab Hiſpanis *inſ. S. Laurentii* dicitur, ab incolis *Madagaſcar.*

Cerne, Atlantici maris inſ. contra Atlantem montem. Ptol. Hanc nonnulli *Maderam*, alii *Graciоſam* eſſe putant. Eſt etiam *Cerne* Lycophroni inſ. Oceani Autoram verſus, quam ejus Scholiaſtes Tzetzes olim Amphimetrium dictam ſubdit. Ratio nominis (ait Bochartus) non eſt obſcura. *Cerne* Phœnicibus erat חרנאה *Chernaa*, *poſtremum habitationis*, id eſt, *ultima habitatio*, plenè ſcriberetur חחרנאה *achernaa*, ab Arabico אחר *acher*, vel *achir* quod reſpondet Ebræo אחרון *acharon.* Sed prima radicalis ſæpe excidit. Nempè Phœnices ultra Cernen nullam deduxere Coloniam, ut vel ex Hannonis periplo conſtat. Quin & nonnulli ultra Cernen non crediderunt mare poſſe navigari. Scylax. Τῆς Κέρνης ἡ νῆσος τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ὁρᾶται πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάσσης, καὶ πηλοῦ, καὶ φυκῶν. Inde eſt quod πυμάτιν, h. e. *ultimam* appellarunt. Dionyſius.

Πυμάτης παρὰ τέρματα Κέρνης.

Ac ſi ad illam finis eſſet naturæ rerum, & nautarum meta ultima, tunc ſaltem cognita. Plin. 31. 6. *Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula, adverſa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente conſtat.*

Cernetani, qui Mariani cognominabantur, Italiæ pop. prope Caſinum, & Bovillas. Plin. 3. 5.

Cernetum, op. Latii inter Bovillas & Caſinum, pop. *Cernetani* Plinio.

Cerretani, pop. Hiſp. quorum reg. *Cerretania la Cerdanna* incolis. Pars erat antea Cataloniæ; ſed nunc ejus media pars ſubeſt Gallis; eſtque inter M. Pyrenæos, & flu. Sicoris fontes. Op. v. *Jugum Cerretanorum* eſt *Puicerda* intra montes in colle, 1 leuc. à Julia Libyca; eſtque caput Cerretaniæ. Al. autem eſt vicus *Torre de Cerdana*, in valle Carolina, verſus Pyrenæos, 2. leuc. à Jugo Cerretanorum in Bor. Sed Cerretania, quæ à Gallis *La Cerdagne* dicitur, eſt prov. inter Occitan. & Catalon. Jugum autem Cerretanorum diſtat 7 leuc. ab Urgella in ort. & 15. à Perpiniano in occ.

Cerſunum, op. in parte Bor. Corſicæ, ubi poſtea Nebbium, *Nebbio*, urbs ampla, quæ nunc diruta jacet, & ejus ruinæ nunc *Praſoli* dicuntur.

Cervaria, op. Gall. Narbon. nunc eſt vic. *Cervera* dict. juxta Pyrenæos M. in ora maris Mediterr. & ſinus Leonini in Catalonia, inter Caucoliberim in Bor. 2. leuc. & Rhodam in auſt. 3. leuc.

Cervaria, *Cervera*, op. fuit Oretanorum, nunc caſtr. Caſtellæ novæ intra montes in eo tractu qui vulgò *La Sierra* dicitur.

Cervia, urbs Italiæ in ora Romandiolæ, ſalinis ſuis celebres, ſed ægre habitata propter aeris inclementiam.

Cervini, *Cerviani*, pop. & op. Corſicæ mediterr. circa med. illius, licet alibi à Ptolemæo locentur.

Ceſata, Anton. *Ceſada* Ptol. *Hita* Varrerio, op. Hiſp. Tarracon. in Celtiberis, inter Cecontiam 9. & Guadalajaram 5. leuc.

Ceſcus, Pamphyliæ, ſeu ut Suidas vult, Ciliciæ urbs, Plin. 31. 2. *In Ciliciâ apud op. Creſcum*, (lege *Ceſcum*) *rivus fluit* Νῆς, *ex quo bibentium ſenſus ſubtiles fieri M. Varro tradit.* Mirum eſt quod hic legas νῆν, h. e. *mentem* hunc fluvium dici, quia ſenſus reddat ſubtiles, cum Suidæ dicitur Ἄνυς, quia reddat hebetes. Sic enim ille Κέσκῳ ἦν πόλις ἐν Κιλικίᾳ καὶ παρ' αὐτῷ ποταμὸς Ἄνυς ὄνομα, διόπερ οἱ ποιηταὶ παίζοντες, τὸν νῆν οὐκ ἔχοντας Κέσκον ἔχειν φασί. Metuo autem, ne ſciolus aliquis locum corruperit: quia cum videret dementes dici Κέσκον ἔχειν, planè ſibi perſuaſerit Ceſco non fuiſſe nomen νῆς ſed Ἄνυς. At cogitare debuerat Suidam dicere, ſic poetas loqui ludentes, h. e. per ironiam; vel hoc ſi diſplicet legendum Κέσκον οὐκ ἔχειν φασί. Quam opinionem firmant iſta Heſychii verba. Κέσκῳ πόταμος Κιλικίας, ὅθεν καὶ παροιμία γέγονε Πόλις Κέσκον οὐκ ἔχουσα. Εἰρηται δ' ὅτι τοῦς νῆν καὶ ἐχθροῦς. Nec aliud flumen, quam memoratum capio, cum ait idem Heſych. Νῆς, ψυχὴ, ποταμὸς καὶ ἡ μονάς, h. e. *Noys*, *anima*, *fluvius*, *unitas.* Etſi non ignorem & *Nilum* ab Ægyptiis eſſe vocatum Νῆν, atque hoc νέον ſignificare, ut eſt apud Phil. Ori interpretem lib. 1. quo loco agit de Nili aſcenſu & exundatione. Verum eſto, ut Heſych. hic. Nilum reſpexerit, ſaltem fluvio iſti Ciliciæ non fuiſſe nomen Ἄνυς, ſed Νῆς etiam indicant illa Euſtathii in Odyſ. α. Παυσανίας, γῆν φησὶν ὅτι Κέσκῳ λιμὼ ἅπαν ἡ ἀφόρησις ποταμὸς Νῆς καλούμενος. Quæ tamen verba hodiè fruſtra in Pauſaniâ quæras, ut videantur eſſe ex deperdito Aſiaticorum opere. Voſſius.

Ceſius mons, *Calenberg*, mons Germ. in Auſtria prov. Longiſſimus, à Danubio uſque ad Savum flu. excurrens per varias flexiones.

Ceſſero, vulgò *S. Tubery*, op. Occitaniæ infer. inter Agatham ad Auſt. & Piſcenas ad Bor. 2. leuc. ab utráque. Long. 24. 12. Lat. 42. 43.

Ceſtius, pons, unus ex urb. Romæ pontibus, qui teſte Marliano *Ponte di S. Bartolemæo* nominatur, in inſ. Lycaonia, quam Tiberis efficit.

Ceſtria, urbs Angliæ, vulgò *Cheſter*, in Com. Ceſtrenſi ad Deam

Deam flu. qui ibi portum præbet commodum. Unde Camdenum in *Cheſhire*. Long. 17. 08. Lat. 35. 55.

Ceſtria, op. Epiri prope Thianim flu. ad pedes montis Acroceraunii Cammania Stephano.

Ceſtrine, Chaonia olim ſic dicta. Heſych. Κεσεινικοὶ βόες οἱ ἐν Χαονίᾳ· ἡ γὰρ Χαονία πρότερον Κεσείνη προσηγορεύετο, ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἠπείρου διαφόρως ἔχουσα βῶς.

Ceſtrus, Pamphyliæ flu. Mela. 1. 14. *Duo validiſſimi fluvii, Ceſtros, & Catarractes.* Ubi *Ceſtrum* vulgò dictum putant, quia ſe præcipitat: Movit hoc nonnullos ut ibi *Oeſtrum*, pro *Ceſtro* reponerent, prorſus ineptè. Κέστρον plerique hunc amnem vocant. Fugit vero illos hoc vocabulum etiam *ſagittam*, & *jaculum* ſignificare potuiſſent hoc illos docere Grammatici, qui ἀκόντισμα interpretantur. Hinc κεστροφενδόνη apud Livium & Tacticos, & ξύλον κεστρωτὸν, pro ſude præuſtâ, quam φείκαυσον aliter appellant. Heſychius κεστρωτὸν ξύλον, βαρὺ ἔχον τὸ κέντρον, ὃν ἔχει ἡ σίδηρος ἐπὶ ἀκμῇ. Ἐπιθάσι δὲ οἱ βοτῆρες πυρῶν τὰ ἄκρα, ἢ αὐτῇ ξύλων, ἕνεκα τῆς πυροφαγίας, πυείκαυσον. Ita legendus iſte locus, quem perperam emendare conatur vir magnus in Solinianis. At verò longè aliter accipiendus hic Pomponii locus, cùm enim dicit, *hic quia præcipitat, ita dictus*, id non de Ceſtro ſed Catarracte intelligi debet. Voſſius.

Cetaria, *Scopello*, vicus Siciliæ in valle Mazaræ 4. mill. à Segeſtanorum emporio, 35. à Panormo in auſt. & 18. à Drepano.

Cethim, Hebr. כתים *Chittim*, Græci interpretes Κιτίεις reddunt, & Κιτιαίους, i.e. *Cyprios*, enim Joſepho credimus; quia in Cypro inſulâ *Citium* urbs eſt celeberrima, patria Zenonis Stoici, qui Κιτιεὺς inde appellatur. Addit idem omnes inſulas, & loca maritima pleraque Hebraicè vocari Χεθὶμ. Quo errore abductus Antiqu. 9. 2. *Regem inſularum* habet τὴν βασιλέα τῆς νήσου pro Ebræo את מלכי החתים 2 Reg. 7. 6. Ac ſi Chittim per *Cheth* iidem eſſent qui Chittim per *Caph*. Joſephum ſecuti Epiphanius in Hæreſi Manichæorum, & Hieronymus in Geneſim, & Euſtathius in Hexamero, & Victor presbyter in Jeremiam Cyprum itidem, vel Cyprios interpretantur. Alii Χίους *Chios* malunt, alii Ἰνδῶν ἔθνη, *Indorum gentes* apud Olympiodorum & Chryſoſtomum in Catenâ Græcorum patrum in Jeremiæ caput ſecundum. Multi Ciliciam præferunt, quorum pars non minima.

Cetis regio apud Ptol. & Baſilium Seleucienſem lib. 1. de vita S. Theclæ. Author primi libri Macchabæorum, haudquaquam contemnendus ſcriptor, putavit haud dubie *Chittim* eſſe Macedones. Quippe ſtatim initio lib. 1. narrat Alex. Macedonem egreſſum eſſe ἐκ τῆς γῆς χεττὶμ ex terra *Chetim*. Et cap. 8. verſ. 5. Perſeum illum Macedonem, de quo Romani triumpharunt, vocat Κιτιέων βασιλέα, *Citicorum regem*. Cui ſententiæ videtur non parum accedere roboris ex eo quod Eſaias 23. 1. *Tyriis excidium interminatus*, addit fore *ut reveletur*, i.e. *erumpat in illos hoc malum* מארץ כתים *à terra Chittim*, quod referunt ad Macedonas, qui Alex. duce Tyrum oppugnarunt, & devaſtarunt. Eodem facit quod ad *Cetthim* videtur alludere Macedoniæ vetus nomen *Macetia*, vel *Macetia*, unde pop. *Macetæ*. Heſychius Μακεττία, ἡ Μακεδονία. Bochartus tamen כתים *Chittim* Italos potius eſſe opinatur, primò quia cum Daniel Alexandrum nominet regem *Javan*, ſi dicatur idem rex *Chittim*, confunderentur *Javan* & *Chittim*, quæ manifeſtè diſtinxit Moſes. Secundo, quia in Balaami vaticinio, Num. 24. 24. *Naves* מיד כתים *à parte Chittim affligent Syrios, & Ebræos.* Ubi Hieronymus reddit *De Italiâ*. Rurſus Dan. 11. 29. 30. *De Chittæis* ea dicuntur, quæ meritò ad Romanos referunt fere quotquot ſunt interpretes, *Conſtituto*, inquit, *tempore*, *Antiochus rurſus invadit Auſtrum*, i. e. *Ægyptum*, *ſed poſterior primæ non erit ſimilis*: *ſupervenient enim naves Chittim & invitus regredietur.* Ubi naves *Chittim* haud dubiè ſunt naves Romanorum, Caio Popilio duce, quorum metu Antiochus re infecta diſceſſit. Itaque in vulgato interprete pro Chittim *Romanes* legas. Denique Ezech. 27. 6. Hebræa verba מאיי כתים *ex inſulis Chittim* Chaldæus reddit מסרנת אפוליא *è provinciâ Apuliæ*, & vulgatus interpres *ex inſulis Italia*. Tertiò quia Veſtigia hujus nominis reperiuntur in Italiâ, nam urbs Κήτα *Cetia* apud Halicarnaſſeum una fuit è ſeptem urbibus à Coriolano captis, quas in ejus vitâ Plutarchus teſtatur fuiſſe μεγάλας, καὶ πολυανθρώπους *magnas & populoſas*. Occurrit item Ἐχεττία *Echetia* Italiæ urbs apud Steph. eadem, ut videtur cum *Echetra* vel *Ecetra* in Volſcis clariſſimâ, & inter Æquos, ac Hernicos loco valdè commodo ſitâ, cujus poſt Dionyſium & Livium meminit idem Steph. Eſt item circa Cumas Κητὸς *Cetus* flu. in quo tradit Ariſtot. plantas ἀπαλιθοῦν. Unde *Cetum* colligas eum eſſe fluvium quem alii *Silarum* vocant. Nam de *Silaro* Campaniæ amne id ipſum referunt Strabo Plinius, Silius Italicus. Quartò quia non deſunt qui Romanos & Latinos aſſerunt è *Citiis* vel *Cetiis* traxiſſe originem, atque hanc illis fuiſſe priſcam appellationem. Euſebius Κίττοι, ὅς ἐ Λατῖνοι, ὁι καὶ Ῥωμαῖοι. Suidas in Λατῖνος, Τήλεφος ὑὸς Ἡρακλέους, ὁ ἐπικληθεὶς Λατῖνος μετονόμασε τοὺ πάλαι Κιττὸς λεγομένης νῦν Λατίνης. Idem habent Cedrenus, & Chronicon Alexandrinum, 5. Denique quia in ipsâ voce *Chittim* Latinorum nomen latet, ſaltem à *latendo* dici Latinum plerique conſentiunt, nam Arabicâ dialecto, quæ Hebrææ linguæ ramus eſt כתם *Chetema* eſt *abſcondere*, & כתום *Chetim occultus, latens*, quâ voce nihil frequentius.

Cetium, *Zeiſſelmur*, pag. Auſtriæ infer. ad Danub. flu. ubi recipit *Antzeſpach* amnem; vix 2. leuc. à Neoburgo in auſt. 4. à Vienna in occ.

Cetius, mons Germaniæ. Vide *Ceſius*. Oritur autem in Auſtria infer. prope Viennam, ac per Stiriam & Carinthiam protenditur.

Cetobriga, *Setuvalo* urbs Portugall. in Extremadurâ prov. ad oſt. flu. *Cadaon*, 6. leuc. ab Ulyſſipone in auſt. & 16. ab Eborâ in occ.

Cevanum, *Ceva*, op. Italiæ in Pedemontio ad Tanarum flu. verſus Apenninum M. & Ducatum Montisferrati.

Ceylanum, *Ceylan*, inſ. Indiæ citer. quæ antiquorum *Taprobanam* creditur. Ab Indis *Tenariſin* dicitur, i. e. *terra deliciarum*. Vide *Taprobana*.

Chablaſii, Arab. pop. Nabathæis proximi. Dionyſius. De nomine Bochartus Phaleg. 4. 10. Sabthæ ſuccedit *Chavila* Ptolemæo prorſus ignota, cæteris non item; quamvis nomine tam deformato, ut pene fugiat perſpicacidimos. Nam pro *Chavilæis* Eratoſthenes habet *Chaulothæos*, Dionyſius *Chablaſios*, Feſtus Avienus *Chaulaſios*, Priſcianus *Chalbaſios*, Plinius omnium optimè *Chaveleos* ſcripſerat, quod ſcribarum imperitia mutavit in *Chancleos*. Nimirum deducit ab Ebræo חוילא *Chavilah*. De ſitu, Eratoſthenes apud Strab. dicit Fel. Arabiæ ab Heroum urbe Babylonem uſque adjacere Nabathæos, *Chaulotæos* & Agræos. In Dionyſio iidem pop. à Libano ad mare Perſicum eodem ordine proponuntur, Nabatæi nimirum, & Chablaſii, & Agrees.

Chabor, vel *Chabora*, , fluvius & mons Meſopotamiæ hic *Giulap*, ille *Cupiſco*, hodiè Caſtaldo & Ortelio. Ptolemæo ὁ χαβώρας τὸ ὄρος, quem ponit inter Mediam & Aſſyriam, ubi tabulæ perperam habent *Choatras*.

Chabrius, flu. Macedoniæ, *Celabro* Moletio, *Chabria* Brietio. Oritur in Biſaltia reg. dein rigatis Amphaxiti & Paraxia regiunculis, & auctus aliquot flu. in flu. Thermaicum ſe exonerat ex adverſo Pydnæ.

Chadeni, ſeu *Cadeni*, Brietio, pop. Scandiæ erant in parte Boreali Norvegiæ, ubi nunc præfectura Vardhuſiana, prope promont. Boreale.

Chadiſia, ſeu *Chadiſta*, *Phadiſa* Mercatori, op. Paphlagoniæ, in confin. Cappadociæ, in ora Ponti Euxini, & ſinus Amaſeni, inter Amaſium ad occ. oſtia Iridis ad ort. 50. mill. à Themiſcyra in occ.

Chæronia, *Chæronea* Bœotiæ vicus, Plutarchi patria, Prius *Arne* dicebatur, teſtibus Pauſaniâ lib. 9. paulo ante finem, & qui amat non raro buculâ (quod aiunt) Pauſaniæ arare, Stephano Byzantio lib. 22. περὶ πόλεων. Utriuſque verba hæc ſunt. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ πόλις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Meminit ejus Homerus in Catalogo.

Ὅστε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον.

Itemque Lycophron.

Ἄρνης παλαιᾶς γέννα, Τεμμίκων πρόμοι.
Arnæ veteris propago, Temmicum duces.

Poſtea verò ſuum in eam nomen Chæron transfudit, teſte Stephano, Χαιρώνεια πόλις τῆς Βοιωτίας κέκλησθαι ἀπὸ Χαίρωνος. Quiſnam ille Chæron fuerat indicabit Pauſan. in Bœoticis, τὸ δὲ τὴν τοῖς Χαιρωνεῦσιν ὄνομα γενέσθαι (λέγουσιν) ἀπὸ Χαίρωνος, ὃν Ἀπόλλωνός φασιν εἶναι). Id ipſum tantum non conceptis verbis declarat ipſe Plutarchus in Περὶ πολυφαγίας, ubi etiam cauſam immutati nominis indicat: Ὥσπερ δ' ἐμοὶ πατρίδα πρὸς ζέφυρον ἀνέμου κυκλοῦντος, καὶ τὸν ἥλιον ἐφεσπέρου δείλης ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ δεχομένην, ὅτι τὰς ἀναλώσεις πρόφασιν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ Χαίρωνος, i. e. *Quomodo patriam meam vento, qui flat ab occaſu, prius obverſam, & Solis decumbentis radios veſperi ex Parnaſſo admittentem, in ortum à Chærone converſam ferunt.* Vult indubiè à Chærone, cui ſuam ſalubritatem debebat, poſtremo nomen obtinuiſſe. Falſus eſt igitur Apollodorus, dum ſcribit rerum Bœoticarum lib. 2. Chæronem hujus urbis conditorem extitiſſe. Λέγει δ' οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πολίσματος Χαιρώνα. Non fuit οἰκιστὴς Chæroneæ ſed potius ἀνοικιστὴς, ἢ διορθωτὴς, & quaſi ἀνορθωτὴς, ut Apollinis filium decuit. Ut ut ſit, certe Chæronea erat etiam ætate Plutarchi anguſta,

&

& civium paucitate ignobilis, quippe quæ vel unius abſentia imminutionem ſenſibilem, neque contemnendam patiebatur. Id quod ipſe lib. 5. βίον Φωκαϊκὸν clare manifeſtat, ἡμεῖς δὲ μικρὰν οἰκοῦντες πόλιν, καὶ ἵνα μὴ μικροῖς γένωμεν φιλοτιμούμενοι. Neque actis retro ſeculis major, aut illuſtrior fuit. Plut. in Cimone. Ἅτε δὴ καὶ τὴν πατρίδα τὴν αὑτοῦ μικρὰν καὶ πενίαν περιφερομένην, i. e. *Quippe patriæ noſtræ tenues id temporis* (ætate Luculli) *res erant; & ſuâ cùm inopiâ tum exilitate deſpicatui habebatur.* Neque ſub Auguſto fortunâ meliore uſam vel hinc diſce, quòd Chæronenſes ceu viliſſima mancipia omnes præfinitum tritici modium humeris deferre ad mare, etiam flagellis, quo citius maturarent vapulare juſſit ſub Actiacam pugnam M. Antonius. Duo vero præcipuè Chæroneæ nomen apud poſteros illuſtraverunt: unum par eximium philoſophorum Plutarchus, & Sextus ejus nepos: alterum inſigne prælium, quo Philippus Alex. pater, debellatis ad Chæroneam Athenienſibus, Bœotis, & Corinthiis in Græciæ dominum evaſit. Strabo lib. 9. Χαιρώνεια δ' ἐστὶν Ὀρχομενοῦ πλησίον, ὅπου Φίλιππος ὁ Ἀμύντου μεγάλῃ μάχῃ νικήσας, Ἀθηναίους τε καὶ Βοιωτοὺς, καὶ Κορινθίους, κατέσχε τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν. Sita fuit media ferè inter duos ſinus Maliacum & Corinthiacum, & ab utroque tricenis m. p. diſtabat, Heliconi & Parnaſſo quam proxima, dextro margini adſita Cephiſſi amnis, in occiduis, & extremis Bœotiæ limitibus. Id quod etiam Thucydides expreſsè teſtatur lib. 4. Ἔστι δὲ ἡ Χαιρώνεια ἔσχατον τῆς Βοιωτίας, πρὸς τῇ Φανοτίδι τῇ Φωκικῇ. Rualdus. Long. 48. 40. Lat. 30. 25.

Chætæ, pop. Scythiæ extra Imaum, inter Iſedonas & Maſſagetas, verſus Auracum M. & Chitacum lac. Aliis ſunt *Chitæ*, & *Gitæ*, erantque in eo tractu, ubi nunc pars Borealis Turcheſtaniæ.

Chalaſtra, urbs fuit Macedoniæ in Bottiæâ reg. prope ſin. Thermaicum ad occ. 20. mill. à Theſſalonicâ, & 90. circiter à Philippis in occ. Inde *Chalaſtricum vitrum* Plin. 31. 10. Hecatæo urbs eſt Thraciæ.

Chalcæa, Cariæ urbs. Strabo. Alia Libyæ Polyhiſtori, quem valde reprehendit Polybius, non civitatem eſſe ſcribens, ſed æraarias officinas. Alia Phœnicum, alia Lariſſææ. *Chalce* Thucydidi lib. 6. Theophraſtus eam *Chalcion* vocat, Theopompus *Chalcas* pluraliter. Steph. Chalce urbs Libyæ. Vide Bochart. De Phœn. Colon. lib. cap. 24.

Chalcedon, *Chalcedonia* Livio, urbs antiqua, ann. poſt Romam 148 condita, Archiepiſcopalis Bithyniæ in orâ ex adverſo Byzantii, minus milliario diſtans, Boſporo intercedente, *Cæcorum* urbs Plinio, Turcis *Calcitiu*, Rimio teſte. Marius Niger tradit interius reædificatum, & à Junioribus *Cacelina* nuncupari. *Scutari* ex eâ facit hodiè Alphon. Adrian. Petrus Gyllius prodit hodiè exiguum vicum eſſe, ſine mœnium veſtigiis. Steph. Hanc Megarenſes condidere, *Cæci* appellati, quod non potius oppoſitum litus elegere, in quo ſita eſt Conſtantinopolis optimo loco. Hic olim magna Synodus celebrata eſt, quæ inter octo numeratur, quibus Romana Eccleſia præcipuum honorem impertitur. Claud. de 4. Conſul. Honorii, *Boſporus adverſum patitur Chalcedona cerni.* Idem lib. 2. in Ruff.

Et Chalcedonias contra deſpectat arenas.

Long. 56 15. Lat. 43. 15.

Chalcedon, fluviolus qui in Propontidem effluit, unde urbs nomen ſumpſit, hodiè accolæ *Potamion* vocant. Thevetus ſcribit eum hodiè *Chalceduni* vocari.

Chalcis, Opidum Eubœæ, quæ & ipſa quondam ſic appellata, *ære primum ibi reperto*, ut Plin. obſervat. Avulſa eſt à Bœotiâ modico interfluente Euripo, de quo poſtea. De nomine Bochartus, Nec à fabulosâ Chalcide, Aſopi filia dicta videtur, nec à monte Chalcide, nec ab ære primum ibi reperto, quæ fama eſt valdè incerta; ſed à Phœnicio חלקין *Chalakin*, quaſi *diviſiones* dixeris: Quia putatur Eubœa continenti quondam hæſiſſe, & maris irrumpentis impetu eſſe abſciſſa, inter Eubœæ Chalcidem, & Aulidem Bœotiæ, quæ tam anguſto freto ab invicem diviſæ ſunt, ut intermedio ponte aliquando junctæ fuerint. Ephorus ubi de Bœotiâ. Τὸν Εὔριπον τέρπον τινα μέρος αὐτῆς πεποίηκεν ὁ Ἔφορος, ὅτου γεὺς ὢν, καὶ γεωγραφῶν συνεζυγμένῳ πρὸς αὐτὴν διαλέθῳ. *Eubœam Bœotiæ partem aliquo modo facit Euripus, qui ita anguſtus eſt, ut duorum jugerum ponte jungatur.* Strabo de eodem Euripo. Ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γεφύρα διπλεθρος· πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐν τῇ Χαλκίδι, ὁ δ' ἐν τῇ Βοιωτίας. *Illi duorum jugerum pons inſtratus eſt: turris autem utrinque extat, una à* Chalcide, *altera à Bœotiâ.* Plinius, *Eubœa & ipſa avulſa Bœotiæ tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur.* Quibus Procopius ita concinit lib. 4. de ædificiis Juſtiniani. *Eubœa in mari objecta eſt Græciæ, videtur autem olim abrupta eſſe; Quandoquidem prius unus erat terra, quæ poſt freto eſt diviſa: Maris undoſo fluxu hîc circa Chalcidem urbem continentem perrumpente & quod à terra dejectum eſt in inſulam rediente.* Ejus meminit Lucanus lib. 2.

Arctior Euboicâ quâ Chalcida verberat undâ.

Indè *Chalcidenſes* incolæ, qui malè audiebant, quod eſſent fœdi puerorum amantes. Unde *Chalcidiſſare* loco adagii habebatur. Heſychius χαλκιδίζειν, ἀπὸ τῆς κατ' Εὔβοιαν Χαλκίδος. Τίθεται δὲ καὶ ὅτι τοὺς παιδεραστοῦντων.. Inde etiam *Chalcidicus*; quod inde eſt, aut eo pertinet. Virg. Eclog. 10.

Ibo & Chalcidico, quæ ſunt mihi condita verſu
Carmina, paſtoris Sicula modulabor avenâ.

Ubi *Chalcidico verſu* deſignare videtur Euphorionis Chalcidenſis carmen, quod inſcripſit *Heſiodum*, ut Suidas auctor eſt. Idem Æn. 6.

Chalcidicâque levis tandem ſuperadſtitit arce.

Sed ibi *Cumæam arcem* intelligit, quod Cumas Campaniæ in Italiâ civitatem Chalcidenſes condiderint, unde in principio libri dixit; *Euboicis Cumarum allabitur oris.* Ubi Servium, ſi lubet, vide. *Sæviſſime eam æſtate candere* Columella. lib. 1. cap. 4. ſcribit. Suidas Χαλκὶς ὄνομα πόλεως Εὐβοίας, καὶ ἔθνος ἐξ οὗ. Quod habuit ex Homero. Il. ξ.

Ὀρνυθι λιγυῇ ἐικυίαι, ἣν τ' ἐν ὄρεσσι
Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ ἀνδρες δὲ Κύμινδιν.

Long. 49. 50. Lat. 39. 40.

Eſt & alia *Chalcis* agri Corinthii opidum. Tertia Ætoliæ, Acheloo fluvio irrigata. Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Eſt & *Chalcis* in Meſſapia Italiæ urbs. Sunt & aliæ à Stephano commemoratæ, quem ſis conſule. Item locus profundus, & cavus ad montem Atho. Steph. Item urbs Scythiæ, unde *Chalcitæ*, & regio *Chalcitis*. Item urbs Arab. Felicis Plin.

Chalcitis, inſ. è regione Chalcedonis ærifodinam habens. Gentile *Chalcites*. Steph. *Chalcitis* etiam Meſopotamiæ regiuncula. Ptol. & Indiæ intra Gangem regio, item Chalcitidis regionis promontorium. Denique inſ. contra fauces Rhyndaci amnis in Aſiâ. Plin. lib. 7. c. ult.

Chaldæa, Aſiæ maj. regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in quâ Babylon civitas magna. Populi *Chaldæi*. Hebraicè *Chaſdim*, i. e. *quaſi dæmones*, aut *quaſi deprædatores*, vel *quaſi mamillæ*, aut *quaſi agri*. Gloſſæ Philonis: Χαλδαῖοι, ὡς δαιμόνια. Putabat componi ex *Caph* notâ ſimilitudinis & *Scheddim*, i. e. *dæmones* à שדד *Schadad vaſtavit*. Hinc Hieron.. *De Chaldæis*, inquit, *nullus ambiget, quin dæmones ſonet.* Hos Arphaxad inſtituit (inquit Joſephus) & à ſe *Arphaxadeos* nominavit. *Cephenes* (teſte Stephano) prius dicti à *Cepheo* Andromedes patre. Hellanicus ſcribit hanc gentem mortuo jam Cepheo, relictâ eâ regione, alio in militiam abiiſſe: proinde regionem non amplius *Cepheniam* dictam ſed *Chaldaicam* à *Chaldæo* rege, qui (Dicæarcho teſte) quartus decimus à Nino fuit; & Babylone juxta Euphratem conditâ omnes Chaldæos in eam collegit. De his ita Strabo lib. 7. *Conſtat nunquam diligentius ſeveriuſque mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quam apud Chaldæos.* Præcipue vero eam aſtrologiæ partem tractarunt & invenerunt, quæ ex ſtellarum poſitu, qui in nativitate fuit, de cujuſque fortunâ pronunciat, unde & ipſa ars *Chaldaica*, & qui profiterentur *Chaldæi* appellati ſunt, licet de gente illâ haud eſſent. Cic. lib. 1. de Divin. *Principio Aſſyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cùm cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, trajectiones, motuſque ſtellarum obſervaverunt: quibus notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. Quâ in natione Chaldæi, non ex artis ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturnâ obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.* Cùm dicit, *non ex artis, ſed gentis vocabulo nominari*, non obſcurè ſignificat, *Chaldæorum* nomen dupliciter ſumi, ſemel cùm gentem notat, propriè puta; deinde cùm artem per figuram deſignat: ut in genere omnes *Chaldæi* dicerentur, qui Chaldæorum rationes ſecuti ex natali cujuſque die futura audent prædicere. Sic *Chaldæorum natalitia prædicta*, eodem libro; itemque *Chaldæorum promiſſa* dixit. *Multos* inquit, *promiſſis ſuis fefellerunt Chaldæi.* Idem 2. de Divin. *Quam multa huic ipſi Cæſari à Chaldæis dicta memini.* Aliquoties *Chaldæorum* vocabulum ita Tacitus quoque poſuit: Et cum Juvenalis Sat. 10. ſcribit.

Principis anguſta Caprearum in rupe ſedentis
Cum grege Chaldæo.——

Genethliacos iſtos intelligit. Loquitur enim de Tiberio, qui Thraſyllum Mathematicum comitem habuit, eique multum attendit. Cæterum de *Chaldæorum* ſtudiis, & ratione philoſophandi

ſophandi lege Diod. lib. 2. Inde *Chaldaicus*. Cic. de Divin. lib. 2. *Scylax Halicarnaſſæus familiaris Panætii, excellens in aſtrologiâ, idemque in regendâ ſuâ civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.* Idem ibidem, *Lucius quidam Tarutius Firmianus familiaris noſter, inprimis Chaldaicis rationibus edoctus.* Ubi per *Chaldaicas rationes*, γλωθλιακλὼ deſignat, quam & Χαλδαϊκλὼ Periegenes appellavit. Ita enim apud Schol. Apollonii, qui libros ejus περὶ τ Χαλδαϊκῆς τῆ μαθηματικῶν laudat, legendum eſſe, Janus Rutgerſius lib. 5. Var. lect. cap. 6. præclare ac eruditè obſervavit.

Chalne, vel *Chalane*, civitas quam ædificavit Aſſur. Gen. 10. De quâ ſic Boch. Phaleg. 1. 8. Una, inquit, è quatuor urbibus, quas in terra *Sinhar* condidit, Nimrod, *Chalne* dicitur, vel *Chalane*. Gen. 10. 10. Id eſt, *Cteſiphon* quæ ad Tigrim erat. Non ſatis autem ſcio, quibus machinis turrim Babylonicam eo tranſtulerint ex Babylone Græci interpretes, apud quos ita loquitur Eſ. 10. 9. οὐκ ἔλαβον τ χώραν τ ἐπάνω Βαβυλῶνο καὶ Χαλάνης, ἣ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη; In quem locum Baſilius Πύργον μὲν ἦν ἐκεῖνον λέγει τ ἀρχαῖον, ὃν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ Σενααὲρ ᾠκοδόμησε. Et Cyrillus. Χαλάνη ἣ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη φησὶ τ μὲν ἀρχαιότερον, κεῖται μὲν ἐν ἑκάτοις τόπον τινὰ τ ἑῴας μέρεσι, ἐπέκεινα ἢ τ Βαβυλωνίων χώρας τ καὶ γῆς. Hinc Gregorius Nazianzenus oratione 26. ὁ ἐν Χαλάνῃ πύργος, ὃς κλαῶς τὰς γλώσσας ἐμέεινε. Et Conſtantinus Manaſſes in hiſtoricâ Synopſi.

Οἰκοδομεῖν μὲν ἤρξαντο τ πύργον τ Χαλάνης.

Unde Euſt. in lib. 1. Iliad. Οἱ μέντοι τ ἡμετέρας θείας αὐλῆς μέσπας τὸν ἀνθρώπως ὁπλανθῆναι φασὶν ἀπὸ τῆς μεσιμβρίνοι διαμέσεως τ ὄπος ὃν ἔπαθον μετὰ τ τ Χαλάνης πύργον. Sed Hieronymus rectè monet 70. interpretes *addentes de ſuo regionem trans Babylonem interpretati ſunt & Chalanem, ubi ædificata eſt turris.* Mihi originem exquirenti tam depravatæ interpretationis, aliud nihil ſuccurrit, quam in illis verbis *Annon Chalno ſicut Carchemis?* Græcos ex כרכמיש *ſicut Charchemis* feciſſe כה כרנם יש *in eâ munitio fuit*; quod interpretati ſunt de turri Babylonicâ. כרכם Græcum χαράκωμα eſt; hujus plurale כרכומין pro Ebræo סצור legitur, Deut. 10. 20. in Jonathanis Paraphraſi. Alibi autem melius ſcribitur ברקום. Hujus autem variè ſcribitur כלנה *Chalne*, Gen. 10. & Amos 6. 2. כלנו *Chalno*, Eſ. 10. 9. כנה *Channe*, Ezech. 27. 23. Illam confert Amos Propheta cum magnis urbibus. *Tranſite*, inquit, *Chalnem & videte, & inde ite Hamath magnam & deſcendite in Gath Palæſtinorum, an ſint meliores regnis iſtis?* Vide Virum magnum in Phaleg. lib. 4. cap. 18.

Chalus, flu. Syriæ in quo viſuntur piſces magnitudine inſignes, ac miti manſuetoque ingenio. Eos, inquit Xenophon, deos arbitrabantur Syri nec injuria affici patiebantur, ſicut neque columbas. Rhod. 18. 34.

Chaluſus, Germ. fluvius Ptol. *Dravenna* nonnullis, circa Lubecam urbem, qui quidem in mare Balticum ſe exonerat. *Eider* Pirchaimero, Dithmarſiam ab Holſatiâ ſeparat.

Chalybes, pop. Ponto vicini ad Thermodontem flu. Homero *Alizones* appellati. Strabo lib. 12. Paphlagoniæ proximi, Straboni *Chaldæi* dicti. Hi optimò ferri genere olim celebrabantur, quod nudi effodiebant. Apollon. Argonaut. lib. 2.

——Μετὰ δ᾽ ἐυερώτεσσι ἐνὶ ῥῶν
Τρηχέϊλιν Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
Ἐργατίναι, τοί δ᾽ ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλουσιν.

Dionyſius Perieg. verſ. 768.

Τοῖς δ᾽ ἔπι καὶ Χάλυβες ευφελὲς καὶ ἀπύρεα γαῖαν
Ναίουσιν, μογεροῖ ἀεδαικότες ἔργα σιδήρου
Οἱ ῥα βαρυγδούποισιν ἐπ᾽ ἄκμοσιν ἐσκῶντες
Οὔποτε παύουσι καμάτου καὶ οἰζύος αἰνῆς.

Nempe Chalybes creduntur primi tractaſſe ferrariam. Ammianus lib. 22. *Chalybes per quos erutum & domitum eſt primitus ferrum.* Arrianus in Alexandro Χάλυβες πρῶτοι ἀνθρώπων σιδήρου ἔχουσι χρῆσιν ἐπ᾽ ἄκμοσιν ἐκῶντες. Puto illum reſpexiſſe, cum id ſcriberet, hos Callimachi verſus,

——Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος
Τεύδεν ἀντέλλον τι κακὸν φυτὸν οἳ μιν ἔρηναν.

Quos ita reddidit Catullus in *de coma Berenices*.

——*Chalybon omne genus pereat:*
Et qui principio ſub terrâ quærere venas
Inſtituit, & ferri frangere duritiem.

Virgil. 1. Georg.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum.

Val. Flaccus. Argon. 4.

Non ita ſit metuenda tibi ſæviſſima quanquam
Gens Chalybum duris patiens cui cultus in arvis,
Et tonat adſtrictâ ſemper domus ignea maſſâ.

Heſychius: Χάλυβοι, ἔθνος τ Σκυθίας, ὅπου σίδηρος γίνεται. Æſchylus in ἑπτὰ, &c. vocat ferrum Χάλυβον Σκυθῶν ἐπίτροπον. Vide Bocharti Phaleg. lib. 3. cap. 12.

Chalybon, quibuſdam eſt *Nauria*, op. Syriæ inter Marſyam flu. & Euphratem, 30. m. p. in occ. à Berrhoea, quæ nunc vulgò *Alepo* dicitur, & 4. m. p. à Chalcide, urbe. Poſtello v. eſt *Aleppo*. Inde *Chalybonium vinum*. Heſychius: Χαλυβώνιος οἶνος ἀπὸ τόπου τινὸς τ Συρίας. Athenæus lib. 1. Ὅτι ὁ Πρώτων βασιλεὺς τ Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπιεν, ὃν φησι Ποσειδώνιος ἐν Δαμασκῷ τ Συρίας γίνεσθαι, Πρώτων αὐτόθι καταφυσάντων τὰς ἀμπέλους.

Chalybs, flu. in Hiſpaniâ, in quo ferrum optimè temperatur, juxta quem Chalybas populos collocat Juſtinus lib. ult. hodiè *Cabe*, teſte Cluſio.

Chalybs, flu. ex radicibus Tauri montis ſcaturiens, qui Syros & Paphlagonas interluit, & in Euxinum mare evolvitur.

Chamavi, pop. fuere Germaniæ, verſus Cauchos minores, qui Cluverio, & al. teſtibus, habitabant ubi nunc pars Diœceſeos Monaſterienſ. & Paderbornienſ. & alii comitatus in vicinis prope Amiſiam flu. uti credit etiam Brietius.

Chamum, *Chamb*, urbs Germ. in Palatinatu ſup. ad amnem Nigrum, verſus confin. Bohemiæ. Diſtat 7. mill. à Ratiſbonâ, ſubeſtque duci Bavariæ.

Chananæa, vulgò *Terra Sancta*, cujus limites ſunt ad Orient. Jordanes flu. ad occid. Ægyptus & mare magnum, quod mediterraneum dicitur, ad merid. deſertum Arabiæ, ad aquil. M. Libanus. Pop. *Chananæi*, de quibus & eorum reg. Vide Boch. Phaleg. l. 4. c. 34. cujus tit. eſt *Chanaan*, itemque cap. 36. quod eſt *de Chananæorum finibus*. Chananæi autem Ebræis dicti ſtrictè ac peculiariter hi qui Sidonem & Tyrum, & quod adjacet oræ maritimæ, habitabant. *Chananæus habitans ad mare*, inquit Moſes, Num. 13. 30. Et diſertè Tyri cives Chananæos vocat Eſaias 23. 8. Rurſum Sidonii accenſentur Chananæis, Judic. 1. 31. Et Procopius ad Geneſin, Chananæos explicat Sidonios. Et Stephanus, Χνᾶ, ὅπως ἡ Φοινίκη καλεῖται, ubi Χνᾶ eſt כנע omiſſâ litera ע, quam ἀφωνογνῶ Hebræi fatentur. Sic & Philo Byblius ex Sanchoniathone apud Euſeb. lib. 1. Præp. cap. 10. Ἀδελφὸς γὰρ τῶ πρώτω μελονομαδέντος Φοινικός. Hi autem ſunt Φοίνικες itidem proprie dicti Straboni, Plinio, aliis. Et ut Φοίνικες Homero omnibuſque eum ſecutis celebrantur ex navigatu & mercatu; ita Salomoni, Eſaiæ, Oſeæ, Zachariæ Chananæi. Quid quod ubi Matthæi interpres dixerat Χαναναίαν, Marcus poſuit Συροφοίνισσαν. Et Syrus interpres dicto Matthæi loco διαλεκτικῶς dixit Punicam Syriæ. Nec aliter interpretandum Horatii illud

——*Et uterque Pœnus*
Serviet uni.

Syrophœnices ſcilicet & Libyphœnices.

Chane, flu. inter Albaniam, & Armeniam, à Cyro amne exceptus, mox cùm eſt factus navigabilis, in mare Caſpium erumpens. Strab. lib. 11.

Chaones, Epiri pop. à quibus *Chaonia* regio dicta. *Chaoniam* autem Helenus Priami filius à *Chaone* fratre, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidiſſe, nominavit, quaſi ad ſolatium fratris extincti. Fuit propriè montana pars Epiri, licet quandoque ſumatur pro totâ. Virg.

Chaoniamque omnem Trojano à Chaone dixit.

Ibi ſylva *Chaonia* columbis abundans. Virgil. Eclog. 9.

——*Carmina tantum*
Noſtra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

Prop. 1. Eleg. 9.

Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ.

Ovid. de Arte 2.

Quaſque colat turres Chaonis ales habet.

Quod autem in Epiri illo nemore columbæ dare reſponſa dicuntur, Servius ideo fingi putat, quia linguâ Theſſalâ Peliades & columbæ vaticinatrices vocantur. Hinc *victus Chaonius*, i. e. glandium cibus. Ceres apud Claud. 3. De Raptu.

Chaonio ſtatui gentes avertere victu.

Virg. Georg. 1.

Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſtâ.

Et lib. 2. *Chaoniique patris glandes*, i. e. Jovis Epirotici. Servius. Nam & Jupiter *Chaonius*. Val. Flac. lib. 1.

——*Dodonida quercum*
Chaoniique vides famulam Jovis.

Chaonia, Comagenæ urbs in Syriâ. Ptol.

Chaonitis, Aſſyriæ regiuncula. Strabo.

Charadrus, flu. Phocidis, Charadram urbem Lilææ proximam, alluens, & in Cephiſum influens, brevis decurſûs. Pauſan. cujus meminit Stat. Theb. 4.

Quæque pavet longâ ſpumantem valle Charadrum
Neris. Idem eodem lib. ——*Ingens*

——*Ingens*
Inachus, advolvenſque natantia ſaxa Charadrus.

Eſt & flu. Ciliciæ cum lacu cognom. cujus aqua mares gignere facit. Item op. ejuſdem Ciliciæ, in ora lit. 20. mill. ab Antiochia ad Tragum in ort. & 30. ab Anemurio prom. in occ. ex adverſo inſ. Cypri

Charax, op. Tauricæ Cherſoneſi, in ora auſtrali, inter Frontem Arietis prom. ad occ. & Laguram urb. ad ort. *Cacagioni* Mercatori *Giraconda* v. Nigro.

Charax alterum, quibuſdam *Camata*, nunc urbs Suſianæ Perſide inter Teredontem & Moſeum flu. ex adverſo Arabiæ, & ab ipſa reg. adjacens *Characene* dicta fuit.

Charchamis, al. *Charcumis*, & *Charmande* op. Arab. deſertæ in confin. Chaldææ prope montes Babylonios.

Charento, vulgò *Charenton*, burgus cultiſſimus cum ponte ad Matronam flu. apud Pariſios, 12. leuc. ſupra Lutetiam in ort.

Chariatum, *Cariati*, urbs parva Calabriæ citer. in regno Neapolit. & in orâ ſin. Tarentini. Dicitur & *Cariatum*.

Charidemum, promont. Hiſp. Tar. in Bæt. confin. ab Almeria 5. leuc. in ort. *Cabo de Gates* Floriano ab Achate ſaxo qui ibi reperitur. Portus quoque ejuſdem nominis ſequitur apud Florianum, qui eum hodie Porto Carbonero appellari ait. Vide Boch. De Ph. Col. lib. 1. cap. 34.

Charini, ſeu potius *Carini*, pop. fuere German. & pars Vindilorum. Horum mem. Plin. & Ptol. Habitabant inter Rugios, Sidinos, & Gythones, ubi nunc pars Borealis Marchiæ Brandeburgicæ.

Chariopolis, urbs Peloponneſi in Laconia, epiſc. ſub Arch. Spartano. *Cheropoli* Leunclavio.

Chariſpa, urbs Aſiæ & Bactrianæ regia, ad Overum flu. Caſtaldo. Vide *Zariaſpa*.

Chariſtus, flu. Colchorum, nunc Mengreliæ in mare Euxinum ſe exonerans, inter Æapolim ad Bor. & Phaſim ad merid. *Charion* Plinio dicitur. Hodie *Tamaſa*, teſte Nigro.

Charitni, pop. Germ. quorum reg. Ducat. Wirtemburgenſis, in quâ Stutgardia urbs primaria & Ducum ſedes; ac Tubinga gymnaſium celebre, ad Nicrum Suevîæ flu.

Charitum, i. e. Gratiarum, mons in Africa, ex quo Cinyphus flu. oritur.

Charonea, *orum*, regio eſt Aſiæ ad Meandrum flu. vicina Hierapoli, Characi, Magneſiæ, & Myunti, terram habet cavernoſam, putridam, & incendiis obnoxiam. Strabo, lib. 12.

Charonea porta, appellabatur una ex portis Athenienſis nomophylacii, per quam damnati ad ſupplicium ducebantur.

Charonea ſcrobs, locus Italiæ, Plinio 2. 23. memoratus, *Spiritus*, inquit, *lethales alibi, aut ſcrobibus emiſſi, aut ipſo loci ſitu mortiferi: alibi volucribus tantum, ut Soracte vicino urbi tractu; alibi præter hominem cæteris animantibus, nonnunquam & homini, ut in Sinueſſano agro, & Puteolano. Spiracula vocant, alii Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes.*

Charonium, antrum inter Tralles & Niſam, ubi ægroti ſolemnibus quibuſdam ſuperſtitionibus à morbis liberari credebantur. Strabo lib. 12.

Charta, Tyri urbs, ex quâ, ut quidam volunt, Dido egreſſa eſt, & ab ſe conditam urbem *Carthaginem* appellavit.

Charus, flu. Gall. *Lę Cher*, qui per Bituriges & Turones labens, in Ligerim ſe exonerat paulo infra Cæſarodunum. Dicitur etiam *Carus* & *Caris*.

Charybdis, gurges vorticoſus in freto Siculo, juxta litus Tauromenitanum, Scyllæ oppoſitus, contrariis fluctuum concurſibus in miram altitudinem aſſurgens, ſtatiſque temporum vicibus obvia quæque abſorbens, iterumque evomens. Virg. Æn. 3.

Dextrum Scylla latus, ſævum implacata Charybdis
Obſidet: atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat undâ.

Habuit ex Homero Odyſ. 12.

Τῷ δ' ὑπο δῖα Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ·
Τὴν μὲν γάρτ' ἀνίσσοντ' ἐπ' ἤματα, τὴν δ' ἀναῤῥιβδεῖν.

Ovid. Met.

Quid quod neſcio qui mediis concurrere in undis
Dicuntur montes, ratibuſque inimica Charybdis,
Nunc ſorbere fretum, nunc reddere, cinctaque ſævis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo.

Idem Ponticorum 4.

Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achæis,
Ter licet epotet, ter vomat illa fretum.

Idem Amorum. 2. 16.

Nec quas ſubmerſis ratibus ſaturata Charybdis.
Evomit & potas ore receptat aquas.

Silius Italicus Punicorum lib. 2.

Nos ratibus lacertis Scyllæa replevimus antra,
Claſſibus & refluo ſpectavimus æquore raptis,
Contorta è fundo revomentem tranſtra Charybdim.

Lucanus Pharſaliæ lib. 4.

Tauromenitanam vincunt fervore Charybdim.

Ubi lene *Tauromenitanum*. Licet enim à Tauromenio longe diſſita ſit è Charybdi, tamen ventus & fluctus eò illam ducunt. Sen. ep. 79. ubi de Charybdi: *Utrum uno tantum vento agantur in vortices, an omnis tempeſtas æquè mare illud contorqueat? & an verum ſit quicquid illo freti turbine arreptum eſt per multa millia trahi conditum, & circa Tauromenitanum litus emergere?* Servius: Nam ſorbet univerſa, quæ prehendit: & ſecundum Salluſtium, ea circa Tauromenitanum litus egerit. Strab. lib. 6. Demonſtratur ante Meſſanam profunditas quædam vaſta (Charybdis) in quam æſtus freti abducunt navigia contorta, & abſorptorum fragmenta devolvunt ad litus Tauromenitanum. Heſychius. Χάρυβδις, χάσμα θαλάσσης, ἢ καταιγίς. *Charybdis* Bocharto eſt *Chor-obdan*, hoc eſt, *foramen perditionis*; Nempe ut ait Seneca in Conſol. ad Marciam, cap. 17. *Hiatu magno profundoque ſorbet navigia.* Hinc Iſidor. 13. 8. *Charybdis dicta, quod gurgitibus occultis naves abſorbeat.* Inde laudandus Horatius qui meretricem rapaciſſimam, & voraciſſimam, atque avariſſimam, nominat *Charybdim.* Od. 27. lib. 1.

——*Ah miſer*
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer, meliore flamma!

Poetæ fabulantur Charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam, à Jove, cùm Herculis boves ſurripuiſſet, fulminatam & in voraginem hanc converſam. Cæterum Charybdin hanc fuiſſimè juxta, ac eruditiſſimè deſcribentem vide Cluver. Sicil. Ant. pag. 64. &c. *Charybdim* definit Etymologus Πᾶν τὸ εἰς χάσ & χῦ ὄλεθρον καταῖον. Et præter hanc quam diximus, aliam deſcribit circa Gades. Et Strabo lib. 6. Charybdin vocat Syriæ locum inter Apamæam, & Antiochiam, in quo Orontes abſorptus poſt XL ſtadia rurſus emergit.

Chaſſuarii, pop. fuere Germ. & pars Iſtævonum. Cluverius & alii credunt eos habitaſſe inter Amaſium & Viſurgim flu. ubi nunc Diœceſes Monaſterienſis & Oſnabrucenſis ex parte, erantque clientes Cheruſcorum & in eorum confinio.

Chatiganum, *Catigan*, urbs Indiæ extra Gangem, in regno Bengalæ & infra ipſam urbs cogn. ad Coſminum flu.

Chatracharta, urbs Bactrianæ ad Overum flu. *Chiartachar* Caſtaldo.

Chatramitis, regio juxta mare rubrum. Strabo lib. 15. Χαβαμὶς Dionyſio dicitur. Incolæ Artemidoro *Atramotitæ*. *Chatramotitæ* Stephano. *Chatramotæ* Uranio. *Chatrimmitæ* & *Chatrimmititæ* Ptolemæo. Nec ab his diverſi *Atramitæ*, vel *Adramitæ*, quamvis diſtinguunt Uranius, Plinius ac Ptolemæus. *Chatramitis* autem Hebraicè eſt *Hatzermaveth*, ſive *Hadramauth*, & eſt Arabiæ regio myrrhifera, & thurifera apud Ptol. à Climace monte pertingens uſque ad Sachalitas. Porro Hebræis ad verbum ſonat *atrium mortis*, ut & Arabibus *regionem mortis*. Rationem nominis innuit Arrianus in Periplo maris Erythræi his verbis. Μέλαχλείζει δ' ὁ λίβανος ἀπὸ δένδρων βασιλικῶν, καὶ ὅπου ἐπὶ πλεῖστα πωποῦνται. Ἐπίνοσοι δὲ δεινῶς οἱ τόποι, καὶ τοῖς μὲ ἄλλοις ἀπλέκτοι λοιμικοὶ, τοῖς δ' ἐργαζομένοις πάντοτε θανατώδεις. Hæc Bochartus, qui & aliam Etymologiam profert de ſerpentibus ibidem letiferis, quem, ſis conſule, Phaleg. pag. 116.

Chattenia, regio Gerrhæorum, aſpera alioqui, ſed vicis, & turribus inſtructa, prope mare Rubrum; Cives *Chatteni*.

Chauci, Plinio, & Tacito, *Cauchi* vel *Cauci*, Ptolemæo, & Straboni, Germ. pop. In majores & minores dividuntur. Minores ſunt *Friſii Græningenſes*; Majores *Luneburgenſes*, & *Bremenſes*, ad Hamburgum uſque. Hos *Chaycos* poeticè appellavit Claudianus de laudibus Stiliconis eo verſu.

Ut jam trans fluvium non indignante Chayco.

Chaunaria, extrema Libyæ interioris urbs Ptol. *Cabodenen* Caſtaldo. Promontorium etiam ad mare Atlanticum, *Capo di Non* Maſſæo, & Marianæ.

Chaurana, Scythiæ extra Imaum urbs Ptol.

Chaurina, Ariæ urbs Ptol.

Chaxumum, *Chaxumo*, urbs Africæ in Abyſſinia reg. in regno *Tigre*; à multis creditur *Auxuma* antiquorum.

Chazene, Satrapia juxta Euphratem Meſopotamiæ Stephanus ex Arriani Parthicon lib. 13.

Chebbon, civitas in tribu Judâ: Joſ. 15. Hebr. *Cabbon*.

Chelæ,

Chelæ, locus inter Apolloniam insulam & Sangarium flu. Arrianus. Est & locus circa Byzantium. *Scalas*, teste Pet. Gyllio. Item duo Africæ circa Carthaginem promontoria.

Chelidonia, Favonius ventus vocatur à die sexto ante Idus Febr. usque ad septimas Calend. Martias, eo quod his diebus hirundines primum conspici incipiant. Plin. 2. 47.

Chelidoniæ, insulæ contra Tauri promontorium pestiferæ navigantibus; duæ sunt, quarum una *Corydela*, altera *Menalippea* dicitur. Steph. Dionysius trium meminit vers. 506.

Τῶν ἢ μὲτ' ἀνλολίλων δὲ Χελιδόνιαι γεγάασι
Τρεῖς νῆσοι, μεγάλης Παλαρηδ῀ ἔνδοθεν ἀκτῆς.

Ptolemæus Χελιδονίας πετρίλας, Stephanus Χελιδονίας πέτρας vocat, Strabo Χελιδονιὰς, quasi dicas *Hirundininas*. Herodianus Grammaticus Χελιδονίας ὀξυτόνως vocat, quæ vox *nidos Hirundinios* notat. A scopulis igitur sic appellantur hæ insulæ, quibus se condunt per hyemem hirundines, aut quibus in æstate nidos conficiunt. Ad hoc facit Ovidii hoc distichon:

Cum glaciantur aquæ, scopulis se condit hirundo,
Verberat & gelidos garrula voce lacus.

De his Mela, 2. 7. *Quæ contra Tauri promontorium importunè navigantibus objacent, Chelidoniæ nominantur.* Vide sis, Eust. ad Dionys. locum; & Strab. lib. 14.

Chelidonium, promontorium Tauri montis in mare Pamphylium prominens. Plin. 5. 27.

Chelma, urbs Russiæ nigræ & cap. Palatinatus cogn. 10. leuc. à Lublino, 24. à Premislia, & 12. à Belsa in Bor.

Chelonates, sive *Chelonites*, Ptol. & Paus. *Castel Torneſe*, teste Sophiano, promont. cum op. Peloponnesi in orâ occiduâ Elidis, inter ostia Alphei & Penei flum. contra Cephelenen inf. Est & sinus Ptolemæo, inter promont. prædictum, & Ichthym promont. sequens ad austrum *Golf di castel Torneſe*.

Chelonites, insula in Rubro mari. Steph. Item promont. Elidis Ptol.

Chelonophagi, pop. sunt in Carmaniæ angulo, non aliâ quam testudinum carne vescentes, earumque testis casas suas tegentes. Vide Plin. 6. 25. Et Strab. lib. 16.

Chemnicium, *Kemnitz*, op. Germ. in Misnia, ad flu. cogn. in ditione Electoris Saxoniæ, 6. leuc. à Misna in aust. & 5. ab Altenburgo in ort.

Chemnis, Ægypti insula. De quâ Pomponius 1. 9. ubi de Ægypto. *Alia quoque in his terris mira sunt. In quodam lacu Chemnis insula, lucos, sylvasque & Apollinis grande sustinens templum, natat, & quocunque venti agunt, pellitur.* Sed ibi *Chemmis* legendum monet doctiss. Is. Vossius. Ita quoque insulam istam appellat Herodotus. Hecatæus eam *Chembin* vocat, in loco Stephani ita legendo. Ἐν Βυτοῖ τῷδὲ τὸ ἱερὸν τ῀ Λητῦς ὅτι νῆσο῀ Χέμβις ὄνομα ἐστὶ τῇ Ἀπόλλωνο῀. Ἔστι δ' ἡ νῆσο῀ μέλαφοιν, καὶ φανερὴ ὅτι τῇ ὑδατο῀ καὶ κινέεται. Ὁ νησιώτης Χεμμίτης, καὶ Χέμμιο῀. Alia est *Chemmis*, quæ in nomo Thebaico sita erat, quamque Πανὸς πόλιν interpretatur Diodorus Siculus. Meminerunt hujus tum alii, tum ipse quoque Herodotus. Plut. in lib. De Iside & Osir. perperam Χέννιν vocat. Stephanus ex authoritate Herodoti, & hanc quoque insulam esse inquit. Ἔστι καὶ Χέμμις πόλις μεγάλη νόμου τῆς Θηβαικῆς, ἐγγὺς τ῀ Νέας πόλιο῀, φησὶ δ' ὁ αὐτὸς, καὶ νῆσον εἶ) Χέμμιν ἐν αὐτῇ. Sed nusquam hoc Herodotus prodit. Itaque apud Stephanum legendum ἐν Βύσῳ, non ἐν αὐτῇ.

Chenoboscia, Ptol. Chenoboscium Anton. op. Ægypti infer. ad Nilum in ulter. ripâ, à Copto 40. m. p. in Bor.

Chepstovium, *Chepstow*, op. Walliæ in Com. Monumetensi, prope ostia Vagæ & æstuarium Sabrinæ, 8. m. p. à Monumetia in aust. Vide *Strigulia*.

Cherronesus, vel *Chersonesus*, op. Hispan. Tarrac. in orâ orientali regni Valentiæ in Catalauniæ confinio, *Peniscla*, vel *Peniscola* hodiè, Latinè etiam Peninsula dicta. Secunda, urbs Tauricæ, inter Parthenium, & Criumetopum. Ptol. *Cherso*, & *Kersoy* Nigro, & aliis. Tertia, urbs Cretæ litoralis, hodie *Chirroniso*. Quarta, *Chersonesus magna*, urbs Marmaricæ, in orâ litorali, apud Cyrenaicæ fines, *Raxiltin*, teste Marmolio. Quinta, *Chersonesus parva*, urbs Ægypti maritima Alexandriæ finitima, quæ *Bosire* Jo. Leoni nominatur; sed hæc potiùs Busiris veteribus esse videtur: utcunque sit, Chersonesus parva ab Alexandriâ in occid. recedit Marmaricam versus. Sexta, Syriæ civitas quæ aliàs *Apamea*. Vide Steph.

Cherronesus, vel *Chersonesus*, promont. Siciliæ geminum, unum inter Catanam & Syracusas, ubi nunc Augusta opidum, teste Fazello circa Megaram. Alterum apud Mylen op. *Capo di Milazzo* hodiè dictum.

Cherronesus, vel *Chersonesus*, Terra est in insulæ modum mari cincta, uno tantum, eoque angusto spacio continenti adjuncta; Latini peninsulam vocant. Quinque autem insignires memorantur *Cherroneſi*, quarum celeberrima Achaiæ adhærens, *Peloponneſia* dicitur. Secunda, quæ à vicina continente *Thracia* dicitur; cujus Isthmus ab occasu Melane sinu, ab ortu Propontide alluitur. Tertia Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, *Cimbrica* appellata est. Quarta inter Pontum Euxinum & Mæotidem paludem sita, à Tauris Scythiæ Europææ populis, *Taurica* appellata. Quinta, quam *Auream* cognominant, in Indiâ sita supra Gangem, ortum versus, juxta sinum, quem magnum vocat Ptolemæus, qui duas alias Chersonesos, in sinu Arabico videlicet, & Persico, constituit.

Cheruſci, pop. Germ. versus Visurgim flu. & Meliboccum, M. Cluverio teste. Habitabant ubi nunc Duc. Brunsvicens. & Luneburgens. Marchia antiqua, Diœcesis Halberstadiens. & Hildesheimens. & pars Magdeburgens. cum quadam parte Thuringiæ. Claudianus:

——Ingentes Albim liquere Cheruſci.

Idem de B. Getico:

——Immanſuetoſque Cheruſcos.

Chilonium, *Kiel*, urbs Daniæ in Duc. Holsatiæ. Duci paret, & portu gaudet satis commodo in recessu maris, ad ost. flu. Suentini ex Ploenensi palude elambentis. Ibi Ducatus Holsatiæ Comitia celebrari solent singulis annis; estque med. inter Lubecum & Flensburgum, 4. leuc. à Rensburgo in ort.

Chimæra, urbs Epiri, in Macedon. confin. intra M. Ceraunios, vulgò *La Cimæra*, vel *Chimærà*, apud oram litor. inter Aulonem ad Bor. & Corcyram ad merid. 30. m. p. episc. sub Arch. Naupactensi.

Chimæra, mons Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones habitant: in medio autem, ubi pascuis abundat, capræ; in radicibus autem serpentes. Hinc factus fabulæ locus, Chimæram monstrum esse, quod flammas evomat, caput & pectus leonis habens, ventrem capræ, & caudam draconis. Lucretius lib. 5.

Quî fieri potuit, triplici cum corpore ut una,
Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra,
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam?

Idem lib. 2.

Tum flammam tetro ſpirantes ore Chimæras.

Ovid. Met. 9.

Quoque Chimæra jugo mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat:

Et quoniam Bellerophon, Glauci fil. montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè Servius in illud Virgilii, Æn. 6.

Flammiſque armata Chimæra.

Ignem ejus accendi aquâ, extingui vero terrâ aut fœno Ctesias tradit. Plin. 2. 106. Finxerunt filiam fuisse Typhonis: Hesiodus ex Hydrâ natam affirmat, Theogon. vers. 319.

Ἡ ἢ Χίμαιραν ἔτικε, πνέουϛ᾽ ἀμαιμάκετον πῦρ,
Δεινὴν ϛ᾽ μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τ᾽.
Τῆϛ δ᾽ ἦν τρεῖϛ κεφαλαί. μία μὲν χαροπῖο λέοντο῀,
Ἡ ἢ Χιμαίρης, ἡ δ᾽ ὄφι῀ κρατερὸϛ δράκοντο῀·
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν ἢ δράκων, μέση δὲ Χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουϛα πυρὸϛ μῶ῀ αἰθομένοιο.

Τευσσάμο῀ appellatur ab Euripide in Ione. Et ab Horat. lib. 2. *Triformis.* Vix *illigatum te triformi*
Pegaſus expediet Chimæræ.

Idem lib. eodem. *Chimæræ ſpiritus igneæ.*

Et lib. 4. *Cecidit tremendæ*
Flamma Chimæræ.

Propertius 3. 4.

Nam te nec vaſti genuerunt æquora Ponti,
Nec flammam volvens ore Chimæra fero.

Hinc *Chimæreus* adj. Virg. in Cul.

Alma Chimæreo Xanthus perfuſa liquore.

Vide Bochartum de Phœn. colon. lib. 1. cap. 6. Et Cæsium in Cœlo Astronomico. Poet. pag. 219.

China. Vide *Sinæ.*

Chios, inf. maris Ægæi nongentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adjacens inter Samum & Lesbum, in quâ laudatissima nascitur mastiee. Hanc Ephorus prisco nomine *Æthaliam* appellavit, alii *Macrim* & *Pityusam* Plin. 5. 31. montem habet Pelinnæum, item templum Apollinis, qui inde *Chius* appellatur, & promontorium *Arviſium*, à quo *Arviſia vina*. Lucan. 8.

Quas Aſine Cautes, & quas Chios aſperat undas.

Unde adjectivum *Chius*. Tibullus lib. 2.

Nec mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, aut Chio ſolvite vincla cado.

Sunt qui quadrigeminam Chium esse putant, ut prima sit Chius insula, secunda Cariæ urbs sub monte Pelinnæo, tertia in Eubœâ, quarta in Chersoneso Rhodiorum juxta Triopium.

Steph. Chios hodiè *Scio* dicitur, Sophiano teſte. Turcæ *Saches* appellant. Benjamin *Hicha* eam nominat, ut ex maſticis hiſtoriâ, quam deſcribit, colligere licet. Porro *vinum Chium* laudat Horatius, 1. Serm. Sat. 10.

———*At ſermo linguâ concinnus utrâque*
Suavior, ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.

Et lib. 2. Sat. 3

Si poſitis intus Chii veteriſque Falerni
Mille cadis.———

Ficubus etiam nobilis olim Chios. Mart. 7. 31.

Et flavas medio vapore Chias. Et ejuſd. lib. epig. 25.

Infanti Melimela dato, fatuaſque mariſcas,
Nam mihi quæ novit pungere, Chia ſapit.

Pungere dixit, propter non ingratam aciditatem, quâ vini, ſaliſque ſaporem quodammodo refert. Unde in Xeniis epigr. 20. ſub lemmate *Chia Ficus*,

Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia mittit:
Ipſa merum ſecum portat & ipſa ſalem.

Calpurnius Ecl. 2.

Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias,
Caſtaneaſque nuces totidem.

De *terrâ Chiâ*, quæ Samiæ inſtar candet, inque medicaminibus locum habet, Dioſcorides lib. 5. cap. 101. & Plin. 35. 16. De nomine Bochartus. A ſerpente (inquit) tota inſula *Chia*, vel *Chios* dicta. (de ſerpente autem iſto plura alibi; vide *Pelinnæus*) Syris חויא *Chivia* ſerpentem ſonat, cujus [v] conſonum à Græcis eſt neceſſariò omiſſum, ut in Ἰάω ex יהוה *Javo*, Dei nomine tetragrammato. Serpentem autem à longævitate Syri fio vocant, quia ſenectutem quotannis exuere creditur. Hocque Apoll. 1. 2. καὶ ἔκδυσον δ' ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς ἀπολύει. Virg. Æneid. 2. De ſerpente.

Nunc poſitis novus exuviis, nitiduſque juventâ.

Stat. Theb. 4.

———*Liber ſenio & ſqualentibus annis*
Exutus, lætiſque minax interviret herbis.

Plin. 8. 27. *Anguis hyberno ſitu membrana corpori obducta, fæniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitiduſque vernat.* Theophyl. in cap. 10. Matth. ὁ ὄφις ὅταν πνὶ τῶν φειδοφυγόμων, καὶ διέρχόμενον, ἀπολύει τὸ παχαιὸν δέρμα. Sed hæc obiter. Dividitur in duas partes, nempe in Apanomeream ſeu ſuper. & Catomeream, ſeu infer. Tota fere montuoſa eſt. Urbs habet cogn. in ora Orient. ex adverſo Ioniæ, cum portu capaci & tuto, & arce munita. Suberat antea dominio Juſtinianorum Genuenſium, ex dono Andronici Palæologi Imp. C. P. Sed à Turcis occupata contra fidem an. 1565. ipſis etiamnum paret. Eam pluribus deſcripſit Tho. Porcaccius.

Choaſpes, vel *Choaſpis*, Medorum flu. ad fines Perſidis in Tigrim defluens; cujus aquæ tam ſunt ſuaves ut finitimi reges non aliâ aquâ ad potum utantur. Tibul. l. 4.

Nec quâ vel Nilus, vel regia lympha Choaſpis
Profluit.———

Item Auſonius in claris urbibus de Burdigalâ.

Hunc cuperes Rex Mede, tuis conjungere caſtris,
Flumina conſumpto cùm defecere meatu,
Hujus fontis aquas peregrinas ferre per urbes
Unum per cunctas ſolitus portare Choaſpem.

Herodotus lib. 1. Καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἄμα ἀγηὶ τῷ παρὰ Σῦσα ῥέοντι, τῷ μόνῳ πίνει βασιλεὺς, καὶ ἄλλου ὑδατος ποταμοῦ. Ideoque ea una ex omnibus aquis decocta, & in argenteos urceos, ſeu urnas condita, quacunque iter fecerunt, multis quadrigis vehebatur; quod ex Herodoto tradit Athenæus lib. 2. Solinus: *Choaſpes ita dulcis eſt, ut Perſici reges quamdiu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex eo pocula vendicarint: & cum eundum foret peregrè aquas ejus ſecum vectarint.* Ælianus Var. Hiſt. 12. 40. Τὰ δ' ἄλλα ἐφόδια ἕπεσθαι τῷ Ξέρξῃ πολυτελείας, καὶ ἁλαζονείας πεπληρωμένα, καὶ ἓν καὶ ὕδωρ ἠκολούθει τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου. Max. Tyrius, Serm. 43. de Diogene loquens: Ἥδιστον δὲ κρήνας παντὸς ὡς ὁ Καμβύσης Χοάσπην μόνον. Idem Serm. 44. Χορηγοῦσι δὲ καὶ οἱ ποταμοὶ τῷ βασιλέως ἡδυσαῖς, Παλλαλῦς χρυσὸν, Νεῖλος πυρὸν, Χοάσπης ὕδωρ. Ariſtides in puteum Æſculapii. Ἐγὼ δὲ ὅτε Κνίδιον, ὅτε Εὐρυμέδοντα, ὅτε Χοάσπην ὄσον βασιλεὺς ἔπινε, &c. Clem. Alex. l. 3. Pædagog. κάλλιστον ὕδωρ εἰς πόσιν τὸ Χοάσπιον ait. Euſtath. in Dionyſium, καὶ ἦν βασιλικὸν ὕδωρ τὸ Χοάσπιον. Plut. in lib. de exilio. Ἔστι δὲ Πρόσω βασιλέων καλαγελῶμεν, εἰ γε δὴ ἀληθὲς τὸ τὸ Χοάσπου μόνου ὕδωρ πίνοντες, ἄνυδρον αὐτοῖς ἅπαν ποιῆσαι δυνάμενοι. Plin. 31. 3. *Parthorum reges Choaſpe & Eulæo tantum bibunt, & ex* (aquæ ſc.) *quamvis in longinqua, comitantur illos.*

Choatræ, vide *Coatræ*.

Choatræi, mons Aſiæ, Plin. *Cabuſce* Caſtaldo.

Chobar, vel *Chebar*, flu. in terrâ Chaldæorum, de quo Ptol. & Strabo, ubi Ezechiel viſionem vidit. Ezech. 1.

Chœrades, & *Pharon*, inſulas in Alexandria Ægypti appellatas, ſciunt omnes, inquit Hermolaus in Plin. Sunt etiam *Chœrades*, inſulæ Italicæ Thucydidi lib. 7. in mari Ionio, juxta Iapygium promontorium. Item inſulæ, ſive petræ Ponti Euxini, juxta Helleſpontum, eædem cum Cyaneis, ut quidam volunt, Theocr. Idyll. 13.

Ἀφ' ἃ τότε Χοιράδες ἔσαν.

Theognis, verſ. 576.

Ὥστε κυβερνήτης Χοιράδας εἰναλίας.

Schol. Euripidis χοιράδα nominari dicit πᾶσαν πέτραν ὀξέχουσαν, καὶ ἀεικλυζομένην θαλάσσῃ, ἀπήλαιον ἔχουσαν.

Chœrades, nominari ab Apollonio *Baleares*, annotavit Garbelius. Sunt & *Cœrades* ſcopuli ante Eubœam juxta Caphareum promont. apud quos Caſſandrâ virgine violatâ Ajacem naufragium feciſſe, narrant fabulæ. *Chœrades* etiam ſunt ſcopuli ad fretum Gaditanum, teſte Strabone, qui nomen etiamnum retinere videntur, ab accolis enim *los Puercos* hodiè vocantur.

Chone, urbs Oenotrorum. Strabo lib. 7. regionem appellat *Chonen*: incolæ *Chones*, & *Chonii*, ita dicti ab Hercule in Italiam adventante, quem Ægyptii *Chonem* vocant. Sane *Chonen* Italiam olim dictum fuiſſe innuit Heſychius. Χώνλω δ' Ἰταλίαν, ὅπως πάλαι ἔλεγον. *Chonas* vero ab Oenotris alienos facit Geographus lib. 6. Χῶνες, inquit, καὶ Οἰνωτροὶ τοὺς τόπους ἐνέμοντο. Ariſtot. vero Polit. 7. 10. eoſdem facit. Ἡ δὲ οἱ Χῶνες Οἰνωτροὶ τὸ γένος. Quin & Strabo ipſe paulo poſt *Chonas* Οἰνωτικὸν ἔθνος vocat.

Chonia, urbs M. Græciæ in Calabria, *Chones* Straboni. Hodie *Belcaſtro* quibuſdam. Al. autem credunt Bellicaſtrum eſſe Peteliam antiquorum in Brutiis, aut ex ejus ruinis creviſſe. 12. mill. diſtat à Taberna in ort. tot. ab Umbriatico, & 20. à Scyllacio.

Choraſmi, pop. Aſiæ ad utramque Oxi flu. ripam incolentes, in Sogdianæ & Bactrianæ confin. querum regio hodiè *Coraſſan* in tab. recent. nominatur: *Choraſmii* Plinio, *Choraſmuſini* Straboni lib. 11. Dionyſ. ver. 746.

Τοῖς δ' ὀπὶ (Maſſagetis ſc.) πρὸς βορέλω Χωρασμιοι οἷς ἔπι γαῖα Σογδιὰς, ἧς διὰ μέσσον ἐλίσσεται ἱερὸς Ὠξος.

Chremetes, Libyæ flu. maximus. Ariſtot. in Meteor. Heſychius. Χρεμετὴς ὄνομα ποταμοῦ. Nonnus Dionyſ. lib. 13. verſ. 374. Ὅστε ῥόον Χρεμέταο, καὶ οἱ πρὸς Κίνυφος ὕδωρ. Fluvius *Chremetis* punicè dicebatur נהר חרמאת *naar Cheremat*, i. e. *fluvius vinearum*. Confirmatur id ex Scylace, qui eos ipſos Æthiopas, qui prope Cernen degunt, nempe ad amnem quem diximus, vinum aſſerit è vineis plurimum conficere. Verba ſunt Οἶνον δὲ πιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων. Bochart.

Chryſas, flu. Siciliæ, qui per Aſſorinorum agros fluit; & apud illos habebatur Deus, religioneque maxima cultus fuit. Fanum ejus fuit in agro propter ipſam viam qua Aſſoro itur Ennam. Cicero Verrinâ 4.

Chryſe, Sinus Eoi maris, Ptol. Item inſ. ejuſdem ſinûs ac ejuſdem nominis, cujus Stephanus & Capella meminere. *Japan* ſive *Giapan* eſſe putatur. Steph. Ἔστι καὶ ἄλλη νῆσος Ὠκεανῖτις, ἣν ἔνιοι καλοῦσι Διονύσου διὰ τὸ χρυσοῦ ἔχειν μέταλλα, Non autem hanc rationem iſtius nominis adfert Dionyſius, ſed quod ibi ſol purius luceat, verſ. 589.

———Ἔνθα καὶ αὐτὴ
Ἀντολίῃ κἀθαρσίῃ φαείνῃ ἠελίοιο.

Plinius tamen cum Stephano conſentit lib. 6. cap. 21. *Extra oſtium Indi*, inquit, *Chryſe & Argyre, fertiles metallis, ut credo.* Autor Peripli inſulam Chryſen in Oceano Orientali planè collocat, ſub ipſum ſolis ortum, contra flu. Gangem, ultimamque eſſe ait orbis partium, quæ ad orientem ſitæ ſunt. Κατ' αὐτὸν δὲ τὸν ποταμὸν νῆσός ἐστιν Ὠκεανῖτις ἐγγὺς μὲν πρὸς ἀντολίλιν μερῶν τῆς οἰκουμένης ὑπ' αὐτὸν ἀνέχουσα ἥλιον κομιδῇ Χρυσῆν, χαλκώλιν ἔχουσα πάντων μᾶλλον τῆς γῆς τὸν Ἐρυθρὸν τόπον οἰκίσλιν. Sic eum locum repurgavit Claud. Salmaſius in Plinianis Exercit. Et inde eruit hanc inſulam quæ, ut ipſe ait, hactenus ſub his verborum mendis delituit, ſcilicet, ὑπ' αὐτὸν ἀνέχουσα ἥλιον κλιμομένη χρυσῆν ἔχουσα χαλκῶλιν; Ubi de aureâ teſtudine nugas eſſe affirmat.

Chryſonoſum, Daretidis regionis in Macedoniâ opidum. Polyb. Vide Gronovii diſſert. Epiſtol. p. 34.

Chryſopolis, Stephano urbs prope Chalcedonem in Bithynia, per Boſporum naviganti ad dextram: dicta, quòd Perſæ illic colligerent aurum ex tributo aliarum civitatum, vel à *Chryſo*, Chryſeidis & Agamemnonis filio. Plin. 5. ult.

Chryſopolis, Ptol. Xen. Suidæ, & Stephano, *Bos* Polybio, *Damalis* Arriano, promont. Aſiæ, poſitum è regione promontorii Byzantium continentis, ut illud ex Georg. Cedreno deſcribit Petr. Gyllius, quod *Scutari* hâc tempeſtate appellatur. Polybio tamen l. 4. *Bos* & *Damalis* duo diverſa ſunt loca.

Chryſorrhoæ, pop. dicti, quòd apud eos, ut inquit Strab. auriferi torrentes ſint. Unde fabulis occaſio de vellere aurei apud Colchos aureo.

Chryſorrhoas,

Chryſorrhoas, Syriæ flu. per Damaſcum & ejus agrum fluens, *Pharpar* Ebræis, *Adegele*, teſte Bellonio. Sic & Pactolus à veteribus dictus ob arenas, quas defert, aureas. Sunt alii duo hujus nominis, unus in Bithyniâ, alter in Themiſcyrâ regione.

Cia, vulgò *Zea*, inſula ſub Eubœâ, non procul ab Atticâ, quæ à Plinio, & Strabone *Ceos*, & *Cea*, appellatur, pop. *Cii*, qui à laſciviis, & voluptatibus alieni fuiſſe perhibentur, cum apud eos, nec meretrices, nec tibicines eſſent. Contra *Chii* malè tanquam effœminati audiebant. Unde adagium apud Athen. lib. 13. *Non Chius, ſed Cius*, de rebus valdè diſcrepantibus.

Ciabrus, vel *Ciambrus*, Daciæ flu. Ptol. *Morava* Mercatori. *Sucora* Ortelio, qui malè eum in Hungariâ reponit, irquit Ferrarius, cui Myſiæ ſup. flu. eſt, eum ab inferiori dividens. Aliquando *Ciambus* dicitur.

Ciana, Ζεy, flu. Germ. ſuper. in Rhenum apud Moguntiam fluens.

Cibalis, quibuſdam eſt *Palyna*, urbs Hungar. ad Bozmethatti amnem, prope Almum M. in Valkonenſi Com. inter Murſam min. ad Bor. & Sirmium ad auſt. Al. autem, & forſan melius, eſt *Walma*, op. ſeu vic. *Siabou*, in viciniis ad amnem Bichium, in Raſciâ reg. Hungariæ, 1. leuc. à Savo flu. in Bor. & paulo amplius ab Archio, inter Poſegam ad occ. & Sirmium ad ort. Long. 42. 12. Lat. 45. 5c.

Cibinium, Hermanſtadt, caput eſt Tranſylvaniæ, urbs max. & perelegans, egregia, munita & potens, juxta amnem cogn. 15. leuc. à Claudiopoli in ort. verſus confin. Walachiæ. In eâ ſæpe commoratur Princeps Tranſylvaniæ. Long. 47. 58. Lat. 46. 52.

Cibyra, urbs Aſiæ min. in Phrygia M. teſte Ptolemæo; aut in Cariâ, ut Plinio placet, in confin. Lyciæ intra montes med. inter Alabandam ad occ. & Antiochiam Piſidiæ ad ort. prope fontes Xanthi flu. Long. 60. 10. Lat. 38. 36. Alia urbs fuit ejuſdem nom. in Cilicia Aſperâ, verſus Pamphyliam, vix 10. mill. ab ora maris Cilicii.

Ciceſtria, urbs Angl. in Com. Suſſexiæ, verſus auſt. 40. m. p. à Londino in merid. 15. ab inſ. Vecti, & 18. à Wintonia. Urbs eſt epiſc. ſub Arch. Cant. ſedetque juxta amnem *Lavant*, 4. mill. ab ora maris Britannici, & totidem à confin. Hantoniæ Com. Long. 19. 55. Lat. 50. 50.

Cicones, pop. Thraciæ juxta Hebrum, quos Ulyſſes poſt dirutam Trojam ventis eo adactus debellavit, eorumque urbem Ismarum diripuit, paucis ex ſociis amiſſis. Ovidius Met. 15. mira quædam de fluvio eorum prodit.

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

Plin. 2. 103. *In Piceno, lacu Velino, & in flumine Ciconum lignum dejectum lapideo cortice obducitur.* Apud eos Orpheus obſcœni concubitûs inventor à Bacchis dicitur laceratus. Virg. 4. Georg.

——*Spretâ Ciconum quo munere matres*
Diſcerptum latè juvenem ſparſere per agros.

Quod autem ait Orpheum obſcœni concubitûs autorem fuiſſe, παιδερασίαν intelligit Ovid. Met. 10.

Ille etiam Thracum populis fuit autor amorem
In teneros transferre mares.

Ciconium, promont. juxta Boſporum, Petro Gyllio, qui hodiè *Cornio* hoc appellari ait.

Cicynethus, Macedoniæ inſula. Plin. hodie *Pontico*. De nomine Bochartus; Eſt in orâ Magneſiæ (inquit) *Pagaſæus*, vel *Pagaſicus* vel *Pagaſeticus ſinus* (Ptolemæo *Pelaſgicus*) in quo inſula *Cicynethus*. Strabo lib. 9. ubi *de ſinu Pagaſetico*, ἐν ᾧ τῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι τὴ Κικύνθου νῆσον, ἢ πολίχνην ὁμώνυμον. Scylax. ἐν ᾧ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ὀτὶ νῆσος Κικύνθος ἢ πόλις. Mela 2. 7. *Pagaſæus ſinus Sciathon proſpicit, Cicynethum amplectitur.* Plin. 4. 12. *Pagaſicus ſinus ante ſe habet Eutychiam, Cicynethum*, &c. Quia ex eo ſinu Argonautæ profecti ſunt urbem Pagaſas, quæ nomen ſinui dedit; plerique dici volunt ἀπὸ τῦ ὀκεῖ πεπῆχθαι τὴ Ἀργώ. Οἱ δ' πθανώτερον ὀνῆσθαι τὄνομα τῷ τόπῳ τεθῆναι τῦτο ἀπὸ τ πηγῶν αἱ πολλαί τε ἢ δαψιλεῖς ῥέυσι. At (ex ſententiâ Straboni) *probabilius alii ſtatuunt loco nomen eſſe à fontibus* (Doricè παγαῖς) qui frequentes ibi largique fluunt. Scepſius etiam apud Apollonii Scholiaſten lib. 1. Pagaſas dici aſſerit ἀπὸ τῦ παγαῖς ἀειῤῥέειν τὰς τόπυς. Hæc ideo notanda duxi, quia mihi videtur ex iis poſſe colligi *Cicynethus* unde dicatur. Nempe quam urbem Græci *Pagaſas* ab ubertate fontium, eandem ſua linguâ Phœnices עינות *ainòth*, aut *enoth*, i. e. *fontes*, appellarunt, & ſinum Pagaſæum חיק עינות *Chek-ainoth*, i. e. *ſinum fontium*, & inſulam in medio ſinu, inſulam *Cheek-ainoth*, quod Græci mutarunt in *Cicynethum*.

Cilbianum, urbs Aſiæ ad Cayſtrum flu. in Lydiâ, quæ & *Valentinianopolis* in Lib. Concil. appellatur. Pop. *Cilbiani*, Plinio, & *campus Cilbianus* apud Tmolum montem. *Cilbiani* quoque *agri* apud Epheſum.

Cilicia, regio Aſiæ notiſſima, inter Pamphyliam ad occid. Syriam ad ort. ac inter Taurum mont. ad Bor. à Cappadocia ſeparantem, & pelagus Cilicium ad Merid. contenta. *Caraman* & *Caramania* vulgò, non *Turcomania*, ut ſcribit Ortelius. Cilicia croco maximè abundat. Lucret. lib. 2.

Et cum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt.

Ovid. in Ibin:

Nam neque quot flores Siculâ naſcuntur in Hyblâ,
Quotve ferat dicam terra Ciliſſa crocos.

Propert. 4. 6. *Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa comas.*

Plin. 21. 6. *Prima nobilitas eſt in croco Cilicio in Coryce monte*, &c. Stat. 4. Sylvarum.

——*Tu largus Eoa*
Germina, tu meſſes Cilicumque Arabumque ſuperbis
Merge rogis.——

Hujus incolæ dicti ſunt, *Cilices*, quos piraticam exercentes Pompeius devicit, victoſque in deditionem accepit, eorumque poſtea fideli operâ uſus eſt in bellis navalibus adverſus Cæſarem. Lucanus lib. 3.

Itque Cilix juſta non jam pirata carinâ.

Λόγος δὲ παλαιὸς (inquit quidam) μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τὰς Κίλικας. Hinc illud:

Κρῆτες, Καππάδοκες, Κίλικες τείχα κόπτα κάκιστα.

Heſychius: Ἐγκιλικίζεσθαι, κακοηθεύεσθαι, κακοποιεῖν. Διεβέβλητο γὰρ ὑπὸ πονηρίας οἱ Κίλικες. *Chalab*, Ciliciam ab Ebræis nominari auctor eſt Arias Montanus. Incolas ejus prius *Achæos* appellatos ſcribit ex Herodoto Stephanus. Strabo lib. 14. Ciliciam dividit in *Campeſtrem* & *Tracheam*, id eſt, *aſperam*. Nomen ejus quod attinet, videtur id primo & præcipue à Phœnicibus inditum Ciliciæ aſperæ parti; neque enim à *fabuloſo Cilice* nomen ſumptum, ſed à חלקים *Challekim* vel *Challukim*, i. e. *lapidibus*, quia lapidoſa regio eſt. Sil. lib. 13.

Hinc Cilicis Tauri ſaxeſa cacumina vitet.

Nonnus Dionyſ. lib. 34.

Αὐχένα πυρήνεσσα Κίλιξ δονμώσαλο Ταύρυ.

Fuit olim opulentiſſima Populi Romani provincia, & Cicerone proconſule memorabilis. Solinus author eſt adeo quondam potentem fuiſſe, ut ad Peluſium uſque procurrerit, Lydis, Medis, Armeniis, Pamphyliâ & Cappadociâ ſub imperio conſtitutis. Κιλίκιοι τραγηνοὶ dicebantur homines hirſuti, & pilis obſiti; unde Propertius 1. 7.

Frigidus intonſos Taurus arat Cilicas.

Vide Heſychium. Hinc

Cilicium, veſtis genus ex hircorum ſive caprarum pilis contextum, quæ tonſura quod primùm in Cilicia inſtituta, facta inde appellatio eſt, ut Varro auctor eſt lib. 2. de R. R. in fine. Uſus eorum potiſſimum in caſtris, item in navibus. Quo illud Virgilii pertinet Georg. 3.

Nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, ſetaſque comantes
Uſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.

Aſconius in 3. Verrin. *Cilicia, texta* in *caſtrorum uſum, atque nautarum*. Porro lugentium & pœnitentium veſtes apud Ebræos, quos 70. interpp. σάκκους appellant, vetus Interpres Latinus ſæpe *Cilicia* interpretatur: neque enim dubium eſt, hirtas & ex pilis contextas fuiſſe; talia autem *Cilicia*, vel *Cilicina* appellabantur: quare & δέρρεις τείχας Exodi 26. idem interpres *ſaga Cilicina*; & σάκκον Apocalyp. cap. 6. *Saccum Cilicium* vertit. Qui locus id quoque indicat, nigros fuiſſe hos ſaccos, ſive *Cilicia*. Et vero hic color mœſtos plangenteſque maxime decet. Prudentius Hymno jejunantium de Ninevitico juſtitio agens:

Squalent recinctâ veſte pullati patres,
Setaſque plangens turba ſumit texiles,
Impexa villis virgo beſtialibus.

Alcimus Avitus cum idem argumentum tractat, lib. 4.

Mollibus abjectis, Cilicum dant tegmina ſetæ.

Id eſt, *ciliciis* induuntur. Cæterum *ſacci* à formâ (anguſti enim & minime fluctuantes erant) *Cilicia* à materiâ, pilis viz. caprarum, dicebantur. Quare *tunica ſaccea*, ſive *ſaccinea*, & *tunica Cilicia* de eâdem B. Hieronymo dicitur in vitâ Hilarionis ſub finem; tali enim ille ſanctus uſus fuerat. Et ita ferme ſolebant veſtiri, qui planè renunciaſſent ſeculo, propoſitumque ſeverius ſequerentur, qui & *Aſcetæ* & *Monachi* appellati, quibus maximè conveniebat hæc veſtis: *cum monachus non doctoris ſed plangentis officium habeat; qui ſe, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præſtoletur adventum*; ut idem Hieronymus alibi ſcribit. Paulinus Nolanus in obitum Celſi verſ. 451.

Si modo lugentem gravis hirto tegmine ſaccus
Caprigenum ſetis dum teget, & ſtimulet.

Ubi & *ſaccum* & *ſetas*, ſive pilos caprinos habes, ex quibus Cilicia contexta erant. Quanquam *Ciliciorum* nomine omnes hirtas veſtes comprehendi exiſtimem, licet de aliis etiam, quam caprinis pilis contextæ eſſent; ut Camelorum, qualis Joannis Baptiſtæ fuit, item diſcipulorum B. Martini; de quibus Severus Sulpitius in vitâ ejus cap. 7. *Plerique camelorum ſetis veſtiebantur; mollior ibi habitus pro crimine erat.* Utebantur autem Aſcetæ hirtis ejuſmodi veſtibus, atque in iis cubabant etiam, ut coercerent carnem, & ad Orationes vigilantiores eſſent. Paulinus de Jo. Baptiſtâ.

Veſtis erat curvi ſetis contexta cameli,
Contra luxuriam molles duraret ut artus,
Arceretque graves compuncto corpore ſomnos.

Sed hæc obiter. E diverticulo jam in viam redeamus.

Urbes Ciliciæ ad hæc tempora extantes.

* Adana.	Lamus.
Anazarba, quæ & Anazarbus.	Mallus.
Anemurium ſuper Trago vel Crago.	Mopſueſtia.
Auguſta.	Nicopolis.
* Cæſarea penes Anazarbum, ſedes Satrapæ.	Olbaſa.
Celenderis.	Philadelphia.
Corycus.	Pompeiopolis, ſeu Soli.
Deocæſarea.	Sebaſte.
Domitiopolis.	* Seleucia aſpera.
Flavias & Flaviopolis.	Selinus.
* Iſſus.	* Tarſus.
	Thebe.

Cilla, Africæ propriæ urbs Appiano. Et Æolidis op. Herodoto. Item Troadis urbs Apol. ſacra. Ovid. Met. 13.

Me Tenedon, Chryſenque & Cillan Apollinis urbes.

Hom. Iliad. 1.

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.

Heſychius: Κίλλα, πόλις, ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Eſt etiam *Cilla* montis nomen apud Qu. Calabrum lib. 8.

Οὐ τέκεν Ἰφιάνασσα παρὲξ ζαθέου πόδα Κίλλης.

Cilurnum, op. Ottadinorum in Anglia & in Com. Northumbriæ, ubi nunc pag. *Collerton* cum ponte ad Tinam Borealem flu. prope murum Severi; aut ſaltem vicus proximus *Sçilicеſter* in muro dictus.

Cimarus, mons & promont. Cretæ prope occidentem inſ. in territorio Caneæ, *Capo Ciſamo* quibuſdam, med. inter Cyamum promont. in ort. & portum Grabuſium in occ. quanquam Sophianus credit Cimarum eſſe Cyamum promontorium.

Cimbri, pop. Germ. extremi ad Bor. qui an. V. C. 640. parato maximo exercitu Romam contenderunt; ſed C. Marius eos fugavit, caſtriſque exuit. Erant homines ingenti corpore, horrendis oculis. Juvenal. Sat. 8.

Atque ideo poſtquam ad Cimbros, ſtragemq; volabant,
Qui nunquam attigerant majora cadavera corvi.

Idem Sat. 13.

Quâ nec terribiles Cimbri.

Luc. lib. 1.

Nos primi Senonum motus, Cimbrumque furentem
Vidimus.

Prop. 2. 1. *Cimbrorumque minas & benefacta Mari.*

Plut. in Mario *Cimbrorum*, vocabulum Germanicum tradit, quo *Latrones* ſignificantur; ideoque Strabo lib. 7. eos πλάνητας καὶ λῃστικοὺς vocat. Et Feſtus: *Cimbri linguâ Gallicâ Latrones dicuntur.* Sed hæc, ut & alia quæ de Cimbris antiqui fabulati ſunt, refutat Cluverius Germ. Ant. lib. 3. cap. 22.

Cimbrica Cherſoneſus peninſ. eſt perampla Germaniæ, à Sept. in merid. extenſa, inter Cimbricum & Suevicum maria, ſeu Codanum ſinum. Pars eſt regni Daniæ, & nunc Jutia *Jutland* dicitur. Dividitur in Septentrionalem, ſub quâ 4. Diœceſes, ſeu provinciæ, Alburgenſis ſc. Arhuſienſis, Wiburgenſis & Ripenſis: & in Meridionalem, ubi Duc. Sleſvicenſis, & Holſatia, ſub quâ Ditmarſia, Stormaria, Holſatia propria & Wagria. Habet à merid. Saxoniam infer. & freto *Middelfart Sand* dicto ſeparatur à Fioniâ inſulâ. Dicta fuit etiam aliàs Cartris, Plinio teſte.

Ciminus, lacus & mons Italiæ, unde *Sylva Ciminia*, ſive *ſaltus Ciminius* memoratur Livio, Plinio, Frontino. Strabo ni Κιμινία λίμνη, forte pro Κιμίνα. Apud Sotionem Κίμινος λάκκος. Ejus meminit Virg. Æn. 7.

Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos,
Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva,
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

Nec non Silius Italicus lib. 8. Virgilii imitator.

Hos juxta Nepeſina cohors, æquique Faliſci,
Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

Cimmerii, pop. in Italiâ apud Baias & lacum Avernum, quorum op. *Cimmerium* fuit, ubi antrum Sibyllæ olim fuiſſe dicitur. Hi in ſubterraneis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delitеſcebant, noctu tantum ad latrocinia egrediſi, cum victum ex metallorum aliqui effoſſione, divinationum mercede, & proventibus à rege deſignatis quærerent, ut ex Ephoro ſcribit Strabo. Hinc *Cimmeria tenebræ* proverbio celebrantur pro denſiſſimâ caligine. Hom. Odyſſ. 11.

Ἔνθα δὴ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτὰς
Ἠέλιος φαέθων ὀπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

De Italicis enim Cimmeriis hæc intelligenda, clarum ex Geographis. Tibullus Panegyrico ad Meſſalam.

Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad arces
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Sive ſupra terras Phœbus, ſeu curreret infra.

Juxta hos Ovidius Somni ſedem collocat. Met. 11.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu
Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni,
Quò nunquam radiis oriens, mediuſve, cadenſve
Phœbus adire poteſt.

A *tenebris* itaque nomen habere Phœnices fabulati ſunt, quia כמר *camar*, vel *cimmer*, eſt *nigreſcere*. Penes hos ingens quondam ſuperſtitio increbuit, loci naturâ erroribus ſuffragante; ibi ſacra nemora venerata, fluminibus etiam & fontibus ſuus honor fuit. Specus præterea famoſi & ad Inferos crediti aditus, quo intrare fas non erat, niſi Diis Manibus ſacrificio placatis. Unde Homero ſuæ fabulæ œconomia, quam in Odyſſeâ comminiſcitur, deſumpta eſt, & liber ſextus Æneid. Virgilii.

Cimmerii, pop. Aſiæ gemini; Alii Sarmatiæ circa Mæoticam paludem ad Boſporum, ab ipſis *Cimmerium* appellatum, incolentes. Alii inter Colchos & Iberos, quorum reg. *Haveſſen* Ant. Curchinio in Georgianis appellatur. Orpheus in Argonauticis.

——Ἔπεσθε δὴ Κιμμερίοισι
Νῆα δοὴν ἐπίγονῆες ἰκάνομεν, οἵ ῥά τε μοῦνοι
Ἀιγλῆς ἄμμορόι εἰσι πυκιβρέμεα ἠελίοιο.

Cimmeris, Troadis urbs, *Edonis* prius vocata. Plin. 5. 30. Item *Cimmeris* mater Deorum apud Cimmerios. Heſych. Κιμμερὶς, μήτηρ Θεῶν.

Cimmerium, op. Aſiæ ad Boſporum *Cimmerium*, quod antea *Cerberium* vocatum fuiſſe ſcribit Plinius. *Cimbricum* vocat Strabo. *Capo di S. Croce* hodiè dicitur.

Cimolis, *Cinolis* Arriano, *Quinoli* Mercatori, op. Paphlagoniæ in orâ maris Euxini, inter Carambim promont. ad occ. & Sinopen urb. ad ort. *Ginopoli* Caſtaldo dicitur.

Cimolus, *Cimolis* Ptol. *Cimolia* Obſequenti, *Polino*, teſte Nigro, inſ. maris Cretici, cujus meminit Ovid. Met. 7.

Hinc humilem Myconen, cretoſaque rura Cimoli.

Bocharto גום-אחל *gum-ohal* dici videtur, i. e. *foſſa ſinegmatis*, propter terram ſaponariam quæ ex eâ eruebatur. Sic in Hippocrate Galenus & Erotianus σμηκτὶδα γῆν exponunt Κιμωλίαν. Dioſcorides lib. 2. de ſelle, Σὺν νίτρῳ, ἢ γῆ Κιμωλία σμῆγμα κρέπτον. Idem habent Ariſtoph. in Ranis & Jul. Pollux lib. 10. cap. 31.

Cinædocolpitarum mons, hodie *Porta di Ferro* ut videtur Ortelio, mons Arab. Fel. ad ſinum Arabicum, ubi *Cinædocolpitæ* pop. incolebant.

Cinætius Halicarnaſſæo, *Onugnathos* Ptolemæo, i. e. *Maxilla aſini*, promont. Peloponneſi, *Xili*, teſte Nigro, aliis *capo di Malvaſia*.

Cincomagus, vel *Sincomagus*, vulgo *Sezane*, op. olim Gall. Narbon. in Taurinorum ſeu Seguſiorum confin. intra Alpes Cottias; nunc pag. in Delphinatu, 2. leuc. à Brigantio in ort. prope Matronam montem.

Cincum, vulgo *Chincon*, op. Hiſpan. Tar. nunc caſtrum Caſtellæ Novæ, 6. leuc. à Compluto Concham verſus, prope amnem Tajunam, in Algarviæ tractu. Pop. *Cincenſes* Plinio.

Cineſius mons, vel *Ceniſius*, pars Alpium Cottiarum inter Sabaudiam & Pedemontium. Vulgo *Mont Cenis*.

Cinga, *Senga*, flu. Hiſp. citer. per Ilergetes fluens, ac Aragoniam à Catalaunià fere Separans, Sicorique amni paulo infra Ilerdam urbs congrediens, cum eo in Iberum influit. Lucan. lib. 1.

——*Campoſque coercet*
Cinga rapax, vetitus fluctus, & litora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo; nam gurgite miſto

Qui

Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Cingulum, civitas inter Picentes, Populi *Cingulani*. Plin. 3. 13. Cic. ad. Att. 7. 12. *Cingulum nos tenemus, Anconem amiſimus.* Originem atque conditorem ejus oſtendit Cæſar Civilium lib. 1. *Auximo*, inquit, *Cæſar progreſſus omnem agrum Picenum percurrit. Cunctæ earum regionum præfecturæ libentiſſimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam Cingulo (quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuâque pecuniâ exædificaverat) ad eum legati veniunt.* Hinc Silius Italicus lib. 10.

——*Labienus & Ocris*
Sternuntur letho atque Opiter, quos Setia colle
Vitifero: celſis Labienum Cingula ſaxa
Miſerunt muris.——

Long. 73. 40. Lat. 43. 30.

Cinium, Balearidis maj. op. Plin. *Cala longa* Pineto.

Cinna, Italiæ urbs, quam Romani Samnitibus eripuerunt. Diodor. Macedoniæ op. Anton. Jaccetanorum urbs in Hiſp. Tarrac. Ptolemæo; eſt & Perſidis op. eidem. Denique Theſſaliæ civitas à *Cinno* gigante Cœi fratre, dicta.

Cinna, urbs Galatiæ meridionalis prope Aſcanium lac. in limite Phrygiæ.

Cinniana, op. exciſum Portugall. inter Bracaram urb. & Araducam 6. leuc. in ort. diſtans. *Sitania Barboſæ.*

Cinſternæ, Gar, teſte Moletio, op. alias Africæ, nunc vic. tenuis regni Tripolitani in ora maris Mediterranei contra promont. Mezratam & Syrtim maj.

Cintylia, Chinchilla, op. Hiſp. Tar. in nova Caſtellâ inter Toletum 34. & Alonem 24. leuc. diſſitum. Long. 19. 30. Lat. 39. 00.

Cinyps, Cinyphus, Ptolemæo, Africæ flu. prope Garamantas. Hircis olim plurimis abundavit. Virg. Georg. lib. 3.

Nec minus interèa barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci.——

Silius lib. 3.

Tum primum caſtris Phœnicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macæ, ſqualléntia barba
Ora viris, humeroſque tegunt velamina capri.

Fertilitate etiam celebrabatur. Scylax. Ἐξῶ δὲ Σύρτιδος ὁδὸς χωρίον καλὸν, καὶ πόλις, ἣ ὄνομα Κίνυψ. Mela. *Ultra eſt Oea opidum & Cinyps fluvius per uberrima arva decidens.* Ovidius Ponticorum lib. 2. eleg. 7.

Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas.

Claudianus lib. 1. in Eutrop.

Cinyphiiſque ferax Araris ſuccedit ariſtis

Herodotus in Melpomene de terrâ circa Cinypem. Αὐλὴ δὲ ὁμοίη τῇ ἀείρῃ γαιῶν Δήμητρος καρπὸν ἐνφέρειν. Idem de Cinype ipſa. Ἀγαθὴ δὲ γῆ, καὶ ἡ Εὐεσπερίτεω νέμονται. ὅτι ἑκαλοσκόλ, ἐπὰν αὐτὴ ἐωυτῆς ἄρξῃσα, ἐκείνη ἐνφέρῃ. ἣ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι, ὅτι τεπκόσια. De nominis origine vide Boch. de Phœn. col. lib. 1. cap. 24. Hodie *Macres* dicitur. Oritur autem in reg. *Biledulgerid* in Fezzano deſerto, & in mare mediter. ſe exonerat, inter Tripolin novam, & promont. Mezratam, prope Leptim.

Cinyria, Cypri op. olim, nunc pagus, *Gendinar* Luſignano.

Cios, emporium Phrygiæ, à *Cio*, Herculis comite. Item fluvius ejuſdem nominis, de quo Dionyſius verſ. 806.

Ἡ γὰρ ἰωεῖσιν Κίος περίπτυξις ῥέεθρα.

Plin. 5. 32. *Cios cum opido ejuſdem nominis, Phrygiæ emporium, à Mileſiis quondam conditum.* Item Bithyniæ civitas, *Pruſias* poſtea vocata.

Circæum, promont. Latinorum in Italiâ. Ptol. hodie *monte Circello* Leandro. Procopius Gothicorum lib. 1. *Circeium haud modico tractu in mare porrectum, inſulæ ſpeciem fert, adeoque videtur inſula tam prætervectoribus, quam terreſtri itinere prætereuntibus.* Quin Strabonis libro quinto deſcribitur Κιρκαῖον ὄρος νησίζον παλαιᾷ τε καὶ ἔλεσι. Nec multo aliter Servius in 3. Æn. *Qui nunc Circeius mons, à Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, inſula fuit, nondum ſiccatis paludibus, quæ eum dividebant à continente.* Sed & multo ante Theophraſtus Hiſt. Plant. lib. 5. cap. 8. poſtquam in Latino agro Circeium promont. deſcripſit robore, myrto, ac lauro conſitum, addit, Λέγεται τὰς ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα ἡ Κίρκη κατῴκησε· καὶ πρότερον μὲν ἦν νῆσον ἡ τὸ Κιρκαῖον, νῦν δὲ χῶμα τὸ μεταξὺ πόλεων περικλῄσας, καὶ ἕλη ποιήσας, ἤπειρον τὸ μέγεθος ἐποίησε συνεχῆ. Virg. Æn. 4.

Proxima Circææ raduntur litora terræ,
Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu tectiſque ſuperbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.

Quod hauſit ex Hom. Odyſſ. 5.

——Μέγα θαῦμα ἴκελο, τῷ ἔνι Νύμφη
Καλὴν ἐϋπλόκαμος· ἡ δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν.
Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα νήεπε, πολλὶ δ' ὀδώδη
Κέδρος, τ' ἠνεάτοιο, θύον τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδη,
Δαιομένων· ἡ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ,
Ἰσὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.

Circæi, autem quod *Circæum* Ciceroni, *Circeium* Strabòni op. fuit Volſcorum in Latio, inter Aſturam & Terracinam, in ora litor. maris Tyrrheni. Nunc autem diruta jacet propter paludes Pomptinas. In ejus ruderibus eſt pag. *S. Felicita* dict. cum Turri ad radices Circæi mont. 10. mill. à Terracinâ in occ.

Circaſſi, pop. Tartariæ in Aſia, juxta mare Caſpium. Eos pluribus deſcripſit Olearius in Itinerario Perſico, uti & Herbertus. Habitant inter Caſpium mare, & flu. Rhaam & Tanain ex parte. Proprios habent Principes, ſed ſubſunt dominio M. Ducis Moſcoviæ. Eorum urbs præcipua *Terki* dicitur; ibique aliàs Albania quibuſdam.

Circeſium, ſeu *Conſtantina* op. Meſopotamiæ, ad confluentes Chaboræ in Euphratem flu. 20. mill. infra Tapſacum, è reg. Arabiæ Deſertæ. *Alchabur* quibuſdam.

Circeſtria, Cirenceſter, Vulgo *Ciceter*, op. Angliæ in Com. Gloceſtriæ, 10. mill. à Gloceſtria in ort. juxta amnem Corinum.

Circi, urbis Romæ fuere, 1. *Maximus*, in valle inter Palatinum & Aventinum M. apud Velabrum; de quo Ovidius lib. 6. Faſtorum.

Quà Velabra ſolent in Circum ducere pompas.

Idem lib. 2. ejuſdem operis:

Quaque jacent valles, Maxime Circe, tuæ.

2. *Flaminius*, ſic dict. quòd eſſet in campo Flaminio, ibi nunc ædes S. Catharinæ, & funes fiunt haud procul à Capitolio. 3. *Agonalis*, qui erat ubi nunc *Piazza Navona*, platea Romæ pulcherrima, & oblonga in meditullio urbis. 4. *Neronis*, qui fuit ad radices montis Vaticani, ubi obeliſcus erectus conſpicitur. De his conſule Romam antiquam Famiani Nardini.

Circidius, flu. Corſicæ, vulgo *Le Ripe*. Oritur prope Cruzanum vicum, & cadit in mare Mediter. juxta Sipeum, inter Calvium ad Bor. & Sagonæ rudera ad auſt. verſus Caſalum ſinum.

Cirphis, urbs Phocidis. Strabo. Lege *mons*; ſic enim vocabatur ὄρος Parnaſſo adjacens, teſte Pindari Scholiaſte.

Cirpis, Valeriæ Ripenſis urbs. Lib. Notit.

Cirrha, vel *Cyrrha*, op. Phocidis ad radicem Parnaſſi, in quo Apollo reſ gioſiſſimè colebatur. Lucan. lib. 3.

Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cyrrha.

Mart. ad Val. Flaccum lib. ep. 77.

Quid tibi cum Cyrrhâ, quid cum Permeſſidos undâ?

Juvenal. Sat. 7.

Quis locus ingenio niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant, & dominis Cyrrhæ Nyſæque feruntur?

Id eſt Apollini & Baccho.

Statius Theb. 2.——*Jamque ardua Cyrrhæ*
Pollutamque ſuo deſpectat Phocida buſto.

Moſchopulus: Κίρρα πόλις ἀνέχουσα Δελφῶν σαθίως τειχουλα, καὶ Κιρραῖον πεδίον παρ' Αἰσχίνῃ τὸ παρεγκείμενον αὐτῇ. Quod Scholiaſtica illa vulpes verbatim ſubduxit Harpocrationi. Vide Barthium ad Stat. Theb. p. 287.

Cirrhæi, gentes olim prope Athenas habitantes, unde *campus Cirrhæus*. Æſchines contra Cteſiphontem.

Cirtha, vel *Cirta*, Numidiæ urbs. Strabo lib. 7. munitiſſimam fuiſſe ait, & optimè ſtructam, Micipſæ potiſſimum operâ, qui Græcos in eam habitatum deduxit, ac tantum effecit, ut decem equitum millia, & peditum viginti enutriret. Hodiè *Conſtantina*. Long. 26. 50. Lat. 31. 20.

Cirtiſa, ſeu *Certiſſa*, op. Pannon. infer. in Hungaria, Brietio & al. eſt Caſtrum *Czernick* in colle, juxta amnem cognº inter Gradiſchiam & Poſegam, urbes recentes in Sclavoniâ, 7. mill. à Savo in Bor. Quanquam al. credant eſſe vicum *Ezech*, inter Poſegam & Savum.

Ciſamus, Chiſamo, caſtrum Cretæ inſ. in ora Bor. verſus occaſum, prope Cimarum promont. Long. 52. 18. Lat. 34. 50.

Ciſſa, Quiſo, flu. Cappadociæ inter Xylinam & Apſarum op. apud limites Colchorum. Item parva inſ. ante oſtia Timavi. Plin.

Ciſſe, op. Mauritan. Cæſar. in orâ, inter Ruſconiam ad occ. & Ruſcurium ad ort. apud Serbetis oſt. *Ciſſi* Moletio.

Ciſſus, op. Thraciæ germinum, unum apud Tzurulum urb. *Keſſe* dictum. Al. in confin. Macedoniæ apud Amphipolim & Serras urb. *Cis* Leunclavio.

Ciſſuſa, fons Bœotiæ inter Thebas & Haliartum ubi Bacchum fabulatum arbitrantur.

Ciſtertium. Ciſteaux, pag. cum Cœnobio in Burgundia,

&

& territorio Cabillonenſi: unde cœpit Ordo Monachorum Ciſtercienſium.

Citaroni, pop. Siciliæ, quorum op. *Citaria* exciſum in ora occid. inter Drepanum & Panormum.

Citarius, mons Ptol. *Titarus* Straboni, *Xerolsbado* Sophiano, mons Macedoniæ Bermio M. contiguus.

Cithæron, *M. di Stives*, mons Bœotiæ clariſſimus, cujus radicem Aſopus amnis alluit. Servius credidit alterum eſſe ex jugis Parnaſſi, quod omnium Geographorum judicio ſecus ſe habet. Eſt enim à Parnaſſo diſcretus, & ab eo plus quam 30. m. p diſſitus, clade Penthei, & Actæonis, Cadmi nepotum, nobiliſſimus, quorum illum Bacchæ, hunc canes ibi diſcerpſiſſe narrantur. Nomen ei fecere קתרי *Kethare*, petræ ſc. ut & *Cytheris* inſulæ Laconicæ, de quâ deinceps, quia Cithæron eſt vel maxime ſaxoſus & confragoſus; unde eſt quod in eo Nonnus paſſim deſcribit σκοπέλους, πέτρας, ἀείπετας, Dionyſiac. lib. 5. & 45. Et apud Ariſtoph. in Bacchi orgiis.

Κιθαιρῶνι θ' ἡχῶ,
Μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια, καὶ νάπαι
Πέτρῶν θ' ἁδέμονα βρέμουσαι.

Id eſt, *Echo Cithæronia, & nigris foliis opaci montes & petroſi Cithæronis clivi fremunt.* Et in Bachis Euripidis verſ. 38. Bacchæ per Cithæronem oberrantes ἀνοφόροις ἕδραις πέτρας, *ſedent in excelſis petris.* Et verſ. 703. non ſine alluſione ad miraculum Moſis, Num. 20. 11.

Θύρσον δέ τις λαβὼν ἔπαισεν εἰς πέτραν,
Ὅθεν δρόσος ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
Thyrſumque ſumens una percuſſit petram,
Et inde aquarum roſcidus fluxit latex:

Et verſ. 589. Pentheum deprehendunt in inſidiis λευγῆς ἀπὸ πέτρας, *à lævi petrâ.* Et verſ. 1095. eum impetunt lapidibus ἀντίπυργον ἐμβᾶσαι πέτραν, *conſcenſâ rupe oppoſitâ.* Et verſ. 1135. diſcerptus jacet Pentheus ὑπὸ πυκναῖς πέτραις, *ſub cæcis ſaxis.* Sic apud Theocritum Idyll. 26.

Πενθεὺς ἁλιβάτᾳ πέτρᾳ ὑπὸ πάντ' ἐθεώρει.
Cuncta videt celſæ rupis de vertice Pentheus.

Et Ovid. Met. 3. canes in Cithærone ſequuntur Actæonem.

Per rupes, ſcopuloſque, adituque carentia ſaxa.

Et apud Senecam Oedipus ita loquitur Thebaidos pene initio.

Ibo, ibo quà prærupta prætendit juga
Meus Cithæron, quà peragrati celer
Per ſaxa montis jacuit Actæon ſuis
Nova præda canibus.

Prop. lib. 3. *Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem*
Sponte ſuâ ad muri membra coiſſe ferunt.

Hæc doctiſſimus Bochartus. Lactantius autem lib. 1 cap. 22. aliam nominis hujus originationem nobis exhibet, eſt autem talis: *Sacra Liberi Patris primus Orpheus induxit in Græciam, primuſque celebravit in monte Bœotiæ Thebis (ubi Liber natus eſt) proximo: qui cum frequenter citharæ cantu perſonaret, Cithæron appellatus eſt.* Fuit ſane Bacchi ſacrificiis notiſſimus hic mons. Virg. Æn. 4.

——*Qualis commotis excita ſacris*
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron.

Ovid. Met. 3.

——*Feſtus facienda ad ſacra Cithæron*
Cantibus & clara bacchantum voce ſonabat.

Statius Theb 2.

Ipſe etiam gaudens nemoroſa per avia ſanas
Impulerat matres Baccho meliore Cithæron.

Saltum vocat Solinus cap. 13. ut *nemoroſum* h. e. Papinius. Euripides Phœniſſis:

Ὦ ζαθέαν πλάκα πολυηρότατον νάπᾶ,
Ἀρτέμιδος χορόσοφον ὄμμα Κιθαιρών.

Eidem in Bacchis δάσκιον ὄρος dicitur. Val. Flac. lib. 5.

——*Bœotia qualem*
Thyas, & infelix cuperet vidiſſe Cithæron.

Seneca Oedipo: *Lætus Cithæron pabulo ſemper novo*
Æſtiva noſtro prata ſubmittit jugo.

Attius: *Sanctus Cithæron ſemper viridantibus fœtis.*

Nonnus Dionyſ. lib. 25.

——Ἐπτερύναν δέ μι μάλιστα
Πενθαλέην ἐο χεῖρα γέρων ὄρεξε Κιθαιρών.

Cithariſtes ſeu *Citariſta*, urbec. fuit Gall. Narbon. in Provincià, med. inter Maſſiliam & Telonem, 18. mill. ab utraque, nunc pag. *Ceireſte* dict. prope Aranum amnem, 1. leuc. ab orâ maris Mediter. & ab urb. Civitate dicta, *La Cioutat*, quæ crevit ex ipſius ruinis. Promont. autem *Citharistes* in eo tractu eſt *Cap de Laigle* prope Civitatem.

Cithrum, *Chitro* Sophiano, *Zotrivar* Leunclavio, op. gem: Unum in Theſſalia, *Zotrivar*; alt. Macedon. *Chitro*, quod & Pydna, à Theſſalonica 30. m. p. in auſt.

Citium, vel *Citizum* vulgo *Zeits*, urb. Saxoniæ ſup. in Miſniâ, ſub Dominio Epiſcopi Naumburgenſ. 5. leuc. Germ. à Lipſiâ in auſt.

Cittadella, urbec. Hiſpaniæ, Minoricæ inſ. præcipua. Vide *Jamna.*

Civaro, *Chamberus*, urbs Allobrogum, Sabaudiæ caput, in planitie ad amn. *Laif* dict. 3. leuc. à confin. Franciæ, verſus arcem Barranam, & 18. à Lugduno in ort. Long. 27. 55. Lat. 44. 50.

Civitas, *La Cioutat*, urbec. Gall. in Provincia, cujus vina commendantur media inter Maſſiliam & Telonem.

Civitas Legionum in Anglia, duplex eſt: Una Deva, ſeu Ceſtria, Legio XX. Victrix. vulgò *Cheſter.* Vide *Deva.* Alia quæ *Iſca Silurum*, Legio XI. Auguſta. vulgo *Caerleon.* Vide *Iſca Silurum.*

Civitas nova, *Neuſtat*, urbs Germ. in Auſtriâ, 6. leuc. à Vienna ad merid. & 12. ab Arrabone in occaſum.

Civitas vetus, *Civitavecchia*, op. Ital. in ditione Pontificiâ, 40. milliaribus à Roma in orâ maris Mediterranei.

Clagenfurtum, op. amplum Germ. in Carinthia, 2. m p. à Savo flu.

Clampetia, locus Italiæ in Brutiis. Plin. 3. 5. Mela lib. 2. cap. 4. à freto Siculo verſus Galliam & Varum flumen, progredienti; *Hinc*, inquit, *in Thuſcum mare eſt flexus, & ejuſdem terræ latus alterum Medama, Hippo, nunc Vibon, Temeſa, Clampetia, Blanda, Buxentum*, &c. Apud Livium lib. 40. corruptè *Dampetia* legitur. Latini omnes hanc *Clampetiam* vocant, additâ literâ tertiâ initiali, ut in multis aliis vocabulis, cum Græci Λαμπετίην illam appellarint. Sic Stephanus ex Polybio. Lycophroni vero eſt Λάμπετις Poeticè pro Λαμπετία. Malè vulgò Λαμπέτης. In ſitu ejus quoque omnes fere conveniunt, ut ſit *Mantia*, ſive *Amantia* hodierna.

Clanes, flu. à Vindelicis ortum habens, à quibus per valles excurrit, & Iſtri alveum intrat. Strabo lib. 4. Lazio *Glan* dicitur.

Clanius, qui & *Clanis*, flu. Campaniæ, prope Neapolin, juxta Acerras urbem, *L'agno*, teſte Ambroſio Leone. Virgil. Georg. 2.

——*Et vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Sil. Ital. lib. 8.

Clanio contemptæ ſemper Acerræ.

Clanius vel *Clanis*, Etruriæ flu. *La Chiava* hodie. Sil. lib. 8.

Et Clanis & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Claravallis, *Clairvaux*, Monaſterium celeberrimum, Ordinis Ciſtercienſis, S. Bernardi pietate clarum, in Campaniâ provinciâ Albulam flu. 3. leuc. à confinio Burgundiæ.

Clarentia, op. Angliæ in Suſſolciâ, juxta Eſſexiæ confin. ad Clarentium flu. fere med. inter Londinum & Norvicum 45. m. p. diſtans. Vulgo *Clarence.* Camdeno v. eſt *Clare*, op. ejuſdem Suffolciæ prope Sturam flu. 13. m. p. à Cantabrigiâ.

Claromontium, *Clermont*, urb. Gall. Alverniæ primaria; vix 1 mill. diſtat à Montferrantio, & fere 2. leuc. à Rigoduno, 24. autem à Lugduno in occ. Crevit ex ruinis Gergoviæ. Ibi Concilium celebratum fuit, an. 1095.

Claros, vel *Clarus*, Ioniæ civit. Apollinis oraculo nobilis, juxta Colophonem. Quod oraculum vigebat etiam Naſonis ævo. Sic enim ille Faſt. 1.

——*Clario miſſa legenda Deo.*

Imò Germanicus illud inviſit, auctore Tacito lib. 2. An. qui, ſiverus, ut eſt parum ad fidem ſcribit. Strabo lib. 4. nullum ætate ſuâ oraculum ibi fuiſſe. Καὶ ὁ Κολοφὼν, πόλις Ἰωνικὴ, καὶ τὸ πρὸς αὐτῇ ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν πρὶν. Viguit autem hic Geographus ſub Tiberio Imp. ipſo luculentiſſimo teſte, lib. 13. imò ſub Auguſto, nam lib. 12. fatetur noviſſe de facie virum magnum, P. Servilium Vatiam Iſauricum. Cæterum Clarum hanc Manto, Tireſiæ filia, condidit, fugiens Thebanorum victores Epigones; quæ cum patriæ cladem lugeret & ſuam, manantibus ubertim lacrymis, fontem fecit; unde *Claros* ὑπὸ τοῦ κλαίειν Lacus appellatus. Nearchus v. auctor eſt, inde huic urbi nomen factum quòd Apollini per ſortem, Claros obtigit; nam *ſortem* Græci κλῆρον. Dores v. κλᾶρον, vocant. Fuit Nicandri poetæ patria; ſic enim de ſe ipſe.

——Τὸν ἔθρεψε Κλάρος νιφόεσσα πολίχνη.

Clarus, inſ. in mari Myrtoo, *Calamo* Nigro, à Coo 13. m. p. in occ. à Delo 90. in ort. ipſa 40. in circuitu, de quâ nonnulli intelligunt illud Ovidii Met. 1.

Et Claros & Tenedos, Patareaque regia ſervit.

Clarus fons, *Shirburn*, vel *Sherborn*, op. Angl. in Com. Dorceſtriæ, ad fontes amnis *Il*, in confin. agri Somerſet, 12. m. p. à Dorceſtriâ in Bor. & 24. à Bathonia in auſt. Long. 18. 28. Lat. 51. 14.

Claſtidium, Italiæ op. *Chiaſtegio* Leandro, in Liguriâ, à Ticino 12. m. p. diſtans, inter Placentiam & Dertonam. Strabo

b o. lib. 5. ὑπὲρ ἣ Πλαγκυλίας, ὅπῃ μὲ πρὸς ἕρσε τὰ Κοπλίς γῆς, Τίτανόν ἐστι πόλις, καὶ Κλαζίδιον, καὶ Δίζδων, καὶ Ἀχαΐαι Στυμφαλίαι. Κώμην vocat Plut. in Marc. i. e. *vicum*, ita Livius quoque adpellat lib. 21. Polybio v. πόλις dicitur lib. 3.

Claterna, *Cliterna* Plinio, vulgo *Quaderna*, op. fuit Æmiliæ, med. fere inter Bononiam, & Forum Cornelii. Mela Claternam in Piceno describit. Altera *Claterna* op. fuit Apuliæ Dauniæ, *Campo Marino* hodie, teste Nigro. Vide Cluver. It. Ant. p. 289.

Claudia, urb. Norici, *Clagenfurt* Lazio.

Claudia, & *Claudia castra*. Vide *Clevum*.

Claudia via, quæ à Milvio ponte inchoata Flaminiæ jungebatur. Ovid. Pont. I. 9.

Spectat Flaminiæ Claudia juncta viæ.

Claudiopolis, urbs Ponti ad Elatem flu. *Castomena* Castaldo, 30. m p. ab orâ Ponti Euxini, & paulo amplius ab Heraclea Ponti in aust. Item urbs Asiæ min. in Ciliciâ, ad rad. Tauri M. inter Comanam urb. & Cydnum flu. Item urbs Daciæ in Transylvaniâ, caput Com. Colocensis, 9. leuc. ab Alba Julia Bor. versus, & tot à Bistricià, long. 46. 28. lat. 47. 20.

Clavenna, *Cleven*, op. Rhætorum, cap. Com. cogn. Sedet ad amnem Mairam, inde vix 5. mill. distans, 46. m. p. à Como, & 18. à Rheno flu. long. 31. 20. lat. 45. 40.

Clausentum, *Southampton*, op. Angl. in litore ad Trisantonis flu. ostia, med. inter Ventam Belgarum ad Bor. & Vectim insulam, in Hantoniæ Com. Gaudet portu percelebri, & capacissimo in orâ maris Britannici, ad ost. flu. Antonis, nunc *Test* dicti.

Clazomenæ, urbs Ioniæ, in ora maris Ægæi, & sinûs Smyrnæi, med. inter Smyrnam ad ort. & Chium ad occ. Hor. lib. 1. Sat. 7.

Persius sic per multa negotia dives habebat
Clazomenis. Ausonius Epigr. 123.
Fit feris inclusas pumice Clazomenas.

Melæ *Clazomena* sing. num. dicitur, lon. 55. 15. lat. 39. 20.

Cleonæ, *Cleona* Melæ, *Cleone* Plinio, hodiè *Sarvasili*, teste Nigro, op. olim, nunc pagus Argiæ reg. in Peloponneso, inter Corinthum 10. & Argos 15. m. p. Mantineæ urbi finitima. Ovid. Met. 6.

Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ.

Ibi versabatur Leo miræ magnitudinis, quem Hercules interfecit. Claud. 1. in Rufinum:

Una Cleonæum pascebat sylva leonem.

Lucanus lib. 5.

Ille Cleonæi projecit terga leonis.

Seneca in Hercule Oetæo.

Flete Argolicæ, flete Cleonæ,
Hic terrentem mœnia quondam
Vestra leonem fregit nostri
Dextera nati.———

Silius lib. 3.

In foribus labor Alcides Lernæa receptis
Anguibus Hydra jacet, nexuque elisa leonis
Ora Cleonæi patulo celantur hiatu.

Valerius Flaccus lib. 1.

———*Cleonæo jam tempora clausit hiatu*
Alcides.———

Apud Statium lib. 4. Sylvarum *sydus Cleonæum* est sydus Leonis.

Sed tu dum nimio possessa Hyperione flagrat
Torva Cleonæi juba syderis, exue curis
Pectus.———

Fuit etiam *Cleone*, op Macedoniæ inter Athon & Pallenen.

Cleopatra, seu *Arsinoe*, hodie *Suez*, op. Ægypti in recessu sin. Arabici, 125. mill. à Pelusio in aust. Sunt tamen qui credunt Arsinoën nunc *Azirut* dici, & distare 70. mill. à *Suez* in aust.

Clevum, vulgo *Glocester*, urbs Dobunorum in Anglia, Ducatûs titulo insignita, & cap. reg. cogn. Dicta fuit etiam *Claudia*, & à Britannis *Caer Glous*, teste Camdeno. Episcopalis facta fuit ab Henrico rege 8. Distat 18. m. p. à Vigorniâ in aust. & 26. à Bathoniâ in Bor. Long. 18. 08. Lat. 52. 13.

Clitor, Strab. *Cletor* Xenoph. *Clitorium* Plinio, *Clitore* Livio, vulgo *Cletorio* adhuc, & *Gardichi* Nigro, op. Peloponnesi in Arcadiâ, cum fonte & flu. cogn. Stymphalo, Mantineæque finitimum. Stat. lib. 4. Silv.

Et rapidus Clitor, & qui tibi Phytie Ladon.

Aqua hujus fontis pota vini gustum aufert; Ovid. Met. 15.

Clitorio quicunque sitim de fonte levârit
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.

De quâ re Plin. lib. 31. cap. 2.

Clitumnus, agri Falisci fluvius, *Le Vene* hodie, cujus aquæ potæ candidos faciunt boves. Testantur id abunde Poetæ. Horum agmen ducat Virgil. Georg. 2.

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.

Propert. 2. 11.

Quâ formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit & niveos abluit unda boves.

Statius 1. Sylv.

Aut præstent niveos Clitumna novalia tauros.

Silius lib. 4.

———*Patulis Clitumnus in arvis*
Candentes gelido perfundit flumine tauros.

Idem lib. 8.

———*Perfundens flumine sacro*
Clitumnus taurum.———

Juvenal. Sat. 12.

Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret, & à grandi cervix ferienda ministro.

Claudianus lib. in 4. Consul. Honorii.

Quin & Clitumni sacras victoribus undas
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis,
Visere cura fuit. Idem in Epigram.
Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,
Tarpeio referunt quos pia vota Jovi.

Hactenus Poetæ, quibus addo Plinium. Sic enim ille lib. 2. cap. 103. *In Falisco Clitumni amnis aqua pota candidos boves facit.* Cæterum *Clitumnus* quoque Jupiter dictus fuit. Vibius. *Clitumnus Umbriæ, ubi Jupiter eodem nomine est.* Plin. Jun. Ep. 8. 8. *Adjacet templum priscum & religiosum. Stat Clitumnus ipse, amictus, ornatusque prætexta præsens Numen, atque etiam fatidicum; Indicant sortes; Sparsa sunt circa lacella complura, totidemque Dei Simulachra: sua cuique veneratio, suum nomen, quibusdam vero etiam fontes.*

Clivensis Ducatus, reg. Germ. à Rheno bipartita. A Rhinoberga ad Mosam & Vahalim usque extenditur, subestque Dominio Electoris Brandeburgici. Ibi urbes præcipuæ sunt Cliva, Wesalia, Calcaria, Emmericum, Geneppum & Duisburgum.

Clivia, *Cleve*, urbs Germ. infer. inter Mosam & Rhenum, Clivensis Duc. caput, 16. leuc. à Colon. Agrip. in Bor. 3. autem à Noviomago urbe Geldriæ, Long. 27. 30. Lat. 52. 48.

Clocheria, seu *Clogeria*, urbs Hiberniæ episcop. in Ultoniâ reg. sub Arch. Armachano. Sita est in Com. Monaghano, in colle juxta amnem *Blackwater*, 20. m. p. ab Armacho.

Clodia fossa, urb. in inf. parva maris Adriatici cum portu, 25. mill. à Venetiis, Loredum versus, & prope Brendulum inf. Long. 33. 50. Lat. 44. 34.

Clodianus est *Llobregat*, amnis Cataloniæ, teste Brietio. Oritur ex Pyrenæis M. prope Juncariam op. & in mare Mediter. se exonerat prope Rhodam arcem.

Clona, *Cloney*, urbs Hiberniæ in Momonia prov. & Com. Corcagiensi, 15. mill. à Lismorâ in aust. & tot à Corcagiâ in ort.

Clonfertia, *Clonfert*, urbs Hiberniæ episc sub Arch. Tuamensi, in Connacia prov. & Com. Gallivensi ad Sineum flu. 28. mill. à Gallivâ in ort. & 9. ab Atlona.

Clostra Romana, op. fuit Latii in orâ apud Circeios & Nymphæum flu.

Clota, *Clyid*, flu. Scotiæ. Oritur in Cludesdalia prov. ubi Glascoviam rigat; deinde inter Lenoxiam, & Cuninghamiam prov. labitur, & in mare Hibernicum se exonerat ad Clotæ, seu Glottæ æstuarium.

Cluanum, urbs Hiberniæ. Vide *Clona*.

Cludesdalia, al. *Glottiana*, prov. Scotiæ meridionalis in mediter. Illi urbs præcipua Glascovium Archiepiscopalis ad Clidam flu.

Clunias, urb. Hisp. Tar. in Arevacis, nunc pag. apud Durium Flu. Arandæ op. finitimum, *Corunna del Conde* Clusio. Long. 17. 12. Lat. 40. 58.

Cluniacum, Abbatia est percelebris, in Matisconensi agro, 13. leuc. ab Augustoduno in aust. & 4. à Matiscone in occ. Long. 25. 30. Lat. 45. 35.

Clupea, sive *Clypea*, *Quipia* Marmolio, civit. Africæ propriæ, à figura clypei sic dicta. Lucan. lib. 4.

Inter semirutas magnæ Carthaginis arces
Et Clupeam tenuis stationis litora notæ.

Hanc Solinus Græco nomine *Aspidem* vocitam tradit, quod & ipsum non obscurè affirmat. Silius Ital. lib. 3.

In Clypei speciem curvatis turribus Aspis.

Chisium, *Chiusi*, urbs Hetruriæ antiquissima, ac ex primis Tuscorum colonis, Porsennæque regis sedes, nunc pene ob aeris insalubritatem deserta. Sedet ad Clanim paludem, 20 mill. à Perusiâ in occ. 10. autem à lacu Thrasymeno. Long. 35. 06. Lat. 42. 35.

Cnidus, vel *Gnidus*, Capo *Crio* Sophiano, Cariæ urb. & promunt quod inter oram australem, & occiduam in mare, velut

velut peninſ. excurrit contra Niſyrum inſ. Hic erat Veneris imago, opus Praxitelis, ubi & ipſa Venus colebatur Hor. 1 Car. od. 30.

O Venus regina Cnidi Paphique.

Ovid. 10. Met.

Piſcoſamque Gnidon, gravidamque Amathunta metallis.

Long. 56. 30. Lat. 37. 28.

Cnidus, urbs Macedoniæ. Liv. lib. 31. ex emendatione Gronovii Junioris: *Præſidio ibi relicto, Cnidus nomen propter alteram in Aſiâ urbem*, &c. Callim. Hymno in Cererem:

Οὔπω τὴν Κνιδίην ἔτι Δώριον ἔδρυον ἄνδρες,
Τὴν δ' αὐτῷ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοί.

Populi *Cnidii*. Stephanus in fragmento illo multiplicis, ſed incognitæ eruditionis Seguerianо: Δώριον πόλις Θεσσαλίας ὅπου μέλφικες οἱ Κνίδιοι. Vide prædictum Gronovium Diſſ. Epiſt. pag. 33. 34.

Cneſſius, vide *Gneſſius*.

Co, *Coos*, vel *Cos*, inſ. in mari Ægæo, ſeu ut quidam aiunt, in Icario, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aſpectu jucundiſſima iis, qui eo navigabant. Ambitus ejus quingentis & quinquaginta ſtadiis clauditur, tota fertilis, & vino optimo abundans. Notum in illa veſtes ſericas, ſeu bombycinas ex bombyce vermiculo à mulieribus texi ſolitas. Id quidem de Ceâ, vel Ciâ inſ. Atticâ prope Euboeam poſt Varronem nonnulli tradunt. In his Plinius, qui lib. 4. cap. 12. hæc habet in *Cei* deſcriptione. *Ex hâc profectam delicatiorem fœminis veſtem, author eſt Varro.* Et rurſus lib. 11. cap. 22. de bombycibus. *Telas aranearum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellarunt. Prima eas redordiri rurſuſque texere invenit in Ceo mulier Pamphila, Latoi filia, non fraudanda gloriæ excogitatæ rationis ut denudet fœminas veſtis.* Et Plinii ſimia Solinus, *Ceos, quæ, Varro teſtis eſt, ſubtilioris veſtis amicula arte lanificæ ſcientiæ prima in ornatum fœminarum dedit.* Sed docti pridem obſervarunt Pamphilam, Latoi filiam, quæ inveniſſe dicitur id genus texturæ ſubtilioris *Coam* fuiſſe non *Ceam*. Ità habet Ariſtot. de Hiſt. Anim. 5. 19. Περὶ δὲ λέγεται ὑφᾶναι ἐν Κῷ Πάμφιλη Λαθοῦς θυγάτηρ. Nimirum τὰ βομβύκια *bombycina*, de quibus eo loco res eſt. Et vero bombyces, unde texuntur, in Co inſ. naſci vel ex Plinio conſtat, qui id refert pluribus lib. 11. cap. 23. Unde eſt quòd *Coæ veſtes*, paſſim celebrantur apud poetas, *Ceæ* nuſquam, quod quidem ſciam. Verba ſunt Viri Magni de Phœn. Col. l. 1. c. 7. Tibullus 2. 4.

——*Coa puellis*
Veſtis, & è rubro lucida concha mari.

Et Eleg. 6.

Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa
Texuit.——

Propert. 1. ad Cynthiam:

Et tenues Coâ veſte movere ſinus.

Et lib. 1. ad Mecænatem:

Sive togis illam fulgentem incedere Cois,
Hoc totum è Coâ veſte volumen erit.

Et lib. 4. in fabulâ Vertumni:

Indue me Cois, fiam non dura puella.

Et ad Lenam:

——*Coæ textura Minervæ.*

Item: ——*Coæ dederit nec munera veſtis.*

Ovid. lib. 2. de Arte:

Sive erit in Cois, Coa placere puta.

Horat. Sat. 2.

——*Cois tibi pæne videre eſt*
Ut nudam——

Ubi Acron: *Perlucidâ utitur veſte, ut ita nuda conſpici poſſit. Hæc enim veſtis in Co inſulâ conficitur, per cujus nimiam ſubtilitatem quæ ſunt interiora tranſlucent.* Ex utrâque ſententiâ conflata ſunt hæc Iſidori lib. 14. cap. 6. *Coos inſula adjacens provinciæ Atticæ, in quâ Hippocrates medicus natus eſt, quæ, ut Varro teſtis eſt, arte lanificii prima in ornamentum fœminarum inclaruit.* Plinium enim & Solinum ſequi videtur, cum eam inſ. facit vicinam Atticæ, quaſi de *Ceo* agatur. Sed ad inſ. Caricam plane pertinet, quod ibi natus traditur Hippocrates. Is enim *Cous* fuit, non *Ceus*. His ita obſervatis facile erit eruere *Coi* etymon. Hebræis קָו *cau tenue filum* eſt, vel *funiculus*, LXX κανόνιον exponunt, & Symmachus χορδίον, Job. 38. 5. Rurſus ex קָו *cau* eſt מִקְוֶה *netum*, vel *opus ſubtiliſſimum* ex Ægypto advectum, 1 Reg. 10. 28. & 2 Paral. 1. 16. ubi vulgatus *de Coâ*, quaſi ſit loci nomen: Nec multo aliter Græci interpretes. Denique huc pertinet, quòd קוֹ *Co*, vel קוֹיָה *Coa* vocata eſt à Phœnicibus inſ. texturæ delicatioris artificio nobiliſſima. Phœnices enim Coam aliquando tenuiſſe, vel inde apparet, quod urbs inſulæ cognominis olim dicta eſt Aſtypalæa. Strab. lib. 14. Ἡ δὲ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ πάλαιον Ἀσυπάλαια. Nempe ab illâ ipsâ Aſtypalæa Phœnicis filiâ. Hinc Stephanus Ἀσυπάλαια νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, &c. Δεύτερος πόλις ἐν Κῷ.

Coatræ, pop. Coatram mont. inter Aſſyriam & Mediam incolentes. Lucan. lib. 3.

Æthera tangentes ſylvas liquere Coatræ.

Coche, vide *Valeſium* ad Am. p. 288.

Cocintos, vel *Cocintum*, inter Leucopetram, & Laciniam promontorium. Vide Plin. 3. 5. De nomine Bochartus, Phaleg. 3. 5. Eodem refero, inquit, quod Cocinthum quaſi חֹחִית *Choche Chittim*, *terminum Cittæorum*, veteres appellarunt extremum Italiæ promontorium, de quo Polybius lib. 2. Τὸ προκείμενον τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν μεσημβρίαν ὁ περιγραφεὶς ὑπὸ Κόκυνθος. Videtur eſſe quod vocant hodie *Capo di Stilo*. Plin. 3. 10. *Cocinthum eſſe longiſſimum Italiæ promuntorium aliqui exiſtimant.* Et in Antonino Cocinthum op. XXII. M. paſſ. diſtat à Scylace, vel Scylacio, hodiè *Shilaci*.

Cocytus, flu. Campaniæ exiguus, in Lucrinum lac. influens; qui à Poetis flu. inferorum nominatur, ſeu potius fingitur. Nomen habere videtur ἀπὸ τῆς κωκύειν, h. e. à *gemendo* & *lamentando*. Sen. in Her. Fur.

Palus inertis fœda Cocyti jacet;
Hic vultur, illic luctifer bubo gemit,
Omenque triſte reſonat infauſtæ ſtrigis.

Virg. Æn. 6.

Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamque paludem.

Idem ibid.

Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad undas,
Turbidus hic cœno vaſtaque voragine gurges
Æſtuat, atque omnem Cocyti eructat arenam.

Idem Georg. 4.

Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardáque palus inamabilis undâ.

Horat.

Viſendus ater flumine languido Cocytus errans.

Claudianus de Raptu Proſ. lib. 2. non ſine alluſionis nomine.

——*Preſſo lacrymarum fonte reſedit Cocytus.*

Apollodorus apud Stobæum: Κωκυτὸν ἡ πολυμῶν ἀνέπλαξε ἀπὸ τῆς κωκύειν, ὅς ἐστιν Στυγὸς, καὶ συμπώσεως ἀποῤῥώξ. Pauſan. lib. 1. Πρὸς ἡ τῇ Κιχύρῳ λίμνη ἐστὶν Ἀχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Ἀχέρων, καὶ Κωκυτὸς ὕδωρ ἀπερπόσαιον.

Stat. 1. Theb.

——*Inamœnum forte ſedebat*
Cocyton juxta, reſolutáque vertice crines
Lambere ſulfureas permiſerat anguibus undas.

Silius Punic. 13.

Parte alia torrens Cocytos ſanguinis atri
Vorticibus furit, & ſpumanti gurgite fertur.

Codanus ſinus, mare quod inter Scandinaviam & Cimbricam Cherſoneſum longè latéque terras ſubit ad inſtar ſinûs ingentis, rigatque etiam oram litoralem Germaniæ & Poloniæ. Dicitur etiam *Suevicum*, ſeu *Balticum mare*: cujus partes ſunt ſinus Botnicus, & Finicus; quanquam ſint qui credant Codanum ſinum eſſe tantum illam partem maris Baltici, quæ eſt inter Jutiam, Scaniam, & Norvegiam, ubi inſ. *Codanonia*, vulgo *Zeeland*.

Cœleſyria, vel *Cœloſyria*, tota eſt regio ultra Seleucidem, in Ægyptum & Arabiam recedens. Sed propriè quæ Libano, & Antilibano terminatur. Nomen ſortita eſt à *concavitate*, quam Græci κοιλότητα vocant, populi Κοιλοσυρῆι. Dionyſ. Perieg.

Ἣν Κοίλην ἐνέπουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
Μέσσην καθαμαλὴν ὀρέων δύο πρῶτα ἔχουσι.

Sunt & quibus Syrophœnices iidem ſunt cum Cœleſyris. Res patet ex his Eunapii de Libanio. Ὁ πάντες οἱ Συροφοίνικας ἔχουσι τὴν κοινὴν ἐπὶ δίκῃ ὑπὸ καταπεπτωκότων, τοῦτο παρ' ἐκείνου λαβεῖν μὴ παιδείας ἕξειν. *Quod ſuave & jucundum habent in vulgari colloquio omnes Syrophœnices, hoc ab illo cum eruditione petere licet.* Idem Eunapius. Λιβάνιον ἡ Ἀντιόχεια μὲν ἤνεγκεν, ἡ δὲ Κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεων. *Libanium quidem produxit Antiochia, Cœleſyriæ quam vocant metropolis.*

Cœlimontana, porta urbis Romæ. Junioribus *Aſinaria* vocatur. Hodiè *S. Joannis* nonnullis dicitur. Marlianus in ſuâ Româ.

Cœlius, mons unus è ſeptem urbis Romæ, quem Tiberius Imp. teſte Suetonio *Auguſtum* appellari juſſit. Tacitus ait eum primo *Querquetulanum* vocatum. Eundem *Tuſcum vicum* poſtea dictum ſcribit Varro de L. L. lib. 4. *Maſtarna* olim appellatum à Tuſcis, ex vetuſtâ quâdam inſcriptione patet. Hunc à *Coele* Vibennâ Hetruſcorum duce, qui Tarquinio Superbo ſuppetias tulit, denominatum volunt.

Cœlis, gens Attica. Heſychius. Κοιλὶς, δῆμος Ἀττικῆς, ubi nonnulli Κοίλη legendum volunt.

Cœlambe, Ptol. Gedroſiæ urbs, *Cambaia* hodiè dici videtur. Legitur & *Bœambe* & *Cœambe*.

Cœnenum, Germ. urbs. Ptol. vulgò *Laubenburg*, teſte

Villa-

Villanovano. Eſt autem in Saxonia inter Luneburgum, & Lubecam.

Colberga, urbs Germ. in Duc. Pomeraniæ ulter. in orâ maris Baltici ſub dom. Elect. Brandeburgici. Long. 38. 18. Lat. 54. 00.

Colceſtria, op. Angl. in Eſſexiæ Com. ad flu. *Colne*, 6. m. p. ab orâ maris Germ. nota clade ipſi illatâ hiſce ultimis temporibus ob cauſam Regiam, & natalitiis D. Helenæ: olim *Colonia* dicta fuit. Diſtat 5. milliaribus tantùm à Suffolcia provinciâ & 35 à Londino in Cæciam.

Colchi, Careorum Emporium in Indiâ intra Gangem. Ptol. Vide Boch. de Anim. Bibl. l. 2. p. 489. *Cochin* hodiè.

Colchinium, Dalmatiæ op. à Colchis conditum, quod poſtea *Olchinium* dictum eſt. Plin.

Colchis, idis, regio Aſiæ juxta Pontum, regnum Æetæ regis & Medeæ patria, Corace monte (qui eſt Tauri pars) à ſeptentrione, ab ortu Iberâ, à meridie Phaſide, ab occid. Euxino Ponto clauſa. Huc ferunt Jaſonem cum Argonautis navigaſſe, Medeæque artibus adjutum, aureum vellus inde retuliſſe. Eſt autem hæc regio venenorum feraciſſima, quæ res videtur locum feciſſe fabulæ, quam de Medeæ veneficiis comminiſcuntur poetæ. Horat. Carm. 2.

Ille & venena Colchica
Et quicquid uſquam concipitur nefas,
Tractavit. Idem in Epodis:
Herbaſque quas & Colchis atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Colchos autem Ægyptiæ originis eſſe conſtans fama eſt apud vett. Dionyſ. verſ. 689.

Παῖς ἦ μυχὸν πόντοιο μὴ χθόνα Τυνδαρεώδων
Κόλχοι ναιετάουσι, μετήλυδες Αἰγύπτιοιο.

Herod. lib. 2. Φαίνονται δὲ χθ ἔοντες οἱ Κόλχοι Αἰγυπτίοι. Diodorus lib. 1. Φασὶ δὴ Αἰγυπτίων τινὰς καταλιφθέντας ὑπὸ τοῦ Μακώνιν λίμνην συνήθεις τὸ δὴ Κόλχων γένος. Strabo etiam lib. 1. meminit Ægyptiorum in Colchos μεταστάσεως. Et Amm. lib. 22. Colchos appellat *Ægyptiorum antiquam ſobolem*. Boch. Inde *Colchis* ponitur pro Medeâ Horat. in Epod.

Non huc Argoo contendit remige pinus
Neque impudica Colchis intulit pedem.

Juvenal. Sat. 6.

Credamus tragicis quicquid de Colchide torvâ
Dicitur.———

Propert. lib. 2.

Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſive
Colchis, Colchiacis urat ahena focis.

Lege *Iolciacis*. Idem 3. 5.

Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros
Egit, & armigerâ prælia ſevit humo.

Mart. lib. 4.

Ignipedes poſſit ſine Colchide vincere tauros.

Colias, promont. vel litus Atticæ in vico Phalereo, ubi & Venus *Colias* Dionyſius Periegetes Taprobanen inſ. *Coliada* vocat:

Αἰνὰ κε Κωλιάδος μεγάλου ὀπὶ νῆσον ἵκοιτο,
Μητέρα Ταπροβάνου Ἀσπηλιέων ἐλεφάντων.

Collatia, op. in prima Italiæ regione, ab Albanis, ut creditur, conditum, & à Tarquinio Superbo inſtauratum, collatâ eum in uſum à Pop. Romano pecuniâ; unde & nomen putatur accepiſſe, ut refert Servius enarrans illud Virg. Æn. 6.

Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Laude pudicitiæ celebres.

Ex hâc enim urbe ortum traxit Tarquinius Collatinus, Lucretiæ maritus. Sil. lib. 8.

Quos Caſtrum Phrygibuſq; gravis quondam Ardea miſit,
Quos celſo devexa jugo Junonia ſedes
Lanuvium, ac altrix caſti Collatia Bruti.

Livius hoc op. interius in agro Sabinorum collocare videtur lib. 1. ubi pugnam Tarquinii Sabinorumque ad ſiniſtram Anienis ripam recenſet. Verum aliter alii tradiderunt authores, quorum ſententiâ in Latio cis Anienem fuerit. Plin. 3. 5. Et Servius ad præſcriptum Virgilii locum. Ciceronis tempore adhuc extitiſſe *Collatiam* ipſe teſtis eſt in Orat. prima contra Rullum. Sed & Strabo poſt eum lib. 5. teſtatur ſuo ævo extitiſſe etiam, verum κώμην tantùm, i.e. *vicum*.

Collatina, Romæ porta. Item dea quæ collibus præſidebat.

Collatinus, unus ex 7. Romæ collibus.

Collentum, urbs Dalmatiæ verſus oram maris Adriatici. Nunc *Varcevo* dicitur; eſtque fere med. inter Jaderam ad occaſ. & Scardoniam ad ort. ſub domin. Venetorum.

Collina, Romæ porta in colle Quirinali ſita (unde & nomen accepit) non procul à Veneris Erycinæ templo. Ovid. Faſt. 4.

Templa frequentari Collinæ proxima portæ
Nunc decet, à Sicolo nomina rege tenent.

Eadem & *Salaria* vocata, propterea quod per eam *ſalem* ferebant Sabini. Tacit. Annal. 3.

Collops, geminus, magnus & parvus, urbs Africæ litor. in Mauritaniæ confin. magnus idem cum Cullu, parvus eſt op. orientalius, nunc Larobo, teſte Moletio.

Colocia, *Colocz*, urbs Archiep. Hungariæ ad Danubium, 6. leuc. à Quinque Eccleſiis, ſub dom. Turcarum.

Colæphryx, Bœotiæ mons, Heſychius: Κολοίφρυξ, Ταναγραῖον Ἀλκυόνων, καὶ ὄρος Βοιωτίας. In Etymologo M. ſcribitur Κολόφρυξ, & in Stephano Κολοίφρυγες pro loco Bœotiæ, qui aliis Ἀντικυδλεῖς, ita ille ex Ariſtotelis libro de Bœotiæ limitibus. Nomen ex Phœnicià linguâ deſumptum tradit Bochartus. Galli ſiquidem Tanagrici *Colæphryges* dicebantur ab hoc monte, in quo alebantur, qui ideo dictus eſt propter גְּלוֹא אֶפְרוֹחִים *Kelo-ephrochim*, i. e. *clauſtrum* pullorum ſc. nobile ἐρημοτροφεῖον in eo conſtitutum.

Colonia Agrippina, Ubiorum civit. præſtantiſſima, vulgò *Cologne*, Cis Rhenum flu. ſita; ita dict. ab Agrippinâ Neronis matre, quæ ut ſociis quoque nationibus potentiam ſuam oſtentaret, in hoc op. ubi genita erat, Coloniam ex veteranis militibus deduci imperavit. Tacit. an. 4. Urbs eſt Germaniæ Imperialis, Anzeatica & ſui juris 8. leuc. ab Aquiſgrano in ort. 18. à Magontia, 16. à Treviri in Bor. 5. autem a Juliaco in ort. eſtque omnium urb. Germanicarum maxima. Long. 28. 31. Lat. 50. 55.

Colonia Allobrogum, urbs Gall. Narbon. ad flu. Rhodanum è Lemano lacu erumpentem. Vulgò *Geneva*.

Colophon, *Altoboſco* Zardo, *Belvedere* Nigro, urbs Ioniæ maritima, inter Smyrnam & Epheſum. *Colophonium aurum* pro probatiſſimo apud Ariſtoph. teſte Zenodoto. *Calceamentum* v. *Colophonium* (quod erat ſolea infimam pedis partem tantum tegens) in ſtolidum, incompoſitum, ac ruſticum proferri ſolet. *Colophonium ſuffragium* apud Platonem, de ſuffragio magis verbis quam re. Eſt etiam proverb. de ſuffragio alicujus in re aliquâ plurimum valentis, à Colophoniis ortum, quòd penes illos eſſet victoria, quibus Colophonii opem tuliſſent. Item *Colophonem* addere, pro ſummam rei manum imponere, quaſi olim ſine Colophoniis negotia non conficerentur. Ex hâc urbe nonnulli Homerum ortum volunt, unde Virg. ſive potius Catullus in *Ciri*:

Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Fuit autem & Nicandri patria, ut patet ex Epigram. lib. 1. ἀνθολ.

Καὶ Κολοφὼν ἀείδηλος ἐνὶ πολίεσσι πέτυκται
Δόιος ἀρεξαμένη παῖδας ἀειγενέας.
Πρωτότοκον μὲν Ὅμηρον, ἀταρ Νίκανδρον ἔπειτα,
Ἀμφοτέρους Μούσαις ἀρήγιμα φίλους.

Long. 56. 00. Lat. 39. 20.

Coloſſæ, urbs Phrygiæ erat in confinio Cariæ, media inter Sardes & Cabyram 60. milliaribus ab Apameâ in occ. Incolæ *Coloſſenſes*. Πόλιν μεγάλην vocat Herodotus. Long. 59. 30. Lat. 38. 30.

Columnæ Herculis, duæ eſſe perhibentur in Occidente; quia ex Oceano mare noſtrum intrantibus duos montes occurrunt, quorum alterum in Africâ *Abylam* vocant, alterum in Europâ *Calpen*. Hos quondam junctos perpetuo jugo fuiſſe finxerunt, ſed ab Hercule diremptos; aliqui tamen hos montes procul ſpectantibus geminas columnas videri volunt. Alii aſſerunt Columnas Herculis in Gaditanâ inſ. fuiſſe ex ære 8. cubitorum, ad quas proficiſci ſolebant, qui navigationem abſolviſſent, tanquam Herculi ſacra facientes.

Comagena, Syriæ pars ſupra Ciliciam, in ort. ſita, trans Amanum M. excurrens in uſque Meſopotamiam, à quâ Euphrates flu. dirimitur. Pop. *Comageni*, haruſpicinâ olim peritiâ præ cæteris nobilitati. Juvenal. Sat. 6.

Spondet amatorem tenerum vel divitis orbi
Teſtamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato Armenius, vel Comagenus aruſpex.

Comana, Armeniæ urbs ad fontes Sazi flu. verſus M. Taurum, à quo diſtat 46. mill. in Bor. & paulò amplius à confin. Cappadociæ à Cæſarea v. 8. circiter in Eurum. Hæc urbs inſigni Bellonæ fano celebris fuit. Inde *Comani* dicuntur ſacri ſervi Bellonæ, quorum Strabo ſuâ ætate 6000. fuiſſe tradit, qui omnes Sacerdotis imperio parebant & ſtatis quibuſdam Bellonæ feſtis ſeſe mutuis vulneribus laniabant. Val. Flac. lib. 7.

———*Erectos lacerat Bellona Comanos.*

Comata Gallia, vulgò *La Francia*. Vide *Gallia*; ſic enim Celtica dicitur. Lucan. lib. 1.

Crinibus effuſis toti prælate Comatæ.

Combos, *Ombos* Antonino, urbs Ægypti ſuper. ad Nilum, pop. *Combitæ*, qui, teſte Steph. Crocodilum adorabant, ſicut Lycopolitæ lupum. Juvenal. Sat. 15.

Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus
Ardet adhuc Ombos, & Tentyra, ſummus utrique
Inde furor vulgo, quod numina vicinorum
Odit uterque locus, cum ſolos credit habendos
Eſſe Deos, quos ipſe colit.

Combretonium, Angliæ urbs Anton. *Bretenham* in agro Suffolcienſi Camdeno.

Complutica, Ptol. olim op. nunc vicus Hiſp. Tarracon, in finibus Callaicorum, hodie *Compludo*, teſte Mor.

Complutum, Carpetanorum urbs, & nobilis Academia in Hiſp. Tarracon. vulgò *Alcala de Henares*. Long. 17. 30. Lat. 41. 00.

Compoſtella, urbs Hiſp. Vide *Iria Flavia*. De nomine ſic Voſſius ad Melam, *Poſtquam*, inquit, *Hiſpani ſibi perſuaſerunt illa quæ de S. Jacobo narrantur, cæpit iſtud opidum appellari ad Jacobum Apoſtolum. Poſterioris ævi Hiſpani dixere Giacomo Poſtolo*, unde contractum *Compoſtella*. Long. 11. 00. Lat 43. 00.

Compſani, Hirpinorum pop. in Italiâ. Plin. 3. 11. Eorum op. *Compſa*; Ptolemæus, cui Græcè ſcribitur Κύμλα, perperam Lucanis illud attribuit. Velleius libro altero, *Molo Compſam in Hirpinis oppugnans*, ubi Cluver. *Caſſanum* legere maluit, vide Authorem longe doctiſſimum, & laboriofiſſimum de Ital. Ant. lib. 4. cap. 8. Long. 38. 42. Lat. 40. 02.

Comum, Colonia & urbs Inſubriæ, ad lacum Larium, quod inſtauratum *Novocomum* dictum eſt, vulgò *Como*. Catullus carm. 36.

Poetæ tenero, meo ſodali
Velim Cæcilio, papyre, dicas,
Veronam veniat, Novi relinquens
Comi mœnia, Lariumque litus.

Antiquitatem ejus oſtendit Juſtinus lib 20. *Gallis in Italiam cauſa veniendi, aſſiduæ domi diſſenſiones fuere, quarum tædio, cum in Italiam veniſſent, ſedibus Tuſcos expulere, & Mediolanum, Comum; &c. condiderunt.* Strabo lib. 5. Κῶμον δ' ἦν κατοικία μεῖζεα. Πομπήϊος δ' Στράβων ὁ Μάγνυ πατὴρ χαλκοβεῖς ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ῥαιτῶν συνάχιστν, &c. Deinde C. Scipio 3. colonorum millia adjecit, quibus iterum D. Cæſar 5000. addidit, de quibus 500. fuerunt Græcorum nobiliſſimi. His & jus civitatis dedit, & inter colonos eorum nomina retulit, qui tamen ibi ſedes non tenuerunt, ſed Coloniæ nomen reliquerunt. Νεοκωμῆς δὲ ἐκλήθησ ἅπαντες, τοῦτο δ' μεθερμηνεύεν Νόβυμ Κώμυμ λέγεν. Vide Cluver. Ital. Ant. p. 248. Long. 31. 02. Lat. 44. 54.

Comum, *Com*, op. amplum Perſiæ, in prov. *Hieraoh*, med. ferme inter Aſpahamum & Casbinum.

Conacum, *Cognuc*, urbs Aquitan. ad Carentonum flu.

Concana, Hiſp. urbs in Aſturiâ. Ptol. pop. *Concani*. Horat. Carm. 3. Od. 4.

Et lætum equino ſanguine Concanum

Silius lib. 3.

Nec qui Maſſagetem monſtrans feritate parentem
Cornipedis fusâ ſatiaris, Concane, venâ.

Concangium, Britanniæ op. Lib. Notit. *The Barony of Kendal* Camdeno. Cujus verba ſunt, *Concangios olim* (de Cindaliâ in Weſtmariâ loquens) *ſtationem fuiſſe opinatus ſum*, ſed jam rectius docuit. Alibi autem de *Haulton*, vel *Holton* op. in Confin. Ceſtrenſ. & Lancaſtrenſ. comitat. verba habens, ait, *Nec ego alibi quærere auſus ſum, quam in hoc tractu ſtationem illam Congangios, ubi Numerus vigilum*, &c.

Concordia, Colonia, Fori Julii quondam urbs, cujus hodie nihil extat præter pauciſſima tuguria. Sabellicus.

Concordia, Germ. urbs inter Argentoratum & Bingium. Anton. *Kochesberg* Rhenano, & Simlero.

Concordia, Hiſp. Bæt. civitas. Ptol. pop. *Concordienſes*. Plin. 4. 22.

Concordia, urbs inter flumina Liquentiam, & Tilavemptum propius mare accedens, eodem nomine & epiſcopatûs titulo hodieque clara. Ptolemæus perperam Carnis eam attribuit, & Mela longe imperitius inter Tergeſte, & Aquileiam, opida Carnorum, eandem poſuit. Nomen ejus apud Strab. lib. 5. ſcribendum per Omega cenſet Cluverius in primâ ſyllabâ, non vero per omicron, ut eſt apud Ptol. & Zoſimum. Vide eum de Ital. Ant. p. 167. Long. 35. 14. Lat. 45. 35.

Concordiæ Templum in urbe Roma à Livia extructum in ſuo porticu tradit Sueton. Ovid. 6. Faſt.

Te quoque magnifica Concordia dedicat æde.

Condate, *Renes*, urbs Gall. in Britan. minore. Vide *Rhedones*. Sunt qui *Rhedon* op. finitimum interpretentur.

Condate, *Conde*, op. Belg. in Hannoniâ ad Scaldim flu. apud Valencenas urb. 2. leuc. inde, Tornacum verſus 5. quot à montibus. Long. 26. 00. Lat. 50. 27.

Condate, op. Cornaviorum, *Cengleton* in Com. Ceſtriæ ad amnem Danum, in lim. Com. Staffordienſ in Anglia, 20. m. p. à Ceſtria in ort. & 16. à Staffordia in Bor.

Condates, portus Aquitaniæ ad Duranium flu. apud Liburniam op.

Condarum, *Conde*, op. Belg. in Hannonia, ad Scaldim flu. unde dicti Principes Borbonii.

Condercum, op. alias Brigantum, nunc Diœceſis Dunelmenſ. in Angl. Boreali, *Cheſter upon the Street*, ad Vedram flu. med. inter Dunelmum & Novum Caſtrum 6. m. p. ab ora litor. & à Vallo 33. autem à confinio Scotiæ.

Conimbrica, vulgò *Condexa La Veſa*, op. olim Luſitanorum in Hiſpan. nunc vicus Portugall. in provincia inter Durium & Tagum. Ex ejus ruinis, & 3. ab eâ leuc. crevit Conimbrica nova, vulgò *Coimbra*, urbs ampla & Academia ad Mundam flu. 32. leuc. ab Ulidiponę in Bor. & 6. ab orâ Oceani Occidentalis. Long. 13. 30. Lat. 40. 00.

Connacia, *Connaught*, prov. regni Hiberniæ in occid. parte, inſ. in 6. Comitatus diviſa, habens ab ortu Lageniam, à Sept. Ultoniam, & à merid. Momoniam. Ibi urbs præcipua *Galliva*.

Conovium, Ordovicum op. in Wallià ad Conovium flu. 4. m. p. ab orâ maris Hibernici in Arvoniæ Com. Ex ejus ruinis crevit op. in viciniis 4. mill. infra, dict. *Aber Conway*, i. e. Conovii oſtium. 8. m. p. à Bangorio in ort. & 16. ab Aſaphopoli in occ.

Conſentia, Brutiorum civitas, imò & caput. Græcis Κωσεντία & Κωσεντία, memoratur Livio, Straboni, Plinio, Appiano, Ptolemæo, ac duobus Itinerariis, vulgò *Conſenza*, opidani *Conſentini*, præter alios, etiam Varroni & Ciceroni dicuntur.

Conſilinum, Italiæ op. Tarento vicinum. Mela lib. 2. ubi libri fere omnes *Conſentia*, in uno tamen *Conſentinum* ſe reperiſſe ait Voſſius, in nullo vero *Conſilinum*. Hoc poſtremum tamen verum eſſe apparet ex Plin. Meminere quoque hujus opidi Auctores de Coloniis, & Caſſiod. Var. 8. 33. qui aliquanto fuſius de hoc loco agit.

Conſtantia, *Conſtantz*, urbs Germ. libera, ſub clientela tamen domûs Auſtriæ, ad lac. Conſtantienſem, 15. leuc. ab Ulma in Auſt. 18. à Baſilea in ort. 7. autem à Scaphuſiâ.

Conſtantia caſtra. *Coutances*, urbs Normanniæ ad amnem Bardum 2. leuc. ab ora maris Britan. 8. ab Abrincis in Bor. & 20. à Cadomo in occ.

Conſtantienſis lacus. Vide *Brigantinus*.

Conſtantina, urbs Barbariæ in mediterraneis, & regni cogn. caput, unde etiam montes *Conſtantinæ* in eo tractu. Arabibus *Coſantina* dicitur; diſtatque 70. mill. à Cullu in auſt. & 100. à Bugia in ort.

Conſtantina, op. Hiſp in Vandalitia reg. prope montes Marianos, 12. leuc. ab Hiſpali verſus Calatravà in Cæc. & totidem à Cordubâ in occ.

Conſtantinopolis, *Stramboul* Turcis, olim Byzantium, Thraciæ caput, & cum prius à Severo Imp. direpta fuiſſet, à Conſtantino M. reſtaurata, ampliata & abſoluta fuit mirabili rhurorum artificio, & ſumptuoſiſſimorum ædificiorum ſtructurâ. Ita Romanorum Impp. fuit ſedes, mox Græcorum poſt Imperii diviſionem; poſtremo poſt captam urb. ipſam à Mahumete 2. Turcarum Impp. eam ſibi regiam conſtituerunt: unde nunc opulentiſſ. & populo numeroſiſſima eſt; ita ut ſit omnium Europæarum urbs max. poſt Lutetiam Pariſiorum. Amplitudo ejus 14. milliaria complectitur, & utriuſq; ſexûs 700. hominum millia fere numerantur. Portum habet commodiſſimum. Urbs eſt triangularis, viæ anguſtæ & inæquales. Septem colles includit. Palatium Principis vulgò *Seraglio* dicitur, ſedetque ipſa urbs prope Propontidem, & Boſphorum Thracium. *Galata* autem ſeu *Pera* qu. ultra æſtuarium: potius eſt ſuburbium Conſtantinopolis, ubi Latini ferè omnes commorantur. Eam accurate deſcripſit Bellonius uti & Petrus Gyllius. Ei adjacet ex parte Aſiæ *Scutaret*, alias *Chryſopolis*.

Continuſa, inſ. Hiſpaniæ adjacens in freto Gaditano, aliis nominibus *Gadira* & *Tarteſſus* dicta. Plin. lib. 4. c. 22. Lege *Cotinuſa*, idque authoritate Dionyſii Perieg. verſ. 455. de hâc inſulâ loquentis.

Καὶ ἣ μὲ ναετῆρες ὀπὶ πρεσβήων ἀνθρώπων
Κληϊζόμενοι Κοτινῆς ἐφημίξαντο τὸ πρίν.

Ubi Scholiaſtes ſic dictam ait, ὡς πολλὴς ἔχυσα Κοτίνυς, ὁι ἀγελὶν ἐλαίας ἔδον εἰσὶ, ut quæ agreſtes oleas multas habuerit.

Contoſolia, Hiſp. urbs 12. m. p. ab Emeritâ. Anton.

Contributa Julia, Beturiæ op. in tractu Celtico inter Berum & Anam fluvios. Plin. 3. 1. *Contrebia* forſan Livio.

Convenæ, vulgò *Commingeos*, pop. & urbs Gall. Aquit.

ad

ad Pyren. mont Plin. 4. 19. Long. 21. 37. Lat. 42. 58.

Convennos, Angliæ inſ. Cantio adjacens apud Thameſis flu: oſtia, Ptol. vulgò *Shepey*. Vide *Connos*.

Coos, ſive *Cos*, vel *Cea*, vel *Co*, inſ. in mari Ægæo, ſeu, ut quidam aiunt, Icario, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, aſpectuque jucundiſſima eò navigantibus. Ambitus ejus 550. ſtadiis clauditur, tota fertilis ac optimo vino abundans. Solebant autem in hâc inſulâ fieri veſtes tenuiſſimæ ex bombyce ad fœminarum ornamentum, quæ *Coæ* dicebantur. Propert. 1. 2.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo,
Et tenues Coâ veſte movere ſinus?

Ovidius lib. 2. de Art. Am.

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,
Sive erit in Cois, Coa decere puta.

Propert. iterum 4. 2.

Indue me Cois, fiam non dura puella.

Horat. lib. 1. Sat. 2.

———Cois tibi pene videre eſt,
Ut nudam.———

Tibullus alicubi.

Ille gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.

Fuit in hâc inſ. Æſculapii templum auguſtiſſimum. De Junonis autem æde nemo ignorat, adeo clara, ut de ejus inſignibus librum ſcripſit Theodorus, authore Vitruvio, in præfatione libri 7. Eſt inibi pectunculus piſcis inſigniter ſapidus, Varroni celebratus, uti teſtatur Gellius 7. 16. Sed de Chio inſ. ibi loquitur. Item *Coos* urbs in *Coo* ejuſdem inſ. caput. Hinc adject. *Cous*, unde *Hippocrates* medicus divinus & Apelles pictor egregius *Coi* dicti ſunt.

Cophes, Indiæ citer. flu. in Indum influens. Dionyſ. Perieg. verſ. 1140.

Τοῖς δ' ἔπι κὴ Κώφης τρίτος ἔπλετο δεγμεδίνης.
Tertius hos ſequitur ſplendenti gurgite Cophes.

Ubi in errore procul dubio verſatur, ſi Cophen ordine tertium, ortum verſus, inter fluvios in Indum ſe exonerantes, poſt Hydaſpen & Aceſinen, hic ſtatuat; nam Strabo, Mela, aliique Geographi inter primos ad Occidentem, ante Indum ipſum, eum numerant: ſtatuendum igitur Dionyſium non ad ordinem ſitûs hic reſpicere, ſed fluvios in Indum influentes confuſè tantum enumerare.

Coptos, vel *Coptus*, *Cana*, teſte Rhamnuſio, opidum Thebaidis, commune Ægyptiorum, & Arabum emporium, vergens ad mare Rubrum, ubi cautes ſunt, ex quibus eruuntur ſmaragdi. Juvenal. Sat. 15.

Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti.

Meminit illius Statius lib. 1. Theb.

———Melius vobis Mareotica fumat
Coptos, & æriſoni lugentia flumina Nili.

Ubi ſic vetus Schol. *Coptos civitas Mareotica Ægypti, in quâ Io verſa in Iſidem, colitur, cujus ſacris ſiſtro celebratis, Nilus exæſtuat.* Hujus urbis vetuſtatem ex eo cognoſcimus, quod regina Iſis iſtic nuncium acceperit de nece mariti ſui Osiridis, præque dolore abſciderit capillos, quo exemplo Iſiaci erant calvi. Juvenal Sat. 6.

Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo.

Hinc urbi Κόπτος vel Κοπτὼ nomen eſſe datum putarunt Græci, quia κόπτειν ſign. *διαίρειν* κὴ *τεμνὼ*, ut ait Euſtath. Sed alii ex eo hoc vocabulum urbi impoſitum exiſtimant, quia, cum in eâ degeret Iſis, privata ſit Oſiride, nam *Coptus* linguâ Ægyptiacâ *privationem* notat. De utroque ſic Plut. lib de Iſid. & Oſir. Τὼ δ' Ἶσιν αἰδημόνως κειρεῶς μὲ ἐν ταύτῃ τῇ πλοκάμων ἔνα, κὴ πένθιμον ςολὼ ἀνδήσαεῖν, ὅτε τὸν πάλαι μάχει νῦν ὄνομα Κοπτώ. Ἕτεροι δ' τύνομα σημαίνειν ὅλον στέρησιν, τὸ γὰρ ἀποςερεῖν, κόπτειν λέγεσι. Voſſius autem plane iis aſſentit, quibus *Coptos* toti Ægypto creditur nomen dediſſe, nempe ut Αἴγυπτος dicatur, qu. αἰὲν Γύπτος, ſive Κόπτος, vel ἡ Κόπτις. Atque hanc opinionem admodum firmat Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir reconditæ eruditionis, epiſtolâ eâ quam Arabicè ſcripſit ad ſummum virum Joſ. Scaligerum. Long. 62. 30. Lat. 26. 00. Eſt & Armeniæ Zephyricæ vicinum op. Cedrenus,

Cora, op. Latii in finibus Volſcorum antiquiſſimum, ante urbem Romam à Dardanis conditum, ac de *Coræ* Catilli & Tiburti fratris nomine dictum. Pop. *Corani*. Lucan. lib. 7.

———Gabios Veioſque Coramque
Pulvere vix tecta poterunt monſtrare ruinæ.

Long. 36. 38. Lat. 41. 37.

Coraceſium, *Coracenſium*. Ptol. *Scandeloro*, teſte Nigro, urbs Pamphyliæ litoralis, quæ à Ptol. & Livio Ciliciæ aſperæ tribuitur. Vide Strab. lib. 14.

Coralli, pop. Pontici, immanitate inſignes. Ovid. Ponticorum lib. 4. eleg. 2.

Hic mea cui recitem flavis niſi ſcripta Corallis?

Idem ib. eleg. 4.

Litora pellitis nimium ſubjecta Corallis.

Corbeia, *Corbie*, Urbs Gall. in Picardiâ, ad Samonam flu: 4. leuc. ab Ambiano, & 8. à Peronâ.

Corbeia, *Corvie*, urbs Weſtphaliæ ad Viſurgim flu. 9: leuc. à Paderborna in ort. & 7. à Caſſulâ in Bor.

Corbilum, vel *Corbilo*, urbs Gall. Lugdun. ad Ligerim flu. quæ nonnullis Condivincum, nunc *Nantes*, in Britan. min.

Corcagia, *Cork*, urbs Hiberniæ epiſc. ſub Arch. Caſſilienſi, cap. Com. cogn. ad flu. Savarenum, 18. m. p. à Ruſſiâ & 10. à Kinſalâ. Long. 10. 16. Lat. 52. 21.

Corcyra, inſ. maris Ionii non procul ab Epiro, Ulyſſis naufragio, & Alcinoi hortis nobilis, olim *Scheria*, & *Phæacia*. dicta, nunc eſt ſub ditione Venetorum, ac vulgò *Corfu*, vocatur. meminit illius Lucan. lib. 2.

———Seu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, ſeu læva putatur
Illyris Ionias vergens Epidamnus in undas.

Unde dicitur non ſatis conſtat. Græci ab ejuſdem nominis nymphâ Aſopi filia, quam Neptunus ibi compreſſit, vocatam volunt. Bochartus ab Arabico קרקרה *carcara* deducit, quod *terram* ſign. in quâ tutò, ac pacatè vivitur. Proinde Judic. 8. 10. pro eo quod in Ebræo eſt *Zeba*, & *Salmana erant* בקרקר *in carcar*, Hieronymus habet *requieſcebant*; Quod Corcyræ quomodo quadret, docet Poeta Odyſſ. Z.

Οὐκ ἔδ' ἔτος ἀνὴρ δειρὸς βεστὸς, ὅδε γέτηϑ,
Ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηϑ
Δηιοτῆτα φέρων.———
Οἰκόμωϑ δ' ἀπάνευϑε πολυκλύςῳ ἐνὶ πόντῳ
Ἔγματος, ὅδε τις ἄμμι βεστῶν ἐπιμοίρηϑ ἄλλος.

Eſt & alia inſ. ejuſdem nominis *Melæna*, i. e. nigra dicta, 20. m. p. à priori diſtans. Plin. 3. ult. *Curzola* Sophiano.

Corduba, Bæticæ Hiſp. urbs clariſſima, utriuſque Senecæ & Lucani patria. Martialis ad Licinianum.

Duoſque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Quanquam Tullius Cordubenſes poetas irridet in oratione pro Archiâ. Fertilitas ejus, & dives cultus ſcriptoribus laudatur. Sil. lib. 3.

Nec decus auriferæ ceſſavit Corduba terræ.

Mart.

Quâ dives placidum Corduba Bætin amat.

Hodiè *Cordova*. Plinius tradit Coloniam Patriciam cognominatam, quod etiam Ambroſius Moralis ex ejus antiquis marmorum inſcriptionibus oſtendit. Sed & Auguſti Imp. æreus nummus videtur cum literis COLONIA PATRICIA. *Corduba*, inquit Bochartus, Arabicè dicitur קורטובה *Corteba*, inſerto R (de quo vide in *Sardiniâ*) *Coteba*, autem Syris eſt *trapetum*, ſeu *mola olearia*. Jam verò Cordubæ, & in vicinis locis magna vis fuit trapetorum. Statius in Lucani Genethliaco.

Quæ Tritonide fertiles Athenas
Unctis Bætica provocas trapetis.

Bætica, i. e. ea pars Bæticæ potiſſimùm, quæ eſt circa Cordubam. Agitur enim de Lucani patria, quæ Cordubenſis erat. Nec aſio referenda hæc Martialis lib. 7. ep. 27.

Nec Tarteſſiacis Pallas tua, Fuſce, trapetis
Cedat.———

Idem enim de *Cordubâ* nominatim 12. 64.

Uncto Corduba lætior Venafro.

Ubi Cordubam cum Venafro confert, Campaniæ opido, cujus ager eſt olei feraciſſimus, ut in *Venafro* poſtea videbimus. Item *Corduba* mons Luſitaniæ, qui *Corvan* vulgò dicitur, teſte Andr. Reſendio. Strabo lib. 3. Πλεῖςον δ' Κόρδυβα ἔυξηϑ, Μαρκέλλε κλέισμα, κὴ δόξῃ κὴ δυνάμει, κὴ ἡ πρὸ Ταδιτανῶν πόλις· ἣ μὲ διὰ τὰς ναυπηλίας, κὴ διὰ τὸ περιδεὲς Ῥωμαίοις χϑ' συμμαχίας· ἴδιε, χώρας ἀρετῇ, κὴ μεγέϑει περιλαμβανόνϑ κὴ τὸ ποταμῷ βαϑὺ μέγα μέρος. Laudat, & ſimul veterem oſtendit, *Marcelli opus*. Cujus? Prætoris, an Conſulis? Nam Prætor Hiſpaniam obtinuit M. Marcellus, uti patet ex Liv. 43. An. U. C. 585. etſi in pace & otio, ut videtur. Eóque magis inclinem, coloniam ab hoc deductam, fortaſſe & opidum auctum, ornatumque. Neque enim novum planè conditum vel Silius dixerit, qui jam tempore Annibalis Cordubam notavit. Ad illum igitur magis quàm ad Conſulem Marcellum retulerim, qui an. 601. Hiſpaniæ præfuit, ſed *citeriori*, ut eſt in epitome, & ex Appiano colligas; atque ibi re feliciter geſtâ, triumphavit de Celtiberis. Itaque nihil ei tunc fuit cum Bæticâ & Cordubâ noſtrâ, quæ erant in Hiſp. ulteriore. Addit porrò amplius Strabo: ὠνόμαν δ' ὀξάρχας Ῥωμαίων τε κὴ ὁπηχεῖαν ὀλίγους ἀνδρας· κὴ δὴ κὴ πρότερον ἀποικίαν εἰς τόδε τὸν τόπον ἔςειλαν Ῥω-

μάλοι. Nota de *ſelectis*. Ita enim fuit eóque obtinuiſſe poſtea credam, ut *Colonia Patricia* diceretur. Plinius aperte l. 3. c. 1. *Corduba Colonia Patricia cognominata*. Et in Auguſti nummis, *Permiſſu Cæſaris Auguſti*; Caput ejus: tum parte alterâ, *Colonia Patricia*. Cui titulo cauſam dediſſe arbitror, quòd ſplendida & dives, Patres ac Seriatores etiam rei Romanæ daret. Nam ita Auguſti ævo, ex provinciis paſſim in Senatus legebantur. Sed & ait Strabo, *Primam Coloniam eò miſſam*: quod cautè lege. Nam *Carteia* in eâdem Bæticâ jam ante colonia deducta, à L. Canuleio Prætore: ſed quia ex parum honeſtis, *Libertinorum* appellata fuit. Leges in Livio, initio libri 43. Tueri tamen Strabonem poſſis, fortaſſe & debeas: quod non miſſi coloni illi Româ aut Italiâ, ſed ibi nati ex militibus Romanis, & fœminis Hiſpanis, permittente Senatu, hybridæ iſti libertate donati ſint, & in coloniâ collocati. At Strabo *miſſam primam* diſertè ſcripſit. Lipſius. Long. 15. 40. Lat. 38. 00.

Corſinium, Pelignorum metropolis, vulgò *Pentinia, i campi di Santo Pelino*. Strabo lib. 5. Κορφίνιον ἢ καὶ Πελιγνῶν μητρόπολιν vocat Ptolemæus: Πελιγνῶν, Κορφίνιον, Σελμῶν. Diodoro lib. 37. ἐπισημοτάτη dicitur. Lucan. lib. 2.

At te Corſini, validis circundata muris
Tecta tenent pugnax Domiti.

Silius lib. 8.

Corſini populos, magnumque Teate trahebant.

Corinthus, urbs Achaiæ fere medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita, ab ortu Saronicum, ab occaſu Criſſæum ſinum habens, qui & *Corinthiacus* dicitur, duobus inclyta portubus, quorum Lechæus Ionio, Schœnus Ægæo imminet mari. Unde & *bimarem* Corinthum poetæ peculiari epitheto appellarunt. Horat. Carm. 2. 6.

Laudabant alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Epheſum, bimariſve Corinthi Mœnia.

Inde *mari cincta* dicitur Anthol. lib. 3.

Λαΐδ' ἔχω πολίπην ἁλιζώνοιο Κορίνθου.

Et Nonno ἁλισέφανος, & Ἰσθμιος. Dicta autem putatur Corinthus à *Corintho* Marathonis, ſive (ut alii putant) Pelopis filio, qui illam everſam inſtauravit, cum antea Ephyre diceretur. Hæc Græcarum omnium urbium clariſſima fuit, atque ob ſitûs opportunitatem in tantam excrevit potentiam, ut ne Romæ quidem cederet, tantumque in faſtum evaſit, ut Corinthii pop. Rom. legatos injurioſius appellare, &, ſi Straboni credimus, etiam ſordibus perfundere non dubitarint. Quare commoti Patres, cum etiam antea creſcentem indies urbis potentiam ſuſpectam haberent, bellum illi inferendum cenſuerunt. Miſſus itaque in Græciam L. Mummius, Corinthum obſedit, tandemque captam incendit, ſoloque æquavit, adeo ut vix ullum tantæ urbis reliquerit veſtigium. Quo incendio, confuſis metallis, inventa eſt miſtura æris pretioſiſſimi quod ab urbis hujus nomine *Corinthium* appellarunt. Virg. Geor. 2.

Inluſaſque auro veſtes, Ephyreïaque æra.

Silius lib. 4.

———*Non æra vacabant*
Quæ ſcirent Ephyren.

Ephyre autem Corinthius eſt. Originem autem æris Corinthii, quod in tanto pretio hanc aperit Plin. 34. 2. *Hoc* (æs) *caſus miſcuit Corintho, cum caperetur, incensâ*. Pluribus Florus 2. 16. ubi de Mummio: *Quantas* opes & abſtulerit & cremaverit hinc ſcias, quod quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur incendio ſuperfuiſſe comperimus: nam æris notam pretioſiorem opulentiſſimæ urbis fecit injuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis, atque *ſimulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxerunt*. Sed non dubium quin ante hoc temporis, illud in honore fuerit, idque ex Homero, Iliad. 15. laudat thoracem.

———Τὸν ποτε φυλάδες
Ἤγαγον ἐξ Ἐφύρης———

Seneca in Medea.

Inque auxilium Dictynna tuum
Pretioſa ſonant æra Corinthi.

Reſtituta fuit poſtea per Jul. Cæſarem, ut Strabo narrat, & in fragmentis Diod. Siculus. Arcem habuit editam, quæ *Acrocorinthus* veteri nomine dicta fuit, cujus erat mira altitudo. lib. 8. ὄρος ὕψηλον vocat. Ideo Livius ubi de Corintho: *Arx inter omnia in immanem altitudinem edita*. Papinius Thebaid. l. 7.

Jam pronis Gradivus equis Ephyræa premebat
Litora; quà ſummus caput Acrocorinthus in auras
Tollit, & alternâ geminum mare protegit umbrâ.

Hinc Proverbium,

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁπλοῦς.

De rebus arduis, & aditu periculoſis. Unde hoc natum docet Strabo lib. 13. Horatius ſic extulit in Epiſtolis:

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Cicero totius *Græciæ lumen* vocat in Orat. pro *Pompeio*. & *Florus decus Græciæ* lib. 2. cap. 16. Strabo lib. 8. Ὅσοι δὲ Κόρινθον ἀφικνοῦνται μὴ λέγω διὰ τὸ ἐμπόριον, ὅτι τῷ Ἰσθμῷ κείμενον, καὶ δυοῖν λιμένων κύριον, ἓν ὁ μὲν τῆς Ἀσίας, ὁ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐστι. Homerus: Ἀφνειὸν ἦν Κόρινθον. Pindarus Ὀλβία Κόρινθε, Ἰσθμίᾳ τεθμένον Ποσειδῶνι ἀγλαόκωμον. Thucydides ubi de Corinthiis: Χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται, ἀργὸν γὰρ ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον. Thucydidis autem locum reſpiciebat Ariſtides hæc ſcribens: Καὶ τοῦτ' ἦν ὑφ' ἓν καὶ ἐν παλαιοτάτῳ ἀφιγμένον ὕμνῳ χωρίον ὑπὸ τῶν ποιητῶν. Ἰσθμ. Εἰς Ποσειδ. Vide Grot. præfat. in priorem Epiſt. ad Cor. Corinthios fuiſſe in Venerem propenſos patet ex verbis Suidæ voce *Cothys*. Sic enim ait Cothys Dæmon apud Corinthios colitur, præſes effœminatorum & impudicorum. Idem docet Herod. in Clio. Unde Strab. l. 8. Fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples, ut plures quam mille habuerit ſacrorum famulas meretrices, quas deæ viri mulieresque dedicarunt: inde proverb. Κορινθιάζειν laſcivire, genio indulgere, & libidinibus vacare. Apollodorus author eſt fuiſſe & alias hujus nominis civitates, quarum una fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide. Stephano hæc quondam nuncupata fuit Epope, Pagos, Ephyra, Heliopolis & Acrocorinthus; hodiè adhuc *Corintho*, ut Sophianus, vel *Coranto*, ut Moletius tradit, appellatur. Hinc *Corinthius* & *Corinthienſes* adjectiva, quæ id habent inter ſe diſcriminis, ut *Corinthii* ſint, qui Corinthum inhabitant, aut qui ex Corintho nati ſunt; *Corinthienſes* autem qui alibi nati ſunt, ſed Corinthi negotiantur. Inde etiam *Corinthiacus*, Ovid.

Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis.

Denique *Corinthiarius* à Suetonio poſitus eſt pro amatorio nimio Corinthiorum vaſorum. Rhod. 21. 25.

Coritani, pop. fuere Angliæ, inter Brigantes ad Bor. Cornavios ad occ. Catieuchlanos & Icenos ad auſt. & Oceanum Germ. ad ort. qui longiſſimè per mediterraneam inſulæ partem diffuſi habitant in illis reg. quæ nunc Northantonia, Leiceſtria, Rutlandia, Lincolnia, Nottinghamia & Darbia vocantur. Eorum urbs præcipua Lindum.

Cornavii, pop. fuere Albionis in meditullio fere Angliæ, inter Brigantes ad Bor. Coritanos ad ort. Dobunos ad auſt. & Ordovices ad occ. Habitabant ubi nunc Com. Warwicenſis, Wigornienſis, Staffordienſis, Salopienſis & Ceſtrienſis.

Cornubia, Cornwall, Comitatus Angl. meridionalis in occaſum maximè extenſa, inter Oceanum Britannicum & Virginium, verſus Antiveſtæum promont. ubi alias major pars Damnoniorum, habetque ad ort. Devoniam.

Cornubia, Cornovaille, reg. Galliæ in Britan. min. verſus occid. cujus caput Coriſopitum, vulgò *Quimper*.

Corſica, inſ. in mari Liguſtico, inter Sardiniam & Italiam ſita. A *Cyrno* Herculis filio, dicta fuit Κύρνος, ut placet Fabio Pictori, cum antea *Therapne* vocaretur. A *Corſica* vero muliere, cujus taurus ex continenti in eam inſulam tranaverat, nomen quod habet, retulit. Rutilius vetus Poeta, Itiner. lib. 1.

Hæc ponti brevitas auxit mendacia famæ,
Armentale ferunt namque nataſſe pecus;
Tempore Cyrneas quo primum venit ad oras
Forte ſecuta vagum fœmina Corſa bovem.

Scribit Strabo captos à Romanis hujus inſulæ homines in admiratione fuiſſe, quod diri, hiſpidi, inhumani, ferino aſpectu viderentur. Idem ſcribit Corſicam malignè coli, aſperam, & plurimis in partibus inacceſſibilem, adeo ut, qui ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitateque feras ſuperent. Carmen L. An. Senecæ vulgariter attributum.

I.

Corſica Phocæo tellus habitata colono,
Corſica quæ Graio nomine Cyrnus eras:
Corſica Sardinia brevior, porrectior Ilva,
Corſica piſcoſis pervia fluminibus
Corſica terribilis cum primum incanduit æſtas,
Sævior, oſtendit cum ferus ora Canis.

II.

Barbara peremptis incluſa eſt Corſica ſaxis,
Horrida, deſertis undique vaſta locis.
Non poma auctumnus, ſegetes non educat æſtas,
Canaque Palladio munere Bruma caret.
Umbrarum nullo ver eſt lætabile fœtu,
Nullaque in infauſto naſcitur herba ſolo.
Non panis, non hauſtus aquæ, non ultimus ignis:
Hic ſola hæc duo ſunt, exul, & exilium.

Sen. de Conſol. *Quid ad homines immanſuetius?* Cum quo Strabo conſentit, *qui latrocinia exercere eos ſcribit, maxime qui montana incolunt*, καὶ ἀγεωλέκτους ὄντας τῶν ἠθῶν. Tum addit: *Ipſa mancipia illinc capta, & abducta, vix ſui uſum præbere: ſive quia impatientia vitam fugiant, ſive quia Dominos ruditate nimiâ & ſtupore obtundant.*

Quid

Quid autem iterum Diodorus? Ex diametro adverſus, Τὰ ὑ πρὸς ἀλλήλους βιῶσιν ὀπιεικῶς καὶ δικαίως, ἀφ' ὧν πάλαι φαῦλον τὰς ἄλλας βαρβάρους. Jam de mancipiis: Τὰ ὑ ἀνδράποδα τὰ Κύρνια διαφέρει δοκεῖ τ ἄλλων δούλων, εἰς τὰς χ^τ^ τ βίον χρείας, φυσικῆς τινὸς τ ἰδιότητ ἀφῃρημένους. Hæc niſi per Calumniam, aut certe argutiam, vix concilies: Satis mirum, cum nec diverſo nimis ævo ſint ſcripta. Lipſ. Athenæus tradit Corſicæ incolas ideo longævos eſſe, quod mellis cibo, quo plurimum abundant, aſſiduè utantur. Mart. 9. 26.

Hyblæis apibus Corſica mella dabit.

Quod tamen alicui mirum videri poteſt, cum ejus inſulæ mel ob taxi copiam, venenatum ſit. Unde Ovidius 1. Amorum.

Melle ſub infami Corſica mittit apis.

Martialis 11. ep. 43.

Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia naſci,
Et thyma Cecropiæ Corſica ponis api.

Quaſi noxia thyma opponerentur api bonæ. Vide Commentatores in illud Virgilii Eclog. 9.

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Dicitur & *Corſis* Stephano. Utrumque vero nomen, *Cyrnus* & *Corſica*, inquit Bochartus, eſt Phœnicium. Primum Κύρνος ad Ebræo קרן *Keren*, *cornutum* ſonat, quia *multis promuntoriis anguloſa* ſit hæc inſula, teſte Iſidoro 14. 6. Poſterius inſulæ nomen *Corſica*, ſeu *Corſis* Punicè diceretur גורשו *Chorſi*, quaſi *ſylveſtrem locum* dixeris, quia ex omnibus inſulis non alia eſt eâ ſylvoſior, dicente Dionyſio Ὄλλη δ' ἀμφιλαφὴς ὕπις τόσον ὄσσον ἐκείνη. Item Diodoro lib. 5. Ἡδὺ δὲ νῆσος ἐυμεγέθης ἔσα πολλὴν τ χώρης ὀρεινὴν ἔχει πεπυκασμένην δρυμοῖς συνεχέσι. Et apud Polybium lib. 12. paſtores paſcentia ſequi pecora nequeunt διὰ τὸ συνδένδρεον, καὶ κρημνώδη, καὶ τραχεῖαν εἶ τ νῆσον. Buxus utique nullibi craſſior, quam in Corſicâ. Plin. 16. 6. *Buxus Pyrenæis ac Cytoriis montibus, & Berecynthio tractu, craſſiſſima in Corſica.* Et apud Theophraſtum Hiſt. Plant. 3. 15. Ἐν Κύρνῳ μέγιστοι καὶ κάλλιστοι buxi arbores dicuntur. Denique Diodor. lib. 5. Φύεται ὑ χ^τ^ τ νῆσον ταύτην καὶ πύξος πλείστη, καὶ διάφορος. Corſica hodie eſt ſub Dominio Reip. Genuenſis: Separatur à Sardinia freto *Taphros* dicto, 6. m. p. diſtat à Genua, 100. circiter mill. in auſt. & 50. à Liburno. Longa eſt 106. m. p. lata 50. & ejus ambitus eſt 300. milliarium. Urbes in eâ præcipuæ ſunt,

Adiacium, *Aiaccio.*
Baſtia, *Baſtia*, cap. inſ.
Bonifacium, *Bonifacio.*
Calvium, *Calvi.*
Curia, *Corte.*
Fanum S. Florentii, *Fiorenzo.*

Corſoa, urbec. Daniæ in ora occid. Zeelandiæ inſ. ex adverſo Fioniæ inſ. & Neoburgi urbis.

Corſtopitum, *Morpeth*, op. Ottadinorum in Angl. quod forſan Morſtopitum dict. fuit, ut opinatur Camdenus; nunc caſtrum eſt in Northumbria ad amnem *Wanſpeck*, qui 5. mil. Anglicis infra in Oceanum German. ſe exonerat, & 10. mill. diſtat à Novo Caſtro in Bor. Bervicum verſus.

Cortacha, urbs Indiæ extra Gangem. *Tarthao* Mercatori.

Cortenæum, *Courtenay*, urbs Gall. in Inſula Franciæ & in Vaſtinenſi tractu inter Senones & Montargium.

Corteriacum, *Cortryck*, urbs Flandriæ ad Legiam flu. inter Aldenardum, & Hypras ad merid. 5. leuc. à Tornaco, 6. in Bor. & 8. à Gaudavo in occ. Long. 24. 28. Lat. 50. 50.

Corticata, op. Hiſpan. in Andaluſia, verſus montes. Nunc *Cortegana* dicitur, in confin. Extremaduræ, 6. leuc. à confin. Portugalliæ, 14. autem à *Guadanacanal* in occ.

Cortona, urbs Hetruriæ antiquiſſima, ſub dom. M. Ducis, 22. mill. à Peruſia in occ. 8. à Clani palude, & 4. à lacu Thraſymeno. Olim *Corton* dicebatur, & *Cyrtonium* Polybio. Livius lib. 6. *Itaque à Peruſiâ & Cortone, & Aretio, quæ ferme capita Hetruriæ Populorum erant*, &c. Sil. lib. 8.

Lectos Cæte viros, lectos Cortona ſuperbi
Tarchonis domus, & veteres miſere Graviſcæ.

Vide Cluverium, Long. 35. 04. Lat. 42. 48.

Corybantes, qui & *Curetes*, pop. Cretæ, Idam mont. incolentes, nec non apud Acheloum flu. in Acarnaniâ. Vide partem ſecundam hujuſce Dictionarii in *Corybantes.*

Coryeus, mons Ciliciæ altiſſimus cum opido ejuſdem nominis, optimi croci ferax, quod ab eo *Corycium* dicebatur. Strabo lib. 14. Ὑπὲρ Κωρύκιος ἄκρης ἐν ἑκκαίδεκα σταδίοις ἐστὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. Dioſcorides: Κρόκος ἐστὶ κράτιστος ἐν ἰαδικῇ χρήσει ὁ Κωρύκιος. Meminere quoque Plinius, Solinus, & poetæ paſſim. Horat. 2. Serm. Sat. 4.

Corycioque croco ſparſum ſtetit.

Martialis lib. 11.

Ultima Corycio quæ cadit aura croco.

Ad montis hujus radices antrum erat Corycium Muſis ſacrum, unde etiam illæ paſſim à poetis *Corycides* nymphæ appellantur. Ovid. 1. Met.

Corycidas nymphas & numina montis adorant.

Ita priores hujuſce Dictionarii editores, perabſurdè. Quippe *antrum Corycium*, quod *nemus* vocat Papinius Theb. 7. non in Ciliciâ fuit, ſed in Bœotiâ, idque juxta Parnaſſum. Strabo lib. 9. Ἱερώτατος δ' ὁ τῆς Παρνασσοῦ ἔχων ἄνλεγα, τὰ καὶ ἄλλα χωρεῖ τ προειρημένα τ καὶ ἀμφιδόμανα ὧν ὅτι γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄνλεγον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. Deſcribitur etiam à Pauſaniâ lib. 10. Stephanus: Κωρύκιον ἄνλεγον ἀξιόλογον Θαῦμα ἐν Παρνασσῷ.

Coryeus, mons Ioniæ latrociniis olim notiſſimus, unde locus proverbio, *Coryæus auſcultavit*; in eum qui rem diſſimulat & occultat, deprehenſam tamen. Lege, Strab. lib. 13. Hinc Cicero ad Atticum lib. 10. ep. ult. *Poſtilæc non ſcribam ad te quid facturus ſim, ſed quia fecerim. Omnes Κωρυκαῖοι videntur auſcultare quæ loquor.* Hodie *Cambruſſia* Nigro dicitur.

Corycus, mons & promont. Cretæ, in parte occidentali inſ. & in territorio Canææ. A quibuſdam *Cornico* dicitur, uti & opidum in vicinia, cum portu ei adjacente. Sunt tamen qui credant eſſe portum dictum *delle Garabuſe* prope Ciſamopolim in orâ Bor. ubi & *Corycæ inſulæ*, Brietio teſte, aliquot mill. ab orâ ſub dominio Turcarum.

Cos, hodie *Lango*, inſ. Aſiæ verſus oram litor. Cariæ 70. mill. ab Halicarnaſſo, paulo minus à Myndo. Vide *Coos.*

Coſa, urbs Hetruriæ, quæ *Coſſa* Strab. & Plinio, *Caſſæ* v. Ptolemæo. Videtur tamen cum ſimplici ſ. ſcribendum; poetæ enim primam corripiunt. Rutilius in Itinerario:

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolatæ mœnia fœda Coſæ.

Virgilius *Coſas* dixit Æn. 8.

——*Quique urbem liquere Coſas.*

Long. 24. 25. Lat. 34. 55.

Coſaci, *Coſſacks*, pop. Polon. qui primum exiiſſe dicuntur ex inſ. Boryſthenis flu. in cujus oſtiis hodie vivunt. Turcis terribiles ſub nomine Ruſſorum. Ducem habent proprium ſeu Capitaneum generalem ſub dom. Regis Poloniæ. Habitant in Volhiniâ infer. quæ aliter *Ucrania* dicitur, eorumque pars nunc eſt ſub clientelâ M. Ducis Moſcoviæ. Ritus Græcos ſervant, & nomen habent à voce Ruthenicâ *Coſac*, quæ ſign. militem vagum.

Coſyra, inſula ſterilis in mari Libyco, non procul à Melite, cujus incolæ *Coſyræi* dicuntur. De quâ ſic Bochartus. *Non debet hic Coſyra omitti, inſ. cum op. media inter Siciliæ Libybæum, & Clypeam Africæ, à Melite diſtans ſtadiis* 500. Nomen à *brevitate* ſumptum ſi Punicè fuerit קוצרה *Koſera*, quomodo apud Arabes. Breve autem hic idem quod parvum, ut cum poeta dicit.

——*Brevibus Gyaris, & carcere dignum.*

Verum hoc ſive de urbe acceperis, quam Polyb. lib. 3. Πολισμάτιον, *opidulum* vocat, ſive etiam de totâ inſulâ, cujus ambitus, teſte Strabone, non patet ultra ſtadia 150. i. e. ſex aut ſeptem leucas noſtrates. Hinc Sil. lib. 4.

Et bellare Tabas docilis Coſyraque parva.

Aliter *Coſyræ* nomen ab Ebræo חוסר *Choſer*, i. e. *inopiâ* deducatur, unde Ovid. 3. Faſtorum:

Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ
Inſula, quam Libyci verberat unda freti.

Sen. de Conſol. ad Helviam cap. 6. *Deſerta Icea, & aſperrimas inſulas, Sciathum, & Seriphum, Gyarum & Coſyram pete.* Ideo tamen habitatur, quia aquis eſt irrigua, & portum habet commodum, oliviſque ſcatet, & capris, ut Arabs Geographus teſtatur Clim. 4. part. 2.

Cotes, aliis *Cottes*, Africæ promontorium in extremo freto ſitum, ut conſtat ex his Strabonis, poſtquam de freto actum. Ἐκβάντι δ' ἐκβάσεις ἔκκειται πρὸς ἄρκτον τ ἠπείρου πρὸς δύσιν τ Μαυρουσίας, αἱ Κῶτες λεγόμεναι, i. e. *Inde proceſſus quidam objacet, Mauritaniæ pars ad occaſum extrema, Cotes vocant.* Proinde Ptolemæus ibidem habet Κῶτις ἄκρον, *Cotes promontorium.* Putat Bochartus Pœnos ſcripſiſſe קוטש *Cotef*, i. e. τῷ τρυγῶντ, *vindemiantis*, quia Mela *Ampeluſiam* exponit. Verba ſunt; *Caput atque exordium (Africæ) eſt promontorium, quod Græci Ampeluſiam, Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo appellant.* Plinio quoque id promontorium *Ampeluſia* dicitur; ſed Cotes eſt vicinum opidum. *Promontorium*, ait, *Oceani extimum Ampeluſia nominatur à Græcis. Opida fuere Lixa, Cotes ultra columnas Herculis*, &c. At in Scylace *Cotes* eſt ſinus in ipſo freto inter Columnas & Ἑρμαίαν ἄκραν.

Cothon, Carthaginis tres erant partes, Κώθων, Μέγαρα, & Βύρσα. *Cothon* varie definitur. A Strab. lib. 17. νησίον σκευοφορεῖς, Ἐυείπτῳ σκευασμένον ἔχουσι νεωσοίκους ἐκαλέσθησαν κύκλῳ. *Inſula parva, rotunda, Euripo circumdata utrinque habente in orbem navalia.* Portum fuiſſe muro cinctum, cujus pars una rotunda fuit, altera quadrangula, colligere eſt ex Appiano cujus verba ſunt, Ἐπιχείσῃ τ λιμένων τῷ κλειστῷ Κώθωνι; *portum*

portum Cothonem nomine eſt aggreſſus. Item ὁ ἢ Ἀσδρύβας τ. κ]ὸς ἐπέμπτην μέρ☉ τῶ Κώθων☉, τὸ τριάγωνον. *Aſdrubal noctu incendit partem Cothonis quadrangulam.* Item ὄγδοὸν τέτρα☉ τῶ Κώθων☉ ἐς τὸ πρόσφορὲς αὐτῶ μέρ☉ ἀνελθών. *Ad alterum Cothonis latus* nempe *ad partem ejus rotundam aſcendens.* Et rurſus Λησθένη☉ ἢ τῶ πρὸ τ Κώθωνα τείχους, *occupato muro qui Cothonem cingebat.* Diod. lib. 3. De portu Charmuthâ in Arabum Thamudenis: Ἐμφερέσταλός ὅτι τῷ χ] τ Καρχηδόνα λιμένι, πρόσαντροειδεμένῳ ἢ Κώθωνι. *Simillimus eſt portui Carthaginis Cothoni nomine.* In margine ex libris ſcriptum Κάθωνι. Hirt. libro quinto nominatur aliquoties Cothon, non Carthaginis, ſed Adrumeti urbis Africæ in hoc eodem litore notiſſimæ. *Varus* (inquit) *Adrumeto ex Cothone egreſſus.* Feſtus ſcribit *Cothones appellari portus in mari interiores arte, & manufactos.* Et Servius in illud Poetæ, *Hic portus alii effodiunt, id eſt, Cothona faciunt. Cothona ſunt portus in mari non naturales, ſed arte, & manufacti. Eſt autem & maſculini, & neutrius generis.* Vocem Africanam, aut Punicam eſſe oportet, cum neque apud Græcos, neque apud Romanos ſcriptores uſpiam pro portu occurrat, niſi quibus locis agitur de urbibus Africanis. Radix קטם *Katam*, vel Phœnicio more *Katham* apud Talmudicos eſt *incidere*, unde קטום *Kathum inciſus.* Græcis qui nullam habent deſinentem in M. pro *Kathum* dictus eſt *Kathon* vel *Kothon* & leviculâ hâc mutatione factum, ut barbara vox Græcâ civitate donaretur. Bochartus.

Cottiæ, Alpes Delphinatum à Pedemontio ſeparant, extenduntque à M. Veſulo ad M. Ceniſium. Habent autem ad auſtr. Alpes maritimas, & ad Bor. Graias.

Coventria, vel *Conventria*, vulgò *Coventry*, op. Angl. in Com. Warwicenſi, 20. m. p. à Lichfieldiâ, & 6. à Warwico in Bor.

Counos, ſeu *Convenos*, ut vult Camdenus, Inſula eſt *Canvey* dict. Angl. in Eſſexiâ ad Tameſis æſtuarium in Bor. 30. m. p. à Londino in ort. & 7. à Roffâ in Bor.

Cracovia, qu. *Græchopolis*, urbs Germ. Regni Poloniæ cap. ad Viſtulam flu. 9. leuc. à confin. Sileſiæ in ort. 11. à confin. Hungariæ in Bor. 44. à Viennâ in Cæc. 36. à Vratiſlaviâ, 23 à Sandomiriâ in occ. & 40. à Varſaviâ in auſt. Long. 42. 25. Lat. 50. 00. vulgo *Cracow.*

Cragus, mons Ciliciæ, Tauri pars. Plin. 5. 27. ex oppoſito habens montem Anticragum. Aliis eſt mons Lyciæ. Sic dictus à *Crago* Tremiletis (aliàs Trenedeti) & Praxidicæ nymphæ filio. Ovid. lib. 9. Met.

Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas.
Horat. Carm. 1.

Nigris aut Erymanthi
Sylvis, aut viridis Cragi.

Dionyſius verſ. 849.

Ἔνθα βαθυκρήμνοιο φαείνῃ ὕρεσι Ταύρου
Παμφύλων τε μέχει. Κράγον δέ ἑ φημίζουσι.

Hic ferunt eſſe Deorum agreſtium antra, & incolas Cragi immortales fieri. Gentile *Cragius.* Steph.

Crambuſa, inſula Ciliciæ apud Corycum promont. & Calycadni flu. oſtia. Steph. Item urbs Lyciæ, Strabo.

Crambutis, urbs Ægypti. Steph. Κράμβολις Herodiano.

Cranae, inſ. Laconica, quæ nunc *Helena*, ante *Getheum*: ſic etiam vocatur Attica à *Cranao* rege. Gentile, ſi de Inſulâ Laconicâ accipiatur, eſt *Cranaates*, ſi de Atticâ, *Craneus*, Steph. Sunt qui Cranaen inſulam eſſe velint adjacentem Sunio Atticæ promontorio.

Crathis, nomen duorum fluviorum, quorum alter eſt in Achaiâ propriè dictâ, prope Ægas, in ſinum Corinthiacum influens. Strabo lib. 8. Alter in Magnâ Græciâ juxta Sybarim op. cujus aqua barbis, comiſque flavum colorem inducere traditur. Ovid. Met. 15.

Crathis & hinc Sybaris veſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt, auroque capillos.

Schol. Theocriti Idyl. 5. ex Nymphodoro, & Theophraſto ait Κρᾶθιδ☉ ὕδωρ ξανθίζειν. Euripides in Troadibus ὁ ξανθὸν χαίταν ποιῶν Κρᾶθις, non ut perperam legitur Κρήθις. Vibio Sequeſtri *auream comam facit.* Denique Strab. lib. 6. ξανθύζειν, καὶ πολλὰ πάθη ἰᾶσθαι tradit.

Cratinus, Aſiæ flu à lacu Sacyone in Oceanum fluens, juxta quem nonnulli fabulati ſunt electrum naſci. Plin.

Cremera, flu. Tuſciæ 300. Fabiorum clade nobilitatus, qui Veientum inſidiis circumventi, ad flu. ejus ripas ad unum omnes trucidati ſunt: unde & dies ille inter atros annumeratus eſt, & porta, quâ egreſſi ſunt, ſcelerata dicta. Ovid. lib. 1. Faſt.

Ut celeri paſſu Cremeram tenuere rapacem,
Turbidus hybernis ille fluebat aquis.

Juvenal. Sat. 2.

Quid Cremeræ legio, & Cannis conſumpta juventus.
Vide ſis Cluver. Ital. Antiq. lib. 2. cap. 3. Vulgo *Varca.*

Cremmyon, ſive *Crommyon*, op. non procul à Corintho, juxta quod Theſeus incredibilis magnitudinis ſuem occidit. Ovid. lib. 7. Met.

Quodque ſuam ſecurus arat Cremmyona colonus.

Munus, opuſque tuum eſt. Vide Strab. lib. 8. cui ſus iſta *Cromyonia* dicitur.

Cremona, urbs Galliæ Ciſalpinæ, non procul à Mantuâ, quæ etiam hodiè nomen retinet: cujus cives cum contra Auguſtum cum Antonio conſentiſſent, Cæſar victor veteranis ſuis eorum agros aſſignavit, qui cum non ſufficiſſent, adjecit etiam Mantuanorum agros, nullam aliam ob culpam, niſi quod Cremonenſibus vicini eſſent. Hinc Virgil. Ecl. 9.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Martialis de Virgilio:

Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.

Græcis autoribus ejus formatio variatur. Polybio ſiquidem Κρεμώνη dicitur, Ptolemæo Latinâ terminatione Κρεμώνα. Reliquis, Appiano vlz. & Dioni Caſſio, Κρεμών. Πάλιν ὀπφανῆ appellat Strabo lib. 5. Long. 31. 50. Lat. 44. 20.

Creſton, Thraciæ op. quod Stephanus *Creſtonen* vocari putat ab Herodoto. Lycophron.

Ὀρκωμοῆσαι τόν τε Κρησώνης θεόν.

Cives *Creſtonæos* vocat Pindarus, *Creſtonios* Rhianus, *Creſtones* vero Hecatæus. Poſſeſſivum *Creſtonicus.* Steph. Item nomen regis Bithyniæ.

Creſtones, populi ſunt qui ſinguli plures habent uxores: cum autem vir aliquis moritur, tunc oritur magna diſceptatio inter fœminas, quænam illum charius adamaret viventem. Id ubi compertum eſt, quæ benevolentiæ & amoris palmam meruit, ad mortui tumulum ducitur exornata, ibique à propinquis mactatur, & cum viro humatur.

Creta, inſ. maris Cretici maxima, vulgò *Candie.* Unde autem dicta fuerit variè tradunt. Steph. οἱ μέν φασιν, ἀπὸ τῆς Κόρης Κορήτην, καὶ Κρήτην κ] συγκοπήν. Οἱ ἢ ἀπὸ Κρησσοῦ, τοῦ Διὸς καὶ Ἰδαίας νύμφης παιδός. Οἱ δ' ἀπὸ Κρήτης μιᾶς τ Ἑωσφοριάδων. Οἱ ἢ ἀπό τιν☉ γηγενοῦς Κρητός. Primam cana ejus nominis, & ſecundam nemo alius eſt, qui tradat; verum de *Cretâ* unâ Heſperi filiarum, etiam Plin. 2. 12. *Doſiades eam (appellatam tradit) à Cretâ Nymphâ, Heſperi filiâ.* Quæ totidem verbis Solinus cap. 17. Mart. Capella lib. 6. *Creta centum urbibus opulenta, in ortum occaſumque porrigitur: cui nomen ſuum Heſperi filia Nympharum pulchra conceſſit.* Mem. etiam Cretæ hujus Ælianus Anim. 12. 30. & Etymologus in Αἶα. De indigenâ v. *Crete* ſic Euſeb. in Chron. Can. Κατὰ τύτες τὸν χρόνες ἐβασίλευσε Κρήτης αὐτόχθων, ὃν ἕνα λέγυσι τ Κυρήτων, παρ' οἷς Ζεὺς χρυσθεὶς ἀνελέφθη, καὶ Κρήτης ἐτυφάννησεν. Ἐξ αὐτῆ τῆ Κρητὸς ἡ νῆσος ὠνομάσθη Κρήτη. Marcianus quoque in Periegeſi, ubi de Cretâ.

Αὐτων Ἔφορ☉ εἰρηκεν εἶναί φησί τε
Ἐπώνυμον τ νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
Τῆ ἢ γενομένῃ βασιλέως αὐτόχθον☉.

Iſid. 14. 6. *Creta dicta à Crete quodam indigenâ, quem aiunt Curetarum unum fuiſſe, à quibus Jupiter ibi abſconditur, eum enutritus.* Quæ verbo tenus tranſcripſit Florentius Wigornienſis Chron. cap. 18. Cedrenus: ἡ ἢ Κρήτη, ἀπὸ Κρητός τιν☉, ἀρξαν☉ ἐκεῖσε, ὠνόμασαι. Videndus quoque Plin. & Solin. ubi ſupra. Duas alias Canas tradit Etymologus: Κρῆτες ☉ὕ☉ τὸ ὀπὶ χέρσι βιβλίον· κυνηγέτικοὶ γάρ. Ὁ Ἀπολλόδωρ☉ ☉ὕ☉ τὸ δ' κεκερᾶχ τ πρὸ τ νῆσον εἶρε. Sane aeris temperiem atque ſoli ubertatem memorat Heſiod. quoque in Theog. atque illic Scholiaſtes. Laudavere item alii, atque inde tradidere, initio Μακάρων νῆσον appellatam. Iſidorus ubi ſupra. *Creta primum à temperie cœli* Μακάρων νῆ☉ appellata eſt. Sol. c. 17. *Nonnulli etiam à temperie cœli μακαρῶν νῆσον appellatam prodiderunt.* Mem. quoque Plin. & Mar. Cep. lib. 6. Alii tradunt, profugum in Cretam Ammonem, ductâ Curetis cujuſdem filiâ *Cretâ*, inſulam tum *Idæam* dictam, ab uxoris nomine Cretam appellaſſe. Diod. Sic. lib. 3. Τὸν ἢ Ἄμμωνα (φασὶ) σὺν πολλῇ πεζόμενον φυγεῖν εἰς Κρήτην, καὶ γήμαντα τ τότε βασιλεύοντων Κυρήτων τὴν θυγατέρα Κρήτην, δυνασθῆναί τ τόπων, καὶ τὸ μὲν τὸ τ νῆσον Ἰδαίαν κεκλημένην ἀπὸ τ γυναικὸς ὀνομάσαι Κρήτην. Porro Archilochus Κρείτην dixit pro Κρήτην, per pleonaſmum. Steph. Κρήτη ἡ μεῖζον νῆ☉· ὃν Κρείτην ἔφη Ἀρχίλοχ☉ κατὰ πλεονασμόν. Euſt. hunc *Archiam* vocat Com. in Dionyſ. Perieg. Poetis etiam numero plur. Κρῆται appellatur Steph. Λέγεται καὶ ποιητικῶς Κρῆται. Euſt. ad Iliad. δ'. Πολλὰ εὕρηται ὀνόματα καὶ ἑνικῶς λεγόμενα καὶ πληθυντικά. Ὡς καὶ ὅτε Κρήτην, καὶ Κρῆτας, τ αὐτὸν νῆσον λέγει Ὅμηρ☉. Locus autem quem deſignat exſtat Odyſ. 14. Ἐκ μὲ Κρητάων γένο☉ εὔχομαι εὐρεϊάων. Ubi vide Euſt. Πληθύνας τὸ ὄνομα, φησὶν ἐμφασιν τῆ μεγέθ, τ νήσ. Pari modo Catullus dixit,

Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ.

Et alibi:

Mavult quam Syrias Britanniaſque.

Plin.

Plin. lib. 33. *Galliæ Britanniæque inde modico dicuntur uſæ.* De magnitudine ejus varia tradunt auctores. Strab. lib. 10. Plin. 4. 12. Mart. Cap. lib. 6. Oroſius 1. 2. Æthicus in Coſmographiâ. De longitudine v. corrigendus eſt Dicæarchus :

——— ἔστι δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος
Δύο καὶ πενταχόσιά πε σταδίων. ———

Ubi ſecundus verſus mutilus eſt, & in hunc modum emendandus :

Διχίλιά τε καὶ πενταχόσια.

Nam hæc quoque ejus longitudo traditur apud Scylacem : ἔστι δὲ ἡ Κρήτη μακρὸν σάδια διχίλια πενταχόσια. Itaque non temere eſt quod Τειχιεύσιν eam vocet Conſt. Manaſſes in Synopſi Hiſt. Atque Boream quidem verſus portum commodum non habebat. Euſt. ad Odyſ. τ'. Δυσλίμενος δὲ ἡ Κρήτη πρὸς βορρᾶν. Unde Lucanus lib. 9.

Boreáque urgente carinas Creta fugit.

Ad orientem altior erat. Salluſt. in Fragmento quodam apud Servium : *Creta altior eſt quâ parte ſpectat Orientem.* Sicut autem varia nomina Creta habuit, ita varias quoque incolas. Herodotus refert, Barbaros inhabitaſſe, uſque ad Minois tempora, lib. 1. Τὴν Κρήτην ἔσχον τοπαλαιὸν πᾶσαν βάρβαροι. Διενεχθέντων δὲ ἐν Κρήτῃ τῶν τε βασιλητῶν τοῦ Εὐρώπης παίδων, Σαρπηδόνος τε καὶ Μίνω, ὡς ἐπικράτησε τῇ στάσι Μίνως, ἐξήλασε αὐτῶν τοὺς Σαρπηδόνα καὶ τοὺς στασιώτας αὐτοῦ. Hom. Odyſ. 19. commemorat *Achivos, Eteocrites, Cydones, Dorienſes, & Pelaſgos.*

——— Ἐν δ' ἀνθρωποι
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες.
Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κυδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

Ex his Dorienſes verſus Orientem habitaſſe ferunt, Cydones verſus Occidentem, Eteocretes v. verſus Auſtrum. Strab. lib. 10. Τούτων φησὶ Στάφυλος τοὺς μὲν πρὸς ἕω, Δωριεῖς καλέσχε· τοὺς δὲ δυσμικὸν, Κυδῶνας· τοὺς δὲ νότον, Ἐτεοκρῆτας. Hos tres etiam commemorat Etymologus in Τριχάϊκες. Sed hi advenæ omnes erant ; Eteocretes autem & Cydones, indigenæ. Strabo ubi ſupra. Ac Pelaſgi quidem cum Teutamo illuc advenerunt. Diodorus lib. 4. Dorienſes v. cum Althæmene Argivo, poſt Codri Athenienſium Regis mortem, Strabo lib. 4. Condidit autem ille Althæmenes urbes decem. Euſt. ad Iliad. B. Achivi v. duce Talthybio, huc venerant poſt bellum Trojanum. Didymus ad Ὀδυσ. τ'. Scylax Caryandenſis in Periplo incolas Cretæ ita tradit : Οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν ἀποικοι Λακεδαιμονίων. Οἱ δὲ Ἀργείων. Οἱ δὲ Ἀθηναίων. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τὰ ἄλλης, ἐπόθεν ἔτυχεν. Εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ Αὐτόχθονες πόλις πολλαὶ ἐν Κρήτῃ. Dicæarchus quoque ubi de Cretâ agit.

——— Ἐν δὲ ταύτῃ τρία γένη
Ἀποικίας ἔσχηκεν Ἑλλήνων· τὸ μὲν
Λακεδαιμονίων· ἕπεται, Ἀργείων· τὸ, τε
Ἀπὸ τῆς Ἀθηναίων. ———

Et profecto *Eteocretes* antiquiſſimos inſulæ habitatores fuiſſe tradit Diodorus lib. 5. Οἱ μὲν γὰρ Κρήτην κατοικῆσαι φασιν, ἀρχαιολάτας παρ' αὐτοῖς γενέσθαι τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεοκρῆτας, Αὐτόχθονας. Marcianus Heracleotes ubi de Cretâ :

Ἀρχαιολάτας ἔχει δὲ τοὺς οἰκήτορας
Τοὺς δὴ παρ' αὐτοῖς Ἐτεοκρῆτας λεγομένους.

Habitabant autem inſulæ partem auſtralem, & in eâ oppidulum *Præſum* ubi templum Jovis Dictæi. Strabo : Τὸ δὲ νότιον (Στάφυλος κατέχειν φησὶν) Ἐτεοκρῆτας, ὧν ἓν μὲν πολίχνιον Πρᾶσον, ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. Ac inhabitaſſe Præſum poſtea repetit : Εἴρηται δὴ, ὅτι τὸ Ἐτεοκρήτων ὑπῆρξεν ἡ Πρᾶσος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. Euſt. ad citatum Homeri loc. Ἐτεοκρῆτες, οἱ ἀληθῶς, ἢ ἀληθεῖς Κρῆτες ἰθαγενεῖς, γνήσιοι τῆς χώρας· λεχθέντες Ἐτεόκρητες, ὡς πρὸς τοὺς ἐπήλυδας. Porro Diodorus Eteocretas cum Idæis Dactylis eoſdem facere videtur. Etenim poſtquam de illis verba fecit, mox ſubjungit : Πρῶτοι τοίνυν τῆς εἰς μνήμην παραδεδομένων ᾠκησε τὴν Κρήτης νῆσον οἱ περσαγορευθέντες Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Poſt hos *Curetes* extitere. Diodorus : Μετὰ δὲ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους ἱστοῦσι γενεὰς Κέρητας ἐννέα· τούτους δὴ οἱ μὲν μυθολογοῦσι γεγονέναι γηγενεῖς, οἱ δὲ ἀπογόνους τοὺς Ἰδαίων Δακτύλων· καλοικεῖν δὲ αὐτοὺς τὴν ὀρεινὴν τοῦ συνεχοῦς καὶ φαραγγώδους τόπους, καὶ τὸ σύνολον τοῦ ἔχειν σκέπην καὶ ὑποδύσιν φυσικὴν, ἀλλὰ τὸ μήπω καλασκευάσαι οἰκίαν εὑρῆσθαι. Notandum autem quod Idæos illos Dactylos Diodorus alios à Curetibus faciat : cum auctores fere alii & Idæos & Curetas & Corybantas omnino eoſdem ſtatuant. Elegans de his eſt locus apud Diomedem Grammat. lib. 3. *Dactylus à tractu digitorum dictus*, vel ab Idæis Dactylis quos Curetas ſive Corybantas poetæ appellabant. Hi namque in inſula Creta Jovem cuſtodiendo ne vagitu ſe parvulus proderet, luſus excogitato genere, Clypeolis æneis inter ſe concurrentes, tinnitu æris illiſi, rythmicâ etiam pedis Dactyli compoſitione celavere vocem infantis. Sed nativitatis eorum cauſam vetuſta fabuloſitas docet hanc fuiſſe : Aiunt Opem in Idam montem inſulæ Cretæ, fugiendo delatam, manus ſuas impoſuiſſe memorato monti, & ſic infantem ipſum edidiſſe ; & ex manuum impreſſione emerſiſſe Curetas ſive Corybantas : *quos à montis nomine & à qualitate facti Idæos Dactylos appellant.* Sed cum Diodoro tamen facit Strabo lib. 10. Ὑπονοοῦσι δὲ, τὴν Ἰδαίων Δακτύλων ἐπιχόρους εἶναι τοὺς ἀπὸ Κυρήτας καὶ τοὺς Κορύβαντας, τοὺς γὰρ πρώτους γενηθέντας ἐν Κρήτῃ ἑκατὸν ἄνδρας, Ἰδαίους Δακτύλους κληθῆναι· τούτων δ' ἀπογόνους, φασὶ, Κυρήτας ἐννέα γενεὰς, τούτων δ' ἕκαστον δέκα παῖδας τεκνῶσαι τοὺς Ἰδαίους καλουμένους Δακτύλους. Quod Idæos v. attinet, Idæ accolas, eos quoque barbare Judæos per errorem appellatos judicat Tacitus Hiſt. 5. *Inclytum in Cretâ Idam montem : accolas Idæos, aucto in barbarorum cognomento Judæos vocitari.* Ac Curetum quidem tempore, etiam Titanes illic exſtitiſſe, & in terrâ Gnoſſiorum habitaſſe, auctor nobis Diodorus. Quod Curetas autem attinet, eos antea Telchines appellatos, cum Rheâ in Cretam adveniſſe, & Curetes tunc vocatos, quidam veterum tradidere, ut Strabo lib. 10. qui Cretam quoque eos initio inhabitaſſe, iterum teſtatur poſtea lib. 14. Ac originem ſane inde eos ducere, teſtis etiam Nicol. Damaſcenus, cujus fragmenta extant apud Stobæum Serm. 38. ubi ait Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες. Benjaminus v. Tudelenſis in Itinerario ſuo, olim Ægyptios tenuiſſe ; inde v. occupaſſe Edomitas : & ab illis in Græcorum poteſtatem perveniſſe. Sic enim ait. *Ex illo tempore filii Edom, biremibus & navigiis magnis inſtructi claſſe, Ægyptias res imminuere cœperunt, & Cretam prius magnam, deinde Cyprum, inſulas adorti cœperunt ; quæ ad hunc uſque diem à Græcis poſſidentur.* Hom. Odyſ. 19.

Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος. ———

Virgil.

Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtri,
Centum urbes habitant magnas uberrima regna.

Inde ἑκατόμπολις dicebatur. Seneca Tragœdus :

Urbibus centum ſpacioſa Creta.

Has *urbes* Horatius *opida* vocat. Sic enim ille :

Quæ ſimul centum tetigit potentem
Opidis Cretam. ———

Idem Epod. 9.

———*Centum nobilem Cretam urbibus.*

Vide Meurſii *Cretam*, cap. 5.

Ac proinde D. Paulus Titum monet ut Presbyteros in eâ conſtituat κατὰ πόλιν, id eſt, *per civitates*, vel ut Eraſmus, *opidatim. Nobilem inſulam* vocat Florus quod ibi Jupiter natus credebatur. Fertilitatem ejus quod attinet, Virgilius *uberrima regna* vocat. Homero πίειρα dicitur. Dionyſius verſ. 500.

——— Ἐγγύθι δ' αὐτῆς (Carpathi ſc.)
Κρήτη πιήεσσα Διὸς μεγάλοιο πέλονται,
Πολλὴ καὶ λιπαρὴ καὶ εὐβοτος. ———

Solinus cap. 17. *Larga vitis, mira ſoli indulgentia.* Plin. 25. 8. ubi de dictamno : *Procedente perſuaſione illâ, quicquid in Cretâ naſcitur, infinito præſtare cæteris ejuſdem generis alibi genitis.* Magnitudinem ejus innuit Hom. Il. N.

Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ. Idem alibi.

——— Κρησὶν γὰρ ἐυκτίμενον εὐρυάων.

Seneca :

O magna vaſti Creta dominatrix freti.

De nomine Bochartus. Ut apud Phœnices, inquit, כרתי *Cretbi* vel *Creti* dicebatur Sagittarius è Palæſtinâ : ita ab iiſdem כרתים *Crethim*, id eſt, *Cretes*, dicti ſunt ii Græcorum, qui eandem artem maxime calluerunt. Porro nemo eſt qui neſciat, hæc eadem fuiſſe Cretenſium arma perpetua, h. e. areum, & ſagittas. Lucanus lib. 3.

Jam dilecta Jovi centenis venit in arma
Creta vetus populis, Gnoſſaſque agitare ſagittas
Docta, nec Eois pejor Gortyna ſagittis.

Idem lib. 7. ——— *Creta Cydonos*
Miſit, Ituræis curſus fuit inde ſagittis.

Virgilius ſive Catullus in Ciri :

Attica Cretæâ ſternebat rura ſagittâ.

Max. Tyrius Serm. 7. Παιδάρια Κρητικὰ τόξα, ὀιστοί, βέλη. Inde eſt quod Iſacius in Lycophronem Herculem ſcribit didiciſſe τοξολικὴν à Cretenſi Rhadamantho. Quin & Pindarus Pyth. 4. Cretenſes τοξοφόρους vocat, & in bellorum hiſtoriis nihil tam frequens quam τοξόται Κρῆτες. Hinc Proverbium apud antiquos : *Cretenſes ſemper mendaces.* Epimenides, citante B. Paulo cap. 1. Ep. ad Titum, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, &c. Ovidius.

Cretes erunt teſtes, nec fingunt omnia Cretes.

Idem: ——— *Non hoc quæ centum ſuſtinet urbes,*
Quamvis ſit mendax Creta negare poteſt.

Lucan.

Tam mendax magni tumulo quam Creta Tonantis.

Habuit

Habuit ex Callimacho, cujus hæc sunt.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κ) γὰ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεχνήναντο, σὺ δ' ὦ δάνες, ἐσσὶ γὰ αἰεί.

Hesychius: Κεκτίζειν, ὅτι τὸ ψεύδεσθαι κ) ἀπατᾶν. Ἕταιρον δὲ λέξιν ἀπὸ τοῦ τοὺ Κρῆτας ψεύστας εἶναι. Nec solum falsitate famosi Cretenses, sed etiam turpi amori dediti. Servius in illud Æn. 10.

Dum sequeris Clytium infelix nova gaudia Cydon.

De Cretensibus, inquit, *accepimus, quod in amore puerorum intemperantes fuerant. Quod postea in Laconas ac in totam Græciam translatum est.* Athenæus, 13. 27. Κρῆτες γάρ, ὡς ἔφην, κ) ὁι ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδῆς περὶ τὰ παιδικὰ δαιμονίως ἐπτόηνται. Ἐλαφρὸς γάρ ἐν τοῖς Κρητικοῖς, ὁ δὲ Δία φασὶν, ἁρπάσαι δὲ Γανυμήδη, ἀλλὰ Μίνωα. Hesych. Κρῆτα πρόπον, τὸ παιδικοῖς χρῆσθαι. Interim tamen Religionis inventores fuisse perhibentur. Serv. in Æn. 3. *Primos Cretenses constat invenisse Religionem.* Olim Constantinopolitanis Impp. paruit, ex quibus Balduinus, Flandriæ Comes, eam dedit Marchioni Montisferrati. Ab eo vendita est Venetis an. 1194. magno auri pretio, sed ab an. 1645. à Turcis bello tentata ipsis hodie paret. Urbes in eâ præcipuæ sunt Cydon, *la Canea*, Matium, *Candia*, Rhitymna, *Retimo.*

Creta, nomen luci apud Pausan. Item op. Scythiæ, cujus mem. Val. Flaccus lib. 1.

——*Scythia metuens, Pontumque, Cretamque.*

Cretæ, insulæ quædam appellantur in Mœsia contra Liburnos populos. Plin. 4. ult.

Crevantium, Crevant, op. Gall. in Burgundiæ Ducatu, ad Icaunam flu. 4. leuc. supra Antissiodorum.

Creusa, op. Bœotiæ in ora litor. sin. Corinthiaci, in confinio Megaridis 20. mill. à Thespiis in aust. & 30. à Megara in occ. inter Bulim & Ægirusam.

Crimæa, quæ Tartaria minor dicitur, sic nominatur ab urbe *Crim* in Taurica Chersoneso. Ab accolis *Crimsky* dicitur, continetque totam Tauricam Chersonesum. Ibi urb. præcipuæ *Theodosia, Crimæa*, Precopia & Baciasaraium. Ab al. vocatur reg. Tartariæ Precopensis; estque partim sub dom. Turcarum, partimque ipsis tributaria.

Crimisa, op. alias M. Græciæ, nunc vic. *Lo Ziro* dict. in ora Calabriæ citer. 45. mill. à Thuriis, 10. à Cariathi in aust. & 6. à Strongylo in Bor. Ei adjacet ad 2. mill. prom. Crimissa dicto *Capo del Alice*, in sin. Tarentinum excurrens, 4. mill. ab Iapygio prom. in occ. estque etiam in illo tractu *Crimisus* amnis, *Fiumica*, qui in sin. supradictum se exonerat.

Crinisus, Siciliæ flu. Segestæ urbi vicinus, de quo Servius fabulam hujusmodi refert. Cum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilii denegaret, Neptunus iratus, Trojæ cetum immisit, ut eam vastaret. Quâ de re consultus Apollo, hoc unum tantæ calamitatis remedium fore ostendit, si virgines Trojanæ belluæ objicerentur. Hippotes itaque nobilis Trojanus metuens ne & Hegesta filia sua in eandem calamitatem incideret, navi eam impositam ventis fluctibusque commisit, tolerabilius nimirum ratus, si illa se absente mergeretur, quam coram à teterrimâ belluâ crudelissimè dilaniaretur. Verum ita Diis visum est, ut illa salva in Siciliam deferretur, ubi amore ejus captus Crinisus, in canis, seu, ut alii malunt in ursi effigiem conversus eam compressit, susceptique ex eo concubitu Acestem Siciliæ regem. Virg. Æn. 5. de Aceste.

Troja Crinisо conceptum flumine mater
Quem genuit.——

Cæterum sciendum variè à variis hoc flumen vocari. Apud Virg. nunc *Crimisus*, nunc *Crimnisus* dicitur, aliquando autem *Crinisus*. Servius. *Hesiona ad Siciliam delata à Crimiso fluvio, quem Crinisum Virgilius poeticâ licentiâ vocat, compressa, edidit Egestum.* Apud Vibium *Crunisos*, apud Probum in vitâ Timoleontis *Crimissus*, quod apud Plut. in eodem Timol. Κεμισὸς & apud Diod. Sic. Κρημισὸς, apud Lycophronem denique Κεμισὸς dicitur. Videtor Cluver. de Sicil. Ant. lib. 2. cap. 2.

Crioa, vicus in tribu Antiochide. Steph.

Crissa, vulgò *Rocha d' Angitola*, à flu. Angitula, teste Barrio, op. Brutiorum in Calabriâ ult. inter Hipponium 5. & Laconiam 3. m. p.

Crissa, vel *Crisa*, hodie *Claveos* ex tab. recent. op. Phocidis ad sin. Corinthiacum, qui ex eo ibi *Crissæus* nominatur, inter Cirrham, & Anticirrham op. propinqua, à Thermopylis ad sin. Oetæum 62. m. p. in aust. recedens. Nomen habet à conditore Crisso Phoci F.

Criu-metopon, id est, *Arietis frons*, promont. geminum. Unum Cretæ in orâ Australi ad occident. *Capo S. Jani* Nigro. *Capo Leone* Dionys. vers. 87.

——Ἦτ' εἰς ἄλα πολὺ νένδικε,
Ἠὲ δ' ἱερὸν Τόρυνα κ) ἀπειρώνδε Φαιστὸν,
Πεσπρηνὶς, κειοῦο παρεισαλίζουσα κάρηνον,
Τένεκά μιν κ) κεῖθι ἐφημίξαντο μέτωπον.

Alterum Tauricæ Chersonesi in ora meridionali Carambi Paphlagoniæ promontorio oppositum, de quo idem Dionys. vers. 150.

Μέσσαι δ' ἔνθα κ) ἔνθα δύω ἀνέχουσι κολῶναι·
Ἡ μὲν, ὑπερνοίη, τὼ τε κλείουσι Κάρεμβιν,
Ἡ δ', βορεωτέρη, γαίης ὑπὲρ Εὐρωπείης,
Τὼ ῥα θεικτίονες κεῖθι κλήϊσι μέτωπον.

Crius, municipium Atticæ. Suidas. Item Achaiæ flu. Pausanias.

Crixia, op. Italiæ in Liguriâ, nunc pag. Montisferrati, Cosseria dict. prope fontes Bormiæ min. flu. ad rad. Apennini, in confin. dition. Genuens. 10. leuc. à Savona in Bor.

Croatia, olim *Liburnia*, cujus pop. à Germanis *Krabatten* dicuntur; prov. est antiqui regni Hungariæ, seu verius Sclavoniæ. Dividitur in Austriacam & Turcicam, hujus præcipua est Vihitza, illius Fanum S. Viti. Alias Croatia, seu regn. Croatorum extendebatur à Dravo flu. usque ad mare Dalmaticum, dividebaturque in tres partes. 1. Croatia Savia, seu Interamnensis dicta, inter flu. Dravum, Savum, & Danubium, aliquando etiam φραγγοχώριον dicta, teste Nicetâ, i. e. Francorum reg. nunc Selavonia. 2. Secunda inter flu. Savum & Bosnam, & inter M. Bebium & Albium quæ Croatiæ nomen retinet. 3. Maritima, inter M. prædictos & mare Adriaticum, quæ nunc in Dalmatia includitur.

Crommyon, Cypri inf. prom. Item Libyæ urbs Steph. Locus in Atticâ, Xenophon. Est & Corinthii agri vicus. Pausan. & Thucyd. Strabo v. Megaridi non Corinthiacæ regioni attribuendum putat. *Cromyon* Ovidio dicitur Met. 7.

Quodque suum securus aret Cromyona colonus.

Cromna, Paphlagoniæ op. Strabo lib 12. Val. Flac. lib. 5.

Mox etiam Cromnam, atque jugo pallente Cytorum.

Cronium mare, nonnullis *Concretum* vel *Congelatum* appellatur. Plin. 4. 16. Dionysius:

Πόντον μὲν καλέσσι πεπηγότά τε Κρόνιον ϝ.

Apollonius tamen in Argonauticis *Cronium mare* pro Adriatico posuit (si interpreti ejus credemus) quod Italiam alluit, quam olim Saturnum tenuisse volunt. Porro *Cronium* dicitur mare Septentrionale, teste Eust. à Κρόνῳ Saturnus, qui ab Astrologis frigidum astrum, & frigidis præesse putatur, & cum tardi sit motus, pigris etiam rebus & frigidis præesse judicatur. Orpheus in Argonaut.

Ἔμπισε δ' Ὠκεανῷ, Κρόνιον δέ ἑ κικλήσκουσι
Πόντον ὑπερβορέλω μέρεσσι, νεκτίν τε θάλασσαν.

Tzetzes:

Ὁ πρὸς Βορέαν ἢ Κρόνιον κ) πεπηγὸς, νεκρόν τε.

Croton, civitas Italiæ in sinu Tarentino, Milone athletâ memorabilis, qui Pythagoræ discipulus fuit. Peritissimus rei bellicæ fuit nec parvam operam exercendis athletis dedit. In uno enim Olympico certamine victores omnes Crotoniatæ fuerunt. Jure itaque dici visum est. *Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est.* Vetus quoque adagium fuit *Crotone salubrius*, quod inde ortum esse aiunt, quod locus ipse ad salubritatem & bonam corporis habitudinem, propter athletarum multitudinem plurimum conferat. Πόλιν ἔυσημον appellat Stephanus. Unde Theocriti Schol. in 4. Idyll. *Excellebat Croton*, inquit, *omnes Italiæ urbes fortitudine, & omnium rerum affluentiâ*, ὅθεν κ) εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν.

Μάτυια τ' ἄλλα περὶ Κρότωνα τ' ἄστεα.

Non longè fuisse à Metapontiis innuit Dionys. vers. 368.

Τὰς δ' μεθ' ἑξείης Μεταπόντιοι, ἐγγύθι δέ σφων
Ἱμερτὸν πολίεθρον εὐσταφύλοιο Κρότωνος
Ναιόμενον χαείνοισ' ἐπ' Ἀσαίῃ πεδιόωσιν.

A *Crotone* quodam sic dicta. Ovid. Met. 15.

Invenit Æsarei fatalia fluminis ora.
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus, jussaque ibi mœnia terrâ
Condidit; & nomen tumulati traxit in urbem.

Petronius in Satyrico: *Donec à villico quodam Crotona esse cognovimus, urbem antiquissimam, & aliquando Italiæ primam.* Silius lib. 11,

——*Patefacit amicas*
Alta Croton portas.——

Ab Achæis condita dicitur. Vide Strab. lib. 6. & Livium lib. 24. Long. 41. 56. Lat. 39. 15.

Crumerum Asiæ, quod & *Legio prima adjutrix*, Pannoniæ infer. op. *Comar* Simlero. Long. 40. 50. Lat. 48. 04.

Crunos Thraciæ portus, & urbs in Mysiæ infer. confin. Item op. Peloponnesi cum flu. cogn. inter Pylon & Chalcim. Vide Melam lib. 2. Sic dict. ab *aquis saliensibus*, quæ Græcè Κρῆναι dicuntur.

Crustumerium, vel *Crustumeria*, op. Sabinorum, Albanorum colonia. Plinius 3. 5. Virgilius Æn. 7. *Crustumeros* vocat:

Ardea

Ardea, Cruſtumerique & turrigeræ Antemnæ.

Cruſtuminum, op. Thuſciæ juxta Veios, à quo incolæ *Cruſtumini* dicti, & *Cruſtumina tribus*, & *Cruſtuminum vinum* laudatiſſimum. Item *Cruſtumina pyra*, quæ Virg. Georg. 2. *Cruſtumia* vocat.

——*Nec ſurculus idem*
Cruſtumiis, Syriiſque pyris, gravibuſque volemis.

Plin. 15. 15. *Cunctis autem Cruſtumina gratiſſima.* Et lib. 23. cap. 7. *Decocta mire ſalubria, & grata præcipuè Cruſtumina.* Et Columella 5. 10. cum multa genera conſtituat, primo loco ponit *Cruſtumina*, adhuc ante regia.

Cruſtumium, flu. ex Apennino monte oriens, Ariminumque præterlabens. Lucan. lib. 2.

In lævum cecidere latus, veloxque Metaurus
Cruſtumiumque rapax, & junctus Iſapis Iſauro.

Cteſiphon, pagus fuit Aſſyriæ ampliſſimus in Tigridis altera ripa, è reg. Seleuciæ urb. à Parthis in odium Seleuciæ extructus, ab eâ 3. m. p. tantum diſtans, olim urbs ampla à Parthorum regibus habitata, Tac. An. 6. **Cteſiphon* ſedes imperii. Herodianus: Ἔνθα ἦν τὰ βασίλεια τῶν Παρθυαίων. Strabo: πλησίον δ' ὄχθη κάλυμα, Κλησιφῶν λεγομένη, μεγάλη. ταύτην δ' ἐποιήσατο οἱ ἀφ' Ἑλληνίων βασιλεῖς. Plinius: Cteſiphontem juxta tertium ab eâ lapidem in Chalonitide condidere Parthi. Ejus conditorem Vardanem regem facit Am. 123. Pugnat tamen iis Procopius, l. 2. de B. Pſ. Apud Aſſyrios civitates duæ maximæ ſunt, Seleucia & Cteſiphon Macedonum ædificia. De hujus loci ſitu, & remunitiſſ. arce, lege Gregor. Naz. Orat. 4. in Julianum.

Cuba, inſ. Americæ ſept. in longum valde extenſa, in ſinu Mexicano, & ex præcipuis totius Americæ, ad auſtrum Floridæ. Habet ad ort. Hiſpaniolam inſ. à quâ 14. leu. diſtat, & ad auſt. Jamaicam, à quâ 19. leuc. abeit. Ejus long. eſt 200. leucarum Hiſpan. ab ort. in occ. Lat. v. vix. 30. ubi magis lata.

Cujavia, prov. eſt regni Poloniæ, inter Pruſſiam ad Bor. & Poloniam infer. ad meridiem, in quâ urbes Uladiſlavia & Breſtia.

Culmia, Culm, urbs Poloniæ in Pruſſiâ Regiâ ad Viſtulam flu. 5. leucis Polon. à Turoniâ urb. in Bor. & paulò minus à Graudentio.

Cuma, urbs in Locrenſi agro, qui eſt Ioniæ minoris. Fuit autem hæc Æolicarum urbium maxima, & ferè metropolis cæterorum, quæ numero erant circiter 30. Ab eâ nominata eſt *Cumæa* Sibylla, quam aliqui à vicinitate loci *Erythræam* appellarunt, quæ profecta in Italiam multa de Romanis vaticinata eſt. Patria fuit Ephori, viri doctrinâ clari, Iſocratis diſcipuli. Sed & ante ipſum Heſiodus quoque Cumæus fuit. *Cuma* Æolica ante Lesbum ſita, nomen habet, à *Cyme* Amazone, quare etiam *Amazonium* dicta; gentile Κυμαῖος (Κυμᾶς enim ab urbe Italiæ fit.) Hæc & Lesbos ſtoliditatis notantur. Eſt & alia Phriconitis dicta. Quarta Elidis. Quinta Euboeæ, & Pamphyliæ. Item Inſula prope Siciliam. Steph. hujus op. incolæ *Cumæi* dicti ſunt, qui ſtupiditatis nomine malè audierunt. Olim enim vulgatum erat in tota Aſiâ proverb. *Cumæi ſerò ſapiunt.* ὀλὲ αἰδάνουλα Κυμαῖοι. De cujus origine duæ afferuntur ſententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos, cum ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullum ex eâ reciperent proventum, vix demum trecenteſimo ab U. C. anno intellexiſſe, ex portorio reditum non contemnendum poſſe confici. Alii, pecuniâ fœnori acceptâ, ampliſſimas eas porticus tradunt ædificaſſe: quam pecuniam cùm conſtituto die non exſolviſſent, creditores in ipſarum porticuum poſſeſſionem fuiſſe miſſos, qui deinde cives à deambulatione arcebant. Verum cum ingens pluvia repente ingruiſſet, creditores ſtatim edictum promulgaſſe, ut Cumæi ſe in porticus reciperent. Præcone itaque identidem acclamante: *Subite porticus viri Cumæi*, qui tunc aderant hoſpites, rem in jocum verterunt, tanquam non intelligerent Cumæi, niſi juſſi, pluviæ tempore porticus eſſe ſubeundas. Hæc Strabo lib. 13. Vide Steph. Long. 55. 30. Lat. 40. 10.

Cumæ, Cume Ptol. *Cyma* Livio, *Cyme* Melæ, civitas Campaniæ ad mare juxta Puteolos, à Cumæis Aſiæ populis & Chalcidenſibus communiter condita. *Caſtri* hodiè Sophiano. *Foia Nova* Nigro. Virgil. Æn. 3.

Huc ubi delatus Cumæam acceſſeris urbem.

Silius:

Linturnum, & quondam fatorum conſcia Cume.

Vide Cluverium. Long. 37. 56. Lat. 40. 46.

Cumbria, Cumberland, Comit. Angl. in confin. Scotiæ, quæ ei inſidet à Sept. ab ort. habet Weſtmariâ, ab occ. v. & merid. mari Hibernico alluitur. Ibi primaria urbs Carleolum vulgò *Carliſle*.

Cunetio, Marleborough, op. Belgarum in Angl. in Com. Wiltoniæ in colle declivi: cum Itu. cogn. vulgò *Kennet*, 20. m. p. à Verluccione (*Warmiſter*) 24. v. ab Oxonia in auſt. Long. 18. 50. Lat. 51. 43.

Cuneus, ſive *Sphen*, Straboni regio eſt. Plinius promontorium vocat. Mela 3. 1. agrum nominat, Luſitaniæ locus eſt inter Sacrum promontorium, & Anam fluvium. *Elfaro* hodiè Cluſio. Rationem nominis reddit Mela dicto loco. *Quia latâ ſede procurrens, paulatim ſe ac ſua latera faſtigat, Cuneus ager dicitur.* Verum in eo egregie falli putat Iſ. Voſſius, quòd prom. hoc à cunei formâ dictum putat. Quod autem magis inirrere, etiam Straboni perſuaſum hoc eſt a Romanis; ait enim ille: Καὶ δὴ καὶ τὸ προσεχὲς τούτῳ χώρου τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλεῖται Κύνεον, σφῆνα σημαίνειν βαλόμενοι. Idem habet Ælianus. Atqui vox corrupta eſt ex Græco Κύνης, cujus accolæ dicuntur Herodoto Κυνήσιοι & Κύνητες. Vide *Cyneſii*. Long. 11. 30. Lat. 36. 48.

Cupra, op. Piceni in Mediterraneis. Ptol. Κύπρα Μοντάνα, *Cupra Montana*, unde Plinio opidani *Cuprenſes* vocantur cognomine *montani*; ad diſcrimen alterius quod in litore *Cupra maritima* dicebatur, de quo Sil. lib. 8.

Et queis litoreæ fumant altaria Cupræ.

Ubi Dauſqueius, *Junonis*, inquit, *cui id cognomentum.* Strab. lib. 5. Ἑφεξῆς ἡ τὸ τ' Κύπρας ἱερὸν Τυρρήνων ἵδρυμα καὶ κλίσμα· ἢ Ἥρην ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσι. Hæc *le Grotte*, altera *Ripa Tranſona* hodiè dicitur, urbs recens Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Firmano.

Cures, pl. num. Sabinorum op. cui imperabat Tit. Tatius. cujus cives *Quirites* dicebantur; convenerunt que Romulus & Tatius in hanc ſententiam, ut à duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaque nomen retineret, ſed *Romani* & *Sabini* Quirites appellarentur. Livius lib. 1. Hinc etiam populi *Cures*. Virgil. Æn. 8.

——*Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.*

Idem lib. 9. *parvi Cures*, i. e. *pauperes*; ſequitur enim *paupere terrâ*. Fuit olim urbs illuſtris, teſte Strabone. Caput gentis vocat Halicarnaſſeus. Κύρης Stephano eſt. *Turre* hodiè dici ſcribit Leander. Populi *Curenſes* Plinio.

Curetes, pop. Cretæ. Vide *Corybantes*. Plura de iis habebis in ſecunda parte hujus Dictionarii in *Curetes*.

Curia, op. Ottadinorum in Angl. vulgò *Corbridge*, in Com. Northumbriæ ad Tinam flu. in confin. Diœceſis Dunelmenſis, aliquot mill. ſupra Novum Caſtrum in occ. Long. 16. 40. Lat. 51. 50.

Curlandia, Ducatus, olim Livoniæ pars, nunc ſui juris, proprio Duci paret; eſtque inter Livoniam ad Bor. & Samogitiam ad merid. Ejus præcipua urbs eſt Goldinga. Habet ab occ. mare Balticum, à Sept. ſinum Regenſem; ab Oriente Semigalliam quæ eidem Duci Curlandiæ paret, & à merid. Samogitiam provinciam Poloniæ.

Cutilia, agri Reatini lacus eſt in quo ſylvoſa inſula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem loco permanet. Ejus aquæ ſtrumis medentur. Vitruvius 8. 3. *Eſt aquæ frigidæ genus nitroſum, uti Pinnæ Veſtinæ, Cutilis, aliiſque locis ſimilibus, quod potionibus depurgat, per alvumque tranſiendo etiam ſtrumarum minuit tumores.* Idem tradit Plin. 31. 3. Imo & Strab. lib. 5. Sed is aquas eas eſſe dicit ἐν Καπνολίαις, verum certum eſt Κυτιλίαις reſcribi oportere; Nam & ſic Sotion vocat de mirandis aquarum, ac Dio lib. 66. E Latinis etiam *Cutilias* nominant Varro de L. L. lib. 4. Sen. Nat. Qu. 3. 25. Tranquillus in Veſpaſiano cap. 24. Macrob. 1 Sat. cap. 7. quanquam non contenderim ſi Κοτιλία malis, ut eſt apud Dion. Halicarn. lib. 1. Ant. uti & ibidem Κοτύλιον legas, imo Cotyle quoque eſt apud Feſtum Pomp. Voſſ.

Cutilium, op. Sabinorum ad aquas Cutilias. Livius. Hodie *Contigliano* dici ſcribit Leander. Long. 36. 30.. Lat. 42. 12.

Cyana, nympha Sicula, quæ cum Proſerpinæ adverſus Plutonem opem ferre conaretur, ab illo commutata dicitur in fontem ſui nominis, qui agro Syracuſano oſtenditur, ubi Anapo miſtus, non procul ab Ortygiâ inſ. illabitur in mare, Ovid.

Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Cyaneæ, inſulæ, ſive potius ſcopuli ſub Thracio Boſporo, modico ſpatio inter ſe diſtantes. Unde factus eſt locus poetarum fabulis, qui Cyaneas inter ſe concurrere tradiderunt, quod ex adverſo intrantibus geminæ cernebantur, nave vero paululum in alterum latus deflexâ, una tantum videbatur. Apollonius, Argon. lib. 2.

Κυανέας ὄφελε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσι
Τάων ἔπνα φημὶ διαμπερὲς ἐξαλέασθαι,
Οὐ γάρ ῥ' ῥίζησιν ἐρηρέδαται ἐνάτησιν,
Ἀλλὰ θαμὰ ξυνιᾶσιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
Εἰς ἓν, ὕπερθε δὲ πολλὸν ἁλὸς κορθύει ὕδωρ
Βρασσόμενον. Dionyſius verſ. 144.
Κυανέας ὅθι μῦθος ἀναιδέας εἰν ἁλὶ πέτρας
Πλαζομένας, κραναῇσιν ἐπ' ἀλλήλῃσι φέρεσθαι.

Val. Flac. lib. 1.

——Certus Scythico concurrere Ponto
Cyaneas.——

Idem lib. 6.

——Errantesque per altum
Cyaneas. Ovid. Trist. 1. eleg. 10.

Hæc precor evincat, propulsaque fortibus austris
Transeat in stabiles strenua Cyaneas.

Vide *Symplegades.*

Cyclades, insulæ maris Ægæi circa Delum in orbem sitæ, unde & nomen acceperunt. Strabo lib. 10. Dionysius vers. 525.

Δῆλον ἐκυκλάσαντο, καὶ ὄνομα Κυκλάδες εἰσί.

Mela 2. 7. *Quia in orbem jacent, Cyclades dictæ.* Solinus cap. 17. *Cycladas autumant inde dictas, quia licet spatiis longioribus à Delo projectæ, in orbem tamen circa Delum sitæ sunt, & orbem Græci κύκλον vocant.* Idem habent Plinius & Ammianus. *Cyclas* (inquit Bochartus) Phœnicibus dicta est גילגל *gigla* pro גלגל *gilgla* ex Hebræo גלגל *gilgal*, quod *circulum* sonat. Callimachus:

Κυκλάδες, αἳ νήσων ἱερώτατ' εἶν ἁλὶ κεῖν'
Ἐυΰμνοι. Idem non sine allusione ad nomen:
Κυκλάδας ὀφθαλμὸν ἀφειμένας.

Virg. Æn. 3.

——Sparsasque per æquor
Cycladas. Horatius:
——Interfusa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Idem alibi:

——Quæ Cnidon,
Fulgentesque tenet Cycladas & Paphon.

Ovid. Met. 2.

Exurgunt montes & sparsas Cycladas augent.

Idem in Trist.

Cycladas Ægæas obstupuisse puto.

Sil. lib. 1.

Qualis ubi Ægæo surgente ad sidera ponto
Per longum vasto Cori cum murmure fluctus
Suspensum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tremunt: sonat ille procul, flatúque tumescens
Curvatis pavidas transmittit Cycladas undis.

Seneca in Thyeste:

Hic ubi ingenti modo sub procella
Cyclades pontum timuere motæ.

Crebræ Statio dicuntur. Sunt autem numero 53. Idem in Achilleide:

——Juvat ire per altas
Cycladas. Et alibi: *Interque vadosas*
Cycladas Ægææ frangunt ubi saxa procellæ.

Vulgò *Insule del' Archipelago* Castaldo. Hinc *Cyclas*, vestis muliebris genus, quam tenuissimam & sic pellucidam, eoque parum honestam Torrentius ad Sueton. Calig. cap. 52. interpretatur. Male. Omnino enim matronarum vestis fuit, seu tunica, eaque satis honesta per se. Juvenal. Sat. 6.

Hæ sunt quæ tenui sudant in Cyclade.

Ex eo sic appellata, quod limbum aureum aut purpureum ad oram extremam haberet adsutum. *Limbum* enim Græci κύκλον appellarunt. Imò κυκλάδα, si Glossatori veteri fides: apud quem legimus: κυκλὰς, ἡ ἐπὶ τὴ χλαῖναν πορφυρᾶ κύκλῳ, *Limbus.* Propert. lib. 4.

Quæ nunc aurata Cyclade verrit humum.

Porro *Cyclas* apud Silium sing. num. legitur. Sic enim ille lib. 4.

Ceu gelidus Boreas totum cum sustulit imo
Icarium fundo victor mare, navita vasto
Factatur sparsus, lacerata classe profundo,
Cunctaque canenti profunditur æquore Cyclas.

Cyclaminus, sinus Asiaticus Bospori Thracii. *Golfo di Soltania* Gyllio.

Cycloboros, amnis, sive torrens Atticæ. Steph. Adeo autem ob anfractus crebros strepitans est, ut *Cyclobori* vox in adagio contra clamosos & obstreperos esset.

Cydnus, Ciliciæ flu. Tarsum urbem præterfluens. Justin. lib. 11. *Cum Tarsum venisset, captus Cydni fluminis amœnitate, per mediam urbem influentis, projectis armis, plenus pulveris ac sudoris in præfrigidam undam se projecit.* Q. Curtius lib. 3. cap. 4. De Ciliciâ loquens. *Pyramus, & Cydnus, inclyti amnes fluunt. Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro solo excipitur; nec torrentes incurrunt, qui placidè manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus, multâ riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus suis similis in mare evadit.* Strabo lib. 14. ubi de Tarso: Cydnus mediam perfluit juxta Gymnasium Juniorum. Ejus ortus non procul est, alveus verò per profundam vallem illatus rectà in urbem ingreditur. Ψυχρὸν ἡ καὶ ταχὺ τὸ ῥεῦμά ἐστι, ὅθεν καὶ τοῖς παχυνθεῖσι, καὶ ποδαγικομοῦσι κτίνυσι καὶ ἀνθρώποις ὀπικυρεῖ. Ubi alii ταχὺ legunt. Eustathius in Dionys. Ψυχρὸν δέ φασι καὶ ταχὺ τὸ ῥεῦμα τὸ Κύδνε. Vitruvius 8. 3. Cydnum podagræ mederi docet, cruribus eo mersis. Plut. in Alex. Ἦν δὲ ἡ διαπεσὼν διὰ νόσον, ἣν ὀι μὲ ἐκ κόπον, ὀι δὲ λεπαμβῳ ἐν τῷ τὸ Κύδνε ῥεῦμαι καὶ ἐκρῖψαι φησιν λέγουσι. Arrian. lib. 2. Ὀι δὲ εἰς τὸ Κύδνον πόταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι διαθυμότερον τὸ ὕδωρ, ἰδρῶντα καὶ καύματι ἐχόμενον. Ὁ δὲ Κύδνος ῥεῖ διὰ μέσης τῆς πόλεως, ὅσα δὲ ἐκ τῆς Ταύρου ὄρους, πᾶσι πηγῶν ὀι ἀνιχνευταὶ, καὶ διὰ χώρου καθαροῦ ῥέων, ψυχρός τέ ἐστι, καὶ τὸ ὕδωρ καθαρός. Solinus scribit eum à *candore*, Syrorum linguâ nomen sortitum. *Quicquid candidum est* (inquit) *Cydnum gentili linguâ Syri dicuntur.* Dionysius vers. 868.

Κύδνε τε σκολιοῖο μέσῳ διὰ Ταρσὸν ἰοῦσα.

Tibullus lib. 1.

At te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis.

Ovid. 3. de Arte Am.

Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.

Cydon, vel *Cydonia* Straboni, Cretæ op. *Cydonis* Ptolemæo. Hinc *Cydonius.* Ovid. Met.

——Cyndonio fundebat spicula cornu.

Virgil. Eclog. 10.

——Libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula. Hinc *mala Cydonia.* Plin. 15. 11.

Mart. 13. 24.

Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle
Ponentur, dicas hæc melimela licet.

Item *Cydoneus.* Ovid. Met. 8.

Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras
Noverat.——

Cyllene, mons Arcadiæ in quo Maia Mercurium peperit. Virgil. Æn. 8.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

Ovid. Fast. 5.

Hæc enixa jugo, cypressiferæ Cyllenes.

Inde Cyllenius pro Mercurio. Ovid. Met. 13.

Et quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas.

Uti pro stellâ Mercurii, Lucan. lib. 1.

——Motuque celer Cyllenius hæret.

Cynapes, flu. saxosum in Euxinum mare se exonerans. Ovid. Pont. 4. Eleg. 10.

Partheniusque rapax, & volvens saxa Cynapes.

Cynara, Ægæi maris insula. Plin. *Zenara* Nigro. Hinc *Cynareus.* Stat. Sylv. 5. 1.

Coryciæque comæ, Cynereáque germina.

Cyndon, flu. Hellesponti vel Chersonesi, malim Peloponnesi. Hesych. Κύνδων, πόλεμος ὲν Ἑλλεσπόντῳ, οἱ δὲ ἐν Πελοποννήσῳ.

Cynos cephale, collis Thessaliæ, & parva regio Thebarum, Pindari poetæ patria.

Cynosarges, gymnasium Atticæ, & vicus sic dict. à *cane albo*, qui sacrificante Diomo (à quo *tribus Diomea* dicitur) & Herculi paratam victimam ostendente, rapta femora in hunc locum detulit. Vide Erasmum in prov. *Ad Cynosarges.*

Cynossema, qu. *canis tumulus*, promont. Chersonesi Thraciæ, Hecubæ sepulchro nobilitatum. Fabulantur enim Poetæ Hecubam cum in Græciam adduceretur captiva, ibi doloris impatientiâ in canem esse conversam, ac deinde sepultam. Ovid. Met. 13.

——Locus extat & ex re nomen habet.

Cynosura, prom. Achaiæ in orâ Atticæ apud Asopi flu. ost. *Capo Sidro* ex tab. recent. Item mons Arcadiæ. Statius lib. 4. Theb.

Dives & Orchomenos pecorum & Cynosura ferarum.

Cynthus, Deli insul. mons. Virgil. Æn. 2.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros.

In hoc M. Latona Apollinem & Dianam perperisse dicitur. Unde ille *Cynthius*, illa *Cynthia* passim à poetis appellantur. Virg.

——Trojæ Cynthius author.

Luc. lib. 1.

Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu.

Et ex eo Val. Flac. 2. Argon.

Puráque nec gravido surrexit Cynthia cornu.

Cyparissi, *Cyparissia* Strab. *Cyparissos* Homero, Peloponnesi urbs in orâ Messeniæ litoreâ ad ost. Cyparisseidos amnis, probe munita. *Arcadia* Sophiano, al. *Bicorna.* Long. 47. 31. Lat. 37. 30.

Cyprus, insul. maris mediter. notissima in sinu Issico inter Ciliciam

Ciliciam & Syriam, fertilitatis tam eximiæ, ut *Macaria* olim, h. e. *Beata* dicta sit. Unde Virgilius:

——*Genitor tum Belus opimam*
Vastabat Cyprum.

Et propius ad etymon Horatius, Carm. lib. 3.

O quæ beatam Diva tenes Cyprum.

Am. Marcellinus lib. 14. *Cyprum insulam procul à continente discretam & portuosam, inter municipia crebra urbes duæ faciunt claram, Salamis & Paphos, altera Jovis delubris, altera Veneris templo insignis. Tantâ autem tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus à fundamento ipso carinæ ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem, omnibusque ornamentis instructam mari committat.* Multis nominibus olim appellabatur, teste Plinio, *Acamantis, Cerastis, Amathusa, Aspelia, Cryptos,* & *Colinia.* Item *Sphecia,* ut Eust. docet ex Lycophrone. Festus *Ærosam* dici scribit, quod in eâ plurimum æris nascatur. In eâ Venus colebatur, unde *Cypria, Cypris,* & *Cuprigena* dicta. Horat. ad Venerem:

——*Sic te Diva potens Cypri.*

Vide Flor. 3. 9. A *Cypro* Cinyræ filiâ nominari volunt. Steph. Κύπρος νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ ἀπὸ Κύπρου τῆς Δυσαδὸς Κινύρου. Ita etiam Constantinus ex Philo Stephano τῶν νήσων, & Ister ἐν Ἀποικίαις Αἰγυπτίων. Melius quam Eust. in Dionys. cui Cyprus est filius Cinyræ. Nam muliebre nomen est Κύπρος, quod in usu fuit apud Phœnices, uti docet Scal. ad Euseb. pag. 149. Lucan. lib. 8.

Quæstor ab Icario Cinyræe litore Cypri.

Tamen quia Cyprus Cinyræ filia, neque in fabulis, neque in historiâ celebratur; quod sequitur apud Stephanum & Eustathium, arridet magis, dici Cyprum insulam ἀπὸ ἐκεῖ φυομένης ἄνθους Κύπρος; *A Cypri flore* qui ibi nascitur. Cyprus est Arabum אי־רנא *Alhenna,* non ligustrum, ut multi volunt. Ebræis dicitur כופר *copher.* Cant. 1. 14. & 4. 13. Neque vero est absimile inde vocari *Cyprum* insulam, cum rara alioqui planta, & eximia, ibi plurima proveniat. Plin. 12. 24. ubi de Cypri generibus: *Optimum habetur è Canopicâ in ripis Nili nata: secundum Ascalone Judææ: tertium Cypro insulâ odoris suavitate. Inde fragrans* Homero in Hymnis:

Σῶσαι δ' ὅτι Τερίνη, πεφιλημένος ἐυώδεα Κύπρον.

Plinius hanc insulam quondam Syriæ continentem putavit, 2. 90. Et hoc modo insulas rerum natura fecit. Avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, &c.

Cypsela, vel *Cypsella,* Thraciæ urbs, propè Hebrum flu. Item castellum in Arcadiâ à Mantinensibus muris cinctum. Steph. *Chipsala* Sophiana, *Ipsala* Leunclavio, *Chapsilar* Bellonico. Long. 53. 30. Lat. 43. 00.

Cyranis, Africæ inf. à Stephano Κύρανις dicitur, νῆσος κατὰ Γύζαντας πρὸς ἐν Λιβύῃ, ubi alii Gygantas pro Gyzantas legunt. Κυρμὶς mavult Bochartus ab Ebræo כרמין *Ceramin,* i. e. *à vitibus,* quæ ibi copiosè proveniunt, ac proinde ἐλαιῶν καὶ μεσὴν καὶ ἀμπέλων, *oleis refertam ac vitibus* eam describit Herodotus Musâ quartâ.

Cyrbiana, Elymæorum provincia est. Strab. lib. 16.

Cyre, Ceres apud Cnidios. Cæl. Rhod. lib. 17.

Cyre, fons in Cyrenaica. Steph. Κυρὴ Callimacho Hymn. in Apoll.

Οἱ δ' ὅπῃ πηγῆς Κυρῆς ἐδύναντο πελάσσαι.

Ubi Schol. Κρήνη ἐν Κυρήνῃ. Nicodemus vero Frischlinus Κυρνῆς legit, & per synæresin pro Κυρήνης dici autumat.

Cyrene, sive *Cyrenæ,* plur. num. insigne Libyæ op. inter Syrtim majorem, & Mareotidem situm, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Thereo (quem Callimachus progenitorem suum fuisse tradit) conditum, à *Cyrene* Penei amnis filiâ sic dicta. Hodie *Coreno* Villanovano; cujus incolæ olim equitatu plurimum valebant. Max. Tyr. Serm. 7. Τὰ Κυρηναϊκὰ (παιδάρια) διφρεῖα, *instituta Cyrenaica sunt aurigationes.* Dionysius Periegetes:

Κυρήνη τ' ἔυιππος Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.

Quod sumptum videtur ex his Pindari in Pythiis, Od. 4. statim initio:

Σάμερον μὲ χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ
Στάμεν' εὐίππου βασιλῆϊ Κυρήνας.
Hodie quidem oportet te apud virum amicum
Sistere equestris Regem Cyrenes.

Idem Pindarus *Cyrenes* appellat εὐάρματον πόλιν. Hinc Ephorus, Κυρηναῖοι πρὸς τὴν διφρευτικὴν ὁπηνίων ἠρήνησαν. *Cyrenæi ad curulem artem se applicant.* Strabo: Λέγεται ἡ Κυρήνη πλησίον Βάττου ἱπποδρόμου ὄντος ἀρίστου. Vide Cl. Dausqueium in illud Silii lib. 3.

Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis
Battiadas proavi fidei stimulavit in arma.

Hic laserpitium herba provenit. Catullus epigr. 7.

Quam magnus numerus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis jacet Cyrenis.

(ubi corripuit primam syllabam, quæ aliis producitur, nec tamen id sine exemplo. Callimachus:

——Τεῖλσόν γε μὲ λᾶϊν Κυρήνης.

Hermesianax: Ἀνδρὸς Κυρηναίων.) Cur autem laserpiciferas Cyrenas dixerit Catullus intelligi potest ex iis quæ scribit Suidas in voce Σίλφιον. Plin. 19. 3. *Ab his proximum dicetur authoritate clarissimum laserpitium, quod Græci σίλφιον vocant, in Cyrenaicâ provinciâ repertum.* Cæterum de Cyrenaicâ vide Voss. ad Melam, lib. 1. cap. 6.

Cyrnus, insula in mari Ligustico, à *Cyrno* Herculis fil. sic dict. cum prius *Therapne* diceretur. Dionysius:

——Ἀπείλεσε δὲν ἀλὶ Κύρνος.

Pop. *Cyrnii,* qui longissimo ævo utuntur, propter mellis usum, quod apud eos copiosum nascitur. Hinc *Cyrnæus.* Virgil. Eclog. 9.

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Ovidius:

Hyblæis apibus Corsica mella dabis.

Vide *Corsica.*

Cyrnus, inf. Iapygiæ. Steph. inde nom. gent. Cyrnius. Hinc proverb. *Terra Cyrnia* apud Zenodotum, in eos qui vitam infamem latrociniis transigunt; vel de reg. latrociniis infami. Sic *Cyrnia jactura* de magnis dispendiis.

Cyrus, Syriæ civitas à Judæis extructa in memoriam Cyri, qui eos ex captivitate dimiserat. Procop. Chalcidensium item urbs in Euboeâ. Polyæn. 3. Est & Mediæ flu. Ptol. Item alius ejusdem nominis Scythiæ flu. De quo Mela, 3. 5. *Cyrus & Cambyses ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi & in diversa abeunt, perque Iberos, & Hyrcanos diu & multum distantibus alveis defluunt; post non longè à mari eodem lacu accepti, in Hyrcanum pinum uno ore perveniunt.* Vide sis illic Vossium. *Corus* olim dicebatur, teste Strabone, *Cyrech* Pineto est, *Cori* Castaldo, *Cur* Nigro, Et *Elcur* Ramusio. Videtur eum Matthæus Michoviensis *Tirk* appellare. Thevetus scribit eum ab incolis *Lada* vocari. Perperam Κύρνος apud Plut. & Dion.

Cyta, urbs Colchidis, Medeæ patria, Steph. Herbis veneficis imprimis famosa fuit. Hinc *terra Cytæa,* Val. Flac. lib. 6. vers. 693.

Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cytæis.

Item *Cytæis, idis* pro Medea. Prop. 2. 4.

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis.

Idem *Cyteina carmina* posuit pro *Magica.* Lib. 1. eleg. 1.

Tunc ego crediderim vobis, & sidera, & amnes
Posse Cyteinis ducere carminibus.

Ubi vide Scaligerum.

Cythera, orum, insula contra Cretam, ut scribit Strabo 5. m. p. à Maleæ promontorio distans, hodie *Cerigo* Sophiano, Veneri olim dedicata. Virg. 10.

Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.

Ovid. Fast. 4.

Deserit, & Veneri sacra Cythera petit.

Hesychius: Κύθηρος νῆσος Κρήτης, ἡ πόλις Θεσπαλίας, πρὸς ᾗ νῆσον Πεσμαλέα, Πεσμάλεον ἢ ἀκρωτήριον τῆς Λακωνικῆς. Ubi Palmerius: legendum, Πεῤ Μαλέων. Μαλέαι ἢ ἀκρωτήριον, &c. Malus exscriptor è duabus vocibus unam fecit, & putavit Πεσμάλεον esse peninsulam Laconiæ, & ab eo Cytheram nominatam Promalei insulam; at Μαλέαι ἄκρας Straboni, & al. Μαλέα in sing. num. promont. notissimum est, & naufragiis infame, cui proxima est insula Cythera. Inde Venus ipsa *Cytherea.* Virgil. Æn. 1.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi. Sic dicta——"Οτι περσίκωφεν Κυθήρεις, teste Hesiodo, id est, quia è mari emergens ad Cythera primum appulit. Aliter Hesychius, cujus verba subjecimus: Κυθέρεια, ἡ Ἀφροδίτη καθ' Ὅμηρον διὰ τὸ ὅτι περσίκωφεν Κυθήρεις· ἀλλ' ὅτι καθόμενον ἔχει ἐν ἑαυτῇ τὰ πάσης ἐρωτικῆς φιλίας ἐξητασμένον κεδν. Ἢ ὅτι οἱ ἐρῶντες ἐν αὐτοῖς κρύπτουσι τὸ ἐρωτικὸν πάθος. Hic Venus, ut in Cypro, *Armata* fuit. Pausan. in Laconicis Ἄσπη ἢ ἡ Θεὸς ξόανον ὡπλισμένον. Hinc *Cytheriacus* Nero Cæsar distertissimè, uti loquitur Sen. Nat. Qu. 1.

Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.

Cythera dici vult Stephanus ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος. Sed *Cytherus* ille Phœnix, cum aliunde non sit notus, tam Cythera insulam, quam Cithæronem Bœotiæ montem, Phœnicas appellasse putat Bochartus ὁ μέγας à קחרי *cethera,* id est, à *petris.* Chaldæus Interpres, ubi *de cuniculis,* Prov. 30. 26. *Faciunt sibi domicilium* בקחרי *in petris.* Nam ut Bœotiæ Cithæron (de quo supra) ita Cythera insula scopulis scatet. Mercator in *Cytheris. Opidum habet ejusdem nominis ac multos portus, sed parum tutos, atque circa ipsam insulam sparsi sunt plures scopuli.* Proinde apud Eust. in 3. Iliad. *Cythera,* inquit, *quidam eandem esse insulam volunt cum Cranae,* quia Κραναὸς, *asperum* sonat & *confragosum.* Quin & purpuræ, quæ petrosis & calculosis locis maximè gaudent, circà hanc in-

ſtulam multæ fuerunt, unde & *Porphyris* & *Porphyruſa* dicta eſt. Plin. 14. 15. *Cythera cùm opido antea Porphyris appellata.* Ariſtoteles apud Stephanum : Ἐκαλεῖτο ἡ Πορφυροῦσα διὰ τὸ κάλλος τῶν πορφυρῶν, id eſt, Euſt. interprete διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας ; quas purpuras, quod ſcopulis aut calculis plurimum gaudere diximus, Plinius idem teſtatur his verbis lib. 5. c. 1. *Ebori, citroque ſylvæ exquiruntur, omnes ſcopuli Gætuli muricibus de purpuris.* Et lib. 9. cap. 37. *Purpuræ calculoſæ appellantur à calculo maris mire apto conchyliis.* Oppianus lib. 1. Halieut. verſ. 314.

Πολλὰ μὲν ἐν πέτρῃσι, τὰ δ' ἐν ψαμάθοισι νέμονται.

Multa quidem in petris, quædam naſcuntur arenis.

Cythnos, inſ. una ex Cycladibus, olim *Ophiuſa*, ac *Dryopis* dicta. Ovid. Met. 5.

——*Inde cavâ circumdata nube Seriphon*
Deſerit, à dextrâ Cythno, Gyaroque relictis.

Idem lib. 7.

Florentemque Cythnon, Scyron, planamque Seriphon.

A *Cythno* primo habitatore dictam volunt. Bochartus autem, *Cythno*, inquit, videri poteſt nomen feciſſe קטנות *Katnuth*, id eſt, *parvitas*, nam exigua eſt inſula. Tamen aliud ſuccurrit, quod licet minus obvium, fortaſſe multo eſt verius. Κύθνιος τυρὸς *Cythnius caſeus* fuit olim valdè celebris. Ita obſervant Steph. & Euſt. ubi de Cythno. Et à Polluce 6. 10. Τυρὸς Κύθνιος ἢ καὶ Σικελικὸς *caſeus Cythnius & Siculus* cenſentur inter τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐδέσματα εὐδόκιμα *cibos apud veteres maximè probatos.* Quin & *Cythnius* dicebatur à vicinâ *Ceâ*, vel *Cio* caſeus, quam ex Æſchylidis libris de R. R. multis deſcribit Ælianus de Anim. 16. 32. Itaque propter caſei dotes *Cythnus*, ut ſuſpicamur, dicta eſt inſula גבנא *gubna*, vel *guphno*, quomodo Syri hanc vocem efferunt, id eſt, *inſula caſei*. Sed Græci pro Γύφνῳ Κύθνον ſcripſerunt, id eſt, κ pro γ. ut Κάμηλος ex גמל *gamal*, & θ pro φ, ut θύλλα & φύλλα, θῆρες & φῆρες, θλίβω & φλίβω, θλᾶν & φλᾶν. Hinc *inebriari* Græcè σκυθίσαι dici volunt pro σκυφίσαι, συγγάνεις γὰρ τῷ φ τὸ θ. Ita Hieronymus Rhodius apud Athen. lib. 12. Eodem exemplo *Cythnus* pro *Cyphnus* dicta. Inſulam hanc olim fuiſſe cultam docet hiſtoria vetus de Cythniis ab Amphitryone male multatis, quod ceſſit in proverb. Hinc enim Κυθνώδεις συμφοραὶ *Cythniæ calamitates* dicuntur de graviſſimis ; cujus adagii Suidas ac Zenodotus, tanquam ex Ariſtotele meminerunt. Helladius vero apud Photium ſcribi vult per L. non per D. τὸ Κυθνώλης, inquit, διὰ τοῦ λ γεγράφθαι, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦ δ. Et in Heſychio Κυθνώλης eſt ἐξώλης, qui perditus eſt funditus, quomodo Cythnus ab Amphitryone plane exciſa eſt ac devaſtata. Addit enim πεπεῖσθαι γὰρ λέξαι ἀπὸ Κύθνου τῆς νήσου, ἀπόλεσθαι γὰρ αὐτὴν ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος. Ita legendus eſt ille locus.

Cytorum, urbs Paphlagoniæ ad Pont. Eux. Ptol. *Caſtelle* hodie Nigro.

Cytorus, mons Galatiæ, in quo buxus plurima naſcebatur. Strabo lib. 11. Πλείστη ἡ καὶ ἀείσκιος πύξος φύεται περὶ τὴν Ἀμασειανὴν, καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον. Catullus :

Amaſtri Pontica & Cytore buxifer.

Virg. Georg. 2.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Ovid.

Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines.

Id eſt, *buxeo*. Euſt. in Iliad. Hom. β.

Οἱ ῥα Κύτωρον ἔχον, καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο.

Κύτωρος, inquit, πόλις Παφλαγονίας Σινωπέων ἐμπόριον, περὶ ἣν πλείστη, καὶ ἀείσκιος πύξος φύεται. Plin. 6. 16. *Buxus Pyrenæis ac Cytoriis montibus plurima & Berecynthio tractu.* Interpres Apollonii in illud lib. 2.

——Τλήμονα Κύτωρον

διὰ τὴν πύξον ἐκεῖ πολὺν γίνεσθαι. Huc pertinet forma adagii, quam Euſt. aperit : Πύξον εἰς Κύτωρον ἤγαγες ; quod ſimile illi *Noctuas Athenas*. Sed ante has omnes Theophraſtus 3. Hiſt. Pl. cap. 15. loquens de buxo : Καὶ δὴ καὶ τὰ Κύτωρα τοιοῦτον, ἔστι γὰρ πλείστη ταύτη. Alluſit huc Val. Flac lib. 5. Argonaut.

——*Atque jugo pallente Cytorum.*

Nam hic pallor à buxo eſt. Ovid. Met. 4.

——*Oraque buxo pallidiora gerens.*

Credibile autem legendum in loco Plinii nuper adducto *Cyreneis*, aut *Cyrenis*, non *Pyrenæis*. Nam ſtatim Theophraſtus, à quo ille reliqua ſumpſit ; μίγνυσι δὲ καὶ κάλλυσι ἐν Κυρήνῃ. De la Cerda.

Cyzicus, urbs Myſiæ ad Propontidem, *Chizico* Sophiano, cui nomen indidit *Cyzicus* rex, quem Jaſon per imprudentiam interemit. Fuit hæc civitas & magnitudine, & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Propert. 3. 22.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiacâ quà fluit Iſthmos aquâ.

Ovid. Triſt. 1. Eleg. 9.

Inde Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Ubi vir κρηπιώτης Nic. Heinſius *ſurgentem* legere mavult, nam in edito colle ſita hæc urbs. Val. Flac. lib. 2.

Nec procul ad tenuis ſurgit confinia Ponti
Urbs placidis demiſſa jugis, rex divitis agri
Cyzicus.——

Sed & Apollonius Rhodius in ejuſdem deſcriptione :

Ἔστι δέ τις αἰπεῖα Περκωσίδος ἔνδοθι νῆσος
Τυδσὸν ἀπὸ Φρυγίης πολυλαίου ὑπείροιο
Εἰς ἅλα κεκλιμένη, &c.

Vide Caſaub. ad lib. 12. Strabonis. *Cyziceni* apud veteres timiditatis ac mollitiei notantur, unde *tinctura Cyzicena*, proverb. apud Zenodotum & alios in eos qui aliquid indecorum metu faciunt. *Cyziceni* quoque *ſtateres* apud Suidam in proverb. funt pro re ſculpta diligenter, ſicuti fuere *nummi Cyziceni*. Long. 54. 50. Lat. 42. 15.

D.

Daæ, *Dahæ* Plinio, *Dai* Herodoto, pop. Scythiæ ex genere Nomadum, apud Caſpium mare incolentes. Virg. Æneid. 8.

Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Lucan. 2.

O ſuperi, motura Daas, ut clade Getaſque.

Silius 13.

Cui pervia Bactra, Daæque.

Δάσαι etiam Stephano dicuntur.

Dabrona, Ptol. flu. Hyberniæ in Momoniâ reg. per Liſmorenſem agrum non procul ab urbe fluens. Camdeno vero per Corcagienſem agrum fluit, per Liſmorenſem vero *Broodwater* nunc, olim *Aven-more*, id eſt, flumen magnum, dictus.

Dachareni, pop. Arabiæ, à Nabato *Nabatæi* dicti. Vide Steph. Σημαίνει (inquit) τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς, lege ἀρσενικῶς, ut in Euſtathio habetur.

Dachinabades, regio Indiæ citerioris, ab oſtio Indi flu. in auſtrum extenſa. *Indoſtan*, teſte Ortelio, ſeu *Malabar*, ut aliis videtur.

Daci, pop. erant *tranſrhenani*, Danubio flu. & Anartibus, ſylvæque Hercyniæ finitimi, quos olim Hungariæ partem habitaſſe plerique tradunt, & poſt in maritima loca Norvegiæ proximè ceſſiſſe. Lucan. 2.

Hinc Dacus, premat inde Getes.

Stat. 4. Sylv. Car. 2.

Cum modo Germanas acies, modo Daca ſequentem
Prælia.——

Virgil.

——*Conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro.*

Idem Statius :

Hæc eſt quæ victis parcentia fœdera Cattis,
Quæque ſuum Dacis donat clementia montem.

Cur *montem* diſertè nominat ? ſicut in eâdem iſte re,

Tu civile nefas, tu tardum in fœdera montem
Longo Marte domas.

Quiane montana Dacia ? ita eſſe ſcio : tamen opinor in re occultius aliquid deſignari, ἐνικῶς enim & unum montem duntaxat appellitat. Aſpectum igitur à poetâ cenſeo ad ridendam & miri ſtuporis ſuperſtitionem Dacorum, quibus Sacerdos in monte quopiam Deus habebatur, & mons ipſe ſacer. Strab. lib. 7. Παρὰ τοῖς Γέταις ὁ ἱερεὺς ὀνομάζεσθαι θεὸς, καὶ τὸ ὄρος ὑπελείφθη ἱερὸν, καὶ φοβοῦσιν ἅπαντας. Diſce Getarum populum Dacos eſſe ex Dione ac Strabone. Etiam Appianus notat Getas ultra Danubium à Romanis Dacos appellari. Addo etiam Cappadocibus montem pro Deo fuiſſe. Tyrius Maximus : Ὄρος Καππαδόκης καὶ θεὸς καὶ ὄρκος καὶ ἄγαλμα. Lipſ. ad Tac. Hiſt. lib. 1. Olim Straboni *Davi* appellati. Ex quo apud Athenienſes *Davorum* nomina ſervilia. Hinc factum eſt ut in Comœdiis ſervi introducantur *Davi* & *Getæ* dicti. Eorum regio *Dacia*, quæ hodie diviſa eſt in *Tranſylvaniam*, *Zipſerlandiam*, *Raſciam*, *Serviam*, *Septemcaſtra*, & *Bulgariam*. Hinc *Dacicus* denominativum, quòd cognomen trophæi loco uſurparunt Romanorum aliquot Imperatores, victoriâ aliquâ ex Dacis reportatâ. Juvenal.

——*Tunc lance beatâ*
Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.

Dalmatia, Illyrici pars, Liburniæ contermina verſus occaſum, cujus incolæ *Dalmatæ* vocantur, Auguſti olim auſpiciis Romano imperio ſubjecti. Dionyſ. verſ. 96.

Δεξιτερὴν

Δεξίλεριν χ᾽ χεῖρας φαείνῃ Ἰλλυρὶς αἶα,
Δαλμάτιν δ᾽ ἐφύπερθεν, ἐναλίων πίδαν ἀνδρῶν.

Populi Græcis Δαλμάται, καὶ Δαλματεῖς, qui teste Floro plerumque sub sylvis agunt, & inde in latrocinia promptissimi, quique armis ac opibus potentes, confidentiores erant, sæpius Romanis rebelles, & eorum finibus graves. Strabo lib. 7. Ἔστι δὲ τὸ πολὺν χρόνον πολεμησάντων πρὸς Ῥωμαίους τὸ ἔθνος τοῦτο. Tertul de Animâ, *Tamen vulgata jam res est gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt, Sallustius feroces Dalmatas pulsat.* Aliqui pro *Dalmatis* apud Cæsarem *Delmatis* reponunt, & ita antiqui lapp. & Fasti Capitolini, in quibus est *Delmaticus*, non *Dalmaticus*. Velius item longus ex authoritate Varronis ita præcipit scribendum, quoniam à Delminio maximâ civitate tractum nomen existimatur. Eustathius: Ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Δάλμιον ἢ Δελμίνιον ἢ Δέλμιον. Idem fere habet Appianus. Genuit hæc regio Diocletianum, virum crudeli & exitiali in Christianos animo, quippe qui præter tormenta, quibus carnificinam exercuit, in libros etiam & scripturas sæviit. Protulit & S. Hieronymum Stridone natum, quem Latinorum nemo luctubrando vicit. Hinc *Dalmatica vestis*, quæ est tunica sacerdotalis candida cum clavis ex purpura, quia hic primum texta. *Dalmaticus* dictus fuit L. Metellus à *Dalmatis subactis*, qui & Castoris ædem vetustate collapsam refecit, teste Cic. 3. in Verrem, itemque pro M. Scauro.

Damascus, Syriæ urbs antiquissima, palmulorum fertilissima, & prunorum, quæ inde *Damascena* vocantur. Lucan. lib. 3.

Et felix (sic fama) Ninos, ventosa Damascus.

Hanc veram Jovis urbem, totiusque orientis oculum vocat Julianus in Epp. Sic autem dicta est, uti volunt, ab *Asco* quodam gigante, qui Dionysium vinctum illic cum Lycurgo in fluvium injecit: vel quod *Damascus*, Mercurii & Halimedæ nymphæ filius, ex Arcadiâ in Syriam profectus urbem sui nominis condiderit, vel quod Dionysius ibi persecutus sit & excoriaverit *Damascum* quendam, qui vineta securi exciderat. *Syriæ nobilissima civitas* vocatur à Justino lib. 36. qui addit: *Nomen urbi à Damasco rege inditum.* Verum hic *Damascus* ab aliis *Damas* vocatur. Etymologicum magnum: Δαμασκὸς, πόλις Συρίας πρὸ τῆς Ἀβιλίσσων. Ἔστι δὲ ὅτι Δαμὰς στρατιῶν μὲν Διονύσου, ἐκεῖσε σκηνὴν πήξαντος, ἱδρύσατο ἐκεῖ Συρίας Θεὸν ξόανον. Vide Voss. ad Just. Hodie *Scham* Turcis dicitur, teste Leunclavio, quorum subest dominio ab 1150. an. cum antea pareret Sultano Ægyptiaco. Media sedet inter Hierosolymam ad aust. & Antiochiam ad Bor. 240. m. p. ab Aleppo in aust. Long. 69. 00. Lat. 33. 00.

Damascenus, ager Cypri. Ovid. Met. 10.

Est ager, indigenæ Damascenum nomine dicunt.

Damnonii, pop. Albionis, ubi nunc Comit. Devoniæ, & Cornubiæ. Eorum urb. fuere Isca *Exeter*, Voliba *Falmouth*, & Uxella *Lestuithiel*.

Damnonium, quod & Ocrinum promont. Albionis in Cornubia, ad occid. *the Lizard point* Camdeno, 12. mill. a Monte S. Michaelis in aust. & 17. à Bolerio in Eurum.

Dani, pop. fuere alias valdè extensi, utpote qui Angliam & Scotiam pluries devastarunt, & etiam ipsis potiti sunt per aliquot annos. Eorum regnum nunc *Dania* dicitur, eratque divisum antea in 3. partes, nempe in Cimbricam Chersonesum, ubi Jutia Septentrionalis & Meridionalis, & Holsatia, Provinciæ satis amptæ; in insulas, ubi Zelandia, Fionia, Laplandia, Falstria, Langelandia, Boringia, & aliquot aliæ min. notæ; & in Scaniam, ubi provinciæ, Scania propria, Blescingia, & Hallandia. Nunc autem angustioribus restringitur limitibus, cum Scania, Blescingia, & Hallandia in Suecorum potestatem devenerint ante paucos annos. Habet ad Aust. Germaniam versus Holsatiam; sed in al. partibus circumcingitur mari Germanico Balticorum. Ejus primaria urbs & regia est Hafnia, ad Sundicum fretum sita. Subsunt etiam regi Daniæ, regnum Norvegiæ, Islandia insula. Schetlandicæ insulæ & ora litoralis Gronelandiæ.

Urbes Daniæ clariores.

Aelburgum Cimbricæ, *Aelburg.*
Arhusia Cimbricæ, *Arhusen.*
Calmaria Scaniæ, *Calmar*, nunc Sueciæ.
Coldinga Cimbricæ, *Koldingen.*
Corona Scaniæ, *Landscroon*, nunc Sueciæ.
Elsenoria Silandiæ, *Elseneur.*
Elsingoburgum Scaniæ, *Elsingburg*, nunc Sueciæ.
Haderslebia Cimbricæ, *Halderstleben.*
Hafnia, Acad. & Regia Silandiæ, *Copenhagen.*
Lundis Scaniæ, *Lunden, Lund*, nunc Sueciæ.
Malmogia Scaniæ, *Elbogen*, nunc Sueciæ.
Nicopia Cimbricæ, *Nicoping.*
Ottonium Fioniæ, *Odensee.*
Ripæ Cimbricæ, *Ripen.*
Ricopinga Cimbricæ, *Rincoping.*
Rhoschildia Silandiæ, *Roschilt.*
Slesuicum Cimbricæ, *Schleswick.*
Varemburgum Silandiæ, *Warburg.*
Vensilla Cimbricæ, *Wensyssel.*
Viborgia Cimbricæ, *Wiburg.*

Dantiscum, Poloniæ op. ad Vistulam flu. advectis mercibus clarum, & opulentum, vulgò *Dantzig*. Male, inquit Ferrarius, à Stephano in Poloniâ collocatur, cum sit urbs ac emporium Prussiæ. Vocatur & Gedanum. Long. 41. 30. Lat. 54. 20.

Danubium, apud Stephanum corruptè legas pro *Lanuvium.*

Danubius, fluvius, si quis alius, veterum atque recentiorum Græcorum, Latinorumque literis, monumentisque valdè celebratus, ita ut Eratosthenes & Apollodorus lib. 2. de navibus, merito poetarum, philosophorumque principem Homerum reprehendisse videantur, quòd cum plurimos fluvios, qui Oceano immerguntur, commemoret, hunc silentio prætermiserit. Meminit vero illius Hesiodus in Theog.

Σῦμόν τε, Μαίανδρόν τε καὶ Ἴστρον καλλιρέεθρον.

Duo illius præcipua sunt nomina, unde Ovid. lib. 1. Pont. *binominem* vocat.

Stat vetus urbs ripæ vicina binominis Istri.

Ea autem sunt *Danubius* & *Ister*, quæ licet ambo nomina universo fluvio à capite usque ad finem ab authoribus tribuantur, tamen quibusdam in locis magis versus fontes *Danubius*, in aliis magis versus ostia vergentibus *Ister* nominata. Hinc Mela. *Alio, quam definit, nomine exoritur. Nam per immania (loca sc.) magnarum gentium diu Danubius est, deinde aliter appellantibus incolis, Ister fit.* Strabo etiam lib. 7. superiores illius partes versus fontes, usque ad præcipites ejus decursus, quos catarractas vocant, *Danubium* scribit vocari, quæ maximè per Dacorum agrum delabuntur; alias vero inferiores usque in Pontum per Getas, *Istrum.* Huic suffragatur Ptolemæus, qui ad Axium usque Mysiæ infer. civitatem ubi ejus sunt catarractæ, *Danubium*, inde vero ad illius usque ostia, *Istrum* scribit appellari. Plinius: *Primo Danubius, ubi primum Illyricum alluit, Ister dicitur.* Quin & Appianus in Illyricis, iis in locis, ubi Savus Istrum influit, Danubium, nec multis deinde inferius elapsum uberioribus aquis, pro Danubio *Istri* nomen assumere testatur. Antiquitùs, teste Stephano, hunc fluvium *Matoam* Scythæ appellarunt, quæ vox Græcè reddita ἄσιον, h. e. *innoxium* sig. propterea quod creberrimè illum licet trajicerent, nihil tamen quicquam damni acciperent. At vero cum semel in ejus trajectu, damnum quoddam fecissent, mutato nomine Δάνυσιν, sive Δάνασιν vocabant, quod nomen *calamitatis authorem* significat. Hæc Stephanus. Quæ opido quàm fabulosa, atque falsa. Cato in *Originibus à Danis* ejus accolis sic dictum fuisse testatur. Nonnulli, teste Francisco Irenico, illum à sono hoc nomen (quasi dicas *Tonnaw*) sortitum esse volunt. Hinc forsan Mantuanus *sonantem*, & Bartholinus *undisonantem* appellant. Rhenanus ac Vadianus *Danubium* existimant dici quasi *Abnobium*, seu *Abnovium*, à monte *Abnoba*, unde eum nonnulli oriri contendunt. Hanc conjecturam probabiliorem facit priscum vocabulum vernaculum *Abnaw*, cui Germani D. literâ articuli loco additâ, *Danaw* vulgò, quod nomen hodiè obtinet, nominarunt, pro *die Abnaw*, collisione literarum Germanis usitatâ. Denique Isidorus Danubium vocari dicit à nivium copiâ, quibus maximè augetur, quasi dicas *Danivium.* Et certe Herodotus quoque lib. 4. crebriores apud Danubium nives quam pluvias esse dicit. Ortum ejus quod attinet, plurimæ de illo sunt authorum sententiæ: Eratosthenes ac Scymnus in desertis locis illius fontes esse tradiderunt, qui certè minimè à vero videntur aberrasse, quippe cum loca illa, in quibus fontes illius à plerisque recentiorum demonstrantur, olim inculta, horrida, atque deserta fuerint.. Apollonius lib. 4. ex Riphæis & Hyperboreis montibus illum vult promanare.

——Πηγαὶ γὰρ ὑπὲρ πνοιῆς Βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόκρηθεν μορμύρουσιν.

Strabo lib. 7. illum ab extremis Germaniæ partibus ab occasu, non procul à sinu Adriatico, 1000. circiter stad. intervallo, originem suam habere testatur. Hinc Mela illius fontes in Germaniâ aperiri, & Solinus illum Germanicis jugis oriri scripsit: Sen. 4. Nat. Qu. falsò nonnullos philosophos tradidisse dicit Danubii ignotos fontes esse: Nam *caput ejus*, inquit, *in Germaniâ comperimus.* Idem tamen fluvius rectè & Germaniæ ortûs nimirum sui ratione itemque Scythiæ, finis atque exitûs respectu, adscribitur. Hinc Lucanus:

——*Massagetas Scythicus non alligat Ister.*

Herodotus lib. 4. eum ex Celtarum urbe Pyrrhenâ Πυρήνῃ, oriri

oriri ſcribit. Hos Celtas autem extra Columnas Herculis Cyneſiis finitimos, omnem in Europâ ad occaſum habitantium poſt Cynetas poſtremos eſſe dicit. Ariſtoteles illum ferè ſecutus lib. 1. Meteor. cap. 13. (ubi oſtendit maximos fluvios ex maximis oriri montibus) Iſtrum ἐκ τ Πυρήνης, i. e. Pyrenæo monte, originem ſuam trahere teſtatur. Nicephorus Gregoras ex iiſdem Alpibus ex quibus Rhenus illum irrumpere tradit. Ælianus de Animal. 14. 23. ſub radices Alpinorum montium verſus Boream, ſub Urſâ Europæorum Iſtrum fluvium maximum ortum ſuum habere teſtatur, ubi gens rei equeſtris perita habitet. Quorum ſententias expendentem vide Guil. Stukium ad Arriani Periplum, pag. 164. &c. Atque hactenus de Danubii Fontibus in genere. Ad ſpecialiores jam deveniamus. Ariſtoteles in lib. Admirabiliuma, Iſtrum ἐκ τ Ἑρκυνίων καλυμένων ὀρυμῶν fluere teſtatur. Strabo lib. 4. Iſtri fontes juxta Suevos & Hercyniam ſylvam eſſe tradit. Idem habet lib. 7. Elegans extat Auſonii epigramma gratulatorium de fonte Danubii per Valentinianum & Gratianum reperto, occaſione victoriæ cujuſdam de Alemannis.

Danubius, penitus caput occultatus in oris
Totus ſub veſtrâ jam ditione fluo.
Quà gelidum fontem mediis effundo Suevis,
Imperiis gravidas quà ſeco Pannonias,
Et quà dives aquis Scythicò ſolvo oſtia Ponto
Omnia ſub veſtrum flumina mitto jugum.

Claudianus:

———*Sublimis in Arcton*
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia ſilvæ,
Quæ ſe Danubii jactat, Rhenique parentem
Utraque Romuleo prætendens flumina regno.

Ammianus Marcellinus lib. 22. *Amnis vero Danubius oriens prope Rauracos montes, confines limitibus Rhæticis per latiorem orbem protenſus, ac ſexaginta navigabiles penè recipiens fluvios,* &c. Plin. 4. 12. *Ortus in Germaniæ jugis montis Abnobæ ex adverſo Raurici Galliæ opidi multis ultra Alpes millibus,* &c. Tacitus quoque, *Ex molli & clementer edito montis Arbonæ jugo* Danubium ortum ſuum habere teſtatur. Hinc Dionyſius quoque Halicarn. *Arbonam* montem *Iſtri partem* appellat ſecundum interpretes Latinos. In Græco enim nil tale legitur. Marcianus Capella: *Hiſter,* inquit, *fluvius ortus in Germaniâ de cacumine montis ad novem ſexaginta amnes aſſumens, etium Danubius vocatur.* Ubi Rhenanus pro *ad novem, Abnovam* legendum aſſe acutè, rectéque tradit. Progreſſum ejus quod ſpectat, incredibile dictu eſt quam longinquum per innumeras gentes, regioneſque curſum conficiat. Herodotus lib. 4. Poſt ortum ſuum, inquit, totam emenſus Europam, ex adverſo Scythiam ingreditur. Hinc Tacitus illum *plures populos adire,* Marcellinus *per latiorem orbem protendi,* Mela *per immania gentium delabi* teſtantur, antequam in Euxinum perrumpat. Val. Flaccus lib. 8.

Torvus ubi & ripâ ſemper metuendus utrâque
In freta per ſævos Iſter deſcendit alumnos.

Arrianus lib. 1. de Geſtis Alexandri Magni: Ἀπὸ ἢ τ μάχης τελαῖ ἀφικνεῖ ἐπὶ τ πόλαμὸν Ἴςρον, πόλαμῶν τ κτ τ Εὐρώπην μέγιςον ὄνλα, κ πλείςων γῆν ἐπερχόμενον, κ ἔθνη μαχιμώτλα ἀπείρονλα, τὰ μ πολλὰ Κέλτικ, ὅθεν γε κ αἱ πηγαὶ αὐτῶ ἐνίσχυσι. Vide Euſt. in Dionyſ. ubi omnium diligentiſſimè nationes per quas Iſter labitur, commemorat. Fuit hic flu. ſecundum communem omnium ferè ſcriptorum ſententiam Imperii Romani limes atque terminus. Ejus rei teſtes ſunt Appianus Alexandrinus, Dio Caſſius, Varro ac Salluſtius. Seneca lib. 4. Nat. Qu. *Medius inter pacata & hoſtilia fluit Danubius & Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, alter Germanos, avidam gentem belli repellens.* Idem teſtatur Gellius lib. 10. cap. 7. Quo alludit Ovidius lib. 2. Triſt.

Ne timeam gentes, quas non bene ſummovit Iſter,
Danubii mediis ne prohibentur aquis.

Idem ibidem:

Hactenus Euxini pars eſt Romana ſiniſtri,
Proxima Baſtarnæ Sauromatæque tenent.
Hæc eſt Auſonio ſub jure noviſſima.

Sidonius Apollinaris Paneg. ad Majoranum Aug.

Illic aggrederis, quod nullus tempore noſtro
Auguſtus potuit, rigidum Septemplicis Iſtri
Agmen in arma rapis.———

Egimus huc uſque de Danubii nomine, ortu ac progreſſu; proximo in loco de quantitate ejus agendum eſt: Ab initio ortûs ſui perquam eſt exiguus, ita ut quemadmodum Cuſpinianus inquit, & Stuckius ipſe vidit, vix ſit anſeribus navigabilis. Hinc Arrianus quoque lib. 8. duobus in locis, nec non Ælianus veriſſimè *fontem* illius *parvum* dixerunt eſſe, & Auſonius hunc paritur atque Rhenum *fontes breves* appellat. At vero paulatim aliis, atque aliis allabentibus auctus fluminibus, mox in immenſam magnitudinem excreſcit. Herodotus lib. 4. Omnium quos ipſe quidem norit, maximum illum ſibi videri ait. Unde Arrianus πόλαμῶν τ κτ τ Εὐρώπην μέγιςον vocat. Et Ælian. lib. 14. de Anim. Ἐυρωπαίων πόλαμῶν μέγις Ἴς. Idem plures alii teſtantur. Cum vero tres ſint quantitatis dimenſiones, longitudo ſc. latitudo & profunditas, ſecundum illas omnes Danubium cæteris Europæ fluviis antecellere plerique ſcriptores tradunt. Quoad *latitudinem* εὐρὺς ab Apollonio, *latus* ab Ovidio, quaſi κατ' ἐξοχὴν appellatur. Sic enim ille Triſt. lib. 5.

Latus ubi æquoreis Iſter aditur aquis.

Quin & Oppianus Κυν. γ.

Ἴςρῳ ἐπ' εὐρὺ ῥέονλι κυήσαλο τοξότιδες.

Illius præterea *longitudinem* à fontibus uſque ad oſtia Jornandes mille ducentorum millia paſſuum eſſe colligit. Denique ejuſdem *profunditatem* idem Jornandes pluribus in locis 200. pedum eſſe ait. Unde non immeritò ab Apollonio βαθύς, & ab Horatio lib. 4. Carm. κατ' ἐξοχὴν *profundus* dictus eſt:

Non qui profundum Danubium bibunt
Edicta rumpent Julia.

Hinc Pindarus in Olymp. Od. 3. Ἴςρου ἀπὸ σκιερῶν παγῶν, ubi Smidtius commentator *fontes Iſtri umbroſos* à poeta appellari putat propter profunditatem. Quamvis melius hoc dici poterit reſpectu olearum, vel oleaſtrorum copioſe ibi naſcentium, ut etiam ipſe ibidem rectè annotavit, unde Lycophroni *niger* dicitur: Ὑπὲρ κελαινὸν Ἴςρον. Herodot. lib. 2. illum dicit Nilo comparari, & Mela ſoli Nilo Danubium cedere teſtatur. Idem ſenſerunt Jornandes & Claudianus, cui *ingens* vocatur. Quibus aſtipulatur Auſonius:

Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, ſecundus
Danubius lætum profero fonte caput.

Alii tamen Iſtrum Nilo magnitudine haudquaquam cedere exiſtimarunt. Ovidius de Triſt.

Ipſo papyrifero qui non anguſtior amne
Miſcetur vaſto multa per ora freto.

Idem in Ponticis:

Innumerique alii, quos inter maximus, amnes
Cedere Danubius ſe tibi, Nile, negat.

Scaliger de re Poeticâ: *Lucanus vero,* inquit, *inſanit in alia collatione (Danubium ſc. comparans cum Pado.)*

Nec minor hic Iſtro, niſi quod, dum permeat orbem
Iſter caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas ſolus non exit in undas.

Jam de *Qualitate* aquæ Danubii pauca dicemus. Eum vero lactis diluti ſive ſeri colore eſſe, etiam quâ parte Vindelicium & Noricum à Germaniâ dividit, teſtis eſt Agricola lib. 1. de naturâ eorum quæ effluunt è terrâ. Virgilius Georg. 3. *turbidum* vocat:

Turbidus & torquens flaventes Iſter arenas.

Seneca *torrentem*:

———*Properatque torrens*
Iſter, & junctos vetat eſſe pontes.

Aquam illius ad potandum pariter, atque balneandum ſuavem, utilem ac ſalubrem eſſe inter omnes ferè conſtat. Piſces quoque optimos ac plurimos alit. Ælian. de Anim. 14. 23. Γίνον δ' ἐναῦθα ἰχθύων γένη διαφορά. Eorum autem quoſdam eſſe mortiferos author eſt Plinius lib. 31. cap. 2. Præterea Danubius congelationibus vehementer obnoxius eſt, ac proinde Ovid 2. Pont. *gelidum* vocat:

Accipe colloquium gelido Naſonis ab Iſtro.

Idem lib. 3.

Et coit aſtrictis Barbarus Iſter aquis.

Idem in Ibin:

Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit.

Idem alibi:

Quæque aliæ gentes, ubi frigore conſtitit Iſter,
Dura meant celeri terga perennis equo.

Plinius in Panegyrico: *Cum Danubius ripas gelu jungit, auratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat.* Unde à Nonno in Baſſaricis ὑγροπαγὴς *ex humido compactus* dicitur. Martialis:

Et ungularum pulſibus calens Iſter.

Jam poſtremo de Danubii exitu ac oſtiis paucula ſunt dicenda. Et hic, inquit Stuckius, duæ ſunt opiniones. Alii enim illum in duo maria, Ægæum & Ponticum, alii vero in Ponticum tantum exire voluerunt. Plures prioris ſententiæ authores enumerat Stuckius. Duos tantum hic in medium proferam, Lucanum ſc. & Val. Flaccum. Prior lib. 2.

———*Scythicas exit non ſolus in undas.*

Atqui τὸ non *ſolus* ibi referri debet ad fluvios iſtos, quos ſecum in Pontum defert Iſter, non ad Pontum ipſum. Poſterior lib. 3.

———*Inde ſequemur*
Ipſius amnis iter, donec nos flumine certo
Perferat, inque aliud reddat mare.

Verùm hanc ſententiam Plinius ceu falſam rejicit lib. 3. cap. 23. *Nullus ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur,*

tur. Plerique itaque Iſtrum in ſolum Ponticum mare ſentiunt evolvi. De numero autem, nominibus, atque etiam ſitu ac ordine oſtiorum non minus quam de illius fontibus variæ admodum ſunt ac diſcrepantes authorum ſententiæ. Nam quoad numerum alii quinque illius oſtia tradunt. Arrian. lib. 1. Ἐς τὸ ἐκβολὰς ἴνα ἐκδιδοῖ πέντε στόμασι εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Incertus author. Οὗτος Ἴστρος πόλεμός ὁ κὴ Δανῴοις καθέμωνος κατέρχεται ἀπὸ τῆς Ἑσπερίου τόπων τὸ ἐκβολῶν πέντε στόμασι ποιέμενος. Dionyſius verſ. 398.

Ῥήνῳ δ' ἐξείης ὀπιπλέκεται ἱερὸς Ἴστρος,
Ἴστρος ἐς ἀντολίην τελεσιμβρότου ἄγχι θαλάσσης
Εὐξείνου, τόθι πᾶσι ἐρεύγεται ὕδατος ἄχνην
Πενταπόροις προχοῇσιν ἐλισσόμενος πεδίοιο.

Claudianus in Stilicone.

Thracia quinque vadis Iſtrum vocat.

Alii vero 6. verbi gratiâ, Plinius, Tacitus ac Ptolemæus. Reliqui autem ac plerique ſeptem, ut Strabo qui ἑπτάστομον vocat. Ovidius 2. Triſt.

Solus ad ingreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri,
Parrhaſiæ gelido Virginis axe premor.

Val. Flac. lib. 4.

Non ſeptemgemini memorem quas exitus Iſtri
Quas Tanais, flaviſque Lyces, Hypaniſque Melaſque
Addat opes. Idem lib. 8.
Haud procul hic ingens Scythi ruit exitus Iſtri
Fundere non uno tantum quem flumina cornu
Accipimus, ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pandit.

Lucanus *multifidum* appellat lib. 2.

———*Et barbara Cone,*
Sarmaticas ubi perdit aquas, ſparſamque profundo
Multifidi Peucen unum caput abluit Iſtri.

Et hanc ob cauſam Nilo comparatur. Hinc Mela: *Danubius eorum fluminum, quæ in noſtrum mare deſinunt, tantum Nilo minor, totidem quot ille oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis navigabilis effluit.* Hæc diverſitas autem opinionum inde evenit, quod quintum & ſextum oſtiorum Danubii languidiora ſint cæteris, ſeptimum vero ut Solinus, Itidorus, & plerique alii tradunt, pigrum eſt ac paluſtre, non dignum ut amni comparetur. Plinius tamen ſex vaſtis fluminibus illum in Pontum fluere teſtatur. Verum de horum oſtiorum ſitu ac nominibus vide Guil. Stuckium ad Arriani periplum, pag. 185, &c.

Danum, Angliæ op. Anton. *Dancaſter* Camdeno.

Daphne, caſtrum fuit Mœſiæ ſecundæ (*munimentum* vocat Amm. lib. 27.) quod Conſtantinus Maximus adverſus Gothorum excurſus ædificavit, teſte Procopio lib. 4. de operibus Juſtiniani. Unde in nummis Conſtantini CONSTANTIANA DAFNE dicitur, teſte Occone & Goltzio. Ab eodem caſtro dicti ſunt Baliſtarii Dafnenſes, & Conſtantini Dafnenſes inter militares numeros, qui magiſtro militum per Thracias obtemperabant, ut legitur in Imperii Notitiâ. Procopius quidem hoc caſtrum in adversâ Danubii ripâ collocare videtur ex adverſo Tranſmariſcæ caſtelli: ſic enim ait: Μετὰ τὸ Κύνλον τὸ τειχομαχείας ὀχύρωμά ἐστιν, ἔπερ καλλιστεῦσιν ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ, Κωνσταντῖνος φρούριον ἐκ ἀπομνημονεύσιμον ὠκοδομήσατο Δάφνης ὄνομα.

Daphne, Straboni nemus apud Antiochenſes. Capitolinus in M. Antonino. *In deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit.* Quod autem in Italiâ Baiæ, ad Alexandriam Canopus, id erat in Syriâ ſuburbium Antiochiæ Daphne. Locus ita infamis voluptatibus, ut modeſtioribus ac frugi prope inacceſſum ſcribat Chryſoſtomus Serm. in Babylam martyrem. Ἰδεῖν, inquit, τὸ χωρίον ὑπὸ τῆς νέων ἀσελγείας πυρευόμενον καὶ κινδυνῶδες ἄβατον ἔστι τοῖς σωφρονοῦσι, καὶ ὁπλίταις βαλιαρδοῖς βατόν. Quem locum imitans Sozomenus: Τῷ περιόντι τῆς Δάφνης ὄπιθεν τοῖς ὀπισθίοις αἰσχρῶν ἐνομίζετο. Natum ex eo proverbium, *Daphnicis moribus vivere*, quod de luxuriâ diffluentibus uſurpabant: ut Marcus Antoninus in Epiſtolâ, quam reſcripſit Vulcatius, qui etiam narrat edictum aliquando à Caſſio, *ut ſi qui cinctus apud Daphnen inveniretur, diſcinctus rediret.* Erant ſane omnia ibi ad amœnitatem comparata: cœli aeriſque temperamentum maximum; ſolum & naturâ & arte deliciis hominum χυφιτῶν accommodum. Sed duo fuere imprimis quæ in admirationem & amorem Daphnes cunctos raperent, arborum umbriferarum, & optimarum aquarum copia. Procopius Perſicorum lib. ſecundo. Τότε μὲν ἓν εἰς Δάφνην ἀνίσχει τὸ Ἀντιοχείας προάστιον. Ἔνθα ἡ τό τε ἄλσος ἐν θαύμασι μεγάλῳ ἐποιήσατο, καὶ τὰς ἅμα ὑδάτων πηγὰς, ἄμφω δὲ ἀξιοθέατα ὄντως ἔστι.

Darbia, Derbyſcire, Com. Angliæ inter Nottinghamiam ad ort. Staffordiam ad occ. Leiceſtriam ad mer. & Eboracenſem Com. ad Sept. In eo *Darbia* op. Com. caput, ad flu. Derventionem, 10. m. p. à Nottinghamiâ in occ. 7. à Leiceſtriâ in Bor. 22. autem à Staffordia in ort. Long. 18. 58. Lat. 53. 27.

Dardanellæ, arces firmiſſimæ Turcarum, juxta Helleſpontum, olim Seſtos & Abydos dictæ, in quibus torm enta inuſitatæ amplitudinis mare abſtergentia.

Dardania, pars Mœſiæ ſuper. ubi poſtea Dacia mediterranea & nunc Servia verſus auſtr. Item reg. Aliæ in regno Trojano ad Boream Troadis, inter Helleſpontum, & fontes Granici flu. ubi alias *Dardania* vetus op. ad fontes Simois 12. mill. à Troja in Bor. & Dardanium promont. med. inter Trojam & Abydum. *Dardaniæ artes* pro Magicis apud Colum. lib. 10. & Plin. Sed hoc proverb. à *Dardano* Mago ortum habet, non à Dardanis pop.

Darnis, urbs Libyæ in Pentapolitanâ reg. Ejus mem. Itinerarium Antonini, & Ptolemæus, apud quem interdum *Dardanis vitioſè* perſcribitur, proclivi errore, quem etiam apud Syneſium deprehendas in Ep. 67. ad Theophilum Alexandrinum: Ἐν αἰτίᾳ γὰρ ἐπεποίηστο τὴν Ἑρμοδότου Δαρδανίτης, lege Δαρνίτης. Et paulò poſt: τὴν Δαρνίτιν μικέδα. In Actis Epheſini concilii ſimiliter corruptum id nomen eſt, ubi Daniel quidam memoratur Epiſcopus *Dardaneos*, & *Dardaniæ Libyæ*, & *Dardanorum*. Sed vera ſcriptura eſt *Darneos*.

Daſcon, Siciliæ reg. Vide Cluver. de Sic. Ant. lib. 1. c. 13. & Boch. de Phœn. Col. p. 556.

Daventria, *Daventer*, urbs Belgii inter Zutphaniam ad auſt. & Zuolliam ad occ. 10. leuc. ab Ultrajecto in ort. Long. 27. 34. Lat. 52, 25.

Daulis, vel *Daulia*, urbs Phocidis in Achaiâ, à Delphis, 40. m. p. diſtans. Hinc *Daulius*. Ovid. 5. Met.

Daulia Threicio Phoceáque milite rura
Ceperat.

Inde *Daulia cornix* apud Zenodotum pro valde garrulo. Hinc etiam Daulias. Ovid. Epiſt. ad Liviam:

Deflet Threiciam Daulias ales Ityn.

Daunia, quæ & *Apulia Daunia*, nunc *La Capitanata* prov. regn. Neapolit. inter Aprutium ad occ. & Apuliam Peucetiam ad ort. Aufido flu. diviſam; ad Bor. mari ſuper. ad auſt. Apennino M. definita.

Debæ, pop. Arab. Sabæis proximi, per quos labitur flu. auri ſtrigilem deferens, teſte Strab. lib. 16. Hi à Propertio *Debatæ* dicuntur. lib. 4. eleg. 3.

Si te Eoa juvat, Debatarumque aurea ripa.

Delgovitia, pag. Angl. in agro Ebor. *Godmundingham* Camdeno inter Derventionem 13. & Pretorium ad occ. 25. m. p. ab Eboraco 20.

Delos, inſ. maris Ægæi, Cycladum omnium clariſſima in quâ Latona Apollinem ac Dianam dicitur enixa, unde Diis illis ſacrata putatur, tantumque religionis ei ſemper fuit, ut ne Perſæ quidem, quum bellum toti Græciæ, Diis hominibuſque indixiſſent, & mille numero navium claſſem ad Delum appuliſſent, quicquam conarentur aut violare, aut attingere. Virg. Æn. 3.

Sacra mari colitur medio gratiſſima tellus
Nereidum matri & Neptuno Ægæo,
Quam pius Arcitenens oras & litora circum
Errantem Mycone celsâ Gyariſque revinxit.

Dicta ἀπὸ τῆς δήλου, quòd cùm antea mari tecta eſſet, Latonæ locum ac pariendum quærenti, repente ſe oſtenderit, antea *Ortygia* dicebatur, *Aſteria*, *Cynthia*, *Lagia*, *Chlamydia*, *Cynethus* & *Pyrpile*, ab igne ibi primum reperto. Virg. Georg. 3.

Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos?

Hæc inſula olim per mare vagabatur. Callim. hym. 1.

Ἔστι δηλαδὴ πού τις ὑπ' ὕδατι γῆσος ἀρούρη,
Πλαζομένη πελάγεσσι· πόδες δέ οἱ οὐκ ἔνι χθόνῳ,
Ἀλλὰ παλιρρόθιον δεδαηκὸς, ἀνθέεικος ὥς,
Ἔνθα Νότος, Ἔνθ' Εὖρος, ὅτι φορέησι θάλασσα.

Ovid. Met. 6.

———*Quam vix erratica Delos*
Errantem accepit, nunc cum levis inſula nabat.

Statius:

———*Nec inſtabili famâ ſuperabere Delo.*

Claudianus:

———*Motoque in ſtamine Delos*
Errat & aurato trahitur circumflua Ponto.

Petronius in Satyrico:

Delos jam ſtabili revincta terrâ
Olivæ purpureo mari natabat;
Et moto levis hinc & inde vento
Ibat fluctibus inquieta ſummis:
Mox illum geminis Deus catenis
Hac altâ Gyaro ligavit illâc
Conſtanti Myconæ dedit tenendam.

Hinc à Callimacho Πλαγκτὴ dicitur, & à Virgilio *errans*.

Ariſtides

Ariſtides etiam oratione in Aſclepiadas Δῆλον φερομένην dixit Plin. 4. 12. *Ipſaque longè clariſſima Cycladum media, templo Apollinis, & mercatu celebrata Delos, quæ diu fluctuata, ut proditur, ſola motum terræ non ſenſit ad M. Varronis ætatem.* Adde Strabonem qui lib. 10. eadem narrat ex Pindaro. Poſtea vero immota facta eſt, & à Virg. ſic dicta. Hinc Herodotus in *Erato* tale oraculum narrat.

Κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

Proinde Callimachus in Hymno ad Delum, eam vocat ἄδηον *immutabilem*, i. e. ἀκίνητον καὶ ἄσειστον, inquit Scholiaſtes, qui addit: Καὶ Θουκυδίδης σεισμὸν γεγονέναι μεγάλον ἐξηγήσατο, φησὶν, ὅτι τοσοῦτον ἦν μέγας, ὥστε τὴν Δῆλον σεισθῆναι. In eâ canem nullum alere, aut cadaver ſepelire licuit. Thucyd. lib. 3. Ibi fons eſt Inopus nomine, qui eodem quo Nilus modo, ac pariter cum eo creſcit. Plin. 2. 103. Inde *Delius*. & *Delia*, Apollinis ac Dianæ epitheta. Item *Deliacus*, ut *vaſa Deliaca*, de quibus Plin. 34. 2. & Cic. pro Roſcio Amerino. *Delus*, inquit Bochartus, factum ex דחל *daal*, quomodo *Belus* ex בעל *Baal*. Syris autem דחל *daal* eſt *timor*, deinde Deus qui timetur, juxta illud Poetæ:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Et hoc ob Apollinem ac Dianam, quorum natalibus erat celebris.

Delphi, urbs Phocidis in Achaiâ ad Parnaſſum mont. oraculo Apollinis clariſſima. *Delfo* etiamnum, *Caſtri* Sophiano, & *Sabona* Nigro, qui eandem frumenti feracem eſſe tradit. Magis rupibus, ac loci naturâ quam humanâ arte munitur. *Umbilicus terræ* dicebatur à Græcis referente Plutarcho lib. de oracul. defectu. Strabo lib. 9. ἐκάλεῖ τὸ χωρίον ὄμφαλον. Liv. lib. 38. *Etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli ſpoliaverunt.* Hinc eſt illud Claudiani:

Jupiter ut perhibent, ſpatium cum diſcere vellet
Naturæ, regni neſcius ipſe ſui,
Armigeros utrinque duos æqualibus alis
Miſit ab Eois, occiduiſque plagis.
Parnaſſus geminos fertur junxiſſe volatus:
Contulit alternas Pythius axis aves.

Ovid. Met. 10.

In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.

De *Delphica umbra*, adagium idem cum illo, *De Aſini umbra*, i. e. de re nihili. Cum enim orante Demoſthene judices dormitarent, is fabulam, de eo qui aſinum Athenis Delphos onuſtum ducens, in maximo æſtu, ſub aſini umbrâ æſtum declinare volebat, Agaſone ſibi obſiſtente, & dicente ſe illi aſinum, non umbram aſini locaſſe, recitavit. Cui fabulæ cùm ſe judices attentos oſtendiſſent, & Demoſthenem rogarent, ut fabellam totam referret, is, *De umbra Aſini*, inquit, ſeu, *De umbra Delphicâ audire cupitis, non cauſam in quâ de vitâ hominis agitur. Delphicus* quoque *gladius* apud Eurip. & Ariſtot. Pol. lib. 1. in proverbio eſt, de re in diverſos uſus accomodabili, uti gladius apud Delphicos, quo victimas cædebant, ac noxios interficiebant. In hâc civitate, nato Chriſto, ſiluit oraculum. Unde Strabo: ἀνεδέξαλον πάντων, φοίτεγον πολυχρήμαλον, νυνὶ δὲ πενεσατὸν ἱερόν. Hinc *Delphicus* Apollo dictus, licet Macrobius à priſca Græcorum voce Δελφὸς derivare maluit, quæ *ſolem* ſig. eo quod interdiu ſtellis omnibus obſcuratis, ſolus luceat, quâ ratione *Sol* à Latinis eſt appellatus.

Delphi, *Delft*, urbs Hollandiæ nitida, una ex præcipuis, vix 1. leuc. diſtat ab Hagâ Comitis, 3. à Leydâ in auſt. & tot ferè à Roterodamo in occ. Long. 25. 36. Lat. 52. 30.

Delphinatus, *La Dauphine*, prov. regni Franciæ, cujus ult. princeps Humbertus terram hanc Franciæ regi dedit, eâ lege, ut in poſterum primogenitus Regis filius nomen Delphini inde geſtaret. Habet ab ortu Pedemontium, ab occ. Rhodanum flu. quo dividitur ab Occitaniâ & Lugdunenſi prov. à Sept. Breſſiam & Subaudiam & à merid. Provinciam.

Delta, pars Ægypti infer. inter brachia Nili flu. & verſus oram maris mediter. inter Alexandriam ad occ. Damiatum ad ort. & Cairum ad merid. Ibi nunc pars regionis *Errif* dict. ab incolis, cùm *Sahid* ſit Ægyptus ſuperior.

Demetæ vel *Dimetæ*, pop. Albionis, qui habebant ad Bor. Ordovices, & ad ort. Silures; ſed ab occ. & merid. mari Hibernico cingebantur. Eorum urbs primaria erat Maridunum.

Denbiga, op. Walliæ Com. cogn. cap. ad amnem Cludam, 50. m. p. ab Aſaphopoli in auſt. & 15. à Ceſtriâ in ort.

Deppa, *Diepe*, urbs Normanniæ cum portu capaci in ora litor. maris Britan. in Caletenſi tractu; 10. leuc. à Rothomago in Bor. & 18. à portu Gratiæ in ort.

Derbe, urbs Lycaoniæ, in Piſidiæ & Cappadociæ confin. verſus montes 40. m. p. ab Iconio in auſt. & 30. ab Iſauriâ in ort. uti 18. ab Antiochiâ in Piſidiâ, *Dervaſe* Leunclavio. Long. 64. 20. Lat. 38. 15.

Derbices, pop. juxta Caucaſum. Hi ſupra Stoicam ſeveritatem minimum quodque delictum pœnâ capitis puniunt. Terram venerantur, fœmininum animal neque edunt, neque ſacrificant, eos qui 70 annos exceſſerunt, jugulant: cognatorum carnes vorant, anus ſtrangulant, obeuntes non edunt ſed humant. Strabo Dicuntur *Derbies* item, ſeu *Derbiæ*, & *Derbii*. *Derbicii* Dionyſio, ubi *Dercebii* maluit Salmaſius in Plinianis, quem vide.

Dercæ, fons frigidiſſimus æſtate, inter Bilbilin, & Segobrigam in ripâ fere Salonis amnis, *Dercenna* Martiali lib. 1. ad Licinianum:

Avidam frigens Dercenna placabis ſitim.

Deria, vel *Derria*, vulgò *Derry*, urbs Hiberniæ in Ulſtonia prov. in inſula *Inis Owen*, in Com. Tyrconeliæ, epiſc. ſub Arch. Armachano.

Dertona, *Tortona*, urbs Liguriæ ſub dom. Hiſpan. 8. m. p. à confin. ditionis Genuenſis in Bor. & 45. à Placentia in occ. Long. 30. 58. Lat. 43. 55.

Dertoſa, *Tortoſa*, urbs Hiſp. Tarr. in Cataloniâ juxta Iberum flu. 4. leuc. à contin. regni Valentiæ, & 14. ab Ilerdâ in auſt. Long. 22. 13. Lat. 41. 20.

Derventio, *Darwent*, flu. Angliæ in agro Ebor. In Ouſam influit, & cum ipſo poſtea in Abum æſtuarium cadit. *Derventio* autem op. in illo tractu nunc *Auldby* dicitur, i. e. *antiqua habitatio*, teſte Camdeno.

Deſidiates, Liburniæ pop. in conventu Narbonenſi Plin. 3. 22. Δαισιάται Strabo lib. 7. Ubi ait Batonem quendam Dæſitiadarum ducem fuiſſe. Forte vero Batonem eum intelligit de quo *Dio* lib. 55. multa narrat & appellat Dyſidiatum, ἐκάγονον, ait, αὐτὸς ὂν μάλιστα Βάτωνος τοῦ Δυσιδιάτου. *Deſmonia*, *the County of Deſmond*, Com. Hiberniæ in Momoniâ reg. in auſt. maximè excurrens. Alluitur Oceano ab occ. & merid. ad ort. habet Corcagienſem Com. & ad Sept. Kerrienſem. Ibi alias Iverni populi.

Deva, quæ & *Legio* 23. & *Devana*, urbs ampla Cornaviorum in Anglia, vulgò *Cheſter*, emporium celebre ad æſtuarium Devæ flu. in lim. Walliæ Bor. 14. m. p. ab orâ maris Hibernici in auſt. Long. 17. 00. Lat. 53. 55.

Deucaledonius Oceanus, ſive mare Caledonium. Scotiam alluit.

Devonia, *Devonſhire*, Com. in parte merid. Angliæ, inter Cornubiam ad occ. & Dorſetiam ad ort. Ejus præcipua urbs eſt Exonia.

Dia, *Standia* Sophiano, inſ. maris Cretici, ante Matium, ab eâ 20. m. p. in Bor. Interpres Apollonii in lib. 4.

Δίη, ἐν τῇ Νάξῳ, Κωμίμαχος.
Ἐν Δίῃ, τὸ γὰρ ἔσπε παλαίτερον ὄνομα Νάξῳ.

Euſt. in Odyſ. λ.

Δία, νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ, ἥτις Νάξος καλεῖται, ἱερὰ δὲ αὐτὴ τοῦ Διονύσου.

Ovidius:

Quà brevis æquoreis Dia feritur aquis.

In hâc inſ. Theſeus Ariadnam perfide deſeruit. Catullus de Theſeo:

Immemor at juvenis fugiens pellit vada remis
Irrita ventoſa linquens promiſſa procellæ.

Theocritus in Pharmaceutica:

Τόσσον ἔχοι λάδας, ὅσσον πόκα Θασία φαντὶ
Ἐν Δίᾳ λαβεῖν ὑπλοκάμω Ἀριάδνας.

Ubi Schol. Θησεὺς κατὰ Διονύσου βάλησιν λήθη τινὶ χρησάμενος ἀπέλιπε Ἀριάδναν καθεύδουσαν. Vide Steph. in Δία.

Dicæa, *Dicæarchia* Plin. nunc *Puteoli*. Sil. Ital. lib. 12.

Urbe Dicarchæâ parat exſatiare dolorem.

Ubi ſis vide Dauſqueium. Eſt & *Dicæa*, urbs Thraciæ apud Biſtonidem lac. & aliud apud Thermæum ſin. in Macedoniâ.

Dictamnum, Cretæ op. Ptol. Inde *dictamnus* herba. Virgil. Æn. 12.

Dictamnum genetrix Cretæa carpit ab Idâ.
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo; non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæſere ſagittæ.

Ariſtot. lib. de Mirabil. auſcult. Αἱ ἐν Κρήτῃ αἶγες, ὅταν τοξεύθῶσι, ζητοῦσι τὸ δίκταμνον, τὸ ἐκεῖ φυόμενον, ὅταν γὰρ φάγωσιν ἐυθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα. Tertul. de Pœnit. cap. 11. *Cervus ſagittâ transfixus, ut ferrum & immedicabiles moras citus de vulnere expellat, ſcit ſibi dictamno medendum.* Idem habent Cic. 2. de Nat. Deorum, & Plinius lib. 8. Sat. 1. Sylv. 4.

——*Idæa profert quam Creta ſub Ida*
Dictamni florentis opem.

Long. 52. 26. Lat. 34. 50.

Dictæ,

Dictæ, ſive *Dictæus mons*. Plin. mons Cretæ, hinc *Dictæus* pro *Cretenſis*. Virgil. 6. Eclog.

Dictææ nymphæ nemorum jam claudite ſaltus.

Ovid. Met. 3.

Se confeſſus erat, Dictæaque rura tenebat.

Lucan. lib. 4.

Pallida Dictæis Cæſar naſcentia ſaxis
Infundens aconita palam.

Quod hic Poeta de monte Cretæ ſcribit, hoc ante eum Nicander ad Idam Phrygiæ retulit. Nam in Alexipharmacis ita de aconito meminit:

Οἱ δέ τε ποδαλιαγχὲς, ἐπεὶ δήρεσσι πελώρις
Πότμον βεπελάᾳ τε καὶ ἀιζηνομῆες ἔδυσλο
Ἴδης ἐν κνημοῖσι, Φαλαικραίης ἐνὶ βύσσης.

Dicitur autem Aconitum, ut obiter notem, ἀπὸ τῆς ἀκόνων h. e. à *Cautibus*, in quibus naſcitur, ut idem auctor ait:

——Ἐν δ' ἀκοναίοις
Θηλείῃ ἀκόνιτον ἀνεβλάσησεν ὀδόγκοις.

Unde Ovid. Met. 7.

Quæ quia naſcuntur durâ vivacià Caute
Agreſtes aconita vocant.

Dictum, Britanniæ op. Lyb. Notit. *Diganway* Camdeno. In ora Walliæ litorali apud *Conovium* op. inter Aſaphopolin, & Bangoriam. Long. 16. 00. Lat. 53. 50.

Didyme, una Cycladum. Ovid. Met. 7.

At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

Item urbs Siciliæ, vel inſula, *Saline* Leandro. Ovid. Faſt. 4.

Hymeraque & Didymen, Acragantaque, Tauromenonq;.

Denique inſ. Gaditanæ, op. Strabo.

Didymæum, templum Apollini dicatum apud Miletum. Plin. Strab. Hinc *Didymæus* Apollo dictus eſt, quod geminam ſpeciem ſui nominis præferat, illuminando, formandoque Lunam. Ex uno enim fonte lucis gemino ſidere ſpatia diei, ac noctis illuſtrat. Macrob. & Papin. Theb.

Nec Clarias hac luce fores, Didymæaque quiſquam
Limina, nec Lyciam ſupplex conſultor adibit.

Digentia, Italiæ flu. Horat. 1. 18.

Me quoties reficit gelidus Digentia rivus.

Rivo del Sole Leandro.

Dii, Thraciæ pop. Rhodopen incolentes. Thucydides lib. 2. Παρεκάλει ὃ καὶ τῆς ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλὰς, οἱ Δῖοι καλοῦνται, καὶ Ῥοδόπῃ οἱ πλεῖστοι οἰκοῦσι. Tacit. An. 3. ubi inter Thraciæ gentes enumerantur Cælaletæ, Odryſæque & alii; Lipſius legit *Aſtii* in Epiſtolic. Nam Strabo lib. 7. inter Thracas nominat *Aſtos*; Sed in comment. ad Tacitum mavult *Dii*. Ἀτρόπους eos vocat Thucyd. ubi ſupra.

Dilinga, *Dilingben*, urbs Germ. in Suevia ad Danub. cum Academia, vix 4. leuc. ſupra Donavertiam in occ. Ulmam verſus, & 3. à Burgovia in Bor. Long. 32. 25. Lat. 48. 24.

Dindyma, montes Troadis, ex quibus Sangarius & Hermus, & Gallus flu. proſluunt. Virg. Æn. 9.

O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, ubi aſſuetis biformem dat tibia cantum.

Ovid. Faſt. 4.

Dindymon & Cybelen & amœnam frondibus Idam.

Sidonius ad Magnum Felicem:

Nec Phryx paſtor erit tibi legendus,
Decreſcens cui Dindymon reciſo
Fertur vertice texuiſſe claſſem.

Stat. Sylv. 1. 1.

——*Cui vertice ſacro*
Dindymon, & cæſis decrevit frondibus Idam.

Ubi *Sacrum* hujus mont. *verticem* vocat, ob cultum Cybeles in eo aſſiduum, cui Argonautæ ibidem fanum conſtituerant. Am. Marc. lib. 22. *Reſpergit ex eo latere Cyzicum, & Dindyma, religioſa matris magnæ delubra.* Strabo lib. 12. Τὸ πέρᾳ δ' ἄλλο ὄρος Δίνδυμον μονοφυὲς, ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμήνης μήτρὸς τῆς Θεῶν ἵδρυμα τῆς Ἀργοναυτῶν. Ubi de monte unius cacuminis in Cyzico loquitur, Statius v. de Phrygio pariter Cybelæ addicto. Virg. Æn. 10.

Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi.

Ubi Servius: *Dindyma mons Phrygiæ.* Confunduntur itaq; hi duo montes cum uterque fuerit Rheæ matri conſecratus, Schol. Apollonii lib. 2. Δίνδυμον ὄρος Κυζίκε, ἱερὸν τῆς Ῥέας, διὰ τὸ διδύμας μαζὸς ἐν ἄντῳ ἀνίκην, ὥς φησι Φιλοσέφανος, ὅτο φερσαφορεῖσθαι. Etymologus: Δίνδυμον ὄρος Φρυγίας εἰρηται ὃ διὰ τὴ δίνησιν τῆς θεοφορήτου.

Dipſas, flu. Ciliciæ ex Tauro profluens, Luc. lib. 8.

——*Tauroque videt Dipſanta cadentem.*

Dirce, fons Bœotiæ. Vide plura in ſecunda parte hujus Dictionarii, voce *Dirce*.

Dircenna, fons Hiſpan. gelidiſſimus apud Bilbilim urb. in Salonem flu. labens. Mart. 1. 14.

Avidum rigens Dircenna placabit ſitim.

Divionium, *Dijon*, urbs Burgundiæ præcipua & Parliamenti ſedes, 14. leuc. ab Auguſtoduno in Cæc. & totidem à Lingonibus in auſt. Long. 26. 02. Lat. 46. 50.

Dobuni, pop. Angl. verſus Sabrinam flu. & fontem Tameſis, ubi nunc Com. Glouceſtrienſis, & pars Com. Oxon. Eorum urb. fuere Clevum & Corinium.

Dodona, civitas Chaoniæ, reg. Epiri, juxta quam propinquum erat nemus Jovi ſacrum, querneum totum, ubi Jovis Dodonei templum fuiſſe dicitur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt, vetuſtiſſimum. Quod autem columbas in eâ ſylvâ vaticinantes fingunt, hanc habet rationem, quod mulieres fatidicas, ſeu divinatrices linguâ ſuâ Theſſali vocarunt Πελειάδας, h. e. columbas, ita Herodotus. Alii arbores ipſas vocales fuiſſe volunt, & conſulentibus oracula edere ſolitas. Hom. Odyſ. 19.

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.

Ovid. Tr. 4. 8.

Hæc mihi ſi Delphos, Dodonaque diceret ipſa,
Eſſe videretur vanus uterque locus.

Prop. lib. 2.

Sed tibi jam videor Dodonâ verior augur.

Hinc *Dodonæum æs*, tintinnabuli quoddam genus, die noctuque continuò crepitans; unde & ad homines juſto loquaciores proverbiali metaphorâ transferri ſolet. Virg. l. Æn. 3.

——*Dodonæoſque lebetas.*

Auſonius: *Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni.*

Hinc *Dodonius*. Claudianus:

Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Item *Dodonis*. Val. Flaccus:

——*Dodonida quercum*
Ingredior.——

Dolopes, Theſſaliæ pop. in extremis finibus Phthiotidis, quibus Peleus (cujus imperio parebant) Trojani belli tempore Phœnicem præpoſuit, ut ex Hom. refert Strabo lib. 9. Plinius eos Ætoliæ annumerat, Epiro vero Ptolemæus. Regio eorum *Dolopia* Straboni & Thucydidi. Eorum meminit Virg. Æn. 2.

——*Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopumve aut duri miles Ulyſſei
Temperet à lacrymis? Idem ib.
Non ego Myrmidonum ſedes Dolopumve ſuperbas
Aſpiciam, &c.——

Hinc *Dolopeius*. Val. Flacc. lib. 2.

——*Vidiſſe putant Dolopeia buſta.*

Phœnix apud Hom. Iliad. 9.

Ναῖον δ' ἐχάπλω Φθίης Δολόπεσσιν ἀνάσσων.

Servius ait hos ſecutos ad bellum Trojanum Pyrrhum. Sane Thucyd. lib. 1. ait Dolopes eſſe incolas Scyri inſ. in mari Ægæo. Credibile itaque eſt eos ſecutos fuiſſe Pyrrhum nutritum eâ inſ. Heſychius: Δόλοπες, ἔθνος, οἱ τὰ ἔκλα μέχρι τῆς Θεσσαλίας οἰκοῦντες.

Donuſa, inſ. in mari Ægæo, una Cycladum, in quâ viride marmor naſcitur. Virg. Æn. 3.

Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donyſam.

Dorceſtria, quæ & *Dunovaria* & *Durnovaria*, & Durnum, urbs Durotrigum in parte auſtr. Angliæ, nunc *Dorcheſter*, op. Dorcetiæ Com. primarium, ad flu. Varum, *Froom*, 4. m. p. ab orâ maris Britannici, 40. à Wintoniâ in occ. Long. 17. 49. Lat. 50. 49.

Dorceſtria, *Dorceſter*, urbs alias, nunc op. Angl. in Oxoniæ Com. 7. mill. ab Oxonio in auſt. 12. à Readingo in Bor.

Dorderacum, *Dordrecht*, urbs Hollandiæ præcipua, 7. leuc. à Leydâ in auſt. 3. a Roterodamo in Eurum, & 5. à Bredâ in Bor. Long. 26. 00. Lat. 51. 55.

Doria, & *Dorica*, nomina partis Achaiæ, quæ propinqua eſt Athenis. Plato de Legg. lib. 3. *Achivi Troſâ redeuntes ſuaſque domos, urbeſque repetentes, à popularibus malè excepti multatique fuere. Οἱ πάλιν ἐκπεσόντες καπῆλθον, μεταβαλόντες ὄνομα, Δωριεῖς ἀντ' Ἀχαιῶν κληθέντες, διὰ τὸ ἐκ συλλέξαντα εἶ τοῦ τότε φυγάδας Δωριέα, i. e. unde patriâ profugi, mutato Achivorum nomine, Dores dicti ſunt, à Dore, qui maximam fugitivorum illorum partem collegerat.* Servius vero in 2. Æn. *Dorica*, inquit, *à Doro Neptuni filio dicitur.*

Dorion, op. Peloponneſi in tractu Meſſeniaco, juxta quod Thamyras Citharœdus Muſas ad certamen provocavit. Plin. 4. 5. Lucan. lib. 6.

——*Ptelois, & Dorion ira*
Flebile Pieridum.——

Doris, Græciæ regio juxta ſinum Maleacum, à tergo habens Oetam montem, à *Doro* Neptuni & Alopes filio dicta. Ex quâ regione qui originem traxerunt, quacunque terrarum in parte conſederint, *Dores* appellati ſunt. Hinc *Doricus*, quod pro Græcanico poetæ nonnunquam uſurpant. Virg. Æn. 2.

——*Juvat*

——— *Juvat ire, & Dorica caſtra*
Deſertòſque videre locos, lituſque relictum.

Dorica muſa Proverb. apud Ariſtoph. in Cleonem, qui non aliud genus harmoniæ didicerat præter Doricæ, alludens ad Δῶρον, quod *muntis* ſignificat, eum munerum avidum denotans. Aliud adagium eſt *Doricè concinere* apud Plut. in Lachete, in eos qui aliud verbis, aliud factis faciunt. *Dores* etiam, præſertim virgines, diſcincti, & ſine tunica quandoque interdiu incedere ſolebant. Unde Proverb. *Doricè incedere*, in eos, qui depoſitis veſtibus magna ex parte nudi incedunt. Sic apud Pauſan. & Ælium Dionyſium. Neſcio an huc alludat Juvenalis quando ait. Sat. 3.

Uxorem Comædus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo.———

Iidem *Dores* erant naturâ loquaces. Unde apud Theocr. *Doribus Doricè loqui*, adagium eſt in eos, quorum oratio moribus & ingenio reſpondet, vel in loquaces naturâ.

Doriſcum, Doriſca, Ptol. locus, vel Præfectura Thraciæ in orâ apud Hebrum flu. ubi Xerxes Perſarum Rex exercitum qui 170. myriadibus conſtabat, h. e. decies ſepties centenis millibus militum recenſuit. Plin. 4. 11. ubi de Thracia: *Tum locus Doriſcus centum viginti millia hominum capax.* Am. Marc. lib. 18. *Quousque nobis Doriſcum, Thraciæ opidum, & agminatim intra conſepta exercitus recenſitos Græcia fabuloſa narrabis?* Eſt & promontorium Atticæ à Piræo 42. m. p. recedens.

Dorium, Thraciæ op. ubi Thamyris à Muſis cantu ſuperatus eſt. Homerus:

———Καὶ Δώριον, ἔνθά ῥ' Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν ᾠχήσατο παῦσε δοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.
Στὰς γὰρ ἐυκτίμενον νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο.
Αἱ δ' ὀλοωσάμεναι πρὸν δίζ', αὐτὰρ ἀοιδὴν
Θεσπεσίην ἀφέλοντο.

Papinius Theb. 4.

———*Getico quos flebile vati*
Dorion, hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos
Ore ſimul citharâque.———

Heſychius: Δώριον, πόλις ἢ Πύλη.

Dorſetia, Dorſetſhire, Com. Angliæ auſtralis inter Devoniam ad occ. & Hantoniam ad ort. à Bor. autem habet Somerſetiam. Ibi olim Durotriges populi fuere.

Dracanus, mons ubi Jupiter Bacchum è femore natum edidit. Theocritus in Lenis. Idyl. 26.

Χαίρει μὲ Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὑπατος μεγάλαν ἐπιγούνιδα θήκατο λύσας.

Drepana, urbs Lyciæ. Item Corcyra olim ſic dicta. Schol. Apollonii in lib. 4. Ἡ ἡ Κερκύρα πρότερον μὲ Δρεπάνη, εἶτα Σχερία. Rationem nominis aperit idem Apollonius ubi ſupra:

Ἔστι δέ τις προθυμοῖο παρηίδιον Ἰονίοιο
Ἀμφιλαφὴς, πίδακι Κεφαυνίῃ ἐν ἁλὶ νῆσος,
Ἡ ἀπὸ δὴ κείνης Δρέπανον φάτις [ἴλαδε Μοῦσαι
Οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος] ᾧ ἀπὸ Παιὼν
Μήδεα πηλῶϊ ἔπαυε Κρόνος.

Drepana, pl. num. vel *Drepanum*, prom. & urbs Siciliæ trans Lilybæum, non procul ab Erycæ M. ſic dict. quod δρεπανοειδὴς ſit, h. e. *in modum falcis incurvata*; vel ab eo quod Saturnus, amputatis virilibus paternis, illuc falcem projecerit. Ovid. Faſt. 3.

Quique locus curvæ nomina falcis habet.

Atqui v. in portu Drepanitano terra non curvatur in falcis modum, ſed in acumen deſinit; ac proinde *Drepano* videtur nomen feciſſe Punicum דרבן *darbun*, i. e. *aculeus*, quod extat in Ebræo Scripturæ textu, 1 Sam. 13. 21. Boch.

Dreſda, Dreſden, urbs Germ. Miſniæ cap. ad Albim flu. Sedes Ducis Electoris Saxoniæ, 3. leuc. ſupra Miſnam in ort. & 5. à confin. Bohemiæ. Long. 35. 30. Lat. 51. 00.

Drymus, urbs inter Atticam, & Bœotiam. Suidas. Panacto vicinam fuiſſe docent hæc Demoſthenis: Περὶ Δρυμοῦς, ἣ ἡ πρὸς Παναδίῳ χώρας, μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα. Græcè Δρυμὸς eſt *Silva*: an ideo dicta eſt *Drymus*, aut à Phœnicio דרום *durom*, quod *meridiem* ſonat, quia auſtrale fuit opidum. Boch.

Dryopes, pop. Epirotici. Strabo. Alii juxta Parnaſſum, teſte Servio. Alii circa Octam M. à *Dryope* Eurypyli F. ſic dicti. Regio eorum *Dryopia*. Virgil. Æn. 4.

Creteſque Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi.

Duacum, Doway, urbs Flandriæ ad flu. Scarpam, & Academ. ab an. 1562. 5. leuc. à Cameraco, quot à Leodio. Long. 24. 15. Lat. 50. 20.

Dublinium, Ad ſeptimum ab oſtio Liffii flu. milliare ſedet, quam pro cunctis Hiberniæ urbibus fama loquatur, urbs illa quam Ptolemæus *Eblanam* dixit, nos *Devolin*, Latini *Dublinium* & *Dubliniam*, Cambro Britanni *Dinas Dulin*, Saxones olim *Duflin*, & Hibernici *Bala-cleigh*, i. e. *opidum ſuper Crates*: ſubjectis enim in paluſtri loco cratibus, conditum affirmant, uti Hiſpalis Hiſpaniæ, quam ſic nominatam tradit Iſidorus, quod in paluſtri ſolo ſuffixis profundo palis locaretur. De vetuſtate hujus urbis quod dicam, nihil certi occurrit, antiquam tamen eſſe Ptolemæi authoritas perſuadet. Saxo Grammaticus Danicis bellis miſere convulſam fuiſſe tradit: poſtea in Eadgari Anglorum Regis poteſtatem devenit. Deinde occuparunt Norwegi. Demum in primo Anglorum adventu eorum virtuti conceſſit. Paulò poſt deducta huc ex Briſtolienſibus Coloniâ quibus hanc urbem incolendam *cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas homines de Briſtolâ habent*, Rex Henricus 2. his ipſis quæ protuli verbis conceſſit. Regia hæc Hiberniæ urbs eſt Archiepiſcopalis, emporium nobiliſſimum, & primæ juſtitiæ forum, mœnibus validum, ædificiis ſplendidum, civibus frequens. Urbem vocat Joſcelinus de Furneſio *nobilem populo, ſitu amœniſſimam, planitie viridante affectuoſam, glandiferis nemoribus conſitam, ferarum luſtris circumvallatam.* Et de eâ Guil Neubrigenſis: *Divelina urbs maritima totius Hiberniæ metropolis, portuque celeberrimo, commerciis, & commeatibus noſtrarum æmula Londonearum.* Collegium habet pulcherrimum Sanctæ & Individuæ Trinitati conſecratum; quod ad ingenia melioribus literis excolenda à feliciſſimæ memoriæ Elizabetha Sereniſſima Anglorum Regina Academicis donatum privilegiis, ſpem oſtendit non exiguam, ad Hiberniam (quo veluti ad mercaturam bonarum artium confluxerunt aliquando exteri) & Religionem Politiores omnes diſciplinas tanquam ad avitum hoſpitium poſtliminio reverſuras.

Dublinum, Dublin, urbs Hiberniæ Archiep. Lageniæ primaria, & Academia. Vide *Eblana*. Long. 12. 40. Lat. 54. 25.

Dubris, Dover, op & portus Angliæ in orâ Cantii, è reg. Iceii portus, urbis Gallicæ, à Cantuariâ 12. m. p diſtans.

Duina, flu. ex præcipuis Moſcoviæ. Oritur in Vologdâ prov. & ſupra urb. Vologdam, quam rigat: & poſt longum curſum duplici oſtio in mare album ſe exonerat paulo infra Archangelopolim.

Dulichium, inſ. maris Ionii, una Echinadum, contra oſt. Acheloi flu. non procul ab Ithacâ, una ex iis quibus Ulyſſes imperabat. Ovid. Tr. eleg 4.

Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithacéve Saméve.

Hinc adject. Dulichius. Virg.

Dulichias vexiſſe rates.

h. e. Ithacenſes, ita Servius.

Dumbarum, (qu. *Caſtrum Baræ*, ſeu *Varæ*, quæ æſtuarium eſt) op. Scotiæ in orâ Orient. ad oſtia Loxæ flu. inter Bervicum ad merid. & Andreapolim ad Bor.

Dumblanum, urbs Scotiæ epiſc. ſub Arch. Andreapolitano, inde 25. m. p. in occ. Glaſquum verſus 15. Long. 16. 12. Lat. 57. 25.

Dumna, inſ. Scotiæ adjacens, Norvegiam verſus. *Hoy* nonnullis. Camdeno potius *Fair Iſle* videtur.

Duncheldinum, Dunkelden, qu. *caſtrum Caledonium*, urbs Scotiæ epiſc. ſub Arch. Andræapol. inde 22. m. p. diſtans, ad Taum flu. Pertho finitima, ad 6. m. p. diſtans.

Dunelmum, Durham vel *Dureſm*, urbs Angl. Septentr. epiſc. ſub Arch. Ebor. ad Viedram flu. 6. m. p. ab Oceano Germanico in occ. & 10. à Neocaſtro in auſt. & ab eâ reg. adjacens dicitur *Epiſcopatus Dunelmenſis*. Long. 18. 59. Lat. 55. 27.

Dunquerka, Dunkerk, urbs Belgii permunita in Com. Flandriæ, 6. leuc. à Caleto, & 3. à Gravelingâ in ort. 5. à Neoporta, & 12. à Brugis in occ. Portum habet capacem, ſedetur in orâ maris Germ.

Dunum, urbs Hibern. Epiſc. ſub Arch. Armachano, inde non valde recedens ad ort. à Connerthio 15. mil. in Ultoniâ prov. Long. 13. 14. Lat. 55. 43.

Dura, vide *Vale*, in Am. p. 282.

Durius, Doria Ptol. *Dorius* Appiano, vulgo *Duero*, flu. Hiſp. max. apud Numantiam urb. oriens, & Callaicos à Luſitanis disjungens, in Ocean. Occident. ad Portum urb. delatus. Silius lib. 1.

Hic certant Pactole tibi Duriuſque Taguſque.

Durlacum, urbs Germ. caput Marchionatûs Badenſis, 2. leuc. à Rheno flu. in ort. 4. à Budâ in Bor. Long. 33. 15. Lat. 49. 51.

Durobrivæ, ſeu *Duracobrivæ* Trinobantum, nunc eſt op. Angliæ, vulgo *Hartford* ad Leam flu. in Com. Hartfordienſi, 15. mill. à Londino in Bor.

Durobrivæ Catyeuchlanorum, op. Angl. ad Avonam flu. dirutum; cujus locus nunc oſtenditur inter vicos *Caſter*, Northantoniæ Com. & *Cheſterton* Huntingdonienſis Com. 3. m. p. à Petriburgo in occ. & 12. à Duroliponte in Bor. Lindum verſus.

Durobrus,

Durobrus, ſeu *Durobrovæ*, & *Durobrivis*, urbs Angl. orient. vulgo Rocheſter.. Lat. rec. *Reffa*, Epiſc. ſub Arch. Cant. in Cantio ad Medweagum flu. 5. mill. ab æſtuario Tameſis in auſt.

Durocornovium. Vide *Corinium.*

Durolevum, *Lenham* Camdeno, *Charing* Talboto, op. Albionis in Cantio, inter Durobrum & Darvernum, 12. m. p.

Durolipons, ſeu *Duroſipons*, urbs Catyeuchlanorum in Angl. quæ nunc eſt pag. *Godmancheſter* dictus, ad Uſam flu. ex adverſo Huntingdoniæ, op. med. ferme inter Camboricum & Durobrivam.

Durolitum, *Leighton* Camdeno, pag. Angl. inter Londinum & Cæſaromagum 15. m. p. Al. eſt *Oldford*, op. in Com. Eſſexiæ.

Durotriges, pop. Albionis in orâ meridionali, verſus Oceanum Britan. quorum tractus nunc Dorſetiæ Com. Habebant ad ort. & Bor. Belgas, & ad occ. Damnonios. Eorum primaria Durnovaria, vulgo *Dorcheſter*.

Dyraſpes, Scythiæ flu. Ovid. Pont. 4. 10.

Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dyraſpes.

Dyrrhachium, urbs in eâ parte Macedoniæ quæ mari Adriatico incumbit, diſtans à Brundufio 220. m. p. trajectu. Dictam ita volunt à nomine ejus, qui ibi portum adjecit: nam antea *Epidamnus* vocabatur. Plin. 3. 23. vulgo *Durazzo*. Hanc urbem Cicero exilii ſui tempore amiciſſimam expertus eſt, & officioſiſſimam, in qua & commoratus eſt donec à Senatuſconſulto revocaretur. Lucan. lib. 6.

Dyrrhachii præceps rapiendas tendit ad arces.

Ἠπείρου μητρόπολιν vocat Euſtath. qui addit ſic dictam eſſe ἀπὸ τῆς τύχης τῆς τειχύσεως· Δυσεύχολον γάρ ἐστιν, ὅ ἐστι δυσέξολον. Item *Dyrrhachium* Laconiæ urbs Stephano, una ex centum. Vide Voſſ. ad Melam, pag. 158. Long. 44. 20. Lat. 41. 42.

E.

E *Ba*, nonnullis *Monte Merano*, eſt caſtrum Thuſciæ in agro Senenſi, verſus Albaniam flu. ut ex ſitu colligitur. Long. 35. 04. Lat. 42. 06.

Ebdomum, ſuburbium Byzantii, à *Septenario* numero dictum. Cedrenus.

Ebellanum, op. Vaſconum, nunc eſt *Biel*, opidulum Aragoniæ, ad amnem cogn. in Diœceſi Pameplonenſi, 6. leuc. à Jacca in occ. 9. ab Oſca, & 12. à Cæſaraugusta in auſt. Long. 20. 15. Lat. 43. 00.

Eblana, *Dublin*, urbs primaria Hiberniæ in Com. cogn. ad oſt. flu. Lifnii, cum portu commodo & caſtro permunito; eſtque Emporium celebre, 25. mill. à Droghedâ in auſt. Ab eâ pop. vicini dicti fuere *Eblanii*.

Ebodia, *Ornay*, inſ. parva maris Britannici, verſus oram Normanniæ. Vix 2. leuc. diſtat à prom. Haguæ in occ. Eſtque longitudinis 2. leucarum circiter. Dicitur *Aldernay* quibuſdam, ab aliis *Riduna* vocatur. Diſtat 5. leuc. à Sarnia inſ. in Bor. & 30. ab oſt. Sequanæ in occ.

Ebolum, al. *Eburi*, vulgo *Evoli*, op. alias Picentinorum, nunc regni Neapolitani, Ducatûs titulo clarum, 6. mill. ab ora litor. Cin. Salernitani in ort. Long. 39. 10. Lat. 40. 36.

Ebora, vulgo *Evora*, urbs Portugalliæ, provinciæ inter Tagum & Anam caput, & Academia, 16. leuc. à Pace-Auguſta in occ. 20. ab Ulyſſipone in ort. & 8. ab Ana flu. Long. 12. 5. Lat. 38. 30.

Ebora alta, vulgo *Evora monte*, caſtrum Luſitaniæ, 5. leuc. ab Ebora in ort.

Ebora, ſeu *Ebura*, op. Hiſp. Bæt. ad oſt. Bætis flu. Nunc eſt *S. Lucar de Barameda*, Luciferi Fanum, op. celebre Hiſpan. in Vandalitia, 3. leuc. à Xera in occ. 6. à Gadibus in Bor. & 15. ab Hiſpali in Africum.

Eboracenſis Comitatus, *York-ſhire*, provincia Angliæ Septentrionalis, & omnium reliquarum longe maxima, inter mare Germ. ad ort. Lancaſtriam ad occ. Derbiam & Lincoln. Com. ad merid. & Diœceſim Dunelmenſem ad Bor. Dividitur in tres partes, nempe in Occidentalem, ſeu *Weſt-riding*; in Orientalem, ſeu *Eaſt-riding*; & in Septentrionalem, ſeu *North-riding*: ibique fuerunt alias Brigantes pop. pro maj. parte, & Pariſii, teſte Camdeno.

Eboracum, vulgo *York*, urbs Archiep. Angliæ Septentrionalis, Com. cogn. caput, & totius regni ſecunda, ad flu. *Ouſe*, ubi fuit alias Legio Sexta Victrix. Ducatûs titulo gaudet, & hinc *Eboracenſes Duces*, è Domo regia. Diſtat 120. m. p. à Londino, 27. ab orâ litor. Oceani Germ. 35. à Lincolniâ in Bor. & 40. à Dunelmo in auſt. Long. 19. 24. Lat. 54. 43.

Eborodunum, ſeu potius *Ebrodunum*, vulgo *Ambrun*, urbs Gall. Narb. Archiep. in Delphinatu, juxta Druentium flu. verſus montes, & confinia Provinciæ, 34. leuc. à Viennâ in Eurum, & 8. à lim. Pedemontii in occ. Long. 28. 08. Lat. 43. 03.

Ebrodunum, *Yverdon*, urbs alias ampla, nunc op. ſatis tenue Helvetiorum in pago Bernenſi, ad lacum Novicaſtri, ubi recipit Orbam flu. 3. leuc. à confin. Com. Burgundiæ in Ort.

Ebrodunum, & *Eburodunum*, ſeu *Robodunum*, urbs Germ. in Moravia, *Brin* dicta, ad flu. *Suartzahe*, teſte Cluverio. Vide *Robodunum*. Long. 28. 10. Lat. 46. 30.

Ebroicæ, ſeu *Eburaici*, & *Ebroici*, & *Aulerci Eburovices*, pop. Gall. Lugdun. nunc Normanniæ: quorum urbs Mediolanum Eburovicum, nunc *Eureux*, urbs epiſc. ad Itonium flu. Vide *Eburovices*. Long. 22. 15. Lat. 49. 00.

Ebudæ, ſeu *Ebudes* Inſulæ, quæ quibuſdam *Hebrides*, verſus occ. Scotiæ, 44. vulgus numerat, ex quibus 10. tantum præcipuæ (reliquæ aut parvi momenti, aut verius ſcopuli) viz. Ricina, *Raglins*, verſus Hiberniam, Epidum *Yle*, Ionia, *Jura*, Maleos *Mul*, Ebuda Orientalior *Skye*, Ebuda Occidentalior *Lewis*; deinde *Euſt*, *Turif*, *Col*, *Coloinſa*, & aliæ aliquot minoris momenti, quæ à Norvegis coemerunt Scoti, quibus etiamnum ſubſunt.

Ebura, quæ & *Libora*, op. Carpetanorum, hodie *Tala vera la Regna*, ad Tagum, ubi recipit flu. *Alberche*, 6. leuc. ab Eſcalona in auſt. & 12. à Placentia.

Ebura, *Evre*, flu. Galliæ. Oritur in Perticenſi prov. è Sylva Logniaca, deinde per Belſiam labens, Autricum Carnutum rigat, Novigentum Regium, Jureum, uti & Patiacum, & Loverias, & poſtea in Sequanam ſe exonerat ſupra pontem Arcuenſem.

Eburaici, ſeu *Aulerci Eburovices*, pop. Gall. Lugd. quorum urbs Mediolanum Eburovicum, nunc *Eureux* in Normannia prov.

Eburobritum, *Evora d' Alcobaſa* Varrerio, vicus Hiſp. Luſitanicæ in regno Portugalliæ, 4 leuc. à Leyriâ, urb. Ulyſſiponem verſus.

Eburones, pop. fuere Germ. infer. juxta Moſam flu. inter Ubios & Menapios, dictique fuere poſtea *Tungri*.

Eburonia, urbs fuit Germ. infer. teſte Ortelio. Cluverius tamen putat non fuiſſe locum particularem, ſed univerſam Eburonum regionem.

Eburovices, pop. Gall. ubi nunc *le Dioceſe d' Eureux* in Normanniâ; habebantur ad Boream Velocaſſes, ad occ. Lexovios, ad auſt. Diablintes, & ad ort. Carnutes. Eorum caput Mediolanum Eburovicum.

Eburum, urbs Quadorum in Germ. nunc *Olmutz* dicitur, eſtque Moraviæ primaria, ad Moravum flu. 6. leuc. à Bruna verſus auſt. 20. à Vienna in Bor. & tot. à confin. Poloniæ. Long. 39. 00. Lat. 42. 30.

Ebuſus, inſ. in mari Balearico, nullum animal noxium gignens. Plin. 3. 5. *Ebuſi terra fugat ſerpentes.* Habet hæc inſula op. ejuſdem nominis, à Phœnicibus, ut putatur, conditum, aut certe à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Sil. lib. 3.

Jamque Ebuſus Phœniſſa movet, movet Artabrus arma.

Statio *Eboſea* dicitur in Saturnalibus.

Et quos percoquit Eboſea caunas.

Dionyſio Βᾶσσος.

Νῆσοι δ' ἐξείης Γυμνήσιαι, ἄγχι δὲ Βᾶσσος.

Sed legendum ibi ἄγχι δ' Ἔβυσσος, ut in Feſto, Melâ, Plinio, &c. Vide Boch. de Phœn. col. p. 705. Livio *Pityuſa* dicitur. Plin. 3. 5. *Inſulæ per hæc maria primæ omnium Pityuſæ à Græcis dictæ à frutice pineo.*

Ecbatana, plur. num. metropolis Mediæ, vel ut quidam exiſtimant regia quædam magna à Dejoce rege Medorum. Strabo lib. 11. Cæterum *Ecbatana* Polybio lib. 10. videntur πλέτῳ καὶ τῇ τῶν κατασκευῆς πολυτελείᾳ μέγα τι παρὰ τὰς ἄλλας διαφερούσας πόλεις, *urbes omnes alias opibus & operum magnificentiâ longo ſuperaſſe intervallo.* Diod. lib. 17. ambitum conſtare dicit ſtadiis 150. & in eâ haberi θησαύρους πολλῶν χρημάτων. Ecbatanis ſc. fuit δεσμοφυλάκιον, ut author eſt Iſidorus Characenus. Sed ſepulchra regum, ad templum Anaitidis, eandem urbem non parum nobilitarunt. Muri ejus deſcribuntur Judith. cap. 1. Tamen ſi Polybio credimus, urbs ipſa erat ἀτείχιστος, *ſine mœnibus.* Sed arcem habuit manufactam θαυμασίως πρὸς ὀχυρότητα κατασκευασμένην, Herodoto teſte, *ad firmitatem ad miraculum uſque munitam.* Illam ſc. ambibant muri 7 ſic conſtituti, ut extimus eſſet humillimus, & ſupra illum ſecundus, & ſupra ſecundum tertius totis pinnis promineret, atque ita gradatim reliqui uſque ad ſeptimum: Adjuvante ipſo loci ſitu, ut qui collis eſſet ſenſim aſſurgens: Horum murorum ampliſſimus, teſte Herodoto, æquabat Athenarum ambitum, quem Thucydides definit 178, Dio Chryſ. ſtadiis 200, Ariſtides diei itinere; Dion. Halic. cum Româ confert amplitudine, & Plut. cum Syracuſis, qua-

rum mœnia ſtadiis 180 patuiſſe teſtatur Strabo. Pinnæ murorum, quas deſcripſimus gradatim prominentes coloribus diſtinguebantur. In extimo ſc. pinnarum color erat albus, in ſecundo niger, in tertio purpureus, in quarto cæſius, in quinto ſandaracinus, qui rubor eſt intenſiſſimus: Sandaracha enim illa maximè probatur, quæ eſt κάλλιστη πυῤῥὰ καὶ κιννάβαρι ζωσα τὴν χρόαν, *rubra ad ſatietatem, & colore Cinnabaris.* Dioſcorides lib. 5. Sextus denique argento, & Septimus auro fulgebant. Ab hac colorum varietate putat Bochartus *Ecbatana* dicta, quia Arabibus hodieque אעבת *agbatha* id ipſum ſignificat. Huc facit quod *Ecbatana* dicebantur ipſa mœnia tot coloribus interſtincta. Herodotus ubi de conditore Dejoce, οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τὰ καὶ περὶ ταῦτα τὰ νῦν Ἐκβάτανα κέκληται. Quid quod Steph. ex Herod. pro *Ecbatanis* legit *Agbatana*, voce quæ mere eſt Arabica, quomodo & multi veteres. Idem Steph. Δημήτριος ὁ φησὶν Ἀγβάτανα δηλᾶ, τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας. Scaliger compoſitam vocem eſſe aſſerit ex ignoto אב vel אג *ac* & Chaldaico בית *bithan*, quod *palatium* exponit, cum *interius* ſonet potius ut plerique reddunt, Eſter. 1. 5. Alii *Ecbatana* volunt à Chaldæis dici אחמתא *acmatha*, pro quo Hieronymus habet *Ecbatanis*, Eſdr. 6. 2. Et Græci Ἐκβατάνοις lib. 3. Eſdræ. Taceo Fungeri ſomnium in Etymologico trilinguli *Ecbatana* deduci ab עוג *coxit* & בית *domo* & חנה *gratioſo*. Ecbatanorum regiæ conditor fertur eſſe Daniel Propheta. Joſeph. Ant. 10. 12. ᾠκοδόμησεν ἐν Ἐκβατάνοις, τοῖς Μηδικοῖς βασιλεῦσι, ὑπερεπισταμένου τι καὶ θαυμαστὸν ἀσκεῖν, καὶ θαυμασίως πεποιημένον, ἣ μέχρι νῦν ἔστιν ὅτε καὶ σώζεται. Tamen ædificii ſplendor & amplitudo videtur ſuperaſſe opes privati hominis. Nec virum ſanctum credibile eſt in tam inſanæ molis ſtructuram pecunias ſuas temerè profudiſſe. Addo Danielem Suſis non Ecbatanis fuiſſe ſepultum, ut ex Benjamine conſtat. Interim hanc de Daniele famam non eſſe planè futilem ſuadet, quod ad ſuam uſque ætatem in more fuiſſe ſcribit Joſephus, ut regiæ illius cuſtodia Judæo ſacerdoti concrederetur. Ταύτην παραδόμενον Ἰουδαίῳ ἔστιν ἱερεῖ, καὶ τοῦτο μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου. Itaque Darium Medum, cui idem opus alii tribuunt, in operis œconomiâ, & architecturâ crediderim Danielis operâ & conſilio uſum. Quo munere cum vir magnus egregiè functus eſſet, Regem in gratitudinis monimentum hoc ſanxiſſe, ut Judæorum fidei regia deinceps committeretur. Alii *Ecbatana* recentiora faciunt. Nam juxta Plinium *Ecbatana caput Mediæ, Seleucus rex condidit*, lib. 6. cap. 14. Viciſſim alii vetuſtiora. Sic in libro Judith Arphaxad Medorum rex Nabuchodonozori æqualis Ecbatana condidiſſe narratur. In Chronico Euſebii: Δηϊόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἔκτισεν Ἐκβάτανα τὰ μεγάλην καὶ θαυμάσιον, quod habetur ex Herodoto. Quin ſi Diodoro credimus, qui Cteſiam ſe ſequi profitetur, Ecbatana jam extabant ævo Semiramidis, quam Oronte monte perfoſſo, ſtadiis 12 ab urbe diſſito, aquas ex magno lacu eò derivaſſe tradit. Supereſt de ſitu dicamus. Plin. 6. 26. Ecbatana opidum tranſlatum fuiſſe ait à Dario Rege ad montes. Alii tamen in planis locant. Ammianus *ſub Jaſonio monte* in terris Syromedorum. Polybius: ὑπὸ τὴν παραφορὰν τοῦ τοῦ Ὄρους, *ſub montanâ regione quæ eſt ad Orum.* Pro Oro Orontem ibi habet Ptolemæus. Et Diodorus ex Cteſiâ, poſtquam deſcripſit Ἐκβάτανα πόλιν ἐν πεδίῳ κειμένην, ſubjungit aliquanto poſt, Τῶν δὲ Ἐκβατάνων διέστηκε σταδίους ἀπὸ ἑπτὰ ὄρος, ὃ καλεῖται μὲν Ὀρόντης. Hæc ſunt apud Strabonem τὰ ὑποκείμενα τῷ Ἐκβατάνων ὄρει. Itaque Ecbatana erant in plano fere ad radices montium, non in ipſis montibus.

Echedorus, Macedoniæ flu. prope Theſſalonicam in mare Ægæum influens. Ptol. Hujus aqua non ſuffecit Xerxis exercitui, Herodoto teſte, cui *Chidorus* dicitur. *Çalico* Sophiano, *Granea* Nigro, *Veratafer* Caſtaldo.

Echetla, Siciliæ urbs olim munitiſſima circa fontes Achatis flu. quæ primi belli Punici tempore ſita erat in confinio Syracuſanorum & Carthaginienſium, hodiè *Ochula*, vel *Aquila* vocatur. De eâ præter Stephanum vide Polyb. lib. 1. *Echetla* autem literis trajectis factum videtur ex אחזיולא *Etchela*, quaſi *munitam* dixeris. Diodorus de Agrigentinorum duce Xenodocho: Τὴν δ' Ἐχέτλαν χωρίον ὀχυρὸν ἐκπολιορκήσας, τοῖς μὲν πολίτας τῆς δημοκρατίας ἀποκατέστησε, τοὺς δὲ Συρακουσίους κατεπλήξατο. Bochartus. Vide ſis Cluver. Sicil. Ant. lib. 2. cap. 10.

Echinades, exiguæ inſulæ Acarnaniæ adjacentes ex adverſo oſtii Acheloi flu. natæ ex arena & limo impetu Acheloi convecto. Plin. 2. 85. Stat. 2. Theb.

Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Lucan. lib. 6.

——*Et tuus Oeneu*
Pene gener craſſis oblimat Echinadas undis.

Senecæ *Echinæ* dictæ:

Quolibet vento faciles Echinæ.

Ovid. Met. 8. fingit Naiadas Nymphas ab Acheloo & Neptuno in inſulas Echinadas fuiſſe mutatas, quia vi aquarum vel interrumpente, vel aggerente terram inſulæ naſcantur. Inſulæ hæ vulgò *Cozzulari* vocantur Sophiano.

Echinus, *ni*, vel *nus*, civitas vel inſula in mari Ægæo. Cicero in Aratæis:

——*Excelſis errans in collibus amens,*
Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echinus.

Item Acarnaniæ op. Plin. & Phthiotidis urbs Strabo. Etiam in Pentapoli Africæ regione civitas. Ptol.

Edenburgum. Vide *Alata Caſtra.*

Edeſſa, *Edeſa* Straboni, olim Antiochia Oſrhoenorum, & Callirrhoe à fonte dicta, teſte Procopio, & poſtea *Juſtinopolis*, urbs Archiepiſcopalis Syriæ ad lævam Euphratis ripam (ex quo etiam Meſopotamiæ tribuitur) *Rhoas*, & *Rhoaſſe*, ac etiam *Rhoa* Nigro, *Orſa* P. Gyllio, & pleriſque aliis dicta (varie enim nominatur) proxima Samoſatis, à quibus 12. m. p. recedit. Antiquiſſima urbs, utpote à Nembroth, teſte Iſidoro, condita. Long. 72. 30. Lat. 37. 30.

Edom, regio quæ & *Idumæa*; ab *Edom*, h. e. *Eſau*, dicta. Joſeph. Ant. 2. Τὴν δὲ χώραν ὕστερον μετωνόμασαν. Ἕλληνες δ' ἴσως τὸ σεμνότερον Ἰδουμαίαν ὠνόμασαν. Hæc in Syriâ ad merid. Judææ ſita habet Arabiam ad Auſt. Phœniciam à Bor. Alias porro *Gabalene*, & *Amalechitis* vocabatur, teſte Joſ. Ant. 2. 1. qui tamen 5. 3. duplicem Idumæam ponit, Superiorem & Inferiorem. Superiorem elegit tribus Judæ, quæ in longum quidem extenditur uſque ad Hieroſolymam, latitudine vero uſque ad paludem Sodomæ conſtituta eſt. In hâc autem ſorte civitates erant Askalon & Gaza. Iſtam Palæſtinam alias dicunt. Inferior Idumæa ſorte ceſſit Simeonis tribui. Hæc circa Ægyptum eſt, & Arabiæ montem. Hæc ille.

Edon, Servio mons eſt Thraciæ, aut certe in eâ parte Macedoniæ, quæ Thraciæ proxima eſt, qui à Plinio 4. 11. appellatur *Edonus*. Virg. Æn. 12.

Ac velut Edoni Boreæ cum ſpiritus alto
Inſonat Ægæo.——

Statius:

Triſtius Edonas hyemes, Hebrumque nivalem, &c.

Hinc *Edonides* dicuntur *Mænades*, ſive *Bacchi ſacerdotes*, quæ furore divino agitatæ myſteria Bacchi celebrabant, paſſis capillis more furentium huc illuc curſitantes. Prop. lib. 1.

Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis.

Ovid. Met. 11.

Protinus in ſylvis matres Edonidas omnes
Quæ videre nefas torta radice ligavit.

Lucanus tamen corripuit lib. 1.

——*Nam qualis vertice Pindi*
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

Ubi tamen aliqui *Odonis*. Sane Stephano Ὦδονες ἔθνος Θρᾴκης vocantur.

Egelidus, hunc Tuſciæ amnem eſſe, & hodiè *Freddano* dici fabulatur Leander ex Annio. Hunc enim *Egelidum* uterque citat ex Virgilio, Æn. 8.

Ut procul Egelido ſecretum flumine vidit.

Sed ibi legendum *Egelido* appellative alii jampridem obſervarunt.

Egeria, lucus & fons prope Romam, extra portam Capenam. Virgil. Æn. 7.

Eductum Egeriæ lucis, Hymettia circum
Littora.——

Juvenal. Sat. 7.

In vallem Egeriæ deſcendimus.

Egeſta, civitas in Siciliâ, quam Æneas condidit, & ab Aceſtis matre *Egeſtam* nominavit, quæ poſtea *Segeſta* dicta eſt. Stephanus ab *Egeſto* Troe ſic nominatam ſcribit, & calidas aquas ibi ſcaturire. Diodorus lib. 20. ſcribit hanc ab Agathocle excisam, & transfugis ad habitandam conceſſam, ac Dicæopolin ab eo appellatam.

Egidona, *Eyder*, flu. Cimbricæ Cherſoneſi, Holſatiam à Jutiâ & Sleſuicenſi Ducatu ſeparans.

Egilium, *Il Giglio*, inſ. parva maris Tyrrheni ſub dom. Magni Ducis Hetruriæ, 10. mill. à monte Argentario.

Egirſius, *le Gers*, flu. Gall. in Aquitania. Fontes habet in ſuperiori Arminiaco tractu; deinde Auſcios rigat & Lactorium, & paulo infra in Garumnam labitur è reg. Agenni.

Egnatia, ſeu *Gnatia*, urbs Apuliæ Peucetiæ in ora maris Hadriatici, nunc vic. tantum regni Neapolit. in prov. Bariana, *Torre d' Annaſſo* vulgo 15. mill à Monopoli in ort. & 30. à Brunduſio in Carcium. Long. 41. 36. Lat. 40. 50.

Egoliſma, vel potius *Engoliſma*, urbs Gall. Aquitan. juxta Carentonium flu. Duc. titulo inſignita, 14. leuc. à Mediolano Santonum in ort. & 22. à Lemovico in occ. Long. 21. 16. Lat. 45. 42.

Egonum Vicus, *Vicovenza*, pag. agri Ferrarienſis, inde 16. m. p.

Egorigium,

Egorigium, vicus Germ. infer. vulgo *Rut*, ad Gelbim flu. in ditione Trevirenſi, 8. leuc. à Treviris in Bor. & tot. à Colon. Agrippinæ in auſt.

Egoſa, op. Hiſpaniæ, Caſtellanorum alias, nunc eſt *Caſtell-Follit*, op. munitum Cataloniæ in colle juxta Fluvianum amnem, 6. leuc. à Vico in Bor. & paulo amplius à Gerundo in Circium.

Egra, urbs Germ. in Bohemiâ, juxta confin. Franconiæ, ad *Egram* amnem, 20. leuc. à Praga in occ. & 12. à Pilſena. Long. 34. 25. Lat. 50. 3.

Egurris, ſeu *Forum Egurrorum*, vulgo *Montefurado*, op. Hiſp. in Gallæciâ ad Burnium flu.

Eiſchfeldia, tractus Germ. in Thuringia, ſub dom. Electoris Moguntini, juxta Ducat. Brunſvicenſem. Ibi op. præcipuum Duderſtadium.

Eiſenacum, op. Germ. in Thuringia ad Neſſam amnem, Duc. tit. inſignitum, ſub dom. Ducum Saxoniæ Viemarienſium, 14. leuc. à Mulhuſio in auſt. & 7. ab Erphordia in occ.

Eiſleba, urbs Germ. in Saxonia ſup. & in Com. Mansfeldienſi, ubi natus Martinus Lutherus. Una leuca cum dimid. à Mansfeldia in Eurum, & 4. ab Halla in occ.

Eiſtatum, *Aichſtadt*, urbs Bavariæ ſup. ad Allemannum flu. 4. leuc. à Donavertâ in ort. 2. à Neoburgo in Bor. & 8. à Norimbergâ in auſt.

Elaver, vulgo *l' Allier*, flu. Gall. Celt. ex montibus Arvernorum erumpens, ac non longè à Claromonte urbe decurrens, & ad Nivernas in Ligerim influens.

Elbii vicus, *Vico*, vic. parvus ad lac. Ciminium, inter Viterbium 8. & Roncilonem op. in via quæ Romam ducit 2. m. p. occurrens.

Elbinga, *Elbing*, urbs Poloniæ in Pruſſia Regia, Hockerlandiæ tractus cap. emporium celebre, non longè à mari Balticо, & in Hanzeatico fœdere, prope lacum Drauſenum, ad Elbingam flu. in amœno ſitu. Pulchra eſt & elegans, duplexque nempe nova & vetus. An. 1239. hæc urbs condita fuit, & an. 1454. cum Gedano ab ordine Teutonico defecit, ac dejecta arce Polonorum tutelæ ſe commiſit. Ibi Academia erecta fuit an 1541. ab Alberto Brandeburgenſi Pruſſiæ Duce. Long. 42. 40. Lat. 54. 50.

Elbora, *Talavera*, urbs Hiſp. Tar. ad Tagum flu. Vide *Ebura*.

Elbovium, *Elbeuf*, op. Gall. in Normannia, prov. Duc. tit. inſignitum ad Sequanam flu. 3. leuc. ſupra Rothomagum ad auſt.

Elcebus, ſeu *Hellebus*, op. Germ. alias Triboccorum, nunc vic. *Elle* in Alſatia infer. ad Ellum, ſeu Hellelum flu. vix 1. mill. à Benofeldâ, 2. leuc. à Scleſtadio in Bor. 3. ab Argentina in auſt. & 4. à Briſiaco in Bor. Long. 29. 13. Lat. 48. 14.

Eldana, *Duennas*, teſte Goropio, op. Hiſp. Tar. in Caſtella veteri, inter Valentiam 2. & Vallifoletum in auſt. 6. leuc. à Burgis 15. in occ. Long. 15. 45. Lat. 42. 28.

Elea, quæ & *Cauconia*, *Elis* Ptol. regio Peloponneſi, inter Arcadiam & mare Ionium ad occ. Vide *Elis*.

Electra, op. Peloponneſi in Meſſenia, ad amnem cog. 15. mill. ab ora ſin. Cypariſſii, & tot. à confin. Elidis, & Arcadiæ, & 30. fermè à Laconiâ reg. in occ.

Electrides, quæ & Gleſſariæ, inſ. maris Germ. ex adverſo Scotiæ, tres, quarum una *Hetland*, altera *Schetland*, tertia *Fare*, teſte Ortelio, nominantur.

Elei, pop. in Peloponneſo, clariſſimi propter delubrum Jovis Olympii, ludoſque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt unde *Elei equi*, & *Eleus carcer* ſæpe leguntur. Virg. 1. Georg.

Eleadum palmas Epiros equarum.

Horatius ubi de Pindaro:

Sive quos Elea domum reducit
Palma.———

Prop. 3. 7.

Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ.

Lucanus:

———*Quantum clamore juvatur*
Eleus ſonipes.———

Unde à Theocrito in Dioſcuris dicitur Ἱππιάδαι Ἄλιες.

Elephantina, & Elephantis, inſ. Ægypti, intra Nilum flu. cum urbe cogn. quæ & *Tabenna* nominatur.

Elephas, *Felles* Caſtaldo, mons Æthiopiæ ſub Ægypto, apud ſin. Avalitem.

Elepla, *Niebla* Marianæ, op. Hiſp. Bæt. apud oram Vandalitiæ, ab Hiſpali 9. leuc. in occ.

Eleus, inſ. parva Ioniæ apud Miletum urb.

Eleus, urbs Thraciæ in intimo receſſu Thraciæ Cherſoneſi in auſt. prope Æolium prom. nunc *Critea*, verſus oſt. Helleſponti, 30. mill. à Propontide, & à Gallipoli in auſt. uti 15. à Sexto in auſt. pariter, & tot. à Sigeio prom. in occ.

Eleuſa, inſ. parva Ciliciæ ante Corycum prom. *Eleſa* Soph. *Corcum* Nigro. Item inſ. ſin. Saronici, inter Peloponneſum & Atticam, Salaminæ proxima. Item inſ. Aſiæ ruin. & maris Lycii, in ora inter Rhodum ad auſt. & Lyciam ad Bor.

Eleuſina, pag. Ægypti, in orâ apud Alexandriam, à quâ 4. m.p. aberat, teſte Livio, (Canopicam foſſam verſus) cui *Leuſina* ſcribitur.

Eleuſis, vel *Eleuſin*, hodie *Lepſina*, teſte Sophiano, op. Atticæ maritimum, inter Megaram, ſeu Nyſſæam urb. & Pyræeum, portum Athenienſem. Statius Theb. 7.

Et non aſſuetis pernox ululavit Eleuſis
Menſibus.———

Idem lib. 12.

Noctivagumque gregem, quamvis ſibi luget, Eleuſis
Flevit, & arcanos lugentibus extulit ignes.

Eleuſis, Bœotiæ civitas, quam terræ motu emerſam refert Am. Marcellinus lib. 7. Verum falli videtur: neque enim *Eleuſis* referri debet inter eas urbes, quæ terræ motu emerſerunt, ſed potius inter illas quæ peſſum abierunt, ut auctor eſt Strab. lib. 9. Plin. lib. 2. & Pauſan. in Bœoticis. Vide alteram partem hujus Dictionarii in *Eleuſinia*. Long. 50. 00. Lat. 38. 55.

Eleuthera, urbs Cretæ mediter. proxima Gortynæ.

Eleutheropolis, urbs Palæſtinæ, 8. mill. ab Hebrone in occ. uti & 20. ab Hieroſolymis, Gazam verſus. Long. 66. 30. Lat. 31. 00.

Eleutherus, flu. Syriæ. Oritur ex Libano, & poſt longum curſum in mare Phœnicium ſe exonerat ad Balaneas, 50. m. p. ab Ortheſia in Bor. & 25. à Laodicea in auſt.

Eleutherus, Baiaria Cluverio, flu. Siciliæ, in mare Tyrrhenum fluens, 8. mill. à Panormo in ort.

Eleuthræ, pag. Bœotiæ, apud Plateas urb. leg. *Eleutheræ*.

Elgis, ſeu *Elgia*, vulgo *Elgin*, urbs parva Scotiæ Sept. verſus oram maris Germ. 3. mill. à litore ad flu. Loxiam, 6. mill. ab oſtio Speæ flu. in occ. uti 35. à Taxalo prom. & 42. à Beruvio prom. in auſt. Long. 16. 58. Lat. 58. 58.

Elgovæ, vel *Silgovæ*, pop. Scotiæ merid. ubi nunc prov. Niddeſdalia, Eſkia, & Anandia, verſus Angliæ confin. Vide *Selgovæ*.

Elia, *Elye*, urbs Epiſc. Angl. ſub Arch. Cant. in Cantabrigiæ Com. & in inſ. cogn. ad Uſam flu. Vide *Elys*.

Eliberis, urb. Turdulorum in Hiſp Bæt. ad Singilim flu. quæ ab al. *Illiberis* dicitur, nunc vic. *Elvire* dictus in regno Granatenſi, quæ crevit ex ejus ruinis. Ibi *Conſilium Eliberitanum*, an. 305.

Eliocrata, quæ & *Ilorcis*, nunc *Lorca*, urbs Hiſp. Tar. ad flu. Guadalentinum, in confin. regni Granatenſ. 10 leuc ab ora maris Mediter. in Bor. & 10. à Baſti in ort. Long. 19. 15. Lat. 38. 2.

Elipa, urbs Hiſp. Bæt. epiſc. ſub Arch. Hiſpalenſi. Vide *Elepla*.

Elis, reg. Peloponneſi, quæ nunc *Belvedere* dicitur ab urb. primaria cogn. ſed latius patet; continet enim Elidem & Meſſeniam; ſubeſtque tota Dominio Turcarum. *Elis* autem urbs ſita eſt ad Peneum flu. *Calloſcopium* Græcis, 15. mill. ab ora maris Ionii in ort. & 24. à Dyme, ſeu Clarentia in auſt. Hæc regio equis abundans fuit. Prop. 1. 8.

Et quas Elis opes ante pararat equis.

Idem 3. 7.

Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ.

Virg. Geor. 1.

———*Eliadum palmas Epirus equarum.*

Tibullus:

Qui prior Eleo eſt carcere miſſus equus.

Ovid. in Epiſt. Leandri:

Ut celer Eleo carcere miſſus equus.

Unde à Theocrito in Dioſcuris dicitur Ἱππιάδαι Ἄλιες.

Elixus, flu. Ceæ inſ. apud Careſſum fluens.

Ellopia, loc. Eubœæ inſ. ad Telethnum mont. ubi *Ellopiæ* aquæ calidæ Plin. & Solino; nunc pag. *Ellopia* etiamnum in tabulis Chorographicis in orâ ad ort. apud Cerinthum.

Ellus, flu. Aſiæ min. Vide *Hyllus*.

Ellus, ſeu potius *Hellus*, flu. Germ. vulgo *Ill*. Oritur in Suntgovia prope Ferretam op. dein per Alſatiam labitur ubi Mulhuſiam rigat, Enſisheimum, Colmariam, & poſtea etiam Argentinam, & paulo infra in Rhenum ſe exonerat.

Elna, fluviolus Gall. Belg. vulgo *Lianne*. Oritur in confin. Arteſiæ, & juxta Bononiam in mare Britannicum ſe exonerat.

Elno, *S. Amand*, op. Flandriæ ad flu. Scarpam, in confin. Hannoniæ, ſub dom. Regis Franciæ.

Elone, op. Macedon. in Perrhœbiâ reg. & Theſſaliæ confin. ad M. Olympi radices, & Eurotam flu.

Elongoſine, loc. Armeniæ maj. ad ort. Tigridis flu.

Elorona, ſeu *Iluro*, *Oleron* Cænali, urbs Tarbellorum in Aquitania ad Gabarum flu. in Benearnia prov. ad radices Pyrenæorum,

renæorum, 4. leuc. à Palo in occ. 6. à confin. regni Navarræ, 20. ab Auſciis in Afr. & 11. à Tarba in occ. Long. 20. 40. Lat. 43. 36.

Elorini, pop. Siciliæ. Cic. 5. Verr. *Eloronenſium* civitatem habet Libellus Provinciarum in Novempopulana Provincia Aquitaniæ. *Icaro* Antonino eſt, & *Oloronenſis* civitas Sidonio, & *Olorino* hodie Scaligero.

Elorum, *Elorus* Vib. Sequ. *Helorus* Silio. flu. Siciliæ per oram ad ort. inter Syracuſas, & Pachynum promont. fluens, qui intus *Atellari*, & circa oſtium *Abyſo*, teſte Fazello, nominatur. Item op. ad oſtium amnis nunc exciſum. Sil. 14.

———*Undâ clamoſus Helorus.*

Hinc *Helorius* adjectivum. Ovid. Faſt. 4.

Hinc Camarinam adiit, Thapſonque & Heloria Tempe.

Virgil. Æn. 3.

Exuperò præpingue ſolum ſtagnantis Helori.

Elſenora, *Elſenor*, urbs Daniæ in Zeelandiâ inſ. prope Sundicum fretum, è reg. Scaniæ, & urbs Helſingoburgi.

Elteri, & *Elterium*, op. alias Luſitan. in Scalabitano conventu, nunc *Alter*, ſeu *Ærra*, vic. tantum Extremaduræ Luſitanicæ ad amnem *Zaras* dict. med. inter Ulyſſiponem & Portum alactem.

Elwa, *S. Aſaph*, urbs Walliæ Bor. in Com. Flintenſi, ſic dicta quia ibi *Elvus* flu. in Cluidam ſe exonerat. Diſtat 16. mill. à Ceſtria in occ. & 20. à Bangoria in ort.

Eluſa, *Eauſe*, urbs Gall. Aquitan. in Arminiaco Com. & in confin. Condomenſ. tractus, ad Geliſam amnem, inter Vaſates ad Bor. & Auſcios ad Eurum, 5. leuc. à Condomio in occ. Long. 20. 40. Lat. 43. 36.

Elyma, ſeu *Elymæa*, urbs Macedoniæ, Elymiotarum cap. ad Celydnum flu. in Albania reg. meridionali. Long. 44. 50. Lat. 40. 45.

Elyma, urbs Siciliæ, ab Elymo Trojano conditore dicta, à Segeſta 12. m. p. in Sept. Panormum verſus. Long. 36. 31. Lat. 36. 54.

Elymais, regio Perſidis ad occ. in Suſianæ reg. confin. inter ſin. Perſicum ad merid. & Mediam ad Bor.

Elymi, Pœnorum ſocii de quibus Thucydides: Μετὰ δὲ Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῆς Ἐλύμων συνοικοῦντες ἐνέμοντο ξυμμαχίᾳ τε πίστει τῇ Ἐλύμων. Hinc in Pauſaniæ *Phocicis*, qui Pachynum pro Lilybæo jam ſemel uſurpavit, Antiochus Syracuſanus inter cætera de Cnidiis refert ὡς ὅτε Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν αὐτοὶ μὲν ἐκπίπτουσιν ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πεδάντες. Hos Elymos plerique volunt Trojanæ fuiſſe originis, & patrem habuiſſe Elymum Ægeſti, vel Aceſtæ ſocium, de quo Poeta paſſim. Thucyd. Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου τῆς Τρῳάδος τινὲς διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀρπάσαντες, ἐς Σικελίαν, καὶ ὅμορα τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν. Dionyſius Halicarn. de Æneâ & ſociis: Καλέσαντες τὰ νῦν καλούμενα Δρέπανα ἔνθα περιλυγκάνουσι τοῖς τότε Ἐλύμοις καὶ Ἀγήστῳ περιτειχίσαντες τὴν Τροίας, οἱ ὕστερον περὶ πολεμῶν λεγόμενον Κεμισόν. Addit aliquanto poſt ab *Elymo* dictos *Elymos*, potius quam Ægeſtos ab Ægeſto, quia propter regium genus Elymi major erat dignatio. Silius lib. 14.

Miſcuerunt Phrygiam prolem Trojanus Aceſtes,
Trojanuſque Elymus.———

De Elymo Trojano, quem Anchiſæ nonnulli volunt nothum fuiſſe filium, plura vide apud Strabonem, Servium Iſacium & alios. Tamen Elymos in Siciliâ Scylax à Trojanis diſtinguit. Et apud Dionyſ. Halicarn. eoſdem Illymos Hellanicus ex Italiâ deducit tertiâ ætate ante Trojanum bellum. Et Stephanus in Ἀιανὴ Elymi cujuſdam regis Tyrrhenorum meminit, cujus fil. Ænam urb. in Macedonia condidit. Summo denique poetæ Elymus, licet Trojani Aceſtæ comes & ſocius, Siculus tamen non Trojanus eſt.

Tum duo Trinacrii juvenes Elymus, Panopeſque
Aſſueti ſylvis, comites ſenioris Aceſtæ.

Elymos itaque putamus Sicanorum fuiſſe partem, quæ cum Pœnis iniit fœdus. Et Elymorum nomen ſumptum ex Phœnicio עלום *alim* vel *elim* ἀεχαϊκῶς, qua vel excelſa loca vel ii homines ſignificentur qui in excelſis locis degunt. Ea enim eſt verbi vis. Et Elymi nullas urbes alibi habuerunt quam in montibus, v. g. Eryceam, Ægeſtam & Entellam. Bochartus.

Ely, ſeu *Elis* & *Elia*, vulgo *Ely*, urbs Angliæ ad Uſam flu. in Com. Cantabrigienſi, inſulæ cogn. caput, 14. mill. ab Huntingdonia in ort. & 10. à Cantabrigia in Bor. Ibi alias *Giruii* populi. Vide Camdenum. Long. 21. 00. Lat. 52. 45.

Elyſii, qui & *Lugii Elyſii*, pop. Germ. verſus Sarmaticos mont. ubi nunc pars auſtralis parvæ Poloniæ, verſus Viſtulæ fontes. Eorum cap. *Carrodunum*, nunc *Cracovia*, Poloniæ pr maria.

Elyſium, locus ubi piorum animæ habitant, ἀπὸ τῆς λύσεως à *ſolutione*. Nam animæ poſt ſolutionem vinculi corporei deveniunt ad Elyſios campos. Quos fabulam eſſe Phœniciam patet ex ipſo nomine, quod ex Phœnicum linguâ deſumptum. Ebraicè enim עלז *alaz* עלץ *alats*, & עלם *alas* eſt *lætari*, & *exultari*. Et עליז *aliz*, *lætus*, & עליוז *alizuth*, *exultatio*. Inde *Elyſius* ἀεχαϊκῶς A & E permutatis, ut *Enakim* pro *Anakim*, &c. Itaque *campus Elyſius* eſt lætitiæ locus, & voluptatis quod divinaſſe dixeris vatem eximium, qui Elyſios campos *læta arva*, & *locos lætos* interpretatur. Æn. 6.

———*Exinde per amplum*
Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus.

Item, *Devenere locos lætos, & amœna vireta*
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.

Vide Doctiſſimum D. Jacobum Windet de vitæ functorum ſtatu. Sect. 7. Fuere etiam *Elyſii campi* in Bœotiâ. Virgil. Georg. 1.

Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.

Eos autem ita deſcribit Tibullus 1. 4.

Sed me———
Ipſa Venus campos ducet in Elyſios.
Hic choreæ, cantuſque vigent, paſſimque vagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aves.
Fert caſiam non culta ſeges, totoſque per agros
Floret odoratis terra benigna roſis.

Cui ſuccinit Prop. 4. 7.

Mulcet ubi Elyſias aura beata roſas.

Sed hi & reliqui quicquid habent ex Homero habuere. Sic enim ille Odyſ. 4. Ἠλύσιον πεδίον deſcribit.

Οὐ νιφετὸς ὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος·
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείουσας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους·

Vide Plut. in Sertorio, & in Conſolatione ad Apollonium ex Pindaro, ubi roſarum, & florum mentio. Heſychius: Ἠλύσιον, Μακάρων νῆσος. Ἔιρηι δὲ ἐν ἴσῳ τὸ ἢ λύσιον, ὅτι ἢ διαλύουσι ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ ψυχαὶ, καὶ οἱ μέν φασι περὶ Ἀιγυπτον εἶναι, οἱ δὲ περὶ Λέσβον, &c. Silius Ital. lib. 13.

Tum ſeducta loco, & laxata lucida noctis
Clauſtra nitent, quæ ſecreti per limitis umbram
Elyſios ducunt campos, hic turba piorum,
Nec Stygio in regno, cœli nec poſita ſub axe:
Verum ultra Oceanum ſacro certamina fonti
Lethæos potat latices oblivia mentis.

Emath, i. e. *ira*, vel *indignatio*, aut *calor*, ſive *murus*, aut *uter*, ſive *lagena*, urbs Syriæ Damaſci. Jer. 49. ubi hoſtes Iſraelis remanſerunt, Jud. 3. Hæc Euſebio *Epiphania*, aliis *Antiochia* dicitur. Civitas eſt munitiſſima tribûs Nephthali, Joſ. 13.

Emathia, Europæ nobilis regio, Thraciæ finitima, poſtea *Macedonia* dicta: nomen habet (ut quidam exiſtimant) ab *Emathione* rege, fratre Memnonis, Titani & Auroræ filii. Plin. 4. 11. Poetæ aliquando Emathiam uſurpant pro Theſſaliâ, ſuo quodam jure vicinorum locorum appellationes confundentes. Virg. Georg. 1.

Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro
Emathiam & latos Æmi pingueſcere campos.

Lucan. lib. 1.

Bella per Emathios pluſquam civilia campos.

Pharſalicos campos intelligit qui ſunt in Theſſaliâ.

Embda, *Embden*, urbs & emporium Germ. infer. ad flu. Amiſiæ oſt. Friſiæ occident. cap. in dition. Batavorum, 6. mill. à Groninga in ort. & 15. à Brema in occ. Long. 28. 24. Lat. 53. 35.

Emelia, *Emelie*, urbs Hiberniæ, in Com. Tiperarienſi, ad amnem *Broadwater*, 15. mill. à Caſſilia in occ.

Emerita, vulgo *Merida*, urbs Luſitan. olim ampla, Archiep. & conventus Juridicus multarum urb. ad Anam flu. in Extremadura; cujus nihil hodie ſupereſt præter ruinas & magna antiquitatis veſtigia. Long. 13. 31. Lat. 39. 38.

Emiſa, ſeu *Emeſſa*, vulgo *Hemz*, urbs Syriæ ad Otontem flu. inter Laodiceam ad auſt. & Arethuſam ad Bor. 43. mill. à Damaſco in Bor. tot. ab Apameâ in auſt. 80. ab Antiochia, & 60. à Palmyra in occ. Long. 69. 40. Lat. 34. 00.

Emmaus, Judææ urbs. Ptol. quæ alio nomine *Nicopolis*, ubi cognitus eſt à diſcipulis ſuis Chriſtus in fractione panis. Luc. 24. Joſephus de B. Jud. 7. 26. Χωρίον ἔδωκεν εἰς κληροῦχους, ὃ καλεῖται μὲν Ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῆς Ἱερουσολύμων σταδίους ἑξήκοντα. Item locus prope Tiberiadem, in quo ſunt thermæ. Joſeph. Ant. 18. 3. ubi de Tiberiade prope lacum Geneſareth ab Herode condita: Θερμὰ δὲ ἐκ ἄπωθεν ἔνεστιν ἐν κώμῃ, Ἀμμαοῦς ὄνομα αὐτῇ. *Ammaus*, i. e. חמאי nomen ex חמם deflexum, quod *aquas calidas* ſonat. Joſ. de B. Jud. 4. 1. Μεθερμηνευομένη δὲ Ἀμμαοῦς, Θερμὰ λέγοιτ' ἄν, ὅτι δὴ ἐν αὐτῇ πηγὴ θερμῶν ὑδάτων πρὸς ἄκεσιν ὀπτᾶται. Long. 65. 45. Lat. 31. 44.

Emmericum, vel *Embrica*, urbs Germ. in Duc. Clivenſi, vulgo *Emmerich*, ad Rhenum, 1 leuc. à Schenckia arce in ort. & paulo amplius à Clivia. Long. 27. 35. Lat. 51. 50.

Emodus,

Emodus, *Hemodus* Ptolemæo, *Emodi* pl. num. Plinio, mons ingens Aſiæ, Tauri pars, Indiam à Scythiâ diſterminans. *Moghali* Caſtaldo, *Jethra* Judæis, & *Bereſeth* Mengreliis, teſte Theveto.

Emonia, Scotiæ orientalis inſ. Mercator. *Maid*, teſte Ortelio.

Emporiæ, al. *Tibula*, vulgo *Caſtel Aragoneſe*, urbs Sardiniæ, & prima ab Aragoniis occupata prope oſt. Termi flu. 30. mill. ab ora proximiori Corſicæ inſ. in auſt. 18. à Saſſari in Bor. & 34. ab Algaria in Bor. Long. 31. 15. Lat. 39. 25.

Emporiæ, *Ampurias*, urbs al. Indigetanorum, nunc op. Cataloniæ, in ora litor. maris Mediter. 3. leuc. à Rhoda in auſt. 6. à Gerunda in ort. & 20. à Barcinone in Cæſ. Long. 25. 00. Lat. 43. 00.

Emporicus ſinus, *Golfo di Sala*, urbs & emporium Africæ in regno Fezzano.

Emporium, ſeu *Empoliæ* aliis, *Empoli*, op. agri Florentini, ad Arnum flu. 20. mill. à Florentiâ in occ. & 30. à Piſis in ort. ſub Dominio M. Ducis Etruriæ. Long. 33. 48. Lat. 42. 55.

Emporium, *Ponte Nura*, pag. Æmiliæ apud Placentiam, ad 5. m. p. Parmam verſus in ort. diſtans.

Empulum, op. Piceni, apud oram, à Firmo urbe 6. m. p. in occ. Lauretum verſus, vulgo *S. Lupedio*, vel *S. Elpedio*. Sed Franc. Pamphilo eſt caſtrum ejuſdem oræ, *Clavello* dictum.

Enarginum, ſeu *Urgonium*, vulgo *Orgon*, op. Gall. in Provincia, 2. leuc. à Cabillione in ort. uti 7. ab Arelate.

Encheleæ, pop. Illyrici, quorum op. & reg. *Eteſciam* vocat Pinetus. Ibi Cadmus & uxor ejus in ſerpentes verſi dicuntur. Lucan. lib. 3.

Nomine priſco
Encheleæ verſi teſtantes funera Cadmi.

Enderum, *Endero*, op. Dalmatiæ ad Scardum M. 50. mill. à Liſſo in Bor.

Endideium, ſeu *Endida*, quibuſdam eſt Newmark, ad Atheſim flu. in Com. Tirolenſi. Al. autem eſt *Bolzano*, urb. Com. Tirolenſ. ad flu. Eiſocum, med. inter Tridentum, & Brixionem.

Engoliſma, ſeu *Inculiſma*, urbs Aquitaniæ, vulgo *Angouleſme*; (à quâ reg. adjacens dicitur Engoliſmenſis prov. prope Carentonium flu. inter Marchiam Lemovicenſ. ad ort. & Santoniam ad occ.) ubi alias Ageſinates, 12. leuc. à Mediolano in ort. & 16. à Lemovico in occ.

Engyum, Siciliæ urbs. Steph. Ejus meminit Silius Italicus lib. 14.

Romana petivit
Fœdera Callipolis, lapidoſique Engyon artus.

Ubi alii *Eugion*. *Gange* Aretio, *Lognina* Fazello. Vide Cluver. Sic. Ant. lib. 2. cap. 11.

Enipeus, flu. Theſſaliæ, campos Pharſalicos irrigans, juxta quem Cæſar vicit Pompeium, lentus primò, ſed mixtus Apidano velociſſimus. Lucan. lib. 2.

Apidanus, unquamque celer niſi mixtus Enipeus.

Idem lib. 7.

Sanguine Romano jam turbidus ibit Enipeus.

Val. Flac. lib. 1.

Segnior Apidani vires ubi ſentit Enipeus.

Ovid. Met. 1.

Et irrequietus Enipeus.

Item Elidis flu. recentiore nomine *Barnichius* dictus. Hom. 7. Odyſ. narrat, ut Tyro, Salmonei filia Enipeum flu. amarit, utque ejus fluvii aſſumptâ formâ Neptunus amore puellæ potitus ſit, ex quâ ſuſcepit liberos Peliam, & Neleum. Ovid. Amor. 3. 5.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus,
Cedere juſſit aquam, juſſa recedit aqua.

Propert. 1. 3.

Non ſic Æmonio Salmonida miſtus Enipeo
Tænarius facili preſſit amore Deus.

Idem 3. 19.

Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,
Quæ voluit liquido tota ſubire Deo.

Eniſis, Siciliæ flu. Fazello, quem hodiè *Niſi* appellari ſcribit.

Eniſpe, urbs Arcadiæ, quæ non amplius extat. Stephanus, apud quem vetus Poeta.

Ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην.

Inde Statius lib. 4. Theb.

Ventoſaque donat Eniſpe.

Enna, civitas inſignis in ipſo Siciliæ umbilico, auguſtiſſimo Cereris templo olim nobilitata (unde Ceres *Ennea* dicta) nemoreque ſacro, ex quo Proſerpinam raptam fuiſſe incolæ aſſerunt. Ovidius Faſtorum lib. 4.

Grata domus Cereri, multas ea poſſidet urbes,
In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo.

Ubi al. *celſo*, ex ſitu ſc. qui arduus & adclivis. Livius: *Enna in excelſo loco & prærupto undique ſita, cùm loco inexpugnabilis erat, tum præſidium in arce validum habebat.* Strabo lib. 6. ubi de illa: Κεῖται ἐπὶ λόφῳ. Nobis indicare ſufficiet (inquit Bochartus) *Ennam* Punicè dici עין־נעם *En-naam* vel *Ennam*, h. e. *fontem amœnitatis*, idque jure meritiſſimo; cum fontibus irriguus fuerit locus, & inſulæ totius cætera amœniſſimus. Diod. lib. 5. *Raptam fabulantur Proſerpinam*, ait, ἐν τοῖς λειμῶσι τοῖς περὶ τὴν Ἔνναν. Et paulo poſt. Ἔστι δὲ ὁ περιῤῥεόμενος λειμὼν ἄνωθεν μὲν ὁμαλὸς, καὶ παντελῶς ἔνυδρος. Cicero etiam Verrina quartâ, *aquas* ei tribuit *perennes*. Quin & Claud. lib. 2. de R. Proſ.

Curvata tumore
Parvo planities, & mollibus edita clivis
Creverat in collem, vivo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis.

Ovidius in Faſtis:

Valle ſub umbroſa locus eſt aſpergine multa
Uvidus ex alto deſilientis aquæ.

Ariſtot. lib. de Mirabilibus: Ἐν δὲ Σικελίᾳ τῇ καλουμένῃ Ἔννα πηλαίόν τι λέγεται εἶδος, ὃ περὶ ὀκτὼ πυθμένας φασὶ τῶν ἄλλων ἀνθέων πλῆθος, ἀνὰ πᾶν ἔαρ, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἀπέραντόν τινα τόπον συμπεπληρωκὸς, ἃ δὲ σύνεγγυς χώρων εὐωδίας πλησίον, ὥστε τὰς κυνηγετούσας, ἢν κυνῶν κεχλιμένων ὑπὸ τὸ ὀσμᾶσθαι ἐξαδυναλεῖν πού λαγὼς ἐγκλίνῃ, διὰ δὲ τοῦτο τὸ χαμαιλεὼν ἀσυμφανὴς ὂν ὑπόμονος, καθ' ὃν φασὶ τὸ ἀερπαγὴν ποιῆσαι τὸ Πλάτωνα τὸ Κόρης. Long. 38. 20. Lat. 36. 40.

Enneacrunus, fons apud Athenas à Piſiſtrato conditus, à numero fiſtularum, quas Græci κρουνὸς vocant, ſic dictus. Qui etiam *Callirrhoe* à Papinio vocari videtur hoc verſu:

Callirrhoe novies errantibus undis.

Enona, ſeu potius *Æniona*, urb. alias Liburnorum, nunc Dalmatiæ in ora litor. 9. mill. à Jadera in Bor. & 4. à Giſſâ inſula. Long. 39. 16. Lat. 44. 42.

Enoſis, inſ. oblonga & parva in ora auſtrali Sardiniæ, quæ etiam *Sulcitana* dicta, nunc *Iſola di S. Antioco*, teſte Cluverio.

Enſiſheimum, urbs Alſatiæ, ad Hellelum flu. 2. leuc. à Neoburgo in occ. tot. à Mulhuſio in Bor. & 3. à Briſiaco in auſt.

Entella, urbs Siciliæ, quam Campani genere habitabant, ſocii Carthaginenſibus. Step. Silius lib. 14.

Largoque virens Entella Lyæo.

Vide Cluver. Ant. Sic. 2. 12. Populi *Entellini*. Plin. 38. Item *Entella* Liguriæ flu. Ptol. *Lavigna* Leandro. Long. 36. 40. Lat. 36. 30.

Epaunus, urbs Gall. Aquit. *Pamiers* Ortelio, in Occitania, Labbæus autem exiſtimat eſſe *Jenne*, vic. Sabaudiæ ad Rhodanum, 2. leuc. à Bellico in auſt. Long. 17. 05. Lat. 42. 20.

Epea, op. Peloponneſi, cujus pop. *Epei* Straboni, contra quos Neſtor bellum geſſit.

Eperiæ, *Eperies*, urbs Hungariæ ad Tarizam flu verſus M. Carpathum, & confin. Poloniæ, in Sarienſi Com. 6. leuc Germ. à Caſſovia in Bor.

Epetium, op. Illyrici in ora Dalmatiæ litor. inter Salonas & Peguntium, nunc *Zarnouniza* dicitur, ad oſt. flu. cogn. Fuit autem prope Spalatum, uti ex tabb. Peutingerianis colligitur. Long. 40. 54. Lat. 44. 00.

Epheſus, urbs Ioniæ, Emporium totius Aſiæ citer. celeberrimum, Amazonum opus, quemadmodum & Juſtinus ſcribit lib. 2. & Plin. retulit, 5. 29. Hæc civitas loco cavo olim habitata diluvium paſſa eſt, quo cùm plurimi extincti eſſent, Lyſimachus civitatem in eum locum, ubi nunc eſt, tranſtulit, & ab uxoris nomine Arſinoen vocavit, eo mortuo, priſtinum nomen receptum eſt. Porro *Epheſum* inde dictam, quod eam terram Amazonibus Hercules permiſerit (Ἔφεσιν enim Græci permiſſionem dicunt) ſcribit Heraclides de Politiis. Dianæ templo imprimis nobilitata fuit hæc urbs. Dionyſ. Perieg. v. 826.

Βορσοίηεν ἐσίδοιο
Παῤῥασίην Ἔφεσον μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης,
Ἔνθα θεῇ πολὺ μὲν Ἀμαζονίδες τεύχουσιν
Πρέμνῳ ὑπὸ πλατέος θεσπέσιον ἀνδρῶσι θαῦμα.

Callimachus Hymno in Dianam:

Σοὶ γὰρ Ἀμαζονίδες πολέμου ὀπυιομένηφι
Ἐν πολε παῤῥασίῳ Ἐφέζῳ βρέτας ἱδρύσαντο
Φηγῷ κατὰ πρέμνῳ. Et mox,
Τῶν κε διώτερον ὄλεται ἰὼς,
Οὐδ' ἐπιλήσεται.

Acproinde Plin. *admirationem Græcæ magnificentiæ*, vocat ac inter mundi miracula numerat, lib 36. Hinc Ἐφέσια γράμματα, notulæ quædam, & voces magicæ. De quibus vide Heſychium, & Clementem Alexandrinum, Strom. 1. 18. Long. 55. 45. Lat. 39. 00. *Epheſus* etiam Nili inſula. Steph.

Ephyra, inſula ſinûs Argolici, cum epido cognomine. Steph. quem conſule, plures enim hujus nominis urbes recenſet.

Ephyra,

Ephyra, alio nomine *Corinthus* dicta, ab *Ephyrâ* nymphâ sic dicta. Ovid. Met. 2.

——*Quærit Bœotia Dircen,*
Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.

Hinc *Ephyreus*, adjectivum 4. Syllabarum. Lucan. lib. 6.

Insedit castris, Ephyreaque mœnia servat.

Item *Ephyreius*, adjectivum 5. Syllabarum. Virg. Geor. 2.

Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra.

Hinc etiam *Ephyreias*. Claud. de bello Getico:

Scilicet Argolicas, Ephyreiadasque puellas
Cæperat, & pulchras jam fastidire Lacænas.

Interpres Apollonii: Ἐφύης, ἡ Κόρινθος, ἀπὸ Ἐφύης τῆς Ἐπιμηθέως συναλοιφῆς.

Sil. lib. 4.

——*Non æra vacabant*
Quæ scirent Ephyren.

De æris Corinthii origine, quod in tanto pretio fuit, agit Plin. lib. 34. cap. 2. *Hoc* (æs) *casus miscuit, Corintho cum caperetur incensâ*. Pluribus Florus 2. 16. ubi de Mummio: *Quantas opes & abstulerit, & cremaverit, hinc scias, quòd quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus: nam æris totam pretiosiorem opulentissimæ urbis fecit injuria; quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxerunt.* At v. non dubium, quin ante hoc temporis illud æs in honore fuerit; idque ex Homero, qui laudat thoracem:

——Τὸν ποτε φιλὸς
Ἥγαγε ξεῖνος Ἐφύρης.

Seneca in Medeâ:

Inque auxilium Dictynna tuum
Pretiosa sonant æra Corinthi.

Epiacum, *Papcastle* Camdeno, Op. Brigantum in Albione, nunc in Cumbriæ Com. ad flu. Derventionem 3. mill. ab ora litor. maris Hibernici, 16. à Carleolo in occ. & tot. fere à proximiori lit. Scotiæ in aust.

Epicaria, op. Albaniæ, med. inter Lissum ad Bor. & Dyrrhachium ad aust.

Epidamnus, vel *Epidamnum*, vulgò *Duraxzo*, op. in eâ parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit, tristissimo è Græciâ in Italiam trajectu nulli non cognitum. Romani coloniam eo deducentes *Dyrrhachium* dicere maluerunt, propter inauspicatum nomen *Epidamni*, tanquam à *damno* deduceretur. Ad quod allusit Plautus in Menæchmis, cum ait:

Ne mihi damnum in Epidamno duas.

Tanquam nomen inditum sit *Epidamno*, quod illuc nemo sine *damno* divertat. Vide *Dyrrhachium*.

Epidaphne, urbs in Seleucide Syriæ, quæ & *Antiochia* dicta à *Daphne* vicino suburbano, quod locum habebat amœnissimum 89 stadiorum, & fanum Apollinis cum delubro Dianæ. Jul. Capitol.

Epidaurus, urbs Peloponnesi, Æsculapii templo celeberrima. Unde etiam Romani cum gravi pestilentiâ laborarent, consultoque oraculo juberentur Æsculapium Romam advehere, triremem cum legatis eâ de causâ Epidaurum misere. Verum cum Epidaurii Deum opiferum à se inviti dimitterent, ferunt illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnavigasse seseque in puppi in gyrum complicuisse; quem illi Æsculapium arbitrati magnâ cum veneratione Romam advexerunt. Vide Ovid. Met. 15. Hesychius: Ἐπιδαύρῳ, πόλις ἐν Ἄργει. Idem, Ἐπιδαύριον, τὸ Τεριζωνικόν. Et antea, Ἐπιδαύριοι, ἔθνος Πηλοποννήσου. Equi hujus loci in pretio antiquitus fuere. Virg. Geor. 3.

Taygetique, canes, domitrixque Epidaurus equorum.

Strabo lib. 8. Ἔστι δὲ καὶ τὸ γένος ἵππων κράτιστον, τό τ' Ἀργολικὸν, καθάπερ καὶ τὸ Ἀργολικὸν, καὶ τὸ Ἐπιδαύριον. Servius autem ad Virgilii loc. supradictum Epidaurum Epiri urb. fecit, ideóque reprehenditur à Beroaldo; nam Plin. & Strabo in Peloponneso constituunt, quibus addas Melam & Solinum. Sed non idcirco errat Servius; nam est alia etiam Epidaurus in Epiro, aut Illyrico: Lucan. lib. 2.

Ionias vergens Epidaurus in undas.

(Ubi tamen plerique legunt *Epidamnus*) & de hâc, ut apparet, capiendus vates. Nam ipse,

Et patriam Epirum referet.——

Long. 50. 00. Lat. 38. 30. Est etiam urbs Dalmatiæ maritima, vulgò *Ragusa*, vel *Ragusi*. Sui juris est, & Reipub. cap. Turcis tributaria. Mire conquassata fuit terræ motu an. 1667. quo max. pars civitatis periit. Long. 42. 52. Lat. 42. 50.

Epidii, pop. fuere Albionis, in Scotiâ meridionali, versus Hiberniam, ubi nunc *Cantyr* prov. prope Glotæ æstuarium.

Epidium, inf. Albionis in orâ occidentali Scotiæ, & una Ebudarum, vulgò *Ile* dicitur. Habet 2. castra & 10. vicos, estque circuitus 24. mill. Scoticorum, 20. mill. distat à litore Hiberniæ in Bor. & 13. à proximiori orâ Scotiæ in occ.

Epidium, promont. Scotiæ in Cantirâ prov. 10. mill. ab orâ proximiori Hiberniæ in Cæciam, vulgò *The Mul of Cantyr* dicitur.

Epiphania, urbs Syriæ, med. inter Antiochiam ad Bor. & Damascum ad aust. 80. mill. utrinque, uti 18. à Larissâ in aust. & 70. à Seleucia.

Epirus, regio Græciæ finitima ad ort. Acheloo flu. discreta: ad occasum Acroceraunis montibus, quà mari Adriatico incumbunt: Ad septentrionem Macedoniæ parte terminata: Ad meridiem Ionio mari abluta. Primùm *Molossia* dicta, deinde *Chaonia* à *Chaone* Heleni fratre. Quondam urbibus, populisque fuit frequentissima, sed à Romanis subacta cùm sæpius deficeret, penè in solitudinem redacta est. Aluit hæc regio equas præstantissimas. Virg. Geor. 1.

Eliadum palmas Epirus equarum.

Et posteà lib. 3.

Et patriam Epirum referat.——

Tauros item. Ovid. Met. 8.

——*Oenos ultorem spreta per agros*
Misit aprum, quanto majores herbida tauros
Non habet Epirus. Item Juvencos:

Hom. in Hymn.

Ἦ μὲν ἐν Ἠπείρῳ πορπιτέφορον.

Frumenti quoque ferax fuit. Hom. Od. 1.

Κεῖθ' ἁλὶ κεκλιμένη ἐειδέλακι Ἠπείροιο.

Idem Od. ξ.

——Οὔτ' Ἠπείροιο μελαίνης,
Οὔτ' αὖτ' Ἰθάκης.——

Hinc *Epirota*, & *Epiroticus*. Insulas circa Epirum olim tenuisse Phœnices docet Bochartus. Ab iisdem fortasse dicta fuit *Epirus*, non quia ἤπειρος *terra continens*, nihil enim hic singulare, sed quia terra אבירים *abirim*, i. e. *equorum & boum*.

Et Gratius fere in fine Cynegetici:

——*Quis Chaonias contendere contra*
Ausit, vix meritâ quas signat Achaia palmâ?

Chaonias (equas) id est, *Epiroticas*; Chaonia enim est pars Epiri. Vegetius lib. 3. *Epirotas ac Siculos* (equos) *non despexeris, si mores pulchritudo non deserit.* Jam de Epiri bobus quis non meminit? Ubi teste Pindaro.

Βοῶν πρῶνες ἔξοχοι κραίνουσι,
Δωδωνάθεν ἀρχόμενοι πρὸς Ἰόνιον πόρον.

Sed observanda imprimis hæc Philosophi Hist. An. 3. 21. Αἱ δὲ Ἠπειρωτικαὶ βόες αἱ μεγάλαι βραχέος ἐκείνου ἀμφορέα, καὶ τοῦτο τὸ ἥμισυ χωρεῖ δύο μαστούς. Ὁ δὲ βραχέων ὀρθὸς ἔσικεν, ἢ μικρὸν ὑπτιώτερον διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἂν ἐφικνεῖσθαι καθήμενον. Proinde Hecatæus apud Arrianum lib. 2. Anabaseos asserit circa Epiri Ambraciam & Amphilochum regnasse Geryonem, & inde Herculem boves abegisse. Quò pertinet quòd in Epiro boves prægrandes Λαεινοὶ dicti, credebantur ex illorum esse genere, quos abegerat Hercules, & à bubulco *Larino*, Herculis abigeo, traxisse nomen. De his vide Athenæum lib. 9. & Suidam in Λαεινοὶ βόες, ubi citatur Poeta vetus Lycus Rheginus, Lycophronis pater. Vide item Aristophanis Scholiasten in *Aves*, Tzetzem Chil. 8. Hist. 186. Apostolium, &c.

Urbes Epiri hâc tempestate.

Acheloum.
Actium, olim colon. *Capo Figalo.*
* Ambracia, *Larta.*
Anactoria, *Vodiza.*
Antigonia, *Argiro castro.*
Argos, (Interiit.)
Buthrotum (Butrinto.)
Cassiope. *Vide *Joanna.*
Chimæra, *Chimera.*
* Corcyra, *Corfu.*
Dodona.
Evoria, *S. Donato.*
* Ioanna, metropolis & caput reg. *Ioannina.*
* Leucas, *S. Maura.*
* Nicopolis, *Prevesa.*

Epitalium, *Thryon*, Homero, & *Thryoessa*, teste Strab. *Zunchio* Nigro. op. Pelopon. in ora Messeniæ, apud Alpheum flu.

Epium, op. Pelopon. in Arcadiâ reg. quæ *Triphylia* nominatur inter, inter Maciftam & Hæream. Plin.

Epizephyrii, Locrenses populi, apud quos si quis salutis causâ vinum hausisset largius, medico non imperante, mor-

te

te expiabatur libera illa compotatio, perinde ac grande aliquod ſcelus.

Epha, inſ. parva ſinûs Laconici. *Lovo* Nigro.

Epoiſſus, ſeu *Ivodium*, vulgò *Yvoix*. op. Belg. in Duc. Luxemburgenſi, in Campaniâ 1. leuc. à Moſomio in ort. 3. à Stenaco in Bor. 3. à Malmedio in occ. & 8. à Maceriis in ort.

Epomeus, Strab. Epopos Plin. hodie *M. di. S. Nicola*; teſte Julio Jazzolino, mons Pithecuſæ inſ. ſin. Puteolani in Campania.

Epona, *Pinburg*, Aventino, *Epenburg*, al. ſeu *Biburg*, op. fuit, nunc eſt vic. Vindeliciæ in Bavaria, à Nova civitate, leuc. 1. diſtans in ort. Abuſinam propius accedens.

Epopeus, vel *Epopus*, mons in Arimis ſub quo Typhoeus jacere fingitur, & flammas ore eructare. Pind. Schol. Συμβαίνει γὰρ αὐτόθι, &c. Πυρὸς καλαφλέξεις, καὶ μυθολογεῖται ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα. *Ibi accidunt ignis deflagrationes, & Typhon ſubjectus eſſe fingitur.* Strabo ſcribit Eretrienſes terræ motibus, igniſque & aquarum eruptione inde fuiſſe exturbatos: & id ipſum aliis acciditſe, quos eò miſerat Hiero tyrannus Syracuſarum. Et apud Strab. Timæus paulo ante ſuam ætatem τὸ Ἐπωπέα λόφον ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ πναῖόντα ὑπὸ σεσμῶν ἀναδῆναι πῦρ, καὶ τὸ μεταξὺ ὕπτιον καὶ τὸ θαλάττης ἐξῶσαι πάλιν ἐπὶ τὸ πέλαγος. *Mediâ in inſulâ Epopeum collem motu terræ concuſſum ignes evomuiſſe, & quicquid erat medium inter ipſum & mare, rurſus ad mare perpuliſſe.* Quod de ipſo colle perperam accepit Plinius, qui ſic habet, *Montem Epopon* (ferunt) *cum repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie.* Docti videant utrum huic monti Græcum ſit nomen ἀπὸ τῆς ἐπόψεως, quia ſpeculæ ſunt in montibus, aut Phœnicium ab הבב *hibbub* vel *ibub*, id eſt, *aſſatione* & *exuſtione* propter flammarum eructationes, quibus flagrat, atque exardeſcit. Bochartus.

Epora, op. Hiſp. Bæt. *Montoro* Morali. Al. eſt *Aldea del Rio*, op. Vandalitiæ, ad flu. Bætim, 8. leuc. à Cordubâ in ort.

Eporedia, Salaſſiorum urbs Ptol. hæc olim ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis condita, & ab *Eporedicis*, quos eo nomine Galli præſtantes *equorum domitores* ſuâ linguâ appellabant, nominata; ut non obſcurè innuit Plin. 3. 17. *Jurea* Leandro. Long. 29. 35. Lat. 44. 25.

Equabona, vel *Aquabona*, op. fuit Luſitaniæ, nunc vic. *Couna* dictus, vix 3. leuc. ab Ulyſſipone in auſt. Cætobrigam verſus, à quâ pari ſpatio diſtat. Sed quid ſit *Equabona* Bætica non conſtat.

Equeſtris Colonia, op. Sequanorum, variè ponitur. Cluverio enim & Brietio eſt *Nyon*, op. Lemano lacui adpoſitum, in Romanâ ditione Bernenſ. pagi, quod Novidunum dicitur; eſtque in Gall. Lugdun. Al. autem eſt *Coulonges*, burgus Breiſiæ prov. in Geſſia regiuncula, ad Rhodanum prope Clauſulas, ex adverſo Sabaudiæ, 4. leuc. à Genevâ in occ. & 5. ab Orgeleto in auſt.

Equilium, ſeu *Æquilium*, op. Venetorum, nunc vic. Marchiæ Tarviſinæ, *Teſol Diſtrutto*, ubi tantum rudera viſuntur. Long. 34. 48. Lat. 45. 10.

Equotutium, vel *Equus Tuticus*, op. Hirpinorum, nunc *Ariano*, urbs regni Neapolitani, ad radices Apennini M. 12. mill. à Benevento in ort. Ejus mem. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5.

Manſuri opidulo quod verſu dicere non eſt.

Eraconium Flavium, op. Hiſp. Tar. in Callaicis, ab Aſturica 30. m. p. diſtans. Anton.

Eractum, ſeu *Heractum*, op. Baſtarnarum in Germano Sarmatiâ, teſte Ptol. nunc *Row*, op. Poloniæ, in Podolia prov. ad amnem *Monawen* in Tyram delabentem.

Eraſinus, hodiè *Raſino*, flu. Peloponneſi à poetis memoratus in Argiâ reg. per quam ex Stymphalide palude in ſinum Argolicum decurrens, alicubi ſub terram conditus rurſus, Plinio teſte, emergit. Ovid. Met. 15.

Sic modo combibitur, tecto modo gurgite labens
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris.

Pauſan. lib. 8. Ἐν δὴ τῇ Στυμφάλῳ χέμῶνος μὲν ὕδωρ λίμνῃ τε ἡ μεγάλη ἡ πηγὴ, καὶ ἀπ' αὐτῆς ποταμὸν ποιεῖ τὸν Στύμφαλον. Ἐν θέρει δὲ περισταλμένας μὲν ὑδὲν ἔτι, ποταμὸς δὲ αὐτίκα ἔστιν ἀπὸ τῆς πηγῆς. Οὗτος εἰς χάσμα γῆς κάτοψιν ὁ ποταμὸς, ἀναφανούμενος δὲ αὖθις ἐν τῇ Ἀργολίδι μεταβάλλει τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸν ἀπὸ Στυμφάλου καλοῦσιν Ἐραςῖνον. Strabo lib. 6. Τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ ὅτι σ' ταδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν ἐν τῇ Ἀργείᾳ τὸν Ἐραςῖνον ἐκδίδωσι. Statius Theb. 4.

———*Dryopumque trahens Eraſinus ariſtas.*

Vide in illud Stat. Theb. 1.

———*Ruit agmine facto*
Inachus & gelidas ſurgens Eraſinus ad Arctos.

Eſt & alter hujus nominis flu. teſte Strab. in Arcadiæ oriens, ac in ſinum Corinthiacum apud Baram op. influens. Alius item in Euboea apud Eretriam fluens.

Erdini, pop. Hiberniæ, in parte Bor. ubi nunc Com. Cavanenſ. & Fermanagenſ. in Ulſtonia, ubi etiam *Erdinus* lacus.

Erembi, Arabiæ pop. Dionyſius de ſitu orbis.

Λυσσῶν ὀρεσκῴων ἀφαφάσσ ἔθνος Ἐρεμβῶν.

Sic autem dicuntur, Non ἀπὸ τοῦ εἰς ἕσπερ βαίνειν, uti volunt Grammaticorum filii, ſed ab Ebræo ערב *ereb*, i. e. Arabia. Strabo lib. 1. Ἐρεμβοὺς, οὓς εἰκὸς λέγειν Τρωγλοδύτας Ἄραβας. Quanquam nec deſunt qui Arabas ab Homero Ἐρεμβοὺς dici volunt, quaſi Ἐρεμνοὺς vel Ἐρεβεννοὺς, id eſt, *nigros*. Non itaque de nihilo eſt quod ערב *arabi*, *Arabs* ערב *ereb veſpera*, & עורב *oreb*, *corvus*, ſint ab eâdem radice. Bochart.

Eremus, inſula circa Lemnum, ubi Philoctetis Ara cum æneo ſerpente. Steph. Item regio Æthiopiæ ad lacum Arthatam. Ælian. Hiſt. An. 17. 40.

Ereſus, vel *Ereſſus*, urbs Lesbi, Theophraſti patria. Præſtantiſſimo & candidiſſimo tritico nobilis fuit hæc civitas, cujus pollinem vel Mercurius ad Deos ferret, ſi quâ farinâ veſci cuperent. Archiſtratus in Gaſtrinomia:

Ἐν Λέσβῳ καλυῆς Ἐρέσσ θεοκύμονι μαστῷ
Λευκοτέρας χίονος θεοὶ εἰπεῖ' ἔδωσιν
Ἄλφιτ' ἐκέθεν οἷς Ἑρμῆς αὐτὸς ἀγοράζει.

Eâ ratione Ereſii ſtatuam Cereris Ἑρμάχης Delphis olim dicarunt.

Eretria, Euboeæ urbs clariſſima. Mela 1. Hom. Il. 2. Ab *Eretrio* Phaethontis filio dicta, quem ex Titanum numero fuiſſe tradunt. Steph. Eſt etiam Theſſaliæ urbs. Ptol. vulgò *Vatia*.

Eretum, op. Sabinorum non procul à Tyberi in colle ſitum, *Monte Rotondo* Volaterrano. Ejus meminit Virgil. Æn. 7.

Ereti manus omnis oliviferæque Mutuſcæ.

Dictum hoc op. ἀπὸ τῆς Ἥρας, à *Junone*, quæ ibi culta, Servius ſcribit. Et Solinus cap. 8. *Heretum à Græcis in honorem Heræ, ſic enim Græci Junonem vocant.* Strabo in Sabinis conſtituit: verba ejus Ἥρηιον τὸ Σαβίνης κώμιον. Nunc vicus parvus. Græci jam Ἔρηιον vocant. Vicum hunc celebrem eſſe figlinis jam alii ſcripſerunt, inde *Eretinas mentes* pro ſtupidis, quaſi argillaceas & cretaceas dictas Fulgentius obſervavit ex vetere ſcriptore, & ab illo Turneb. 10. 16. Verba antiqui ſcriptoris ſunt *Averruncaſſit Diva tam Eretinas hominum mentes.* Long. 36. 25. Lat. 40. 50.

Ergaſteria, vicus inſignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis, & quadraginta ſtadiis à Pergamo diſtans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno lib. 9. Simpl.

Ergavia, Vaſconum in Hiſp. Tarracon. urbs. *Tgualada* Marineo Siculo.

Ergavica, Hiſp. Tarracon. op. in tractu Vaſconum. Ptol. pop. *Ergavicenſes* Plinio. *Alcaniz* Moletio. *Santaver* Morali.

Ergetium, urbs Siciliæ Steph. Silio *Hergentum*. Diodoro autem ac Ptolemæo Σργήτιον, opidani *Ergetini*. Plinio 3. 8. Silii locus eſt lib. 14.

Hadranum, Hergentumque ſimul, telâque ſuperba
Lanigerâ Melitæ.———

Ericuſſa, una inſularum Æoliarum. Steph. *Alicur* Leandro. Item inſula parva maris Ionii apud Paxas, Corcyræ proxima. Plin.

Eridanus, Italiæ flu. in Veſulo monte naſcens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodiè notiore nomine *Padus* appellatur. Non longè à Venetiis diſtare innuit Propertius: Sic enim ille

Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Itemque Lucanus lib. 4.

Sic Venetus ſtagnante Pado, &c.

Fluviorum regem vocat Virgil. Georg. 1.

Proluit inſano contorquens vortice ſylvas
Fluviorum rex Eridanus. Sidon. Paneg. ad Avitum:

———*Tibi maxime fluctu*
Eridane.———

Nulli animum claritate inferior. Ita de eo Plin. 4. 16. Lucan. lib. 2.

Quoque magis nullum tellus ſe volvit in amnem
Eridanus, fractaſque evolvit in æquora ſylvas.

Diod. Sic. lib. 5. Τὸν νῦν καλούμενον Πάδον ποταμὸν, τὸ δὲ παλαιὸν Ἠριδανὸν προσαγορευόμενον. Appianus in Annibalicis: Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Ἠριδανὸν, τὸν νῦν Πάδον λεγόμενον. Polybius lib. 2. Ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος. Virgil. Georg. 4.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Κωκύτοου eum vocat Dionyſ. verſ. 289. Hoc fluvio merſum eſſe è curru Solari decidentem poetæ ferunt Phaethontem. Ovid. Met. 2.

Quem procul à patriâ diverſo maximus orbe
Excipit Eridanus.

Claudianus:

Et Phaethonteæ percuſſus damna ruinæ
Eridanus.

Nonnus Dionyſiac. lib. 38.

Ζεὺς ἠ πατὴρ Φαέθοντα καταπρήνιξε κεραυνῷ
Ὑγρόθεν αὐτομύλισσον ὑπὲρ ῥόον Ἠριδανοῖο,
Καὶ πολαμὸς πυείκαυ]ος ἀνήλυθεν ἐς πόλον ἄστρων
Ζλιὸς ἐπαυήσαν]ος, ὃν ἀστερόεν]ι ἠ κύκλῳ
Ἠριδανὸς πυρόεν]ος ἑλίσσετ᾽ ἀγκύλον ὕδωρ·
Γναλὰ δ᾽ ὠκυμόρσιο δεδεπότ]ος ἡνιοχῆ]ος
Ἐις φυτὸν ἔδ]ο ἄμ᾽ ἅρμα, ὀδυρομένων δ᾽ ὑπὸ δένδρων
Ἀφνῷ πεπίλοισι καλαζαλέσσιν ἐέρσω.

Vide *Phaethon*, & *Padus*. Item *Eridanus* cœleſte ſignum Arieti proximum. Cicero in Arateis:

Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum
Cœli, funeſtum magnis cum viribus amnem, &c.

Claudianus:

Stellifer Eridanus ſinuatis fluctibus errans
Clara Noti convexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite ſydereo ſubterluit Oriona.

Eridanus, *Rodaun*, amnis Polon. in Pruſſia Regia, ex lacu exoriens 25. m. p. ſupra Dantiſcum: ibi in Viſtulam cadit, & paulo poſt cum ipſo in mare Balticum labitur.

Erigonus, Ptol. *Erigon* Strab. *Viſtrizza* Sophiano, flu. Macedon. Oritur in Pæonia ſupra Deborum, deinde per Emathiam fluens, infra Ædeſſam in Axium cadit.

Erimum, ſeu *Erinum*, op. Brutiorum in Calabr. citer. med. inter Conſentiam & Beſidianum ad 10. m. p. diſtans.

Erineus, una ex quatuor urbibus Doridis in Achaiâ, ſub monte Parnaſſo. Cæteræ *Bolon*, *Cytinion* metropolis, & *Lilæa*.

Erineus, *Miranda*, amnis Siciliæ in valle Neætinâ, in mare Ionium ſe exonerans 12. mill. à Neæto in Bor.

Eris, flu. Brutiorum, apud Terinam op. in ſin. Terinæum labens.

Erno, *Lough Earne*, lac. Hiberniæ, in Ultoniâ prov. & Com. Fermanagenſi; qui ab antiquis *Erdinus* dict. fuit.

Ernodurum, urbs Gall. Celt. *Iſſoudun* quibuſdam in prov. Bituricenſi, quæ Latino recenti *Exelodunum* dicitur.

Ernolatia, op. Norici, ubi nunc vic. *Hall*, in Auſtria ſup. ad flu. *Screms*, 6. leuc. à Lentia in occ.

Erpachium, *Erpach*, caſtr. Germ. in Francon. in tractu *Othonis Sylva* dict. unde reg. adjacens Com. *Erpachienſis*, proprio parens Comiti, & ferè med. inter Rhenum, Mœnum, & Neccarum flu.

Erphordia, ſeu *Erfordia*, vulgò *Erfurdt*, urbs ampla & munita Germ. ad flu. *Jeram*, Academia illuſtris, antea ſui pene juris, jam v. ſubeſt Electori Moguntino, 3. leuc. ab Ulmaria in occ. uti 5. ab Jena, 3. à Gotha in ort, & 14. à Lipſia in occ.

Erpis, op. Africæ in regno Fezzano, in Errifis prov. *Mernisa* quibuſdam, *Macarmeda* Marmolio.

Errifis, prov. regni Fezzæ in Africa, verſus oram maris mediterranei, inter Hasbatam prov. ad occ. & Garetam in ort.

Erroris inſula, *Alboran* hodiè, inſ. Africæ, in orâ regni Fezzæ, ex adverſo prom. Trium Turcarum, à quo diſtat 4. leuc. in Bor.

Erubris, *Rober* Ortelio, flu. Gall. Belg. per Lotharingiam in Moſellam influens. Auſon Idyl. 20.

Te rapidus Gelbis, te clarus marmore Erubris.

Erymanthus, mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vaſtatorem Hercules domuit, vivumque ſuper humeros ad Euryſtheum retulit, quo conſpecto Euryſtheus in æreo vaſe ſe abſcondit. Stat. Theb. 4.

Monſtriferumq; Erymanthon, & æriſonum Stymphalon.
Denſa juga Erymanthi, apud Sen. in Herc. Fur.

Nigræ ſylvæ Erymanthi. Apud Hor. Carm. 1. Od. 21.
Ovid. Ep. 9.

Tegæus aper cupreſſifero Erymantho.

Hinc *Erymanthius* Cic. in Ver. *Asebant in labores Herculis non minus hunc humaniſſimum Verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere.* Inde *peſtis Erymanthia*, Silio lib. 3. i. e. Aper quem Hercules interemit. Hinc etiam *Erymanthis* Patronymicum, pro Arcadiâ. Ovid. Met. 2.

Nexilibuſque plagis ſylvas Erymanthidos ambit.

Etiam Calliſto Lycaonis filia quæ verſa fuit in urſam, dicebatur *Erymanthis*. Ovid. Triſt. 1. 3.

——Cuſtos Erymanthidos urſæ.

Denique *Erymantheus*. Val. Flac. 1. Argon.

Quique Erymantheï ſudantem pondere monſtri
Amphitryoniadem, &c.

Eſt & flu. hoc nomine in Alpheum defluens. Plin. Item urbs Arcadiæ Pauſan. de flu. Callim. Hymn. 1.

——Οὐδ᾽ Ἐρύμανθ]ος
Λευκότευ]ος πολαμῶν.——

Cujus fontes Pauſanias in Lampea monte ponit, qui ſacer Panos eſſe dicitur.

Erythea, vel *Erythia*, inſula inter Gades & Hiſpaniam, quam ſic deſcribit Plinius. *Ab eo latere, quo Hiſpaniam ſpectat* (Gadis inſula) *paſſibus fere centum; altera inſula eſt longa 3. m. p. m. lata, in quâ prius opidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro, & Philiſtide Erythia, à Timæo, & Sileno Aphrodiſias. Ab indigenis Junonis, Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur.* Acutè ut ſolet, corrigit Salmaſius, *Tyrii ab origines earum*, id eſt, conditores Gadium & Erythiæ. Ab origines enim Halicarnaſſeus exponit γενάρχας ἢ κτισ]ὰς τὰς. Phœnicia igitur fuit inſula, non Punica, quæ conditores habuit è Tyro, non è Carthagine, ut perperam Avienus:

——Hinc Erythia eſt inſula
Diffuſa glebam, & juris olim Punici;
Habuere primò quippe eam Carthaginis
Priſci coloni.——

De eàdem Stephanus in Ἀφροδισιὰς, quod nomen eſt, ad multa loca ambiguum: Τεῖτα, νῆσ]ος ἡ πρότερον Ἐρυθεία μετ᾽ αὐτὴν Ἰβηρίας, ἀφ᾽ Γαδείρων. Et Strabo. Ἐρυθείαν δέ τὴν Γαδειρὶς ἔνιοι λέγειν ὁ Φερεκύδης, &c. Ἄλλοι δὲ τὴν προσβεβλημένην τούτῃ τῇ πόλει νῆσον, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην. h. e. *Videtur Gadibus Erythiæ nomen tribuiſſe Pherecydes: Alii autem* hoc nomine intelligunt *inſulam urbi adſitam, unius ſtadii freto diviſam.* Ex his facilè colligitur quis Erythiæ fuerit ſitus, quæ hodiè nuſquam comparet. Fuit nempe media inter Gades & continentem, urbi, quæ ad occaſum erat inſulæ ita vicina, ut fretum interjectum unius ſolum eſſet ſtadii ut refert Strabo, vel centum paſſuum, ut Plinius. Hæc eſt illa Erythia apud poetas tam celebris in quâ regnaſſe volunt tricorporem illum Geryonem, cujus boves Hercules abegerit. Fabulæ princeps in Theogoniâ Heſiodus, poeta omnium qui extant, uno Homero excepto longe vetuſtiſſimus. Τειχέφαλον inquit Γηρυονῆα *tricipitem Geryonem* exarmavit Hercules

——Πειρίθυτον εἰν Ἐρυθείῃ
Ἤμαθι τῷ, ὅτε ῥα βοῦς ἠλασεν εὐρυμετώπους
Τίρυνθ᾽ εἰς ἱερὴν, διὰ εὰς πόρεν Ὀκεανοῖο.

Dionyſius de ſitu Orbis verſ. 558.

Ἦτοι μὲν ναίουσι βοόξουον ἀμφ᾽ Ἐρύθειαν,
Ἀτλαν]ος ἐκ χάλκεα δεδιότες Αἰθιοπῆες,
Μακροῖσιν ὑῆες ἀμύμονες, ὅτι ποθ᾽ ἵκοντο
Γηρυόν]ος μετὰ πόλεμον ἀλιόρε]ον.

Et in Poetarum gratiam Erythiæ boves fingit Marcianus Ægyptiis & Epiroticis non cedere. Verba ſic habent ex magni Salmaſii emendatione:

Εἶτ᾽ ἐχομένη ὀξὺ νῆσ]ος ἡ κεκλιμένη
Ἐρύθεια, μεγάθει μὲν βραχεῖα παντελῶς,
Βοῶν ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων,
Περσεμφερεῖς ταύρεγις τε τοῖς Αἰγυπτίοις,
Καὶ τοῖς κατ᾽ ἠπειρον ἔτι Θεσπρωτοῖς.

Propert. 4. 10.

Amphitryoniades qua tempeſtate juvencos
Egerat à ſtabulis, ô Erythea, tuis.

Ovidius Faſt. 1.

Ecce boves illuc Erytheidas applicat Heros,
Emenſus longi claviger orbis iter.

Idem Faſt. 5.

Victor abit, ſecumque boves Erytheida prædam
Abſtrahit.——

Et Eurip. in Herc. Fur. vocat Geryonem τὸ τεισώματον βοῦπῆρ᾽, Ἐρυθείας. Tamen in Iberiâ non regnavit Geryon, nec circa Gades, ſed Ambraciâ in Epiro. Ita pronunciat Arrianus poſt Hecatæum Hiſtoricum antiquiſſimum lib. 2. Ἀναβασ. *Geryonem*, ait, *adverſus quem Hercules Argivus ab Euryſtheo miſſus eſt, ut boves Geryonis abigeret, & Mycenas duceret,* οὐδὲν τι προσήκειν τῇ γῇ τῇ Ἰβηρῶν Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει. *Nihil ad Iberorum regionem pertinere dicit Hecatæus hiſtoricus, neque inſulam ullam Erythiam in Oceano ſitam miſſum fuiſſe: Sed continentis quæ circa Ambraciam & Amphilochum eſt, regem fuiſſe Geryonem, & ex illa continente Herculem boves abegiſſe.* Quod ipſum habet Euſt. in Dionyſ. Atque eodem pertinet, quod in Epiro boves prægrandes Λάρινοι *Larini* credebantur ex illorum eſſe genere, quos abegerat Hercules, & nomen habere à *bubulco Larino* Herculis abigeo. Hæc partim ex Athenæi lib. 9. partim ex Ariſtoph. Schol. in Aves, partim ex Suidâ

qu

qui veterem ſcriptorem citat Lycum Rheginum, Lycophronis parentem. Et ex Herodoto colligere eſt Græcorum neminem navigaſſe Tarteſſum ante Colæum Samium, qui vi ventorum ingruentium invitus eo abreptus eſt, illo ipſo anno quo Cyrenas condidit Battus, i. e. annis circiter 600 poſt Herculis Apotheoſin. Præterea in Erythiâ gramen erat ſiccius, quam ut bobus ſaginandis par eſſet. Itaque nullos boves in eâ memorat Strabo, ſed oves ſolum quæ mirum in modum pingueſcebant. Τῶν νεμομένων (inquit) αὐτόθι προβάτων τὸ γάλα οὐκ ἐθέλει ποιεῖν, τυροποιοῦσι δὲ πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν πότητα. Ἐν τειάκοντα δὲ ἡμέραις πυίζεται τὸ ζῶον, εἰ μή τις ἀποσπάζει τι τοῦ αἵματος· ξηρᾷ δὲ ὄντι οὐκ ἂν νέμοιτο βοσκήν, ἀλλὰ παίνῃ σφόδρα. *Ibi paſcentium ovium lac ſero caret, nec niſi aquâ multâ infuſâ in caſeum cogunt propter pinguedinem, ac trigeſimo die pecus ſuffocatur, niſi aliquid mittatur ſanguinis: nam quo paſcuntur gramine, licet ſicco, valdè pingueſcunt.* Hæc Strabo de ovibus in Erythiâ, dicturus etiam de bobus illis præpinguibus ſi qui fuiſſent, maxime cum ad Poetarum illuſtrationem hoc pertineat in quâ ubique multus eſt. Proinde Mela in Bæticâ natus non putavit prope Gades eſſe Geryonis Erythiam, ſed contra Luſitaniam in quâ eâdem ſententiâ etiam alios fuiſſe ex Plinio, & Solino conſtat. Ac mihi perſuaſiſſimum eſt (inquit Bochartus) Hiſpaniam & Gades Græco Herculi ne famâ quidem fuiſſe notas, & poetas ideo ſuum Herculem in Oceanum deduxiſſe, ne Phœnicio Herculi videretur inferior, quem ex longinquis itineribus non vulgarem ſibi gloriam comparaſſe noverant. Nomen ejus quod attinet, ab ovium frequentiâ Phœnices videntur *Erythiam* appellaſſe עשתרות *aſtaroth*, i. e. *ovium*, deinde etiam עשתורת *aſtoreth*, vel עשתרתא *aſtarta* propter alluſionem, tanquam ab *Aſtarte* deâ; quod ab iis redditum Ἀφροδίτης, ſeu *Veneris*, ab aliis Ἥρας νῆσος *Junonis inſula*: Quia Aſtarte modo pro Junone ſumitur. Et Græcorum antiquiſſimi, cùm quid eſſent *Aſtaroth*, vel *Aſtoreth* planè neſcirent, videntur divulſis vocibus inde feciſſe ἄσυ Ἐρύθης, quaſi ſic diceretur opidum in inſula Ἐρύθη. Nam Ἐρύθην pro Ἐρυθείαν occurrere docet Stephanus, quod dici putat κατὰ συναλοιφήν. Ut *Calliope*, *Penelope* pro Καλλιόπεια & Πηνελόπεια. Vide Voſſ. ad Melam, p. 250.

Erythrabolos, promont. Libyæ Steph. quaſi dicas, *glebam rubram.*

Erythræ, civitas Aſiæ non longè à Chio ex quâ Sibylla fuit, quam à patriâ *Erythræam* vocant. Vide Servium in illud Æn. 6. *Deiphobe Glauci.* Item Ioniæ op. maritimum. Ptol. quæ & *Cnopupolis*; aliâ etiam ejuſdem nominis in Libya; alia in Locride; quinta in Bœotiâ, & ſexta in Cypro quæ & *Paphos*, Steph.

Erythræum mare, pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad occidentem Arabico, ad ortum Perſico ſinu terminata. Ratio nominis variè traditur à ſcriptoribus. Proxime tamen ad veritatem videntur acceſſiſſe, qui ab *Erythrâ* rege, Perſei & Andromedes fil. dictam putant, cui etiam opinioni ſubſcribit Arrianus Geſtorum Alexandri lib. 8. Reliquas opiniones lector poterit videre apud Strab. lib. 16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum *Mare rubrum.* Nam cum audirent à Græcis *Erythræum* vocari, exiſtimantes à *rubedine aquarum* ita dictum, ipſi quoque *mare rubrum* appellarunt. Vide Euſt. in Dionyſ. Agatharchidem, Fullerum in Miſcellaneis, ac præſertim Mart. Lipenium de Navig. Salomonis cap. 4. Sect. 1. de gemmis. Vide Boethium, pag. 114. Item *Erythræum*, Cretæ promontorium. Ptol. *Cabo Roſſo* Pineto.

Erythron, Cyrenaicorum locus in Pentapoleos regione Africæ. Ptol. *Furcelli*, teſte Marmolio.

Eryx, mons Siciliæ, in orâ boreali, & occid. apud Drepanum urbem, ab eâ 2. m. p. diſtans introrſum. Ovid. Faſt. 4.

——*Zephyro ſemper apertus Eryx.*

Erat autem mons altiſſimus & ſolo Ætnâ minor. Polyb. lib. 1. Μεγέθει δὲ ὄρους πολὺ διαφέρει τῶν κατὰ Σικελίαν ὀρῶν, πλὴν τοῦ Αἴτνης. Solinus, *Eminet Sicilia montibus Ætnâ, & Eryce.* Diod. lib. 4. aſcenſum ad Erycem tradit eſſe triginta ſtadiorum: Τῆς ἀναβάσεως ἔστι σταδίων λ. Inde Poeta lib. 12. Æn.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Et Æn. 5.

At procul excelſo miratus vertice montis.

De *Eryce* loquitur Theocr. Idil. 15.

Ἀκρᾶνά τ' Ἔρυκα.——

Ovid. Am. 2.

Colle ſub umbroſo quæ tenet altus Eryx.

Et Sil. lib. 14.

——*Nec non altus Eryx.*

Lucanus lib. 2.

Ut maris Ægæi medias ſi celſus in undas
Depellatur Eryx.

In ſummo vertice hujus montis templum fuit Veneris Erycinæ. Polyb. lib. 1. Τέτυ δ' ἐπ' αὐτῆς τῆς κορυφῆς, ἔστις ὀκτωκαίδεκα κέκτηται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερὸν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ περιουσίᾳ πᾶσι κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. Mela. *Montium* (Siciliæ) *Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Æneâ conditum.* Virg. Æn. 5.

Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Hinc *Erycina* Veneris epitheton. Hor. Car. 1. Od. 2.

——*Sive tu mavis Erycina ridens.*

Hinc *templa Erycina.* Stat. 1. Silv. 2.

Non ſecus alma Venus quam ſi Paphon æquore ab alto,
Idaliaſque domos Erycinaque templa ſubiret.

Hanc impensè coluiſſe Pœnos teſtatur Diodorus lib. 4. Καρχηδόνιοι μέρος τῆς Σικελίας κεκράτηκότες, ἐκ πλείστων τιμῶντες τὴν θεὸν διαφερόντως. Nempe Venus eſt Phœnicum Aſtarte, cujus cultum ab illis Græci edidicerant. Notum enim eſt ex Pauſaniâ nullum in Græciâ fuiſſe Veneris templum antiquius templo Cythereæ Veneris, quod in Cytheris Phœnices condiderant; proinde etiam ædes Erycinæ Veneris videtur eoſdem habuiſſe conditores, quicquid Græci de Æneâ ac Trojanis garriant, aut verò de Dædalo, quem ferunt ſaxum Erycis antea confragoſum complanaſſe, muro per præcipitia ducto ut latior eſſet area. Vide Diodor. lib. 4. & Pomp. Sabinum in lib. Æn. 5. Sed & in Erycis vertice fuit urbs ejuſdem cum monte nominis, de quâ Polyb. ubi ſupra. Ἡ δὲ πόλις ἐστὶν αὐτὴν τῆς κορυφῆς τετακται, πάνυ μικρὸν ἔχουσα καὶ περισπᾶται παντάχοθεν τῆς ἀναβάσεως. Fuit etiam *Eryces* fluvius, miſcens ex *Eryce* monte & urbe, de quâ Callias apud Macrob. 5. 18 Ἡ δὲ Ἐρύκη τῆς μὲν Γελώας ὄσον ἐννενήκοντα σταδίοις διέστηκεν. Ἐπικῶς δὲ χέρρος ὁδὸν τὸ τῆς ὄρους, καὶ τὸ παλαιὸν γεγενημένη πόλις, ὑφ' ἣν καὶ τοῦ Δέλτας κεκλιμένης εἰς συμβέβηκε. *Eryce à Gelenſium finibus* 90 *circiter ſtadia diſtat. Valdè autem deſerta, atque inculta ſunt cùm mons, tùm quod in eo quondam fuit Siculorum opidum, ſub quo & Delli ſiti ſunt.* Mons hodiè vocatur *Catalfano, ubi* (inquit Fazellus) *ingentis urbis vetuſtæ, dirutæ, ac magnæ quoque arcis miræ, ſpectantur ex quadratis lapidibus ruinæ.* Hæ ſunt ruinæ opidi Eryces, cui, ſi Stephano credimus in voce Ἀκεσᾶς, nomen dedit amnis *Eryces.* Sed utrique nomen à monte, qui Punicè dictus eſt חרוכם *Harucas* vel חרכם *Hareces* & Græcè Ἐρύκης vel Ἔρυξ, ut mons prior prope Drepanum, hic enim de quo jam agimus, non longe aberat à Palicis.

Erzerum, urbs & regio Aſiæ minoris, ſub dominio Turcarum. An *Cæſarea Cappadociæ?*

Eſar, vel *Eſer*, flu. Meroes inf. Æthiop. ſub Ægypto. Ptol.

Eſcamus, *Iſchar*, flu. Myſiæ ſuper. in Iſtrum per Bulgariam influens.

Eſco, *Sconga*, op. Vindeliciæ ad Lichum flu. 24. m. p. à Campoduno, nunc in Bavariâ, 9. leuc. ab Auguſta in auſt. & tot. à Monachio in Afr.

Eſcua, ſeu potius *Oſca*, op. alias Hiſp. Tar. in Baſtitanis, in confin. Bæticæ, nunc *Hueſca*, in regn. Granatenſi, in confin. Caſtellæ Novæ & Murciæ, inter Baſtim in Afr. & Carcam, ſeu Caravacam in Cæc. Long. 18. 20. Lat. 38. 05.

Eſcuriale, ſeu *Eſcuriacum*, *the Eſcurial*, vicus Hiſpan. in Caſtella Novâ, 7. leuc. à Madrito, ubi Philippus 2. Hiſp. Rex magnificentiſſimum Monaſterium erexit (cum inſigni Eccleſiâ S. Laurentio ſacra) in quo nihil ad divitias, ad ſplendorem, & ad ornamentum deeſt. Ibi etiam ineſt Regum Hiſp. recentiorum Mauſoleum in ſumptuoſâ Capellâ Pantheon dict. ita ut ædificium illud ab Hiſpanis 8. orbis miraculum dict.

Eskia, *Eskedale*, reg. Scotiæ in confin. Angliæ à flu. *Eska* ſic dict. prope Cumbriam, inter Anandiam ad occ. & Liddeſdaliam ad ort.

Eſlinga, *Eſling*, urbs Germ. imper. & libera, ad Neccarum flu. in Duc. Wirtimburgenſi, 1. leuc. à Stutgardiâ in ort.

Eſquiliæ, & *Eſquilinus mons*, hodie *M. di S. Maria Maggiore*, teſte Marliano, unus ex ſeptem urbis Romæ collibus. Ovid. Faſt. 6.

Ipſe ſub Eſquiliis, ubi erat ſua regia, cæſus.

Horatius:

Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus.

Eſquilina porta, una ex portis urb. Romæ, quæ & *Prænestina*, quia ab urbe Præneſte uſque deducit; vulgo *Porto di S. Lorenzo*, teſte Fulvio. Hodie v. clauſa eſt, ſi Famiano Nardino credamus; eratque inter Portam S. Laurentii, & Portam majorem in Eſquiliis.

Eſtotilandia, reg. Americæ ſept. perampla verſus terras Arcticas, & fretum Hudſonium, ad Bor. Novæ Franciæ. Dicitur alias *Terra Laboratoris*, ſeu *Nova Britannia* ab Anglis; eſtque tantum detecta verſus oram litor.

Eſuris, *Xeres* Reſendio, pag. Hiſp. Luſitan. in Bæticæ confin. ad oſt. Anæ flu. à Balsâ urbe, 4. leuc. in ort. Al. eſt *Taro*, urbs Hiſp. in Algarbia, prope Cuneum promont. 9. leuc. ab oſt. Anæ diſtans.

Eteonos, op. Bœotiæ ad oft. Aſopi flu. quod & *Scarphiam*, uti & hodie nominatur. Statius lib. 7. Theb.

Qui Scolon, denſamque jugis Eteonon iniquis, &c.

Etocetum, Angl. op. Anton. Uttokceſter nonnullis. Camdeno autem locus eſt juxta Lichfieldiam, quem *The Wall* vulgariter vocant, à mœnium reliquiis ibi repertis.

Evarchus, Scythiæ flu. Val. Flac. lib. 6.

Quoſque Tarax niveúmque ferax Evarchus olorum.

Eubœa, max. Ægæi maris inſ. inter Sunium Atticæ promont. & Theſſaliam in longit. extenſa, & à Bœotiâ Euripo admodum auguſto dirempta; olim *Macris*, & *Abantis*, *Chalcis*, & *Aſopis* dicebatur, uti tradit Plin. *Oche* etiam & *Ellopia*, quondam vocabatur, Strabone teſte. Ælian. 9. An. 12. 36. prodit eam à Poetis ἀεργιδόεσσαν appellari; hodie *Negroponte* dicitur. Incolæ ejus, ubique *Abantes*, & nuſquam *Euboicenſes* nominantur ab Homero. Hinc tamen *Euboicus*. Virg. Æn. 9.

Qualis in Euboico Bajarum littore quondam
Saxea pila cadit.———

Ovid. Triſt.

Quicunque Argolicâ de claſſe Capharea fugit
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

Euboicum mare, à Plauto *Perſicum portum* vocari tradit Feſtus, quòd in eo claſſis Perſarum fuiſſe dicitur. *Euboicum ſinum* vocat Livius. Fuit a.hæc inſ. & magna & fertilis; utrumq; elogium in Herodoto eſt, Muſa 5. Εὐβοίη νῆσος μεγάλη, καὶ εὐδαίμων.

Eubonia. Vide *Monæda*.

Eucarpia, urbs Phrygiæ M. ad Hermum flu. verſus confin. Lydiæ, 50. m. p. à Synnadâ in occ. 30. autem à Docimæo in auſt. Long. 60. 00. Lat. 46. 00.

Eudoſes, pop. Germ. ubi nunc pars Pomeraniæ citer. & urbes Sundis & Bardum.

Evenus, flu. Ætoliæ, in Callidromo M. naſcens, & juxta Calydonem in mare Ionium ſe exonerans. *Fidaris* Nigro. Heſychius: Εὔηνος, πλαμὸς Αἰτωλίας. Ovid. Met. 9.

Namque nova repetens patrios cum conjuge muros
Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas,
Uberior ſolito nimbis hyemalibus auctus
Vorticibuſque frequens, erat atque impervius amnis.

Seneca in Herc. Oetæo:

———*Fonte per campos vagus*
Evenus altum gurgitem in pontum ferens,
Jam pene ſummis turbidus ripis erat.

Sophocles βαθύῤῥουν πλαμὼν vocat. Vibius Sequ. *Evenus Calydoniæ, ubi Hercules ſagittis Neſſum Centaurum interfecit.*

Euganei, pop. ad intimum maris Adriatici ſinum, Alpes verſus, qui deinde à Trojanis, & Henetis, qui Antenore duce, in eam Italiæ partem venerunt, ſedibus ſuis pulſi, Alpes Graias tenuerunt. Dicti autem ſunt *Euganei* ἀπὸ τῆ εὐγενείας, h. e. *à generis nobilitate*, ut quidam volunt. Plin. 5. 20. Silius lib. 8.

Tum Trojana manus tellure antiquitus orti
Euganeâ, profugique ſacris Antenoris oris.

Sidon. Apollinaris, in Carm. 2. de Livii Patavini hiſtoriis loquens:

———*Vel quicquid in ævum*
Mittunt Euganeis Patavina volumina chartis.

Mart. 4. 25.

Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupſit ad Euganeos ſola puella lacus.

Silius iterum lib. 12. de Pediano.

———*Antenoreâ ſeſe de ſtirpe ferebat,*
Haud levior generis fama, ſacroque Timavo
Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, Venetæque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, ſeu bella cieret,
Seu muſas placidus doctæque ſilentia vitæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non ullum dixere parem. Lucan. lib. 7.
Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
Atque Antenoris deſpergitur unda Timavi.

Juvenal. Sat. 8.

———*Euganeâ quantumvis mollior agnâ.*

Hodiè eorum regio *Marca Treviſana* dicitur. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 1. cap. 15.

Eugubium, *Gubio*, urbs Italiæ, in Duc. Urbinate, in ditione Pontificia, ad rad. Apennini M. prope fontes Chiaſcli flu. 15. mill. diſtat à Peruſiâ, & paulo minus ab Aſſiſio in Bor. eſtque in confin. Marchiæ Anconitanæ.

Eulæus, *Tiritiri*, teſte Ortelio, flu. Suſianæ, Suſam urb. regiam præterfluens, ac ex Mediæ montibus oriens, per Suſianam reg. quam ab Elymaide dividit, in ſin. Perſicum defertur. *Ulai* apud Danielem.

Euonium, caſtellum firmiſſimum in litore Scotiæ Occid. *Dunſtaphag* hodiè Hectori Boetio. Long. 14. 00. Lat. 57. 34.

Euonymos, inſula parva ex Æoliis. Plin. 5. 19. Ita dicta, quòd è Liparâ in Siciliam navigantibus ſiniſtra offeratur, nam εὐώνυμα Græci κατ' ἐυφημισμὸν vocant *ſiniſtra*, author Strab. lib. 6. *Stromboli* Nigro, *Vulcanetto* Ferrario.

Eupatoria, urbs Paphlagoniæ, & Mithridatis regia, ab eo condita, poſteà eo victo à Pompeio Magno *Pompeiopolis* dicta, teſte Plinio.

Euphrates, Meſopotamiæ fluvius celeberrimus. Magnitudinem ejus innuit Callimachus Hymn 2.

Ἀσυρίη πολαμοῖο μέγας ῥόος.———

Itemque Dionyſius:

Φαίνετ' ἀπειρεσίη πολαμῶ ῥόος Εὐφήταο.

Major ſiquidem eſt Tigride, ſicut refert Strabo lib. 2. Ἔστ δ' μείζων ὁ Εὐφράτης καὶ πλείῳ δεξέσι χώρην σκολιῷ τῷ ῥείθρῳ. Inde *vagus Euphrates* Statio Sylv. 2. & *flexuoſus* Marc. Capellæ dicitur. De eodem Lucanus lib. 3.

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, &c.———

Sic appellatur in lib. Joſ. 1. 4. הנהר הגדול נהר פרת ubi Sept. Ἕως τῆ πολαμῆ τῆ μεγάλης πολαμῆ Εὐφράτης. Similiter in Apocalypſi 9. 14. Ἐπὶ τῷ πολαμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. Ob fertilitatem eum celebrat M. Tullius de N. D. 2. *Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi novos agros invehit.* Itemque Lucanus lib. 3.

———*Sparſus in agros*
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur undæ.

Strabo lib. 16. Πλημμυρεῖ γδ ὁ Εὐφράτης χθ' ἡ μεγὰν τῆ Νείλυ, ἀπὸ τῆ ἔαρ ἀρξάμενος. Plinius de Euphrate: *Increſcit autem & ipſe Nili modo ſtatis diebus, paulum differens, ac Meſopotamiam inundat Sole obtinente viceſimam partem Cancri. Minui incipit in Virgine & Leone tranſgreſſo. In totum vero remeat in vigeſimâ novâ parte Virginis.* Originem nominis ſui haud dubiè debet linguæ Arabum, quibus *Pharata inundare* denotat, unde *Iphraton inundatio*, ex quo poſtea corruptè *Euphraten* ſuum Græci finxerunt. Alii dictum volunt ab eo quod legitur, Gen. 11. 14. הוא פרת *Hu perath*, unde Εὐφράτης. Utrumque verum. Græci enim ſuo more ludunt, dum ἀπὸ τῆ εὐφραίνειν petant. Vide Boch. Phaleg. 1. cap. 8. pag. 38. & 39. Strabo ex Niphate Armeniæ monte naſci tradit. Si Boetio credimus:

Tigris & Euphrates uno ſe fonte reſolvunt.

Lucan. lib. 3.

———*Quos non diverſis fontibus edit*
Perſis, & incertum, tellus ſi miſceat amnes.

Non diverſis, i. e. non procul diſtantibus, ſic enim alii hunc locum accipiunt. Neque enim uno fonte hi fluvii oriuntur, ſed parvo tamen ſpatio diſtantibus, Διέχουσι γδ ἀλλήλων αἱ πηγαὶ τῆ τ' Εὐφράτε καὶ τῆ Τίγρεως ὅσον δισχιλίους καὶ πενταχοσίους σαδίους, teſte Strab. lib. 11.

Oppian. Κυνηγ. δ'.

Αὐσὰρ ἐυῤῥείταο παρ' ὄχθας Εὐφήταο.

Orpheus in Lithiacis:

———Συεσηνέος χειλαδεσσῆ
Ὕδασιν Εὐφρήταο.———

Heſychius: Εὐφράτης πολαμὸς ἐν τοῖς Ἰουδαίοις ἐδιχεῖλ, καὶ ἰχθῦς. Ubi omnino falſus eſt. Tigrim enim ſic vocabant, non Euphratem Hebræi; quem adhuc Orientales *Degel* vocant, uti teſtatur Palmerius.

Euphrateſia, reg. Syriæ ad citeriorem Euphratis ripam, quæ & *Commagene* dicitur.

Eupilis, lacus Ciſalpinæ Galliæ, in quem progreditur Lambrus, in Padum defluens. *Lago di Puſſiano* Leandro.

Euplœa, inſ. Tyrrheni maris, juxta Neapolin. Stat. Syl. 3.

Et placidus Limon, numenque Euplœa carinis.

Idem Sylv. 2. Car. 2.

Inde vagis omen felix Euplœa carinis. *Gaiola* vulgò.

Eura, *Auron*, flu. Gall. Celt. per Bituriges fluens, & in Ligerim labens.

Euria, ſeu *Evoria*, Ptol. urb. Epiri mediter. olim Epiſc. nunc pag. vulgo *S. Donato* dictus.

Euripus, *Euripi* propriè dicuntur alvei magnifico opere, aquas in morem fluviorum deducentes, unde Heſychius interpretatur δοχὰς ὑδάτων. Differunt à *nilis*, quod hi majuſculi eſſent, *Euripi* exiliores. Sic *Nili* voce utitur Tullius Epiſt. ad Qu. fratrem. *De arcano Cæſaris opus eſt: vel mehercule etiam elegantioris alicujus: imagines enim iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & Nilus multorum philotimorum eſt, non diphilorum.* Nilum autem & Euripum eâ quâ diximus ſignificatione, conjungit idem principio ſecundi de Legg. *Ductus vero aquarum, quos iſti Nilos & Euripos vocant, quis non cum hæc videat, non irriſerit? Euripos* quoque vocabant lacunas aquarum inertium in Circo, vel Arenâ. De iis ſic Plin. lib. 8. cap. 7. *Univerſi* (elephanti) *eruptionem tentavere, non ſine vexatione populi, circundati clathris ferreis. Quâ de cauſâ Cæſar Dictator, poſtea ſimile ſpectaculum editurus, Euripis arenam*

nam circumdedit. Auctor eſt Spartianus Heliogabalum *Euripis* vino plenis navales Circenſes exhibuiſſe. Dicti autem *Euripi*, à Græco Εὔριπος ſignificante *fretum.* Nam Suidas exponit πέλαγος στενὸν, ac τόπος ὑδατώδης μέλαξυ δύο γαιῶν. Variis verò fretis hanc vocem tribuunt Græci, Latinique ſcriptores, maximè tamen nobilis *Euripus*, inter Eubœam, & Bœotiam, qui *Chalcidicus*, & *Euboicus*, & ſimpliciter *Euripus* dicitur. Is, ut Pomp. Mela 2. 7. auctor eſt, *ſepties die, ac ſepties nocte, fluctibus invicem verſis, adeo immodicè fluit, ut ventos etiam, ac plenis velis navigia fruſtretur.* Seneca in Herc. Oetæo :

Euripus undas flectit inſtabilis vagas,
Septemque curſus flectit : & totidem refert
Dum laſſum Titan mergit Oceano jubar.

Ubi ſepties tantum viginti quatuor horarum ſpatio reciprocare ſcribit. Idem tradunt Strabo, Plinius, Etymologus, aliique. Imò Antiphilus Byzantius lib. 1. Anthol. ſexies ſolum curſum mutare ait. Livius denique lib. 38. ſic ſcribit, *Fretum ipſum Euripi, non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat, ſed temerè in modum venti, nunc huc, nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur.* Claudianus :

——— *Euripi refluens incertius undis.*

Qui Statii illa cogitabat,

——— *Reſluumque meatu*
Euripum. ———

Hinc caſtigandus idem Statius Sylv. lib. 1. de Euripo :

——— *Sic Chalcida fluctus*
Diſpeſcunt reflui, ſic diſſociata profundo
Brutia Sicanium circumſpicit ora Pelorum.

Ubi perperam nunc ſcribitur *Expellunt fluvii.* Sen. in Hercule Inſano :

——— *Vicibus alternis fugax*
Euripus. ———

Exæſtuantem Euripum dixit Boëtius de Conſol. Phil. lib. 2. Met. 1.

Europa, tertia pars orbis, ab Aſiâ in occid. & ab Africâ in ſept. recedens ; Ab illâ Tanai fluvio, Euxino mari, & Ægæo pelago diviſa ; Ab hàc mari mediterraneo, Africo, Sardoo, & Iberico. Populi *Europæi*, qui *Giavor* à Turcis, *Alfrangues* ab Æthiopibus nominantur. Videtur Phœnicibus debere nomen ſuum ; de quà re fatetur Herodotus Musà quartà, neque ſcire ὁκόθεν τὸ ὄνομα ἔλαβε τοῦτο, ὅτε δῆτα ἦ ὁ ἴδιος. Nempe neſciebat à Pœnis *Europam* dici אֵרֶב אֵמוּר *Ur-appa*, quaſi terram λευκοπρόσωπον dixeris, qui Europæi Africanos candore faciei multum ſuperant. Unde & *Europa* dicta eſt Cadmi ſoror, quaſi albâ facie virgo. Bochartus. Ejus laudes apud Strab. videre licet, qui eam libro 3. & 7. ſequ. elegantiſſimè deſcribit. Dixi *tertia pars orbis* : quia loquendum cum vulgo. Nam plurimi veterum duas tantum partes orbis antiqui accipiendas tradunt, Aſiam ſc. & Europam ; Africam v. cenſent Europæ finibus deputandam. Iſocrates in Panegyrico : Τῆς μὲ γὰρ ἀπάσης ἡ ἥμισυ τῷ κοσμῷ κεκόμηκε δίχα τελευτώσης, καὶ ἡ μὲ Ἀσίας, ἡ δ' Εὐρώπης καλουμένης, ἡ μισεῖν ἐν ὀλίγοις εἴληφεν. Salluſtius in Jugurtha : *In diviſione orbis terræ plerique in parte Tertia Africam poſuêre* ; pauci tantummodo etiam *& Europam eſſe, ſed Africam in Europâ.* Plin. 3. 1. ubi de Europâ : *quam*, inquit, *plerique merito, non tertiam portionem fecere, verum æquam.*

Europæ regiones ordine Alphabetico.

Achaia, quæ Hellas & Græcia.
Albion, h. e. Britannia, { I. Anglia, Wallia. II. Scotia.
Cimbrica Cherſoneſus.
Corſica.
Creta.
Dacia.
Dalmatia.
Dania.
Epirus.
Eulica.
Friſia.
Gallia { Aquitanica. Belgica. Celtica, ſeu Lugdunenſis. Ciſpadana. Narbonenſis. Tranſpadana.
Germania { magna. ſuperior. inferior.
Helvetia.
Hibernia.
Hiſpania { citerior ulterior, ſeu Tarraconenſis. Bætica. Luſitanica.
Illyricum.
Jazyges.
Italia.
Liburnia.
Macedonia.
Myſia, ſeu Mœſia { ſuperior. inferior.
Noricum.
Pannonia { ſuperior. inferior.
Peloponneſus.
Rhætia { I. II.
Sarmatia Europæa.
Scandinavia.
Scythia Europæa.
Thracia.
Thyle.

Quarum pluſculas enumerat, Manil. lib. 4. Aſtron.

Quod ſupereſt Europa tenet, quæ prima natantem
Fluctibus excepitque Jovem, Tauumque reſolvit,
Ille puellari donavit nomine fluctus,
Et monumenta ſui titulo ſacravit amoris.
Princeps illa domus Trojani Græcia belli,
Maxima terra viris, & fœcundiſſima doctis
Urbibus, in regnum florentes oris Athenæ,
Sparta manu, Thebæ divis, & rege vel uno
Theſſalia, Epiruſque potens, vicinaque ripis
Illyris, & Tirece Martem ſortita Colonum
Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus :
Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli,
Italia in ſumma, quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cæloque adjungitur ipſa.

Europæ Urbes præcipuæ.

Adrianopolis, *Adrianople*, & Endrem in Turcicâ ditione.
Amſtelodamum, *Amſterdam*, Hollandiæ.
Antverpia, *Antwerp*, *Anvers*, Brabantiæ.
Argentoratum, *Straſbourg*, Germaniæ.
Auguſta Vindelicorum, *Augsburg*, Germaniæ.
Barcino, *Barcelone*, Hiſpaniæ.
Belgradum, *Belgrade*, Hungariæ.
Berga, *Bergen*, Norvegiæ.
Bononia, *Bologna*, Italiæ.
Briſtolium, *Briſtol*, Angliæ.
Bruxellæ, *Bruſſels*, Brabantiæ.
Buda, *Bude* & *Offen*, Hungariæ.
Burdigala, *Bourdeaux*, Galliæ.
Calaris, *Cagliari*, Sardiniæ.
Cæſaraugusta, *Caragoſa*, Hiſpaniæ.
Colonia Agrippina, *Cologne*, Germaniæ.
Conſtantinopolis, *Stambol*, in Turcicâ ditione.
Cracovia, *Cracow*, Poloniæ.
Dublinium, *Dublin*, Hiberniæ.
Edinburgum, *Edinborough*, Scotiæ.
Florentia, *Fiorenza*, Italiæ.
Gedanum, *Dantzig*, Poloniæ.
Genua, *Genoa* & *Genes*, Italiæ.
Hafnia, *Copenhagen*, Daniæ.
Hamburgum, *Hamburgh*, Germaniæ.
Hiſpalis, *Sevilla*, Hiſpaniæ.
Holmium, *Stockholm*, Sueciæ.
Londinum, *London*, Angliæ.
Lubeca, *Lubeck*, Germaniæ.
Lugdunum, *Lyons*, Galliæ.
Lutetia, *Paris*, Galliæ.
Madritum, *Madrid*, Hiſpaniæ.
Maſſilia, *Marſeilles*, Galliæ.
Mediolanum, *Millain*, Italiæ.
Meſſana, *Meſſina*, Siciliæ.
Moſcovia, *Moſcow*, Moſcoviæ.
Neapolis, *Naples*, *Napoli*, Italiæ.
Norimberga, *Nuremberg*, Germaniæ.
Novogardia magna, *Novogrod Veliki*, Moſcoviæ.
Olyſippo, *Lisboa* & *Lisbon*, Portugalliæ.
Panormus, *Palermo*, Siciliæ.
Praga, *Prague*, Bohemiæ.
Riga, *Riig* & *Rige*, Livoniæ.
Roma, *Roma*, Italiæ.
Rothomagus, *Roan*, *Roüen*, Galliæ.
Sophia, *Sophie*, Bulgariæ.
Taurinum, *Turin*, *Torino*, Italiæ.
Theſſalonica, *Salonichi*, Turcicæ ditionis.
Toletum, *Toledo*, Hiſpaniæ.
Toloſa, *Thoulouſe*, Galliæ.
Varſovia, *Warſaw*, Poloniæ.
Vienna, *Wien*, & *Vienne*, Auſtriæ in Germ.
Venetiæ, *Venice*, Italiæ.
Vilna, *Vilna*, Poloniæ.
Vratiſlavia, *Breſlaw*, Germaniæ.

Europum, *Europus*, Ptol. urbs Syriæ ad Euphratem, quæ & *Amphipolis*, & *Thapſacum*, teſte Plinio, dicta fuit. Fuit & op. Macedoniæ ad Axium flu. Item urbs Mediæ præclara, *Rhages* in lib. Tobiæ appellata, vulgò *Caſſan*, teſte Caſtaldo. Alia denique Cretæ. Steph.

Eurotas, fluvius Laconiæ, Spartam præterlabens. *Ripas habens frequentibus lauris conſitas* ; uti loquitur Livius de bello Macedonico. Unde Virgil. Eclog. 6.

Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas, juſſitque ediſcere laurus.

Olivis

Olivis etiam abundare innuit Papinius, Theb. 4.

Taygetique Phalanx, & olyviferi Eurotæ.

Et myrtis Catullus :

Quales Eurotæ progignunt flumina myrtos.

Frigiditatem ei tribuit Ovid.

Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

Aſperitatem Statius, Theb. 1.

Audiit & medius cœli Parnaſſius, & aſper
Eurotas.———

Fœcunditatem Coluthus Thebanus :

Μηδ' ἱερῶν γονέων ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθρων.

Fuit hoc flumen Dianæ gratiſſimum. Unde Virg. Æn. 1.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Dianæ choros.

Juxta flumen hoc ſeſe exercere ſolebant Dioſcuri. Propertius 3. 14.

Qualis & Eurotæ Pollux & Caſtor arenis, &c.

Nec non ſoror eorum Helena, (iſte enim virginibus Lacænis mos.) Idem Prop. ibid.

Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuiſſe Deos.

Papinius Silv. lib. 4.

Qualis maternis Helene jam digna palæſtris
Inter Amyclæos reptabat candida fratres.

Unde abhinc rapta fertur. Ovid. Amor. 1. 10.

Qualis ab Eurotâ Phrygiis avecta carinis
Conjugibus belli cauſa duobus erat.

Denique Chorus virginum Spartanarum ita canit apud Theocrit. in Helenæ Epithalamio :

Ἄμμες γὰρ πᾶσαι συνομάλικες, ἧς δεμόθ' αὗτὸς
Χειμαίνας ἀνδρειὸ παρ' Εὐρώτᾳο λοέσῃς.

Eurotas, Theſſaliæ flu. quem Peneus accipit, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem brevi ſpatio portatum abdicat. Plin. 4. 8.

Euryalus, Belvedere, loc. Siciliæ amœnus, apud Syracuſas.

Euryampus, urbs Magneſiæ. Steph.

Euryanaſſa, inſ. maris Ægæi, ex reg. Ioniæ, non procul ab Arginuſâ. Plin. 5. 31.

Eurymedon, Pamphyliæ flu. qui ex Tauri jugis ortus mediam Pamphyliam ſecat. Mela. Juxta hunc flu. Athenienſes, Cimone duce, Medos profligarunt. Thucyd. lib. 1. Ejus mem. Dionyſius.

Ἀασενδὸν πολεμόῦο παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος.

Plin. 5. 27. *Amnis Eurymedon juxta Aſpendum fluens.* Unde corrigendus Ptolemæus, & qui ejus tabulas conjecerunt, qui Aſpendum ad Catarracten flu. longe ab Eurymedonte ſtatuunt. Eſt etiam locus juxta Tarſum. Steph.

Eurytanes, pop. Italiæ. Steph. vel potius Ætoliæ, ut emendat Caſaubonus ex Strab. lib. 10. Αἰολικοὶ pro Ἰτυλικοὶ.

Euſebia, urbs Cappadociæ, *Cæſarea* poſtea dicta.

Euſemata, Armen. min. urbs. Ptol.

Eutæa, urbs Arcadiæ. Steph.

Eutane, op. Cariæ ad ſin. Ceramicum.

Eutaſum, Arcadiæ urbs. Pauſan.

Euthene, urbs Aſiæ. Steph.

Eutreſis, pagus inter Theſpias & Plateas, quem Zethis & Amphion muris cinxerunt. Dictus quod multis viis, ſeu vicis prius uſus, & quaſi *perforatus* fuerit. Hinc Apollo *Eutreſites*, cujus templum ibi, & oraculum celeberrimum fuit. Steph.

Eutropium, locus Bithyniæ, apud Chalcedonem, ubi Mauricius Imperator à Phocâ occiſus eſt. Procop.

Euxinus Pontus, ſinus maris latiſſimus, Thracio & Cimmerio Boſporis interceptus, *Axenus* dictus, h. e. *inhoſpitalis*, propter immanitatem eorum, qui ejus maris litora incolebant : ibi enim hoſpites immolare ſolebant, & carnibus pereſis, ex calvis eorum ſibi pocula conficere. Strabo lib. 7. Poſtea vero cum in locis maritimis Iones aliquot opida condidiſſent, cohibito Scytharum aſſueto latrocinio, receptoque Græcorum commercio, pro *Axeno Euxinus*, h. e. *hoſpitalis* appellatus eſt. Ovid. Triſt. 3. 13.

Dum me terrarum pars pænè noviſſima mundi
Euxinus falſo nomine dictus habet.

Idem 4. 4.

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Et lib. 5. Eleg. 2.

Quem tenet Euxini mendax cognomine littus
Et Scythici verè terra ſiniſtra freti.

Manil. lib. 4.

Euxinus Scythicos Pontus ſinuatus in arcus.

Strab. de 2. promontoriis hujus maris : Ἐκάλεσαν δέ τινες τὸ ἑῷον τὸ μεταξὺ ἐντελαμένου Σκυθικοῦ τόξου, καὶ μὴ νενευκὸς ὁμοιοῦνται τοῖς δεξιοῖς καλαμένοις μέσοις τοῦ Πόντου. Val. Flac. lib. 4.

Atque hæc Europam curvis anfractibus urget,
Hæc Aſiam, Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.

Vide Carambis. Strabo lib. 7. Ἄπλουν δὲ ἦν τότε τὸ Θρᾴκιον καὶ ταύτῃ, καὶ καλεῖτο Ἄξεινον, διὰ τὸ δυσείμερον, καὶ τὸ ἀξενότητα τῶν ἐπιτηδείων. Photius Ep. 96. Ἦν ποτὲ Ἄξεινος ὁ Σκυθικὸς πόντος· ἐποιεῖτο γὰρ βορέην, φειλὸν ἀχεῦσαι, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας ἀπὸ ξενῶν. Μιλήσιοι δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ἡμέρῳ πολιτείᾳ σπεύδες καὶ βάρβαρον ἐξημέρωσε ἔθνος, καὶ εἰς Εὔξεινον αὐτὸν μεταποίησε. A Lycophrone Pontus hicce κακόξενος vocabatur, à Sophocle v. ἀπόξενος. Vide Luc. in Toxari. Solin. c. 27. Mel. 1. 19. Schol. Apoll. in lib. 2. Diod. Sic. lib. 4. Doctiſſimus Bochartus ab Ebræo *Askenaz* deduci putat, in Phaleg. lib. 3. cap. 9.

Exampæus, fons Scythiæ in quem Hypanis flu. labitur apud mare Euxinum, de quo vide Herodotum lib. 4.

Exelodunum. Vide *Ernodurum*.

Exiliſſa, ſeu *Liſſa*, *Ceuta* Hiſpanis, urbs Maurit. Ting. Sedet ad fretum Herculeum, eſtque ſub dom. Regum Hiſpaniæ.

Exitani. Vide *Sexitani*.

Exomatæ, Jaxamatæ Melæ, Ixomatæ Polyæno, pop. Sarmatiæ Aſiaticæ, de quibus Val. Flac. lib. 6.

Exomatæ, Torinique, & flavi crine Satharchæ.

Exonaba, urbs Luſitaniæ, Oſſonaba quibuſdam, nunc *Stombar*, vic. in Algarbiâ. Al. eſt *Silves*, cui ſubeſt Oſſonabenſis Eccleſia.

Exonia, olim Iſca Damnoniorum, urbs Angliæ Epiſc. ſub Arch. Cant. in Com. Devoniæ ad Iſcam flu. Vide *Iſca*. Long. 16. 32. Lat. 50. 49.

Exopolis, urbs Sarmatiæ ad Tanaim flu *Bogazar* Moletio.

Exquiliæ, vel *Eſquiliæ*, mons Romæ, dictus ab *excubiis* regis Tulli Hoſtilii, qui hunc collem urbi adjecit, teſte Livio, & in eum ut frequentiùs habitaretur, domicilium ſuum tranſtulit. Sunt qui ab *excolendo* ſic dictas volunt quòd ea pars urbis, cum antea neglecta jacuiſſet, à Tullo rege fuerit exculta. Horat.

Nunc licet Exquiliis habitare ſalubribus:

Vide Paſſeratii ſolennes lectiones in Propertium lib. 3. eleg. 23.

Extenſio, Ἔξοχὴ in Græco cod. Ptolemæi, prom. Albionis in ora Suffolciæ Com. *Eaſton-neſſe* Camdeno.

Extremadura, prov. Hiſpaniæ, & regni Legionis pars, cui adjacet verſus Bor. A meridie habet Andaluziam, ab occaſu Portugalliam, & ab ort. Caſtellam Novam. Urbes habet præcipuas Pacem Auguſtam, Placentiam, Cauriam, & Emeritam.

Extremadura, prov. Portugalliæ, verſus oſt. Tagi flu. cujus urbs primaria Ulyſſippo, Lisbon, totius regni caput.

F.

Fabaria, inſula Friſiæ Plin. 4. 14. à frugis ſimilitudine ſponte provenientis, aliàs *Burchana* dicta.

Fabaris, flu. Sabinorum, alio nomine *Farfarus* appellatus. Virg. Æn. 7.

Qui Tyberim Fabarimque bibunt.

Fabienſes, Italiæ pop. Plin. 3. 5.

Fabiranum, Bremen, urbs Archiep. Germ. Hanzeatica, & libera, ad Viſurgim flu.

Fabrateria, Colonia, & op. nunc pagus Latii, inter Aquinum, & Fregellas. Populi *Fabraterni* Plinio. Juven. Sat. 3.

Si poteſ avelli Circenſibus, optima Soræ
Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſione paratur.

Silius lib. 8.

Hinc Fabrateriæ vulgus : nec monte nivoſo
Deſcendens Atina aberat.———

Fabrianum, op. & unum ex 4 Caſtellis Italiæ in ditione Pontificia, & in Marchia Anconitana, ad radices Apennini M. inter Sentini rudera ad occ. & Matellicam ad ort.

Fabricius pons, unus ex pontibus urbis Romæ, à Fabricio conſule extructus. Horat. lib. 2. Sat. 3.

Atque à Fabricio non triſtem ponte reverti.

Hodiè *ponte di quatro Capi*, teſte Andr. Fulvio, & Marliano.

Fæſulæ, urbs olim Hetruriæ, non procul à Florentiâ, nunc vicus modicus, licet epiſcopalem ſedem retineat. Pleriſque Græcis Φαισῦλαι, *Fæſulæ*, à nonnullis Φαισῦλα *Fæſula*, dicitur. Diphthongum in primâ Græci ſemper habent, & inde ea ſyllaba producitur à Silio lib. 8.

Adfuit & ſacris interpres fulminis alis
Fæſula.———

Apud Procopium tamen Rerum Gothicarum lib. 2. in vulgatis exemplaribus eſt Φισῦλα, utrum auctoris ſcriptione, an librarii corruptione, incertum. Secunda vero ſyllaba, cum foret brevis

brevis Polybius lib. 2. rectè ſcripſit Græco more Φαλσολαν. Hodiè vulgò *Fieſole*. Long. 34. 04. Lat. 43. 08.

Falacrium, Promont. Siciliæ. Ptol. *Raſocolmo*, teſte Fazello.

Falerii, op. Faliſcorum in Tuſciæ mediterraneis. Ptol. Vide Cluverium.

Falernus, mons & ager Campaniæ, inter Calenum, & Sinueſſam, maximæ fertilitatis; ager enim frumenti, mons vini generoſiſſimi ferax eſt. Virg. Georg. 2.

———*Nec cellis ideo contende Falernis.*

Mart. 13. 105.

Attica Nectareum turbatis mella Falernum.

Horat. in Odis:

———*Mea nec Falernæ*
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Tibul. *Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos*
Conſulis, & Chio ſolvite vincla cado.

Indomitum Falernum Perſio dicitur, & *Forte Falernum*. Horat.

Faliſci populi quondam Hetruriæ, uberrima paſcua incolentes, unde *gramen Faliſcum* à ſcriptoribus paſſim celebratur. Hi cum à Camillo obſiderentur, Magiſter ludi cum nobilioribus diſcipulis, deambulandi prætextu urbe egreſſus, ad hoſtem eos deduxit. Quam perfidiam deteſtatus Camillus, hominem nudari juſſit, & à pueris cæſum in urbem remitti. Quâ ex re id conſecutus eſt Camillus ut quos armis ſubigere non potuerat, juſtitiæ adminiſtratione ad deditionem compulerit. Apud Faliſcos farciminis præſtantiſſimi genus fiebat, Lucanicis non diſſimile. quod *ventrem Faliſcum* appellabant. Martialis:

Et Lucanica ventre cum Faliſco.

Horum urbes *Faliſca*, *Faleria*, *Feſcennia*, & *Horta*. Quos memorat. Virg. Æn. 7.

Hi Feſcennias acies, æquóſque Faliſcos.

In Faliſcis flu. eſt, cujus aqua potata boves candidos efficit. Plin. 2. 103.

Falmuthum, *Falmouth*, port. Angliæ capaciſſimus in ora auſtrali Cornubiæ, prope caſtrum *Pendenis*, 30. m. p. à Plimutho in occ.

Famaguſta, Cypri civitas, turribus, & propugnaculis benè munita, quæ Anno Dom. 1750. obſeſſa, & vi expugnata, cum totâ inſulâ in truculentiſſimi Turcarum Imperatoris poteſtatem devenit.

Fanum, urbs Umbriæ amœniſſima in Adriatico litore, inter Piſaurum, & Senogalliam, haud longe à Metauro flumine, ſic dicta, quòd in eâ pulcherrimum Fortunæ Fanum, i. e. templum, fuerit. Hinc *Fanenſes*, ſeu *Faneſtres* ejus incolæ. Φάνα Stephano urbs eſt Italiæ.

Fanum Martis, op. olim, nunc pagus Belgii in Lucemburg. Ducatu. Anton. vulgò *Mars* vel *Marcho en Famine*. Long. 24. 43. Lat. 49. 58.

Fanum Saturni, Cronium, locus inſ. Gaditanæ. Strab. qui *Punta di S. Sebaſtiano*, teſte Ortelio dicitur.

Fanum Vacunæ, vulgo *Vacone*, pagus Sabinorum inter Cures, & Mandelam. Horat. Epiſt. ad Fuſc. Ariſt.

Hæc tibi dictabam poſt Fanum putre Vacunæ.

Farfarus, flu. Sabinorum. Ovid. Met. 15.

Narve tulit præceps & opacæ Farfarus undæ.

Farnia, *Farne*, inſ. parva Angliæ, in Oceano Germ. in ora litor. Northumbriæ Com. 12. mill. à Bervico.

Faſcellina, op. Siciliæ, in orâ Occid. apud Panormum. Sil. lib. 14.

Mille Thoanteæ ſedes Faſcellina Divæ.

Faventia, Hiſp. opidum. Plin. 3. 3. Item civitas Italiæ in octavâ reg. hodiè *Faenza*. Silius lib. 8.

———*Undique ſolers*
Arva coronantem nutrire Faventia pinum.

Strabo lib. 5. Φαενζία, ἡ Καισῆνα ἤδη συνάπτουσι τῷ Ἀεμίνῳ. Pop. *Faventini*. Plin. 3. 15. Long. 34. 35. Lat. 43. 46.

Faventia, *Faience*, urbec. Gall. in Provincia, cujus figlina laudantur, dicta *Vaſa Faventina*. Sedet prope amnem Benſonem, 5. leuc. à Graſsâ in occ. & tot. à Foro Julio in Bor.

Felicis Lacus, pag. Auſtriæ ſuper. nunc *Walſee* prope Danub. flu.

Felinum, *Felin*, urbs Livoniæ ad Felam flu. in Eſtoniâ prov. 14. leuc. à Revalia in auſt. & 15. à Pernaviâ.

Feltria, urbs aliàs Venetiæ, nunc Marchiæ Tarviſinæ, in Italia, ad Aſonem flu. 10. mill. à confin. ditionis Tridentinæ in ort. & 50. à Venetiis in Circ. De quâ fertur hoc diſtichon Julii Cæſaris:

Feltria perpetuo nivium damnata rigore
Atque mihi poſthac haud adeunda, vale.

Long. 34. 10. Lat. 45. 48.

Fenni, ſeu *Finni*, pop. Scandinaviæ, quorum tractus *Finnia*, ſeu *Finlandia* dicitur.

Ferentanum, quod & *Frentanum*, op. Ferentanorum in Apulorum confin. quod plerique Francam Villam opidum Aprutii eſſe putant, cum hoc in Maruccinorum, orâ ſit, inter Aternum & Ortonem fere, 6. m. p. longe à finibus Ferentanorum. Strabo.

Ferentia, *Ferentium* Plinio, *Ferentinum* Tacito, ac Straboni urbs Hetruriæ, vulgò *Ferento*, pop. *Ferentini*, Suetonio.

Ferentinum, urbs Latii in finibus Hernicorum in colle inter Anagniam, & Fruſinonem. Pop. *Ferentinates* Plinio. Aliis *Ferentini*. Silius lib. 8.

Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos
Ducebat.———

Long. 37. 05. Lat. 41. 36.

Ferentum, op. Apuliæ in Lucaniæ confin. inter Veniſiam, & Acherontiam, hodiè *Forenzo*. Horat. Carm. 3. Od. 4.

———*Et arvum*
Pingue tenet humilis Ferenti.

Fermanagenſis, Comitatus Hiberniæ in Ultoniâ prov. verſus Connaciam.

Fernæ, *Fernes*, urbs Hiberniæ in Lageniâ prov. & in Com. Vexfordienſi.

Feronia, op. Hetruriæ ad Soracte montem Faliſcorum, ab urbe Roma 18. m. p.

Feronia, Colon. & op. Hetruriæ apud Capenates, in M. Cimino, ubi Lucus Feroniæ.

Feronia, op. Hetruriæ, inter Lucam & Lunam ad occ. inde 14. hinc 16. m. p. Vulgo *Pietra Sancta*. Long. 36. 10. Lat. 42. 06.

Feronia, op. Latii in agro Pometino, 3. m. p. à Terracinâ, ubi lacus, *Lago di Ferona* hodie dictus. Horat. Sat. 5. lib. 1.

Ora manuſque tuâ lavimus, Feronia, Lymphâ.

Feronia, op. olim, nunc pag. Sardiniæ in orâ auſtrali, à Calari in occ. recedens, vulgò *Ferona*.

Ferraria, *Ferrara*, urbs Æmiliæ ad Padum, quæ deficit indies ex quo non habuit Duces proprios; ſubeſt enim Romano Pontifici ab an. 1598. cum tota prov. *Ferrarienſi*. Diſtat 28. mill. à Bononia in Bor. Venetias verſus; eſtque med. inter Mirandulam ad occ. & Comaclum ad ort. Long. 34. 00. Lat. 44. 20.

Feſcennia, vel *Feſcennium*, op. Hetruriæ. Plin. 3. 5. Virg. Æn. 7.

Hi Feſcennias acies, æquóſque Faliſcos,
Hi Soractis habent arces.———

In hoc opido carminis quoddam genus, omni obſcœnitate opprobrioque plenum inventum putatur, quod à loco dictum eſt *Feſcenninum*. Macrob. Sat. 24. *Pollio cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait, At ego taceo. Non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.* Hinc *Feſcennina locutio* apud Catullum. Horat. lib. 2. Epiſt. 1.

Feſcennina per hunc inventa licentia morem.

Seneca in Medeâ:

Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus.

Long. 35. 48. Lat. 42. 11.

Fezza, urbs Africæ, reg. Fezzani caput, in Barbariâ, ſub dom. regis Marocchi. Quibuſdam eſt *Volubilis* antiquorum.

Fibrenus, flu. Italiæ, in Lirim infra Arpinum influens, *Fiume della Poſta* Santelicio. Sil. lib. 8.

Et qui Fibreno miſcentem flumina Lirim.

Ficaria, inſ. parv. Sardiniæ, oræ adjacens Orientali, *Serpentera* Leandro, *Coltelazo* v. Cluverio, in eodem tractu; utraque parva admodum, 20. mill. à Calari in ort.

Fidena, & *Fidenæ*, urbs Latinorum mediterranea. Virg. Æneid. 6.

Hi tibi Nomentum, Gabios, urbemque Fidenam.

Juvenal. Sat. 6.

——*Vivat Gabiis, ut vixit in agro,*
Vivat Fidenis.———

Et ante eum Horat. lib. 1. Epiſt. 11.

Scis Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicus. pop. *Fidenates.*

Long. 36. 30. Lat. 40. 45.

Fidentia, op. Italiæ in octavâ regione, à quâ incolæ *Fidentini*. Plin. 5. 15. Long. 32. 22. Lat. 44. 00.

Fidentiæ, Hiſp. Bæticæ urbs, inter Bætim & oceanum ſita, alio nomine *Julia* appellata. Plin. 3. 1.

Fidentiola, vicus inter Placentiam, & Parmam, Italiæ urbes. Anton. hodiè *Fiorenzola*.

Firmanorum Caſtellum Firmiano, teſte Franc. Pamphilo, caſtrum Piceni Firmo urbi vicinum. Plin.

Firmanum, op. Umbriæ apud Metaurum flu. vulgò *Formiano*, vel *Formignano*.

Firmium, *Firmum* Cic. ac Strab. Colonia & urbs Archiepiſcopalis Piceni, apud oram maris Adriatici. *Fermo* vulgò dicitur. Long. 37. 45. Lat. 43. 16.

Fiſcellus,

Fiſcellus, montis Apennini ramentum in Umbriâ, juxta Piceni, & Sabinorum confinia, unde Nar fluvius oritur. Sil. lib. 8.

Quæ Fiſcelle tuas arces, Pinnamque virentem.

Flamingi, pop. Gall. Belg. qui à Saxonibus originem duxerunt, Æmil. lib. 3. qui & *Flandrenſes*.

Flaminia, Italiæ regio, hodiè *Romagna* Leandro 10.

Flaminia Via, ab urbe Româ Ariminum uſque perducta per Ocriculum, Narniam, Spoletium, Forum Flaminii, Helvillum, Callem, Forum Sempronii, Fanum Fortunæ, & Piſaurum, Anton. in Itin. A Flaminio conſule, qui ad lacum Thraſymenum ab Annibale cæſus eſt, ſtrata. Ovid. Pont. 1. 9.

Spectat Flaminiæ Claudia juncta viæ.

Juvenal. Sat. 1.

———*Experiar quid concedatur in illos*
Quorum Flaminiâ tegitur cinis atque Latinâ.

Flaminii prata, nunc *Circum Flaminium* vocant, locus urbis Romæ. Liv. lib. 3.

Flamonienſes, cognomine *Vannienſes*, & Culici circa Venetos populi. Plin.

Flanaticus ſinus, *Flanonicus* Stephano, *Polaticus* Melæ, *Liburnicus* Oroſio, ſinus maris Adriatici, inter Iſtriam & Liburnicam, hodiè *Il Quarnero*, populi *Flanates* Plinio dicuntur.

Flandrenſes, vide *Flamingi*.

Flandria, Gall. Belg. regio ad litora Oceani Septentrionalis. Tractum ſiquidem Europæ extremum, Britannicæ inſulæ oppoſitum, inter Galliam, Germaniam, & Oceanum. Incolæ *Germaniam inferiorem* appellant. Galli, exterique fere omnes, uno nomine *Flandriam* vocant. Verum Flandria non tam latè patet, nam quæ nunc Flandria eſt ea Brabantiâ, Hannoniâ, Arteſiâ, & Oceano terminatur. Hanc in tres partes dividunt, in Teutonicam, Gallicam & Imperatoriam, quam & Proprietariam (quod nunquam ſuperiorem, aut Dominum, præter Flandriæ Principem agnorit) nominant. Teutonica Flandria octodecim habet urbes celebres, quarum præcipuæ ſunt Gandavum, Brugæ, Ypra, &c. Gallica tres, Inſulas, videlicet, Duacum & Orchianum. Imperatoria quatuor, Aloſtum, Teneramundum, Gerardimontium, & Ninivam. Flumina ejus celebriora ſunt, Scaldis, Liza, & Tenera. Regio maximè compaſcua, imprimis occidentem verſus. Boves, equoſque præſtantiſſimos, belloque aptos gignit. Caſeo, butyroque abundat. Tritici admodum fœcunda, & nobilis. Populus ferè mercaturam exercet, atque ex lino (cujus hic maxima fertilitas, & excellentia eſt) lanâque pannos lineos, laneoſque magnâ copiâ conficit, latiſſimèque diſtrahit. Habet 1245 pagos præter Arces, Caſtella, & Nobilium ædes. Lud. Guicciardinus, & Jac. Marchantius Flandriam deſcripſerunt.

Flavia, Palæſtinæ urbs, primum ab Herode condita, & in gratiam Tiberii *Cæſarea* appellata, poſtea deductâ eò à Flavio Veſpaſiano Coloniâ, *Flavia* dicta. Plin. 5. 3. Item Æduorum Sequanorum urbs, hodiè *Flavigny*, ut quidam exiſtimant. Item *Flavia* Lambris, Hiſp. Tarrac. urbs. Ptol.

Flaviana, Scythiæ urbs. Lib. Notit. Mœſiæ prima alio in loco eidem.

Flavianum, quod & *Flavinianum* legitur, hodiè *Foiano*, opidum Hetruriæ ad Tiberim in finibus Faliſcorum. *Flavinium*. Virgilio lib. 7.

Hi Feſcenninas acies, Æquoſque Faliſcos,
Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva,
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

Silius lib. 8. *Flavinam* vocat:

Hos juxta Nepeſina cohors, Æquique Faliſci,
Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia, quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Suetria tecta
Haud procul, & ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

Flaviobriga, op. Autrigonum in Hiſp. citeriori. Plin. 40. 20. Long. 17. 30. Lat. 44. 15.

Flavionavia, Peſicorum in Hiſp. Tarrac. op. quod hodiè *Bilbano* appellatur, ut nonnulli ſentiunt.

Flaviopolis, Bithyniæ civitas. Ptol. Item urbs mediterranea Ciliciæ eidem. Fuit & Thraciæ op. eo loco conditum, ubi antea Zelia fuerat. Plin. 4. 21.

Flavium Brigantium, Ptol. Callaicorum urbs in Portu magno, hodie *Compoſtella*. Item *Flavium* Norici op. Plinio. hodiè *S. Andres*, teſte Lazio.

Flensburgum, urbs Daniæ in Jutiâ, & Duc. Sleſvicenſi, ad ſin. cogn. 4. leuc. à Sleſvico in Bor. & 9. ab Ottoniâ in a iſt.

Fleſſingha, *Vliſſinghen*, urbs Belg. in Zelandiâ prov. & Valachria inf. ſub dom. utili Principis Auraſicani, 1. leuc. à Middleburgo in occ. 3. à Clauſulis in ort. & 7. à Gandavo in Bor.

Flevo, ſeu *Fletio*, inf. Friſiorum in Flevo lacu. Cluverius autem putat à mari abſorptam fuiſſe.

Flevum, *Flevi lacus* Tacito, ſinus maris Germanici inter Batavos, & Friſios, in quem Rheni alveus orientalis cum Iſala apud Campenam urbem influit; vulgò *Suyderſee*. Sed *Flevum* Plinio eſt, ipſius Rheni oſtium Orientale. *Yſſel* Ortelio, *Ulie* autem Verrutio.

Flevum, Caſtellum Tacito, op. Friſiæ occidentalis ad lacum Flevum. *Vollenhove*, teſte Cyro Spangebergio. Sed Becano eſt Fledorp, op. ejuſdem Friſiæ in orâ litoreâ ad Bor. apud Groningam urbem.

Flexum, Pannoniæ urbs Anton. *Wien* Spiegelio. Lazius autem *Altenburg*, aut *Presburg* putat Hungariæ urbem. Long. 39. 35. Lat. 48. 10.

Flintum, *Flint*, Caſtrum Walliæ Bor. ad Deam æſtuarium. Hinc reg. adjacens dicitur Com. Flintenſis, *Flintſhire*.

Florentia, urbs in Etruriâ hodiè clariſſima, aliquando *Fluentia*, quòd ad Arni *fluenta* extructa ſit, dicta; unde pop. *Fluentini* Catoni & Plinio, qui nunc *Florentini* nomine magis auſpicato vocantur, olim libera, ac maximæ partis Etruriæ Domina, nunc vero Reip. formam adhuc, ſub magno tamen Duce ex Medicæâ familiâ ſervans, vulgò *Fiorenza*. Vide Leandrum in Deſcript. Italiæ. Long. 34. 03. Lat. 43. 15.

Florentiola, op. geminum, unum in Thuſciâ apud Vatrenum flu. alterum in Gall. Togatâ inter Parmam, & Placentiam.

Floriacum, *Fleury*, op. Duc. Burgundiæ ad Uſchum amnem, 3. leuc. à Divione in occ.

Floriacum, pag. Gall. 7. leuc. ab Aureliis in ort. diſtans, ubi celebris Abbatia Floriacenſis.

Floriana, op. Pannon. infer. nunc *S. Paul* Lazio, pag. ad Danub. & Budam urb.

Florida, reg. Americæ Sept. ideo ſic dict. quia detecta fuit ab Hiſp. die Dominica Palmarum; eſtque verſus ſin. Mexicanum.

Floriopolis, *S. Flour*, urbs Gall. in Alvernia prov. ad flu. *Larder*, 15. leuc. à Claromonte in auſt. & 13. ab Anicio in occ. Long. 23. 40. Lat. 44. 40.

Florius, *Ars* Moletio, flu. Hiſp. in Callaicis apud Nerium prom. in Oceanum labens.

Fluentia. Vide *Florentia*.

Flumentana, porta Romæ, quam Tyberis urbem intrans in ſiniſtrâ ripæ parte reliquit; dicta quod Tiberis quandoque in eam influxerit, hodiè *Porto del populo*.

Fluſtates, Gall. Belg. pop. apud Cæſarem, quos Cænalis in comitatu *de Foix* apud Aquitanos locat. Urſinus autem ex Plin. & Claudiano legit *Eluſates*: Ac ſanè hoc tractu Eluſatium civitatis fit mentio in Provinciarum libello.

Focaria, mons, & promontorium Umbriæ, hodiè *M. di Peſaro* Blondo dicitur.

Focunates, pop. in Alpibus Plin. 3. 30. *Foſſigni* hodiè Pingonio. Sed Simlero eſt vallis *Suls*, inter Tridentinos & Venetos.

Fons Solis, in Cyrenaicâ, ſic dictus, quòd Solis per cardines motu, calore & algore variatur. Ejus meminere Herodotus, Diodorus & Arrianus. Ovid. Met. 15.

———*Medio tua corniger Ammon,*
Unda die gelida eſt, ortuque obituque caleſcit.

Silius lib. 3.

Stat fano vicina, novum, & memorabile, lympha,
Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit,
Quæque riget medium cum ſol aſcendit Olympum,
Atque eadem rurſus nocturnis fervet in umbris.

Fontes Aponi, Thermæ ſunt à veteribus celebratæ in agro Patavino, Venetorum ditionis; hodiè *Bagni d' Abano*, ut Leander ſcribit. Vide *Aponus*.

Fontinalis, Porta urbis Romæ, ob propinquitatem ſcaturientium fontium, eadem *Capena* vocatur.

Foretani, & *Foretii*, Italiæ Tranſpadani populi. Plin.

Fordunum, *Fordon*, op. Scotiæ, Merniæ reg. primarium, ab Aberdonio, 15. m. p. in Afr. Long. 17. 57. Lat. 58. 30.

Formiæ, urbs Campaniæ maritima, juxta Caietam, Læſtrygonum olim ſedes, à Lamo quodam Lacone ut creditur, condita. Horat. lib. 3. Carm. Od. 17.

Æli, vetuſto nobilis ab Lamo, &c.
Autore ab illo ducis originem
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Litoribus tenuiſſe Lirim.

Hæ primum *Hormiæ* dictæ ſunt, ſive à frequentiâ bonitateque ὁρμῆς, h. e. *ſtationum*, ut Feſto placet, ſive ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, h. e. ab *impetu* Læſtrygonum, qui *Anthropophagi* fuiſſe dicuntur, Martialis *Formiam* dixiſſe videtur, 10. 30.

O tem-

O temperatæ dulce Formiæ litus.
Horat. 1. Od. 20.
———*Mea nec Falernæ*
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.
Diodoro, Straboni, ac Æliano Φορμίαι, unde mendosè apud Ptol. Φῶρμαι videtur, quod tamen antiquum puto fuisse mendum, cum apud Steph. legitur Φωρμανοὶ πόλις Ἰταλίας, ἐθνικὸν, τὸ αὐτό. Strabo lib. 5. Φορμίαι, Λακωνικὸν κτίσμα ὄζιν Ὀρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ ἔυορμον. Long. 36. 46. Lat. 48. 28.

Formio, Iſtriæ flu. Ptol. hodiè *Riſano.*

Foroappii, Italiæ pop. in Falerno agro. Plin. 3. 3. Opidum eorum *Forum Appii* Horatio dicitur. Serm. 1. 5.
———*Inde forum Appi*
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Tullius ad Atticum lib. 2. ep. 10. *Ab Appii foro horâ quartâ, dederam aliam paulo ante à Tribus Tabernis:* ubi Leander tradit, hodiè hoſpitium tantum *Maruti* dictum extare. Long. 37. 00. Lat. 41. 05.

Foroauguſtana, Hiſp. citer. civitas, alio nomine *Libiſofonna* dicta. Plin. 3. 3.

Forobremitani, Umbriæ pop. Plin.

Forthea, flu. ingens Scotiæ meridionalis. Oritur in confin. Lenoxiæ prov. deinde Strivelinum urb. rigat, & paulò infra multis auctus flu. in æſtuarium Bodotriam ſe exonerat, quod ab eo *The Frith of Forth* dicitur; extenditurque inter Fifam & Laudoniam provincias.

Fortia Caſtra in Tirolenſi comitatu habet Lazius ex Lib. Notit. quod *Stertzengen* interpretatur.

Fortunatæ inſulæ, à *fructuum ubertate*, vel *aeris bonitate* dictæ, contra Mauritaniæ finem ad occidentem ſitæ ſunt. Strab. lib. 3. & Plin. lib. 4. Fuerunt autem ſex numero, nunc omnes *Canariæ* dictæ. Has inſulas Horatius innuere videtur. Od. 8. lib. 4.
———*Divitibus conſecrat inſulis.*
Nec non Epod. 16.
Nos manet Oceanus circumvagus, arva, beata
Petamus arva, divites & inſulas, &c.
Plautus in Trinummo:
Sicut Fortunatorum memorant inſulas,
Quo cuncti qui ætatem egerunt caſtè ſuam
Conveniant.———
Vide Plin. 6. cujus Lemma de Fortunatis inſ.

Foruli, op. Sabinorum, ſaxoſo in loco ſitum, unde fit, ut Strabo lib. 5. petram vocet ad rebellandum, quam ad habitandum aptiorem. Virg. Æn. 7.
Caſperiaſque colunt, Foruloſque & flumen Himellæ.

Forum Allieni, Galliæ Ciſalpinæ urbs. Tacit.

Forum Appii, vide *Foroappii.*

Forum Aurelii, in viâ Aureliâ, inter Urbem & Coſas. Anton.

Forum Bibalorum, Hiſp. urbs. Ptol.

Forum Caſſii, inter Vulſinium, & Sutrium. Anton. Tuſciæ mediterranea urbs eſt, hodiè *Vetralla* Leandro.

Forum Cellæ, Tuſciæ op. ad mare mediterraneum. *Forcelle* hodiè Leandro dictum.

Forum Claudii, Centronum civitas in Alpibus. Ptol. hodiè *Farentoſa*, Ducis Sabaudiæ.

Forum Claudii, Tuſcorum urbs. Ptol. & Plin. *Tolfa nova* Leandro.

Forum Cornelii, Gall. Togatæ urbs. Ptol. hodiè *Imola.*

Forum Cornelium, civitas in Flaminiâ, quæ & *Forum Sylla.* Forocornelienſis agri meminit Plin. 3. 16.

Forum Decii, op. Sabinorum. Plin.

Forum Duguntorum, vel *Jutuntorum*, Cenomannorum op. Ptol. *Crema* Leandro, in Lombardiâ Tranſpadanâ.

Forum Egurrorum, urbs Hiſp. Tarracon. Ptol. hodiè *Medina del Rio ſeco.*

Forum Flaminii, in Umbriâ eſt, teſte Plinio. Vide Cluv. Ant. lib. 2. p. 631.

Forum Fulvii, quod *Valentinum* quoque dicitur Plinio, Longobardiæ Ciſpadanæ op. hodiè *Valenza.*

Forum Gallorum, op. in viâ Flaminiâ, *Caſtel Franco* Leandro.

Forum Gallorum, Hiſp. urbs, inter Cæſarauguſtam, & Pyrenæos. Anton.

Forum Julium, & *Julii*, colonia Octavianorum, & urbs Galliæ Narbonenſis. Gallicè *Freius.* *Forum* item *Julium.* Tac. & Ptol. colonia, & urbs Carnorum, quod & *Caſtrum Julienſe* Diacono dicitur. Vulgò *Cividal d' Auſtria.* *Forum* præterea *Julium* Plinio, qui populos *Foro-Julienſes* memorat, *Friuli*, & *Patria* hodiè, regio eſt Italiæ, Venetiæ pars, inter Marchiam Tarviſinam, & Hiſtriam, ac Noricum contenta; cujus Utinum caput eſt, & conventus juridicus. Vide Leandrum in deſcr. Italiæ, Blondum, & J. Gaddidum in Aquilegienſium hiſtoriâ.

Forum Licini, Inſubrum op. Plin. *Prieve d' Incino* Leandro, Niger autem *Lignano* appellat.

Forum Limicorum, Hiſp. Tarron. urbs. Ptol. *Puente de Lima*, teſte Floriano, Portugalliæ opidum.

Forum Livii, vulgò *Forli*, urbs Gall. Togatæ, in viâ Æmiliâ, media inter Faventiam, & Cæſenam urb. Romandiolæ. Pop. *Forolivienſes.* Long. 34. 51. Lat. 43. 43.

Forum Narbaſorum, op. Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum exciſum: locus *Arvas*, hodiè, teſte Mor. nominatur, inter Legionem, & Oretum.

Forum Neronis, Gall. Narbon. urbs. Ptol. *Foroneronienſes*; & *Lutevani*, vide *Luteva.*

Forum novum, Sabinorum urbs. Plin.

Forum Popilii, Flaminiæ in Italiâ urbs. Plin. *Forlimpopoli.* Leandro. Long. 34. 57. Lat. 43. 42.

Forum Seguſianorum, op. Gall. Lugd. Ptol. *Feurs* Dalechampio, aliis *Bourg en Breſſe.*

Forum Sempronii, Umbrorum civitas. Ptol. Long. 36. 12. Lat. 43. 37.

Forum Tiberii, Helvetiorum civitas in Galliâ juxta Rhenum. Ptol. *Keyſerſtull*, teſte Rhenano. *Zurzach* Tſchudo, *Zurich* aliis dicitur.

Forum Trajani, in Sardiniâ urbs. Anton.

Forum Truentinorum, Plin. Italiæ urbs in Galliâ Ciſalpinâ. *Brentinore* Leandro.

Forum Vibii, Galliæ Tranſpadanæ urbs, hodiè *Bibiena.* Long. 29. 20. Lat. 43. 40.

Forum Voconii, vel *Vocontii*, Gall. Narbon. op. *Chambery*, Pineto, aliis *Freius.*

Forum Vulcani, *campi Phlegræi* Plin. & Solino hodiè *La Solfatara*, locus Campaniæ apud Puteolos, inde 2. m. p. Neapolim verſus diſtans, in morem ingentis Theatri ignes perpetuos emittens, & ſulfur gignens.

Foſi, pop. Germaniæ, Cheruſcis finitimi. *Dietmerſcher*, teſte Althamero. Sed aliis *Foſſewerde*, tractus Friſiæ occidentalis, ubi non longe Foſete inſula, vulgò *Amelandt*, teſte Hier. Verrutio.

Foſſa Canopica, quâ navigatur Alexandria Canopum. Strabo, & Stephanus.

Foſſa Cimbrica, quam nullam volùcrem ſupervolare poſſe ſcribit Antigonus in Mirabilibus.

Foſſa Clœlia, Dionyſius Κλοιλίας τάφρους vocat. Livius etiam pl. num. *Foſſas* habet lib. 2. ubi de C. Martio Coriolano. *Poſtremum ad urbem à Pedo ducit, & ad Foſſas Cluilias 5. ab urbe m. p. caſtris poſitis populatur inde agrum Romanum.* Plut. de eâdem re in vitâ Martii. Περὶ τὰς λεγομένας Κλοιλίας τάφρους καθεζόμενόν φασι πανταχόθεν τὰ τείχη τῆς πόλεως σπεύδειν ἀφεῖναι.

Foſſa Corbulonis. Leck, teſte Ortelio, flu. Batavorum in Hollandiâ, à *Corbulone* ex Rheno derivatus, ſpatio 23. m. p. Moſæ congrediens ad Crimpam pagum.

Foſſæ Druſianæ, flu. Germ. infer. in ducatu Geldriæ, à *Druſo* ex Rheno derivatus, vulgò *Yſel*, vel *Yſſel* Ortelio.

Foſſæ Marianæ, Ptol. Gall. Narbon. urbs, ad alterum ex Rhodani oſtiis ſita, ita dicta à *foſsâ propinquâ*, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum. Strabo lib. 4. Gallicè *Aigues mortes.*

Foſſæ Neronis, *Licola*, teſte Sanfelicio, foſſa, quam Nero ex ſinu Baiano Hoſtiam uſque perducere tentavit.

Franci, pop. Germ. quorum reg. *Franconia*, ampla, quæ & Francia Orientalis, ad Gallicæ Franciæ diſcrimen, nominatur; qui in Galliam trajicentes, illi nomen Franciæ indiderunt, fueruntque propterea Galli deinceps *Franceſi* dicti apud Italos, & alios. Fuerunt & *Franci* in Germ. inferiori, prius Sicambri, Oroſio teſte; quorum opidum adhuc *Francken* in ducatu Bergenſi durat, ſeu in comitatu Marchenſi, teſte H. Junio. In Friſiâ quoque habitaſſe Francos teſtatur Procopius, ubi *Franeker* urbs. Horum meminit Claud. de Laud. Stil. lib. 2.
Qui mihi Germanos ſolus Francoſque ſubegit.

Francia occidentalis (orientalis enim eſt Provincia Germaniæ, & *Franconia* dicitur) pars Galliæ inter Ligerim, & Sequanam, quæ propriè *La France* à Gallis nominatur, licèt apud Italos, nomen Franciæ toti Galliæ, exceptâ magnâ Belgicæ parte, tribuatur. Claud. de laude Stilic. lib. 1.
———*Provincia miſſos*
Expellet citius faſces, quam Francia reges
Quos dederis.———
Lib. in Baſilico, ἔστι γάρ Κῆπον ἀνὴρ Ῥῆνον πολεμῶν ἐπ' αὐτὸν Ὠκεανὸν καθικνον, ὅπως εὖ πυρφαγμένον σφῆς τε ἦσι πολέμων ἕρκα, ὥστε ἢ σφετερείαν ἀπ' αὐτῶν ἐρύσθαι ἦσι πρέξεων, ὀνομάζοντ' Φράγκοι. Οἱ δ' ἀπὸ ἦσι πολλῶν κέκλωνται Φράγγοι: ubi M S. οἱ Φρέγγοι.
Nota horum fallacia & inconſtantia. Salv. l. 4.
Si perierit Francus, quid novi faceret?

Claud. lib. 1. in Stil.

———*Provincia missos*
Expellet citius fallax quam Francia reges.

Francici regni divisio per Præfecturas generales.

1. Præfectura, Francica, seu insulæ Franciæ, *L' Isle de France*, sub quâ provincia Insulæ Franciæ & agri Bellovacensis, *Le Beauvoisis*, Laudunensis, *Le Laonois*, & Suessionensis, *Le Soissonois*.
2. Burgundica, continet Ducatum Burgundiæ, *la Bourgogne*, & Bressiam, *la Bresse*.
3. Normannica, continet Normanniam, *la Normandie*.
4. Aquitanica, continet Guiennam, *la Guienne*, Vasconiam, *la Gascogne*, provincias, Santoniam, *la Santonge*; Petrocoricensem, *le Perigort*, Lemovicensem, *le Limosin*, Cadurcensem, *le Quercy*, & Rutenensem, *le Rouergue*.
5. Britannica, Aremoricam totam, seu Britanniam min. complectitur, *la Bretagne*.
6. Campanica, continet Campaniam, *la Champagne*, & Briam, *la Brie*.
7. Occitanica, continet Occitaniam, *le Languedoc*, & provincias Vivariensem, *le Vivarais*, Gabalensem, *le Guivaudan*, Velaunos, *le Velay*, & Comitatum Ruscinocensem, *le Roussillon*.
8. Picardica, sub quâ Picardia, *la Picardie*, & Artesia, *l' Artois*.
9. Delphinatus, sub quâ Delphinatus, *le Dauphine*.
10. Provinciæ, sub quâ Provincia, *la Provence*.
11. Lugdunensis, continet provincias, Lugdunensem, *le Lyonnois*, Baujoviensem, *le Baujolois*, Forensem, *le Forez*, Borbonienſem *le Bourbonnois*, Alverniam, *l' Auvergne*, & Marchiam, *la Marche*.
12. Aurelianensis, complectitur provincias, Aurelianensem, *l' Orleanois*, Blesensem, *le Blasois*, Perticensem *le Perche*, Andegavensem, *l' Anjou*, Turonensem, *la Touraine*, Pictavienſem, *le Poitou*, Inculismensem, *l' Angoumois*, Bituricensem, *le Berry*, & Nivernensem, *le Nivernois*.
13. Quibus addenda est decima tertia quæ continet Lotharingiam Francicam, *la Lorraine Francoise*, & Alsatiam, *l' Alsace*.

Francofurtum ad Mœnum, *Helenopolis* olim ex vet. inscriptione, qu. Francorum trajectus, urbs Germ. ampla & elegans, libera & emporium celeberrimum, ubi Diætæ Imperiales celebrantur pro electione Imp. Romanorum, 2. leuc. distat ab Hanovià in occ. & 4. ab Asciburgo. Long. 30. 00. Lat. 50. 01.

Francofurtum ad Oderam, urbs Germ. in Marchiâ Brandenburgensi in lim. Silesiæ & Lusatiæ, 4. leuc. à Crosnâ in Bor. & tot à confin. Poloniæ in occ. distans.

Franconia, reg. Germ. quæ antea dicta fuit *Francia Orientalis*; estque in prov. ampla, circa Mœnum flu. extensa. Habet à Sept. Saxoniam & Thuringiam, ab oriente Palatinatum superiorem, à merid. partem Bavariæ & Sueviam, & ab occ. Palatinatum infer. sive Rheni. Ejus primaria est Herbipolis *Wurtzburg*, ad Mœnum flu. Primus est Imperii Circulus. sub quo sunt Episcopatus Herbipolitanus, Bambergensis & Eichstatensis; Principatus Hennebergensis, Comitatus Holachiensis, Erbachius, Onoldinus, & Verthæmus, urbsque Norimberga cum aliis.

Franekera, urbs Belg. in Frisiâ Occidentali, ubi Academia; 2. leuc. distat à Leovardiâ in occ. & tot ab Harbinga in ort.

Frateria, vel *Phrateria*, Daciæ urbs. Ptol. *Brossa*, teste Lazio, & Hungaricè *Zarzuara*.

Fratuertium, op. Apuliæ Peucetiæ, vulgò *Terza*.

Fraxinetum, op. Liguriæ ad Padum flu. vulgò *Frassineto*.

Fraxinum, vulgò *Fresno*, op. Hisp. geminum. Unum in Bæticâ & Vandaliâ, alterum in Tarracon. apud Bilbilim. Est & op. Hisp. in Castella vet. & alterum in eadem Castella apud Carpium. *Fraxinum* præterea apud Anton. op. olim, nunc pagus Lusitaniæ in regno Portugallico, *Alpalhão*, seu *Gaviano*, teste Vascone.

Fregella, urbs Italiæ. Steph. quæ olim Opicorum erat, deinde Volscorum facta est, olim clarissima, inter Formias, & Sinuessam sita, non procul à Liri amne; Cujus etiam hodiè non obscura extant vestigia, ex quibus facilè potest æstimari quanta olim fuerit ejus amplitudo. Hæc cum à Romanis defecisset, diruta fuit, & ad vicum jam usque à Strabonis tempore reducta. Eadem dicitur & *Fregellæ* multitudinis numero. Silius lib. 5.

———*Hunc tristes luxere Fregellæ.*

Et lib. 8. *Obsessæ campo squalente Fregellæ.*

Ubi tamen Cluverius *Fregena* legit. Populi *Fregellani*. Plin. 3. 5. & *Fregellana* vitis apud Columellam 3. 2.

Fregenæ, op. Hetruriæ, inter Alsium, & ostia Tiberina. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 2. cap. 2.

Frentani, & *Ferentani*, Italiæ pop. inter Marrucinos ad occid. & Apulos ad ort. Eorum meminit Sil. lib. 8.

Marrucina simul Frentanis æmula pubes.

Friburgum, urbs gemina, una in Helvetiis, Bernæ finitima, altera in Germaniâ magnâ in Brisgoiâ reg. academia, & sedes episcopi Basilienſis.

Frigidus, flu. Japodum, inter Aquileiam & Æmoniam, ubi Theodosius Imp. Eugenium tyrannum vicit. Item Tusciæ flu. in agro Aretino, hodiè *Freddo*. Tibul. 4. 8.

Atque Aretino Frigidus amnis agro.

Quidam *Eretino* legunt, & *frigidus* adjectivè sumunt.

Frisiabones, Plin. 4. 15. pop. Germ. inter Helium, & Flevum Rheni ostia, Hollandos Septentrionales quidam, alii Zelandos esse putant.

Frisii, pop. Germ. ad Oceanum, inter ostia Rheni & Visurgis flu. incolentes; quorum alii *majores*, alii *minores* appellantur. Illorum regio *Oestfriesen*, id est, *Frisia Orientalis*, horum *Westfriesen*, i. e. *Frisia Occidentalis*, dicitur. *Frisiones* Sigisberto, & aliis posterioribus dicuntur.

Frisinga, urbs Vindelicix in Bavariâ ad Mosacum fluvium. Vide *Fruxinum*.

Frons Africæ, vulgò *Capo de bona Speranza*, incolis *Zanguebar*, teste Marmolio. Verum cum à Plinio & Melâ post Cornu Hesperium in orâ occident. maris Atlantici describitur, ab aliis *Capo Verde*, incolis *Tagazza* esse putatur.

Frusino, civitas Campaniæ, Falerno agro vicina, cujus incolæ *Frusinates* dicuntur Plin. 3. 5. Inde *Frusinona colonia* Frontino. Juvenal. Sat. 3.

———*Optima Soræ*
Aut Fabateriæ domus, aut Frusinone paratur.

Silius lib. 8.

Succa, atque à duro Frusino haud imbellis aratro.

Ptolemæo *Frusinum* dicitur.

Fruxinum, *Frysingen*, teste Rhenano, urbs Vindeliciæ ad Isaram flu. in Bavariâ, inter Augustam ad Occid. 8. & Landshutam ad ort. 6. Ac inter Monachium ad austr. 8. & Ratisbonam ad bor. 11. leuc. in colle apud Mosaci flu. cum Hisarâ confluentiam. Dicitur & *Frisinga*.

Fucinus, lacus Italiæ in Marsorum regione. Niger scribit hodiè *Lago di Mario* ab opido illi vicino sic appellato vocari. Virg. Æn. 7.

Te nemus Angitiæ, vitreâ te Fucinus undâ.

Sil. lib. 4.

———*Vitreo quem Fucinus antro*
Nutrierat.———

Fulda, metropolis ejus in Germania regionis, quam olim Bucconiam appellarunt, quæ inter Thuringiam, Franconiam, Wederangiam, & Hassiam sita est. A flu. *Fuldâ* præterlabente nomen accepit. Vulgò *Fulden*.

Fundi, op. Italiæ prope Caietam, ad viam Appiam. Strabo lib. 5. Φοῦνδι, πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη. Silius lib. 8.

Fundique & regnata Lamo Caieta, domusque
Antiphatæ compressa freto.

Horat. Serm. 1. Sat. 5.

Fundos Aufidio Lusco Prætore libenter
Linquimus.———

Inde generosa vina, scriptoribus commendata. Mart. 13. 15.

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

G.

Gabii, Volscorum urbs, 70. m. p. ab urbe distans, à Galacto, & Bio, fratribus Siculis condita. Solinus cap. 8. Fraude autem Sexti Tarqu. Superbi filii in Romanorum ditionem redacta. Livius lib. 1. Virgil. lib. 6. Urbis hujus originem refert ad Reges Albanorum, quibus enumeratis sic subdit:

Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent mœnibus arces.

Sub Augusti Imperio desertam fuisse plurimâ sui parte testantur authores. Hor. lib. 1. ep. 11.

Scis Lebedus quàm sit Gabiis desertior, atque
Fidenis vicus. Prop. lib. 4. Eleg. 1.

Quippe suburbanæ parvâ minus urbe Bovillæ,
Et qui nunc nulli, maxima turba Gabii.

Dionysius Halic. lib. 4. in historiâ Tarquinii Νῦν δὲ ὑπ' ἔτι αὐτοκινήτου πᾶσα, πλὴν ὅσον μέρη πανδοχεῖ χῆ ὁδόν.

Τέτο

Τότε δὴ πολυάνθρωπος, καὶ εἴπερ ἄλλη μεγάλη. Cauſam Lucanus bellis Civilibus attribuit. Lib. 7.

——*Gabios Veioſque Coramque*
Pulvere vix tectæ poterunt monſtrare ruinæ.

Gades, Gadira Græcis, inſula Hiſp. Bæticæ proxima continenti contra Cæſarianam, & portum Mneſthei, cum urbe epiſc. ſub Archiepiſc. Hiſpalenſi, inde 19. leuc. a Tyriis condita, col. Rom. inter oſtia Bætis, & Calpen. Inde *Gaditanus*, ut *mare Gaditanum*, & *Gaditanæ puellæ*, quæ agilitatis, laſciviæque nomine olim pretio fuerunt. Mart. 6. 71.

Et Gaditanis ludere docta modis.

Juvenal.

——*Ut Gaditano canoro*
Incipiat prurire choro.

Græcis, uti dixi, *Gadira*. Suidas. Γάδειρα, τόπος καὶ ἡ Ἑσπερία μοῖρα ἀποτελεύτησις ἡ θαλάσσης, καὶ οὗ ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς πρὸς ἡμᾶς εἰς τὴν Ἀτλαντίδα θάλασσαν καὶ τὴν Ὠκεανὸν ἦν διαπλεῦσαι ἐκ ἐνίων ἱερογράφων καὶ σκολοφῶν τυγχάνουσι. Deinde rationem nominis profert Γάδειρα ἀπὸ τοῦ γάω, καὶ τὸ δείρω, ὅ ἐστι περίφραγμα. Solinus vero aliud etymon longe veriſimilius reddit, cap. 6. *In capite Bæticæ ubi extremus eſt noti orbis terminus, inſulâ à continenti ſeptingentis paſſibus ſeparatur, quam Tyrii à Rubro mari profecti Erythræam, Pœni linguâ ſuâ Gadir, id eſt, ſepem, nominarunt.* Unde Heſychio Γάδειρα τὰ περιφράγματα, & Rufus Avienus in Deſcriptione Orbis:

Pœnus quippe locum Gadir vocat undique ſeptum.

Hebræis certè גדר *gadar* eſt *ſepire*, unde גדר *geder*, *maceria*, *ſepimentum*.

Gæſatæ, pop. ad Rhodanum habitantes, qui unà cum Senonibus Romam ceperunt. Plut. & Strabo. Hos Polybius ait profectos à locis Rhodano vicinis ad ea quæ ſunt circa Padum. Idem eos ait ſic eſſe dictos διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν, Ἡ γὰρ λέξις, inquit, αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως.

Gætulia, regio Libyæ interioris Garamantibus finitima, cujus incolæ *Gætuli*. Lucan. 4.

Autololes, Numidæque vagi, ſemperque paratus
Inculto Gætulus equo. Sil. lib. 3.
Vos quoque deſertis in caſtra mapalibus itis
Miſcers gregibus Gætuli aſſueta ferarum,
Indomitiſque loqui, & ſedare leonibus iras:
Nulla domus, plauſtris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

Virgil. Æn. 4.

Hinc Gætulæ urbes, genus inſuperabile bello. Saluſtius in bello Jud. *Africam initio habuere Gætuli & Libyes, aſperi, incultique, queis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujuſquam regebantur: vagi, palantes, quas nox coegerat, ſedes habebant.* Leonibus abundat hæc regio. Virg. Æn. 5.

——*Gætuli terga leonis.*

Horatius:

Non vides quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gætulæ catulos leænæ.

Galatia, regio min. Aſiæ, Phrygiæ contermina, ita dicta à *Gallis*, qui relictâ patriâ ibi ſedes fixerunt. Hujus incolæ *Galatæ* vocantur, & *Gallograeci*, quòd ex *Gallis* ſimul ac *Græcis* coaluerint. Ab Oriente Cappadociam, & Halym flu. ab Occidente Bithyniam, & Aſiam, à Meridie Pamphyliam, à ſeptentr. Pontum Euxinum. *Græcogalliam*, & *Bucellariorum regionem* appellat Suidas. *Mercatores* Galatas vocat Ammianus Marcell. lib. 22. Venaliciarii enim erant, & ſervitia vendebant, quod teſtatur etiam Claud. in Eutrop. lib. 1.

Hinc fora venalis Galatâ ductore frequentat.

Agreſte & incultum genus——vocat Theophylactus.

Galava, Angliæ op. Anton. *Kellenton* vulgò. Camdeno autem *Walwick* in Northumbriâ.

Galeſus, Calabriæ flu. in ſinum Tarentinum deſinens, vide Liv. lib. 25. Ejus meminit Virg. 4. Georg.

Quà piger humectat flaventia culta Galeſus.

Ubi alii *niger*, unde Sidonius Apollin.

Fuſcabat picei latex Galeſi.

Hor. Car. 2. 6.

Dulce pellitis ovibus Galeſi flumen.

Prop. lib. 2. *Tu canis umbroſi ſubter ſpineta Galeſi.*

Eundem Eurotam nonnulli vocant, teſte Polybio lib. 8. Mart. 8. 28.

Quà ſaturat Calabris culta Galeſus aquis.

Idem 2. 42.

Te Lacedæmonio velat toga lota Galeſo.

Et 12. 46.

Albi quæ ſuperas oves Galeſi.

Galilæa, Syriæ regio ad Septentrionem Judææ ſita. Eam Geographi duplicem eſſe ſtatuunt, Superiorem ſc. & Inferiorem. Superior juxta Tyrum, Sidonem, & Cæſaream Philippi ſita eſt, & vocatur *Galilæa gentium*, Iſ. 9. Mat. 4. vel quia illic gentes uſque ad Solomonis tempora habitarint, vel quòd *Hiramo*, regi Tyriorum oblata ſit. 3 Reg. 9. Hæc in tribu Nephthali ſita fuit. Inferior Galilæa circa Tiberiadem, & ſtagnum Geneſareth in tribu Zabulon poſita eſt, in quâ Chriſtus frequenter verſatus eſt. Joan. 4. Unde etiam *Galilæus* vocatus eſt. Mat. 26. Et Julianus ὁ παραβάτης Chriſtianos per contemptum *Galilæos* nuncupare ſolitus eſt. Euſeb. 10. 35. Eccleſ. Hiſt.

Gallæci, & *Gallæcia*, vide *Callaicus*.

Gallia, maxima Europæ pars, quicquid enim terrarum à Rheno per Oceanum, Pyrenæos montes, mare mediterraneum, & Apenninum montem, uſque ad Anconam clauditur, communi appellatione *Gallia* Latinis appellatur. A *candore* populi ſic dicta, Γάλα enim Græcis idem quod *lac* Latinis. Montes enim, & rigor cœli ab eâ parte Solis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colorentur. Regionem hanc olim in Ciſalpinam, & Tranſalpinam diviſere. Ciſalpinam dixerunt, quam hodiè ferè communi vocabulo Lombardiam vocamus, quæ Italiæ pars eſt. Tranſalpinam quæ his quinque metis, Rheno nempe, Oceano, Pyrenæis montibus, Mediterraneo mari, & Alpibus finitur. Hanc Tranſalpinam iterum, Cæſare teſte, triplicem fecere. Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. Belgicam, quæ Oceano, Rheno, Matronâ & Sequanâ fluminibus includitur, hodieque majori ex parte linguâ Teutonicâ utitur, & *Germania inferior* (cui Picardia conjuncta eſt) vocatur Celticam vero ſeu Lugdunenſem, quæ Garumnâ, Sequanâ & Rhodano fluminibus comprehenditur. Hæc nunc *Francia* dicitur. Aquitanicam denique quæ à Garumnâ ad Oceanum & Pyrenæos montes extenditur. Septentrionem verſus Oceanum habet, qui & ſinus Aquitanicus, ab Occaſu Hiſpaniam, à meridie Narbonenſem provinciam. Corporibus hominum & linguâ à cæteris differt, hodieque major ejus pars Gaſconia, vel Vaſconia dicitur. Hic Gallorum antiquus terminus. Sed Gallorum regio, quæ hodie regni nomine gaudet, atque vernaculo vocabulo *Franciæ regnum* vocatur, non tam late patet, ſed tantum verſus ſeptentrionem anguſtior eſt, quantum illi linea ab Argentorato ad Rhenum ſito, Iccium portum (hodie Caletum) uſque deducta adimit; comprehenditque omnem eum terrarum tractum, qui hâc lineâ, Oceano, Pyrenæis montibus mari mediterraneo, Alpibuſque montibus continetur. Triplex etiam nomen habuit Gallia, *Togata* enim, *Comata*, & *Braccata* dicta eſt. *Togata* dicitur Ciſalpina, quæ ſc. inter Alpes eſt, & Rubiconem fluvium, antiquum Italiæ limitem: Ita dicta, quòd populi illi Romanorum more *togâ* uterentur. *Braccata* autem Gallia dicta eſt Narbonenſis provinciæ; à *braccis* villoſæ veſtis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. *Comata* denique cognominabatur omnis Tranſalpina Gallia, à *comæ* nutriendæ ſtudio. A Juvenale *facunda* dicitur Gallia. Sat. 15.

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Idem Sat. 7.

——*Accipiat te*
Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum
Africa.——

Hinc Adjectiva. *Gallicanus*, ut *res Gallicanæ*, apud Cic. in orat. pro Quinctio. Item *Gallicus*, ut *Gallici terebræ*, Columel. lib. 5. Item *Gallius*, ut *Galliæ mulieres* apud Salluſt. Hiſt. lib. 4. Denique *Gallus*, unde *Galli* dicti ſunt, qui ex Galliâ originem habent. Illi autem viliores, & craſſiores veſtes, vel pannos texebant, quippe quibus, teſte Strabone, lana unde ſaga conficiebantur, craſſior, & aſperior fuit. Juv. Sat. 9.

——*Pingues aliquando lacernas,*
Et malè percuſſas textoris pectine Galli.

Mart. lib. 4.

Accipe Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Idem alibi: ——*Me pinguis Gallia veſtit.*

Horatius:

Nec pinguia Gallicis
Creſcant vellera paſcuis.

Horum canes etiam in pretio. Them. Orat. 3.

Καὶ κύνα Κέλτον.

Celticum canem, de quibus Gratius in Cyneg.

——*Magna indocilis dat pretia Medus,*
Magnaque diverſos extollit gloria Celtas,

i. e. *Gallicos*. Sequitur enim

Quondam inconſultis mater dabit Umbrica Gallis
Senſum agilem.——

Galli, ſacerdotes Cybeles in Phrygiâ, dicti à *Gallo* flumine, cujus aquas cum bibiſſent, ſtatim furere incipiebant, adeò ut ſeipſos caſtrarent, quod aliter citra perniciem facere non poterant, niſi Samiâ teſtâ. Hi ſacra facientes furentium more capita rotabant.

Lucan. lib. 1. ——————*Crinemque rotantes*
Sanguineum populis ulularunt triſtia Galli.

Gallica Flavia, Hiſp. urbs Ilergetum. Ptol. *Fraga* Varrer.

Gallica palus, intimus maris Adriatici receſſus, in quâ urbs Veneta ſita eſt, Mar. Niger.

Gallinaria, inſula in mari Tuſco, contra montes Liguſticos, ut inquit Varro lib. 3. de R. R. à *gallinis* ruſticis appellata. Vide Colum. 8. 2. hodiè *Iſola d' Albenga*. Sozomenus lib. 3. cap. 13. de B. Martino: Καὶ ὅτι πνα χρόνον ῥίζαις βοτανῶν ἀγομένῳ, νῆσον ὠκησεν ἣν Γαλλινδεια καλοῦσι. Μικρὸ ὕ αὖτι κ ἀνοικη]ῳ ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγ ϛ κμένη.

Gallinaria ſylva, Cumis vicina. Juven. Sat. 3.
Et Pomptina palus & Gallinaria pinus.

Gallogræcia, regio Aſiæ, Bithyniæ, Cappadociæ, & Pamphyliæ contermina, alio nomine *Galatia* dicta, quemadmodum & incolæ ipſi indifferenter *Galatæ* dicuntur, & *Gallogræci*. Nam cum Galli multitudine domi abundantes ſedes ſuas reliquiſſent, Italiamque, ferro flammâque crudeliſſimè vexaſſent: Inde Camilli virtute depulſi, non parvâ manu in Græciam, Macedoniamque irruperunt. Indeque Leonorio duce, Græcis quibuſdam permiſti, in Aſiam trajecerunt, acceptiſque à rege Bithyniæ agris, ſedes ibi fixerunt. Quo factum eſt, ut uno nomine *Gallogræci* dicerentur. Strabo lib. 12.

Gallus, Phrygiæ flu. imò & Bithyniæ ex Celænis montibus oriens, ac in Sangarium influens. Cujus tam admiranda eſt natura, ut parcè potus, & cerebrum purget, & inſaniam tollat, contrà, largius hauſtus lymphaticos reddat. Plin. 32. 2. Ovid. Faſt. 4.

Inter ait, viridem Cybelen, altaſque Celænas,
Amnis it inſanâ, nomine Gallus aquâ.

Gamphaſantes, Æthiopiæ pop. Mela lib. 1. *Nudi ſunt, armorumque omnium ignari, nec vitare ſciunt tela, nec jacere, ideoque obvios fugiunt: neque aliorum quam quibus idem ingenium eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur.* Solin. cap. 4. *Gamphaſantes abſtinent præliis, fugiunt commercia, nulli externo miſcentur.*

Gandara, gens Indorum, pop. *Gandarii* dicuntur & regio *Gandarica*. Steph. A *fortitudine* ſic dicti videntur, Heſychius Γανδαρ]ῳ ὁ Ταυρηκράτης παρ' Ἰνδοῖς. Neſcio quare Gandaros cornutos faciat Salmaſius, legendo Ταυρηκέρ]ῳ. Gandaros an taurum olim Indis ſignificaverit, viderint alii; noſtro ſeculo *Ganda* illis eſt Rhinoceros. Et hoc vero ſimilius, ſi ab animali ipſis nomen acceſſerit, à *Rhinocerotum multitudine* ſic dictos. Iſ. Voſſ. Vide *Candari*.

Gandavum, vulgò *Gand*, Flandriæ Metropolis, ac totius pene orbis inter urbes miraculum, in immenſam magnitudinem ſuis viribus paulatim excrevit. Coluere eam primùm *Gonduni*, ſive *Gunduni*, veteres Neraciorum clientes; deinde Romani, quos Jul. Cæſarem hic primùm collocaſſe, conſtanti Annalium fide traditur. His poſtremo acceſſere Germani, quorum pars maxima Saxones, quos ad 60 millia Carolus Magnus in hanc Belgicæ partem traduxit. Urbs eſt non amplitudine ſolum & dignitate, ſed amœnitate quâdam loci, conſpicua. Tria milliaria Germanica in ambitu continet. Sunt in hâc urbe 20 pontes, quorum multi 3 fulciuntur fornicibus, plurimi duobus, naveſque maximas ſubmittunt. Molæ ventis agitatæ plures, templa parœciarum habet 7. abbatias 5. Canonicorum Collegiata Sodalitia 2. Monaſteria 25. Publica peregrinorum Xenodochia 7. Noſocomium unum ampliſſimum & ditiſſimum. Gerontotrophia utriuſque ſexus 10. Pædotrophia, ubi etiam expoſiti infantes aluntur 2. Furioſorum ergaſtula 2. Xenodochium leproſorum unum. A Scaldi, Liſâ & Livâ flu. alluitur.

Gangæ, urbs Lyciæ. Scholiaſtes Nicandri in illud Θηρ.

——————Ἀζαλέλιν καίων ἐγγαγγίδα πίδλιν.
Τὰς ὃ Γάγγας πόλιν ἔφ ϛ Λυκίας κ Γαγγίδα φαείν.

Gangama, circa Mæotidem locus, Strab. 7. ubi piſces ex glacie effodiuntur, ad Boſphorum Cimmerium, ut volunt Xylander, & Bonacciolus. Caſaubonus non loci, ſed retis genus eſſe mavult.

Ganganorum, promontorium Albionis in orâ Walliæ occid. inter Meneviam urbem & *Aberconwey* op. Ptol.

Gangaridæ, pop. inter Aſſyrios & Indos. Virg. 3. Georg.

In foribus pugnam——————
Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini.

Val. Flac. lib. 6.

——————*Acies quem Martia circum*
Gangaridum, potâque Gerus quos efferat undâ.

Ganges, flu. maximus Indiæ ulterioris, illam à citeriori diſterminans, ex Emodis montibus profluens, ac in meridiem in Oceanum Indicum exiens. Plin. 33. 4. auriferum facit & cum Tago, Pado, Hebro, ac Pactolo conjungit, omnes auriferos. Eundem gemmiferum facit lib. ult. Virg. Georg. 2.

Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus.

Nonno χρυσαυγὴς dicitur. Dionyſio μελανδίνης *nigros habens vortices*, & εὐῤῥείτης *pulchriſluus*. Ovid. Triſt. 5.

——————*Lato ſpatiantem flumine Gangem.*

Claudianus:

Gurgitis immenſum deducit in oſtia Gangem.

Oſtia illa ſeptem facit Virgilius Æn. 9.

Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus.

Negat hoc Strabo lib. 15. ubi de Gange: Μίαν ἐκβολὴν ποιεῖ μέγις]ῳ ὧν ἄλλ μ ϛ Ἰνδικὴν πολαμῶν. Neque ab Strabone diſſentit Plinius 2. 108. *A Gange amne, oſtioque ejus, quo ſe in Eoum Oceanum effundit*, dicturus *oſtiis* ſi plura eſſent. Virgilio tamen aſſentiri videtur Propertius.

Et quâ ſeptenas temperat unda vias.

Ubi verbum *temperat* reſpondet illis verbis Virgilii *ſedatis amnibus*. *Tumidum gurgitem* dat ei Lucanus lib. 2. verſ. 496. *rapiditatem* lib. 8. verſ. 227. Idem lib. 3.

Movet & Eoos bellorum fama receſſus,
Quà colitur Ganges, toto qui ſolus in orbe
Oſtia naſcenti contraria ſolvere Phœbo
Audet, & adverſum fluctus impellit in Eurum.

Oppian. Κυνηγ. δ'.

——————Οὐ τοῖον Γάγγαο ῥόῳ φερέβ' ἠελίοιο
Ἰνδὸν ὑπὲρ δάπεδον Μαρυανδία λαὸν ἀμείβων
Μυκᾶ] βεύγμια πλώειον, ὁππότε χρημνῶν
Ἐκπεσδόρων ἐκάλυ]ε μολῶν ῥέμας αἰγιαλοῖο.

In vett. Manilii exemplaribus legas lib. 4.

Ultimus & ſolitus Ganges, colit India Cancrum.

Sanè ubi eſt Ganges, ibi eſt India. Quomodo igitur Ganges & India diverſis ſignis attribuuntur. Verùm τὸ Ganges eſt infarctum & in Cod. Gembl. verſus eſt ὑπέρμεδ]ῳ uno pede integro, Ultimos & ſolidos Ganges, &c. Tolle Ganges, importune huc infultum, & lege cum Scaligero, Ultimus ex ſolido tetrans. Item *Ganges* Taprobanæ fluvius. Ptol. Beroſus lib. 3. fabulatur *Gangem* Gomeri filium extitiſſe, aitque tantæ corporis ſtaturæ fuiſſe, ut 10 haberet altitudinis cubitos, quique pulchritudine animi, atque ingenii bonitate, ac morum integritate cùm præſtaret, ſimulatque juris & æqui amantiſſimus eſſet, Indorum rex conſtitutus fuit. Nihilominus tamen à ſubditis iniquiſſimè peremptus eſt, ac non multo poſt impii parricidæ horrendo ſpectro indies ſingulos uſque adeo divexabantur, ut ipſos in terram vivos oportuerit infodi, unde tota hæc regio miſerrimâ clade protinus liberata fuit. Flumini Gangi hic nomenclaturam dedit. Hinc *Gangeticus ſinus*, *Golfo di Bengala*, & *Gangetica tellus* Lucano.

Gangra, urbs Paphlagoniæ. Dicunt veteres τὰ Γάγγρα & ἡ Γάγγρα, ut Stephanus annotat. Volunt quidam dictam ſic fuiſſe à caprâ quâdam quæ *Gangra* vocaretur. Alii linguâ Henetorum & Paphlagonum γάγγραν tradunt quamvis capram appellari: unde putat Caſaub. γάγγραιναν morbum proxima quæque ſubito depaſcentem eſſe dictum. Vide 2 Tim. 2. Gangram ſi nihil aliud Synodus Gangrenſis hodiéque nobilitat. Long. 63. 25. Lat. 42. 40. Alia in Arabiâ Fel. Steph. alia item Ponti. Nicetas.

Ganodurum, Helvetiorum civitas ad Rhenum. Ptol. vulgò hodiè *Conſtantia*. *Conſtance*.

Garamantes, pop interioris Libyæ, Pſyllis finitimi, à *Garamante* Apollinis filio ſic dicti. Hi matrimoniorum expertes paſſim cum fœminis degunt, nullas certas ſedes habentes. Virgil.

——————*Ultra Garamantas & Indos*
Proferet imperium.——————

Idem Eclog. 8.

Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

Ad quos eſt *iter inexplicabile*, ut ait Plin. 5. 5. Tacit. 4. Hiſt. *Garamantes exciverat, gentem indomitam, & inter accolas latrociniis fœcundam.* Lucano *nudi* lib. 4. ac *inculti* lib. 9. dicuntur. *Velox Garamas*, Claudiano, & *atrox*, Silio, *inops* autem Senecæ in Hippolyto. Hinc *Garamanticus*. Silius lib. 1.

Dum fert Herculeis Garamantica ſigna columnis.

Garganus, promontorium Apuliæ, 300 ſtadiis in mare Adriaticum procurrens, hodiè vocatur *mons S. Angeli*. Lucan. lib. 5.

Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Horatius ad Auguſt.

Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum.

Gargaphia, vallis & fons, ubi Actæon à canibus laceratus eſt. Ovid. Met. 3.

Vallis erat piceis, & acutâ denſa cupreſſo
Nomine Gargaphiæ.——————

Obiter emendabis Vibium *Garga Eubœæ, ubi Actæon laceratus eſt à canibus*, repone, *Gargaphia Bœotiæ*. A Phœnicio גרף *garaph*, per primæ geminationem deducit vir magnus, illud autem de torrente dicitur, qui præceps lapſus omnia avehit.

Gargara,

Gargara, mons & op. Troadis in ſummitate montis Idæ apud Ilii urbem, frugum copiâ maximè affluens. Virgil. Georg. 1.

———*Nullo tantum ſe Mœſia cultu*
Jactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Ovid. 1. de Arte Am.

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.

Claudianus:

———*Jam flaveſcentia centum*
Meſſibus æſtivæ detondent Gargara falces.

גרגר *gargar* Ebræis *granum* ſignificat. Dict. igitur hic mons à *copiâ frugum*. Vide Servium in Georg. 1.

Gariannonum, op. Angliæ ad ortum, ad Garieni flu. oſtium, emporium Norvico urbi propinquum, olim *Burghcaſtle* Camdeno, ex cujus ruinis hodiè *Yarmouth* emerſit.

Garites, Gall. Aquitanicæ pop. circa Garumnam incolentes, quorum urbs *Aginum*, & regio *Agenois*, teſte Orontio, & Marliano.

Garizim, vel *Gerizim*, mons in finibus tribûs Ephraim & Manaſſe in quo ſita fuit urbs Sichem, prope quam habitavit, & altare condidit patriarcha Abraham, Gen. 12. & Jacob. Gen. 33. In hoc monte Pontifex Manaſſes, frater Gaddi, quum duxiſſet filiam Satrapæ Samaritani, ideoque à Judæis dignitate ſacerdotii privaretur, confugiens ad ſocerum, templum ſimile Hieroſolymitano ædificavit, & ſacra ſimilia Leviticis inſtituit eo tempore quo Alexander Magnus Monarchiam Perſicam occupavit. Joſephus 11. 7. Id templum annis 200 poſt unà cum Samariâ evertit Johannes Hyrcanus fil. Simonis fratris Judæ Maccabæi. Joſeph. 13. 16. Sed tamen nihilominus in ejuſdem montis vertice Samaritani adorabant & acerrimè Chriſtianos oderant, uſque ad Juſtiniani Imp. tempora, qui pleroſque ad fidem Chriſti perduxit, ac templum paulo ante juſſu Zenonis Imp. in eo monte in honorem Chriſti extructum, inſtauravit, & munitionem addidit, unde ſeditioſos Samaritanos poſſet compeſcere, ut Procopius lib. 5. de ædificiis Juſtiniani narrat. Cyrillus putat hunc eundem montem eſſe ſupra quem Joſue ædificavit altare, & populus Iſrael audivit à ſacerdotibus recitari benedictiones, legi obtemperantibus propoſitas. Scribunt enim montem hunc, Parnaſſi inſtar bicipitem fuiſſe, cujûs alterum caput *Gerizim*, alterum *Ebal* nominatum ſit.

Garumna, flu. Galliæ, in Pyrenæis montibus naſcens, Celtaſque dividens ab Aquitanis, & per Santonum fines occiduum influens Oceanum. *La Garoune* hodiè. Ejus meminit Tibul. 1. 7.

Teſtis Arar, Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna.

Itemque Claudianus 2. in Ruffinum:

Quoſque rigat retro pernicior unda Garumnæ.

Quod ait *retro*, revocat mihi in mentem Sidonii illud:

Oceanus refluum ſpargit per culta Garumnam.

Mela 3. 2. *Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cum hyberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iiſdemque retro remeantibus ſuas illinſque aquas agit, aliquantum plenior, & quantò magis procedit, eò latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis: nec majora tantum navigia tolerat, verum etiam more pelagi ſævientis exurgens, jactat navigantes atrociter, utique ſi aliò ventus, aliò unda præcipitat.*

Gaſandæ, Arabiæ populi quos cum Alilæis conjungit Diodorus Siculus lib. 3.

Gathynia, urbs à Lacone rege condita juxta mare, ut Cedrenus nobis tradit. Ὁ τότ νυν Λάκων ἀπ' ἡμίζεων χώρων λαχὼν, Λακωνικλὼ ἐκάλεσεν, ἧς τειάκοντα πρὸς χρόνυς βασιλεύσας; ἔκλισε πόλιν παρὰλιον ἀπ' Γαθυνίαν.

Gaugamela, locus Perſidis, de quo Arrianus, Πόλις ἢ οὐκ ἦν Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη ἡ μεγάλη, ὠνὰ ὀνόματος ὁ χῶρος, ὥνε εἰς ἀκοὴν ἦλθ τὸ ὄνομα. Joſ. Scaliger ait *Gaugamela* linguâ Aſſyriacâ *cameli inteſtina* ſignificare, rationem ſubdit quod ibidem eſſent inhumata. Optimè omnium vero Strabo, qui ait vocem hanc *Domum cameli* ſignificare.

Gaurus, mons Campaniæ, Maſſicis, & Surrentinis propinquus, in quo naſcitur vinum præcipuæ bonitatis. Plin. 3. 5. & 14. 6. Ejus meminit Lucanus lib. 2.

———*Vel ſi convulſo vertice Gaurus*
Decidat in fundum penitus ſtagnantis Averni.

Et Sat. Sylv. 3. Carm. 1.

Spectat ab Icario nemoroſus palmite Gaurus.

Idem Carm. 5.

———*Bacchei vineta madentia Gauri.*

Inde *Gauranus mons*, & *Gauranus ſinus* eidem Statio. Juvenal. Sat. 8.

———*Cœnet licet oſtrea centum*
Gaurana.———

Idem Sat. 2.

Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet
Suſpectumque jugum Cumis, & Gaurus inanis.

Papin. Theb. 8.

Sic ulmus vitiſque duplex jactura coloni
Gaurano de monte cadunt; ſed mœſtior ulmus
Quærit utrumque nemus, nec tam ſua brachia labens
Quam gemit adſuetas, invitaque proterit uvas.

De *Vino Gaurano*. Plin. 14. 3. 6. Athen. lib. 1. cap. ut vulgò fatuè diſtinguitur, 21.

Gaza, inſignis Palæſtinæ civitas, quæ olim Judæ in ſortem cecidit, ſic dicta à regiâ *gaza*, i. e. pecuniâ, quam illuc olim Cambyſes Perſarum rex vehi curarat, quondam munitiſſima, ut Alexander bimeſtri obſidione obſeſſam ægrè ceperit. Diodor. lib. 17. Apud veteres terminus erat Chananæorum juxta Ægyptum. Inde *Gazæus*, & *Gazeticus*, Lat. *fortis*, aut *capra*. Gazam nemo melius Arriano oculis ſubjicit: Ἀπὸ ἧς ἢ Γάζα τ' ἐπ' θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα ſταδίυς, καὶ ὀχυρὰ ἐμμώδης, καὶ βαθεῖα εἰς αὐτὴν ἡ ἄνοδ, καὶ ἡ θάλασσα ἡ κατ' τὴν πόλιν πεναγώδης πᾶσα. Μεγάλη ἢ πόλις ἡ Γάζα ἦν, καὶ ὅτε χώμασ ὑψηλᾶ ὤκισο, καὶ τεῖχ περιεβέβλητο αὐτῇ ὀχυρόν. Ἑρμάτη ἢ ὠκίσθ ὡς ἔτ' Αἰγύπτ ἐν Φοινίκης ἰόντι ὅτι τῇ ἀρχῇ τ ἐρήμ. Polyb. lib. 5. ἔτ μὲν ἦν ὑπὸ τ ἐνθυμίαν ἐξαναχὼν τὸ σωζόμενον μέρ τ δυνάμεως διέτριβε πρὸς Γάζαν. Ex quo locò non mediocris difficultas exurgit, ſi conferatur cum eo, quod dixit ſupra: Παρελθόντ ἢ εἰς Γάζαν καὶ περιναλαβὼν ἀπὸ τ δύναμιν αὖθις πρὸς βάδην. Διανύσας δ' ἐπὶ τὸ πρόκειμενον, πεμπταῖ καὶ ἑξηκοστῷ δέον πυθόμενος ſταδίυς ἀπεχὼν Ῥαφίας· ἢ κεῖ μετ' Ῥινοκόρυρα, πρώτη πρ κατ' τ κοίλην Συρίαν πόλεων ὡς πρὸς τ Αἰγυπτον. Quæ verba Latinè ſic ſonant: *Cum autem veniſſet Gazam, & ibi copias refeciſſet, rurſus procedebat lentè in anteriora, & quinque dierum ſpatio caſtrametatus eſt prope Raphiam ad 50 ſtadia, ea ſua eſt poſt Rhinocorura, prima ex Cavæ Syriæ urbibus verſus Ægypti partes.* Nam ſi Gaza occurrit prima venientibus Ægypto Raphiam, quomodo Antiochus prælio ad Raphiam victus Gazam ſe recipit, & non potius recedit verſus ſuas partes. Sed inter Ptolemæum victorem & Ægyptum, tanquam in caſſes ſe injecit prope deſertum, ubi nullus commeatus, nulla commodi receſsûs ſpes. Certe hæc videntur ἀπόρα. Tum Gaza erat in partibus & ſub jure Ptolemæi, per quam iter fecerat, & ibi copias ſuas refecerat: quomodo igitur victus exercitus eo ſe recipere potuiſſet? At ſolvit dubium locus N. Teſtamenti Act. Apoſt. cap. 8. ubi Angelus Philippum ſic alloquitur: Ἀνάſτηθι καὶ πορεύ κατ' μεσημβρίαν ὅτι τ ὁδὸν καταβαίν ἀπὸ Ἰερυſαλὴμ εἰς Γάζαν, αὕτη ἔſτιν ἔρημ. Ubi Angelus in dubio Philippum eſſe noluit, ad quem locum mitteretur, ideoque addit, *quæ deſerta eſt*, quod ſic intelligi debere videtur, *quæ eſt in deſerto*, aut *juxta deſertum*. Duæ igitur erant Gazæ, una in ditione Ptolemæi prope deſertum, ubi copias ſuas refecit Ptolemæus ex labore, quem in deſerto tranſmittendo habuerant. Alia Syriæ in Antiochi ditione, ubi poſt prælium ſe recepit; & primam illam Ptolemæi Gazam fuiſſe in deſerti finibus patet ex ipſius Polybii verbis: dixerat enim paulo ante, Ptolemæum, dum verſus Gazam tenderet, feciſſe iter διὰ τ ἀνύδρυ *per terram carentem aquâ*, quod eſt per deſertum. Sane D. Hieronymus duas fuiſſe Gazas notaverat, uti citat Caſaub. ad Strabonem. Sed & Diodorus lib. 19. duas fuiſſe Gazas manifeſtè innuit. Sic enim de Ptolemæo Lagi contra Demetrium movente: Ἀπὸ ἧ Πηλυσίυ διὰ τ ἐρήμ διελθὼν καταſτρατοπέδευσε πλησίον τ πολεμίων περὶ τ παλαιὰν Γάζαν τ Συρίας. Et rurſus eodem libro: Μετὰ τ γενομένην ἧτταν Δημητρίυ περὶ Γάζαν τ Συρίας· Unde colligitur alteram fuiſſe Gazam, quæ non fuit Syriæ, quando ſemper ita diſtinxit Diodorus, & ea eſt de quâ Polybius ubi ſupra. Long. 65. 26. Lat. 31. 45.

Gazæorum portus, in Palæſtinâ 30 ſtadiis à Gaza diſtans, Ptol. quæ & *Maiuma* dicebatur, & poſtea *Conſtantia* à *Conſtantino* M. Huic poſtea Julianus Imp. civitatis jus ademit, nomineque Conſtantiæ privavit. Vide Niceph. 8. 33. & 10. 3. Item Sozom. 5. 3.

Gebenna, Galliæ op. & mons inter Arvernos & Helvios, numero multitudinis extulit Lucanus lib 1.

———*Qua montibus ardua ſummis*
Gens habitat canâ pendentes rupe Gebennas.

Montes *Gebennici* à Strabone definiuntur ῥάχις ὀρεινὴ παρὰ ὀρθὰν τῇ Πυρήνῃ. Sic גב׳נא *gebina*, Syris eſt *ſupercilium montis*. Luc. 4. 29. Vulgò *les Cevennes*, & *Sumene*.

Gedanum, *Dantzig*, urbs Poloniæ, Pruſſiæ Regiæ caput, perampla, & probè munita, ad Viſtulam flu. qui 1. leuc. infra in ſinum Gedanenſem, & in mare Balticum ſe exonerat. Portu gaudet capaci & commodo. Urbs ipſa eſt Hanzeatica, & emporium celeberrimum, & quamplurimis gaudet privilegiis; 5. leuc. diſtat à Mariæburgo in Circ. 7. ab Elbinga in occ. & 15. à Thorunio in Bor. Caput eſt Pomeraniæ tractus. Olim pag. erat, an. 1295. in urb. mutatus à Primiſlao Polono. Hinc

an.

an. 1343. urbs mœnibus cincta fuit, & an. 1454. certis conditionibus se Casimiro, Poloniæ regi subjecit. Versus merid. & occid. cingitur aliquot montibus bellicis operibus munitis ab an. 1656. contra Suevos. Irrigatur amnibus Rodauno, & Motlava; estque duplex, antiqua, & nova. Long. 41. 30. Lat. 54. 20.

Gedrosia, Asiæ reg. inter Carmaniam ad occ. & Indiam ad ort. Arachosiæ ad Sept. finitima, ad meridiem Oceano, terminata. *Tarse* Haytono & Sabellico. *Circan* Castaldo, *Gest* Mercatori. Populi *Gedrosii* Straboni, *Gedrosi* Plinio & Melæ, de quibus vide Qu. Curtium lib. 9. cap. 10. Dionysius vers. 1086.

Τῶν ἢ πρὸς ἀντολίην Γεδρωσῶν ἔθνεα δῖα
Γείτων Ὠκεανῷ μεγακήτεϊ.——

Gehenna, nomen loci apud Evangelistas; ponitur autem pro inferno, hâc occasione, teste Hieronymo: Erat idolum Baal juxta Jerusalem, ad radicem montis Moriæ, unde Siloa fluit. Hæc vallis est parva campi planities irrigua & nemorosa, plenaque deliciis & lucus in eo idolo consecratus. In tantam autem populus Israel venerat dementiam, ut relicto Templo, hostias ibi mactarent, filiosque suos incenderent Dæmonibus, vel initiarent. Appellabatur autem locus ipse *Gehinnom*, id est, *vallis Hinnom*. Et comminatur Deus se locum illum impleturum cadaveribus mortuorum, ut nequaquam *Tophet*, & *Baal* sed *Polyandrium* vocetur. Futura ergo supplicia, & pœnæ perpetuæ quibus impii cruciandi sunt, hujus loci vocabulo denotantur. Vide Fungerum in *Gehenna*, & Seld. de D. Syris Synt. 1. cap. 6.

Gela, celebris urbs Siciliæ ad amnem cognominem. Eam Rhodii Antiphemo, & Cretenses, Etimo duce, communi operâ condiderunt annis 45. post Syracusas. De origine nominis Grammatici multa nugantur, Hebraismi ignoratione, ut statim apparebit. Stephanus & Suidas, qui de *gelu* ut Romana voce aliquid inaudiverant, Siculum amnem ad Austrum obversum *Gelan* appellari volunt, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ· Ταύτην δὲ τὴν Ὀπικῶν φωνὴ καὶ Σικελῶν γέλαν λέγουσι. Aliis *Gela* dicitur ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Θεμέρας à fabuloso *Gelone Ætnæ & Hymari filio*. In eâ sententiâ fuere Proxenus, qui περὶ πόλεων Σικελικῶν, *de Siciliæ itineribus* scripsit (non περὶ πόλεων *de urbibus*, ut legi voluit vir Doctus) & Hellanicus, credo Lesbius, quem Suidas scripsisse refert περίοδον γῆς καὶ ἱστορίας. Alii denique *Gelan* dici putant ἀπὸ τοῦ γελᾶν *à ridendo*, errore perridiculo. Tradit enim Aristænetus, qui de Phaselide scripsit, Lacium, & Antiphemum fratres, cum Delphos profecti essent, ad consulendum oraculum, Pythiam nihil ad ea dicentem de quibus consulta fuerat, solum jussisse Lacium, ut ad ort. navigaret, τὸν δ' Ἀντιφήμου γελάσαντος, ἢ Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν, ἀφ' ἡλίου δυσμῶν καὶ λῶ ἂν (lege καὶ Γέλαν) πόλιν οἰκίσαι. Hæc hactenus apud Stephanum. Rem paulo aliter refert Etymologus, quem consule si tanti est. Nos enim jam tædet nugarum. Itaque ut serio agamus, Gelam urbem Græcos huc appellentes nuncupasse dicimus de nomine fluminis ad cujus ostium erat condita. Ita referunt præter Durim, multi bonæ notæ scriptores. Thucydides lib. 6. τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο. Virgilius.

Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.

Silius lib. 14.

Venit ab amne trahens nomen Gela.

Claud. 2. de raptu:

Pantagiam, nomenque Gelan qui præbuit urbi.

Vibius in catalogo fluminum: *Gela Siciliæ, à quo opidum.* Servius. *Gela civitas à fluvio* nominata. Stephanus, Suidas, Etymologus: Γέλα πόλις Σικελίας, καλεῖται ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα. *Gela* porro vorticosus est amnis. Ovid. Fast. 4.

Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi,
Et te vorticibus non adeunde Gela.

Inde *Gela* Punicè dictus est amnis בלע *Bela*, i. e. *vorticis* seu *vorticosus*. Gelæ autem urbis conditores, Cretenses & Rhodii, quorum dialectus erat Dorica, aut Æolica B. & G. suo more promutatis pro *Bela Gela* dixerunt. Tale pro βέλαν γέλαν, unde *glans*, φλίγω pro θλίβω, unde *affligo*. Itaque *Gelas* idem quod Græcè Βαρύδινος, vel Βαρυδίνης. Vide Suidam. Alius Gelam deducet ab Ebræo verbo גלל *galal*, h. e *volvere, volutare*, unde גל *gal, fluctus*, tanquam à voluntatione. Alias item per aphæresin ad עקל *ackel, torquere*, unde Talmudicis עיקול *ikul, vortex aquarum*. Sed verum est quod diximus. Bochartus.

Gelbis, flu. in Mosellam se exonerans, teste Ausonio. *Kil* hodiè, teste Marliano.

Gelboe, vel *Gilboa*, mons in tribu Manasse prope Sichem, in quo tres filii Saulis unà cum exercitu à Philistinis cæsi sunt, & Saul sibi ipsi mortem consciv. 1 Reg. 28. A Scythopoli 6. m. p. distans.

Geldria, infer. Germ. provincia ac ducatus antiquorum Sicambrorum (uti fere omnes Scriptores consentiunt) sedes. Habet à Sept. Frisiam, & sinum maris Germanici, ab oriente Cliviæ ducatum, à Merid. Juliacum attingit, Brabantia & Hollandia eam ab occ. respiciunt. Regio est campestris, montibus omnino carens, sed passim silvis ac nemoribus ornata. Omnium rerum fertilis est, præcipuè frumenti fœcunda, & supra modum pascendis pecoribus ob pratorum ubique viridantium luxuriem apta, adeo ut ex ultimâ Daniâ emacerata armenta hic saginanda mittantur. Tribus celeberrimis flu. Rheno, Mosa, & Vahali irrigatur. Noviomagum in ea Metropolis est. Habet 22 urbes muris & fossis munitas, & supra 300 pagos. An. Dom. 1339. *Comes* Geldriæ Francofurti in publicis Comitiis Dux coronatus est à Ludovico Imp. De etymo Geldriæ varia extant apud Henr. Aquilium, F. Irenicum, & Lud. Guicciardinum. Vulgo *Gueldres*.

Gelones, vel *Geloni*, populi Scythiæ, Agathyrsis proximi, qui faciem depingunt, ut terribiliores in prælio videantur. Patientissimi sunt inediæ, fameque urgente, equo, quo vehuntur, sanguinis nonnihil detrahunt, eoque cum lacte commixto, inediam levant. Dicti sunt à *Gelono* Herculis filio, Agathyrsi fratre. Virgilius:

——Pictosque Gelonos.

Lucanus eis fortitudinem tribuit, lib. 3.

Massagetes quo fugit equo, forteque Geloni.

Ubi tamen, *volucresque* legendum. Virgilius:

Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus.

Vide Melam, 1. 21. & Solin. cap. 20. de pictura vero Gelonorum vide Salmas. in Plinian. Exerc p. 188. Multas singuli habebant uxores, contenti suis finibus vivebant. Horat. lib. 1. Carm. Ita hic Stephanus. Cæterùm an contenti nescio, nec enim id asserit Poeta. Locus est lib. 2. Carm. Od. 9. ubi de Augusti tropæis loquens, ait:

Intraque præscriptum Gelonos
Exiguis habitare campis.

Arcubus & sagittis olim polluisse testantur Virgilius ac Horatius. Hic Æn. 8.

——Carasque sagittiferosque Gelonos.

Ille in Odis:

——Visam pharetratos Gelonos.

Claud. in Ruffin.

Membraque quæ ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Quibus adde Statium, sic enim ille:

——Falcemque Getes, arcumque Gelonus
Tenderet.——

Gelonium, stagnum Siciliæ tetro odore abigens appropinquantes. Aliis *Geloum* dicitur. Vide Solinum, & Lud. de la Cerda in illud Georg. 2.

——Pictosque Gelonos.

Genabum, Galliæ op. ad Ligerim flu. situm, Cæsar. Roberto Cænali *Orleans* est, Paradino, & Vigenereo potius *Gyen* videtur op. ad eundem fluvium situm; idque verum esse ex distantiâ quam Cæsar inter hoc opidum & Agendicum ponit, ostendit. Luc. lib. 1.

Inclyta Cæsareis Genabus dissolvitur alis.

Genauni, pop. Vindeliciæ. Horat. Carm. 4. Od. 14.

——Milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Dejecit acer.——

Genea, vicus Corinthi, lege, & vide *Tenea*.

Genezareth, Galilææ lacus, circumseptus urbibus plurimis & celebribus. Solinus cap. 38. Hic Christus Apostolos vocat. Idem dicitur *mare Tiberiadis*.

Genetes, portus & flu. unde *Genetæum* promontorium, in quo templum fuit Hospitalis Jovis, quem *Xenion* vocant. Steph. Val. Flac. lib. 5.

——Inde Genetæi rupes Jovis.

Apollonius:

Τὸς ἢ μετ' αὐτὸν ἔκτα Γενηταίου Διὸς ἄκρην
Γναμψαντος, &c.——

Geneva, urbs Allobrogum in Sabaudiâ ad egressum Rhodani flu. ex lacu Lemano, urbs libera, & Imperialis. Ejus meminit Cæsar lib. 4. Urbs olim Episcopalis, sed cum novam Calvini religionem susceperit, ejus episcopus Annessiaci commoratur. Long. 27. 33. Lat. 45. 45.

Genua, urbs Liguriæ clarissima, sic dicta à *genu*, quia se habet tanquam genu recurvum à latere maris. Vel à *Genuo* Saturni filio, qui fertur eam condidisse, vel ut quidam volunt à *Genuino*, Phaethontis socio, Alii etiam à *Jano* Italorum rege. Hanc Annibal penitus delevit, sed Corn. Servilius consul instauravit, sicut Livius refert. Hæc urbs aliquando ad Tanaim usque imperii sui fines produxit. Theodosiam enim suæ ditionis effecit, Cyprum, Lesbum, Chium insulas, & Peram Thraciæ urbem in potestatem redegit. Hodiè toti Liguriæ, & Corsicæ imperat. Emporium celebre est, cujus cives potentissimi mercaturâ, & negotiationibus, per omnes fere orbis partes

tes maximum ſibi nomen atque divitias compararunt. *Genua* altera Hiſp. Bæticæ, vide *Urſo*.

Genuſus, flu. Macedoniæ, in mare Ionium influens, inter Apolloniam, & Dyrrhachium. Luc. lib. 5.

Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circumeunt ripis.———

Georgi, pop. Aſiæ in Iberiâ, ab *agricolatione* ſic dicti, eorum regio *Georgiana* dicitur.

Gergobia, Cæſari, ſed Γεργοβία Straboni, Galliæ op. in Arvernis, *Gergoie*, Gab. Simeonio. *Gergobia* altera vel *Gergobina*, Boiorum in Galliâ metropolis, Cæſar. *Molins* Paradino. Viginereus mallet *Monlucon*, vel *Nery*, ubi ſunt Thermæ, & multa antiquorum Romanorum veſtigia.

Germania, regio Europæ latiſſima, quæ à Gallis, Rhætis, ac Pannoniis, Rheno, & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Daciſque metu mutuo, ac montibus ſeparatur: cætera ambit Oceanus, latos ſinus, & inſularum immenſa ſpatia complectens. Germaniæ autem termini ab auctoribus, ut quiſque ſui temporis rationem ſecutus eſt, adeo variè deſcribuntur, ut triplicem quaſi Germaniam facere videantur, Veterem, nempe, mediam, & recentem. Veterem vocant Beroſianam, quam Rheno, Oceano, Tanai, Ponto Euxino, Danubio ejuſque accolis circumſcribunt. Media erit, quam Tacitus, Ptolemæus & Plinius, coætanei fere cognoverunt, quæ cum ex ipſis autoribus ſatis nota ſit, non opus videtur hic denuo eam deſcribere. Denique recens Germania, quæ noſtrâ eſt memoriâ uſitatior, ultra Rhenum eatenus eſt extenſa, ut omnes ferme Belgas, uſque ad Alpes Tridentinas contineat. Ita quoque ultra Viſtulam ortum verſus, uſque ad Scythas Alanos, quos hodie Lithuanos appellamus, pertinet. Erit ejus longitudo ab Iccio portu, vulgò Caletum, uſque ad Lithuaniæ fines, habebitque latitudinem à mari Germanico & Venetico ad Alpes uſque. Hujus reg. incolæ *Germani* dicuntur, cujus nominis rationem ad Romanos authores, nonnulli referunt, qui cum primùm Rhenum devictis Gallis tranſgreſſi fuiſſent, videntes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, colore flavo, formâ præterea, & moribus, rituque vivendi, Gallis ſimillimos, *Germanos* eos, tanquam fratres Gallorum appellarunt. Alii inde dictos putant, peculiari ejus regionis ritu, ſe mutuâ, ſuâ linguâ Germanos, i. e. fratres conſalutarent. Eruditi tamen inter Germanos vocabuli hujus etymologiam ex ſuâ potius linguâ petendam exiſtimant. Illi enim *gar*, ſive *ger*, *totum* dicunt, & *man*, *virum*, ut *Germanos* dictos intelligas, quaſi *totos viros*. Alii deducunt à *Ger* quod pro *bello* uſurpatur apud Gallos veteres, ut *War* Anglis, & *Guerre* Gallis, unde *Germani*, i. e. *homines belli*, Gallice *gens d' armes*. Nonnulli à *germinando* derivant propter fœcunditatem gentis populoſiſſimæ, ut Sylvius: quo & P. Diaconus reſpicere videtur lib. 1. rerum Longobardicarum, cap. 1. Porro Germani ipſi indigenæ exiſtimantur, quoniam non eſt veriſimile, aliquos Aſiâ, aut Africâ, aut Italiâ relictâ, Germaniam petiiſſe, informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu, aſpectuque, niſi patria ſit. De Germanis Dionyſius.

Λαὸς τε φῦλα νέμων) ἀξιμανέων Γερμανῶν.

Ubi MS. Bodleianum legit ἐευδνέων, utrumvis epitheton fortitudinem Germanorum ſatis indicat. Quam etiam abundè teſtantur authores. Mela, *Immanes ſunt animis, atque corporibus.* Cæſar. 3. Gall. lib. 4. *Ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibilique virtute, atque exercitatione in armis eſſe* prædicat. Columella, Lib. 7. de R. R. *Germaniam decoravit natura alciſſimorum hominum exercitibus.* Solinus: *Frequens Germania populis numeroſis, & immanibus.* Tacitus: *Germanos fluminibus ſuetos levitas armorum, & proceritas corporum attollit.* Cicero contra Piſonem *acerrimas* dicit *Germanorum nationes.* Seneca de Ira 1. 11. *Germanis quid eſt animoſius, quid curſu acrius, quid armorum cupidius?* Et lib. de Brevit. Vitæ, vocat *ferociſſimam gentem*, & alibi *Avidam gentem belli.* Hinc Horat. Germanum *horridam* dixit. Carm. 4. Od. 5.

Quis, Germania quos horrida parturit
Fœtus? ——— *Quis fera.*
Bellum curet Iberiæ? ———

Idem in Epodis:

Nec fera cœruleâ domuit Germania pube.

Cæſar ubi ſupra: *Lavantur in fluminibus.* Is mos veterum Germanorum; quem tangit Galenus de San. tu. 1. τὸ δὲ τῶν ἡμῶν, inquit, ἀπολούσασθαι πρὸ παντὸς ἤθους ἀνθρώπων ἔθος ἐστὶ τῷ κινδύνῳ ἐπ' ὀφελείᾳ τοῦ βορείου· ὅθεν καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν φάσκειν ῥώμαλέους, καὶ ταῦτα καθάπερ φασὶ καὶ Γερμανοὺς ἁπαξάπαντας αὐτοὺς ὑπὸ φύσεως, ἅμα τε κρατύνειν τὸ σῶμα, βαπτίζοντας εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, ὥσπερ ὑπὸ διάπυρον σίδηρον. Virg. Æn. 8.

———*Natos ad flumina primum*
Deferimus ſævoque gelu duramus & undis.

Val. Flac. lib. 6.

——*Ubi tam ſævo durescimus amne*
Progeniem, natoſque rudes.———

Julianus in epiſt. ad Maximum: Παῦλος ὅδε ὁ Ῥῆνος ἀδελφεὸς ποῦ Κελτοῦ ὃς τὰ μὲν πόλλα ἤδη βεβρώθη ὑπὸ δεινῆς πέμπτης, καθάπερ ἐκολάσθη καθαρὸς ἀνέμοισιν ὑπὸ τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ, καὶ τῇ μιῇ ἡμέρᾳ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν ὥσπερ ἀδίκαστον τινα μαρτυρίαν ἔτη καθαρῶν καὶ ἀμεμπτῶν γάμων ἀπὸ τοῦ παιδὸς σωφρονίαν ἀπιδωξόμενος. In Græco Epigrammate eſt:

Θυρσαλέοις Κελτοὶ πολεμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ
Τεκνάλαλαλάδωσι, καὶ ἐκ πόρου ἐσὶ τυπῆες
Πεῖν παῖν ἀθρήσωσι λελύμενον ὕδατι σιμτῷ.

Greg. Nazianzenus de Celtis:

Ὡς νόθον ἐγγένεις Ῥήνῳ κεκλέπλα ῥεέθροις.

Claud. in Ruff.

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Hinc & ἐλεγχόμενος Rhenus in epigr. dictus lib. Anthol. & Nonno in Dionyſiacis. Mem. etiam hujus rei Ariſtot. Pol. 7. 7. Et Michael Apoſtolius in ὁ Ῥῆνος ἐλέγχει. Plura de Germanorum fortitudine vide apud Eliam Schedium aureo illo, quem *de diis Germanis*, inſcripſit libello Syntagm. 1. cap. 1. De moribus Germanorum libellum ſingularem ſcripſit Corn. Tacitus. Sed præ omnibus videndus Cluverius de Germaniâ Antiquâ. Germania hodierna, valde diverſos limites habet ab antiqua. A Sept. ſiquidem habet mare Balticum, & Jutiam meridionalem: ab Oriente terminatur Hungaria, Pruſſia regia, & Polonia ſuper. & infer. quæ pro majore parte ſunt cis Viſtulam flu. A meridie ſeparatur ab Italiâ Alpibus; ab Occid. Friſia Occidentali, Gueldria, Tranſilvania, & Groningia, quæ antea erant in Germania, nunc autem in Belgio continentur. Sed viciſſim ditiones Cliven. Juliacenſ. Leodienſ. Colonienſ. Trevirenſ. Palatinatus Rheni pro parte, quæ antiquitus erant in Gallia, nunc in Germania cenſentur. Alſatia nunc ſubeſt Dom. Francorum. Bohemia inſerta eſt in Germania cum ejus partibus Sileſia & Moravia, Polonia & Dania proprios reges habent, neque ullo modo ſub Germaniâ continentur. Helvetii autem cum Rhætis ſunt ſui juris, nec Germanicum agnoſcunt imperium. Ejus Long. à confin. Lotharingiæ uſque ad Iim. Hungariæ eſt 180. mill. Germ. Latitudo autem à mari Baltico uſque ad Alpes in confin. Foro-Julii eſt 126. mill. Germ. Dividitur in regnum Bohemiæ & Circulos, ſuntque eo ordine.

Germaniæ Circuli.

Circulus I. Franconiæ ſub quo Epiſcopatus Herbipolitanus, Bambergenſ. & Eichſtatenſ. & tota Franconia comprehenduntur.

II. Bavariæ, ſub quo Bavariæ Duc. Palatinatus ſuper. & Archiepiſcopatus Salisburgenſ. cum Epiſcopatu Paſſavienſi & Duc. Neoburgenſi.

III. Auſtriacus, ſub quo Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, Com. Tirolenſ. & Epiſcopatus Tridentinus cum annexis.

IV. Suevicus, ubi Suevia tota, Duc. Vertimbergenſ. & Marchionatus Badenſ. & Burgoviæ.

V. Rhenanus, in quo Alſatia, Duc. Bipontinus, Haſſia, & Epiſcopatus Spirenſ. cum Abbatia Fuldenſi, Veteravia, & Com. Valdecenſi.

VI. Electorum Rheni, ſub quo ditiones Electorum, 1. Moguntini, 2. Trevirenſis, 2. Colonienſis, 4. & Palatini Rheni.

VII. Weſtphaliæ, ſub quo Duc. Weſtphaliæ, Juliacenſ. Cliven. & Montenſ. Com. Marchiæ, Friſiæ Orientalis, Oldenburgenſ. & Hoyenſ. & ditiones, ſeu Epiſcopatus Monaſterienſ. Leodienſ. Oſnabrugenſ. Paderbornenſ. & Mindenſis Principatus.

VIII. Saxoniæ ſuper. in quo Duc. Saxoniæ, Miſnia, Thuringia, Principatus Anhaltinus, Marchionatus, Brandenburgicus, & Pomerania, cum Rugia inſ.

IX. Saxoniæ infer. ſub quo Duc. Brunſvicenſ. Luneburgenſ. Megalopolitanus, Bremenſ. Magdeburgenſ. Lauenburgicus, & Holſatiæ, Dioeceſis Hildeſhemienſ. & Principatus Halberſtadienſ. & Verdenſis. Suntque hi omnes in Germania.

X. Burgundicus eſt extra Germ. propriam, continetque Comit. Burgundiæ, & 17. provincias Belgii, habetque tantum votum in Diætis, cum agitur de reb. Imperii Germanici. Inſtitutus fuit hic Circulus à Carolo V. Imp. ut ſic ditiones ſuas Belgii & Comitatus Burgundiæ ſervaret auxilio Germanorum.

Germaniæ Principes.

1. Imperator, ſub quo nunc regn. Bohemiæ cum annexis, Sileſiâ & Moravia. Eidem etiam ſubſunt Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, cum Com. Tirolis, Briſgoviâ, Burgovia, & annexis.

2. Archiep.

2. Archiep. Elector Moguntinus, ſub quo ditio Moguntina, Erfordia, & Eisfeldia.
3. Archiep. Elector Trevirenſ. ſub quo ditio Trevirenſis.
4. Archiep. Elector Colonienſ. ſub quo ditio Colonienſ. & Duc. Weſtphaliæ.
5. Dux Elector Bavariæ, ſub quo Bavaria, cum Palatinatu ſuper.
6. Dux Elector Saxoniæ, ſub quo Duc. Saxoniæ, cum Luſatiâ ſuper. & Miſnia, cum Epiſcopatu Miſnenſi & Com. Mansfeldienſi.
7. Dux Elector Brandenburgicus, ſub quo Marchia tota Brandeburgica, Duc. Pomeraniæ ulter. Pruſſiæ, Magdeburgenſ. Halberſtadienſ. Mindenſ. Clivenſ. & Croſſenſ. Comitatuſque Marchiæ & Ravenſpergenſis.
8. Prifceps Elector Palatinus, ſub quo Palatinatus infer. ſive Rheni.
9. Archiep. Salisburgenſ. ſub quo ditio Salisburgenſis.
10. Epiſcopus Monaſterienſ. ſub quo ditio Monaſterienſis.
11. Epiſc. Leodienſ. ſub quo ditio Leodienſis.
12. Epiſc. Herbipolitanus, qui & Franconiæ Dux, ſub quo ditio Herbipolitana.
13. Epiſc. Bambergenſ. ſub quo ditio Bambergenſis.
14. Epiſc. Paderbornenſ. ſub quo ditio Paderbornenſis.
15. Epiſc. Oſnabrucenſ. ſub quo ditio Oſnabrucenſis.

Sunt etiam Epiſcopi Aichſtatenſ. Argentoratenſ. Auguſtanus, Baſileenſ. Conſtantienſ. Paſſavienſ. Spirenſ. & Wormacienſ. cum eorum ditionibus adjacentibus.

16. Duces Luneburgenſ. & Brunſvicenſ. ſub quibus Duc. Brunſvicenſ. & Luneburgenſ. Comitatuſque Diepholtenſ. Danebergæ & Hoyæ.
17. Dux Virtembergenſ. ſub quo Duc. Virtembergenſis.
18. Dux Neoburgenſ. ſub quo Duc. Neoburgenſ. Juliacenſ. & Montenſis.
19. Lantgravius Haſſo-Caſſelanus, ſub quo major pars Haſſiæ, ditiones Marpurgenſis, Hersfeldia, Smalcaldia, & pars Com. Schaumburgenſis.
20. Duces Megalopolitani duo, ſub quibus Duc. Megalopolitanus, & tractus Suerinenſ. & Ratzeburgenſis.
21. Duces Holſatiæ plurimi, ſub quibus major pars Holſatiæ.
22. Principes Anhaltini 5. ſub quibus Principatus Anhaltinus.
23. Dux Bipontinus, ſub quo Duc. Bipontinus.
24. Princeps Friſiæ Orientalis, ſub quo Friſia Orientalis.
25. Dux Saxoniæ Lavemburgenſ. ſub quo Duc. Lavemburgenſis.
26. Dux Saxoniæ Hallenſ. ſub quo Halla, & pars ampla Thuringiæ.
27. Dux Saxoniæ Merſoburgenſ. ſub quo tractus Merſoburgenſ. & Luſatia inferior.
28. Dux Saxoniæ Naumburgenſ. ſub quo ditio Naumburgenſ. max. pars Voightlandiæ, & Principat. Henneburgenſis.
29. Dux Saxoniæ Altemburgenſ. ſub quo Duc. Altemburgenſ. & Coburgenſis.
30. Duces Saxoniæ Veimarienſes, ſub quibus Duc. Veimarienſ. & Eyſenacenſis.

Sunt etiam alii Principes minoris notæ in Germania, de quibus ſuo loco.

Germania inferior. Vide *Belgium*.

Gerræ, pop. Septentr. apud Dionyſ. Perieg. v. 131.

Περὶ δ' νότον Γέρραι, καὶ Ναείνι' ἄστε' ἐρυμνά.

Ita enim vulgò legebamus, donec Tanaquillus Faber aliam lectionem nobis ſuppeditavit, Epiſt. Crit. 27. Sic enim ille. *Et tamen aliquis*, inquit, *quantumvis leviter, in his rebus eruditus facile conjicere poterat non* Γέρραι, *ſed* Ῥάπτοι *legendum eſſe*.

Gerrha, urbs Ægypti maritima, apud Palæſtinæ confinia, *Maſeli*, teſte Molet. cum Ortelio.

Gerunda, vulgò *Girona*, Hiſp. urbs in Catalaunîâ apud oram litoream, de quâ Prudentius in Periſteph.

——*Artibus ſacris locuples Gerunda.*

Gerundenſis ager à Saracenis vaſtatus. Blondus lib. 2. Decad. 2. Long. 24. 30. Lat. 43. 00.

Gerunium, vulgò *Cirignola*, op. Apuliæ Dauniæ inter Aſculum, & Canuſium, quam Quadratus *Gereniam* appellat. Steph. Κυάδεσθαι δ Γηρνίαν αὐτὴν καλεῖ.

Gerus, vel *Gerrhus*, flu. Scythiæ, ſeptimus ab Iſtro memoria dignus. Herod. lib. 4. Stephano locus eſt & fluvius proximus Boryſtheni. Val. Flac. lib. 6.

——*Potâque Gerus quos efferat undâ.*

Geruſa, urbs Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol. *S. Georgio* hodiè dici putatur.

Geſclithron, ſpecus, unde ſpirare Aquilonem dicit Plinius, Græcè Τὸς κλεῖθρον, i. e. *terræ clauſtrum*. Vide Turneb. Adverſ. 24. 42.

Geſoduum, urbs Norici in Auſtriâ, vulgo *Salzburg*. *Gaſtental* vero Lazio dicitur.

Geſſaces, mons Parinoniæ ſuperioris in Stiriâ, in Ungariæ confinio Trebel. Poll. *Schekel* teſte Lazio.

Geſſoriacum, op. Morinorum navale. Ptol. Volunt nonnulli eſſe illud opidum, unde breviſſimus eſt in Angliam trajectus, quod vulgò *Caletum* vocant. Lelandus in Bononiâ collocat, nec aliter Camdenus. Ejus meminere Plin. 4. 16. Mela 3. 2. Sueton. in Claudio cap. 17. vide ſis Burtonum in Antonini Itinerarium pag. 18.

Getæ, pop. in Scythiâ Europæâ, quos Appianus *Dacos* vocat. Strabo vero lib. 7. Getas à Dacis ita diſtinguit, ut Getæ ſint, qui ad Pontum in orientem vergunt: Daci vero qui in oppoſitum latus ſpectant verſus Germaniam, & ad Iſtri fontes, quos olim Davos vocatos nonnulli volunt, ex quo apud Athenienſes Davorum, & Getarum ſervilia nomina. Ælius Spartianus ſcribit Getas dictos fuiſſe, qui poſtea *Gothi* appellati ſunt. De moribus eorum & barbarie ſic Ovidius:

In quibus eſt nemo, qui non coryton & arcum,
Telaque vipereo lurida felle gerat.
Vox fera, trux vultus, veriſſima mortis imago,
Non coma, non ullâ barba reſecta manu.

Idem eos *rigidos, crudos, duros, inhumanos, hirſutos, truces, feroces, diros, ſævos*, & *feros* vocat. Et uno verſiculo hæc omnia:

Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.

Inde *Geticus*, ut *plectrum Geticum* pro Orpheo. Stat. Syl. 3.

——*Et Getici cedat tibi gloria plectri,*
Et tu ſaxa moves, & te nemora alta ſequuntur.

Item *Getica Lyra*. Idem Sylv. 3.

——*Tyrione hæc mœnia plectro,*
An Geticâ venere lyrâ?——

Gibraltar, mons Hiſpaniæ notiſſimus ad fretum Gaditanum, olim *Calpe* dictus, Arabicè *Gibel-tarif*, i. e. *mons Tarif*, inquit Ortelius; quaſi vero *Tarif* nomen proprium ſit, ac non potius appellativum, אלטרף *extremitatem* Latinè declarans: planè idem quod ſcribit Plinius lib. 3. cap. 1. *Calpe Hiſpaniæ extimus mons eſt. Gibraltar* enim nihil aliud eſt quam *mons extremitatis*. Fullerus.

Gindes, fluvius Albaniæ in Cyrum influens. Alter in Meſopotamiâ, qui ex Armeniæ montibus oriens in Tigrim excurrit, teſte Oroſio, qui illum ſecundæ magnitudinis facit poſt Euphratem. Tac. An. 11. Ad flumen Ginden quod Dahas, Arioſque diſterminat. Memoratur & Senecæ 3. de Irâ. Cyrus cum Babylonem expugnaturus feſtinaret ad bellum Ginden latè fuſum amnem vado tranſire tentavit, & quæ ſequuntur; ex quibus haurias ſententiam. Tibull. Carm. lib. 4.

——*Aut rapidus Cyri dementia Gindes.*

Gion, vel *Geon*, flu. qui apud Ægyptios *Nilus* vocatur. Heſychius: Γεὼν, πόλεμος παρ' Ἕλλησι Νεῖλος. Quo nomine vocatus eſt mons Judææ, apud quem Solomon in regem unctus fuit.

Gir, Libyæ fluvius, Ptol. *Niger* Mercatori. Claudianus *ditiſſimum* vocat de Laud. Stilic.

Heſperidum Triton, & Gir ditiſſimus amnis.

Alii *Ger*, *Gil*, *Gis notiſſimus amnis*. Γὴρ eſt Ptolemæo, & Γήρα civitas ad hunc flu. ſita.

Glaſconia, *Glaſſenbury*, pagus (olim Cœnobium celeberrimum) Somerſetenſ. Com. in Angl. 10. mill. ab æſtuario Sabrinæ in ort. 15. à Bathoniâ in Africum, & 20. à Dorceſtriâ in Bor.

Glaſcovium, *Glaſcow*, urbs Scotiæ Archiep. & Academ. in Glotianâ prov. 16. mill. ab orâ Occid. & 25. ab Edinburgo in occ. Long. 15. 44. Lat. 57. 03.

Gleſſaria, inſula ante litus Cimbrorum in mari Germ. quæ & *Auſtriana*, vulgò *Nort-ſtrandt*, teſte Cluverio.

Gloceſtria. Vide *Clevum*.

Gloceſtrienſis Comitatus, prov. Angl. à Gloceſtriâ urbe ſic dicta, ad Sabrinam flu. Habet ab Oriente Oxonienſ. Com. ab occ. Monumetenſem, ejus circuitus eſt 140. mill.

Glucſtadium, op. Daniæ in Holſatiâ, in Stormaria provincia, in dextrâ Albis flu. ripâ ab iis qui ſecundo flu. deſcendunt, 6. leuc. infra Hamburgum in Circium, è reg. Duc. Bremenſis.

Gnacia, quæ & *Egnatia*, urbs Apuliæ Peucetiæ exciſa. Horat. in Hodœporico.

Bari mœnia piſcoſi, de hinc Gnatiam lymphis.

Gneſna, urbs Poloniæ maj. Archiep. in Palatinatu Caliſienſi, olim regia ſedes, & regni primaria, inter Poſnaniam ad occ. 7. & Toruniam ad ort. 12. leuc. Dicitur & *Limoſaleum*. Long. 40. 45. Lat. 52. 53.

Gnoſus, ſive *Cnoſus*, & *Cnoſſus*, urbs Cretæ clariſſima, Minois regia. Hodiè *Ginoſa*. Hinc *Cnoſius* ex eâ urbe civis, & *Gnoſia regna* apud Virgil. Æn. 3. & *Gnoſia ſtella* eidem Georg. 1.

Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronæ.

Et *Gnoſia litora* apud Catullum:

Gnoſia Cecropiæ tetigiſſent littora puppes.

Hinc

Hinc etiam *Gnoſiacus*. Stat. Sylv. 1. 6.

Vincens Gnoſiacæ facem coronæ.

Et *Gnoſiacum regnum* apud Ovid. Met. 9. Item *Gnoſius*, aliud adjectivum. Lucan. lib. 3.

Jam dilecta Jovi centenis venit in arma
Creta vetus populis, Gnoſaſque agitare ſagittas
Docta.———

Propert. 2. 12.

Et pharetra ex humero Gnoſia utroque jacet.

Denique *Cnoſis* pro Ariadnâ. Ovid. Ep.

Et Phœbus Daphnen & Gnoſida Bacchus amavit.

Gog, nomen gentis, Ezech. 38. Apocal. 20. Vide Boch. Geogr. Sacr. lib. 3. cap. 13. Fullerum Miſcell. lib. 2. cap. 4. nec non Medi noſtratis τῶ πάνυ diſſertationem de Gogo & Magogo.

Golgi, gorum, locus Cypri Veneri & Cupidini ſacer, de quo Catullus in Nuptiis Pelei & Thetidis:

Sancte puer, curis hominum quæ gaudia miſces,
Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondoſum.

Scholiaſtes in illud Theocriti.

Δέαιναν ἃ Γολγόνδε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας.

Γολγὸς, inquit, πόλις Κύπρου, ὠνομασμένη ἀπὸ Γολγοῦ υἱοῦ Ἀδώνιδος καὶ Ἀφροδίτης. Bocharto tamen *Golgos* deflexum nomen eſt à Phœnicio גלגל *golgol*, Hebræi *Galgal*, *Gilgal*, & *Gilgul*, dixerint. Græci Γολγὺς, & Γολγὸν dicunt finali L abjecto ut in Ἀννίβα & Ἀσδρύβα.

Golgotha, i. e. *Calvaria*, locus in quo crucifixus fuit Chriſtus Dominus noſter; ubi etiam ſi Traditioni antiquæ fides Adamus ſepultus fuit. Nonnus in Paraphr. Joan. cap. 19.

Ἔισοκε λῶες ἴχνια φαπζομένοιο Κρανίου
Ἀδὰμ πρωτογόνοιο φερώνυμον ἅντυσα κόρσης.

Tertullianus:

Golgotha locus eſt capitis, Calvaria quondam,
Lingua paterna prior ſic illum nomine dixit,
Hic hominem primum ſuſcepimus eſſe ſepultum,
Hic medium terræ eſt.———

Gomorrha, urbs Pentapoleos in Judæâ, cœlitus immiſſo unà cum Sodomis conſumpta. Heſychius: Γόμορρα, μέδον, ἄναξ.

Gomphi, urbs Theſſaliæ. Steph. Hujus, inquit Ferrarius, meminit Statius 4. Syl.

Et crebris Iter alligare Gomphis.

Sed quid quæſo, urbi Thraciæ in Viâ Domitianâ? Quodnam epitheton civitatis *creber*? Quomodo iter urbe alligatur? Apage has nugas, Et *gomphis* apud Papinium habe pro nomine appellativo, i. e. *paxillis, palis*, vel *cuneis*. Heſychius: Γόμφοις, ταῖς ἀπὸ ξύλων ἁρμοναῖς.

Gonoeſſa, Ætoliæ civitas. Sen. in Troad.

An carens nunquam Gonoeſſa vento?

Habuit ex Hom. Iliad. 2. qui Γονέαντα ἀπήνην vocat. Heſychius: Γονέαντα, πόλις Πελοποννήσου.

Gordiæus, mons Armeniæ, ubi primum arca Noæ conſtitit, ut quidam volunt. Vide Boch. Geogr. Sacr. lib. 1. cap. 3.

Gorditanum, Sardiniæ promont. Ptol. *Capo Lugudori*, Pineto; *Argentar* vero Nigro dicitur.

Gordium, urbs Phrygiæ ad Sangarium flu. Xenophon. Hanc *Gordiam* vocat Juſtinus lib. 11. cap. 7. *Gordien urbem petit, quæ poſita eſt inter Phrygiam majorem & minorem.* Falſum, inquit Voſſius. Non enim inter Phrygiam major. & min. ſita urbs Gordium, ſed inter Phrygiam min. & Cappadociam. Stephanus: Γορδίεων, πόλις ἡ μεγάλης Φρυγίας, πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πάππου Μίδου. Alii tamen ſimiliter in Phrygiâ min. ad Sangarium ponunt. Sed ineptè. Ineptiunt quoque illi, qui eundem ac Sardes faciunt. Celænas enim Alexander jam ceperat, neque quiſquam prodidit, eum regreſſum in Phrygiam Helleſpontiacam.

Gorgon, Urgo Plinio & Melæ, inſ. maris Tyrrheni, Capraríæ proxima. Rutil. lib. 1.

Aſſurgit ponti medio circumflua Gorgon.

Gorgones, ſeu *Gorgades*, & *Heſperides* inſulæ; dicuntur nunc inſulæ Capitis Viridis in mari Atlantico, verſus Africam, & promont. Viride. Subſunt Regi Portugalliæ, ſuntque numero decem.

Gorichemum, Gurkum, urbs Belgii in Hollandiâ merid. ad Moſam, ubi recipit Lingam, 3. leuc. à Dordraco in ort. & 2. à Viana in auſt.

Gortyn, Gortys, & *Gortyna*, op. Cretæ Mediter. ad Lethæum flu. Hinc *Gortynius*. Luc. Varus:

Seu canis umbroſam luſtrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cervæ comprendere luſtra,
Sævit in abſentem, & circum veſtigia luſtrans
Æthera per nitidum tenues ſectatur odores.

Item *Spicula Gortynia* apud Statium, quibus *Gortynenſes* celebres fuere. Luc. lib. 3.

———*Nec Eois pejor Gortyna ſagittis.*

Idem lib. 6.

Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scævam.———

Gothi, vel *Gotthi*, hodie *Polonei*, teſte Mat. Michovienſi, pop. Sarmatiæ Europ. Boreale latus maris Euxini accolentes, prius *Getæ* dicti, teſte Iſidoro. Regio eorum *Gothia*, inter Tyram & Boryſthenem.

Gothia, Gotland, pars eſt auſtralis regni Sueciæ, inter Sueciam propriam Norvegiam, & mare Balticum.

Gothunni, pop. Sarm. Europ. ex *Gothis*, & *Hunnis*, permixtis nominati. Claud. 2. in Eutrop.

———*Oſtrogothis colitur, mixtiſque Gothunnis.*

Ubi tamen doctiſſ. Nic. Heinſius *Gruthungis* reponit, quem ſis vide.

Gottinga, urbs Germ. in Duc. Brunſvicenſi ad Leinam flu. 3. leuc. à Duderſtadio in occ. Haſſiam verſus, & 10. ab Hildeſheimo in auſt.

Gottorpium, arx Daniæ valida, in Jutiâ, exiguo ab urb. Sleſvicenſi intervallo, ſedes Ducum Sleſvici, & Holſatiæ, qui hinc *Duces Gottorpienſes* dicuntur.

Gouda, urbs Belg. Uniti in Hollandia, med. fermè inter Ultrajectum ad ort. & Hagam ad occ. 5. leuc. utrinque, & 3. à Roterodamo.

Gracchopolis, Cracow, teſte Bonfinio, urbs Poloniæ min. epiſc. & regia ampliſſima. Dicitur etiam *Cracovia*, & *Carrodunum.*

Græcia, Europæ regio, olim omni diſciplinarum genere excultiſſima (ſemper tamen levitatis, vanitatiſque nomine malè audiens, de quo poſtea) Cic. pro Flacco. *Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperii & bellicâ laude floruit, parvum quendam locum Europæ tenet, ſemperque tenuit, Aſiæ maritimam oram bello ſuperatam cinxit urbibus.* Hæc à Ptolemæo *Achaia* nominatur. Principium ſumit ad meridiem ab Iſthmi Corinthiaci anguſtiis, indeque ad ſeptentrionem in Theſſaliam uſque & partem Ægæi maris extenditur. Ad occaſum Acheloo flu. ab Epiro dirimitur. Ab ortu Solis habet mare Ægæum, quâ parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones, quas olim optimè deſcripſit Pauſanias. Vide Ubbonis Emmii Græciæ veteris deſcriptionem. Utinam vero Doctiſſimi Palmerii *Græciam antiquam* videremus. Faxit Deus miſericors & omnipotens, ut opus illud expectatiſſimum ac utiliſſimum in lucem dare & publicare poſſit vir doctiſſimus, & in auctoribus antiquis emendandis planè divinus. Græci peſſimè apud veteres audierunt, quaſi perfidiæ rei. Euripides in Iphigeniâ Taurica: Πᾶσὰν Ἑλλὰς οἶδεν ἀδίκην. *Nihil fidi novit Græcia.* Græcorum quoque varſitatem miris modis exagitat Sat. 3. Juvenalis. Idem Sat. 10.

———*Quicquid Græcia mendax*
Audit in hiſtoriâ.———

Val. Flaccus lib. 8.

———*Te Græcia fallax*
Perſequor.———

Cic. ad Quintum Fratrem Ep. 1. *Græci fallaces & leves, & diuturna ſervitute ad nimiam aſſentationem eruditi.* Idem pro Flacco, Tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam; teſtimoniorum autem fidem & veritatem nunquam iſti coluere. Plin. N. H. 8. 22. Mirum eſt quò procedat Græca credulitas, nullum tam impudens mendacium eſt, ut teſte *careat*. Virg. Æn. 2. Verſ. 106.

Ignari ſcelerum tantorum, artiſque Pelaſgæ.

Et infra verſ. 152.

———*Ille dolis inſtructus & arte Pelaſgâ.*

Græcæ lubricitatis ſuggillatio etiam in illis eſt apud Plautum, Aſin. 1. 3.

———*Quæque volumus uti,*
Græcâ mercamur fide.———

Hoc eſt præſenti pecuniâ opus eſt, nemo fidem noſtram ſequitur non magis quàm ſi Græci eſſemus. Apud Auſonium tamen *Græca fides* in adagio eſt pro certâ & indubitatâ, cum ait Epiſt. 10.

Non Pœnâ ſed Græcâ fide.

Græcorum marmor in pretio fuit apud Romanos. Juvenal. Sat. 14.

———*Græcis longéque petitis*
Marmoribus vincens Fortunæ atque Herculis ædem.

Statius:

———*Græcis effulta metallis*
Culmina.———

Græcia magna, reg. Italiæ ad oram ſinûs Scylacei ac Tarentini, inter Bruties ad meridiem, & Salentinos ad Bor. in longum extenſa: cujus pars nunc in Calabriâ ulteriore, pars vero major in citeriore continetur. Ejus mem. Ovid. Faſt. 4.

Itala nam tellus Græcia major erat.

Subcisivam Græciam vocat Apuleius in Apologiâ. Cæterùm Magnæ, sive Majoris Græciæ nomine quid intellexerint veteres, non convenit inter authores. Strabo ait Italiæ partem quâ de tractat lib. 6. & Siciliam eo nomine comprehendi. Plinius Italiæ tantum partem, eamque multesimam: Ita enim scribit Italiam dilaudans. *Ipsi de eâ judicavere Græci genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex eâ appellando Magnam Græciam. Italia*, inquit Servius, μεγάλη Ἑλλὰς est *appellata, quia à Tarento usque ad Cumas omnes civitates Græci condiderunt.* Seneca de Consolatione ad Alb. *Totum Italiæ latus quod infero mari alluitur, major Græcia fuit.* Athenæus, lib. 12. Ὅυκ ὀλίγον δ' ἀφεῖς ἐν σιφλῷ, καὶ ἐνδαιμονίαν τὴν σύμπασ[ι]ν τότε καλ[ου]μέ[νη]ν καὶ τὸ πλῆθ[ος] ἐγχέλε[ι]ον ἅπ' ἀνθεώπων, διὸ καὶ μεγάλη Ἑλλὰς ἐκλήθη πᾶσα ἡ ἐντὸς Ἰταλίαν καλουμένης. De Ptolemæo non est obscurum quid ille Magnæ Græciæ nomine complectatur. Vide & Festum & Huberti Goltzii *Græciam Magnam.*

Graiæ Alpes, sunt inter Sabaudiam & Pedemontium, excurruntque à M. Cenisio usque ad summum Penninum.

Grampius, Scotiæ mons ingens, illam in citeriorem & ulteriorem dividens, vulgò *Granzebain* dictus.

Granata, & *Granatum*, quam vulgus *Granadam* vocant, quæ *nova Illiberis* dici potest, urbs Hisp. Bæticæ amplissima, apud Illiberim urb. excisam, regni Granatensis caput. A. D. 1492. ab Hispanis, victis Mauris, recepta. Ab Alex. 6. Pontifice Max. metropolis creata. Plura de eo vide apud L. Mar. Siculum. Long. 17. 10. Lat. 37. 30.

Granicus, Bithyniæ flu. pugnâ, quæ inter Persas & Alexandrum fuit, nobilis: in quâ sexcenta millia hominum Persarum cæsa, fugataque sunt ab Alexandri exercitu non majori 30 millibus peditum, & equitum millibus quatuor & quingentis. Non procul est à Cyzico. Vide Diodorum lib. 17. Plutarchum, Curtium, Arrianum, & Justinum.

Granionarium, Germ. urbs. Ptol. *Bamberg* Petro Appiano. Sita est ad Mœnum flu. *Gravionarium* habet Græcus codex.

Granta, Angliæ op. à Beda & Felice celebratum, ut Lelandus perhibet, qui addit illud à Britannis *Caergrant*, à flu. vicino dici *Grantbridge*, v. ab Anglis & Saxonibus, à ponte ibidem constructo, vulgò *Cambridge*. Vide *Cantabrigia.*

Gratia, vel *Crátia*, urbs Bithyniæ inter Claudiopolim ad occ. 24. & Ancyram ad ort. 116. m. p.

Gratiæ portus, *Havre de Grace*, urbs permunita cum valida arce in Normannia.

Gratiana, *Gradiscba* Lazio, op. Pannoniæ Sueviæ in Bosfinæ confin. med. inter Zagabrim ad occ. & Possegum ad ort. 8. leuc. Hungaricis.

Gratianopolis, *Grenoble*, urbs Gall. Delphinatûs caput, & Parliamenti sedes, ad Isarum flu. in valle, episc. sub Archiep. Viennensi, inde 3. leuc. in ort. & 7. à Monmeliano in Afr. Long. 27. 00. Lat. 44. 30.

Graudentium, vel *Grudentum*, Prussiæ Polonicæ op. ad Ossæ in Vistulam influentis ost. 9. leuc. à Torunio in Bor. & 11. à Mariæburgo in aust.

Gravelina, *Graveling*, , arx Flandriæ permunita in ora litorali, medio itinere inter Caletum ad occ. & Dunquerka ad ort. 3. leuc. utrinque, & 1. à Burburgo.

Gravesinda, *Gravesend*, op. Angliæ in Cantio, cum castro & portu ad Tamesis æstuarium, 5. mill. à Rossa, & 14. à Londino in ort.

Gravia, *Grave*, urbs Brabantiæ ad Mosam, 2. leuc. à Neomago in merid. & tot à Gennepio in occ.

Gravii, pop. Hisp. Tarracon. in Callaicis. Silius Italicus lib. 8.

Et quos nunc Gravios violato nomine Graium
Oeneæ misere domus.——

Vide *Grovii.*

Gravionarium. Vide *Bamberga.*

Gravisceæ, Tusciæ pop. Ptol. *M. Alto* Nigro. Ita autem dictus est hic locus ab aeris *gravitate.* Sic enim Virg. lib. 10.

Et Pyrgi veteres, intempestæque Gravisceæ.

Sil. lib. 8.

——*Veteres misere Gravisceæ.*

Rutilius in Itinerario:

Inde Gravisearum fastigia rara videmus,
Quas premit æstivæ sæpe paludis odor.

Strabo lib. 5. Ἀπὸ δὲ τῆς Κοσσῶν εἰς Ὠσίαν φέρουσιν πολίχνια δύο Γερμήσιον, καὶ Πῦργοι, καὶ Ἄλσιον, καὶ Φρεγηνία.

Grenevicum, *Greenwich*, pervetusta Regum Britannicorum domus est, 4. mill sub Londino ad Tamesis ripas. Vide Barclaium in Icon. Anim. cap. 2.

Grima, *Grim*, op. Misniæ ad Muldam flu. 3. leuc. à Lipsia Misniam versus, sub dom. Elect. Saxoniæ. Long. 34. 35. Lat. 51. 15.

Grinario, *Knaringen*, op. Vindeliciæ, ad amnem *Carnlach*, vix 1. mill. à Burgavia in occ. Ulmam versus.

Grimmes, pop. Batavorum, quorum op. *Grin* Rhenano, Al. autem est *Rhenen*, op. ad Rhenum flu. in Hollandiæ, Geldriæque confin. inter Noviomagum 3 & Trajectum 4. leuc. à Batavoduro 2. in aust. Long. 26. 55. Lat. 52. 02.

Gripswaldia, urbs Pomeraniæ, & Academia, med. inter Sundam ad Bor. & Volgastiam ad ort. Long. 35. 40. Lat. 54. 18.

Grisones, pop. Germ. intra Alpes, ad fontes Rheni & Oeni, ubi alias Rhæti Alpini dicti, in Rhætia. Sunt sui juris; habentque ad Bor. partim Sueviam, & partim Helvetios, uti ad occ. ad ort. Com. Tirolensem, & ad merid. Dominium Venetum, & Duc. Mediolanensem. Eorum urbes sunt, 1. Bormium, *Bormio.* 2. Clavenna, *Chiavenna.* 3. Curia, *Coir.* 4. Magia, *Megenfeld.* 5. Morbenium, *Morbegno.* 6. Sondrium, *Sondrio.* 7. Tiranum, *Tirano.*

Grodna, urbs Lithuaniæ in Palatinatu Trocensi, ad Memelium flu. 20. mill. à Vilna in Africum, & 7. ab Augustovia.

Grolla, urbs Belgii uniti, in Com. Zutphaniæ, ad Slincam flu. in confin. Westphaliæ & ditionis Monasterienf. 4. leuc. à Zutphania in ort.

Groninga, urbs Belgii, Prov. dictæ *Dominii Groningensis* caput, inter Frisiam Orient. ad ort. & Occid. ad occ. Gaudet Academia, subestque dominio Batavorum. Long. 27. 44. Lat. 53. 26.

Grovii, Hisp. populi Mela lib. 3. cap. 1. ubi perperam *Gronii* vulgò dicuntur. Γρούιοι Ptolemæo. Remanet hoc nomen etiam hodie, in insulâ & promont. ad ostium Ullæ flu. sito, *Grove* enim vocatur. Confirmant hanc lectionem meliores Silii codices.

Quique super Grovios lucentes volvit arenas,
Infernæ populis referens oblivia Lethes.

Sed & alibi:

Et quos nunc Grovios, violato nomine Graium,
Oeneæ misere domus, Ætolaque Tyde.

Grudii, pop. Belgii quorum urbs est Lovanium, teste Divæo, Leodio & aliis. Aliis autem ut Martiano, est *Brugge*, urbs Flandriæ.

Grumentum, urbs Lucaniæ mediter. excisa, teste Barrio, Lagariæ urbi etiam excisæ propinqua, à Saponariâ op. haud valdè distans: ex quo errant qui *Groppoli* Gurmentum indigitant, cum *Groppoli* opidulum sit in orâ sinûs Pæstani, Grumentum vero ad sinum Tarentinum situm sit. Ejus mem. Sen. de Ben. 3. 23.

Cum obsideretque Grumentum.

Ubi Mureti Lectio *Adrumentum*; prisca vero omnis habet Grumentum. Atque istud in Italiâ inter Lucanos esse, Livius, Florus, Appianus, Ptolemæus dicunt: Quid quod Macrobius in hoc ipso facto, ita nominat.

Grynium, seu *Grynium* op. Myrinæorum juxta Clazomenas, Strab. 13. in quo templum Apollinis, & lucus vaticinandi pervetustus. Templum autem candido marmore sumptuosum erat, in quo ipse Apollo colebatur, unde Apollo *Grynæus.* Virgil. Ecl. 6.

Hi tibi Grynæi nemoris dicatus origo,
Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo.

Guardia, urbs Lusitaniæ, inter Cauriam, & Lamacum 14. leuc. vulgò *Guarda.*

Guardia, urbs Ital. in Frentanis & Aprutio episc. sub Arch. Beneventano, ab Anxano 8. m. p. in Eurum distans.

Guba, *Guben*, op. Germ. in Lusatia infer. ad flu. Nissam, 5. leuc. à Francofurto in aust. & 4. à Cotbusio, sub dom. Ducis Saxoniæ Merseburgensis.

Gueldria, una ex septemdecim Germ. inferioris provinciis, cujus pars Septentrionalis ad Batavos spectat, meridionalis v. ad Hispanos, cum Gueldria urbe primaria; estque valde extensa à Sept. usque ad merid. nempe à mari Austrino usque ad Duc. Juliacensem, sed non æquè lata.

Ejus urbes sunt,
Arenacum, *Arnheim*, sub Batavis.
Bommelia, *Bommel*, sub Batavis.
Elburgum, *Elburgh*, sub Batavis.
Gueldria, *Gueldre*, sub Hispanis.
Hardervicum, *Harderwick*, sub Batavis.
Neomagus, *Nimmegen*, sub Batavis.
Ruremunda, *Ruremonde*, sub Hispanis.
Venloa, *Venlo*, sub Hispanis.

Gugerni, pop. Germ. fuere juxta Rhenum, infra Coloniam, postea Sicambri dicti, teste Cluverio; erantque ubi nunc Cliviæ Ducatus.

Guiana, prov. Americæ meridion. in mediterraneis, versus

ſus lacum *Parime*, ad auſt. provinciæ Caribanæ. Sunt qui illam extendunt ab oram Caribarum juxta mare Bor. inter oſt. fluviorum Amazonum & Orinoci, ubi quædam Coloniæ Europæorum.

Guinea, reg. Africæ, inter Nigritiam ad Bor. & mare Atlanticum ad auſt. inter regnum Congi ad ort. & Monte Leonis ad occ.

Guipuſcoa, vel *Ipuſcoa*, prov. Hiſpaniæ, Biſcaiæ attributa, quam habet ad occ. uti Alavum ad Auſt. Oceanum Aquitanicum ad Bor. & Navarram ad ort. cum parte Galliæ. In ea urbes præcipuæ ſunt Toloſa, regionis caput, Fanum S. Sebaſtiani, & Fons rapidus.

Guiſa, *Guiſe*, op. Gall. in Picardia, ad Oeſiam flu. verſus confinia Hannoniæ.

Gulus, flu. Maurit. Cæſarienſ. Ptol.

Gunugi, Plin. *Gunucis* Anton. *Canuccis* Ptol. op. Mauritan. Cæſarienſ. inter Lar Caitellum, & Juliam Cæſaream 24. m. p. *Capo di Tenes* Moletio.

Gurcum, *Gurk*, urbs Norici in Carinthia, à Villaco 6. leuc. in Cæc. diſtans. Long. 36. 15. Lat. 46. 56.

Guſtrovium, urbs Germ. in Duc. Megalopolitano, 7. leuc. à Wiſmaria in ort. & 4. à Roſtochio in auſt. Long. 34. 20. Lat. 54. 00.

Gutſcovia, op. Pomeraniæ citer. ad Penam flu. Com. cogn. caput, 3. leuc. à Gripſvaldia in auſt. & 4. à Volgaſtia in occ.

Guttalus, Germ. flu. in Oceanum Germanicum exiens; *Oder* Althamero eſt, per Sileſiam, Marchiam, & Pomeraniam in Balticum influens. Hadr. Junio eſt *Al.* flu. Pruſſiæ ad Montem Regium urb. in mare labens. Sed cum Guttalus in Oceanum, non in mediterraneum mare, quale Balticum eſt, deferatur, in errore manifeſto verſantur. Potius eſt qui *Jadua* Ptolemæo dicitur, vulgò *Die Jade*, is enim in Oceanum inter Amaſiam & Viſurgim flu. exiit.

Gyarus inſ. maris Ægæi, una ex Sporadibus, in quam Romani noxios ſuos deportabant. Item *Gyara* pl. num. Juvenalis.

Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquis.——

Idem Sat. 10. ubi de Pellæo juvene, h. e. Alexandro Macedone:

Æſtuat infelix angusto limite mundi
Ut Gyari clauſus ſcopulis, parvaque Seripho.

Stat. l. 3. ——*Ipſa tuâ Mycone Gyaroque revelli*

Dele times, magnique fidem teſtariꝫ alumni. Unde dicatur (inquit Bochartus) colligere eſt ex hiſtoriâ veteri, quam ita attingit Plin. 8. 29. *M. Varro author eſt*, &c. *ex Gyaro, Cycladum inſulâ, incolas à muribus fugatos.* Et cap. 56. *Theophraſtus author eſt in Gyaro inſulâ, cum incolas fugaſſent, ferrum quoque roſiſſe eos.* Et Stephanus Byzantius: Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος φησὶν ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μύες διαῤῥώγασι δηεῖν. Quæ & apud Suidam legas in Γύαρος. Phœnices igitur credibile eſt Γύαρον appellaſſe inſulam עכור acuar vel כור Phœnicia aphæreſi, i. e. *inſulam muris.*

Gyas, magna & bona pars Syracuſani agri, qui fuit Dionyſii tyranni. Plut. in Dione. Hodiè *la cava di Georgia* vocari ſcribit Aretius. Græcè Γύας Γύαλος. Poſt Anapum deſcribit Cluverius ex Plutarchi Dione τὴ Συρακουσίας τὴ κληθέν Γύαλα, πολλὰ καὶ ἀγαθὰ χώρεον, ἀπήκοα ἀπὸ θαλάττης, εἰς τὰ μεσόγαια. Punicè גוחא *gavata*, *medium* ſonat. Itaque non niſi τὰ μεσόγαια videntur hâc voce deſignaſſe.

Gygæus, Lydiæ lacus, ſtadiis 40. Sardibus diſtans, qui poſtea *Colonus* dictus eſt. Prop. lib. 3.

Lydia Gygæo tincta puella lacu.

Plin lib. 5. cap. 29. *Stagnum Gygæum* vocat.

Gyndes Aſſyriorum flu. maximus poſt Euphratem. Is cum Cyri impetum venientis contra Babylonios interciperet, & quidam ex militibus ſummè dilectus regi, ejus moliens tranſitum, rapacitate fluvii abſorptus eſſet, rex iratus amicum ulciſci ſtatuit, jurans eum, qui tam præclarum equitem voravisſet mox vix tincturum genua mulieris. Bellum itaque cum fluvio geſſit, ac totis copiis per magnas deductum foſſas in 46 alveos diſpertivit. Sen. lib. 3. de Irâ. Tibullus lib. 4.

——*Rapidus Cyri dementia Gyndes.*

Gytheum, op. Laconicæ, quod Hercules & Apollo, depoſitis eo loci ſimultatibus, communi operâ condiderunt. Cic. lib. 1. de Officiis: *Claſſem Lacedæmoniorum, quæ ſubducta eſſet ad Gytheum.* Quem locum Herm. Barbarus emendavit, cum antea *Ægypteum* lectum fuit. Apud Ptol. Γύθιον, apud Strab. Γυθεῖον vocatur. Polybius lib. 5. de Philippo loquens: Μελαθησόμενος δ' αὖθις, ἐποιεῖτο τὴ πορείαν διὰ τὴ ναύσταθμον τὴ Λακεδαιμονίων, ὃ κληθεὶ μὲ Γύθιον, ἔχ ὃ ἀσφαλῆ λιμένα, τὴ ὃ πόλεως ἀπέχ πεντακόσια ςάδια. Strabo ſecus. Γυθεῖον τὸ τὴ Σπάρτης ἐπίνειον ἐν διακοσίοις καὶ πεντεκόσια ςαδίοις ἱδρύμενον· ἔχ ὃ ὡς φασι ναύσταθμον ὀχυρότ.

Apud Livium lib. 4. Dec. 4. opidum omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum eſſe legitur. Vocatur & *Gythium. Paleopoli* hodie Nigro.

Gythites, inſ. juxta Æthiopiam ſub Ægypto, *Genamani* hodie, teſte Ortelio.

Gyzantes, pop. Africæ, qui & *Zygantes* dicuntur. Nomen videtur à *mellificio* factum: Talmudicis ſaltem זיגא *gazin* ſunt *apes*, & in Gyzantum regione μέλι μὲ πολλὸν μίλωσαι καὶ εργάζον, πολλῷ δ' ἔτ πλέον λέγε δημιεργὲς ἀνδρὸς ποιέν. Ita Herodotus de iis Muſâ quartâ.

H.

HAbor, flu. Palæſtinæ, *Chabor* Benjam. Tudelenſi.

Hademarium, urbs Franconiæ in reg. Weteravia, Principatus tit. inſignitum, gentis Naſſoviæ prope Lanum flu. 4. leuc. à confluentiis in ort. & 7. à Moguntia in Bor.

Hadranum, vide *Adranum.*

Hadriani murus, vulgò *The Picts Wall*, murus ingens inter Angliam & Scotiam ad Hadriano Imp ab Barbaros arcendos, ne in Angliam concurrerent, conſtructus. Per 80. m. p. perductus fuit; ubi poſtea Caruſius, temp. Diocletiani, novum ré-ædificavit, 7. caſtellis munitum, inter Cludi & Caruni, flu. oſt. Ejus reliquiæ viſuntur in agro Sterlingenſi, teſte Speedo.

Hadrianopolis. Vide *Adrianopolis.*

Hadriaticum mare. Vide *Adriaticum.*

Hadrumetum. Vide *Adrumetum.*

Hamon, Bœotiæ rivus in Cephiſum defluens, quem olim *Thermodonta* vocatum putat Plutarchus in Demoſthene.

Hæmonia, vide *Æmonia.*

Hæmus, mons Theſſaliam & Thraciam dividens, dictus ab *Hæmo*, Boreæ & Orithyiæ filio. Hujus vertice erat Martis domicilium. Claudianus:

Procubat horrendus Getico Gradivus in Hæmo

Illa Statii proculdubio reſpexit:

——*Qualis Getico procumbit in Hæmo*
Cœlo mixta comis quercus.

Idem Theb. lib. 6.

——*Adverſo riſit Gradivus in Hæmo.*

Et lib. 5. Martis hoſpitium deſcribens:

——*Adverſo domus immanſueta ſub Hæmo.*

Claud. 1. in Rufinum:

Mavors nubifero ſeu tu precumbis in Hæmo.

Callimachus Hymn. in Delon:

Ἤμβρῳ ὑψηλῆς κορυφῆς ὅθι Θρηϊκὸ Αἷμον
Θῦρο Ἄρης ἐρύλαυε σὺν ἔντεσι.

Alii tamen apud Claudianum:

——*Getico Gradivus in agro.*

Pro quâ lectione facit illud Maronis:

Gradivuſque Pater Geticis qui præſidet arvis.

Poetis ob frigiditatem celebris eſt. Virg. Geo. 2.

——*O quis me gelidis in vallibus Æmi*
Siſtet, in ingenti ramorum protegat umbra!

Horat. lib. 1. Carm. Od. 12.

Aut ſuper Pindo gelidove in Æmo.

Hafnia, *Copenhaghen*, urbs Daniæ regia, ampla & permunita, cum arce recenti & portu capaciſſimo juxta Oreſundicum fretum, è reg. Scaniæ prov. Habet Academiam celebrem, & diſtat 4. leuc. à Roſchildia in ort. 3. ab ora lit. Scaniæ, & 4. à Coronæburgo. Caput eſt Selandiæ inſ. eique ad ort. adjacet Amagria inſ. cui ponte ligneo jungitur. Long. 34. 30. Lat. 57. 10.

Haga, Comitis, *The Hague*, præcipuus Hollandiæ Burgus, & urbis ad inſtar, ubi fieri ſolent Comitia provinciæ, & etiam totius Belgii confœderati, vix 1. leuc. ab ora Oceani Germ. inter Leydam ad Bor. & oſt. Moſæ ad auſt. Long. 26. 35. Lat. 52. 12.

Hagenoa, *Hagenau*, urbs Germ. libera & Imperialis in Alſatia infer. ad amnem *Mater*, vix 2. leuc. à Rheno ſub dom. Regis Gallorum, 3. leuc. ab Argentina in Bor. & 4. à Taberris in ort. Long. 29. 31. Lat. 49. 37.

Hailbruna, *Heilbrun*, urbs Germ. libera & Imperialis in Duc. Wirtembergenſi, ad Necarum flu. 2. leuc. à Dimpfena in auſt. & 8. à Spira in ort.

Hala, *Hall*, urbs Saxoniæ, inter Torgam 7. & Lipſiam 5. leucis.

Halale, vic. Ciliciæ in radicibus Tauri M. quæ poſtea *Fauſtinopolis.*

Halberſtadium, qu. *Alberti* urbs, civit. Saxoniæ infer. ad amnem *Hotheim*, 7. leuc. à Magdeburgo in occ. & 8. à Brunſvico in Auſtrum, ſub dom. Elect. Brandeburgici. Long. 33. 10. Lat. 52. 09.

Haleſa, urbs Siciliæ olim epiſc. ſub Arch. Syracuſano in ora Bor. & Occid. exciſa, ubi nunc *Caronia* caſtrum, teſte Fazello, inter Aluntium 12. & Cephalœdium in auſt. 30. m. p. pop. *Haleſini* Tullio & Plinio.

Haleſus, flu. Siciliæ ex Haleſo monte, Ætnæ proximo, fluens. Columella lib. 10. de hoc monte:

Et quos Sicanii flores legiſtis Haleſi.

Haleſius, mons Arcadiæ in Peloponneſo cum flu. cogn.

Halia, op. Peloponneſi in Argiâ reg. ad Trœzenem urbem.

Haliacmon. Vide *Aliacmon.*

Haliartus, op. geminum, unum Peloponneſi, in orâ Occidentali, *Arcadia* hodiè: Alterum Bœotiæ, juxta Copaidem lacum; de quo Statius lib. 7. Theb.

Gargaphie quorumque novis Haliartus ariſtis
Invidet. Long. 51. 50. Lat. 37. 45.

Halicarnaſſus, Cariæ civitas, Argivorum colonia, in quâ Mauſolei quondam nobiliſſimum opus extabat. Patria Herodoti, & Heracliti poetæ, Callimachi ſocii, ac Dionyſii hiſtorici, qui res Romanas conſcripſit. Regia olim Cariæ fuit. *Iſthmus* aliàs dicta. Diod. lib. 17. Strabo lib. 14. Long. 57. 10. Lat. 36. 10.

Halieis, maritima urbs Laconiæ. Steph. Vide illum, ubi origo nominis, quòd nimirum ad mare ſita ſit. Schol. Thucydidis *Peloponneſi urbem* vocat, ad Trœzenem in Argolicâ reg. lib. 1. Ἁλίαι πόλις Πελοποννήσου πρὸς Τροιζῆνα τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. Poſtea *Tirynthis* dicta. Vide Steph. in Τίρυνθις.

Halizones, pop. Paphlagoniæ, ſic dicti, quòd undique mari circumdentur. Stephanus hos populos inter Myſiam, Cariam, ac Lydiam habitaſſe ſcribit ex Ephoro; & ita dictos videri, tanquam Ἁλιζόνες, quòd divitiis ſuis ſuperbirent.

Halla, urbec. Sueviæ, ſed libera, ad Cockerum amnem, 8. leuc. à Nerolinga in Circ. & 6. à Wimpinâ in ort. Long. 31. 36. Lat. 49. 03.

Halla, urbs Saxoniæ ſup. in Miſniâ ſub dom. proprii Ducis. 5. leuc. à Lipſia in Bor. & 10. à Magdeburgo in auſt. Long. 34. 14. Lat. 51. 37.

Hallandia, prov. alias regni Daniæ, nunc autem Sueciæ. Habet ab Oriente & Sept. Weſtrogothiam, ab occ. ſinum Codanum, & à meridie Scaniam. Ibi urbes ſunt Falcoburgum, Helmoſtadium, Laholmia, & Varburgum. Extenditur à Sept. in merid. per 600. m. p. juxta ſin. Codanum; ſed ejus latitudo ab ort. in occ. vix eſt 15. m. p.

Halmydeſſus, urbs Thraciæ. Pomponius 2. 2. *Almydeſſus* Ptolemæo, *Salmydiſſus* Xenophonti, *Stagnara* hodiè Moletio.

Halonæ, op. Ioniæ, in Cariæ confin. apud Meandrum flu. hodie *Solbazar*, teſte Leunclavio.

Halone, inſ. Propontidis ante Cyzicum urb. apud Proconneſum.

Halonneſus, inſ. maris Ægæi, inter Samothraciam ad occ. & Cherſoneſum Thraciæ ad ort. 15. m. p. diſtans.

Halonneſus, inſ. maris Ægæi Magneſiæ, ſeu Ioniæ adjacens, apud Erythras, inter Corycum & Argennum promontoria.

Haluntium, op. Siciliæ in orâ ad Occid. & Bor. exciſum, cui op. S. Philadelphi ſuffectum eſt.

Halycidon, *Peccais*, teſte Poldo, portus Maſſilienſium in ora Gall. Narbon. ſive ipſemet portus Maſſilienſis.

Halyciæ, urbs Siciliæ. Steph. Opidani Ἁλικυαῖοι Diodoro Siculo. Ciceroni ac Plinio *Halycienſes*. Vide ſis Cluverium.

Halys, flu. in Tauri montis radicibus naſcens, Cappadociæque, Syriæ ac Paphlagoniæ agros irrigans, ac tandem contra Aquilonem in Euxinum mare ſe evolvens. Ovid. 4. Pont. Eleg. 10.

———*Crebro vortice tortus Halys.*

Crœſi fato nobilis erat olim hic fluvius. Oraculum notum eſt.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει.

Recitat aliquoties tum Suidas, tum alii. *Sed quo oraculo Crœſus deceptus, quum regnorum opes expectaret, ſuas profligavit.* Cic. de Divinat. Lucanus:

Quâ Crœſo fatalis Halys.———

Halyzia, nunc, teſte Luca Holſtenio, eſt *Alcipo* op. ad dextram Acheloi ripam, cum omnes auctores id in Acarnania ponant. *Natalico* autem eſt ad ripam ſiniſtram in Ætoliâ, *Trigordon* Franc. Sangallo, ubi magna ſuperſunt antiquitatum rudera.

Hamæ, op. Campaniæ, Cumis vicinæ, ſacrorum religione claræ. Livius lib. 23. *Campani adorti ſunt rem Cumanam ſuæ ditionis facere: primo ſollicitantes, ut à Romanis deficerent: ubi id parum proceſſit, dolum ad capiendum eos componunt. Sacrificium ad Hamas nocturnum erat, &c.*

Hamaxobii, pop. fuere Sarmatiæ Europææ verſus confinia parvæ Scythiæ, ubi nunc pars meridionalis Moſcoviæ.

Hamburgum, urbs præclara & munita Holſatiæ, 16. mill. Ger. à Brema in Bor. & 6. à Stada in ort. Gaudet portu ſatis capaci, & huc uſque navigia ſubvehuntur per Albis æſtuarium, eſtque emporium celeberrimum. Creſcit indies amplitudine & numero civium, libera eſt & ſui fere juris.

Hamela, *Hamelen*, urbs Saxoniæ infer. inter Hildeſſium ad ort. & Paderbornam ad occ. Long. 31. 10. Lat. 52. 11.

Hammaria, *Hammer*, urbs Scandinaviæ in Norvegia, epiſc. ſub Arch. Nidroſienſi, à Bergis 30. leuc. in ort. & 25. ab Aſlogâ in Bor. Long. 31. 30. Lat. 62. 18.

Hammon. Vide *Ammon.*

Hammonis Fons, lacus Marmaricæ, interdiu frigidus, noctu fervens. Ovid. Transformationum lib. poſtr.

——*Medio tua, corniger Hammon*
Unda die gelida eſt, ortúque obituque caleſcit.

Silius lib. 3.

Stat fano vicina (novum & memorabile) lympha,
Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit,
Quæque riget medium cum Sol accendit Olympum,
Atque eadem rurſus nocturnis fervet in umbris.

Hujus miraculi mem. Plin. 2. 103. qui & 15. 5. locat hunc fontem in Cyrenaicâ. Mela 1. 8. Auguſt. de C. D 21. 5. Herodotus Musâ 4. Iſidorus originum l. 14. c. 5. Antigonus, Ariſtotele laudato, in Synagoga hiſtoriarum Paradoxarum; ex quo transfudit hæc in librum ſuum 4. Q. Curtius, ut alia nonnulla: *Eſt aliud Hammonis nemus; in medio habet fontem, Solis aquam vocant: ſub lucis ortum tepida manat: medio die cujus vehementiſſimus eſt calor: frigida eadem effluit: inclinato in veſperam caleſcit: media nocte fervida exæſtuat: quoque nox propius vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decreſcit, donec ſub ipſum diei ortum, aſſueto tempore langueſcat.*

Hammonis (Jovis) *nemus*, unicum in Africa fuit. Ideo Statius lib. 8.

Quin & Cornigeri vatis nemus.

Ubi Lutatius: *Quia in Syrtibus, in eo tantum loco, ubi Jovis Hammonis templum eſt, nemus invenitur.* Lucanus:

——*Solus nemus abſtulit Ammon*
Silvarum fons cauſa loco.

Hæc ille. Locus Lucani eſt lib. 9. qui tale tamen nemus ait, ut vix truncum ſuum inumbret arbor:

———*Truncum vix protegit arbor,*
Tam brevis in medium radiis compellitur umbra.

Aliter Curtius l. 4. *Incredibile dictu, inter vaſtas ſolitudines ita undique ambientibus ramis, vix in denſam umbram cadente Sole, contecta eſt Deo conſecrata ſedes.* Et Arrianus lib. 3. Ὁ δὲ χῶρος, ἵνα δὴ Ἄμμωνος τὸ ἱερόν ὅτι, πολὺ κύκλῳ πάντα ἕρπετα, καὶ θάμνος τὸ πᾶν ἔχει, καὶ ἄνυδρος· αὐτὸς δὲ ἐν μέσῳ, ὀλίγος ὢν κατάπλεως ἐστὶν ὑμέων δένδρεων, ἐλαιῶν καὶ φοινίκων, καὶ ἔνδενδρος μόνος τῶν πέριξ.

Hamptoni Curia, *Hampton Court*, caſtrum Angliæ in Middleſexiâ cum palatio ſuperbiſſimo Regum Angliæ ad Thameſim flu. 8. mill. ſupra Londinum in occ. De quâ ſic olim optime & omnino ad rem Hugo Grotius:

Si quis opes neſcit (ſed quis tamen ille?) Britannus,
Hamptoncurta tuos conſulat ille Lares,
Contulerit toto cum ſparſa palatia mundo
Dicet ibi Reges, hic habitare Deos.

Hannonia, *Hainault*, prov. Belgii, quam Scaldis flu. alluit ex parte & Henius amnis bifariam ſecat. Terminatur ab Oriente, partim Com. Namurcenſi, & partim Brabantiæ, à Sept. Flandria, ab occ. partim Flandriâ & partim Arteſiâ, à merid. autem Picardia, ſubeſtque ex parte Regi Franciæ, & ex parte Regi Hiſpaniæ. Ejus primaria eſt Montes.

Urbes Hannoniæ.

Anguianum,	ſub Dominio	Hiſpanorum.
Athum,		Francorum.
Avenna,		Franc.
Binchium,		Franc.
Bochanium,		Hiſpan.
Condatum,		Hiſpan.
Landrecium,		Franc.
Mariæburgum,		Franc.
Malobodium,		Hiſpan.
Montes,		Hiſpan.
Philippovilla,		Franc.
Quercetum.		Franc.
Valentinianæ.		Hiſpan.

Hanovera, *Hanover*, urbs Germ. in Duc. Brunſvicenſi, egregie munita, ad Leinum flu. & Ducum ſedes, 3. leuc. infra Hildeſheim in Bor. & 6. à Brunſvico in occ. Long. 30. 27. Lat. 52. 48.

Hanovia,

Hanovia, Henaw, op. permunitum Germ. in Franconiâ med. inter Francofurtum ad occ. & Aſciburgum ad ort.

Hantonia, Hampſhire, vel *Hantſhire*, Comitatus Angliæ meridionalis. Terminatur à meridie mari Britannico & Vecti inſulâ, ab occaſu Dorſetiâ, & Wiltoniâ, à Sept. Bercheriâ, & ab Oriente Suſſexiâ; eſtque ſatis ampla & culta. Ejus caput eſt Wintonia, *Wincheſter*. Suntque etiam in eâ Suthamptonia, op. lautum, & elegans, Portus oſtium, & Rumſea in mediterraneis.

Hanzeaticæ, ſeu *Anzeaticæ urbes*. Anglice *Hanſe-towns*; urb. ſunt Germ. pro majore parte, quæ commercii cauſa convenerunt poſt piratica Danorum, & Normannorum bella, fœdus inter ſe inierunt; collatiſque pecuniis, etiam claſſes inſtruxerunt, & multa bella geſſerunt. Sic dictæ fuere, aut à veteri voce Germanicâ *Hanſa*, i. e. *An Aſſembly*, aut à nom. Teutonico *Hanſa*, h. e. *Immunitas*; quia illæ urbes multis privilegiis gaudebant. In quatuor provincias diſtinguuntur, Lubecenſem ſc. Colonienſem, Brunſvicenſem, & Gedanenſem; habentque ſibi ſociatas urbes 64. nimirum Vandalicas 6. Pomeranicas 7. Boruſſicas 6. Livonicas 3. Saxonicas 13. Weſtphalicas 10. Clivicas ſeu Marchicas 6. Tranſiſalanas 3. Gueldricas 7. Friſiacas 3. Lubeca, *Lubec*, caput eſt totius Anzeatici fœderis; habet autem junctas ſibi civitates Vandalicas 5. ſc. Hamburgum, Roſtochium, Wiſmarium, Stralſundam, & Luneburgum, ac præterea Pomeranicas Stetinum, Anelamum, Golnoviam, Gripſvaldiam, Colbergum, Stargardam, & Stelpam. 2. Colonia Agrippina, *Cologne*, primaria eſt ſecundæ reg. civitas, habetque ſibi ſociatas urbes Clivenſes & Marchicas Veſaliam, Duisburgum, Emericum, Warburgum, Unnam, Hammam; tum Weſtphalicas, Monaſterium, Oſnaburgum, Tremonium, Suſatum, Herfordiam, Paderborniam, Lemgovium, Bilefeldiam, Lippiam, & Coſfeldiam; tum Gueldricas, Noviomagum, Zutphaniam, Ruremundam, Arenacum, Venloam, Elburgum, Hardervicum; & Tranſiſalanas, Daventriam, Campos, Zuollam; ac denique Friſiacas, Groningam, Bolſverdiam, & Staveram. 3. Brunſvicum, *Brunſwick*, primaria 3 Provinciæ, habet ſub ſe urb. Saxonicas, Magdeburgum, Goſlariam, Embecam, Gottingam, Hildeſhemiam, Hannoveram, Uſam, Buxtehudam, Stadam, Bremam, Hammelam, & Mindam. 4. Gedanum, *Dantzick*, primaria Pruſſiæ civitas, & quartæ reg. præcipua, habet ſub ſe Regio montem, Colmariam, Torunium, Elbingam, Bransbergam; Livonicas quoque urbes, Rigam, Dorpatum, & Revaliam. Eſt & in Norvegia Berga *Bergen* juris Hanzeatici.

Haphnia. Vide *Hafnia*.

Hapſelia, urbs Livoniæ in Eſtonia prov. ad ſin. cogn. in ora maris Baltici, 2. leuc. à Lehalia in Bor. & 11. à Revalia in occ. ſub dom. Suecorum.

Harburgum, op. Germ. in Duc Lunenburgenſi ad Albim flu. 2. leuc. ab Hamburgo in auſt. & 6. à Lunenburgo in occ.

Harcurtium, Harcourt, op. Normanniæ, 5. leuc. ab Ebroico in Circ. & 2. à Bellomontio in Bor.

Hardervicum, urbs Belg. in Geldriâ Batavica, cum Academia, 7. leuc. ab Ultrajecto in Cæc. & 6. à Daventria in occ. A quibuſdam dicitur *Hardibones*. Long. 26. 58. Lat. 52. 22.

Harfordia, op. Angliæ ad Leam amnem, 15. mill. a Londino in Bor. Cantabrigiam verſus. Ab eo reg. adjacens dicitur Com. Harfordienſis; inter Cantabrigienſem Com. ad Bor. & Middleſexiam ad auſt.

Harlemum, urbs Belg. in Hollandiâ Boreali, ad flu. Sparam, ubi ars Typographica putatur excogitata, 5. leuc. à Lugduno in Bor. 3. ab Amſtelodamo in occ. & 9. ab Ultrajecto in Circ. Long. 25. 35. Lat. 52. 30.

Harlepolium, Hartlepool, op. Angliæ in Diœceſi Dunelmenſi, 10. m. p. à Dunelmo in Eurum, & 5. à confinio Com. Eboracenſis in Bor.

Harlinga, Harlingen, urbs Friſiæ Occid. poſt Leovardiam primariam. Long. 26. 35. Lat. 52. 28.

Harma, urbs Bæotiæ Tanagricæ, vide Steph. Erat autem locus columnis ſeptus, propter vatem Amphiaraum hiatu terræ ibi abſorptum, ita execrandus, ut fama ſit neque aves illis columnis inſediſſe, neque feras herbam attigiſſe in intercolumnio illo creſcentem. Sic dictus non à curru, ut volunt, ſed ab execratione dictus. Id enim eſt Phœnicium הרמה *Harma*.

Harmatus, op. Troadis in Æolidis confin. in orâ contra Methymnam urb. Lesbi. Populi *Harmatopolitæ*. Straboni *Hermatus*, ut quidam volunt.

Harpaſa, Aſiæ op. ubi cautes ingens digito mobilis: eadem, ſi toto corpore impellatur, reſiſtet. Plin. 2. 96.

Harpaſus, Cariæ flu. Plin. Liv. Steph. *Daphnus* Apollonio, teſte Rhodigino lib. 29. cap. 27. Ejus mem. Qu. Smyrnæus lib. 10.

Ἁρπάσου ἀμφὶ ῥέεθρα διΐζω.

Harvicum, Harwich, op. munitum Angliæ cum portu percapaci in Eſſexia, in orâ Oceani Germanici, ubi Stara flu. in eum ſe, exonerat prope confin. Suffolciæ.

Haſpahamum. Vide *Aſpahamum*.

Haſſia, Heſſen, prov. Germ. in Circulo Rheni, inter Veteraviam ad occ. & Weſtphaliam ad Sept. Franconiam ad merid. & Thuringiam ad ort. Ejus Principes Lantgravii dicuntur; ſuberatque antea 3 Principibus Lantgraviis, nempe Caſſelenſi, Marpurgenſi, & Darmſtadienſi. Sed deficiente Marpurgenſi ſine prole, Caſſelenſis maj. partem ditionis conſecutus eſt, & Darmſtadienſis minorem tantum recepit.

Haſta. Vide *Aſta*.

Hævelburgum, vel *Hævelberga*, urbs epiſc. Germ. ſub Arch. Magdeburgenſi, in Marchia Brandeburgica, ad Havelam flu. 10. leuc. infra Magdeburgum in Bor. & 8. à Brandeburgo in Circium. Long. 34. 38. Lat. 52. 56.

Haugulſtadium, pag. Angliæ in agro Eboracenſi, olim ſedes Epiſcopalis, vulgo *Heverham*.

Hebræi, dicti ſunt Judæi ab *Heber*, qui fuit abnepos Sem filii Nöe. Et quia in ejus familiâ remanſit lingua, quæ prius humano generi creditur fuiſſe communis, quum gentes linguarum diverſitate ſunt diviſæ, deinceps Hebræa eſt nuncupata, ſic quidem, ut alii obſervant, poſteros Heber Hebræos appellatos non fuiſſe uſque ad Abrahamum, qui primus *Hebræus* appellatus eſt, idque à Cananæis, qui hoc nominis illi indiderunt, quod à regione trans Euphratem in terram Canaan veniſſet. Et ſic etiam Ethnici ſcriptores Ebræorum nomen ab Abrahamo deducunt. Ita enim apud Euſebium aſſerit Artapanus. Καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἑβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου. Et Charax apud Steph. Ἑβραῖοι, ὅπως Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβραμίων (ſic legendum, non Ἀβραζῶν) in quam ſententiam videtur propendiſſe Auguſtinus, qui de Civitate Dei 16. 3. poſtquam Ebræos ex Ebere deduxit, aliam addit poſſe eſſe opinionem, ut ex *Abraham* tanquam *Abrahæi* dicti eſſe videantur. Sed idem lib. 2. Retractationum cap. 16. hunc locum etiam retractavit, atque id quidem meritò; Ebræos enim Abrahamo antiquiores fuiſſe, vel ex eo conſtat, quòd ipſe Abrahamus *Ebræus* vocetur Gen. 14. 13. In Euſebianis, ubi de tempore tranſitus: Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ σὺν Ἑβραίων πεσοντων μία. Ἑβραῖος γὰρ ὁ Περσῶν ἐμιμεῖτο), διαπεράσαντες Ἐυφράτην Ἀβραμ, ἢ ὡς ἕτεροί τινες, ἀπὸ Ἑβὲρ. Inde Heſychius: Ἀβραμ, περάτης, ἢ πλὴν μέσων. Melius autem alibi: Ἑβρεῖ, Ἑβραῖος, ἢ ὁ Ἑβραῖος, περάτης.

Hebrides, inſulæ Albionis, oræ Scotiæ occiduæ adjacentes. Vide *Ebudæ*.

Hebron, civitas Amorrhæorum, quondam Philiſtinorum metropolis, dicta etiam eſt & vallis Mambre.

Hebrus, Thraciæ flu. aureas volvens arenas, in Rhodope monte naſcens, ſupra Philippopolim, & è regione Samothraciæ inſulæ in mare Ægæum ſeſe exonerans. Fabulantur Poetæ Orphei caput in hunc fluvium projectum fuiſſe, cum à Ciconum mulieribus fuiſſet diſcerptus. Virg. Georg. 4.

Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulſum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volveret.——

Ovid. Met. 11.

——*Caput Hebre, lyramque*
Excipis, & mirum, medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, reſpondent flebile ripæ.

Silius lib. 11.

——*Tulit ora revulſa*
In pontum ripis utrinque ſequentibus Hebrus.
Tum quoque cum ripis caput à cervice reciſum
Portarent fluctus, ſubito emicuere per undas
Ad murmur cete toto exultantia ponto.

Stat. Sylv. 2.

Sic ripis ego murmurantis Hebri
Non mutum caput Orpheos ſequebar.

Hodiè *Mariza* dicitur.

Hebrus, nomen civitatis. Lucianus in Fugitivis: Ἕβρος μὲν ἔστω, ἡ δὲ πόλις ἔχετω φιλίππου ἐπώνυμον. Vocabatur etiam *Philippopolis*, quæ & *Poncropolis*, & *Pulpudena*, & *Eumolpias*; ſita erat ad Hebrum flu. inter Æmum & Rhodopen. Dicta quoque *Trimontium* ex eo, quòd *tres montes* ſuorum murorum ambitu complectebatur.

Hecatompolis, Cretæ epitheton à *centum urbibus*. Item Laconica regio ſic dicta. Strabo lib. 8.

Hecatompylos, Thebes Ægyptiacæ epitheton à *portarum numero centenario*. Juvenalis:

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Ubi duo Thebes occurrunt epitheta, unum quod vetus ſit, alterum, quod *centum portas* habeat, quæ etiam conjungit Dionyſius:

Θήβας ὠϊζυίλω ἑκατόμπυλον.

Eſt etiam ejuſdem nominis urbs in Parthiâ, teſte Stephano, & in Hyrcaniâ, Diodoro item in Libyâ, ab Hercule conſtructa.

Hecatodorum,

Hectodurum, Rhætiæ op. Ptol. *Echtal* Lazio.

Hedena, *Hedin*, arx permunita Arteſiæ, 7. leuc. ab Abbavilla in Bor. & 4. à Monſtrolio in ort. Long. 23. 11. Lat. 50. 18.

Hegetmatia, *Lignitz* Villanovano, urbs Germ. in Sleſia ex primis poſt Vratiſlaviam, à quâ 6. leuc. in occ. recedit. Gorlitium verſus 9.

Hegovia, tractus Germ. in Suevia reg. inter lac. Cellenſem ad ort. & Silvam Nigram ad occ..

Heidebi, *Sleſwick* Crantzio, urbs Daniæ in Jutiâ meridionali, Duc. Sleſvicenſ. caput, ad Sliam flu. 4. leuc. à Rensburgo in Bor. tot. à Flensburgo in auſt. 5. autem ab Huſumo in ort. Long. 32. 45. Lat. 55. 54.

Heidelberga, Comitum Palatinorum Rheni ſedes, ad Neccarum flu. ſita, Ptolemæo, uti putatur, *Budoris*. Nomen opido datum exiſtimant à Gentium coloniâ, quæ ante multos annos hic habitaſſe, multis indiciis convincuntur. Vocant enim Germani gentilem hominem *Heiden*, vel à nigrorum vaccinorum, Teutonicè *Heidelbeer*, multitudine. Olim Vangionum imperio ſubdita fuit. Solum habet rerum omnium ferax. Eſt & florentiſſimum gymnaſium à Ruperto Palatino multis privilegiis donatum, An. Dom. 1346. F. Irenicus. Vulgò *Heidelberg*. Long. 30. 25. Lat. 49. 15.

Helena, vel *Helene*, inſula Atticæ, ad quam appulit Helena poſt captam Trojam, quæ & *Macris* ob longitudinem dicebatur. Hodie *Macronisi* Sophiano. Eſt autem una Sporadum Sunio promontorio adjacens. Eſt etiam fons in Chio, quo ſe Helena lavit. Steph. Item Pyrenæis montibus vicinum opidum, *Elna* hodie, Vaſæo. Long. 25. 00. Lat. 43. 50. Eſt etiam urbs Bithyniæ Procopio, & in Palæſtinâ. Utraque ab Helenâ Conſtantini matre ædificata. Vicus denique Atrebatum, apud Sidonium, quem nonnulli hodie *Heſdin* vocari exiſtimant.

Helenopolis, urbs Bithyniæ, de quâ Procopius lib. 5. de ædificiis Juſtiniani: ὅτι πις ἐν Βιθυνοῖς πόλις Ἑλένης ἐπώνυμος ἥν ἣ Κωνσταντίνε Βασιλέως μήτηρ, &c. h. e. Eſt apud Bithynos, urbs quædam Helenæ Conſtantini Regis matris cognominis; nam ex hac Helenam oriundam aiunt, vico olim ignobili; cui Conſtantinus nutricationis officium exolvens, hunc locum nomine quidem & dignitate urbis decoravit, nihil tamen Regium, nihil magnificum in eâ extruxit. Vocabatur olim *Drepana*. Hieronym. in Chron. *Drepanam Bithyniæ civitatem* in honore Martyris Luciani Conſtantinus inſtaurans ex vocabulo matris ſuæ Helenopolim nuncupavit. Aliam quoque in Palæſtinâ *Helenopolim* in matris honorem à Conſtantino denominatam teſtatur Sozomenus lib. 2.

Helerni lucus, circa urbem Romam & Tiberim flu. erat. Ovid. Faſt. 6.

Adjacet antiquus Tiberino lucus Helerni.

Heleuteri, pop. Celtarum, Cadurcis proximi, quorum op. *Orillac*, urbi S. Flori propinquum. Aliis pop. erant ubi nunc Albigenſis tractus.

Helice, *Nicra* Moletio, op. Pelopon. in ora Achaiæ, Buræ proximum, ab Ægio 40. ſtad. diſtans, aquis abſorptum. Ovid. Met. 15.

Si quæras Helicen, & Buran Achaidas urbes,
Invenies ſub aquis.———

Helicon, mons Bœotiæ à poetis decantatiſſimus, Muſis ſacer, Parnaſſo vicinus; Nomen ei, ſi magno Caſaubono credimus, fecit הליכה *halica*, i. e. *ambulatio*, quia certos ibi conventus habuere veteres, in quibus de rebus ſeriis agerent. Sed cum hujuſmodi conventibus, ſi qui fuere, Heliconis nomen videatur antiquius, Bochartus ὁ ἑλίγας potius deductum putat ab Arabico *halic*, vel *halica*, quod, teſte Giggeio *montem ſublimem* ſonat unde eo nomine *altus* ab Arato dicitur hic mons, verſ. 216.

———Καθ' ὑψηλῆ Ἑλικῶνος.

Helicon item flu. Macedoniæ, Dium urbem præterlabens qui Ptol. *Pharybus*, Livio *Baphyrus*, & Lycophroni *Bephyrus* dici videtur. Item fluvius Siciliæ, *Olivieri*, teſte Fazello, inter Mylen, & Tyndarium fluens.

Heliopolis, Hebr. *On. Bethſemes* Arabibus, id eſt, *Civitas*, ſive *domus Solis*, civitas Ægypti inter Alexandriam, & Coptum, quæ à Græcis, teſte Diodoro Siculo, *Thebe* dicitur. Long. 64. 33. Lat. 29. 45. Altera eſt ejuſdem nominis in Ciliciâ, patria Chryſippi Stoici. Solinus. *Corinthus* etiam olim Heliopolis dicta eſt. Steph. qui *Heliopolin* in Phœnicià, Thraciâ, & Arabiâ deſcribit. Item *Heliopolis*, Ptol. & Plin. Cœleſyriæ urbs, quæ hodiè *Balbec* Poſtello, vel *Marbech* Nigro. Long. 68. 46. Lat. 33. 40.

Heliſos, flu. Atticæ. Stat. Theb. 4.

Anfractu riparum incurvus Heliſos.

Hellas, alio nomine *Græcia* dicta eſt, ab *Hellene* Deucalionis filio. Thucid. lib. 1. Item urbs Theſſaliæ condita ab Hellene Phthii filio, & Chryſippes Iri filiæ. Phthius autem Achæi filius erat. Eſt & alia *Hellas* Cœleſyriæ. Gentile *Hellanicus* & *Helladius*. Steph.

● *Helleſpontus*, fretum auguſtum inter Propontidem, & mare Ægæum, Aſiam ab Europâ ſeptem non amplius ſtadiorum intervallo diſterminans. *Stretto di Gallipoli*, Caſtaldo *Braccio di S. Georgio* Volater. Ovid. in Epiſt. Leandri.

Fluctibus immodicis Athamantidis æquora canent,
Vixque manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare cum primum de virgine nomina mersâ
Quæ tenet, eſt nactum, tale fuiſſe puto.
Eſt ſatis amiſsâ locus hic infamis ab Helle,
Utque mihi parcat, crimine nomen habet.
Invideo Phryxo; quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Ovis illa Aries fuit, qui poſtea inter ſidera collocatus eſt, teſte eodem Ovidio Triſt 3. Eleg. 12.

Impoſitamque ſibi qui non bene pertulit Hellen
Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Vide Diodorum Siculum lib. 4. Solinus cap. 15. *magnum* vocat. Sic enim ait, *Omnis autem magnus Helleſpontus ſtringitur in ſtadia ſeptem. Latitudinem* dat ei Hom. Iliad. 2. Σῆμά τ' ὀϊ χθόσσοιν ὅπι πλαλεῖ Ἑλλησπόντῳ. Ita etiam Q. Calaber lib. 9.

Μεσσηγὺς δ' πόληος ἰδὲ εὐρέος Ἑλλησπόντου.

Longitudinem Ovid. Met. 13.

Longus in anguſtum quâ clauditur Helleſpontus.

Idem Faſt. 4.

Perque urbes Aſiæ longum petit Helleſpontum.

Rapiditatem denique Catullus in Epithal.

Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto.

Unde Muſæus:

Νήξομαι Ἑλλήσποντον ἀγαρρόον.

Et ante eum Homerus:

Ὅσσος Ἑλλήσποντος ἀγαρρόος ἐντὸς ἐέργει.

Vide Voſſ. ad Melam pag. 7.

Helleviones, *Heluæones* Ptolemæo, *Helluſii* Tacito, *Helli* Ammiano, pop. Germ. quorum locus *Heil* in orâ ad ſinum Venedicum, apud Dantiſcum urb. teſte Willichio.

Helleviones, pop. fuere Scandinaviæ, Cluverio teſte, ubi nunc Hallandia, prov. Sueciæ prope fauces ſin. Codani, longe à Dantiſco in occ. Ortelius eos putat, quos Dalecarlos hodie vocant. *Hilleviones* enim Cimbrica linguâ monticolam ſignificat. Habitant enim hi ad Sevonem M. Riphæis non minorem, uti teſtatur Plin.

Helmeſtadium, urbs Saxoniæ, med. inter Magdeburgum & Brunſvicum. Long. 33. 16. Lat. 52. 30.

Helmeſtadium, urbs Hallandiæ prov. in ora litor. ſin. Codani, verſus limites Scaniæ.

Helorum, ſive *Helorus* flu. & op. Siciliæ. Vibius in Catalogo flu. *Elorus Syracuſarum à quo civitas.* Stephanus Ἕλωρος, πόλις Σικελίας ἀπὸ Ἕλωρε τοταμοῦ, τῆ χῶρ Πάχυνον addit ὃς λέγει πθαζσὰς ἰχθῦς ἔχειν, ἀπὸ χείρες ἐσθιοντας. Sil. lib. 14.

———*Atque undæ clamoſus Helorus.*

Vide Cluver. Sic. Ant. lib. cap. 13.

Helorus, *Elorus* Athenæo, *Eleſporus* Polybio, *Elleporus* Æliano; flu. parvus Magnæ Græciæ, inter Cauloniam, & Scyllacium fluens, ubi Græci à Dionyſio victi. Item *Helorus* Iſtri fil. qui ab Ajace occiſus eſt in eâ pugnâ, quam Græci cum Telepho rege Myſorum habuerunt.

Helos, urbs Laconica, vel potius opidulum. Stat. lib. 4. Theb.

Quos Helos & Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion.———

Pop. *Helotæ*. Eſt etiam *Helos* Ægypti. Steph.

Helvetii, pop. Germ ſuper. quorum regio ampla *Helvetia*, vulgò *Schwitzerlandt*, Rheno flu. circumfluente ad auſtrum & ort. ac Jura mont. à Sequanis diſſeparante, continetur; in 13 conventus Juridicos diviſa; qui ſunt Tigurum *Zurick*, Baſilea *Baſel*. Schapuſia *Scafhauſen*, *Tugium Zug*, Luceria *Lucern*, Salodorum *Soloturn*, Friburgum *Friburg*, Berna *Bern*, Suitia *Switz*, Uria *Uri*, Tranſylvania *Underwald*, Glarona *Glaritz*, & Abbatiſcellâ *Appenzeel*, ex quibus 4 poſtremi potius ſunt pagi quam urbes. His omnibus æqua libertas eſt, nec ullum caput habent, ut falſo credidit Sabellicus. Bello, & rebus geſtis inſignes.

Helvetum, urbs Germ. ſuper. libera in Alſatiâ. Anton. *Schleſtadt* Simlero.

Helvii, pop. inter Celtas, monte Gebennâ ab Arvernis diviſi, proximi Cadurcis, hodiè *Albigeois* dicti.

Helvina, vel *Helvinus*, fons Latii in agro Aquinate. Unde *Ceres Helvina* Juvenali Sat. 3.

Helvinum, flu. Piceni, qui *Matrinus* Straboni & Ptolemæo dici videtur. *Piomba* hodie Nigro, & Leandro.

Hemichara, op. Siciliæ mediterr. *Necoſia* Nigro, Ferrario *Macari*.

Hemycines,

Hemicynes, pop. non procul à Maſſagetis, & Hyperboreis, quaſi *ſemicanes*, quos Apollonius in Argonauticis canum inſtar latrare ſcribit. Steph.

Hemodes, vel *Hemodæ*, & *Æmodæ*, à quibuſdam dicuntur inſulæ Daniæ intra fauces ſin. Codani, ſive maris Baltici. Exiſtimat autem Cluverius fuiſſe ubi nunc Schetlandia inſ. ſupra Scotiam, & Orcades inſ. ad Bor. Sunt autem 7. quarum præcipua *Mainlandia* dicitur ſub regno Daniæ.

Hemodus, mons Indiæ. Vide *Emodus*.

Hemona, nomen urbis apud Græcos, Latinoſque ſcriptores variè corruptum. Sed recta ſcriptura eſt *Emon*, vel *Emona*, ut *Narbo*, & *Narbona*. Græcè Ἥμων Zoſimo lib. 5. ubi habes de conditu hujus urbis digreſſiunculam. Ptolemæo Ἥμωνα. In tabulâ autem itinerariâ, quam Marco Velſero debemus, & antiquis inſcriptionibus nonnullis *Emona* rectè ſcribitur. Corruptè autem in Herodiano: Ἐπίσημος πρώτη Ἰταλίας πόλις, ὧν κελῶσιν Ἡμᾶν οἱ ἐπιχώριοι. Ubi (ut & Capitolinus ex eo) Emonam Italiæ urbibus accenſet: quomodo videlicet urbes finitimæ modo huic, modo illi earum provinciarum, quas contingunt, attribui ſolent à ſcriptoribus, talium ſæpe incurioſis, ut & Strabo obſervat. Nam revera *Emona* Pannoniæ ſuperioris urbs erat, in finibus ejus ſita, quà in Noricum ibatur & Italiam. Ideo Ptolemæus inter Italiam, & Pannoniam ſuperiorem eſſe ſcribit, ὑπὸ τὸ Νώεικον. Zoſimus autem inter Pannoniam, & Noricum. Vide Caſaub. ad Capitolinum pag. 185.

Hemus. Vide *Æmus*, & *Hæmus*.

Heorta, op. Pannoniæ inferioris in Scordiſcis. *Hardberg* Lazio.

Hephæſtia, urbs in Lemno. Steph. nunc *Cochio*, plane deſerta, & deſtructa. Eſt etiam vicus in tribu Acamantide, ubi Vulcani templum erat: Tribuli *Hephæſtiades*. Steph. juxta hunc vicum collis eſt, Vulcani, ut creditur, caſu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Junone ob inſignem deformitatem è cœlo præcipitatum in collem illum decidiſſe. Cujus fabulæ occaſio inde ſumpta eſt, quod totus hic collis combuſto ſimillimus videatur, neque planta ulla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur terra Lemnia, Dioſcoridis & Galeni ſcriptis maximè celebrata.

Hephæſtii, montes in Lyciâ, qui tædâ flammante tacti adeo flagrant, ut lapides in ipſis aquis ardeant, alituſque ignis ille pluviis. Baculo ſi quis, ex iis accenſo traxerit ſulcos, rivos ignium ſequi narrant. Plin. 2. 106.

Heneti, Paphlagoniæ pop. quorum equi in pretio. Phædra in Euripidis Hippolyto, verſ. 230.

Εἴτ' ἐν γενείραν ἐν σοῖς δαπέδοις
Πώλους Ἐνέτας δαμαζομένα.

Et Chorus verſ. 1131. de Hippolyto jam fato functo:

Οὐκ ἐπ' ἀυλείαν
Πώλων Ἐνετᾶν ἔπεδον.

Ubi Scholiaſtes: Ἐνετᾶν, Παφλαγονικῶν. Ἐνετοὶ γὰρ ἔθνος Παφλαγονίας. At Heſychius aliter: Ἐνετίδας, πόλις στεφανηφόρος, ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀδείαν Ἐνετίδος, διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ. Quibus conſentiunt hæc Strabonis lib. 5. ubi de Italiæ Venetis: Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας γέγραφε, ἐνθένδε τὸ ἱπποδρόμειον συνεσκευάσθαι τῆς ἐθνικῶν ἵππων· ὥστε καὶ ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησι γενέσθαι τῆς Ἐνετικῆς πωλείας, καὶ πολὺν χρόνον ἐνδοκιμῆσαι τὸ γένος. Proinde etiam Euripidis Schol. docet Πώλους Ἐνέτας equas eſſe eorum Henetorum, οἱ Παφλαγονίαν πρότερον οἰκοῦντες, ὕστερον δὲ τὴν Ἀδείαν ὠίκησαν.

Henetia, olim dicta quæ nunc *Venetia*.

Heniochi, pop. Sarm. Aſiaticæ circa Coracem montem, Caucaſi partem, & oram maris Euxini, poſt Colchos in occid. incolentes, à Lacedæmoniis oriundi, apud quos montes *Heniochii*, qui & *Coraxici*, teſte Plinio, dicuntur; ex quibus Cyrus ingens flu. per Albanos fluit. Val. Flac. lib. 6.

Miſerat ardentes (mox ipſe ſecutus) Alanos,
Heniochoſque truces.

Non longè ab Achæis ponuntur à Plinio 5. 6. Strabo vero lib. 11. tradit Lacónas habitaſſe Heniochiam, quorum duces Rhécas, & Amphiſtratus fuerunt Caſtoris & Pollucis aurigæ, unde Ἡνίοχοι ab iis ſic dicti.

Heptacometæ, barbari in Cyzico monte habitantes, quorum nonnulli *Byzeres* vocabantur. Steph. Sic autem dicti ſunt à *ſeptem vicis*. *Moſſynœci* à Strab. & *Moſſynes* à Diodoro cognominantur.

Heptagonia, nomen loci. Livius.

Heptanesia, Indiæ intra Gangem urbs. Ptol.

Heptaphonos, nomen porticûs, quòd in eo ſepties vox reddatur in Olympiâ. Plin. 36. 15. Ejus meminit Plut. lib. περὶ ἀδολεσχίας. Et quid ni putem eo reſpexiſſe Lucretium lib. 4. cum ait,

Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces,
Unum cum jacères, ita colles collibus ipſis
Verba repulſantes iterabant dicta referre.

Heptapolis, regio Ægypti, quæ & *Heptanomos*, ſic dicta, quia ex ſeptem urbibus vel nomis conſtabat.

Heptaporos, flu. Troadis ex Idâ monte profluens, qui ſeptem locis vadari poteſt eâdem viâ, propter quod & *Polyporos* Straboni appellatus eſt.

Hera, urbs Siciliæ, quæ alias Hybla minima. Steph. Item Æolidis op. & Arcadiæ. Pauſan.

Heraclea, urbs Syriæ ad Tauri montis radices, & Ciliciæ confinia, *Heraclia*, teſte Bellonio. Long. 68. 20. Lat. 35. 00.

Heraclea, urbs exciſa Magnæ Græciæ, apud ſinum Tarentinum, *Pelicore*, teſte Pyrrho Ligorio. Hujus navale etiam *Heraclea* Straboni dicitur, ab ipſa urbe 24 ſtadiis diſtans, quod hodiè *Amendolara* opidum, teſte Barrio, dicitur.

Heraclea Ponti, urbs Bithyniæ reg. Mariandynorum metropolis, ab Hercule, teſte Meſâ, condita in orâ maris Euxini. *Penderachi* hodie dicta. Long. 59. 00. Lat. 44. 05.

Heraclea Thraciæ, quæ & *Perinthus* Ptolemæo, urbs ampliſſima in ore Propontidis, inter Byzantium & Callipolim. *Pantiro* Leunclavio. Long. 54. 20. Lat. 42. 40.

Heraclea Macedoniæ, inter Lychnidum, & Ædeſſam, *Xevoſna* Moletio & Nardo, eſt & in Macedoniâ *Heraclea* altera *Sintica* cognomine. Ptol. quæ *Cheſeſia*, ſeu *Cheſia* Nigro nominatur. Long. 46. 16. Lat. 41. 25.

Heraclea Phthiotidis, quæ & *Trachinia*, Plin. *Comaro*, teſte Pineto, urbs Trachiniæ reg. in Phthiotidis & Theſſaliæ confin. ubi tranſitus in Theſſaliam ex Græcia difficilis.

Heraclea, urbs Cariæ, quæ & *Lathmus* Straboni à vicino monte. *Palatia* Caſtaldo, & Moletio, *Ergel* Turcis dicitur, teſte Leunclavio. Long. 56. 30. Lat. 38. 30.

Heraclea Cretæ, *Heraclium* Straboni, & Ptol. op. & navale Gnoſſiorum, *Mirabello* Pineto.

Heraclea, quæ & *Minoa* Livio, op. Siciliæ in orâ auſtrali, locus nunc *Capo Bianco*, teſte Fazello, dicitur.

Heraclea, op. Gall. Narbon. *S. Giles*, Poldo teſte.

Heraclea, Tauricæ Cherſoneſi, *Heracleum* Strab. & Ptol. urbs in orâ boreali ad Mœoticam paludem, quæ adhuc *Heraclea*, teſte Bonacciolo, nominatur. Μιλησίων κτίσμα dicitur Straboni lib. 12. Μεσαρέων ἄποικος vocatur ab Arriano, itemque Xenophonte Anabaſ. lib. 6. Τοῦτον δὴ ἀφικόμενοι, inquit, ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα, Μεσαρέων ἄποικον, ἣ δ' ἐν τῇ Μυριανδυνῶν χώρᾳ. Scholiaſtes Apollonii in lib. 2. ait Μεσαρέων καὶ Βοιωτῶν. Vide Palmerium pag. 333.

Heraclea Syriæ, *Italica* Bonacciolo, urbs in Cyrreſticâ regione. *Heraclium* Straboni.

Heraclea, urbs triplex in Ægypto, una magna cognomine ad Nilum, quæ Herculis urbs magna Ptolemæo. Altera Herculis urbs parva, apud Bubaſticum flu. & Bubaſtum urbem. Tertia in orâ apud Heracleoticum oſtium Nili, ab ea ſic appellatum, Canopo finitima.

Heraclea, Italiæ urbs olim epiſcopalis in orâ Venetiæ à D. Magno Epiſcopo Opitergino extructa, & ipſa exciſa, cui Urbs Nova, etiam everſa, ſucceſſit. Vide ſis Stephanum in Ἡράκλεα.

Heracleopolis, nomen trium civitatum, una eſt in Ægypto, ex quâ Theophanes Phyſicus; altera non longè à Peruſio: tertia ſecundum Nili oſtium, quod Canopicum eſt. Volater. ex Stephano.

Heracleotes, locus ſic dictus à Cic. 2. Tuſcul. ubi fuit amphitheatrum unum è ſeptem ſpectaculis. Vide & 4. Tuſcul. & 5. de Fin. Item inſula inter Italiam, & Siciliam. Anton.

Heracleum, promont. Cappadociæ apud Themiſcyram urbem, inter illam & oſtia Thermodontis, *Capo di Limon* Moletio.

Heracleum, promont. cum flu. & op. cognomine, in orâ Colchorum, *Cacari* Mercatori.

Heraclius, flu. Græciæ circa Bulidem, Phocidis urbem. Pauſan. Item Imperatoris proprium ab Hercule deductum formatione Græcâ.

Heræa, promont. è regione Chalcedonis, deſcriptionem ejus carmine Demoſthenis Bithyni Stephanus recitat, cujus hoc initium:

Ἔστι δέ τις προπάροιθε κλυστῆς Χαλκηδόνος ἄκρη
Ἡραία, τραχεῖα, πολυσπιλάς.

Item urbs Arcadiæ. Vide Steph.

Heræum, urbs Thraciæ. Steph. Item Sardiniæ op. Ptol. Item templum Junonis ſic dictum, ab ejus Græco nomine Ἥρα.

Heræus, portus Bithyniæ ad Boſporum Thracium. *Molo di S. Giovanni Calamolo* Petro Gyllio.

Heras, & *Helii*, id eſt, Junonis vel Solis inſula, quæ quoque *Autolala* dicitur. Ptolemæus eam deſcribit in mari Atlantico è regione Libyæ, *Madera* poſſet interpretari.

Herbanum, Tuſciæ op. hodiè *Orvieto*.

Herbeſſus, *Erbeſſus*, Ptol. *Erbeſſum* Polybio, op. olim Siciliæ,

Siciliæ, nunc pagus, 8. m. p. distans ab Agrigento. *Grutte* hodie, teste Fazello, Nigro *Bicari* dicitur. Item Herbessus altera urbs Siciliæ, & ipsa eversa, inter Syracusas, & Leontinos, *Pantalica* Fazello, populi *Herbessenses* Plinio, Silio *Herbesos* lib. 14.

Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli
Sederunt.———

De nomine Bochartus: Supra Agrigentum, inquit, in mediterraneis Sicanorum urbs fuit Herbesus, de quâ Polybius lib. 1. ac Diodorus lib. 20. & 23. Hodie *le Grotte*, seu *Cryptæ* dicta propter cryptas subterraneas. Itaque *Herbessus* Pœnis erat הרבצע *Harbessa*, mons foveæ, seu cryptæ, quod etiam dici potest de alterâ Erbesso ad fontes Anapi fluminis. Proinde neglectâ compositione hæc Sicanorum *Herbessus* etiam בצע *Bessa*, vel *Vessa* dicta est. Quippe in his Polyæni verbis, quæ Cluverii diligentiam fugisse rectè observat Palmerius, Φάλαεις περὶ Ταῦρον ἄρχουσι Ὀυέσσης, ἥπερ εὐδαιμονεστάτη καὶ μεγίστη Σικάνων πόλις, ἐπῆλθε. Omnino *Vessa* est *Herbessus*, Sicanorum urbs inclyta non procul ab Agrigento, in quâ regnabat Phalaris. Alioqui enim *Vessæ* nulla mentio apud veteres. Nec Ortelii conjectura, qui pro *Vessa Inessam* legit, ullo modo est probabilis. Quia sita erat Inessa circa Ætnam in tractu plane diverso, neque unquam fuit magna urbs, sed πόλισμα hoc est *opidulum*. Ita testantur Thucyd. lib. 4. & 6. ac Strabo lib. 6.

Herbipolis, Francorum orientalium caput, Germanicè *Wirtzburg*, à dulci musto, quod Herbipolensis ager suppeditat, nomen obtinere videtur. Urbs est in plano sita, collibus vitiferis, amœnis hortis & pratis ornata. Fossis, vallis mœnibus & propugnaculis bene munita, & populosa. Ad occasum Mœnus eam præterlabitur. Utramque ripam ingens pons jungit lapideus, fortibus nitens pilis. Ultra Mœnum proximus mons pulchram & loci naturâ bene munitam arcem Episcopi (qui & dux Francorum appellatur) sedem continet. Long. 31. 50. Lat. 49. 44.

Herbita, Siciliæ urbs. Ptol. Vide Cluverium. Ejus mem. Diodorus lib. 12. & 14. Cicero Verrinâ quintâ: *Herbitensis civitas, honesta antea & copiosa.* Bocharto הר בטה *har-beta*, dici Punice videtur, i. e. ὄρος ἀσφαλείας, *mons tutus* & *securus*. Situm ita describit Aretius in Siciliâ suâ: *Nicosiæ vetus nomen incertum esset, nisi conjectura, quam Herbitam antiquitus appellabant, honestam & copiosam civitatem esse doceret. Alii à proximo loco Casilinis nomine, illuc eam translatam esse aiunt. A quâ haud procul Sperlinga arx in rupe ex unâ parte in excelsâ altitudine excisa. Opidum tibi antiquitus fuisse, quod ruinæ atque antiquitatis adhuc visuntur vestigia, vicini populi testantur.* Proinde Dionysius Ætnâ & Leontinis & Ennâ occupatis, Herbitam frustra attentavit, & cum res non succederet, pacem cum Herbitensibus inire coactus est. Diodor. lib. 14. Long. 38. 12. Lat. 37. 02.

Herculaneum, *Herculanum*, Cic. lib. 7. epist. ad Atticum, Straboni *Herculeum*, *Torre del Greco*, teste Sanfelicio, op. Campaniæ in orâ litorali inter Neapolim & Stabias; *urbs Herculea* dicitur Ovid. Met. 15.

Herculeamque urbem, Stabiasque & in otia natam
Parthenopen.———

Herculeum, promontorium Brutiorum in Calabriâ ulter. *Capo di Spartivento*, teste Barrio.

Herculeum, promont. Albionis in orâ Cornubiæ boreali, vulgò *Hertlond*. Vide *Herculis promontorium*.

Herculeus lacus, hodiè *Lago di Leontini*, teste Fazello, lacus Siciliæ apud Leontinos.

Herculia, op. Pannoniæ infer. *Altofen*, teste Lazio.

Herculis castra, op. Germ. infer. in ducatu Geldriæ; vulgò *Erckelens*. Long. 27. 48. Lat. 51. 51.

Herculis Columnæ, locus Frisiæ citer. inter Groeningam, & Covordiam ad occid. *Duvels Cutz*, teste Ortelio. Item *Herculis columnæ* in freto Gaditano, de quibus Dionysius vers. 64.

Ἔνθά ῥ᾽ ἐπὶ σῆλαι πέλε πέρματα Ἡρακλῆος
Ἐξαῖσιν (μέγα θαῦμα) παρ᾽ ἐκλοσύλα Γαδίρης,
Μακρὴν ὑπὸ πρηῶνα πολυσπερέων Ἀτλαντων.

Silius Italicus:

Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis.

De columnis hisce plurima passim ab authoribus vulgantur, de quibus Tzetzem in Chil. pag. 295. consulas, & Hannonem in Periplo. Apollodorus lib. 2. de Hercule. Καὶ παρελθὼν Ταρτησσὸν, ἔστησε σημεῖα τῆς πορείας ἐπὶ τοῖς ὅροις Εὐρώπης καὶ Λιβύης ἀνίσους ὄρη στήλας. Luc. lib. 3.

Et Herculeis aufertur gloria metis.

Vide Bochartum Geogr. Sacr. p. 675. & Vossium ad Scylacem pag. 1.

Herculis fanum, pagus Hetruriæ inter ostia Arni flu. & Feroniæ lucum, *Librafatta* Moletio. Item locus Gadium inf. Hisp. Bæticæ, vulgò *Castillo*, teste Ortelio. Denique portus Melitæ inf. *Marza sirocco*, teste Q. Heduo.

Herculis insula, hodiè *Esinara*, teste Ortelio, insula Sardiniæ in orâ occid. ubi duas Herculis insulas Plinius habet. Ea *Linaria*, teste Fran. Fara, cui magis habenda fides tanquam indigenæ.

Herculis portus, geminus: unus in Hetruriâ, op. cum arce & portu, *Porto Hercole*. Long. 34. 50. Lat. 41. 40. Alter pagus Brutiorum in orâ Calabriæ ulter. Plin. *le Formicole*, teste Barrio.

Herculis Monœci portus, op. cum arce firmissimâ in orâ Liguriæ, Nicææ finitimum, *Monaco* vulgò.

Herculis promontorium, geminum: unum in Maurit. Tingitanâ, *Capo Cantin*, teste Mercatore, in Oceanum Atlanticum excurrens: Alterum Albionis in Cornubiæ orâ boreali, *Hertlond* vulgo & *Hartland point*.

Herculis Pyrgus, sive *Turris*, op. Cyrenaicæ marit. *Camera Torre*, teste Marmolio.

Hercynia, maxima Germaniæ sylva, quæ pro regionum, & locorum ratione varia obtinet hodie cognomina, de quâ Cæsar Comment. lib. 6. *Hujus*, inquit, *Hercyniæ sylvæ latitudo novem dierum iter expedito patet, non enim aliter fieri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsum, diversis à flumine regionibus, multarumque gentium fines, propter magnitudinem attingit, neque quisquam est hujus Germaniæ, qui se audivisse, aut adisse ad initium ejus sylvæ dicat, cum dierum iter 60 processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit.* Hactenus Cæsar. Stephano Ἑρκύνιον mons Italiæ, à quo *Hercynia* regio, Claud.

———*Sublimis in Arcton*
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia sylvæ.

Ἑρκύνιος δρυμὸς dicitur Dionysio Periegetæ. Seneca *lucum* appellat in Medeâ:

Lucis Suevi nobiles Hercyniis.

Dictam *Hercyniam* putant ab ἕρκος, i. e. *septum*, seu *circuitus*, ideo quod hæc Sylva Germaniam fere totam valli instar circundet. Germanica vero appellatio est à *piciferis arboribus*, unde & Latinum vocabulum proculdubio derivatum. Vide Cluver. Germ. Ant. lib. 3. cap. 47.

Hercynii, populi, vetus Pelasgorum colonia.

Herdonia, op. Apuliæ excisum. Sil. lib. 8.

Obscura incultis Herdonia misit ab agris.

Hermæa, promont. Africæ propriæ in orâ inter Carthaginem, & Hadrumentum, *Capo Bon* Mercatori, & *Capo di Nubia* Olivario.

Hermæum, promont. Thraciæ ad Bosporum ultra Byzantium, *Neocastro*. P. Gyllio. Est & promont. Sardiniæ. Ptol. in orâ occidentali, quod *Marasso* vulgò dicitur. Item locus Mysiæ ad Hellespontum Polyæno.

Hermiona, Græciæ op. Junonis fano inclytum, ut notat apud Pomponium Vadianus. Item civitas in conspectu maris Ægæi. Virgilius sive Catullus in Ciri.

Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermiona.

Hermione, civitas quæ etiam *Laceria* dicebatur. Steph. Item templum in Peloponneso, Cereri ac Proserpinæ sacrum, ad quod qui confugerunt, tuti erant propter loci religionem. Unde natum Proverbium, *Hermiones vice* apud Zenobium, pro *asylo*.

Hermiones, pop. Germaniæ, Mela 3. Horum regio Pomerania putatur à Vadiano; sed id Taciti verbis repugnat.

Hermon, *Hippos* Ptolemæo, mons Palæstinæ geminus: major, qui pars est Libani orientalis apud ortum Jordanis flu. Alter minor apud montem Gelboe, & Chisonium torrentem, teste Masio. Item piscatorium in Peloponneso.

Hermonassa, urbs Mysiæ infer. ad ostium Istri boreale, *Moncastro* Nigro, *Belgrad* Turcis. Altera apud Ptol. urbs est Sarm. Asianæ apud Cimmeriam promont. & Bosporum, *Madaque* Moletio, *Matriga* Nigro dicta. Tertia apud Strab. in orâ Cappadociæ, inter Polemonium ad occid. & Cerasuntem ad ort. *Lavona* hodiè, teste Nigro.

Hermonthis, urbs Ægypti. Steph. ubi Jupiter, Apollo, & Isis coluntur.

Hermopolis, urbs Ægypti in Sebenniticâ præfecturâ, ubi Pan colitur, & Hircus, ut ait Pindarus. *Herodianus*, duas esse scribit, magnam, & parvam. Vide Steph.

Hermotymbici, pars bellicosorum in Ægypto, dicuntur & *Labaræi*. Steph.

Hermus, flu. minoris Asiæ. Oritur juxta Dorylaum, Phrygiæ civitatem, auctusque Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandemque in Phocaicum sinum illabitur. Solin. cap. 42. *Hunc quoque Hermon fluctibus aureis æstuasse antiquitas credidit.* Virgil. 2. Georg.

Nec

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.
Mart. lib. 8.
Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro
Hermus.——
Stat. Sylv. 1.
Flavis Hermus tranſcurrere ripis,
Et limo ſplendente Tagus.
Claud. 1. in Rufinum:
Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli, totumque exhauſerit Hermum,
Ardebit majore ſiti.——
Idem de Raptu 2.
Aut quales referunt, Baccho ſolennia Nymphæ
Mœoniæ, quas Hermus alit, ripaſque paternas
Percurrunt auro madidæ. Lætatur in antro
Amnis, & undantem declinat prodigus urnam.
Silius Italicus lib. 1.
Mœonium non ille vadum, non Lydia mallet
Stagna ſibi, nec qui riguo perfunditur auro
Campum, atque illatis Hermi flaveſcit arenis.
Papin. Silv. lib. 3.
——*Hermique vadum, quo Lydius intrat*
Bacchus, & aurato reficit ſua cornua limo.
Nonnus contra protendit Βασσευκῶν lib. id.
——Ἀργυρέοισι ῥεέθροις
Ἕρμος ἐυῤῥείτης.
Negatque aurum ferre:
Οὐ γὰρ ἀπὸ χρυσοῖο φέρει ῥόον.
Maro autem explicatior coibit in fœdus cum Nonno: Pactolus auro Hermum rigat: Hermus ſuopte ingenio argenti ferax eſt; cum ergo evolvitur in Hermum Pactolus, fit *auro turbidus Hermus*; campuſque ſive ſinus Phocaicus, in quem Herm. illabitur, *illatis Hermi flaveſcit arenis*, non in Hermo natis, ſed illatis.

Hernici, pop. Campaniæ loca ſaxoſa incolentes; unde & nomen acceperunt, nam *herna* Sabini *ſaxa* vocant. Feſtus. *Hernici dicti ſunt è ſaxis, quæ Marſi herna dicunt.* Ideo Virgil. lib. 7.
——*Roſcida rivis*
Hernica ſaxa colunt.——
Ubi Servius: *Sabinorum linguâ ſaxa herna vocantur.* Silius Virgilii imitator lib 8.
Hernicaque impreſſo raduntur vomere ſaxa.
Idem lib. 4.
Quoſque in prægelidis duratos Hernica rivis
Mittebant ſaxa.
Straboni Ἕρνικοι, Dionyſio Ἕρνικες dicuntur.

Heſperia, nomen tam Italiæ, quam Hiſpaniæ commune, Italiæ quidem ab *Heſpero*, Atlantis fratre, impoſitum, qui à fratre pulſus regionem eam tenuit. Hiſpaniæ vero ab *heſpero* ſtella, quæ veſperi ad occidentem apparet, propterea quod hæc regio omnium extrema ſit ad occidentem, unde & *Heſperiam ultimam*, à poetis fere videmus appellari, ut eo, veluti peculiari epitheto ab Italiâ diſtinguatur. Horat. car. 1. Od. 36.
Qui nunc Heſperiâ ſoſpes ab ultima, &c.
Quoties vero *Heſperiam*, ſine adjectione dicimus, *Italiam* fere intelligimus. Horat.
Dii multi neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ. Idem:
Longas ô utinam, Dux bone, ferias
Reddas Heſperiæ.——
Item *Heſperia* urbs Cyrenaicæ apud Pompon. quam Olivarius dicit nunc vocari *Bernio*.

Heſperides, quæ & *Gorgones*, inſulæ maris Atlantici contra Heſperium cornu promontorium, à Luſitanis detectæ, & coli cœptæ, hodie *Iſole di capo Verde*. Vide *Caſſiterides*.

Heſperidum horti, deſcribuntur à Virgilio & Solino in Mauritaniâ Tingitanâ prope Lixum urbem. Item à Plinio ad Syrtim magnam, ſed idem eos quoque ponit in Pentapoleos regione, ubi etiam à Ptolemæo ſtatuuntur. Hoc loco à Strabone Heſperidum lacus deſignari videtur.

Heſperii Æthiopes, pop. in Africâ. Ptol. quos Joan. Barroſus *Pangelungos*, regi *Manicongio* ſubditos, appellat.

Heſperion cornu, Ptol. Plin. & Melæ, Africæ aut potius Libyæ promontorium, quod Mercator *Capo bianco* interpretatur, Hiſpanis vero *Cabo Verde*, in orâ maris Atlantici contra Heſperidas inſulas. Græce Ἑσπερὶν κέρας.

Hetriculum, Brutiorum op. Livio, quod hodiè *Lateraco* vulgus vocat, teſte G. Barrio.

Hetruria, regio Italiæ, Tyrrheno mari incumbens, ad primam uſque Tyberis ripam protenſa, Macrâ fluvio à Liguriâ diſcreta, auguriorum olim & haruſpicinæ peritiſſima. Inde forſan *ſolers Hetruria* Claudiano. Porro *Hetruria* dicta eſt, teſte Servio, quod ejus fines tenebantur olim uſque ad ripam Tyberis, & quaſi ἑτερωεία, & per Syncopen ἐρωεία. Nam ἕτερος *alter*, & ὅρος *finis* vocatur. pop. *Tuſci* & *Tyrrheni* qui Lydis originem ſuam debebant. Vide omnino Cluver. Ital. Ant. lib. 2. cap. 1.

Hexapylum, locus eminens Syracuſarum. Liv. lib. 24. Eundem eſſe cum eo quem Thucydides Labdalum vocat, & in crepidine Epipolarum erectum putat Ortelius, hodiè *Mongibelliſio* nominari tradit Fazellus.

Heſiongebar, in Sacris Bibliis, portus maris Rubri in ſinu Elanitico, quo Hebræi reges utebantur ad navigationes, teſte D. Hieronymo, *Eſſia* Zeiglero.

Hibernia, vel *Hybernia*, poſt Britanniam inſularum maxima. Sic enim de inſulis ſcribit antiquus Geographus, Τῶν νήσων περιόδιες αἱ Ἰνδικὴν Ταπροβάνην μεγέθει καὶ δόξῃ, μεθ' ἣν αἱ Βρεττανικαὶ, πρῶτη ἑτέρα Βρεττανῶν, αἱ Ὑβέρνια. Protenditur Hibernia ab Auſtr. in Aquil. non latior quam longior, ut Strabo prodidit, ſed forma lenticulari, ſive Ovali: Nec 20 dierum navigatione, ut Philemon apud Ptol. tradidit, ſed ſecundum recentiores longitudine 300. tantum mille paſſuum, latitudine vix 120. implet. Ab ort. Angliam turbido mari disjunctam, habet, quod *Hibernicum* vocant, ab Occaſ. Oceano Atlantico, à Septentr. Deucaledonio, & ab Auſtr. Verginio alluitur. Inæqualis, aquoſa, paludoſa, & ſylveſtris Hibernia eſt. Glebâ præpingui, uberique frugum proventu terra felix eſt, Pecore montes, nemora feris abundant: paſcuis tamen quàm frugibus, gramine quam grano fœcundior eſt. Melle, & lacte dives. Fluminibus egregiis ſcinditur, & rigatur, quorum præcipuus tum curſus ſpatio, tum piſcium copiâ, Sinnenus appellatur. Lacus quoque plurimos habet. Falcones, accipitres, & niſos præ aliis regionibus copioſè producit. Venenoſis omnibus caret. Terræ motus hic nunquam. Vix ſemel in anno tonitru auditur. De moribus incolarum, & ſtupendis naturæ in hâc inſulâ operibus nonnulla deſcripſit ex Sylv. Gyraldo Abrahamus Ortelius in Theatr. orb. ter. Hæc inſ. Orpheo Ariſtot. & Claudiano *Ierna*, Juvenali & Melæ *Iuverna*, Diod. Siculo *Iris* Mart. Heracleotæ Ἰερνία. Euſtathio Οὐερνία & Βερνία, Incolis *Erin*, Britannis *Yverdon*, & Anglis *Ireland*. Unde v. hæc profluxerunt nomina, variæ, ut in re obſcurâ, enatæ ſunt opiniones. Alii enim ab *Hiberno* tempore, alii ab *Ibero* homine Hiſpano, ab *Ibero* flu. alii. Poſſellus v. dum Pomponium Melam Lutetiæ perlegeret, ab Hebræis repetit, ut ſit *Irin* quaſi *Iurin*, i. e. Hebræorum terra. *Hebræi*, inquit, *cum Magi eſſent peritiſſimi ſcirenturq; imperiumuniverſi futurum in angulo fortiſſimo, qui eſt ad Caurum, illas partes & Hiberniam, quam primum occuparunt Syrique & Tyrii iſtas regiones, ut baſin futuri imperii ponerent, incolere ſategerunt.* Bochartus vero de Phœn. Col. p. 726. Verbum, inquit, addo de Hiberniâ, quam Phœnicibus non fuiſſe ignotam, etiam ex nomine conjectura eſt, quod planè videtur eſſe Phœnicium. *Hiberniæ* enim nonnullis *Ierne*, *Iuverna*, Βερνία, Οὐερνία, Ἰερνία, nihil aliud eſt quam אי־ברנא *Iber-nae*, i.e. *ultima habitatio*; quia ultra Hiberniam verſus occ. veteres nihil noverant quàm vaſtum mare. Vide ſis Camdenum Hiberniæ de moribus priſcorum incolarum. Ita Strabo lib. 4. ſecundum Lat. Interpretem: *Longè magis quam Britanni ſylveſtres illius ſunt incolæ, Anthropophagi, mandonéſque magni: defunctos etiam parentes eſſe, in eximiâ honeſtatis parte ponunt: nec minus alienis in propatulo uxoribus immiſceri, matribus etiam atque ſororibus.* Pomponius lib. 3. *Cultores inconditi ſunt, & omnium virtutum ignari, pietatis admodum expertes.* Solinus cap. 24. *Sanguine interemptorum hauſto prius victores vultus oblinunt; fas & nefas eodem animo ducunt. Puerpera, ſi quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvuli ſummo mucrone auſpicium alimentorum leviter infert, & gentilibus votis optat, non aliter quàm in bello & inter arma mortem oppetat.*

Hiera, Lat. *ſacra*, inſ. Siciliæ, una ex ſeptem Æoliis, *Vulcano*, teſte Fazello, ignes emittens, Liparæ vicina, prius *Therafia*, teſte Plinio, dicta.

Hiera altera, quæ ab Anton. *Maritima* dicitur, inſ. Siciliæ contra Drepanum, thymo abundans; hodiè *Maretamo*. Item inſula maris Cretici, ſeu Myrtoi, *Giera* vulgò. Item promont. Lyciæ, *Capo delle Chelidonie* hodie dicitur. Eſt & flu. Bithyniæ, illam à Galatiâ ſeparans. *Tarſus* etiam olim teſte, Stephano, *Hiera* dicebatur.

Hierapolis, quæ & *Bambyca*, urbs Syriæ archiep. ſub archiep. Antiocheno, in Cyrreſticâ reg. quæ *Haleppo*, teſte Bellonio, cum aliis, dicitur. Long. 70. 33. Lat 38. 00. *Hierapolis* altera, Phrygiæ magnæ urbs archiep. ſub Patriarchâ Conſtantinopolitano, proxima Laodiceæ, ibi puteus amplus nebulas noxias exhalans. Long. 59. 50. Lat. 38. 15. Vide Strabonem, & Steph.

Hiera Pytna, urbs Cretæ in orâ auſtrali, quæ prius *Cyrba*,

ba, postea *Camiros* dicta est. Long. 55. 15. Lat. 35. 06.

Hierasus, Daciæ fluvius. Ptol. *Prush* Cromero, *Seret* vero Lazio.

Hieri, pop. ultra Sauromatas, calvi & simi à nativitate omnes, qui ideo ἱεροὶ, i. e. *sacri* dicuntur, quia nihil injustè agunt, nec bella norunt.

Hieria, Lombardiæ flu. Diacono, ubi Majoranum occisum scribit. *Scrivia* hodiè nominatur.

Hiericho, vel *Hierichus chuntis*, op. Judææ, inter Hierosolymam, & Jordanem situm A ריח i. e. *odore* videtur nomen trahere. Fuit enim una ex 10. Judææ Toparchiis, teste Plin. 5. 14. fonte, palmetis & balsamo celeberrima. Deut. 34. 3. *civitas palmarum* dicitur.

Hierosolyma, plur. num. & *Hierosolyma* sing. & *Hierusalem* indeclinab. urbs Palæstinæ clarissima & florentissima urbium orientis, quemadmodum Plinius scripsit, lib. 5. cap. 14. Dicta primum fuit *Solyma*. Sed cum rex Cananææ, Justus nomine templum addidisset, *Hierosolyma* appellari cœpta est. Græci enim ἱερὸν, *templum* vocant. Eusebius quasi ἱερὸν Σολομῶνος, id est, *ædem Salomonis*, dictam putavit, lib. 9. Præp. Evang. B. Hieronymus in Epist. ad Eustachium de vitâ Paulæ. *Ingressa est Hierosolymam urbem trinominem, Jebus, Salem, Hierusalem: quæ ab Ælio postea Adriano, de ruinis & cineribus civitatis in Æliam suscitata est.* Nempe significat Hadrianum de reliquiis & ruinis novam extruxisse urbem, quam ab re *Æliam* appellavit, quod & ad caput 1. Joelis docet. Malè ut Scal. ostendit Animadversionibus Eusebianis, pag. 194. Sed nomen *Hierusalem* contractum & leviter immutatum ex *Jebus*, & *Salem*, quæ vera originatio est. Nugæ enim sunt, quæ de *Solymis* gente Homero celebrata & *Hierosolymo* duce apud Tacitum, initio 5. hist. & apud Plut. legimus. Capta, direpta, & secundum Christi vaticinium eversa, post obsidionem semestrem à Tito, anno Dom. 73. *Metropolim Judææ* vocat Steph ubi sis Pinedam vide. Hinc *Hierosolymitanus*, & *Hierosolymarius*, quo nomine dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatis. Cic. 2. ad Att. *Si vero quæ de me pacta sunt, ea non servantur, in cœlo sum, ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem quam bonam meis purissimis orationibus gratiam retulerit.* Long. 69. 60. Lat. 32. 44.

Hildesia, *Hildesheim*, urbs Saxoniæ infer. ad amnem *Innerste*, sub dom. proprii episcopi, 7. leuc. à Zellâ in aust. & 6. ab Hameliâ in ort. Long. 31. 50. Lat. 52. 24.

Himantopodes, pop. Æthiopiæ loripedes, quibus serpendo ingredi natura est, h. e. quod Solinus interpretatur, flexis crurum nexibus ingredi, ἱμάντα enim Græci *lorum* dicunt. Plin. 5. 8.

Himella, flu. Italiæ. Virg. Æn. 7.

——*Qui flumen Himellæ,*
Et Tiberim, Fabarimque bibunt.

Himera, Siciliæ Græca urbs, sita ad occasum Himeræ fluvii, quem veteres per summum errorem putaverunt eundem esse, & ex eodem fonte oriri cum altero Himerâ, qui in meridiem fluit inter Gelam, & Agrigentum. Vide Antigonum in mirandis, & Melam, & Solinum, & Vibium, & Vitruvium. Quin licet utriusque fontes ex Nebrode monte ebulliant, distant tamen ab invicem fere quadraginta millibus.

Himerenses autem soli Græcorum ætate Thucydidis ad mare Tyrrhenum habitabant. Urbem à Zanclæis conditam ad occasum Himeræ amnis, cum floruisset per annos 140. Pœni, duce Annibale, solo æquarunt, annis ante Christum minime quadringentis. Sed in alterâ parte fluminis iidem biennio post, ut habet Diodorus lib. 13. καλαλέξαντες δὲ πολιτῶν πᾶσι, καὶ δὴ ἄλλων Λιβύων τῶν βουλομένων, ἔκτισε πρὸς αὐτοῖς τοῖς θερμοῖς ὕδασι πόλιν, ὀνομάσαντες Θερμά, h. e. *Volonum ex civibus, aliisque Afris delectu habito, novam ad ipsas calidas aquas urbem condiderunt, quam Thermas appellarunt.* Has porro aquas fabuloso heroum ævo jam innotuisse Græcis patet ex Diodoro, qui lib. 4. narrat Herculem, cum Siciliæ litora peragraret, & à Peloro iret ad Erycem, τὰς νύμφας ἀνεῦναι θερμὰ λουτὰ πρὸς τῇ ἀναπαύσει τῆς ὁδοιπορίας· ἡμιόλιος αὐτῷ γεγονέναι. Τούτων δὲ ὄντων ἀληθῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, τὰ δὲ Ἐγεσταῖα πεποιημένα, ἢ ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τοῦ τόπου. *Nymphas calida illa balnea excitasse, quibus contractam ex itinere lassitudinem allevaret. Quæ bina cum sint, illa Himerensia, hæc Egestana dici, nomine facto à locis.* Inde Pindarus Olymp. 12. Ergoteli Himerensi:

Θερμὰ νυμφᾶν λοετὰ βασάζεις
Ὁμιλέων παρ' οἰκείας ἀρούρας.
Calida nympharum balnea extollis
Verjans apud domesticâ arva.

Ubi Scholiastes: Τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ θερμὰ λέγει τὴν Ἱμεραίων πόλεως λέγει· Ἀθλωᾶν ἀναδύναι εἰς ἀνάπαυσιν Ἡρακλεῖ, ἢ νύμφαι ἐπεὶ ἐρᾶσθαι· πρὸς ἣ νυμφὰς, ὡς καὶ Πίνδαρος. *Calida Himeræ urbis in Siciliâ balnea Minervam aiunt aperuisse Herculi in laborum recreationem, cum illuc pervenisset; Alii autem nymphas, ut & Pindarus.* Ab his aquis Himeræ nomen. Res manifesta, cum Syris חמר *hamar* sit incalescere.

Himera, amnis Siciliæ, unus ex maximis, à quo Siciliam dividi fere mediam tradunt Polybius in Excerptis Legat. cap. 1. Liv. lib. 24. & Strabo lib. 6. Ejusdem nominis alter est flu. ad Himeram urbem, & Thermas Himerenses, influens in mare Thuscum, de quo supra. Hi cum diversos fontes habeant, & ab invicem valde distitos, quadraginta sc. millibus, tamen quia sunt ejusdem nominis, & ex eodem monte oriuntur à veteribus crediti sunt non nisi unum habere fontem. Sil. lib. 14.

——*Qua mergitur Himera ponto*
Æolio, nam dividuus se scindit in oras,
Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus,
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis.

Mela 2. 7. *De amnibus Himera referendus, quia in mediâ admodum insulâ ortus, in diversa decurrit, scinderisque eam utrinque alio ore in Libycum, alio in Tuscum mare devenit.* Vibius: *Himera ap. Thermitanorum, dedit nomen Himeræ. Hoc flumen in duas scindi partes ait Stesichorus, unâ in Tyrrhenum mare, alterâ in Libycum decurrere.* Proinde cum Himera Tuscus & Himera Libycus (sic enim liceat distinguere) diversi sint saporis, ille dulcis, hic salsi, vel subamari; id inter miracula referunt, quod unus, idemq; fluvius pro diversitate regionum aliter atque aliter sapiat. Antigonus in mirandis: Περὶ δὲ πολαμῶν καὶ κρηνῶν, Λύκον μὲν φησι λέγειν τὴν Ἱμέραν ἐκ μιᾶς πηγῆς ὀχλοῦσθαι, τὸ μὲν ἕλκυσον καὶ ῥεῖθρον ἔχειν, τὸ δὲ πότιμον. *De fluminibus & fontibus Lycum ait perhibere, Himeram ex uno fonte in duos scindi alveos, alterumque fluvium esse salsum, alterum potabilem.* Vitruvius 8. 3. *Usi in Siciliâ flumen est Himera, quod à fonte cum est progressum, dividitur in duas partes. Quæ pars profluit contra Ætnam, quod per terræ dulcem succum percurrit, est infinita dulcedine: altera pars quæ per eam terram currit unde sal foditur, salsum habet saporem.* Quæ pars profluit contra Ætnam, id est, Himera Tuscus, qui revera est dulcissimus, cum alter nullo modo sit potabilis, hodieque *Salsi* dicatur ab insigni salsugine. Itaque, inverso rerum ordine, Solinus Tusco tribuens, quod Libyci erat proprium, *Himeram*, inquit, *cœlestes mutant plagæ: Amarus denique est dum in Aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur.* Jam de nomine dicendum. Tusco, à *Calore*, ut supra diximus: At Libyco nomen est ab *amaritudine* aquarum. Hebræis quippe verbum חמר *hemar* est πικραίνειν *amarum reddere*, vel *amaricare*, quo verbo utuntur Theologi post vulgatum interpretem Apocal. 10. 9.

Hipparis, flu. in Camarinâ, cujus aquarum pars dulcis est, pars salsa. Schol. Pind. in illud Olymp. Od. 5.

Καὶ σμυρὶς ὀχλεῖ Ἱππαρις οἷον ἀεθλ ερεπτόν.

Ejus meminit Nonnus Ballaricorum, lib. 13.

Οἵη ἔχον Καμερίαν, ὅτι κλιδόνῃσι ῥεέθρου
Ἵππαρις ἀμφιλύσσῃ ἐσθλὸν ἀγκύλον ὕδωρ.

Vide Cluverium.

Hippo, Africæ civitas, quem D. August. de Civ. D. 22. 8. *Hipponem regium* vocat. Livius lib. 29. *C. Lælius nocte ad Hipponem regium cum accessisset.* Silius lib. 3.

Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.

Duæ autem fuerunt hoc nomine civitates parum dissitæ, ambæ Regiæ, teste Strab lib. 17. Ἦσαν δὲ καὶ Κίρτα πόλις ἐπιθαλάττιος, καὶ οἱ δύο Ἵππωνες, ὁ μὲν παλαιὸς Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀποστέρεως πρὸς τῇ Τερπῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. Plinius *Hipponem* Numidiæ inserit lib. 5. cap. 3. & *Hipponis diluti* meminit cap. 4. Vide Dausqueium ad Silii locum supra productum. Et Bochartum Geogr. pag. 517. Est & *Hippo* puellæ Bœotiæ nomen. Plutarch. Item op. Locrorum in Brutiis.

Hippocrene, fons in Bœotia, non procul ab Helicone monte, quem poetæ fabulantur factum esse ungulâ Pegasi alati. De nomine Bochartus. *Epigranea*, inquit fons à Phœnicibus פגרן *pigran* dictus est, ab *erumpendo*. Radix Arabicè פגר *phagara*, in primâ, secundâ, & quartâ conjugatione *fontem aperire*, in quintâ & septimâ *fontem erumpere*, significat. Articulo præfixo ex *Pigran* factum *Happigran*, vel *Happigrana*, unde Græcis Ἱπποκρήνη, tanquam ab *equo* deducta voce, & Persio *fons Caballinus*. Hinc nata fabula de fonte è terrâ edito equi ungulâ percussâ.

Hippocuræ, Indiæ intra Gangem urbes duæ. Ptol. una maritima, altera mediterranea. Priorem *Onor* vocat Castaldus.

Hippomolgi, pop. ab *equis mulgendis*, sic dicti. Dionys. Perieg. vers. 309.

Ἔνθα Μυγδονίδαι τε καὶ ἀνέρες ἱπποκομοῖοι.

Populi sunt Scythiæ. Epitheton hocce Homerus Mysis attribuit, inquit Nicodemus Frischlinus. Sed fallitur, nam

Poeta

Poeta gentem aliquam peculiarem designat II. N.

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν.

Callimachus quidem Hymn. 3. Cimmeriis accommodavit:

— — Ἐπὶ ἦ ῥα τότ' Ἱππημολγῶν
Ἦλαγε Κιμμερίων.

Hipponiates, sinus Tyrrheni maris in Brutiis. Ptol. *Napitinus* vocatur ab Antiocho apud Strab. *Terinæus* Plinio dicitur, teste Hermolao, & *Vibonensis*. *Lameticum* ab Arist. nominari tradit Barrius. Hodiè *Golfo di S. Eufemia.*

Hipponium, urbs Brutiorum in Calabriâ ulter. *Bivonia* Nigro. Item promont. ibidem Lycophroni memoratum, hodiè *Salobron*, teste Barrio.

Hippopodes, pop. in Oceano Scythico, qui, teste Solino, humanam usque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Dionys. Perieg. vers. 310.

Νῶτοι δ' Ἱππόποδες τε, Γελωνοί τ' ἠδ' Ἀγάθυρσοι.

Avienus legit hunc versum, teste Morellio, hunc in modum:

Νῶτοι δ' Ἱππόποδες τε Γελωνοὶ, &c.

Qui etiam ita vertit:

Celeresque Geloni.——

Priscianus proprium nomen agnoscit. Sic enim hos versus Latinè reddidit:

Post Hippomolgi, Hippopodesque potentes,
Atque Geloni cum Neuris, pictique Agathyrsi.

Et sic omnes alii interpretes. Mela lib. 3. *Equinis pedibus Hippopodes.* A celeri cursu forte hæc fabula. Meminit horum Plin. 4. 13.

Hipporum, Calabriæ op. Anton. hodie *Felum* dici scribit Barrius.

Hirpini, pop. Samnitum, non tantum contermini ab ortu Solis Hiberni, sed & consanguinei, adeoque pars fuere. Strabo lib. 5. Ἑξῆς δ' εἰσὶν Ἱρπινοὶ καὶ Σαυνίται. Τὸνομα δ' ἔχουσιν ἀπὸ τῆς ἡγησαμένου λύκου τοῦ ἀποικίας, ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον. op. eorum *Hirpinum*, hodie *Harpaia* Leandro, qui hoc quoque *Harpadium* antiquis nominatum addit.

Hispalis, Bæticæ provinciæ urbs clarissima, Romanorum colonia cognomine *Romulensis*, à quâ unus ex quatuor Bæticæ conventibus Hispalensis dicitur. Plin. 3. 3. Hodiè *Sevilia* dicitur. *Hispali*, Herculis filio, nomen, atque primordium; Jul. Cæsari restaurationem; Raymiro regi, ac longo deinde tempore Ferdinando 2. à Mauris liberationem defert. Urbs ad mare Gaditanum sita est, forma rotunda, ædium pulcherrimarum frequentiâ nitidissimè culta, totiusque Hispaniæ emporium florentissimum, quod ex variis mundi partibus, maximè vero ex Indiâ Occidentali quæstus incredibiles facit. Situ omnes Hisp. urbes excedit. Agrum habet pinguem & peramœnum, omnis generis frugum, olei, olivarum, dactylorum, & citrorum feracem. Eam nobilissimus flu. Bætis præterlabitur. *Hispal* Silio dicitur lib. 3.

Et celebre Oceano, atque alternis æstibus Hispal.

Hispania, & *Hispaniæ* plur. num. & apud poetas *Hesperia ultima*, ac *Iberia*, Provincia Europæ amplissima, Galliæ contigua, ab eâ Pyrenæis montibus separata, & in austrum recedens, à tribus lateribus Oceano & mari mediterraneo instar peninsulæ circumflua. Nam Oceanus ad bor. ad occ. & ad meridiem; Mediterraneum etiam ad merid. & ad ort. eam adluunt. Cujus peninsulæ Isthmus est Pyrene mons 89 leuc. Hispanicis inter 2 maria, inter occid. & ort. excurrens. Ea apud veteres primùm in duas Hispanias, citeriorem & ulteriorem, Ibero flu. divisas: postea in tres, Tarraconensem, Bæticam, & Lusitanicam partita; quarum quælibet plures continet regiones; sed maxima Tarraconensis, quæ reliquas simul acceptas magnitudine superat. Hodie quoque regnis distincta est, *Portugalliæ*, *Castellæ*, *Legionis*, *Arragoniæ*, & *Navarræ*, ut Mariana enumerat lib. 1. de rebus Hispaniæ cap. 4. Ubertatem & fertilitatem Hispaniæ multis modis celebrant veteres. Polybius apud Athenæum, Strabo, Diodorus Siculus, Mela, Justinus: usque adeo, ut Pacatus Latinus *terris omnibus terram feliciorem* pronunciet. Silius lib. 1. ubi de Hispaniâ;

Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho;
Nullaque Palladia sese magis arbore tollit.

Solinus cap. 36. *Terrarum plaga comparanda optimis, nulli posthabenda frugum copia; sive soli ubere, sive vinearum proventus respicere, sive arborarios velis.* Non æqua tamen passim talium proventuum ubertas totâ Hispaniâ. Apertè discriminat Strabo lib. 3. Ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰβηρικὴ παραλία πάντως εὐπορεῖ, ἡ δὲ παρακειμένη ἡ μεσόγειος ἀμοιρεῖ διὰ τὰ ψύχη. Sed istis laudibus hodie miserrimè respondet. Et Plinius vero hanc ubertatem ad loca maritima tantum, in fine operis videtur adstringere: & lib. 3. cap. 1. ad Bæticam imprimis. Quibus de causis à veteri ingenio mutata in tantum, inquisivere viri eruditi jam olim. Christoph. Fosterus, hoc non ad soli vitium, sed incolarum & agricultorum infrequentiam refert: Quam ex assiduis bellis, deinde Maurorum & Judæorum expulsione, denique quod Hispanorum bellicosa natio tanto studio externa arma sequi solet, invectam putat. Vide. & Lud. Nonium in suâ Hispaniâ, cap. 5. qui hoc fusius explicat. Plures ejus rei causas afferre licet, sed illud ingredi, hujus loci non est. Juvabit tamen ex Latini Pacati Panegyrico, quem supra laudavimus, ascribere nonnulla, quæ ad alias Hispaniæ laudes pertinent. *Hispaniæ*, inquit, *quicquid ubique laudatur assurgat. Hæc durissimos milites, hæc experientissimos duces, hæc facundissimos Oratores, hæc clarissimos vates parit, hæc judicum mater, hæc principum est. Hæc Trajanum illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio, huic te debet imperium, &c.* Hinc adjectiva *Hispanus*, qui est ex Hispania; & *Hispaniensis* qui in Hispaniâ tantum versatur, ut *Hispaniensis exercitus*, h. e. Romanorum, qui in Hispaniâ erant cum Prætoribus. Ita *Hispaniensem victoriam* Suetonius Cæsare, cap. 37. & seq. dixit, non de Hispanis, sed de Pompeii in Hispaniâ copiis quæ parta esset. Porro viros quondam Hispania celebres ac doctos nobis genuit, *Quinctilianum*, *Senecam*, *Martialem*, *Lucanum*, *Silium*, &c. quo respexit Latinus ubi supra. Figura ejus, ἴσιχε τῇ βύρσῃ, teste Strabone lib. 3. Dionysius Periegetes:

Ἤτορ κείνῳ ἰκέλῳ ἐνέπρεσε βόρρη.

Mela τὸ σχῆμα Hispaniæ sic explicat. *Ipsa Hispania, nisi quæ Gallias tangit, pelago undique cincta est. ubi illis adhæret maximè angusta, paulatim se in nostrum mare & Oceanum extendit magis, magisque latior ad occidentem abit, ac fit ibi latissima.* Bellicosam nationem καὶ πολέμῳ συνεχεῖ πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ὁμόρους olim, fuisse testatur Strabo ubi supra. Hinc Horatius.

Quid bellicosus Cantaber & Scytha.

Et, *Cantabrum indoctum juga ferre nostra.*

Justinus penè ad verbum Strabonis: *Corpora hominum ad inediam, laboremque: animi ad mortem parati. Bellum quam otium malunt: si extraneus deest, domi hostem quærunt.* Silius Italicus:

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem;
Namque ubi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens ævi spernit novisse senectam.

Græci Σπανίαν vocant. Vulgò autem dictam volunt à *Pane* Bacchi, socio, qu. *Pania.* Ablit tamen, ut putemus *Spaniæ* nomen dedisse Panem Arcadem. Quin potius Phœnicium est. שפן *Saphan*, cuniculus est, inde שפניה *Sphaniiam* vel *Spaniiam* nominarunt Phœnices hanc regionem, i. e. *cuniculariam*, vel *cuniculosam*; Quomodo Catullus ad Contubernales suos.

Tu præter omnes une de capillatis
Cuniculosæ Celtiberiæ fili.——

Varro de R. R. 3. 12. *In Hispaniâ annis fuisti ita multis, ut inde te cuniculos persecutos credam.* Plin. 8. 15. *In Ebuso cuniculi non sunt, scatent in Hispaniâ.* Ælian. de Anim. 13. 15. Πέφυκε ὁ λαγὼς ἕτερος μηκὸς καὶ φύσιν, ὡδὲ αὔξεται πόλει. Κύνικλος ὄνομα αὐτῷ, παρ' Ἰβήρεσι γοῦν τε καὶ ὄχι παμπολύ. Vide Boch. Geogr. p. 700.

Hispellum, Umbriæ op. hodiè *Spello* Fabricio & Leandro. Ptol. Ἴσπελον. Strab. Ἔσπελον, unde Sil. ac Plin. Juniori *Hispellates* opidani Juv. fœm. gen. *Hispella* dicitur. Sat. 12.

Pinguior Hispella traheretur taurus.

Ita Cluverius. Alii autem non *Hispella* eo loco legunt, sed *Hispulla*, ubi Lubinus obiter mulierem notat Satyricè sui temporis crassissimam, & maximè obesam, de quâ Sat. 6.

Hispulla tragœdo Gaudet.

Long. 36. 30. Lat. 42. 48.

Histria, quæ & *Istria*, pars fuit Gall. Transpadanæ in Italiâ; nunc subest Reip. Venetæ, exceptis aliquot locis quæ parent Imperatori, uti Archiduci Austriæ. Vide *Istria.*

Hollandia, una ex 17 prov. Germaniæ infer. cum tit. Comitatus, sub dom. Statuum Provinciarum Unitarum Belgii. Terra est mirè rigua, & fertilis. Clauditur ab occ. mari Germ. uti à Sept. mari austrino, quod habet ad Orient. & Dominium Ultrajectinum, & ad merid. Zelandiam & Brabantiam ex parte.

Urbes ejus præcipuæ sunt,

Alcmaria.	Gouda.
Amstelodamum.	Haga Comitis.
Briela.	Harlemum.
Delphi.	Horna.
Dordracum.	Lugdunum Batavorum.
Enchusa.	Roterodamum.
Gertrudenberga.	

Holmia, Stockholm, urbs primaria regni Sueciæ in Uplandiâ prov. ad fauces lacus Meteri, in confin. Sudermaniæ cum arce & palatio planè regio, 8 leuc. ab Upſaliâ in auſt. & 5. ab orâ maris Baltici in occ. Long. 43. 00. Lat. 60. 30.

Holmium, urbs Bœotiæ. Ejus meminit Heſiodus initio Theogoniæ, ſed ut fluvii, non civitatis:

Ἥ τ' Ἱπποκρήνης, ἠ Ὀλμειῶ ζαθέοιο.

Permeſſum autem & Holmium, ſeu fontes, ſeu fluviolos ex Helicone ortos, & ſtatim confluentes in Copaidem lacum prope Haliartum incidere, Strabo lib. 9. author eſt. *Holmium* autem dici volunt ἀπὸ Ὀλμείου τοῦ Σισύφου παιδὸς. Bochartus autem deducit ex Phœnicio חול מ׳א *hol-maja*, quaſi *dulcem aquam* dixeris quippe, tam חול *hul*, quam חלי *hali* Syris eſt *dulceſcere*. Stat. 7.

———*Et felix Holmia vadis.*

Holſatiæ Ducatus, vulgo *Holſtein*, prov. Germ. in Saxoniâ infer. nunc in Daniæ regno comprehenſa, cùm partim regi Daniæ ſubjaceat, & partim Duci Holſatiæ Sleſvicenſi. Terminatur à Sept. Duc. Sleſvicenſi, ſeu Jutia meridionali; ab occid. mari Germ. ab ort. mari Baltico, & Duc. Lauemburgenſi; à merid. autem Duc. Bremenſi & Lunenburgenſi, à quibus Albi flu. ſeparatur. Dividitur in quatuor partes; nempe in Ditmarſiam, Holſatiam propriam, Stormariam & Wagriam. Ejus urb. præcipuæ ſunt, Lubecam & Hamburgum.

Homole, mons Theſſaliæ, Centaurorum olim ſedes quemadmodum & Othrys. Virg. Æn. 7.

Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto
Deſcendunt Centauri, Homolen, Othrymque nivalem
Linquentes.———

Lege *Omole*. De quo rara mentio. *Omolium* in Magneſiâ opidum Plin. conſtituit lib. 4. cap. 9. Vide Suidam.

Homoloides, porta una ex ſeptem Thebanis. Stat. Theb. 7.

———*Quam celſus ahenâ*
Sphinge per ingentes Homoloidas exeat Hæmon!

Ubi ob ſonum videtur hanc portam præ cæteris nominaſſe, inquit Barthius. Vide Pauſan. lib. 9. Euripides in Phœniſſis:

Ὁμολωΐσι θ' πάξιν εἶχε φερὲς πύλαις
Τυδέος λέοντος ἀρὴρ ἔχων ἐπ' ἀσπίδος.

Ubi Scholiaſtes: Ὁμολωΐσι] πύλαι Θηβῶν ἅτινες ἐκλήθησαν ἀπὸ Ὁμολέως τοῦ Ἀμφίονος· καὶ γὰρ πρὸ Ἀμφίονα φασὶν ἄμμα Κάδμῳ τειχῆσαι τὴν πόλιν. Ἀεισύδημος δέ φησιν αὐτὰς οὕτω κληθῆναι διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ ὁμολοῦς· ἄλλοι δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Νιόβης θυγατέρων Ὁμολωΐδος καλουμένης. Hæmoni v. ſpeciatim aſſignata hæc porta, ut alta præ cæteris magno Heroi. Papin. Theb. 8.

Ogygiis it ſorte Creon, Eteoclea mittunt
Neitæ, celſus Homoloidas occupat Hæmon.

Horeſti, pop. Scotiæ, quorum reg. Mernia & Anguſia, teſte Hect. Boetio; Camdeno v. eſt *Eskedale*.

Hullum, ante *Petuaria*, vulgo *Hull*, op. probè munitum Angl. in Com. Ebor. ad Abi flu. oſt. ubi recipit Hullum amnem.

Hungaria, regnum eſt Europæ ſatis amplum. Habet à Sept. Poloniam ſup. & Ruſſiam Nigram, ab Orient. Tranſylvaniam, ab occid. Moraviam, Auſtriam & Stiriam, & à merid. Croatiam, Boſniam & Serviam, à quibus ſeparatur Savo flu. uti à Poloniâ Carpatho M. Olim numerabantur in hoc regno 73. Com. ſeu provinciæ, qui poſtea ad 54. contracti ſunt. Ex quibus 26. ſubſunt Turcis, reliqui omnes Auſtriacum Dom. agnoſcunt.

Hunni, qui & *Abares*, ſive *Avares*, teſte P. Diacono, dicuntur, pop. Sarmatiæ juxta Mæoticam paludem incolentes, unde egreſſi in Pannonias primum (quibus Hungariæ nomen ab his inditum traditur) deinde in Galliam migrarunt, duce Attilâ, qui eam ac Italiam fœdiſſimis cladibus affecit, donec Leonis Pontificis precibus victi, rurſus ſe in Pannoniam receperunt. De Hunnis, vide Am. Marc. initio lib. 31.

Hunnum, op. Angliæ in Northumbria, *Seavenſhale*, teſte Camdeno.

Huntingtonia, op. Angl. ad Uſum flu. Com. cogn. caput, med. inter Bedfordiam ad occ. & Eliam ad ort. 10. mill. à Cantabrigia in Caurum.

Hyampolis, urbs Phocidis ad Parnaſſum montem. Steph. Strabo lib. 8. Plin. 4. 7. Statius Theb. 7.

Ei valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo.———

Eſt & altera in Bœotiâ, non procul ab Orchomeno. Ptol. l.b 4. cap. 15.

Hyanthes, ab antiquis vocabantur Græciæ pop. poſteà *Bæoti* dicti. Plin. 4. 7. quod nomen ab *Hyante* rege traxiſſe putantur. Strabo lib. 7. Hinc *Hyantius*, idem quod *Bœotius*, Cadmi epitheton. Ovid. Met. 2.

Hybla, mons Siciliæ, thymi copiâ, ſalicum, & apibus abundans, unà cum op. ejuſdem nominis ab *Hyblo* rege dicto. Strabo à Dorienſibus conditam ſcribit. Mart. 33. 105.

Quum dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet eſſe favos.

Silius lib. 14.

Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymettum
Audax Hybla favis.———

Papinius 1. Achilleidos:

———*Quales jam nocte propinquâ*
E paſtu referuntur apes, vel in antra reverti
Melle novo gravidas mitis videt Hybla catervas.

Hinc *Hyblæus*. Eclog. 1.

Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

Mart. 11. 43.

Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia naſci.

Claudianus:

———*Qualis Cybeleia quaſſans*
Hyblæus procul ære ſenex revocare fugaces
Tinnitu conatur apes.———

Porro tres *Hyblas* in Siciliâ ponit Stephanus, de quibus vide Boch. Geograph. pag. 584. 593. 604.

Hyccara, op. Siciliæ, ubi Laidem meretricem natam aiunt. Ὑκκαρα βαρβαρικὸν χωρίον. Ita Plut. in Nicià. Et Thucyd. lib. 6. πόλισμα Σικανικὸν μέν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον. Itaque non placet quod apud Athenæum lib. 7. Timæus nominis originem ex Græcâ linguâ arceſſens, *Hyccara* dici vult ὑγρὰ. τὸ γὰρ μεσόγειον τῆς ἀνθρώπων ἐλθόντας ὀλίγη ἡ πόσις ἐχθῦς εὑρεῖν διὰ καλαμένης ὕκκας. Hycca pro Erythrino piſce Cyrenæorum eſt vox, alibi raro in uſu, præterquam apud poetas. Et ut ab *Hycca* fiat *Hyccara*, non patitur analogia. Denique barbari opidi vocabulum è Græco ſermone petere non licet. Proinde conſultius ex Punicâ linguâ deducas, quâ חוק כורא *Hek-caura* eſt *ſinus piſcis*, i. e. *piſcoſus*, qualem eſſe ſinum Hyccaræ ex Fazello patet. Dec. 1. lib. 7.

Hyda, vel *Hyde*, op. Lydiæ ſub Tmolo monte. Hom. Il. 2. Sunt qui idem eſſe putant cum Sardibus. Strab. 13.

Hydaſpes, flu. Aſiæ geminus; unus per Suſianam apud Suſam urbem fluens. Virg. Georg. 4.

Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes.

Alter Indiæ, terminus itineris Alexandri M. cùm Aſiam ſubjugaret, in Indum influens apud Nyſam urbem, cujus incolæ *Hydaſpi* Trogo dicuntur. Lucan. lib. 8.

Quà rapidus Ganges, & quà Nyſæus Hydaſpes.

Horat. Carm. 1.

———*Quæ loca fabuloſus*
Lambit Hydaſpes.———

Gemmiferum facit Seneca Tragœdus:

Tepidis Hydaſpes gemmifer currens aquis.

Inde Claudiano *Hydaſpeæ gemmæ*. Idem Claud.

———*Auriferum veniam poturus Hydaſpen.*

Seneca alibi:

———*Ruraque dives cingat Hydaſpes.*

χρύσεος etiam Nonno in Baſſaricis dicitur.

Hydruntum, *Hydrus* Straboni ac Ptolemæo, totius Apuliæ metropolis, vetuſtate, ac civium fide, atque animi magnitudine nobilis. Lucan. lib. 5.

Et cunctas revocare rates, quas avius Hydrus
Antiquuſque Taras, &c.———

Long. 42. 58. Lat. 40. 00.

Item *Hydrus* mons urbi imminens, ac fluvius. Civitas *Otranto* dicitur.

Hydruſa, urbs Atticæ, Strabo. Eſt & una Cycladum inſularum, quæ *Andros* dicitur.

Hyela, op. Brutiorum in Calabriæ citer. orâ, inter Blandam & Lampetiam, *Bonfatti* Barrio. Item Straboni urbs Lucaniæ excisa; vide *Velia*, & Caſaub. in Strab. pag. 99.

Hyle, urbs Cypri ubi Apollo *Hylates* colitur, Item urbs Locrorum Ozolorum; & regiuncula inter Sabinorum, & Romanorum urbem. Steph.

Hyle, urbecula Bœotiæ, non longè à Thebis, de quâ, Strab. lib. 9. & Plin. 4. 7. Etiam Homerus ejus meminit Iliad. 6.

Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε μέγα πλήσιον μεμηλὼς,
Λίμνῃ κεκλιμένῃ Κηφισίδι, παρ' δὲ οἱ ἄλλοι
Ναίον Βοιωτοί.———

Ubi Schol. Ὕλη πόλις Βοιωτίας. Unde apud Moſchum, Idyll. 3. verſ. 89.

Πίνδαρος ἠ ποθέουσι τόσον Βοιωτίδες Ὕλαι.

Ita enim locum iſtum legit Palmerius.

Hymettus, mons Atticæ opibus, & optimi mellis copiâ abundans. Martial. lib. 7.

Paſcat & Hybla meas paſcat Hymettos apes.

Juvenal. Sat. 13.

———*Dulcique ſenex vicinus Hymetto.*

Statius lib. 12.

———*Et olentis arator Hymetti.*

Strabo lib. 9. Ὁ δὲ Τμῶλος καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ. Pauſanias: Καὶ Τμῶλος ὄς φύει ῥοδὰς μελίτταις ἐπιηδεστάτας. Dioſcorides:

corides: Μέλι φερωτάτει τὸ Ἀττικὸν, καὶ τόπῳ τὸ Ὑμήττιον καλούμενον. Silius lib. 2.

Aut ubi Cecropius formidine nubis aquosæ
Sparsa super flores examina tollit Hymettos.

Val. Flac. lib. 5.

Florea per verni qualis juga fluxit Hymetti
Aut Siculâ sub rupe cohors. ———

Ex hoc monte marmora pulcherrima effodiebantur. Plinius, *L. Crassus orator primus peregrinis marmoris columnas habuit Hymettias.*

Hypæpa, Lydiæ op. Veneri sacrum, inter Tmolum montem & Caystrum flu. Ovid. Met. 11.

Tmolus in ascensu; clivoque extensus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.

Idem de Arachne:

Orta domo parvâ parvis habitabat Hypæpis.

Stephanus: Ὑπαιπα πόλις Λυδίας, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, κάλλιστας ἔχει γυναῖκας δῶρον Ἀφροδίτης. Mem. Strabo lib. 13. Pop. *Hypæpeni* Tacito An. 4.

Hypanis, flu. Scythiæ ex magnâ palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguus fonticulus (*Exampæum* nominat Herodot. lib 4.) qui suâ amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ovid. Met. 15.

Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis salibus vitiatur amaris.

Virgil. Georg. 4.

Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Caicus.

Hyperborei, populi & montes qui & *Riphæi*, ultra Scythiam, teste Aristotele. Veteres hos circa Tanais flu. fontes describunt, cum ibi maxima sit planities. Argumenti ratio postulat (inquit H. Jacobius) ut in Hyperboreorum sedes inquiratur, quarum certitudo celebritati gentis haud respondet. In quorum nomine præpositio Ὑπὲρ veteres vexavit. Plerique exponunt *ultra Boream sitos*. Herodotus παρ' οἷς ὁ Βορέας οὐ πνεῖ. Orpheus Argonaut. paulo incommodius *ventis omni vento carentes*, de Riphæis vel Hyperboreis Herodotus admittit dubitanter, quia tum essent etiam pari jure Ὑπερνότιοι, qui nulli dantur. Sed hanc dubitationem Eratosthenes apud Strabonem lib. 1. eludit facetè. Strabo ipse aliam viam secat, cui ὑπὲρ adornat superlativum gradum, unde Ὑπερβορέους exponit βορειοτάτους, ut in his apud Æschylum, Sophoclemque ὑπέρπικρος, *amarissimus*, ὑπέρξηρος, *aridissimus*, Casaubono rectè adnotante, præterquam quod illi apud Æschylum in Supplic. Ὑπερβορέη πύλη exponitur *Fortuna quæ flat admodum secunda*. Cum sit *Fortuna Hyperborealis*, vel *Hyperboreorum*. Nempe doctissimo viro non succurrebant, quæ de summâ pace ac opulentiâ eorum prædicantur. Hecatæo apud Diodorum regio Hyperboreorum dicitur νῆσος insula libro secundo. Ἐν τοῖς αὐτόθεν τόποις κατὰ τὴν Ὠκεανον εἶναι νῆσον οὐκ ἐλάττω τῆς Σικελίας, ταύτην ὑπάρχειν μὲν κατὰ τὰς ἄρκτους, καλοικεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ὀνομαζομένων Ὑπερβορέων, ἀπὸ τοῦ πορρωτέρω κεῖσθαι τοῦ Βορείου πνεύματος, ἧσθαι δ' αὐτὴν εὐδαίμονα καὶ παμφόρον, εἶναι καὶ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν, δύσθεν κατ' ἔτος ἐκφέρειν καρπούς. Mythologi ajunt Latonam in ea natam, ideò & Apollinem Hyperboreis præcipuè sacrum. At communiter est regio Riphæis montibus inclusa & interjecta. Inde Sophocles appellavit *Apollinis hortum* elegantissimè, apud Strab. lib. 7. de Boreâ Orithyiam raptam auferente:

Ὑπὲρ τ' Πόντου πάντα τ' ἔραλα χθόνος,
Νυκτός τ' πηγὰς, ἠερίαν τ' ἀναπτυχὰς,
Φοίβου τε παλαιὸν κῆπον.

Stephanus de Urbibus: Ῥιπαία, ὄρος Ὑπερβορέων. Mela 3. 5. *In Asiatico litore primi Hyperborei super Aquilonem Riphæosque montes sub ipso siderum cardine jacent: Ubi Sol non quotidie, &c.* Totum non exscribimus, quia breviter in omnibus cum Plinio convenit, quem sis vide lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 17. Scriptor Argonauticus (qui sub Orphei nomine ambulat, quem Onomacritum fortilegum docet fuisse Tatianus, familiarem & Xerxi Persarum regi, teste Herodoto, & Theognidi Poetæ, ut probabiliter affirmat Scaliger) de situ Hyperboreorum vel Riphæorum inter veteres exactissimè scribit. Ille Periplum Argonauticum non ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ *mari interiore*, vel *mediterraneo* (ut Apollonius facit, quem sequitur Val. Flaccus) verum ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ *mari exteriori*, vel Oceano longè doctius perducit. Unde facit Argonautas à Mæotide palude rectâ in Aquilonem (nempe qu. per Tanaim flu.) vers. 1075. ferri ad Ὑπερβορέους & Ῥιπαίους ἀὐλῶνας, ac inde διὰ σφοῖο ῥέεθρου *per anguistum flexum* (Riphæum scilicet) Oceano potitos, quem mortales vocant Κρόνιον πόντον, νεκρὸν δ' θάλασσαν. Tum

Νῆα μολεῖν ἴθυν ὅτε δεξιὸν αἰγιαλοῖο
Ἀρκτέος. ———

Argo navem in dextra litorum Arcœis gubernabat, delatam ad Μακρόβιους, quorum longævitas & mitis affluentia, tum Justitia & Sapientia Ἄισιμά τ' ῥέζειν, πατρώιμά τ' ὀξαρόδειν verbosius ibi celebrantur, ut non alios ab Hyperboreis aliorum authorum esse suspicemur: Hinc ad Κιμμερίης æternâ nocte insignes ex montibus Solarem lucem impedientibus, ab Ortu Meridie & Occasu, quos nominat.

Ἐν μὲν γὰρ Ῥιπαίον ὄρος, καὶ Κάλπης αὐχὴν
Ἀσίολίας εἴργουσ' ὀπιπέλλει δ' πελώρη
Ἄσσον ὀπισταίξασα μεσημβρινὸν ἠέρα Φλέγρη·
Δείελον αὖ κρύπτουσι φάος ταυπικέες Ἄλπης.

In quâ frigidâ reg. est χευσορόας Ἀχέρων, fluvius, in cujus ripâ sunt arbores:

——— Οἷσί τ' καρπὸς,
Βόσκεσθε νύκλας τ' καὶ ἡμαλα συνεχὲς αἰεί.

Item urbs Ἐρμονία, unde ad Αἰδαο πύλας navigatur. Hinc per πέλαγος Ἀτλαντικὸν ad νῆσον Ἱερνίδα, & νῆσον Πλουτήσειαν Cereri sacram, perpetuâ nube cinctam, ex solidâ & celsâ rupe constantem, ideoque importuosam navibus. Inde ad Circes insulam:

——— Λυκαῖον πολὶ χέρσον.

Unde mox:

——— Ἀνὰ δόμα Τερπισσίο
Ἰκόμεθα, σήλαισι δ' ἐπέλσαμεν Ἡρακλείης.

Per fretum Gaditanum mari Mediterraneo restituuntur Argonautæ. Periplum hunc explicantem vide Henr. Jacobium in *Philologiæ ἀναλυπτικῆς* pag. 83. Porro apud Pindarum Pyth. 10. insignis est Hyperboreorum tum religio tum conditio. Apollini suo sacrificant κλῆτας ὄναν ἑκατόμβας, *illustres asinorum victimas*, ubi Deus γελᾷ δ' ὁρῶν ὕβριν Ὀρθιᾶν κνωδάλων ridet videns procacitatem arrectarum bestiarum. Quam Asininam salacitatem capere non potuit omnium cum Scholiaste Græco reliquorum interpretum insulsitas. Conditio talis. Perpetuæ Virginum choreæ, Lyrarum, Tibiarumque sonitus, ex auratâ lauro coronæ, Epulationes, Morborum & Senectutis, Laborum & belli vacuitas: Quæ felicitas Ὑπερβορέων fingi creditur, qualis aurei sæculi. & insularum Fortunatarum. Unde Æschylus *Coëph*: adagialiter usurpat de prosperrimo rerum statu.

Ταῦτα μὲν ἂν παῖ, κρείσσονα χρυσοῦ,
Καὶ Ὑπερβορέης μείζω γε πύχης.

Hyperboreos hosce è Titanibus oriundos tradit Pherecydes, quod illis in locis habitare perhibentur, quò Titanes cum Saturno profligati fugisse credidit antiquitas. Romani tandem de Palatii sui, vel montis Palatini nomine inquirentes, Hyperboreorum cognationem sibi vendicant. Festi Abbreviator: *Alii quod ibi Hyperborei cujusdam filia Palanto habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit.* Nec aliter Solinus cap. 1. Dionys. Halicarn. lib. 1. de Hercule: Λεῖπον ἢ ὅτε τινὲς Ὑπερβορείου κόρης, ἣν (παῖδος εἰς ὁμηρείαν δόντος) ἐπήγετο. Puellæ nomen Græcè concipitur ἡ Φαλαυθὼ Salmasio, verius autem ἡ Παλλαντὼ Scaligero, quia constanter est in Virgilio.

Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

Ad summum: Quando hæc sunt εὐσταλῆ, situs quidem sub vertice Borealissimus, ac beata cœli, solique temperies; Hyperboreorum sedes adhuc penitus ignorantur, nec ulla vetus Geographia, vel nova verè definit. Unde adagialiter *In montibus Hyperboreis* est idem quod *extra mundum*, vel *in solâ mentis imaginatione.*

Hyrcania, reg. Asiæ variis nom. hodie vocata, magna ex parte plana, adeo fertilis & opulenta, uti vitis vini metretam ferat, & ficus 60. modios ficuum, frumentum ex semine nascatur quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, profluat mel ex oleis. Habet ab Orient. mare Caspium, à merid. Armeniam, à Sept. Albaniam, ab occ. Iberiam. In ea reg. Pantheræ, pardi, & tigres abundant. Virg. Æn. 4.

——— *Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*

Inde *mare Hyrcanum*, quod & *Caspium* dicitur. Prop. 2. 13.

——*Paras Phrygias nunc ire per undas*
Et petere Hyrcani litora nota maris.

Pop. *Hyrcani*, de quorum sepeliendi mortuos ratione. Silius lib. 13.

Regia cum lucem posuerunt membra probatum est
Hyrcanas adhibere canes.

Quod è lib. 1. Tusculanarum sui magistri habuit: *In Hyrcaniâ plebs publicos alit canes; optimates domesticos. Nobile autem canum genus scimus illud esse; sed pro suâ quisque facultate parat, à quibus lanietur, eamque illi optimam censent esse sepulturam.*

Hyrgis, flu. Scythiæ Europææ in Tanaim influens, qui incolis *Scosna* dicitur, teste Mercatore.

Hyria, op. Isauriæ, ad Calycadnum flu. Seleuciæ urbi vicinum; pop. *Hyrienses*. Plin. & Liv. Item eadem quæ *Paros*. Steph.

Hyria, Bœotiæ reg. circa Aulidem cum op. cognomine apud Hom. Strab. Plin. & alios. Ovid. Met. lib. 7.

Inde lacus Hyries videt & Cycnea Tempe.

Hyrie,

Hyris, promont. Bithyniæ ad Bosp. Thracium circa Chalcedonem urb. quod & *Euron* vocatur. Steph.

Hyrium, op. Apuliæ Dauniæ maritimum ad Gargani montis radices, *Hyria* Herodoto, *Rhode*, teste Nigro.

I.

Jabadiu, Eoi Oceani insᵉ. Ptol. lib. 7. cap. 2. Ἰαβαδίου, ὃ σημαίνῃ κειθῆς νῆσον. Εὐφορβάτη ἢ λέγῃ ἡ νῆσος εἶῃ, καὶ ἔτι πλεῖστον χρυσὸν ποιεῖν, ἔχειν τε μηδόπολιν ὄνομα Ἀργυρῶ ἐπὶ τοῖς δυσμικοῖς πέρασι. *Jabadiu*, i. e. *Jaba diu* sive insula *Java*. Persis enim ac Indis *diu* insulam sonare, nemo est qui nesciat; Et inde dici insulas *Maldivas*, *Anchedivas*, *Serindivam*, &c. Sed quia *hordei insula* explicatur, putat Bochartus verum nomen olim fuisse *Jabaddiu*, & alterum D. excidisse ad vitandam κακοφωνίαν. Quæ conjectura nititur Arabicâ voce יבר *Jabad*, vel איבר *aibad*, quâ significatur herba, aut seges hordeo similis jumentis saginandis destinata.

Jader, *Solina* Nigro, flu. Illyrici. Labitur prope Salonæ ruinas, 4. mill. à Spalato. Lucan. lib. 4.

Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Jalysus, Rhodi urbs. Mela lib. 2. Hæc Telchinas olim aluit, maleficum genus hominum, & præstigiis infame. Ovid. Met. 7. Plin. 5. 31. Cic. 3. de N. D. Quid Jalysus fuerat, sunt qui dubitant. Mosellanus venatorem fuisse suspicatur, quòd cum cane pingatur. Sunt qui Satyrum hoc cognomine fuisse putent, alii Bacchum, qui à Rhodiis ita vocaretur. Erat autem Cercaphi fil. qui urbi cognomen dedit, quæ Ἰάλυσος Stephano dicitur. Porro hæc urbs olim *Achæa* dicebatur. Ergias Rhodius apud Athen. lib. 8. Οἱ περὶ Φάλανθον ἐν τῇ Ἰαλυσῷ πόλιν ἔχοντες ἰσχυρότατα τῶν Ἀχαίαν καλουμένων. Diodorus lib. 5. De Heliadis: Καλλιόπῃ ἐν τῇ Ἰαλυσίᾳ κλίσιας πόλιν Ἀχαίαν. Sensus.

Janiculensis pons, unus ex Romæ pontibus, hodie *Ponte Sisto*, teste Fulvio.

Janiculum, urbs Romæ primum, sive arx illius dicta. Ubi fuerit docet Macrobius lib. 1. Sat. cap. 7. Ovid. Fast. 1.

Arx mea collis erat, quam vulgus nomine nostro
Nuncupat hæc ætas Janiculumque vocat.

Janiculus mons, *Montorio* Marliano & Fulvio, unus ex septem urb. Romæ collibus usque ad Pontem Milvium extra porrectus, teste Baronio.

Japidia, regio Illyrici, triplex fuit, 1. à fontibus Timavi flu. usque ad Istriam. 2. Ab Arsia flu. usque ad Tedanium flumen. 3. Inalpina, in montibus Albio, & reliquis Alpibus supra Istriam se extendentibus.

Japodes, *Japydes* Ptol. pop. Illyrici, in Liburniæ, Histriæ, Noricorumque confinio. *Kraïner* Lazio.

Japygia, reg. in finibus Italiæ, in Cherronesi formam coacta, cujus Isthmus Tarento Brundusium usque extenditur, alio nomine *Messapia* dicitur. Strabo lib. 6. Servius, *Japygia*, inquit, *pars est Apuliæ in quâ mons est Garganus qui ad mare Adriaticum extenditur.* Quod si verum est, longe majores sunt Japygiæ fines, quam quos modo ex sententiâ Strabonis describimus. Nam Garganus mons multis p. m. extra jam dictam peninsulam situs est. Hanc regionem *Calabriam*, & *Salentinam* multi nominant. Strabo lib. 6. Ἰάπυγας δ' ἐνίους λέγειν πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος δὲ ἐκ Κρήτης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶν, καὶ ἐγκωμάζειν αὐτὸν Κρητῶν. Idem ibidem: Ἦν Μεσσαπίαν τε καὶ Ἰαπυγίαν, καὶ Καλαβρίαν, καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσι. Antoninus autem Liberalis Metamorphosi 21. explicatius Daunios, Peucetios, Messapios disterminat. Hecatæus autem 2. ponit Japygias, unam in Apulia, alteram in Illyrico.

Japygium, promontorium. Ptol. vel, ut Plin. *Acra Japygia*. Hodie *Capo di S. Maria*.

Jardanus, flu. Cretæ & Lydiæ. Pausan. Steph. Fluvii Jardani mem Hom. Iliad. 8.

Φειὰς παρὲ τείχεσιν Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Hesychius: Ἰάρδανος, ποταμὸς ἐν Πελοποννήσῳ, ἢ Ἀργολίας, ἢ Ἠλείας, ἢ ἀπὸ Ἡρῴων τῶν Πυλίων χώρας.

Jassus, urbs Ioniæ, in lim. Cariæ, & in orâ maris Ægæi, ad sinum Jassicum, med. inter Ephesum ad Sept. & Mindum ad merid. 40. mill. utrinque, 15. à Mileto, & 55. ab Halicarnasso in Bor.

Java, insᵉ. Asiæ perampla, in mari Indico. Ab Orient. in Occid. extenditur spatio 200. leuc. Ad occ. habet Sumatram insᵉ. ad ort. ei adjacent aliquot minores insᵉ. ad austᵉ. habet Oceanum Australem, & ad Bor. insulam Bornei, à quâ tamen distat 45. mill. Germanicis.

Jaxamatæ, pop. circa Maxotim paludem. Melæ *Examatæ*, ut quidam volunt lib. 1. cap. 19. Stephano Ἰαξαταί, quos Ephorus appellat *Sauromatas*.

Jaxartæ, Sogdianæ pop. Ptol. seu Scythiæ intra Imaum in Sogdianæ confin. unde Turcæ projecti feruntur. Unde sedem eorum hodiè *Turcheſtan* appellat Niger.

Jaxartes, flu. ingens Sogdianorum, qui in occid. fluens in mare Caspium se exonerat, *Cheſel* Nigro, qui & *Organz* Barbaris, & à Scythis *Schittim*, teste Bonfinio. Hesychius: Ἰαξάρτης, Βολάναι πόταμος. Ἔστι δὲ ὁ Σκυθίας, ἐμπίπτων εἰς Μαιῶτιν λίμνην. Ubi Palmerius: Quid hic faciat vox Βολάναι, non video; occupat certe locum τοῦ ὀνόματος. Sed cave credas Geographiæ Hesychii, qui hic gravissimè lapsus est, ut & alibi; Jaxartes enim non cadit in pal. Mæotidem, à quâ longissimè abest, sed in Caspium mare, nisi nobis Ptol. & omnes alii Geographi imposuerint.

Jaxtes, fluvius quem eodem cum superiore tractu quidam loeant, cujus meminit Claudianus, de Prob. & Olyb. consulatu:

Sic nobis Scythicus famulatur Iaxtes.

Jazabatæ. Vide *Jaxamatæ*.

Jazyges, pop. Sarm. Europææ, quos Martin. Cromerus *Jasuingos* vocat, pop. Prussiæ in regno Polonico. Ovidius Pont. 1. 3.

Aut quid Sauromatæ faciant, & Jazyges acres.

Val. Flac. lib. 6.

Neurus, & expertes canentis Jazyges ævi.
Namque ubi jam vireſque aliæ, notoſque refutat
Ancus, & incœptus jam lancea temnit heriles:
Magnanimis mos ductus avis, haud ſegnia mortis
Jura pati; dextrâ ſed carâ occumbere prolis
Enſe dato: rumpuntque moras, natuſque parenſque
Ambo animis, ambo miſeri jam fortibus actis.

Jazyges Metanastæ pop. & regio Europæ inter Moraviam ad occ. & Transylvaniam ad ort. ac inter Pannoniam ad merid. & regnum Polonicum ab bor. hodie *Ongaria di la dal Danubio.*

Ibera, op. Hisp. Tarracon. ad Iberum flu. apud Carthaginem veterem, medium fere inter Cæsarauguſtam, & Dertusam. *Flix*, teste Antonio Augustino.

Iberia, reg. Asiæ inter Colchidem ad occid. & Albaniam ad ort. Armeniæ maj. ad merid. contermina, ad boream montibus Caucaseis definita. Populi *Iberes* Straboni, aliis *Iberi*, *Giorgiani* vulgo: quamvis Giorgiana reg. magnam Armeniæ partem complectitur. Tac. An. 6. *Iberi* Albanique saltuosos locos incolentes, duritiæ, patientiæque magis insuevere. Feruntque se Thessalis ortos, quâ tempestate Jason post avectam Medeam genitosq; ex eâ liberos, inanem mox regiam Æetæ vacuosque Colchos repetivit; multaq; de nomine ejus & oraculum Phryxi celebrant, nec quisquam ariete sacrificaverit, credito vexisse Phryxum. Strabo lib. 11. Ἐν τῇ Μοχικῇ τὸ τῶν Λελοβέας ἱερὸν, φέρει ἴδρυμα, καὶ μαντεῖον ἐκεῖνο, ὅπου κεῖσθ' ὁ Φρίξος. At aliter Justinus qui hos ad Orientem Albanos deducit ex Italiâ ab Albano M. sic enim ille 42. Cum Albanis fœdus percussit Jasonque Herculem ex Italiâ ab Alb. M. cum Geryone extincto armenta ejus per Italiam duceret, secuti dicuntur; quique memores Italicæ originis exercitum Cn. Pompeii bello Mithridatico fratres salutavere.

Iberia, primùm appellata fuit Hisp. regio Ibero flu. proxima, quam postea Celtæ Gallorum pop. relictis sedibus suis habitavere, unde compositio ex nomine gentis utriusque vocabulo, *Celtiberi* dicti sunt. Lucan. lib. 4.

Profugique à gente vetustâ
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

Porro Ar. Montanus Iberiam Asiaticam in sacris literis sub nomine *Tubal* describit, atque hinc profectos Hispanos qui Europæ ultimam partem versus occid. occupant, testatur. Hoc ipsum etiam voluit Josephus. Plinius quoque Varronem secutus Iberes sive Iberos primo loco collocat inter nationes quæ ante Romanos in Hisp. sedes fixerunt. Sic enim scribit 3. 1. *In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Iberos, & Persas, & Phœnices, Celtasque & Pœnos tradit.* Longè tamen aliter Megasthenes, qui Seleuci Nicanoris tempore rerum Chaldaicarum, & Assyriarum historiam condidit, ex quâ sic Abydenus apud Euseb. De Præp. Evang. lib. 9. cap. 41. Μεσθένης δέ φησι Ναβυκοδόσορον Ἡρακλέους ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπὶ τε Λιβύην, καὶ Ἰβηρίαν στρατεύσαι. Ταύτας τε χειρωσάμενον, ἀποδασμὸν αὐτῶν εἰς τὰ δεξιὰ τῆς πόλεως ἐξοικίσαι. Strabo etiam in primo tradit, Iberos occidentales in loca ultra Pontum, & Colchidem commigrasse. Imò & similiter Dionysius in Periegesi scribit:

Τῷ δ' ὅτι ναυσίστιν ἐωθινὸν ἔθνος Ἰήρων,
Οἵ ποτε Πυρρήνηθεν ἐπ' ἀγλαΐᾳ ἀρίκοντο.

Sequitur hanc opinionem etiam Socrates, Hist. Eccl. 1. 16. Non pauci tamen ab hâc sententiâ recesserunt. Nam Appianus in Ibericis tradit, cum aliqui putarent, Iberos Europæ esse

πρεσβύτας

μεσόγυς Iberum Aſiæ; alios contra exiſtimaſſe, eos iſtorum eſſe ἀποίκους, fuiſſe etiam, qui neutros vel progenitores, vel colonos, arbitrarentur. Quomodo Ἰβηρ ratione gentis utriuſque erit ὁμώνυμον ἀπὸ πύκνης. Atqui ſi diligentiùs perpendamus, multo veriſimilius videtur, Hiſpanos eſſe colonos Iberum in Aſiâ: quam ut contra Hiſpani per immenſa terrarum ſpatia ultra Colchidem commigrarint. Quòd eo minus arridet, quia ab oriente propagatum eſt genus humanum. Quanquam vero faciliùs in animum induxero, Iberes Aſiaticos coloniam duxiſſe in Hiſpaniam, quam è contra Hiſpanos in loca Aſiæ Septentrionalia: imprimis tamen eo propendeo, ut putem, neutros alteris originem ſuæ gentis debere: præſertim quando, ut Appianus ait ἔθνος οὐδὲν ἦν ὅμοιον, ἢ γλῶσσα. *Nec moribus ullâ ex parte, nec linguâ convenirent.* De nomine ſic Bochartus. Iberiæ vox, inquit, (i. e. Hiſpaniæ) ex Phœnicum linguâ petenda eſt. Nam Caucaſeos Iberos in Hiſp. veniſſe, & regioni dediſſe nomen meræ nugæ ſunt. Quid igitur? Ebræis עֵבֶר *eber*, Chaldæis עִבְרָא *ebra*, vel *ibra* eſt *tranſitus*, & quicquid eſt ulterius. Inde plurale *ebrin*, vel *ibrin*, *terminos*, & *fines* ſignificat. In Evangelio Syro, & in verſione Syrâ Pſalmorum paſſim uſurpatur hæc vox, ubi Græca habent πέρατα τῆς γῆς, אפסי ארעא *Apſse eretz*, i.e. *fines terræ*. Meritò igitur *Iberi* dicti, qui ex Phœnicum ſententiâ terrarum fines ultimos habitarunt, Hiſpani nempe, quorum urbem, Calpen Tyrii putaverunt, eſſe τερμονας ἢ ὁμωμύνης, ut in Strabone habetur. Tale eſt quod Gaditanum templum Poſidonius ſcribit eſſe κὴ γῆς θαλάσσης πέρας. Et quod in Homero Proteus Menelaum ita compellat.

Ἀλλὰ σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, κὴ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσι.———

Id eſt, in Hiſpaniam, ut interpretatur Strabo. Eodem ſenſu apud Dionyſium πάλιστα, i. e. *remotiſſimi* dicuntur.

Ὄπποθι πηλίσσων μελιχίαθεν ἴθυς Ἰβήρων.

Ita legendum, non πελλίσσων, ut vulgò legitur. Unde Claud. lib. 3. Paneg. De Stilic. ait:

In extremos aciem mittebat Iberos.

Hi cum ad pugnam prodirent, rubris veſtimentis amiciebantur. Polyb. lib. 1. Τῶν δ' Ἰβήρων λιγυῖς ἀσπιδοφόροις κὴ τωνίσκοις πεκοσμημένων κὴ τὰ πόδια, ξανίζοντες ἅμα κὴ καταπληκτικῶς συνέβαινε γίνεσθαι τὴν θέσιν. Silius lib. 3. ubi de Carthaginenſibus:

———*Rubræ velamine veſtis*
Ars erat in pugnâ fuſum occuluiſſe cruorem.

Ubi moris iſtius rationem reddere videtur Ælianus lib. 6. πεμ. cap. 6. ubi de causâ cur Lacedæmonii præliaturi purpuram induerent: Φοινικίδα, inquit, ἀμπίσχεσθαι κατὰ τὰς μάχας ἀνάγκη ἐστὶν, ἔχει δὲ κὴ πρὸς χρείαν κὴ συμφοράς τι. Περὶς ταῦτα γε μὴν κὴ τὰ ῥύσιν τῶν ὀφθαλμῶν αἵματος ἐν τῷ πολεμεῖν. Ἔτι γε μᾶλλον ἐμπλήσει τοῦ ἀνδρείους, βαθυτέρους δ' ὄψεως ἡγουμένους, κὴ φοβερωτέρους μᾶλλον. Veterem apud hos ſepeliendi ritum tangit Silius lib. 13.

Telluri, ut perhibent, is mos antiquus Iberâ,
Ex anima obſcœnus conſumit corpora vultur.

Vide Stob. Serm. 120. Idem tribuit Taxilis Strabo lib. 15. Τυφὶ ῥίπτειν τὰ τελευτηκότα. Idem mos in uſu apud Barcæos, teſte Ælian. Anim. 10. 22. Conſtat vero Silium non in omnes Iberos hunc morem conferre: nam lib. 3. de Celtiberis:

Tale nefas cœlo credunt ſuperiſque referri
Impaſtus carpat ſi membra jacentia vultur,

Notandum hic Galliam olim etiam *Iberiam* nominatam, ut conſtat ex Strabone lib. 3. ubi antiquitùs Iberiam ait dictam quicquid foret inter Pyrenæos montes & flu. Rhodanum, ut veriſimile etiam ſit eam veteribus extenſam uſque ad Rhenum, eamque credo cauſam eſſe cur Nonno lib. 23. Dionyſ. dicatur Ῥῆνον Ἰβηρ *Rhenus Iberus*. Sed quanto aliter Gorop. Becanus ſenſerit lib. Hiſpanicorum 2. ubi ſuſpicatur Ἰβηρ Germanicam eſſe vocem, quia Germanis *Iver* idem ſit ac ζηλότυπος, quomodo Rhenus in vet. epigram. ζηλήμων vocatur. Sed ejus ſententiæ eo minus ratio habenda eſt quia apud veteres omnes de hoc Rheni cognomine ſilentium ſit, nec Nonnus homo Ægyptiacus ſciverit Germanicè. Voſſius. Hinc *Iberiacus* Sil. lib. 13.

Omen Iberiacis victâ Carthagine terris.

Iberus, flu. Hiſp. nobiliſſimus, navigabili commercio dives, ex montibus Aſturum, & Cantabrorum gemino fonte oriens, ac per Caſtellam veterem, Arragoniamque Navarram quoque attingens, inter Catalauniam, & Valentiæ regnum delatus, apud Dertuſam urb. pelago excipitur. *Dives Iberus* Claudiano dicitur, *rapidus* Lucano lib. 4. *Ebro* hodiè vocatur. Eſt & fluvioſus in Bæticâ, quem hodie *Rio Tinto* & *Azech* vocant. Item flu. Iberiæ Aſiaticæ Plinio ex Caucaſo in Cyrum flu. maj. defluens.

Ibi, Indiæ gentes, quas credunt ab Hercule originem habere, ibidemque ab eo relictas, cùm Aornum petram expugnare fruſtra tentaſſet. Diodor. lib. 17. *Sybi* Oroſio ſunt 3. 19.

Icarus, vel *Icaria*, inſula, una Cycladum, quæ prius *Macris* vocabatur, ac *Doliche*. De nomine Bochartus, *Icarus*, inquit, eſt איכר *Icar*, ad verbum, *inſula paſcui*. Quæ Etymologia quam quadret, docebunt verba Strabonis lib. 10. Ἡ μὲν οὖν Ἰκαρία ἔρημος δοκεῖ, νομὰς δ' ἔχει, κὴ χειῶνα αὐτοῖς οἱ Σάμιοι. Tamen aliud etymon occurrit, quod huic merito præferendum. Inſula hæc olim *Ichthyuſa*, vel *Ichthyaſſa* dicta eſt. Athenæus 1. 24. Ἐκαλεῖτο δὲ κὴ Ἰκαρος φόρτεσον Ἰχθυόεσσα, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πᾶν ἰχθύων πλῆθος. Inde Phœnicie dicta eſt אי בורי *I-caure*, i.e. *inſula piſcium*.

Iccius portus, Cæſari Morinorum in Galliâ navale, Straboni *Itius*, Ptolemæo *Itium*, vulgò *Calais*. Long. 23. 00. Lat. 51. 00.

Iceni, pop. Albionis, quorum reg. *Eſſexia* in Angliâ, teſte Lhuydo; ſed Camdeno eſt *Suffolcia*, *Norfolcia*, *tractus Cantabrigienſis* & *Huntingdonienſis*.

Ichnuſa, dicta eſt inſ. Sardinia, quòd ad ſimilitudinem veſtigii facta ſit. Silius lib. 12.

———*Terras*
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ,
Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis.

Claudianus:

Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat.

Vide *Sardinia*.

Ichthyophagi, Hieron. contra Jovinianum: *Porro Ichthyophagi gens errans in litore maris Rubri, ſupra petras Solis calore ferventes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento victitant.* Mem. & Strabo lib. 15. Eſt etiam inſignis locus de his pop. ex Diod. Sic. lib. 3. pag. 122. Περὶ δὲ τῆς, &c. *Apud vicinos Ichthyophagos veteri famâ quam à majoribus acceptam tradunt, fertur, magno quodam maris receſſu, omnibus locis ejus ſinûs arefactis, & mari in oppoſitas partes relabente, fundum coloris viridis apparuiſſe, & rurſus immenſo æſtu mare refluum in priorem locum eſſe reſtitutum.* Quibus verbis nemo non videt deſcribi ingens illud miraculum Exod. 14. 21.

Iconium, urbs Lycaoniæ archiep. & caput inter Cappadociam & Ciliciam, *Cogni* hodiè, quo nomine & regio ipſa vocatur. Πολίχνιον δ' ὠνομάσθαι vocat Strabo lib. 12. Long. 63. 45. Lat. 39. 49. Piſidiæ op. vocat Amm. Marc. lib. 14. Antea Lycaoniæ fuerat, teſtibus Strab. Plin. Ptolemæo, ſic autem dicebatur ab *imagine* Meduſæ, quam ibi ſuſpendit in columna Perſeus. Euſt. in Dionyſ. Ἔστ κὴ τὸ Ἰκόνιον τῇ εἰκόνι τῆς Γοργόνος περιναμάζθαι, ὡς αὐτόθι ἀνασπλῶσαι λέγει Περσεύς. Aliam vero ejus nominis originem affert Steph. quem ſis conſule.

Icos, inſula una Cycladum, Euboeæ proxima, Inſularis *Icius*, & *Iciacus*. Ejus præter Stranonem meminere Scylax, & Phanodemus apud Steph. & Liv. lib. 31. Item Appianus lib. 5. Ἐμφυλ. Sed & Antipater Sidonius Epitaphio in Homerum, Anthol. 3. 25. ubi βραχύβωλον appellat, id eſt, *brevis glebæ* inſulam, anguſtam ſcilicet & perpuſillam. Nomen ab *anguſtiis* factum (ait Vir magnus) Id enim Syris eſt עיק *Ico*, à verbo עוק *uk*, id eſt, *coarctare*.

Icoſium, Mauritaniæ Cæſarienſis op. *Acor*, teſte Caſtaldo, ab Herculis comitibus conditum. Hercule enim illac tranſeunte, viginti, qui à Comitatu ejus deſciverant, locum deligunt, jaciunt mœnia, ac ne quis poſito à ſe nomine gloriaretur, de condentium numero, urbi nomen datum. Solinus. Long. 18. 00. Lat. 33. 00.

Ictumulorum vicus, apud quem auriſodinæ erant, haud dubiè ſupra Vercellas, non procul in Alpium radicibus fuiſſe ex Strabonis verbis claret, lib. 5. Καὶ ἐν Ὀυαλλαις χρυσωρύχιον ἐστὶν, κὴμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτιμύλων, κὴ ταῦτης κώμης. Plin. 33. 4. *Extat lex Cenſoria Ictumulorum auriſodinæ, quâ in Vercellenſi agro cavebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent.* Ex duabus vocibus conflari videtur οἱ τῶν Ἰκτίων μῦλοι, i.e. *Ictii muli*, quia *Ictii* cujuſdam viri nobilis *muli* hic ſtabulati fuerint, unde vicus dictus *Ad Ictii mulos*.

Ida, mons altiſſimus qui ad Troadem ſpectat, cujus cacumen Gargarus Straboni dicitur. In hoc monte Paris ſententiam tulit pro Venere de pomo aureo adverſus Palladem & Junonem. Ovid. Faſt. 4.

Nec quas Priamides in aquoſæ vallibus Idæ
Contulit.———

Papin. Silv. 1. 1.

———*Cæſis decrevit frondibus Ida.*

Nempe ob multitudinem arborum fabricando & conſtituendo equo Trojano, neceſſariarum. De eadem re Petronius:

———*Delio profante, cæſi vertices*
Idæ trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurarent equum.

Altitudinem

Altitudinem ei tribuit Hom. Il. ξ.

——Περσκήοπτο Γάργαρον ἄκρον
Ἴδης ὑψηλῆς.——

Ovid. in Epist. Helen.

At Venus hoc pacta est in altæ vallibus Idæ.

Idem Fastorum 4.

Ardua jamdudum resonat tinnitibus Ida.

Longitudinem Calaber lib. 3.

——Ὅσσε μακεδνῆς
Ἴδης ναιετάουσιν ὑπὸ πτύχας.——

Et lib. 14.

——Μακρὴ δ' ἀμφίστενεν Ἴδη
Καὶ Σιμόεις.——

Ovid. Ep. Paridis ad Hel.

Ardua proceris spoliantur Gargara silvis,
Innumeraque mihi longa dat Ida trabes.

Humiditatem Homerus Il. θ.

Ἴδηθι δ' ἰκάνει πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν.

Idem Iliad. λ.

Ἴδης ἐν κορυφῇσι καθήζετο πατρὶ Κρονίωνι.

Horatius:

Qualis aut Nireus fuit, aut aquosâ
Raptus ab Idâ.

Ovid. Met. 10.

——*Quos humida sustinet Ida.*

Umbram Tryphiodorus:

Ἑλένῃ νυμφαίοισιν ἅμα δρυσὶ δέκτο Ἴδη.

Ovid. Met. 11.

Æacon umbrosâ furtim peperisse sub Idâ.

Idem Fastorum 6.

Dii temerè errarunt in opacæ vallibus Idæ.

Et lib. 4.

Dindymon & Cybelen per amœnam frondibus Idam.

Val. Flac. lib. 2.

Pars & frondosæ raptus expresserat Idæ.

Idque ob arbores quibus abundabat, Theocr. Idyl. ιζ.

Ἴδαν ἐς πολύδενδρεον ἀνὴρ ὑλητόμος ἐνθών.

Dionysius:

Ἴδη κληϊκόμοισιν ὑπαὶ δρυσὶ πληθόωσα.

Ab hoc monte diem exoriri putabant veteres, teste Germano ad illud Æn. 3.

Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebatque diem.——

Quam opinionem tetigit Lucretius lib. 5.

Aut quia conveniunt ignes, & semina multa
Confluere ardoris consuerunt tempore certo,
Quæ faciunt Solis nova semper lumina gigni.
Quod genus Idæis fama est in montibus altis
Dispersos ignes orienti lumine cerni.

Inde coire Globum quasi in unum & conficere orbem. Diod. Sic. lib. 17. ubi de hoc monte: Ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συμβαίνει γίνεσθαι περὶ τοῦτο τὸ ὄρος. Καλὰ γὰρ τῆς Κυνὸς ἐπιτολῆς ἐπὶ ἄκρας τῆς κορυφῆς διὰ τῆς νυκτὸς ἀναπνεῖ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀέρος ὑφορμεῖν γίνεσθαι δὲ ἄκρον τὸ ἀνέμων πνοῆς. Ὀφθῆναι δὲ τὸ ἥλιον, ἔτι τῆς νυκτὸς ὄσης ἀνατέλλοντα τὰς ἀκτῖνας, &c.

Ida, mons Cretæ, *Psiloriti* hodie Bellonio, inde *Idæa* Creta dicta, item Troja. Steph. Cypressis olim nobilis fuit, Theophr. Hist. pl. 4. Ἐν Κρήτῃ ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι κυπάρισσον εὐ. Unde Virg. Georg. 2.

Nec Salici, lotóque, nec Idæis cypariſſis.

Idalus, mons Cypri, olim Veneri sacer, ad cujus radices situm est *Idalium*, Cypri op. quod ab eventu nomen accepit. Nam cum oraculum Chalcenori datum esset, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem solem conspicaretur, unus è comitibus, qui forte astabat, ad eum conversus εἶδον ἅλιον, inquit, i. e. *vidi solem.* Quo audito, Chalcenor arripuit omen, civitatemque ibi statuit, & ab eâ vocavit. Ita Stephanus. At, ut cætera taceam, in *Idalium* A breve est, quòd in ἅλιον non potest non esse longum, quia est loco τοῦ η. Proinde videtur Idalium Phœnicium esse ידאלה *Idala*, vel *Idala*, cujus nominis op. in tribu Zabulon memoratur Jos. 19. 15. Hieronymus in locis Hebr. scribit *Jadela*, tanquam conflatâ voce ex duabus יד *Jad*, & אלה *ela Dea*, quod ad verbum est *locus Deæ*, i. e. *locus Veneri sacer*. Boch. Virg. 10. Æneid.

Est Paphos, Idaliumque tibi sunt alta Cythera.

Hinc adject. *Idalius* Stat. Theb. 5. ubi de Venere:

——*Soluisse jugalem*

Cestón, & Idalias procul ablegasse volucres.

Fuisse hunc locum jam suo ævo indicat Plin. 5. 31. *Sanctum* vocat Catullus; apud quem etiam est: *Idalium colens Venus*; itemque *Idalium frondosum*, nempe respectu memoris ibi sancti. Prop 2. 13.

Testis qui niveum quondam percussit Adonim
Versantem Idalio vertice torvus aper.

Val. Flac. lib. 8.

Qualis sanguineo victor Gradivus ab Æmo
Idalium furto subit, aut dilecta Cythera.

Fuit autem in litore situm hoc sive nemus, sive op. Luc. lib. 8.

Quæstor ab Idalio Cynereiæ litore Cypri
Infaustus magno fuerat comes.——

Hinc *Idaliæ sorores*, nymphæ ejusdem loci. Claud. de Nupt. Hon. & Mar.

Cæsariem tum forte Venus subnixa corusco
Pingebat solio, dextra, lævâque sorores
Stabant Idaliæ.——

Hesychius: Εἰδαλίδες, *formosos*, *venustos*, *speciosos* interpretatur, ut inde possit Veneriæ sedis denominatio duci.

Ideonni regnum, Ἰδεώνης γῆ. Strab. lib. 4. Cottii regno jungebatur in Alpibus, versus Sept. Vide Cluv. It. Ant. pag. 93.

Idessa, urbs in confinio Colchidis & Iberiæ, quæ olim *Phryxium* vocabatur. Strabo.

Idubeda, mons Hisp. Ptol. Hunc hodiè saltum Aucensem ab Aucâ urbe antiquissimâ, cujus vestigia cum nomine adhuc visuntur, nominari scribit Nebrissensis. Olivarius dicit eum à Pyrenæis mont. ad Portugal. promitti.

Idume, & *Idumæa*, regio Syriæ ab *Edom*, filio Esau, sic dicta. Lucan. lib. 3.

Gazaque & arbustis palmarum dives Idume.

Inde *Idumæus*. Mart. 2. 2.

Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.

Silius:

Cypron Idumæas referat de Pallade palmas.

Stephanus: Ἰδουμαῖοι, ἔθνος Ἑβραίων ἀπὸ Ἀδόμ. Ἄδομα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι, ὃς ξανθὸν βρῶμα διὰ τῷ ἐδέλφῳ τὰ πρωτεῖα εἰλήφει.

Idumania, Angliæ flu. per Essexiam fluens, *Blackwater*, teste Camdeno.

Idunum, op. Norici, in ditione Salisburgensi, *Windisch Matray* Sansoni ad flu. Isolam, 10. m. p. ab Alpibus & paulo minus à confin. Duc. Carinthiæ. Long. 37. 30. Lat. 47. 17.

Jebusæi, pop. Palæstinæ, in Judæa, de quibus vide Bochartum in Phaleg. pag. 344.

Jella, vel *Jelleia*, hodie *Stradella*, op. Gall. Cisp adanæ in agro Ticinensi, med. ferme inter Placentiam & Dertonam.

Jena, æstuarium Scotiæ meridionalis, ad ostia flu. *Cree*, in Gallovidia prov. ad ort. Lucopibiæ urb. & è reg. Monædæ inf. in mari Hibernico.

Jena, urbs & Academ. Germ. in ditione Ducis Saxoniæ Weimarien. 6. leuc. ab Erfurto in ort. 9. autem à Lipsia in occ. Long. 33. 35. Lat. 51. 05.

Jerabrica, *Alanquera* Refendio, op. Lusitaniæ inter Ulyssiponem supra 7. & Scalabim supra 5. leuc. ad Tagum flu.

Jericho, i. e. *Luna*, *mensis*, aut *odor ejus*. Civitas opulentissima in tribu Benjamin, ab Hierosolymis 150, & à Jordane 60 stadiis distans. Num. 22. Hanc à Josue dirutam ædificavit Hiel de Bethel. Nobilis fuit palmetis, & Balsami viridariis, unde etiam *civitas palmarum* appellatur, Deut. 34.

Jerna, Hisp. flu. Mela lib. 3. Strabo *Jernam* his locis commemorat montem, à quo amnis forte sic dictus.

Jerne, & *Jernia*, vel (quod inde detortum) *Hibernia*, insula in occid. Oceano, non procul à Britanniâ, quæ ob situm depressiorem cœlo, soloque utitur humecto, cui agilitas incolarum assignatur, & nervi flexiliter molles. Lacubus abundat; præsertim ibi passim occurrunt cænosæ voragines, Anglo-saxonicè *Bogges*: ubi terra uliginosa & levi graminis cespite obducta, supergradientium pedibus inopinis absorptim cedit. Hæ dici quoque possunt ἄορτα *averna*, non tantum quòd ab iis absorbeantur animalia, & velut ad Orcum demittantur, sed quòd sint etiam ἄῤῥητα *infrugifera*, nullam ἔρυθρὰν *plantam* sc. vel *fruges producentia*. Inde enim ἄορτα dicta, non quòd sint infesta avium supervolatui. Igitur H. Jacobio est Ἴερνη vel Ἰερνὶς pro ἄῤῥητα, vel ἀορνὶς *Insula avernosa*, h. e. *The Boggy Island*. Camdenus quidem non prorsus incommodè ducit à vernaculo *Erin*, quod *Occasum* sonat. Νῆσον Ἰερνίδα vocat Orpheus in Argon. Claudiano *Glacialis Ierne* dicitur. Stephanus: Ἰέρνη, νῆσος ἐν τῷ πόντῳ πρὸς δύσεις.

Jerusalem, Judææ metropolis, à Melchisedec, teste Josepho, condita: alias *Salem*, & *Jebus*, à *Jebuseo* Chananæi filio. Jos. 18. Postremo *Ælia*, ab *Ælio* Adriano Imp. Romano, teste Volaterrano. Lat. *visio pacis*, aut *visio perfecta*, sive *consummata*, sive *timor perfectus*, aut *consummatus*, vel *timete Sillem*; quasi adventantibus hostibus timorem incutere voluerint. Vide *Hierosolyma*.

Jeta, castellum Siciliæ. Steph. Alii urbem esse volunt, incolæ *Jetenses* Plinio. At in Legationum excerptis ex Diodori libro 23. sunt Ἰσσῆνοι. Atque idem vocabulum usurpare videtur Cic. Verrinâ tertiâ, ubi nunc mendosè *Letini* legitur.

Silius,

Silius nescio an metri causâ masculino genere, & sing. num. formavit, lib. 14.

——*Arbela ferox, & celsus Ietas.*

Igædita, Lusitaniæ urbs olim fuit, ut inquit Vasæus, qui addit hodiè, vicum obscurum esse, nomine *Edania*. *Idannas* dicitur Varrerio. Long. 17. 00. Lat. 38. 00.

Igilgili, *Gigeri*, urbs Africæ in ora maris Mediter. in regnò Algeriæ. Long. 24. 00. Lat. 31. 45.

Igilium, Etruscì littoris insula *contra Cosanum*, ut Plinius ait, *lutus*, sive ante Argentarium promont. hodieque vulgò vocatur *Giglio*. De quo Rutilius in Itinerario:

Eminus Igilii sylvosa cacumina miror,
Quam fraudare nefas laudis honore suæ.

Vitiosè *Ægilium* apud Plin. & *Iginium* apud Melam in quibusdam codd. legitur.

Ignetes, op. Rhodii, quos Telchinibus successisse tradit Hesychius: Ἰγνῆτες, inquit, ὅτους ὀνομάζοντο οἱ μὴ τοῦ Τηλεφάνους ἐποικήσαντες τὴν Ῥόδον. Tamen *Igneres*, sive *Gnetes* iidem qui γνήσιοι seu ἰνδιγενεῖς, i. e. *indigenæ*. Steph. Γνῆς, ἔθνος ἐγχώριον τῆς Ῥόδου. Ἔνδεν καὶ Γνῆτες, οἱ ἰνδιγενεῖς. Λέγεται δὲ καὶ μὴ τῷ Ι, Ἴγνητες. Itaque ante Ignetes nullos habuit incolas Rhodus. Vide Boch. Geogr. pag. 400.

Iguvium, Umbriæ op. Cæsar. Com. lib. 1. *Interea certior factus Iguvium Thermum Prætorem cohortibus 5 tenere.* Cic. ad Att. 7. 13. *Quid agat Domitius in Marsis, Iguvii Thermus.* Verum nescio quo fato clarissimi hujus municipii nomen apud omnes ferè antiquos scriptores sit vitiatum. Nam apud Ptol. vulgò est Ἰσσιον, & apud Strab. lib. 5. Ἰτυϊον pro Ἰγύϊον. Item apud Plin. 3. 14. variis in exemplaribus, *Iguini*, *Inguini*, *Ingini*, pro *Iguvini*. Sed & apud Silium lib. 3. ubi Umbriæ urbes recenset pro vulgatis *Inginum* & *Inginum*, reponendum erat *Iguvium*, in his:

——*Infestum nebulis humentibus olim*
Iguvium, patuloque jacens sine mœnibus arvo
Fulginia. Vulgò *Eugubio.*

Ila, *Wisle*, teste Camdeno, fluviolus Scotiæ Sept. in Com. Cathanesiæ, in Oceanum Germ. labens.

Ilba, vel *Ilva*, insula mar. Tyrrheni, distans à continenti 10. m. p. Plin. 14. 34. *Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe insula etiam Italiæ Ilvâ gignente.* Virg. Æn. 10.

——*Ast Ilva trecentos*
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Silius lib. 8.

Non totidem Ilva viros, sed lectos cingere ferrum
Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.

Rutilius:

Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis.

Ilerda, op. citer. Hispan. in conventu Tarracon. non procul à Sicori flu. *Lerida* hodie. Lucan. lib. 4.

——*Super hunc fundata vetustâ*
Surgit Ilerda manu, placidis prælabitur undis.

Ilissus, amnis in Atticâ reg. Musis dicatus, quas ab eo *Ilissidas* vocant. Papinius Theb. 12.

Celavit Geticos ripis Ilissos amores.

Idem lib. 4. videtur hunc flu. Furiis consecrare, cum ait:

——*Anfractu riparum incursus Ilissos,*
Sævus honos fluvio, Stygias lustrare severis
Eumenides perhibentur aquis.

Item urbs Atticæ. Stephanus: Ἰλισσὸς πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ πηγὴ αἱ Μοῦσαι Ἰλισσάδες, ὡς Ἀπολλόδωρος. Ubi Barthius scribendum putat, τόπος, vel πόλεως, quod verius est. Pausan. lib. 1. Ἐξέλασι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν ἔξω τοῦ Ἰλισσοῦ, καὶ Μουσῶν ὧν βωμὸς ὄζῳ ἐπ' αὐτῷ Ἐλισσιάδων. Abinde Musicus potus huic flu. datur à Nonno Dionys. lib. 41.

Ἔπποτε δηλήσειν ποτὸν ἤτεεν, ὄφρα λύσῃ
Πύθιον Ἀπόλλωνι λάλον πεφυλαγμένον ὕδωρ
Ἢ ῥόον Ἰλισσοῖο τὸ ἔμπνοον Ἀτθίδι Μούσῃ.

Lenem vocat Seneca initio Hippolyti ex emendatione C. Barthii:

Ubi per graciles lenis Ilissus
(Ut Mæander super æquales)
Labitur agros, piger & steriles
Amne maligno radit arenas.

Divinum Dionysius Periegetes:

Νέρδε γε μὲν Ἰσμοῖο παρὲξ αὐγὰς Ἀθηνῶν
Τῷ δηὶ θειοτάτῳ φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο.

Cujus loquacissimus Commentator pleniorem rationem reddere debebat, cur appellaretur eo titulo. Sed transiit parum dignum se expectatione nostra exhibens: Ὅτι παρὰ αὐγὰς τῆς Προποντικῆς Ἰσμοῦ τὸ Ἀττικόν ἐστιν ὕδωρ, ἔνθα ποταμὸς φέρεται Ἰλισσὸς, ὃ πολλῷ ἄξιος λόγου, διὰ τὰς καλὰς Ἀθήνας παρελαύνων, καὶ θειοτάτους καλούμενος. Imo, ô bone Exe getarum Coryphæe plurima dici poterant, quorum gratia tu apud nos nunc in majori esses æstimio, tot nugarum aliocquin conditor. Barthius.

Ilium, quod & Troja, urbs Phrygiæ min. inter Idam M. & oram literalem, à quâ 1500. m. p. distat. *Ilios* fœm. gen. poetis dicitur. Ovid.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis
Ilios?

Horatius:

——*Non semel Ilios vexata.*

Tria hujus urbis fata fuere quæ sic enumerantur à Plauto in Bacchidibus:

Ilio tria audivi fuisse fata, quæ illi exitio forent;
Signum ex arce si periisset: alterum etiam est Troili mors:
Tertium cum portæ Scææ limen superum scanderetur.

Illiberis, urbs Hisp. Bæticæ, hodiè *Elvira* locus dicitur, à Granato, quæ illi successit, & nova Illiberis dici potest. 2. leuc. distans. Pop. *Illiberini*, Plin.

Illice, Melæ; *Ilicias*; Ptol. op. Hisp. Tarrac. ad Sarabim flu. in regn. Valentiæ. *Elche* hodiè, aliis *Alicante*. Unde *Sinus Ilicitanus*. Mela 2. 6. Vide Vossium ad Melam. pag. 191. Long. 20. 45. Lat. 38. 50.

Illipula, (op. Hisp. Bæt. geminum) major, & minor. Major Ἰλλίπουλα μεγάλη Ptol. *Ilipa* Plinio, *Pennaflor* hodiè, teste Mor. vel *Palma* aliis. Minor in Turditanis est apud Lusitan. confin. *Ilipa* itidem Livio.

Ilitturgis, vel *Ibiturgis*, *Ilurgia*, Polybio, urbs Hisp. Bæticæ excisa ad Bætim flu. à Scipione unà cum Castulone, quod ad Pœnos defecissent, everla. *Lietor* Marianæ. Alii *Jaen*, & alii *Aldea el Rio* esse putant.

Illurcis, Iberiæ urbs, Hisp. Tarr. scilicet, postea à Sempronio Graccho, *Graccharis* dicta. Steph.

Illuro, *Alaro*, teste Mor. op olim, nunc pagus Hisp. Tarr. in Catalaunâ, qui *Dilaron* Ptol. dici videtur, inter Blandam, & Betullonem, Barcinonem versus in occasum.

Illybirris, Gall. Narbon. flu. Eundem esse cum *Thici* Melæ, & hodiè *Tec* dici docet Varrerius. *Illeris* Ptol. *Illebernis* Athenæo dicitur.

Illyricum, *Illyris* Ptol. & Lucano, *Illyria* Steph. regio est in orâ maris Adriatici, Italiæ opposita, hujus termini non ab omnibus iisdem limitibus circumscribuntur. Plin. enim hanc inter Asium & Titium fluvios constringit. Ptol. vero eam ab Histriâ ad Macedoniæ usque confinia secundum maris litora producit: mediterranea ejus ad Pannones & Mœsiam sup. extendit. Multo ampliorem eam describit Mela; & Dionysius totam maris Hadriatici oram à Tergesto usque ad Ceraunios montes Illyriis ascribit. Danubium etiam intra ejus amnes numerat Pomponius Strabo. lib. 7. eam Macedoniæ ac Thraciæ propinquam facit. Sed omnium latissimè Illyrici fines extendit Appianus Alexandrinus; quem vide sis initio lib. de bell. Illyr. Populos ab *Illyrio* Cadmi filio dictos perhibet Eustathius. In duas regiones fere dividi solet, Liburniam ad occ. & Dalmatiam ad ortum. Vulgò *Schiavonia* in universum hodiè appellatur. Pix Illyrica commendatur. Ovid. 2. de Arte Am.

Nigrior Illyricâ cui pice sanguis erat.

Ilva. Vide *Ilba.*

Imachara, op. Siciliæ Ἰμαχάρα πόλις Ptolemæo opidani *Imacharenses*; Tullio & Plinio *Imacarenses*; vulgò *Citadella di Macheri.*

Imaus, mons Scythiæ maximus, Tauri pars, qui Scythiam apud Ptol. dividit. in citer. & ulter. *Imaus* tamen Ptolemæi ab *Imao* Strab. & Plinii diversus esse videtur, nam ex Ptol. is à Tauro monte decisus in bor. ad mare glaciale usque porrigitur, apud Plin. vero & Strab. in ort. usque ad mare Eoum extenditur. Hic varia hodie apud incolas nomina habet. *Altai*, teste Cast. *Inisa* Mercatori. Ille, h. e. apud Ptol. *Dalanguer* & *Navagrot*, eodem Cast. teste.

Imbrasus, Sami flu. ex quo Insula *Imbrasia* dicta. Hinc Juno *Imbrasia*. Nicander sub finem Alexipharmacorum:

Ἥρης, τ' Ἰμβρασίης μέγα σέβας ἐν χθονὶ λοῖσθον.

Imbros, inf. & op. prope Samothracem Cabiris & Mercurio sacer. Steph. Hæc insula leporibus mirè scatet. Geographus Anonymus sub Constantio *Imbros leporinam vestem multam ejicit*, id est, emittit. Addit horum animalium ibi esse multitudinem. Lepus Ebræis est ארנבת *arnebeth*; Arabibus *arneb*, vel *arnib*, unde literis trajectis factum *Imbros* & *Imbros*; atque ita eadem fuerit cum *Laguſa* Græcis, cujus nominis aliquot insulas habuit Ægæum mare circa Troadem. Plin. 5. 31. *Lembro* hodiè *Sophiano.* Hinc *Imbrius.* Ovid. Trist. 1.

Venimus in portus, Imbria terra, tuos.

Inachia, Peloponnesus ab *Inacho* flu. Steph.

Inachium, Peloponnesi op. inter Scyllæum promont. & Isthmum situm, alias *Argos Hippium.* Plin. 4. 5.

Inachus, vulgò *Planizza*, flu. Peloponneſi in ſinum Argolicum exiens. Item flu. Acarnaniæ in Acheloum influens. Virg. Æn. 7.

Cælatâque amnem fundens pater Inachus urnâ.

Inarime, inſ. in ſinu Puteolano, non procul à Neapoli, in quâ mons fuit, qui terræ motum paſſus, alteram fudit inſulam, quæ Prochyte ab effuſione dicta. Sub hanc inſ. Typhœa gigantem à Jove detruſum eſſe, author eſt Virg. lib. 9 Æn.

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime, Jovis imperiis impoſta Typhœo.

Vide ſis illic Lud. de la Cerda. Plin. 3. 6. *Æneria à ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa*, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavere, ſed à figlinis doliariorum. Quæ omnia (inquit Vir Magnus) ſunt perabſurda, neque enim Homerus *Inarimen* dixit (licèt id ſequantur Virgilius, Ovidius, Lucanus, Statius, Silius, & alii) ſed diſtinctis vocibus Ἐν Ἀείμοις. *In Arimis*. Et ab Æneâ, non diceretur *Æneria*, ſed *Ænearia*, aut *Æneia* potiùs, & à doliis *Pithuſa*. At à ſimiis eſt Pithecuſa. Vide Boch. Geogr. p. 655.

India, regio Aſiæ ampliſſima, inter Indum flu. ad occ. à quo nomen habet, & Serum ad ort. à Sinis ſeparantem, in longum extenſa, Oceano Indico ad Merid. & Emmodis, aliiſque mont. ad Bor. à Scythiâ ſecernentibus, terminata; à Gange flu. in duas diviſa, citer. & ulter. Citerior *intra Gangem* à Ptol. nominatur. *Indoſtan* incolis, cujus pars auſtralis *Malabar* dicitur. Ulterior *extra Gangem*, non unico hodie nomine dicta. Indiæ ora 60 diebus ac noctibus, teſte Mela, navigatur. Divitiis olim abundavit, hodieque abundat. Serpentes prodigioſæ magnitudinis habet. Strabo lib. 2. Ὄφεις τε καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι τραχέσι. Plin. 8. 14. Megaſthenes ſcribit in Indiâ ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos hauriunt cervos, tauroſque. Inde Horat.

Theſauris Arabum & divitis Indiæ.

Vide laudes Indiæ pulcherrimè deſcribentem Dionyſium Perieg. verſ. 1027.

Πρὸς δ' αὐγὰς Ἰνδῶν ἐρεσσέτω πίτυας ἄλα, &c.

Pop. *Indi*, ob nigrorem quondam noti. Ovid. 1. de Art. Am.

Andromeden Perſeus nigris portavit ab Indis.

Sen. in Oedip.

Phœbus hic flammâ propriore nudos
Inficit Indos.

Propert. lib. 4. eleg. 3.

Uſtus & Eoâ diſcolor Indus aquâ.

Catullus:

Solus in Libyâ, Indiâve toſtâ.

Tibullus lib. 2.

Illi ſunt comites fuſci, quos India torret.

Manilius Aſtron. lib. 4.

———*Hominum gentes minus India toſtas*
Progenerat.

Hi colorem hunc ad Solem torridum referunt; Cteſias v. eum à naturâ provenire arbitratur: Ὅτι Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τῆ ἡλίῳ εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει. Lucan. lib. 3.

Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.

Hoc Solinus quoque generaliter omnibus Indis adſcribit. Strabo quoque lib. 15. ab hiſtoricis proditum ait, Τὰς Ἰνδὰς ἐδῆτη λευκῷ χρῶντας καὶ σανδάσι λευκαῖς καὶ καρπάσοις. Pergit Lucan.

Quique ſuas ſtruxere pyras, vivique calentes
Conſcendere rogos, prô quanta eſt gloria genti
Injeciſſe manum fatis, vitâque repletos
Quod ſupereſt donaſſe Deis.

Inde *colorati* forſan. Virg. Georg. 4. Ovid. Met. 4.

Decolor extremo quâ cingitur India Gange.

Dionyſ. de Indis ὑπὸ χεῖρα κυανέην, Hic optima provenit ebenus. Virg. Georg. 2.

———*Sola India nigrum*
Fert ebenum———

Theophr. 4. Hiſt. cap. 5. ubi de Indiâ, εἶδον δὲ καὶ ἐβένην τὰ χώρας ταύτης. Strabo lib. 15. in narratione rerum Indicarum loquens de Paſyis φύεσθαι δὲ καὶ ἔβενον. Vide Plin. 12. 4. & Solin. cap. 65. Sed an ſolius Indiæ hæc ſit merx, dubium eſt. Nam Herod. lib. 3. ἔστι δὲ χρυσόν τε φορὴ πολλὸν, καὶ Λιβύρνα πᾶσα ἄγεια καὶ ἔβενον, de Æthiopiâ loquitur. Plin. 6. 30. *Sita eſt Æthiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine ſylvæ ebeno maximè virent.* Lucan. lib. 10. de regiâ Egyptiorum:

———*Ebenus Mareotica vaſtos*
Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore vili.

Servius, ut poetam ſuum defendat, ita ait. *Atqui & in Ægypto naſcitur, ſed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus.* Sed qui poteſt ita defendere? Nam Dioſcorides 1. 3. apertè diſcriminat, & principatum dat Æthiopicæ ebeno. Ἔβενος κρατίστη ἡ Αἰθιοπικὴ καὶ μέλαινα, &c. ἔστι δέ τις καὶ Ἰνδικὴ. Sed in magnis ſcriptoribus diſtidia talia occurrere nihil mirandum. Indum ebur celebrat Virg.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur.

Idem Georg. 2.

India mittit ebur.

Catullus:

———*Indo quod dente politum*
Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco.

Indigeti, ſeu *Indigetes*, pop. fuere Hiſp. in confin. Gall. Narbon. ubi nunc tractus *L' Ampourdan* dictus, in Cataloniæ principatu, & in lim. Galliæ, & Com. Ruſcinonenſis.

Indus, flu. Orientis ſecundum Gangem longè maximus, Indiam ab occaſu alluens. Hunc in jugo Caucaſi montis quod, vocatur Paropamiſus, adverſus Solis ortum effuſum aiunt, ac in ſe 15 amnes recipere. Arrian. de Geſt. Alex. lib. 5. Septem oſtiis in Oceanum erumpit, quem *Sandum* ab incolis vocari ſcribit Plin. Lucan. lib. 3.

Quaque ferens rapidum diviſo gurgite fontem
Vaſtis Indus aquis miſtum non ſentit Hydaſpen.

De fonte autem Indi quam magnus, & aquarum copiâ ſtatim à principio abundans ſit etiam Arrian. mem. lib. 5. Ὅς μέγας τε καὶ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀνίσχει καὶ πολλαῖσι καὶ πολλαῖς πάνυ τῆς Ἀσιανῶν μείζονας. Βραλεῶν, καὶ τῇ ἐπωνυμίᾳ κρατήσας, ὅτι ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν. Influit autem idem flu. 2. oſtiis in mare: & quo loco dividitur, inſulam Patulenen facit. Strab. lib. 15.

Induſtria, Liguriæ op. quod & *Bodincomagum*. Plin. 3. 16.

Ineſſa, ſeu *Ineſſum*, poſtea *Æthna*, op. Siciliæ in valle Demonæ, ad radices M. Ætnæ, inter Adranum ad occ. & Catanam ad ort.

Ingævones, pop. Germ. ſub Hermionibus, unà cum Iſthævonibus, Hermunduris, Cheruſcis & Cattis comprehenſi; qui nunc in Saxonia continentur.

Ingauni, pop. Liguriæ, quorum urbs Albingaunum.

Ingelheimum, op. Germ. ad Rhenum in Palatin. infer. inter Moguntiacum ad Ort. & Bingium ad occ.

Ingolſtadium, urbs & Academia Germ. in Bavariæ Ducatu, 3. leuc. infra Neoburgum in ort. & 7. circiter à Ratisbona in occ. Long. 33. 31. Lat. 48. 43.

Ingria, prov. regni Sueciæ, inter Moſcoviam ad ort. & Livoniam ad occ. prope Ladogam lac. & ſin. Finnicum.

Ingriones, pop. Germ. quorum ſitus, teſte Pyramio, eſt *Speſhart*, ſylva inter Thuringiam & Voitlandiam.

Inia, ſeu *Inias*, hodie *Carolei*, teſte Barrio, op. Brutiorum in agro Conſentino, à Conſentia 4. m. p. diſtans. Alii legunt *Ixias*.

Inicerum, Czernick, op. Hungariæ merid. ad flu. cogn. ſub dom. Turcarum, med. fere inter Poſegam ad ort. & Gradiſchiam ad occ.

Innernium, Innerneſſe, op. Scotiæ, Bor. in Moravia prov. 50. mill. ab Aberdonia in ort.

Inſubria, Galliæ Ciſalpinæ regio. Populi Polybio Ἰσομβρες & Ἰσομβροι. Apud Plut. in Marcello corruptè Ἴσηρες, quod genuinum paulo poſt ſequitur Ἰνσομβρῶν & Ἰνσόμβρους. Apud Strab. vero lib. 5. ſunt Ἰνσυβροι & Σύμβροι. Latini *Inſubres* vocant. De quibus vide omnino Cluv. Ital. An. 1. 23.

Intemelium, & *Intimelium*, urbs Liguriæ maritima. Vide *Albintemelium*.

Interamna, urbs Umbriæ ad Narem flu. inter Spoletium & Narniam, in vitâ quâ Romam ducit, occurrens. Pop. *Interamnates* Cic. & *Nartes* Plinio. Long. 36. 08. Lat. 42. 30.

Interamna, altera Lat. colonia in confin. Samnii ad Lirim flu. Liv. *Iſola*, teſte Blondo. Long. 37. 35. Lat. 41. 34.

Interamnia, urbs Præguttiorum in Aprutio, hodiè *Teramo*. Long. 38. 04. Lat. 42. 49.

Interamnium, op. Hiſp. Taracon. *Ponferada* Coquo.

Interciſa, urbs Pannoniæ infer. Anton. *Rachzkeſti* Simlero.

Interocrea, Sabinorum op. *Interocreum* Strab. lib. 5. qui *κώμιλιν*, i. e. *vicum* vocat: hodie *Interdoio*, & *Interdoco*.

Intuergi, Germ. pop. Ptol. Peucerus in Palatinatu eos conſtituit circa Heydelbergam.

Inui caſtrum, vide *Caſtrum Inui*.

Inutrium, op. olim Vindeliciæ, nunc pagus Bavariæ. *Mittenwald*, teſte Aventino, Oenipontem verſus. Long. 33. 24. Lat. 47. 10.

Inuſſus, urbs Ægypti prope Caſium montem. Steph.

Inycus, Siciliæ urbs. Paſan. *Longobardo*, teſte Fazello. De nomine Bochartus, ad Hypſæ oſtium erat *Inycus*, ubi ante Trojana tempora fertur Cocalus, rex Sicanorum, regni ſedem habuiſſe, vide Stephanum in Κάμικος. A vini præſtantiâ

tiâ multum commendatur *Inychum*, vel ut alii, Ἴυχλον. Steph. Ἴυχλον, πόλις Σικελίας, &c. ἀφ' ἧς Ἰυχλῖνος οἶνος. Hesychius: Ἰυχλῖνος οἶνος, ἀπὸ Ἰύκλου τῆς Σικελίας, ἔστι δὲ παλίχυτον ἔυοινον. Proinde *Inycho* nomen à præstantia יניקות *jenicoth*, vel quod idem est יונקות *jonicoth*, h. e. *propaginum*.

Iol, Numidiæ urbs, quæ posteà *Colonia Cæsarea*, teste Plinio, dicta est. Vulgò *Alger*, & incolis *Geizeir*, teste Lud. Marmolio. Long. 17. 00. Lat. 33. 20.

Iolcos, op. Thessaliæ ad sinum Pagasicum in finibus Pelasgiotarum, *Jaco* hodie. Lucanus lib. 3.

Thessalus Æmoniam vomer proscindit Iolcon.

Horat. Epod. 5.

Herbasque quas Iolcos atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Ejus mem. Mela 2. 3. *In Thessaliâ Larissa, alquando Iolcos.* Postrema verba erasit Pintianus, quia nempe Iolcon dicit esse ad mare sitam, hic vero Melam mediterraneas tantum recensere civitates. Licèt hoc verum esset, non tamen video, cur existimemus Melam errare non potuisse. Verum ipse errat Pintianus, cum ex Strabone ostendere conatur Iolcon fuisse ad mare sitam. Verba Strabonis hæc sunt Τῆς δὲ Δημητειάδος ἐπὶ θαλάττῃ κατήρκισται ἡ παλαιὰ Ἰωλκός. Ipse interpretatus est *jacet ad mare*. Sed quis nescit κατῆρκίσθαι semper accipi de locis remotis à mari? Recte itaque Eust. hunc locum sic interpretatur ἡ Ἰωλκὸν κατῳκεῖσθαι φασὶ τὴν ἀπὸ Δημητειάδα παλαίαν ἐπὶ θαλάττῃ. Vides quantillo spatio à mari abfuerit Iolcos, ut non mirum sit ab aliis inter maritimas urbes recenseri. Porro cum poetæ Argonem Iolco solvisse aiunt, id de Aphetis, vel de litore, quod & ipsum Iolcon vocari docet Strabo accipiendum est. Sed & cum Scholiastes Apollonii Sepiadem dicit esse ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ, manifestè Iolcum pro litore accepit. Inde *Iolciacus*. Ovid. Met. 7.

Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.

Ionia. Asiæ min. regio, media inter Cariam & Æoliden, tum cœli bonitate, tum situs commoditate nulli regionum posthabenda. Hinc *dives* Ovid. dicitur Fast. lib. 6.

———*Quem præbet Ionia dives.*

Sarchiom hodiè, teste Leunclavio, *Quiscum* vel *Quiscon* Turcis dicitur. Martialis lib. 13. ep 5. attagenas Ionicas commendat:

Inter sapores fertur altum primus
Ionicarum gustus attagenarum.

Et ante eum Horatius Epod. 2.

Non Afra avis descendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Jucundior, quàm, &c.

Unde Hieronymus ad Salvinam. *Procul sunt à conviviis tuis Phasidis aves, crassi turtures, attagen Ionicus. Ionia* Propertio lib. 1. el. 6. *mollis* dicitur. Vide Proverb. Γέλως Ἰωνικὸς, & Athenæum lib. 12. Unde Ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ ἁβρῶς, i. e. *mollitèr*. Plautus in Sticho:

Quis Ionicus, aut cinædicus, qui talia facere posset?

Horat. 3. 6.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.———

Et Plato lib. 3. de Rep. *Ionicam harmoniam*, ut nimis mollem expellit suâ civitate. Plin. 29. 5.

Ionium, mare dicitur non quòd Ioniam alluit, sed quòd inter Siciliam & Græciam interfusum, Macedoniam, Epirum, Achaiam & Peloponnesum ad occid. attingit. Dionysius idem facit cum Adriaco mari vers. 92.

Κεῖθεν δ' εὐρυθεῖσα πλαίνεται Ἀδρίας ἅλμη
Πρὸς βορέλιον, ἔνθις ἧς πρὸς ἑσπερον μυχὸν ἔρπει,
Ἣν ἔτι καὶ Ἰονίλιον πεφυκότες ὑδάξασθο.

Ubi Schol. Ἰσέον ὅτι οὐ μόνον Ἰόνιος κόλπος καλεῖται, ἀλλὰ καὶ Ἀδρίας ὁ αὐτὸς λέγεται, καὶ Ἀδρίας, καὶ Ἀδριανὴ θάλασσα. Οἱ δὲ ἀκριβέστεροι τὸ Ἰόνιον μέρος τῆς Ἀδρίας φασί. Apud Thucyd. lib. 1. legas: Ἐπίδαμνος ἔστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. (Unde Lucanus:

Ionias vergens Epidamnus in undas.)

Ubi Palmerius, *Hic locus*, inquit, *aliquando me torsit non benè intelligentem differentiam inter* Ἰόνιον πέλαγος & Ἰόνιον κόλπον, *licet aliquando unum pro altero ponatur.* Intelligit igitur Thucydides per *Ionium sinum*, id mare quod aliis *Adriaticum* dicitur, quod etiam sæpe *Ionium* appellatur, & est pars Ionii magni. Ideo plures Ionium nomen ultra Acroceraunia Dalmatiam versus extendunt, licèt alii Acroceraunia fecerint terminum Ionii maris & principium Adriatici. Sic Theophrastus Apolloniam vocat ἡ πρὸς τὸ Ἰόνιον *quæ est ad Ionium*, Hist. pl. lib. 8. cap. 6. quod repetit lib. de Causis. plant. 3. cap. 2. Sic & Conon apud Photium de eâdem urbe: Καὶ πολιορκεῖ Ἀθηναῖος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων, καὶ ἔστιν ἐκβαλὼν εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Sic Appianus Civilium quinto de divisione imperii inter Octavium & Antonium; Ὅσον μὲν οὖν σφισι Σκόδραν πόλιν ἡ Ἰλλυρὶς ἐν μέσῳ τῇ Ἰονίᾳ μάλιστα δοκεῖ. Ita Dio, lib. 40. de Octavio, qui bellum in Dalmatiâ gesserat (de quo Cæsar Civilium tertio) Ὡς γάρ ποτε ἡ Ἰόνιον περισπάσοι, καὶ ἡ Ἀντώνιον ἡ Γαΐου συνελάσειν, ἄλλην μὲ πῶν χωρίον ἐκρήμνισε, ἡ ἣ δὴ Σάλωνα ἐκ εἶλε. Ubi Dalmatiam manifestè ad Ionium ponit. Ergo ut Appianus vocavit Adriaticum mare *Ionium recessum*, sic Thucydides de eodem Adriatico dixit *Ionium sinum*: nam κόλπος *sinus* maris propriè est pars, quæ in terras se *insinuat*. At *Ionium magnum* (quod vocat Virgilius lib. 3.) multum extendebatur inter Peloponnesum & Italiam, & plures comprehendebat sinus, ut Corinthiacum, Adriaticum. *Ionium* vero angustè sumptum Acroceraunicorum montium promontorio finiebatur. Hæc ille. Quod autem ad nominis rationem attinet, non satis convenit inter scriptores. Didymus enim dictum existimat ab *Ionio* quodam Dyrrachii filio, quem Hercules, cum imprudenter occidisset, in mare projecit, ut memoriam ejus propagaret. Solinus ab *Iona*, extremâ Italiæ regiunculâ, Æschylus ac Lycophron ab errore *Ûs*, Inachi filiæ. Alii ab *Ionum* naufragio, nonnulli ab *Ione* quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

Jope, urbs Phœniciæ prope Jamniam. Steph. Ab *Joppe* Æoli filiâ uxore Cephei sic dicta. Vocabatur & *Joppa*. Italis *Japho*, A *Japhet* Noachi filio conditore quidam appellatam volunt, vel à יפה *formosus fuit*. Strabo vocat πᾶν λῃστῶν λῆσμον *latronum receptaculum*, locumque adeo editum tradit, ut inde conspici posset Hierosolyma Judæorum metropolis. Andromedæ hic balænæ expositam fabulantur Poetæ. Est & *Jope* Thessaliæ. Quærant autem eruditi quænam sit *Jope* illa apud Propertium l. 2.

Vobiscum est Jope, vobiscum est candida Tyro.

Jordanes, flu. Judææ aquas habens suaviffimas. Plin. 5. 14. *Flumen validissimum* vocat Sulp. Severus lib. 1. Hebræis *Jarden* dicitur. A Jonathâ *Jordena*, Græcis Ἰορδάνης, & Ἰόρδανος. Oritur ex radicibus montis Libani, aut ut alii volunt, è spelunca Phaneas, quod scribunt מעי דן. Forte autem spelunca Phaneas in radicibus erat illius montis, & in tribu Dan, quod sonat *Jordan*, quasi *descendens ex Dan*. Alii dicunt nomen habere à duobus fontibus *Jor* & *Dan*. Falsam autem esse opinionem, ab his duobus fontibus fluvium hunc & oriri, & nominari, quod Hieronymus & Suidas volunt, multis ostendi posset. Sane Josephus ex uno fonte fluere tradit. Δοκεῖ δὲ Ἰορδάνης πηγὴ τὸ Πάνιον· φέρει δὲ ὕδωρ γλυκὺ εἰς τόπον κρυπτὸς αὐτῆς κλυσμοῦσης Φιάλης. Vide eum 3. Antiq. cap. 18.

Jos, insula in mari Myrtoo. Plin. 4. 12. una Sporadum, Homeri sepulcro veneranda, & matris Homeri natalibus, dicta putatur ἀπὸ Ἰώνων οἰκησάντων, ut & à Lydis *Lydia*, & *Phœnice* à Phœnicibus. Quippe etiam his nominibus insignitur apud Steph. At cum linguæ Græcæ ratio non ferat, ut *Jos* dicatur ab *Ionibus*; *Ion* putat Bochartus Phœnices עיון *Ion* expressisse, cujus nominis urbs fuit Judæorum in tribu Nephthali, ab agro lapidoso, nisi fallor, sic appellata. Hebræis enim עיון est *acervus lapidum*. *Ion* insulam ex ipso nomine lapidosam fuisse colligimus. Saxosam sanè describunt multi eorum, qui Homeri meminerunt ibi sepulti. Paulus Silentiarius Anthol. 3. 25.

———Θεῖον Ὁμηρον
Κλῄθος ἐπ' ἀτρυγέτῳ πόντου ἔχει σκοπέλῳ.
———*Vatis Homeri*
Ossa sub æquoreâ rupe sepulta jacent.

De eodem Antipater Sidonius:

Ἀλλ' ἔλαχεν ναοῖτις Ἴη πολιάς.
Saxo hic condit Io circumflua.

Et Alcæus Messenius:

Καὶ νέκυα ἀκλαῖα Σῆκαν ὑπὸ πολιάδι.
Ossaque litoreâ compassuere petrâ.

Homerus nimirum à Samo Athenas profecturus ad hanc insulam appulit, & in saxoso litore morbo correptus interiit, & sepultus est. In vertice rupis erat opidum è quo καλλαίνοντες ἀεί τινες ἦσαν ἐπὶ τοῦ πλοῦ, ἀπορόλαζον ἄν τῷ Ὁμήρῳ, *opidanorum aliqui subinde descendentes ægrotanti Homero operam dabant.* Herod. in vitâ Homeri.

Iris, flu. Asiæ min. in Euxinum Pont. se exonerans. Val. Flac. lib. 5.

Transit Halys, longisque fluens anfractibus Iris.

L' Irio Nigro. Cum Thermodonte eum conjungit Strabo lib. 12. In quem loc. si quis commentarium petat, legat quæ scribit doctiss. Apollonii Scholiastes, ista interpretans lib. 2.

Λεῖπον Ἄλυν πολιῆν, λεῖπον δ' ἀγχίῤῥοον Ἶριν.

Isapis, flu. Italiæ. Luc. lib. 2.

Crustumiumque rapax, & junctus Isapis Isauro.

Ubi quidam *Sapis* Leandro *Savio* dicitur, & circa Ariminum est.

Iſar, l' Iſere, flu. Gall. Narbon. in Rhodanum influens. Lucan. lib. 1.

Hi vada liquerunt Iſaræ, qui gurgite ductus
Per tam multa ſuo, famæ majoris in amnem
Lapſus ad æquoreas nomen non pertulit undas.

Iſaura, urbs Iſauriæ. Am. Marcell. lib. 14. ex emendatione magni Valeſii: *Iſaura enim antehac nimium potens, olim ſubverſa, ut rebellatrix internecina, ægrè veſtigia claritudinis priſtinæ monſtrat admodum pauca.* Steph. Byzantius: Ἴσαυρα ὀχυρὰ πόλις Ἰσαυείας, ἡ ὁ Ἰσαυεὺς, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ. Κάρες ὁ Σηλευκῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρὸς καὶ Ἴσαυρος. Ita locus iſte legendus. Sane Strabo τὰ Ἴσαυρα ſemper adpellat in neutro. Ptolemæo quoque Ἴσαυρα ambiguâ generis notatione dicitur. Florus *Iſaurum* vocat lib. 3. cap. 6. Diodorus Sic. lib. 18. ἡ δὴ Ἰσαυρίαν πόλιν. Aptid Plin. lib. 4. Iſaura Ciliciæ mediterranea urbs ponitur. Bis autem everſam olim hanc urbem in hiſtoriis legimus: primùm à Perdiccâ ſub Alexandri M. obitum, ut narrat Diodorus, ubi ſupra; poſtea à Servilio Iſaurico, uti teſtatur Strabo lib. 4. itemque Florus, cujus hæc ſunt verba: *Validiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, Phaſelin, & Olympon evertit; Iſauramque ipſam arcem Ciliciæ, unde conſcius ſibi magni laboris, Iſaurici cognomen adamavit.* Hujus urb. mem. etiam Pollio in Trebelliano: *Palatium ſibi in arce Iſauræ conſtituit*: vulgo legitur *Iſauriæ*.

Iſauria, reg. Aſiæ min. ad Taurum mont. Ciliciæ proxima, quam P. Servilius cognomento *Iſauricus*, in ditionem Romanorum redegit. Strab. lib. 11. Claud. 1. in Eutrop.

Indomitos curru Servilius egit Iſauros.

Ovid. Faſt. 1.

Aſſica victorem de ſe vocat, alter Iſaurum.

Iſaurus, flu. Umbriæ Tranſappenninæ ex Apenn. mont. deſcendens, mari Hadriatico exceptus; hodiè *La Foglia*. Alter hujus nominis flu. Magnæ Græciæ Neetho vicinus per agrum Crotoniatem in mare delatus, cui *Donato*, teſte Barrio, nomen eſt.

Iſca, Exceſter, urbs olim Damnoniorum, nunc Com. Devoniæ caput, diciturque à recentibus *Exonia*. Urbs eſt Epiſc. ſub Archiep. Cant. Diſtat 8. mill. ab orâ maris Britannici, 79. ab Antiveſtæo promont. quot à Wintonia. *Iſca* autem flu. *Ex* dictus, ipſam rigat, & poſtea in mare Britannicum labitur.

Iſca, Legio 2. Auguſta, urbs Silurum in Albione, nunc op. Com. Monumetenſ. ad Oſcam flu. 4. mill. ab æſtuario Sabrinæ, & 14. à Monumethiâ. Long. 17. 13. Lat. 52. 10.

Iſchalis, ſeu *Iſcalis*, op. Belgarum, nunc Somerſetenſ. Com. vulgo *Ilcheſter*, ad amnem *Il*, in confin. Dorſetiæ Com. 12. mill. à Weſſia in auſt. 24. à Bathoniâ, 30. ab Exoniâ.

Iſchera, Libyæ interioris urbs. Ptol.

Iſchia, inſ. Italiæ in mari Tyrrheno, alias *Inarime*, cujus accuratam delineationem habemus in tab. Jo. Anton. Magini, 2. mill. diſtat ab orâ Terræ laboris, uti à promont. Miſeno, & tino tantum à Prochyta inſulâ.

Iſchopolis, Tripoli Moletio, op. Cappadociæ maritimum, inter Hermonaſſam, & Cerafuntam ad ort.

Iſenacum, Eyſenach, urbs & Academia Thuringiæ ad amnem Neſſam, in confin. Haſſiæ. Subeſt Duci Weimariæ, quanquam ipſa Ducali titulo fulgeat. 7. leuc. diſtat ab Erfurto in occ. & 4. à Mulhuſiâ in auſt. Long. 32. 19. Lat. 51. 20.

Iſlandia, inſ. maris Sept. ad regem Daniæ ſpectans, ampliſſima, inter Norvegiam, ex quâ pendet, & Groenlandiam, ab ort. in occ. extenſa. Ejus urbes præcipuæ ſunt Hola, & Schalotum, & Beſteda arx, ubi Prorex inſ. commoratur; & ab antiquis *Thule* dicta fuit, ut quidam volunt. Ejus long. eſt 200. leuc. Gallicarum, lat. verò 100. circiter. Sat fertilis eſt verſus oram ſitor. ſed in mediterraneis valde montuoſa & inculta.

Iſmarus, mons Thraciæ apud Hebrum flu. plu. num. *Iſmara*. Virg. Georg. 2.

Juvat Iſmara Baccho
Conſerere.

Ismarici vini mentio eſt in Archilocho cui οἶνος Ἰσμαικὸς. dicitur & in Hom. Odyſſ. 9. ubi poſtquam Ulyſſes commendavit à ſuavitate vinum, quod ſibi Maron dono præbuiſſet, ſubdit de eodem Marone.

Ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει.

Prop. 2. 32.

Nec non Iſmario, tu Polypheme, mero.

Papinius Theb. 6.

Non ſic everſa feruntur
Iſmara, cum fracto Boreas cupus exſulit antro.

Ubi Lutatius: *Mons Thraciæ, unde Boreas naſcitur*, ut Virgilius:

Miratur & Iſmarus Orphea

Hic neutro genere poſuit, ut *Mænala Gargara*. Benè autem Boreæ mentionem facit Statius cum de Iſmaris loquitur; ſic enim ante illum. Virg. Æn. 10.

Tres quoque Threicios Boreæ de gente ſuprema
Et tres quos Idas pater & patria Iſmara mittit.

Ubi in MS. expoſitio: *Iſmara*] *urbs Threcenſis, ſub ditione olim Boreæ regis.* Servius autem: *Iſmara, civitas Thraciæ à monte Iſmaro dicta.* Apud Steph. *Iſmarus* urbis nomen eſt, & lacûs: Ἰσμαρος, πόλις Θρᾴκης ἀπὸ Κικόνων. Ὄμηρος, ὁ πολίτης Ἰσμάρου, καὶ Ἰσμαικὸς τὸ κτητικόν. Ἔστι δὲ καὶ Ἰσμάρος λίμνη. Ἡρόδωρος Ζ. Auctor Etymologici τὸ μεγάλως Ἴσμαρος, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Ἰσμάρου τοῦ Ἄρεως καὶ Θρᾴσσης παιδός.

Iſmenus, flu. Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum influens. Ab *Iſmeno*, Pelaſgi filio. Inde *Iſmenius* pro *Thebanus* & Apollo *Iſmenius*. Steph. Nomen habet ab *impinguando* (verbo detur venia) id enim Ebræis eſt שָׁמַן *Hiſmin*. Ovid. Met. 2.

Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho.

Seneca in Theb.

Ubi torva rapidus ducat Iſmenos vada.

Callimachus:

Μελαμψηφίδος ἔχουσαι
Ἰσμηνὸν λάϊον παῖδος.

Iſodus, In Eclogis Sotionis, vetuſti Scriptoris, legas: Fontem in Arabiâ fuiſſe, nomine *Iſodum*, in quem ſi quis heminam vini infunderet, totus fons evadebat κεφάλα, h. e. *Vinum dilutum*, quale vulgò bibi ſolet. Ἐν Ἀραβίᾳ, inquit, ἔστιν Ἴσωδος πρίνη, ἣ τις κόλυλος ὅσον ἐμβληθείσης κεράμου, καὶ ὅλος ἡ πόα Εὐκρατος γίνεται.

Iſſa, inſ. Liburniæ in mari Illyrico, Liſſa Sophiano. Item inſ. parva Latii apud Marruvium, Dion. Halicarn. Item urbs Lesbi Steph. Imò ipſa Lesbos. Heſychius: Ἴσσα, ἡ Λέσβος τὸ παλαιόν.

Iſſedon, Eſſedon, Steph. urbs gemina, una Scythiæ extra Imaum, quæ *Succuſir*, teſte Caſtaldo, nunc. appellatur. Altera Sericæ, quæ *Cambalu* hodie, magni Chamis (uti vocant) Tartatorum regis ſedes, dicitur.

Iſſorium, mons Laconiæ, unde Diana *Iſſoria*. Steph.

Iſſus, urbs inter Syriam, & Ciliciam, ubi Alexander Darium vicit, ideoque *Nicopolis* ab eo dicta eſt. Ptolemæus tamen Nicopolin diverſam facit ab Iſſo, uti revera eſt. Xenoph. lib. 1. Ἀναβάσ. Diod. Sic. lib. 17. Et Mela lib. 1. cap. 13. Iſſon *ingentem urbem*; Strabo vero lib. 14. πολίχνιον opidulum cum ſtatione vocat. Stephanus autem Ἰσσὸς, πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν. Hic Cicero poſtea caſtra habuit, ſe teſte. Epiſt. ad Attic. 5. 20. *Caſtra paucos poſt dies habuimus ea ipſa, quæ contra Darium habuerat apud Iſſum Alexander*, quem & aras ibidem collocaſſe diſcimus ex eodem Cic. Epiſt. Fam. 15. Hinc *Iſſicus ſinus*, civis *Iſſæus*. Steph. Long. 67. 45. Lat. 38. 10.

Iſter, vide *Danubius*. Heſych. Ἴστρος παλαιὸς ὁ καὶ Δανούβιος. S. Baſilius auctor alioqui celeberrimus in Geographicis ſe admodum infantem producit, dum Hom. 3. in Iſa ita ſcribit: Ἀπὸ δὲ δυσμῶν ἀπὸ θρακῶν ῥεῖ τὸ Πυρρηναῖον ὄρος Ταῦροντος ἐπὶ καὶ Ἴστρος.

Iſthmus multiplex, 1. Peloponneſi, qui & Corinthiacus, quo Peloponneſus reliquæ Græciæ connectitur, 40 ſtad. inter ſinum Corinth. ad occ. & Saronicum ad ort. patens, quem Nero perfodere fruſtra tentavit, unde Proverb. *Iſthmum fodere*. Non primus autem Nero hanc inſaniam inſanivit, Clara res ex Herodoto, Strabone, Philoſtrato, Luciano, & Pauſaniâ, cujus vere pia vox de hâc re, quam adſcripſiſſe pretium ſit operæ: Οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ δέλα βιάσασθαι. Vide Paulum Æmilium in Carolo Magno ſub finem lib. 2. Hujus *Iſthmi* meminit. Lucan. lib. 1.

Qualiter undas
Qui ſecat, & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos,
Nec patitur conferre fretum: ſi terra recedat,
Ionium Ægæo frangat mare.

Silius Italicus lib. 15.

Ut cum ſæva fretis immiſit prælia Corus
Iſthmon curvatâ ſublime ſubegerit undâ,
Et ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu
Ionium Ægæo miſcet mare.

Ovid. in Epiſt. Medeæ:

Quique maris gemini diſtinet Iſthmus aquas.

Corinthi autem & Iſthmi deſcriptionem habes elegantem apud Ariſtidem Tom. 1. in Orat. Iſthmiacâ. Vide Fungerum in *Iſthmus*. 2. Cherſoneſi Thraciæ, uterque *Hexamili* Nigro, & Volat. 3. Ægypti inter mare mediterr. ubi Peluſium, & ſin. Arabicum, ubi urbs Heroum. *Dorſum Arabiæ* Ptol. dictus. *Sur* vulgò, teſte Goropio, quo Ægyptus Palæſtinæ & Arabiæ Petrææ jungitur. 4. Tauricæ Cherſoneſi de quo Xen. & Ptol. *Zueala*, teſte Joſepho Barbaro, quo Taurica Sarmatiæ

tiæ continenti copulatur. 5. Acanthæus, in Macedoniâ, qui Athon mont. continenti jungit, à Xerxe, teſte Ælian, perfoſſus. 6. Italiæ, inter ſinum Scylletium, & Hipponiatem. 7. Aſiæ inter Tarſum & Amiſum. 8. Græciæ inter ſinus Criſſæum & Oetæum, ubi Thermopylæ.

Iſtria, Italiæ reg. poſt flexum Adriatici ſinus Illyrico contermina, quæ in latitudine ſexaginta m. p. in circuitu centum viginti quinque millia complectitur. Incolæ *Iſtri*, hos fama eſt originem à Colchis duxiſſe. Item *Iſtria*, op. ad Danubii oſtia ſitum, ut ex Arriano docet Pintianus.

Italia, regio Europæ nobiliſſima, in formam cruris inter Adriaticum, & Tuſcum mare, à jugis Alpium, dorſoque Apennini porrecta, paulatim ſe attollens uſque ad fretum Siculum. Ἀῖα πολυσινὴς Dionyſio dicitur, Rubicone flu. à Galliâ ſeparata. Regiones maximè inſignes plures habet; quarum nomina antiqua & recentia ſunt hæc. 1. Liguria, nunc *Riviera di Genua*. 2. Hetruria, nunc *Toſcana*. 3. Umbria, nunc *Ducato di Spoleto*. 4. Latium, nunc *Campagna di Roma*. 5. Campania, nunc *Terra di Lavoro*. 6. Lucania, nunc *Baſilicata*. 7. Bruttia, nunc *Calabria inferior*, Magna Græcia, nunc *Calabria ſuperior*. 8. Salentinorum terra, nunc *terra d' Otranto*. 9. Apulia Peucetia, nunc *Terra di Barri*. 10. Apulia Daunia, nunc *Puglia Piana*. 11. Samnium, nunc *Abruzzo*. 12. Picenum, nunc *Marca Anconitana*. 13. Flaminia, nunc *Romagna*. 14. Æmilia, nunc *Lombardia di qua dal Po*. 15. Gallia Tranſpadana, nunc *Lombardia di la dal Po*. 16. Venetorum terra, nunc *Marca Trevigiana*. 17. Forum Julii, nunc *Friuli*. 18. Hiſtria, nunc *Iſtria*. Umbilicum totius Italiæ in agro Reatino, Velinum lacum conſtituit Plinius ex Varronis ſententiâ. Italiam fuſiſſimè deſcripſit Vir doctiſſimus Phil. Cluverius libris quatuor. De laudibus ejus vide Dionyſ. Hal. lib. 1. Plin. lib. ult. cap. ult. Solinum cap. 8. Varron. 1. cap. 2. Columellam 3. 8. Vitruvium 1. 6. Strabonem lib. 5. & 6. Polyb. lib. 2. Florum. 1. 16. Ælian. Var. Hiſt. 9. 16. Sidonium Paneg. Avit. prop. 3. 21. Gabr. Barrium in opuſculo integro de laudibus Italiæ. Optimè autem omnium laudes ejus canit Virg. Georg. lib. 2. ut videre eſt in his:

Sed neque Medorum ſylvæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent; non Bactra neque Indi,
Totaque thuriferis Panchaïa pinguis arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Invertere, ſatis immanis dentibus Hydri;
Nec galeis denſiſque virûm ſeges horruit haſtis:
Sed gravidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Implevere: tenent oleæque, armentaque læta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.
Hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas;
Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.
At rabidæ tigres abſunt, & ſæva leonum
Semina; nec miſeros fallunt aconita legentes.
Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias urbes, operumque laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros.
An mare quod ſupra, memorem, quodque alluit infra?
Anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque,
Fluctibus & fremitu aſſurgens, Benace, marino?
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra?
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor?
Julia quà ponto longè ſonat unda refuſo?
Tyrrhenuſque fretis immiſcetur æſtus Avernis?
Hæc eadem argenti rivos, æriſque metalla
Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marſos, pubemque Sabellam,
Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnoſque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te, maxime Cæſar,
Qui nunc extremis Aſiæ jam victor in oris,
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.
Salve magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virûm, &c.

Unicum præterea Plinii locum afferam, lib. 3. Nat. Hiſt. cap. 5. *Italia*, inquit, *terrarum omnium alumna, eadem & parens, numine Deûm electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, rituſque molliret, ac tot populorum diſcordes feraſque linguas, ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitati hominem daret, breviterque cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.* Vide quæ ſequuntur. Ἀλλὰ χὴ ὡς τοῖν ἄλλο ἐπὶ γαλῆ ἑ, non eſt tamen αὐτάρκης. Tacit. lib. 3 An. *At Herculè nemo neſcit*, quod Italia externæ opis indiget; quòd Vita pop. Romani pro incerta maris & tempeſtatum cotidie volvitur; ac niſi provinciarum copiæ, & dominis, & ſervitiis, & agris ſubvenerint, noſtra nos ſc. nemora, noſtræque villæ tuebuntur. Formam ejus τείγωνον plurimi aiunt. Servius: *Conſtat tria habere latera Italiam, ſuperi maris, inferi, Alpium.* Polybius quoque lib. 2. τὸ χῶμα τῆς Ἰταλίας dicens eſſe παραπλήσιον, ejus latera ita prorſus deſcribit, uti Strabo lib. 5. Plinius vero non γωνιοειδὲς, ſed ἁπλούστερον, & magis γραμμοειδὲς Italiæ figuram expreſſit, quum dixit eſſe ſimilem folio quernæ. Rutilius Itiner. lib. 2.

Italiam rerum dominam qui cingere viſu,
Et totam pariter cernere mente velit;
Inveniet quernæ ſimilem procedere frondi,
Arctatam læverum convenientè ſinu.

Nomen habet vel ab *Italo* rege Siculorum, vel à *vitulo*, qui veteri linguâ Græcâ *Itali* dicti fuere, authoribus Varrone & Columellâ, præfat. lib. 5. de R. R. vide Gellium 11. 1. Heſychius: Ἰταλὸς, Ῥωμαῖος, Ταῦρος· vel ab *Atte* Lydo, quaſi *Attalia*, ut eſt apud Feſtum, ubi conſulendus Scaliger. Bocharto vero *Italia* eſt אִיטַלְיָא *Itaria*, ab אִיטָל *itar*, quod pro *pice* occurrit in tractatu Talmudico *Gittin*, fol. 69. quaſi picearium regionem dixeris, literis D. & R. maximè mutabilibus, ut *Aldeſens* & *Ardeſcus*, &c. Res aperta fiet, ſi prius conſtet priſcam Italiam nihil fuiſſe quam Brutiorum agrum, & partem Lucaniæ, quod ipſum voluit Stephanus, in quo legendum Ἀντίοχος ἢ Ἑκαταῖος φησὶ καλεῖσθαι Ἰταλίαν. Jam vero Brutiam à pice dictam ſupra probavimus. Italiæ maxima Longitudo ab Auguſtâ Prætoriâ ad promont. Herculeum, *Capo di Spartivento*, continet 720. m. p. Latitudo autem maxima à Populonio ad Pontem Fellæ eſt 280. m. p. Dividi poteſt in tres partes, nempe in Italiam Septentrionalem, meridionalem, & inſulas Italiæ. In Septentrionali parte ſunt, 1. Dominium Reip. Venetæ, *Stato di Venetia*. 2. Pedemontium cum annexis ſub Duce Sabaudiæ, *Il Piemonte*. 3. Dominium Reip. Genuenſis, ſeu Liguria, *Il Genovesato*, ſeu *Riveria di Genoua*. 4. Ducatus Mediolanenſis, *Stato di Milano*. 5. Et ditiones Principum Longobardiæ, nempe Ducatus Mutinenſis, *Stato del Duca di Modena*. 6. Ducatus Parmenſis, *Stato del Duca di Parma*. 7. Ducatus Mantuanus, & Montis Ferrati, *Stato del Duca di Mantoua*, cum regiunculis Ducum Mirandulæ & Guaſtallæ, & aliquot aliis minoribus. In parte meridionali Italiæ ſunt, 1. Ditio Pontificia, ſeu Eccleſiæ, *Stato della Chieſa*. 2. Regnum Neapolitanum, *Regno di Napoli*. 3. Ditio magni Ducis Hetruriæ, ſeu Tuſciæ, *Stato del grand Duca di Toſcana*. 4. Dominium Reip. Lucenſis, *Il Lucheſe*. 5. Ducatus Maſſiæ, *Ducato di Maſſa*. 6. Principatus Plumbini, *Principato di Piombino*. 7. Ditiuncula Reip. S. Marini, *Territorio di San Marino*. Inſulæ autem Italiæ ſunt Sicilia, Sardinia, & Corſica cum aliquot aliis minoribus. Dividitur autem Italia à Germaniâ Alpibus ad Bor. uti ad occ. à Galliâ; ad ort. autem habet mare Adriaticum & Ionium, uti ad merid. mare Siculum, Tyrrhenum & Ligufticum.

Regiones Italiæ quæ mare & Alpes attingunt.

Inſubria.	Salentini.
Gallia Subalpina.	Apulia { Peucetia. Daunia.
Liguria.	
Hetruria.	Aprutium.
Latium.	Picenum.
Campania.	Senones.
Picentes.	Æmilia.
Lucania.	Carni.
Bruttii.	Hiſtria.
Magna Græcia.	

Interiores.

Hirpini.	Sabini.
Samnium.	Umbria.

Italiæ urbes præcipuæ.

Acheruntia, *Acerenza*, in regn. Neapol.
Æſis, *Jeſi*, in dition. Pontif.
Agrigentum, *Gergenti*, in Siciliâ.
Aiacum, *Aiaccio*, in Corſica.
Albingaunum, *Albenga*, in dition. Genuenſi.
Aletium, *Lecce*, in regn. Neapol.
Alexandria, *Aleſſandria*, in Ducat. Mediolan.
Amalphis, *Amalfi*, in regn. Neapol.
Ancona, *Ancona*, in dition. Pontif.
Anxatum, *Lanviano*, in regn. Neapol.

Aquila,

Aquila, *l'Aquila*, ibidem.
Aquileia, *Aquileia*, in Foro-Julio ſub Auſtriacis.
Arborea, *Oriſtagni*, in Sardiniâ.
Argous portus, *Porto Ferraio*, in Hetruriâ.
Ariminum, *Rimini*, in ditione Pontif.
Aſculum Picenum, *Aſcoli*, ibidem.
Aſta; *Aſte*, in Pedemontio.
Auxumum, *Oſimo*, in ditione Pontificiâ.
Barium, *Bari*, in regno Neapol.
Barulum, *Barleta*, ibidem.
Baſtia, *Baſtia*, in Corſicâ.
Beneventum, *Benevento*, in regno Neapol. & ſub dominio Summi Pontificis.
Bergomum, *Bergamo*, in ditione Venetâ.
Beſidianum, *Biſignano*, in regno Neapol.
Bonifacium, *Bonifacio*, in Corſicâ.
Bononia, *Bologna*, in ditione Pontif.
Brixia, *Breſcia*, in ditione Venetâ.
Brunduſium, *Brindiſi*, in regno Neapol.
Cajeta, *Gaieta*, ibidem.
Calaris, *Cagliari*, in Sardiniâ.
Camerinum, *Camerino*, in ditione Pontif.
Cantazara, *Cantazaro*, in regno Neapol.
Capua, *Capoa*, ibidem.
Caſale, *Caſale*, in Ducatu Mont. Ferrat.
Catana, *Catania*, in Sicilia.
Centumcellæ, *Civita Vecchia*, in ditione Pontif.
Ceſena, *Ceſena*, ibidem.
Compſa, *Conza*, in regno Neapol.
Comum, *Como*, in Ducat. Mediolan.
Coſentia, *Coſenza*, in regno Neapol.
Crema, *Crema*, in ditione Venetâ.
Cremona, *Cremona*, in ducat. Mediol.
Dertona, *Tortona*, ibidem.
Drepanum, *Trapani*, in Siciliâ.
Eporedia, *Yvrea*, in Pedemontio.
Eugubium, *Gubio*, in ditione Pontif.
Fanum, *Fano*, ibidem.
Faventia, *Faenza*, ibidem.
Ferraria, *Ferrara*, ibidem.
Firmum, *Fermo*, ibidem.
Florentia, *Firenze*, in Hetruriâ.
Forum Livii, *Forli*, in ditione Pontif.
Fulginium, *Foligni*, ibidem.
Gallipolis, *Gallipoli*, in regno Neapol.
Genua, *Genova*, in ditione Genuenſi.
Goritia, *Goritia*, in Foro-Julio ſub Auſtriacis.
Gravina, *Gravina*, in regno Neapol.
Hydruntum, *Otranto*, ibidem.
Imola, *Imola*, in ditione Pontif.
Interamna, *Terni*, ibidem.
Juſtinopolis, *Capo d' Iſtria*, in ditione Venetâ.
Lauretum, *Loreto*, in ditione Pontif.
Laus Pompeia, *Lodi*, in Ducat. Mediol.
Liburnus, *Livorno*, in Hetruriâ.
Lucca, *Lucca*, ibidem, ſed ſui juris.
Macerata, *Macerata*, ditione Pontif.
Manfredonia, *Manfredonia*, in regno Neapol.
Mantua, *Mantoua*, in Ducat. Mantuano.
Mateola, *Matera*, in regno Neapol.
Mazara, *Mazara*, in Siciliâ.
Mediolanum, *Milano*, in Ducat. Mediolan.
Meſſana, *Meſſina*, in Siciliâ.
Mons Regalis, *Monreali*, ibidem.
Mons Regalis, *Mondovi*, in Pedemontio.
Mortaria, *Mortara*, in Ducat. Mediol.
Mutina, *Modena*, in ditione Mutinenſi.
Narnia, *Narni*, in ditione Pontif.
Neapolis, *Napoli*, in regno Neapol.
Nicæa, *Nizza*, in ditione Sabaudicâ.
Nola, *Nola*, in regno Neapol.
Novaria, *Novera*, in Ducatu Mediolan.
Nuceria Paganica, *Nocera*, in regno Neapol.
Orivetum, *Orvieto*, in ditione Pontif.
Padua, *Padova*, in ditione Veneta.
Palma, *Palma nuova*, ibidem.
Panormus, *Palermo*, in Siciliâ.
Parma, *Parma*, in ditione Parmenſi.
Peruſia, *Perugia*, in ditione Pontif.
Petina, *Pedena*, in Iſtriâ, ſed juris Auſtriaci.
Pinariolum, *Pinerol*, in Pedemontio, ſed juris Gallici.
Pinna, *Civita di Penna*, in regno Neapol.
Piſæ, *Piſa*, in Hetruriâ.
Piſaurum, *Peſaro*, in ditione Pontif.
Piſcaria, *Peſchiera*, in ditione Venetâ.
Piſtoria, *Piſtoia*, in Hetruriâ.
Placentia, *Piacenza*, in ditione Parmenſi.
Pola, *Pola*, in ditione Venetâ.
Prænesteſte, *Paleſtrina*, in ditione Pontif.
Ravenna, *Ravenna*, ibidem.
Reate, *Rieti*, ibidem.
Regium, *Regio*, in regno Neapol.
Rhegium Lepidi, *Reggio*, in ditione Mutinenſi.
Roma, *Roma*, in ditione Pontif.
Roſſanum, *Roſſano*, in regno Neapol.
Salernum, *Salerno*, ibidem.
Salutiæ, *Saluzzo*, in ditione Sabaudicâ.
Sancta Severina, *S. Severina*, in regno Neapol.
Saſſaris, *Saſſari*, in Sardiniâ.
Savona, *Savona*, in ditione Genuenſi.
Senæ, *Siena*, in Hetruriâ.
Senogallia, *Senigaglia*, in ditione Pontif.
Serezana, *Sarzana*, in ditione Genuenſi.
Spoletum, *Spoleto*, in ditione Pontif.
Surrentum, *Sorrento*, in regno Neapol.
Syracuſæ, *Saragoſſa*, in Siciliâ.
Tarentum, *Taranto*, in regno Neapol.
Tarviſium, *Trevigi*, in ditione Venetâ.
Taurinum, *Torino*, in Pedemontio.
Tergeſte, *Trieſte*, in Iſtriâ, ſed juris Auſtriaci.
Terracina, *Terracina*, in ditione Pontif.
Theate, *Chieti*, in regno Neapol.
Ticinum, *Pavia*, in Ducat. Mediolan.
Tifernum, Tiberinum, *Citta di Caſtello*, in ditione Pont.
Tranum, *Trani*, in regno Neapol.
Tridentum, *Trento*, in ditione cogn.
Tropea, *Tropea*, in regno Neapol.
Tudertum, *Todi*, in ditione Pontif.
Tybur, *Tivoli*, ibidem.
Velitræ, *Veletri*, ibidem.
Venetiæ, *Venetia*, in ditione Venetâ.
Vercellæ, *Vercelli*, in Pedemontio.
Verona, *Verona*, in ditione Venetâ.
Vicentia, *Vicenza*, ibidem.
Viterbum, *Viterbo*, in ditione Pontif.
Volaterræ, *Volterra*, in Hetruriâ.
Urbinum, *Urbino*, in ditione Pontif.
Utinum, *Udine*, in ditione Venetâ.

Hic notandum omnes pene urbes Italiæ ſede Epiſcopali decoratas fuiſſe à Rom. Pontificibus, præſertim in Hetruriâ, & in regno Neapolitano, ubi etiam tam frequentes ſunt, ut plurimæ jaceant in ruderibus, & earum Diœceſes non extendantur ultra ipſas civitates. Quod ſi contigiſſet etiam in Galliâ, Germaniâ, & alibi omnes urbes ſede Epiſc. donari, in ſolo Belgio eſſent 50. civitates epiſc. ad minus; & ſic datâ ratione in cæteris Europæ occidentalis partibus. Idcirco Italia præſtat tantum aliis regionibus, numero civitatum epiſcopalium, non autem numero urbium.

Italiæ Principes.

1. Pontifex Max. ſub quo ditio Pontificia, in quâ ſunt hæ Provinciæ: Campania Romana, Sabina, provincia Patrimonii S. Petri, Umbria, Marchia Anconitana, Ducatus Caſtrenſis, Territoria Orvietanum, Peruſinum, & Civitatis Caſtelli; Ducatus Urbini, Romandiola, Bononienſis ager, & Ducatus Ferrarienſis.
2. Rex Hiſpaniæ, ſub quo regnum Neapolitanum, Sicilia, Sardinia, Ducatus Mediolanenſis, Marchionatus Finarii in Liguriâ, & aliquot arces in orâ Thuſciæ.
3. Veneti, ſeu Reſp. Veneta, ſub quâ Iſtria, Foro-Julium, Marchia Tarviſina cum annexis, Ducatus Venetus, & territoria, Patavinum, Rhodiginum, Vicentinum, Veronenſi, Brixianum, Bergomenſe, & Cremenſe.
4. Dux Sabaudiæ, ſub quo Principatus Pedemontanus cum annexis, Comitatus Nicææ, Marchionatus Salutiarum, Dominium Vercellenſe, Ducatus Auguſtanus, Comitatus Aſtenſis, & minor pars Ducatûs Montis-Ferrati.
5. Magnus Dux Hetruriæ, è gente Mediceâ, ſub quo major pars Hetruriæ, nempe ditiones Florentina, Piſana, & Senenſis cum Petiliano & Apuâ, & aliquâ parte Romandiolæ & vallis Magræ, atque inſulæ Gorgona, Igilium, Gianutum, Mons Chriſti, & alii minores in mari Tyrrheno, uti Argous portus & Ilua inſula.
6. Genuenſes, ſeu Reſp. Genuenſis, ſub qua utraque ora Liguſtica, Corſica inſ. & Capraria.
7. Dux Mantuanus, è gente Gonzagâ, ſub quo Ducatus Mantuanus, & major pars Ducatûs Montis-Ferrati.
8. Dux Mutinenſis, è gente Eſtenſi, ſub quo Ducatus Mutinenſis,

nenſis, & Rhegienſis, Principatus Carpenſis & Corregienſis, cum Friniana & majori parte Carferonianæ.

9. Dux Parmenſis, è gente Farneſiâ, ſub quo Ducatus Parmenſis & Placentinus, Ditio Buſſeiana, & Principatus vallis Tari pro majori parte.

10. Lucenſes, ſeu Reſp. Lucenſis, ſub quâ ditio Lucenſis in Hetruriâ.

11. Dux Maſſæ, è gente Cibo, ſub quo Ducatus Maſſæ, & Principatus Carrariæ in Hetruriâ. Sed ejus ditio eſt parvi circuitûs, uti & ſequentes ditiones.

12. Dux Mirandulanus, è gente Picâ, ſub quo Ducatus Mirandulæ, & Comitatus Concordiæ.

13. Dux Guaſtallæ, è gente Gonzaga, ſub quo Ducatus Guaſtallæ, cum Luzara & Suzara.

14. Dux Sabuloietæ, nunc è gente Guzmana, ſub quo Ducatus Sabuloietæ, ſub clientelâ regis Hiſpaniæ.

15. Princeps Caſtilionis, è gente Gonzaga, ſub quo Principatus Caſtilionis, Stiveriarum.

16. Princeps Sulphurini, è gente Gonzaga, ſub quo Principatus Sulphurini.

17. Princeps Monæci, è gente Grimalda, ſub quo Principatus Monæci in orâ Liguriæ, ſub clientelâ regis Galliæ.

18. Princeps Maſſerani, è gente Ferraria Pliſca, ſub quo Principatus Maſſerani, & Marchionatus Crepacorii.

19. Princeps Plumbini, è gente Ludoviſia, ſub quo Principatus Plumbini, & Ilva inſ. ſub clientela tamen Hiſpanorum.

20. Comes Novallariæ, è gente Gonzagâ, ſub quo Com. Novellariæ.

21. Reſp. S. Marini, ſub quo tantum territorium S. Marini inter Romandiolam & Ducatum Urbini.

22. Marchio Foſdinovi, è gente Malaſpina, ſub quo Marchionatus Foſdinovi, in valle Magræ.

23. Marchio Montenſis, è Montenſium familiâ, ſub quo Marchionatus montis S. Mariæ, inter Ducatum Urbini, & ditionem Florentinam incertus.

24. Marchio Spigni, è gente Carreta, ſub quo Marchionatus Spigni verſus Montem Ferratum & ad radices Apennini.

Notandum eſt etiam Imperatorem poſſidere in Italiâ Aquileiam & Comit. Goritiæ in Foro Julienſi provinciâ, cum Tergeſte, Pedena & Piſino in Iſtriâ. Regi Galliæ ſubeſt etiam Pinariolum, urbs permunita Pedemontii, cum territorio adjacente. His adnumerari poteſt Epiſcopus Tridentinus, cui ſubeſt ditio Tridentina ad radices Alpium, quanquam à quibuſdam ponatur in Germaniâ, quod Imperii Princeps ſit; & ſub clientela Comitum Tirolis. Habent etiam Helvetii in Italiâ quatuor præfecturas Italicas dictas, viz. Luganenſem, Locarnenſem, Mendriſianam & Madianam, quæ antea partes erant Ducatus Mediolanenſis, & ipſis ſubſunt ab anno 1512.

Italica, urbs in Italiâ, quæ & *Corſinium* dicitur. Strabo. Alia in Hiſp. patria Silii Italici, ac Trajani Cæſaris.

Itargis. Germ. flu. *Viſurgis*. Ptol. Ovid. Conſol. ad Liviam:

Decolor infectâ teſtis Itargis aquâ.

Ithaca, vulgò *Val du Compere*, inſula in mare Ionio, ante Epirum, Ulyſſis patria. In eâ eſt urbs ejuſdem nominis. Item mons Neritos, à quo tota inſ. interdum *Neritos* dicta eſt. Phœniciis עיתקא *Ithaca*, *durum* ſonat & *aſperum*, ut & Ebræis עיתק *athac*. Talem certe veteres Ithacam deſcribunt. Hom. Od. 1.

Ἦτοι μὲν τρηχεῖα, κὴ οὐκ ἱππήλατος ὅδε.

Et Cic. 1. de Orat. *Ithacam in aſperrimis ſcopulis, tanquam nidum affixam.* Unde Horat. Ep. 1. 7.

Non eſt aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis
Porrectus ſpatiis, neque multæ prodigus herbæ.

Quod ſine dubio ex Homero deſumſit. Sic enim ille Od. 4.

Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' αὖρ δολιχὸς ἐυρέες, οὔτέ τι λιμὼ
Αἰγίδωρος, κὴ μᾶλλον ἐπηετάων ἱπποβότοιο,
Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδὲ ἐυλείμων·
Αἵ δ' ἀλὶ κεκλίαται, Ἰθάκη δέ τ' κὴ πέρι πασέων.

Ithome, op. Phthiotidis. Hom. in Catal. Item urbs in agro Meſſeniaco, quam Lacedæmonii poſt 10. annorum obſidionem in deditionem acceperunt. Thuc. lib. 1. Stat. Theb. 4.

Planaque Meſſene, montanaque nutrit Ithome.

Vide Barthium ad illud Theb. 2.

——*Sive Aonia divertis Ithome.*

Itrum, *Itri*, op. regn. Neapolitani, in prov. Terræ Laboris, med. inter Fundos ad occ. & Formias ad ort.

Ituna, *Eden*, flu. Angliæ. Oritur in Weſtmariæ Com. deinde per Cumbriam fluens, ibi Carleolum rigat, & paulo infra ſe exonerat in mare Hibernicum, & Itunæ æſtuarium, quod *Solwey Fryth* dicitur, inter Angliam & Scotiam.

Ituræa, quæ & *Trachonitis*. *Bacar*, teſte Guil. Tyrio, reg. Palæſtinæ, Cœleſyriæ finitima, ſeu pars illius. Pop. *Ituræi*, qui arcu potiſſimum in bello utebantur. Tullius in 2. Phil. *Cur homines omnium gentium maximè barbaros Ituræos cum ſagittis ſeducis in forum?* Virg. Georg. 2.

——*Bona bello*
Cornus, Ituræos taxi curvantur in arcus.

Lucan. lib. 7.

——*Creta Cydonas*
Miſit, Ituræis curſus fuit inde ſagittis.

Vopiſcus in Aureliano: *Sagittarios Ituræos trecentos.*

Iturriſſa, Vaſconum urbs in Hiſp. Pomp. & Ptol. *Toloſa* quibuſdam, Aliis *Sangueſſa* in Navarræ regno.

Ityſ, flu. Scotiæ in orâ occiduâ decurrens, *Aſſin* Camdeno, inter Tarvedrum & Epidium promontoria, qui al. eſt *Heu*, contra Ricinam inſ. in mare exiens.

Judæa, quæ & *Chananæa*, & *Promiſſionis terra*, Syriæ regio, de ſitu ejus poſt ſacras literas Strabo lib. 16. & Dio Caſſius lib. 36. Tacitus Hiſt. lib. 5. ubi de Judæâ, cujus hæc ſunt verba: *Terra, fineſque, quà ad Orientem vergunt, Arabiâ terminantur, à meridie Ægyptus objacet: ab occaſu Phœnices, & mare: Septentrionem à latere Syriæ longè proſpectant.* Solum, ſi Straboni credimus, infœcundum, præſertim circa Hieroſolyma. Sic enim ille: Ἔστι γὰρ πλεῶδες, αὐτὸ μὲν ἔνυδρον, ἡ δὲ κύκλῳ χώρα ἐ χαλεπὴ κὴ ἄνυδρον, ἡ δ' ἐντὸς ἐξηκόντα σταδίων, κὴ ἀπότομον. E contra, Tacitus, ubi ſupra. *Rari imbres, uber ſolum. Exuberant fruges noſtrum ad morem*, &c. Lepidum enim quod legas apud Cedrenum de fertilitate Terræ Promiſſæ: Περσμαίνει δὲ τύποις κὴ ὁ σοφώτατος Ἀεισθένης, λέγων· Καὶ γὰρ πολυάνθρωπον ὄντα ἡ γῆν ἡ ἐπαγγελίας κὴ πυθοίοις χρηστοῖς ἐυθύνεται, ἀμπέλων ἡ κὴ ἀκρεοδρύων, κὴ φοινίκων πλῆθος ἄπλετον, κὴ μέλιτι πάμπολλα ἔχ διάφορα, κὴ βαλσάμῳ ἡ τούτων νομὴ δὲ ὅλη τῇ χεύσῃ χθὸ, διὰ τὴ πολλὴν ἐυκρασίαν τ γῆς κὴ πότισμα. Πολὺ δὲ πλῆθος κὴ πρὸ ἀρωμάτων κὴ λίθων πολυτελῶν, κὴ χρύσου παρακομιζομένου, διὰ τῆς Ἀραβίων. Pop. *Judæi*. Multa autem de origine gentis & religione confinxerunt profani ſcriptores, qui Judæum, & Hieroſolymum fratres, Typhonis filios, fabulati ſunt, unde & nomen genti, & urbi principi manavit, de quo Plut. lib. de Iſide & Oſiride. Alii à monte *Idâ* nomen deduxerunt. Ob ſcabiem eos ex Ægypto pulſos eſſe ſtolidè & impiè tradit Juſt. lib. 36. *Sed cum ſcabiem Ægyptii, & pruriginem paterentur, reſponſo moniti Moſen cum ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Ægypti pellunt*, Tac. lib. 5. *Purgare regnum, & id genus hominum alias in terras avertere, quod ipſos ſcabie quondam turpaverat.* Quidam volunt Bacchum, aut ejus loco vitem auream coluiſſe; nonnulli aſinum, & porcum. Vide Florum. 3. 5. Plut. Symp. 4. 5. Petron. in Catalectis, & ibi Interpretes, nec non Orig. lib. 5. contra Celſum. Minimè omnium corruptè de religione eorum Strabo, qui & *juſtos, & verè religioſos* appellat. Itemque Dio loco ſuperius prolato. A Romanis *ciſtiferi* vocabantur. Martialis de Gellia:

——*Nupſiſti, Gellia, ciſtifero:* i. e. uni Judæorum.
——*Quorum cophinus fœnuſque ſupellex.*

uti loquitur Juvenalis. Iidem Pagani ſcriptores Judæorum, & Chriſtianorum nomen non raro confundentes, illos pro his poſuerunt, quod Lipſius ad 15. Ann. Tac. itemque Pithæus lib. 2. Adverſ. cap. 2. & Barthius ad Rutilium Numatianum lib. 1. verſ. 159. obſervant. Hinc *Judæus*. Ovid.

Cultaque Judæo ſeptima ſacra viro.

Item *Judaicus*, ut *Superſtitio Judaica* Quinctiliano. Juven.

Judaicum ediſcunt & ſervant, ac metuunt jus.

Judenburgum, urbs Germ. in Stiria ſup. ad Muram flu. quibuſdam *Sabantica* antiquorum, in Norico, 9. mill. à Græcio in occ. & 2. à confin. Carinthiæ, ſub dom. Auſtriacorum.

Ivenna, *Faunſtain*, urbs Carinthiæ infer. in limite Carniolæ, 2. mill. à Volemariâ in auſt.

Ivernia. Vide *Hibernia*,

Ivernis, *Dunkeran*, urbs Hiberniæ in Momonia, Com. Deſmoniæ caput, ad æſtuarium Jerni flu. vulgo *Mair Flud*, 25. mill. ab Oceano, 44. à Corcagiâ, 60. à Caſſilia in Circ. & 70. à Galliva. Long. 08. 42. Lat. 52. 20.

Juſicum, *Saſſoferrato*, op. Umbriæ præcipuum, inter Fabrianum, op. Piceni & Pertiam, 7. m. p. à Foſſato 4.

Juhonum, *Hoye*, Colon. & op. Belg. ad Moſam, inter Leodium & Namurcum urbes.

Julia, *Giuliers*, reg. Germ. infer. Duc. titulo inſignis inter Colon. Agrippinam, & Trajectum ad Moſam.

Julia, *Fidentia* Plinio, vulgo *Burgo di S. Donino*, urbs Gall. Togatæ, ſub ditione Ducis Parmæ in reg. Statu Buxeti dictâ, 15. mill. à Cremonâ in meridiem. Long. 32. 22. Lat. 44. 04.

Julia unda, quænam fuerat, vide Lud. de la Cerda in illud. Virg. Georg. 2.

Quid memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra,

Atque

Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor,
Julia quâ ponto longe ſonat unda refuſo,
Tyrrhenuſque fretis immittitur æſtus Avernis.

Julia Charitas, Bæticæ op. in conventu Aſtigitano. Plin. *Julia fama*, *Julia vicus*, *Julia contributa*, *Julia reſtituta*, *Julia felicitas* ejuſdem Bæticæ opida apud Plin. eodem loco. Plures aliæ *Juliæ* apud Geographos frequenter occurrunt.

Julia, *Giula*, quæ & *Ziridava*, urbs Tranſylvaniæ prope Sarcadium lacum, 20. mill. à Waradino ad merid. & tot. à Segedino in Eurum.

Julia, *Geyl*, flu. Norici per agrum Salisburgenſem fluens.

Julia Cæſarea, olim fol. urbs Mauritan. Cæſar. à Juba rege in honorem Jul. Cæſaris condita, hodie eſt *Tenez*, urbs regni Algerii in orâ maris Mediter. 125. mill. ab Algerio in occ. & ferè 90. à Quiza in ort.

Julia Campeſtris, urbs Maurit. Tingit. mediter. à Lixo 40. mill. paſſ. in ort. *Beni Teudi* Marmolio.

Julia clauſtra, loc. intra Alpes Julias, quo ex Carnis in Noricum tranſitur, *La Chiuſa* vulgo.

Julia fama, op. Hiſp. Bæt. ad Anam flu. in Luſitaniæ confin. *Seria* Floriano.

Julia Libyca, vulgo *Llivia*, op. Com. Ceretaniæ in Catalonià ad Sicorim flu. 15. leuc. à Perpiniano in occ. & 1. à Jugo Ceretanorum, ſeu *Puygſerda* in ort. in confin. Galliæ.

Julia Myrtilis, *Mertola*, op. Luſitaniæ trans Anam flu. verſus confin. Algarviæ, 25. leuc. à Pace Auguſta in auſt. 3. autem à Sylvi in ort. Long. 12. 25. Lat. 37. 52.

Julia Nova, op. regni Neapol. in Aprutio ulter. & in ora maris Adriatici, 20. mill. ab Aſculo Piſeno in ort. & 18. à Penna in Bor.

Juliacenſis Ducatus, prov. Germ. infer. inter Rhenum ad ort. & Moſam ad occ. Rurâ flu. in duas partes dividitur, ſubeſtque Duci Neoburgenſi è familia Bavaricâ. Terminatur à Sept. Gueldriâ ſuper. ab ortu Diœceſi Colonienſi, ab occ. Duc. Limburgenſi, è merid. Eyſalia, & Diœceſi Trevirenſi. Ejus primaria eſt Juliacum, vulgo *Gulick*, inter Colon. Agrippinam 6. & Trajectum ad Moſam ad occ. 8. leuc. ab Aquiſgrano in Cæc. 4. Long. 27. 55. Lat. 50. 54.

Julienſes, Carnorum pop. in Italiâ, in Julio Carnico ad radices Alpium.

Julinum, *Wallin*, op. Pomeraniæ, 3. mill. ab ora maris Baltici in merid. & 7. à Stetino. Long. 37. 20. Lat. 54. 10.

Juliobona, urbs Normanniæ, vulgo *Honfleur* aliis autem *Lillebonne*, urbec. prope Sequanæ æſtuarium, 6. leuc. à Portu Gratiæ in ort. & 8. à Rothomago in Cæc. Long. 21. 30. Lat. 49. 20.

Juliobona, urbs Pannoniæ ſuper. ad Danub. Auſtriæ caput. Vide *Vienna*.

Juliobriga, op. Cantabrorum, nunc quibuſdam eſt *Fuente d' Ebro*, vic. ad fontes Iberi flu. Al. autem eſt *Val de Vieſſe*, vic. ad Iberum, 5. leuc. ab ejus fontibus in ort. & in Caſtella veteri, 20. leuc. à Logunno in occ. Long. 18. 10. Lat. 43. 30.

Juliodunum, *Loudun*, urbs Galliæ in Pictavienſi prov. 6. leuc. à Salmurio in auſt. 10. à Pictavio in Bor. & 18. ab Ambacia.

Juliola, op. Sardiniæ, nunc *Caſtro Doria*, in orâ occident. 10. mill. à Tibula in Sept. verſus Fretum Taphros, Cluverio teſte.

Juliomagus, *Andes* Cæſari, *Andegavi* Plinio, urbs Gall. Celt. epiſc. ſub Archiep. Turonenſi, inde 30. leuc. in occ. Nannetes verſus 16. Ducatus & Academia, & Andegavenſ. reg. caput, *Angers* vulgo.

Juliomagus, op. Germ. quibuſdam eſt vicus *Pfullendorf*, Cluverio autem eſt *Dutlingen*, op. Sueviæ ad Danub. flu. ditionis Virtemburgenſis, 5. mill. à Scaphuſiâ in Bor. uti 7. à Conſtantiâ, & 7. à Tubinga in meridiem.

Juliopolis, urbs Bithyniæ, quæ etiam *Gordiucome* dicta fuit, hodie *Begaſar*, teſte Caſtaldo.

Julium Carnicum, quibuſdam eſt *Zuglio*, vic. Forojulienſis prov. prope font. Buti amnis, ad rad. Alpium, 4. mill. à Ponte Fellæ in occ. Lazius autem credit eſſe *Pontafella*, op. medium in Foro-Julio, & medium in Carinthiâ ſitum, 6. mill. ab Utino in Bor. & 7. à Villaco in auſt. Long. 34. 59. Lat. 46. 00.

Julium præſidium, *Scalabis* Plin. *Scalabiſcus* Ptol. vulgò *Santaren*, urbs olim clariſſima Luſitan. & conventus multarum urb. nunc op. ampliſſimum ad Tagum, ab Ulyſſipone 13. leuc. in ort. Toletum verſus. Al. eſt *Trugillo*, urbs Luſitan. in Extremadurâ. Long. 11. 30. Lat. 39. 05.

Juncaria, *Junquera*, op. Cataloniæ ad rad. M. Pyrenæorum, inter Helenam ad Bor. & Gerundam ad meridiem, 3. leuc. ab orâ maris Mediterranei. Long. 25. 00. Lat. 43. 25.

Junna, *Juin* Ortelio, flu. Gall. Celt. qui ex Burgundiæ Duc. per Senonas in Sequanam flu. defertur.

Junonia major, inſ. una ex Fortunatis, vulgo *Forteventura*, una ex Canariis inſ. maxime ad ort. extenſa. Dicta fuit etiam Herbania, Sanſone teſte, 12. leuc. ab orâ Africæ & 16. à Canariâ inſulâ.

Junonia minor, altera ex inſ. Fortunatis, vulgò *Lancerotta*. Diſtat 6. leuc. à Junonia majori.

Junonis Ara, prom. Hiſp. Bæt. *Cabo Trafalgar*, in ora Occident. Vandalitiæ, ubi incipit Fretum Herculeum. Diſtat 9. leuc. à Gadibus in merid. & 10. à Calpe in occ.

Junonis Laciniæ templum, loc. erat in ora M. Græciæ inter Crotonem urb. & Lacinium promont. *Nao* & *Manna* Gabrieli Barrio dicitur.

Junonis promont. hodie *Capo Giallo*, teſte Nardo, prom. Peloponneſi in ora ſin. Corinthiaci, contra Sicyonem urb.

Junonis ſacrum, ſeu *templum*, prom. Melitæ inſ. *S. Maria di Corte*, teſte Quinctino Heduo.

Junopolis, Ponti Paphlagonici urbs in Aſia min.

Junxus, flu. Maurit. Tingit. apud Melam qui eum proxime Lixum urb. ſtatuit. Long. 62. 50. Lat. 45. 00.

Ivodium, *Tvois*, op. Belg. in Duc. Lucemburgenſi. Long. 26. 35. Lat. 49. 33.

Ivollum, *Vylack* Lazio, op. Pannon infer. inter Teutoburgum ad Bor. & Bononiam ad auſt. quanquam à quibuſdam juxta Dravum ponatur, ſub Dom. Turcarum.

Jura, inſ. Scotiæ, Hebridum una, ad Boream Hylæ inſ.

Jura, ſeu *Juraſſus*, mont. Gall. Lugdunenſ. Varia pro locorum diverſitate ſortitur nomina ab Helvetiis & Germanis. A Sept. Rhenum uſque porrigitur, & à merid. Genevam, atque Breſſiam prov. attingit.

Juſtiniana prima, quæ nunc *Locrida*, urbs eſt ampla in excelſo colle, ad lac. in Macedonia, ubi alias Daſſaretæ, in Pelaſgonia tractu; ſubeſtque dom. Turcarum. Ibi natus Juſtinianus Imperator.

Juſtiniana ſecunda, ſeu *Ulpianum*, urbs Mœſiæ ſuper. in confin. infer. longè à Macedonia in arctos, 50. mill. à Scupi in Bor. 60. à Sophia. Nunc *Vulpia* dicitur, ſub. dom. Turc. & 40. mill. diſtat à Danubio flu. in meridiem.

Juſtiniana tertia Chalcedon, urbs Archiep. Bithyniæ in orâ contra Byzantium, teſte Curopalate, dicta eſt.

Juſtinopolis, urbs Iſtriæ primaria, *Capo d' Iſtria*, 24. mill. diſtat à Parentio in Bor. & 10. à Tergeſte in auſt. ſubeſtque dominio Reip. Venetæ. Long. 36. 26 Lat. 45. 31.

Jutia, *Jutland*, alias Cimbrica Cherſoneſus, reg. ampla Daniæ regni, & in modum peninſ. extenſa à merid. in Sept. & tantum continenti juncta verſus auſt. ubi terminatur à Germaniâ. Ab. occ. habet mare Germ. ad Bor. & ort. ſin. Codanum, ſeu mare Balticum. Dividitur in Septentrionalem & Meridionalem. Septentrionalis dividitur in quatuor partes, viz. in Ripenſem, Arhuſienſem, Alburgenſem, & Viburgenſem, ubi ſunt urbes cogn. Meridionalis, quæ & Duc. Sleſvicenſis, dividitur in ſeptem partes, ſed pars ejus meridion. ſubeſt dom. Ducum Sleſvicenſ. è familia regnum Daniæ.

Juturna, fons & lacus Parvus Latii apud Numicium flu. *Treglio* nunc, teſte Gyraldo. Item fons Romæ in Velabro.

Juvavia, vel *Juvavium*, *Pædicum* Ptol. eſt *Salzburg*, urbs ampla Bavariæ ad amn. cogn. 12. mill. à Lintio in Circium, quot à Paſſaviâ in merid. Long. 35. 31. Lat. 47. 41.

Juverna. Vide *Hibernia*.

K.

Kerrienſis Comitatus, Com. Hiberniæ in Momoniâ prov. cujus cap. Ardatum. Habet ad Arctos Connaciam, & ad auſt. Deſmoniæ Com. eſtque juxta Oceanum Occid.

Kildaria, urbs Hiberniæ in Lageniâ reg. Epiſc. ſub Arch. Dublinienſi, Com. cogn. caput, 25. mill. à Dublino in occ. & 50. à Waterfordiâ in Bor.

Kilkennia, urbs Hibern. in Lageniâ, Com. cogn. caput, ad Nitram flu. 50. mill. à Dublino, 20. à Caſſiliâ in ort. & 28. à Waterfordiâ in Bor.

Kilmalocum, urbs Hibern. in Momoniâ prov. & Com. Limericenſi, Epiſc. ſub. Arch. Caſſilienſi, 18. mill. à Limerico in auſt. & 28. à Corcagiâ in Bor.

Kilmoria, urbs Scotiæ in Knapdaliâ prov. ad lacum, ſeu æſtuarium *Fynn*, eſtque Epiſc. ſub Arch. Glaſcovienſi, 15. mill. à Stephanodino in auſt. & 32. à Dunbrittonio in occ.

Kinſalia, *Kinſale*, urbs Hibern. in Momonia prov. & in Com. Corcagienſi, Gaudet portu capaci, eſtque Epiſc. ſub Arch. Caſſilienſi, 15. mill. à Corcagia in meridiem.

Knapdalia, prov. Scotiæ verſus occ. inter provincias Lormam ad Bor. & Cantieram ad auſt.

Konisberga, Pruſſiæ Duc. urbs primaria. Vide *Regiomons.*

Labeatis,

L.

Labeatis, lacus Dalmatiæ apud Scodram urb. quam Livius lib 44. describit. *Lago di Scutari* hodie dicitur.

Laberus, op. fuit Eblanorum in Hibernia, sed quid sit nunc, non constat. Alii enim opinantur esse *Kildare*, & al. *Killair*, seu *Kellean* in Mediâ prov. ad amnem Bovindam.

Labicum, Italiæ opidum, nomen ejus quod attinet, cum Græcorum β utramque Latinorum literam b & u valeat, promiscuè per has scriptum id reperias apud diversos, vel interdum etiam in iisdem auctoribus. Singulari num. juxta cum Strabone habet Silius lib. 12.

— —— *Campos ingressus & arva Labici.*

Idem lib. 5.

——*Veterem bellare Labicum.*

Sic vocat, quod hoc temporis eversum, minimeque quod olim florens. Strabo lib. 5. Τῷ παλαιῷ Λαβικῷ, κλίσιαι καλεῖσθαι δοκοῦσι. At eidem Silio, & reliquis Latinis auctoribus pl. num. adpellatur. *Habiles ad aratra Labici.* Virgil. lib. 7.

Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Opidani *Labicani*. Mart.

Labicana levi cespite velat humus.

Long 36. 45. Lat. 41. 40. Leander *Valmontonem* appellat. Cluverius vero *Zagarollum*.

Labieni castra, quæ Cæsar in Comment. describit, ubi nunc *Lobiense monasterium*, teste Leodio, pagus Belgii in Hannoniâ.

Labinius, *Lavino*, Gall. Tog. flu. inter Bononiam & Mutinam occurrens, apud quem Triumviratus inter Octavianum M. Antonium & Lepidum firmatus est.

Laboriæ, campi fertilissimi circa Capuam, Cales, Calenum, & Sinuessam. Vulgò *Terra di Lavoro*. Vide Plin. 9. 11. & 17. 4.

Labyrinthus, locus multis viarum ambagibus inflexus. Quatuor autem præcipuos fuisse Labyrinthos docet Plin. 36. 12. Creticum à Dædalo factum. Ægyptium Psammetichi opus. Lemnium columnarum nitore insignem, ac Italicum a Porsenâ Hetruscorum rege, sepulchri causâ extructum. Ægyptium Labyrinthum sic Mela describit. 1. 9. *Psammetichi opus Labyrinthus, domos ter mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus, ac tectus, unum in se descensum habet, intus pene innumerabiles vias, multis ambagibus, huc & illuc remeantibus, sed continuo anfractu, & sæpè revocatis porticibus ancipites. Quibus subinde, alium* "*super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno & inexplicabili errore perplexus est.* Multi quidem de hoc Ægyptio Labyrintho agunt, nemo tamen diligentiùs Plinio, qui illum *portentissimum humani impendii opus* appellat. Vide Voss. ad Melam pag. 56. *Labyrinthum Creticum* sic exprimit Virg. lib. 5. Æn.

Ut quondam Cretâ fertur Labyrinthus in altâ
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum, quâ signa sequendi
Falleret indepreusus, & irremeabilis error.

Ubi Servius: *Labyrinthus locus apud Cretam factus à Dædalo, perplexus parietibus, ubi Minotaurus inclusus est, ex Pasiphae, & tauro genitus.* Eust. Λαβύρινθος, αὐλαῖον Κρητικὸν ὑπόγαιον ἢ καὶ πολυέλικτον. Suidæ & Hesychio Κοχλιοειδὴς τόπος dicitur. Hinc *Labyrintheus*. Catul. in Argon.

Nec Labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti frustaretur & inobservabilis error.

Lacedæmon, hodiè *Misitra*, clarissima Peloponnesi totius urbs, alio nomine *Sparta* dicta, Lycurgi olim legibus optimè instituta. Vide Nicol. Cragium de Reb. Lacedæmoniorum. Populi *Lacedæmonii*, apud quos furtum non modo permissum, sed & commendatum scribit Gellius 11. 18. Notandum hoc loco quòd pleræque gentes furtum probarunt, & gloriæ locum duxerunt, quod alioquin ignominiæ est. Plut. in Mario de Hispanis ait fuisse apud illos Λακεδαίμονα κάλλιστον. Idem in vitâ Pompeii de ipsis Romanis, qui χρήμασι δυνατοὶ, καὶ γλίσχροι λαμβάνειν, sese piratis adjunxisse Ὡς καὶ δόξαν τινὰ καὶ φιλοτιμίαν τὸ ἔργον φέρον. Herod. de Scythis lib. 4. Ζῶσι δ' ἀπὸ λητης τε καὶ πολέμου. Ubi sicut bellum gloriosum, ita & raptus. Ovid. de Getis.

Qui nisi de rapto vivere turpe putant.

Thucyd. lib. 1. de in continente degentibus, marique vicinis, nec non insularibus. Περαιτέρω τε πόλεσιν ἀτειχίστοις, καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις ἥπαξ (Scholiastes ἐλήστευον) ἐκ ἔχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου τὸ ἔργον φέρον τι καὶ δόξης μᾶλλον. Dicuntur etiam *Lacedæmones*, qui juventutem laboribus ac duritiâ optimè erudiebant. Corn. Nepos in Alcibiade de Laced. *quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur* Horatius:

Me nec tam patiens Lacedæmon.

Inde *Severa Lacedæmon* Cic. 2. de LL. Vide Lambinum ad Horat. loc. prædictum. Hesychius: Λακεδαίμων ἡ Σπάρτη, καὶ ποτὲ μὲν ἡ Πελοπόννησος, ἡ χώρα πᾶσα· ποτὲ δὲ πόλις ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ. Not. hic mulieres hujus loci fuisse valde delicatas. Claud. de B Getico:

Scilicet Argolicas, Ephyreiadasque puellas
Cæperat & pulchras jam fastidire Lacænas.

Musæus in Amoribus Herûs & Leandri:

Λακεδαίμονος ἔδρακον ἄστυ
Ἦχι μόθον καὶ ἄεθλον ἀκόμπῳ ἀγλαΐαων.

Oraculum, quod in proverbium postea iit:

Ἵπποι Θεσσαλικοὶ Λακεδαιμόνιοι δὲ γυναῖκες.

Unde εὐπάρθενον Lacedæmona vocat Nonnus Bassaricon lib. 43. Nummo coriaceo utebantur. Sen. Ben. 5. *Corium formâ publicâ percussum quale apud Lacedæmonios fuit.* Nic Damasc. Νομίσματι χρῶν ᾧ πυτίνῳ. Item *Lacedæmon* Cypri urbs mediterranea. Steph.

Laciburgium, op. Germ. in Pomerania, apud ost. Oderæ flu. *Lazenitz* Willichio. Long. 36. 38. Lat. 53. 30.

Lacinium, promont. Magnæ Græciæ Crotoni urbi finitimum, à *Lacinio* latrone, quem Hercules interfecit. Ibi templum erat Laciniæ Junonis. Ovid. Met. 15.

Italiam venit, præterque Lacinia templa
Nobilitata Deâ.——

Dionysius de situ Orbis vers. 371.

Ἔνθά κεν εἰσὴν ἰδυίο Λακινιάδος δόμων Ἥρης.

Virg. lib. 3. Æn.

Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
Cernitur, attollit se diva Lacinia contra.

Strab. lib. 6. Λακίνιον Ἥρας ἱερὸν πλησίον ποτὲ ἱδρύσαν, καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν. Liv. lib 22. *Nobile templum Lacinium Junonis sanctum omnibus circa populis.*

Laconica, quæ & Lacedæmon, reg. Peloponnesi in orâ Australi. Pop. *Lacones*, qui infames apud antiquos: Hesychius: Λακωνίζειν, παιδίοις χρῆσθαι. Idem: Λακωνικὸν πόθον, τὸ παρέχειν ἑαυτὸν ξένοις, ἥκιστα δὲ φυλάττουσι Λάκωνες τὰς γυναῖκας. Hinc Lacænus. Virg. Georg. 2.

——*Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.*

Et Λάκαινα κόρη apud Theogn. *Laconicus sinus*, *Golfo di Colochina* Castaldo.

Lactodarum, Angliæ op. *Bedford* nonnullis; aliis *Stony-Stratford*.

Lade, ins. maris Ægæi, ante Miletum Steph. Hanc in duas parvulas insulas scindi scribit Pausanias, & earum alteram Asterii insulam dici. Idem Paus. in Att. Ἔστι δὲ Μιλησίοις πρὸ τῆς πόλεως Λάδη νῆσος. Strab. lib. 14. πρόκειται δὲ ἡ Λάδη νῆσος πλησίον.——

Landoga, lac. totius Europæ amplissimus, pro maj. parte in Suecia, in Keckholmiâ prov. partim in Moscoviâ reg. & in prov. Novogardiæ majoris. In Finnicum fin. se exonerat, mediante Nievâ flu. & ovi fere specie 36. mill. Germ. long. & 20. latitudinem habet.

Ladon, flu. Arcadiæ; juxta quem poetæ fabulantur Syringa nympham in arundinem fuisse commutatam. Hujus meminit Dionysius vers. 417.

Ἦχι καὶ ὠγύγιος μικρὸς ὕδασι Λάδων.

Callimachus *magnitudinem* huic fluvio tribuit, uti *longitudinem* Dionysius. Sic enim ille Hymn. 1.

Λάδων αὖλ' ὅπως μέγας ἐρρέων.

Vide Strabo lib. 1. & 8. Hujus *pulchritudinem* commendat Pausanias in Arcadicis. *Rapacitatem* Ovid. Fast. 2.

Quique citis Ladon in mare currit aquis.

Et alibi:

Arcades hunc Ladonque rapax.——

Claud. Stil. 1.

Plurima Parrhasius tunc inter corpora Ladon
Hæsit.——

Hesych. Λάδων, πόλεμος Ἀρκαδίας. Hinc *Ladogenes* & *Daphne*, Ladonis filia. Idem Λαδωγενὴς, ἡ Ἀφροδίτη, ὅτι ἐπὶ τῷ ἐν Ἀρκαδίᾳ πολέμῳ Λάδωνι ἐγωνίσθη. ubi leg. ἡ Δάφνη. Ea enim fil. Ladonis dicitur Lycophroni, Pausaniæ in Atticis, nec non Homeri Scholiastæ. Vide Palæphatum in *Ladone*.

Læstrygones, pop. immanissimi, Formias Campaniæ urbem incolentes, quos Plin. lib. 7. tradit humanâ carne victitasse. Tibullus ad Messalam de Ulysse:

Incultos adiit Læstrygonas.——

Hom. 10. Odyss.

Ἰφθιμοι Λαιστρυγόνες.

Mox:

Οὐκ ἀνδρήιοι εἰσὶν ἐοικότες ἀλλὰ γίγασι.

Gell. 15. 21. *Ferocissimos & immanes Neptuni filios aiunt,*

ut Læſtrygonas & Cyclopas. Inde apud Horat. *Læſtrygonia amphora*, pro Formiana.

Lagenia, Leinſter, pars Hibern. verſus orient. porrecta, ſub qua novem ſunt Com. viz. Caterloghenſ. Dublinenſ. Kildarienſ. Kilkennienſ. Media occid. & orient. Com. Reginæ, Com. Regis, & Com. Vexfordienſis. Terminatur ab ort. mari Hibernico, ab occ. Connacia, à Sept. Ultonia & à merid. Momonia.

Laletini, Hiſp. pop. *Leætani* Ptol. *Letani* Strab. Hi poſtea *Gotholani* dicti fuere, nunc corruptè *Catalauni*, Tarapha teſte. Horum reg. *Laletania*. Mart. 1. 15. inde *Laletanum vinum* à Plin. 14. 6. magis copia, quam bonitate commendatur. Mart. 7. 52.

Et Laletanæ nigra lagena ſapæ.

Idem 1. 27.

A Caupone tibi fæx Laletana petatur.

Lampetiæ, op. Brutiorum marit. in orâ Calabriæ citer. *Lo Cetraro* Gabr. Barrio, *Clampetia*, vel *Dampetia* Plinio. Vide omnino Voſſ. ad Melam p. 168.

Lampeus, mons Arcadiæ. Plin. 4. 1. *Lampia* Straboni, & Pauſaniæ, item Statio lib. 4. Theb.

———*Candenſque jugis Lampia nivoſis.*

Item *Lampia* flu. ex eo monte naſcens, & op. Arcadiæ.

Lampſacus, Lampſacum Ciceroni. Sic enim ille Act. 3. in Ver. *Opidum*, inquit, *in Helleſponto eſt Lampſacum inprimis Aſiæ provinciæ clarum, & nobile: homines autem & ipſi Lampſaceni, tum ſummè in omnes cives Romanos officioſi, tum præterea maximè ſedati, & quieti, prope præter cæteros ad ſummum Græcorum otium potius, quam ad ullam vim aut tumultum accommodati. Lamſicho* Sophiano & *Lepſeck* Turcis, teſte Leunclavio, olim Pityuſa, teſte Plinio. Hic Priapus colebatur. Ovid. Triſt. 1. 9.

Et te ruricolâ, Lampſace tuta Deo.

Dicta eſt à *Lampſace* quâdam ejus loci puellâ. A Phocenſibus condita, ut quidam volunt, vel, ut alii, à Priapo. Strabo lib. 3. urbem clariſſimam nobili portu eſſe ait, & templo matris Deûm inſignem. Generoſo vino abundavit, quo nomine Themiſtocli à Perſarum rege per benevolentiam donata eſt. Hinc *Lampſacenus* & *Lampſacius*. Mart. lib. 10.

Nam mea Lampſacio laſcivit pagina verſu.

Idem 10. 52.

Quantam Lampſaciæ colunt puellæ.

Lancaſtria, Lancaſter, op. Angl. ad flu. Lumæ oſt. in Com. Lancaſtriæ, & in orâ maris Hibernici, med. inter Carleolum ad Bor. & Ceſtriam ad auſt.

Landava, Landaffe, ubs Walliæ Auſtralis in Com. Glamorganenſi, Epiſc. ſub Arch. Cant. ad amnem Tavum 1. mill. ſupra Cardiffam. Long. 16. 47. Lat. 51. 52.

Landavia, Landaw, urbs Germ. Imp. in Alſatiâ infer. in confin. Palatinatus Rheni, 4. leuc. à Spirâ in occ. quot à Rheno flu. Long. 35. 00. Lat. 48. 35.

Landſhutum, urbs Bavariæ infer. ad Iſaurum flu. 20. mill. à Friſingâ in ort. & 30. à Ratiſpona in merid. Long. 34. 51. Lat. 48. 24.

Langia, ſeu Peloponneſi ex Nemeæâ ſylva in ſin. Corinthiacum fluens. Stat. 4. Theb.

Hæc quoque ſecretâ nutrit Langia ſub umbra.

Lanuvium, urbs olim, nunc pagus Latii in viâ Appiâ, ab urbe Româ 16. m. p. diſt in agro Laurente. Hinc *Lanuvinus*. Horat. 3. 27.

———*Ab agro*
Rava decurrens lupa Lanuvino.

Ovid. Faſt. 6.

Et populus Laurens Lanuviumque meum.

Vide Propertii Commentatores in illud lib. 4. eleg. 8.

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis.

Et eleg. ſequent.

Lanuvii ad portas hei mihi ſolus eram.

De *Lanuvii* & *Lavinii* differentiâ, vide Sigon. in Liv. lib. 8.

Laodicea, Laudicha, urbs ampla Syriæ ad Orontem flu. 18. mill. ab Emiſſa in merid. & fere 100. à Damaſco in Bor.

Laodicea, urbs Syriæ in ora maris Phœnicii, inter Heracleam ad Bor. & Gabalam ad merid. ad rad. M. Caſii 30. mill. ab Antiochia in occ. & 35. ab Apamæa in Cæc.

Laodicea, urbs Aſiæ min. inter Tralles ad occ. & Apamiam ad Eurum. 50. mill. utrinque 170. à Magneſiâ in ort. Long. 57. 30. Lat. 39. 58.

Lapithæ, populi Theſſaliæ, Pindum & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Hi primi omnium frœnos, & ſtrata equorum creduntur inveniſſe. Virg. Georg. 3.

Frœna Pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Lucan. lib. 6. de equo Scyphio:

Spumavitque novis Lapithæ domitoris habenis.

A Lapithâ Apollinis & Stilbes nymphæ filio ſic dicti.

Laranda, urbs Lycaoniæ, 50. mill. ab Iconio, 118. ab Anazarbo in occ. juxta fontes Cydni flu. Long. 64. 49. Lat. 49. 35.

Larinum, Larino, urbs regni Neapolitani in confin Capitanatæ prov. prope Frentonem amnem. 40. mill à Benevento in Bor. Pop. *Larinates*. Silius lib. 15.

Quaque jacet ſuperi Larinas accola Ponti.

Lariſſa, nomen multarum civitatum. Stephanus duas Cretæ *Lariſſas* facere videtur, item duas Theſſaliæ, unam ad Peneum, alteram in confinio Macedoniæ. Alia eſt cujus Hom. meminit, quam Λάρισαν ἐκτεώλάκη vocat. Sed quænam ſit Homerica illa Lariſſa ambigitur, teſte Geographo lib. 8. Qui vero de Theſſaliæ Lariſsâ accipiunt, Horatii locum inferius producendum, eo refelli videntur, quòd ſuperius dixerit *Theſſala Tempe*. Alia Æolidis juxta Cumam, alia Syriæ, alia Lydiæ. Eſt & parva reg. in Oſsâ. Strabo vicum Epheſi eſſe ſcribit, ubi Apollo *Lariſſenus* colebatur. Alioqui à *Lariſſa* fit *Lariſſæus*. Ut *Lariſſæus Ulyſſes* apud Virg. Æn. 2. Horat. Car. 1. 7.

———*Me nec tam patiens Lacedæmon,*
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ.

Lariſſa potens Lucano lib 6. Apud eundem lib. 7. Pompeio omne auxilium profugo offert, verſ. 712. *Mœnia Lariſſæa* Catullo in Argon.

Larius lacus, totius Italiæ ampliſſimus, quem à Como vicino op. nonnulli appellant Comenſem. Sic dictus à fulicarum multitudine, quos Græci λάρους vocant. Hodiè *Lago di Como* Italis. Quem elegantiſſimè deſcripſit integro libello P. Jovius. Virg. Georg. 2.

Anne lacus tantos, Te Lari maxime.———

Lege Plinium lib. 2. cap. 103. qui etiam lib. 3. cap. 19. *inclytum* vocat. Hujus lacûs effuſæ laudes in Epiſt. alterius Plinii lib. 2.

Latium, Straboni proprie eſt ea Italiæ pars, teſte Plinio 3. 5. quæ inter oſtia Tiberis, & Circeios interjacet, mill. paſ. quinquaginta in longitudinem non excedens, quod poſtea prolatis imperii terminis, Antiquum Latium eſt appellatum. Novi vero Latii tractus ad Vulturnum uſque amnem extenditur, dividiturque in Latium citerius, & ulterius. Prius à Tiberis ripâ Fundos uſque protenditur. Poſterius à Fundis uſque ad Vulturnum. Sic dictum putatur, quod illic latuerit Saturnus, cum Jovem fugeret. Virg. Æn. 8.

Primus ab æthério venit Saturnus Olympo,
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Ovid.

Dicta fuit Latium terra latente Deo.

Ipſemet Saturnus lib. 1. contra Symmachum.

———*Placet hic fugitivus & exul*
Ut maneam; genti atque loco Latio dabo nomen.

Minut. Felix. *Itaque latebram ſuam, quod tutò latuiſſet, vocari maluit Latium.* Cyprianus de Idololatrarum vanitate. *Latium de latebra ejus nomen accepit.* Varro autem ſentit dici Latium, quod Italia lateat inter præcipitia Alpium & Apennini. Sic veteres de Latii nomine. Quanto melius autem his Bochartus, qui de nominis hujus notatione ſic diſſerit. Circen, inquit, fuiſſe veneficam, adeoque vicinas terras, Latium puta, & Tyrrheniam ſcatere herbis veneficis veteres conſtanter docent. Æſchylus in Elegiis:

Τυῤῥηνῶν ἠπειρον φαρμακοπειδν ἔθνος.

Theoph. Hiſt. Plant. 9. 15. Φαρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι μάλιστα μὲν ἔξω τῆς Ἑλλάδος οἱ περὶ Τυῤῥηνίαν, καὶ τῆς Λατίνων. Ariſtot. in Mirabil. Λέγεται δὲ περὶ τῆς Ἰταλίαν ἐν τῷ Κιρκαίῳ ὄρει φάρμακόν τι φύεσθαι δανάσιμον. Itaque tam Circes fabula, quæ ſuis incantamentis fertur immutaſſe rerum ſpecies, quàm quod φαρμακώδεις volunt fuiſſe Latinum ſolum, confictum videtur à Phœnicibus, qui *Latium* & *Latinos* dici putaverint ἀπὸ τῆς φαρμάκων *ab incantationibus*, quia Phœnicio ſermone לט *Lat*, cujus plurale לטים *Latim*, vel *Latin* eſt *incantatio*. Hinc *Latius*, & *Latialis*, *Latinus*, & *Latinienſis*. Hodie *Campagna di Roma*.

Latmus, mons Cariæ non procul à Mileto, vide *Endymion*. Item nomen inſ. apud Thucyd. lib. 3. ſed legendum Πάλμος ibi monet Palmerius.

Latobrigi, pop. Gall. Belg. inter Allobroges & Helvetios. Quorum regio *Lauſanne* hodie Marliano, *Cleckgow* vero Scudo.

Lavinium, ſeu *Lavinum*, urbs Latii ab Ænea condita, & nomine Laviniæ uxoris ita appellata, hinc *Lavinus*. Virg. Æn. 1.

Italiam

Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Littora. Inde Prop.
Factaque Lavinis mœnia litoribus.
De differentiâ inter *Lanuvium*, & *Lavinium*. Vide Dauſqu. ad Silium p. 546.

Laumellum, urbs Inſubriæ, Anton. *Lamello* Leandro: Meminit ejus quoque Marcellinus. Hodie pagum eſſe ſatis contractum ſcribit Merula.

Laura, Siciliæ civitas Iſac. in Lycophr. Item Alexandriæ Ægypti vicus. Athen.

Laurentum, civitas Latii, Pici regis opus, non procul à Lavinio, ita dicta à ſylvâ *laureâ* eo in loco cum conderetur, inventâ. Pop. *Laurentes*. Apris hic tractus præcipuè abundavit. Virg. Æn. 10.

Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper, multos Veſulus quem pinnifer annos
Defendit, multoſque palus Laurentia, ſylvâ
Paſtus arundineâ. Horat. Sil. 4. lib. 2.
Nam Laurens malus eſt, ulvis & arundine pinguis.
Mart. 9. 49.
Inter quæ rari Laurentem ponderis aprum
Miſimus, Ætolâ de Calydone putes.
Qui poeta etiam ranas in iiſdem paludibus notavit, 10. 37.
———*Laurentino turpes in littore ranas.*

Lauretum, *Loreto*, urbs Piceni, inter Recinetum & oram maris ad 3. m. p. ab Ancona 15. in merid.

Lauriacum, *Lorch*, vic. Auſtriæ ſup. ad Danub. flu. 3. mill. infra Lentiam, & 1. tantum ab Aniſo, 22. à Vienna in occ.

Laurion, locus Atticæ, ubi argentum fodiebatur. Thucyd. lib. 2. 6. & Plut.

Lauron, Hiſp. Tarracon. urbs. Plut. in Sertorio; hodiè *Laurigi*, in regno Valentiæ.

Laus, urbs Lucaniæ. Steph. Item op. & flu. Brutiorum in Lucaniæ confin. Vide Cluv. Ital. Ant. pag. 1262.

Laus Pompeia, urbs Inſubriæ. Plin. *Lodi* hodiè.

Lauſonium, urbs ad Lemanum lacum. Anton. *Lauſanne* vulgò dicta. Long. 28. 18. Lat. 46. 04.

Lawenburgum, op. Saxon. infer. ad Albim flu. 7. leuc. ab Hamburgo in ort. & 5. à Lubeca in auſt.

Lawenburgum, op. Bomeraniæ, 8. leuc. à Gedano in occ. 2. à lim. Pruſſiæ prov. & 3. ab ora maris Baltici in auſt.

Laxta, Celtiberorum in Hiſp. urbs Ptol. *Hita* Moletio. Al. eſt vicus Caſtellæ Novæ, *Tragazete* dict. in confin. Aragoniæ, ad fontes Sueronis flu. 6. leuc. à Loleto in occ.

Leanitæ, Arab. fel. pop. ad ſin. Arabicum Ptol. Ita Ortel. Sed *Leanitis* ſinus, in Perſico ſinu eſt, ibique *Leanitæ* pop. in ora incolentes, quorum reg. *Elcatif* Caſtaldo.

Lebadea, urbs Bœotiæ apud Cephiſum fluvium. Stat. Theb. 7.
Et valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo.———

Lebedus, Ioniæ civitas, à Colophone 120 ſtad. diſtans. Hic ſcenicorum hiſtrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant.
An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?
Scis Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicus:———
Long. 55. 20. Lat. 39. 00.

Lebui, pop. Italiæ, quos Livius in Cenomanis inter Brixiam & Veronam deſcribit, ex quo errore G. Merulæ patet, eos eoſdem cum Lebeciis Polybii facientis.

Lebynthus, vel *Lebinthus*, inſula maris Ægæi, una Cycladum. Ovid. Met. 8.
Dextra Lebynthus erat, fœcundaque melle Calymna.
Mela 2. 7. in cenſu Sporadum. *Niſyros*, *Lebynthos*, *Calydna*. Plin. 4. 17. *Coraſiæ Lebinthus*, *Leros*, Strabo lib. 10. Ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργὸς καὶ Σπουσάδων, Δίκαιθος καὶ Λεβίνθος. Nomen eſt à lateribus. Latet enim Ebraicè לבנה *lebena* dicitur, Chaldaicè, & Syriacè לבינתא *lebentha* vel *lebentho*.

Lechæum, portus Corinthi ad ſinum Criſſæum ſive Corinthiacum. *Leſteiocori* Moletio. Statius:
Curva Palæmonio ſecluditur unda Lechæo.
Idem:
Ab Iuno fert ſemita recta Lechæo.
Propert. 3. 19.
Deinde per Ionium vectus cum feſſa Lechæo
Sedavit placidâ vela phaſelus aquâ.

Lectum, prom. Troadis, inter Troadem urb. ad Bor. & Aſſum prom. & urb. ad ort. *Scorpiata* Sophiano.

Ledrenſis urbs, hodiè *Nicoſia* Sophiano, urbs Archiep. Cypri in ora Bor. quæ *Leucathea*, & *Leucoſia* Græcis dicitur.

Ledus, *Le Lez*, amnis Occitaniæ. Oritur 3. leuc. ſupra M. Peſſulanum; deinde ipſam urb. rigans, paulo infra ad Latarum caſtrum in ſtagnum Volcarum, ſeu Magalonæ ſe exonerat.

Leges, Aſiæ pop. qui unà cum Gelis habitant ad Hyrcanum mare. Plut. in Pompeio.

Legia, flu. oritur in Arteſiæ Com. dein per Flandriam decurrens, juxta Gandavum in Scaldim ſe exonerat.

Legio ſecunda Auguſta, Britanniæ op. Ptol. vulgò *Leskerd*. Item urbs in litore Mauritaniæ Cæſarienſis. Plin.

Legio ſeptima, quæ & Germanica, urbs Hiſp. Tar. in finibus Aſturum, vulgò *Leon*.

Legio decima Germanica, in Pannoniâ ſuperiori eſt juxta Danubium. Ptol.

Legio Auxiliatrix, opidum olim Pannoniæ infer. ad Danubium, vulgò *Scambri*, nunc pagus apud Budam veterem, teſte Ant. Bonfinio.

Legiodunum, pag. Inſubriæ apud Oram lacus Verbani, ab Anglerià 8. m. p. à Vareſio 12. à Mediolano 42.

Legionenſe regnum, pars Hiſp. ad Bor. inter Caſtellam ad ort. & Gallæciam cum Portugallia ad occ. In duas partes Durio flu. ſcinditur. Ejus primaria eſt *Legio* vulgò *Leon*.

Legionum urbs gemina, una Silurum in Cambriâ & Monumetenſi Com. ad Uſam flu. nunc *Caerleon*. Alia Cornaviorum in Anglia ad Devam flu. nunc *Cheſter*, Com. cogn. caput.

Leiceſtria, quæ & *Legeceſtria* & *Leogora* quibuſdam, vulgò *Leiceſter*, op. Angl. Com. cogn. caput, ad Sturam flu. 13. mill. à Nottinghamia in auſt. & tot. à Coventriâ in Eurum.

Leleges, Aſiæ pop. origine Græci, ita dicti quaſi λελεσμένοι, eò quod diverſis è locis collecti eſſent, quòd Euſtathius indicat, & Strabo lib. 7. Hi primùm inſulas tenuerunt; indeque in continentem tranſgreſſi, partim in Myſiâ ad Adrymittenum ſinum conſederunt, partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ eſt proximus. Unde etiam Plinius tradit, Miletum Ioniæ totius caput, *Lelegeida* olim fuiſſe appellatam. Horum originem nonnulli ad Theſſalos referunt, è quibus eſt Servius explicans illud Virgilii Æn. 8.
Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos.
Lucan. 6.
Mox Lelegum dextrâ preſſum deſcendit aratrum.
Leleges autem aliquando Locrenſium terram, Theſſaliæ contermina, tenuiſſe Plin. auctor eſt lib. 4. cap 7. Et Strabo. lib. 7. Cæterum Heſiodi verſus quos idem Strabo citat, his verbis:
Ἦτοι γὸ Λοκρὸς Λελέγων ἐγήσατο λαῶν,
Τὸς ῥα πόλις Κεγχρίδος Ζεὺς ἀφθίτα μυθήσατο εἰδὼς
Λευκτὸς ἐν γαίης ἀλέης πυρὲ Δωκαλίωνος.
Hi verſus, inquam, argumento ſunt & in Theſſaliâ eoſdem aliquando habitaſſe. Quæ enim alia terra Deucalionis quam Theſſalia accipienda, quando eadem & *Pyrrhæa* olim à *Pyrrhâ* Deucalionis uxore ut idem Strab. auctor eſt lib. 9. appellata fuit. Quin & Pindari Com. Pythiorum Od. 2. aptis verbis indicat Centauros olim Lelegas vocatos fuiſſe: Λέλεγας γάρ φασι πρῶτον αὐτὸς πρὸς αὐτῶν ὀνομασθῆναι Ἱππασυναύτας. Διὸ καὶ τὸ ἀπόκαρπον Ἱππασυναύτας πρὸς αὐτῶν ὀνομάσθαι Ἱππασυναύτας.
Ovid. Met. 9.
Armiferi Leleges, & nymphæ Lelegeides, ibidem.

Lemanus, op. olim, nunc vicus cum templo Albionis in orâ Angliæ Auſtrali. *Limpne* Talboto. Vel ubi Novus portus. Ptol. teſte Camdeno in Cantio, vulgò *Lime*, qui & Limenus Latinè dicitur. Item lacus Allobrogum, Genevam & Lauſannam urbes alluens per quem Rhodanus ex Sedunis finit. Lucan. lib 1.
Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno.

Lemnos, inſ. maris Ægæi, Thraciam à ſeptentrione, ab occaſu Athon montem habens, fabuloſo Vulcani caſu nobilitata, quem à matre Junone ſinaul atque natus fuit, ob deformitatem præcipitatum in hanc inſulam decidiſſe, ac propterea *Lemnium* appellatum fuiſſe, volunt. Val. Flaccus lib. 2.
Mox etiam pavidæ tentantem vincula matris
Solvere, prærupti Vulcanum vertice cœli
Devolvit, ruit ille polo, noctemque diemque
Turbinis in morem: Lemni cum littore tandem
Inſomuit. Vox inde repens ut perculit urbem
Acclinem ſcopulo inveniunt, miſerentque fovent que
Alternos ægro cunctantem poplite greſſus.
Hinc reduci ſuperas poſtquam pater annuit arces
Lemnos cara Deo, nec fama notior Ætnæ
Aut Lipares domus.
Homerus Odyſſ. Θ.
Ἔνθα δ' ἵμεν ἐς Λῆμνον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἥ οἱ γαῖαν πολὺ φίλτατη ἔσκεν ἁπασέων.
Eadem & *Hypſipylæa* dicitur à filia Thoantis ejuſdem nominis, quæ in hac inſula regnavit. Hodie *Stalimine* Turcis & Italis vocatur. *Malum Lemnium*, de maximo & miſerando malo, & *Lemnia manus* pro impiâ, & nefariâ manu. Heſychius: Λημνίῳ χαλεῷ, αἰμὴ καὶ θεραπεία ἀπὸ τοῦ μοχθηρίας. Trojani belli tempore Philoctetes ab hydro, vel cherſydro morſus, aut, ut Sophocles, à viperâ, in hâc inſulâ relictus eſt, ut

poetæ paſſim teſtantur, quia Vulcani Sacerdotes Lemnii ἀθεεφάτδον πνὸ ὀφιοδήκλυς. Ita habet Euſt. in lib. 2. Iliad. Lemnum ſc. nobilitat imprimis terra Lemnia, cujus aſtrictoriâ vi labra vulnerum coaleſcunt, & obducuntur maximè in veneno-ſo morſu. Galenus cum in Lemnum ideo navigaſſet, ut hujus terræ vires penitiùs cognoſceret, quendam refert ſe conve-niſſe, qui ὅτι πραυμάτων ϗ παλαιῶν, ϗ δυσπυλάτων, ἐχο-δήκλων ἢ ϗ ὅλως δυσοδήκλων, ὅτι ἢ σὺν Δαναΐμων φαρμά-κων, ἃ φερδιδὺς μόνον, ἀλλά ἢ ϗ ὑπιδιδὺς ἐχρῆτο τῇ σφρα-γῖδι, ad vulnera cum vetera, tum cicatrici obducendæ contu-macia, & ad morſus viperæ, adeoque omnes venenoſos mor-ſus, & lethalia venena, non ſolum pro antidoto, ſed & poſt venenum ſumptum ſigillo utebatur, i. e. terrâ ſigillatâ, ſive *Lemniâ*. Inde pharmaco nomen, adeoque toti inſulæ, uti putat Bochartus. Nam Arabicè לאם *lamu*, cum de vulne-re agitur, eſt *conſolidare, obſtringere, agglutinare*. Videant igitur peritiores an fiat Lemnos vel ex ſimplici לאם *lama*, vel ex compoſito נחש לאם *lam-nahs*, q. d. συνλωτικὸν φάρμακον ὄφεως, id eſt, *pharmachum vulneris ex morſu obducendi vim habens*. Arabicè enim נחש *nahs* eſt *morſus*. Ideo autem Vulcanus fingitur in Lemnum è cœlo delapſus. ὅτι πῦρ ἐκεῖ γῆθεν ἀναδίδοὸ πολὺ αὐτόματον, *quia olim ibi è terrâ erumpebat ſpontaneus ignis*, ut ſcribit Euſt. in lib. 1. Iliad. Itaque etiam Αἰθάλιαν veteres vocarunt, teſte Poly-bio apud Steph. ἀπὸ τῦ αἴθειν *ab ardendo*. Lycophron in Alexandra :

Τερφόεσσ᾽ γῆα Λημναίῳ πυεῖ.
Adurens igne membra Lemnio.

Sen. in Herc. Oetæo :

Quæ tanta nubes flamma Sicanias vomit?
Quæ Lemnos ardens.———

Papinius :

———*Ægæo premitur circumflua Nereo*
Lemnos, ubi ignifera feſſus reſpirat ab Ætna
Mulciber.———

Vide Suidam in Λήμνιον πῦρ. Hodie *Stalimene*.

Lemovices, Limovici Ptol. Gall. Aquit. pop. Pictonibus vi-cini, hodiè *Limoſin*.

Lemonii, Germaniæ pop. Tacit. *Mecklenburger*, Ortelio, *Lifflander* Curæo.

Lemuris, flu. Liguriæ ex Apennino M. in Urbem flu-vium agri Alexandrini influens. Hodie *Lim*, vel *Lemo* di-citur.

Lentia, Lintz, urbs Auſtriæ ſuper. ad Danubium, 6. leuc. à Paſſavia in ort.

Lentium, Lens, op. Belgii in Arteſia prov. 3. leuc. ab Atre-bato in Bor. & 4. à Duaco in occ.

Lentudum, Lutenburg, op. Pannon. ſuper. ad Muram flu. inter Bolentium ad occ. 2. & Caniſiam ad ort. 3. leuc.

Leoburgum. Vide *Lawenburgum*.

Leocata, Leucate, op. Gall. in Occitania inter Stagnum cogn. ad occ. & oram maris Mediter. ad ort.

Leodium, urbs Belgii ad Moſam flu. in finibus Eburonum, ampla, & epiſcopalis. *Luttich* Germanis. Vulgò *Liege*. Ad tertium à Tungris miliare, quà meridiem ſpectat, tanto mu-rorum cingitur ambitu, ut altiſſimos complexetur montes viti-bus conſitos. Deinde in planitiem excurrit, adeo glebâ fertili, ad hæc pomis, & nucibus omnis generis abundans, ut de præ-ſtantiâ cum Siciliâ certare poſſit. Long. 27. 03. Lat. 50. 40.

Leon, Euboeæ inſ. promontorium. Ptol. *Cabo Manteilo* Sophiano. Item aliud Cretæ in orâ Auſtrali. Eſt & Phœniciæ fluvius. Item Siciliæ, haud procul à Syracuſis, locus, ſive vi-cus fuit. Thucyd. lib. 6. Λεόν. Liv. lib. 24. *Leontina*, ubi tamen *Leontem* legit Cluverius.

Leona, urbs Gall. Celt. in orâ Britanniæ min. borealì pop. *Leonices*. Long. 16. 10. Lat. 49. 18.

Leonia, & *Leonium*, vulgò *S. Leon*, urbs M. Græciæ exci-ſa inter Sibarenam & Crotonem.

Leonica, op. fuit Edetanorum in Hiſp. quod quibuſdam eſt *Oliete*, al. autem *Alcaniz*, vicus ad amnem *Guadalupe*, in A-ragonia ambo, & in confin. regni Valentini.

Leontini, Siciliæ urbs quondam celeberrima, hodiè *Lenti-ni* dicitur, Græcis omnibus Λεοντῖνοι, uno excepto Ptolemæo, apud quem Λεόντιον. Derivatum eſſe nomen ἀπὸ τῦ λέοντος, i. e. à *Leone*, omnes nummi hujus urbis antiqui teſtantur, in quibus ejus animalis imago expreſſa eſt. Ejus meminit Ovid. Faſt. 4.

Jamque Leontinos, Amenanaque flumina curſu
Præterit.———

Opidani eodem nomine gaudebant. Sil. lib. 14.

Prima Leontinos vaſtarunt prælia campos,
Regnatam duro quondam Læſtrygone terram.

Et poſtea :

Cereri placidos fœcundat ſanguine campos,

Apud Ciceronem Verrina 3. ager Leontinus dicitur *Cæpus rei frumentariæ*. Ibidem : *Leontini principes rei frumen-tariæ*. Sidon. Carm. 22.

Quanta Leontino turgeſcit meſſis acerro.

Polyb. Γωργήσιμον χάρᾳ vocat. Vide Plin. 18. 10. Long. 29. 08. Lat. 36. 44. Bellicoſi olim fuere, ſed à Phalaride vi-cti, armiſque exuti, potationibus operam dare cœpere; unde Proverb. *Leontini ſemper juxta pocula*, apud Diogenianum in voluptuoſos. Plura de hac urbe vide apud Cluv. Sic. Ant. 1. 10.

Leopolis, S. Leo, urbs Ital. Ditionis Pontificiæ, in Duc. Ur-bini, prope Ariminum flu. in lim. Romandiolæ, 20. m. p. ab Urbino in Cæc. & 15. ab Arimino in Circ. Long. 35. 30. Lat. 43. 38.

Leopolis, Lemburg, urbs Polon. in Ruſſiâ nigrâ, 15. leuc. à Premiſſia in ort. & paulo minus à M. Carpato in Bor. Long. 46. 33. Lat. 49. 13.

Leoſthenium, ſin. in orâ litor. Thraciæ, è reg. Bithyniæ in Byzantium ad auſt. & P. Euxinum ad Bor. *Sthenion* Gyllio.

Leovardia, Leuwarden, urbs Belg. Uniti, ampla, munita, & elegans, Friſiæ Occid. caput, ſub Dom. Batavorum.

Lepaduſa, inſula Siciliæ, à patellis oſtreorum genere dicta, quaſi Patellaria.

Lepanthum. Vide *Naupactus*.

Lepas, vertex rupis cujuſdam aſperæ in agro Syracuſano. *Crimiti* Fazello & Aretio.

Lepinus, mons Italiæ, in quo Signia urbs, vino celebris : Columella lib. 10.

Quæ Marrucini, quæ Signia monte Lepino.

Lepontii, pop. Alpini circa Rheni ortum, inter Inſubres, & Helvetios, *Rhinwalder* Scudo. Vide omnino Cluv. Germ. Ant. lib. 1. cap. 14.

Leprium, op. Peloponneſi in Elide reg. ſeu potius, teſte Cic. & Plin. in Arcadiâ, *Chiappa* Nigro. Pop. *Leprini* Cice-roni, Polybio vero *Lepreatæ*.

Leptis, Africæ min. (quæ *Zeugitana provincia* dicitur) duarum urbium nomen eſt. Prima Minor, quæ *Sarrana* cog-nominatur à Sarranis Phœniciæ. Silius lib. 3.

Tabraca cum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis.

Long. 42. 00. Lat. 31. 40.

Altera trans Syrtin min. ſita, juxta Ocam op. Magnæ cogno-men habet. Illam Neapolin dici exiſtimat Vadianus Melæ enarrator. Cæterum de 2 hiſce urbibus vide Bochartum Geogr. pag. 526. & 527. *Leptis* nomen Punicum eſſe ait, לבת *labt*, quod *ſtationem* ſignificat. Lucan. lib. 9.

Proxima Leptis erat, cujus ſtatione quietâ
Exegere hyemem.———

Leria, vide *Leros*. Item op. Hiſp. Tarrac. in regno Va-lentiæ, olim Hedetanorum caput, teſte Beuthero, vulgò *Li-ria*, ut ex Cluſio, & Morali refert Ortelius. Long. 20. 50. Lat. 40. 00.

Lerina, inſula maris Gallici, oræ Gall. Narbon. inter Anti-polin & Forum-Julii adjacens, ubi Lerinenſe Cœnobium præ-clariſſimum. *S. Honorato* Maſſonio dicitur & *Lerinum*, & *Lerinis*.

Lerna, lacus in agro Argivo, Herculis labore notiſſimus, qui in eo Hydram Lernæam dicitur interemiſſe; vicinæ omni reg. adeo infeſtam, ut locum fecerit Proverbio Λέρνη κακῶν, de malis multis in unum congeſtis. Hinc *Lernæus*. Virg. Æn. 8.

Lernæus turbâ capitum circumſtetit anguis.

Stat. Theb. 1.

———*Veteri ſpumavit Lerna veneno.*

Strabo lib. 8. Λέρνα λίμνη τ᾽ Ἀργείας ὀλὸ, ϗ ἡ Μυκηναίας, ἐν ᾗ ἡ Ὕδρα ἰσρῦσι. Διὸ ϗ πὸ ἡμιόλιος καθαμιὰς ἐν αὐτῇ παρομία τις ἐξέπιπε, Λέρνα κακῶν. Argos autem & hunc lacum loca non exiguis inter ſe ſpatiis diſſita eſſe innuit Lucia-nus in Dialog. Marin. Μὴν ϗ Φενεὸν μακρὸν ὄπο ἢ ὁδὸν ἐξ Ἀργους εἰς Λέρναν. Val. Flac. lib. 1.

———*Olim Lernæ defenſus ab angue Arcas.*

Urbem autem & fontem fuiſſe ab al. docemur. Schol. Euri-pidis in Phœniſſis : Λέρνα πόλις ϗ πηγὴ τῦ Ἀργους. Λέρνης βαθὺν λιμῶνα dixit Æſchylus, unde Pind. Schol. ἡ γῆ Λέρνα κλ᾽ μὴ πᾶς χρόνῃ, κλ᾽ ἡ πᾶς λοχμώδης χωρίον. Eſt & flu. ejuſdem nominis, opidum item Laconicæ mediter. *Pho-nea* Sophiano. Nigro autem *Petrina* dicitur.

Leros, quæ & *Leria*, inſ. in Icario mari. Strabo lib. 14. Pop. *Lerii*, qui olim corruptiſſimis moribus fuiſſe pertibe-ntur. Hinc illud Phocyllidis Λέριος κακὸς, ἐκ ὁ μὴ, ὁ ϗ ἅ, πλὴς ϗ πλὼ Παξηλίης. *Lerii mali, non quidem unus, alter verò minimè, ſed univerſi, excepto Patrocle.*

Lesbos, inſ. maris Ægæi, ante Aſſum, pronont. Troadis. *Lesbia* Plauto in Mercatore, *Mereſin* hodie. Olim univerſæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus ejus ſtadiorum 100. ſupra 1000. à Boreâ in Auſt. protenſa, quingenta ſexaginta ſtadia longitudinis habens; feraci agro, & multâ materiâ ad

claſſes

classes conficiendas idonea. Sic dicta à primariâ urbe, quæ in eâ potentissima fuit, sive à *Lesbo* Japeti filio, qui in eam insulam navigavit. Ut autem eruatur Lesbi etymón, sciendum est veteres meminisse septem majorum insularum in mari mediterraneo. In quarum dimensione, quamvis parum sibi constent, tamen in eo conveniunt, quòd Lesbon semper censent septimo loco, Scylax scilicet, Alexius Comicus apud Eustathium, Author lib. de Mundo cap. 3. ubi de majoribus insulis, Apuleius, Timæus apud Strabonem lib. 14. Diod. Sic. lib. 5. Inde suspicatur Bochartus Lesbum insulam *Esbuith* & contractè *Esbu*, i. e. *septima*, dictam esse à Phœnicibus, voce deflexâ ex Ebræâ השביעית *hassebiith*. Ex quo factum, ut præfixo Lamed לחשביע *Lesbus* diceretur, urbs insulæ metropolis, i. e. *ad septimam*, supple *insulam*. Quâ nominum formâ nihil frequentius apud Pœnos, sic *Ad septem aras*, *Ad septem fratres*, &c. Dionys. vers. 537.

——Λέσβε ἐυγυάεσσαν.

Hinc *Lesbius*, ut *Lesbia vina*, Horat. Epod. 9. quæ apud veteres maximè in pretio. Clearchus: Λεσβίῳ πώματος οὐκ ὀξὺν ἄλλου οἶνου ἥδιον πεῖν. Alexis: Λεσβίοις οἰναίοις τὰς ἡμέρας τὸ λοιπὸν διατρίβει μέρος. Vide Lud. de la Cerda ad illud. Virg. Georg. 2.

——*Methymnæo carpit de palmite Lesbos.*

Item *Lesbous*, ut *Lesboum barbiton* apud eundem, Carm. 1. 1. A Lesbiis ortum est adagium apud Arist. lib. 5. Moral. quod est *Lesbia regula*, cum ratio ad factum, non factum ad rationem, vel lex ad mores, non mores ad legem accommodantur. Lesbii inter alias turpitudinis notas, hanc contraxerunt, quod fellationis, & irrumationis primi authores feruntur; unde Græce Λεσβιάζειν apud Aristoph. pro *polluere*. Divinandi autem arte pollebant: quapropter apud Plut. hoc adagium legitur *Lesbius Prylis*, nam Prylis Mercurii fil. fuisse traditur divinandi peritissimus, Lesbii etiam cantores celebres fuisse dicuntur, qui accersiti Lacedæmonem, cives tumultuantes suavitate cantûs ad concordiam revocabant: Unde ortum proverbium apud Suidam, & Zenod. *Post Lesbium cantorem*, cum aliquem non primas, sed secundas tenere debere significamus. Soli fertilitate, & vini generositate inter alia præstans insula, nec non puellarum formositate.

Lesem, urbs in tribu Aser, in possessione vero Dan. Jos. 19. quæ & *Lais*, & *Dan* dicitur. Hæc ea putatur à plerisque quæ tandem à Philippo Tetrarcha, senioris Herodis filio, in honorem Tiberii Cæsaris *Philippi* appellata. *Bellina* vulgò.

Lesera, mons Gall. Cemeni pars, in Occitania inter Gabalos & Arecomicos.

Lesina, urbs regn. Neapol. juxta lacum cogn. vix 3. mill. ab orâ sinus Veneti, 22. mill. à Manfredonia in Cæc.

Lesnovia, op. Polon. in Volhinia super. Aliquot. m. p. à Beresteciâ in ort. & 15. à Luceoriâ in merid.

Lessina, *Lessines*, urbs Hannoniæ ad Teneram flu. inter Athum ad aust. & Gerardimontium ad Bor. 5. leuc. à Bruxellis in Bor.

Lestorum regio, Λῃστῶν χώρα, i. e. *piratarum regio*. Ptol. Regio Indiæ extra Gangem, cujus incolæ sylvestres esse dicuntur, & in specubus habitare. Ferunt in eâ corvos esse albos, & psittacos; hodie regnum *Pegu* dicitur.

Lesud, *Lewes*, op. Angl. in Sussexiæ Com. 4. mill. ab orâ maris Britannici.

Lethæus, flu. geminus: unus Lydiæ, Magnesiam urb. alluens, & Pactya monte erumpens, in Mæandramque per agrum Magnesianum descendens, *Fiume di Mangresia* vulgò; alter in Macedoniâ, Triccam urb. attingens, apud quem Æsculapium natum ferunt. Est & *Lethæus* apud Solinum flu. Cretæ, Gortynam urb. præterfluens, *Letor* hodie.

Lethe, flu. inferorum apud poetas, cujus aquam, si quis gustasset, omnium statim præteritorum oblivisci eum voluerunt, ἀπὸ τῆ λήθης, h. e. ab *oblivione* sic dictus. Constat autem revera *Lethen* seu *Lethonem* in Africa amnem esse, circa extremum Syrtium cornu, Berenicen urb. alluentem, vero quoniam terræ hiatu absorptus, & occulto meatu per aliquot lapsus millia, circa Berenicen magna aquarum copia erumpit, persuasum fuit accolis, ab inferis eum emergere. Lucan. lib. 9.

Quam juxta Lethes tacitus prælabitur amnis,
Infernis, ut fama, trahens oblivia venis.

Ubi *Lethon* legendum ex optimo suo codice monet Vossius ad Melam lib. 1. cap. 8.

Lethes, flu. Hisp. geminus; unus Hisp. Tarraconæ per fines Bracarum fluens, qui & *Limæa*, vulgò *Lima*. Alter Hisp. Bæt. per Vandalitiam fluens, ac in mare apud portum Menesthei exiens, vulgò *Guadelete*. De priore Sil. lib. 1.

Quique super Gravios, lucentes volvit arenas,
Infernæ populis referens oblivia Lethes.

Ubi alii *Grovios*. Super hoc nomine recondite scripsit H. Casaubonus, Strabonis Commentator in lib. 3. Liv. lib. 53. *Cum fluvium Oblivionem transire nollent.*

Levaci, pop. Belgii, Nerviorum clientes, quorum op. *Leew*; quasi Levacum in Brabantiâ, à Lovanio 4. leuc. in ort. Licèt Marlianus ipsos Lovanienses interpretetur.

Leuca, Salentinorum urbs, apud Japygium promontorium. Lucan. lib. 5.

Antiquusque Taras secretaque littora Leucæ.

Item op. Ioniæ. Mela. Insula item Cretica contra Cydoniam. Plin. Insula Indiæ intra Gangem. Ptol. Et Argivorum op. Polybio.

Leuca ore, Ptol. i. e. *Albi montes*, in Cretâ sunt, teste Plinio, *Madara*, & *Spachia* Bellonio.

Leucarum, Camdeno *Loghor*, op. Albionis in Walliæ orâ meridionali Anton.

Leucas, & *Leucadia* Plin. & Mel. *Leucate* Virg. *Leucates* Straboni, *Neritis* etiam Plin. 5. 1. insula maris Ionii, oræ Epiri occiduæ adeo vicina, ut continenti juncta videatur, (cum urbe cognomine, quæ *Neritos* Strab. *Neritum* Plin.) media inter Acroceraunia, & Peloponnesum 87. m. p. ab Actio 30. in merid. cujus urbs caput erat Acarnaniæ, teste Livio. *S. Maura* hodiè dicitur, sedes præfecti Turcarum, mons vero & promont. *Leucata*, & *Leucates*. Ovid. Met. 15.

Leucada continuam veteres habuere coloni,
Nunc freta circumeunt.——

Lucanus lib. 4.

Ductor erat cunctis audax Antonius armis,
Jam tum civili meditatus Leucada bello.

Juvenal. Sat. 8.

——*Quantum non Leucade, quantum*
Thessaliæ campis Antonius abstulit.

Statius Thebaidos lib. 4.

——*Sic Ambracii per littora ponti*
Nauticus in remis juvenum monstrante magistro
Fit sonus, inque vicem contra percussa reclamat
Terra, salutatus cum Leucada pandit Apollo.

Idem Æn. 8.

——*Totumque instructo Marte videres*
Fervere Leucaten.——

Leuce, ins. Ponti exigua, Borysthenis ostio objecta. Vide *Achillea*.

Leuci, Gall. Belg. pop. Treviris & Mediomatricibus finitimi, jaculandi peritissimi. Lucan. lib. 1.

Optimus excusso Leucus Rhemusque lacerto.

Hodiè *Tullenses*, quorum civitas *Toul* vulgò dicitur. Item *Leuci*, Peloponnesi pop. Livio.

Leucobibia, & Lat. recent. *Loquabria*, regio Scotiæ occidua contra Ebudas insulas. Male vero Ortelius citat Ptol. ille enim *Levopibiam* habet. Vide *Lucopibia*.

Leucogæus collis, & *Leucogæi fontes*, locus Campaniæ inter Neapolim & Puteolos, *La Lumera*, teste Sanfelicio. Hic alica plurima & sulphur. Plin. 18. 11. & 35. 15. Fontes prædicti firmitatem dentibus, oculis claritatem, & vulneribus sanitatem afferunt, teste eodem Plin. 31. 2. *Leucogæus* quoque *Leuce acte* Ptol. locus Marmaricæ in orâ litorali inter Parætoniam, & Alexandriam. *Riva bianca* Moletio.

Leucopolichna, urbs Sarmatiæ, Rutheniæ, sive Russiæ metropolis. *Lemburus*, quæ & *Leopolis*.

Leucopolis, urbs Cariæ marit. ad sinum Doridis reg. Plin. 5. 29. *Æschecher* Leunclavio.

Leucosia, ins. maris Tyrrheni contra sinum Pæstanum, sic dicta ab Æneæ consobrinâ ibi sepultâ, in orâ Lucaniæ, teste Festo, sed ut Plinius vult, ab una Sirenum ibi submersa, & sepulta. Ovid. Met. 15.

Leucesiamque petit, tepidique rosaria Pæsti.

Item urbs totius Cypri primaria, quæ & *Nicosia*. Quin & Samothracia *Leucosia* prius est appellata, ut inquit Aristot. de Repub.

Leucosyria, Cappadociæ pars, circa ostia Thermodontis fluvii. *Leucosyrorum cubitus*. Cappadociæ locus. Ptol. hodie *Lyrus*.

Leuctra, pl. num. vicus Boeotiæ juxta Thespias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeoque attrivit, ut postea imperium recuperare nequiverint. Poena fuit ea pugna libidinum quod in eo ipso loco duo adolescentes nobiles Spartani Scedasi filias (earum autem nomina fuerunt Hippo & Miletia, vel, ut alii volunt, Theano & Euexippe) vi stupravissent, dissectasque in frusta in puteum abjecissent. Quamquam, secundum alios, ipsæ vim passæ doloris impatientia sibi necem consciverunt, eoque in campo sepultæ sunt in quo postea ista pugna fuit commissa, facta est autem an. 2. Olymp. 102. sc. an. Mundi 3585.

Leuctrum, Laconiæ urbs in Peloponneso ad sinum Messeniacum. Ptol. *Maina* Nigro. *Isthesia* Moletio. Plut. in Pelopidâ ad mare fuisse docet, Καὶ ἡ Λακωνικὴ πολίχνιον ἐστὶ τῇ θαλάττῃ πρόκειμενον. Inter Eleutherolaconum urbes memoratur à Pausania. Nomen illi à *Leuctris* Boeotiæ datum,

datum, quorum & colonia erat. Pelopem eam condidisse refert Strabo lib. 8. Solinus ubi de Laconum urbibus agit, cap. 13. *Præterea aliquot urbes, inter quas Leuctra non obscura jampridem Lacedæmoniorum fædo exitu.* Ubi vehementer errat, quod celeberrimam pugnam Leuctricam, quæ pugnata ad Bœotiæ Leuctra fuit, Laconiæ Leuctris tribuit. Item *Leuctrum* Arcadiæ urbs, Pausan. & Achaiæ, pag. 9. Strab.

Libanus, Hebr. *Lebanon*, mons Syriæ maximus & notissimus, ab agro Damasceno in Arabiæ confin. Tripolim usque Phœnicis urbem productus, vallem longam cum Antilibano monte efficiens, cujus longitudo 187. m. p. continet. In eo Cedrus arbor ingenti copiâ nascitur. Tacit. Hist. 5. *Præcipuum montium Libanum erigit, mirum dictu tantos inter ardores opacum fidumque nivibus.*

Libarna, vel *Libarnum*, Liguriæ opidum. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 81.

Libethra, Magnesiæ fons, Musis sacer. Plin. 49. Placet quibusdam fuisse urbem in Olympo monte, torrente funditus eversam, quam jam olim oraculo prædictam esset, fore ut Libethrii ὑπὸ σύος omnes interirent, quum Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autem Orphei reliquiæ in columnâ quadam conditæ, quæ viæ imminebat à Dio in Olympum ducenti. Quem in locum cùm ingens hominum vis convenisset, ut pastorem suaviter canentem audirent, evenit, ut columna eversa, Orphei ossa nudarentur: eodemque die torrens, nomine *Sys*, supra modum auctus, Libethrios cum urbe submerserit, Cæl. Rhod. 18. 22. Hesychius: Λείβηθρον, ῥεῖθρον ὀχετὸν, χρυσὸν, καὶ τόπον ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ τὴν Ἑλικῶνα. Ubi putavit Grammaticus ἀγνοήσαι Heliconem etiam *Libethrum* vocari; sed falsus est; nam Libethrum locus fuit in Pieriâ, Macedoniæ reg. ubi Musæ natæ dicuntur, & inde Pierides dictæ: at in Helicone tantum fuit specus Libethridum, i. e. Musarum; inde error.

Liburnia, Illyridis regio supra intimum Adriatici sinûs recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam, à *Liburno* quodam Attico sic dicta. Steph. Hodiè *Croatia*, in ditione ducum Austriæ. Incolæ *Liburni*. Virg. Æn. 1.

Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.

Item *Liburni* viatores dicti sunt, qui ex agris jussu magistratuum sæpe vocabant cives, sic dicti quòd ex Liburniâ fere orti essent. Juvenal. Sat. 4.

Primus clamante Liburno,
Currite, jam sedit, raptâ properabat ab ollâ
Pegasus, attonitæ positus modo villicus urbi.

Item *Liburna*, sive *Liburnica*, genus navigii levissimi, velocissimique, à *Liburnis* populis ita dicti, qui olim celeribus navibus usi, Ionium mare, insulasque prædabantur. Horat.

Ibis Liburnis inter alta navium
Amice propugnacula.

Liburnides, 60 insulæ maris Hadriatici juxta Liburniam. Strabo.

Liburnum, vehiculi, sive lecticæ genus fuit, ad Liburnicæ navis similitudinem factum, quo principes Rom. vehi solebant adeo molliter, ut interim vel dormire intus possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quidvis commodè agere. Juven. Sat. 3.

Turbâ cedente vehetur
Dives, & ingenti curret super ora Liburno.

Libya, filia Epaphi ex Cassiopeâ, à quâ Libya tertia pars orbis nomen accepit, quam nos Africam dicimus. Ab Asia, Nilo flu. ab Europâ, mari mediterraneo dirempta. Doctissimus Bochartus deducit ab Arabico *lub* quod est *sitis*. Est enim Libya sitis regio, testante Dionysio vers. 182.

Ἡ γὰρ δὴ λιμνή ἐ καὶ αὐχμήεσσα τέτυκται.

Quin & Oppianus Κυν. δ. δηλάδα γαῖαν vocat & alibi ἀνυδρεύτοιο χώρου, & rursus πολυδίψιον ἄλσος. Inde Lucanus:

Per calidas Libyæ sitientis arenas.

Et Virgilius:

Hinc deserta siti regio.

Idem lib. 1.

Sicut squallentibus herbis
Æstiferæ Libyes viso leo cominus hoste, &c.

Silius lib. 1.

Æstifero Libye torquetur subdita Cancro.

Fertilis tamen erat plurimis locis. Hic *Tagi arenæ* & *Libyæ messes* conjungunt Poetæ. Sen. Thyeste:

Non quicquid fodit occidens,
Aut undâ Tagus aureâ
Claro devehat alveo;
Non quicquid Libycis teris
Fervens area messibus.

Martialis:

Possideat Libycus messes, Hermumque Tagumque.

Horatius:

Quicquid de Libycis verritur areis.

Inde *Libys* homo, & *Libyssa* mulier, & *Libystis*. Unde Virgilius:

Et pelle Libystidis ursæ.

Quod non otiosè à Poeta scribitur; nam Libya ursis abundabat. Herod. in Melpom. de pop. Africanis: Καὶ οἱ λεόντες καὶ τέρατα εἰσὶ, καὶ οἱ ἐλέφαντες ἔ καὶ ἄρκτοι. Sol. cap. 29. Numidici ursi formâ cæteris præstant, rabie duntaxat, & villis profundioribus. Juvenalis Sat. 4.

Profuit ergo nihil miserò quòd cominus ursos
Figebat Numidas.

Martialis:

Quod fræno Libyci domantur ursi.

Inde *Libycus*, ut mare *Libycum*, & *horrea Libyca*. Item *Libys*, *Libyssa*, *Libysticus*, *Libystinus*, *Libystæus* & *Libystis*. Libyæ leones pro immanissimis ferit. Catullus:

Solus in Libyâ, Indiâve tostâ
Cæsio veniam obvius leoni.

Silius lib. 7.

Jam cernes Libycum huic vallo assultare leonem.

Seneca in Oedipo:

Qualis per arva Libycus insanit leo
Fulvam minaci fronte concutiens jubam.

Statius Theb. 9.

Nonne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus aut sævos Libyæ contraire leones.

Copia autem tanta leonum in Africâ olim fuit, ut obsidere urbes scribantur Polybio, commemorante Plinio lib. 8. cap. 16. Atque hinc fortassis origo nominis. Sane Agathemeres lib. 1. Λιβύη ὑφ' Ἑλλήνων ὧ ἄγνως πάνυ. Ἀπὸ γὰ ἔθνους ὁπισσήμως φοινικῶς ὠνομάσθησ Λέοντες. Ubi *Libyam* totidem his verbis לביאים i. e. *Leones* exprimi videmus.

Lichades, insulæ seu potius scopuli maris Ægæi apud Euboeam & Atticam. *Lichas* Ovid. Met. 9.

Nunc quoque in Euboico scopulus brevis emicat altè
Gurgite, & humanæ servat vestigia formæ;
Quem quasi sensurum, nautæ calcare verentur,
Appellantque Licham.

Lichfeldia, *Lichfield*, i. e. *ager mortuorum*, urbs Angliæ Episc. sub Arch. Cant. in Com. Staffordiæ, 24. m. p. à Leicestriâ in occ. & 10. à Staffordiâ in Afr.

Liger, sive *Ligeris*, nobilis Celtarum flu. qui in Arvernorum finibus oriens, Heduosque à Biturigibus dividens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. Vulgò *Loire*. Tibullus 1. 7.

Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
Carnuti & fluvii cærula lympha Liger.

Vide Tanaqu. Fabrum Epist. Vol. 2. pag. 10.

Ligii, populi Germ. quorum regio hodiè Silesia, inter Lusatiam ad occident. & Poloniam ad ort.

Ligir, flu. Bœotiæ juxta Plateas urbem fluens. Steph. *Bechir* Nigro.

Liguria, Italiæ regio gemina: Una litorea, quæ vulgò *La Riviera de Genova* nominatur, inter ostia Vari ad occid. & Macræ ad ort. inter Gall. Narbonensem & Hetruriam supra 200. m. p. extensa, cujus caput est Genua, inter mont. Apenninum & mare Ligusticum perstricta: Altera vero Mediterranea, Galliæ Cisalpinæ non modica portio, inter Apenninum mont ad meridiem, & ort. Alpes maritimas & Cottias ad occas. Padumque flu. ad bor. & ort. comprehensa, in quâ Mons-Ferratus ducatus, magna pars principatus Pedemontani, parsque ducatus Mediolanens. continetur. Pop. *Ligures*. Virg. Georg. 2.

Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos.

Id est, εἰθισμένον τῇ κακοπαθείᾳ, aut εἰθισμένον κακοπαθεῖν, vel κακοπαθῶς ζῆν, ita explicat H. Steph. Schediasm. 1. 6. Nam hæc gens laboribus bellorum assueta. Dionysius Halicarnassæus lib. 1. Τὸ Λιγύων γένος τὸ πολὺ καὶ μάχιμον. Nisi quis sententiam torqueat, ut volunt aliqui, ad gentis hujus κακίαν, & malos ac vitiosos mores. Nam credibile hoc ex odio, quod vel vitio gentis, vel privatâ aliquâ offensâ in Ligures habuit Virgilius, ut apparet ex illo Æn. 11.

Vane Ligur, frustraque animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes.

Sed rectè monet Germanus hunc cavillum non satis aptum laudibus Italiæ. Hinc *Ligusticus*, ut *mare Ligusticum*. Et Juvenal. Sat. 3.

Nam si procubuit qui saxa Ligustica portas.

Ligurnus Portus, *Legorn*, urbs Ital. in agro Piceno, sub dom. Magni Ducis Hetruriæ. Emporium celeberrimum, in planitie intra paludes, & prope Montem Nigrum, 65. mill à Florentiâ in occ. Long. 33. 25. Lat. 42. 34.

Ligyes, Asiæ pop. qui cum Xerxe contra Græcos militarunt. Herod. lib. 7. urbs eorum *Ligystina*. Steph.

Lilæa, *Lellen*, ex tab. recent. op. Achaiæ in Doride reg. ad fontes Cephisi flu. Stat. Theb. 7.

Coryciumque nemus, propellentemque Lilæam
Cephisi glaciale caput.

Hom.

Hom. in Catal. Οἵτε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. Long. 48. 28. Lat. 39. 30.

Lilybæum, & Λιλύβη Dionyſio prómontorium Siciliæ, cum urbe ejuſdem nominis, Libyam ſpectans. Punicè לילוב *Lelub*, h. e. *ad Libyam*, vel ללובא *Lelubæ*, *ad Libes*, quia ad Libyam. & Libes erat obverſum. Bochartus. Hinc *Lilybæus*. Virg. Æn. 3.

Et vada dura lego ſaxis Lilybæia cæcis.

Limburgum, urbs parva Belgii in rupe, Duc. Limburgenſ. caput ad amnem *Weſe*, 5. leuc. à Leodio in ort. uti & 7. à Trajecto ad Moſam, 4. autem ab Aquiſgrano in auſt.

Limericum, urbs Hiberniæ in Momoniâ, 45. mill. à Kilkennio in occ. & 35. à Galiva in auſt.

Limon, locus Campaniæ inter Neapolim & Puteolos. Stat. Silv. 3. Carm. 1.

Et placidus Limon, numenque Euplæa carinis.

Limnus, inſ. inter Cambriam & Hiberniam. Ptol. Hodiè *Ramſey* Camdeno.

Limonius, mons Walliæ, vulgò *Plimlimmon*. Partim eſt in Cardigania in occ. & partim in Com. Montgomerienſi ad ort. ubi Sabrina & Vaga flu. ex eo ſcaturiunt.

Limonum, urbs Gall. Aquit. vulgo *Poictiers*, Pictonum caput ad Clanim flu. Epiſ. ſub Arch. Burdigalenſi.

Lincolnia, vide *Lindum*. *Lincolnia* autem vulgo *Lincolnſhire*, Com. Angliæ eſt, ubi olim Coritani pop. Terminatur ab ort. Oceano Germ. à Sept. Com. Ebor. ab occ. Nottinghamiæ Com. & à merid. Northantoniæ, & Cantabrigienſi Com.

Linlavia, urbs Germ. in Sueciâ, & in inſ. lacus Conſtantienſ. 5. mill. à Gallipoli in ort. 9. à Memminga in auſt. Long. 31. 31. Lat. 47. 10.

Lindisfarnia, inſ. parva, 1. mill. ab orâ Northumbriæ diſſita, vulgo *Holy Iſland*, quòd olim multi Monachi eo ſe receperint, 4. mill. à *Farne* inſ. in Bor.

Lindum, *Lincolne*, urbs Angliæ, Com. cogn. caput, epiſc. ſub Arch. Cant. juxta Withamum amnem, 7. mill. à Trenta flu. 22. à Nottinghamiâ in ort. & 20. ab orâ Oceani Germ. in occ. Long. 20. 26. Lat. 53. 49.

Lindum, op. Scotiæ in Laudoniâ prov. vulgò *Lithgo*, 11. mill. ab Edinburgo in ort. & 3. à Fortheæ æſtuario.

Linga, *Lingen*, op. Germ. in Weſtphaliâ prope Amaſium flu. 45. m. p. à Monaſterio in Bor. 55. ab Embda in merid. uti 30. ab Oſnabruco.

Lingones, pop. Gall. Belg. ad ortum Matronæ flu. Heduis, Sequanis, & Leucis vicini, qui etiam hodie *Langres* vocantur Luc. lib. 1.

Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.

Hinc *Lingonicus*, ut *Bardocucullus Lingonicus* apud Martialem pro veſtimenti viliſſimi genere, quod Lingonibus præcipuè erat in uſu.

Liniennus, vulgò *Rother*, flu. Albionis juxta *Rhie*, op. ad meridiem in Oceanum Britan. exiens.

Linterna palus, Silio in Campaniâ eſt. Ejus meminit Statius Sylv. 4. 3.

Et Linterna palus, pigerque Savo.

Linternum, Campaniæ vicus, inter Vulturnum & Cumas. Ubi Scipio Africanus invidiæ cedens obiit & ſepultus eſt. Plin. & Liv. *Liternum*, & ſic rectè ſcribi monet Cluver. Quamvis plerique Latini auctores inſerto N. *Linternum* habent, quaſi à *Lintribus* deductum. Ovidius Mutationum ultimo:

Hinc calidi fontes lentiſciferumque tenetur
Linternum.——

Silius lib. 8.

——*Stagniſque paluſtre*
Linternum.——

Λίτερνον Ptolemæo. Λίτερνον Straboni & Appiano.

Linum, promont. Brutiorum in Calabriâ citer. teſte Barrio, *capo di Verre* hodie.

Linum Regis, vulgò *Lynne*, op Angl. in Norfolciâ prov. prope eſt. Uſæ flu. in orâ Oceani Germ. 18. mill ab Eliâ in Bor.

Lipara, inſula una ex Æoliis, ita dicta à *Liparo* rege, Auſonis filio, cui ſucceſſit Æolus, cum antea *Meligunis* vocaretur. Plin. 3. 9. Aliqui ſic dictam volunt, quaſi *pinguem*, ita enim Λιπαρὴ ſonat. Atqui hæc inſula ſolum habet ſterile, & infœcundum. Hinc Cic. Verrina 3. *Emit agri Liparenſis miſeri, atque jejuni decimas.* Et paulo poſt de civitate Liparenſi, *Hæc tam parva civitas*, &c. *in inſulâ incultâ, tenuique poſita.* Aliud comminiſcitur Callimachi Schol. quod haud facile capias: λέγεται δ' ὅτι σίδηρα διάφορα Ἡφαίστου ἐν αὐτῇ ναυῒ, ἔωθεν ἐνεπίμπλων αὐτὰ ἐκ τῆς ἀναβάσεως τῶν πυρῶν πεπαυσθέντα· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ νῆσος Λιπάρα, διὰ τὸ αὐτὰ διάφορα ἄττα ἐν γένεσι, h. e. *aiunt cum ferreas maſſas plurimas in eâ nautæ poſuiſſent, illas mane reperiſſe excoctas ex ignis eruptione. Quocirca inſula Lipara dicta eſt, quia hæ maſſæ, cum diverſæ eſſent, in unam coaluerunt.* Hæc ille in Dianæ hymnum, quibus nihil abſurdius fingi potuit, cum Græcè Λιπάρα nihil minus ſonet, quam quòd è diverſis maſſis in unum coaluit. Aſſerit itaque Bochartus nomen eſſe deflexum ex Phœnicio *Nibaras* vel *Nibras*, quod Arabicè eſt *lampas*, ſeu *lucerna*, *teda*, *fax*; Inde *Liparæ*, vel *Liparis* nomen Punicum, quia facis inſtar noctu lucebat. Ariſtot. in Mirand. Καὶ τὸ ἐν τῇ Λιπάρᾳ ὃ πῦρ φανερὸν καὶ φλογῶδες, ἐμ ὑμέρας, ἀλλὰ νύκτωρ μόνον καίεται, Theoc. Idyll. 2.

——Ἕρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου
Πολλάκις Ἀφαιστοῖο στέλας φλοξιφώτερον ἄθει.

Silius lib. 14.

Nam Lipare vaſtis ſubtus depaſta caminis,
Sulphureum vomet exeſo de vertice fumum.

Ex *Nibras* autem vel *Nibaras* Græci fecere *Liparas*, ut mollirent vocem barbaram & ad ſuæ linguæ typum effingerent. Item *Lipara* Cappadociæ pars, *Licandus* Curopalati.

Lipſia, *Leipſick*, urbs Germ. in Miſniâ prov. Saxoniæ inſer. Academia, & emporium celebre ad amnem *Pleiſs* ſub dom. Electoris Saxoniæ, 12. mill. diſtat à Dieſdâ in occ. & 16. à Magdeburgo in auſt.

Liquentia, flu. Gall. Ciſalpinæ, ſeu Venetiæ poſt Tarviſinum agrum. Oritur in Opiterginis, & in mare Hadriaticum cadit. Virg. Æn. 9.

Quales aeriæ Liquentia flumina circum.

Ubi participium videtur, non loci nomen. Vide Erythræum.

Liria, flu. Gall. Narb. apud mont. Peſſulanum decurrens, ſeque in ſtagna Volcarum exonerans, teſte Dalechampio. Vulgò *Le Lez*.

Lirimiris, op. Saxoniæ Hamburgo proximum. *Mulheym* Villanovano.

Liris, fluvius Campaniæ, Minturnas præterfluens. Vulgò *Gariliano* vel *Gariglia*. Horat. Carm. 3. Od. 17.

——*Innantem Maricæ*
Litoribus tenuiſſe Lirim.

Lucan. lib. 2.

Sarnus, & umbroſæ Liris per regna Maricæ.

Mart. 13. 80.

Cæruleus nos Liris amat, quem ſylva Maricæ, &c.

Silenti curſu labi hoc flumen teſtantur Horatius & Silius. Hic lib. 1. Od. 31.

——*Quæ Liris quietâ*
Mordet aquâ taciturnus amnis.

Ille lib. 8.

——*Lirim*
Sulphureum, tacitiſque vadis ad littora lapſum.

Et lib. 4.

Et Liris nutritus aquis, qui fonte quieto
Diſſimulat curſum, ac nullo mutabilis imbri
Perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.

Lisbona, florentiſſimum Portugalliæ emporium & regni caput. Vide *Oliſſippo*.

Lisboum, locus Germaniæ in Franconiâ ad Mœnum flu. qui *Erl Embrunnen* B. Rhenano.

Liſerpalus, *Leerpoole*, op. Angl. cum portu capaciſſimo ad oſt. Merſeii flu. in Lancaſtria prov. ad auſt. 14. mill. à Ceſtria in Bor. vix 2. à mari Hibernico, & 30. à Lancaſtria in merid.

Liſmora, *Liſmore*, urbs Hiberniæ in Momoniæ prov. & in Com. Waterfordienſi, juxta flu. *More*, 22. m. p. à Caſſiliâ in merid. & 15. ab Oceano in Bor.

Liſſia, inſ. maris Britannici, Angliæ adjacens. Anton. *The Gulf* Camdeno.

Liſſus, urbs Macedon. in Illyrici confin. ad oſtia Drilonis media inter Epidaurum urb. Dalmatiæ, & Aulonam urb. Macedon. Lucan. lib. 5.

Prætereunt, fruſtra tentati littora Liſſi
Nymphæumque tenent.——

Item op. Cretæ in orâ auſtrali apud Criumetopon promont. & Tarbam op. *Fioniſſi* Nigro. Eſt & flu. Thraciæ in mare Ægæum inter Thaſon & Samothracen inſ. exiens, unus ex illis, quos Xerxis exercitus exſiccavit, teſte Herodoto.

Litana, ſylva in Gall. Togatâ prope Boios, vulgò *Selva di Lugo*. Cujus arboribus viæ finitimis cæſis, ac ſubito impulſu ruentibus, L. Poſthumii Conſ. Rom. exercitus tam fœdâ ſtrage eſt obrutus, ut ex 25. millibus vix decem homines ſuperfuerint. Livius.

Lithuania, reg. Poloniæ, titulo M. Ducatus nobilis. Chriſtianam fidem ſuſcepit an. 1386. Duce Jagellone in Poloniæ regem adſumpto, ac Baptizato. An. autem 1569. in unum Reip. corpus cum Poloniâ coaluit. Terminatur ab Oriente Moſcovia, à Sept. etiam Moſcovia ex parte, Livonia & Samogitia, ab occ. Polonia propria, & à merid. Volhinia prov. quæ ipſi etiam annexa eſt cum Samogitiâ Poleſia & Podolia. Dividitur in novem partes, ſeu Palatinatus, & ejus primaria eſt *Vilna*.

Livones,

Livones, pop. Sarm. Europææ, quorum reg. *Livonia*, *Liffland* Germanis ſub dom. Sueciæ Regis pro majore parte. Terminatur à Sept. ſinu Finnico, ab occ. ſinu Rigenſi, ſeu mari Balticо, à meridie Semigalliâ & Lithuaniâ, & ab ortu Ingria & Pleſcovia provinciis Moſcoviæ. Dividitur in duas partes, nempe in Eſthoniam, quæ in Bor. tendit, & in Litlandiam quæ ad auſt. Erant olim Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ in Livonia; ſed nunc ab ea revulſi, ſubſunt proprio Duci è gente Ketlerâ, ſub clientela tamen Regis Poloniæ.

Lixus, *Lix*, Ptol. *Luſſo* hodie Caſtaldo, flu. Maurit. Tingitanæ ad Lixam urb. in Oceanum Atlanticum labens. Item colonia, & urbs Maurit. Tingit. in orâ maris Atlantici, olim Antæi regia. Sil. lib. 3.

Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.

Vide Dauſqueium ad locum.

Locris, regio Phocidi proxima. Populi *Locri* Parnaſſum mont. utrinque accolentes; quorum qui occiduam incolunt plagam ad Criſſeum uſque ſinum pertingentes, medii inter Ætolos, & Phocenſes à gravitate odoris Ὀζολαὶ, & à ſitu *Heſperii* cognominantur. Qui vero Parnaſſum ad ort. accolunt & ad mare uſque Euboicum extenſi, in duplici ſunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte, *Epicnemidii*, illi vero ab Opunte urbe, *Opuntii* cognominantur. Strabo lib. 9. *Locrenſes* cum bovem, quem diis facerent, non haberent, compoſito ex lignis minutis bovis ſimulachro, illo rem ſacram fecerunt. Unde adagium de re vili & munere ſordido natum eſt *Locrenſis bos*, iidem cum fœdus quod cum Peloponneſiis inierant, violaſſent, ad Heraclidarum partes tranſeuntes adagio cauſam dederunt huic apud Zenod. & Euſt. *Locrenſe pactum*, in fœdifragos.

Locri, in extrema Italiæ ora, quam magnam Græciam antiqui appellarunt, opidum incolentes ejuſdem nominis ab iis locis, qui Ajacem Oileum ad Trojam ſecuti ſunt, conditum, vide Servium in illud Æn 3.

Hic & Naritii poſuerunt mœnia Locri.

Hi diſcriminis gratiâ *Epizephyrii* dicebantur, quòd ſupra Zephyrium promontorium ſiti ſint.

Logi, pop. Albionis in Scotiâ. Ptol. quorum regio *Strathnarvan* H. Boethio.

Logia, flu. Hiberniæ. Ptol. per oram orientalem ex lacu Shaterwico fluens, ac in mare ad Strangfordiam op. exiens. Camdeno *Lough Der* vel *Lough Foyle* in orâ bor. apud urb. Derry. *Lough Coyn* vero eſt qui apud Strangfordiam exit.

Logus, flu. Walliæ, unà cum Vaga in Sabrinæ oſtia ad ſtriguliam op. influens, *Lug*, & *Lhygwy*.

Londinum, urbs Angliæ antiquiſſima. Tacito, Ptolemæo, & Antonino, *Londinium*, & *Longidinium* dicitur. Ammiano *Lundinum* & *Auguſta*. Stephano Λινδόνιον. Quis primus fuerit conditor obduxit vetuſtas, & perpaucæ ſane ſunt urbes, quæ ſuos authores norunt, cum è parvo ſenſim excreverint. Verum uti aliæ, ita hæc noſtra, fabulosâ origine Trojanis ſe imputavit, Brutum illum Æneæ magni abnepotem conditorem credit. Quicunque autem condiderit, vitali genio conſtructam fuiſſe ipſius fortuna docuit, & antiquitate ſuſpiciendam eſſe innuit Ammianus Marcellinus, qui ſuo tempore, ante annos nimirum mille & ducentos *vetuſtum opidum* appellarit. Quin & Cornelius Tacitus, Neronis tempore *copiâ negotiatorum, & commeatu maxime celebre* fuiſſe prodidit. Vulgò *London*, Gallicè *Londres*. Vide Camdenum in Trinobantibus, & omnino virum doctiſſimum Guil. Burtonum Comment. in Antonium, pag. 154. &c. Per ſe maxima eſt, & ſuburbia habet ampliſſima, necnon & arcem, Turrim appellant pulcherrimè extructam, & validiſſimè munitam, à quâ non longe lapideum pontem obtinet, longa & mirandâ operis arcuati ſerie conſtructum, ſuper cujus dorſo domicilia utrinque eâ diſpoſitione ac ſtructurâ cernuntur, ut perpetui penè vici ſpeciem, non pontis exhibeant. Regia eſt civitas, ac Regni caput. In ea reges diademate inſigniuntur, regnoque inaugurantur, Concilium ſeu Parliamentum ibi etiam celebratur. Adminiſtratur autem antiquo Britannorum regum privilegio à 24. civibus, quos Angli *Aldermannos*, quaſi Seniores vocant; ex quorum numero Prætorem Urbanum, vulgò *The Lord Mayor*, & Tribunos duos, vulgò *The Sheriffs* vocant, ipſimet annuâ commutatione eligunt. A Cæſare, ut quidam exiſtimant, *Auguſta Trinobantum*, vocatur. *Cantiorum civitatem* facit Ptolemæus, forſan quia tunc temporis ſub eorum ditione fuit. *Londinum* quoque eſt opidum Scanorum.

Longobardi, pop. Germ. ſic à barbâ prolixâ, quam gerebant, dicti, teſte Iſidoro.

Longobardia, *Lombardy*, reg. Italiæ, quæ continet majorem partem Gall. Ciſalpinæ, dividiturque in ſuper. & infer. In priori ſunt Pedemontium, Duc. Mediolanenſis, & Montis Ferrati. In poſteriori ſunt Duc. Mantuanus, Mutinenſ. Parmenſ. cum parte Occid. Ditionis Venetæ; ubi territoria Cremenſe Bergomenſe, Brixianum, Veronenſe, Vicentinum & Paduanum, & Duc. Ferrarienſ. atque territorium Bononienſe. Ex his conſtabat olim regnum Longobardorum, à Carolo M. everſum, poſt captum ad Ticinum Deſiderium eorum regem ultimum.

Lotharingia, *Loraine*, pars Gall. Belg. inter Campaniam ad occ. & Alſatiam ad ort. & Luxenburgum ad Sept. & Burgundiam ad meridiem.

Lotophagi, pop. in Africâ apud Syrtes, à *Loti* arboris fructûs eſu ſic dicti; cujus cibus eſt tam dulcis, ut advenis incutiat patriæ oblivionem. Itaque cum Ulyſſis ſocii delati fuiſſent in Africam, & lotum guſtaſſent, vix inde abduci potuerunt. Hom. Od. 9.

Οὐδ' ἄρ' Λωτοφάγοι μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ἤμεν ἐρεῦντες, ἀλλὰ σφι δόσαν λωτοῦ πάσασθαι.
Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
Οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.

Unde Ovid. de Ulyſſe:

Nec deguſtanti Lotos amara fuit.

Silius lib. 3.

Et dulci paſcit Lotos nimis hoſpita baccâ.

Ovid. Triſt. 1. 4.

Sic nova Dulichio Lotos guſtata palato,
Illo quo nocuit grata ſapore fuit.

Verum eſca eſt, an potabilis lotos? Utrumque. Scylax Caryandenus Λωτοφάγοι ἔθνος μέχει τοῦ στόματος τοῦ ἑτέρου Συρτίδος. Οὗτοι λωτῷ χρῶνται σιτῷ. Vide Dauſqueium in locum Silii adductum.

Lovanium, urbs ampla & munita Brabantiæ, & Academia, ubi olim Menapii populi, 7. leuc diſtat ab Antverpiâ in Eurum, & 8. à Namurco in Bor. ſub dom. Hiſpanorum.

Loventinum, op. fuit Silurum in Com. Brechinienſi, terræ motu abſorptum, ut credunt indigenæ, ubi nunc lacus *Linſavatan* dictus, 2. mill. à Brechnochio in ort. juxta Levenum amnem.

Lubar, Epiphanio lib. 1. Hæreſ. eſt mons ille in quo Arca Noë conſtituit. Verba ejus ſunt: Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ὁπτάσιός τινος λέγεται Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ, ἀναμέσον Ἀρμενίων, καὶ Καρδυέων ἐν τῷ λεγομένῳ Ὄρει καλυμένῳ. Ἐκεῖσε φασὶν κατοίκησις αὐτοῦ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ἀνθρώπων.

Lubeca, & *Lubecum*, urbs Germ. in Saxonia, & Holſatiæ confin. in orâ maris Baltici, urbs libera, & emporium celeberrimum. Vulgò *Lubeck*. Long. 32. 45. Lat. 54. 00.

Lublinum, urbs Poloniæ ſuper. Palatinatus cogn. cap. ad flu. Byſtriczam, 24. leuc. à Varſoviâ in merid. & 36. à Cracoviâ in Cæc. Long. 45. 00. Lat. 51. 00.

Luca, civitas Tuſciæ, à *Lucumone* Hetruſcorum rege dicta. Pop. *Lucenſes*, Strabo lib. 5. ex emendatione Cluverianâ, Πρὸς ὄρεσι τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς Λύνης ὅτι πόλις λεκτή. Plin. 3. 5. *Primum Etruriæ opidum Luna, portu nobile, colonia Luca, à mari recedens, propiorque Piſæ.* Apud Agathiam lib. 1. opidani leguntur bis Λυκανοὶ quod corruptum pro Λυκαῖοι putat Cluverius. Long. 33. 16. Lat. 42. 50.

Lucani, pop. Italiæ à Samnitibus oriundi, ſecundum mare extenſi, Silaro flu. à Picentinis, Lao à Brutiis dirempti. Plin. 3. 5. Dionyſ. verſ. 362.

Ἔνθα δὴ Λεύκανοὶ τε Βρέττιοι ἄνδρες ἔασι,
Τοσσάτιον ναίουσιν ὅσον Λευκὴν ὀπὶ πέδην.

De his vide Juſtinum lib. 23. Erant autem Appulis vicini, quemadmodum ex Horatio colligimus lib. 2. Sat. 8. Sic enim ille de ſeipſo:

Lucanus an Appulus anceps,
Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus.

Vide Cluver. Ital. Ant. Eorum regio *Lucania*. *Baſilicata* Leandro. Inde *Lucanus* adject. Horat.

Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.

Et *Lucana paſcua* apud eundem pro fertilibus. Hinc *Lucas boves* poetæ elephantos vocant. Ennius apud Varronem, *Atque locuſta bovem Lucam pariet prius.* Sil. lib. 9.

Moderantem cuſpide Lucas
Maurum in bella boves.

Sen. in Hippol. Act. 1. 0.

Amat inſani
Bellua ponti, Lucæque boves.

Lucr. lib. 5.

Ut nunc ſæpe boves Lucæ ferro male mactæ
Diffugiunt.

Auſon. Epiſt. 15.

Ut Lucas boves
Olim reſumptas præferoces prælio
Fugit juventus Romuli.

Rationem hujus appellationis reddit Plinius lib. 8. *Elephantes Italia primum vidit, Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit in Lucanis viſos.*

Lucentia,

Lucentia, citerioris Hisp. urbs, Romanorum colonia. Mela 2. Vide Voss. ad Melam, p. 192.

Lucentum, Hisp. Tarracon. op. à superiore diversum, quod Ptol. statuit supra Carthaginem occasum versus, *Luchena* Buthero. Pop. *Lucentes*.

Luceres, tertia pars pop. Romani, temporibus Romuli Regis. Prop. lib. 4.

Hinc Taties, Rhamnesque viri Lucereſque coloni.

Ubi Taties pro Tatienses, Rhamnes pro Rhamnenses, Turneb. Adverss. 1. 21. Varro 4. de L. L. *Ager Romanus primum divisus in partes tres, Tatienses à Tatio, Rhamnes, à Romulo, Luceres à Lucumone.* Sed omnia hæc vocabula Thusca sunt. Ovid. Fast. 3.

Quinetiam patres totidem Tatiensibus ille,
Quosque vocant Rhamnes Luceribusque dedit.

Vide Passeratium ad Propertii locum adductum.

Luceria, Dauniorum colonia, in Apuliâ. Strabo lib. 6. Hor. 3. 15.

——*Te lanæ prope nobilem*
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent.

Lucan. lib. 6.

Tu quoque nudatam commissæ deseris arcem
Scipio Luceriæ.——

Ubi *Nuceriæ* legit Micyllus, quæ in Umbriâ ubi jam erat Cæsar, & in Piceno. Long. 39. 20. Lat. 41. 30.

Luceria, sive *Lucerna*, urbs culta & unus ex 13. Helvetiorum pagis ad lacum Lucerinum, 6. leuc. à Berna in ort. Long. 26. 53. Lat. 46. 42.

Lucretilis, mons in Sabinis, de quo Hor. lib. 1. Carm.

Velox amœnum sæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus.

Lucrinus, lacus Campaniæ in sinu Baiano, contra Puteolos, tam propinquus Averno lacui, ut mari tempestatibus concitato, quandoque soleat conjungi. Dictus à *lucro*, ut quidam volunt propter multitudinem piscium, qui ibi capiebantur. Inde ob istam rationem à veteribus passim laudatur. Horat. Epod. Od. 3.

Non me Lucrina juverint conchylia.

Idem Serv. 2. Sat. 4.

Murice Baiano melior Lucrina Peloris.

Præsertim ob ostrea. Martialis:

Ostrea tu sumis stagno satiata Lucrino,

Idem lib. 6.

Tu Lucrina voras.

Juvenal. Sat. 4.

——*Circeis nata forent an*
Lucrinum ad saxum.

De ostreis loquitur. Vide Lud. de la Cerda in illud Georg. 2.

Quid memorem portus Lucrinoque addita claustra.

Lucullanum, olim *Megaris*, arx in mari apud Neapolim urb. Campaniæ, insulâ parvâ, quæ *Castel dell' Ovo* nominatur.

Lucus Augusti, geminus, unus in Hisp. Tarrac. in Gallæciâ, urbs episc. sub Archiep. Compostellano, vulgò *Lugo*. Alter in Gall. Narbon. in Delphinatu; vulgò *Le Luc*. *Lucus Vocontiorum* Tacito.

Lucus Feroniæ, col & op. Hetruriæ, Capenatibus proximum. Alter apud Ptol. op. Hetruriæ apud oram litoralem, inter Lucam & Lunam *Pietra sancta* Leandro.

Luentinum, op. Albionis in Walliâ, teste Villanovano. Camdeno videtur vel locus excisus in comitatu Brechiniæ ad *Leveney* flu. vel *Newcastle* prius Elmelin, pagus Carmardeniæ comit. apud Tivium fluvium.

Lugdunum, Emporium totius Gall. Celt. longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ *Lugdunensis* dicta est; à L. Munatio Planco, dum Galliæ Comatæ præesset, conditum, in colle supra confluentem Rhodani & Araris imminente: Ubi etiam hodie non obscura antiquæ urbis extant vestigia. Habuit hæc urbs templum insigne, communi Galliæ totius impensâ extructum, & Cæsari Augusto consecratum, eâ parte ante urbem, ubi amnes confluunt: ibique ara dignitatis eximiæ erat gentium sexaginta titulo insignis, dicatis ibi totidem gentium simulacris. Ad hanc aram à Calig. Cæsare, teste Suetonio, institutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ, idque eâ lege, ut victoribus victi præmia conferrent, eorumque laudes componere cogerentur. Qui vero maximè displicuissent, scripta sua spongiâ, linguâve delere cogebantur, nisi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Juv. Sat. 1.

——*Et sic*
Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

Hæc autem urbs tamque insignibus, totque egregiis ornamentis nobilitata, teste Senecâ in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno à quo fuerat condita, unâ nocte conflagravit. *Lugudunum* olim dicta fuit. *Lugduna* Stephano. Eam peculiari libello descripsit Symphorinus Campegius, & Gallicâ linguâ Lugdunensem historiam prolixè persecutus est G. Paradinus. Vulgò *Lyons*. *Lug* vero, unde *Lugduno* nomen, corvum exponit Clitophon Rhodius historicus, qui περὶ κλίσεων, sive Originum libros scripsit. Ex quorum 13 hæc citantur apud Plut. lib. de fluviis in Arari. *Cum Momorus, & Atepomarus à Seseroneo regno dejecti, in eo colle ex Oraculi præcepto urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi subito apparentes, expansis alis arbores quæ circa erant replevere; Momorus autem augurii callentissimus, civitatem Lugdunum vocavit.* Λοῦγον γὰρ τὴν σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόραξ καλοῦσι, δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα. *Lugum enim linguâ suâ corvum vocant, Dunum vero locum eminentem.*

Lugdunum Batavorum, urbs Belgii in Hollandiâ. Λουγδοῦνον Βαταυῶν. Ptol. vulgò *Leyden*. Vide Voss. Hist. Gr. 346. Et Cluverium de Rheni alveis, cap. 20. Sedet ad antiquum Rheni alveum, habetque Academiam percelebrem. Sita est in medio cæterarum urb. quippe Delphis 3. Amsterodamo, Dordraco, Ultrajecto, 7. leuc. distat. Long. 25. 45. Lat. 52. 16.

Lugdunum Convenarum, urbs Aquitan. ad Garumnam flu. nunc *S. Bertrand de Comminges* dicitur. 4. leuc. à Pyrenæis M. in Bor. 11. ab Ausciis in austr. 5. à Consoranis in occ. & 15. à Tolosa in Afr. Long. 20. 30. Lat. 42. 50.

Lugdunum Salinarum, op. Burgundiæ, *Lyon le Saunier*, 7. leuc. à Dola in merid.

Lugensis Comitatus, *Louth County*, reg. Hiberniæ in Ultonia versus mare Hibernicum, cum op. primario cogn. Al. est Luthensis com. inter Dunens. Com. ad Sept. & mediam Orientalem ad meridiem.

Lugeum, seu *Lugea* palus, vulgò *Zirichnitz*, palus Japonum in Liburnorum confin. apud Arsiæ ortum: cujus natura mirabilis, cum singulis annis frumentum, piscationem, & venationem præbeat, aquis accedentibus & recedentibus, teste Lazio.

Lugi, pop. Scotiæ Bor. fuere, ubi nunc Sutherlandia prov. juxta Ocean. Germ. inter Cathnesiam & Naverniam ad Sept. & Rossiam Orientalem ad meridiem.

Lugidunum, *Glogaw*, urbs Germ. inter præcipuas Sleſiæ, ab Uratislavia 12. leuc. Crosnam versus.

Luna, sive *Lunna*, Gall. Lugd. urbs. Anton. *Cluny* Simlero.

Luna, Hetruriæ op. maritimum, fœcundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo *Lunense* dicebatur, olim nobilitatum. Lucan. lib. 1.

——*Quorum qui maximus ævo*
Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ.

In hoc opido casei genus conficiebatur magnitudinis potius, quam bonitatis nomine nobilitatum: quippe quod ad singula millia pondo non raro premeretur: Unde inter servorum obsonia numeratur à Mart. lib. 14.

Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ,
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Long. 32. 34. Lat. 43. 04.

Lunæ mons, geminus; unus Lusitaniæ promontorium; *Punta di Luna* Villanovano, apud ostia Tagi flu. quod *Promontorium Magnum*, Plinio vocatur. Alter in Æthiopiâ ultra Æquatorem, ex quo, teste Ptol. Nilus oritur.

Lunæ, portus Straboni est, qui *Erycis* Ptol. ut Leander vult. *Selene* Steph. vulgò *Golfo della Spezzia*. Persius Sat. 6. ex Ennio:

Lunai portum est operæ cognoscere cives.

Silius Ital. lib. 8.

Tum quos à niveis exegit Luna metallis,
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates & claudere portum.

Ptol. Λούνα & Σήνης ἄκρον facit diversa.

Luneburgum, urbs Saxoniæ clarissima ad *Ilmenow* flu. Ducatûs titulo insignis, ædificiorum superbiâ, & opum copiâ illustris. A. Jul. Cæsare conditam ferunt, ac à *Luna* sic dictam. Lunæ enim simulacrum usque ad Caroli M. tempora illic remanserat, quod ille zelo pietatis commotus sustulit. Urbs est Hanzeatica, Imperialis, & fere sui juris. Vix 2. mill. ab Albi flu. in austr. quot à Lauemburgo in Afr. 10. à Lubeca in merid. 7. ab Hamburgo in ort. 18. à Brunopoli in Arctos. Hinc *Duc. Luneburgensis*, prov. Germ. inter Holsatiam ad Sept. Ditionem Brandeburgicam ad ort. Brunsvicens. Duc. ad merid. & Westphaliam cum Duc. Bremensi ad occ. Long. 32. 20. Lat. 53. 34.

Lunarium, prom. Hispaniæ; quibusdam est *Cabo di Palafugel*, prope Palamum, aliis *Cabo di Tosa*. in ora Cataloniæ, 15. mill. à precedenti in Afr. Barcinonem versus.

Lundis, *Lunden*, urbs Scaniæ, 5. leuc. ab Hafnia in ort. 2. à Malmogio in Cæc. & 3. à Coronia in Eurum.

Lupara, Le Louvre, palatium regium Galliæ, Lutetiæ, aliàs extructum à Carolo V. Rege; sed his ultimis temporibus de novo magnificentissimè excitatum.

Lupatia, urbs Apuliæ, ubi nunc civitas episcopalis *Altamura*, teste Luca Holstenio.

Lupercal, locus sub Palatino monte Pani pastorum Deo consecratus, in quo solennia quædam sacra quotannis fiebant mense Februario, quibus Panos sacerdotes, qui *Luperci* dicebantur, nudi per urbem cursitabant, mulierum palmas uteroque caprinâ pelle ferientes, quâ re & fœcunditatem & facilem partum fieri putabant. Instituta autem putantur hæc sacra ab Evandro in honorem Panos Lycæi, quem Arcades simili honore colebant; Quare autem nudi discurrebant hanc causam adfert. Servius, cum Romulus & Remus ludicro huic intenti erant, latrones interim, occasione arreptâ, pecora illorum abegisse, eâque re intellectâ, Romulum cum omni juventute, abjectis vestibus, ut ad cursum expeditiores essent, latrones esse insecutos, iisque oppressis prædam recepisse. Quæ res quoniam feliciter cessisset, mansisse deinde morem solennem, ut Lupercalia à nudis celebrarentur. Virg. Æn. 8.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum
Retulit, & gelidâ monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasiô dictum Panos de more Lycæi.

Ovid. Fast. 2.

Illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercal,
Magna dati nutrix præmia lactis habes.

De Lupercis autem Virg. ubi supra:

Hic exultantes Salios nudosque Lupercos.

Juvenal.

Nil prodest agili palmas præbere Luperco.

Lupfurdum, urbs Germ. Ptol. *Leipsick* Ferrario. *Meyssen* vero Apiano, & Perchaimero dicitur.

Lupia, Plinio, militum inter Hydruntum, Brundusiumque itinere statio, quæ gemino p. etiam scribebatur, & Λυπίαι plurium. ut est apud Strab. Melam, Æthicum, Antoninum, ut & Λυπιαί, unde vitiatum illud Ptolemæi Λαπίαι. Pausan. lib. 6. scribit quod prisco nomine *Sybaris* dicta fuit. Vide *Sylburgium*. Erat autem col. op. & portus Salentinorum in orâ Calabriæ Boreali, Aletinorum navale, nunc pagus, *La Rocca* dictus, teste Galateo.

Lupias, Lupia Melæ, *Luppia* Tacito, flu. Germ. cum op. cognomine, per Westphaliam in Rhenum apud Wesaliam urb. fluens. Strabo in Visurgim influere ait, Tacitus vero in Oceanum, hodiè *Lyppe*, seu *Lippe*, teste Junio, dicitur.

Lupondum, seu *Lupodunum*, op. seu potius arx Germ. in Suevia, non procul à fontibus Danubii. Ausonius in Mosellanicis:

Hostibus exactis Nicrum super & Lupodunum.

Luppia, Lipstadt, urbs Germ. Hanzeatica, & Com. cogn. cap. ad Luppiam flu. in Westphaliâ reg. inter Paderbornam ad ort. & Susatam ad occ.

Lusatia, prov. Germ. olim Bohemiæ annexa, sed ab ult. bello Bohemico, an. circiter 1620. subest dominio Ducis Electoris Saxoniæ. Dividitur in sup. cujus cap. est Gorlitium, & inf. cujus primaria est Sorava. Extenditur à Sept. in merid. & terminatur Silesia ab occid. Duc. Saxoniæ à Bor. Marchiæ Brandeburgicâ, & ab aust. Bohemiâ.

Lusitania, tertia Hisp. pars, quam Plin. 4. 12. à Durio amne finit, reliqua citeriori attribuens, in quâ sententiâ & Ptolemæus est. At Strabo cum Melâ convenit. *Hujus regionis*, inquit, *latus Australe Tagus cingit, ab occasu vero & Septentrione Oceanus, ab Aurorâ Carpetani, Vetiones, Vaccei, & Callaici famæ majoris populi.* Pop. *Lusitani*, à *Luso* Bacchi filio, seu, ut alii volunt, comite. Sil. lib. 3.

Hos Viriathus agit Lusitanumque remotis
Extractum lustris.———

(Λουσιτανία Appiano.) *Belitani* Stephano iidem sunt cum Lusitanis, eidem Λουσιλανία pars Bæticæ, & Gentile Λουσιλανοί. Vulgò *Portugal* dicitur. Diod. lib. 5. Τῶν δ' Κίμβρων ἀλκιμώτατοι μέν εἰσιν οἱ καλούμενοι Λουσιτανοί. Ubi legendum Ἰβήρων uti notat Palmerius. Cæterum de nomine hujus reg. ita Vir Magnus de Phœnicum Col. lib. 1. cap. 35. לוז *Luz*, inquit, Ebræis & Syris est amygdalus, ut & Arabibus *Lauz*. Jam hoc certum est Phœnices à proventu fructuum sæpe loca nominasse. Sic Jericho urbs palmarum, à palmis. Sed & ab amygdalis dicta *Luza* quæ & Bethel in tribu Benjamin Gen. 28. 19. & altera *Luza* in Hetthæis in tribu Ephraim Jud. 1. 26. Quidni etiam *Lusitania*, in quâ præstantissima amygdala tantâ copiâ proveniunt, ut hâc in parte cedat nulli terrarum. Vide is ipsum authorem, pag. 698. Mirum est quod de Lusitanis equabus tradunt veteres, eas nempe concipere ex vento. Quod enim Virgilius in genere Georg. 3.

Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis
Exceptantque leves auras: & sæpe sine ullis
Conjugiis vento gravidæ, mirabile dictu.

Alii auctores ad Lusitanas equas expressè referunt. Plin. 4. 22. *Olyssippo equarum è Favonio vento concipeu nobile.* Eadem Solinus cap. 36. & Mart. Capella lib. 5. Columella 6. 26. *Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem juxta Oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, fœtumque edidisse.* Varro de R. R. 2. 1. *In fœturâ res incredibilis enim in Hispaniâ, sed enim vera, quod in Lusitaniâ ad Oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olyssippo monte Tagro* (lege *Sacro*) *quædam è vento concipiunt certo tempore equæ.* Sil. l. 3. de Hispaniâ loquens:

Huc adeo cum ver placidum, flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos grex præstat equarum
Et Venerem occultam genitali concipit aurâ.

Visum autem aliquibus, in primis Justino lib. 44. hanc totam narrationem ad fabulas rejicere, & rem detorquet ad pernicitatem equorum Gallæciæ, & Lusitaniæ, quæ tanta est ut non immerito ipso vento concepti videantur. De la Cerda.

Lutetia Parisiorum, urbs Gall. Celticæ in Belgicæ confin. ad Sequanam, & Matronam flu. interluentes. Ob luti quantitatem sic dicta. Alii tamen ab albedine murorum Λευκετίαν à Græcis vocatam existimant. Eam Julius Cæsar usque adeo ædificiis auxit, tamque fortiter cinxit mœnibus, ut *Julii civitas* à nonnullis sit appellata. Amplissimam hanc civitatem Sequana fluvius dividens, triparsitam constituit, quarum prior Universitas, altera civitas, tertia urbs nominatur. Carolus M. Alcuini præceptoris sui instinctu, An. Dom. 796. fundavit, & permultis prærogativis, privilegiis, & immunitatibus splendidissimè exornavit. Vulgò *Paris*.

Luttervortium, Lutterworth, op. Angl. in Leicestriæ Com. med. fere inter Leicestriam & Daventriam. Ibi fuerat Parochus Jo. Wicklefus.

Luxemburgum, urbs ampla Belgii ad Alizontem amnem, sub dom. Hisp. 4. leuc. à Theodonis villa in Sept. & 6. à Treveris in occ. Hinc Luxemburgensis *Ducatus*, prov. Belg. maximè ad ort. & aust. extensa versus Germ. inter Trevirens. ditionem ad ort. Limburgens. Duc. ad Bor. Leodiens. tractum ad occ. & Lotharingiam ad merid. Pars ejus australis subest regi Franciæ à paucis annis.

Lycabetus, Atticæ mons, Athenis proximus, Hymettóque finitimus. Statius Theb. 12.

Vitibus & pingui melior Lycabetus Oliva.

Hesych. Λυκάβητος· ὄρος τῆς Ἀττικῆς· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ λύκοις πλησιάζειν.

Lycæus, Arcadiæ mons, Jovi sacer, teste Pausaniâ in Arcadicis, olim etiam Olympus & ἱερὸς κορυφὴ, id est, *sacer vertex* ab incolis appellatus, quòd Jovem ibi educatum existimarent. In hoc monte Jovis Lycæi ara fuit à Lycaone Pelasgi filio primum consecrata, quam cùm postea mactati pueri sanguine respersisset, in lupum dicitur esse transformatus. Constat tamen montem hunc etiam Pani sacrum fuisse. Virgil. Georg. lib. 1.

Ipse nemus patrium linquens, saltusque Lycæi
Pan ovium custos.———

Hinc etiam Pan *Lycæus* passim à poetis dicitur. Idem Æn. 8.

———*Gelidâ monstrat sub rupe Lupercal*
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

Inde *Lycæa* sacra in honorem Panos fieri in hoc monte solita, quæ posteà ab Evandro in Latium translata, Lupercalia dicta sunt.

Lycaonia, regio Asiæ, Cappadociæ pars, in austrum Ciliciam versus ab eâ Tauro monte divisa, inter Isauriam ad occ. & Armeniam min. ad ort. cujus metropolis est Iconium, à quâ hodiè reg. *Cogni* nominatur. Stephanus totam Arcadiam olim *Lycaoniam* dictam scribit. Est & Phrygiæ minoris urbs.

Lycastos, urbs Cretæ, quæ jam interiit Strabonis tempore, apud Dictæum mont. à *Lycaste* nympha, cujus meminit Claud. De laud. Stiliconis lib. 3.

———*Mecum Dictæa Lycaste.*

Alii à Luporum multitudine sic dictam volunt. Hom.

Λύκοισι, Μίλητόν τ' ἠγαθέην τε Λύκαστον.

Lycastum, regio Asiæ, Cappadociæ urbs. Plin. *Docastelli* Nigro. Erat autem apud Halym flu. teste Mela, in Paphlagoniæ confin. *Lycastia* Apollonio.

Lyceum, gymnasium celeberrimum juxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio Philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academiâ. Cic. 1. Acad. *Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo.* Idem alibi:

Inque Academiâ umbriferâ, nitidoque Lycæo
Fuderunt claras divini pectoris artes.

Item *Lyceum* gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, à nomine Scholæ Aristotelicæ ita dictum. Cic. Acad. Qu. lib. 1. *Nuper cum essem cum Qu. Fratre in Tusculano disputatum est. Nam cum ambulandi causâ in Lyceum venissemus*

(id

(*id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt*) *perlegi, inquit ille, tuum paulo ante tertium de Natura Deorum.*

Lychnidus, urbs Illyriæ, item parva regio Armeniæ. Steph. Item *Lychnidus*, vel *Lychnidion* urbs Macedoniæ. *Ochrida* Sophiano, & lacus ejuſdem nominis ibidem, quem Liv. lib. 44. *Aſcuridem* appellare videtur. Idem lib. 42. Begorritim lacum hoc tractu habet, ſed an idem ſit, viderint peritiores. Long. 46. 00. Lat. 41. 15.

Lychnitis, Armeniæ maj. palus. Steph. *Exſecchia* vulgò, ex tab. recent. Armeniæ regio quoque eſt. Idem.

Lycia, reg. min. Aſiæ inter Pamphyliam, & Cariam: olim (ſi poetarum fabulis credimus) Chimæræ monſtri ignibus infeſtata. Cujus fabulæ occaſionem præbuit Chimæra ejus reg. mons crebrò ignem eructans. Dicta eſt autem Lycia, à *Lyco* Pandionis filio. Urbem habet Pataram, Apollinis oraculo celebratam. Unde *Patareus Apollo*, apud Horatium. Et *Lycias ſortes* apud Virg. lib. 4. Æn. i. e. ſortes Apollinis, qui in Lycià apud Pataram reſponſa edebat. *Mylias* olim & *Oygia* dicta fuit, teſte Steph. Incolas *Termilas* vocatos ſcribit Herodotus. Erant autem arte ſagittandi celeberrimi. Virg. Æn. 8.

Illæ mihi inſignem pharetram, Lyciaſque ſagittas
Diſcedens dederat.——

Et lib. 7.

Lyciam ut gerat ipſe pharetram.

Stat. Theb. 6.

Cætera plebs Lyciis gaudet contenta ſagittis.

Silius lib. 8.

Lycios arcus.——

Lycormas, Ætoliæ flu. flavas arenas volvens. Hic poſteà *Evenus*, ab Eveno rege Ætolorum, qui ſe in illum præcipitavit, appellatus eſt. Ovid. Met. 2.

Arſuruſque iterum Xanthus, flavuſque Lycormas.

Sen. in Hercule Oetæo:

Nec præcipitem volverit amnem
Flavus rapido fonte Lycormas.

Phidari Nigro dicitur. Vide Plut. de Flum. in Lycormâ.

Lyctus, Cretæ urbs inſignis, Idomenei patria. Virgilius Æn. 3.

Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus.——

Paleocaſtra, Nigro teſte, hodiè dicitur.

Lycus, fluvius Aſiæ non procul à Laodiceâ qui cuniculis ſubterraneis abſorbetur, ac rurſus emergit. Ovid. Met. 15.

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu
Exiſtit procul hinc, alioque renaſcitur orbe.

Item alius juxta Heracleam Mariandynorum in Pontum Euxinum illabens. Ovid. 4. Pont. Eleg. 10.

Huc Lycus, huc Sagaris, &c.

Lycus, Flu. Germ. Rhætos à Vindelicis diſterminans. Ptol. Alius Macedoniæ Plut. Alius Aſiæ min. qui Celænas Phrygiæ urbem interfluit. Alius Ciliciæ. Plin. Alius Siciliæ, *Platani* Fazello. Alius circa Byzantium Cedreno, quem tradit Apollonio Tyaneo coactum ne Byzantio inundationibus noceret.

Lydda, Palæſtinæ urbs. Ptol. alio nomine *Dioſpolis*, hodiè *Rama* Caſtaldo. Long. 66. 00. Lat. 32. 00.

Lydia, regio Aſiæ min. Cræſo rege, & Pactolo aurifero, flumine notiſſima, quæ flexuoſis Mæandri amnis recurſibus perfuſa, ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mœſiæ, meridianâ parte Cariam amplectens. *Lydia* dicta à *Lydo* Atyos filio, cum antea *Mœonia* vocaretur. Virg. Geor. 4.

Præterea Regem non ſic Ægyptus & ingens
Lydia, &c.——

Hujus reg. incolæ *Lydi* dicuntur, qui Herodoto lib. 2. primi aurum, argentumque ſignarunt. Horum improbitas maximè abiit in proverbium, *Lydi mali*, apud Athen. Hi capita flammeis muliebribus ornare ſolebant, unde in effœminatos ortum eſt Proverbium, *Lydio more* apud Suidam. *Lydius lapis* (qui & *Heracleus* ab Heracleâ urbe Lydiæ) in proverbio eſt apud Theophr. lib. de Nat. lap. de homine acri ingenio prædito, nam hic lapis aurum, & argentum arguit, quale ſit. Lydorum currus in certaminibus erant adeo veloces, ut proverbio ſit, *Currus Lydius*. Et apud Plut. *Juxta Lydium currum curris*, dicitur de eo qui longè cæteris in aliquâ re inferior eſt. Lydos quoque equitatu cæteris præfert Herod. lib. 1. quos non aliter quam ex equo pugnare ſcribit. Hi cibis opiparis, & cupediis operam dabant, ut *Caryca Lydorum* in adagium abierit, apud Athen. lib. 12. Caryca enim genus cibi erat apud illos ex variis lautitiis, ſanguineque confectum. De quibus etiam in voluptuoſos, *Lydus cauponatur* apud Herod. legitur. Tantæ quoque libidinis notabantur, ut *Lydus* in meridie, de homine inſatiatæ libidinis proverbialiter diceretur. *Lud* in ſacris ſcripturis vocari ſcribit in ſuo apparatu Biblico Ar. Montanus.

Lynceſtius, Macedoniæ flu. cujus aqua pota non minus ebrietatem inducit, quam ſi quis vino ſe ingurgitaſſet. Ovid. Met. 15.

Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicunque parum moderato gurgite traxit,
Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.

Eſt & regio Macedoniæ *Lynceſtis*. Pop. *Lynceſtæ*.

Lyrcæus, mons Arcadiæ, *Lycæus* Virgilio, ubi Lyrcæa urbs erat, teſte Pauſaniâ, quem alii cum Callimacho in Argiâ locant, ex quo Inachus flu. profluit. Strab. lib. 8. Eſt & fortis nomen. Stat. Theb.

Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus, & ingens
Inachus.——

Ovid. Met. 1.

——*Jam paſcua Lernæ*
Conſitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arva.

Hinc *Lyrceius*. Val. Flac. 4. Argon.

——*Dominum Lyrceia tellus,*
Antraque deprenſæ tremuerunt conſcia culpæ.

Lyrneſſus, op. Troadis, patria Briſeidis, quam Achilles eversâ urbe ſecum abduxit occiſo Mynete ejus marito, civitatis illius principe. Hinc *Lyrneſſius*. Ovid. in Ep.

Diruta Marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi.

Et *Lyrneſſis* pro Briſeide. Ovid. Triſt. 4.

Fertur & abductâ Lyrneſſide triſtis Achilles.

Alia quoque eſt Cilicum Strab. & Euſt. quæ & *Homala* vel potius *Mallos* vocatur.

Lyſias, Arcadiæ urbs. Ptol. *Crepa* Nigro. Eſt etiam Phrygiæ opidum, Strab. Syriæ quoque circa Apamiam, Ptol. Cariæ urbs Plinio.

Lyſimachia, urbs Cherſoneſi Thraciæ ad iſthmum in orâ Helleſponti. *Hexamiti* Sophiano. Item urbs Ætoliæ, Strab. A *Lyſimacho* conditore nomen habens, teſte Pauſaniâ. Long. 94. 00. Lat. 42. 25.

Lyſimelia, Siciliæ pagus in agro Syracuſano. *Pantanella*, teſte Fazello cum Aretio. Λίμνη Λυσιμέλεια Thucydidi lib. 6. Meminit hujus ſtagni quoque Theocritus Syracuſanus Idyllio 16. his verſibus:

Κέρη Ϝ' ἃ σὺν μέλει πολυκλήρων Ἐφεαίων
Ἐλιχας, μέγα ἄσυ παρ' ὕδασι Λυσιμελείας.

Lyſtra, urbs Iſauriæ in confin. Lycaoniæ, Derbæ proxima Act. Ap. 14. 6. Ubi verſio noſtra: *They fled to Lyſtra and Derbe, cities of Lycaonia.*. Græca v. ſic ſe habent: Κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τ' Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην, καὶ τ' περίχωρον. Quæ ſic interpretari poſſimus: *Fugerunt ad civitates Lycaoniæ, ad Lyſtram & Derben, & ad regionem circumjacentem*; idque non reputans Lyſtram ac Derben Lycaoniæ fuiſſe civitates: ſed oſtendens Apoſtolos, non ſolum ad urbes Lycaoniæ fugam facere, ſed etiam ad Lyſtram, ac Derben, alioſque propinquæ reg. locos. Syriaca verſio huic interpretationi favere videtur: *Fugerunt ad civitates Lycaoniæ, vel Lyſtram vel Derben.*

M.

Macæ, pop. Arabiæ Felicis, Carmanis oppoſiti in tractu nardum & myrrham ferente. Mela lib. 3. hodiè pars regni Ormuzii. *Macæ* item & *Maces*, *Macæi* Ptol. populi Cyrenaici circa Syrtim majorem ſiti, vel juxta Cinyphum amnem. Sil. lib. 3.

Cinyphii didicere Macæ, &c.

Macanitæ, Mauritaniæ Tingitanæ gens. Ptol. Hos Xiphilinus in Severo *Macennitas* vocat.

Macaria, Cypri inſula urbs, *Falines* teſte Nigro. Imo tota inſula ſic dicta. Eſt & fons ſive palus in Marathone Atticæ regionis. Pauſan. Tractus etiam Peloponneſi apud Strab. & inſ. ſinus Arabici Ptol.

Macaronneſos, Acropolis Thebarum in Bœotiâ. Thucyd. Herod. quoque Muſa 3. mentionem facit regionis quæ Græcorum linguâ vocabatur *Macaronneſos*, in quâ ſita erat urbs Oaſis, 7 dierum itinere diſtans Thebis Ægyptiis. Sunt etiam Μακάρων νῆσοι, de quibus Pomp. Mela 2. 7. *Extra Helleſpontum, earum quæ Aſiaticis regionibus adjacent, clariſſimæ ſunt, Tenedos, Sigæis adverſa litoribus, & quo dicerentur ordine, ad promontorium Tauri montis oppoſitæ, quas quondam dici putavere Μακάρων, ſive quod fortunati admodum cœli ſolique ſint, ſive quod eas ſuo, ſuorumque regno Macar occupaverat.* Vide Diod. Sic. lib. 5. Et ſane multo plures olim ſic vocabantur, nam ut de inſulis Oceani taceam, Creta, Cyprus, Leuce, multa denique in conti-

nente ſita loca *Inſularum felicium* nomen conſecutæ ſunt.

Macedonia, latiſſima Europæ regio, duobus olim regibus, & terræ imperio clariſſima, antea *Æmonia*, *Mygdonia*, & *Pæonia*, *Edonia* & *Pieria*, & *Emathia* dicta; quæ à tenuibus initiis, regum prudentiâ, gentiſque eò magnitudinis excrevit, ut Domina centum quinquaginta facta fuerit populorum Hanc à Septentrione Dalmatia, Mœſiaque montana ſejungunt, ab occaſu mari Adriatico, ſive Ionio, ab ortu Ægæo abluitur, meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipſa Græcia excipit. Macedoniæ in quatuor regiones diſtributionem habes apud Liv. lib. 45. cap. 29. Dicta à *Macedone* quodam Oſiridis, ſive ut Steph. & Solinus ſcribunt, Jovis filio. Gentile *Macedo*. Horat.

——*Diffidit urbium*
Portas vir Macedo.——

Item *Macedonicus*, & *Macedonius*. Ejus partem quondam *Macetia* dictam ſcribit Steph. & Heſychius, & inde totam regionem nomen accepiſſe refert Euſtathius in Dionyſium. Poſterioribus ſæculis hujus pars *Salutaris* dicta fuit lib. Notit. Item *Prævalitana* apud Sext. Rufum. Pars occidua *Albania*, pars ad ort. *Jamboli*, Auſtralis vero *Comenolitari* apud Caſtaldum. Hujus gentis Laus erat, quod crimen ingrati animi ſæviſſimè punirent. Sen. 3. de Ben. *Excepta* Macedonum gente, non eſt in ullâ data adverſus *ingratum actio*. Ubi Lipſ. At nuſquam id hodie legas: annon ideo fuit? Potuit & noſter erraſſe, ac gentem pro gente ſuppoſuiſſe. Viri docti tamen conſentiunt, vel *Perſarum* hic reſcribere, vel *Medorum*. Quia Xenophon, atque alii tradunt, Ingrati judicium & pœnam Perſis fuiſſe. Medi autem Perſis finitimi, & pro iis etiam uſurpati. Vide ſi lubet Muretum, 12. Var. cap. 3. Tamen & Philippus Macedo (quod pro Vulgatâ aliquid) ingrati hoſpitis frontem ſtigmate inuſſit. Hæc ille. Quod autem ait *In nullâ*, id quidem non ἁπλῶς & universè *in ingratos*, ſed fuit Athenis, in *liberos ingratos*, conceſſa parentibus: Romæ v. in *libertos ingratos*, patronis.

Macella, urbs Italiæ. Steph. *Macalla* Lycophroni, Barrius facit Calabriæ civitatem epiſcopalem, hodiè *Strongoli* dictam. Giacconius in libello Columnæ Roſtratæ hanc Macellam in Siciliâ ponit.

Machlinia, urbs Belgii præclara, Brabantiæ metropolis, media inter Antwerpiam, Lovanium, & Bruxellas. *Meckelen*, & *Malines*. Long 24. 45. Lat. 51. 15.

Machlyes, Africæ pop. ſupra Naſamones, quos *Androgynos* eſſe tradit Calliphanes, utriuſque naturæ inter ſe vicibus cocuntes. His Ariſt. tradit dexteram mammam eſſe virilem, lævam mulierem. Plin. 6. 2.

Maclovium, *S. Mallo*, urbs Britan. min. & emporium cum portu capaci. Crevit ex ruinis Alethæ, & 16. leuc. diſtat à Briocenſi urbe & 4. à Dolâ in Circ. Long. 18. 20. Lat. 49. 30.

Macolicum, *Malcklin* Mercatori, urbs Hibern. ad Syneum flu. à Limerico 25. mill. in Bor. Long. 10. 15, Lat. 35. 40.

Macra, amnis ex Apennino fluens, Liguriamque dividens ab Hetruriâ, juxta Lunam civitatem in mare Ligufticum illabens. Plin. 3. 5. Lucan. lib. 2.

——*Nullaſque vado qui Macra moratus*
Alnos vicinæ procurrit in æquora Lunæ.

Macris, inſula Cariæ in mari Rhodienſi apud Caunum urb. maritimam. *Magri* hodie. *Macris* etiam ob longitudinem dicta eſt Eubœa, ſicuti & Chios.

Macrobii, pop. Africæ in Meroe inſulâ, teſte Melâ, & in Æthiopiâ ad Solis ortum, teſte Plinio, ſic ob vitæ longitudinem dicti. Juſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, & formâ pulcherrimi. Hyperborei etiam pop. *Macrobii* dicti, teſte Euſtathio ob eandem cauſam.

Macrocephali, pop. ad Boſporum, Pomponio. Stephanus Colchis vicinos eſſe ſcribit. Circa Ceraſuntem op. Cappadociæ ſunt Plinio. *A capitis longitudine* dicti.

Macron, Thraciæ op. non procul ab Iſthmo Cherronenſi, ita dictum à *longo muro*, quem Miltiades à Propontide ad Melianum ſinum duxit, Cherroneſum à reliquâ Thraciâ excludens. Plin. 14. 11.

Macrones, Pontica gens ad flu. Abſarum, in Colchidis, & Armeniæ majoris confin. Quorum Val. Flac. meminit, lib. 5.

Moſſynici vos & ſtabulis Macrones ab altis.

Et Dionyſius verſ. 766.

Μάκρωνες φίλυες ἦ, καὶ οἱ Μόσυνας ἔχυσι
Δυσσαίους.——

Strabo lib. 2. Καὶ Σάνυοι δὲ πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας. *Machelenes* ab Arriano appellari, *Macritas* ab Apollonio lib. 1. Argon. credit Pintianus, ſic dictos, ut idem addit, ex ejus enarratoribus, quòd ſint coloni Eubœenſium. Eubœa enim olim *Macris* dicta. Sed Sannos diverſos à *Macronibus* faciunt Xenophon, & Arrianus, quod idem quoque Pintianus annotavit.

Madagaſcar, inſ. in Oceano Æthiopico, *Monuthias* Ptolemæo, *Cerne* Plinio, ut quidam volunt, 90. aut 100. leuc. Gall. ab ora Africæ in ort. Eſt ex præcipuis inſ. totius orbis, utpote extenſa à gradu 11. Lat. auſtralis, uſque ad gradum 25. ejuſdem lat. ſed ab ort. in occ. multo minor eſt. Eam pluribus deſcripſit Stephanus Flacurtius. Vide lib. Anglicano Sermone conſcriptum, cui tit. *That the Inhabitants of* Madagaſcar, *in temporal things, are the happieſt People in the World.* Per Walt. Hamond, Lond. 1640.

Madaura, *Madara* quibuſdam, urbs Africæ propriè dictæ mediter. inter Hipponem & Lambeſam, ad 60. m. p. Cirthæ propior, nunc vicus tenuis. Fuit patria Apulei & literarum gymnaſium, ad quod D. Auguſtinus ſe contulit.

Madera, *Maderas*, inſ. maris Atlantici, ſub dom. Luſitanorum, in Africâ; alias *Cerne Atlantica* dicta fuit, teſte Sanſone; ejuſque long. eſt 25. leuc. circuitus autem 60. circiter.

Madritum, *Madrid*, urbs Hiſp. perampla & ſedes Regia, ad amnem *Manzanares* dict. in Caſtella Nova. Crevit ex ruinis Mantuæ Carpetanorum, nunc *Villa Manta* dictæ, vix 1. leuc. ab eâ diſtantis. Diſtat 7. leuc. ab Eſcuriali in ort. 12. à Toledo in Bor. & 5. à Compluto in occ.

Madus, *Maydſton* Camdeno, op. Angl. in agro Cantiano inter Londinum 28. & Rium in orâ meridionali 20. mill. diſſitum.

Mæander, vulgò *Madre*, fluvius ingens Aſiæ in Phrygiâ magnâ ex Aulocrene fonte oriens, obliqueque adeo fluens, ut in ſeipſum recurrere videatur, 600. flexiones faciens, teſte Dione Pruſæo. Cariam ab Ioniâ ſeparat, ac mare inter Heracleam, & Miletum ſubit. Mæandrum conſtat fluviorum omnium eſſe maximè ſinuoſum. Μόνῳ γὰρ ἐκ πάντων ὀφθῆναι πολλῶν ἀπὸ τῆς ἰδίων ἀφελόμενον πηγῶν εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ. Ita Plut. in lib. de Fluminibus. Seneca Epiſt. 105. *Mæander poetarum omnium exercitatio & ludus, implicatur crebris anfractibus, & ſæpe in vicinum alveo ſuo admotus, antequam ſibi influat, flectitur.* Unde de Labyrintho Dædaleo Ovid. Met. 8.

Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapſu refluitque fluitque,
Occurrenſque ſibi venturas reſpicit undas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare verſus apertum
Incertas exercet aquas.——

Et lib. 11. Fab. 1.

Quique recurvatis ludit Mæander in undis.

Et lib. 9. Fab. 5.

——*Mæandri toties redeuntis eodem.*

Idem in Epiſt. Dejaniræ:

Mæander toties qui terris errat in iiſdem,
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas.

Silius lib. 7.

Qualis Mœoniâ paſſim Mæandrus in undâ
Cum ſibi gurgitibus flexis revolutus oberrat.

Prop. lib. 2.

——*Ut Phrygio fallax Mæandria campo*
Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias.

Sen. in Herc. Inſano:

——*Qualis incertâ vagus*
Mæander undâ ludit, & cedit ſibi,
Inſtatque dubius litus, an fontem petat.

Idem in Hippolyto:

Ubi Mæander ſuper æquales
Labitur agros piger, & ſteriles
Amne maligno radit arenas.

Sed cur *amne maligno*? an quia non ſatis terras quas ſolum radit, undis ſuis irrigat, & fœcundat, ſed tantum leviter aſpergit, nunquam eodem loco ſtabilis permanens? an potius *maligno* h. e. *doloſo* ſeu *tortuoſo*? Sane Anna Comnena Alexiados lib. 4. Σκολιόταλον πολλῶν ἀπάντων, καὶ κάμπας συνεχὲς ποιούμενον vocat. Hinc à Lucano *errans* dicitur:

Errantem Mæandron adit.

Calaber 1. verſ. 281.

Μαιάνδρου ἥ ῥοάων βαθυῤῥόον, ὅς ῥ' ἀνὰ γαῖαν
Καρῶν ἀμπελόεσσαν ἀπὸ Φρυγίης πολυμήλου
Εἶσι πολυσπαμπῆσιν ἑλισσόμενος ῥοηδόσι.

Hinc ab Orpheo πολυπλανὴς, à Nonno πολυκάμπης, & σκολιὸς appellatur. Vide Solinum cap. 43. Æthicus: *Fluvius Mæandrus naſcitur in campis Aſiaticis, bicornis, currit quaſi ſint duo redigentes ſe in unum, influit in mare Cycladum, currit millia* 997. Plinius. *Mæander*, &c. *crebris ita ſinuoſus flexibus, ut ſæpe credatur reverti.* Strabo: Σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολὰ, ὥστε ἐξ ἐκείνης τὰς σκολιότητας ἀπάσας Μαιάνδρους καλεῖσθαι. Sic apud Heſychium: Μαίανδρος, εἶδος ἱππασίας, quo equi multiplicibus flexibus, & gyris agitantur. Apud Feſtum *Mæandrum picturæ genus dictum à ſimilitudine flexûs amnis, qui appellatur Mæandrus.* Unde Poeta Æn. 5.

——*Plurima circum*

Purpura

Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Habuit, ni fallor, ex Lucretio, qui ſic lib. 2.

Jam tibi Barbaricæ veſtes, Melibœaque fulgens
Purpura Theſſalico concharum tincta colore.

Paria fere Nonius, apud quem Varro *Mæandrata* pro flexuoſis. Sed & *Mæandri* dicuntur vafra, & obliqua conſilia. Cic. pro Piſone; *Quos tu Mæandros, quæ diverticula, flexioneſque quæſiſti.* Prudentius Cathemerinon Hymn. 6.

O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per Mæandros,
Fraudeſque flexuoſas,
Agitas quieta corda.

Item *Mæandrus*, quæ & *Mæandropolis*, Magneſiæ urbs Steph. Cariæ opidum. Et Indiæ extra Gangem mons. Ptol. Item *Mæandria* Epiri opidum Plinio, *Alandriana* Pineto. Et *Mæandrini* pop. circa iſtum fluvium degentes. Dictys Cretenſis.

Mæatæ, Scotiæ pop. apud Dionem in Severo, juxta eum murum, qui Scotiam ab Angliâ dividit: Horum regio *Laudonia* vocatur à Lhyido. Picticæ gentis fuiſſe credit Buchananus. Northumbros inter Mæatas ponit Camdenus.

Mædi, Thraciæ populi, vicini Macedonibus, qui quoque *Mædobithyni* vocantur. Scribuntur cum æ diphthongo, ut differant à Medis populis Aſiæ. Tamen Medos, & Medicam regionem ſine diphthongo ſcribunt Strab. & Liv. lib. 26. eorumque caput & arcem *Famphorinam* appellant. Mædica regio eſt Ptol. & in eâ Pantalea urbs. Hinc præfectura Mædica Thraciæ, vicina Pœoniæ apud Ariſt. De Mirabilibus & lib. 9. Hiſt. Vide Steph.

Mænalus, ſive pl. num. *Mænala*, Arcadiæ mons altiſſimus, Pani conſecratus, & pinis refertus, ita dictus à *Mænalo* Lycaonis filio, ut annotavit Theocriti Scholiaſtes. Eſt & nomen urbis Arcadiæ. Steph. Virg. Georg. 1.

Pan ovium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ.

Idem Eclog. 8.

Mænalus argutumque nemus, pinoſque loquentes
Semper habet; ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque.

Pauſan. in Arcadicis: Τὸ ὄρος τὸ Μαινάλιον, ἱερὸν μάλιστα τοῦ Πανὸς νομίζουσιν, ὅσα οἱ περὶ αὐτὸ, καὶ ἐπικεχωρίακε συνέχοντες τὸν Πανὸς λέγουσι. Ovid. Met. 1.

Latebris horrenda ferarum
Mænala.

Frondens Statio dicitur, & *pinifer* Virgilio.

Mænomena, Sardiniæ montes. Ptol. *Inſani* Livio & Floro, *Canelle* Ortelio.

Mæonia, reg. min Aſiæ, poſtea *Lydia* dicta, à *Lydo* Atyos filio, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentr. Myſiæ, meridianâ parte Cariam amplectens, ad occaſum ſupra Ioniam excurrens. Steph. à *Mæone* flu. dictam tradit. Μηονία Herod. & Dionyſio; unde Μηονὶς gentile fœmininum apud Homerum. Et Ovid. Met. 6.

Mæonis eluſam deſignat imagine Tauri.

Id eſt, Arachne, puella Lydiæ. Et *Mæonidæ* pro Muſis. Idem Met. 5.

Feliceſque vocat pariter ſtudioque locoque
Mæonidas.

Et *Mæonides* pro Homero. Ovid.

Aſpice Mæoniden, &c.

Martialis 5.

Et ſua riſerunt ſæcula Mæoniden.

Item *Mæonius* dictus eſt Bacchus. Virg. Georg. 4.

Cape Mæonii carcheſia Bacchi.

Mæotis, palus Scythica, juxta Tanais oſtium, Cimmerio Boſporo à Ponto Euxino diſcreta, ita dicta ab accolis, qui *Mæotæ* appellantur, Lucan. lib. 3.

Quâque fretum torrens Mæotidis egerit undas.

Idem lib. 2.

Quas tenet æquore denſo
Pigra palus, Scythici patiens Mæotia plauſtri.

Seneca Tragœdus:

Mæotis in me gelida transfundat mare.

Claudianus:

Gelido ſi quem Mæotia paſcit
Sub Jove.

Hinc *Mæoticus*. Virgil. Æn. 6.

Jam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent divum, & Mæotica tellus.

Aliqui Tauricam inſulam (vel potius peninſulam) *Mæotim* vocarunt. Steph. Hinc piſces *Mæotides* vel *Mæotici*, qui in Mæoti capiuntur, vel in genere omnes, vel ut Steph. putat ſuæ ſpeciei tantum, & *Mæotica mella* apud Plin. Ovid. Triſt. 3, 12. primam corripuit:

Annoque peracto
Longior antiquis viſa Mæotis hyems.

Quem locum ſic emendat Tanaquillus Faber:

Longior à vobis verſa Mæotis hyems.

Id eſt, Hyems Scythica, ſive Mæotica, jampridem à vobis qui in Italiâ degitis, verſâ eſt, & locum veri adventanti dedit. Cui tamen conjecturæ aſſenſum ſe præbere poſſe negat Nicolaus Heinſius, reponit itaque:

Anniſque peracta
Tardior antiquis viſa Mæotis hyems.

Varia nomina hæc palus apud Geographos obtinet; vulgò *Mare delle Zabacche*, *Mare della Tana*, & *Mar bianco* Italis. *Carpalk*, *Mar el Azach* Arabibus, teſte Rhamuſio. A Scythis olim Temerinda, i. e. *mater maris*, uti tradit Herodotus. Alii tamen non matrem, ſed obſtetricem vocant, & inde dictam eſſe Μαιῶτιν. Stephanus. Τὸ Σκύθικον Μαιῶτις, ὡς Μαιῶτις λίμνη, διὰ φάσι κληθῆναι ἀπὸ τῆ Μαίας ἕνεκα Εὐξείνε Πόντε. Ita reſtituendus locus ille corruptiſſimus. Paulo aliter Hipparchus in ſcripto inedito: Ἡ [illegible] δώδεκα ζωδίων. Τὸν Πόντον ἔνθα ἔστιν ἡ Μαιῶτις λίμνη, ἐν ᾗ τὰς ἰχθῦς ἀπομαῦσι, ἔνθεν καὶ αὕτη ἡ λίμνη Μαιῶτις ὀνομάζεται. Et certe piſces in hâc palude bene nutriri aſſerit Juvenal. Sat. 4.

Neque enim minor hæſerat illis
Quas operit glacies Mæotica, ruptaque tandem
Solibus effudit torpentes ad oſtia Ponti
Deſidiâ tardos, & longo frigore pingues.

Mæſia. Vide *Mœſia.*

Mæſia ſylva, cujus Liv. & Plin. meminere. Hodiè *Boſco di Baccano* dicitur, ut Annius & Leander tradunt. Territorii Romani in Tuſciâ eſt.

Mæſius mons, in Myſiâ eſt, & *Olympus* propriè dicitur, teſte Plinio. *Myſius* habet Mela, qui dicit eum ſic ab inſulis vocari. Prius *Saturni collem* vocatum ſcribit Iſacius in Lycophronem.

Magæ, ſeu *Magnæ*, Lib. Notit. Anton. *Magnis*, op. Walliæ, *Old Radnor* Camdenio.

Magæa, Siciliæ fons, haud procul à Plemmyrio, Plin. 3. 8. *La fontana de la Maddalena* hodiè Cluverio.

Magdeburgum, urbs ampla & Hanzeatica Saxoniæ infer. reg. cogn. caput, ſub dom. proprii Archiepiſcopi nunc, ſed conceſſa Electori Brandenburgico pace Monaſterienſi titulo Ducatus. Olim munita fuit, & emporium celebre; ſed an. 31. expugnata eſt ab Auſtriacis, & ab ipſis penè diruta; hodie utcunque reparatur. 12. leuc. diſtat à Witteberga in Circ. & 9. ab Halberſtadia in ort. Long. 33. 35. Lat. 52. 18.

Magellanica, reg. Americæ meridion. ampliſſima, verſus auſt. inter flu. Argenteum ad Bor. & fretum Magellanicum ad merid. ſic dict. à Ferdinando *Magellano Luſitano.*

Magetæ, pop. Africæ, gæſis utentes. Stat. 2. Achill.

Quò Magetæ ſua gæſa citent.

Magiovintum, vel *Magintum*, Angliæ op. *Dunſtable* Camdeno in agro Bedfordienſi.

Maglova, *Machleneth*, op. Walliæ in Com. Montgomerienſi, teſte Camdeno.

Magna Græcia, regio fuit ampla Italiæ, valde extenſa, utpote quæ Apuliam utramque Meſſapiam, ſeu Calabriam, Lucaniamque cum Brutiis contineret. Ibi nunc provinciæ regni Neapolitani, Calabria citer. & ulter. Baſilicata, cum parte auſtrali Principatûs citerioris, quibus adjungitur terra Hydruntina à quibuſdam.

Magneſia, urbs Aſiæ, in Ionia, teſte Plinio, vel in Cariâ apud Mæandrum flu. & Thoracem montem, teſte Diodoro, media inter Epheſum & Tralles. Hic Themiſtocles Athenienſis patriâ pulſus interiit, cum rex Perſarum hanc ei urbem dono dediſſet, vulgo *Mangreſia*. Item *Magneſia* altera urbs Lydiæ ad Sipylum mont. proxima Sardibus, *Manisſa*, Leunclavio. Long. 57. 00. Lat. 40. 10. Item regio Macedoniæ inter Pieriam ad Bor. & Theſſaliam in auſtrum, in orâ maris Ægæi ad ort. ubi *Magneſia* promont. Ptol. *Capo Verlichi* Sophiano. Pop. *Magnetes*. Ovid. Met. 11.

Conſiſtere Pelea terra
Fata negant, Magnetas adit vagus exul, &c.

Hinc *Magneſius*, & *Magneſſus*. Horat. 3. Od. 7.

Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

Hi, violato nomine, tot malis, teſte Strab. lib. 13. afflicti ſunt, ut à Mileſiis prorſus deleti adagio locum fecerant. *Magnetum mala*, de malis ingentibus. Suidas.

Magniana, op. Pannoniæ ſuper. in Hungariâ. *Zika*, teſte Lazio.

Magnopolis, olim *Eupatoria*, urbs Paphlagoniæ exciſa Mithridatis regia, poſtea *Pompeiopolis*, ſic à Pompeio qui Mithridatem vicit, dicta. Item urbs Germaniæ, vulgò *Meckelburg.*

Magnum promontorium, quod & *Olyſſipponenſe* Plinio dicitur, Luſitaniæ promontorium apud oſtia Tagi. Vulgò *Cabo de Caſcais*. Item Promontorium Maurit. Cæſarienſis. Ptol. *Capo de One*, teſte Marmolio. Item aliud Siciliæ, Arab. Feli-

cia,

cis, Æthiopiæ ad ſinum Barbaricum, & aliud ad oſtium Gangis. Ptol.

Magnus portus, geminus: unus Libyæ inter. in orâ occ. maris Atlantici, *Porto Seren*, teſte Caſtaldo. Alter Albionis, in orâ Angliæ Auſtrali contra Vectim inſulam. *Portſmouth* Camdeno. *Southampton* Oſtelio.

Magontiacum, Tac. & Am. Marcel. *Mocontiacum*. Ptol. *Magontia*, Eutropio, *Moguntia* poſterioribus, vulgò *Metz*, urbs Germ. ſuper. Archiepiſcopalis ad Rhenum in Palatinatu, libera, media fere inter Argentoratum ad merid. & Colon. Agrippinam ad boream. Cujus Archiepiſcopus primum inter Imp. electores locum tenet. Fabulantur illam à Moguntio Trojano, Hectoris filio conditam. Hic primum ars impreſſoria inventa traditur. Long. 29. 45. Lat. 50. 00.

Majorica, *Mayork*, alias *Balearis minor*, inſ. Hiſpan. in M. mediterraneo inter Minoricam ad ort. & Ebuſum ad occ. Ejus præcipua eſt Palma. *Mallorca* incolis.

Majuma, urbs Palæſtinæ, Gazæ proxima.

Malabaria, reg. Indiæ, in parte auſtrali Peninſ. cis Gangem ad occ. inter reg. Decani ad Sept. & promont. Comorinum ad merid. eſtque valde abundans & fertilis. Extenditur autem verſus oram maris Maldivarum per 125. leuc. ubi regna Calecuti, Cochini, Cranganoris, Cananoris, Coulani, ac Travancoris.

Malaca, *Malaga*, urbs Hiſp. Bæt. maritima, unde vinum optimum, in orâ maris Mediter. & ad oſt. Malacæ flu. 24. leuc. ab Hiſpali in Eurum, 23. à Gadibus in ort. & 22. à Granata in occ. A Phœnicibus conſtructam eſſe anno ante Chriſti adventum 1340. aſſerit Fr. Tarapha. *Malaca* unde dicatur, nulli erit ambiguum qui legerit hæc Strabonis Ταριχείας δ' ἔχει μεγάλας, *Salſamentis autem abundat*. Nempe מלח *Malach* Ebræis eſt ταριχεύειν, *ſale condire*. Unde מלחא *Malacha* dictum *ſalſamentorum opidum*, Græce Μάλαχα, aſpiratione demptâ. Long. 16. 02. Lat. 36. 30.

Malea, promontorium Peloponneſi in orâ Auſtrali Laconicæ, per 50. m. p. in mare protenſum, adverſiſque ventorum flatibus navigationem reddens periculoſam. Unde factus eſt locus proverbio. *Cum ad Maleam deflexeris, obliviſcere quæ ſunt domi.* Item illud Ὑπὲρ Μαλέαν πλεύσας ἐνσυβᾶς ἔσῃ. Poetæ pro licentiâ ſuâ mediam ſyllabam nunc producunt, nunc corripiunt. Producunt Ovid. Amor. 2. Eleg. 6.

Nec timeam veſtros curva Malea ſinus.

Statius Theb. 7.

———*Raucæ circumtonat ira Maleæ.*

Prop. lib. 3.

Præbeat hoſpitio ſæva Malea ſuo.

Corripiunt Virg. Æn. 5.

———*Maleæque ſequacibus undis:*

Val. Flac. lib. 4.

——*Maleæ velut arce fragoſâ*
Turbo rapax.———

Dicta à *Maleo* Argivorum rege, qui in eâ pulchrum templum conſtituit, quod *Maleaticum* appellavit. *Maleum* Plinio. *Cabo Malio* Sophiano. Hinc *Maleus* ſinus, qui & *Aureus* à latronibus, teſte Floro 3. 6. Iſacius in Lycophronem ſcribit *Aſini maxillam* à formâ vocari. Ptolemæo tamen duo diverſa loca ſunt in quorum medio *Boæ* ab eo deſcribuntur.

Maleventum, Campaniæ urbs, de quâ Livius lib. 3. *Cæſi, captique Samnites, niſi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen eſt, perfugerunt.* Plin. 3. 11. *Hirpinorum colonia Beneventum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam adpellata Maleventum.*

Malimnus, Siciliæ mons, malis, h. e. Pomis refertus. Theocritus: vel ut habet ejus Scholiaſtes, locus paluſtris non procul à Crotone: Σταμάλιμνον legit Caſaubonus.

Mallia aqua, apud Thermopylas in Phthiotide, & apud Oetam M. videtur, ubi Maliacus ſinus, qui & Oetæus. Catullus epigr. 69.

Cum tantum arderem quantum Trinacria rupes
Lymphaque in Oetæis Mallia Thermopylis.

Mallos, Ciliciæ op. clariſſimum, à *Mallo* conditore ſic dictum, ut ex Callimachi ſententiâ refert Steph. Ejus meminit Lucanus lib. 3.

Mallos, & extremæ reſonant navalibus Ægæ.

Vide Euſt. in Dionyſ. verſ. 874.

Malmogia, vulgo *Malmugen*, & *Elbogen*, urbs Scaniæ juxta Sundicum fretum, 4. leuc. ab Hafniâ in ort. quot à Corona in merid. ſub dominio Suecorum. Long. 33. 30. Lat. 57. 10.

Mamertini, pop. olim è Samo inſ. ejecti; à Meſſanenſibus hoſpitio excepti, occupatâ urbe, illam Mamertinam appellarunt, ſicque Meſſanenſes *Mamertini* appellati. Cic. Act. 4. in Verrem.

Mamertinum fretum, quod & *Rhegium* Straboni, *Siciliæ fretum* Cic. Plin. & Tac. *Scyllæum* Ovid. & Athenæo. *Siculum* Capellæ, anguſtia maris inter Cænidem Brutiorum promont. & Pelorum Promont. Siciliæ. *Il Faro di Meſſina*. Hinc *Mamertinum vinum* Mart. 13. 114.

Amphora Neſtoreâ tibi Mamertina ſenectâ
Si detur quodvis nomen habere poteſt.

Manapia, *Waterford* Stanihurſtio, urbs Hiberniæ in Momotiia reg. ad Suyrum flu. in ora ad ort. Epiſc. ſub Archiep. Caſſilienſi, ex primis, & emporium, à Dublino ad 50. m. p. in meridiem recedens. Camdeno v. eſt *Wexford*, urb. Com. cogn. ad Slanam flu. ubi & *Manifii*, pop. quos ille *Menapios* vocat. Long. 11. 56. Lat. 52. 48.

Manaricium, Hollandiæ vicus in Diœceſi Trajectenſi, hodie *Manrick*, teſte Simlero.

Manarmanis, Germ. portus poſt Rheni oſt. Ptol. hodie *Marna*, teſte Hieronymo Verrutio, à quo tractus Friſiæ ſic nominatur circa ſinum *Dungerdeel*. Perchaymerus credit *Campen* eſſe, Becanus mavult *Harlingen*, aut locum vicinum.

Mancunium, Angl. op. Anton. *Mancheſter* Camdeno, in agro Lancaſtrenſi.

Mandela, pagus in Sabinis. Horat. 1. epiſt. 19.

———*Gelidus Digentia rivus,*
Quem Mandela bibit rugoſus frigore pagus.

Mandralæ, Indiæ intra Gangem pop. quorum civitas Palibotra. Hos populos Strabo videtur *Praſios* vocare, horum enim ſcribit Palibotram urbem eſſe, indeque etiam eandem gentem *Palibotros* quibuſdam appellari tradit Plinius.

Mandubii, Gall. pop. apud Cæſarem & Strabonem, quorum caput Alexia. Horum tractus nunc *Baſſigny* dicitur, teſte Golluzio. *Auſſois* vero in Burgundiâ Marliano.

Manduеſſedum, Angliæ op. Anton. *Manſfield*, teſte Talboto in comitatu Nottinghamienſi. Sed Camdeno eſt *Manceſter* in agro Warwicenſi.

Manduria, opidum Salentinorum. *Mandurium* Livio, & Stephano, *Caſalnovo* Leandro vocatur.

Mandurium, ſcribit Leander à Plinio vocari lacum in Apuliâ Dauniæ, qui hodiè *Andorio* dicitur, quem neque exhauſtis aquis minui, neque infuſis augeri tradit Livius. *Lago Verſentino* Alex. Andreæ.

Manes, flu. vel torrens Locrorum Epicnemidiorum Thronion præterfluens, interdum tam exiguus ut tranſeuntis vix tingat pedes: interdum tam latus, ut in bina ſe diffundat jugera. Dicitur & *Boagrius*. Vide Strab. lib. 9.

Manfredonia, urbs regni Neapolit. 22. m. p. ab oſt. Aufidi flu. in Bor. in Capitanatâ prov. & in orâ ſinus Veneti, 25. m. p. à Luceria in ort. Haud procul inde ad rad. M. Gargani oſtenduntur ruinæ Siponti urb. cujus ſedes Manfredoniam tranſlata eſt. Long. 40. 00. Lat. 41. 40.

Manlia, op. Hiſp. Tarracon. in Celtiberis nunc in regno Navarræ, in Arragoniæ, & Caſtellæ confin. olim ſub Numantinis, teſte Livio *Mallen* hodiè.

Manliana, olim op. Luſitaniæ in Vettonibus, nunc pagus Extremaduræ. Item Thuſcorum op. in Senenſium ditione, hodiè *Magliano*.

Manſfeldia, urbs Saxoniæ ſuper. inter Erfordiam 9. leuc. in Cæc. & Magdeburgum 9. qu. *Manni campus*, à *Manno*, ſecundo Rege Germanorum. Hinc *Manſfeldienſis Comitatus*, inter Principatum Anhaltinum ad Bor. ditiones Hallenſem & Merſobergenſem ad ort. & Thuringiam propriam ad merid. & occ. Nunc ſubeſt Duci Electori Saxoniæ, ſed alias ſuberat propriis Comitibus, quibus omnibus & ſingulis perſolvere debet prædict. Dux penſionem annuam duorum mille Florenorum in perpetuum.

Mantiana, palus aquæ ſalſæ in Armenia, maxima poſt Mæotida, ad Atropatiam uſque pertingens. *Actamar* Tho. Minadoio. *Geluchalai* P. Veneto. *Van*, & *Vaſtan* Theveto. Aliis *Abannas*.

Mantieni, montes Armeniæ majoris, ex quibus Araxes, & Gyndes flu. profluunt. Herodot.

Mantinea, urbs Peloponneſi gemina, una in Argia ad ſinum Argolicum, *Mantegna* Nigro. Altera in Arcadia, *Mundi* Zardo. Hic inter Græcos dubio Marte certatum, Epaminonda Thebanorum duce cæſo. Hom. in Catalogo:

Οἱ Τεγέαν τ' ἔχον ἠδ' Μαντινέην ἐριμυχλον.

Heſychius: Μαντινέη πόλις Ἀρκαδίας.

Mantua, urbs Tranſpadanæ regionis clariſſima, vulgò *Mantua*, & *Mantoa*. Non longè à Cremonâ abeſſe innuit Virgilius Eclog. 9.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Ejus ſiquidem patria fuit. Mart. 1. 62.

———*Marone felix Mantua eſt.*

Fertilitatem ejus innuit ipſe Virgilius Georg. 2.

Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niveos herboſo flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt,
Et quantum longis carpunt armenta diebus,
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponit.

Vide omnino Cluverium de Ital. Ant. l. 26. Inde *Mantuanus*. Statius:

——*Tentat audaci fide Mantuanæ*
Gaudia famæ.——

Μάνλυα & Μάνλυα Stephano. Long. 32. 38. Lat. 44. 40. Item pagus Hiſp. Tarraconenſis in Carpetanis, vulgò *Villa Manta* dicta. Long. 17. 00. Lat. 40. 40.

Maracanda, urbs Sogdianæ reg. Arriano, & Curtio. Plutarchus lib. 2. De Fort. Alex. *Maragandam* vocat. Petrus Perondinus putat *Samarcanda* hodiè eſſe, olim magni illius Tamerlani patria, & regia. Hanc Chalcocondylas *Samrachantan* vocat. Long. 112. 00. Lat. 39. 00.

Marathon, hodie *Maraſon*, Attici agri civitas, diſtans ab Athenis circiter 10. m. p. non procul à Tricoritho, & Rhamnunte, nece Icarii regis inſignis, & Miltiadis gloriâ, qui ibi centum millia ex Darii regis Perſarum exercitu profligavit. Item Theſei Victoriâ qui ibi Taurum Marathonium ſuperavit. Ovid. Met. 8.

——*Te maxime Theſeu,*
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine Tauri.

De quo tauro à Theſeo domito, per urbem traducto, Delphicoque demum Apollini immolato, Plutarchus in Theſeo. Deſcripſerat, qui alioquin ejuſdem belluæ ab Hercule victæ meminit, idem certamen Apollodorus lib. 3. Sed perierunt ejus ab initio geſtorum Theſei Mythiſtoriæ. Meminit & Hyginus cap. 38. Diod. Sic. lib. 4. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Μαραθῶνι ταῦρον, ὃν Ἡρακλῆς, τελῶν ἆθλον, ἐκ Κρήτης ἀπήγαγε εἰς Πελοπόννησον, συμπλακεὶς καὶ κρατήσας τῇ ῥώμῃ καθήγαγε εἰς Ἀθήνας· τοῦτον δὲ Ἀγγὶς θαλασσῶν ἔθυσεν Ἀπόλλωνι. Inde *Marathonius*, ut *Marathonia virgo* pro Erigone. Papinius 5. Sylv. 3.

——*Nec enim Marathonia virgo*
Parcius extinctum ſævorum crimine agreſtum
Fleverit Icarium.——

Marathonia, urbs Thraciæ. Steph.

Marathus, urbs Phœniciæ. *Margath* hodie Olivario. Mela 1. 12. *Urbs non obſcura Marathos.* Geographo πόλις ἀρχαία Φοινίκων dicitur. Arrianus illam ex adverſo Aradi in continente ponit, & πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα vocat.

Marca di Ancona, hodiè appellatur ea Italiæ regio, quæ olim Picenum dictum fuit. Ab Iſauro flumine uſque Druentum amnem, inter Hadriaticum mare, & Apenninum montem porrigitur. Habet hæc regio agrum fertilem, omnis generis frugum copiam producentem, ſed lignariis quam frumentariis fructibus longè eſt præſtantior. Silius ejus laudem præcipuam in oleis laudat. Urbs primaria eſt Ancona; Item Ælia Ricina, quam hodiè *Recanati* vocant. Non longè abhinc eſt Lauretanæ imaginis fanum, validiſſimo muro cum vico illi adhærente cinctum, & multum totius Europæ hominum peregrinationibus, Religionis ergò, celebre.

Marchia, quæ & *Merchia* quibuſdam, vulgo *Merche*, prov. Scotiæ auſtr. in confin. Angliæ, à quâ ſeparatur, Tuedâ flu.

Marchia Tarviſina, prov. Italiæ ſub dom. Reip. Venetæ; continet territoria Tarviſinum, Cadorinum, Bellunenſe & Feltrinum; inter prov. Foro-Julii ad ort. & territ. Vicentinum, ac Tridentinum ad occ.

Marchia, nova, & vetus, duo ſunt Saxoniæ reg. Nova flu. Oderâ perfunditur. Veterem Albis interſecat, ad cujus ripam urbes *Witemberga*, *Magdeburga*, *Hamburgum*, *Lubecum*. Nova ad Auſtrum in Bohemos & Sileſios vergit, cujus urbes *Francofordia*, *Brandenburgium*, &c.

Marcilianus, locus ſuburbanus Conſilinatis urbis in Magnâ Græciâ, ubi conventus eſt frequentiſſimus totius Lucaniæ. Leucoreæ quoque priſca ſuperſtitione nomen accepit, uti ſcribit Caſſiodorus lib. Var. octavo ad Severum, ubi hunc locum eleganter deſcribit.

Marcodurum, Vibiorum vicus. Tac. *Duren* hodie, Juliacenſis ducatûs urbs Rhenano ac Divæo, inter Coloniam & Aquiſgranum. Long. 28. 00. Lat. 50. 48.

Marcomanni, Germ. pop. Hercyniæ ſylvæ accolæ, qui hodie *Moravi* dicuntur. Hi Arioviſto duce Rhenum tranſgreſſi magnâ ſuorum ſtrage à Cæſare ſuperati fuere. *Merhern* hodiè.

Mardi, pop. Aſiæ in Armeniæ, & Mediæ confin. Ptol. qui etiam à Strabone & Stephano in Hyrcaniâ deſcribuntur, ab Herodoto in Perſide, à Plinio in Sarmaſiæ Aſianæ orâ ad Euxinum mare, à quo & in Suſianâ collocantur. Horum meminit Dionyſius verſ. 732.

——Ἄγχι δὲ Μήδοι
Τηλόθι Ταπυροί τε.——

Curtius lib. 5. *Ventum eſt in Mardorum gentem, cultum vitæ abhorrentium, ſpecus in montibus fodiunt, in quos ſe, conjuges, & liberos condunt, pecorum, aut ferarum carne veſcuntur.* Vide *Amardi.*

Mardus, flu. per Mardos fluens, ac in mare Caſpium labens, non procul à Cyropoli. Sed per Apyros ſive Tapyros illum fluere ſcribit Dionyſius ubi ſupra:

——Ἐπὶ δ' ὄρεσιν ὀλκὸν ἐλίσσει
Μάρδος.——

Mare Mediterranеum, quod Africam ab Europâ ſeparat. *Mare Magnum*, *Inferum*, & *Tyrrhenum* vocat Oroſius, partem pro toto accipiens. *Heſperium mare* vocatur Euſtathio, ab Hiſpanis *Mar de Levante* (quod orientale ſonat) appellatur. Alia hodie, uti & olim, vocabula ſecundum regiones quas alluit, fortitur plura.

Mare Rubrum, vide *Erythræum mare*, in duos dividitur ſinus, Perſicum & Arabicum, in quos varii fluunt amnes, Dionyſio *Æthiopicum*, Plinio, & Melæ *Indicum*, & Herodoto *Perſicum* appellatur, inter Africam ac Taprobanam inſulam Aſiæ meridionalem partem alluit. Strabo illud ſub Atlantici nomine comprehendit. Hujus pars quæ Perſiam, & Arabiam Felicem lambit, *Azanium* apud Plin. appellatur 6. 15. *Mar d' India* à Luſitanis dicitur, ut quidam volunt. Mari Rubri vocabulum tam late apud bonos auctores extendi fugit Guilandinum in ſuo de Papyro libello, ubi Euſtathium reprehendit, quod ſcribat Indiam ad Rubrum Oceanum pertingere. Item Martinum Del Rio, apud quem malè audit Seneca, quòd dicat

Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto.

Sed hic error illis communis eſt cum his qui mare Rubrum tantum pro Arabico ſinu intelligunt; idque male. Indum enim, Tigrim, & Euphratem flu. in hunc ſinum minime exonerari, cunctis pene notiſſimum eſt, eaque tamen in mare Rubrum ſe exonerare apud claſſicos authores luce clarius oſtenditur.

Mareotis, lacus in Ægypto, Alexandriam à meridie alluens, multis Nili foſſis, tum à ſuperioribus partibus tum à latere adauctus portum habens nobilem, eoque qui ad mare eſt, multo utiliorem. Strab. lib. 17. *Mareotis* præterea appellatur pars illa Libyæ, quæ Ptolemæo *Marmarica* dicitur. Ejus deſcriptionem vide apud Plin. 5. 6. Eſt præterea *Mareotis*, pars Epiri, in quâ vinum optimum naſcitur, unde *Mareotides* uvæ dictæ ſunt, & *Mareoticum* vinum. Virg. Georg. 2.

Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Ita vulgò creditum, atqui vites iſtæ celebres ſunt, non in Mareotide Epiri, ut quidam falſo, ſed in Libyâ Mareotide Ægypto conterminâ. Strabo lib. ult. *Eſt in his locis vini maxima copia, ut etiam Mareoticum vinum ad vetuſtatem perduret.* Plautus in Caſinâ:

Niſi hæc meraco ſe uſpiam percuſſit flore Libyco.

Id eſt, vino Mareotico, explicante Turnebo 8. 11. & Lambino in eum locum. Athenæus quoque lib. 1. ita perſpicuè. *Mareoticum vinum, quod etiam Alexandrinum vocavere à Mareiâ lacu vicino Alexandriæ, & urbe lacui propinquâ, atque ejuſdem nominis. Frequens in eo tractu vinea eſt.* Demum Servius *Mareotidas* explicat *Ægyptias.* Itaque male aliqui has vites ad Epirum rejiciunt; male etiam videtur ſcripſiſſe Columella 3. 2. *Nam quæ Græculæ vites ſunt, ut Mareoticæ, Thaſiæ, &c.* Plinius enim qui pro Epiro adducitur, 14. 3. nihil tale. Horatius de Cleopatra lib. 1. Od. 37.

Mentemque lymphatam Mareotico
Redigit in veros timores
Cæſar.——

Papinius 3. 2.

——*Modo nam trans æquora terris*
Prima Dicarcheis Pharium gravis intulit annum.
Primâ ſalutavit Capreas, & margine dextro
Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.

Margiana, reg. Aſiæ min. inclytæ apricitatis (ut inquit Solinus) ambitu ſtadiorum 1500. difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines, in quâ Antiochus Antiochiam extruxit. Strab. lib. 9. & 11. *Jeſelbas* Caſtaldo, *Tremigan* Pineto.

Margidunum, op. Albionis in Angliâ, *Margret-Overton* Camdeno. Aliis *Leiceſter*, & aliis *Derby*. Camdenus vero ubi *Belvoir*, vel *Bever-caſtle*, caſtrum comitatûs Lincolnienſis in confin. Leiceſtrenſis deſcripſit, hæc verba habet: Si non hoc ipſo loco, certe juxta Margidunum fuiſſe, & nomen, & diſtantia ſatis dilucidè docent. Vide Guil. Burtonum in Antoninum, pag. 214.

Margus, fluvius Aſiæ, quem Ptol. ex montibus Sariphis deſcendere tradit, & per Derbiccas in Oxum amnem deferri. Item fluvius per Seleuciam fluens.

Mariaba, metropolis Sabæorum juxta mare Rubrum, Strabo lib. 15. *Mariama* Ptolemæo, teſte Hermolao, omnium Arabiæ Fel. opidorum regina. Vide *Saba.*

Mariana Colonia, Corſicæ inf. civitas, ita dicta à C. *Mario* 7 conſule, qui eo coloniam dunxit. Plin. 3. 6. hodiè *Marino* Blondo, *Cabo S. Maria*, Pineto.

Marianæ foſſæ, Narbon. Provinciæ opidum, quod hodiè *Aquæ mortuæ* appellant, ita dictum à vicina foſſâ à C. Mario

Mario ad mare usque ductâ. Ptol. 2. 10. Plin. 3. 4. Strabo lib. 4.

Mariandynum, reg. Asiæ Bithyniæ contermina, Acherusiâ specu nobilitata, per quam Hercules, Cerberum canem tricipitem ad superos traxisse dicitur; quem ferunt ibi virulentam spumam in saxa evomuisse, ex qua ibi natum volunt aconitum. Dionys. Perieg. vers. 788.

Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον, ἔνθ' ἐνέπουσιν.
Οὐδαίου Κερβήρου μέγαν κύνα χαλκεόφωνον
Χθονὸς ἀνηκόμοιο μεταλλήσαντα Ἡρακλῆα,
Δηρὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χυλὸν·
Τὸν ῥ' ἐδέξατο γαῖα, καὶ ἀνδρείοισι πεμῷ ἐφύτλωσε.

Nomen reg. (inquit Steph.) est à *Mariandyno* quodam Æolico. Pop. *Mariandyni*. Inde *Mariandynus tibicen* pro inepto poetâ aut scriptore, apud Æschylum. Val. Flac. Argon. 4.

Et Mariandynum patrias penetravit ad urbes.

Ptol. *Mariandyni*. Melæ *Mariandynæi*. Μαριανδυνοὶ Xenophonti initio Κύρου παιδείας, sed scribendum Μαριανδυνοί.

Mariani montes, *Marianus mons* Ptol. in Hisp. Tarraconensi, illam longo tractu à Bæticâ separantes: quorum pars saltus Castulonensis dicitur; hodie *Sierra Morena*.

Marica sylva, *Maricæ lucus*, Livio, sylva Latii novi in Campaniæ confin. ad Lirim flu. apud Minturnas à *Maricâ* nymphâ sic dicta, de quâ Virg. Æn. 7.

Hinc Fauno & nymphâ genitum Laurente Maricâ.

Marici, pop. Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum condiderunt, teste Plinio, quorum vicus adhuc visitur apud Alexandriam, inde 2. m. p. Dertonam versus, qui *Marengo* dicitur, & opidulum *Pietra di Marici* ab Alexandriâ 3. mill. Ticinum versus apud Tanarum flu.

Maridunum, urbs Albionis in orâ Walliæ occiduâ, & merid. inter Landavam, & Meneviam. *Caermarthen* Camdeno dicitur. Long. 15. 29. Lat. 52. 17.

Marinum, Umbriæ urbs. Strabo. Hodiè *S. Marini*.

Marinus lacus, portui Herculis proximus in Tuscià, ut Strabo eum describit lib. 3. *Lago d' Orbitello* hodiè vocatur, ut ex tabulis colligitur.

Marionis, urbs Germ. non obscura ad Albim flu. in Saxoniâ duci suo parens inter Brunswicum & Lubecum, *Lunenburg*, teste Petro Appiano. Altera urbs Pomeraniæ, *Lubec* Ortelio.

Maris, lacus Thraciæ in finibus Ciconum apud Maroneam urbem. *Lago di Marogna.*

Marisus, *Marus* Tacito, & posterioribus *Marisius*, flu. Daciæ per Transylvaniam in Tibiscum influens, ac Albam Juliam alluens. *Maris* Herodoto dici videtur. *Marisch* Germanis.

Maritha, vel *Marithæ*, montes Arabiæ Felicis in orâ Australi haud procul à litore, & ortu Laris fluvii. Ptol. *Martimos* hodie.

Maritima Colonia, Galliæ Narbonensis urbs. *Martegue*, teste Jo. Poldo. Ptol. Μεσὰ δὲ τῆ Ῥοδανὸν ὀπὶ θαλάζῃ κεῖ) Ἀναλιτῶν πόλις Μασσίτμα κολώνια. Sic rectè libri veteres. Vide *Mastramela*.

Marium, op. Cypri in orâ Boreali, olim Arsinoe apud Steph. dictum. *Vasilipotamo* Tho. Porcatio. *Catullus* masculinè protulit pl. num.

Quæ sanctum Idalium, Marioſque apertos.

Marmarica, regio Africæ inter Cyrenaicam ad occid. & Ægyptum ad ort. nunc *Barcha*, olim Mareotis Libya, teste Plin. populi *Marmaridæ* Straboni, & *Barcitæ* Ptol. quos serpentes incantare scribit Solinus. Lucan. lib. 9.

———*Gens unica terras*
Incolit à sævo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli, par lingua potentibus herbis.

Vide plura ibidem. Silius lib. 3.

Marmaridæ medicum vulgus strepuere catervis:
Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites jacuere ceraſtæ.

Leonibus abundabat hæc regio. Sen. Agamemn.

———*Marmaricus Leo*
Morsus cruentos passus audacis Leæ.

Nemesian.

Et sud Marmaricos coget juga ferre Leones.

Vide *Barce*.

Marnan, templum Jovis Cretensis in Gazâ Palæstinæ. Vocantur autem puellæ in Cretâ *Marnan*. Stephanus Μάρναν ἐρωμένας Κρήτης φησίν. Ridiculè, neque enim id significat *Marnas*, sed *Dominum hominum*. Bochartus.

Marockium, vulgo *Morocco*. Vide *Bocanum Hemerum*.

Maronea, Ciconum civitas in Thraciâ. Steph. præstantissimo vino laudata. Tibullus 4. 1.

Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.

Ismarus Homero, teste Hesychio, *Maregna* Sophiano.

Marpessus, Mysiæ op. apud Idam montem in agro Trojano, unde ortum habuit Sibylla Hellespontica, teste Lactantio. Item mons in Paro insula candidi marmoris ferax. Hinc *Marpessia cautes* apud Virg. Æn. 6. Steph. Μάρπησσα, ὄρος Πάρου, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται. *Marpessa* itaque est מערת בצה *maarbetsa*, i. e. *caverna excisionis*. Boch.

Marpurgum, qu. *Martisburgum*, urbs Germ. in Lantgraviatu Hassiæ, ad Lanum flu. cum arce munitâ, & Academiâ celebri, 11. leuc. à Francofurto ad Mœnum in Sept. & 12. à Casselâ in Afr.

Marrubii, populi Italiæ circa Fucinum lacum, sic dicti vel à rege *Marrubio*, vel quòd circa *mare* habitabant. Stagna enim & lacus veteres etiam maria appellabant. Urbs *Marrubium*. *Marno* Leandro.

Marrucini, populi Italiæ in regione Marsorum. Silius lib. 8.

Marrucina simul Frentanis æmula pubes.
Marruvium, idem quod *Marrubium*. Silius lib. 8.
Marruvium veteris celebratum nomina Marri.

Virg. Æn. 7.

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.

Μαρρούιον Straboni.

Marsi, pop. Italiæ fortissimi, Picentibus, Æquiculanis, & Samnitibus finitimi, à Marso Circes filio orti, qui salivâ suâ serpentum morsibus medebantur. Virg. Æn. 7.

———*Neque eum juvere in vulnera cantus*
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.

Vide De la Cerdam ad locum. Nos rem aliis poetarum testimoniis impræsentiarum confirmabimus. Horat.

———*Nec vocata mens tua*
Marsis redibit vocibus.

Et alibi:

Caputque Marsâ dissilire nænîâ.

Ovid. 1. Arte Am.

Mixtaque cum Magicis Marsa venena sonis.

Author de medicamine faciei:

Nec mediæ Marsis rumpuntur cantibus angues.

Habuerunt ex Lucilio:

———*Colubros disrumpit Marsia cantu.*

Dionys. Μαρσῶν δυὰ φῦλα vocat App. lib. 1. Civil. ἔστ δὲ τὸ ἔθνος πολεμικώτατον. *Marsi* quoque apud Herod. lib. 4. pop. sunt Scythiæ Europææ. Sunt & *Marsi* Germaniæ pop. Tacito. *Ortmarsen*, op. Frisiæ in Tuentiæ regiuncula, hodiè videtur.

Marsigni, Germ. pop. Tacit. *Marvignos* Ptolemæi eosdem esse putat Althamerus.

Marsyas, flu. Phrygiæ haud procul à Mæandro oriens, in quem apud Celænas, & Apameam urb. quam circumfluit, excurrit, à *Marsya* ibi ab Apolline decoriato, dictus. Ovid. ubi supra:

Marsya nomen habet Phrygiæ liquidissimus amnis.

Claud. lib. 2. in Eutropium:

Icarium pelagus Mycalæaque litora juncti
Marsya, Mæanderque petunt: sed Marsya velox
Dum suus est, flexuque carens: jam flumine mistus
Mollitur, Mæandre, tuo.———

Vide *Celænæ*. Et Boch. Phaleg. 1. 3.

Martia aqua, urbis Romæ. Plin. 31. 3. clarissima aquarum omnium toto orbe, frigoris, salubritatisque laude de cæteris præclara. Ex lacu Fucino ab Anco Martio rege Romam perducta. Tib. 3. 6.

Temperet annosum Martia lympha merum.

Martiana sylva, in Germaniâ est. Ammianus. *Schwarstwaldt* vulgò, ex quo *Nigram Sylvam* faciunt Latini juniores. Peucerus, & Althamerus putant idem esse cum Ptolemæi Eremo Helvetiæ. Vide *Mantiana*, & *Hercynia*.

Martinopolis, urbs Germ. in Misnia, *Mersburg* Ottoni Frisingensi. Long. 34. 16. Lat. 51. 26.

Marus, mons Thraciæ, qui *Tmarus* secundum nonnullos & *Ismarus* dicitur.

Masaci, pop. Germ. infer. in Belgio, quorum opidum *Mayseych* ad Mosam flu. Sunt qui putent *Marsatios* esse Plinii, sed horum pagus *Marsen* dicitur, teste Ortelio.

Masada, op. Palæstinæ ad Asphaltitem lacum. Plin. *Moasada* Strab. *Massada* Josepho. *Massa* hodie, teste Pineto.

Masæsylia, regio Libyæ Mauruſiis contermina. Steph. pop. *Masæsylii*. Dionys. vers. 187.

Ἔνθα Μασσαύλοιοι ἐ καὶ ἀγρόμοι Μασυλῆες
Βόσκον) σὺν ταυσὶν ἀν' ἤπειρόν ἐ καὶ ὔλιν,
Ματρόθυοι βιότοιο κακὸν καὶ ἀμήχανα ἔργα.
Οὐ γὰρ γεωμόρειο τοκῆος ἐδάμεν ἀρότρου,
Κείοις δ' ἔπορε τραπὸς ἀλύειν) ὁλκὸς ἀμάξης,
Οὐδὲ βοῶν μυκηθμὸς ἐς αὔλιον ἐρχομένων·
Ἀλλ' αὖτως, ἅτε θῆρες, ἀνὰ δρυὸς βυκολέουν)
Νήϊδες ἀσταχύων, καὶ ἀπάλθιες ἀμήτοιο.

Masorephoth,

Maſerephoth, vel *Maſerephothmaim*, id eſt, *aduſtiones*, & *incendia aquarum*. Locus eſt ubi excoquunt aquam ad ignem, refrigerandoque ſalem faciunt. Joſ. 11. Vide illic Junium, & Maſium.

Maſicytus, mons mari incumbens, qui Pamphyliam, & Lyciam dividit. Ptol. *Climax* Straboni, Crago vicinus. *Maſſicires* Plinio dicitur. Vox eſt prorſus Phœnicia, quæque palam alludit ad Hebræam מצוקות *Metſucoth*, i. e. *anguſtiæ*. Huc facit quod Q. Calaber Φοίνικον ἔδος loca appellat Maſicyto vicina. Sic enim ille lib. 3.

Πάντες ὅσοι Φοίνικον ἔδος περὶ πάγχυ νέμονται
Ἀσπὶ ϟ Μασικύτοιο ῥίον, βωμόν ϟ Χιμαίρης.

Maſovia, regni Polonici regio, Samogitiæ ad Sept. Magno Ducatui Lithuaniæ ad ort. Poloniæ utrique ad occaſum, & Ruſſiæ ad meridiem contermina eſt, Regibus Poloniæ Feudalis, metropolin habet Varſoviam, ubi optimus conficitur potus ex melle conſtans. Cromer. in Chron. Polon.

Maſſagetæ, pop. Sarmatiæ Europææ juxta Euxinum mare, qui *Alani*, quaſi graves Getæ, *Maſſa* enim apud Scythas *grave* ſignificat, teſte Iſidoro. Ultra mare Caſpium, Orientem verſus, trans Araxem eos ponit Dionyſius verſ. 739.

Τὰς ϑ μὲν ἀνολίλιν δι, πέλιν κελάδονϛ Ἀεϱξις
Μασσαγέται ναίουσι, δοῶν ῥυπῆϱες ὀϊζῶν·
Ἀνέϱες οἳς μήτ' αὐτὸς ἐγὼ, μήθ' ὅστις ἑτεῖϱϛ
Ἐμπλάσαι· μάλα γάϱ ϟ κακοξεινώτεϱοι ἄλλων.
Οὐ γάϱ σφιν οἶνος μελίφϱονός ἐστιν ἐδωδή,
Οὐδὲ μὶ ἐσϑὶ οἶνϛ μελαδήμοϛ, ἀλλὰ γὸ ἵππων
Αἵματι μίσγονϛες λιπνὸν γάλα, δαῖτα τίθενται.

Salluſtius de Diis, & mundo. Μασσαγέται μὶ πού πλέϱας ἐδόντο. Stat. in Achilleide:

Lactea Maſſagetæ veluti qui pocula fuſcant
Puniceo.——

Lucan. lib. 3.

Longaque Sarmatici ſolvens jejunia belli
Maſſagetes quo fugit equo.

Claudianus:

Maſſagetæque truces, duro gens aſpera bello.

Idem:

Eſt qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes.——

Uxores habent communes, cum quibus in publico coire non verentur. Solem præcipuè venerantur, cui & equum immolant, cæteros habent neglectui. *Alani* Ammiano & Gregoræ. *Abaſgos* eſſe putat Jo. Tzetza, poſtea *Argos* vocatos dicit Iſacius Tzetza. Thevetos eos *Abinadal* vocat.

Maſſicus, mons Campaniæ, optimi vini ferax, quod etiam *Maſſicum* dicitur. Horat. 1. 1.

Veteris pocula Maſſici.

Idem 2. 7.

Oblivioſa levia Maſſico
Ciboria exple.

Martialis 1. 27.

Egerit & nigros Maſſica cella cados.

Idem 13. 108.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prelis.

Idem 4. 13.

Maſſica Theſeis tam bene vina favis.

Hinc Virg. Georg. 2.

——*Et Bacchi Maſſicus humor.*

Signatiſſimè ad laudem vini Maſſici verba iſta Columellæ lib. 3. cap. 8. *Neque enim dubium eſt, Maſſici Surrentinique & Albani, atque Cæcubi agri vites omnium, quas terra ſuſtinet, in nobilitate vini principes eſſe.* Plin. 14. 6. ubi de vinis nobiliſſimis: *Certant Maſſica æque.* Plaut. in Pſeud. Scen. ult.

Credo equidem poteſſe te Scelus
Maſſici montis uberrimos quatuor
Fructus ebibere in una horâ.

Hodiè *monte Marſo* dicitur.

Maſſicytus. Vide *Maſicytus.*

Maſſilia, urbs Gall. Narbon. præclara, optimarum olim diſciplinarum ſtudiis florentiſſima, legibuſque ſanctiſſimis optimè conſtituta, Macedonibus Aſtyage, Ebræis vero Sedeciâ imperante, condita. Diruta deinde à Phocenſibus inſtaurata eſt, qui Cyri tyrannidem fugientes, deſtitutâ Græciâ, in hanc Galliæ oram ſeſe contulerunt. Vulgò *Marſeilles*. Agrum habet vini præſtantiſſimi feracem. Porro vini iſtius utpote fumati ſæpius meminit Martialis, ut lib. 13. epiſt. 120.

Fumea Maſſiliæ ponere vina potes.

Maſſilienſes olim non ſolum literis ſed & moribus maximè claruerunt, uti apud Cic. pro L. Flacco, & apud Strabon. videre eſt. Unde Plaut. in Caſinâ, *Maſſilienſes mores*, tanquam optimos, & probatiſſimos dixit: *Ubi tu es qui colore mores Maſſilienſes poſtulas?* Iidem luxus notati ſunt. Unde *Maſſiliam navigas*, & *E Maſſiliâ veniſti* apud Suid. de nimis cultis dicitur. Athen. ait: Θηλυθήναι Μασσαλιώτας, ϰ αἰχμωνῆν διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν, ϰ διὰ τϱυφὴν γυναικοπαθῆν. Ὅθεν ϰ παϱῆλθεν παϱοιμία· Πλεῖσαι εἰς Μασσαλίαν. Vide Brod. 3. 27. Cæterum de *Maſſiliâ* vide omnino Conr. Ritterſhuſium com. in Salu. pag 563. De quâ etiam nos plura ad illud Dionyſii Perieg.

——Ἔνθα ϟ γαῖα
Μασσυλίη ϟ πάντεσσι ἐπίσκοπος ὄφϱα ἔχουσα.

Maſſyla, mediterranea eſt pars Mauritaniæ, inquit Servius, unde non longe ſunt horti Heſperidum, & Atlas mons. Apud Livium in Numidiâ ponitur. Pop. *Maſſyli*. Μασυλῆες Dionyſio, quos Plinius inter Capſitanos, & Gætulos apud Libyæ deſerta locat. Hi neque fœnis, neque ephippiis utuntur, ſolâ contenti virgâ, quâ equos regunt. Lic. lib. 4.

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo,
Ora levi flectit frænorum neſcia virgâ.

Martialis lib. 9.

Et Maſſylæum virgâ gubernat equum.

Item *Maſſylus* adjectivum. Silius:

Non ille Evantis Maſſyli palluit iras.

Maſta, Æthiopiæ ſub Ægypto mons, & civitas. Ptol. *Gravâ* incolis hodiè, teſte Jo. Baroſio.

Maſtaura, urbs Lydiæ, ſic à *Ma* appellata, quæ Rheam ſequebatur, cui Jupiter Bacchum nutriendum dedit. Quum vero à Junone *Ma* interrogaretur, cujus eſſet infans, Ἄϱεϱ i. e. Martis eſſe reſpondebat. Atque hinc apud Cares Baechus *Maſaris* vocatus fuit. Ipſa etiam Rhea *Ma* vocabatur, cui tauro apud Lydos faciebant. Vide Steph. Long. 58. 50. Lat. 37. 40.

Maſtramelle, urbs & palus Celticæ. Steph. *Maſtramela* Plinio, cujus hæc ſunt verba: *Ultra foſſa ex Rhodano, C. Marii opere, & nomine, inſigne ſtagno Maſtramela opidum, Maritima Avaticorum.* Eadem itaque eſt Maſtramela, & Maritima. Nunc *Martegue* vocatur opidulum, & lacus quem obſtruit, *Lac de Martegue*. Apud Feſtum Avienum memorantur hoc loco:

——*Opidum priſcum Ramas,*
Trabale paludes.——

Sed profectò portentoſe locus ille eſt inquinatus. Totum itaque ſic legit Voſſius:

Gens hic Veragri: Bergineque civitas,
Salyes atroces, opidum Maſtramelæ
Priſcum paludis, terga celſum prominens
Quod incolentes Cithariſtium vocant.

Matieni, pop. Aſiæ Armeniis proximi. De quibus Dionyſius verſ. 1002.

Ἀνέϱες Ἀϱμένιοί ϟ ϰ ἀγχέμαχοι Μαλίνοι
Οὔϱεσι κυκλίμενοι, πολεμὶϛ φϱένας Ἐυφϱήταο
Πίονες ἀϱοῆϱες, ϟ ϰ Ἄϱεϱ ἐν δηϊοτῆτι.

Matilicates, populi Piceni, quorum opidum hodie *Matelica* dicitur.

Matinus, mons Apuliæ buxis abundans. Lucan. lib. 9.

——*Arva*
Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.

Horat. 1. 28.

Pulveris exigui prope litus parva Matinum
Munera.——

Idem 4. 2.

——*Ego apis Matinæ*
More modoque, &c.
Carmina fingo.——

Idem in Epod.

Padus Matina laverit cacumina.

Matiſcona, urbs Gall. Celt. epiſc. ſub Archiep. Lugdunenſi ad Ararim flu. in Burgundiæ ducatu, hodiè *Maſcon*. Antoninus *Matiſconenſe caſtrum* vocat. Long. 26. 10. Lat. 45. 30.

Matium, urbs Archiep. Cretæ in orâ boreali, primaria, & caput inſulæ, *Candia*, teſte Pineto. Olim ſuberat dom. Reip. Venetæ, ſed à Turcis obſeſſa per aliquot annos, tandem ab ipſis expugnatum eſt A. D. 1669. Item Themiſcyræ regionis urbs. Plin.

Matreium, & *Matreio*, Rhætiæ op. in comitatu Tirolenſi. *Matran* Pirchaimero. Long. 32. 30. Lat. 46. 47.

Matrica, Pannoniæ infer. opidum. Antoninus. *Theren* Simlero.

Matrinus, fluvius Piceni juxta Adriam urbem. Strabo lib. 5. Ptol. *Librata*, teſte Pyrrho Ligorio.

Matrona, flu. Galliæ in Lingonum montibus naſcens, unaque cum Sequana Belgicam dirimens à Celtica. Vulgò *Marne*. Auſonius in Moſellâ.

Non tibi ſe Liger anteferet, non Axonâ præceps,
Matrona non Gallis Belgiſque interſita fines.

Mattiaci, Gall. Belgicæ pop. Batavis finitimi, qui Lemnio *Zelanders* eſſe videntur.

Mattiacum, urbs Germ. Haſſiæ metropolis *Mattium* Tacito eſt, quam Cattorum caput vocat; ſitus ejus, ut Ptol. eam deſcribit Marpurgo congruit. Aliis *Baden* eſſe videtur, Marchiæ Badenſis urbs primaria in Suevià inter Argentoratum, & Phorcenam, quòd Tacitus ibi fontes calidos memoret; unde *Mattiacæ pilæ* apud Mart. Saponis genus. 14. 27.

Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.

Mauri, populi, qui Mauritaniam Africæ regionem occidentalem verſus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuiſſe Indos, & Hercule duce, cum innumerâ aliarum gentium multitudine, in hæc loca perveniſſe, multi crediderunt, uti Strab. lib. ult. ſcribit. Sanè Salluſtius in Jugurthino Mauros & Numidas, reliquoſque qui Maritimam Africæ cultiorem reddiderunt Medos, Armenios, Perſas & Phœnices fuiſſe indicat. *Mauri* (inquit Bochartus) מערורין quaſi *Poſtremi*, vel *Occidentales* dicti ab אחור, quod & *Poſterius*, & *Occidentem* ſonat. Plenè ſcriberetur *Mauharin*. Sed gutturales paſſim elidi nemo eſt qui neſciat. Inde *Maurus* pro *Mauritanius*. Horat. Car. 2. Od. 6.

Barbaras Syrtes, ubi Maura ſemper
Æſtuat unda.

Mauritania, Africæ regio extrema verſus Gaditanum fretum, & occidentalem Oceanum, in quo Antæus gigas regnaſſe dicitur, ab Hercule victus. Eſt autem duplex: *Cæſarienſis* à Cæſarea, & *Tingitana*, à civitate *Tingi*. Sic dicta ἀπὸ τῆς μαυρῆς, quod *obſcurum*, vel *nigrum* ſig. quòd nigros habeat colonos, unde Juvenal. Sat. 5.

Nigri manus oſſea Mauri.

Marcus Manilius Aſtr. lib. 4.

Pœnus arenoſis Afrorum pulvere terris
Exiccat populos, & Mauritania nomen
Oris habet, titulumque ſuo fert ore colorem.

Μαῦροι Græci ab eo dicunt. Itaque Μαυείτης Maurita Græcâ inflexione, Latinâ Mauritanus, Mauricatim extulit Laberius. Gr. Μαυεῖσι. Gignit ſimias, dracones, Struthiones & Elephantes. Ejus incolæ *Mauri* dicuntur. Invaluit autem jam apud noſtros conſuetudo, ut omnes Africæ, & Aſiæ pop. Mahometanæ ſuperſtitioni dediti *Mauri* dicantur. Incolis *Numidia*, vulgò *Barbaria* hodie. *Phut* etiam Ebræis dicitur, teſte Aria Montano in ſuo Apparatu Biblico. Strabo eam *Maſſyliam*, & *Maſſæſyliam* appellatam ſcribit. Incolas *Maſſæſylos* vocat Plin. Hodie regnum *Tremiſſenum* hoc loco videtur, ut Girava, & Niger quoque atteſtantur. *Tingitanam* à Bogud rege Bogudianam aliquando cognominatam tradit Plin. *Sitiphenſis*, & *Hiſpania transfretana* à Sexto Rufo: & in lib. Notit. *Hiſpania Tingitana* nominatur. *Inferior Mauritania* à Xiphilino in vitâ Severi nuncupatur. Regnum *Marocco* ejus loco ſtatuit Auguſtinus Curio, *Feſſa* vero Niger. *Alarabes* hodiè incolas vocant Hiſpani, Olivario teſte, quaſi dicerent Arabes, *Al* enim articulus Arabicus. Strabo & Herodianus lib. 7. aiunt Mauritaniam Romanis ſubjectam, & ab ipſis incolis Numidiæ nomen obtinere.

Mauruſii, Africæ populi, quorum reg. *Mauruſia* quam juxta Herculis columnas ponit Dionyſius v. 184.

Ἀλλ' ἤτοι πυμάτῳ μὲν ὀπὶ γλαγόνα νέμον)
Ἀγχοῦ σηλάων, Μαυρουσίδος ἤθεα γαίης.

Virg. Æn. 4.

Jupiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris Lenæum libat honorem.

Ubi per *Mauruſiam* gentem, *Mauritaniam* intelligi annotat De la Cerda. Et Vitruvius Archit. 8. 2. *Mauruſia quam noſtri Mauritaniam appellant.* Euſtath. Οἱ Μαυρούσιοι ὃς καὶ Μαύρους οἱ Ῥωμαῖοι ἔλεγον. Strab. lib. 7. Οἰκοῦσι δ' ἐντεῦθεν Μαυρούσιοι μὲν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Λιβυηνὸν ἔθνος μέγα, καὶ εὐδαιμον, Μαῦροι δ' ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων καὶ ὀνομαζόμενοι. De ſitu Salluſtius: *Proximè Hiſpaniam ſunt Mauri.*

Maxera, Hyrcaniæ flu. Ptol. *Firi* hodiè, juxta quem *Maxeræ* pop. habitant.

Maxies, Africæ pop. à Trojanis ut ipſi gloriantur, orti, qui dextram partem capitis comatam geſtant, ſiniſtram radunt, & corpus minio tingunt. Herod. lib. 4.

Mazaca, urbs Cappadociæ ſub monte Argæo, quæ nunc Cæſarea, *Tiſaria*, teſte Nigro. Male ab Euſebio & Rufo Magaram vocari monuit Philander ad Vitruvium.

Mazax, Africæ populus, in torquendis miſſilibus non inferior Medis. Lucan. 5.

Æquaturuſque ſagittas
Medorum, tremulum cum torſit miſſile Mazax.

Claudianus:

Pavidus projectat miſſile Mazax.

Horum præcurrentium, ac iter explorantium comitatu nobiles Romani delectabantur. Sueton. in Nerone cap. 30. *Armillata & phalerata cum Mazacum turbâ & curſorum.* Id nimirum eſt quod ſcribit Seneca in ep. *Omnes jam ſic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen curſorum antecedat.* Mart. 10. 13.

Cum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo pulvere ſudet eques.

Mecha, civitas Arabiæ Felicis, quam Saraceni incolunt, Mahumeticæ ſuperſtitionis caput.

Mechlinia, pulchra ac nitida civitas, quaſi cor & centrum Brabantiæ obtinere dicitur. Bruxellâ, Lovanio, & Antwerpia 4 milliaribus diſtat, ſitu & opere minuta, incredibili aeris puritate gaudet. Habet ædes ſacras quamplurimas, ſed duas quæ longè cæteris antecellunt, Deiparæ unam, & alteram D. Rumoldi ornatiſſimam, cum turri quæ & magnifica eſt, & altitudine ſpectabilis. Optimus eſt hujus Reip. ſtatus, nam in eâ princeps ſuum imperium, optimates authoritatem, populus ſuam vim, authoritatemque retinet. Eſt hic etiam armamentarium regium incredibili machinarum, tormentorum, armorum, & rerum ad bellum neceſſariarum copiâ inſtructum. Varia quoque opificum hic inveniuntur examina, à quibus ænea conficiuntur tormenta, campanæ, naves, panni, artificioſæ picturæ, & id genus alia, quæ in varias orbis partes, maximè in Hiſpaniam tranſportantur. Juxta S. Catharinæ portam, quâ Antwerpiam itur amplum monaſterium eſt muris, inſtar opidi cinctum, in quo aliquoties ſupra mille quadraginta ſunt moniales, An. Dom. 1546. ex pulvere tormentario à fulgure incenſo, multum labefactata Mechlinia fuit, nunc vero reſtaurata, ſolitâ pulchritudine, & munditie claret.

Medama, flu. & urbs Brutiorum in orâ Calabriæ ulterioris. Fluvius nomen retinet antiquum, urbs à Saracenis exciſa ubi nunc *Nicotera*. Vide Voſſ. ad Melam pag. 168.

Medena, ſic vocatum fuiſſe olim emporium Vectis inſulæ, quod hodie *Neuport* vocat, ſcribit Nevillius.

Mederiacum, Ant. pagus Germ infer. in Geldriâ apud Moſam flu. à Venloâ urbe 3. leuc. in Bor. *Mierle* Simlero.

Media, *Meath*, prov. Hiberniæ in Lagenià; & à quibuſdam etiam quinta pars Hiberniæ dicitur; eſtque duplex, Media Orientalis, *Eaſt Meath*, cujus caput eſt Trima; & Occidentalis, *Weſt Meath*, cujus caput Molingaria; eſtque in confin. Ultoniæ & Connaciæ.

Media, Aſiæ regio latiſſima à Sept. Hyrcano mari, ab Occaſu majori Armeniâ, & Aſſyriâ terminata, à meridie Perſidem, ab ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Caſpiorum montibus ab eâ excluditur. Dicta Media (ut Solino placet) à *Medo* Medeæ & Ægæi filio. Strab. lib. 11. Mediam in duo partes dividit, in *majorem*, cujus caput eſt *Ecbatana*, & *minorem*, quæ *Atropatia* dicitur. Eſt autem Media, bona ſui parte montoſa, & frigida, & ferè tota ſterilis, excepta regione, quæ ſub Caſpiis portis in humili & concavo ſolo jacet, quæ opulenta eſt, rerumque omnium neceſſariarum ferax, præterquam olei. Virg. Georg. 2.

Sed neque Medorum ſylvæ, ditiſſima terra.

Strabo ubi ſupra: Εὐδαίμων σφόδρα ὅτι καὶ παμφόρος. Idem ita regionis hujus divitias rimatur. *Cum magnitudine & opibus regionis concordant ea quæ de tributis traduntur. Nam cum Cappadoces Perſis quotannis pendant præter argentum, mille, & quingentos equos, mulorum duo millia, ovium quinquaginta millia, duplum fere horum Medi pendebant.* Conſentiunt quæ Curtius lib. 5. latè ſcribit de amne Medo, & quæ Plin. 5. 37. de Smaragdis Medorum. De præſtantiâ *Mediæ* multa veteres recenſent, ſed nemo meliora Polybio. In Mediâ campus eſt latiſſimus, quem *Hippoboten* vocant, in quo equorum 50000 millia paſci dicuntur. Regium id armentum eſt. Ex Media primum allata eſt malus citrea, quæ inde *Medica* dicitur, & ſic à Virg. Georg. 2. deſcribitur:

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius ullum
(Pocula ſiquando ſævæ infecere novercæ,
Miſcuer antque herbas & non innoxia verba)
Auxilium venit, & membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos, faciemque ſimillima lauro,
Et, ſi non alium late jactaret odorem,
Laurus erat. Folia haud ullis labentia ventis,
Flos apprime tenax: animas & olentia Medi
Ora fovent illo, ac ſenibus medicantur anhelis.

Cordini nomen vulgo habere tradit Haithonus, & *Servan* Caſtaldus. Medi deliciis dediti à Syneſio lib. de inſomniis traduntur, ut *Medica menſa* in proverbium abierit pro exquiſitâ, & ſumptuoſâ. Sumitur & *Menſa Medica* pro crudeli apud Athenagoram, ex eo quod Aſtyages Medorum rex Harpago conſiliario filium ejuſdem Harpagi epulandum appoſuit, ut Juſtin. author eſt. Eorum πλουσιότητα commendat Horatius in Odis:

Ocium Medi phareträ decori.

Prop. lib. 3.

Neve tuâ Mêda lætentur cæde ſagittæ.

Luc. lib. 2. ——*Conjuret in arma*
Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Sufis
Agmina.——

Mediolanum, vulgò *Millain*, urbs Inſubriæ Archiep. & metropolis ampliſſima, à Gallis condita poſt Romam an. 395. Ducatûs Mediolanenſis caput, Emporium, & urbium Italicarum maxima, ab urbe Româ m. p. 315. inter Venetias 165. & Lugdunum 215. Hic copia omnium pene rerum ac artificum cujuſcunque generis multitudo. Auſonius de claris urb.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum.

Hæc urbs inter cæteras Italiæ urbes excellit quatuor inter alia. Populi frequentiâ, Templo auguſtiſſimo, vix unquam perficiendo, Arce firmiſſimâ & Bibliothecâ Ambroſianâ appellata à Federico Borromæo Cardinali & Archiepiſcopo Mediolanenſi, viro doctiſſimo, & ſtudioſorum Mæcenate de ſuo extructa; libriſque omnis generis & linguæ, ac reditibus amplis ad perpetuitatem inſtructa. In eo ad 300000 capita hodie cenſeri putantur; cæteras enim Italiæ urbes incolarum multitudine, unâ exceptâ Neapoli, longè ſuperat. Long. 31. 30. Lat. 44. 40.

Mediolanum Germaniæ, nunc pagus ingens ad Vidrum flu. in Weſtphalia, in Tranſylvaniæ confin. *Wetelen* Mercatori, inter Monaſterium urb. 4. & Veteres Salios urb. Tranſiſalanæ 7. leuc.

Mediolanum, alterum Germ. infer. *Metteler* Simlero, pagus apud Moſam inter Colon. Agrippinam ac Trajanam. Ortelio vero pagus *Midelſlun* ejus tractus.

Mediolanum, item Santonum, *Mediolanium* Ptol. urbs Gall. Aquitanicæ; *Sainctes*, vel *Xainctes* hodiè, vide *Santones*.

Mediolanum, Aulerciorum Eburaicorum urbs. Ptol. *Magduno*, teſte Welſero.

Mediolanum, Angliæ op. Ptol. vulgò *Lancaſter*. Vide Guil. Burtonum in Anton. Itin. quatenus Britanniam ſpectat. pag. 132. Long. 18. 10. Lat. 55. 00.

Mediolum, Hiſp. urbs in Celtiberis. Ptol. *Medina cœli* nonnullis putatur.

Mediomatrices, populi, & urbs Gall. Belgicæ in Lotharingiâ ad Moſellam flu. urbs probe munita, & habitata, olim libera, nunc ſub Gallis, vulgò *Metz*, quæ etiam Latinè *Metæ*, & *Metis* poſterioribus dicitur, à Viroduno 10. leuc. in ort. Pop. *Metenſes*.

Medoacus, *Meduacus*, Livio, fluvius Venetiæ, qui Plinio geminus eſt; *major* ex Alpibus Tridentinis per Baſſanum op. & Patavium urb. fluens in mare Hadriaticum, & *Brenta* appellatur. *Minor* qui ex dictis Alpibus etiam deſcendit, Vincentiamque urb. interluit, ac ſecus à teſte decurrit, in mare Hadriaticum labens apud Foſſam Clodiam, & *Bacchiglione* dicitur. Vide Cluverium.

Medobriga, urbs Luſitaniæ ad mont. Herminium. A. Hirtius *Armenna*, Vaſæo.

Mediobithyni, populi, de quibus Strabo lib. 8. quos pauci veterum commemorant: ſed apparet ex duobus Thraciæ populis unum eſſe confectum. De Bithynis ſatis liquet. Medos autem, h. e. Μήδους per Epſilon gentem eſſe Thraciæ apparet ex hoc ipſo libro Strabonis. *Mædos* vocat Stephanus Μαυδοὺς, ἔθνος Θρᾴκης πλησίον Μακεδονίας, ἐκ τούτων μεταβάντες τινὲς εἰς Μακεδονίαν Μαυδοῦσιοι ἐκλήθησαν. Ita Herodotus ac Thucydides. Ptolemæus quoque in Thraciâ Μαυδηλὴν τετράγωνίαν ponit Gaſaub.

Medoſſanium, Germ. urbs Ptol. *Zanim* in Moraviâ Cluverio.

Meduacus, *Medway*, flu. Angl. in agro Cantiano, Roffam rigat & in Thameſim labitur.

Meduali, populi Alpini Vocontiis proximi ad eos montes, è quibus prodeunt fluvii Padus ac Druentia. *La Morienne* Similero.

Meduana, vulgo *Mayne*, flu. cum opido cognomine Gall. Celt. per Cenomanos, & Andegavenſes in Ligerim fluens. Lucan. lib. 1.

In nebulis Meduana tuis marcere peroſus
Andus, jam placidâ Ligeris recreantur ab undâ.

Long. 19. 41. Lat. 48. 10.

Meduli, op. Gall. Aquitan. ultra oſtia Garumnæ ad Oceanum, quorum tractus *Meduc*, teſte Vineto. *Meduli* aliis, *Medulli* Vitruvio, ac Plin. pop. Gall. Narbon. in Delphinatu, quorum op. *Miolans*. De Medulis prioribus Auſon. Epiſt. 4.

Quam tamen exerces Medulorum in littore vitam?

Megalia, inſula parva Campaniæ apud Neapolim. Stat. Sylv. lib. 2. Carm. 2.

Quaque ferit curvos exerta Megalia fluctus.

Megaliotæ, populi quidam, ut videtur apud Ariſtot. in libro de Poeticâ, niſi legendum ſit μεγαρεῶν.

Megalopolis, urbs Arcadiæ in Peloponneſo. *Leontari* Sophiano. Fuerunt autem non pauci clari *Megalopolitæ*, quorum aliquot à Stephano nominantur, inter quos Polybius. Alia eſt Cariæ civitas, alia Iberiæ. Vide Steph. Item *Megalopolis* altera, urbs Germaniæ, vulgò *Mecke burg*.

Megara, pl. num. Urbs Achaiæ, Megaridis caput, ad ſinum Saronicum, inter Athenas & Corinthum, patria Euclidis ac Theognidis; in cujus agro præſtantiſſimi proveniebant bulbi Columella. lib. 10.

Jam Megaris veniunt genitalia ſemina bulbi.

Ovid. de Rem. Am. lib. 2.

Daunius, an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris,
An veniat Megaris noxius omnis erit.

Megares, num. plur. apud Plaut. in Persâ ubi *Megaribus* in ablativo legitur. Item urbs Siciliæ, prius Hybla, poſtea à Megarenſibus Græciæ *Megara* appellata, in orâ ad ort. inter Catinam, & Syracuſas à Marcello cum Syracuſas obſideret exciſa. *Riſus Megaricus* ponitur pro profuſo & intempeſtivo. *Megarienſis ars* in doloſos & aſtutos. Item *lachrymæ Megarienſes* de fictis dicuntur, à virginibus Megarenſibus à rege Corinthum ad filiæ mortem lugendam miſſis. Eſt etiam urbs in Theſſalia, alia in Ponto, alia Illyrici, alia Moloſſiæ. Steph.

Megaris, regio Achaiæ parva ſinui Saronico expoſita, inter Phocidem ad occ. & Atticam ad ort. ab Iſthmo Corinthiaco ſumens initium. Item inſula parva apud Neapolim in Campaniâ; vulgò *Caſtell' del Ovo*. *Megalia* Papinio.

Megarſus, Siciliæ urbs. Lycophron. Item op. Ciliciæ in orâ ad oſtium Pyrami flu. Mallo urbi propinquum. Eſt & Indiæ flu. ex Emodis mont. naſcens. Dionyſ.

——Ὑπνις θεῖος ἐ Μάγαρσον
Λαζεάταιοι, πολαμῶν.——

Priſcianus *Magarſum* habet pro *Megarſo*. Θεῖον vero Dionyſii Stephanus *vaſtum* interpretatur. Priſcianus vero *rapidum*. Nos *divinum* potius reddidimus. Ille enim poetis mos, ut fontibus ac fluminibus divinitatem quandam adſcriberent. Hinc Prop. 4. 28. *Divini fontes*. Et 2. 28. *Divinæ aquæ*. Theocritus.

——Ἄγχεα καὶ πόταμοι θεῖον ῥόον.

Euripidi etiam apud Cic. ep. ad Att. lib. 15. Ep. 4. dicuntur ποταμοὶ ἱερῶν πασαί.

Mela, fluvius prope Brixiam Gall. Ciſalpinæ urbem, Catullus ad Januam Carm. 68.

Flavus quam molli percurrit flumine Mela,
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Virg. Georg. 4. 4. ubi de amello:

——*Tonſis in vallibus illum*
Paſtores & curva legunt prope flumina Melæ.

Melæca, pagus Atticæ. Stat Theb. 12.

Icarii, Celeique domus, viridiſque Melæcæ.

Melanchlæni, pop. juxta Boſporum Cimmerium, à *veſtibus nigris* dicti. Dionyſ. ubi de Alanis:

Ἔνθα Μελάγχλαινοί τε καὶ ἀνέρες Ἱππημολγοί.

Mela 2. 1. *Melanchlænis atra veſtis, & ex eâ nomen.* Dio Chryſ. in Boryſthenit. χρῶνται δὲ τῇ ἀλλῃ ἐσθῆτι μελαίνῃ ὡς τὰ πολλὰ ἀπὸ ῥήνων τινὲς Σκυθῶν τῶν Μελαγχλαίνων, ὡς ἐμοὶ δοκῶσι, κατὰ τοῦτο ὀνομασθέντων ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.

Melanthii, ſcopuli maris Ionii circa Samum. Strabo. *Fornelli* Bordonio. *Furni* Nigro. Lege *Melanthii*. Ita enim eos vocat Apollon. Argon. lib. IV. uti videre eſt in his:

——Ἰχεο πέδας
Ῥίμφα Μυκωνίης ἀείκελος, αὐτάρ ἐνὶ πόλῳ
Ἧνθ'.——

Melanthus, flu. Sarm. Europææ, qui in Boryſtenem labitur. Ovid. Pont. 4.

Et tacitè peragens lene Melanthus iter.

Melantias, qui nunc vulgò *Melitias* dicitur, Thraciæ pagus 102. ſtadiis Byzantio diſtans. Ex Suidâ & Procopio.

Melas, fluvius multiplex. Nam unum eſſe in Mygdoniâ oſtendere conatur Ovid. Met. 2.

Mygdoniuſque Melas & Tenarius Eurotas.

Alium eſſe ejuſdem nominis in min. Aſiâ, & Smyrnam circumeuntem Solinus ſcribit. Alium navigabilem eſſe qui Ciliciam à Pamphyliâ dividat, ſcribit Plin. 4. 27. Alium in Bœotiâ ponit idem Plin. qui è Parnaſſo profluens Minervæ ſacer dicitur à poetis, quia ripæ ejus olivis ſunt refertæ. Stat. Theb. 7.

Palladiuſque Melas Hecateïa gurgite miſcet
Flumina.——

Fuit etiam Arcadiæ fluvius, Olenum urb. alluens. Dionyſ. verſ. 415.

Ἀχαιδες Ἀνδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθου,
Ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰδωρ.

Alius in Pthiotide Herodot. & Livio apud Heracleam Trachiniam fluens, & à Dyrâ flu. 20. ſtad. diſtans. Alius Lyciæ, ubi Latona incolas in ranas convertit, teſte Probo. Poſtremò alium eſſe in Siciliâ author eſt Ovid. Faſt. 4. cum de fluminibus & locis Siciliæ, quæ peragraverat Ceres in quærendâ Proſerpinâ loquens, ait

Sacratumque Melæ pascua læta boum.
Vide Cluver. Sicil. Antiq. lib. 2. cap. 5.

Meles, etis, flu. prope Smyrnam, apud quem Homerus natus est, unde *Melesigenes* vocabatur. Stat. in Genethliaco Lucani:

Attollat refluos in astra fontes
Græo nobilior Melete Bætis.

Idem lib. 3. Silv.

Smyrna tibi gentile solum, potusque verendo
Fonte Meles.

Plin. 5. 29. *In ora* (Cariæ sc.) *Smyrna amne Melete gaudens.* Hinc *Meleteus.* Tibullus Panegyrico ad Messalam:

Posse Meleteas nec mallem mittere chartas.

Melibœa, litoralis urbs Magnesiæ vel secundum alios Thessaliæ. Herod. lib. 6. Patria Philoctetæ Pœantis filii. Purpurâ nobilis. Festus. *Melibœa purpura, à nomine insulæ in quâ tingitur, est dicta.* Lucr. lib. 2.

Jam tibi barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens
Purpura Thessalico concharum tincta colore.

Virg. Æn. 5.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Sidonius Apollinaris:

Rutilum toreuma byssо
Rutilasque ferte blattas,
Recoquente quas aheno
Melibœa fucat unda.

Vide Vossium ad Melam, pag. 141.

Meligunis, una ex Æoliis insulis, quæ & *Lipara*. Callimachus Hymno in Dianam:

Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ (Λιπάρῃ νέον ἀλλὰ τὸ τ' ἔσχεν
Οὔνομά οἱ Μῆσαι.)

De ratione nominis consule Boch. De Phœn. Col. 1. 27.

Meliodunum, Germ. urbs, Ptol. Bohemiæ urbem ex eâ facit Lazius, quæ *Milenko* nunc vocatur. Long. 36. 44. Lat. 49. 30.

Melisæ, opidum Magnæ Græciæ. Ovid. Met. 15.

Thurinosque sinus Melisæque & Iapygis arva.

Melita, *Mélitene* Ptol. urbs Armen. min. apud Ephratem flu. Melitenes reg. cap. à Samosatis 90. m. p. in bor. à Cæsarea 228. in ort. Long. 71. 00. Lat. 34. 40. Item op. Brutiorum in Calabria ulter. vulgò *Mileto.*

Melita, inf. maris Libyci inter Siciliam & Africam, à Pachyno promont. 70. m. p. à Camarina 84. Ipsa longa 20. lata 11. circuitu 60. Sedes equitum Hierosolymorum, sibi à Carolo Quinto Aug. post amissam Rhodum dono data. *Malta* vulgò, cum urbe cognominis episc. sub Archiep. Panormitano. De ea Ovid. lib. 3.

Fertilis est Melite sterili vicina Cyrenæ.

Silius lib. 4.

——*Telâque superba*
Lanigera Melite.

Ubi loquitur de urb. in eadem inf. ad cujus laudem non parum facit illud Ciceronis Verrinâ 4. *Insula est Melite Indices, satis lato à Siciliâ mari, periculosoque dissuncta, in quo est eodem nomine opidum quo iste* (Verres) *nunquam accessit; quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.* Long. 39. 25. Lat. 34. 40. Huc appulit D. Paulus post naufragium. Act. 28. Quisquis Hebraicè scit facilè nomen ejus eruat ex Diod. Sic. qui lib. 5. sic habet. *Siciliæ versus meridiem tres insulæ, media in pelago objectæ sunt, quarum unaquæque urbem habet,* ἡ Λιπάρα διωμώνυμος τοῖς χειμαζομένοις σωτήριος παρέχεται, ἡ δὲ Μελίτη μὲν ἔστιν ἡ μεσογειοτάτη Μήτρη. Et paulo post, *Est autem hæc Phœnicum Colonia, qui cum negotiationes suas ad Oceanum usque extenderent,* ΚΑΤΑΦΥΓΗΝ ἔχον ταύτην εὐλιμένον ἔκ τε πολέμου καὶ χειμῶνος πολλαχῆ, hoc est, *In* REFUGIUM *habebant hanc insulam eo quod & portubus commoda, & in medio mari sita sita.* Id ipsum enim significat *Melitæ* nomen. Pœnorum siquidem sermone מלט *Melita* est *refugium* vel *effugium.* Radix מלט *malat* in Piel est *liberare & eripere*, & in Niphal *liberari, eripi, evadere, fugere*, denique & *effugere.* Vide Bochart. Geogr. 550, &c.

Melita, insula maris Hadriatici, Dalmatiæ adjacens, inter oram illius, & Corcyram Melænam 12. m. p. quot patet in latitud. longa 30. canibus Melitæis, qui in deliciis habebantur nobilis, ab Epidauro urbe, cui paret, 70. m p. De Melitæis catulis autem Athen. lib. 12. qui eos scribit maximè apud Sibaritas in deliciis fuisse. Unde processit adagium *Melitæus Catellus*, de eo cujus opera nulli rei seriæ conducit. Suidas: Τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐγχελυεῖοι, οἱ δὲ ὁμοίως τοῖς Ἑκείοις λαγῶσιν, οἱ δὲ φυλακῆς ἕνεκα πεπιστεύκασιν οἰκεῖοι οἱ δὲ τῆς θήρας, οἱ τὰ μαλακὰ κυνίδια. Vide & Steph. & Plin. lib. 4. Strabo autem lib. 6. ad priorem *Melitam* refert.

Melitene, Susianæ ad Tigrim flu. regiuncula, Ptol. *Aragelan* Castaldo. *Suar* Theveto.

Mella fluvius, vide *Mela.*

Mellaria, urbs Hisp. Bæticæ excisa, inter Tariffam, & Bellonem, *Besar de Melena* Morali.

Mellaria, altera, op. Hisp. Bæt. mediter. in Extremaduræ confin. à Corduba 14. leuc. Emeritam versus. *Puente Oveiuna*, teste Morali. Utraque *Mellaria* à *mellis* copiâ dicta est.

Melocabus, Coburg, urbs Chattorum culta, ad amnem *Krempen* sub dom. Ducis Saxoniæ Altemburgensis. Arcem habet elegantem, & 8. leuc. distat à Smalcaldâ in Eurum. Long. 32. 52. Lat. 50. 26.

Melodunum, Melun, Cæsari opidum Senonum, in inf. Sequanæ flu. positum ut ipse describit. Nunc urbis area ipsam inf. & utramque continentis ab oppositо ripam instar Lutetiæ Parisiorum occupat, à quâ 10. leuc. abest in meridiem. Long. 23. 40. Lat. 48. 20.

Melos, insula Cretæ adjacens & urbs in eâ. A Peloponnesо promont. Scyllæum, à Creta Dictynneum habens. Strabo. Inter Cycladas numeratur à Pomponio 2. 1. Hanc prius (inquit Steph.) Phœnices habitaverunt, unde & Byblus vocata est à Bybliis Phœnicibus, item Zephyria. Hinc Diagoras Melius, Socrates, & Aristophanes. In Thessaliâ verò pop. quidam *Melienses* dicuntur. Est & vicus Acarnaniæ à quo & *Melicus.* Porro prior *Melos* à Callimacho *Mimallis* dicta est. *Milo* hodiè Sophiano. Melon autem hanc à mali rotunditate dictam volunt, quia, Plinio auctore, *insularum rotundissima est.* Festus à *Melo qui ex Phœnice ad eandem fuerat profectus.* Sed Hebraice מלא *melo* est *plenitudo*, vel *expletio.* Rem de hâc insulâ refert Philosophus in lib. Mirabilium, quæ superat omnem fidem, Φασὶ δέ τινες ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ ἐν τοῖς ὀξυρυσσομβόλοις τόποις ἐκ γῆς πάλιν ἀναπληροῦσθαι γένεσις. Vult in effossæ locum terram aliam ita succedere, ut fossa per se repleatur. Quod miraculum, sive verum, sive fictum, si modo fuit creditum, potuit dare nomen huic insulæ. Porrò מלא *melo*, id est, *plenitudo* Ebræis, cum de frugibus agitur, *maturitatem* sonat, nec non *copiam & ubertatem.* Utrovis sensu sumpseris, in Melon inf. mirè congruit. Theoph. de caus. Plant. 4. 12. Τὸ δὲ αὖ περὶ Μῆλον συμβαῖνον ἐκ τελειώσεως, ὥστε ἐκ ὑγιλοῦ ἀτείρητα διελθεῖν ἅμα τοῖς πεφύτοις, δεῖ ἐκ χάους δοῦναι, ὡς ἔοικεν. Idem habet lib. 8. cap. 3. Vide Bochart. Geogr. pag. 454, 455.

Melphes, flu. Lucaniæ in sinum Pæstanum apud Palinurum promont. influens, *Molfa* Leandro.

Melphia, & *Melphis*, urbs Lucaniæ, media ferè inter Neapolin, & Tarentum. *Melfi* hodiè.

Melus, op. Thessaliæ, quod Nicias Athenienſium dux fame expugnavit; inde proverbium *Fames Melia.*

Membliarus, inf. prope Theram & Anaphen, à *Membliaro* Cadmi socio. Dicitur & *Bliarus* per aphæresin. Steph. Vide Boch. Phœn. Col. lib. 1. cap. 15.

Memoria, fons mirus, de quo sic Plinius; *In Bœotiâ ad Trophonium, juxta flu. Orchomenum, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem adfert, inde nominibus inventis.*

Memphis, urbs Ægypti excisa, olim regia, ab Osiride condita, apud verticem Deltæ, ex adverso Babylonis à vertice 15. m. p. in austrum distans. Ibi papyri copia. *Ægyptia Memphis* Lucano dicitur lib. 1. Martialis:

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Pyramidum istarum vestigia adhuc cernuntur. *Menchis* & *Mitzir* hodie Postello. Sunt qui *Cairo* esse putent. Quin & *Memphin* Arcadiæ urbem memorat Dioscorides lib. 4. Sed hæc Arcadia non est in Peloponnesо, sed Arcadia Ægyptia, cujus mentionem faciunt Eustath. Lib. Notit. & Steph. Horat. 3. Od. 26.

Carens Sithonia nive Memphis.

Ovid. 2. Amor. eleg. 13.

Quæ colis & Memphin palmiferamque Pharon.

Propertius lib. 3.

Et toties nostro Memphi cruenta malo.

Hinc *Memphitis* patronymicum femininum. Juv. Sat. 15.

——*Anne aliam terra Memphitide sicca*
Invidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Tibullus Eleg. 1. 7.

Barbara Memphiten fallere docta bovem.

Item *Memphiticus.* Ovid. 1. Art. Am.

Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ.

Menapii, pop. qui ad utramque Rheni ripam habitant juxta Nervios, qui plerisque Juliacenses & Clivenses cum parte Geldrensium esse videntur. Eburonibus, & Tungris finitimi.

Menapiscus pagus, hodiè Flandriæ comitatus est. Teste Divæo.

Menevia, S. Davids, urbs Walliæ in Com. Pembrochiensi episc.

epiſc. ſub Arch. Cant. 16. mill. à Pembrochio in Circium & 30. à Mariduno. Long. 14. 20. Lat. 52. 25.

Meninx, inſula circa Africam clariſſima, longitudine 30. m. p. latitudine 35. Plin. 5. 7. Ab Eratoſthene *Lotophagitis* dicta. Stephanus inſ. & urb. eſſe ſcribit juxta Syrtes. Ejus meminit Dionyſius v. 480.

Μάνιγξ ἠδ' Κέρκιννα Λιβυστικὸν θέμιον ἔχουσι.

Ubi tamen M. SS. Μῆνιξ ἠδὲ Κέρκινα. *Menix* Punicè ſcribebatur מנכס *me-nicks*, quaſi dixeris *aquas defectûs*, i. e. *deficientes*, vel מי נכס *me-nics*, quaſi dixeris *aquas receſſus*, i. e. *recedentes*. *Menicis* enim vel *Meningis* opidi ſitus hanc conjecturam plurimum firmat. Deſcribunt enim Plin. & Ptol. hoc opidum à parte Africæ. Africam autem ab inſulâ nihil diſtinguit, quam tenue & humile vadum, ſemel hyeme bis æſtate accedere ſolitum, adeo ut plerumque IV CIↃ paſſuum à mari deferatur. Silius lib. 3.

——*Choaſpes*
Neritia Meninge ſatus.

Ubi *Neritia* ob adventorem Ulyſſem, cui *Neritus* paruit. Unde Dionyſius:

Ἔνθα ποθ' αἰολόμιτις ἀλώμενον ἤλυθεν Ὀδυσσεύς.

Strabo lib. 17. Τῶι δὲ Μιδύγγι νομίζουσι πλησίον καὶ τὴν Λωτοφάγων νῆσον, ἣν ὑπ' Ὁμήρου λεγομένην, καὶ δεικνύουσί τινα σύμβολα καὶ βαμοὺς Ὀδυσσέως, καὶ αὐτὸς ὁ καρπός. Πολὺ δὲ ὄζει τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ λεγόμενον λωτὸν, ἔχον ἥδιστον καρπόν. Polybius lib. 1. Τῶι δὲ Λωτοφάγων νῆσον ἡ καλουμένη μὲν Μήνιγξ, ἡ μακρὰν μὲν ἀπέχει τῆς μικρᾶς Σύρτεως.

Menlaſcus, fluviolus Hiſpan. inter Vardulos & Vaſcones, juxta fanum S. Sebaſtiani, in Oceanum Cantabricum ſe exonerans; hodie *Rio Menlaſco* dicitur.

Menoſca, op. Vardulorum in confin. Vaſconum, ad oſt. flu. Magradæ. Nunc eſt *Orio*, op. Guipuſcoæ in orâ maris Cantabrici.

Menoſgada, Germ. op. Ptol. *Eger*, teſte Apiano in Bohemiæ confin.

Menteſa, op. Cretanorum, nunc eſt *Montizon*, pagus agri Lamitani, in Caſtella Nova, & in confin. Vandalitiæ, 7. leuc. à Toloſâ in Cæciam.

Menuthias, inſ. ingens Æthiopiæ ad ort. quæ *Madagaſcar* nunc dici putatur. Ptol.

Mercii, populi Angliæ, quorum regio *Mercia*, quæ proprium habuit regem. Continebat autem comitatus Lincolniæ, Northamptoniæ, Rutlandiæ, Huntingtoniæ, Oxoniæ, Worceſtriæ, Warwici, Derbiæ, Notinghamiæ, Leiceſtriæ, Staffordiæ, & Ceſtriæ, cum parte Herefordiæ, & Salopiæ, Gloceſtriæ, Bedfordiæ, & Lancaſtriæ.

Meroe, *Saba* Joſepho, ſicut & nunc ab Abyſſinis appellatur, inſula Æthiopiæ ſub Ægypto maxima, à Nilo, Aſtapo, & Aſtaborâ fluviis effecta, cujus longitudo ad 3 millia ſtadiorum, latitudo ad mille extenditur. *Geguere* unà cum urbe ejuſdem nominis dicitur, teſte Caſtaldo. *Nenbe* vero Marmolio. Hic Sabæ regina, quæ & Candace, à nonnullis regnaſſe traditur. Urbs à Cambyſe Perſarum rege condita eſt, & de nomine ſororis, ſive matris, ut alii, defunctæ, Meroe appellata. In eâ mulieres grandes habent mammas. Juvenal. Sat. 13.

In Meroe craſſam majorem infante mamillam.

Idem calorem ei tribuit. Sat. 6.

Ibit ad Ægypti finem, calidâque petitas
A Meroe portabit aquas.

Ejus mem. Claud. 3. Cons. Honorii:

——*Poſitis numen confeſſa pharetris*
Irnavas Meroe traxit de crine ſagittas.

Idem Epithal. Hon. & Mar.

——*Quantum crinita ſagittis*
Attulit extremo Meroe circumſlua Nilo.

Quid ſit hodie non conſtat. Credit enim Iſ. Voſſius nullam à Nilo effici inſ. in Æthiopiâ. Sanè ut in cæteris Æthiopiæ locis, ita in long. inſ. & opidi Meroes plurimùm peccatum eſt à vett. dum nimium longè loca hæc à ſin. Arabico removent. Idem vix dubitat quin ſit illa urbs quam *Beroam*, aut *Baroam*, & vitioſe *Barvam* hodie vocant.

Meros, mons Indiæ, in cujus radice Dionyſius, in Indiam proficiſcens, Nyſam urbem condidit. Q. Curtius lib. 8. ubi de Nysâ, & incolis ejus. *A Libero Patre ſe conditos eſſe dicebant, & vera hæc origo erat. Sita eſt ſub radicibus montis, quem Meron incolæ adpellant. Inde Græci memorandi traxere licentiam, Jovis femore Liberum Patrem eſſe celatum.* Græcè enim Μηρὸς *femur* ſignificat. Natus autem Bacchus fingitur ex femore Jovis, (ut illud addam) quia Phœnices nominibus illis quæ proprie femur ſignificant, etiam verenda intelligunt, unde tritum illud in ſcripturâ, *egredi de femore patris*. Gen. 46. 26. Exod. 1. 5. Sunt autem quibus in hiſtoriâ natalium Bacchi Μηρὸς non eſt femur, ſed montis nomen, in quo putatur eſſe genitus. Quod poteſt fieri, modò commodè ſumatur, non pro monte in Indiâ *Meri* nomine ſed pro latere montis. Nam & hoc Phœnicium eſt partes montis vocare *femora*. Hinc Jud. 19. 1. Ἐν μηρῷ ὄρει; Ἐφραΐμ, *In femoribus montis Ephraim* pro lateribus. Ita Bacchus potuit naſci ἐν μηρῷ, i. e in latere montis, ut propterea nihil ſit opus Meron Montem in Indiâ ſibi fingere.

Merſeburgum, op. Germ. in Miſniâ ad Salam flu. 3. mill. ab Hallâ in auſt. quot à Lipſia in occ. ſub dom. proprii Epiſcopi.

Mervinia, *Merioneth-ſhire*, Com. Walliæ, in orâ maris Hibernici, inter Arvoniam & Denghleiam ad Bor. & Com. & Montgomerienſ. ad ortum.

Meſech locum eſſe in Arabiâ Kedarenâ contendit Beroaldus, fretus hoc loco Pſalmi, 120. v. 7. *Hei mihi quòd peregrinatus ſum* (in *Meſech*) *habitavi in tabernaculis Kedar.* Neque enim ibi משך *Meſech* loci nomen eſt, ſed temporis, Et verba Hebræa גרתי משך *garti meſech*, non reddenda ſunt, *peregrinatus ſum diu*, vel ut Aquila, Παροικήσας ἐν μακρισμῷ, h. e. *advena fui longo tempore*. Alius (ni fallor) Symmachus inverſis verbis reddidit Παροικῶν παρείληφα. Et LXX Seniores Ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη, *incolatus meus prolongatus eſt*, prout reddit vulgatus interpres, quos etiam ſequuntur Syrus & Arabs. Vide Bochart. Geogr. Sacr, lib 3. cap. 12. Vide *Moſchi*.

Meſembria, quæ & *Menebria* Strab. & *Meſambria* Herodoto, urbs Thraciæ maritima, in orâ Maris Euxini inter Anchialum & Odeſſum. *Meſember* Sophiano. Hinc *Meſembriacus*. Ovid. Triſt. 1. eleg. 9.

Alta ſub Anchiali mœnia tendit iter,
Inde Meſembriacos portus & Odeſſon, &c.

Meſene, regionis nomen Strab. lib. 12. ubi magnus eſt error Xylandri, qui putat Meſenen eſſe Meſopotamiam, atque ita vertit. Atqui Meſene eſſe μέσον τοῦ Τίγριος, ut Steph. ait: non τὸ Τίγριος καὶ Εὐφράτης, ut Meſopotamia. Vide Plin. ut 6. 27. Porro Steph. Meſenen eandem cum eâ quæ Adiabene vocatur putat eſſe. Idem alio loco docet Meſenen vocari eam regionem quam cingit Tigris in duos alveos ſciſſus, quorum qui ad dextram appellatur *Delas*, qui ad ſiniſtram, *Tigris*. Vide Valeſ. ad Am. Marcell. lib. 24. pag. 286.

Meſopotamia, regio Aſiæ latiſſima. Tigrim habens ab oriente, Euphratem ab occidente, à Meridie Babyloniam, à ſeptentrione Caucaſum. Sic dicta quod ſit inter duo flu. Tigrim, & Euphratem. Ab Hebræis dicitur *Aram Naharaim*, i. e. Syria fluviorum ſc. duorum, nam dictio ipſa eſt dualis numeri. Olim *Seleucia* dicta, teſte Plinio lib. 6. Nunc dicitur *Halapia*, teſte Olivario. Cic. lib. 6. De Nat. D. *Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi novos agros invehit.* Stephano *Adiabene* eſt: recentiores *Azamia* habent. Ejus incolæ vocantur Arriano, lib. 3. οἱ ἐν τῷ μέσῳ τῶν ποταμῶν. *Terras Interamnas* Meſopotamiam interpretatur Alex. Imp. apud Lampridium. *Diarbech* Bellonio dicitur.

Meſſana, urbs Siciliæ, propinqua Peloro promontorio, à *Meſſeniis* Achaiæ populis condita, hodiè *Meſſina*. Omnium totius inſulæ principatum ſibi vendicans. Græcis ſcriptoribus dicitur Μεσσήνη. Unde opidani *Meſſenii*. Sed & illa Peloponneſi urbs Μεσσήνη, unde hæc Sicula nomen accepit, Damageto in Epigrammate dicitur Μεσσήνα hoc verſu:

Οὐτ' ἀπὸ Μεσσήνης, ἔτ' Ἀχαΐου εἰμὶ πολίτης.

Et ita Latino etiam poetæ Statio, Achil. lib. 3.

Murorum tormenta Pylos Meſſanaque tradunt.

Hujus incolæ primùm *Meſſanenſes* dicti ſunt, poſtea vero cum Mamertini Campana gens eo colonos miſiſſent, *Mamertini* appellabantur. *Zancle* olim vocabatur, teſte Strabone. Vide Dauſqueium in illud Silii lib. 14.

Incumbens Meſſana freto minimumque revulſa
Diſcreta Italia, atque Oſco memorabilis ortu.

Meſſapia, regio Italiæ, quæ & *Salentina* Ptol. ac aliis *Japygia*, peninſula inter Tarentum, & Brunduſium, *Terra d'Otranto* hodie. A *Meſſapo* Italorum duce, qui Turno adverſus Æneam ſuppetias tulit, dicta. De quo Virg. Æn. 11.

At Meſſapus equum domitor, Neptunia proles.

Hinc *Meſſapius*. Ovid. Met. 14.

Peucetioſque ſinus, Meſſapiaque arva reliquit.

Meſſe, opidum Cytheræ inſulæ. Stat. Theb. 4.

——*Volucrumque parens Cythereia Meſſe.*

Meſſene, civitas Græciæ in Peloponneſo, à quâ pop. *Meſſenii*. De quibus Hieron. contra Jovin. Spartiatæ & Meſſenii diu inter ſe habuere amicitias in tantum, ut ob quædam ſacra etiam virgines ad ſe mutuo mitterent. Tandem vero Spartani Meſſenios propter frequentem defectionem in ſervitutem redegerunt, eoſque durius etiam quàm reliquos ſervos tractarunt, ne denuo res novas molirentur. Hinc adagium natum *Meſſenæ ſervitium*, in eos qui alieno vivant arbitrio. Poſt 19. an. belli Meſſeniaci exciſa fuit à Spartanis. Meſſanæ propterea annoſum bellum vocat Manil. lib. 3.

Non

Non annosa canam Messana bella nocentis.
Tyrtæus:
Ἀμφοτερὼ δ' ἐμάχοντ' ἐννεαχαὶ δεκ' ἔτη.
Ovid. Met. 6.
Messeneque ferox, Patræque humilesque Cleonæ.
Statius lib. 4.
Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome.
Hinc *Messenius*. Ovid. Met. 14.
Littore in Italico Messenia mœnia contra
Scylla mihi visa est.———
Inde *Messeniacus sinus*, qui & *Messenius*, *Coronæus*, & *Asinæus* Straboni, vulgò *Golfo de Coron*. Long. 48. 10. Lat. 37. 30.

Messua, vel *Mesua*, peninſ. Gall. Narbon. Mela. *Meſe* Jo. Poldo.

Meſuium, urbs Germ. ad Albim in Saxoniâ libera. Vulgò *Magdeburg*.

Metacompſo, *Tacompſon*. Plin. *Tachempſo* Melæ, urbs Ægypti ad Nilum, juxta Syenem. *Aſuan* Zeiglero.

Metacum, urbs Arabiæ Felicis. Ptol. *Calaiate* Barrhoſio. In codd. Græcis *Cumacatum* legitur.

Metagonium, promontorium Numidiam ab Africâ dividens, ſic dictum quod angulare ſit. Stephano eſt urbs Libyæ. *Capo de tres forcas* Caſtaldo. *Capo de tres arcas* Olivario, *Capo de Caſaſa* Moletio.

Metalla, Sardiniæ op. apud Anton. inter Neapolin, & Sulchos. *Civita de Gleſie* Cluverio.

Metapontum, Italiæ op. in ſinu Tarentino, à Pyliis qui Neſtore duce à Trojâ navigaverunt, conditum; adeo terræ proventu & agricolatione felix, ut ea gratiâ auream æſtatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerunt. Mela lib. 2. Idem habet Schol. Dionyſii in hos verſus:
Τὰς ἢ μὲν ἐξείης Μεταπόντιοι, ἐγγύθι δ' αὖθις
Ἰμβρῶν πτολίεθρον εὐστεφάνοιο Κρότωνος.
Ptol. & Strab. *Metapontium*. A *Metabo* Heroe dictum ſcribit Steph. Siſyphi filio, quem barbari Metapontum vocant. *Torre di mare* Leandro. *Pelicore* Gabrieli Barrio. *Thebeſaze* vero caſtellum hoc loco nunc eſſe ſcribit Niger. *Vibo* aliquando vocata fuit, ut Solinus autor eſt. Sic quoque eam nominat Cæſar lib. 3. Bellorum Civilium. Σίεις olim etiam dicebatur, teſte Euſtathio.

Metaris, æſtus ſive flu. Albionis in orâ Angliæ orientali. Ptol. *The waſhes* Camdeno. Circa Boſtonum op. in agro Lincolnienſi, ut quidam volunt.

Metarus, Hiſp. Tarracon. flu. Ptol. *Mearos* Melæ, teſte Pintiano.

Metaurus, *Metaurum* Pomponio. *Metauria* aliis op. Brutiorum in orâ Calabriæ ulterioris. *Giola* hodiè. A Roſano op. 6. m. p. in ort. Scyllæum verſus, apud Tauricanum, patria Steſichori. Ita Ferrarius. Atqui *Mataurus* urbs Siciliæ patria iſtius poetæ fuit. Vide Steph. in Μάταυρος. Quanquam Ἰμεραῖος αὐτὴ dicitur Philoſtrato lib. 6. de vitâ Apollonii.

Metaurus, Umbriæ flu. ingens; hodiè *Metaro* penultimâ correptâ, ut Piſaurum nunc *Peſaro*. Lucan. lib. 1.
In lævum cecidere latus veloxque Metaurus.
Cruſtumiumque rapax.———
Silius lib. 8.
———*Rapidaſque ſonanti*
Vortice contorquens undas per ſaxa Metaurus.
Claud. in Paneg. de 6 Conſulatu:
Deſpiciturque vagus præruptâ valle Metaurus.
Nobilitavit eum maximè clades Haſdrubalis. Hor. lib. 4 Od. 4.
Quid debeas ô Roma Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Devictus.———
Silius ubi ſupra:
Multa quoque Haſdrubalis fulgebit ſtrage Metaurus.
Ubi benè *multâ ſtrage*; fuit enim ingens victoria. Silius libro penultimo:
Tum Nero procerâ ſublimia cuſpide portans
Ora ducis cæſi; Camas penſavimus inquit,
Annibal & Trebiam, & Thraſymeni litora tecum
Fraterno capite.
Idem ſenſit Appianus Ibericis: Θεὸς δέ μοι δοκεῖ τότε Ῥωμαίοις ἀνιδρῦται τὸ ὂπ Καίσαρος ἄλυπος ἐκ παρρᾴδιος ἐπ' ἐκείνης τῆς ἰσοπαλοῦς πως ἐκείνη νῑκώμενον. Στάδιοι τε τὸ ἐκατέρων ἀπώλοντο, καὶ σφῶν πλῆθος ἐγγυτάτω μάλιστα ἐπίσης· καὶ τὰ αἰχμαλώτα πολλὰ ἡμῖν δέ, καὶ κείνοις συνηνέχθη σφετερίσθαν τε καὶ φθάσασθαι τὰ ἀλλήλων διαλαβεῖν ἐκφεύγειν ἐπίτηδες. Sidon. Apollin. Paneg. ad Anthemium Aug.
Improbus & rubeat Barchinâ clade Metaurus,
Mulctatus tibi conſul agat: qui millia fundens
Haſdrubalis.———

Mitaurus, flu. Brutiorum, cujus oſtium ex adverſo Æoliarum inſularum deſcribitur à Plinio. Hodiè *Marro fiume*, teſte Cluverio.

Metelis, urbs Ægypti juxta Heracleoticum oſtium Nili non obſcura, ab Alexandriâ 60. m. p. in ort. Peluſium verſus. *Roſetto* Italis, *Reſchit* Turcis, teſte Benjam. Tudelenſ.

Metelli caſtrum, urbs Selandiæ primaria, vulgò *Mittelburg*, vel *Middleburg*.

Metenſes, pop. Germ. inferioris. Vide *Mediomatrices*.

Matercoſa, op. Hiſp. Tarracon. in Carpetanis. *Pedrazza de la Sierra*, teſte Moletio. Hino Trajanum ortum ferunt.

Methone, urbs Peloponneſi in orâ Meſſeniæ ad occ. hac tempeſtate clariſſima, & ſedes Præfecti, Turcis *Maitune*, teſte Leunclavio. *Pedaſus* Homero, teſte Ferrario. Val. Flaccus Argon. lib. 1.
———*Quem parva Methone,*
Et levis Elis equis, & fluctibus obvius Aulon:
Vide Valeſium ad Amm. Marcell. pag. 329. Alia in Macedoniâ juxta Thraciæ fines apud Olynthum, cujus meminit Demoſth. in Orat. contra Philippum Alex. Magni patrem, qui ibi in pugnâ oculo uno privatus eſt. Sunt etiam plures hujus nominis urbes. Vide Steph. in Μεθώνη.

Methymna, urbs Lesbi inſ. poſt Mitylenen primaria in orâ ad ort. à *Methymna* Macaris filia, uxore Lepydni. Ab hâc urbe ortum habuit Arion Citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mari obrutum, & à Delphine incolumem devectum in portum ad Tænarum fabulatur. Illic naſcitur optimum vinum. Ovid. 1. de Art. Amand.
Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.
Silius lib. 7.
Tmolus, & ambroſiis Arviſia, pocula ſuccis,
Ac Methymna, ferax Latiis ceſſere Falernis.
Virgil. Georg. 2.
Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Propertius lib. 4.
Et Methymnæi grata ſaliva meri.

Metis, antiquiſſima Gall. Belg. urbs, quam Mediomatricum vocant civitatem; nam populi Mediomatrices eam regionem quondam incoluerunt: ſic dicti, quòd eorum metropolis medium teneret locum inter tres civitates, Tullum, Verdunum ac Treverim. Habet autem Metis Treverim ad Septentr. Tullum ad merid. & Verdunum ad occ. Scribunt autem ſic appellatam à Metio Romano, qui hanc urb. à Jul. Cæſare expugnatam ampliavit, muriſque cinxit, quam urb. Henricus 2. Francorum rex ſuſcepto contra Carol. 5. Imp. bello cepit, An. Dom. 1552. Munſt. lib. 2. Coſmog.

Metope, flu. Arcadiæ. Callimach. Hymn. 1.
Πεζὸς ὑπὲρ Κρῆσσαν τε πολὺ σθένος τε Μετώπου.
Ubi Schol. Μετώπου πόταμον Ἀρκαδίας.

Metopon, locus prope Peram urbem vicinam Conſtantinopoli, cujus meminit Nicephorus. *Acra Spandona* Gyllio, lib. 2. cap. 6.

Metropolis, urbs Phrygiæ magnæ apud Mæandrum flu. epiſc. ſub Archiep. Epheſino. Sed hæc in Ioniâ eſt inter Epheſum, & Smyrnam. Sunt & aliæ urbes ejuſdem nominis, una Phrygiæ, alia Lydiæ ad Cayſtrum. Pop. *Metropolitæ*. Plin. Fuit & *Metropolis* Theſſaliæ urbs, inter Gomphos, & Pharſalum, à Cæſare memorata.

Metubarris, Pannoniæ infer. inſula in Sao flu. *Zygeth*, & *Otozecz*, teſte Lazio. Sed *Zygeth* eſt vocabulum commune omnium inſularum linguâ Hungaricâ.

Metullum, ſive *Metulum*, op. Iapodum apud Colapim flu. in confin. Liburniæ. Appianus in Illyricis tradit eam regionis metropolim eſſe, ſitamque in monte nemoroſo, duobus conditam tumulis, quos vallis modica interſecat. Lazius ſcribit hodiè *Trojam* eſſe in Ciliciæ Comitatu.

Mevania, Umbriæ op. inclytum. Propertio alumno, ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. *Mevaniates* pop. Plin. 5. 41. Vulgò nunc *Bevagna* dictum. Columella. 3. 18. *Armentis ſublimibus inſignis Mevania eſt.*
Lucan. lib. 1.
———*Tauriferis ubi ſe Mevania campis*
Explicat.
Sil. lib. 6.
Et ſedet ingentem paſcens Mevania taurum.
Stat. 1. Car. 4.
———*Nec ſi vacuet Menavia valles,*
Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros.
Prop. lib. 4.
Quà nebuloſa cavo rorat Mevania campo.
Long. 36. 00. Lat. 42. 51.

Mexico, in Hiſpania nova Mexicaniæ provinciæ opulenta, & celeberrima civitas & ſalſo in lacu mirabiliter conſtituta, ampla & viſu jucundiſſima, vici omnes ſuos habent exitus ut ab uno

ad

ad alium aqua permeare possis. Major (quam vocant) platea porticibus undique cincta est, ubi quotidie ultra 60. hominum millia vendentium ementiumque cernuntur. Idola ex farinâ, & humano sanguine conficiunt, quibus multa hominum corda ex viventium corporibus extracta quotidiè offerunt. Plura lege apud Novi Orbis neotericos scriptores. Theatr. Urb.

Mibæ, pop. Lib. interioris in aust. vergentes, Æthiopibus & Nigritis proximi. Silius 3.

His simul immitem testantes corpore Solem
Exusto venere Mibæ.

Miletopolis, Mysiæ urbs inter Cyzicum, & Bithyniam ad Artyniam stagnum ex quo Rhyndacus oritur. Alia est in Perside. Steph. ex Strab. lib. 12.

Miletum, Calabriæ urbem à Milesiis Asiaticis conditam habet Barrius ex lib. 6. Herodoti, quam hodiè *Mileto* nominari subdit. Eandem à Cicerone *Melita* dici lib. 3. Epist. ad Att. putat Corradus. Long. 40. 15. Lat. 38. 00.

Miletus, urbs in finibus Ioniæ, & Cariæ. Herod. à Neleo ædificata decem stadiis ab ostio Mæandri amnis secreta. Mela lib. 1. *Miletus* (inquit) *urbs quondam Ioniæ totius, belli, pacisque artibus princeps, patria Thaletis Astrologi, Timothei Musici, & Anaximandri Physici, aliorumque civium inclytis ingeniis merito inclyta.* Sen. de Cons. *Miletus* LXXV. *urb. prop. in diversa effudit.* Plin. 5. 29. *Miletus Ioniæ caput, super* LXX. (ita meliores libri) *urbium per cuncta maria genitrix.* Satis indefinite. Strabo restringit: *Multa sunt Milesiæ civitatis præclara, maximum multitudo coloniarum. Nam & Pontum Euxinum frequentarunt totum, & Propontidem & alia loca.* Ab hac *Milesii* pop. dicti sunt, qui quum prius potentes essent, & opulenti, deliciis dediti, & opes & potentiam amiserunt, Steph. Prius *Lelegeis* vocabatur, teste Plinio, quòd Leleges eam inhabitarent. Deinde *Pityusa*, à piceis arboribus. Postea *Anactoria* nominata est ab *Anactore* (sic enim legendum videtur in Steph.) Terræ, & Cœli filio. Urbem hanc præstantissimæ lanæ proventus nobilitavit, ex quâ fiebant Milesia stragula, & vestes Milesiæ ob insignem mollitiem in matronarum deliciis habitæ. Virgil. Georg. 3.

Quamvis Milesia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta colores.

Martialis de Partheniana togâ:

Te nec Amyclæo decuit livere veneno,
Nec Miletos erat vellere digna tuo.

Long. 56. 30. Lat. 38. 28. Alia fuit ejusdem nominis in Cretâ. Hom. Il. 2. Altera in Brutiis, de quâ supra.

Milevum, sive *Milevis*, urbs Africæ, Episc. sub Arch. Carthagin. (ubi concilium *Milevitanum* habitum est) à Cirta 30. m. p. distans Sitifim versus.

Millea, Siciliæ flu. Livio, qui ab Aretio, & Leandro *S. Juliano* vocatur. Lege *Myla*, & vide Cluv. Sic. Ant. lib. 1. cap. 11.

Milvius Pons, vulgò *Ponte Molle*, unus ex Romæ pontibus ab urbe 2. mill. distans, unde incipit Via Flaminia. Ejus meminit Claud. Paneg. in 6. Cons. Honor.

Omne Palatino quà Pons à colle recedit
Milvius.

Milyas, urbs Pamphyliæ mediterranea in Carbalià reg. *Milya* adhuc dicta, sed excisa, apud Termessum. Pop. *Milyæ* Strab. Plin. & Herod. Vide Steph.

Mimallis, Plin. 4. 12. à Callimacho insula dicitur, quæ ab aliis *Melos*, à nonnullis *Zephyria*.

Mimas, mons & promontorium, *Capo Stillari*, teste Nigro. Mons Ioniæ Colophoni urbi vicinus, contra Chium insulam porrectus. Ammianus Marcellinus lib. 31. *Erythræo opido superpositum montem Mimanta Homerum scripsisse & Tullium doctis referentibus audiebat.* Ubi memoriæ vitio lapsus videtur, neque enim Erythris sed Chio superpositum montem Mimanta cecinit Poeta Odyss. 3.

Ἠ ὑπένερθε Χίοιο πὰρ' ἀνεμόεντα Μίμαντα.

Quanquam non nego Erythras etiam M. Mimanti suppositos fuisse; id enim aperte sign. hymno ad Neptunum quem refert Herodot. in Hom. Vitâ. Item mons Thraciæ, ut Suidas ait, continuis obsessus imbribus, unde futuræ tempestates sentiuntur. Ovid. Met. 2.

Et tandem nivibus Rhodope caritura, Mimasque.

Lucan. lib. 8.

Immeritæque nemus Rhodopes, pinusque Mimantis.

Silius lib. 4.

Mixtus Athos Pindo, Rhodopeque adjuncta Mimanti.

Hesych. Μίμας ὄρος Αἰολίας· malè ut sæpe in Geographicis Forte scripserat Αἰολίας non tam à vero aberrans. Debuerat scribere Ἰωνίας.

Minarii, montes Albionis excelsi in Anglià, qui incolis *Mendip hills* dicuntur in comit. Somerset.

Mincius, Venetorum flu. qui ex Benaco lacu profluens alium prope Mantuam lacum efficit, & inde rursus multis torrentibus auctus influit in Padum. Virg. Georg. 3.

Hic virids in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.

Idem Æneid. 10.

Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glaucâ
Mincius infestâ ducebat in æquora pinu.

Claud. in Paneg. de 6. Cons. Honorii:

Sis fatus Ligures Veneròsque erectior amnes
Magnâ voce ciet, frondentibus humida ripis
Colla levant pulcher Ticinus, & Addua visu
Cærulus, & velox Athesis, tardusque meatu
Mincius.

Et in Epithalamio Palladii & Celerinæ:

Undique concurrunt volucres, quæcunque frementem
Permulcent Athesin cantu, quas Larius audit,
Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius.

Μίγκιο Straboni, vulgò *Menzo* dicitur.

Minda, *Minden*, urbs Westphaliæ Hanzeatica, in ditione Electoris Brandenburgici, 9. leuc. ab Osnabruco in ort. & 10. ab Hannovera in occ. Long. 30. 35. Lat. 52. 25.

Minervæ Ara, inf. sinus Arabici apud Cardaminem, *Chisale*, teste Ortelio. Ptolemæus *Are* tantum habet.

Minervæ Castrum, op. Magnæ Græciæ in Calabriâ ulter. apud Locros, *Grottaria*, teste Barrio.

Minervæ Promontorium, quod & *Athenæum*, promontorium Picenorum; Vulgo *Capo Campanella*, & *Capo di Minervæ*. A Surrento & Capreis 4. m. p. teste Plinio.

Miniatum, op. Thusciæ, media ferè inter Florentiam, & Pisas.

Minio, flu. Hetruriæ, inter Centumcellas, & Cornuetum in mare decurrens. *Munio* Rutilio lib. Itinerar. Virgil. Æneid. 10.

Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.

Minius, flu. Hisp. Tarrac. qui Gallæciam à Portugallià dividit, à colore pigmenti, quo plurimum exundat.

Minnæi, pop. Arabiæ, mari Rubro adjacentes, primi commercium thuris fecere. Plin. 12. 14. Dionys. v. 958.

Αὐτὰρ Ἐυθραίης πλαδὸν ἁλὸς ναίουσι Σαλάσσης
Μινναῖοι ἠ Σάβαι ἠ.

De quibus fusè Bochartus Phal. lib. 2. cap. 22.

Minoa, op. Cretæ geminum, unum in orâ ad ort. inter Samonium promont. & Carriaram urb. in bor. vergentem. *Altemura* Sophiano. Alterum in orâ bor. à Cydone 10. m. p. in ort. apud Amphimalim sinum. *Minola* Moletio. Item urbs in Amorgo insulâ Cycladum. Steph. in *Amorgos*. Est & altera in Siciliâ. Item Megarensium emporium fuit 18. stad. ab urbe distans, quod & *Nisæa* appellatur. Gaza quoque Palæstinæ olim *Minoa* dicta fuit. Strabo lib. 9. Et alia quoque est in Siphno unâ Cycladum. Et alia Arabiæ, cujus cives *Minoitæ* à Minoe. Paros etiam vocabatur *Minoa*, unde cives *Minoæ*. Steph.

Minorica, vel Balearis minor, inf. Hisp. in mare mediterraneo, & in regno Majoricæ, à quâ 30. m. p. distat in ort.

Minthe, mons Peloponnesi inter Taygetum, ad aust. & Stymphalum ad sept. *Mittena* hodiè. *Evan* Pausaniæ. *Oleno*, teste Nigro.

Minturnæ, op. Campaniæ inter Sinuessam, & Formias, ad Lirim flu. habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens persecutionem Syllæ. Plut. Geo. Fabricius scribit vulgò *Trajetto* vocari. *Castro ad Mar* Nardus. Straboni ac Ptol. Μιντοῦρναι, at Plutarcho in C. Mario Μισύρνη, & Dionysio lib. 1. Μιντοῦρνα, Stephano Μίσσυρνα, denique Procopio Μισύρνη. Paludosum locum fuisse innuit Juvenal. Sat. 10. ubi de C. Mario:

Exilium & carcer, Minturnarumque paludes.

Lucan. lib. 2.

Exul limosâ Marius caput abdidit ulvâ,
Stagna avidi texere soli, laxæque paludes
Depositum, Fortuna, tuum.

Horat. 1. Epist. 5.

Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustres
Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.

Graves Ovidio dicuntur Met. 15.

Niveisque frequens Sinuessa colubris,
Minturnæque graves.

Long. 37. 40. Lat. 40. 59.

Minya, urbs Thessaliæ circa Scarphiam, à *Minyâ* dicta quæ prius *Almonia* dicebatur. Inde *Minyates*, pop. Est & altera Phrygiæ. Hinc *Minyion*, *Minyeis*, *Minyeus*: Gentile *Minyæ*, Steph.

Minyæ,

Minyæ, pop. Theſſaliæ, aut certe Magneſiæ, quæ eſt regiuncula Theſſaliæ ab ortu annexa, qui Jaſonem in Colchos proficiſcentem ſequuti ſunt. Sic dicti à *Minyâ* Orchomeni rege, qui cum omnes mortales ſuæ ætatis opibus ſuperaret primus omnium gazophylacium conſtruxiſſe dicitur. Pauſanias & Cælius Rhodiginus lib. 20. cap. 25. Apollonius Rhodius lib. 1. verſ. 230.

Τόσσον ἄρ' Αἰσονίδην συμμίσγοντες ἠγλαΐαθον.
Τὼς μὲν Αἰσονίας Μινύιαι φέραν ἐξεδόοντες
Κίκλησκον μάλα πάντας, ἐπεὶ Μινύαο γενῆος
Οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος ἐυκλείοντο.
Ἔμμενε δ' ὡς ὅ γε αὐτὸν ἴσουνα γείνατο μητηρ.
Ἀλκιμέδη, Κλυμένοιο Μινυηΐδαο ἐυζωνίη.

Alia affert doctiſſimus Enarrator, inter quæ: Ὅδε Σκήψιος Δημήτριός φησι πρὸ τοῦ τὸν Ἰωλκὸν οἰκῆσαι, Μινύας προσαγορευθέντας. Heſychius cum aliis auctoribus ab eodem Scholiaſte laudatis, Orchomenios & Magnetas Minyas appellatos notat. Intercedit Strabo qui veritatem perdere videtur lib. 9. Ἐξῆς δ' ὁ ποιητὴς μέμνηται τῆς νῦν Ὀρχομενίων καλουμένης, χωρίων τῆς Μινυῶν εἰς Ἰωλκὸν Μινυῶν, ἐντεῦθεν ὁ ἀποπλοῦς πρὸς αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Βοιωτικοῦ ἔθνους· καθ' ὃ Μινύειον τὸ Ὀρχομενὸν ἀπὸ ἔθνους ωλκόν φασιν, ὅθεν τοὺς Ἀργοναύτας Μινύας λεχθῆναι. Hyginus cap. 14. Argonautæ omnes Minyæ ſunt appellati vel quod plurimæ eorum filiæ Minyæ pepererunt, vel quod Jaſonis mater Clymeni & Minyæ filia erat. Schol. Pind. Pyth. 4. Μινυῶν δ' Ἀργοναυτῶν φησὶν, ὅτι οἱ πλεῖστοι αὐτῶν εἰς Μινύαν τὸν Ποσειδῶνος καὶ Τελογένειαν τὴν Αἰόλου τὸ γένος ἀνῆγον· Μινυήιον αἷμα, vel cognati omnes vocantur Orpheo, verſ. 250.

Ἔξοχον ἡρώων Μινυήιον αἷμα γενέθλης.

Minyia, Amorgi inſ. civitas. Steph. *Mandria* Caſtaldo. *Plati* Sophiano.

Mirace, locus Scythiæ. Val. Flac. lib. 6.

Viridem Miracen, Tibiſenaque juxta
Oſtia.

Mirandula, urbs Italiæ, Joanne Pico comite nobilis, 22. m. p. à Mutina in Bor. & 10. à Pado in merid.

Mirobriga, *Malabriga* Morali, urbs Luſitaniæ in Vettonibus, à Salamanticâ 13. leuc. Ulyſſiponem verſus *Cividad Rodrigo* Marianæ dicitur. Lon. 13. 41. Lat. 40. 58.

Miſenum, promont. & urbs Italiæ à Baiis 2. à Puteolis & Cumis 3. m. p. plus minus diſtans. Pop.

Miſenates. Vide *Miſenus* in altera parte hujus Diction.

Miſnia, *Meiſſen*, prov. Germ. in Saxoniâ ſuper. ſub dom. Ducis Electoris Saxoniæ pro majore parte. Terminatur à Sept. Duc. Saxoniæ, & Principatu Anhaltino, ab Oriente Luſatiâ, à merid. Bohemiâ & Franconiâ, & ab occ. Thuringiâ. Ejus urb. ſunt Altenburgum, Chemnicium, Dreſda, Halla, Lipſia, Merſoburgum, Miſna, Naumburgum, Sitizum, & Suicca.

Miſtia Pomponio, *Myſtia* Plin. *Miſtræ* aliis, op. Magnæ Græcæ in finibus Locrorum, inter Hieracium urb. ad Merid. & Auricellam op. ad Bor.-fere medium. *Geloſia* vel *Gioioſa*, teſte Barrio.

Mitylene, & *Mitylenæ*, pl. num. urbs maxima Lesbi juxta Methymnam, ſic dicta à *Mitylene* Macaris filia. Hodie *Metelin*, ſicut & inſula ipſa. Patria fuit Pittaci ex 7 ſapientibus unius, item Alcæi poetæ, Diophanis oratoris, & Theophanis hiſtorici, qui Magno Pompeio admodum familiaris fuit. De hâc ſcribit Vitruvius lib. 1. quod magnificè, & eleganter ædificata fuerit, ſed non prudenter poſita, in quâ Auſter cum flat, homines ægrotant, cum Corus, tuſſiunt, cum Septentrio, reſtituuntur in ſalubritatem. Ab hoc opido etiam tota inſula ſic dicta fuit tempore Euſtathii. Longus Sophiſta Pœmenicorum lib. 1. Πόλις δέ ἐστι Λέσβου Μυτιλήνη, μεγάλη, καὶ καλή. Διείληπται δὲ Εὐρίπου, καταρρεύσης τῆς θαλάσσης, καὶ κατόψιν γεφύραις ξεστῆ καὶ λαθρῆ λίθῳ, νομίσεις ἐ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. *Pulchræ* epitheto quoque illam ornat Horat. 1. ep. 11.

Incolumis Rhodos, & Mitylene pulchra facit quòd
Pœnula ſolſtitio, campeſtre nivalibus arvis.

Strab. lib. 13. καλλωπίσαι δὲ τοῖς πᾶσι καλῶς. Cic. contra Rullum eam vocat urbem & naturâ, & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine imprimis nobilem, agros jucundos & fertiles. Cum Rhodo aliquoties à Poetis conjungitur. Horat. 1. Carm. Od. 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen.

Mart. 10. 68.

Quum tibi non Epheſus, nec ſit Rhodos, aut Mitylene.

Hinc adjectivum *Mitylenæus*. Lucan. lib. 8.

Tunc Mitylenæum jam pleno littore vulgus
Affatur Magnum.

Utrumque dixere veteres *Mytilene*, & *Mitylene*. Sed prius illud longè rectius, alterum vero inter barbariſmi ſpecies refert Stephanus Grammaticus Byzantius in commentariis ad Dionyſium Thracem, & Μυτιλωναῖον dici jubet, addens rationem, ὅτι καὶ τὸ Μάτων καὶ τὸ κτητικὸν Μυτιλώνιος καλεῖται. Confirmant hanc ſcripturam nummi veteres, è quibus potiſſimùm orthographiæ ratio eſt petenda. Voſſ.

Mizraim. Vide *Ægyptus*.

Modin, civitas Palæſtinæ, in Judæâ, in monte exciſa, nomen adhuc retinens, Macchabæorum patria, inter Emmaum & Rhamam, à quâ 10. m. p. Hieroſolymam verſus abeſt. 1 Mach. 1. Erat autem locus Ducis Aſidæorum propriùs. Quippe Μωδεὶν. *Modin*, à themate מדד *jadah*, nuncupatum arbitror, qu. tu dicas ὁμολογητῶν, *Confeſſorum* locum, vicum, opidumve.

Mœnus, *the Maine*, flu. Germ. in Franconiâ; Oritur ex duplici fonte ſupra Culembachium; dein Paulo infra Bambergam fluens, rigat Swinfordiam, Herbipolim, Verthemum, Aſciburgium & Francofurtum, & tandem auctus aliquot flu. in Rhenum ſe exonerat Magontiacum.

Mœris, *Muris* Herodoto, *Mœridis ſtagnum* Ptolemæo, palus ingens Ægypti à Memphi 72. m. p. in occid. diſtans 20. mill. circuitu patens, teſte Melâ. Ex quo pater decipi eos qui illam *Buchiara* indigitant, cum Mareotide eam confundentes, quæ juxta Alexandriam eſt, multo vaſtior.

Mœſia, *Myſia*, Ptol. & Strab. regio Europæ in ſuperiorem & inferiorem Ciabro fluvio diviſa. Superior *Boſna* ad occid. & *Servia* ad ort. dicitur. Inferior *Bulgaria* in ſuperioris & Thraciæ confinio, inter Hæmum montem, & Danubium flu. contenta. Pop. *Mœſi* Plinio. Virg. Georg. 1.

Nullo tantum ſe Mœſia cultu
Jactat, & ipſe ſuas mirantur Gargara meſſes.

Vide ſis illic de la Cerdam.

Moguntia, urbs Archiep. Germaniæ ſuperioris ad Rhenum celebris, ſic ab amne Mogi dicta. Vulgò *Mentz*. Dicitur *Mogontiacum* & *Modoëtia*. Agrum habet ab utrâque Rheni ripâ fœcundum & præſtantiſſimo vino luxuriantem. Plurima antiquitatis monumenta oſtendit. Academiam habet. Eique artis Typographicæ inventio debetur, An. Dom. 1450.

Molæ Formianæ, Ciceroni ſic dictæ, quòd à *Formiis* non longè abeſſent, in Latio ſunt, & hodiè pagus eſt *Mola* dictus, uti ſcribit Niger. Long. 37. 30. Lat. 41. 03.

Moldavia, regio Europæ, olim pars Hungariæ, nunc proprio parens principi, ſub clientelâ Turcarum. Ibi alias erat pars Orientalis Daciæ. Terminatur à Sept. Poloniâ, ab ortu Beſſarabia, à meridie Bulgariâ, & ab occ. Walachia.

Molocath, *Mulucha* Salluſtio, Plin. & Melæ, fluvius Maurit. Tingitanæ inter Metagonitem promontorium, & Malvam flu. terminum utriuſque Mauritaniæ. *Mulucham* hodie, teſte Marmolio.

Moloſſi, populi Epiri, quorum regio *Moloſſia*, nunc *Pandoſia*, teſte Pineto, à *Moloſſo* Pyrrhi & Andromaches filio nominata, quam poſtea Helenus de nomine Chaonis fratris ſui, quem in venatione imprudens occiderat, Chaoniam appellavit. Hinc canes *Moloſſi* dicti, quos poetæ fabulantur originem traxiſſe à cane æneo à Vulcano fabricato, quem ille Jovi, Jupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. Jul. Pollux 5. 5. Virg. Georg. 3.

Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum.

Horat. Epod. 6.

Nam qualis aut Moloſſus, aut fulvus Laco
Amica vis paſtoribus.

Sen. in Hippolyto:

Teneant acres lora Moloſſos.

Hos Ariſt. Hiſt. An. 9. commendat: ἀπὸ τῆς ἀνδρείας θηρᾶν τὰ θηρία καὶ τῷ μεγέθει *à fortitudine contra belluas, & magnitudine.* Clamoſi erant hi canes, quæ res etiam ad terrorem nata. Lucan. lib. 4.

Aut dum diſpoſitis attollit retia varis,
Venator tenet ora levis clamoſa Moloſſi.

Hic tam vaſtus clamor à magno ore quo prædîti ſunt. Lucret. lib. 5.

Irritata canum cum primum magna Moloſſum,
Mollia ricta tremunt duros nudantia dentes.

Horat. lib. 2. Sat. 6.

Simul domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus.

Claudianus de canibus Dianæ in 3. Stilic.

Immortaleſque Moloſſi
Latrantes mediis circum vaga nubibus ibant.

Martialis 12. 1.

Retia dum ceſſant latratoreſque Moloſſi.

Sunt & *Moloſſi* populi Theſſaliæ apud Iolcum opidum, teſte Athenæo.

Molybdodes, inſula Sardiniæ adjacens contra Sulchos, una cum inſula Hieracum; quæ Latinè *Plumbea* dicitur. *Iſola del Toro* Leandro.

Molychium, Heſychius: Μολύχιον, ἔνθα Λυκοῦργος τὴν Κορυνήτου ἀνεῖλε τόπος. Notandum eſt hoc loco, inquit Palmerius, Heſychii μνημονικὸν σφάλμα· nullus enim unquam antiquorum id facinus tribuit Lycurgo, ſed Theſeo. Reponendum igitur: ἔνθα Θησεύς. Fuit ille locus in Epidauriâ.

Molycria,

Molycria, *Molycrion* Pausan. op. Ætoliæ, seu Locrorum Ozolorum in ora, inter ostia Eveni fluvii ad occid. & Naupactum urb. proximam ad ort. apud Antirrhium promontorium. *Molicria* adhuc ex tab. recentioribus.

Momonia, *Mounster*, una ex quatuor partibus Hiberniæ, ad aust. extensa. Separatur à Connaciâ Sineo flu. ad bor. ad ort. habet Lageniam, à merid. vero & occ. alluitur Hybernico mari. Dividitur in 6 Com sc. Kerrienſ. Limericenſ. Corcagienſ. Tipperarienſ. Waterfordienſ. & Desmoniæ Comitatu.

Mona, insula inter Angliam, & Hiberniam sita, ut Ptol. & Plin. eam describunt, *Monna* Xiphilino in Nerua. Hæc olim Druidum sedes fuit, Tacito auctore, hodie *Angleſey*, teste H. Lhuydo, & Lelando, *Mon* vero antiquis Britannis. Hæc insula angusto vado tantum à Britanniæ continente disjuncta conspicitur, ex quo quis fortasse hanc non esse Cæsaris Monam, quam medio cursu inter Britanniam & Hiberniam statuit, possit suspicari, sed potius eam quam Anglo-saxones hodie *Man* nominant. De quâ vide *Monaæda*. Est & insula hujus nominis parva in Rheni ostio apud Frisios.

Monacum, vel potius *Monachium*, urbs Bavariæ elegantissima & primaria, sedes Ducum, vulgò *Munchen*. Fere 5. mill. Germ. distat à Frisinga in aust. uti etiam 15. à Ratisbonâ, & totidem ab Oeniponte in Sept. Long. 34. 00. Lat. 49. 18.

Monalus, Siciliæ flu. Ptol. inter Cephalœdim & Alæsam in ora occ. & Bor. fluens. *Molina* Fazello, *Tosa* autem Leandro.

Monaæda, insula Albionis, seu Britanniæ inter illam & Hiberniam, media fere inter Monam ad meridiem, & Gallovidiam reg. Scotiæ ad bor. *Monapia* Plin. *Menavia* Bedæ. *Eubonia* Gildæ, *Man* Anglis, & *Menaw* Britannicè dicitur.

Monasterium, vulgò *Munster*, urbs Germaniæ Westphaliæ primaria ad Amisium flu. episc. sub Archiepisc. Colonienſ. inter Coloniam ad occ. & Bremam ad ort. fere media 16. leuc. olim *Minigroda*, vel *Miningroda*. Hæc urbs an. 1533. maximam cladem ab Anabaptistis accepit, qui eam civibus expulsis invaserunt, Regeque ex eorum colluvie creato, urbem contra ejus Episcopum, Archiepiscopum Colonienſem, & Ducem Clivenſem, qui illam valido exercitu obsederunt, per annum quasi tenuerunt. Sed Episcopus tandem cum suis superior factus, justum supplicium de Anabaptistis, & rege illorum sumpsit.

Monda, vel *Munda* Plinio, flu. Lusitaniæ per Conimbricam urb. fluens in Oceanum occidentalem, medius inter Tagum, & Durium cum opido cognomine. *Mondego* hodiè dicitur, teste Clusio.

Monembasia, urbs Archiep. Peloponnesi in orâ, vulgò *Malvasia*. Long. 50. 02. Lat. 37. 12.

Monetium, opidum Japodum in Carniolâ regione, *Mansperg*, teste Lazio.

Moluccæ, Oceani Orientalis juxta Indiam insulæ sub circulo Æquinoctiali, ob maximam aromatum copiam, quam per totum terrarum orbem transferunt, celebres; sunt 5. *Taranate*, *Tidore*, *Motir*, *Machian*, & *Bachian*. Avicula Manucodiata, quam nos Paradisi avem vocamus, nobilis.

Monobrica, vulgò *Monbriga*, op. olim Hisp. Bæticæ, nunc pagus, teste Clusio. Sed Ferrario videtur esse op. Hisp. Tarracon. in Arragoniâ, vulgò *Munebriga*, ad Salonem flu. à Bilbili 5. leuc. Cæsar-augustam versus 16.

Monodactylus, Æthiopiæ mons. Ptol. *Pentadactylos* Plinii est, Villanovano teste.

Monœcus, portus & statio Liguriæ, paucarum navium capax, ab Albinga op. distans stadiis 480. Dicitur portus Herculis, quia, teste Servio, pulsis aliis, illic Hercules solus habitavit, vel quòd in ejus templo alius deorum non colitur. Arcem habet firmissimam, cujus princeps & Dominus neminem superiorem agnoscit, licet sub tutelâ regis Hispani, præsidium illius in arcem admiserit. Virgilius lib. 6. de Cæsare & Pompeio:

Aggeribus sacer Alpinis, atque arce Monœci
Descendens gener adversis instructus Eois.

Lucan. lib. 1.

——— *Solus quà littora turbat*
Circius, & turâ prohibet statione Monœci.

Strabo lib. 4. Ὁ δὲ Μονοίκου λιμὴν ὅρμος ἐστὶν ὑπὸ μεγάλαις, ἀλλὰ πυκναῖς ναυσὶν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους. Quod autem his oris præsideret Hercules, *colles Herculeos* dixit Silius lib. 1.

Herculei ponto cepere existere colles,
Et nebulosa jugis attollere saxa Monœci.

Ratio autem nominis inde est, quod communem cellam cum alio Deo repudiaverit Hercules, essetque ex augurali disciplinâ suam Deorum cuique ædem dicare.

Monogloſſum, Ptol. indiæ intra Gangen Emporium. *Mangalor* à Nigro indigitatur.

Monomeri, populi apud ultimas Orientis terras, singulis cruribus saltatim currentes vivaciſſimæ pernicitatis. Gellius 9. 4.

Mons Ferratus, regio Italiæ, cujus fines sunt, hinc Padus, inde Apenninus, & Tartarus amnis, ex superiori parte montes proximi Moncallerio, ubi Pedemontium incipit.

Mons peſſulanus, Gall. Narbon. op. vulgò *Montpellier*, in agro admodum fertili positum, decem milliaribus à mari mediterraneo distat, Episcopatu & Academiâ celebratur, in quâ olim Jurisprudentiæ, nunc Medicinæ florent studia, amplissimo Medicorum Collegio decoratur, quod Urbano Pont. fundatum est & copiosis ornatum reditibus.

Mons Gomericus, op. Albionis in Wallia ad Sabrinam flu. à Salopiâ 12. mill. *Montgomery*.

Mons Jovis, in Hispaniâ, nunc *Monivi* dicitur. Ejus partem occidenti adversam, eminentiâ cautium, quæ inter exigua spatia, ut gradus subinde consurgant, Scalas Annibalis appellant. Mela 2. 6.

Montes Ætii, sic vocantur apud Diod. Sic. in fine lib. 4. montes quidam Siciliæ, qui hodiè *Montifori* vocantur, Fazello auctore.

Montes, vulgò *Mons*, urbs Belgii, Hannoniæ primaria, in colles assurgens, & vallibus depressa, virorum & ædium frequentia ad maximum numerum locupletata, naturâ & propugnaculis munitissima.

Monumethia, *Monmouth*, op. Walliæ Com. cogn. cap. ad Wagam amnem in confin. Herefordiæ Com. & Glocestriæ, 14. mill. ab utraque urbe cogn. 10. ab æstuario Sabrinæ, & 22. à Bristolio in Bor.

Morasti, vicus contra Orientem Eleutheropoleos, patria Michææ prophetæ, qui inde *Morastites* dicitur. Jer. 26.

Moravia, regio Germ. nunc regno Bohemico adjuncta, olim *Marcomannia*, quia fines Germaniæ quà Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Nam Germanis *Mark* limes dicitur, atque inde *Marcomanni* limitum, finiumque accolæ appellati. Hodie quoniam *Moravia* circumscriptos *Moravâ* fluvio habet fines, ab eodem flu. incolæ *Moravi*, & ipsa regio *Moravia* dicitur. Eam nunc tribus è partibus limitant juga montium, sylvæ, saltusque & fluvii, ab Oriente viz. ab Hungaris, ab occid. à Bohemis, ab Aquilone à Silesiis. Nam à meridie Austriam versus plana est, à quâ dirimitur Thaysa flu. In agris numismata M. Antonini, Commodique, & aliorum nonnullorum Cæsarum, tam aurea quam argentea reperiuntur, quæ fidem bellorum cum Marcomannis olim in Moraviâ gestorum manifesta facere videntur. Thus & myrrha ibi inveniuntur uno tantum in loco, non ex arbore desudante, ut alibi secta, sed è solo terræ eruta. Regionis positio quatenus interius patet, campestris est, campique sunt molli, & pingui solo, ideoque segetibus valde idonei, sicut colles vinetis. Culta ferè tota, cultoribusque adeo referta est, ut nullum gregibus armentorum, quæ, niti in solitudinibus commode pasci nequeunt, locum reliquerit. Bohemicâ linguâ Moravi utuntur. Dubravius, & Æneas Sylv. Hist. Bohem.

Morbium, op. Brigantum, nunc vic. *Moresby* dict. in Cumbria, 3. mill. à Verkintonio in merid.

Morbonium, *Morbegno*, op. Rhætorum ad Adduam flu.

Morda, *Merse*, flu. Angliæ ad Salopiam in Sabrinam influens.

Mordiæum, civitas Pisidiæ, *Apollonia* postea dicta. Steph. ubi optima mala. Athenæus.

Morei, *sive Morienses*, pop. Indiæ, ligneas domos habitantes, *Mœsiis* Stephano.

Morgantium, Straboni Μοργάντιον, urbs Siciliæ. Silio *Morgentia* lib. 14.

——— *Non frondosis Morgentia campis*
Abstinuit Marte infido. ———

Livio *Murgantia* dicitur, Diodoro Μοργαντῖνα. Vide Cluv. Sic. Ant. lib. 2. cap. 8.

Morgentium, urbs Italiæ, Steph. *S. Georgio* in Brutiis, teste Barrio.

Morgus, Salassorum fluvius. Plin. 3. 16. *Orco* hodiè Leandro, *Orcho* vero Merulæ.

Moria, collis, 2 Par. 3. qui *Terra visionis*, Gen. 22. dicitur, à latere montis Sion. Heic templum fuit postea ædificatum. In plures autem colles dissectus erat hic mons. In unâ parte erat Sion, in quâ arx David, juxta quam Templum extructum. Alia pars extra urb. mansit, posteáque dicta fuit *Mons Calvariæ*; in quo tam Isaacum quam CHRISTUM immolatos fuisse docet Hieronymus ex traditione Ebræorum. Unde autem hoc nomen ambigitur. Aliqui à מור *mor*, quod est *myrrha* deductum volunt; unde Cant. 4. 6. *Ibo ad montem myrrhæ*: quæ nempe ibi crevit. Non placet; nam sensus parabolicus, quo totus Canticorum liber perscriptus est,

longè distat ab historico. Imò probabilius est הסור ibi ænigmaticè expressum per apocopen esse, qu. הסירוה sedem Templi; 2 Par. 3. 1. quam eo loquendi genere significari peritissimi interpretes arbitrantur. Aliis idem est quod סורא *mora, pavor, timor*; quòd ibi Deus timeri & coli debeat. Inde Onkelos & Jonathan vertunt, *in terram cultûs*, h. e. religiosam. Kimchi sic dictam vult totam terram Israelis, qu. à רוה *ravah*, irrigari, inebriari, quòd terra irrigua esset. Alii vertunt *terram excelsam*, sic LXX. Alii κάλαφαν, lucidam vel conspicuam, ita Aquila, i. e. הנראה sic adjectivum facit, cum substantivum sit. Symmachus vertit *terram ὀπώσιος*, sic & Vulgatus interpres, idque vel 1. quia conspicua, vel 2. quia Deus ibi se videndum præbuit. Rectè, Veteres Hebræi, teste R. S. deduxerunt ex ורה *docere erudire*; hic מוריה *Lex*, doctrina, quod inde egressa esset doctrina pro Israel. Fullerus compositum nomen existimat qu. מראה יה *φανερωθεὶς Θεὸς*, nempe CHRISTUS, qui in illa reg. Morijæ (quæ proprie tractus est Hierosolymitanus) natus est, & exceptus, & prædicavit, & passus est, & resurrexit. Alii denique deducunt ex מור q. d. *amarum*, propter amaritudinem Abrahami. Polus.

Moricambe, æstus & fluvius Albionis in comitatu Cumbriæ, inter Itunam, & Belisamam amnes. *The Bay of Cardronock*, teste Camdeno.

Moridunum, op. Albionis in comitatu Devoniensi apud ostia Axæ fluvii. Vulgo *Seaton*.

Morimarusa, mare Septentrionale, quod Scythiam alluit, vulgò etiam *Mare Settentrionale*.

Morini, pop. inter Belgas ad Oceanum Britannicum, Caletibus, & Nervijs vicini, quorum opidum mediterraneum, Ptolemæo teste, fuit Tervanna, etiam hodie nomen retinens. Hi à Virg. Æn. 8. *Extremi hominum* dicuntur, quòd, ut jam diximus, Oceano sint proximi, brevissimusque ab eis, vel ipso Cæsare teste, in Britanniam sit trajectus.

Mosa; vulgò *la Meuse*, fluvius insignis Galliæ Belgicæ ex Vogeso monte non procul à Lingonum finibus profluens, & per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labens, tandemque in finibus Batavorum accepto Rheno in Oceanum se exonerans. Julius Cæsar: *Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quâdam Rheni recepta, quæ appellatur Waltis, insulam efficit Batavorum.* Sidonius in Paneg. Majoriano:

Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus.

Mosæus, flu. Susianæ regionis in sinum Persicum fluens. *Museus* Marcellino. *Triticiri* Ortelio, aliàs *Tsritiri*, aliàs *Macuf*.

Moschi, populi Asiæ Albanis, & Iberis finitimi, circa Caspium mare eos ponit Mela, circa Phasidis fontes Plinius, ubi & montes *Mosechi*. Hos *Mesech* in sacris literis dici scribit Arias Montanus in Apparatu Biblico. Lucanus lib. 3.

Heniochi, sævisque affinis Sarmata Moschis.

Sid. Apol. in Panegyrico Avito:

Sauromatam taceo, ac Moschum, solitosque cruentum
Lac potare Getas.———

Vide Bochart. Phaleg. 3. 12.

Moschophagi, i. e. *Vitulivori*, populi circa mare Erythræum. Arrianus.

Moschus, fluvius, nunc vulgò *Morava*, in Mysiâ superiore, ex Orbelo monte in Danubium fluens. *Moschius* Ptolemæo.

Moscovia, hodiè appellatur universum Imperium Magni Ducis Moscoviæ, quod mari glaciali à Sept. terminatur, ab oriente Tartaros, à meridie Polonos, ab occ. vero Livones & Sueciæ regem vicinos habet. Hujus omnes regiones singulatim describit Sigismundus Baro ab Herberstain in Moscoviticâ historiâ, apud quem multa de Religione, ritu, vivendique more totius gentis, quæ magis servitute, quam libertate gaudet. Omnes se principis servos fatentur. Raro illis est quies, nam aut bellum Lithuaniis, aut Livonensibus, aut Tartaris infert, aut si nullum bellum gerit, præsidia collocat circa Tanaim, & Occam flu. ad reprimendas Tartarorum deprædationes. Tunicas oblongas, sine plicis, manicis strictioribus, Hungarorum fere more, gestant Muscovitæ. Ocreas fere rubras, easque breviores, ut quæ genua non attingant, soleasque ferreis claviculis munitas habent. Ventrem nequaquam sed femora cingunt, atque adeo pube tenus, quò magis promineat venter, cingulum dimittunt. Justitiam strenuè exercent in prædones. Furta & homicidia raro capitali pœnâ puniuntur. Monetam argenteam habent non rotundâ, sed oblongâ & ovali quodammodo formâ. Pellibus nobilibus, ac preciosissimis, quæ illinc per totam Europam exportantur, regio abundat; & ubique ferè sylvosa est. Cæterùm de *Moscovia* nemo meliùs scripsit quàm Adam Olearius libro cui titulus est Gallicè: *Relation du Voyage d' Adam Olearius en Moscovie, Tartarie & Perse.*

Moscua, seu *Mosscha*, vulgo *Moscow*, urbs Europæ perampla, emporium celebre, & caput Imperii Moschorum, ad Moschum flu. in quâ magnus Dux Moscoviæ residere solet. Crescit indies, sed pro majore parte fœdè conflagravit an. 1668. Arx est in ea perampla M. Ducis, quem incolæ *Czar*, i. e. Imperatorem vocant, cum valido præsidio. Domus autem sunt ligneæ omnes. Distat 140. m. p. à confin. Poloniæ in ort. 240. à Novogardiâ parvâ in Afr. & 370. à Novogardiâ magnâ in Eurum. Long 65. 40. Lat. 59. 30.

Moson, Galatiæ urbs, Ptol. *Aricanda* Nigro.

Moschlus, mons Lemni, in quo fornax Vulcani, de quo Hesychius & Nicander in Theriacis vers. 472.

*Ἡ Σάν, ἢ Μοσύχλα.———

Ubi Scholiastes hæc citat ex Antimacho:

———Ἡφαίστῳ πυρὶ ἔγκελον, ὧ ῥα πλύσκῃ
Δαίμων ἀκροτάτῃσι ὄρεσ& κορυφῇσι Μοσύχλα.
———*Quales in summâ rupe Moschli*
Mulciber accensis fornacibus excitat ignes.

Et ex Eratosthene:

———Φαίνεσκε Μοσυχλαίῃ φλόγι ἶσον.
———*Elucet Moschlæis ignibus æquum.*

Itaque *Moschlus*, teste Bocharto, vel est מוגלא *Mazlego, splendens*, ut in Syrâ paraphrasi, Apoc. 21. 21. vel מוגלק *Mazlec, ardens*, unde זליק *zelic* Chaldæis *scintilla*.

Mosylon, promontorium, & emporium Æthiopiæ. Steph. *Omgauli* hodiè, teste Moletio. Inde *portus Mosylicus*, quo Cinnamomum devehitur, uti loquitur Plin. Simeon Sethi de facultate ciborum; ubi de Cinnamomo: ἄκακον ὃ τὸ λεγόμενον Μόσυλον τὸ ἀπὸ Μοσύλε πόλεως.

Mossyni, vel *Mossynœci*, pop. Cappadociæ ad Pont. Euxinum, inter Cytorum, & Cerasuntem urbes longo tractu incolentes. Getis finitimos collocat Tibullus 4. 1.

Quaque Hebrus, Tanaisque Getas rigat, atque Mossynos.

Mela 1. 19. *Ultra Tibarenos Mossyni turres ligneas subeunt.* Ita locum illum restituit Vossius. *Mossonychi* dicuntur Val. Flac. lib. 1. vers. 150.

Vos quoque non notæ mirati vela carinæ
Mossonychi.———

Apollonius lib. 2. vers. 1018.

Ἡ ἐνὶ Μοσσύνοικοι ἀν' ὕρεα ναιετάουσι
Μόσσυνες, ᾗ δ' αὖτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασι.
Ubi Mossynœci in montibus tenet
Falas, unde & ipsi cognomen traxerunt.

Dionys. Perieg. vers. 765.

Βύζηρίς τοι ἔπεσσα, ᾗ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων,
Μάκρωνες Φίλυρές τ', ᾗ οἱ Μόσσυνας ἔχουσι
Δωρῆες, ἧσ δ' ἄγχι πολύρρωγες Τιβαρηνοί.

Ubi Schol. Λέγει ὁ Γεωγράφ& ἀπὸ Μοσσύνων, ὅ ὅτι πύργων, αὐτοὺς ὀνομάζων. Vide Steph.

Motene, Armeniæ majoris regio ad Cyrum flu. Ptol. *Exechia* Castaldo.

Motenum, Pannoniæ superioris urbs. Anton. à Vienna 4. leuc. in merid. *Bruck an der Leyte* Simlero. Sed Lazio *Maritz* pagus est ejusdem tractûs.

Motho, vicus Arabiæ in quo Antigonus Macedo à Rhabilo rege Arabum occisus est. Significat autem linguâ Arabum τύπ& δυνάτε. Steph.

Mothone, Laconicæ opidum Am. Marcell. fine lib. 26. Ubi Valesius: *Methone* Laconicæ opidum memoratur à Thucyd. lib. 2. eamque adhuc suâ ætate nomen id retinuisse scribit Eust. in Hom. Catalogum. Sed cæteri Messeniæ assignant, inter quos Mela & Strabo, Plinius ac Ptolemæus. Eamque Pausan. in Messen. *Mothonem* nominat, perinde ac Porphyrius lib. 2. de abstinentiâ: Μάσ&, inquit, ὧ Βασιλεῦς Μαυρουσίων ὁ ἐν Μοσσύνῃ σφαγεὶς ὑπ' Ἀσείππᾳ. Scribe Βόσ&, ex Strab. lib. 8. In Tab. quoque Reutingerorum *Mothone* dicitur. Neque aliter hoc in loco tam editio Rom. quam Regius codex scriptum habent. Quid quod & in prologo 7. Trogi Pompeii *Mothone* dicitur, quæ à reliquis Methone, opidum Magnesiæ, longe ab hoc nostro diversum.

Motieni, parva regio Iberiæ, Colonia Romanorum, Phlegon *Mutenum* eam vocat. Steph.

Motya, vel *Motye*, urbs Siciliæ, de quâ sic Vir Magnus. De Phœn. Col. lib. 1. cap. 27. A Lilybæo promontorio versus Aquilonem navigantibus statim occurrit Motye, Pœnorum colonia. Diod. lib. 14. Οὐ μακρὰν τῆς λίφυ τύτυ Μοτύη πόλις ἦν, ἄποικ& Καρχηδονίων, ἣ μάλιστα ἐχρῶντο κατ' ἐκ Σικελίας ἐμπολήν. *Non procul ab illo colle* (Eryce) *sita erat urbs Motye, colonia Carthaginiensium, quâ potissimum utebantur, ut belli sede, unde in Siciliam irrumperent.* Proinde Thucydides de Phœnicibus Μοτύλ κ Σολοέσσα κ Πάνορμον, &c. ἐνέμοντο, &c. ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦ Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει, *Motyam, Soluntem & Panormum incoluerunt, &c. quia minimo inde in Carthaginem trajectu Sicilia distat.* Et Pausanias in Eliacis: Ἔστι ὄ κατ' ἐκ ἄκρου

ἐπ

ἐν Σικελίᾳ ἀπὸ τελεσμμίλιον ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότε, χιλιαμμίλιον ὃ Πάχυνον (lege Λιλυβαῖον) Μοῦν πόλις. Οἰκῆσι ὃ Λίβυες ἐπ' αὐτῇ καὶ Φοίνικες. *Ad Pachynum (imo ad Lilybæum) Siciliæ promontorium, quod in Africam ad Auſtrum, eſt Motye urbs, quam tenent Afri & Pœni.* Motye in Diodoro legitur urbs fuiſſe valdè inſignis τῷ ἀπὸ πλήθει, καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκιῶν εἰς ὑπερβολὴν πυκνοκατασκευήν, διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν χαλκιάνθων, *& domorum copiâ, & ſpecie magnificè exornata propter incolarum divitias.* Situs prope qualis Tyri, nempe in inſula quam Iſthmus manufactus ſtadiorum 6. ita continenti junxerat, ut ex inſulâ facta eſſet Cherſoneſus. Idem Diodorus: Ἄυλη δ' ἡ πόλις ἐν ὀλίγῳ νήσου κειμένη ἀπέχουσα σταδίους ἑξ. Et paulo poſt, εἶχε δὲ καὶ ὁδὸν στενὴν χειροποίητον, φέρουσ ἐπὶ τὴν Σικελίας αἰγιαλόν. Dictam fabulatur Stephanus, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς μιμησάσης Ἡρακλεῖ τὸν ἐλάσαντας τῶν ἀπὸ βοῦς. Ego dictam interpretor Punicâ voce מתוחה *metuha*, i. e. *protenſam*, propter Cherſoneſi longitudinem. Ad Aquilonem fuit Motyenſium portus, quem multis deſcribit Polyænus lib. 5. *in Dionyſio.* Gentile *Motyæus*, nam corruptè legitur apud Steph. Μοτυσαῖος.

Motychanus, flu. Siciliæ per oram auſtralem fluens inter Motyam & Inycum, Ptol. *Xicli*, teſte Fazello.

Mucræ, Samnii pagus inter Fauces Caudinas & Bovianum. Silius Ital. lib. 8.

Qui Batulum Mucraſque colunt, Boviania quique
Exercent luſtra, aut Caudinis faucibus hærent.

Mugillones, pop. Germaniæ, quorum nomen torrens *Muhel* in Auſtriâ redolere videtur, teſte Lazio.

Mulacha, vel *Mulucha*, Africæ fluvius, Numidiam à Mauritaniâ dividens. Strabo. Plin. 5. 2.

Mulda, flu. Bohemiæ in Albim ſe exonerans juxta Melnicum op.

Mulhuſia, urbs Alſatiæ ſuper. ad Hellelum flu. Imperialis & Helvetiis aggregata An. Dom. 1615. 3. leuc. à Baſilea in Circ. quot à Neoburgo in occ.

Mulhuſia, urbs Germ. in Thuringiâ Imperialis & ſatis culta. Diſtat fere 7. mill. Germ. ab Erfordiâ in occ. & 4. ab Iſenaco in ſept.

Muliadas, flu. Hiſp. poſt Tagum fluens. Strabo lib 3. ubi Caſaubonus Μύνδας legit.

Munda, op. Hiſp. Bæticæ, memorabili illio prælio inter Cæſarem, & Pompeii liberos geſto nobilitatum, quo quidem in prælio tanta utrinque edita eſt ſtrages, ut Cæſar victor hoſtes, qui fugâ ſeſe in urbem receperant, obſidens, congeſtis corporibus vallum conſtruxit. Lucan. lib. 1.

Ultima funeſtâ concurrunt prælia Mundâ.

Silius lib. 3.

Et Munda Æmathios Italis paritura dolores.

Long. 15. 38. Lat. 36. 28.

Munitium, urbs Germaniæ, Ptol. *Gottingen*, teſte Villanovano, in Haſſiæ, Saxoniæque Confiniis, media inter Mundam ad meridiem, & Eimbecam ad Bor. Long. 31. 47. Lat. 51. 32.

Munychia, portus Atticæ Piræeo proximus inter illum ad occ. & Sunium promont. ad ort. apud Iliſſi flu. oſtium, antiquum nomen retinens. Ovid. Met. 2.

Munychioſque volans agros, gratamque Minervæ
Deſpectabat humum.——

A *Munycho* principe nomen habet, qui ibi templum Dianæ extruxit, quæ propterea Mynichia, & feſta ejus eodem nomine appellata. Strab. & Plut.

Mura, *Muer*, flu. Germaniæ. Oritur in ditione Salisburgenſi, deinde per Stiriam fluens Dravo miſcetur in ipſo limite Hungariæ.

Muranum, *Morano*, op. Lucaniæ, nunc caſtr. Calabriæ citer. in confin. Baſilicatæ, 40. m. p. à Coſentia in Bor. & med. inter ſin. Tarentinum ad ort. & mare Tyrrhenum ad occ. 16. mill. utrinque diſtans. Long. 40. 15. Lat. 39. 30.

Muranum, *Mouraon*, op. Portugalliæ, juxta Anam flu. Quibuſdam eſt *Moro*.

Muratum, *Murat*, op. Gall. in Alvernia ſuper. juxta Alagnonem amnem, 3. leuc à Floriopoli in Circ.

Muravia, *Muraw*, op. Germ. in Stiria ſuper. ad Muram flu. 6. mill. à Judenburgo in occ. & 4. à lim. Auſtriæ.

Murbachum, op. Germ. in Alſatiâ ſuper. 2. leuc. à Vogeſo monte in ort. & 3. à Colmariâ in Afr.

Murbogi, pop. Hiſp. Tar. quorum metropolis Burgi, urbs regia Caſtellæ vet. vulgò *Burgos*, intra montes.

Murcia, urbs ampla Hiſp. Tar. ad Seguram flu. & regni Murciani caput, 3. leuc. ab Oriola in occ. & 6. à Carthagine Nova in Bor.

Murgantia, Samnii opidum. Liv. hodiè *Morcone*.

Murgentia. Vide *Morgantium*.

Murgis, vel *Murgi* Anton. op. Hiſp. geminum; unum maritimum in Hiſp. Tar. & Bæticæ confin. in orâ regni Granatenſis, *Muxacrâ* hodiè, teſtibus Flor. & Mariana. Alterum op. Bæticæ, nunc pagus regni Granatenſis, *Murga*, teſte Mariana. Sed Cluſio eſt *Murcia* urbs regni Murcienſis caput.

Murcëla, urbs Pannoniæ ſuperioris. Ptol. *Muera* Lazio. Aliis eſt *Mureck*, op. Stiriæ.

Murſa, urbs Ioniæ, ab Adriano condita. Steph. Item urbs Pannoniæ inferioris, *Murſia* Ptol. nunc op. Hungariæ, *Eſſeck*, ſive *Ezeck* Lazio.

Murſella, op. Pannoniæ ſuper. inter Sabariam & Arabonem.

Murta, *la Meurte*, flu. Gall. in Lotharingiâ. Oritur ex Vogeſo M. ac in Moſellam cadit, 3. leuc. ſupra Muſſipontem.

Murthlacum, *Murtlay*, op. Scotiæ in Marriâ reg. Murvis Africæ propriæ op. Ptol.

Murum, *Mur*, pag. Rhætorum inter Clavennam ad merid. & Tinnetionem ad Bor. Long. 30. 35. Lat. 45. 50.

Murus, *Muro*, urbs Lucaniæ in Baſilicatâ prope Apenninum M. 24. m. p. à Marſico, à Potentiâ v. 18. in occ.

Murus, mons Luſitaniæ, Vindii ramentum, per agrum Viſenſem & Lamacenſem extenſus, Maranb & Alcobæ agri Conimbricenſis junctus, teſte Reſendio.

Murus Pictucus, *The Picts Wall*, antiquus ultimuſque Romani Imperii in Albione limes. Primo ex ceſpitibus & Stipitibus ab Hadriano Imp. factus eſt: Poſt à Severo Imp. multo jam munitior conſtructus per continentem à mari Germ. ad mare Hibern. perductus fuit. Tandem Imperio jam devergente è ſolido ſaxo 8. pedum lat. & 12. altitud. à *Boulneſſe*, prope Itunæ ſinum in occ. inchoatus perpetuo tractu ad Tinæ oſtium in ort. ductus eſt, & linea maxima ex parte directa per montes vaſtos aſcenſu & deſcenſu ſuper præruptas rupes 100. fere m. p. longitudine collegit: cujus quidem ductus multis in locis etiamnum extat in Cumbriâ & Northumbriâ provinciis ſuis tantum pinnis nudatus. In eo crebræ turres ſpeculatoriæ mille paſſus inter ſe diſtantes extructæ ſunt, in quibus milites ad tutandos ab hoſtilibus incurſibus fines excubarunt, teſte Jo. Speede.

Muſicani terra, quam Strabo totius Indiæ auſtraliſſimam ponit. Erit ergo ea quæ hodiè *Malaca* vocatur. At idem eam paulo inferius ad Pantalenam inſulam (hæc ad Indi oſtia eſt) ponit. Cui ſententiæ etiam Arrianus lib. 5. & Diodorus lib. 17. ſubſcribunt. Meminit eorum Qu. Curtius.

Muſio, primus eſt amnis poſt Cumerum promontorium, ut ſcribit Blondus, qui eum ad oſtia *Aſpidum* vocari addit, utrumque forte recens eſt.

Muſiſtratum, Polybio, aut potius *Myttiſtratum*, *Mutuſtratum* Plinius ſcribit, Siciliæ urbs eſt, quam Fazellus & Aretius *Miſtretſa* vocant. Hos eoſdem eſſe cum *Ameſtratinis*, quorum Cic. in Verrem meminit, ait Aretius, ſed negat Hermolaus. *Mytiſerata* habet Steph. urbs Siciliæ.

Muſolani, Africæ pop. à Coſſo duce exercitûs Octavii Cæſaris victi. Oroſius lib. 6. cap. 21.

Mutilum, op. Gall. Togatæ in viâ Æmiliâ, ſive Romandiolâ non obſcurum. *Mutila* Julio Obſequenti; hodiè *Mutigliano* Blondo. *Modiana* Leandro.

Mutina, civitas Gall. Ciſalpinæ in Flaminiâ, inter Regium Lepidi, & Bononiam. Strabo. Colonia Romanorum, in quâ Antonius D. Brutum obſedit, quam tamen Hirtius & Panſa, Conſules, victo Antonio, liberavit. Ptolemæo Μοῦτινα Latinâ formatione, reliquis vero Græcis omnibus Μοδένη, excepto uno Polybio, apud quem forte rectius Μότινη, quippe brevem eam ſyllabam fuiſſe habitam patet ex poetis. Ovid. Met. 15.

——*Mœnia pacem*
Victa petent Mutinæ, Pharſalia ſentiet illum.

Lucan. lib. 1.

His, Cæſar, Periuſina fames, Mutinæque labores
Accedant fatis.——

Silius lib. 8.

Certavit Mutinæ quaſſata Placentia bello.

Martialis 3. 58.

Fullo dedit Mutinæ, nunc ubi caupa dabit.

Vide Plin. 2. 83. *Modena* hodiè dicitur. Long. 33. 00. Lat. 43. 50.

Mutiſtratus. Vide *Ameſtratus*.

Mutuſcæ, quæ & Trebia, ac Trebula, vulgò *Trevi*, urbs Umbriæ Epiſcopalis olim, nunc op. in colle amplum inter Fulginium 6. & Spoletium 9. m. p. Pop. *Trebulani* & *Mutuſcæi*. Virg. Æn. 7.

Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ.

Sed cum Eretum ſit in Sabinis, Mutuſcas quoque in finibus Sabinorum fuiſſe crediderim, Trebiamque à Trebulâ diverſam eſſe. Itaque *Mutuſcæ*, *M. Leone* in Sabinis hodiè Ferrario. Opidanos *Mutuſcæos*, ut dixi, Plin. vocat, lib. 3. cap. 12. addit ibidem & *qui Suffenates*. Dionyſ. vero *Suffenas* vocat.

Muza, portus, & emporium Arab. Felicis, quò appellunt, qui ex Ægypto in Indiam navigant, *Gezien* Moletio.

Muziris, urbs & emporium Indiæ citerioris. Plin. 6. 23. *Chaul* Molétio. *Anor* vero supra Calicut Dalechampio.

Mycale, op. & mons Cariæ, seu potius Ioniæ; Herodoto, promont. è reg. Sami inf. Inde *Mycalæus*. Claud. lib. 2. in Eutrop.

Icarium pelagus Mycalæaque littora.

Mycalessus, urbs mediterranea Bœotiæ, Thucyd. lib. 7. sic dicta, quòd vacca, quæ Cadmum cum exercitu Thebas duxit, mugitum illic ediderit; hodiè *Malacasa*. Stat. Theb. 7.

———*Quos pinigeris Mycalessus in agris*
Palladiusque Melas Hecataeaque gurgite nutrit
Gargaphie.———

Hinc Ceres *Mycalessia*, cujus templum juxta mare Mycalessum singulis noctibus ab Hercule aperiri, rursusque claudi putabatur. Quinetiam fama erat omnes fructus autumno colligi solitos, si ante pedes Mycalessiæ Cereris depositi fuissent, toto anno integros manere. Est & alia Cariæ, item mons è regione Sami. Steph.

Mycenæ, urbs Peloponnesi, quam Perseus Danai fil. extruxit, in quâ regnavit Agamemnon. Inde Virg. Æn. 6.

Agamemnoniasque Mycenas.

Idem Æn. 2.

Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.

Pelopeiades Mycenas vocat Ovid. Fast. 3. quia illic Pelops habitavit, à cujus etiam filio Thyeste *Thyesteas* vocat Lucanus lib. 1.

———*Qualem fugiente per ortus*
Sole Thyesteæ noctem duxere Mycenæ.

Inachias vocat Papinius, quòd juxta Inachum flu. posítæ videantur. *Agios Adrianos* Sophiano. Nigro *Charia* est, *Gerbigni* Theveto. Equi Mycenarum in pretio fuere. Virgil. Geor. 3.

Et patriam Epirum referat, fortesque Mycenas.

Gratius in Cynegetico:

Consule Penei qualis perfunditur amne
Thessalus, aut patriæ quem conspexere Mycenæ
Glaucum.———

Horat. 1. Od. 7.

Aptus dicet equis Argos, ditesque Mycenas.

Epitheton traxit ab Homero apud quem:

———Πολυχρύσου Μυκλήνης.

Hæc urbs Junoni & curæ & cordi fuit. Hom. Il. 4.

Ἄργός τ' Σπάρτην τε καὶ εὐρυάγυια Μυκλήνη.

Ovid. Fast. 6.

——*Sparten, Argósque, meásque Mycenas.*

Silius lib. 1.

Hic Juno ante Argos———
Ante Agamemnoniam, gratissima tecta, Mycenen, &c.

Inde *Mycenæus*, Prop. 2. 22.

Quid? ferus Andromaches lecto cum surgeret Hector
Bella Mycenæa non timuere rates?

Ovid. Epist. 5.

Ista Mycenæâ litera scripta manu.

Mycone, seu *Myconos*, ins. maris Ægæi, una Cycladum, sub quâ poetæ fabulantur sepultos esse Gigantes, postremò ab Hercule interfectos: unde proverb. *Omnia sub unam Myconon congerere*, quod in eos dici consuevit, qui res naturâ disjunctas eodem libro, vel titulo conantur complecti. Hujus proverbii mem. Them. Orat. 1. & Stephanus his verbis: Μύκονος· Δέ ἐστιν ἐφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τοὺς γίγαντας τοὺς ὑγιφοτάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταδυθέντας. Ἀφ' ὧν οἱ παροιμία πάντα ἐπὶ μίαν Μύκονον ὅτι τοὺς μὲν ἐπὶ μίαν γεγραφὼς ἀναιρόντων τὸ διημαρτημένον τῇ φύσει. Ubi lege ὑγιοτάτους & vide Zenobium. Scribit Servius hanc insulam terræ motu diu laborasse: quo cessante, è vicinis insulis populos venisse, qui eam tenerent, & incolerent. Insulares *Myconii*, de quibus literis proditum est, calvos esse solere. Inde *Myconius* pro Calvo. Plin. 11. 37. *Micole* hodie Nigro & Soph. Vilis autem insula fuit ac despecta; Unde Stat. 1. Achill.

———*Placet ire per altas*
Cycladas, hinc spretæ Myconos, humilisque Seriphos.

Ovid. Met. 7.

Hinc humilem Mycanen cretosaque rura Cymali.

Virg. tamen *celsam* vocat Æn. 3. comparativè cum Delo eam conferens. Athen. lib. 1. *Myconios* dicit διὰ τὸ πίνειν καὶ λυπρὰν νῆσον οἰκεῖν, ὀλὰ γλισχρύλλι καὶ πλουσιοξία διαζῆλεῖν. Unde illud Cratini in hominem sordidum & avarum Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γενοῦς Μυκωνίου φιλόδοξος ἂν εἶης· i. e. *Quomodo tu ab Ischomacho Myconio genitus munificus esses?* Item Proverb. Μυκόνιος γείτων, & Μυκονίων ἄλλος in eos qui non vocati ad convivia se ingerebant. Proinde Μύκονος Phœnicibus erat מוכן אוֹן *Muc-on* quasi dixeris *consul tenuem.* Bochartus.

Mygdonia, regio Macedoniæ in Thraciam vergens inter Axium, & Strymonem flu. Plin. 4. 10. Pop. *Mygdones*, qui in Asiam transgressi in eâ parte Mysiæ considerunt, quæ Troadi superjacet, Rhyndaco amni, & Dascylitico lacui propinqua, eamque regionem de nomine relictæ patriæ Mygdoniam appellarunt. In hâc reg. Nioben natam volunt poetæ. Est item magnæ Phrygiæ regio, Stephanus, qui hanc quoque *Mychthoniam* vocari ait. Hinc *Mygdonia* mater Deorum. Val. Flac. Arg. 3.

———*Ancipitem lymphaverat urbem*
Mygdoniæ Pan jussa ferens sævissima matris.

Et lib. 8.

Sic ubi Mygdonios planctus sacer alluit Almo
Lætaque jam Cybele.

Claudianus de consulatu quem Manlius Theodorus cum Eutropio gessit:

Perfossique ruunt populo pallente leones,
Quales Mygdonio curru frænare Cybele
Optat.———

Porro Mygdoniam terram divitem fuisse patet ex Horat. apud quem lib. 2. od. 12. legimus,

Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes.

Marmore etiam abundabat. Ovid. Ep. 15.

Quæ mihi Mygdonii marmoris instar erunt.

Mylæ, insulæ circa Cretam sunt Plinio, *Cambusæ* Nigro. Pineto vero *Gniosa* & *Listo*. Item Siciliæ urbs, Ptol. & Thucyd. *Malazon*, vel *Mylazzo* Fazello, & Aretio hodiè appellatur. Sunt etiam *Mylæ* Thessaliæ, incola *Mylæus*. Steph. *Myle* Silio dicitur lib. 14.

Et justi quondam portus, nunc littore solo
Subsidium infidum fugientibus æquora Myle.

Vide Sen. Nat. Qu. l. 4. & Plin. 2. 98. Item *Myle* Siciliæ flu. Vide Cluverium & Dausqueium ad Silium pag. 597.

Myndus, urbs Cariæ maritimæ inter Bargyliam & Halicarnassum, *Menteše* Leunclavio. Plin. 5. 29. Fuit in eâdem Cariâ, & alterum ejusdem nominis opidum, quod postea ad recentioris differentiam *Palæmyndum* appellavere. *Sancto Pietro* hodie dici scribit in suo Livio Nardus. Diogenes apud Laertium. Εἰς Μύνδον ἐλθὼν ὁ Θεοδάμαντος μεγάλας τὰς πύλας, μικρὰν οὖσαν πόλιν, Ἄνδρες Μύνδιοι, ἔφη, κλείσατε τὰς πύλας μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἔξέλθῃ.

Myonnesos, op. Ioniæ in peninsula inter Teum & Lebedum. Steph. Item insula Thessaliæ ante Larissam, teste Strabone. Cæl. Strabo 194.

Myos hormos, urbs Ægyptorum cum portu ad sinum Arabicum, inter Arsinoen, & Berenicen. *Cosir* eo loco ponit Ramusius. Vide Suckium ad Arrianum pag. 2.

Myra, urbs Lyciæ mediterranea, num. plu. *Strumita*, teste Stunica. Long. 59. 40. Lat. 38. 25.

Myrmidones, Thessaliæ populi, qui Achillem ad bellum Trojanum secuti sunt. Sic apud poetas dicti (ac teste Plinio 4. 7. sic in universum Græci nominantur; unde Philostratus in Heroicis ait Μυρμιδόνας ὀνομασθῆναι πάντας Θετταλούς) à formicis, quas ad Æaci preces in homines (illis pestilentiâ sublatis) conversas fabulantur. Vir. Æn. 2.

Myrmidonum Dolopumve, &c. Vide *Æacus.*

Myrtoum mare, pars Ægæi inter Peloponnesum & Atticam, ac Eubœam insulam, licet Ptolemæus illud *Myrtoum* appellet, quod Cariam ad occid. alluit. Sic dictum à *Myrtylo* Oenomai aurigâ ibi submerso. Plin. tamen 4. 11. appellatum mavult à *Myrto* exiguâ insulâ non procul à Carysto. Ejus meminit Horat. lib. 1. Od. 1.

Myrtoum pavidus nauta secet mare.

Vide Lambinum ad locum. *Mar di Mandria* Castaldo.

Myrtussa, vel *Myrtusa*, mons Libyæ. Callimachus in Apollinem. Σπὰς ὅτι Μυρτώσιος κεραὸς δρος· Ubi Schol. Μύρτουσι ὄρος Λιβύης. Idem habet Steph. Ejus meminit Apoll. l. 2.

Αἱ Λιβύλω ἐνέμοντο παρὰ Μυρτώσιον αἶπος.

Mysia, regio min. Asiæ ad Hellespontum Troadi contermina; cujus incolæ *Mysi*, abjectissimæ conditionis homines, sortisque adeo contemptæ, ut cesserint in proverbium. Quoties enim hominem nullius pretii volebant denotare, *Mysorum ultimum* esse dicebant. Cic. pro L. Flacco. Strabo etiam *Mysos* constituit in Europâ in confinio Pannoniæ ad Danubium flu. putatque *Mysos* Asiæ populos ab his, ut originem, ita & nomen duxisse. Sed hi à Plinio *Mæsi* dicuntur. Vide Boch. Phaleg. lib. 1. cap. 12. Dividitur autem *Mysia* in majorem, & minorem. Major Hellespontica appellatur à Galeno, & pop. Hellespontii à Strabone, in quâ Cyzicus & Lampsacus urb. præcipuè. Minor à Strabone Olympica à monte Olympo dicitur, in quâ Prusa urbs Bithyniæ. *Mysia* etiam Europæ gemina est apud Ptol. superior, & inferior. Vide *Mœsia.*

Mysomacedones, pop. Asiæ in tractu majoris, Mysiæ à *Macedonibus* oriundi, unde & nomen habent. Plin. 5. 26.

Mystia, op. Magnæ Græciæ apud oram inter Locros, & Caulioniam. *Giosa* Barrio.

Mythepolis,

Mythepolis, locus Bithyniæ apud Aſcanium paludem, à Cio 120 ſtad. diſtans Ariſt. *Mythopolis* Antigono.

Myriſtratum, vide *Ameſtrata*.

Myus, *untis*, urbs Ioniæ in Cariæ confinio, apud Mæandri oſtia. Herod. Strab. Plin. Steph. cujus populi à culicibus infeſtati Miletum proximam urb. migrarunt. Hanc Artaxerxes Perſarum rex Themiſtocli Athenienſi in obſonium dedit cum Magneſiam in panem, & Lampſacum in vinum dediſſet, teſte Thucydide.

N.

Naarmalcha, Perſis ſignificat *fluvium regium*. Am. Marc. lib. 24. *Naarmalcha nomine, quod flumen regium interpretatur, Cteſiphonta prætermeat.* Et rurſus eodem libro: *Ventum eſt hinc ad foſſile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum.* Græci ποταμὸν βασίλειον vocant. Strabo lib. 16. Μεταξὺ δὲ τοῦ Εὐφράτου, καὶ τοῦ Τίγριδος ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς βασίλειος ὀνόματι. Plin. 6. 26. *Euphratem Gobaris Præfecti opere deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret; ab Aſſyriis vero univerſis appellatum Armalchar quod ſignificat regium flumen.*

Nabathæa, regio orientalis, *Barraab* Sarracenis, teſte Moletio. Euſt. Ἡ Ναβαταία πολύανδρος ἔσα ἡ χώρα, καὶ ἐυβοῦς. Videtur legendum πολύαρνος. Eſt enim regio frugum inops, plena pecorum, teſte Hieronymo. Pop. *Nabathæi*, à *Nabioth* Iſmaelis filio, teſte Iſidoro, dicti. Alii in Arabiâ Petræâ ponunt, quorum metropolis eſt Petra, quæ Nabathæa cognominatur à Strabone; Alii in Arabiâ Felici. Τῶν Ἀραβίων τοὺς κεκτημένους Ναβαταίους, inquit Plut. in Demetrio. Diod. lib. 2. Τὰ μὲν ἐν πεδίοις ἡ ἐσ. μάση καρποῦται Ἀραβες ὃς ὀνομάζουσι Ναβαταίους, νεμόμενοι χώραν ἣ μὲ ἔρημον, γλῶ τε ἄνυδρον, ὀλίγων ἢ καρποφόρον. Ἔχουσι ἢ βίον λυπρὸν καὶ πολλῶ ἢ ὁμόρους χώρας κεκλῆχοντες λησάμενοι ὄντες δυσμαχοι καὶ τοὺς πολέμους. De ſitu eorum Dionyſ. v. 854.

Ἀλλ' ἤτοι πεδίοιο μὲ ἐσθλὸν κλῆρον Ἀραβίης
Ἀφνοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίῃ Ναβαταῖοι.

Ovid. Met. 1.

Eurus ad auroram Nabathæaque regna receſſit.

Lucanus lib. 4.

Torſit in occiduum Nabatæis flatibus orbem.

Elephantos olim aluit hæc regio. Juvenal. Sat. 11.

Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu.

Incolas Daeharenos vocant Euſtathius ac Stephanus.

Nævia, porta urbis Romæ extra quam ad 4 mille paſſus *ſylva Nævia* occurrit, teſte Feſto: à *Nævio* dicta, cujus erat, dicta. Ea inter Eſquilinam, & Tiburtinam ſita eſt à Baſilicâ S. Mariæ majoris propiore hodie nomen habens.

Nagavi, urbs Arab. Fel. mediterranea. *Negron* ex tabb. recent. Item urbs Hiſp. Tarracon. vulgò *Naja*.

Nagidos, *Natidos* Melæ, urbs Pamphyliæ in Ciliciæ confinio, *Nigde* incolis, & *Nigidia* Turcis, teſte Leunclavio, contra quam *Nagiduſa* inſula. Sed Stephano Iconio finitima eſt. Long. 63. 10. Lat. 41. 20.

Nagnata, urbs Hiberniæ. Ptol. apud quem ſitus loci (inquit Waræus) locum aliquem deſignare videtur non procul à Sligoa urbe.

Namurcum, *Namour*, urbs Belg. inter duos montes ad lævam Moſæ ripam, 8. mill. à Lovanio diſtans. Sabis flu. ipſam bifariam ſecat. Hinc *Namurcenſis Comitatus*, inter Leodienſ. ditionem, Hannoniam, & Brabantiam. Long. 26. 12. Lat. 50. 28.

Nanceium, *Nancy*, urbs Lotharingiæ ad Murtam flu. Duplex eſt, nempe antiqua, ubi ſedes Ducis, & nova; diſtatque fere 5. leuc. à Tullo in ort. paulò amplius à Marſalio in occ.

Nanigeris, Indici maris inſ. Ptol. cujus populi *Chingale*, teſte Garcia ab Horto.

Nannetes pop. & urb. Gall. Celt. ad Ligerim flu. 15. leuc. ab ejus oſtio in ort. 22. à Rhedonibus in meridiem, quot à Venetis in ort. 16. ab Andegavoin occ. Long. 18. 25. Lat. 47. 00.

Nanquinum, urbs ampla regni Sinarum, juxta ſinum *Nanquinenſem*, emporium celeberrimum, olim imperii ſedes regia per aliquot ſæcula, nempe ſub Regibus è domo Taimingâ, à quibus poſtea Pequinum ſedes Regia effecta eſt contra irruptiones Tartarorum.

Nantonenſe caſtrum, *Chaſteau Landon*, urbs Gall. in Provinciæ Franciæ in Valtinio tractu.

Naptuates, pop. Gall. Celt. fuere ubi nunc Caballicus Ducatus, *le Chablais*, provincia Subaudiæ borealior, juxta Lacum Lemanum extenſa, inter Valleſiam prov. ad ort. & Genevam ad occ.

Naparis, flu. Sarmatiæ, forte eſt Tyras, inter Scythiam, Europæam & Daciam, qui nunc *Dnieſter* dicitur, influitur in Pont. Euxinum.

Napitia, op. Brutiorum ad ſinum Hipponiatem, qui & *Napitinus* ex eo nominatur, *Lo Pizzo*, teſte Barrio. Sunt qui Nepetiam à Napatiâ diſtinguentes, *Amantiam* indigitent. Long. 40. 09. Lat. 38. 42.

Napuca, op. Daciæ in Valachiâ. Ptol. *Buſaten*, teſte Lazio.

Nar, flu. Umbriæ è montibus Amiterninis fluens, perque Velinum lacum tranſiens, à quo emiſſus, ingenti fragore (qui ad aliquot mill. paſſ. exauditur) præcepſque deſcendens ad Interamnam per campos, & ad Narniam per anguſta loca in Tiberim inter Ocriculum, & Hortam defertur. Ovid. Met. 14.

Quas Anienis aquæ, curſuque breviſſimus Almo,
Narque tulit præceps, & amœnæ Farfarus umbra.

Lucan. lib. 8.

——Et quà Nar Tiberino illabitur amni.

Q. Ennius, lib. 6. Annalium:

Sulphureas poſuit ſpiramina Naris ad undas.

Virg. Æn. 7.

Sulphureâ Nar albus aquâ, fonteſque Velini.

Ubi Servius:

Sabini linguâ ſua Nar dicunt ſulphur.

Sil. lib. 6.

——Narque albeſcentibus undis
In Tybrim properans.——

Claud.

Et Nar vitiatus odore
Sulphure.——

Plin. 3. 12. *Nar ſulfureis aquis.* Auſonius Idyll. 12.

Fluminibusque Italis præpollens ſulfureus Nar.

Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 2. cap. 10.

Naracuſtoma, ſecundum Iſtri flu. oſtium. Arrian.

Naragara, urbs Africæ mediterranea, proxima Tebeſtæ, & Aſſuro, inter Siccam, Thaguram, nomen antiquum retinens.

Narbaſi, & *Narbaſes* Iſidoro, pop. & montes Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum, inter Legionem, & Ovetum.

Narbeta, regio Palæſtinæ inter Cæſaream, & Samariam. Joſephus.

Narbo, urbs & colonia Gall. Narbonenſis, cui nomen dedit in orâ, apud Atacis flu. oſtia (licet Plin. illam à mari 12. diſtare ſcribit) inter Montem Peſſulanum ad ort. ac Toloſam ad occid. *Narbo Martius* Plinio, quòd eo Cæſar ex Martiâ legione colonos deduxerit. A Romanis condita olim 160. teſte Polybio. Auſonius de claris urbibus:

Nec tu Martia Narbo, ſilebere: nomine cujus
Fuſa per immenſum quondam provincia regnum
Obtinuit.——

Narbonenſis Gallia, quæ & *Braccata* Plinio, una ex quatuor Galliæ partibus, à Pyrenæis M. Galliam ab Hiſp. ad Alpes, quæ eandem ab Italiâ dividunt, extenditur, in 4 reg. diviſa, *Occitaniam* à Garumnâ ad Rhodanum, *Provinciam* à Rhodano ad Alpes maritimas, *Delphinatum*, à Druentiâ flu. & montibus ad Hiſaram flu. & *Sabaudiam* ab Hiſara ad Rhodanum & Lemannum lacum.

Nargara, Africæ propriæ urbs Livio, ubi Scipio & Hannibal colloquebantur. *Margarum* Polybio.

Nariſci, pop. Germ. quorum reg. *Nortgow*, teſte Aventino. *Beyrn* Rhenano. Fabricius, & Willichius *Voitlander* faciunt.

Narna Straboni, vel *Narnia*, Umbriæ civitas per quam Nar. flu. labitur, à quo & nomen accepit. Liv. lib. 10. Olim *Nequinum* dicebatur, teſte Plinio. Municipes hujus loci *Nartes* quondam dictos fuiſſe ex antiquis marmoribus docet Hermolaus. Plinio verò *Narnienſes*. Sic enim ille 31. 4. *In agro Narnienſi quædam terræ imbribus ficciores fiunt, quod admirandis ſuis inſerviit M. Cicero, ficcitate lutum fieri prodens, imbre autem pulverem.* Nerni hodie dicitur Leandro. Sil. lib. 8.

Hiſpellum ac duro monti per ſaxa recumbens
Narnia.——

Martialis 7. 92.

Narnia ſulfureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti, vix adeunda jugo.

Claud. de 6. Conſul. Honorii:

Celſa dehinc patulum proſpectans Narnia campum
Regali calcatur equo; variique coloris
Non procul amnis abeſt urbi, qui nominis auctor
Ilice ſub denſâ ſylvis arctatus opacis
Inter utrumque jugum tortis anfractibus albet.

Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 2. pag. 637.

Naron,

Naron, flu. Dalmatiæ Naronam urb. alluens, ac pelago inter Peguntium & Epidaurum urbes exceptus, hodie *Narenta*. Nicander:

——Δείλων χ᾽ Νάρων᾽ ὄχθη.

Narthecis, parva insula prope Samum. Strabo. & Steph. *Narthex* Suidæ, sic enim ille: Νάρθηξ νησίδιον ἐγγὺς φασι Σάμου ἐν δεξιᾷ τοῖς πρόσπλέουσι.

Narycia, Ferrario, urbs Magnæ Græciæ, aliis *Narycium* opidum Locrorum vetustissimum, unde Ajax Oileus. Stephanus Νάρυξ πόλις Λοκρίδος. Ovid. Met. 15.

——*Dextrâ prærupta Ceraunia parte*
Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque.

Abundat autem *Narycia* pice optimâ. Virg. Geor. 2.

Et juvat undantem buxo spectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos.

Vide de la Cerdam in illud Virgilii Æn. 3.

Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri.

Nasabath, ut scribit Ortelius, sed *Nasava* est in Græcis codd. Ptolemæi, *Nahar* Plinio ac Melæ, Mauritaniæ Cæsariensis amnis, *Soffagia* Castaldo.

Nasamones, populi Libyæ, navium Syrtibus involutarum spoliatores, & rapto viventes. Lucanus lib. 8.

Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima Ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit; nam litoreis populator arenis
Imminet, & nullâ portus tangente carinâ
Novit opes, sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent.

Silius:

Quin etiam Libyco si quid de litore raptum
Bellator Nasamon, &c.

Idem lib. 1.

Hunc coit æquoreus Nasamon invadere fluctu
Audax naufragia, & prædas avellere ponto.

Idem ibidem:

Et vastæ Nasamon Syrtis spoliator Hyempsal
Audax in fluctu laceras raptare carinas.

Quin & Qu. Curtius idem memorat lib. 4. his verbis: *A septentrione Nasamones sunt, gens Syrtica, navigiorum spoliis quæstuosa; quippe obsident litora, & æstu destituta navigia notis sibi vadis occupant.* Plin. 5. 5. Nominis rationem tradit. *Etiam in orâ Syrtis Nasamones quos antea Mesammiones Græci vocavere ab argumento loci, medias inter arenas sitos.* Apud hos moris erat, ut cùm quis primùm uxorem duxisset, sponsa nocte primâ cum singulis convivis coiret, ac mox perpetuò castitatem servaret. Polyd. Virg. lib. 1. cap. 4. De Rer. Invent. Porro Nasamones coluisse solos manes, non item superos arguit locus ille Dionysii in Periegesi:

Κεῖνον δ᾽ αὖ περὶ χῶρον ἐρημωθέντα μελάθρων
Ἀνδρῶν ἀθρήσεις ἀποφθιμένων Νασαμώνων,
Οὓς Διὸς οὐκ ἀλέγοντας ἀπώλεσεν Αὐσονὶς αἰχμή.

Quæ sic binis versibus expressit Priscianus:

Hos licet ad fines desertas cernere terras
Extinctis populis Nasamonum Marte Latino.

Sed deest interpretatio eorum, quòd poeta eos Διὸς οὐκ ἀλέγοντας vocat. Id ita simplicissimè expressèris:

Quod Jovis aut divum, nulla illos cura teneret.

Mirum etiam Festum Avienum ad verba hæc non attendisse: cùm vel maximè intersit, causam sciri interitus. Eam hanc adfert Dionysius, quòd Manium cultu continenti, nullo Jovem ac superos honore dignarentur, solo inferorum cultu contenti. Verisimile tamen est his verbis non rebellionem tantum, ut Salmasio videtur, verum & neglectum Jovis cultum ab Herodoto notatum obiter potuisse innuere. Non tamen excisionis causa istis verbis significatur. Neque enim Romanis curæ fuit quos Deos colerent gentes illis subditæ; sed ideo deleti sunt quòd contra Romanos rebellantes arma sumpserint, quod sub Domitiano contigisse probat Salmasius ex Zonara, cujus hæc sunt verba. Δακοὶ καὶ Νασαμῶνες ἐπανεστάντες Ῥωμαίοις ἐφθάρησαν. Horum ritus in mortuis sepeliendis talis fuit, teste Silio Ital. lib. 13.

——*Quid qui sævo sepelire profundo*
Exanimes mandant Libycis Nasamones in oris?

Eustath. v. in Dionys. trahit nos in contrarium. Nam vaticinari eos prodit, intratis majorum sepulcretis, & jurare mortuos, qui habiti justissimi, tacto tumulo Eustathio facem tradidit Herodotus in Melpomene, ubi ab instituto Nomadum abire scribit Nasamones. Οὗτοι δὲ καθημένους δάπτουσι φυλάσσοντες, ἐπὰν δὲ πίνῃ, τὸ ψυχῶ ὅκως μὲν καθίζουσι οὐδὲ ὑπισχνέονται.

Nasida, vel *Nasis*, op. Siciliæ ad Nasum flu. *Naso* hodiè.

Nasium, urbs Gall. Belg. Austrasiæ seu Lotharingiæ caput. *Nancy*, teste Divæo. Sed Ferrario potius videtur *Nas*, vicus in Ducatu Barrensi ad Mosam flu. à Nauceio 12. leuc. distans. Long. 27. 44. Lat. 48. 45.

Nassovia, *Nassau*, op. Germ. in Francoriâ reg. & in Veteravia tractu ad Lanum flu. 2. mill. Germ. à Rheno flu. in ort. 5. à Bingio in Bor. 12. à Coloniâ ad merid. Francofurtum versus. Subest proprio Principi cum Ditiunculâ adjacente. Hinc orti sunt Principes celeberrimi Nassovii dicti.

Natho, inf. Ægypti intra Deltam, cum urbe quæ Atarbechis nomine. Dicitur & *Prosopitis*. *Gezat Eddeheb*, quasi *insula aurea*, teste Jo. Leone.

Natiso, Venetiæ flu. Ptol. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 1. p. 183.

Nava, flu. Germ. sup. in Rhenum apud Bingium op. influens, *Naha*, teste Rhenano. *Die Naw* aliis. Ausonius in Mosella:

Transieram celerem nebulosi flumine Navam.

Navæthæus, Italiæ flu. à *navium exustione* sic nuncupatus, vide Cæl. Rhod. lib. 24. cap. 5.

Navalia, urbs Germ. Ptol. vulgò *Suoll.*

Navaris, urbs Sarm. Asiat. ad Tanaim flu. in finibus Jaxamatarum. *Nagariziachi* incolis, teste Moletio.

Navarra, pars Hisp. Septentrionalis, Vasconibus adjacens; ad meridiem vero Tarraconiam habet regionem.

Naucratis, op. & nomus Ægypti mediterr. intra Deltam à *Naucratico* Nili ostio introrsum parum dittans, cui nomen tribuit, incolæ *Naucratitæ* & *Naucratiotæ*. Hinc etiam Athenæus *Naucratites* dicitur. Plin 5. 10. *Naucratis, inde ostium quidam Naucraticum nominant, quod alii Heracleoticum*: vel ut Athenæus *Ceramicum*. Sic enim ille lib. 11. Πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Ναυκράτῃ Κεραμεῖς, ἀφ᾽ ὧν καὶ ἡ πλησίον ἀφ᾽ Κεραμέων πύλη Κεραμικὴ καλεῖται.

Naulium, civitas in Liguriâ portu, ac turribus inclyta. *Noli* hodiè. Long. 30. 10. Lat. 43. 10.

Naulochus, op. Thraciæ in orâ maris Euxini apud Mesembriam urb. & fines Mysiæ inferioris. Item Imbri insulæ promontorium meridionale: ubi fons ex quo fœminæ bibentes masculos pariunt Eunuchos, teste Philostrato in Heroicis.

Naulochus item Plinio, *Naumachos* Melæ, inf. parva Cretæ ante Salmonium. *Naulochum* quoque op. Phocidis, apud Anticyram, & Crissam, teste Plinio. *Naulochus* vero gen. mascul. apud eundem Plin. op. Thraciæ apud Hæmum montem. Quin & *Naulochum*, Smyrna olim dicta, Ioniæ urbs, teste Stephano in *Smyrna*.

Naunes, pop. Alpini in Alpibus Rhæticis. *Nansers*, teste Simlero, quorum op. *Naunium*, cum flu. cognomine in finibus Tridentinorum, teste Jano Pyrrho. Gaud. Merula *Naunes Val di Ganna* in finibus Insubrum interpretatur.

Naupactus, vel *Naupactum*, urbs Ætoliæ, & regionis caput, cui nomen hodie tribuit, in orâ sinûs Corinthiaci, apud fauces, & Antirrhium promontorium inter Nicopolim urb. Epiri 125. & Corinthum in ort. 90. mil. pass. Hic sedes est Præfecti Turcarum. Hinc *Naupactæus* Ovid. Fast. 2.

Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Naupactum excubare. Apud. Zenod. proverbio dicitur, in eos qui pereunt ignaviâ suâ, vel qui munus susciplunt plenum discriminis, uti Pausanias Naupacti excubiis præfectus, ab Achivis captâ urbe interfectus. Aliter hoc adagium apud Suidam refertur. A compactis navibus sic dictum volunt, quòd ibi Heraclidæ primùm navem construxerint. Long. 47. 26. Lat. 38. 50.

Nauplia, urbs Peloponnesi maritima, & navale Argiæ reg. ad sinum Argolicum, ab Argo, 7. m. p. in ort. distans. *Napoli di* Romania Sophiano.

Naupontius, amnis, qui & *Pamportus* Straboni, ex Illyrio navigabilis in Savum defertur.

Nauportus, urbs Japodum cum flu. cognomine, *Lubiana* Italis. Item fluvius Istriæ per Æmoniam urb. excisam fluens, ac in mare Hadriaticum ad urbem novam exiens. *Quieto*, teste Leandro. Long. 37. 00. Lat. 46. 14.

Naustathmus, portus Siciliæ, qui & Phœnicus, Ptol. *Vindicari*, teste Fazello, in orâ ad ort. inter Elorum flu. & Macaram, à Pachyno prom. 10. m. p. Syracusas versus. Item portus Cyrenaicæ apud Apolloniam urb. *Porto di Bonandria*, teste Moletio.

Naxos, inf. in mari Ægæo, una Cycladum, cæteras superans, antea *Strongyle*; post vero *Dia* dicta. Schol. Apollonii in lib. 4.

Δίῃ, ἐν τῇ Νάξῳ. Καλλίμαχος.
Ἐν Δίῃ, τὸ γὰρ ἔσκε πολαίτερον οὔνομα Νάξῳ,

Eustath. in Odyss. 11. Δῖα, γῆ ὑπὸ θεὸς τὴν Κρήτην ὅπως Νάξος καλεῖται, ἱερὰ δὲ αὐτὴ τοῦ Διονύσου. Verum cum Cares, duce Naxo, eam occupassent, à duce *Naxon* appellarunt. Hanc Dionysiam à vinearum fertilitate dici scribit Plin. 4. 12. vel quia, ut alii volunt, Naxiæ mulieres octavo mense pariant, quoto & Liber Pater natus creditur; sive quia in ea fons vino fluat. Distat à Delo 7. mill. Hinc *Naxius ardor* apud Comellam pro Bacchi Coronæ sidere. Nam, ut ferunt poetæ,

in

in insula Naxo relicta Ariadne à Theseo, nuptias cum Baccho fecit, donataque corona, inter sidera relata fuit. Alii *Siciliam minorem*, alii *Callipolim* appellarunt. Virg. Æn. 3.

Bacchatamque jugis Naxum, viridemque Donysam.

Seneca in Oed.

Naxos Ægæo redimita ponto.

Naxi vocabulum veteres dum conantur ad Græcam linguam revocare, vel cæci palam faciunt Syram habere originem. Naxus, inquiunt, ἀπὸ τὸ νάξαι, ὅ ἐστι θύσαι. Ita Euphorion, Stephanus, Suidas, Phavorinus. At in Græcorum scriptis, νάξαι pro θύσαι nusquam occurrit. Syris quidem נכס *necas*, est *immolare*, & נכסא *Nicksa*, *sacrificium*. Phœnices scripsere *Nacsa*, ac inde *Naxus*. Eadem vox significat *censum* & *opes*, quod Naxo non male quadrat. Herod. lib. 5. Ἡ Νάξος εὐδαιμονίη δὴ νῆσον πασέων. Vide Bochart. Geogr. pag. 446. & 447.

Nazianzum, urbs Cappadociæ, Cæsareæ finitima, (ab eâ in occ. recedens) patria D. Gregorii qui *Nazianzenus* dicitur.

Nea, inf. maris Ægæi inter Lemnum & Hellespontum. *Nea* Stephano & Suidæ. *Nia* hodie Nigro.

Neæthus, flu. Magnæ Græciæ, *Neto*, teste Barrio, per agrum Crotoniatem fluens. Ovid. Met. 15.

Præterit & Sybarin Salentinumque Neæthum.

Siciliæ fluvius est Theocriti Scholiaste; sed sciendum mediæ ætatis scriptores hanc Italiæ partem Siciliæ vocabulo indigitare solitos esse, quod hactenus receptum manet, cum dicunt *utramque Siciliam*, insulam nempe, ac eam continentis partem, quæ ab altera parte freti Mamertini est.

Neapolis, colonia, & urbs archiep. Campaniæ maritima, regni Neapolitani caput, ac totius Italiæ clarissima, civium multitudine ac nobilitate, facile omnes superans, ab urbe Româ 125. m. p. in Eurum distans, sic ab Augusto dicta, cum priùs *Parthenope* diceretur. Pop. *Neopolitani*. Vulgò *Naples*. Horat.

Et otiosa credidit Neapolis.

Stat. 4. Sylv. 8.

Nec solum festas secreta Neapolis aras
Ambsat.———

Neapoli ludicrum quinquennale celebratum olim ex Strabone omnibus notum est. Νυνὶ δ', inquit, Πενταετικὸς ἱερὸς ἀγὼν συνίσταται. Rectè autem νυνὶ, nam id Strabonis ætate fuisse institutum docet Suetonius in Octav. cap. 98. Papinius ad uxorem:

Quid nunc magnificas species, cultusque locorum,
Templaque & innumero spatia interstincta columnis,
Et geminam molem nudi tectique theatri,
Et Capitolinis quinquennia proxima lustris.

Neapolis, Africæ urbs gemina, una in orâ apud Mercurii promont. inter Curubim 12. & Clypeam 20. m. p. à Carthagine 65. in ort. *Nabel* incolis, teste Marmolio. Altera in orâ apud Syrtim parvam, & ostia Cinyphii flu. nunc *Napoli di Barbariâ*, inter Carthaginem ad occ. 639. m. p. ex Antonino. Hujus meminit Dionysius v. 204.

Τῶν δ' ἀμφοτέρων μεσάτη πόλις ἐσιν ἐείκτ)
Ἣν ῥά τε κικλήσκουσι Νέλω πόλιν.

Neapolis, Macedoniæ urbs, apud sinum Strymonicum, *Christopoli* Sophiano. Long. 90. 10. Lat. 42. 30.

Neapolis, Palæstinæ in Samariâ urbs, quæ & *Sichem*, ante *Mamortha*, teste Plinio. Sunt & aliæ urbes hujus nominis, una Ioniæ in Cariæ confin. inter Ephesum, & Samum, Strab. & Ptol. Altera Sardiniæ in orâ Australi excisa, adhuc *Napoli* dicta. Item opidum olim, nunc pagus Cypri apud Amathuntem. *Lemise la neuve*, teste Lusignano. Item Syracusarum pars una. Cic. lib. 5. in Verrem *Quarta urbs, quia postremò ædificata est, Neapolis nominatur.* Thucydides *Temeniten* vocat.

Nebrissa, *Lebrixa* Morali, op. Hisp. Bæt. inter Hispalim 10. & ost. Bætis 8. leuc. Long. 14. 25. Lat. 36. 47.

Nebrodes, mons in Sicilià. Νεβρώδη ὄρη Straboni, vitiosè proculdubio pro Νεβρώδη. Solinus cap. 11. *Sunt & alii montes duo, Nebrodes, & Neptunius.* Silius lib. 14.

Nebrodes gemini nutrit divortia fontis,
Quo mons Sicaniâ non surgit ditior umbrâ.

Nempe densi umbram efficiebant saltus quos pervagabantur hinnuli, atque damulæ; unde nomen jugo quæsitum. Solinus dicto loco: *Nebrodi damarum copia nomen dedit, quem damæ & hinnuli gregatim pervagantur: inde Nebrodes dictus.* Gratius in Cynegeticis:

——*Victæque fragosum*
Nebrodem liquere feræ. Madonia Fazello.

Nemausus, Colonia, & urbs Gall. Narbon. in Occitanâ reg. inter Avenionem ad ort. & Montem Pessulum in occid. urbs antiquissima, ubi amphitheatrum, & plura antiquæ nobilitatis & magnitudinis vestigia. Vulgò *Nisines*, & *Nimes*. Non longè *Nemausus* fons instar amnis fluens. Ausonius in catalogo Urbium:

Non Aponus potu, vitreâ non luce Nemausus
Purior.———

Long. 25. 05. Lat. 43. 06.

Nemea, sylva Achaiæ, seu regio sylvosa inter Cleonas & Phliuntem, in quâ Hercules miræ magnitudinis leonem interfecit, qui à loco cognominatus est *Nemeæus*. Postea in Cœlum poetarum fabulis subductus, æstiferum sydus. Stat. Sil. 1. 3.

Illum nec calido latravit Sirius æstre,
Nec gravis aspexit Nemeæi frondentis alumnus.

Germanicus:

Horrentesque jubas & fulvum cerne Leonem,
Hunc ubi contigerit Phœbi violentior axis
Accensa in Cancro, jam tum geminabitur æstus,
Tunc lymphæ tenues, tunc enim tristissima tellus.

Avienus:

Maxima flammigeri, mundus trahit ora Leonis
Membra dehinc, longi qua se se semita cœli
Plurima protendit, torrentur fomite acuto
Singula & assiduis ardet, Leo, viscera flammis.

Unde ibi in honorem ejus instituta sunt solemnia quædam certamina, quæ & ipsa à loco *Nemeæa* dicta. Quanquam non desunt qui ea potius in honorem Archemori instituta velint, Lycurgi Nemeæ regis filioli, quem cum Hypsipyle nutrix Argivis fontem ostensura in gramine deposuisset, serpens à proximis virgultis interfecit.

Nemea, flu. Peloponnesi in sinum Corinthiacum fluens. Strab. Etiam rupes apud Thebas in Bœotiâ seu potius apud Nemeam op. Argiæ. Virg. Æn. 8.

Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.

Fons etiam Hispaniæ in Celtiberis. Mart. 1. Epig. 49.

Et Nemea, quæ vincit nives.

Nemetes, pop. & urbs Germ. sup. ad Rhenum libera in Palatinatu. *Speyr*, teste Rhenano, inter Argentinam, & Moguntiam.

Nemenia fons agri Reatini, qui ortum mutans, annonæ quoque mutationem portendit. Plin. 3. 103.

Nemerobriga, Hisp. Tarracon. urbs. Ptol. Vulgò *Val de Nebro*, teste Taraphâ.

Nemetocenna, op. Gall. Belgicæ, dictum fortè à *Nemetibus*, nunc Spirensibus.

Neoburgum, quod & *Neopyrgum*, & *Nova castra* multiplex est urbs Germaniæ: sed quæ præcipuæ, una ad Salam fluv. in confin. Misniæ, Thuringiæ, & Saxoniæ, vulgò *Naumburg*, inter Erfordiam, & Lipsiam. Altera in Bavariâ ad Danubium, hodie *Neuburg*, sedes Ducis Neoburgensis.

Neocæsarea, urbs Cappodociæ ad Lycum flu. archiep. & metrop. reg. caput, quæ *Tocato* dicitur, ac sedes Satrapæ Turcarum, quæ etiam *Hadrianopolis* dicitur, teste Stephano, inter Amasiam ad occid. & Trapezuntem in ort. *Nixar* Leunclavio, *Thocato* Nigro. Fuit & *Neocæsarea* urbs Syriæ episcopalis sub Archiep. Hierapolitano in Euphratesiâ.

Neocastrum, cujus pop. *Neocastrenses* dicuntur, urbs Brutiorum in Magnæ Græciæ confin. hodiè *Nicastro*.

Neoclaudiopolis, anteà *Andrapa*, urbs Paphlagoniæ Claudiopoli veteri, & Tavio finitima, *Conique* vulgò, aliis *Castromena*.

Neodunum, urbs Gall. Celt. in Britanniâ minori, vulgò *Dol*, teste Cœnali.

Neomagus, Regnorum civitas in Britanniâ. Ptol. hodiè *Guildford* Lhuydo; Talbotus idem cum Noviomago Antonini esse putat, & hodiè *Croyden* dici. Vide omninò Guil. Burtonum in Anton. Itin. pag. 175. Long. 19. 38. Lat. 52. 15.

Neomagus, op Gall. Celt. Ptol. *San Salveur* Villanovano in orâ Normanniæ Boreali, & maritima, à Juliobonâ 4. leuc. in occid. sicut ab ostio Sequanæ. Sed est potius urbs Lexoviorum, vulgò *Lisieux*; nam apud Ptol. mediter. est, non maritima, cui etiam *Neomagus* dicitur.

Neomagus, etiam, eidem Ptolemæo, urbs Nemetum in Germani sup. in Palatinatu apud Rhenum, teste Jo. Heroldo, vulgò *Odenheim*, vel *Udenheim*. Sed Ferrario ipsa Spira potius videtur, ita ut eadem sit *Neomagus* Antonini & Ptolemæi.

Neomagus, op. Gall. Narbon. in finibus Tricastinorum. Ptol. *Nyon*, teste Jo. Poldo. Et in Gall. Belgicâ in finitibus Trevirensium, vulgò *Numagen*, pagus ad Mosellam, à Treviris 3. leuc. in ortum. Et in Campaniâ. *Nogent sur Seine* hodiè, inter Agendicum 7. à Trecas 12. leuc. in fin. Senonum.

Nepe, Tusciæ urbs mediterranea, hodiè nomen retinet, Procopio Gothicarum rerum lib. 4. est Νέπα, Ptolemæo Νέπλα, Straboni lib. 5. Νέπλα. Genuina autem formatio est apud Livium, & in antiquo lapide *Nepete*, ut *Tergeste*, *Ateste*, *Præneste*, *Reate*, *Soracte*. Græci ultimam syllabam formarunt

formarunt plerumque in τΘ, unde apud Dionyſ. Hal. lib. 13. qui interiit, ſcriptum fuit ΝέπετΘ. Apud Stephani enim epitomatorem ſic legitur ΝέαντιΘ, πόλις Ἰταλίας. ΔιονύσιΘ τετσαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας· τὸ ἐθνικὸν ΝεαντῖνΘ; per ſummam imperitiam proculdubio ſic ſcripſit pro ΝέπετΘ. Opidani *Nepeſini*, eadem ſc. etymologiâ, ut à *Mileto*, *Mileſii*. Cluverius. Sil. Ital. lib. 8.

Hos juxta Nepeſina cohors, æquique Faliſci.

Hodie *Nepe* vel *Nepi*. Long. 35. 57. Lat. 41. 59.

Nephthalitæ, pop. in Oriente. Joſeph. Steph. Sic ſcribendum apud Agathiam pro *Nepthalitæ*; A Procopio *Euthalitæ* vocantur, ſic Lewenclavius monuit. Hunnica natio eſt, ſed Perſis vicina, quorum civitas Gorga; vide Procop. lib. 1. bell. Perſ. ubi eos eleganter deſcribit.

Nequinum, op. quod nunc *Narnia* dicitur, ob incolarum libidinoſam inertiam ſic dict. Plin. 3. 14. *Narnienſes*; *quod opidum Nequinum ante vocatum eſt.* Stephani epitomator Νηκυῖα, πόλις Ὀμβεικῶν. ΔιονύσιΘ τετταιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας· τὸ ἐθνικὸν Νηκυϊάτης. Omnino credendum ſcripſiſſe, ſi non Stephanum, ſaltem ipſum Dionyſium Νηκυϊνάτ), h. e. *Nequinates*: quorum op. erat Νηκυῖνα *Nequina*. Liv. lib. 10. *Alter Conſul Apuleius in Umbria Nequinum opidum circumſedit. Locus erat arduus; in parte unâ præceps, ubi nunc Narnia ſita eſt; nec vi, nec munimento capi poterat.* Vide *Narnia*.

Nereſſus, op. in Ceâ inſ. cujus mem. Æſchines epiſt. 1. ad Polyc. Ita vett. edd. lege *ad Philocratem*. Locus ſic ſe habet; Λύσανδρις ἐν Μυκονίαις ἐπαίρεις λαμπρῷ σφόδρα Σκίρωνι πρὸ μέσου ἡμέρας, κατήχθημεν εἰς Νηιστὸν τ Κίων.

Nericus, urbs Acarnaniæ, quam Hom. ἐυκλείμενον πτολίεθρον vocat Odyſſ. ult.

Nerigon, regio ſeu peninſula Scandinaviæ, ſub rege Danorum, non inſula Oceani Britannici, ut putavit Plinius; vulgò *Norwey*. Statius Theb. 4.

Quæque pavet longâ ſpumantem valle Charadron
Neris.———

Ubi Lutatius montem facit, quum revera ſit vicus. Pauſ. lib. 2. Καὶ ἑτέρᾳ κώμη Νηλεύς.

Neritos, mons Ithacæ inſ. Virg. Æn. 3.

Dulichiumque Sameque & Neritos ardua ſaxis. Habuit ex Homero Il. 2. Νήριτον εἰνοσίφυλλον. Inſula etiam fuit ejuſdem nominis; utriuſque expreſsè mem. Strabo. lib. 10. adductis locis Homericis. Originem nominis hanc adducit Didymus ad Odyſſ. 18. Perilai liberi Ithacus & Neritus, qui à Jove genus ducebant, incoluerunt Cephalleniam. Placitum his, relictâ gente ſuâ, trajicere in Ithacum. Loci hujus ſitum diligenter contemplati ad inhabitandum idoneum, quòd proximè adjacentibus regionibus altior eſſet, huc commigrarunt, condideruntque Ithacam. Inſulæ itaque ab Ithaco, Nerito monti adjuncto, à *Nerito* nomen inditum. Hinc *Neritius* nomen gentile. Ovid. Met. 13.

Neritiaſque domos, regnum fallacis Ulyſſis.

Neritum, urbs Salentinorum epiſcop. ſub Arch. Brundufino, apud oram ſinus Tarentini, inter Aletium, & Callipolim, vulgò *Nardo* dicitur. Νήριτον MSS. Ptolemæi. Item *Neritum*, urbs epiſc. Leucadis inſ. ſub archiep. Naupactenſi, vulgò *S. Maura*, ubi ſedes Præfecti Turcarum. *Neritos* Melæ & Straboni. Long. 42. 30. Lat. 40. 08.

Nerium, promont. & op. Hiſp. Tar. in orâ occiduâ Callaicorum, quæ & *Artabrum*, & *Celticum* Plinio ac Melæ dicitur.

Nerolinga, *Norlingen*, urbs Germ. imperialis, in Suevià ad amnem *Eger*, 4. mill. à Laugingà in Bor. & 10. ab Ingolſtadio in occ. Long. 32. 30. Lat. 48. 49.

Neronias, urbs Ciliciæ mediterranea,, quæ & Irenopolis.

Neronias, urbs Cœleſyriæ, quæ & Cæſarea Philippi. Joſeph.

Nertobrica, op. Hiſp. Bæt. in confin. Luſitan. vulgò *Valera*.

Nertobriga, op. Hiſp. Tar. in Celtiberis, inter Cæſar-auguſtam 9. & Bilbilim 5. leuc. *Almuntia* Varrerio, *Rota* Suritæ, *Ricla* Marianæ, *Val de Nebro* aliis.

Nerva, flu. Hiſp. in Biſcaia, vulgò *Nervio*. Bilbaum rigat, & 5. mill. infra in Oceanum Cantabricum ſe exonerat.

Nervii, Belgarum pop. in finibus Ambianorum, qui ſemper reliquos Belgas increpitabant, quòd ſe populo Rom. dediſſent; ſe autem neque legatos ad Cæſarem miſſuros, neque ullam pacis conditionem accepturos affirmabant. Tandem vero difficillimo & periculoſiſſimo prælio à Cæſare victi ſunt. Lucan. lib. 1.

———*Nimiumque rebellis*
Nervius, & cæſi pollutus ſanguine Cottæ.

Hodiè *Tornacenſes* dicuntur in Flandriâ, eorumque urbs *Tornacum*, Gallicè *Tournay*, & Germanis *Dornick* dicitur, media inter Duacum & Aldenardum.

Nerulum, op. Lucaniæ mediterraneum, *Lagonero*, teſte Celſo Cittadino, vi captum, repentino adventu Æmilii Liv. lib. 9. Inde *Nerulonenſes* Suetonio in Aug. Alterum in Sabinis, vulgò *Neruli*, inter Nomentanum, & Cutilias, 10. m. p. ab urbe Roma ſupra 20. Pop. *Nerulani* Plin. 3.

Neruſi, pop. Alpini apud montem Veſulum, Plinius, *Neruſii* Ptolemæo, quorum urbs eſt Vintium, *Venza* & *Venice*, urbs epiſc. in Provincia.

Neſactium, Iſtriæ op Plin. *Neſactum* Ptolemæo, & *Neſatium* Livio. *Caſtello novo* ad Arſum flu. hodie eſſe ſcribit D. Niger.

Neſi, Scythiæ Europæ pop. optimis quondam equis abundantes. Plin. 6. 20.

Neſiades, inſ. parva Gall. contra Ligeris oſtia, quæ & Veneticæ, *Iſles de Vannes*, teſte Camdeno.

Neſis, Campaniæ inſ. aſparago optimo nobilis. Plin. Nunc *Neſita* dici ſcribit Geo. Fabricius in Itinerario Romano. Inter Pauſilypum promont. & Puteolos eam deſcribit Hermolaus. Mem. ejus Lucanus lib. 6.

Traxit iners cœlum fluidæ contagia peſtis
Obſcurum in nubem; tali ſpiramine Neſis
Emittit Stygium nebuloſis æra ſaxis.

Stat. 2. Sylv. 2.

———*Inde malignum*
Æra reſpirat pelago circumflua Neſis.

Et 3. Sil. 1.

Salvaque quæ fixam pelago Neſida coronat.

Utroque loco ad etymon alluſum; dicitur enim à νῆΣΟΣ *inſula*.

Neſonis, palus Theſſaliæ apud Lariſſam urb. Strabo, *Neſonium ſtagnum* Suidæ dicitur.

Neſus, flu. Thraciæ, illam à Macedoniâ diſterminans, ab oſtio Strymonis 60. m. p. in ort. diſtans, ac Pangæi montis radices lambens, teſte Solino. *Neſtus* dicitur Herodoto & Plinio; *Naſtos* Stephano, aliis *Neſſus*. Hodie *Neſto* Sophiano, & *Charaſon* Turcis, teſte Bellonio. *Neſus* alter, Ptol. *Neſtus* Stephano. Vulgò *Niſſava*, op. & flu. Myſiæ ſuperioris. Long. 47. 45. Lat. 43. 38. Item *Neſus*, urbs Iberica. Steph.

Netium, Peucetiæ op. in Italiâ. Strabo. *Andri* Nigro.

Netum, urbs Siciliæ inter Motycam & Acras. Græcè Νέτον, vulgò nunc vocatur *Noto*; unde tertia univerſæ inſulæ pars vulgò incolis *Val di Noto* dicitur. Vocabulum urbis antiquum apud Ptol. vitiatum legitur Νέκλον, facili librarii lapſu κ pro ν ſcribentis. Sed idem urbis vocabulum etiam unico vocali ν dictum fuiſſe Νῆτον, apparet ex Silii verſu quodam lib. 14.

Et Netum, & Micite, pubeſque liquentis Acheti.

Unde etiam apud Cic. verr. 5. opidani quater *Netini* dicuntur, ut & apud Plin. 3. 8. Apud eundem Cic. ver. 2. aliâ formatione ſunt *Netinenſes*; ſed voluiſſe ipſum Ciceronem variare, minimè veri eſt ſimile, librarii errorem eſſe puto; qui ſic ſcripſit, quia præcedebant *Agyrinenſes*. Vide Cluv. Sic. Ant. pag. 358.

Neuri, pop. Sarm. Europ. quos Mela ad ortum Tyræ flu. locat, Solinus vero circa Boryſthenem. Horum urbs *Nerva* in orâ Livoniæ extrema, à Revaliâ urbe 3. leuc. in Bor. diſtans, nonnullis eſſe ex alluſione nominis videtur. Hos narrant in lupos ſe transformare, & ad priorem, cum volunt, formam redire. Mela 2. 1. *Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt, quo ſi velint, in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutentur.* Ubi notat Voſſius non omnibus Neuris idem eſſe tempus, quo ſeſe in lupos transforment, ſed unicuique ſtatum tempus μεταμορφώσεως ſuæ. Verùm ſi Herodotum ſequamur, legendum erit, *ſingulis annis*. Porro de *Neuris* omnes conveniunt, præter Val Flaccum, qui Neuris tribuit, id quod alii aliis Scytharum populis, cum & illos & Jazyges ſcribit parentes ſuos devorare lib. 6.

———*Et raptor avorum*
Neurus, & expertes canentes Jazyges ævi.

Non rectè vulgò legitur, *& raptor amorum.* Nec meliora ſunt illa quæ viri eruditi ſubſtituunt. Horum mem. Dionyſ. verſ. 310.

Ἔνθα Μηάγχλαινοί τ᾽ ἠὲ ἀνέρες ἱππημολγοὶ,
Νάϊοί θ᾽ Ἱππόπωλές τ᾽, Γηγανοί τ᾽, ἠδ᾽ Ἀγάθυρσοι,
Ἠγὲ ΒορυσθένεΘ πολυμὺς τετανυσμένον ὕδωρ
Μίσγε) Ἐυξείνῳ, κεῖθι φερτάτη μιλώπη.

Neuſtria, quæ & *Normannia*, reg. Gall. Celt. inter Sequanam ad ort. & Argenen ad occ. Quamvis Neuſtria magis patet, quàm Normannia, ad Ligerim uſque pertingens. Hic Ortelius non ſine manifeſto errore Neuſtriam cum Auſtraſiâ, quæ Lotharingia eſt, confundit. Neuſtria autem à nonnullis ea pars Gall. Belg. quæ vulgò *Weſtreich* dicitur, appellatur. Alia eſt Francia occidentalis, ſed malè, ut Jo. Goropius Becanus in Gallicis ſcribit. Non enim Neuſtria totam Franciam occidentalem, quæ Germanis *Weſtrych* nominatur, ſed partem duntaxat complectitur. Ferrarius.

Nicæa,

Nicæa, urbs gemina: una urbs archiep. Bithyniæ ad Aſcaniam paludem, prius *Antigonia*, teſte Strabone, *Olbia* Plinio, & *Ancore*, teſte Stephano dicta. Vulgò *Iſnich* de nomine lacus Aſcanii, & *Nichor*, teſte Leunclavio, ſed Sophiano *Nichæa*, inter Nicomediam ad Bor. 44. & Pruſam in Eurum 25. m. p. diſſita. Hic Philiſtion Comicus, Socratis contemporaneus, nimio riſu repente expiraſſe traditur; quod & Sophroni contigit, teſte Politiano in *Nutricia*. In hâc urbe Synodus adverſus Arrii ſectam, An. Dom. 324. celebrata. Item Liguriæ op. maritimum. *Nicia* Antonino dicitur, vulgò *Nizza*. Meminit ejus Steph. Νίκαια, πόλις Κῦλικὴ, Μασσαλιωτῶν ἄποικος. Plin. 3. 5. *Nicæa, opidum à Maſſilienſibus conditum*. Ptol. Μασσαλιωτῶν Νίκαια. Sunt & aliæ 6. teſte Stephano. 1. Locrorum Epicnemidiorum in Achaiâ, Thermopylis proxima, ad ſinum Maliacum. 2. Illyriæ. 3. Indiæ. 4. Cyrni, ſeu Corſicæ inſulæ. 5. Leuctrorum Bœotiæ. 6. Thraciæ. Vide Steph. & *Nicia*.

Nicephorium, urbs circa Edeſſam, aliàs *Conſtantina*. Steph. *Naſivancaſi* hodiè nominari ſcribit Caſtaldus. *Nephrum* Pinetus vocat.

Nicates, à Livio vocatur mons ille Italiæ, qui hodie *Maiella*, & *Matheſio* dicitur, teſte M. Nigro.

Nicer, Germaniæ flu. Amm. *Neckar* hodiè Rhenano, in Ducatu Wirtemburgenſi.

Nicia, & *Nicæa*, nomen 2. urbium, quarum una eſt Galliæ, alia Aſiæ & Bithyniæ metropolis. Strabo lib. 4. Nicæam primus Antigonus Philippi fil. condidit, & Antigonam nominavit: poſtea Lyſimachus à nomine uxoris Antipatri filiæ *Nicæam* appellavit. Urbis ambitus ſtadiorum 16. Fuit figurâ quadratâ in campo ſita; habuit 4. portas ad rectos angulos; ex lapide, qui circa medium Gymnaſium poſitus erat, omnes quatuor portæ cernebantur. Hic, jubente Conſtantino, celebris illa Synodus celebrata eſt 318 Epiſcoporum, & impium Arrii dogma reciſum. De eâ vetus ſcriptor à Jac. Gothofredo editus; Καὶ Νικαίας μὲ πόλεως δίσῳ διαφέρει ὅτιν ἑτέρᾳ εὐείσῃν, κανόνα ἣ νομίζει πᾶς ὀπτηδέντα πάσῃ πόλει, διὰ τ' ἰσότητα, καὶ κάλλος, καὶ ὄζιν ἐν πᾶσι κεκοσμημένῃν, καὶ σύσασιν. Libanius Orat. Fun. Jul. κάλλει μεγίστῳ vocat, & multis locis κλεινὴ Νίκαια.

Nicia, flu. Æmiliæ in Padum influens. *Lenza* Nigro, & Leandro; non *Nura*, ut ſcribit Gaudentius Merula.

Niciæ vicus, in Ægypto eſt. Steph. & Strabo inter Alexandriam 95. & Memphim 48. m. p. ex Anton. *Fuoa*, teſte Leone Africano.

Nicii villa, Ægypti inferioris metropolis ad Nilum ſita. Ptol. *Niciæ vicum* Strabonis eſſe vult Villanovanus. Hic tamen ad mediterraneum mare à Strabone ponitur illa, vero à Ptolemæo in mediterraneis.

Nicomedia, civitas Bithyniæ, ad Propontidem, inter Byzantium 61. & Nicæam 44. m. p. Hic obiit Conſtant. M. Imp. qui cùm vellet in Jordane flu. baptizari, atque idcirco Hieroſolymam peteret, morte præventus, ab Euſebio Nicomedienſi epiſcopo Arrianæ perfidiæ ſectatore baptizatus eſt; quæ res Chriſtiani Principis fidem apud pleroſque in dubium vertit. Sed non eſt veriſimile, eum principem, qui per omnem vitam ſuam Arriani dogmatis hoſtis fuerat, in extremo ſpiritu ei dementiæ conſenſiſſe, quam ſummo ſtudio de ejus imperio prius eliminaverat. *Aſtacus* olim dicta fuit, Pauſaniâ, Ammiano, Cedreno, ac Trebellio Pollione, auctoribus. Turcis hodiè *Nichor*, vulgò autem *Comidia* dicitur. Laudes ejus decantat vetus Geographus à Jac. Gothofredo editus: Νικομήδια ἣ καὶ αὕτη, ὀξέχυσα, καὶ θαυμαστὴ, καὶ ἐν πᾶσι σεσοφισμένα. Zoſimus itidem lib. 1. Νικομήδειαν μεγίστῳ ὄφ, καὶ εὐδαίμονα διὰ τ' πλῆθος, καὶ τ' εἰς ἅπαντα εὐπορίαν, ὀνομαζομένην. Long. 56. 40. Lat. 43. 00.

Niconia, urbs ponti. Strabo lib. 7. Gentile *Niconiates* Stephano, Suidas. Νικωνία, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, ἀφ' ἧς ὁ ἐκβολαῖος τῆς Ἴσεως. *Niconium* Ptolemæo. *Momaneſter* Nigro dicitur.

Nicopolis, urbs Myſiæ epiſc. olim, nunc archiep. ſeu tropol. apud Jatri flu. cum Danubio confluentiam, à Trajano Imp. poſt Dercebalum regem victum, teſte Ammiano, condita. *Nigeboli* vulgò, Turcis autem *Sciltaro*, teſte Leunclavio, dicitur. Eſt & *Nicopolis* Thraciæ ad Hæmum mont. urbs à Ptol. memorata, adhuc *Nicopoli* Sophiano dicta. Item urbs ad Neſum fluvium.

Nicopolis, civitas Epiri, à Victoriâ Auguſti ſic appellata, quia Cleopatram & M. Antonium apud Actium prælio ſuperavit. Vulgò *Gallipoli*, *la Preveſa* vero Sophiano. Long. 46. 20. Lat. 39. 29. Item Alexander Iſſum urbem, inter Ciliciam & Syriam *Nicopolin* appellavit, quoniam ibi Darium viciſſet.

Nicopolis, urbs Armen. min. epiſc. ſub Arch. Sebaſtenſi, à Pompeio, teſte Dione, condita. *Gianich* Caſtaldo, *Chiorme* aliis. Long. 69. 00. Lat. 42. 25.

Nicopolis, quæ & *Emmaus* Ptolemæo, urbs Palæſtinæ in Judææ epiſc. ſub Patriarchâ Hieroſolymit. inde fere 8. m. p. occ. Joppen verſus 38. à Rhamâ 20. Eſt & *Nicopolis* op. Bithyniæ, ad Propontidem ſita, teſte Plinio, *Montanea* hodiè, unde ſinus *Nicopolitanus*, à Pruſâ 20. m p diſtans, Nicææ propius. Long. 56. 10. Lat. 43. 28.

Nicotera, olim Medama, urbs Brutiorum litoralis, teſte Gabriele Barrio, *Nicedro* dicitur. Long. 40. 00. Lat. 38. 25.

Nidroſia, urbs archiep. Scandinaviæ, in orâ Norvegiæ occiduâ, ab Eugenio 3 Pont. Max. metropolis effecta, à Birgis urbe regiâ 70. leuc. in Bor. Hic templum auguſtiſſimum. Vulgò *Trontheim*, & *Druntheim*. Long. 26. 10. Lat. 46. 35.

Nidum, op. Albionis in Walliâ & Glamorganiâ regione, inter Leucarum & Bomium 15. m. p. à Mariduno urbe 45. in merid. Briſtolium verſus. Vulgò *Neath*, aut *Nyth*. Long. 15. 26. Lat. 52. 00.

Nigira, urbs Libyæ interioris, Nigritarum metropolis, ad Nigrum flu. Ptol. *Guber* hodie ex tab. recent. urbs regia.

Nigir, *Niger*, *Nigris*, & *Nigres*, Africæ flu. à quo *Nigrites*, ſeu *Nigretes*, pop. Libyæ dicti. Steph. Ptolemæo Νίγειρ dicitur; quem, cum Latinorum aliqui, more linguæ ſuæ inflectentes, *Nigrum* dixerint, hinc Solini error ortus eſt, qui ab aquæ colore ita dictum cenſuit, cap. 27. *Inde Niger eſt amnis, qui atro colore exit per intimas & exuſtas ſolſtitudines*. Barbarum potius vocabulum cenſendum; neque enim aut ipſi Libyes, aut Græci à vocabulo Latino urbem *Nigira* vocarent, ſed ea ſic Nigira à Νίγειρ flu. ut alia urbs *Gira* à *Gir* denominatur.

Nigiutimi, Africæ Propriæ pop. Ptol. Hos Villanovanus *Cinitios* Taciti, & *Ethinos* Plinii eſſe teſtatur.

Nigris, fons Æthiopiæ, quam nonnulli caput Nili eſſe autumaverunt, quòd ſit ejuſdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrum, eoſdemque gignit animantes, & iiſdem temporibus augeſcit. Plin. 5. 8. Ptol. 4. 5.

Nigritæ, pop. Africæ. Ptol. *Nigretes* Dionyſio v. 215.

Γαῖμολοί τ' ἠφύσιοι καὶ ἀγχίγυοι Νίγειρες.

De his vide Geographum lib. ult. Plin. 5. 8. Melam 3. 10. Papius *Negretes* legit; ſic enim vertit.

Gætulique ultra, & finitimi Negretes.

Pro ἀγχίγυοι autem Ceporinus ἀγχίγνοι, alii ἀγχέμαχοι legunt.

Nilus, Africæ flu. celeberrimus, ut Aſiæ Ganges, & Indus, atque Europæ Danubius. Plurima ejus ab antiquis perhibentur, & celebrantur nomina. Nos, omiſſis reliquis, de notiſſimo eorum tantum impræſentiarum agemus, ac primum de Nomine, cujus originem quod attinet, variæ ſunt authorum de illa ſententiæ, potiſſimæ vero ſunt hæ ſequentes. *Primo* Diodorus Siculus eum à *Nileo* quodam, Ægypti rege ſic dictum arbitratur, lib. 1. ubi de regibus Ægyptiorum antiquis loquens, ait, Οὐδὲν αὐτῶν ἧττον παῖδες, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἀρχῆς ἰσοτελείας ἀξίας ἠξιώθησαν, πλὴν ἑνὸς Νιλέως, ἀφ' ἧς συμβαίνῃ τ' πολλῶν ὠνομάσθαι Νεῖλον. *Secundò* Euſtathius à *Nilo* quodam Atlantis nepote ſic appellatum putat. Νεῖλον φάσαν ὠνομάσθαι ἀπὸ Νείλου τινὸς ἀπογόνου Ἄτλαντος βασιλεύσαντος ἐκεῖ. Ibidemque addit aliis ſic dictum videri ἀπὸ τοῦ Νείλου βασιλικῶν παιδὸς ἐκεῖ ῥέναντος ἑαυτόν. *Tertiò* doctior eſt, quæ etiam pleriſque veterum placuit etymologia, quâ Νεῖλος dicitur quaſi Νέιλυς, quòd νέαν ἰλὺν, hoc eſt, *novum limum* ſingulis annis mittat. Eam diſerte innuit Heliodorus Æthiopicorum lib 9. his verbis. Ὡς ἣ τ' ἐφετὼ ἐξεθέλεσεν ὁδὲ μέγα Νεῖλον ἀιεγέλες, Ὥερ τε καὶ τ' ζείδωρον ἀπυκαλύψας, Αἰγύπτῳ τε ὅλης, τ' μὲν ἄνω σωτῆρα, τ' κάτω δὲ πατέρα, καὶ δυμεγὲν νέαν ἰλὺν δι' ἔτους ἐπάγοντα, καὶ Νεῖλον ἐντὸς ἐὼν ὀνομαζόμενον. Quod ipſum Nonnus Panopolitanus optime expreſſit uti videre eſt in his:

Νεῖλον ἐφημίξαντο φερώνυμον, ὕνεκα γαίης
Εἰς ἑτὸς ἐξ ἑτέος πυροφόρμιγγος ὑγρὸς ἀκοίτης
Χείμασι πλώουσι νέαν ἐπιδάλλεῖ ἰλύν.

Quid quod & Dionyſius Periegetes eò quoque alluſiſſe videatur v. 229. ubi ait:

Οὐ γάρ τις πλημμὶς ἐναγίζει ἔπλετο Νείλῳ,
Οὐ τ' ἰλὺν βαθέειν, ὅτε χθόνα ὄλλυσιν ἀέξειν.

Ubi Scholiaſtes, Νεῖλος ἐτυμολογεῖται ἀπὸ τ' νέαν, ὅτι ἐναύσιον ἄγει ἰλύν. *Quartò* doctiſſima proculdubio eſt Nicolai Fulleri ſententia, qui nihil alienius eſſe ait, quam originem nominis Ægyptiaci à linguâ peregrinâ, qualis eſt Græca, derivare. Ipſe ergo Miſcellan. 4. 10. ſtatuit *Nilum* dici ab Hebræorum נחל *nahal* quod *flumen*, ſeu *torrentem* ſig. quia omnium fluminum princeps eſt. Nec à Scripturâ alienum hoc eſt, quæ Nilum vocat נחל מצרים, h. e. *fluvium Ægypti*; unde etiam Juvenalis *flumen* ſimpliciter poſuit pro *Nilo*, Sat. 15. Hanc etymologiam probabilem quoque reddit Æthicus, qui Nilum ab accolis *Nuchal* vocari ſcribit, quod

dubio procul idem cum Hebræorum *Nachal*. Mela quoque fontem Nili ita nominatum tradit lib. 3. cap. 10. Qui autem plures hujusce fluvii derivationes scire velit, Martinium videat in *Nilo*.

II. Ortum ejus quod attinet, eum investigare fruſtranei laboris conatus olim habitus est: unde in proverb. abiit, *Nili caput quærere*, quod usurpatur de re supra humanas vires arduâ. Quam sententiam primus videtur prodidisse Herodotus qui scribit, neque Ægyptiorum, neque Afrorum quenquam à se repertum, qui fateretur, se scire Nili ortum. Hunc alii secuti sunt. Tibullus l. 7.

Nile pater, quânam possum te dicere causâ,
Aut quibus in terris occuluisse caput?

Horat. Carm. lib. 4. Od. 14.

Te fontium qui celat origines
Nilus.———

Lucanus lib. 10.

Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre.
Amovitque sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quam nosse, tuos.———

Claudianus de Nilo:

Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris
Flammiferæ patiens zonæ, Cancrique calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidisse caput.———

Ovidius cum auctario figmenti poetici idem exprimit Met. 2.

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occultusque caput quod adhuc latet: ostia septem
Pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.

Inde Ammianus Marcellinus lib. 22. *Origines fontium Nili, ut mihi quidem videri solet, sicut adhuc factum est, posteræ quoque ignorabunt ætates.* Sidon. Apollinaris in Panegyr. Aviti:

———*Ignotum plus notus, Nile, per ortum.*

Inter falsas autem de Nili ortu sententias, celeberrima, multorumque veterum Theologorum suffragiis munitissima est, quæ Nilum ex ipso Paradiso terrestri ortum ducere, & inter Paradisi flumina esse statuit. Assentiuntur veteribus recentiores quoque, imprimis Pontificii doctores, inter quos Patres Conimbricenses, tract. 9. de meteoris cap. 10. ubi asserunt, Nilum è terrestri Paradiso ortum subterraneis cuniculis abscondi, tum quasi primùm nasci in quodam Africæ lacu, in regno Congensi; quod observatum scribit Zanardus ab iis, qui nostro sæculo loca illa peragrarunt. Sed hæc opinio, sive somnium potius, jam diu explosa est. Virgilius videtur Nili fontes in Indiâ collocare, uti videre est in his, Georg. 4.

Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumpictis vehitur sua rura phaselis:
Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget,
Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ, &c.

Quærunt hic viri docti, quid Persis commune cum Nilo, qui quam longissimè à Perside abest. Indos autem hoc loco Scaliger Æthiopas interpretatur. Neutrum benè, inquit V. C. Is. Vossius. Omnino hic Virgilius secutus eorum opinionem, qui putarunt Nilum iisdem quibus Indus & Acesines concipi fontibus, ac deinceps per multas, vastasque fluere solitudines, donec Æthiopiam contingeret, atque illic demum *Nilum* vocari. Arrianus lib. 6. Καὶ ἀκούσας ὅτι ὁ Ἀκεσίνης ἐμβάλλῃ εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἔδοξε ἐξιδωνεύειν τῇ Νείλῳ τὰς ἀρχὰς, ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε πόθεν ἐξ Ἰνδῶν ἀνίσχοντα, καὶ δι' ἐρήμων πολλῶν γῆς ῥέοντα, καὶ ταύτῃ ἀπολλύοντα τὸν Ἰνδὸν τὸ ὄνομα. Pausanias ipsum Euphratem Nilum postea fieri contendit; Scribit enim in Corinthiacis, Εὐφράτου ὕστερα εἰς ἕλος ἀφανίζεσθαι, καὶ αὖθις ἀνίσχοντα ἤδη Αἰθιοπίας, Νεῖλον γίγνεσθαι. Nempe totum Erythræum & Indicum mare lacum esse crediderunt veterum nonnulli, quæ mira fuit imperitia. Sive autem Euphratem, sive Indum accipias unde profluit Nilus, jam rectè Virgilius dixerit eum vicinia Persidis urgere. Et hæc quidem est verissima interpretatio loci istius Maroniani. In hâc opinione etiam fuisse videntur plurimi Christianorum, inter quos Philostorgius lib. 3. cap. 10. cum ait Nilum in Arctois regionibus oriri, & iisdem ex partibus fluere, unde Hyphasis, Euphrates ac Tigris. Ita quoque sensit Lucanus, cum de Nilo canit:

Teque vident primi, quærunt tamen hi quoque Seres.

Ex horum quoque sententiâ loquitur Solinus cap. 37. cum ait Euphratis ac Nili fontes subinde iisdem parallelis esse, & ad modulum ejusdem perpendiculi constitutos. Atque hactenus Nili originem quæsivimus, nec tamen adhuc invenimus. Paulus Jovius Hist. sui temporis lib. 18. eam ex relatione Petri Abyssini v. i doctissimi sic describit. *Ab immensis* (inquit) *asperrimisque rupibus, quæ* Lunæ montes *vocantur, frequenti, & copiosâ scaturigine, Nili fontes erumpunt, in loco vehementer abstruso, qui* Beth, i. e. *desertum Abyssinâ linguâ dicitur.* Cum Jovio consentit Orosius, de rebus gestis Immanuelis lib. 9. Scripsit quoque idem ante hos Philostratus lib. 1. Icon. Νείλῳ μὲν Αἰγύπτιοι ἔχουσι τὰς ἐκδολὰς, Αἰθίοπες δὲ τὰς πηγάς. Ab hâc relatione non dissentiunt recentiores Geographi, qui duos ingentes lacus intra Tropicum Capricorni, & Æquatorem describunt, unum ad ortum, qui minor, & *Zaflan*, aliis *Zahan* appellatur: alterum ad occasum & *Zembre* nominatur. Ex hisce lacubus duo validi effluunt fluvii, qui Æquatorem transcurrunt, & in Abyssina regione *Bagamidri* coeunt, Nilique nomen ex multorum sententiâ acsipiunt. Etsi ex aliorum Geographorum opinione, ex solâ palude *Zembre* Nilus effluit, & nomen ipso statim effluxu, cis Æquatorem sortitur, quam & Wendelinus veriorem sententiam judicat, & Nili majestati accommodatiorem. Qui vero ab ipsis Lunæ montibus magis ad Austrum vergentibus nili caput cum Ptolemæo arcessunt, non videntur contemnendi; sed dicendum tum fuerit, vel ab ipso Nilo paludem *Zembre* effici, loci forsan concavitate flumen excipiente, & in ingentem paludem diducente, vel paludem istam ex aliis fontibus ortam à Nilo pertransiri. Qui autem ex Mauritaniæ Cæsarienſis monte Atlante Nilum oriri olim tradiderunt, secuti Jubam regem, uti testantur Plin. 5. 9. Solin. cap. 35. Am. Marcell. lib. 22. Vitruvius lib. 8. cap. 2. Xiphilinus in Severo, ubi ait ἐν τῷ Ἄτλαντι τῷ ὄρει σαφῶς ἀναδιδόναι, non video qui suam cum veritate sententiam possint conciliare. Mauritania enim Cæsarienſis ad occid. à Lunæ montibus quàm remotissima est; nec ullus inde fluvius Æthiopiam attingit, nisi forte *Gir*, qui *Niger* Mercatori dicitur, & varia in progressu nomina sortitur, tandemque cum Nubiæ nomine in Nilum influit, & inde nonnullis visus Nilum parere, quos inter Solinus cap. 30. *Omnis hæc plaga*, inquit, *ab Æthiopiâ, & terminis Asiæ Nigri flumine, qui Nilum paret, ab Hispaniâ freto scinditur.* Vide Vossium lib de origine *Nili*, & Athanas. Kircherum in Oedip. Ægypt. tom. 1. cap. 7. pag. 57.

III. Omnium unanimi consensu Nilus omnium fluviorum maximus est; idque inde licet æstimare, quòd perpetuam simul hyemem, & æstatem patiatur. In ortu enim cùm hyemem habeat, [illegible] exitu habet æstatem, unde quoque diem simul & noctem habet, quod nulli fluviorum contingit. Facile hoc admittent ii, qui eam Nili longitudinem esse norint, ut à Lunæ montibus per Æquatorem, & Circulum Cancri in mare mediterraneum decurrat, quod intervallum est graduum circiter 35. Nonnulli tamen cursum ejus, si rectus esset, nullisque ambagibus inflexus, ad mill. Germanica 700. extendunt. Cum vero plurimis quæsitis ambagibus, cogentibus ita montium obstaculis, multiplici flexu Æthiopiam pererret 900. vel 1000. mill. Germ. longitudinem ejus æstimant. Latitudo ejus non usque adeo magna est, quia maximam partem montium faucibus arctatur. Aristides in Orat. Ægyptiacâ, ὡς' ἔπ ἀφοσαλέων τῷ καὶ' Ἑλεφαντίνη ὄρεμω, εἰκάσῃς κεκλεῖσθαι τὸ ῥεῦμα τῆς Νείλου, σχεδὸν ἤδη φαίης ἂν ὑποῤῥεῖν ὑπὸ τὰ πέρας αὐτῶν. Ἰδοις δ' ἂν καὶ πεῖν εἰς Ἐλεφαντίνην τελέσας, ἀφ' ὧν οἶδ' ὁπόσων πυῶν ὀρύγων συνίσῃ ὥστε τὰ ὄρη, ὡς μέσον εἶναι μηδὲν, πλὴν τὸ ῥεῦμα τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦτο εἰλῆσθαι εὐρυτάτην Αἰγύπτου, ὅσην καὶ πολεμεῖ. In aliquibus tamen Abassinorum provinciis ex multorum amnium concursu dimid. mill. Germ. æquare dicitur. Diodorus vero Siculus minimam latitudinem stadiorum 10 assignat lib. 1. ubi vero infra Meroen pervenit, latitudinem 22 stadiorum habet. Ad summam, *Omnium fluminum*, inquit Gellius lib. 10. cap. 7. *quæ in Maria, quæ imperium Romanum est, fluunt, quam Græci τὸν ἔσω θάλασσαν, (h. e. internum mare) appellant, maximum esse Nilum consentitur.* Unde κατ' ἐξοχὴν *magnus* Virgilio dicitur. Georg. 3.

Atque hic undantem bello magnumque fluentem
Nilum.———

Strabo lib. 15. quatuor flumina nominat ingentis magnitudinis, Gangem, Indum, Istrum, Nilum. Aristot. lib. 2. Met. cap. 2. Ἴστρῳ καὶ ὁ Νεῖλος μέγιστοι τῶν ποταμῶν. Sen. Nat. Qu. 4. 2. *Nilus cæteris major.*

IV. Illud autem quod in hoc fluvio maximè admirandum est, Incrementum ejus merito putatur. *Incrementum Nili* (inquit Diodorus Siculus) *adspicientibus videtur admirabile, incredibile audientibus. Nilus*, inquit Plinius, *certis diebus, auctu magno per totam spatiatus Ægyptum, fœcundus innatat terræ.* Idem tempus inundationis ex Herodoto ita describit. *Incipit crescere Lunâ novâ, quæcunque post solstitium est, sensim, modiceque, Cancrum Sole transeunte, abundantissimè autem Leonem, & residit in Virgine, iisdem quibus accrevit modis. In totum autem revocatur inter ripas in Libra, ut tradit Herodotus centesimo die.* Similia habet Ammianus Marcellinus lib. 22. Cum *Sol*, inquit, *per Cancri*

Cancri ſidus cœperit vehi augeſcens, aduſque tranſitum ejus in Libram, diebuſque centum ſublatius fluens, minuitur poſtea, & mitigatis ponderibus aquarum, navibus antea pervius equitabiles campos oſtendit. Strabo tamen lib. 17. tempus hoc nonnihil contrahit. Πλείας δ' ἡ πεπαγυῖα ἡμέρας τὸν θέρους διαμεῖναι τὸ ὕδωρ, ἔπειθ' ὑποβασιν λαμβάνῃ κατ' ὀλίγον, καθάπερ καὶ ἡ αὔξησιν ἔχων, ἐν ἑξήκοντα ἢ ἡμέραις τελέως γιγνῇ, καὶ ἀναβύσῃ τὸ πεδίον. Sed & poetas de tempore Incrementi Nili canentes audiamus. Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Qualis & arentes cum findit Sirius agros
Fertilis æſtivâ Nilus abundat aquâ.

Lucanus lib. 10.

——*Conſurgere in ipſis*
Jus tibi ſolſtitiis, alienâ creſcere brumâ
Atque hyemes adferre tuas.

Idem:

——*Nilus neque ſuſcitat undas*
Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem
Ante parem nocti Libræ ſub judice Phœbum;
Inde etiam leges aliarum neſcit aquarum:
Nec tumet hybernus, cùm longè ſole remoto
Officiis caret unda ſuis: dare juſſus iniquo
Temperiem cœlo, mediis æſtatibus exit.
Sub torrente plagâ, ne terras diſſipet ignis
Nilus adeſt mundo, contraque accenſa Leonis
Ora tumet. Cancroque ſuam torrente Syenen
Imploratus adeſt, nec campos liberat undis,
Donec in autumnum Phœbus declinet, & umbras
Extendat Meroe.——

Claudianus Epigr. de Nilo:

Cumque die Titana Canis flagrantior armat
Et rapit humores madidos, venaſque calore
Compeſcit, radiiſque potentibus æſtuat axis,
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo
Defectis ſolitum referens cultoribus æquor,
Effluit Ægæo ſtagnantior, acrior alto
Ionio, ſeſeque patentibus explicat arvis.

Cæterùm de verâ ſtati hujus incrementi causâ, variè inter doctos diſputatur, ut videre eſt apud Herodotum in Euterpe. Diod. Sic. 1. 4. Ariſtidem Orat. Ægypt. Heliodorum lib. 9. & 10. Plin. 5. 9. Sen. Nat. Qu. 4. Ammianus Marcellinus lib. 22. Lucret. lib. 6. Lucan. lib. 10. &c. Varias de hâc re veterum opiniones collegit doctiſſimus Wendelinus in Admir. Nili, quas hic in Lectoris ſtudioſi gratiam recenſere non gravabor.

Primò, Thales incrementi cauſam retulit ad Eteſias, multoſque applauſores invenit. Statuit autem ſpirantibus Eteſiis, Nili influentis curſum per ventos contrarios ſiſti, flumenque retroagi, & aquis ob hanc cauſam excreſcentibus, & velut aggeratis, Ægypti, quæ plana, & humilis regio eſt, inundationem ſequi. *Aëto*, inquit Plinius, *per Eteſias contra Nili oſtia mari, undas fluminis repelli, & reverberatas in ſe recurrere.* Pulchrè quoque eandem ſententiam exprimit Am. Mar. lib. 22. *Opinio celebratior eſt alia, quòd ſpirantibus Prodromis, perque dies 45 Eteſiarum continuis flatibus repellentibus ejus meatum, velocitate cohibitâ, ſuperfuſis fluctibus intumeſcit: & reluctante ſpiritu controverſo adoleſcens in majus, hinc vi reverberante ventorum, inde urgente curſu venarum perennium, progrediens in ſublime tegit omnia.* Idem quâ felicitate reddiderit Lucretius lib. 6. ſequentes docent verſiculi:

Nilus in æſtate creſcit, campiſque redundat
Unicus in terris Ægypti totius amnis.
Is rigat Ægyptum, medium perſæpe calorem:
Aut quia ſunt æſtate Aquilones oſtia contra
Amni tempore eo quo Eteſia flabra feruntur,
Et contra fluvium flantes remorantur, & undas
Cogentes rurſus replent, coguntque manere.

Sed hanc ſententiam Scaliger puerilem vocat.

Secundò, Anaxagoras quoque applauſores invenit, qui ex Æthiopiæ jugis nives ſolutas, ad Nilum uſque decurrere, indeque fluvium augeri ſtatuit. Quâ in opinione, ut Seneca refert omnis vetuſtas fuit, & poetæ imprimis, Æſchylus, Sophocles, Euripides, qui in Helenâ ſuâ ita canit:

Νείλου τ' ἄιδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ,
Ὃς ἀντὶ δίας ὑετίου Αἰγύπτου πέδε
Λευκῆς τακείσης χιόνος, ὑγρεαίνει γύας.

Inter recentiores quoque Cardanus hujus ſententiæ patrocinium ſuſcepit. Eam verò ſic refutat Lucanus lib. 10.

Vana fides veterum, Nilo, quod creſcat in arva,
Æthiopum prodeſſe nives. Non Arctos in illis
Montibus, aut Boreas. Teſtis tibi Sole peruſti
Ipſe color populi, calidique vaporibus Auſtri.
Adde, quod omne caput fluvii, quodcumque ſoluta
Præcipitat glacies, ingreſſo vere tumeſcit
Primâ tabe nivis: Nilus neque ſuſcitat undas
Ante Canis radios nec ripis alligat amnem.

Tertiò, Democritus Incrementum Nili non ad Auſtralem, ſed ad Septentrionalem nivem retulit. Sententiam verò quæ conſideratis locorum intervallis planè abſurda videtur, ita explicat. In mundi parte Boreali maxima nivium copia brumæ tempore congelata, æſtate liquefit, inde elevatis ſurſum vaporibus, multæque denſæque nebulæ circa cacumina montana attolluntur; quæ ab Eteſiis ad altiſſimos Æthiopum montes delatæ, in pluvias vertuntur: inde maximi in Æthiopiâ imbres, quibus augetur Nilus. Ammianus Marcellinus ita ſententiam hanc eloquitur. *Affirmant aliqui Phyſicorum, in ſubjectis Septentrioni ſpatiis, cum hyemes frigidæ cuncta conſtringunt, magnitudines nivium congelaſcere, eaſque poſteà vi flagrantis ſideris reſolutas fluxis humoribus nubes efficere gravidas, quæ in Meridianam plagam, Eteſiis flantibus, pulſæ, expreſſæque tepore nimio, incrementa ubertim ſuggerere Nilo creduntur.* Hæc autem ſententia ſtare non poteſt, quia Nilus incipit creſcere ſolſtitio æſtivo, teſte Diodoro, Eteſiis nondum flantibus; ceſſat vero æquinoctio autumnali, longè antè ſedatis hiſce ventis.

Quartò, Herodotus, ut à Diodoro Siculo refertur, putat Nilum naturâ ſuâ tantum eſſe, quantus incrementi tempore viſitur: minui vero hyeme, quia ad Libyam tum Sol defertur, Nilique aquam ad ſe trahit, & quaſi haurit: Contra vero in æſtate, cum ad Arctum aſcendat, & Libyam quodammodo deſerat, aquas ſuas totas, & illibatas Nilus retinet, & ob naturalem aquæ copiam exundat. Nec hæc conſiſtere poteſt ſententia; Quo enim declivior fit Sol, eò minùs efficax, minoremque trahendi vim habet: Contra cum ad Arctum adſcendat, & Ægypto verticalior fit, longè efficaciùs aquas haurit, ſecumque trahit. Ex hâc igitur ſententiâ Nilus in hyeme potius quam æſtate creſcere deberet.

Quintò, Ephorus aiebat omnem Ægypti terram, Nili inundatione aggeratam, raram, aridamque naturâ eſſe, in quâ maximi hiatus exiſtant pluribus in locis: hyeme igitur omnem humiditatem illos attrahere, & in ſe continere, quam æſtate, veluti ſudorem quendam, emittunt; unde fluminis incrementum. Paulo aliter ſententiam hanc refert Lucanus:

——*Sunt qui ſpiramina terris*
Eſſe putent, magnoſque cavæ compagis hiatus.
Commeat huc penitus tacitis diſcurſibus unda
Frigore ab Arctoo medium revocata ſub axem,
Cum Phœbus preſſit Meroen, telluſque peruſta
Illuc duxit aquas: trahitur Gangeſque Paduſque
Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus
Uno fonte vomens, non uno gurgite perfert.

Sententia hæc Ephori à vero quàm longiſſimè abeſt, quia idem Nili Incrementum deprehenditur, priuſquam Ægyptum attingit amplius 6000 ſtad. ab Ægypto in Æthiopiâ.

Sextò, quorundam in Memphi Philoſophorum opinio fuit, Nilum oriri in Zonâ Ægypto oppoſitâ, ita quidem, ut cùm in Ægypto æſtas eſt, in Zonâ illâ ſit hyems; unde ingentem aquarum copiam Nilus hauriat, & in Ægyptum ſecum devehat: Non potuiſſe vero oppoſitam illam Zonam hactenus explorari, propterea quòd inter illam & noſtram interjaceat inhabitabilis, & inacceſſa Zona Solis ardore aduſta. Idem Galenus refert in libello de Hiſtor. Philoſophicâ. *Eudoxus*, inquit, *ab Ægyptiis ſacerdotibus ſe accepiſſe memorat, permutationem æſtatis in hyemem cauſam eſſe, ut Nilus quotannis exundet. Nam quando nobis, qui ſub Cancro degimus, æſtas ingruit, habitantibus ſub Capricorno hyems adeſt, quo fit, ut inde advectus Nilus continuis pluviis auctus increſcat, & ruptis alveis latiſſimè ſpatietur.* Eandem in ſententiam interpretari poſſis Theodoretum. Serm. 4. Θεραπευτικῆς τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων, ubi Niloticæ exundationis cauſam aſſignat Solis ad circulum Borealem acceſſum, & à locis Auſtralibus diſceſſum, qui cæteris quidem ad Septentrionem fluviis incubat radiis ardentioribus, à Nilo verò magnis abſcedit ſpatiis. Horum Philoſophorum ſententiâ nihil abſurdi deprehendit Wendelinus.

Septimò, Oenopides Chius, cùm videret aquas nonnullas fontanas æſtate frigidas, hyeme vero calidas eſſe, Nilum hyeme parvum, compreſſumque aiebat eſſe, quòd calor internus humorem conſumeret, & pluviæ nullæ eſſent quæ abſumptum humorem reſtituerent; æſtate verò effuſum ob caloris interni abſentiam. Hoc ſi verum eſſet, omnibus fluminibus idem eveniret quod Nilo; ſimiles enim ubique fere ſunt cauſæ; at contrarium teſtatur experientia.

Octavò, Timæus Mathematicus apud Plinium, exiſtimat Nilum ardoris vi extrahi, & ſuſpenſum abundare, à Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, ſtante ſidere contra perpendiculum fontis Nili, quem *Phialam* appellant. Similem ferè ſententiam refert Lucanus ubi ſupra:

Rumor, ab Oceano, qui terras alligat omnes,

Exundante procul violentum erumpere Nilum,
Æquoreosque sales longo miteſcere tractu.
Nec non Oceano paſci Phœbumque Polumque
Credimus. Hunc, calidi tetigit cum brachia Cancri,
Sol rapit, atque undæ plus quam quod digerat aer
Tollitur: hoc noctes referunt, Niloque refundunt.

Parum probabilitatis hæc habet opinio; nam præterquam quod Sol verticalis aquas non augeat, ſed minuat potius, partibus aliquibus exhauſtis, & in vapores reſolutis; idem in aliis omnibus fluminibus contingeret, quæ eodem modo Sol aſpicit, cujus contrarium verum eſt.

Nonò, alii ad Oceanum retulerunt Nili incrementum: putarunt enim Nilum ex Oceano fluere, & inde tantam aquarum copiam Ægypto inducere. Hanc rudem opinionem appellat Herodotus, quam refutatione indignam judicat. Negari quidem non poteſt Nili ortum, ut fluminum aliorum omnium, Oceano deberi, quod & Heſiodus quoque innuit in Theog.

Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ πολυδινέϊ τέκε δινήεντας
Νεῖλον τ' Ἀλφειόν τ'.———

Ubi *Tethys*, h. e. Terra, fluminum mater; *Oceanus* pater ſtatuitur: quia è terrâ quaſi utero flumina & fontes ſcaturiunt; terra autem ex Oceano aquas concipit. Qui verò ſtati iſtius incrementi Nilotici cauſa ad Oceanum referri poſſit, nemo facilè demonſtraverit. Et cur idem in aliis quoque fluminibus, quæ ex Oceano derivantur, non contingeret? Interim tamen Herodoti reſponſio non placet: negat enim Oceanum dari, qui terram circumfluat, contra temporum noſtrorum certiſſima experimenta.

Decimò, Achoreus apud Lucanum lib. 10. ſententiam ſuam his verbis exprimit:

Aſt ego, ſi tantam fas eſt mihi ſolvere litem,
Quaſdam, Cæſar, aquas poſt mundi ſera peracti
Sæcula, concuſſis terrarum erumpere venis,
Non id agente Deo, quaſdam compage ſub ipsâ
Cum mundo cæpiſſe reor, quas ille Creator
Atque Opifex rerum certo ſub jure coercet.

Nullam hic video Nilotici incrementi cauſam, niſi univerſalem, quæ Deus eſt, qui eam Nili naturam eſſe voluit, ut ſingulis annis exundaret. In quam ſententiam etiam Ariſtides concedit; qui ſe non videre profitetur cuinam cauſæ Nili incrementum attribuat πλὼ εἰ τῇ μεγάλῃ σοφίᾳ καὶ προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ. Atqui cum Deus plerumque cauſarum ſecundarum utatur miniſterio, illibata de cauſis ſecundis adhuc incrementi Nilotici manet quæſtio.

Ultimò, itaque Agatharchides Cnidius aſſerit ſingulis annis, per Æthiopiæ montes, continuos à ſolſtitio æſtivo, uſque ad æquinoctium autumnale, imbres cadere: mirum igitur non eſſe, Nilum hyeme compreſſum, ſecundum naturam, iis aquis fluere, quas fontes & alia flumina influentia ſubminiſtrant, æſtate verò propter imbres incrementum capere. Laudat hanc ſententiam Diod. Sic. eamque ſequitur Arrianus in Indicis, ſive hiſtoriæ de Alex. lib. ultimo. Aſſentitur quoque Strabo lib. 17. itemque Theophylactus Simocatus Ægyptius lib. 7. Hiſtoriarum; cui & nos etiam impræſentiarum ſubſcribimus, & V. loco ad aquæ Niloticæ affectiones, ſive qualitates feſtinamus. Quarum Prima eſt Dulcedo, eaque apud ſcriptores celebris eſt. Hinc Sen. lib. 4. Nat. Qu. cap. 2. *Nulli fluminum dulcior guſtus eſt. Et vino ob ſuavitatem dicitur æquiparata à Peſcennio Nigro Imp. qui (auctore Spartiano) militibus Ægyptiacarum ſtationum petentibus vinum reſpondit, Nilum habetis, & vinum petitis? Quærit Ariſtides, aquæ Niloticæ dulcedinem quantam eſſe credis? Reſpondet, Quantam nunquam dixeris.* Bibenti (inquit Achilles Tatius) ὕδωρ γλυκὺ ὡς καὶ ψυχρὸν, Heliodorus Πιεῖν ὅτι γλυκύτατον. De causâ dulcedinis quæritur. Scaliger Exerc. 48. cauſam ſuavitatis refert vel ad fluminis naturam, vel ad ſolis operam, vel ad curſûs longinquitatem. Duas poſteriores cauſas attingit quoque Scholiaſtes Apollonii in lib. 4. ex ſententiâ Democriti, qui aiebat, Ἀπολυκαίνεσθαι τὸ ὕδωρ, διὰ τὸ διάσημα καὶ τὸ μακρὸν τῆς πόρου, καὶ ὑπὸ τοῦ καύματος ἀφεψόμενον. Contradicit tamen Diod. Sic. *Dulcedinis fluvii*, inquit, *cauſa quam afferunt ratione penitus caret. Si enim caloris æſtu decoctus fluvius dulcedinem ſortiretur, nequaquam gigneret animantia, neque varias piſcium, aut ferarum ſpecies contineret. Aqua enim omnis à naturâ immutata nequaquam generat.* Reſpondetur, Aquam ab ignis naturâ elaboratam, & à craſſitie terreſtri liberatam, nullam habere vim generandi, nos falſum eſſe arbitramur. Teſtatur enim experientia pluvias calidiores longè fœcundiores eſſe, quam frigidas, quæ etiam noxiæ multis humi naſcentibus ſunt. Longè quoque ſalubriores eſſe aquas Soli expoſitas, quam ab eo abſconditas, apud omnes in confeſſo eſt. Secunda Nili qualitas eſt, à quâ ἄναυρος, h. e. *auræ expers* dicitur. Quâ de re Plin. lib. 3. cap. 9. *Idem amnis* (de Nilo loquitur) *unus omnium nullas expirat auras.* Quod ex Euterpe Herodoti deſcripſit, cujus verba, Αὐρας ἀποπνείσας μάλιστα πάντων ποταμῶν ἐ πυρέχει. Cujus affectionis cauſam hanc adfert idem Herodotus; Quod Nilus ex calido loco in calidum fluat, adeoque & ipſe totus ſit calidus; auras verò è frigidis exhalare. Cui contradicit Ariſtoteles Problem. Sect. 23. probl. 16. ubi auram è calidis & frigidis aquis exhalare docet: quod cùm rationi, tum experientiæ conſentaneum eſt: Rationi quidem; quia nulla aqua auram exhalat, niſi prius aliquo modo calore ſit alterata: quo diutiùs vero aquæ calor incumbit, eò plures extrahit vapores, niſi alia obſtet cauſa: Experientiæ vero, quia calidas aquas & fontes maximè fumare experimur. Scaliger cauſam refert in aquæ Niloticæ tenuitatem; quam ingenioſiſſimè hoc modo explicat: *Longo curſu exercitus attenuatur humor, ita ut ne ſublatus quidem in aerem poſſit corpus capere. Ita aer auram accepeam ſibi ſimilem diffundi in ſeipſum patitur, neque cogit, ut conſiſtat: ut non tam reſolvat, quam nullius indigam reſolutionis ſecum habeat.* Hæc ille. Itaque ſi rem accuratè ponderemus, Nilus non tam revera erit ἄναυρος quam eſſe videbitur; exhalat enim auram, ſed adeò ſubtilem, ut ejus in aere veſtigia nulla appareant, quia aeri ſimillima eſt: unde nec in pluviam illo loco denſatur. Lælius Biſciola tom. 2. Horar. ſubſec. lib. 1. cap. 19. cum Brodæo lib. 3. Miſc. cap. 30. exiſtimat ἄναυρον dici Nilum, & alia flumina, non, quòd nullam prorſus exhalent auram, ſed quòd perexiguam & tenuem reddant; quam in ſententiam trahit particulam privativam, quæ ſæpe non univerſam rem tollit, ſed imminuit tantum. Tertia Niloticæ aquæ affectio Salubritas eſt, quam inſigniter commendant veteres Medici & Philoſophi. Platoni in Timæo videtur hoc nomine Σωτὴρ appellari. Galeni judicium hujuſmodi eſt, *Nilum ita laudo, ut bonitatis excellentiâ paucis admodum fluminibus comparari poſſit, nam & mulierum partionem inſigniter adjuvat.* Ætius omnes fluviatiles & paluſtres aquas damnat, exceptâ ſolâ Niloticâ, quæ judicio ipſius πάσας τὰς ἀρίστας κεκόσμηκε *omnibus virtutibus inſignis eſt.* Videntur autem aquæ Niloticæ ſalubritatem à pluviis habere, quibus incrementa ſua debet Nilus. Sunt enim aquæ pluviæ ſalubriores reliquis, ut norunt naturalium rerum periti. Videatur Vitruvius 8. 2. & Columella 1. 5. Omnibus verò hiſce contradicere videtur Hirtius in Bello Alexandr. ubi ait *Nili aquam limoſam & turbidam, multos varioſque morbos efficere.* At vero Nili ſalubritas non à limoſâ & impurâ, ſed à limo omni probe purgatâ aquâ commendatur. Ultima & præcipua Nili aquæ qualitas eſt fœcunditas. Eam fusè proſequitur Wendelinus in *Admirandis Nili*; nos paucula ex variis authoribus olim decerpta hic ſubjungemus: Virg. Georg. 4. de Nilo:

Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ.

Idem Æn. 9.

———*Aut pingui flumine Nilus.*

Inde à Plinio Panegyr. Trajani dicitur *fœcunditatis parens.* Ibidem de Ægypto: *alendis, augendiſque ſeminibus ita eſt gloriata, ut nihil imbribus, cœloque debetur: ſiquidem proprio amne ſemper perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere, quam quas ipſe devexerat, tantis ſegetibus induebatur, ut cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura, certaret.* Mitto multa, quæ peti ab eodem Plinio poſſunt. Hujus vero avunculus cap. 9. lib. 5. *Per totam ſpatiatus Ægyptum fœcundus innatat terræ.* Dionyſius:

Ἔνθεν πολέπτολις κλύζεται ὕδατα Νείλου.

Idem de eodem:

Ὕδασι παίνων λιπαροῖν πέδον Αἰγύπτοιο.

Theophilus Simocat. lib. 6. Hiſt. cap. 17. Πολυσυνώτατον αὐτὸν ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς ἀπ' οἰκουμένην ποταμοὺς πεφυκέναι φασίν. Ammianus lib. 22. dat illi *pinguem ceſpitem*; vocatque *benevolum omnium flumen.* Hinc *fœcunda clementia Nili* apud Statium Theb. 3. & *divitis Nili* apud Juvenal. Sat. 13. Maximo Tyrio Νεῖλος γόνιμος dicitur; & ῥεῦμα γόνιμον Plutarcho Orat. 1. de eſu carnium. Nazianzenus Orat. 21. vocat ἔυσαχυν, ut Nonn. lib. 31. σαχώδεϊ Νείλῳ & Oppian. 2. Cyneget. ὄχθας ἀγλαοκάρποις Νείλου πυεφόρσιο. Stat 3. Sylv.

Unde paludoſi fœcunda licentia Nili.

Tibullus lib. 1.

Fertilis æſtivâ Nilus abundat aquâ.

Hactenus de Nili qualitatibus VI. de exitu ejus & oſtiis agendum eſt. Exit autem in mare Mediterraneum; Oſtia autem per quæ exoneratur apud authores claſſicos & veteres decantatiſſima ſeptem ſunt, Moſchus:

———Ἑπταπόρῳ ὕδατι Νείλῳ.

Unde ἑπτάστομος Nonno in Dionyſiacis dicitur. Dionyſius Perieg.

Ἑπτὰ διὰ στομάτων εἰλιγμὸς εἰς ἅλα πίπτει.

Catullus ad Furium & Aurelium:

Sive quà ſeptemgeminus colorat
Æquora Nilus.

Virgilius

Virgilius Æneid. 6.

Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Prop. 2. 1.

Aut canerem Ægyptum & Nilum, cum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat equis.

Ab Ovid. 1. & 5. Met. *ſeptemfluus*, & *ſeptemplex* dicitur. A Silio lib. 1. Claudiano in Ruffinum, & Lucano lib. 8. *ſepteno gurgite* à Val. Flacco lib. 8.

———*Septem projectus in amnes.*

Septem *cornua* dat ei Claud. in Nupt. Honorii & Mariæ. *Septem portas* Ovidius in Epp. *Septem fauces* Manilius Aſtronom. lib. 3. Belliſſimè & latis novè Papinius lib. 8. *hyemes* nominat, cum ait

———*Septemque patentibus arvis*
In mare fert hyemes.

Hactenus Poetæ. Sed audiamus Veritatem ipſam Eſaiæ cap. 11. verſ. 15. והבהו לשבעה נחלים *Et percutiet eum in ſeptem rivis.* Idem habet Chaldæus Paraphraſtes. Et LXX Interp. Καὶ πλάξῃ ἐπὶ φάραγγας, *Et percutiet ſeptem valles.* Quanquam minus Hebræo נחל Græca reſpondet φάραγξ. Nomina oſtiorum ab urbibus indita ſunt 1. *Canopicum* (quod nonnullis *Heracleoticum* quoque dicitur, teſtibus Ptol. & Strabone) 2. *Bolbiticum*, 3. *Sebennyticum* (cujus vina laudat Plinius lib. 17.) 4. *Pharmiticum* (Herodoto *Bucolicum*, autore Sabellico Ennead. 1. lib. 3.) 5. *Mendeſium*, 6. *Taniticum* (Herodoto *Saiticum*) 7. *Peluſiacum*. Diſcrepant autem autores nonnihil in nominibus & ordine, ut videre eſt apud Ptolemæum, Herodotum, Plinium, Melam, Ammianum, Ortelium. Numerum quod attinet, fatentur aliqui plura eſſe. Et Plinius quidem lib. 5. cap. 10. undecim reperiri, ſuperque quatuor. Septem tamen quæ recitavimus celeberrima eſſe, omnes veteres affirmant. Unde Euſt. in Dionyſium. Ὁ γεωγράφος λέγει, ὅτι τὰ ἑπτὰ τόπων σωμάτων καὶ ἄλλα ἓξ ἄσημα, ἑλώδη μάλα. Herodotus v. in Euterpe quinque proprie docet eſſe Nili oſtia quod Bolbitinum & Bucolicum non ſint nativa oſtia ſed foſſa. Τὸ γὰρ Βολβιτινὸν στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν, οὐκ ἰδαγμένα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. *Lagæum* vocant eum Lucanus & Silius. Hic lib. 1.

Quà mare Lagæi mutatur gurgite Nili.

Ille eodem libro:

Terminus huic roſeos amnis Lagæus ad ortus.

Vide plura apud Wendelinum ubi ſupra. Verum de *Nilo* ſatis. *Nilus* etiam urbs Ægypti Steph.

Ninæa, urbs Oenotrorum mediterranea. Steph. Hodie *S. Donato*, teſte Barrio, in Calabriâ citeriore.

Ningium, vel *Mingium*, utroque enim modo legitur apud Auſonium inquit Simlerus, qui *Mugium* interpretatur Iſtriæ urbem.

Nineve, urbs Aſſyriorum, quæ & *Ninos* dicitur, quam ædificavit Aſſur, egrediens de terrâ Sennaar; à *Nino* rege ſic dicta, teſte B. Auguſtino. Eſt autem juxta Tigridis amnis partem. Ptol. Jonæ prophetæ prædicationem audivit, & pœnitentiam egit. Suidas à Semiramide mœnibus cinctam, & mutato nomine, *Babyloniam* vocatam fuiſſe ait. Euſebius in Chronico *Niſibin* ſuo tempore dictam ſcribit. Eſt & alia civitas Judæorum in angulo Arabiæ. Populi Ninivetæ.

Ninoe, Cariæ urbs, alias Aphrodiſias, quam Leleges Pelaſgi condiderunt, unde *Lelegum* urbs dicta eſt, deinde *Megalopolis*, poſtea à *Nino Ninoe*. Steph.

Ninos, urbs Aſſyriorum, quam condidit Ninus, Semiramidis maritus in Aturiâ. Steph. Lucan. lib. 3.

Et felix, ſic fama, Ninos.———

Πάλαι πότε μεγάλη, καὶ εὐδαίμων teſte Arriano. Lucianus in Charonte Ἡ Νίνος μέν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲ ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς. Qui cum fuerit Samoſatenus, Euphratis accola, fidem in rebus Aſſyriæ mereri videtur, & mirum foret eum ignoraſſe locum, ubi ſita olim Ninos vel Nineve, ſi aliquod ejus veſtigium remanſiſſet. At quid faciemus Tacito, qui lib. 12. Annal. de expedit. Meherdatis ſic ait: *ſed capta in tranſitu urbs Ninos vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ.* Sed & Straboni, qui ante Tacitum vivebat, qui lib. 16. ait. Ἡ μὲν γὰρ Νίνος πόλις ἠφανίσθη παντελῶς μὴ ἀπὸ σήμου Σύρων ἀναλυσαν. Ergo contra Strabonem Amaſenum, & Luſianum Samoſatenum, Orientales viros & doctos non videtur Tacitus audiendus. Deceptus certe fuit is Romanus quâdam nominis ſimilitudine & eam Ninum opidulum forte vel caſtellum, captum ſine obſidione in tranſitu male accepit pro antiquiſſimâ & populoſiſſimâ illâ urbe, quæ fuit ſuo tempore totius orbis maxima, & uſque ad miraculum celebrata: aliter non poſſemus abſolvere Strabonem nec Lucianum mendacii. At fidem merentur. Sed milites qui in expedit one cum Meherdate fugrunt, captâ, ut dixi, aliquâ urbeculâ, cujus nomen accedebat ad ſonum nominis antiquæ illius Nineves, putaverunt, vel gloriabandi finxerunt ſe antiquam Ninon, ſedem Aſſyriæ regum cepiſſe. Sic Alexandri milites jactabant ſe Tanaim uſque perveniſſe, cum ab eo flu. abeſſent plus quam mille milliaria. Sic & hoc tempore multi Hieroſolymitani equites & aliæ nautæ ac negotiatores, qui in partibus Helleſponti vel bellum geſſerunt, vel negotiati ſunt, aſſerunt ſe vidiſſe antiquæ Trojæ ruinas, nec aliquis unquam eis aliter perſuadere potuit. At Troadis (de qua B. Paulus ep. ad Timotheum 2.) ruinas viderant non Trojæ, cujus jam tempore Strabonis nulla extabant veſtigia, ut ipſe teſtatur, lib. 13. Plura ad id argumentum adducere poſſem, & illuſtrem in literis virum caſtigare, qui eo quod Am. Marcellinus *Ninos* nominavit, non dubitavit in eximio opere, notis ſc. ad Euſebium ſcribere; *Nineve autem adhuc integra ſtabat ævo Ammiani Marcellini.* Palmerius.

Niphagres, nomen urbis. Herod. lib. 7. Φάγρης Thucydidi lib. 3. & ſic legendum apud Herodotum Palmerius poſt Leopardum optime obſervavit.

Niphates, mons dividens Armeniam minorem ab Aſſyriâ, ex quo Tigris flu. oritur. Quidam vero maj. Armeniæ flu. faciunt, qui ex eodem monte defluens, in Tigrim defertur. Alii Scythiæ fluvium faciunt. Sic dictus ἀπὸ τῆς νιφάδος à *nivibus*, teſte Stephano. Virg. Georg. 3.

Addam urbes Aſiæ domitas, puſſumque Niphatem.

Horat. lib. 2. Od. 9.

———*Potius nova*
Cantemus Auguſti tropæa
Cæſaris, & rigidum Niphatem,
Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores volvere vortices.

Claud. de Rapt. Proſerp. lib. 3.

Arduus Hyrcanâ quatitur ſic matre Niphates
Cujus Achæmenio Regi ludibria, natos
Avexit tremebundus eques.

Niſæa, navale Megaridis, & ipſa Megaris, à *Niſo*, Pandionis filio Steph. Strabo lib. 9. Ἡ δὲ Νισαία ὀκτὼ σπάνεσιν ἀπὸ Μεγαρέων, δέκα δὲ ἐκτὸς σταδίοις τῆς πόλεως διέχον, σκέλεσιν ἐκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτήν. Sic Pauſanias, qui diſertè teſtatur navale Megarorum ſuâ etiam ætate Niſæam fuiſſe appellatum. Ptolemæus confundit, μεταξὺ δὲ, inquit, Νισαία, ἥ καὶ Μέγαρα κληρωθῆ. Fuere autem μακρὰ τείχη quæ Niſſæum Megaris conjungerent, ſimillimè, ut Piræus fungebatur Athenis, teſte Thucydide lib. 1. *Salina* Sophiano.

Niſæus campus, locus in Mediâ, ubi equi valdè proceri erant corporis. Ita habetur in Suida, voce Νίσαιον, & in Euſt. ad Dionyſ. Herodotum ſecutis, cujus verba ſunt in Polyhymnia: Ἔστι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς, τῷ ὄνομα ἐστὶ Νίσαιον· τοῦτο δὲ δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. Proinde idem Herodotus in Thaliâ aſſerit, Indica animalia eſſe cæteris multo majora, πάρεξ τῶν ἵππων, ἔτι γὰρ ἐκεῖνοι ὑπερβάλλουσι τοὺς Μηδικοὺς, Νισαίους δὲ καλεομένους ἵππους. Et Strabo lib. 11. Τοὺς δὲ Νισαίους ἵππους οἷς ἐχρῶντο οἱ βασιλεῖς ἀείσοις ἔσι καὶ μείζοσι. Ammianus Marcellinus ubi de Media lib. 23. *Sunt apud eos prata virentia, fœtus equorum nobilium, quibus (ut ſcriptores antiqui docent, noſque vidimus) ineuntes prælia viri ſummâ vi vehi exultantes ſolent, quos Niſæos appellant.* Suidas: Νίσαιον, πόλις Περσίδος, ἔνθα ἵπποι ὠκίστοι γίγνονται Νισαῖοι λεγόμενοι. Unde eſt quod camelos (dromadas videlicet) eſſe perniciſſimos eo argumento probat Philoſophus Hiſt. Animal. lib. 9. cap. 50. quòd δέκα σταδίων τῆς Νισαίων ἵππων πολύ. Sed & decorem iis fuiſſe eximium colligas ex Syneſii epiſtola 40. ad Uranium; ubi poſtquam multis laudavit ἵππον ἀκροφυέστατον εἰς ἄκρας ἀρετὰς ἵππῳ φερούσης, unum excipit quod Νισαίων ἵππων ἰδεῖν ὀξὺν ἀφίστερος. Deſcriptio eorum petenda eſt ex his Oppiani lib. 1. Cyneget.

Κάλλει δ' ἐν πάντεσσι πέλει πανυπείροχος ἵππος
Νισαῖος, τὸ ἄγυσιν ἐεικτέοισι βασιλῆες·
Καλὸς ἰδεῖν, ἀταλὸς τὸ φέρειν ὑπεροπέϊ δεσμῷ
Βαιὸς μὲν κεφαλὴν, πολλὸς δὲ βαθύστειχα μέτωπα,
Κυδίόων ἑκάτερθε μιμιχρύσοισιν ἐθείροις.

Nempe flavi plerumque erant equi Niſæi. Ideoque apud Suidam in Ἵππος Νισαῖος, Grammatici Niſæas equas aſſerunt εἶναι ξανθὰς πάσας. Proinde Polemon ibidem arguitur quòd Niſæum equum album vocaverit: Ὁ δὲ Πολέμων κακῶς φησὶ λευκὸν ἵππον Νισαῖον. Phavorinus: Νισαῖος ἵππος ὁ ὀξὺς ξανθός· ἢ γὰρ Νίσα πάσας τὰς ἵππους ξανθὰς ἔχει. Tamen præter Polemonem Philoſtratus etiam Apollonii ſui lib. 1. memorat λευκὸν ἵππον τῶν σφόδρα Νισαίων. Vide Boch. de Solomonis Equitatu Animal. Bibl. part. prim. pag. 164.

Niſibis, urbs Meſopotamiæ apud Tigrim flu. Amidæ urbi propinqua, quæ & Antiochia Mygdoniæ, teſte Plinio, dicitur, inter Carras ad occ. & Seleuciam ad ort. *Niſibena Conſtantina* vocatur in Lib. Notit. Long. 75. 10. Lat. 37. 30. Eſt etiam Ariæ urbs. Ptol. Long. 111. 00. Lat. 35. 30.

Niſicates, & *Niſitæ*, pop. Æthiopiæ ſub Ægypto, fabuloſi, ternis, aut quaternis oculis, teſte Plinio; qui tamen addit,

dit, non quia sic sint, sed quia sagittis præcipuâ contemplatione utantur.

Nissa, urbs supra Tralles ad Orientem; maximâ ex parte monte accumbit, torrente quodam divisa, qui convallem efficit. Ex hâc fuerunt Apollonius Stoicus, Panetii familiaris, & Menecrates, Aristarchi discipulus, & Aristodemus ejus filius, item Sostratus, Aristodemi frater, & alius Aristodemus ejus consobrinus, qui M. Pompeium erudivit.

Nisyros, hodie *Nisaro* Sophiano, inf. maris Carpathii, Cariæ adjacens, Coo propinqua, à quâ avulsa vi fluctuum traditur, quæ & Porphyris olim dicta, teste Plinio. In eâ Neptuni aliquando templum, & subtus jacens Polybotes Gigas à Neptuno victus, ut veteres tradidêre. Hic Thermæ scaturientes sunt. Urbs in eâ est ejusdem nominis, teste Strabone. Hanc aiunt (inquit Vir Magnus de Phœn. Col. pag. 402.) ἀποθραυσμα εἶ) τ Κῶ, *Co insulæ fragmentum esse*, à quâ distat stadiis circiter sexaginta. Fabulâ etiam additâ, Ὅτι Ποσιδῶν δώκων ἕνα τῶν Γιγάντων Πολυβώτη, ἀποθραύσας τῇ τριαίνῃ τ Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλοι, κ) γλώσσῃ νῆσ τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρ. Geographi verba sunt lib. 10. quibus consona hæc Apollodori lib. 1. Πολυβώτης ὃ διὰ τ θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τ Ποσιδῶν, ἦκεν εἰς Κῶ. Ποσιδῶν ὃ τ νῆσ μέρ διαῤῥήξας, ἐπέῤῥιψεν αὐτῷ τὸ λεχθὲν Νίσυρον Neque multò aliter Stephanus de eodem Polybote: Ποσιδῶν ὃ ἐπ' αὐτὸν ἀφεὶς τ τρίαιναν τῆ μ ἤμαξε. Γέγονε δ (malim γέγνε ὃ) νῆσ τὸ βληθὲν Νίσυρ. Et proinde Nisyri nomen deducit Eust. ἀπὸ τ νέω κ) τ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τ νότ Κῶ τῇ τ Ποσιδῶν τριαίνῃ ἐπεσύρη τῷ γιγάντι Πολυβώτῃ νέοντι, *à natando ac trahendo, quia Neptuni tridente ab insulâ Co abscissa Nisyrus in Polybotem Gigantem enatantem* (vel *abeuntem*) *attracta est.* Quæ nugæ nugacissimæ. Omnino enim *Nisyrus* Phœnicium nomen. Phœnicibus scilicet apud quos nata hæc fabula נסורת *nissoreth* est *fragmentum*, & נסירו *nesiru*, vel נסירות, *nesiruth*, *sectio*. Inde dicta *Nisyrus* quasi *fragmentum*, vel *pars decisa* ex insulâ Co. Radix Hebræis נשר *nesar* & Arabibus نشر *nasara*, propriè est πρίειν *serrare*, unde משור est πρίων *serra*, Es. 10. 15. Quod non observo de nihilo. Nam inde *Prion*, i. e. *serra* dicebatur pars Coæ insulæ, ex quâ *Nisyrus* credebatur abrupta. Plinius in Coæ descriptione: *Mons ibi Prion, & Nisyron abruptam illi putant.* Fortè legendum *abruptam illic*, vel *abruptam illi*, i. e. *ab illo.* Bochart.

Nitiobriges, pop. Aquitaniæ, teste Ptol. non Celticæ, ut scribit Ortelius. Petrocoriis & Cadurcis finitimi; quorum urbs mons Albanus, *Montauban* vulgò dicta. Sed Poldo & Marliano est Mons Pessulus, seu Pessulanus, *Montpellier*, urbs episcop. Gall. Narbon. in Occitaniâ reg. Ex verbis Cæsaris lib. 7. Belli Gall. inter Ruthenos & Gabalos esse videntur.

Nitria, Ægypti regio, & nomen 2. urbium supra Memphim. Strabo lib. 17. Stephano locus est Ægypti. Hinc *Nitriotis* præfectura, & *Nitrites* Nomus. Est & *Nitria* urbs episc. sub Archiep. Strigoniensi in Jazygibus Metanastis vel in Hungariâ trans Danubium, à Strigonio 6. leuc. in Bor.

Nitriæ, Indiæ emporium juxta Gangem. Ptol.

Nivaria, una ex fortunatis insulis, à Canariâ 30. leuc. Hisp. *Gomera*, teste Alexandro Episcopo Gerundensi cum Andreâ Dacio. Aliis est *Tenariffa*. A perpetuâ nive cognominata. Plin. 6. 32. Est item Hisp. urbs inter Salmanticam & Complutum.

Nivernum, urbs Gall. Celt. ad Ligerim flu. in finibus Æduorum, seu Burgundiæ, quasi media inter Lutetiam & Lugdunum. *Nivernium* Turonesi. *Nivernæ* Lib. Concil. vulgò *Nevers*. Olim *Noviodunum* dicebatur.

Nivesdum, op. Belgii in Brabantiâ, medium inter Brabantiam & Machliniam, vulgò *Liere*.

Nivigella, vulgò *Nivelle*, op. Belgii cum cœnobio Virginum præclaro, in Brabantiâ, apud fines Hannoniæ, à Bruxellis 5. leuc. à Namurco 8. cujus cœnobii Abbatissa opidi Domina est. Long. 25. 35. Lat. 50. 36.

Noas, Thraciæ flu. ex Hæmo monte nascens & in Istrum influens. Herod. lib. 2. Alii in Scythiâ esse volunt, quem Peucerus hodie *Sithnizum* nominat. *Noes* est in Græco. Val. Flac. lib. 4.

Quis Tanais, flavusque Lycus, Hypanisque Noasque.

Idemque lib. 6.

Hyberni qui terga Noæ, gelidumque securi
Erujt & totâ non audit Amazona ripâ.

Noega, *Noegaucesia*, Ptol. op. præclarum Hisp. Tarr. in orâ Asturum, teste Mela, ab ostio Meari 6. leuc. in ort. ab Oveto urbe 14 in occ. *Navia* Clusio, licet illud mediterr. quam litoreum sit, juxta fines Gallaciæ. Long. 12. 30. Lat. 44. 00.

Noela, op. Hisp. Tarr. Plin. *Noya* Clusio & Floriano. *Novium* Ptolemæo, inquit Ferrarius.

Nola, urbs Campaniæ. Νῶλα Ptolemæo & Stephano, Νῶλη vero Polybio lib. 2. Virgilio:

———*Vicina Vesevo*
Ora jugo dicitur; ubi prius *Nola* legebatur. Ferunt autem postea Virgilium petiisse à Nolanis aquam, uti duceretur in propinquum rus. Nolanos autem beneficium petitum non feciisse; Poeta itaque offensus nomen urbis eorum quasi ex hominum memoriâ, sic ex carmine suo derasisset, *Oram* pro *Nola* mutavit. Agellius 7. 12. De situ opidi ita canit Silius lib. 12.

Campo Nola sedes, crebris circumdata in orbem
Turribus, & celso facilem tutatur adiri
Planitiem vallo.———

Livius lib. 23. *Et sunt omnia campi circa Nolam.* Exiguo post. *Expugnate Nolam, campestrem urbem, non flumine, non mari septam.* De origine ejus variant auctores. Silius lib. dicto:

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.

Velleius lib. 1. *Quidam aiunt à Tuscis Capuam, Nolamque conditam.* Solinus cap. 8. *Constituta Nola à Tyriis.* Id fortasse ridiculum, inquit Cluverius. Forte itaque Tyrrhenis scripsit Solinus. Long. 38. 28. Lat. 40. 54.

Nomades, pop. in Scythiâ Europæâ, quorum vita omnis in habendis gregibus versatur. Nunc *Tartari* dicuntur, juxta quos Sauromatas locat Plinius. Meminit eorum Strabo lib. 11.

Nomades, Asiæ pop. juxta Caspium mare. A nostris hodie appellantur *Daæ*, & cognomento *Parni*, inquit Strabo.

Nomades, Africæ pop. inter Zeugitanam reg. & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis *Numidæ* appellati sunt. Hos scribit Sallustius ex Persis ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam comitati sunt, eoque mortuo in Africam trajecisse, locaque occupasse Oceano proxima, alveosque navium inversos pro tuguriis habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Gætulos miscuisse, posteaque Numidiæ nomo propter multitudinem à parentibus digressos, possedisse ea loca, quæ proxime Carthaginem sunt, & *Numidia* appellatur. Dicti *Nomades* ἀπὸ τ νόμης, h. e. *à pascendo*, quod pastionibus præcipuè vacarent, herbisque in uno loco depastis papiliones suas curribus aliò transveherent. Dionysius vers. 186.

Τοῖς δ' ἔπι δὴ Νομάδων ἐδαπέπαλ' ἄστεα φῦλα,
Ἔνθα Μασαισύλοι τ κ) ἀγερώχομοι Μασυλῆες
Βόσκον τ σὺν ποσσὶν ἀν' ἠπειρόν τ κ) ὔλλω,
Μαιόμενοι βιότοιο κακλιὼ κ) ἀεικέα δῆριν.
Οὐ γὰ γειομόροιο τομὼ ἐδάης ἀρότοιο,
Κείνοις δ' ὅποτε τρόπος ἀνέτ ὁλκὸς ἀμάξης,
Οὐδὲ βοῶν μυκηθμὸς ἐς αὔλιον ἐρχομένων,
Ἀλλ' αὖτως, ἅτε θῆρες ἀνὰ δρύα βουκολέοντ
Νηΐδες ἀσταχύων, κ) ἀπάδυτες ἀμήτοιο.

Horum Virgilius mem. Æn. lib. 4. & 8.

Nomæ, op. Siciliæ. Νομαὶ Diodoro lib. 11. Silius:

———*Comitata Nomæis*
Venit Amastra viris.

Malè vulgo *Nemæis*.

Nomentum, pagus Sabinorum apud Eretum, ab urbe Româ 12. m. p. *Lamentano* Blondo dicitur. Suidas. Νωμῶτος, πόλις ἐ πρὸς τ Ῥώμης. Idem habet Stephanus, cujus Gentile facit Νωμεντῖν cum scribere debuisset Νωμεντανὸς, ut omnes pariter habent Latini authores, tum Dionysius lib. 5. & item Strabo lib. 5. Vide Cluverium de Ital. Ant. pag. 666. Habuit autem hæc urbs colles vitiferos vino non omnino pessimo nobilitatos. Mart. 13. 16.

Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum.

Nomus, Præfectura, sive conventus juridicus apud Ægyptios. Ægyptum enim divisit Sesoosis, sive Sesostris in *Nomos* triginta sex, quorum 10. Theb. 10. τῷ Delta, & reliqui 16 regionibus intermediis attributi. Singulis *Nomis* præfecti singuli *Nomarchæ*, qui quasi totidem reguli provinciæ præerant & regiis vectigalibus. Inde est quod nomos Plinius *præfecturas*, & Esaios ממלכות *mamlacoth*, h. e. *regna* interpretatur cap. 19. vers. 2. ubi LXX Seniores νομὸς ἐπὶ νομὸν. Ubi Cyrillus: Νομὸς ὃ λέγε θεῖα παρὰ τοῖς τ Αἰγυπτίων χώραν οἰκοῦσι ἐκάστη πόλις, κ) οἱ πλησιόχωροι αὐτῶν, κ) αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι. Καὶ πέφυκεν παρ' αὐτοῖς ἡ τοιάδε φωνή. Sed & ante Cyrillum Epiphanius in hæresi Basilidianorum: Ὅπ γὰ ἐν τῷ ἁγίῳ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ ἕνεστι γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεως Αἰγυπτιακῶν, οἵ Τάνεως, ἡ Μέμφεως, ἡ Νομὶς τῆς Βυβάστου, Αἰγυπτιακῶς τ πέλωσιν (al. πέλιμεθον) τυχόσης πόλεως σημαίνῃ. Hoc imitatus author lib. 1. Macchabæorum cap. 10. vers. 30. meminit νομῶν etiam in Samaritide & Galilææ, quod à Josepho redditur τοπαρχιῶν. Pari χρήσ Herodotus in Thalia *nomos* appellat Persarum Satrapias. Nomos Eust. in Dionys. vult idem esse quod ἐνοείας, h. e. regiones

giones iisdem finibus comprehensas. Et eodem teste τὸν Λιβυκὸν ἢ συνάπτης φέρουσι τῇ βάλῃ. Sensus est, ut quidem puto, *nomos* propriè dici eas Ægypti partes, quæ versus Libyam vergunt. Itaque ibidem observat, omnes urbes *Heptanomi*, exceptâ Babylone esse à sinistrâ Nili, i. e. à parte Libyæ. Res est tamen omnino certa, non minus *nomos* dici Ægypti partes, quæ ad Arabiam, quam quæ ad Libyam inclinant. Perperam igitur hinc colligunt *Nomi* vocem esse Libycam. Quin iis assentior potius, qui vel Græcam esse volunt, vel Ægyptiam. Quæ ipsa lis est adhuc sub judice. Casaub. in Strab. *Quidam putant hanc vocem esse Ægyptiacam, quos falli & omnes sciunt, qui aliquid Græcè sciunt, & Diodorus disertè admonet.* Nempe lib. 1. pag. 46. ubi Ægypti partes *nomos* appellari asserit χωρὶς τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου. Tamen Casauboni socer Henr. Stephanus Græcis literis æquè imbutus, in notis ad Diodorum pag. 830. *Ego (νομὸν) Græcam esse vocem vix mihi persuasero.* Et Casaubonus ipse agnoscit νομὸν apud Græcos proprie dici locum ubi sunt *ai νομαὶ, pascua.* Quo sensu ii non sumunt, qui Ægyptum distingui scribunt in *nomos* 36. Neque enim Ægypti ager est ubique compascuus. Denique quam vocem Diodorus Græcæ linguæ supra asserit, eandem idem adscribit Ægyptiis, cum dicit de Sesoosi lib. 1. pag. 35. τὴν δὲ χώραν ἅπασαν εἰς ἓξ καὶ τριάκοντα μέρη διελὼν ἃ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι νομούς. Neque aliter Cyrillus supra: νομὸς ἢ λέγεται φυλὴ τοῖς τῆς Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώρας. Et Epiphanius disertissimè: Αἰγυπτιακῶς τὰ πεδία τὰ τυχόντα πόλεως σημαίνει. Fallor, an ex Hebræo מנה *mana*, vel מנא *mono*, ut Syri efferunt factum est νομὸς, vel ab Ægyptiis, vel à Græcis hac metathesi peregrinum vocabulum emollire conatis? Certè huc facit, quod *nomum* Diodorus exponit μέρος, i. e. *partem* seu *portionem*: Cum Syrâ voce מנא *mono* quam diximus, id ipsum designare sit notissimum. Euseb. itidem lib. 3. Præp. p. 57. μέρος τῆς Αἰγύπτου ὃ καλοῦσι νομόν. Bochart.

Nonacris, mons Arcadiæ in Peloponneso, cum op. olim cognomine, ex quo Styx, aqua frigidissima emanat, quam inferorum paludem fabulantur. Ibi etiam *Nonacrinum nemus*. Ovid. Fast. 2.

Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini.

Et lib. 5. *Nonacrius heros* pro Evandro. Hinc *Nonacrinus*. Ovid. Met. 2.

Dum redit itque frequens in Virgine Nonacrinâ
Hesit.———

Eidem *Hamadryades Nonacrinæ* pro Arcadicis.

Nora, urbs Sardiniæ excisa, in orâ Australi. Ptol. Pop. *Norenses* Plinio. *Nura* Antonino; *Calviri* dicitur Leandro. De nominis origine sic Bochartus. Tertia, inquit, in Sardiniam migratio apud Pausaniam Hispanorum est. Sic enim ille. Μετὰ δὲ Ἀεισαῖον Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσιν ὑπὸ ἠγεμόνι τῷ στόλῳ Νώρακι, ᾧ φασὶ Νῶρα ὑπὸ αὐτῶν. Ταύτην δὲ τὴν πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ. Παῖδα δὲ Εὐρυθείας τε καὶ Τηυύνης καὶ Ἕρμου λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. At in Solino Aristæum præcessit Norax. Verba sunt: *Nihil attinet dicere, ut Sardus Hercule, & Norax Mercurio procreati, quum alter ab Libyâ, alter ab usque Tartesso Hispaniæ in hoste fines permeassent, à Sardo terræ, à Norace opido nomen datum.* Noræ saltem nomen Punicum est, nempe נערה *Naara*, unde emphaticum נערתה *Naaratha*; cujus nominis censetur op. in tribu Ephraim Jos. 19. *Naara* vero Pœnis sonabat *Nora*, ut מעכה *Maacha* Μωχὰ, quomodo LXX efferunt. 1 Par 2. 48. Unde *Mochur* nomen Punicum. Sic נער *Naaran* alterius opidi nomen in eâdem tribu. 1 Par. 7. 27. Hieronymus *Noran* scribit & LXX Interpp. medio quodam sono Νωρὰν. Sed inter N & R est *Ajin*, quod in O mutatum est in Alphabeto Cadmi. Hodie locus *Nori* vocatur. N pertinet ad formam nominis: & עור est *graminetum*; nempe in pascuo sita fuit *Nora* non procul à ripâ *Sæpri* amnis, hodiè *Servi*, ut constat ex itinerariis. Itaque perperam à Ptolemæo *Nora* ponitur in Australi Sardiniæ litore inter Caralin & Sulcos; quod Cluverius verè observat.

Norba Cæsarea, urbs Lusitaniæ ad Tagum flu. Ptol. *Alcantara* Taraphæ, & Clusio. Long. 14. 30. Lat. 39. 50.

Nordlinga. Vide *Aræ Flaviæ*.

Nordovicum, & *Norvicum*, urbs clarissima in orâ Angliæ Orientali, à Londino 90. mill. in Æciam. Vulgò *Norwich*. Long. 22. 10. Lat. 53. 08.

Noreia, hodiè *Goritia*, teste Amasæo, urbs Carnorum ad Isontium vel Natisonem flu. ubi, ut scribit Strabo, auri lavacra, & terri sectiræ sunt. Hic Cn. Carbo inani conatu cum Cimbris confixit. Long. 36. 00. Lat. 45. 47.

Noremberga. Vide *Nuremberga*.

Norenses, pop. Sardiniæ. Plin. *Mara* interpretatur Pinetus.

Norfolcia, Com. Angl. in orâ maris Germ. à quo terminatur ad ort. & Bor. uti à Com. Cantabrigiæ in occ. & à Suffolcia in merid. Sunt in ea Norvicum, provinciæ primaria, Hiarmuthum & Linum Regium.

Noricum, reg. Germ. (quam nunc bona ex parte Bavariam appellant) habens ab occasu Ænum flu. qui medius est inter Vindelicos & Ngricos; à Sept. Danubium, ab ort. mont. Cecium, qui Pannoniam superiorem discriminat à Norico: A meridie mont. Curvancum, qui est supra Istriam. Dionysius vers. 321.

Πρὸς ἧ νότον Γέρμαι καὶ Νωρικὸν ἄστυ ἐρυμνόν.

Ubi multa nugatur Eustathius dum quærit, an *Noricum* & *Oricum*, de quo vers. 399. locus unus sit an diversi, quasi vero regio Germaniæ confinis ab Epiri finibus non satis distet, ut ea dignosci possint. Ferri ferax regio fuit. Ovidius Met. 14.

Sævior & ferro quod Noricus excoquit ignis.

Et Horatius:

———*Quos neque Noricus*
Deterret ensis.———

Virg. Georg. 3.

Tum sciat aereas Alpes & Norica si quis
Castella è tumulis.———

Hanc regionem Solinus cap. 23. *frigidam* vocat & *parcius fructuosam.*

Normannia, provincia Gall. Celt. quæ & *Neustria*, vulgò *Normandie*, ad Oceanum Britannicum, inter ostia Sequanæ ad ort. & Argenis ad occ. in quâ septem urbes Episcopales, quarum metropolis est Rothomagus, vulgò *Roven*, Ducatus amplus; à Normannis pop. Septentrionalibus ex Scandinaviâ, seu Norvegiâ, & Suevia profectis, qui in Galliam irrumpentes, in eâ reg. consedere, nomen habens. Pop. *Normanni*, quasi viri septentrionales, à Carolo Magno devicti, & ad Christi fidem perducti.

Norossi, Scythiæ intra Imaum gens, & *Norossus* ibidem mons. Ptol.

Northantonia, Com. Angl. inter Huntingdoniam ad ort. Leicestriam & Rutlandiam ad bor. & Warwicens. Com. ad occ. Ejus op. præcipuum est Northantonia ad Antonem flu. 18. mill. à Varvico in ort. quot à Leicestriâ in merid.

Northumbria, regio Angliæ, Scotiæ finitima, *Northumberland*. Habet ad ort. oceanum Germ. ad bor. terminatur Scotiâ, ad occ. Cumbria & à merid. Diœcesi Dunelmensi. Ejus op. præcipuum est Norum Castrum.

Norvegia, reg. Europæ septentrionalis versus Oceanum Germanicum situm vulgò *Norwey*, quæ interpretatur *Septentrionalis Via*. *Nort* enim Germanica linguâ, *Septentrionem* sig. *Weg*, *viam*. Fuit regnum Norvegiæ aliquandiu florens, imperiumque tenuit per Daniam, Friliam, insulasque adjacentes, donec domesticum imperium per hæreditariam successionem administratum fuit. Postea sub interregno, consensu procerum institutum est, ut reges per electionem susciperentur; estque hoc tempore sub potestate Danorum.

Notium, Hiberniæ promontorium Australe, Ptol. *Nissenbead* Camdeno. Item urbs Ioniæ, à Colophone 12. m. distans, contra Chium insulam, teste Strabone. Pop. *Notienses*. Item Calydnæ insulæ opidum.

Nottinghamia, Com. Angl. inter Lincolniens. Com. ad ort. Darbiens. ad occ. & Leicestriam ad merid. Ejus primaria est Nottinghamia ad Trentam flu. 10. mill. à Darbeia in ort. & 12. à Leicestriâ in bor.

Nova civitas, olim vocabatur Carthago, tum illa Africæ, tum altera Hispaniæ. Virg. Æn. 1.

———*Atque Novæ pateant Carthaginis arces.*

Ubi alludum ad etymon. Hebraicè enim קרתא חדתא *novam urbem* sig. & ex *Karthada* Græcorum Καρχηδὼν, χ. & θ. permutatis quod Siculorum proprium est, qui pro ὄρνιθας ὄρνιχας dicunt. Stephanus etiam Καινὴ πόλις interpretatur. Item *Nova civitas* tergemina. Una urbs episc. in Austriâ sub Archiep. Salisburgensi à Viennâ 8. leuc. in Aust. vulgò *Neustadt*: Altera in Histriâ in orâ, episc. quæ Æmoniæ urbi proximæ excisæ successit, inter Justinopolim, & Parentium: Tertia in Venetis in orâ Marchiæ Tarvisinæ, apud Heracliam urbem excisam, & ipsa eversa, episcopalis tamen.

Novæ, Myssiæ infer. op. ubi Legio 1. Italica, ab Oesco 55 m. p. ex Anton. in ort. *Novomont*, Lazio teste. *Novensis urbs* Marcellino.

Nova mœnia, Sarm. Europ. urbs Ptol. Hodie *Album castrum*. *Weissemburg*, Græcè Νέον τεῖχος.

Novana, Piceni op. in orâ inter Montem Sanctum ad occ. & Firmum ad ort. Firmum versus 8. m. p.

Novantæ, Ptol. *Novantes* Camdeno, pop. Albionis in Scotiâ ad occ. quorum regio ubi hodie Gallovidia *Galloway*, cujus pars occidentalis est peninsula contra Hiberniam (inde 20. mill. distantem, teste Lhuydo) nonnullis Noventum

tum Cherſoneſus, & Novantum promontorium dicta.

Novanus, Umbriæ flu. trans Apenninum, qui æſtivo ſolſtit io ſupra modum augetur, & circa brumam ſiccatur. Plin. 2. 103.

Navaria, urbs Inſubriæ epiſc ſub arch. Mediolanenſi, inter Mediolanum 25. & Vercellas 10. m. p. à Ticino 30. Petri Lumbardi patria. Vulgò *Novara*. Long. 30. 27. Lat. 44. 35.

Novauguſta, op. Hiſp. in fin. Arevacorum. Plin. *Atienza* Moletio.

Novempagi, poſtea Balneoregium, urbs Hetruriæ epiſc. media inter montem Phyſconem & Oropitum, 6. m. p. à Viterbio 14. in Bor. *Bagnarea*. Long. 35. 35. Lat. 42. 20.

Novempopulonia, reg. Aquitaniæ, inter Garumnam flu. & montes Pyrenæos, Oceanumque comprehenſa, vulgò *La Guaſcogna*, ſic à *novem populis* dicta, qui ſunt *Vaſates*, *Meduli*, *Boiates*, *Auſci*, *Convenæ*, *Bigerrones*, *Tarbelli*, & *Eluſates*, teſte Cænali.

Noverogus, op. Gall. clarum in Pictonum finibus, à Rupella 9. leuc. Pictavos verſus, teſte Scaligero. Vulgò *Niort*. Long. 20. 00. Lat. 46. 15.

Noverus, ſive *Novarus*, *les Nouliers*, teſte Elià Vineto, pagus Aquitaniæ in finibus Santonum, apud Engeriacum. *Novioregum* Antonino, ut videtur Scaligero. Ejus mem. Auſon. Ep. 24.

Torque mea in Novero ſibi proxima prædia pago.

Noveſium, vulgò *Nuys*, op. celebre Germ. infer. ad Rhenum apud Duſeldorpium urbem à Coloniâ 5. leuc. in bor. *Nuæſium* Ptolemæo. Long. 28. 12. Lat. 58. 10.

Noviodunum Ammiano, *Noviodunum* Ptolemæo op. Myſiæ infer. ad Iſtrum flu. medium inter Deſtorium ad primum Iſtri alveum, & Kiliam novam in ort. ad 6. mill. Germanica.

Novientum, pagus Germ. ſuper. in Alſatiâ cum cœnobio, vulgo *Eberſheym*.

Noviodunum, op. Norici ad Saum flu. in Carniolâ, à Labaco 4. leuc. Villacum verſus. *Neumarck*, teſte Lazio, ſive *Krainburg*.

Noviodunum, quod *Noviomum* poſterioribus dicitur, vulgò *Noyon*, urbs Gall. Belg. epiſc. ſub archiep. Rhemenſi in Picardiâ, inter Sueſſiones 10. & Ambianos 15. leuc. quot à Rhemis in Bor. à Lutetiâ 22. in Cæc. Long. 24. 6. Lat. 49. 25.

Noviodunum alterum, op. Gall. Celt. in finibus Biturigum, inter Bridoborum & Condate ad Ligerim flu. inde 2. hinc 4. leuc. à Nivernis 17. in bor. *Neuvy*, vel *Neufuy*.

Noviodunum, item Heduorum. Vide *Nivernum*.

Noviomagum, op. Germ. ſup. in Palatinatu. Vulgò *Odenheim*. Vel eſt ipſa Spira urbs, à quâ *Odenheim* pagus 1 leucà verſus Tabernam diſtat. *Noviomagum* item *Newenburg*, ut videtur Ortelio op. Germ. ſup. in Alſatiâ ad Rhenum, inter Hagenoiam 5. & Spiram 6. leuc. Item *Noviomagum*, op. Germ. inf. Geldriæ ducatûs primariâ, inter Rhenum & Moſam. *Nemimgen*.

Noviomagus multiplex: unus in finibus Biturigum Vibiſcorum. Ptol. *Solac*, teſte Vineto: alter in Gall. Belg. inter Sueſſiones & Ambianos. Anton. Tertius Gall. Celt. in Normannia poſt Juliobonam. Idem. Quartus Angliæ pagus apud Londinium, inde 10. m. p. *Woodcote*, teſte Camdeno.

Novius, flu. Albionis geminus: unus Walliæ, *Conwey*, teſte Lhuydo; alter *Nid*, ſeu *Nirth* in Scotiâ, teſte Camdeno, apud Solvacum op. in mare occiduum labens.

Novocomum, ſeu *Novum Comum*, urbs Inſubriæ ad lacum Larium. Pop. *Novocomenſes*. Vide *Comum*.

Novogardia, vulgò *Novogrod*, ſeu *Novorod*, urbs gemina Sarmatiæ in regno Moſchorum: una magna cognomine, archiep. & metropolis Ruſſiæ albæ, urbs ampliſſima à Moſchâ Moſchorum regiâ 100. leuc. in occid. quot à Pleſcoviâ in bor. Long. 57. 00. Lat. 70. 10. Altera inferior cognominata ad Volgam flu. inter Moſcham 100, & Caſſanum in Eurum 70. leuc Germ. teſte Sigiſmundo Herberſteinio. Long. 72. 00. Lat. 60. 10.

Novopyrgum, urbs Myſiæ ſuperioris in Serviâ, ad Moravam flu. *Novomont*.

Novum, op. Carnorum in agro Aquileienſi. Item locus Inſubriæ medius inter Mediolanum & Laudem Pompeiam.

Novus Portus, *Newhaven*, teſte Ortelio, aliis *Rhie*, op. cum portu Albionis in orâ Angliæ Auſtrali, à Cantuariâ 20. m. p. Ciceſtriam verſus. Eſt & *Portus novus* op. Vectis inſ. primarium, vulgò *Newport*.

Noym, Nilus ab Ægyptiis ſic dictus. Orus Apollo Hieroglyph. 21. Νείλυ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν ἰδιάζων Νῦν, ἑρμηνεύειν ἢ σημαίνει νέον. Ubi Cauſinus: *Quod autem ait Nilum ab Ægyptiis* Νῦν *appellari, congruentia dicit Heſychio qui in dictione* νῦς ait eam ſignificare ψυχὴν, πόλεμον. At vero ſi flu. hicce *Noym* appellatur, quid ſi pro Νῦν Νοῦν reponamus? Certè non invenuſta eſt illa Wendelini conjectura, qui ab Hebræo נעים *naim*, quod eſt *jucundum*, deducit. Quid enim Ægypto jucundius vel ſuavius Nilo accidere poteſt? *Illa facies*, ait Seneca, *pulcherrima eſt, cum jam ſe in agros Nilus ingeſſit*, &c.

Noys, Græce Νῦς, Ciliciæ flu. Vide *Ceſcus*.

Nuagerta, inquit Nebriſſenſis in ſuo Dictionario, Ptolemæo Gall Belg. urbs eſt. *Aquiſgranum* Jovio, *Vegerta* Sabellico, *Veterra* Volaterrano

Nubæ, pop. Libyæ juxta Nilum. Dicuntur & *Nubæi* & *Dabæi* & *Numides*. Steph. forte vero pro Δαβαῖοι Νασαμῶνες reponendum. Claud. l. 1. de Laud. Stilic.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis.

Nubia, reg. Ægypto adjacens, Presbyteri Joannis, Æthiopiæ Imp. regno in multas provincias diſtincto undique circumcta; olim Chriſtianam religionem profeſſa, nunc ab eâ deficit. Regio eſt ditiſſima auro, atque ebore, ſaccari & frumenti feraciſſima. Præcipua urbs eſt Dangala, cujus incolæ ſunt admodum divites & cum Ægypti mercatoribus negotiantur. Quod Presbyteri Joannis mentionem faciat author, mihi in mentem revocat quid de eo tradit D. Brianus Waltonus, Epiſcopus haud ita pridem Ceſtrenſis in Præfat. Introductionis ſuæ ad lectionem Linguarum Orientalium. Sic enim ille: *Rex Æthiopiæ, qui longè lateque multis populis per Africam imperat, à multis vocatur* Presbyter Joannis (*Angli vocamus* Preſter John) *ſeu* Pretegianus, *quem poſt Scaligerum Regem Abyſſinorum eſſe volunt, errore manifeſto; cum certum ſit in ultimis Aſiæ finibus, non in Africâ ante* 400. *an. regnaſſe regem Chriſtianum qui ſermone Perſico* Padeſtia Priſtigiani, i. e. *Apoſtolicus vocabatur, unde* Presbyteri Joannis *nomen ortum.*

Nubiani, errones qui ſe Ægyptios vocant. Vide *Cyngari*.

Nuceria, Italiæ urbs, infra Brixellum, haud procul à Padi ripâ, vulgari nunc vocabulo *Lucera*; ſive, ut alii dicunt, *Luzzara*. Hoc omnium ferè judicio eſt id opidum quod Ptolemæo vocatur Νυκνεία. Ἡ δὲ Γαλλία inquit, ἣ Τογάτα ἔχει πόλεις τάσδε· Πλακεντία, Φιδεντία, Βελλέγλον, Παρμα, Ῥηγιον Λέπιδον, Νυκνεία, Τάνητον, Μουτίνα, Βονωνία. Nec mirum ſit, quæ olim fuerit *Nuceria*, eam nunc dici *Luceriam*, quando clariſſima quondam Romanorum colonia *Luceria* in Apuliâ, vulgò nunc vocatur *Nucera*; raro *Lucera*. Quanquam hæc apud antiquos etiam auctores, Ptolemæum, & tabulam itinerariam, legitur Νυκρία Ἀπουλῶν. Apud Appianum verò Civilium bellorum lib. 2. ſimpliciter Νυκρία. Unde mihi haud levis, nec vana conjectura, iſthanc etiam in Galliâ Togatâ dictam fuiſſe jam olim, ut nunc *Luceriam*, quâ de causâ poſtea ad diſcrimen hujus Ptolemæus, atque auctor Tabulæ ſcripſerunt Λουκρία Ἀπουλῶν. Cluverius. Long. 36. 15. Lat. 43. 03.

Nuceria, Campaniæ urbs, trans Veſuvium mont. in valle, quam Sarnus amnis inter Veſuvium & Lactarium montem efficit, ſita; vulgò *Nocera*. Plin. 3. 5. *Herculanium Pompeii; haud procul ſpectante monte Veſuvio, adluente vero Sarno amne: ager Nucerinus; & 9. m. p. à mari ipſa Nuceria.* Lucan. lib. 2.

Tu quoque commiſſæ nudatam deſeris arcem
Scipio Nuceriæ.

Silius Ital. lib. 8.

Illic Nuceria, & Gaurus navalibus aptus
Prole Dicarchæâ; multo cum milite Graio;
Illic Parthenope, & Pœno non pervia Nola.

Opidani *Nucerini*, Polyb. lib 3. Liv. lib. 27. Origo opidi licet non adnotata ſit, tamen antiquitas ejus inde apparet, quòd jam inde in 1. Decade hiſtoriarum ſuarum ejus mem. Livius, qui lib. 9. ſic ſcribit: *Conſules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit; Is profectus ad Nuceriam, Alifates, jam tum pacem petentes, quod uti eâ, quum daretur, noluiſſent, aſpernatus, oppugnando ſubegit.* Mira ſanè admodum res: Fabium, uti Alifas, Samnii opidum, oppugnaret, longè hinc ad Nuceriam, extremam Campaniæ in mediterraneis urbem, profectum. Sed emendum hic indicat Diodorus lib. 19. Οἱ δὲ ἀπὸ Νυκρίας καὶ Ἀλφατέρνας κληθέντες ἐπικούρους, πρόθυμοι ἦσαν τῶν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων φιλίας ἀποστάντων, πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συμμαχίαν ἐποιήσαντο. Et Sigonius ad locum Livii prædictum teſtatur, in veteri exemplari ſe reperiſſe ita *ad Nuceriam Alfaternam*. Et Franciſcus Modius affirmat, in membranis Fuldenſibus ſic eſſe; *ad Nuceriam Alfaternamque*. Unam intelligi debere urbem, diſerte teſtantur verba. Tum *Alfaternos* ſcribendum eſt, ſi orationi ſuus ſenſus conſtare debet. *Nuceria* igitur hæc *Alfaterna* dicta; & opidani ejus *Nucerini Alfaterni*, ad diſcrimen *Nuceriæ Camellariæ*, quæ eſt in Umbriâ. Appianus ἐμφυλ. 4. ubi narrat, præcipuas Italiæ urbes ab triumviris militibus fuiſſe deſtinatas, ad colonias deducendas, hanc etiam

Nuceriam

Nuceriam inter eas connumerat. Coloniam deductam fuiſſe, ex Tacito apparet. Is quippe Annal. lib. 13. in principatu Neronis ita ſcribit: *Coloniæ Capua atque Nuceria additis Veteranis confirmatæ ſunt.* Et lib. 14. *Sub idem tempus levi contentione atrox cædes orta inter colonos Nucerinos, Pompeianoſque, gladiatorio ſpectaculo.* Ab Auguſto Imp. primùm deducta eſt, cognominataque *Nuceria Conſtantia.* Frontinus lib. de Coloniis: *Nuceria Conſtantia, muro ducta colonia, deducta juſſu Imperatoris Auguſti.* Cluver. Long. 38. 42. Lat. 40. 14.

Numana, op. Piceni in Italiâ. Plin. 3. 13. *Numana à Siculis condita.* Silius lib. 8.

——Scopuloſæ rura Numanæ.

Numantia, urbs Hiſp. Tarrac. circa 20. an. bellum cum pop. Romano geſſit, & à Romanis obſeſſa per annos 14. cùm haberet tantum quatuor hominum millia, non ſolum ſuſtinuit, ſed etiam vicit 40. millia Romanorum. Tandem tamen à Scipione poſt longam & arctiſſimam obſidionem deleta eſt. Pop. *Numantini*, qui cum fame laborarent, nec eis daretur juſti certaminis copia, omnia ſua, & ſeipſos igni immiſerunt. Horat. lib. 2. Od. 12.

Nolis longa feræ bella Numantiæ.

Cic. 1. Offic. *Majores noſtri Carthaginem, Numantiamque funditus ſuſtulerunt.* Et Philip. 4. *Everterunt Numantiam Romani.* Vide Florum 2. 18. Hinc *Numantinus* adjectivum Prop. 4. eleg. ult.

Afra Numantinos regna loquuntur avos.

Long. 18. 58. Lat. 42. 30.

Numentana via, extra portam Viminalem, etiam *Figulnenſis* dicta fuit, teſte Livio.

Numicus, Latii fluviolus, in quo repertum fuit cadaver Æneæ, & in quo Anna, ſoror Didûs, ſe ſubmerſit. Virgilius Æn. 6.

——Fontis ſtagna Numici.

Pari modulo Silius lib. 8.

——Parvo deſcendens fonte Numicus
Labitur & leni per valles volvitur amne.

Horatius impari. Sic enim ille:

Brunduſium Numici melior via ducit an Appi.

Ejus mem. Tibullus lib. 2.

Illic ſanctus eris, cum te veneranda Numici
Unda Deum cœlo miſerit indigetem.

Virgil. ubi ſupra:

——Sacrumque Numici
Littus amant.——

Numidia, reg. Africæ mediter. *Metagonitis* Plinio in Libyæ inter. & Maurit. confin. Pop. *Numidæ*, apud quos urſi ferociſſimi gignuntur, teſte Solino. *Biledulgerid* Marmolio. Juvenal. Sat. 4.

Profuit ergo nihil miſero quod cominus urſos
Figebat Numidas.——

In Solino v. forſan leg. *Uros.*

Numidia altera, quæ *nova* nominatur, incolis *Guzuntina*, teſte Marm. pars Africæ propriæ litoralis ad ſinum Numidicum, in Maurit. Cæſarienſis confin. inter Ampſagam & Bagradam flu. in quâ Cirta, Saldæ & Cullu urbes. *Regno di Conſtantina* vulgò dicitur. Sinus vero Numidicus *Golfo di Stora*, vel *di Eſtora*, teſte Marmolio. Pop. quoque *Numidæ.* Virg. Æn. 4.

Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis.

Numidæ equites in comitatu divitum Romanorum fuere, de quo legendus Lipſius ad lib. 2. Hiſt. Tac. itemque Torrentius ad Suetonii Neronem cap. 34. Hæc regio cameloſtruthionem avem magnitudine grandem fert, quæ proverbio *Avis Numidica* dicitur apud Ariſtoph. in Avibus de homine prægrandi ac timido. Vide *Nomades.*

Nuremberga, *Norenberg*, urbs ampla & libera Germ. in Franconiâ ad Regnitium flu. & ei etiam ſubeſt ditiuncula adjacens; 15. mill. Germ. diſtat ab Herbipoli in Eurum; eſtque inter Epiſcopatum Bambergenſ. in Circium, & Palatinatum ſuper. in Eurum.

Nurſæ, op. in Æquicolis. Virg. Æn. 7.

Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ.

Jamdudum interiit, unde & Servio ſitus ejus ignotus.

Nurſia, Piceni civitas. Ptol. Σαβίνων πόλις Νυρσία. Diod. lib. 48. Ὁ Καῖσαρ ὁπὶ Νυρσίαν ἐς τοὺ Σαβίνους ἐστράτευσε. Pop. *Nurſini.* Virg. Æn. 7.

Qui Tiberim, Fabarimque bibunt, quos frigida miſit
Nurſia.——

Ubi Servius. *Nurſia, Piceni civitas, frigida autem vel reverâ, aut certè, venenoſa, nocens. Gracchi namque ubique in concionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellavere; & ſcimus amare Virgilium hiſtoriarum rem per tranſitum tangere.* Atqui nullum hic intellexit hiſtoriam Virgilii imitator Silius, qui lib. 8. ita canit:

——Nec non habitata pruinis
Nurſia.——

Frigidam igitur dixit Virgilius, quia inter Apennini pruinas ſita. Hinc *Nurſinus* adjectivum. Mar. 13. 20.

Nurſinas poteris parciùs eſſe pilas.

Id eſt rapa, quæ in orbem optima naſcuntur in Nurſiâ, Sabinorum civitate. Long. 36. 30. Lat. 42. 50.

Nymphæum, op. Tauricæ Cherſoneſi apud Theodoſiam urb. *Ciprico*, teſte Nigro. Item promontorium geminum Macedoniæ: unum montis Athi in latere Auſtrali, *Capo Ninfeo* ex tab. recent. Alterum in orâ maris Ionii, apud Apolloniam & Aoum flu. *Capo Pali* Luccaro. Lucan. lib. 5.

Nymphæumque tenent, nudas Aquilonibus undas.

Nyſa, urbs Arabiæ, ſive, ut alii putant, Ægypti, Arabiæ propinqua, apud quam Bacchus, ut Diodoro placet, à Nymphis eſt educatus, unde *Dionyſius* ex Διὸς, i. e. Jove & *Nyſa* conflato vocabulo. Plin. 8. 13. *Nyſam* Indiæ montem eſſe tradit, lacertas immenſæ magnitudinis alentem.

Nyſa, vel *Nyſſa*, Indiæ civitas, a Libero Patre condita, teſte Strab. lib. 13. ſita ſub radicibus montis, quem Meron vocant. Virg. Æn. 6.

Nec qui pampineis victor juga flectit habenis
Liber agens celſo Nyſæ de vertice tigres.

Hinc *Via Nyſſæa.* Dionyſ. verſ. 1159.

Τένεκα Νυσσαίῳ ὧν ἐφημίξαντο κέλευθον.

Vide ſis illic Euſtathium. Item *Nyſa* unus ex Parnaſſi verticibus Baccho conſecratus. Juvenal Sat. 7.

Quis locus ingenio; niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant, & dominis Cyrrhæ Nyſæque feruntur
Pectora noſtra, duas non admittentia curas?

Lucanus lib. 8.

Et juga tota vacant Baccho Nyſcia.

Idem lib. 1.

——Cyrrhæa velim ſecreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumque avertere Nyſâ.

Alia eſt *Nyſa* in Thracia. Steph. Hom. Iliad. ζ. ubi de Lycurgo:

Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο πτῆνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήϊον.——

Vide ſis illic Didymum. Nicander in Alexipharmacis v. 30.

Ὡς δ' ὁπότ' ἀγειόσεν ὑπαθλήσαντες ὀπώρῃ
Σιληνοὶ κεγρῖδι Διωνύσοιο πθλωοὶ,
Πρῶτον ἐπ' ἀρείζουσι πθλῷ φρένα θωρηχθέντες
Ὀμμασι δινήθης, ὅτε σφαλερῆσι ϑ' ὑπνοις
Νυσσαίῳ ἀνὰ κλιτὺν ὑπαὶ ἔγμον ἀφραίνοντες.

Decem *Nyſas* enumerat Stephanus & Homeri Scholiaſtes ubi ſupra. Vide Heſychium in Νύσα, & Caſaubonum ad Nyſſeni epiſtolam. Item hominis proprium. Cic. 3. de N. D. *Dionyſios multos habemus, primum Jove & Proſerpinâ natum; ſecundum Nilo, qui Nyſam interemit.*

O.

Oanus, urbs Lydiæ. Steph. & Siciliæ flu. Pindarus, hodiè *Fraſcolari.* Vide Bochart. Geogr. Sacr. pag. 605.

Oaſis, vide *Avaſis.* Erat autem urbs gemina in medio Libyæ, teſte Strabone. Minor *Alzagar*, teſte Bar. Long. 60. 15. Lat. 26. 45. Major *Gademez* Zeiglero. Long. 59. 30. Lat. 23. 30. Hæc abeſt à Thebis Ægypti itinere ſeptem dierum in occ. teſte Herodoto, qui ait Samios eam urbem tenuiſſe. *Oaſſis* dicitur lib. Concil.

Oaxes, flu. Cretæ, ab *Oaxe* Apollinis filio dictus. Rara hujus mentio apud veteres; nobis interim ſatis eſſe debet auctoritas Virgilii Eclog. 1.

Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.

Quin & Vibius Cretæ flu. facit, ut non audiendus ſit Servius, qui in Meſopotamiâ ponit. Accedit argumentum ab Apollonio lib. 1. Argon. qui ait Cretam dictam eſſe *Oaxidâ.*

Oaxus, civitas Cretæ, ab *Oaxo* Minois ex Acacallide filiâ nepote; vel à ſitu loci, quòd *crepidines* Græci *Axos* vocant. Herod. quoque lib. 4. *Oaxum* urbem Cretæ facit, in quâ Etearchus pater Phronimæ matris Bacchi regnavit, qui Cyrenen condidit. Civis *Oaxius.* Steph.

Obius, *Oby*, alias *Carambycis*, flu Moſcoviæ ampliſſimus, qui è *Kitayſco* lacu exiens, & à mer. in Sept. tendens, Europam ab Aſiâ ſeparat, & per Tartariam Moſcoviticam fluens, receptis Protacâ, Salâ, & Tobolia flu. cum plurimis al. 6. oſt. in Oceanum Glacialem ſe exonerat inter Obdoram, & Samojedam prov.

Oboca, flu. Hiberniæ; hodie *Dora* dicitur, eſtque in Lagenia prov. Oritur in Com. Dublinienſi, ac dein per Caterlo-

ghenſ. labitur, ubi juxta Arcloam portum & op. in mare Hibern. ſe exonerat 35. m. p. infra Dublinium in meridiem.

Obrincus, Gall. Belg. flu. *Moſella* Tacito & Auſonio, teſte B. Rhenano, qui per Lotharingiam & Trevirenſes in Rhenum ad Confluentes urbem fluit. Heroldus non fluvium ſignificare docet apud Ptol. ſed eum Germ. tractum, quem hodie *Ober Rhingaw* vocant. Aliqui credunt eo vocabulo ſignificari ſuperiorem partem Rheni fluminis, quaſi diceret *Oberrhyn*.

* *Obris*, nomen flu. Gall. Narbon. ex agro Gavillitano per Biterenſem urbem, inter Narbonem & Agatham in mare delabens. *Orobis* Ptol. *l' Orobe* Cluſio.

Obroatis, Perſidis urbs. Ptol. *Orobatis* Ammiano, hodie *Omara*, teſte Moletio.

Obtricum, ſive *Obtricenſe* Amm. lib. 20. op. ad Moſam, idem quod aliis Trajectum ſuperius, vulgò *Oberyek*.

Obulco, Hiſp. Bæt. urbs. Ptol. *Pontificenſe* vocat Plinius. *Sicura* Nigro dicitur. Villanovanus *Ullam* Hirtii putat. *Porcuna* ex vet. Inſcriptione, teſte Morali.

Occara Antonini videtur Simlero *Coara* Ptolemæi. Chalcidiæ regionis in Syria.

Occitania, pars Gall. Narbon. hodiè *Languedoc*.

Ocelis, Ptol. *Ocila* Plinio, *Acul* Straboni, urbs & emporium Arab. Fel. ad ſin. Arab. à Mochurâ, ſive, ut nunc vocatur, Mecchâ 40. m. p. *Zidem* Nigro. *Capo de Celi* Rhamuſio.

Ocelli, promontorium Angliæ, *Holderneſſe* Camdeno, cujus extremitatem *Spurnhead* vocat.

Ocelum, vulgò *Eſilles*, teſte Vigenereo, op. Alpinum Gall. Narbon. in confin. Taurinorum. Aliis eſt *Oulx*, Italis *Ours*, pagus paulo remotior; *Ocey* Ferrario in finibus Sabaudiæ.

Ocelum, *Ocellum Durii* Antonino, *Ocelis* Appiano, op. ſeu pag. Hiſp. Tarrac. in finibus Arevacorum, ad Durium flu. *Fermoſel*, teſte Zuritâ. Item op. Hiſp. in Callaicis mediterr. *Otero de Rey* Moletio.

Ocelis, inſ. maris Deucaledonii, Scotiæ adjacens apud Orcada promont. *Hethy* Camdeno, *Sandes* aliis. *Ranaldſda* Ortelio ex Lhuydo.

Ocha, mons Eubœæ. Item inſ. ipſa ſic dicta. Strabo ἡ Ὄχη ὑπὸ ἐκαλεῖτο τῶν νήσων, ἡ ἔστιν ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ μέγιστον τῶν ἐνταῦθα ὀρῶν. Eſt & apud Plin. *Ocha* una è vetuſtis Eubœæ urbibus. עוקה *Oca* Pœnis *anguſtum* ſonat; quo nomine illos hanc inſulam appellaſſe verſimile eſt διὰ τὴν στενότητα, ut Græcos *Macrin* à longitudine. Mela. *Eubœa*, &c. *nuſquam lata, duûm millium ſpatium habet ubi arctiſſima eſt.* Scylax. Τὸ δὲ πλάτος στενή ὅσον Εὔβοια. Alexius Comicus in cenſu 7. inſularum Εὔβοια πεντάπλη στενοφυής. Boch. Vide Caſaub. in Strab. lib. 10.

Ochus, flu. Indiæ. Plin. 6. 16. ſeu potius Bactrianæ: ſic enim idem Plin. 31. 7. *Præterea apud Baſtros amnis Ochus, & Oxus ex oppoſitis montibus deferunt ramenta.* Oritur autem ex Parapamiſo monte, Oxoque flu. congrediens, cum eodem in Margianâ reg. Caſpium mare petit. *Obenger* Caſtaldo.

Ocinarus, vulgò *Savuto*, flu. Brutiorum in Calabr. citer. in ſinum Terinæum influens. Hodie *Sabario* dici, & *Sabbacum*, vel *Sabbatum* Antonini eſſe oſtendit Barrius.

Ocute, inſ. parva Hiberniæ ad occ. quæ *Bax* incolis dici fertur.

Ocrea, Umbriæ op. exciſum, cujus magna adhuc manent rudera apud Tiberim ex adverſo Galeſii, Ocriculo vicinum, minus 2. m. p. diſtans in Auſt. vulgò *Ocre*.

Ocriculum, ultima Umbricarum urbium verſus meridiem, Romæque proxima, urbs antiqua, cujus nomen alii plurali numero *Ocriculi* protulerunt. Opidani inde ſunt Ciceroni, Livio, ac Plinio, *Ocriculani*; Inſcriptioni veteri & Stephani epitomatori *Ocricolani*, vulgò nunc op. incolis *Otricoli* vocatur: Οἱ Ὀκεικλοι Straboni, τὸ Ὀκείκολον Ptolemæo. Stephanus: Ὀκείκολα, πόλις Τυρρήνων. Διονύσιος Ὀκλωκαδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὸ ἐθνικὸν Ὀκεικολανὸς, ὡς αὐτός φησιν. Neſcio autem an ipſi Dionyſio opidi vocabulum formatum fuerit Ὀκείκολα; neſcio item, an Tyrrhenorum id ille fecerit opidum; vereorque de ſuo id gentis nomen adjeciſſe Stephanum, cujus ætate Umbria etiam ſub Etruriæ, ſive, ut tum adpellabant, Tuſciæ titulo comprehendebatur. Long. 36. 00. Lat. 42. 16.

Ocrimum, quod & *Damnonium* Ptol. promont. Albionis in Cornubiâ reg. occidentaliſſimum, Antiveſtæ proximum, ubi op. S Michaelis, de quo *Capo di S. Michael* etiam nominatur; ab Exonia urbe 79. m. p. in occ. recedens. *The lands end* Camdeno.

Octapiturum, promont. Albionis. Ptol. *S. David's head* Camdeno. Eſt autem in Walliâ reg. maximè occiduum, ubi Menevia urbs epiſc. quæ *S. David*, dicitur, à Londino 192. m. p. in occ. à Mariduno reg. primaria 36.

Octapolis, Lyciæ op. Ptol.

Octodurum, Hiſp. Tar. urbs ad Durium flu. in Vaccæis. Ptol. vulgò *Toro*. Long. 14. 52. Lat. 42. 00.

Octodurum, vel *Octodorus*, vulgò *Martenach*, teſte Simlero, op. olim, nunc pagus Veragrorum in Gall. Narbon. apud Rhodanum flu. inter Allobroges & Sedunos, Long. 28. 38. Lat. 45. 28.

Octogeſa, op. Hiſp. Tarracon. apud Iberum flu. in regno Arragonio; *Etoviſa* Plinio. *Etoviſſa* Livio. *Mequinenza* hodie, teſte Morali. *Hitona* autem Epiſcopo Gerundenſi.

Odera, flu. Germ. ex Moraviâ oriens, & in mare Balticum influens. *Oder* vulgò dicitur.

Odeſſus, urbs Myſiæ infer. cum monte cognomine ad Euxinum mare, inter Meſembriam & Dionyſiopolim. Stephanus illam Almydeſſo proximam facit. Ejus mem. Ovidius lib. 1. Triſt. eleg. 9.

Inde Meſembriacos portus & Odeſſon, & arces
Prætereat dictas nomine, Bacche, tuo.

Eſt & *Odeſſus*, amnis ibidem. Vide Stuckium ad Arrianum pag. 189.

Odones, pop. Thraciæ. Dionyſius Baſſaricôn lib. 14.

Μαίδων τ' ἄγεια φῦλα καὶ Ὠδονες ἐγχεσίπτολοι.

Odryſæ, pop. Thraciæ circa Hebrum flu. Solinus. Hos Thucydides inter Abderam & Iſtrum collocat. Laonicus eos *Moldavienſes* eſſe putat. Horum civitas *Odryſa* Straboni dicitur. Hinc *Odryſius*. Claud. in Gigantomachia:

Primus terrificum Mavors non ſegnis in hoſtem
Odryſios impellit equos, quibus ille Gelonos
Sive Getas turbare ſolet.——

Statius Achilleidos lib. 1.

Sic cum palantes Phlegræa in caſtra coirent
Cœlicolæ, jamque Odryſiam Gradivus in haſtam
Surgeret, & Libycos Tritonia tolleret angues, &c.

Sil. Ital. lib. 7.

Non graviore movent venti certamina mole
Odryſius Boreas, & Syrtim tollere pollens
Africus.——

Val. Flac lib. 5.

——*Odryſio gaudebant carmine Phocæ.*

Id eſt Orpheo. Ubi alii *Othryſio*.

Odyſſeia, *Ediſſa* Cic. *Ulyſſis portus* Plin. *Capo Marzo*, teſte Fazello, port. & promont. Siciliæ in Auſtrali orâ ad Pachynum, ultra Motyam urb. deletam.

Oea, Tripoleos in Africâ urbs, Οἴη apud Stephanum eſt in Ἀσβύσῃ, Plinio *civitas* Oeënſis. Ἔα Ptolemæo, Silio *Æa*, Apuleio *Ææa*, mendosè *Ocea* in Antonino, & *Occa* in Iſidoro. In ſitu ejus graviter errat Callimachus, cum eam à loco ejus, qui fuit juxta mare, ad Tritonem amnem admovit his verbis.

Ὄπι ἀ Τείτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύστιο.

Quod in Africano poetâ minus ferendum. Vide Boch. Geogr. pag. 526.

Oeanthe, *Oeanthia* Pauſ. & Melæ, op. Achaiæ in finibus Locrorum Ozolorum in orâ ſin. Corinthiaci, ex adverſo Ægiræ op. Peloponneſi.

Oeaſo, promont. Hiſp. Tarrac. in orâ Oceani, Cantabrici, in Guipuſcoâ reg. cum op. exciſo, *Aiſo* Garibæo & Cluſio. *Eaſon* Melæ, *Olarſo* Plinio, *Jarſo* Marciano, *Orſona* Appiano, *Idanuſa* Straboni, teſte Pinciano.

Oeaſopolis, op. Hiſp. Tar. apud Eaſonem promont. *Fuenterabia* Ortelio. A Baionâ urbe Aquitanicâ 6. leuc. in occ. recedens. Aliis *S. Sebaſtian*, op. ejuſdem oræ, à Fonte Rapido 5. leuc. in occ. Long. 19. 00. Lat. 44. 31.

Oebalia, duplex fuit. *Una* quæ & Laconia dicta fuit, ab Oebalo Arguli filio cognominata. Hinc *Oebalius*, Statius Achilleide 1.

Solverat Oebalio claſſem de littore paſtor
Dardanus.——

Hinc *Oebalides*. Ovin. in Ibin.

Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadis.

Id eſt Hyacinthus, qui Lacon fuit, ab Apolline diſco interfectus Ovid. Faſt. 5. ubi de Caſtore & Polluce:

Effugere Oebalidæ curſu potuere ſequentes.

Hinc *Oebalis*. Stat. 1. Sylv. 2.

——*Queis purpura ſæpe*
Oebalis, & Tyrii moderator livet aheni.

Altera v. in Italiâ juxta Tarentum urbem. Virg. Georg. 4.

Namque ſub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flaventia culta Galeſus,
Corycium videre ſenem.——

Eſt enim Galeſus Calabriæ flu. Tarento proximus, teſte Livio. Hinc *Oebaliæ matres*, quæ *Latinæ nurus*. Ovidius Faſt. 3.

——*Meas celebrare Calendas*
Oebaliæ matres non leve pondus habent.

Oechalia,

Oechalia, op. multiplex. Strabo lib. 8. ὁ μιᾶς ὄσης. *Cum non ſit unica tantum Oechalia.* Ubi Apollodorum reprehendit, ὅτι μίαν φησί. Ille autem fatebatur Oechaliam eſſe multiplicem; ſed ex omnibus unam, quæ Euryti urbs appellaretur. *Oechalias* autem 5. eſſe è Strabone ſic annotat Euſtathius. Ἐν ἑτέροις δέ φησιν, ὅτι Οἰχαλία κώμη ἡ Ἐρεσικῆς ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ καὶ τῇ περὶ τὴν Τεῖκκαν, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, καὶ τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ. Locus autem Strabonis eſt in lib. 10. ubi de Oechaliâ Euboicâ, quæ eadem eſt cum Chalcide, teſte Plinio. Cæterum *Oechalia*, Euryti regia erat tractu Meſſeniaco, quam Hercules diruit, quia pactam filiam Jolen Eurytus ei non daret. Virg. Æn. 8. ubi de Hercule:

——*Ut prima novercæ*
Monſtra manu, geminoſque premens eliſerit angues,
Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamque, Oechaliamque.——

Ovid. Epiſt.

Gratulor Oechaliam titulis accedere noſtris.

Idem Ponticorum quarto:

Alcides capta traxit ab Oechaliâ.

Et Metam. 9.

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Jovi.——

Oenanthia, op. Sarm. Aſianæ in orâ Maris Euxini. *S. Soſia* Mercatori & Moletio. Long. 69. 40. Lat. 47. 15.

Oenipons, *Oetingen* Simlero & Lazio, op. Norici ad Oenum flu. in Bavaria, med. fere inter Salisburgum & Landſhutum 8. leuc. Long. 33. 48. Lat. 47. 04.

Oenipons, op. Vindeliciæ, vulgo *Alten Hokenaugh*, vic. in Bavaria ſuper. vix 1. leuc. à Vaſſerburgo, 5. ſupra Oetingam diſtans, & 6. à Monachio in ort. Salisburgum verſus. Long. 35. 03. Lat. 48. 08.

Oenipons, vel *Ænipons*, *Inſpruck*, urbs Germ. ad Oenum flu. ſub dom. Imperatoris è gente Auſtriacâ, 20. mill. à Saliſburgo, & 18. à Tridento.

Oenoſtadium, *Inſtadt*, urbs Germ. ſuper. ſeu potius pars urbis Paſſaviæ, infra confluentes Oeni in Danubium.

Oenotri, pop. Italiæ, tractum illius inter Pæſtum, ac Tarentum incolentes, quorum reg. *Oenotria* partem Lucaniæ, Brutiorum, & Magnæ Græciæ complectens. Virg. Æn. 1.

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt;
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.
Oenotri coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.

Ubi vulgò malè *Oenotrii*, Græci enim Οἰνωτρῆς vocant. Hinc dicta Italia *Oenotria*, ſed diſcrimen interim quare ſic dicta. Aliqui dicunt ab *Oenotro* Arcade Lycaonis filio, qui Italiam incoluit; in his Myrſilus Lesbius, Pauſanias in Arcadicis, Antiochus Syracuſanus, & Halicarn. Dionyſius, cujus hæc ſunt verba, lib 1. ubi de Arcadibus. Πρῶτοι δὲ Ἑλλήνων ἔτοι, πλανηθέντες τὸν Ἰόνιον κόλπον, ὡκησὰν Ἰταλίαν, ἀρχηγὸν αὐτῶν Οἰνώτρου τοῦ Λυκάονος, ἑπτακαίδεκα γενεαῖς πρόσθεν τῆς ἐπὶ Τροίαν στρατείας. i. e. annis 459. Ætatem quippe ipſe Dionyſius 27. annorum facit. Refellit hoc Cato in Originibus, & nomen hoc ducit ab *Oenotro* rege Sabinorum, & Hetruſcorum. Varro autem illud refert ad *Oenotrum* regem Latinorum. Servius tamen à *Vino* hoc nomen deducit, quod optimum in Italiâ; nam Græci οἶνον *vinum* vocant. Conſentit hæc opinio cum Virgilio ubi ſupra, cum Ariſtot. lib. 7. Polit. cum Strabone lib. 6. qui nullius factâ Oenotri mentione, tantùm aiunt, eam, quæ prius dicta eſt Oenotria, vocatam deinde Italiam. Sed ſeveriſſimè ſententiam iſtam Goropius tuetur lib. 4. contra Dionyſium, & Græcos alios, quos levitatis, proditionis, & ſacrilegii arguit. Nam revera à vino dicta *Oenotria*, non à rege aliquo Græcorum. Græci enim ambitione quâdam multorum Latinorum voces ad Reges ſuos transferunt, multaſque terrarum orbis partes ſuas eſſe colonias volunt. Inclinant autem multi in Janum Italiæ regem, qui ἀπὸ τοῦ οἴνου Οἰνωτρῆς dici videtur, ut ab Ebræo יין *Jain* *Janus*.

Oenotrides, quæ & *Oenotriæ* Plinio, inſulæ maris Tyrrheni ante Veliam urb. Lucaniæ in orâ exciſam, quarum una Pontia, *Ponza*, altera Legia, & Iſcia, *Iſchia* vulgò. *Pontias* numero multitudinis legit Dio lib. 59.

Oenus, vulgo *Inn*, flu. Germ. Rhætos, in quibus oritur, Vindelicos & Noricos, quos à Vindelicis ſeparat, alluens, ac Danubio, ad Pataviam urb. exceptus.

Oenuſſa, olim vocabatur Carthago. Steph. Item inſula duplex maris Ægæi, una inter Tenedum & Samum; alia minor apud Chium, *Oenuſæ* Stephano.

Oenuſſæ, *Oenuſæ* Pauſaniæ inſulæ parvæ tres Peloponneſi, ante Acritam promont. teſte Pauſaniâ, Plinio vero ante Meſſenen. *Oenuſa* Melæ, & *Theaznuſa*, *Sapienza* Sophiano. Sed hæc *Sphaeia* aliis dicitur.

Oerya, inſ. Bœotiæ in agro Plateenſi, quam Aſopus flu. efficit unà cum Gargaphiâ fonte. Pauſanias.

Oeſcus, op. Myſiæ infer. in Triballis, cum flu. cognomine ex Rhodope monte, ſeu verius ex Hæmo, qui Cius videtur Herodoto, *Budini*, ſeu *Bydini* Lazio. Sed Nigro eſt *Blida*, op. ultra Rhætiariam 7. m. p.

Oeſporis, op. Africæ mediterraneum. Ptol. *Sibaca* hodie, teſte Marmolio.

Oeſtros, Pamphyliæ flu. Melæ, *Ceſtrus* dicitur Ptol.

Oeſyma, vel *Oeſyme*, urbs Macedoniæ, inter Arethuſam ad occ. & Neapolim ad ort. proximas urbes, non longè ab oſtio Strymonis flu. *Calla* ex tab. recent.

Oeta, mons in finibus Theſſaliæ. Doridi à tergo incumbens, morte & ſepulchro Herculis nobilitatus. Plin. 4. 7. Stat. Theb. 4.

Herculeum Pæana canunt, vaſtataque monſtris
Omnia; frondoſa longum Deus audit ab Oetâ.

Pedo Albinovanus:

Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ
Cum ſunt impoſito membra cremanda Deo.

Vide quæ habet Barthius ad Stat. Theb. 4. verſus 158. Silius Italicus lib. 3.

Inter quæ fulget ſacratis ignibus Oete,
Ingentemque animam rapiunt ad ſidera flammæ.

Papin. Theb. 1.

——*Dubiamque jugo fragor impulit Oetam*
Inlatus.——

Ubi Lutatius: Dubiam dixit Oetam, quia inter Theſſaliam & Thraciam hic mons interjacit, ut cujus eſſe videatur, incertum ſit. Secus tamen mihi videtur (inquit Barthius) *& dubiam jugo* dixit Statius, inclinatam velut, dubiamque quo reſpiciat. Situs ipſe montis veritatem nobis firmabit in tabulis introſpectus. Videatur & Strabo lib. 9. qui partem ejus ad Thermopylas nutantem indicat. Quod Virg. dixit Eclog. octavâ:

——*Tibi deſerit Heſperus Oeta.*

Ita accipiendum, quod in eo monte ſtellæ videantur occidere, ſicut in Idâ naſci. Hæc Servius. Imò potius Virg. dixit, quòd ab Oetâ oriantur. Vide Turneb. Adverſ. 28. 25. & Gevart. ad Statium lib. 5. cap. 8. Verba Livii lib. 46. pro ratione erunt. *Extremos ad orientem montes Oetam vocant.* Hinc factum ut dies, nox, Sol, ſidera dicantur oriri ab Oetâ. De ortu diei Seneca in Hercule Oetæo:

Hæc, hæc renatum prima quæ videt diem
Oeta eligatur.——

Idem in Hercule Furente Act. 1. deſcribens diei ortum:

Jam cæruleis evectus equis
Titan ſummum proſpicit Oetan.

Papinius lib. 5. Silv.

Septima jam rediens Phœbe mihi reſpicit ægras
Stare genas, totidem Oetæa, Paphiæque reviſunt
Lampades.——

Silius lib. 6.

Vix dum clara dies ſummâ luſtrabat in Oetâ
Herculei monumenta rogi.——

De ortu noctis infinita ſunt teſtimonia; 2. tantum adducam; Catull.

Jamdudum Oetæos oſtendit noctifer ortus.

De cujus verſus lectione adi Achillem Statium. Virgil. in Culice:

Et piger aurato procedit veſper ab Oetâ.

Et hæc altitudinem montis hujus indicant. Longitudine autem maximè patet; incipit enim à Leucade in Epiro, & deſinit in ſin. Maliacum ad Thermopylas, inter Parnaſſum & Pindum extenſus. Hic op. *Oetæa*, teſte Stephano, *Oetis* vero Diodoro, *Trachis* Straboni. Pop. *Oetæi* Thucydidi vocantur. Mons hodie *Bunina* Sophiano.

Ogygia, quæ & *Calypſus* Homero, inſ. parva maris Auſonii Magnæ Græciæ antè promontorium Lacinium adjacens, à litore 10. aut 12. m. p. recedens; ubi Ulyſſes à Calypſo nymphâ hoſpitio acceptus eſt. Hom. Odyſſ. ε.

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται,
Ἔνθα δὲ Ἄτλαντος θυγάτηρ δολόεσσα Καλυψὼ
Ναίει ἐυπλόκαμος δεινὴ θεός.——

Ubi Schol. Ὠγυγίη, ἡ Καλυψοῦς νῆσος. Heſychius: Ὠγυγίη, ὄνομα τῆς νήσου Καλυψοῦς. Item urbs maxima Myſiæ inter. in conf. Thraciæ ad Hæmum montem, quæ & *Priſthlaba*, ſeu *Preſtlaba*, & *Paraſtlaba* Cedreno dicitur.

Ogyris, inſ. maris Indici ex adverſo oræ Arabiæ Fel. ad ort. Erythræi regis monumento nobilitata. Ejus mem. Dionyſius ὁ Περιηγητὴς verſ. 607.

Ἔστι δέ τις περίπλους Καρμανίδος ἐκδοθεν ἀκρης
Ὠγυρις, ἔνθα τε τύμβος Ἐρυθραίου βασιλῆος.

Mela lib. 3. cap. 8. *Ogyris, quod in eâ Erythræ regis monumentum eſt, magis clara quam cæteræ.* Sic quoque alii inſulam hanc nominant. Strabo *Ogyrinam* videtur appellare. Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νεάρχου, καὶ Ὀρθαγόραν, νῆσον Τυρρίνῳ κείσθαι πρὸς νότον πλαγίαν ἐν δεξιοῖς πλέουσι, ἐν

ἡ πάρ Ἐρύθρας δείκνυ), χῶμα μέγα ἀγελείοις φοίνιξι καλάφυτον. Salmasius nullum in toto Strabone locum isto corruptiorem extare putat, quique felicius emendari potuerit, quàm hoc modo; Ἀπὸ δὲ Καρμανίας ἄκρας φησὶ Νέαρχος Ὠγυρίδα νῆσον ἐρήμην κεῖσθαι. Addit etiam nullum fuisse auctorem, qui Orthagoras dictus sit. Verum falsitur. Indicorum Orthagoræ meminit semel, iterumque Ælianus. Meminit etiam Philostratus de vita Apollonii lib. 3. cap. 15. Facile vero sanari potest hic Strabonis locus. Scribe νῆσον Ὠγυρίην, vel mutatione minimâ Τυρίην. Sanè omnia Melæ exemplaria habent *Gyris*, non *Ogyris*. In Ptolemæo appellatur Ὀρζανα, nonnulli tamen libri manu exarati legunt illic Ὠγυρις. Attamen Ὀρζάνα etiam dicitur Arriano. Nimis autem longe à litore Carmaniæ removent hanc insulam Nearchus & Orthagoras, cum bis mille stadiorum intervallum faciunt. Satis tamen benè cum hâc mensurâ convenit Plinius lib. 3. cap. 28. *Insula in alto objacet Ogenis, clara Erythrâ rege ibi sepulto. Distat à continente* 225. *m. p.* Non dubito quin ita scripserit Plinius, cum sic habeant codices scripti, ac Ὠγενὶς idem sit, quod Ὠκεανῖνης. Eandem mensuram exhibet quoque Ptolemæus, ut facile appareat, plerosque unum esse secutos; Certum tamen est errasse. Quocunque enim nomine insula hæc appelletur, sive *Ogyris*, sive *Gyris*, & *Gyrine*, sive etiam aliter, omnino hæc illa est, quæ vulgò *Gerun* vocatur. Non amplius 36. m. p. abest hæc à continente, ac sita in ipso sinus Persici ostio. Olim clara Erythræ regis sepulchro, sed nunc nobilissimo totius Orientis emporio longè clarior. Hebes est, aut saltem indoctus, qui non intelligit de Harmuziâ me loqui. Is. Vossius.

Olbia, urbs Sarm. Europ. ad ostium Borysthenis flu. teste Strabone, *Stapenor*, vel *Strapenor*, teste Nigro. Long. 57. 00. Lat. 49. 00.

Olbia, op. Bithyniæ ad Propontidem, Nicææ, & Apamiæ proximum, *Velia* Sophiano, ubi *sinus Olbianus*, Melâ teste.

Olbia, urbs Pamphyliæ marit. in Lysiæ confin. inter Phaselidem ad occ. & Attaliam ad ort. *Acopende* Moletio.

Olbia, Gall. Narb. urbs in orâ Provinciæ, inter forum Julii 5. & Telonem 8. leuc. cujus mem. Cic. & Mela. *Eres*, Poldo, vel, ut alii scribunt *Hieres*. Long. 27. 40. Lat. 42. 00.

Olbia, urbs Sardiniæ. Hodie nomen in ruinis retinet, inquit Cluverius. Ab Jalo condebatur, teste Solino, in orâ orientali, ex adverso Corsicæ sita. *Ulgiensis urbs* Orosio. Claud. de bello Gildonico:

Partem litoreo complectitur Olbia muro.

Vide Steph. qui novem *Olbias* recenset.

Olbius, Arcadiæ amnis, quem Paus. dicit Arcadibus nonnullis *Arcanium* appellari.

Olcachites, sinus Zeugitanæ reg. Ptol. ubi hodie *Alcon* civitas.

Olcades, Hisp. pop. intra Iberum flu. quorum urb. Stephanus *Althæam* vocat. In regno Toleti esse prope urb. *Oleama* dictam putat Nebrissensis. Long. 17. 00. Lat. 40. 00.

Olchinium, *Olcinium* Livio, *Colchinium* olim, teste Plin. *Ulcinium* Ptolemæo, urbs Dalmatiæ marit. ad ripam Drilonis. *Dulcigno* Volaterrano. *Polæ* olim, teste Cantero in Lycophronem. Long. 43. 30. Lat. 42. 35.

Oldemburgensis Comitatus, prov. Germ. in Westphaliâ, inter Frisiam Orient. ad occ. Duc. Bremensem ad ort. Diœcesim Monasterienſem ad Aust. & mare Germ. ad Bor.

Oldemburgum, urbs Germ. in Westphaliâ ad Hontam flu. sub dom. regis Daniæ, 25. m. p. à Brema in occ. & 40. ab Embda in ort.

Oleastrum, Hisp. op. circa sinum Gaditanum. Ptol. Item Turdetanorum in Bæticâ: Antonino etiam est inter Tarraconem, & Dertossam. Item promont. Maurit. Tingitanæ, *Capo di Gebba*, teste Marmolio.

Olenatum, op. Albionis in Angliâ, in orâ Cumbriæ ad occ. ubi Castrum *Linstock*, ad Vallum. Camdenus.

Olenus, *Olenum* Plinio, urbs gemina, una Achaiæ, in Peloponneso, inter Patras ad ort. & Cyllenen ad occ. ab *Oleno* Vulcani filio condita, & nominata, *Canigriza* hodie, ut quidam putant. Altera Ætoliæ, inter Calydonem, & Chalcidem, ad Evenum flu. *Oleno* adhuc dicta.

Oliaros, ins. in mari Ægæo, una Cycladum. Stephanus Sidoniorum coloniam esse scribit, ac distare à Paro stad. 55. Ejus mem. Ovid. Met. 7.

At non Oliaros, Didymeque & Tenos & Andros.

Hodie *Quiniminio* incolis vocatur, teste Nigro.

Oliba, Hisp. Tar. urbs. Ptol. *Olit* vulgò dicitur. Est autem inter Pompelonem ad Bor. 7. & Tutelam ad mer. 9. leuc. Al. potius *Oliva* est op. in regno Navarræo, à Pompelone 12. leuc. à Tutelâ 10. versus ort. quod magis probatur, inquit Ferrarius. Long. 19. 50. Lat. 43. 28.

Olicana, urbs Britanniæ, Ptol. Lhuydo *Halifax* dicitur in Eboracensi comitatu, *Ilkely* vero Camdeno.

Olimacum, *Lymbach*, teste Lazio, op. Pannoniæ super. in Hungariæ Stiriæque confiniis, geminum: unum ad Muram flu. alterum ad Arrabonem, 3. leuc. inter se distantia; utrumque à Bolentio 5. in ort. Long. 40. 10. Lat.

Olinia, Gall. Lugd. flu. Ptol. Item Callaicorum Lucensium urbs in Hisp. Tar. *Orna* fluvius apud Cænalem nominatur.

Olino, cujus mem. Lib. Notit. *Hole* nunc à Basileensibus nominari scribit Rhenanus, qui vicum esse vult cum nemusculo non procul à Basileâ, ubi multa antiquitatis monumenta effodiuntur.

Olissippo. Vide *Olyssippo*.

Olistingi, Lusitaniæ op. inter ostia Bætis & Anæ flu. Mela lib. 3. cap. 1.

Oliveti Mons, sive *Olivetum*, & *Mons Olivarum*, mons ad Orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, Sabbathi habens iter ab Hierosolymâ. Act. 1. Luc. 19. Hic mons, postquam est idolis inquinatum הר המשחית *har-hamaschith*, i. e. *Mons Corruptionis*, dicitur, & non solum הר המשחה *har-hamischa*, i. e. *Mons Olivarum* seu *Unctionis*, mutato elemento, & *Jod* addito, ut nimirum ad nomen alludatur, nec opprobrium desit. Locus est. 2 Reg. 23. Com. 13. Retinent ibi LXX. Μὼδωθ pro *Maschith*, at Chaldæus Paraphrastes חור זתאי *Tour-zithaia*, i. e. *Mons Olivarum* ibi habet.

Olizon, urbs Thessaliæ. Homerus:

Καὶ Πίλνέαν ἔχον, καὶ Ὀλιζῶνα τηνχεσσαν.

Stephanus: Ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ τῆς μικρᾶς ἕλης. Θεσσαλοὶ γάρ, ὡς ἱστορεῖ Δημοδίνης ἐν κτίσεσι, τὸ μικρὸν, ὀλίζον καλοῦσι.

Olympia, urbs inter Ossam, & Olympiam mont. non procul ab Elide & Pisâ, civitatibus Græciæ, ubi erat templum Jovis Olympii, vel Olympici, mercatu, & celebritate illâ quinquennali ludorum Olympicorum nobilis. Strabo lib. 8. *Arpina* olim dicebatur, ut Nicanor scribit, à matre Oenomai. Stephanus etiam *Pisam* prius vocatam tradit. Hodie *Langanico* dici scribit Castaldus, *Stauri* Nigro.

Olympus, inter Thessaliam, & Macedoniam mons, omnium toto orbe terrarum altissimus, adeo ut supra ejus verticem nulla avium sublimetur, ut Apuleius de eo loquitur, lib. de Deo Socratis. Vide ipsum, & quæ ad lucem ejus Thuanus affert, ac asserit lib. 2. de vitâ suâ pag. 1322. Hanc ob causam & ipsi cœlo hoc nomen tribuitur, quo nihil altius est. Apuleius de mundo. *Hujus* (DEI sc.) *locum quærimus, qui neque finitimus est terræ contagionibus, neque tamen medius in aere turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci αἰθέρα vocant, ut qui sit altitudinis finis; Et iidem eâ ratione* Ὄλυμπον *nominant, quem ab omni suscitatione, & perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas, & nives sustinet, nec imbribus cæditur. Hæc enim nec Olympo, qui est celsitudinis summæ, contingere Poeta his verbis cecinit:*

Ὄυλυμπον δ' ὅθι φασὶ Θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι, ἔτ' ἀνέμοισι πεπαρθεῖ, ἔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, ἔτε χιὼν ὀπάζει, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ὑπαδέδρομε αἴγλη.

Ex quibus verbis intelligere licet, non omne cœlum, sed ejus altissimam tantum, & remotissimam partem, in quâ Deorum sedes, *Olympum* antiquis appellatum. In Apocolocynthosi. *Placet in eum severè animadverti, eumque quàm primum exturbari, & cœlo intra dies* 30. *excedere, Olympo intra diem tertium.* De summa serenitate ac tranquillitate quæ in Olympi montis vertice est, Lucan. lib. 2. v. 266.

Melius tranquilla sine armis
Otia solus ages, sicut cœlestia semper
Inconcussa suo volvuntur sidera lapsu.
Fulminibus propior terræ succenditur aer,
Imaque telluris ventos, tractusque coruscos
Flammarum accipiunt: Nubes excedit Olympus
Lege Deûm: mimimas rerum discordia turbat:
Pacem summa tenent.

Claudianus de Mall. Theodori Consul. vers. 206.

Nec tot molimina rerum
Aut tantum turbavit onus. Sed ut altus Olympi
Vertex, qui spatio ventos, hyemesque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube serenum,
Celsior exurgit pluviis, auditque ruentes
Sub pedibus nimbos & rauca tonitrua calcat.

Vide Barthium ad illud Stat. Theb. 2. vers. 35.

Stat sublimis apex, ventosque imbresque serenus
Despicit, & tantum fessis incidit astris.

Apollonii Scholiastes sex montes hujus nominis enumerat, alii quatuor. Item Cyri Ἀκρώρεια quædam *Olympus* vocabatur. Vide Is Ferrarium.

Olynthus, urbs Macedoniæ, seu Thraciæ, cui à Xenophonte attribuitur, quondam maxima, inter Athon mont. & Pallenen

lenen urb. à Mecybernâ op. 20. ſtad. teſte Suidâ, in Sithoniâ reg. *Rebus omnibus aucta & ornata*, quemadmodum de eâ in tertiâ Verrinâ ſcripſit Cicero; quam cum Philippus Macedonum rex obſideret, nec tamen vi capere poſſet, ejus cuſtodes auro corrupit, atque hoc modo ſuæ ditioni adjecit. Poſtea vero ab Athenienſibus deleta fertur: quamvis non deſint, qui a Philippo everſam tradant, cum ad ipſum quidam dixiſſet, Ἀλλ' ἐκ ἂν οἰκῆσαί γε πόλιν ἐκεῖνος δύναιτο πλικαύτην. Idemque de ira dicendum eſſe, Plutarchus addit, quæ ſubvertere quidem, perdere, ac diruere poſſet, erigere vero ac ſtruere minimè. Lib. de cohib. ira.

Olyras, flu. prope Thermopylas, quem fabulantur conatum eſſe Herculis rogum extinguere. Strab. lib. 9.

Olyſſippo, *Ulyſſippo* Melæ, *Olios Hippon* Ptolemæo, urbs maxima Luſitaniæ regia, emporium, & archiepiſc. 7. collibus, ut Roma, conſtans, ad Tagum flu. oſtiis ipſius vicina. Vulgò *Lisbon.* Ab eâ *Olyſſipponenſe promont.* vulgò *Capo di Spichel.* Erat autem municipium Romanorum. Vide Plin. 4. 22. Fruſtra ab *Ulyſſe* deducitur, cum ſit Phœnicium עלי עבא *aliſſubbo*, i. e. *amœnus ſinus*, In ſinu ſitam eſſe Mela obſervat. *Sinus*, inquit, *interſunt, & eſt in proximo Salacia, in altero Ulyſſippo, & Tagi oſtium.* Et ſinum illum eſſe amœniſſimum ſcribunt recentiores. Boch. Vide Mercatorem & alios. Long. 11. 00. Lat. 35. 50.

Omana, urbs Felicis Arabiæ. Steph. *Omanum* Ptolemæo, cui pop. *Omanitæ* dicuntur. Plinio verò *Omani* ſunt. *Omanagda* hodie Moletio.

Ombrici, pop. Illyrici, quos Peucerus *Crabaten* indigitat, qui potius ſunt in eâ reg. quæ *Crabaten* appellatur, & multos alios populos complectitur. Ex quâ reg. Capris & Alpis flu. in Iſtrum fluunt, teſte Herod. *Ombrici*, teſte Stephano, pop. Italiæ fuere ad ſin. Adriaticum incolentes, ubi Padus fubit mare, qui & *Ombri* Italis, apud quos etiam flu. quidam *Ombrius* nominatur, diverſus ab *Ombrone.* Ferrarius.

Ombrios, una ex inſ. Fortunatis. Plin. 6. 36. *Iſola di ferro* quibuſdam, *Porto Santo* vocatur Nigro, cui *Aproſitos* Ptolemæi eſſe videtur.

Omole, vel *Homole*, Theſſaliæ mons, Steph. Et Thraciæ urbs Apollonii Scholiaſtæ. Ejus mem. Theocritus in *Thalyſiis*:

Τόν μοι Παν, Ὀμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας.

Vide ſis ibi Scholiaſten. Virg. Æn. 7.

Ceu duo Nubigenæ, cum vertice montis ab alto
Deſcendunt Centauri, Omolen, Othrynque nivalem
Linquentes curſu rapido, dat euntibus ingens
Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.

Onæum, *Oenæum* Livio promont. & op. Dalmatiæ, inter Epetium ad occ. & Epidaurum ad ort. apud oſt. Naronis flu. *Cabo Cumano* Sophiano, aliis *Cabo Loviſcha* dicitur.

Oncæ, portæ Thebarum, Nam *Onca* ſecundum Phœnices, Minerva eſt. Steph. Nonnus Dionyſ. lib. 44.

Λαΐνου Ὀγκαίης ἐλελίζετο βωμὸν Ἀθώνης
Ὃν πόλις Κάδμου ἔδμωεν.

Qui de *Oncâ* plura volet, legat aureum Seldeni libellum de Diis Syris. Syntag. 2. cap. 4. Mihi monuiſſe ſufficiet, Deam bellorum Præſidem Ὄγκαν vocaſſe Phœnices, à verbo אגה *aggah*, quod Syris eſt *movere bellum*; proinde pro *Onca* nonnulli Ὄγγαν *Ongan*, vel *Oggan* ſcribunt. Heſychius Ὄγγα Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις. Bochartus.

Oncheſmus, Epiri portus. Ptol. *Santi Quaranta* Sophiano. *Onchimus* vocatur Straboni. *Echinus* Plinii eſſe vult Villanovanus.

Oncheſtus, Bœotiæ urbs, non procul à lacu Copaide. Strab. & Pauſ. condita putatur ab *Oncheſto* heroe Bœoto, Neptuni filio, & ab eo nomen accepiſſe. Ejus mem. Hom. in Catalogo:

Ὄγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἄγλαον ἄλσος.

Ubi Schol. Τόπος Βοιωτίας ἱερὸς Ποσειδῶνος. Εἰρηται δὲ ἀπὸ Ὀγχήστου τοῦ Βοιωτοῦ. Idem Homerus λεχεποίην, h. e. *herboſum* vocat Hymno in Mercurium. Eſt & palus juxta Thebas, teſte Æliano, & flu. apud Mycaleſſum, teſte Polybio. Statius lib. 7. Theb.

——*Neptunia proles*
Oncheſti quos pinigeris Mycaleſſus in agris,

Onoba, civitas inter ſacrum promont. & Herculeas columPlin. 3. 1. Mela lib. 3. Strab. l. 3. vide ſis ibi Caſaubonum, & Bochart. de Phœn. Col. lib. 1. cap. 34. & Voſſium ad Melam, pag. 226.

Onobala, amnis Sieiliæ, de quo ſic Vir magnus de Ph. Col. lib 1. cap. 28. Prope Tauromenium, inquit, eſt amnis Tauromenius, quem Appianus appellat *Onobalem.* Παρέπλει, inquit, ὁ ποταμὸν ὁ Ὀνοβάλαν, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ ἀφιδρύσατο εἰς τὴν Ἀρχηγέτιν, ἀξιῶν ὁ θεὸν, ὡς χάεσκε θυσιῶν ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἀπαπεφάσκειν τῶν Ταυρομενίων. Veneris fanum intelligit, de quo in Vaticanâ Proverbiorum appendice ex emendatione Cluverii: Τέτρα Ναξιακὰ, Τέτρα Σικελοὶ λέγουσι τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα. Ἦν δὲ ἐν Σικελικῇ Νάξῳ τέμενος ὀπθυμάσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα αἰδοῖα ἀνέκειτο. Naxus hic idem eſt, quod Tauromenium, quam condiderunt, qui è Naxiis erant reliqui. Unde Plinius: *Colonia Tauromenium quæ antea Naxos.* Et Solinus; *Colonia Tauromenia, quam priſci Naxum vocabant.* Itaque in his Nonii; *Et ſunt gerræ faſcini, qui ſic in Naxo inſulâ Veneris ab incolis appellantur:* errore manifeſto Naxo inſulæ, uni Cycladum, id tribuitur, quod Naxi Siculæ proprium erat. Nam præter proverbiorum authorem, quem citavimus, Heſychius etiam, & Phavorinus, & author Etymologici, Τέτρα παρὰ Σικελοῖς dici ſcribunt τὰ γυναικεῖα, καὶ ἀνδρεῖα αἰδοῖα. Niſi quod Etymologus ſolum habet, τὰ γυναικεῖα. Atque hinc colligere eſt, cur Tauromenius amnis alio nomine vocetur *Onobalas*, nempe propter αἰδοῖα, & faſcina, quæ pendebant à templo Veneris ad illius oſtium extructo. Arabicè enim hodieque עובלה *Onbala* muliebre pudendum eſt, vel ut preſſius loquar, id ipſum quod Samiis νύμφη, aliis κλεῖσις & μύστον. Bochartus.

Ophir, ſig. *cinerem*, ſeu *incinerationem*, aut rectius *cineream*, ac *pulverulentam terram*, Ebraicè אופיר. Eſtque nomen reg. & terræ ſic dict. ab *Ophir* filio Jectanis, nepote Eberi ex Gen. cap. 10. verſ. 29. utpote qui cum fratre ſuo Havilah hanc terram occupavit, ibidemque factâ linguarum confuſione, & variâ populorum migratione, ſedem poſuit. Ut igitur India (ea ſc. quæ intra Gangem) etiam dicta eſt Havilah: ita ab Ophiro quoque altera Indiæ pars (quæ eſt extra Gangem) nomen eſt ſortita, & dicta eſt *Ophir.* Ita enim tunc moris erat, ut quas quis terras primus occupaſſet, eas pro ſe, ſuiſque poſteris poſſideret, atque iis nomina daret. Id quod totidem verbis nobis inculcat Hieronymus de Loc. Ebr. *Fuit unus de poſteris Eber, nomine Ophir, ex cujus ſtirpe venientes à flu. Cophene uſque ad regionem Indiæ, quæ vocatur Serie, habitaſſe refert Joſephus.* Joſephus Acoſta arbitratur, quod quemadmodum noſtri homines Indiam vocant quamcunque longius diſſitam regionem, ſub eâque Americam, Mexico, Chinam, & Braſiliam comprehendunt: Ita quoque in ſcripturâ nomine *Ophir* & nomine *Tharſis* notari terram, aut locum quemlibet remotum arbitratur. Non videtur longè recedere ab hâc opinione Jo. Gorop. Becanus. Optimo jure, inquit, Atlanticus orbis Ophir dictus eſt, quo non aliud in Japeti, cujus Atlas nepos fuit, linguâ denotatur quam id quod *Ultra* jacet. Et tane multis difficultatibus ſatisfieri poſſet, ſi hæc teneatur opinio. Sive enim in Americam, ſive in Africam, ſive in Sianam Indicam excurriſſet Solomonis claſſis, ſemper tamen in *Ophir*, i. e. in remotam provinciam iviſſe dici poteſt. Attamen ex ſequentibus manifeſtum fiet, quòd Ophir propriè hic accipiatur, notetque certam iſtam Indiæ Orientalis partem, quam diximus. Quis enim Solomonis claſſem in incertum evagatam eſſe, & certum ſibi terminum præfixum non habuiſſe credet? Neque ullus vel in ſacrâ, vel profanâ hiſtoriâ locus eſt, in quo Ophir incertum aliquem terræ tractum ſignificet. Neque eadem ratio denominationis in *Indiâ* & *Ophir* eſt. Nam Hiſpani & eorum more nos Angli quoque Indiam vocamus utramque Orientalem & Occidentalem *Eaſt and Weſt Indies*; ſed falſò & impropriè. Cum vera *India* Aſiæ reg. ſit ab inſigniori flu. *Indo* nominata. Hoc itaque poſito quod Ophir certum quendam locum ſignificet, quis autem & ubi terrarum ſit, porro eſt diſpiciendum.

I. Primus hic Autorum cenſus eſt, qui Ophir Solomonæam in Africâ ponunt. Et ii quidem iterum in 4 claſſes diſcinduntur, quarum aliqui in Cuſpide Meridionali, aliqui in umbilico Mediterraneo, aliqui in medio litorali ad Ægyptum, aliqui denique in Fronte Africæ minoris ad confinia Numidiæ ſolicitè *Ophiram* indigitant. Primi igitur opinantur Ophir eſſe *Melinden*, ſeu *regnum Melindanum*, ut Bartholdus Nihuſius in Tract. Chorogr. quod in potentiſſimâ & litorali reg. *Zangibar*, præ aliis regnis præcellit, & avorum noſtrorum memoriâ humaniſſimos & erga exteros benevolos Reges habuit, hodieque Luſitanorum mercatorum frequentiâ admodum celebratur. In eo metropolis & ſedes regia *Melinda* ſita fere ſub Circulo Æquinoctiali, quæ cum ſuâ vicinâ *Quiloa* ditiſſimarum aurifodinarum plena eſt, uti Joanni Regi Luſitanorum nunciavit Petrus Covillanius, primus Abyſſinorum & Indicorum emporiorum luſtrator apud Jo. Petr. Maffæum H. Indic. lib. 1. Secundi, citante Cornelio à Lapide in Hierem. 10. Ophir eſſe Angolam in Æthiopiâ arbitrantur, quia Joſephus dicat claſſem Solomonis præter aurum etiam Æthiopica mancipia advexiſſe; Eſt autem iſta Angola ſub ipſo Circ. Æquinoct. ad flu. *Onchu*, in Nilum ſe exonerantem. Tertii longius progrediuntur, & ad *Zophalam* conuſlunt, ibique Ophiram ſtatuunt, ut Volaterranus, Stuckius & plurimi Luſitanorum apud Lud. Venetum in deſcript. Navig. Indic. Eſt autem ea *Zaphala*, aliàs *Cefala*, ſub imâ Africâ ad Oceanum Ægyptiacum ſita, non procul à Trop. Capric. auri fodinis

risodinis prænobilis terra, ex quâ à Lusitanis magna auri copia transportatur. Quarto pro Ophirâ locum aliqui ex R. D. Kimchi aliorumque, qui Latinum Interpr. avidius quam decet, sequuntur, opinione assignant in Africa *Carthaginem*, eo potissimum fundamento ducti, quia *Tarshish* & *Ophir* hic conjungi videntur, tanquam nomina ejusdem reg. *Tharsis* in multis scripturæ locis vertitur à Vulgato, & intelligitur quoque ab Hieronymo *Carthago*. Sed hæc sententia plane repudianda est. Nam *Primo*, ut ὕστερον πρότερον faciam, quo minus credam Carthaginem esse Ophiram, aut Tharsis, hæc immota sunt fundamenta. 1. Quia tempore Solomonis Carthago nondum erat in rerum naturâ, utpote quæ demum annis post Solomonem centum & ultra est ædificata. 2. Portus Solomonis navigationis non Joppe fuit, ex quo versus Ægyptum & Numidiam facilis fuisset in mari Mediterraneo in regnum Carthaginensium expeditio; sed Esiongeber in lit. Rubri maris, ex quo in mari Indico Æthiopico & Atlantico superato *Capite Bonæ Spei*, incredibilis, & planè dispendiosa videtur navigatio. *Secundò*, Quantum ad *Angolam* Æthiopicam spectat, illa Ophir esse non potest, quia non maritima, sed mediterranea ora est, neque ita dives auro, quam aliis metallis, imprimis autem ære. Imò in Josepho nihil de mancipiis Æthiopibus invenio quod ea classe Solomonæa sint advecta, ut alias diffiteri nolimus, quod Solomoni tantopere ob divitias & magnificentiam celebrato undequaque dona allata, & sic forte etiam ex Æthiopiâ tales vernæ dono mitti potuerint: sed istâc navigatione asportatos esse nullibi legitur. Deinde quod *Zophala* aut *Melinde* Ophiræ titulo non veniant, ex his conficitur rationibus. Nam primò *Melinde* & *Zophala* viciniores sunt portui Arabico, quam ut triennalem navigationem requirerent. Sanè Covillanus Lusitanicus horum locorum explorator in Melindes & Zophalæ loca excurrit, & inde reversus est Dairum in semestri anni spatio, quum hujus pelagi non admodum gnarus esset. Secundò, Quæ regio nullos pavones gignit, nullum gemmarum pretiosarum genus, nullumque argentum habet, ea non potest esse Ophir Solomonis. Atqui Zophala, & Melinde nullas gemmas, nullum argentum habent, quod habet Varer. in Com. suo Topogr. lit. cap. 8. Ergo.

II. Novus nunc adeundus Orbis est, cum iis, qui Ophiram nostram ex orbe veteribus cognito versus occidentem in *Americam* transportant. Hi in tres abeunt sententias. Primi ponunt in *Hispaniolâ*, secundi in *Peru*, tertii in *Peruanâ* & *Mexicana* ditione simul conjunctâ. Primò, in *Hispaniolâ* eam ponunt Genebrardus ad A. M. 3150. & Vatablus ad 3 Reg. 9. Et sanè Chr. Columbus cum hanc terram primo patefecit, sæpe dicere solitus est, se Ophir Solomonis invenisse, teste Petro Martyre. Secundò, in *Peru* ponunt Ben. Arias Montanus, Jo. Goropius Becanus, & M. Marinus Brixianus de Arca Noe in voce *Ophir*, & plures alii. Tertiò, conjunctim in Peru & Mexico collocant Malvenda, & Gregor. Garcias; Quibus quoque *Quarta* posset recenseri non neminis sententia, qui in insulis Solomonis ad novam Guineam sitis Ophiram esse sitam asserit. Hæc quoque sententia stare non potest. Et quo minus posset, istud unicuique æquo rerum æstimatori cogitandum relinquo, viz. Nunquid consentaneum sit, Solomonem ex mari Rubro (ibi enim navigium ejus solvit) relictâ Indiâ orientali, viciniori ac notiori, multoque rerum pretiosarum fertiliori, atque minus periculosâ aditu, immenso circuitu navigationem facere ad novam reg. Amer. Peruensem, præsertim cum ad eam reg. ex Joppe vel alio portu Maris Medit. per fretum Gaditanum multo breviori, faciliori & magis usitatâ navigatione pervenire potuisset? Porro quare Solomon ex remotis adeo oris peteret, quod viciniores affatim suppeditabant?

III. Relictâ itaque Americâ, saniores Geographi & interpretes in eo conveniunt, quod Ophir Asiæ aliqua & Orientalis plaga mundi sit, in proprio tamen ejus situ signando in varias scinduntur partes. 1. Primo autem eam in *Urphen* aliqui collocant, insula sc. in mari Rubro sitâ; Additque Bochartus Οὐφρὴ esse fœmininum Arabicum ex אופר quasi *Terram ditissimam* dicas; tradit insuper jam tum Solomonis parentem Davidem naves eò misisse petitum aurum apud Euseb. Evang. 9. 4. putat denique ex cognatione nominis *Urphen* dictam esse *Ophir*. At præterquam quod cognatio nominalis non sit genuina, neque tam difficilis, neque tam longa, neque tam sumptuosa ea fuisset navigatio, si ad vicinam insulam in Rubro mari itum fuisset. Quid quod ea *Urphen* vel nihil vel parum rei mercatoriæ contineat, atque producat. 2. Secundò, alii eam ad imam Persiam in regno *Ormuz* transferunt, quia & vicinum, & auri prægnans est. Cæterum hæc loca propiora sunt quam ut expeditionem triennalem requirant; & quanquam ibi multum auri & margaritarum, tanta tamen ubertas & pretiositas earum rerum non est, quanta in reliquis Indiæ provinciis. Ut ut igitur huc venisse dicatur classis aurifera, ulterius tamen progressa non negatur. 3. Tertiò, non procul ab hoc recedit Geo. Hornius Obs. ad Sulp. Severum qui ex H. Grotio opinatur esse *Aphar*. *Cogitemus*, inquit, *an forte non in Indiam usque iverint naves Phœnissæ & Judaicæ, sed ad opidum adsitum sinui Arabico, quà is ad Oceanum spectat, quod* Aphar *vocat Arrianus, Plinius* Saphar, *Ptolemeus* Saphora, *Stephanus* Saphirinam, *ut Indi nempe suas res huc tulerint, inde autem petierint longius ab Indiâ absiti.* Atqui vel ipso Hornio arbitro *Aphar*, quod opidi nomen est, non potest esse *Ophir*, quæ totam regionem complectitur. 4. Quarto, Bochartus refert ad Zeilam, seu Taprobanem in quâ portus Hipporus, quem Phœnices & Græci appellarunt *Ophir*. Eum ut plenius intelligas, ita habe. Duplicem terram Ophir facit Vir magnus; Unam in Arabiâ prope Sabæos, alteram in Indiâ. Illam fuisse *Cessaniin* Ptolemæi, & Stephani, cujus incolas Diodorus *Gasandes* & Agatharchides *Casandos* vocat. Hanc vocat Davidis Ophiram, ex quâ Rex ille tot pondo auri acceperit. 1 Chron. 29. ‖Alteram in Indiâ ponit sc. in Taprobane, vulgò Zeilan, & eam Solomonis Ophiram esse statuit. 5. Quinto, Maffæus censet Ophir esse Indiam extra Gangem, ad urb. quæ Ptolemæo dicatur *Triglypton*: hodie autem vocetur *Pegu*, cum quia ibi copia auri & argenti maxima, tum quia ex Bomferri, ex Familiâ Franciscanâ Sacerdotis, natione Galli, literis constet, quòd Pegusii originem suam à Judæis exulibus ducant, qui à Solomone damnati ad Ophirinas aurifodinas, hæc loca primum tenuerint. 6. Sextò, Alii ad Malacam referunt, Regionem Indiæ Gangeticæ maritimam, quæ potentissima, & opulentissima fere omnium est, ominumque rerum ad Solomonem allatarum apprime dives. 7. Septimò, Jo. Tzetzes Ophiræ situm assignat insulæ Sumatræ, quæ profert aurum & argentum & marmor testudini simile, gemmas præterea & margaritas præcipuæ bonitatis. 8. Octavò, audiendus quoque est Josephus. Ant. lib. 1. cap. 2. qui Ophiram vocat Chersonesum Auream, seu Auream Terram, quem sequuntur Theodoretus & Procopius. 9. Denique Lipenius ex quo hæc desumuntur, sicut Ophiram in Indiâ Orientali statuit, ita putat ejus quantitatem & situm non ita esse in unâ vel alterâ insulâ, aut regione coarctandum, ut vel sola Sumatra, vel sola Pegu, vel alia aliqua insula orient. sit, sed extendenda potius hæc Aurea Chersonesus sit, & constituenda cum ampliatione quâdam in Sumatrâ, Malaca, Sian, Pegu, Bengalâ, aliisque conterminis ac finitimis insulis, & continentibus terris, quas omnes Ophiri Jectanici nepotes longâ serie nati oppleverunt & habitaverunt. Σωφεῖρ dicitur Origeni in Job 22. 24. Sic enim ille Φασὶ δέ τινες τῶν ἑρμηνευτῶν τὸ Σωφεῖρ τὸ Ἀφεικλὼ εἶναι. *Sophir*, i. e. *Ophir*: Ita legitur in Græcâ versione, S. repetito perperam ex τῶ Ὠφεῖρ. Σωφὴρ vero Hesychio, cui χῶρος dicitur ἐν ᾗ ὁι πολύτιμοι λίθοι καὶ ὁ χρυσὸς ἐν Ἰνδίᾳ.

Ophis, flu. Cappadociæ in Pontum Euxinum defluens. Arrian. Stuckius eum Opharum putat, quem Plin. in Lagoum amnem se exonerare scribit.

Ophiusa, inf. in mari Balearico, Ptol. ex duabus Pityusis minor (nam major Ebusus dicitur) propter *serpentum* copiam inculta, inde & *Colubraria* Latinis dicta. Rhodus quoque inf. sic olim vocabatur. *Strab. lib. 14. Vide Stephanum in Βέσβικος, Κύθνος, Λιβύη, Ῥόδος, Τλῶος, & Τύρας. Item insula non procul à Cretâ. Plin. 4. 12. Item urbs Mysiæ. Val. Flaccus lib. 6.

———*Gelidis pollens Ophiusa venenis.*

Opici, pop. Campaniæ, qui postea *Ausonii*, teste Aristotele dicti sunt, juxta Tyrrhenum mare incolentes, & in Latium novum etiam extensi. A linguarum colluvie sic dicti, sive à serpentibus, ut Stephano placet, quasi *Ophicos* dicas. Cæterum *Opicum*, teste Festo, pro *Osco* ponitur & *sordidum, immundum*, aut *obscœnum* fig. Juv. Sat. 3.

———*Divina Opici rodebant carmina mures.*

Id est, fœdi, & putidi. Idem Sat. 6.

Nec curanda viris Opicæ castigat amicæ
Verba.———

Id est, quæ non Latinè loqueretur, sed Opicè, hoc est barbarè. Plin. 29. 1. sub Catonis personâ. *Nos quoque dictitant barbaros, & spurcius nos quam alios Opicos appellatione fœdant.* Vide Cluver. Ital. Ant. 3. 9.

Opitergium, Carnorum op. inter Cenetam & mare Adriaticum, nunc *Oderzo*, vel *Uderzo* & *Ovederzo* dictum. Ptolemæus. Οὐενετίας δὲ μεσόγειοι πόλεις, Βγῶνον, Ἀκυλον, Ὀπιτέργιον, Ἄλτινον. Tacitus Hist. lib. 3. *Primus ac Varus occupantes Aquileiæ proxima quæque, & Opitergii & Altini lætis animis accipiuntur.* Am. Marc. lib. 29. *Obsessa à Quadis ac Marcomannis Aquileia diu, Opitergiumque excisum.* Corruptissimè apud Strabonem lib. 5. ὀπίτεργον & Ὀρδία legitur pro Ὀπιτέργιον, & Κυνοχορδία. Populi *Opitergini*. Lucan. lib. 4.

Hic Opiterginis moles onerata colonis
Constitit. Long. 34. 10. Lat. 45. 30.

Opidum

Opidum novum, *Rabach*, teſte Nigro, urbs Mauritan. Tingitaniæ mediter. inter Tingri 62. & Volubilim colon. 74. m. p. ex Itin. Anton. Long. 16. 00. Lat. 32. 40.

Opidum novum alterum, ſed apud Ptol. *Oppidon* tertiæ inflexionis, *Mezuna*, teſte Marmolio, colon. & urbs Maurit. Cæſar. mediter. à Rufuccurro 86. m. p. introrſum, à Tigaudâ 32. à Vagis 72. olim ex primis. Eſt & *Oppidum*, urbs Epiſcop. Brutiorum in Calabriâ ulter. ſub Arch. Rheginô. *Oppido* etiam vulgò dicitur.

Opus, *puntis*, civitas Locrorum Epicnemidiorum, non procul ab Aſopo fluvio. Ovid. Ponticorum lib. 1. eleg. 4.

Cæde puer factâ Patroclus Opunta reliquit.

Hinc *Opuntius*, ut *ſinus Opuntius* in Ægæo. Et *Opuntii* pop. Phocenſibus Bœotis finitimi. Ab *Opoente* quodam Eleo dictam volunt. Dicitur etiam *Opois*, teſte Vadiano. Sic Orpheus in Argon. paſſim Ὀπόεις Ὀπόεσσ᾽ extulit, quæ vox vel *ſucculentum*, vel *foraminoſum* ſig. Long. 49. 10. Lat. 39. 30.

Orcades, inſ. maris Germanici, Scotiæ adjacentes, inter illam & Norvegiam, numero 40. Plinio; 30. vero Pomponio, ab Hebudibus 5. dierum navigatione in ort. diſtantes. Magnæ Britanniæ regi parent. *Orkney* Camdeno. Juven. Sat. 2.

——Arma quidem ultra
Littora Juvernæ promovimus, & modo captas
Orcadas, ac minimâ contentos nocte Britannos.

Claudianus, citante Ferrario:

Orcades; incaluit Pictorum ſanguine Thule.

Orcelis, vulgò *Horiguela*, teſte Cluſio, *Orihuela* aliis, urbs Hiſp. Tar. ad Taderum flu. Ptol. Long. 20. 28. Lat. 38. 30.

Orchæ, Babyloniorum urbs. Ptol. *Urchao* aliis dicitur. *Ur Chaldæorum* in ſacris literis, patria Abrahami.

Orchalis, tumulus Bœotiæ in finibus Haliarti ad Heliconem vergentibus, qui poſtea *Alopecos* dictus fuit. Plut. in Lyſandro.

Orchomenus, ſive *Orchomenum*, op. geminum; unum Bœotiæ inter Theſpiam & Coroneam proximas urbes, adhuc *Orchomeno* dictum: ubi templum Charitibus, h. e. Gratiis dicatum erat: olim ditiſſimum, ac potentiſſimum cui Thebani tributa pendebant. Hujus ſolum à talpis ferme evertebatur, authore Plinio. Alterum in Arcadiâ inter paluſtria & paludoſa loca, Mantineæ urbi proximum. Eſt & *Orchomenus* flu. Theſſaliæ. *Minyeius* ante, poſtea *Minterius* dictus, teſte Strabone, cum op. cognomine. Hom. Iliad. β.

Ὅι ῥ᾽ Ἀσπληδόνα ναῖον, ἰδ᾽ Ὀρχόμενον Μινύειον.

Ubi Schol. Τὸν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ λέγει Ὀρχόμενον, ἢ ὑπὸ Μινύᾳ βασιλευθέντα, ἢ ὀνομασθέντα ἀπὸ Ὀρχομενοῦ τοῦ Διὸς υἱοῦ, ἢ Ἑρμίππης τῆς Βοιωτοῦ. Παραφέρει αὐτὸν πολεμοῦς Μινύας, ἀφ᾽ ὧν Μινύαι ἐκλήθησαν οἱ τὴν χώραν κατοικήσαντες. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ὀρχομενὸς ἡ Ἀρκαδίας, ὃν πολύμηλον φησὶν ὁ Ποιητής, καὶ ἕτερος ἡ Θεσσαλίας. Ovid. Met. 6.

Orchomenoſque ferax, & nobilis ære Corinthus.

Stat. Theb. lib. 4.

Dives & Orchomenos pecorum, & Cynoſura ferarum.

Heſychius: Ὀρχόμενος, πόλις Βοιωτίας, ἣν Μινύειον ἐκάλουν. *Orcus* Theſſaliæ flu. è Stygiâ palude profluens aquis adeo pinguibus, ut Peneo fluvio, in quem illabitur, olei in modum ſupernatet. Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Orcus inferorum fluvius eſſe dicatur, cujus apud Deos ſanctiſſimum ſemper habitum ſit juramentum. Apud Heſiodum vulgò legas Ὄρκον πυνθάνῃαι. Ubi Interpp. *Perjurium vindicantes.* Quis vero unquam audivit ὅρκον eſſe perjurium; Sane in MS. (notante Græv.) legitur. Ὄρκον γὰρ ὀνόμηνον. *Orcum natum.* Et ſic legiſſe videtur Virg. Geo. 1.

——quinctam fuge; pallidus Orcus
Eumenideſque ſatæ.——

Ubi Servius: *Heſiodus Orcum quinctâ Lunâ dicit natum.* Ex Celſo quoque tradit Orcum eſſe jurisjurandi Deum, pallidum dictum, quia jurantes trepidatione palleſcant. Apud Orcum enim defunctas animas jurare, ne quid ſuos, quos in vitâ reliquerunt, contra fas adjuvent. *Orcus* autem Latinis eſt Pluto, ſummus inferorum Deus. Cic. in Verr. *Ut alter Orcus venuſſe Ætnam, & non Proſerpinam, ſed ipſam Cererem rapuiſſe videatur*, hoc eſt, alter Pluto. Plautus. *Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiſerit.* Nonnullis tamen Charon eſt Gloſſæ Philoxeni. *Orcus* Χάρων. Quin & Sil. Italicus Cerberum *Orcum* vocat:

——Illatrat jejunis faucibus Orcus,
Armenti quondam cuſtos immanis Iberi.

Ut veteres videantur omnibus inferis tribuiſſe nomen *Orci*, quod à Græcis illos accepiſſe certum eſt, qui Ὄρκον vocarunt ſepulchrum, ut benè obſervat maximus Scaliger ad Varronem ex Menandro. Vide Grævium ad Heſiod. pag. 91.

Ordovicæ, pop. Albionis in orâ ad ort. quorum urbs Bervicum *Barwick*, in Scotiæ Angliæque confin. teſte Hect. Boethio.

Ordovices, pop. fuere Albionis, ubi nunc Wallia Borealis, teſte Camdeno & aliis. Terminabantur autem ab Oriente Cornaviis, à merid. Demetis; ab occ. autem & Bor. mari Hibernico.

Oreſtia, urbs Oreſtis, in monte ſupra Macedoniam eminente, in quâ natus eſt Ptolemæus Lagi filius, primus Ægypti rex. Alia eſt Arcadiæ. Steph.

Oreſtes portus, apud Plinium eſt in orâ Calabriæ ulter. *Porto Ravaglioſo*, teſte Barrio. Item regio Macedoniæ. Ptol. (& op. ejuſdem reg. Livio) quæ *Oreſtias* Straboni, in quâ Amantia op. Ptol. quod *Oreſtia* Stephano, & *Oreſtis* Livio dicitur, cujus populi *Oreſtæ*. Plin.

Oretæ, pop. Sarm. Aſianæ ad mare Euxinum, inter Cercetios, & Achæos incolentes: Dionyſius:

——Καὶ οἱ πόλις Εὐξείνοιο
Κρηνοί τ᾽ Ὀρῄ τε καὶ ἀλκήεντες Ἀχαιοί.

Ita vulgò quidem locus iſte legitur. Atqui *Oretarum* nomen alibi, ni fallor, non invenitur. *Toretas* hic locat Plinius Cercetiis propinquos, in promontorio quodam, quod etiam *Toreticum* Ptolemæus vocat. Stephano quoque Τορεῖον ἔθνος Ποντικὸν dicitur. Eadem etiam gens eſſe videtur quos *Toreatas* nominat Mela, ſed Mæoticæ, non Ponticæ, oræ incolas, quos etiam Mæoticis gentibus annumerat Strabo lib. 11. ut dubitari poſſit, an utrumque mare eorum fines attigerint, an à Mæotide ad Pontum demigrarint. Extra dubium vero eſt, (inquit Montanus) hic legendum eſſe Κρηνοί Τορεῖ τε, quamvis Euſtathius Ὀρεῖ legerit.

Oretani, pop. Hiſp. Tarraconenſis, quorum regio *La Mancha* in regno Caſtellæ novæ. Plinius eos *Germanos* cognominat. Eorum urbs Ptolemæo *Oretum Germanicum* vocatur. *Calatrava* hodie, teſte Cluſio. *Oreto* vero Morali, ab Almagro (ex ruinis Oreti extructo, vel aucto, ut Vetus Inſcriptio indicat) 4. leuc. recedens apud Anam flu. Long. 16. 30. Lat. 39. 15.

Orethus, flu. Siciliæ apud Panormum, *Fiume della Muraglia* Leandro. Victoriâ Metelli adverſus Haſdrubalem Carthaginienſem memorabilis.

Oreum, Eubœæ inf. urbs Plin. *Horæus* Ptolemæo vocatur. Pauſanias tradit eam quoque *Iſtiæam* vocatam. Thucydides *Heſtiæam* legit. Camerarius in ſuis Homericis Commentariis dicit eam prius *Talentiam* dictam. Stephanus *Hiſtiæam* ſcribit, & ſuo tempore Oropum nuncupatum addit. *L'Oreo* hodie Sophiano.

Organa, inſ. Arab. fel. in orâ, & in mari Arabico, extra fauces ſin. Perſici, & extra trajectum ex eâ in Carmaniam. Nunc *Muzira* dicitur; eſtque oblonga. Vix 30. m. p. diſtat ab ora Arabiæ, 140. à Corodamo promont. in Africum, & 300. ab Armuziâ in merid.

Orge, *Sulgas* Straboni, *La Sorgue*, teſte Jo. Poldo, fons & fluviolus Gall. Narbon. in provinciâ in Druentiam apud Cabillionem urb. influens. *Sorge* legendum apud Plinium videtur, de quo vide mirum apud illum lib. 18. cap. 22. Nam in eo herbæ quædam naſcuntur, quas boves avidè capite in aquam merſo decerpunt & edunt.

Orgelium, *Orgia* Ptol. *Orgella* Lib. Concil. & *Urgella*, urbs Hiſp. citer. in Catalaunià ad mont. Pyrenæorum radices. Ortelius illam in Arragoniâ collocat. Pop. *Orgelitani*, & *Urgellenſes*. Long. 27. 10. Lat. 43. 50.

Orgia, Hiſp. Tar. urbs, in fin. Oretanorum, à Toleto 28. leuc. Murciam verſus, *Alcaraz* Wernero; Aliis *Orgaz*, op. amplum Toleto finitimum, ab eo 5. leuc. Oretum verſus quod verisimilius videtur. Long. 17. 00. Lat. 39. 55.

Oricum, vel *Oricus*, *Orco* hodie, teſte Nigro, op. Epiri maritimum, inter Acroceraunia ad Auſt. & Aulonem urb. Macedoniæ ad Bor. à Brunduſio 58. m. p. quot à Japygio promont. Salentinorum. Dionyſius verſ. 399.

Ὠκυάλῳ δ᾽ ὑπὲρ αἶαν, ἰερείδῃ Ἑλλάδος ἀρχὴ
Πολλὸν ἀνερχομένῳ, δίζῃ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ,
Αἰγαίῃ, Σικελῇ τ᾽.——

Prop. 1. 8.

Ut te felici vectam per cærula remo
Accipiat placidis Oricos æquoribus.

Lucanus lib. 3. verſ. 187.

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon.

Ubi *Dardaniam* vocat ab Heleno & Andromache Dardanis ibi regnantibus. Hecatæus apud Stephanum Μετὰ δὲ Βάθρωτος πόλις, μετὰ δὲ Ὠρικὸς λιμήν. Plin. 2. 89. *Epidaurus & Oricum inſulæ eſſe deſierunt.* Horat. Carm. 3. Od. 7.

Ille Notis actus ad Oricum.

Hic *Oricus* mons, teſte Polybio, ubi *Oricia terebinthus.* Virg. Æn. 10.

Incluſum buxo, aut Oriciâ terebintho.

Ubi Servius: *Oricos civitas eſt Epiri, juxta quam naſcitur Terebinthus, nigrum lignum habens folia, in buxi ſpeciem.* Inde Prop. lib. 3.

Sed

Sed Thyæ thalamo, aut Oriciâ terebintho.

Ormuzium. Vide *Armuzia.*

Orolaunum, Gall. Belg. op. in duc. Lucemburgenſi. Anton. Vulgo *Arlun*, quaſi *Aram Lunæ* dicas. Long. 27. 15. Lat. 49. 45.

Oromanſaci, pop. Belgii inter Morinos, Geſſoriaco proximi, in Picardiæ, Arteſiæ, Flandriæque confin. ubi Audomarum urbs, *Guiſnes* & *Ardres* opida ſunt.

Oromedon, mons Co inſulæ altiſſimus. Theocrit. Idyl. 7.

Ἶπν ἐρέᾳς κορυφᾶ τελέσαι δ᾽μον Ὠρομέδοντ⊙.

Ubi Caſaubonus: *Probo eam interpretationem, quæ Oromedontem eſſe montis nomen ſtatuit. Videtur enim mons ille à Gigante ibi occiſo & obruto ſic eſſe dictus.* Sanè *Oromedon* Gigantis nomen eſt apud Propertium lib. 3.

Te duce vel Jovis arma canam cæloque minantem
Cœum, & Phlegræis Oromedonta jugis.

Vide ſis Theocriti Schol. ad locum prædictum.

Orontes, Typhon prius, teſte Strabone, *Ophites* Pomponio Læto, *Ladon* Philoſtrato; flu. maximus Syriæ, ex monte Libano profluens, multiſque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, ad Seleuciam Pieriam in Syrum pelagus delabitur. Variè legitur. *Oronte* intus, teſte Theveto; *Soldino* apud oſtia; interius *Fer*, teſte W. Tyrio. *Farfaro* autem Olivario. Hujus meminit Ovid. Met.

Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes.

Prop. lib. 2. cap. 23.

Et quas Euphrates, & quas mihi miſit Orontes.

Dionyſius verſ. 919.

Τῆς δ᾽ ἀεὶς ἀνλολίλω καλαύρεϑ᾽ ὑγεὸς Ὀρόντης
Ἀσσϑ⊙, Ἀνλιόχοιο μέσλω διὰ γαῖαν ὀείζων.

Juvenal. Sat. 3.

Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.

Pauſanias in Arcadicis videtur ſignificare ab *Oronte* quodam Gigante nomen inditum huic fluvio, cujus in alveo ſiccato corpus repertum undecim cubitorum. Hinc *Oronteus.* Prop. lib. eleg. 2.

Aut quid Oronteâ crinem perfundere myrrhâ.

Oropite Catoni, *Oropitum* Antonino, *Orobitum* ſeu *Orbitum* in tabulâ Deſiderii regis, *Herbanum* Plinio, *urbs vetus* P. Diacono, *Urbſvetana* & *Urbevetanum* Procopio, urbs Hetruriæ mediterranea, inter Viterbum 20. & Peruſiam 30. m. p. *Orvieto* Leandro dicitur. Long. 36. 20. Lat. 42. 24.

Oropus, vulgò *Zucamini*, teſte Alexandro Zardo, *Suſamino* Nardo. op. Bœotiæ in Atticæ confin. in orâ, inter Chalcidem 20. & Tanagram 18. mill. à Thebis 36. ab Athenis 44. Quod cum Athenienſes vaſtaſſent, à Romanis 500. talentis multati ſunt, teſte Agellio. Item urbs Macedoniæ, patria Seleuci Nicanoris, ab *Oropo* filio Lycaonis dicta. Item op. Eubœæ, quod Ariſtoteli *Oræa* dicitur, teſte Stephano, quem ſis conſule.

Oroſa, quæ & *Alinza* Ptol. urbs Mediæ mediterranea, inter Nazadam & Arſiſacam ad ort. *Archiech* Caſtaldo.

Oroſpeda Straboni, *Ortoſpeda* Ptolemæo, mons Hiſp. Tar. poſt Pyrenæum maximus, longè, lateque diffuſus, varia habens nomina, à locis quæ attingit. In Celtiberis enim *Sierra de Molina* dicitur, teſte Floriano, in Arevacis & Carpetanis *Palomera d' Avila. Puerto di Somma ſiera, del Pico, & della Tablada*, in regno Caſtellæ vet. In regno autem Legionenſi apud Callaicos, *Sierra di Ponfria* vocatur.

Orrhea, Forfair, vel *Forfar*, teſte Camdeno, op. Scotiæ in Anguſiâ reg. inter Brechinum ad ort. & Duncaledinum ad occ. 12. m. p. Aliis eſt *Newcaſtle* op. Northumbriæ apud Tinam flu. à Dunelmo 12. m. p. in Bor. Bervicum verſus. Item op. Myſiæ ſuper. ad Margum flu. in Danubium influentem, *Horreum Margi* Antonino.

Orſata, Arm. min. urbs. Ptol. *Taniſa* Antonini, ut putat Simlerus, ipſe autem legit *Horſa* ex codicibus fortè mendoſè.

Orſona, *Urſo* colonia Straboni, & Plinio, quæ & *Genua Urbanorum* eidem Plin. *Urſa* autem Aulo Hirtio, op. amplum Hiſp. Bæticæ, ducatus, & Academia in Vandalitia, inter Hiſpalim 8. & Malacam 16. ab Aſtigi 5. leuc. in merid. *Oſſuna* Morali.

Orthoſia, Antaradus prius, teſte Plinio; *Orthoſias* Straboni. *Orthoſis* Dionyſio. *Tortoſa* Moletio & aliis, urbs Phœnices Epiſc. ſub Arch. Tyrio in orâ, inter Balaneas ad Arct. 24 & Tripolim ad Auſt. 50. m. p. Item cognomen Minervæ ab *Orthoſio* Laconiæ mont. in reg. Peloponneſi.

Orthura, urbs Indiæ citer. ampla & regia in Mediter. apud oram in ort. inter Narſingam & Bengalam à quâ in occ. ad 200. leuc. abeſt. *Oriſſa* Caſtaldo.

Orton, vel *Ortona*, Italiæ op. in Marrucinis, non longè ab Aterno amne. Strabo lib 5. Μετὰ Ἄτρον Ὄρλων, ὁμώνυμον Φερσλανῶν. Ptolemæus falsò Pelignis tribuit; ut magnus eſt Italiæ turbator. Πλησγῶν, inquit, Σάγγς πόλεμῦ ἐκβολαὶ, Ὄρλων. Hodie etiam *Ortona* vocatur. Long. 38. 35. Lat. 42. 40.

Ortopula, Ortopla, Ptol. op. Liburniæ litoralis, inter Seniam ad occ. & Vegiam ad ort. *Ortopola* Moletio.

Ortoſpana, Paropaniſi in Aſiâ urbs. Ptol. *Candahor* Caſtaldo. Long. 118. 00. Lat. 35. 00.

Ortoſpanum, Indiæ urbs, inter Arachoſiorum urb. 50. & Indum flu. 337. m. p. diſtans. Plin.

Ortoſpeda. Vide *Oroſpeda*, & Boch. de Ph. Col. lib. 1. cap. 34.

Ortygia, Delos à copiâ *coturnicum* ſic dicta. Eſt & lucus Epheſiorum, teſte Taeito, & alius apud Panormum Mileſiorum Straboni. Inſula quoque Siciliæ apud Syracuſas. Virg. Æn. 3.

Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus.

Vide Steph. in Ἔφεσ⊙ & Λιδύη.

Oſæa, Sardiniæ op. Ptol. Simlerus dubitat, num ſit *Othoca* Antonini. *Salino* Nigro dicitur.

Oſca, vulgo *Hueſca*, urbs Hiſp. citer. in regno Arragonio. Hic Sertorius vitam morte commutavit. Velleius: *Sertorium inter cœnam Etoſcæ interemit.* Imo *Oſcæ.* Strab. lib. 3. de eodem Sertorio Ἐπιλύτῳ δ᾽ ἐν Ὄσκῃ, ita enim egregie emendavit Cl. Puteanus; ubi olim corrupte νόσῳ. Florus etiam 3. 22. Oſcam inter urbes recenſet, quæ Sertorio occiſo in poteſtatem Romanam venêre. Locus illius ita ſcribendus eſt: *Ipſæ quoque in Romanam fidem venêre urbes, Oſca, Thermes, Tutia, Valentia, Uxama.* Long. 21. 20. Lat. 43. 00.

Oſca, urbs Bæticæ in Tarracon. confin. *Eſcua* Plinio. vulgo *Hueſcar*, vel *Gueſcar*, inter Baſti 7. & Caravaccam in Bor. 14. leuc.

Oſcarus, vulgo *Ouſche*, teſte Cænali, flu. Gall. Celt. per Burgundiam (Divionem urbem interluens) in Ararim flu. inter Auxonam & Suram fluens.

Oſcella, op. Inſubriæ in Lepontiorum confinio apud Mont. Sempronium. Ptol. *Domo d' Oſcela* Italis dicitur. Long. 39. 10. Lat. 45. 08.

Oſci, pop. Campaniæ in Latii & Samnii conf. *Sidicini* poſtea dicti, teſte Strab. quorum urbs Teanum. Virg. Æn. 7.

Oſcorumque manus.

Sic ab oris fœditate dicti. *Oſci* enim apud veteres, turpitudinis, libidinis, & ſermonis notantur, autore Feſto ex Titinnio. Unde *Oſcè loqui*, proverb. dicitur de iis, qui turpiter, & impudicè loquuntur. *Oſce* etiam & *Volſce* fabulari dicuntur, qui Latinè neſciunt loqui. Scopticè Horatius:

Meſſi clarum genus Oſci.

Oſcius, mons & flu. Thraciæ ex eodem monte apud Rhodopen non longè ab Hebro fluvio. Thucydides.

Oſi, pop. Germ. quos Althamerus ponit in Sileſiâ, ubi *Oppeln*, & *Neiſſe* urb. ſunt. Reyneccius vero in Weſtphaliâ, quorum urbs eſt *Oſenburg*, vel *Oſnaburg*, quaſi *Oſorum burgum*, à Monaſterio 6. leuc. in Bor. Bremam verſus. Rantzovius vero in inſ. maris Baltici, quam *Oeſel* vocat.

Oſicerda, vel *Oſſera*, teſte Varrerio, op. Hiſp. Tarracon. in regno Arragonio. Ptol. Plinius *Oſigerdenſe* vocat.

Oſilia, inſ. cum urbe in ſinu Venedico, Livoniæ adjacens; vulgo *Oeſel.*

Oſincum, pagus Corſicæ, ad Hieri flu. ortum. Ptol. *Omiſo*, ut putatur hodie dicitur.

Oſiſmi, Cæſari, *Oſiſmii*, Pomponio & Plinio, pop. Gall. Celt. in orâ Britanniæ minoris, quorum tractus adhuc *Oſiſmer*, teſte Bertrando Argentæo, dicitur. *Timios* vocat Pytheas apud Strabonem, qui eos quoque *Siſmios* appellat.

Oſmus, flu. Myſiæ. Cedrenus. *Sladitza* Leunclavio.

Oſnabrucenſis, ſeu *Oſnabrugenſis Epiſcopatus*, tractus Germ. in Weſtphaliâ, ſub dominio proprii Epiſcopi. Extenditur ad 40. m. p. à Sept. in merid. ſed vix ad 25. m. p. ab ort. in occ. Terminatur à Sept. Occid. & meridie ditione Epiſcopi Monaſterienſis, & ab Oriente Principatu Mindenſi, & Com. Ravenſpergenſi. In eo unica tantum urbs eſt, nempe,

Oſnabrucum, ſeu *Oſnabrugum*, urbs Hanzeatica Germ. in Weſtphaliâ Epiſc. facta ſub Arch. Colonienſi à Carolo M. an. 776. Sedet ad Haſam flu. ſub dom. proprii Epiſcopi cum tractu adjacente. Diſtat 8. mill. Germ. à Monaſterio in Cæc. & 15. ab Oldenburgo in merid. Long. 29. 45. Lat. 52. 26.

Oſones, op. olim, nunc pagus Pannoniæ ſuper. *Zanto*, teſte Lazio.

Oſopium, urbs Carnorum apud Tilavemptum flu. *Oſopo* hodie.

Oſrhoene, reg. Syriæ in Meſopotamiæ confinio, in quâ Edeſſa & Nicephorium urbes juxta Euphratem flu. Pop. *Oſroeni*, de quibus vide Herodianum ſub finem lib. 6. & principium lib. 7.

Oſſa, Italiæ flu. in Tuſciâ. Ptol. *Fiore* hodie dicitur.

Oſſa, mons in finibus Theſſaliæ, Centaurorum ſtabulum, quem Seneca dicit Olympo quondam fuiſſe conjunctum; Herculis

culis autem operâ abscissum, ab eâ parte ubi per Tempe fluit Peneus fluvius. In hoc esse fertur tanta pinorum copia, ut in flexione, atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Quod Lucanus lib. 1. tetigit:

Quantus piniferæ Boreas cum Thracius Ossæ
Rupibus incubuit, curvato robore pressæ
Fit sonus aut rursum redeuntis ad æthera sylvæ.

Virg. Georg. 1. ubi de Cœo & Typhœo.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

De quorum montium substructione Græci & Latini frequentissimè agunt. Hom. Odyss. 11.

Ὅσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν στῆμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' ῥηϊστὸς ἀμαλδὶς εἴη.

Antipater Sidonius:

——Οὐκ Ὄσσῃ Πήλιον ἀνθέμιον.

Ovid. Fast. 1.

Sic petitur cœlum, non ut ferat Ossan Olympus,
Summaque Peliacus sidera tangat apex.

Horat. lib. 3. Od. 4. sine mentione Ossæ:

Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

Seneca in Herc. Fur.

Videat sub Ossâ Pelion Chiron suum:
In cœlum Olympus tertio positus gradu
Perveniet aut mittetur.

Et in Agamemnone:

——*Stetit impositâ*
Pelion Ossæ pinifer ambos
Pressit Olympus.——

Ovid. Met. 1.

Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subjectum Pelion Ossæ.

Sidon. Apoll. ad Magnum Felicem plures conjungit:

Nec Phlegræ legis ampliata rura,
Missi dum volitant per astra montes,
Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othrys.

Ossenburgum, sive *Osnabrugum*, insignis Saxoniæ civitas, à Julio Cæsare erecta, duobus Canonicorum collegiis celebris. Multum sibi lucri ex cinericio & lineo panno comparat; sub paucis annis munitior facta: situ amœnam obtinet vallem, amnique Hasâ irrigatur. Carolus M. Saxonibus 33. annorum bellum edomitis, Widekindi etiam arce, huic urbi vicinâ, expugnatâ, eâque impositio præsidio firmatâ, decem in Saxoniâ episcopatus instituit, quorum præcipuum Osnaburgensem esse voluit. Summè etenim hanc urbem præ cæteris coluit, cui privilegium novæ Scholæ concessit, ubi Græcæ & Latinæ literæ è viris doctis traderentur. Munsterus.

Osseria, vulgo *Ossery*, urbs Hiberniæ Episc. sub Arch. Dublinensi, in Laginiâ reg. Fano S. Canici propinqua, ad 3. m. p. recedens. Camdeno autem & aliis non urbs est, sed comitatus, qui episcopatum habet conjunctum Kilkennienſi, cujus sedes episc. Kilkennia est, seu Fanum S. Canici.

Osseriates, Ptol *Oseriates* Plinio, pop. Pannoniæ super. apud Dravum flu. incolentes, Jassiis & Coletianis finitimi.

Osset, op. Hisp. Bæt. quod & *Julia Constantia* Plinio, Hispali finitimum, sed excisum, *Triana* Pineto. *Sevilla la Veja* Marinæo.

Ossonaba, urbs Lusitanicæ excisa. *Lusturia* Plinio, *Onoba* Melæ, *Sonoba* Straboni. *Exuba* Mauris dicta, *Estoy* Hispanis, & *Estombar* aliis apud Sylvam urb. quæ illi successit. Long. 11. 30. Lat. 37. 00.

Ostenda, urbs Flandriæ in orâ maris Germ. sub dom. Hispanorum, 3. leuc. à Novo portu in Cæc. & fere 4. à Brugis in occ.

Osteodes, insulæ Siciliæ adjacentes ab eâ parte quâ Africam spectat. Plin. 3. 8. Vulgo *L. Pozzelli*. Nomen Græcum est *ab ossibus* defunctorum ibi fame à Carthaginensibus interfectorum, teste Diodoro Siculo.

Ostervicum, op. Saxoniæ infer. ad flu. Olsam, sub dom. Electoris Brandeburgici, 3. mill. ab Halberstadio in occ. & fere 5. à Brunsvico in merid.

Ostia, urbs ad ostia Tiberis sita, ab Anco Martio condita, teste Livio, in ipso mari fluminisque confinio, ab urbe Româ 16. m. p. distans. Ad Cardinalem seniorem, à quo Pont. Max. coronatur, pertinet. Hic Fausta mulier uno partu duos mares, & duas fœminas peperisse dicitur. Strabo τὰ Ὦστια dicere solet, ubi alii τὴν Ὄστιαν vocant. Dion Halic. lib. 3. Ἐν ᾧ τῷ μεταξὺ τοῦ πλαμοῦ καὶ τῆς θαλάσσης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐδείματο, ὡς ὑπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὦστιαν ὠνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς ἐποιμὴν δύσειν. Festus. *Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis, Ancus Martius rex condidisse, & fœmineo appellasse vocabulo fertur.* Quod autem Strabo ait Ostiam esse ἀλίμενον δι' τὴν τοῦ ῥεύματος, repugnat Dionysius, cujus hac de re verba operæ pretium fuerit attexere. Ἐπίνειον ἔγνω κατασκευάζειν ὅπῃ τῆς ἐκβολαῖς αὐτοῦ, λιμένι χρησάμενον αὐτῷ τῷ τοῦ πλαμοῦ στόματι. Εὑρὼν δὲ ὅπῃ πολὺ τῆς θαλάττης συνάπτων, καὶ κόλπος λαμβάνῃ μεγάλως οἷος οἱ κρήσσοι τὴν θαλαττίων λιμένων. Ὃ δὴ μάλιστα θαυμάσειν ἂν τις, ὡς ἀποκλείσῃ τοῦ στόματος τὸν τῆς θαλάττης ὄγκον ἐμφαπτόμενος. Idem Dionys. affirmat Tiberis ostium unum esse γνήσιον, quo mare ingrediatur. At Rutilius ita scribit:

Tum demum ad naves gradior, quà fronte bicorni
Dividuus Tiberis dexteriora secat.
Lævus inaccessis fluvius vitatur arenis,
Hospitis Æneæ gloria sola manet.

Inde *Ostiensis lacus*, hodie pene exsiccatus; & *Ostiensis Porta*, una ex Portis Romæ, quæ *Tergemina*, & vulgo *Porta di S. Paulo* vocatur & *Via Ostiensis*, quæ Ostiam deducit.

Ostiones, pop. ad Oceanum occidentalem Stephano, quos etiam *Cossinos* vocari ait. Pytheas apud Strabonem *Ostiæos* vocat.

Ostippo, urbs Hisp. Bæticæ, in orâ litorali, à Calpe 6. leuc. Malacam versus, olim sub Hispalensi conventu. Plin. vulgò *Estepona*. Long. 15. 25. Lat. 36. 00.

Ostracine, urbs Palæstinæ in Ægypti confin. cui à Ptolemæo tribuitur. *Stragioni* Pineto. Long. 64. 15. Lat. 31. 50.

Ostrogium, *Ostrog*, op. Poloniæ, Ducatus tit. insignitum in Volhiniâ super. ad Horinum flu. 3. mill. Germ. à Zaslavia in occ. & vix 1. à Miedireczo.

Ostrogothia, reg. Sueciæ in Gothiâ, sub quâ sunt prov. Ostrogothia propria, & Smalandia, cum Oelandia, & Gothlandia insf. in mari Baltico. Limites habet à Sept. Sueoniam, ab orient. mare Balticum, à meridie Blekingiam, & Scaniam, & ab occ. Westrogothiam.

Ostunum, *Ostuni*, urbs regni Neapol. in prov. Hydruntinâ, versus oram maris Adriatici, 16. mill. à Brunduſio in occ. & 22. à Tarento in Cæc.

Otadini, seu *Otadeni*, pop. fuere Albionis in orâ Oceani Germ. ubi nunc Northumbria, in lim. Scotiæ inter ost. Tuvædæ ad Sept. & ost. Tinæ ad merid.

Otholinia, reg. Scotiæ ad ort. vergens. *Fife* hodie dicitur.

Othona, op. Albionis in reg. Essexiæ, *Ithancester* Camdeno videtur, locus non procul à Camaloduno.

Othonia, sylva Germ. in Sueviæ & Franconiæ confin. apud Rhenum, inter Nicrum & Rhenum flu. vulgo *Ottenwaldt*.

Othrys, Thessaliæ mons, non procul ab Oetâ; Centaurorum olim sedes & Lapitharum. Strabo lib. 9. *Delacha* incolis vocatur. *Nivalis* Virgilio dicitur, quod forte hausit ex Nicandro; sic enim ille Theriacôn v. 145.

Καὶ μιν ὑπὸ ῥιφάσσι φορεῖ δυσπαίπαλον Ὄθρυς
Φοινὰ δάκη.——

Ubi Schol. Ὄθρυς, ὄνομα ὄρους Θεσσαλίας. Ex utroque Statius Theb. 3. ——*Non ocyus alti*
In terras cadit ira Jovis, si quando nivalem
Othryn, & Arctoæ gelidum caput institit Ossæ.

Idem Achilleidos lib. 1.

——*Jam nubibus ingemit Othrys.*

Pinos dat ei Val. Flac. lib. 6.

Qualiter exosus Pyrrhæ genus, æquora rursus
Jupiter, atque omnes fluvium si fundat habenas;
Ardua Parnassi lateant juga, cesseris Othrys
Piniger, & mersis decrescant rupibus Alpes.

Oximum, vulgo *Hyesmes*, op. Gall. Celt. in Normanniâ clarum, inter Aquilam & Cadomum. Long. 21. 20. Lat. 48. 54.

Oxonia, vel *Oxonium*, urbs Angliæ Episcopalis, & Academia totius orbis terrarum longè celeberrima. Athenæ nostræ nobilissimæ, uti loquitur Camdenus, Angliæ μυσεῖον, & φρεσμα, imò Sol, oculus, & anima, literarum & sapientiæ clarissima officina, unde Religio, Humanitas, & Doctrina in omnes regni partes uberrimè distribuuntur. Urbs egregia, & nitida, sive privatorum ædificiorum elegantiam, sive publicorum dignitatem (inter quæ BIBLIOTHECA BODLEIANA, & THEATRUM SHELDONIANUM præcipuè excellunt,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.)

Sive situs salubritatem, & amœnitatem spectes. Planitiem enim ita obvallant nemorosi colles, ut hinc pestilenti Austro, illinc tempestuoso Zephyro excluso, tantùm serenantem Eurum, & Aquilonem αἰθριωτέα, & corruptionis vindicem admittant, unde ab hoc situ *Bellositum* quondam dictam fuisse produnt scriptores. Nonnulli, qui tamen meâ opinione, fallacem opinionis succum imbiberunt, hanc *Caer Vortigern*, & *Caer Vember* Britannicè appellatam, & nescio quos Vortigernos, & Mempricios extruisse opinantur. Quodcunque vero Britannicis temporibus fuerit, Saxones *Oxenford* appellarunt, & eâ plane significatione, quâ Græci suos *Bosphoros*, & Germani

mani ſuam *Ochenfurt* ad Oderam habent, à *Boum* ſc. *vado*, quo etiam ſenſu Britannis noſtris *Rhidychen* vocatur. Lelandus tamen probabili conjecturâ ab *Ouſe* fluvio, qui Latinè *Iſis*, nomen deducit, & *Ouſford* vocatum fuiſſe arbitratur, cum inſulæ amnicæ, quas *Iſis* hic diſpergit, *Ouſney* dicantur. Plura vide apud Camdenum, & Brianum Twynum in *Antiquitatis Academiæ Oxonienſis Apologiâ*; & librum verè aureolum, plurimo labore, nec minore judicio conſignatum; in quo

OXONIA,

SIVE

CELEBERRIMÆ UNIVERSITATIS

Oxonienſis Hiſtoria

ET

ANTIQUITATES.

Ex intimâ antiquitate luculenter illuſtrantur.

Authore

ANTONIO VUOOD,

Collegii Mertonenſis in eâdem Univerſitate Artium Magiſtro.

Cujus laudes, integerrimam erga me amicitiam, & ſingularem in hiſce ſtudiis induſtriam & ſcientiam deprædicabo,
Dum thymo paſcentur aves, dum rore cicadæ.

Collegia Academiæ Oxonienſis.

Nomina.	Fundatores.	A. D.
Collegium Univerſitatis,	Rex Alfredus.	872.
Coll. Baliolenſe,	Jo. Baliol Eques, & Dervorguilla, uxor ejus.	1263.
Coll. Mertonenſe,	Walt. de Merton, Clericus; poſtea v. Epiſcopus Roſſenſis.	1267.
Coll. Exonienſe,	Walt. Stapleton, Epiſcopus Exonienſis.	1316.
Coll. Orielenſe,	Edvardus Rex II.	1323.
Coll. Reginæ,	Robertus Eglesfield, Clericus.	1340.
Coll. Novum,	Willielmus Wickhamus, Epiſcopus Wintonienſ.	1379.
Coll Lincolnienſe,	Robertus Fleming, Epiſcopus Lincolnienſ.	1427.
Coll. Omnium Animarum,	Henricus Chicheley, Archiepiſcopus Cantuarienſ.	1438.
Coll. Magdalenenſe,	Willielmus Wainfleet, Epiſcopus Wintonienſ.	1458.
Coll. Æneanaſenſe,	Willielmus Smith, Epiſcopus Lincolnienſ. Richardus Sutton, Miles.	1511.
Coll Corporis CHRISTI,	Richardus Fox, Epiſcopus Wintonienſis.	1516.
Coll Ædis CHRISTI,	Henricus Rex VIII.	1546.
Coll. Trinitatis,	Thomas Pope, Miles.	1554.
Coll. S. Johannis Bapt ſtæ,	Thomas White, Miles.	1555.
Coll. JESU,	Dr. Hugo Price.	1571.
Coll. Wadhamenſe,	Nicolaus Wadhamus, & Dorothea, uxor ejus.	1613.
Coll. Pembrochienſe,	Thomas Tiſdale, Arm. Richardus Whitwick, Cler.	1624.

Aulæ in Academia Oxonienſi.

Aula S. Albani.	Aula Cervina.
Aula B Mariæ.	Aula S. Edmundi.
Aula Gloceſtrenſis.	Aula B. Magdalenæ.

Aula Novi Hoſpitij.

Oxus, fluvius ingens Sogdianæ per Margianam in Hyrcanum mare decurrens. *Geichon* Rhamuſio; *Deiſtan* Nigro; Aliis *Xa. Cappanach* Perſis, teſte Theveto. *Monarach* Arabibus. *Nicaprach* incolis. *Abiamu* Caſtaldo. Ejus mem. Dionyſ. verſ. 746.

——— Οἷς ἔπι γαῖα
Σογδιὰς, ἧς διὰ μέσσου ἐλίσσεται ἱερὸς Ὦξος,
Ὅσσε λιπὼν Ἡμωδὸν ὄρος, μετὰ Καυκάσιον βάλλῃ.

Hunc flu. medium terminum inter Bactrianam & Sogdianam, ut Jaxarten inter hanc & Sacas, ſtatuit Eratoſthenes apud Strab. lib. 11. affirmans διείργειν Σάκας μὲ καὶ Σογδιανὲς τὸ Ἰαξάρτην, Σογδιανὲς δὲ καὶ Βακτριανὴν τὸ Ὦξον. Cum quo ſatis conſentit Ptol. lib. 6. cap. 12. & 13. Neque in cæteris Dionyſio malè cum his convenit, niſi quod Oxum affirmet per mediam Sogdianam fluere: quæ loquendi forma apud eum nova non eſt, cum de flu. loquitur, qui reg. alicujus terminos tantum perſtringit, quod facit ubi de Tyberino flu. loquitur, verſ. 351. Montanus. Arrian. de Exped. Alex. lib. 3. Ὁ δὲ Ὦξος πόλεμος βέβληκε μὲν ἐν τῷ ὄρει τῷ Καυκάσῳ, ἔστι δὲ πολεμῶν μέγιστος ἁπάντων ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅσους ἐγὼ ἐν Ἀλεξάνδρου καὶ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐπῆλθον, πλὴν τοῦ Ἰνδῶν πολέμου, οἱ δὲ Ἰνδοὶ πόλεμοι μέγιστοι εἰσίν. Ἐξίησι δὲ ὁ Ὦξος ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, τὴν καθ' Ὑρκανίαν. Διαβαίνειν δὲ ὅπη χειμῶνι ὕδατος τοῦ πολλοῦ πάγη ἄπορον ἐφαίνετο. Τὸ μὲν δὴ εὖρος τοῦ ποταμοῦ ἐς μάλιστα σταδίους, βάθος δὲ, ὅσον ἐς λόγον τοῦ εὔρους, ἀλλὰ πολὺ δή τι βαθύτερος καὶ ἀναμώδης. Καὶ ῥεῦμα ὀξὺ, ὡς τὰ καλαπηγύσματα ἐς αὐτὸν τοῦ ὕδατος ἐκ γῆς ἀναλεπῶς, οἷα δὴ ὄντα βεβαίως κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἰδρύματα. Qu. Curtius 7. 10. *Quarto die ad flumen Oxum perventum eſt: hic quia limum vehit, turbidus ſemper, & inſalubris eſt potu.*

Oxybii, Ligurum gens Straboni & Stephano, *Oberrois* Dalechampio.

Oxydracæ, Indiæ citer. pop. à quibus cum Alexandrum liberaſſet Ptolemæus, *Soter*, i. e. *ſalvator*, cognominatus eſt. Alii fabuloſa eſſe tradunt quæ de Oxydracis dicuntur. Steph. Vide Qu. Curtium lib. 9. cap. 4.

Oxyrynchus, civitas Ægypti ad Nilum, ab *Oxyryncho* piſce, quem colebant cives, ſic dicta. Ptol. Strabo lib. 7.

Ozecarus, *Zecaro*, alias *Zezare*, flu. Luſitaniæ, qui Nabane, Beſelga, aliiſque minoribus flu. acceptis in Tagum ſe exonerat 7. leuc. ſupra Scalabim in Cæc.

Ozene, urbs Indiæ citer. Ptol. *Pali* Caſtaldo.

Ozogardana, opidi nomen apud Am. Marcell. circa Meſopotamiam eſſe videtur, ubi Trajani tribunal oſtenditur.

Ozolæ, *Ozoli* Plinio, pop. Achaiæ, Ætolis finitimi, ad ſinum Corinthiacum. Vide *Locri*; quorum alii ad ſinum Corinthiacum, alii ad ſinum Euboicum ſunt.

P.

Pachynus, ſive *Pachynum*, unum ex tribus Siciliæ promontoriis, Peloponneſum ſpectans, ab aeris craſſitudine, ut vulgò creditur, nomen habens. Nam παχὺ pingue & craſſum ſonat. Bochartus vero ab Ebræo בחון *bachon*, ſeu *Bachun* deducit, quæ vox Tyriis *ſpeculam* ſig. B. & P. permutatis. *Pachynus enim turrim habet ſpeculam in mare prominentem*, uti loquitur Fazellus, Dec. 1. lib. 5. cap. 1. Quantitatem priorum ſyllabarum pro licentiâ ſuâ variant Poetæ. Dionyſius primam corripit & ſecundam:

Ἀκρα δὲ οἱ Πάχυνος ἠδὲ, Πελωρὶς ἠδὲ, Λιλύζη ἠδὲ.

Idem alibi ſecundam produxit:

——— Καὶ μάχει πολυκλύστοιο Παχύνου.

Virgilius itidem priorem brevem fecit. Æn. 3.

Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni.

Quam tamen Ovidius producere non dubitat. Met.

Equibus imbriferos verſa eſt Pachynos in Auſtros.

Pachynus portus, vulgò *Porto Longobardo*, teſte Fazello, portus Siciliæ inter Pachynum promont. & Motyam urbem exciſam.

Paconia, inſ. Siciliæ inter Lilybæum & Africam *Levica* Nigro, *Li porcelli* Ortelio, *Pantalarea* aliis.

Pacta, ſeu *Pactæ*, urbs Siciliæ maritima, in orâ occiduâ apud Tyndaridem urb. exciſam, ab eâ 6. m. p. in merid. recedens. *Patti* vulgò dicitur. Long. 38. 58. Lat. 38. 18.

Pactius, flu. Apuliæ Peucetiæ per oram inter Barium ad occ. & Brunduſium in ort. fluens. Plin. 3. 11.

Pactolus, Lydiæ flu. ex monte Tmolo naſcens, & per Sardianum agrum in Hermum influens, qui & *Chryſorrhoas*, ab eo quod aureas ſecum trahat arenulas, ex quo Midas in eo ſe laviſſet. Plut. in Pactolo: Παχτωλὸς ποταμός ἐστι τῆς Λυδίας, ἐπαλείπτο δὲ πρότερον Χρυσορρόας. Scholiaſtes Apollonii. Ὁ

τὸν Χρυσορρόας λέγει). Plinius. *Et ex eo profluente Pactolo, eodemque Chrysorrhoa.* Et ex eo Solinus: *Quem aurato fluore inclytum aliter Chrysorrhoan vocant.* Virg. Æn. 10.

——Pactolusque irrigat auro.

Ovid. Met. 11.

Pactolumque petit, quamvis non aureus illo
Tempore.——

Lucanus lib. 3.

Passaque ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon, quà culta secat non vilior Hermus.

Seneca in Oedipo:

Divite Pactolus vexit te Lydius undâ,
Aurea torrenti deducens flumina ripâ.

Varro apud Nonium in *agere*:

Non hos Pactolus aureas undas agens
Eripiet unquam è miseriis.

Silius lib. 1.

Hic certant, Pactole, tibi Duriusque, Tagusque.

Juvenal. Sat. 14.

Sed cujus votis modo non sufficerat aurum,
Quod Tagus, & rutilâ volvit Pactolus arenâ.

Claudianus:

Dives Pactolus rutilas despumat arenas.

Lycophron in Cassandrâ: Χρυσορρόᾳ Πακτωλῷ πόᾳ. Dionys. Periegetes:

——Τόθεν Πακτωλὸς ὑδάων,
Χρυσὸν ὁμᾷ δίνῃσιν ἐρευγόμενος κελαρύζει.

Max. Tyrius Dissert. 34. Χορηγῆσαι ἂν καὶ οἱ ποταμοὶ τῶν βασιλέων ἡδυαῖς, Πακτωλὸς χρυσὸν, Νεῖλος πυρὸν, Χοάσπης ὕδωρ. Strabo lib. 13. dat huic fluvio χρυσῆ σμῆγμα πολὺ, *multa auri ramenta.* Eadem habent Dio Prusæensis Orat. 78. & Philostratus lib. 6. de Vitâ Apollonii Tyanei, cap. 16. Herodotus quoque & Athenæus uterque dant illi χρυσῆν σμῆγμα. Aurea verè Apollonii similitudo est lib. 4. quæ & huc spectat:

Ἦ ὅτε καλὰ νάων ἐπ' ὀφρύσι Πακτωλοῖο
Κύκνοι κινήσωσιν ἐὺν μέλος, ἀμφὶ δὲ λειμὼν
Ἑρσήεις βρέμεται ποταμοῖό τ' καλὰ ῥέεθρα.

Nonnus Bassaricon lib. 41.

Οὐ τότε Σάρδιες ἦεν, ὅπι Πακτωλίδος ὄχθης
Χρυσὸν ἐρυγομένης ἀμαρύσσει ὄλβιος ἰλύς.

Ab eodem Nonno lib. 21. celebratur ὄλβος Πακτωλίδος ὄχθης. Idem lib. 10.

Πακτωλὸς κελάρυζε χέων χρυσαυγέσιν ὕδωρ.

Et libro proximo:

Ἀσεμφῆ ῥόος ἔτος ἐρυθιόωσι μετάλλῳ.

Denique ab eodem alibi χρυσαυγὴς & βαθύπλους appellatur. Sophocles quoque in Philoctete Εὐχρυσον eum dixit. Claud. 1. in Ruff.

——Non stagna rubentis
Aurea Pactoli.——

Varro in Lege Mœniâ dat illi *aureas undas.* Auctor Thebaidos *opulenta vada.* Idem Varro in Hecatombe, citante Nonio: *Ladon fluens sub Sardibus flumen tulit aureum later.* Quin & Tibull. κατ' ἐξοχὴν lib. 3.

——Lydius aurifer amnis.

Et Prop. lib. 1. eleg. 6.

Lydia Pactoli tingit alata liquor.

Claud. 2. in Eutrop.

——Gemuit Nyſæo palmite fœlix
Hermus, & auratâ Pactolus inhorruit undâ.

Horatius proverbialiter in Epod. Od. 13.

Sis pecore, & multâ dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat.——

Cæterum Lydiæ flumen fuisse Pactolum innuit Virg. Æn. 7.

Aut Ilgini campo, aut Lyciæ flaventibus arvis.

Loquitur enim ibi, ut notant interpretes de Pactolo. Nonnus Bassaricon lib. 22.

Τῷ χεσι δ' ἀργεῖσι κορύσσετο Λύδιος ἀνὴρ,
Χρυσοφαὲς Λυδοῖο τύπον Γλαύκοιο κομίζων,
Κηρύσσων νέον ὕδας, ὅπι Πακτωλίδος ὄχθης
Φαιδρὸς ἐρυθομένης ἀμαρύσσει ὄλβος ἔέρσης.

Vide *Midas.*

Pactorum portus, in Tauricâ Chersoneso. *Calamita*, teste Nigro, inter Ctenuntem & Chersonesum op. in orâ Aust.

Padeborna, urbs Germ. Episc. sub Archiepisc. Moguntino, à Carolo M. instituta; inter Monasterium & Casellam, ferè 10. leuc. dissita, Lupiæ proxima. Long. 30. 30. Lat. 51. 45.

Padinates, pop. Gall. Cisp adanæ, juxta Padum incolentes, Regiatibus finitimi, quo nomine Guastallenses vocari possunt.

Padua, Venetorum urbs. Vide *Patavium.*

Padus, flu. Italiæ, nulli amnium claritate inferior, præcipuè pœnâ Phaethontis nobilis, de quâ vide *Eridanus*; sic enim amnis iste Græcis Poetis dici solet. Mart. 10. 12.

Et Phaethontei qui petis arva Padi.

De vocabulo *Padi* ita Plin. 3. 16. *Pudet à Græcis Italiæ rationem mutuari. Metrodorus tamen Scepsius dicit quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quæ Pades Gallicè vocetur, Padum hic nomen accepisse. Ligurum quidem linguâ amnem ipsum Bodincum vocari: quod significet fundo carentem.* Hoc etiam gravissimus auctor Polybius attestatur lib. 11. his verbis: Παρά γε τῶν ἐγχωρίων πολλαχοῦ περιαγορεύεται Βόδιγκος. De origine ejus Pomponius lib. 2. cap. 4. *Padus ab imis radicibus Vesuli montis exoritur. Visendum fontem* ejus appellat Plin. ubi supra. Atqui spissus est error Blondi, qui docet fontis hujus nomen proprium fuisse *Visendus.* Quippe quid Plinius, epitomatorque ejus Solinus *visendo fonte* intellexerint, disertè ostendit alius Plinii Epitomator Martianus Capella lib. 6. in descriptione Italiæ his verbis: *Padum amnem mons Vesulus, inter montes Alpium elator, gignit fonte mirabili, qui in Ligurum finibus flumen creat.* Polybius innuit duos saltem Padi fontes esse. Sic enim ille ubi supra: Ὁ δὲ Πάδος, inquit, πολλοὺς ἔχει τοὺς πηγὰς ἀπὸ τῆς Ἄλπεως. Servius vero ad Æn. 11. *Alii Padum tribus fontibus nasci dicunt.* Et Isidorus Originum lib. 13. cap. 21. *Padus à jugis Alpium fusus ex tribus fontibus oritur, ex quibus uni vocabulum est Padus.* Ac totidem sane fontes ejus hodieque nascuntur, inquit Cluverius, sub prædicto lacu *è gremio*, uti loquitur Plinius, *Vesuli montis*, sive *ab imis*, ut Mela ait *ejus radicibus exorientes*: quorum unus reliquis duobus situ inferior est, longeque uberior, qui *Padus* olim propriè dictus est. Inde unus jam factus amnis per saxa præcipitia delabens, strepitum, fragoremque edit ingentem. Plinius ubi supra: *Padus è gremio Vesuli montis visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, in Forovibiensium agro iterum exoritur.* Et Epitomator ejus Solinus: *Submersus cuniculo rursus in agro Vibiensi extollitur.* Itemque Capella: *Dehinc fluvius mersus in penita agri Vibiensis emergit.* Nempe à dicto præcipitio in plana dejectus, tantâ aquarum copiâ, quanta versandæ molæ frumentariæ sufficiat, nullo tamen certo alveo, per saxeum solum tria ferme millia passuum, ad vicum usque, cui vulgare vocabulum *Paisana* defertur. Heic cuniculo se condit, ita ut vix exigua quædam vestigia supra terram appareant. Inde post duo millia rursum emergit: receptisque aliis subinde atque aliis fluminibus, mirum in modum augetur, idque sub ortum Canis. Plinius ex emendatione magni Cluverii: *Augetur ad Canis ortus, liquatis nivibus, aquis: & quamvis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans.* Patet hoc ex epitomatore Solino, qui eandem rem ita refert cap. 8. *Intumescit exortu Canis, tabefactus nivibus, & liquentibus brumæ pruinis: auctusque aquarum accessione 30. flumina in Hadriaticum defert mare.* Martianus quoque Capella: *Canis ortu diffusior. Nam solutis Alpium nivibus flagrantiâ Solis æstivi, exuberat ultra gurgitis ripas; nullique gloriâ nobilium amnium cedens, 30. receptis fluminibus, Hadriaticum mare magnâ opimus ganditate perfundit.* Insignis est locus Polybii lib. 2. quem transcribere non gravabor: Ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς ἔχει μὲν τὰς πηγὰς ἀπὸ τῆς Ἄλπεων, καταφέρεται δ' εἰς τὰ πεδία, ποιήσας τὴν ἐπὶ τοῦτον ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν. Ἀφικόμενος δὲ εἰς τοὺς ὀπιπέδους τόπους, ἐκλίνας τῷ ῥεύματι, φέρεται ἕως φέρει δι' αὐτῶν. ποιεῖ δὲ τὴν ἐκβολὴν εἰς τοῦτο χεῖ τὴν Ἀδρίαν μυχός. Τὸ δὲ πλεῖον ἀποξέμνεται μέρος τῆς πεδιάδος χώρας εἰς τὰς Ἄλπεις καὶ τὴν Ἀδριατικὸν μυχόν. Ἄγει δὲ πλῆθος ὕδατος, ὥστε ἐλαττον εἶναι χεῖ τὴν Ἰταλίαν πολεμεῖν, διὰ τὸ τὰς ῥύσεις, τὰς ὅτι τὰ πεδία ἐκβάσας, ἀπὸ τῆς Ἄλπεων, καὶ Ἀπεννίνων ὀρῶν ἐς τοῦτον ἐμπίπτειν ἀπάσας καὶ παντοχόθεν. Μείζω δὲ καὶ καλλίω ῥεύματα φέρεται πρὸς Κυνὸς ἐπιτολὰς, αὐξόμενος ὥστε τῷ πλήθει τῆς ἀναληπομένων χιόνων ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ὄρεσιν. Ostia Padi quod attinet, duo facit Polybius, ubi supra: Ποιεῖ δὲ τὴν ἐκβολὴν δυσὶ στόμασι εἰς τοῦτο χεῖ τὴν Ἀδρίαν κόλπος. Septem vero memorat Mela lib. 2. cap. 4. *Padus ab imis radicibus Vesuli montis exortus, parvis se primum fontibus colligit: & aliquatenus exilis & macer, mox aliis amnibus adeo augescit atque alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat.* In eandem mentem & Herodianus lib. 8. Ὁ δὲ Μάξιμος ἀπὸ τῆς Ῥαιτίνης ἄρας, ἐπῆλθε Ἀκυληΐᾳ, διαβὰς τὰ τενάγη ἃ ὑπὸ τῆ Ἠριδανῷ ποταμῷ πλημμύρα καὶ ἐπειχειμάζων ἐλῶν, ἐπὶ τὰ στόμασιν ἐς θάλασσαν ἐκγείτου. Ἔνθεν καὶ τῇ φανῇ ἑαυτῷ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Ἐπὶ τὰ πελάγη τῆς λίμνης ἐκείνης. Idem quoque tradit Plinius: *Quia largius vomit*, inquit, *Septem maria dictus facere.* Atque hinc tandem natus est Apollonii error, quo Rhodanum Ἐπὶ διὰ στομάτων καὶ λιμνῶν συχεομένων in mare effluere tradit lib. 4. quia hoc de Eridano, i. e. de Pado acceperat, quem ille unà cum Æschylo, unum eundemque cum Rhodano amnem esse credit. *Populifer* Ovidio dicitur:

Frigidus Eurotas populiferque Padus.

Olorifer Claudiano:

Cygnus oloriferi venit ab amne Padi.

Padi inundationis meminit Lucanus lib. 4.

Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Navigat Oceano.

Idem libro 6.

Sic pleno Padus ore tumens ſuper aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros.
Succubuit ſi quà tellus, cumulumque furentem
Undarum non paſſa, ruit: tum flumine toto
Tranſit, & ignotos aperit ſibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt, donante Pado.

Sed nimium ſibi & fluvio iſti indulget lib. 2.

Quoque magis nullum tellus ſe ſolvit in amnem
Eridanus, fractaſque evolvit in æquora ſylvas,
Heſperiamque exhaurit aquis.
Non minor hic Nilo, ſi non per plana jacentis
Ægypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Non minor hic Iſtro, niſi quod, dum permeat orbem
Iſter, caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.

Paduſa, foſſa ex Pado Ravennam uſque ducta. Plinius *Auguſtâ foſsâ Ravennam trahitur, ubi Paduſa vocatur, quondam Meſſanicus adpellatur.* Unde ita legitur apud Blondum. *Is eſt S. Alberti locus, unde per foſſam Paduſæ Meſſanicam 12. milliaria Ravennam itur.* Blondum poſtea ſecuti ſunt plerique alii. At vero ſi hic alveus *Meſſanicus Padus* fuit dictus ſive *Meſſanica foſſa*; certè idem alveus & Paduſa adpellandus erit ex iiſdem Plinii verbis, quod tamen minimè ſic intellexit ipſe Blondus, falſumque eſſe ex Virgilio patet, qui *piſcoſum amnem* vocat Paduſam, Æn. 11. uti videre eſt in his:

Haud ſecus atque alto in luco quum forte catervæ
Conſedere avium; piſcoſoque amne Paduſæ
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni.

Ubi Servius: *Alii dicunt Paduſam eſſe partem fluminis Padi, in quam deſcenditur foſsâ.* Valgius in elegiis:

Et placidam foſſæ quà jungunt ora Paduſam,
Navigat Alpini flumina magna Padi.

Ubi apertiſſime diſtinguitur inter ipſum Paduſam & foſſam. Claudianus in Epithalamio Palladii & Celerinæ:

Eridani ripas & raucæ ſtagna Paduſæ
Diffugiens nudavit olor.

Vide plura apud Cluver. de Ital. Ant. lib. 1. cap. 35.

Pæmani, Belgii pop. Cæſar. *Peelanders* (hi in Brabantia ſunt) eos vertit Divæus; Leodio autem in Arduennâ ſylvâ ſunt, ubi nunc *Pemont* vicus eſt.

Pæones, pop. Macedoniæ in Myſiæ ſuper. confinio, quos Herodotus ad Strymonem flu. deſcribit; Dio ad Rhodopen montem; Ptolemæus ad ortum Haliacmonis flu. Horum regio *Pæonia*, Strab. Plin. & Ptol. intra montes. Sic dici volunt à *Pæone* Endymionis filio, Epei fratre, qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos convenerat) imperium victori dedit, & in Macedoniam ſeu Thraciam ad amnem Axium diſceſſit. Hôs memorat Ovidius Ponticorum lib. 2. eleg. 2.

Adde triumphatos modo Pæonas, adde quieti
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.

Alii Pæoniam circa Axium flu. deſcribunt Æmathiæ finitimum. Xylander autem quos Strabo Παίονας & Παννονίους appellat, eoſdem putavit eſſe, & indiſcriminatim, tum illos Pannonios vocat. Sed fallitur vehementer. Nam Pæoniam ut oſtendimus, Macedoniæ & Thraciæ faciunt Geographi finitimam: Pannoniam autem hinc procul ſubmovent ad μυχὸν fere Adriatici, ſinus ubi eſt Segeſtica; nec aliter Ptolemæus docet, nec Plinius. Eſt autem error antiquus eorum qui *Pæonas* & *Pannonios* confundunt; non ferendus tamen, ſi Dioni, qui poſt patrem Pannoniæ præfuit, & loca illa diligenter oculis luſtravit, ulla fides. Is lib. 49. poſtquam docuit Romanos à *pannis* appellaſſe *Pannonios*, eos qui νόμον τὸν πρὸς τῇ Δημητρίᾳ παρ' αὐτὸν τὸ Ἴσερον, ὑπὸ Νοεικῷ μέχει τῆς Μυσίας τῇ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ſubjicit mox, de illo Græcorum errore: Τῶν δὲ Ἑλλήνων τινὲς παλαιὸς ἀγνοήσαντες, Παίονας σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαίᾳ μὲν τινι προσηκόντως ὀνόματι, ἣ μήποτε καὶ ἐκεῖ, ἀλλ' ἔν γε τῇ Ῥοδόπῃ, καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τὴν ἰδίαν μέχει τοῦ Παλαίσκου· Ὑφ' ὅπερ καὶ ἐγὼ ἐκείνους μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, ὥσπερ τε καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ Ῥωμαῖοι, σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύω.

Pæſtanus ſinus, à *Pæſto* urbe dictus, qui & *Poſidoniates*; *Golfo Agropolitano* à Leandro vocatur.

Pæſtum, Lucaniæ op. Græcis Ποσειδωνία à Neptuno ſc. unde etiam *Neptunia* Paterculo dicitur. Plin. 3. 5. *Opidum Pæſtum, Græcis Poſidonia adpellatum: ſinus Pæſtanus.* Strabo l. 5. Τὸ τῶν Πικεντίνων ἔθνος, μικρὸν ἀποστασιᾷ ἄνω ἐν τῇ Ἀδείᾳ Πικεντίνων, ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς τὸ Ποσειδωνιάτιον κόλπον μεταχισμόν, ὡς νῦν Παιστανὸς καλεῖ, καὶ ἡ πόλις Ποσειδωνία, Παιστανὸς, ἐν μέσῳ τῷ κόλπῳ κειμένη. Non longè abeſſe à Silaro flu. inquit Ptol. Σιλάρῳ ποταμῷ ἐκβολαὶ, Παῖστον. Mela 2. 2. *Pæſtanus ſinus, Pæſtum opidum, Silarus amnis.* Silius Italicus lib. 8.

Nunc Picentia Pæſto miſit.

Conditores ejus quod attinet, Solinus cap. 8. *Notum eſt*, inquit, *Pæſtum à Dorenſibus conſtitutum.* Sed aliter Martianus Heracleenſis in Περιηγήσει·

Περσεχεῖς δ' τούτοις εἰσὶ πάλιν Οἰνώτριοι,
Μέχει τ' Ποσειδωνίαδος ὠνομασμένης,
Ἣν φασι Συβαρείτας ἀποικίσαι ποτέ.

Lege Συβαρείτας ex emendatione magni Cluverii. Opidum hoc roſarum abundantiâ valdè ab antiquis celebratur. Prop. lib. 4. eleg. 5.

Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti
Sub matutino cocta jacere Noto.

Ovid. Met. 15.

Calthaque Pæſtanas vincet odore roſas.

Mart. 42. ep. lib. 4.

Leucaſiamque petit, tepidique roſaria Pæſti.

Idem Ponticorum 2. Eleg. 4.

Pæſtanis rubeant æmula labra roſis.

Hæ roſæ autem ob cœli clementiam bis in anno producebantur (Maio ſc. & Septembri.) Virgil. Georg. 4.

Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem; biferique roſaria Pæſti.

Mart. 12. 31. *Prataque nec bifero ceſſura roſaria Pæſto.*

Claud. de nuptiis Honorii & Mariæ:

Vel flore ſub uno
Cum geminæ Pæſtana roſæ per jugera regnant.

Aliis etiam floribus abundare Pæſtum author eſt Martialis lib. 9. epigr. 27.

Pæſtano violas, & cana liguſtra colono,
Hyblæis apibus Corſica mella dabit.

Pæſula, op. Hiſp. Bæt. in Vandalitiâ & conventu Hiſpalenſi. *S. Domingo*, teſte Moletio; quod aliquibus non probatur, cum *S. Domingo de Silos* ſit in finibus Vectonum: niſi ſit geminum.

Pæſuri, qui & *Pæſures* Plin. Pop. Luſit. circa Tagum flu. *La Comarcha de Covilhan* Jac. Vaſconſello.

Pæſus, vide *Apæſus*. Eſt autem urbs Troadis inter Lampſacum & Parium op. Παισὸς, πόλις, καὶ πολιμός.

Pæti, Pop. Thraciæ inter Hebrum & Melam flu. quorum regio *Pætica* Arriano dicitur. Æno urbi proximi fuere.

Pætovium, urbs Pannoniæ ſup. i. e. Auſtriæ. Ptol. *Pætovionem* Tacitus ſcribit lib. 19. Alii *Pætoniam*, vulgò *Betta*. Sane in Græcis codicibus legitur Παῖσιον.

Paganorum inſula, Marcel. Comes. *Pago* Ortelio, videtur inſula Illyrici apud oram Liburniæ. Vide *Curiola*.

Pagaſæ, *Pagaſa* Ptolemæo ac Straboni, op. Theſſaliæ, non procul à Pelio monte, à quo propinquus ſinus *Pagaſicus* appellatur Plinio; *Pagaſæus* Melæ, *Pagaſiticus* autem Straboni. *Volo* nunc op. dicitur, aliis autem *Armiro*. Juxta hanc urb. Argo navis ædificata fuit, quam inde *Pagaſæam* vocant. Ovid. Met. 13.

Litoraque intravit Pagaſæâ Colcha carinâ.

Luc. l. 2. *Ut Pagaſæa ratis peteret cum Phaſidos undas.*

Prop. lib. 1. eleg. 20.

Namque ferunt olim Pagaſæ navalibus Argon
Egreſſam longe Phaſidos iſſe viam.

Quia autem ex ſinu Pagaſico Argonautæ profecti ſunt, ideo urbem Pagaſas, quæ nomen ſinui dedit, plerique dici volunt ὑπὸ τῶν ἐκεῖ πεπῆχθαι τὴν Ἀργώ. Οἱ δὲ παλαιότερον ὀνομάζουσι τόπον τῷ τόπῳ τεθῆναι τοῦτο ὑπὸ τῶν πηγῶν αἱ πολλαί εἰσι καὶ ἁλμυραὶ ῥέουσι. *At* (ex ſententiâ Strabonis) *probabilius alii ſtatuunt loco nomen eſſe à fontibus* (Doricè παγαῖς) *qui frequentes ibi, largique fluunt.* Scepſius etiam apud Apollonii Scholiaſten lib. 1. *Pagaſas* dici aſſerit ὑπὸ τῶν παγαῖς περιρρεόντων τοὺς τόπους. Vide *Cicynethus*.

Palæpaphus, Cypri urbs Veneri ſacra. *Paphon veterem* vocat Statius Theb. 5. Servius ad illud Æn. 10.

Eſt celſa mihi Paphos.

Antiqua Paphos, quæ nunc Palæpaphus dicitur. Erat autem alia à Papho. Utraque enim inter 15. civitates Cypri, uti videas apud Plin. 5. 31. Strab. lib. 14. Ptol. 5. 14. Loca deliciosa & amœna fuiſſe notat Tib. Donatus com. ad Virg. ubi ſupra. Vide Barthium ad Statium Theb. p. 38.

Palæſte, vicus Epiri, apud Oricum urb. Lucan. lib. 5.

Lapſa Palæſtinas uncis conflixit arenis.

Ubi Grotius *Apameſtinas* leg. jubet; nam *Apameſte* eſt in prominente parte Italiæ, quæ ad Epirum accedit, contra Ampſum flu.

Palæſtina, provincia Syriæ Arabiæ contermina. Herodotus totam Syriam vocat Palæſtinam. In ea quinque civitates continebantur, *Gaza*, *Aſcalon*, *Gath*, *Accaron*, & *Azotus*. Vide Plin. lib. 5. cap. 20. *Alii terram Sanctam* vocant, in Galilæam ad bor. Judæam cum Idumæâ ad Auſtrum, & Samariam in medio diviſam. Sane Ptolemæo, Straboni, ac Tacito,

cito, Syria Palæſtina eadem ipſa eſt quæ Judæa. Aliis diverſæ ſunt; ſic Ebræi à Palæſtinis diſterminantur. Papinius Sylv. lib 5.

——*Palæſtini ſimul, Ebræique liquores.*

Quod libentius (inquit Seldenus) adduxi, ut magni ejuſdem poetæ nimis depravatam in Glauciæ Epicedio lectionem inde emendarem. In eo ita legitur:

Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes Phariique (palam eſt vidique) liquores
Arſiuram lavere comam.——

Quid (malum) *palam eſt vidique*? Tantuſque poeta tantæ monimentum oſcitantiæ etiam ridiculum infarciret? Quæ habent heic Domitius, Cælius Rhodiginus, etiam & ipſe Gevartius, planè frigent. Reſtituimus:

Quodque Arabes Phariique Palæſtinique liquores.

Palæſtina aqua, pro Tigride ponitur apud Ovid. Faſt. l 2.

Inque Palæſtinæ margine ſedit aquæ.

Sittacena enim reg. Aſſyriæ à Tigride flu. irrigata, *Palæſtina*, teſte Plin. nominatur. Ovid. Faſt. 4.

Et modo tolle faces, remove modo verbera clamat,
Sæpe Palæſtinas jurat adeſſe Deas.

Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Ubi Scaliger, *ſuo*. Neque enim dicitur, inquit, Celta Gallus, nec Romanus Latius; ſic neque Syrus *Palæſtinus*. Verum fallitur. Tres enim veteribus Syriæ. Κοίλη Φοινίκη, Παλαιστίνη. Syria autem Palæſtina, eadem quæ Judæa. Ptolemæus: Παλαιστίνης Συρίας, ὑπὸ ϗ Ἰουδαία κληθεῖσα θεσις. Hinc Strabo Judæos jungit cum Syris lib. 16. Ἔνιοι δὲ Συρίαν ὅλην εἰς τε Κολοσύρους, ϗ Φοίνικας διῄρουν, τέτοις ἀναμίγνυθαι φασὶν τὸ πλῆθος ἔθνη, Ἰουδαίους, Ἰδουμαίους, Γαζαίους, Ἀζωτίους. Silius Italicus lib. 3. de Tito Veſpaſ. loquens:

——*Hic fera gentis*
Bella Palæſtinæ primo delevit in ævo.

Ubi *bellum Judaicum* intelligit. *Palæſtina* itaque olim *Chanaan* dicta, Judæam, Samariam, & Galilæam complectitur: Dio lib 3. 6. Ταῦτα μὲν πρὸς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐγίνετο, ὅπου ϗδ τὸ σύμπαν ἔθνος, ὅσον ἀπὸ τῶν Φοινίκων μέχρι τῆς Αἰγύπτου πρὸς τὴν θάλασσαν τὸ ἔσω παρήκει, ὑπὸ πολλῶν κακῶν ἐλήφθη. Amm. Marcell. lib. 14. *Ultima Syriarum eſt Palæſtina, per intervalla magna protenta, cultis abundans terris & nitidis, & civitates habens quaſdam egregias, nullam nulli cedentem, ſed ſibi viciſſim velut ad perpendiculum æmulas.*

Palatinus, mons Romæ, inhabitatus longo tempore ante urb. conditam à Valentiâ, Itali filiâ, inde ab Evandro, qui & in eo arcem conſtituit. Idem inter ſeptem colles præcipuus, ideoque celebris præ reliquis; varias ſui nominis cauſas habet apud auctores bonos. Nam & *Palatium* dictum conſtat, quòd Arcades cum Evandro *palantes*, i. e. nullo ordine vagantes in illum locum venerint, Varrone teſte. Quamquam alii nomen trahant à *Palatinis*, i. e. Aboriginibus, quòd hi venientes ex agro Reatino, qui appellatur *Palatium*, ibi conſederint. Addit Varro exiſtimare nonnullos inditum hoc illi nomen à *Palatiâ*, Latini uxore. Sunt qui à *Pallante* Evandri proavo deducunt. Alii à *Palathro* Hyperborei filiâ, quæ ex Hercule Latinum ſuſcepit; nonnulli à ſepulto *Pallante*, quem à Turno occiſum canit Virgilius. Livius primò vocatum cenſet *Palantium* à *Palanteo* Arcadiæ urbe, inde *Palatium*. Præter hos omnes, ſunt qui à pecorum *balatu*, quæ ibi ſolebant paſci, anteaquam incoleretur, nomen ejus derivant; quapropter *Balantium* nominavit vetus Poeta Nævius, cui & Feſtus ſtipulari videtur his verbis: *Palatium mons Romæ eſt appellatus, quod ibi pecus paſcens balare conſueverit*. Solinus vero ſcribit quoſdam auctores eſſe, datum ei nomen à *Pale*, paſtorum Deâ. Fungerus. Vide Voſſ. in *Palatium*.

Palatinatus inferior, ſive *Rheni*, prov. Germ. à Rheno flu. biparita, ſub Dom. Electoris Palatini. Terminatur à Sept. ditione Moguntinâ, ubi etiam partim ab Oriente & Ducatu Wirtemburgico; ab occ. ditione Trevirenſi, & Duc. Bipontino, à mer. autem Alſatiâ & Marchionatu Badenſi. Ejus primaria eſt Heydelberga.

Palatinatus ſuperior, prov. Germ. in Circulo Bavariæ, inter Bohemiam ad ort. Franconiam ad occ. & Bavariam ad mer. ſub dom. Ducis Bavariæ. Ejus primaria eſt Amberga.

Palici, qui & *Delli*, & *Crateres* nominantur, lacus ſive fontes in Siciliâ ſunt, qui continuâ eructatione, ad 3. circiter cubitos in altum efferuntur, cadenteſque in ſeipſos recipiuntur. Horum hiſtoriam & nominis originem vide apud Macrob. & Diod. Sic. in fine lib. 11. & apud Fazellum, qui ſcribit eos hodie *Naphtha* vocari. *Palicam* urb. & *Palicinum fontem* habet Stephanus.

Palici, vel ut alii *Paliſci*, gemini fratres, Jovis filii & Thaliæ Nymphæ, vel, ut alii volunt, Ætnæ. Tradunt enim hanc Nymphan à Jove in Siciliâ juxta Simæthum amnem non longè à Catinâ urbe compreſſam, metu Junonis optaſſe, ut ſibi terra dehiſceret, & ab irâ Deæ iſtius ſe occultaret. Quibus precibus exauditis terra molliter dehiſcens, intra viſcera ſua eam recepit, ubi illa legitimo tempore gemellos peperit, quos terra denuo ſe aperiens in lucem eddit: Unde & *Palici* dicti ſunt ἀπὸ τῆς πάλιν ἴτεως, quòd in terram demerſi *denuo ſint reverſi*. Quam verum ſit hoc etymon poſtea videbimus. Oſtendunt autem accolæ 2. lacus, ex quibus fratres hoſce putant emerſiſſe, eoſque *Dellos* vocant, qui tantâ olim in veneratione habiti ſunt, ut circa eos juramenta exigi ſolerent, ſi quis in furti ſuſpicionem incidiſſet, prius tamen accepto fidejuſſore, qui ſi juranti quid acciditſet, præſtaret, quod exitus oſtenderet. Nam quum rei negatæ fides quæreretur, & jusjurandum à ſuſpecto petebatur, uterque ab omni contagione mundus ad Crateras accedebat; deinde loci Numine invocato, jurabat; quod ſi jure fiebat, diſcedebat illæſus: ſi vero malè juratum eſſet, mox in lacu peribat perjurus. Magnâ præterea veneratione erat Palicorum templum, quòd cum Siciliam ſterilis annus arefeciſſet, divino Palicorum reſponſo admoniti Siculi certum ſacrificium fecerunt, poſt quod ſtatim reverſa eſt ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congeſſerunt in Aram Palicorum, quæ ob id *pinguis* à Virgilio dicitur Æn. 8.

——*Simæthia circum*
Flumina, pinguis ubi & placabilis Ara Palici.

Palicorum Græcum etymon obtrudunt nobis Macrobius & Servius. „Sed hæ Gerræ Siculæ ſunt, inquit, Bochartus, nugæque nugaciſſimæ, ab Æſchylo & aliis, non alia de cauſâ confictæ, quam ut è Græcâ linguâ *Palicorum* nomen peterent, quod eſt planè Punicum. *Palici* enim פליחין *Palichin* vel *Pelichin* à Pœnis nominati ſunt, ut Athenis Σεμναὶ θεαὶ voce *à veneratione* deductâ. Syris enim verbum פלח *pelach* ſig. *colere* & *venerari*. Quo ipſo nomine Æſchylus ipſe inſignivit his verbis:

Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζῆνὰ ἐφίεσθ' καλεῖν.
Summos Palicos Jupiter venerabiles
Voluit vocari.——

Et vero Palicos non Jovis ſed Adrani eſſe filios ex Heſychio diſcimus: Ἀδρήνῳ, inquit, δύω γηγενῆ υἱοὶ Παλικοί; quod multo eſt veriſimilius, quia tam Palici, quam Adranus ſunt ἐντόπιοι θεοί, extra Siciliam nullibi noti. Vide omnino Claud. Dauſqueium Silii Commentatorem in illud lib. 14.

Et qui præſenti domitant perjura Palici
Pectora ſupplicio.

Palinurus, vel *Palinurum*, Lucaniæ promont. haud longè à Veliâ, inter Pæſtum & Talaum. Ita dictum à *Palinuro* navis Æneæ gubernatore, qui ſomno oppreſſus unà cum gubernaculo in mare decidit, totoque triduo fluctibus jactatus, quarto demum die ad litus Velinum adnavit; jamque terram tenebat, cùm loci ejus accolæ ſpe prædæ impetum in eum fecerunt, occiſumque & ſpoliatum denuò in mare objecerunt. Quod ob facinus cum Velini poſtea gravi peſtilentiâ laborarent, oraculo moniti, ut Palinuri Manes placarent, lucum ei conſecrarunt, cenotaphiumque erexerunt in promont. quod ab eo *Palinuri* nomen obtinuit. Virg. Æn. 6.

Æternumque locus Palinuri nomen habebit.

Dicitur autem *Palinurus* qu. *iterum meiens*, πάλιν enim *rurſus*, ἔρῳ *urinam* ſig. ad quam etymologiam alludit Martialis lib. 3. 68.

Minxiſti, Palinure, ſemel currente carinâ;
Meiere vis iterum? jam Palinurus eris.

Paliſcorum, vel *Palicorum* ſtagnum in Siciliâ, ſulphurei odoris. Unde Ovidius Pontic. 2. eleg 10.

Ætnæoſque lacus & olentia ſtagna Palici.

Idem lib. 5. Met.

Stagna Palicorum ruptâ ferventia terrâ.

Apud Stephanum legitur Κελῶν τις ἐν Παμπικοῖς, apud Philoſophum vero in lib. de Mirabilibus ἐν Παμπιοῖς.

Pallene, quæ & *Phlegra* Herodoto, *Patalene* Ptolemæo dicitur; peninſ. Macedoniæ ad ſinum Thermaicum, cujus Iſthmus *Pallenſis* Plinio dicitur, quæ & penninſ. Caſſandriæ ab Euſt. nominatur, *Pallenea* à Val. Flacco. Virgil. lib. 4. Georg. de Proteo.

Hic nunc Emathiæ portus, patriamque reviſit
Pallenen.——

Hic *Pallene*, op. teſte Plinio & Stephano, *Caniſtro*, teſte Sophiano hodie, Nardo autem *Tarcho*, ſeu *Tarſo* dictum, Caſſandriæ finitimum. Vide Steph. in Παλλήν. Hinc *Pallenæus*. Stat. lib. 4. Sylv. Carm. 2.

Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.

Claud. *Pallenæa Jovi mutavit fulmina Cyclops.*

Palma, colonia & urbs Baleâris majoris epiſc. ſub archiep. Tarracon. Long. 24. 40. Lat. 40. 00.

Palmaria, inſ. maris Tyrrheni contra Terracinam, inde 37. m. p. diſtans, proxima Pontiæ. *Palmarola* Nigro.

Palmyra, *Amegara* Caſtaldo, urbs Syriæ archiep. in Arab. Deſ. confin. inter Damaſcum 225. & Seleuciam magnam ad

Tigrim

Tigrim 533 ab Antiochiâ magnâ 240. in ort. Palmyrenæ regionis, quæ *Arden* Caſtaldo dicitur caput. Pop. *Palmyreni*, qui & *Adrianopolitæ* dicti, urbe ab Adriano reædificatâ, teſte Stephano. Long. 71. 30. Lat. 34. 00.

Paloda, *Blechisfield*, ut Lazio videtur, op. Daciæ, cujus ager ſic in Tranſylvaniâ appellatur. Item op. Pannoniæ ſuper. in Hungariâ, nunc *Palotta*, inter Taurinam op. & Datam op. 2. leuc.

Paltos, *Boldo* nunc op. Phœnices in orâ apud Byblum urb. quod Niger *Gibel* indigetat, cum *Gibel* ſit ipſa Byblos. Ejus mem. Strab. Mela & Artemidorus in Epitome. Hic Memnon. fil. Auroræ, ut fabulantur, ſepultus eſt. Pop. *Palteni*.

Pamiæ, vel *Apamiæ*, vulgò *Pamiers*, urbs Gall. Narbon. in Occitaniâ ad flu. Alburacim 3. leuc. à Fuxio in Bor. & 9. à Toloſa in merid. Long. 22. 10. Lat. 42. 59.

Pamſus, *Paniſus*, Ptolemæo qui & *Amathus*, *Mamaus*, & *Arcadiacus*, à Strab. nominatur, & *Pamiſſus*, fluvius Meſſeniæ in Peloponneſo, cujus oſtia à Meſſene 300 mill. abſunt. *Stromio* Nigro. al. *Tifeo*, al. *Spirnazza*. Eſt & Theſſaliæ flu. in Peneum ſe exonerans: itemque Myſiæ infer. inter Odeſſon, & Meſembriam in mare Euxinum influens.

Pammonia, locus in Europâ, ubi vipera ſerpens reperitur. Nicander in Theriacis.

Pamphylia, quæ & *Mopſopia*, teſte Plinio, regio Aſiæ mari, quod Pamphylium appellatur, ad Auſtrum objecta, inter Lyciam ad occid. & Ciliciam ad ort. à Phrygiâ magnâ Tauro monte diviſa. *Settalia*, teſte Giravâ, *Zina* Theveto, *Caraman* Nigro dicitur. *Scandalor* eidem Nigro eſt pars occidua & ad mare terminata. Pamphyliæ inter poetas mem. Stat. l. 1. Sylv. Carm. 4.

Hunc quoque perque novem timuit Pamphylia meſſes.

Hinc *Pamphylius* adject. Lucan. lib. 8.

———*Pamphylia puppi*
Occurrit tellus.———

Item Pamphylia, urbs Mediæ. Steph.

Panchæa, Arabiæ Troglodyticæ pars, quæ oſtio ſinus Arabici adjacet. Vide Voſſ. ad Melam 3. 9. Virg. Geo. 2.

Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Idem Georg. 4.

———*Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.*

Ovid. Met. 10.

Cinnamaque coſtumque ſuam, ſudataque ligno
Thura ferat, floreſque alios Panchaia tellus.

Claud. 2. Rapt.

Quicquid thuriferis ſpirat Panchaia ſylvis.

De hoc thure capiendi Lucretius, Claudianus, Tibullus, Arnobius ſub nomine *odorum*, *ramorum*, *mercium*, *reſinæ*. Ait primus lib. 2.

Araque Panchæos exhalat propter odores.

Alter de 3. Conſul. Honor.

Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.

Tertius l. 3.

Illic quas mittit dives Panchaia merces.

Quartus lib. 7.

Panchaicas ardere reſinulas.

Panæa, op. non procul ab Alexandria, quod eſt Sogdianorum. Plin. 6. 16.

Pandæ, Indiæ pop. qui cum Deriade contra Bacchum pugnaverunt; hi ſoli reguntur fœminis. Steph.

Pandane, porta Romæ à *pandendo* dicta, quod ſemper pateret ad res quæ in urb. ferebantur. Eadem dicebatur *Libera* à *Libertate*.

Pandaria, vel *Pandataria*, Plinio & Solino, *Pandateria* Tacito inſ. maris Tyrrheni in ſinu Puteolano, Palmariæ & Pontiæ finitima, ab eis in ort. ante Caietam recedens, inde 250. ſtad. diſtans.

Pandoræ, Indorum pop. qui degunt in convallibus. Vivunt annos ducentos; in juventute ſunt candido capillo, in ſenectute vero nigro.

Pandoſia, urbs gemina: una Brutiorum (licet Strabo in Lucaniâ reponat) in monte, apud præterfluentem Acheruntem flu. exciſa, apud opidulum vulgo *Caſtel Franco*, quod, teſte Barrio, locum tenet Pandoſiæ, in territ. Conſentino, inter Conſentiam & Mont. Altum 6 m. p circiter. Hic Alexander, rex Epiri ab oraculo deluſus (cumquæ Pandoſia ſibi fatalis eſſet, haud præmonitus fuiſſet) Tarentinis opem ferens à Brutiis obtruncatus eſt. Altera in Epiro ad flu. Acherontem quoque, ubi Pandoſia lacus, teſte Plinio, in Caſſiopeæ & Theſprotiæ confin. in ip. à Theſprotiâ.

Paneas, fons Paleſtinæ in Cœleſyria, unde Jordanis flu. effluit apud Cæſaream Philippi urbs nunc everſam, quæ & *Paneas* dicta eſt, à Sidone urbe Phœniciæ 20. m. p. in ort. recedens.

Panebi, pop. Arabiæ; de quibus ſic ſcriptum legimus. Si quando rex moritur, corpus ejus quidem defodiunt, caput vero auratum in templo auguſtiſſimo conſecrant, dicantque. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2.

Panelas, urbs circa Pontum, ſic dicta ab Heracleotâ quodam ex poſteris Penelei ducis in bello Trojano, qui illuc ex Bœotiâ venit. Steph.

Pangæus, *Malaca* & *Caſtagna* Bellonio, mons Thraciæ in Macedoniæ confin. Philippis urbi imminens. *Pangæa*. Virg. Georg. 4.

Altaque Pangæa, & Rheſi Mavortia tellus.

In hoc, teſte Herodoto Musâ 7. aurea ſunt & argentea metalla. Cinnamis eum abundare ait Ferrarius deceptus loco Claudiani, ubi legendum eſt:

———*Panchaia turgent*
Cinnama.———

Lucan. lib. 1.

———*Video Pangæa niveſis*
Cana jugis, latoſque Æmi ſub rupe Philippos.

Statius Theb. 10.

Perfindunt inarata diu Pangæa juvenci.

Hinc *Pangæus*. Lucan. lib. 7.

Pindus agit gemitus, Pangæaque ſaxa reſultant.

Val. Flac. lib. 1.

Carbaſa Pangæâ Boreas ſpeculatus ab arce.

Panhellenes, ſimpliciter pro Græcis apud Heſiodum, ubi de Sole hyberno:

———Βεβλῆσθαι δὲ Πανελλήνεσι φαείνῃ.

Ubi non vertendum *univerſis Græcis*, ut vulgò, ſed ſimpliciter *Græcis*. Πανέλληνες, enim tempore Heſiodi, Homeri, & Archilochi appellabantur Græci ad diſcrimen Ἑλλήνων propriè ſic dictorum. Hellenes autem tunc temporis dicebantur Phthiotidis incolæ, quod nomen acceperunt ab *Hellene* Deucalionis filio, qui illius partis Theſſaliæ rex fuit. Ante hunc nominabantur Γραικοὶ, quod Latini retinuerunt. Hinc Homerus Achillis populares & ſubjectos vocat Myrmidonas & Hellenas. Achilles autem imperabat Phthiotidi. Hi itaque cum propriè dicerentur Ἕλληνες, reliqui Græciæ populi dicti ſunt Πανέλληνες. Vide Thucydidis procœmium, Strabonem lib. 8. Apollodor. lib. 1. Bibliothecæ. *Panhellenia* autem ſacra totius Græciæ vocantur.

Panionium, lucus ſacer in Mycale promont. in Sept. vergens, communiter ab univerſis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conveniebant Iones ad peragenda ſacrificia, quæ & ipſa *Panionia* dicebantur. Stephanus: Πανιώνιον, τέμενος, καὶ πόλις ἐν τῇ Φθιώτιδι ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σαμίων. Herodotus non urbem ſed χῶρον ἱερὸν vocat. Sic enim ille lib. 1. Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τοῦ Μυκάλης χώρου ἱερὸς, τρὸς Ἄρκτον τετραμμένος κοινὸν ἐξαίρετον ἀπὸ Ἰώνων πασι δεῶνι Ἑλικωνίῳ. Ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τοῦ Ἡραίου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. Ἐς τὸν συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες ἄγιστον ὁρτὴν ἔθεντο ὄνομα Πανιώνια. Herodoto conſonat Strabo l. 14. Πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ Φθιώτιδι τὸ Πανιώνιον, τεῖον κατά τοὺς ὑποκειμένους τῆς Θηβαΐδος, ὅπου τὰ Πανιώνια, κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι καὶ θυσία. Meminerunt etiam Plinius lib. 5. cap. 29. Itemque Pomponius Mela. Plinius ita: *In orâ quâ Trogylia appellatur, Geſſas amnis. Regio omnibus Ionibus ſacra, & ideo Panionia appellata.* Mela vero ſic: *Ubi eſt Panionium ſacra regio, & ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colant.*

Pannonia, reg. Europæ maxima, inter Danubium ad Bor. à Metanaſtis Jazygibus ſeparantem, & Saum flu. ad merid. dividentem, ac inter Noricum ad occid. & Myſiam ad ort. contenta; In ſuperiorem (quæ *Prima* Ruſo, Marcellino, & Lib. Notit. dicitur) in quâ *Ala Flaviana*, ſeu *Vienna*, ut nunc vocant, *Flexum* ſeu *Poſonium*, *Arrabo*, ſive *Jaurinum*, *Sabaria*, *Savaria*, ſeu *Græcium* & *Petovio* urbes continentur: Et inferiorem ad ortum, in quâ *Buda*, *Strigonium*, *Alba Regalis*, *Colocia*, *Quinque Eccleſiæ*, *Sirmium*, & *Taurinum* urbes ſunt, diviſa. Utraque *Hungaria* nominatur, non tamen ex æquo; Nam Hungaria trans Danubium uſque ad Carpatem montem extenſa Jazyges Metanaſtas complectitur, & Pannonia partem Auſtriæ & Stiriæ, Carniolæque comprehendit. Ex quo error Ortelii patet, Pannoniam ſuper Auſtriam appellantis, cum modicam partem Auſtriæ (in quâ Vienna & Sapronium) tantum contineat, maximaque Auſtriæ ac Stiriæ pars cum Carinthia & Carniola ſit in Norico. Ovid. Triſt. 2.

Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda.

Pop. *Pannonii* Idem Ovid. ad Liviam:

Summaque diſperſi per juga Pannonii.

Hinc *Pannonicus*. Mart. 8. 14.

Dum nova Pannonici narratur gloria belli.

Et *Pannonis* fœm. Lucan. lib. 6.

Pannonis haud aliter poſt ictum ſævior urſa

Cum

Cum jaculum parvâ Libys amentavit habenâ,
Se rotat in vultus, telumque rata receptum
Impetit & ſecum fugientem circuit haſtam.

Horum mem. Dionyſius, verſ. 321.

Περὶ ϑ' νότον Τέρραι καὶ Νεῖκι' ἄστε' ἐρυμνὰ,
Παννόνιοι, Μυσοί τε.——

Solinus cap. 24. *Jam Pannonia viro fortis, & ſolo plano læta, atque uber Dravo Savoque inclytis amnibus circumfluа.*

Pannonia Savia, quæ & *Riparia*, ſeu *Ripenſis*, *Bubalia* Aurel. Victori, *Sirmienſis* Caſſiodoro. *Cibalienſis* P. Diacono, pars Pannoniæ infer. circa *Saum* flu. ubi Amantini pop. Plin. quæ partim *Hungaria*, partim *Boſſina* & partim *Sclavonia* nunc dicitur.

Pannonia Valeria, quæ & *Valeria* ſimpliciter, pars Pannoniæ ſup. in quâ pars Stiriæ ad ortum continetur.

Panormus, Siciliæ urbs. Ptol. hodie *Palermo*, teſtibus Aretio & Fazello. Polybius hanc lib. 1. in duas partes diſtinguit, in veterem nempe & novam, quas Neapolin & Palæopolin vocat. Hanc unà cum Solunte & Motye Pœnis illis antiquiſſimis attribuit Thucydides lib. 6. Μοτύη καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, &c. ἐνέμοντο. Hæc, ut Polybius author eſt lib. 1. Ἦν βαρυτάτη πόλις ἡ τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας. Ac Diodorus lib. 22. eandem habere aſſerit λιμένα κάλλιστον τῆς μὲν Στικελίαν, ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν συμβέβηκε τετυχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας. Quod ipſum mirari ſubit, unde Græcum habuerit nomen urbs, quam nec Græci condidiſſe, nec niſi ſero admodum obtinuiſſe leguntur. Proinde veriſimile eſt aliud Panormi nomen in uſu fuiſſe apud Pœnos, puta לבחין *Leptin*, i. e. ὅρμον, *ſtationem*. Boch. Ejus mem. Sil. lib. 14.

Tergemino venit numero fœcunda Panormus.

Panormus, op. multiplex. Unum Cretæ. Ptol. cujus mem. Plinius. *Mirabello* nunc Nigro, *Voliſineni* pagus Bellonio in orâ Boreali. Alterum Macedoniæ in orâ apud Athon mont. Ptol. *Yeriſco* Ortelio, *Macri* Moletio. Tertium in Samo inſula. Liv. *Macri* quoque *Nardo*. Quartum Achaiæ. Polyb. Plin. Pauſan. Thucyd. in Peloponneſo juxta Rhium promont. contra Naupactum. Quintum Cherſoneſi Thraciæ Plin. inter Elæum, & Caridiam. Sextum in Phrygiâ ad Helleſpontum apud Cyzicum. *Palermo* Leunclavio.

Panormus, portus multiplex. Unus Epiri apud Oricum Straboni inter Acroceraunia & Onchesmum, *Palermo* Moletio. Alter Atticæ. Ptol. Pauſ. *Raphei* Sophiano, inter Sunium & Cynoſuram promontoria. Alius Cephaleniæ inſ. teſte Porphyrio.

Pantagias, vel *Pantagies*, fluvius Siciliæ, valde quidem exiguus. Sil. lib. 14.

——*Ac facilem ſuperari gurgite parco*
Pantagiam.——

Sed rapidiſſimi curſûs, quique magno murmure per multa ſaxa in mare præceps devolvitur. Hunc mirâ vocum contractione *Pantagium* dictum volunt, quaſi Παντάχῃ πολαμίαν *ubique obſtreperum*. Servius in lib. 3. Æn. *Hic fluvius Siciliæ cum plenus flueret, implebat ſonitu pene totam Siciliam, unde* & Pantagias *dictus, quaſi* ubique ſonans. *Hic poſtea cum Cereri quærenti filiam obſtreperet, tacere juſſus eſt numinis voluntate.* Et Vibius in Catalogo fluminum: *Pantagias Siciliæ ita dictus, quod ſonitus ejus decurrentis per totam inſulam auditus eſt, uſque eo donec Ceres quærens filiam comprimeret eum.* At, ut cætera taceam: *Pantaciam* appellarunt Græci veteres, non *Pantagiam*. Thucydides lib. 6. de Lamo quodam: Ὑπὲρ Παντακίς τε πόλεως Τρώπλον ἕνομα χωρίον οἰκίσας. In Ptolemæo legitur: Παντάχα πόλεως ἐκβολαί, quaſi à recto Πάνταχος. Fallor (inquit Bochartus) an Pœni פתק *pattak* vocabant à verbo Syro פתח *petak*, i. e jaculari, projicere, & cum impetu propellere. Unde Claud. de Rap. lib. 2.

——*Et ſaxa rotantem*
Pantagiam.——

Vide Cluver. de Sic. Ant. lib. 1. cap. 11.

Panticapæa, & *Panticapæum*, Plin. ac Steph. *Voſpero*, teſte Nigro, urbs Tauricæ maxima ad Boſporum Cimmerium, *Boſphorium* olim, teſte Plinio.

Panticapes, flu. Scythiæ Europææ per Lithuaniam fluens in Euxinum mare, Nomadas à Georgiis ſeparans, teſte Plinio. *Przepets*, vel *Przypicks*, teſte Peucero, *Conſcavado* Mercatori. Quintus flu. eſt ab Iſtro inter celebres apud Herod. lib. 4. Dionyſ. verſ. 314.

Κεῖθι γὸ Ἀλήσκοιο καὶ ὕδατα Παυλικάπαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μορμύρουσι.

Paphlagonia, *Roni* Caſtaldo, regio Aſiæ ad Pont. Eux. Galatiæ pars Borealis Ptolemæo inter Bithyniam ad occid. & Cappadociam ad ort. Galatiâ ad Auſt. cohærente. Nomen habet à *Paphlagone* Phinei filio, teſte Stephano. Populi *Paphlagones*, quos ſuperſtitioſos ac ſtolidos eſſe affirmat Lucianus in Pſeudomanti. Horum mem. Dionyſ. verſ. 787.

Παφλαγόνες δ' ὅτε τοῖσιν ἐπ' ἠιόνεσσι νέμονται,
Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πίδον——

A *Paphlagone* Phinei filio, uti diximus, *Paphlagoniam* deducit Stephanus. Ita enim Conſtantinus Porphyrogenneta *Paphlagones* deducit ἀπὸ Φινέως τοῦ πρώτου τὴν Παφλαγονίαν οἰκήσαντος, ὃς ἔσχεν υἱὸν Παφλαγόνα ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα τὴν προσηγορίαν ἐκληρονόμησεν. Fortaſſe autem, inquit vir Magnus, Phinei filius pro *Paphlago* fuit *Phaleg*, unde *Paphlagona* compoſiti nomine פאה פלג dicta fuerit, h. e. *plaga Phalegi*. Id enim proprie פאה *pea*. Homerus eos à fortitudine commendat. Il. ε.

Ἀρχὸν Παφλαγόνων μεγαθύμων ἀπηφάνην.

Idem Iliad. ν.

Τὼ μὲν Παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο.

Paphos nova, Cypri inſ. urbs Ptol. *Neapaphos* Plinio. *Bapho* Nigro. Paphum ab Auguſto Imp. *Auguſtam* appellatam ſcribit Dio lib. 54. ſed veteremne an novam non diſcernit. Duæ enim ſunt in Cypro, teſte Ptolemæo.

Paphos, Cypri civitas, Veneri quondam ſacra. Virg.

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos.

Horat. Carm. 1. Od. 30.

O Venus regina Cnidi Paphique,
Sperne dilectam Cypron.

In hâc urbe ante nuptias puellæ dotem quæſituræ in honorem Veneris in litore ſe proſtituebant. Juſt. l.b 18. Pompon. l.b. 2. Strabo lib. 14. Plin. 5. 31. Hinc Nonnus in Baſſaricis lib. 13.

Καὶ Πάφον ἀξεσκόμων στεφανηφόρον ὄρμον ἐρώτων.

Conſtruxit etiam in eâ templum & aram in honorem Veneris, quæ à loco *Paphia* dicta eſt, cui diu ſolo thure ſacrificatum eſt. Long. 64. 20. Lat. 35. 10.

Papia, quæ & *Flavia* aliquando in antiquis nummis, olim *Ticinum*, urbs Inſubriæ poſt Mediolanum clariſſima. Quondam Oſtrogothorum, & Longobardorum ſedes. Item flu. ejuſdem nominis. Vide *Ticinum*.

Parabyſton, forum Athenis in quo undecim viri judicabant, & quidem res viliores. Vide Meurſium Atticarum Lectionum lib. 2. cap 9. & Mauſſacum ad Harpocrationem.

Paracheloitæ, pop. apud Theſſalos circa Maliam urb. ad Acheloum flu. & apud Ætolicos. Strabo. Alios in Phthiotide ponit Stephanus.

Paradiſus, op. Syriæ, ſeu Phœnices ſupra Antaradum cum flu. cognomine. Plin. Ptol. Item pagus Siciliæ. Steph.

Paradiſus, quem Dominum Deum in Eden plantaſſe meminit Moyſes his verbis ויטע יהוה אלהים גן בעדן *vajitta Jehova Elohim gan beheden*, transferentibus id Septuaginta; ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς Παράδεισον ἐν Ἐδέν, ut non tam voluptatem, quam nomen proprium iſtius loci accepiſſe videantur. Origine autem *Paradiſus* vox Perſica eſt, ſicut Xenophon non ſolum teſtatur hortos à Perſis *Paradiſos* appellari, verum etiam Plutarchus in Demetrio, & Philoſtratus in vitâ Apollonii Tyanei, cum ita ſcribit: Μέλλων ὁ Δαμὶς περὶ Θήρων γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις χωρίων εἰς ἃ λέοντες ἀπικνοῦνται τοῖς βαρβάροις καὶ ἄρκοι, καὶ παρδάλεις. Et Pollux. Παράδεισοι βαρβαρικὸν μὲν δοκεῖν τὄνομα, ἥκει δὲ καὶ σωφρόνειαν εἰς χρῆσιν Ἑλλωτικῶν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ Περσικῶν. Etenim Perſæ nominabant Paradiſos ampliores hortos δένδρεα ἔχοντας ἡμερά, interdum etiam vivaria, ut quibuſdam placere video. Agellius lib. 2. cap. 20. *Vivaria nunc dicuntur ſepta quædam loca, in quibus feræ vivæ paſcuntur.* Et paulo poſt, *Vivaria quæ nunc vulgus dicit (unt quos Παραδείσους Græci vocant.* Quocirca Vandalorum regum paradiſum in Africâ pulcherrimum & amœniſſimum fontibus non tantum irriguum, ſed etiam arboribus pomis onuſtis plenum fuiſſe ſcribit Procopius. Unde Heſychius: Παράδεισον τὸν Βασιλέως κατάλυσιν interpretatur. Valeant ergo qui cum Scholaſticis *Paradiſum* dici volunt qu. *parans Dei viſum*. Valeant qui cum Suidâ peregrinæ hujus vocis originem aut παρὰ τὸ δίδωμι, i. e. βρέχω, aut παρὰ τὸ τὴν δῆσιν, i. e. Βοτάνων συλλογὴν ποιοῦσι arceſſunt. Tandem hanc vocem receperunt literæ ſacræ. Ait enim Solomon Eccleſ. 2. *Feci mihi hortos & paradiſos (ganoth vepardeſſim) & plantavi in eis omne lignum fructiferum.* Canticorum quoque 2. & Neemiæ 2. eandem vocem reperias. In Novo Teſtamento eſt Tranſlata S. Lucâ & D. Paulo ad æternam illam & beatam Dei, angelorum, & animarum felicium ſedem, ut cum Chriſtus inquit latroni: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Eadem ſignificatione accipitur Apoc. 2. ubi *vincenti lignum vitæ* promittitur, *quod eſt in paradiſo.* Ubi ſorte Seleuciani negarunt fuiſſe olim Paradiſum terrenum, ut & Origenes lib. 4. περὶ ἀρχῶν, pueriliter ratiocinatur, haud fore aliquem uſque adeo ſtupidum, ut putet Deum agricolam fuiſſe, &

arbores

arbores plantasse in Paradiso. Sed eum confutat Epiphanius. Quin ipsa creatio verbo Dei facta redarguit ineptias tales; nec esse in Paradisi Historiâ semper quærendas allegorias monet Hieronymus. Fuit itaque Paradisus aliquis terrenus, sed ubi fuerit ab eruditis disputatur. Sunt qui sub Æquinoctiali circulo constituunt, & nomine *gladii, torridam zonam* accipiunt. Alii in altissimis montibus ponunt, ut ad Lunarem usque circulum pertingat, aquarum diluvii expers. Nonnulli extra orbem nostrum locum illi faciunt, mysticè intelligentes omnia illa quæ de eo commemorantur. Philo quoque Judæus cœlum intelligit. Sed hanc ejus opinionem improbat & rejicit Theodoretus multis modis, tum pariter his verbis: Ἐδὲν οἱ μὲ ἀπὸ παραδείσου αὐτὸν λέγεσθαί φασιν, οἱ δὲ τόπον πάνυ, ἐν ᾧ καὶ παράδεισος ἦν, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐπλάσθη. Καὶ ὁ Ἀδὰμ ἀπὸ τῆς γῆς ἐν Ἐδὲν γεγονὼς μετωκίσθη, ἐδὼν δὲ τὸ πύῤῥον. Quanquam posteriora hæc minime sint vera, eò quod Adamus nomen tulerit à terrâ quæ Ebræis dicitur אדמה *Adama*. In quâ regione ergo plantatus est hortus hic voluptatis? Probabiliter loqui ac scribere videntur, qui locum ejus designant in Mesopotamiâ inter Judæam & Arabiam, máxime circa Babylonem & Seleuciam, ubi Tigris & Euphrates 4. flumina suo concursu constituunt, supra Babylonem autem uno alveo recipiuntur, & infra rursus dividuntur in flumina duo, aut potius in Chaldæâ vel Assyriâ. Sed & hanc sententiam evertere conantur nonnulli, non satis animadvertentes, ubi primi isti homines vixerint, ubi turrim condiderint, ubi Nineven prius conditam ab Assur, à quo circumjacens regio Assuria, vel (quod idem est) Assyria est dicta. Suspicionis etiam nonnihil injicit, quòd inter Magorum præcepta, quorum in Chaldæâ & proximis regionibus magna fuit auctoritas, Paradisi quoque mentio fiat his verbis:

Ζήτησον παράδεισον.

Quanquam mysticè eos de Paradiso loqui intelligat Psellus, qui disertis verbis Χαλδαϊκὸν παράδεισον vocat, & alio loco ἐδὲμ παράδεισον χαλδαίας, quasi fuerit indubitatum tum temporis esse aliquem Paradisum Chaldaicum. At quia perierat aquis diluvii vastatus, atque ideo digito monstrari non poterat, mysticè intelligendum existimarunt, sicut & nonnulli Christianorum Theologi. Adde quod versus Orientem habitaverint Adam, Cain, Abel, & ab eodem tractu coloniæ fuerint in alias regiones deductæ. Post cataclysmum enim venit in Ægyptum Mizraim, i. e. Ægyptus, ut Chus in Æthiopiam. Atqui Orientalis regio est Chaldæa, cujus incolæ quoque non falsò, Arcadum instar, sed magno jure se omnium hominum antiquissimos jactare solent. Jam & ipse hortus voluptatis plantatus fuisse legitur à Deo, Gen. 2. מקדם *Mikedem*; quam vocem licet Onkelos *à principio vertat*, Hieronymus *ab exordio*, Aquila ἀπ' ἀρχῆς, Theodoretus ἐν τοῖς πρώτοις, Symmachus ἐν πρώτῃς; quasi ante conditum mundum extiterit Paradisus; tamen horum sententiæ omnino standum non est, cum eadem vox *ab Oriente* quoque significat, teste Aben Ezra & aliis. Atque hâc adeo de causâ Septuaginta verterunt κατὰ ἀνατολάς, i. e. *ad Orientem*, respicientes ad locum, non ad tempus. Hoc certum est, ante hominem formatum extitisse Paradisum. Ante mundum vero creatum non extitisse, vel inde probari queat, quòd terrestris fuerit, arbores in se fructiferas habens, fluviorumque & regionum Orientalium mentio fiat in ejus descriptione. Credibile quoque est temperatissimam fuisse regionem hanc, atque ideo priscos illos homines vitam in plures quam nos, annos, produxisse, cum nondum immanis illa ventris ingluvies, vere Hydra Lernæa, irrepsisset in mundum, quæ jam & morbos plures generat, & manes anticipat. Cæterum periit Paradisus terrestris eversus aquis diluvii, horridus jam & incultus, aut certe pristinâ amœnitate destitutus. Quò stultè faciunt prorsus, quicunque eum inquirunt, eò quòd ab aliis locis quoad splendorem, culturamque dignosci haudquaquam possit. Falluntur etiam Judæi, qui in terreno Paradiso etiamnum versari putant Thisbitem Eliam, & Enoch, cùm in cœlestem revera translati sint, de quo Salvator locutus est pendens in cruce, & B. Paulus 2 Cor. 12. ubi se raptum esse affirmat in Paradisum tertium aduque cœlum, atque ibidem multa audivisse verba arcana, quæ homini aperire non licet. Hæc ex Fungero. Constantinus M. in Orat. ad Sanctorum cœtum apud Euseb. videtur Paradisum illum in quo Adamus à Deo collocatus est, extra terram ponere; in quâ opinione fuere plerique veterum. Stephanus Gobarus in Cap. 11. hoc problema tractaverat: ὡς ὁ παράδεισος ὅτε ἐν τῷ μεσῷ ὅτε ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ τέτων μεταξύ Et capitis 12. hic erat Titulus, Quod Paradisus est superna Jerusalem & in tertio Cœlo: & quod arbores quæ illic sunt intellectu & scientiâ præditæ sunt: & quod Adamus post transgressionem illinc in terram dejectus est. Deinde assertio contraria, Paradisum non esse in tertio cœlo, sed in terrâ. Sane Tatianus in Orat. contra Græcos, Paradisum in quo Adamum Deus collocavit non in hac quem incolimus terra fuisse dicit, sed in aliâ multo præstantiore. Verba ejus hæc sunt: Μεθικίδης οἱ δαίμονες, ἐξοικίδης οἱ παράσπλαστοι· καὶ οἱ μὲ ἀπ' ἀρχῆς πεσόντες ἀπὸ γῆς μὲ, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης. Sed & Tertullianus idem sensisse videtur. Sic enim scribit de Adamo lib. de Patientiâ: *Innocens erat* & Deo amicus, & Paradisi colonus. At ubi semel succidit impatientiæ, desivit Deo sapere, desivit cœlestia sustinere posse. Exinde homo terræ datus & ab oculis Dei dejectus. Idem elici potest ex libro ejus 2. adversus Marcionem cap. 2. & 10. ubi eâdem metaphora utitur quâ Tatianus. Quid mirum si redhibitus animæ suæ & in ergastulum terræ laborandæ relegatus, i. e. ἐξοικισθείς. Quod si liber ille quem *de Paradiso* Tertullianus scripserat, hodie extaret; hanc ejus fuisse sententiam quam dixi apertius cognoscere liceret. Denique Clemens Alexandrinus in libris Hypotyp. p. 341. Edit. Commelinianæ, Paradisum terrestrem in quo Eva facta est in quarto cœlo collocat: ὅθεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ τέταρτῳ ἀέρι φυτευθῆναι, &c. Origenes vero Paradisum, cujus incola fuit Adamus in tertio cœlo collocaverat, uti docet Methodius in lib. de Resurrectione apud Epiphanium, pag. 572. Et ante hos omnes Valentinus Paradisum in quo Adamus versatus est, supra tertium cœlum posuerat & intellectualem esse affirmaverat, teste Irenæo lib. 1. Videat eruditus Lector tractatum Anglicano sermone conscriptum, cujus titulus est: *A discourse of the Terrestrial Paradise.* Londini, excudebat Jac. Flesherus, A. D. 1666.

Parætaca, urbs Mediæ, pop. *Parætaceni* Straboni, ac Plinio, ac *Paretacæni* Herodoto in Perside, ubi *Parætacene* regio Ptolemæo, *Paritaca* Arriano, *Paretacene* Straboni inter Persidem & Parthiam. Ita variè de locis remotis ab autoribus scribitur.

Parætonium, Berton Mercatori & aliis, urbs Marmaricæ, olim episc. & præcipua in orâ Boreali ac marit. inter Apolloniam urb. Cyrenaicæ, ad occ. 390. & Alexandriam Ægypti in ort. 144. m. p. à Catabathmo 900. stad. in ort. Ovidius Met. 9.

Isi, Parætonium, Mareoticaque arva, Pharumque.

Hinc *Parætonius*: Lucan. lib. 3.

Usque Parætonias Eoa ad litora Syrtes.

Paragontinus, sinus in Carmaniâ, ultra Armozum & Carpellam promont. *Paragon* Ptolemæo, *Golfo de Gugerath* nunc, teste Nigro.

Parisii, pop. fuere Gall. Celt. quorum urbs *Parisii*, seu Lutetia Parisiorum dicitur; vulgò *Paris*, ad Sequanam flu. Galliæ caput, sedesque regia. Distat circiter 10. leuc. à Sylvanecto in merid. 28. à Rothomago in Eurum, & 34. ab Aureliis in Bor. Vide *Lutetia.*

Parisii, qui & *Parisi*, pop. Albionis in Angliâ, quorum locus *Holderneſſe* in Com. Ebor. teste Camdeno, dicitur.

Parium, civitas Asiæ in regione Mysiæ, ex quâ fuit Neoptolemus cognomento Glossographus, vir memoratu dignus. Strab. lib. 10. & 12. Parii quoque ortus est Archilochus Poeta Iambographus, unde Horatius:

——*Variis ego primus Iambis, &c.*

Malim autem hunc ad *Paron* inf. referre. Vide Steph. in Πάρος, qui à *Pario*, Jasonis filio dictum tradit. Juxta hanc urb. teste Plinio 7. 2. gentes sunt quæ Ophiogenes vocantur. In eodem op. Cupido nudus fuit par Veneri Cnidiæ nobilitate & industria. Ejus mem. Val. Flac. lib. 2.

Jam juga Percotes, Pariumque infame frageſis
Exſuperant, Pythiamque vadis.

Pario adhuc Sophiano, *Parisо* Nigro. Ab Homero *Adrastiam* appellatam tradit Plinius; Eandem & *Pæstos* apud Homerum dici scribit Camerarius.

Parma, nomen fluvii in Italiâ, à quo urbs inter Placentiam & Cremonam sita *Parma* appellata est. Hæc patria fuit Cassii poetæ, quem ideo *Parmensem* vocat Horatius, itemque Macrobii, viri ingenio ac doctrinâ præstantis. Nomen antiquum hodie retinet. Opidani inde dicuntur *Parmenses* Ciceroni, Plinio & Martiali. At Stephano sunt inusitato Romanis; ut arbitror, vocabulo, *Parmani.* Πάρμα, inquit, πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν παρμαῖος, ἢ παρμανός. Illa Græca, hæc Romana erat formatio. De ipso opido sic Strabo lib. 5. πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδε, καθὰ καὶ Πάδον ὀπωρανεῖς, Πλακεντία μὲ καὶ Κρεμῶν πλησιαίτατα καὶ μέσων πως ἀμφοῖν, μεταξὺ δὲ τούτων καὶ Ἀρμίνη, Πάρμα καὶ Μοδίνη καὶ Βονωνία. Ptolemæus: Ἡ δὲ Γαλλία ἡ Τογάτα ἔχει πόλεις τάς δε· Πλακεντία, Φιδεντία, Βελξελλον, Πάρμα, Κολωνία. Plin. 3. 15. *Intus Coloniæ, Bononia, Brixillum, Mutina, Parma, Placentia. Opida Cæsena, Claterna.* Quando Colonia huc sit deducta ostendit Livius lib. 39. *Eodem*, inquit, *anno Mutina & Parma Coloniæ Romanorum civium sunt deductæ: bina millia hominum, in agro, qui proximè Boiorum, ante Tuscorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt.* Annus is fuit urb. Romæ 569. quo an. Coss. fuere M. Claudius Marcellus, & Q. Fabius Labeo. Longo tempore

pore poſt, quum ſub Auguſto Imp. novos colonos accepit, cognomenta ei tum addita, quæ antiquus lapis refert hoc modo: COL. JUL. AUG. PARMA. Lana illius olim in pretio. Martial. lib. 14.

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis
Nobilis.

Idem 5. 13.

Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

Idem 4. 37.

Et pecore redeunt ter ducena Parmenſi.

Et alibi:

Te Lacedæmonio velat toga lota Galeſo,
Vel quam ſepoſito de grege Parma dedit.

Long. 32. 38. Lat. 43. 58.

Parnaſſus, mons Phocidis, Apollini & Muſis ſacer, duos vertices habens, quorum unum Tithorea vocari, alterum Hyampeum, author eſt Herodotus. Cithæron autem & Helicon, quos Servius malè putavit eſſe Parnaſſi juga, montes ab hoc diverſi, licet non admodum diſjuncti, ſunt. Hujus autem duo juga ſunt *Cyrrha* & *Niſa*. Juvenal. Sat. 7.

Quis locus ingenio, niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant, & dominis Cyrrhæ Niſæque feruntur
Pectora noſtra duas non admittentia curas?

Magnitudinem ejus innuit Strabo lib. 9. ubi Heliconem (quem Heſiodus vocat ὄρος μέγα ἐ ζάθεον ἐ) πολὺ ἐ ὑπὸ τὸν ἐλικῶνα altitudine & ambitu ſcribit eſſe Parnaſſo ἐλάττονα, h. e. *conferendum*: De quo Theophr. hiſt. pl. lib. 3. cap. 3. Ἐν γε τοῖς μεγάλοις ὄρεσιν, οἷον τὸ ἐν Παρνησῷ, *in magnis montibus, ut in Parnaſſo.* Unde Παρνασσὸν μεγάθη apud Ariſtophanem in *Ranis*, & ἀνθρακὰς Παρνάσσους pro *magnis* in Acharnanenſibus. Altitudinem ſatis innuit Ovid. Met. 1.

Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſſus, ſuperatque cacumine nubes.

Catullus:

Parnaſſi è vertice ſummo.

Et Lucanus:

Cardine Parnaſſus gemino petit æthera colle
Mons Bromio, Phœboque ſacer.

Perſius in Prologo:

Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini.

Seneca:

Gemina Parnaſſi nivalis arx trucem ſonitum dedit.

Stat. Thebaid. 1.

Si ſtagna petit Cyrrhæa bicorni.

Idem: *Summaque biverticis umbrâ*
Parnaſſi reſidens.

Proinde Nonno in Dionyſiacis δικέλυφος, h. e. *biceps* dicitur. Quod autem Seneca *nivalem* arcem dixerit, habuit forte ex Homero, qui ſic in Hymnis de Parnaſſo:

Ἵκεο δ' ἐς Κελαινὸν ὑπὸ Παρνησὸν νιφόεντα.

Unde quoque, ni fallor, Euripides in Phœniſſis νιφοβόλον vocat. Lauru abundaſſe hunc montem innuit Virg. Georg. 2.

Etiam Parnaſſia laurus
Parva ſub ingenti matris ſe ſubjecit umbra.

Quo circa Nonnus δυσδένδρεον, h. e. *bonas arbores habentem*, vocat. *Parnaſſi deſerta avia* dixit Virgilius Georg. 3. Hauſit forſan ex Pindaro, cui Od. 10. Pyth. Παρνάσσου μυχὸς dicitur. Pauſanias in Atticis, Gallos, cum in Græciam irrupiſſent, ait, Delphos, ad diripienda Delphici templi donaria ſe contuliſſe; incolas autem iis occurriſſe, ac tum crebra de cœlo fulmina, & divinitus ac ſponte avulſa de Parnaſſo ſaxa Gallorum aciem perculiſſe. Quò alluſit Propertius lib. 2. el. 32.

Altera dejectos Parnaſſi vertice Gallos.

Et planius lib. 3. eleg. 13.

Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Brennum,
Dum petit intonſi Pythia regna Dei.
At mons laurigero concuſſus vertice, duras
Gallica Parnaſſi ſparſit in arma nives.

Prius hic mons *Larnaſſus* dictus fuit à *Larnace* arcâ Deucalionis, quæ eo delata autore Stephano cum Apollonii Interp. Poſt diluvium vero *Parnaſſus* vocabatur ab heroe *Parnaſſo*, uti tradit Hellanicus. Lege Lilium Gyraldum Synt. de Muſis. Peucerus ab Ebræo הר *Har* & נחש *Nahas* deducit; litera p. loco h. adſcripta in compoſitione. *Har* autem eſt *mons*; *Nahas* vero *augurium*, ac *diviñatio*, qu. dicatur *mons divinationis*. Nam Oraculum Delphicum ſedem habuit ad radices Parnaſſi. In medio orbis terrarum ſitum eſſe hunc montem antiqui voluerunt, unde Claud. in prolegom. ad Conſul. Mallii Theodori:

Jupiter, ut perhibent, ſpacium cum diſcere vellet
Naturæ, regni neſcius ipſe ſui;
Armigeros utrinque duos æqualibus alis
Miſit ab Eois Occiduiſque plagis.
Parnaſſus geminos fertur junxiſſe volucres,
Contulit alternas Pythius axis aves.

Statius Theb. 1.

Audiit & Cœli medius Parnaſſus, & aſper
Eurotas.

Ubi malè Gloſſographus: *Altitudinem innuit montis, non ſitum.* Nam oriente tantum quantum occidente diſtantem facit Poeta. Lucanus lib. 5.

Heſperio tantum quantum ſemotus Eoo
Cardine Parnaſſus.

Parnes, mons Atticæ vitifer. Statius lib. 12.

Dives & Hegaleos nemorum, Parneſque benignus
Vitibus.

Genitivus caſus *Parnethos* apud Ariſtoph. *in Nubibus.* Et hic mons & *Parnaſſus* alludunt ad Syrum פרנס *parnes*, h. e. *paſcere*, unde פרנוס *pirnus*, paſchuum. Bochart.

Parneſſus, Aſiæ mons inter Arianam & Baſtrianam. Dionyſ. verſ. 737.

Κνημοῖς ὑπὸ Παρνησσίοις.

Hic pleriſque Παροπαμισσὸς, Ptolemæo vero Παροπανισὸς dicitur, unde per ſyncopen fit παρπανισὸς, & iterata eadem ſyncope Παρνισὸς. Παρνισσίοις enim apud Dionyſium legendum docet Salmaſius & ex variantibus lectionibus probat Montanus.

Paropamiſſadæ, pop. fuere Aſiæ, quorum reg. *Paropamiſſus*, vel *Paropaniſſus* dicta fuit; eratque pars Aſiæ in Imperio Perſarum, inter Bactrianam ad occ. Arachoſiam ad merid. Caucaſum M. ad Bor. & Indiam ad ort. ubi nunc *Cabul*, provincia in ditione Magni Mogolis, teſte Sanſone.

Paropamiſus, *Paropamiſſus* Plinio, *Paropaniſus* Ptolemæo, *Parnaſſus* Ariſtoteli, *Parneſſus*, vel *Parniſſos* Dionyſio, mons excelſus Paropamiſſadarum, Tauri pars, ex quo Bactrus flu. oritur. *Calchiſtan* Caſtaldo & Moletio. Ex eo etiam Indus flu. profluit, teſtibus Plinio, & Arriano. Hujus montis jugum altiſſimum *Navagrot* à M. Paulo Venero vocatur, *Pamer* v. Mercatori dicitur.

Paroræa, urbs Arcadiæ. Stephanus. Alia Macedonum. Idem.

Paros, *Pario* Sophiano, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, prius *Pactya*, & *Minoa*, teſte Plinio, dicta. *Demetrias*, *Zacynthus*, *Hyria*, *Hyleeſſa*, & *Cabarnis* Stephano. Ita dicta putatur, à *Paro*, Jaſonis filio, vel ab Arcade quodam *Paro* Parrhaſii filio. Plin. 4. 12. In eâ eſt opidum etiam *Parum* vocitatum. In hâc inſulâ marmor candidum proveniebat, ad Deorum ſimulacra maxime expetitum, idque à loco *Parium* dicebatur. Unde Ovid. Met. lib. 7.

Planamque Seriphon,
Marmoreamque Paron.

Sidonius Apollinaris:

Candentem jam nolo Paron, jam nolo Caryſton.

Horat. lib. 1. Car. Od. 19.

Urit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius.

Strab. lib. 10. πάρῳ ἡ Παρικὴ λίθος λευκοτάτη, δεῖται θεῖς ἐ μαρμαρυγλυφίας. Virg. Georg. 3.

Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna.

Et lib. 1.

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariuſve lapis circumdatur auro.

Idem lib. 3.

Viridemque Donyſam
Olearon, niveamque Paron.

Ovidius 1. Amorum:

Aſtitit illa gemens albo, & ſine ſanguine vultu,
Cæduntur Pariis qualia ſaxa jugis.

Seneca in Hyppolito:

Lucebit Pario marmore clarius.

Paros frigidam habet aquam & mulieres formoſas apud Ariſtoph. quod adagii ſpeciem habet quo ſignificamus, Non eſſe commodum ſine incommodo. Hic mures non reperiri feruntur. Hinc etiam proverbium: Ἀναπαυέσθω, de illis qui pacta & conventa violant. Item inſula Liburnorum. Stephanus, quem ſis conſule in voce *Paros*. Porro *Paros*, Nicanore teſte apud Stephanum, etiam *Zacynthus* dicta eſt. An quia זחות *Zachuth* Phœnicibus erat ſublimitas, ut infra docebimus, ubi de inſulâ *Zacyntho*? Certe ut Zacynthus, ita Parus montoſa fuit & ſublimis. Dioſcorides Anthолog. lib. 3. cap. 12.

Ὄσσε Πάρου νίσσων αἰπυλόφων ἱερῶν.

Parii porro montes profundis cuniculis ſcatent, & ſoli tam inacceſſis, ut candidum marmor in iis latens non niſi ad lucernas erui poſſit. Unde factum, ut *Lychnites* ſeu *lucernarius* diceretur Parius lapis. Plin. 36. cap. 5. locutus de Chiis quibuſdam ſculptoribus magni nominis: *Omnes autem tantum candido marmore uſi ſunt à Paro inſulâ, quem lapidem cæ-*

fere Lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut author eſt Varro. Αἴθων λυχνέα ob id ipſum appellat Callixenus Rhodius apud Athen. lib. 5. ubi de thalamego Philopatoris: ἰδίᾳ δ' ἐν ἑαυτῷ τὰ ἀπὸ βασιλέων συγχωρείας ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθῳ λυχνέως. A cuniculis hiſce quos diximus nomen habere *Paron* inſulam, ſtatim agnoſcet, quiſquis ſciet Ebræis פרה *pera* ex Eſ. 2. 20. & פרעה *paro* Syris eſſe terræ cuniculum. Bochartus.

Parrhaſia, *Parrhaſiæ* Plin. *Parrhaſii* Strab. & Vib. op. reg. & pop. Arcadiæ in Peloponneſo, ubi *Parrhaſium nemus* Statio, & *Parrhaſius mons* Heſychio. Lycaonis patria fuit, à quo univerſa Arcadia à poetis quandoque *Parrhaſia* dicitur. Virgilius:

Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Ovid. Faſt. 2.

Altaque Tænarie, Parrhaſiæque nives.

Partheni, P[illegible] *Parthini* Pomponio ac Dioni, Illyrici populi, quos hodie *Raguſienſes* licebit appellare.

Parthenia, vicus prope Pontum. Samos etiam olim ſic dicta eſt, teſte Stephano. Cum autem Nicander

——Βάρος ἄντυσι γαίης Παρθενίης,

dixit, *Samiam terram* intellexit, teſte Scholiaſte.

Parthenium, urbs Euboeæ, ac alia Thraciæ.

Parthenius, flu. Paphlagonum in Pont. Eux. influens. Heſych. Per mediam Amaſtrianorum urb. fluit: Sic dictus, teſte Stephano, vel quòd Diana virgo frequenter in eo veneretur, vel quod placido, tanquam virgineo gradu profluat; Ὡς ἀκάλα ποσρέων, ὡς ἀδρὴ παρθένος ἐστί· vel quod virgo Palætinis regia filia in eo ſubmerſa ſit. Ejus meminit Arrianus; itemque Ovid. Pont. 4.

Partheniuſque rapax, & volvens ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Ubi cum *rapacem* vocat, ſecundum etymon ab Ethnicographo productum planè evertit. Eſt etiam promontorium prope Heracleam. Eſt item *Parthenius*, portus in litore Brutio: & mons in Arcadiâ, ſic dictus qu. *Virgineus*, à *Virginibus*, quæ ibi Veneri frequenter ſacra facere ſolebant, vel venari, ut vult Servius. Virg. Eclog. 10.

——*Non me ulla vetabunt*
Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus.

Propertius 1. 1.

Nam modo Partheniis amens errabat in antris,
Ibat & hirſutas ille videre feras.

Claud 2. de raptu:

Jam neque Partheniis innectere retia luſtris,
Nec pharetram geſtare liber.

Ovid. Epiſt. 9.

Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen,
Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos.

Item *Parthenium nemus* apud Stat. Theb. 4. Callimachus Hym. in Delum:

Φάσ' ἰὼ μὲν Ἀρκαδίη, φάσγω δ' ὅρος ἱερὸν Αὐγῆς
Παρθένιον.——

Scholiaſtes: παρθένιον ὄρος Ἀρκαδίας, ἔνθα ἡ Αὐγὼ ἡ Ἀλέως συγαλέρα, ἱέρειαν ἑαυτὴν Ἀθηνᾶς ἐθέσπεσεν Ἡσιόδος.

Parthenope, una Sirenum, quæ præ dolore, quod prætereuntem Ulyſſem cum ſociis in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitarunt. Harum aliæ alia in loca; Parthenope autem eò delata eſt, ubi poſtea condita fuit Neapolis, præclara urbs Campaniæ, quæ ab ejus nomine etiam Parthenope eſt appellata: Neapolin autem poſtea dictam volunt hanc urbem, quòd ab Auguſto fuerit inſtaurata: Sed hoc verum eſſe non poteſt. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi temporibus multis ante Auguſtum annis claruit, *Neapolis* hæc urbs appellatur, & cives ejus *Neapolitani*: quos ſcribit quotannis ad templum Parthenopes faces ferre conſuevisſe. Veriſimilior eſt itaque aliorum opinio, qui hanc urb. à Cumanis conditam tradunt: qui cum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperiſſent, nomen ejus urbi indidere. Sed poſtquam loci ubertate atque amœnitate majorem in modum frequentari civitas cœpit, veriti ne Cumæ deſererentur, diruendi Parthenopen concilium inivere. Quo facto mox immani peſtilentiâ vexati, oraculo moniti ſunt, ut novam urbem reſtituerent. Cui oraculo obtemperantes, urbem paulo ante dirutam ſplendidius inſtaurarunt, & ex reſponſi verbis arrepto nomine *Neapolin*, hoc eſt, *novam urbem* appellaverunt. Dionyſ.

——Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, ἔνθα μέλαθρον
Ἀγνῆς Παρθενόπης.——

Plin. 3. 5. *Neapolis Chalſidenſium & ipſa, Parthenope à tumulo Sirenes appellata.* Otio deditam eſſe civitatem, ſequentium teſtimonia firmant. Horat. Epod. 5.

Et otioſa credidit Neapolis.

Ovid Met. 15.

——*Et in otia natam*
Parthenopen.——

Silius principio lib. 12.

Nam molles urbi ritus, atque hoſpita Muſis
Otia, & exemptum curis gravioribus ævum.

Virgilius in fine Georgicorum:

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope ſtudiis florentem ignobilis oti.

Parthenopolis, urbs Macedoniæ, ſic dicta à filiabus Geræſti, filii Mygdonis, quæ cum agreſtes & inhumanæ eſſent; pater, ut eas ad civiliorem vitam invitaret, civitatem earum gratiâ condidit.

Parthenuhieron, i. e. *virginis templum* & *Partheuacra*, nomen loci & promontorii ante Cherſoneſum Boſpori urbem. Strabo. Incola *Parthenius*.

Parthia, Aſiæ regio, ab occaſu Mediâ, ab Aquilone Hyrcaniâ, ab ortu Ariana, à meridie Carmaniæ deſertis terminata. *Parthienen* Q. Curtius vocat lib. 6. cap. 2. ubi docet Parthos Scytharum progeniem eſſe, quod & Dionyſius teſtatur. *Parthiam* quidem à *Parthyene*, ut totum à parte diſtinguit Ptolemæus, Parthyenen Parthiæ provinciam faciens, ſed ad eo in hâc re diſſentit Strabo lib. 11. cui tota regio, quæ *Parthia* Ptolemæo eſt, *Parthyene* dicitur, cum quo Polybius & alii conſentiunt. Stephanus Byzantinus: Λέγον δὲ καὶ Πάρθοι, καὶ Πάρθιοι, καὶ Παρθυαῖοι. Καὶ Παρθυαία ἡ χώρα, καὶ Παρθυλών. Fuit initio obſcura & minus valida gens, deinde nobiliſſima & potentiſſima evaſit. Vide Dionem Caſſium, lib. 40. in rebus Craſſi, ubi accuratè de iis exponit. Recentiores Latini aliquando Parthiæ nomen ad totum Parthicum imperium ſub Arſacidis acquiſitum extendunt. Ita Solinus cap. 59. *Parthiam, quanta omnis eſt, à Septentrione Hyrcanio claudi* affirmat; & *regna in eâ duo deviginti* numerat. Horum ſitum ac mores his verſibus deſcribit Dionyſius ὁ Περιηγητὴς, verſ. 1039.

Ἀλλ' ἤτοι πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπίάων
Πάρθοι ναιετάουσιν ἀρηΐοι ἀγκυλότοξοι,
Παυσοίης πολέμοιο δαήμονες· ἀὴ δὲ διέρχω
Αὐλακ' ὀπιθύνουσι διαχζονίες ἀρόεσς,
Οὐδὲ μὲν ἐν νήεσσιν ἅλα τμήγουσιν ἐρεσμοῖς,
Οὐδὲ νομῷ φέρβουσι βοῶν γένος, ἀλλ ἢ ἠνεθλης
Νηπάχοι τύξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονσι·
Αἰεὶ δ' ἠγήσανθ' ἁνὰ χθόνα δῦπος ἀκόντων,
Ἢ βελέων· πάντη δὲτ' ἀελλοπόδων διώκων
Θυνέοντα· ἢ γάρ σφι δέμις δόρποιο πάσασθαι,
Πρὶν πολέμῳ μοχθοῦσι κάρη ἱδρῶτι πλύναι.
Φέρβονται δ' ἀγρηοι δορυξήτη βιότοιο,
Ἀλλ' ἔμπης καὶ δῆριν ἀμειμαχέτης περ ἐοῦσας
Ἀυσονίς βασιλῆος ἐπιτρόπευεν ἀκωκή.

Parthos autem è Scythiâ primum profectos *Parthiam* ab ipſis dictam occupaſſe refert Juſtinus, lib. 41. idque nominis indicio probat, quod *Scythico ſermone Parthi exules dicantur*; quod & Euſtathius, aliique confirmant. Hi arcu plurimum valuerunt, quo vel fugientes hoſtibus plurimum detrimenti afferebant. Virg. Georg. 3.

Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.

Idem lib. 4. de apibus:

——*Aut ut nervo pulſante ſagittæ,*
Prima leves ineunt ſiquando prælia Parthi.

Horatius lib. 1. Carm.

——*Et verſis animoſum equis*
Parthum dicere.——

Et lib. 2. Od. 13.

Miles ſagittas & celerem fugam Parthi.

Idem alibi:

Aut labentis equo deſcribat vulnera Parthi.

Claudianus:

——*Refugo quæ ſit fiducia Partho.*

Catullus:

Seu Sacas ſagittiferoſque Parthos.

Ovid. 1. de Arte Am.

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,
Telaque ab adverſo quæ jacit hoſtis equo.

Idem ibidem:

Ut celer averſis utere Parthus equis.

Idem alibi:

——*Parthus tutus ab hoſte fugâ eſt.*

Propertius 2. 10.

Jam negat Euphrates equitem poſt terga tueri.

Idem lib. 3. el. 7.

Parthorum aſtutæ tela remiſſa fugæ.

Et lib. 4. eleg. 3.

Subdolus & verſis increpat arcus equis.

Seneca in Oedipo:

Vidit & verſas equitis ſagittas
Terga fallacis metuenda Parthi.

Idem in Thyeſte:

Nil armis & inertibus

Telis,

Telis, quæ procul ingerit
Parthus cum ſimulat fugas.

Boetius lib. 5.

Rupis Achæmeniæ ſcopulis, ubi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax.

Stat. 1. Sylv.

——*Arcuque horrenda fugaci*
Armenia.——

Lucan. lib. 1.

——*Torto Balearis verbere fundæ*
Ocyor, & miſſâ Parthi poſt terga ſagittâ.

Unde *refugi* dicti ab eodem lib. 6.

——*Fragili circumdata teſtâ*
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Parthi ſuperſtitiosè admodum & venerabundè Regi ſuo obſequium impendiſſe dicuntur, oſculis pedum & ſervili ſupplicatione: quin eum adituri terram ore tangebant, teſte Xenophonte. Virg. Georg. 4.

Præterea regem non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſervant.——

Mart. 10. 71.

Fruſtra blanditiæ venitis ad me,
Ad Parthos procul ite pileatos
Et turpes, humileſque, ſuppliceſque
Pictorum ſola baſiate regum.

Parthyene. Vide *Parthia.*

Partiſcum, Jazygum Metanaſtarum urbs. Ptol. Eſt autem in Hungariâ Tranſdanubianâ Agriæ urbi finitima, ab eâ in ort. & merid. recedens. *Cechometh* Nigro, *Porootzlo* vero teſte Lazio.

Paſargada, Perſidis urbs. Ptol. *Cholqueta* Theveto. Fuit autem prope Carmaniam. à Cyro ibi loci condita, ubi Aſtyagen prælio vicit; & nomen quidem ipſum Πρσῶν στρατόπεδον, h. e. *Perſarum caſtra*, ſignificare, teſtatur tum Euſt. tum Steph. de urbibus, cujus verba ſic ſe habent: Τὰς δὲ Πασαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος ἐφ' ἕ τόπῳ ᾠκειωμένῳ Ἀσυάγην ἐνίκησεν. Ὀνομάζεται δὲ ἡ πόλις διὰ μιωδηθεῖσα Πρσῶν στρατόπεδον. Sed tunc eſſet *Parſagada*. Dionyſius vero *Paſargadas*, non tanquam urbem, ſed gentem nominat; cui genti proculdubio Paſargadæ urbs, quam cum locis vicinis tenuere, nomen dedit. Sic enim ille: Πρῶτα Σάκαι, μὴ τὰς δὲ Πασαργάδαι. Q. Curt. lib. 10. ubi de Alexandri ex Indiâ in Carmaniam reditu. *Ventum eſt*, inquit, *inde Paſargadas; Perſica gens eſt; cujus Satrapes Orſines erat.* Scribitur & *Paſſargadæ.*

Paſitigris, nomen quo Tigris flu. ubi remeavere aquæ appellatur. Plin. 6. 20. Strab. lib. 15. Καὶ ὁ Πασίτιγις, ὃς ἐκ τῆς Οὐξίας καὶ αὐτὸς ῥεῖ. Adſcribam de hoc flu. quæ habet Q. Curtius: *Rex*, inquit, *quartis caſtris pervenit ad flumen, Paſitigrim incolæ vocant; oritur in montibus Uxiorum, & per quinquaginta ſtadia ſylveſtribus ripis præceps inter ſaxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi quos clementiore alveo præterit, jam navium patiens: ſexcenta ſtadia ſunt mollioris ſoli, per quod leni tractu aquarum Perſico mari ſe inſinuat.*

Patara, urbs Lyciæ, Patari opus. Strab. lib. 14. in quâ Apollo 6. hybernis menſibus oracula reddebat. Hinc *Patareus*; ut apud Horatium:

Delius & Patareus Apollo.

Item *Patareius.* Ovid. Met. 1.

——*Mihi Delphica tellus,*
Et Claros, & Tenedos, Patareaque regia ſervit.

Statius Theb. 1.

Phœbe parens, ſeu te Lyciæ Patarea nivoſis
Exercent dumeta jugis.

Mela 1. 15. ubi de Lyciâ: *Atque ut multa opida, ſic præter Patara non illuſtria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide, Delphico ſimile.* Ubi vir doctiſſimus Iſaacus Voſſius: Alio ordine, inquit, Plinius hæc opida recenſet atque Mela. Ille quippe prius Xanthum, deinceps Patara nominat. Rectè tamen uterque. Limyra enim proficiſcentibus Xanthos opidum vicinius erit Pataris. Verum Xanthi oſtia remotiora, & ultra Patara erant ſita. Xanthos enim mediterranea urbs eſt, Patara vero ſita erat ad ipſum mare. Nam quod Scylax ait, ad Patara adverſo amne Xantho navigari, id falſum eſt, & omnino verum eſt, vel erraſſe Scylacem, vel ita ſcripſiſſe: Ξάνθος, δι' ἧς ἀνάπλους εἰς πόλιν. Πάταρα πόλις ἡ καὶ λιμένα ἔχει. Valdè autem erat Salmaſius, quum exiſtimat hanc eſſe urbem, quam Dionyſius Alexandrinus vocat Παπαρηΐδα ἄκραν. Verſus illius, aliter quàm ipſe facit, ſunt corrigendi hoc modo:

——Τὸς κῦμος ἐλίσσει ἐν ἁλὶ κόλπῳ
Νήχυτος, ἔνθα καὶ ἔνθα βαρυνόμενος περιόλπει.
Τῷ μὲν ὅτι περιχεῖ Παμφύλιοι ἀμφινέμονται,
Ὅσσον ὅπισθεβέβηκε Χελιδονίαν ἐπὶ μυχάν.
Σῆμα δ' ἔχει ζειρῆος Παλαρηΐδα πλόθεν ἄκρην.

Patara urbs nullum efficit promontorium, portu enim præcingitur. Licet vero exigua aliqua litoris hic eſſet prominentia, quæ tamen nulla eſt, non tamen μεγάλην ἄκρην appellaſſet, ut alibi facit:

Τὴν δὲ μέτ' ἀντιλίην Χελιδόνιας χεάασι
Τρεῖς νῆσοι, μεγάλης παλαρηΐδος ἐνδοθεν ἄκρης.

Illud vero plane à ratione alienum, quod oſtendere conatur idem vir doctiſſimus, Dionyſium hic per magnum Patareidis promontorium intelligere portum Patarenſem. Nam quis unquam portus & promontoria confudit? Longe vero diverſa fuit mens Dionyſio: Παλαρηΐδα ἄκρην vocavit ille totum Lyciæ promontorium, ſive peninſulam. Sciendum enim Lyciæ oram, quæ à Chelidoniis uſque ad Telmeſſum extenditur, valde in mare prominere, & peninſulam efficere. Ideo alio in loco Dionyſius:

Περὶς δ' ἄλα κεκλιμένην Λύκιοι χθονὰ ναιετάασι.

At vero in tabulis Ptolemaicis tantum abeſt ut Lycia in mare excurrat, ut potius immenſum quantum intus recedat. Verum id non tam errore factum eſt Ptolemæi, quam librariorum qui tabulas confecerunt. Taurus quippe mons à Piſidicis deſcendens jugis multis in hoc mare exit promontoriis. Ab aliâ parte mons Cragus & ipſe quoque ſatis longè in mare evehitur. Hi duo montes efficiunt magnum illud Lyciæ promontorium, quod multa alia continet promontoria, multos quoque portus, & non paucas urbes. A Pataris vero præcipuâ hujus promontorii ſeu peninſulæ urbe Παλαρηΐδα ἄκραν vocat Dionyſius. Meminit & Heſychius, ſed ex Dionyſio, ut arbitror: Παλαρηΐς, πόλις καὶ ὄρος Λυκίας. Stephanus Λυκίων χερρόνησον vocat, quod non de Patarenſi portu, ſed de totâ peninſulâ accipiendum eſt. Addit idem nominis originem, nempe dictum eſſe ἀπὸ παλάσσης, quod κίνδυνον & κίνδυνον interpretatur. Ἀλέξανδρος Σαλαχίαν κόρην φησὶ φέρειν ἱερὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Παλάρᾳ. Ἔστι δὲ ταῦτα πήματα λύσσης ἢ καὶ τόξα καὶ βέλη οἷς παίζειν νηπίους ὄνλας.

Patavia, vocatur vulgo Latinè ea urbs Germaniæ ad Danubium ſita, quam incolæ *Paſſaw* vocant, Bruſchio teſte.

Patavium, civitas Venetiæ, recentiore nomine *Padua* appellata; cujus originem è Trojanæ urbis ruinis auctores deduxerunt. Mela 2. 4. *Urbium quæ procul à mari habitantur, opulentiſſimæ ſunt, ad ſiniſtram, Patavium Antenoris, Mutina & Bononia, Romanorum coloniæ.* Solinus cap. 8. *Notum eſt, Patavium ab Antenore conſtitutum.* Mar. Capella lib. 6. *Patavium Antenor condidit* Ælian. de Anim. 14. 8. Πόλις ἐστὶν ἐν τοῖς ὑπὸ τὴν ἑσπέραν χωρίοις Ἰταλικοῖς, καὶ ὄνομα αὐτῇ Παλάδιον. Ἀντιλόχου ἔργον ἐστὶ λέγουσι τὸ Τρωός. Virg. Æn. lib. 1.

Antenor potuit, mediis elapſus Achivis,
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi;
Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arva ſonanti.
Hoc tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit
Teucrorum; & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia.——

Vide ſis illic Servium, & Livium initio lib. 1. Idem Servius ex emendatione magni Cluverii: *Patavium autem dictum, vel à Padi vicinitate, vel, ut alii putant, à palude Paduâ, quæ vicina civitati eſt, quaſi Padavium: vel ἀπὸ τῆς πίτθης, quod captato augurio dicitur conditum, vel, quod avem telo petiiſſe dicitur* (Antenor) *& eo loco condidiſſe civitatem.* Atqui de ave petitâ, vel de Augurio, grammaticorum ineptorum putidum eſt commentum, inquit Cluverius; & Græcâ linguâ Trojanum voluiſſe novæ urbi nomen imponere, minimè credibile eſt. A magno nobilique amne, haud ita longè diſſito, vocabulum ei quæſitum eſſe, nihil abſonum fuerit. Ab Antenore tamen eſſe inditum dubitari poteſt, quando Celticam formationem habere videtur, quaſi *Padow*; quod poſtea Latini ſuo ore formarunt *Patavium*: ut *Batavium* vocaverunt Batavorum ad Rheni oſtia agrum, qui incolis erat *Batav.* A Venetis igitur Illyriis forte nomen inditum fuerit urbi, in quam poſtea cum ſociis receptus eſt à Trojâ captâ profugus Antenor, quemadmodum ad alterum mare, in Latii ac Romæ urbis partem cum ſuis Æneas: hinc poſterioribus auctores conditoreſque earum urbium exiſtimati ſunt. Strabo lib. 5. Παλάδιον vocat. Παλάδιον, inquit, πιστῶν τινὰ τῆς πόλεως· ibidemque τὴν εὐανδρίαν τῆς πόλεως, καὶ τὴν εὐτυχίαν celebrat. Populi *Patavini.* Unde Martialis 11. 17.

Tu quoque nequitias noſtri luſuſque libelli
Uda puella leges; ſis Patavina licet.

Idem 14. 143.

Vellera cum ſumant Patavinæ multa trilices;
Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

Patavium, urbs in Ponto, ſive Bithyniâ. *Polmen* hodie dicta.

Pathiſſus, *Tibiſcus* Ptolemæo, *Tyſſa* vel *Teiſſa* Lazio, flu. ingens Jazygum Metanaſtarum in Hungariâ Tranſdanubianâ à Carpato monte profluens, longoque tractu in Danubium inter Petrovaradinum op. ac Taurunum urb. decurrens, Solnocum & Segedinum urbes alluens, Jazygaſque à Dacis ſeparans. *Tibeſis* Herodoto, & *Parthiſcus* Ammiano dicitur.

Pathros, & *Pathruſim*. Vide Boch. Phaleg. lib. 4. cap. 27.

Patiorus, Siciliæ mediter. urbs. *Palazzolo* hodiè, teſte Aretio.

Patmos, Icarii maris inſula Plinio & Straboni, nomen antiquum hodie retinet, ſi Nigro creditur. *Palmoſa* vero novo nomine eam vocat Sophianus. Hæc, teſte Plinio lib. 4. cap. 12. patet circuitu triginta m. p. in quam relegatum ferunt Johannem Apoſtolum, à Domitiano Imp. Apocalypſ. 1. 9. in Arabicâ Paraphraſi per B. ſcribitur פטמוס *Batmos*. Nomen habet, ex conjecturâ Bocharti, à terebinthis. Syris enim terebinthus eſt בטמא *batmo*, ut Chaldæis *butma*, & Arabibus *botmon*, unde Barbaris *botim* & *albotim*. Et, ut author eſt Dioſcorides naſcitur terebinthus in Judeâ, Syriâ, Cypro, Libyâ, ᾗ ἐν τῇ Κυκλάδι νήσῳ. Quod ſequutus Iſidorus Orig. lib. 17. cap. 7. terebinthinam afferri aſſerit ex *Arabiæ partibus*, *atque Judeâ*, *& Syriâ*, *Cypro & Africâ*, *ex inſulis quoque Cycladibus*. E quo numero eſt Patmus latè ſumpto vocabulo quomodo illi ſumunt.

Patracorii, Gall. pop. Ptol. vulgò *Perigort*. Legitur hodiè *Petrocorii*.

Patræ, civitas in Achaiâ, quam Pauſanias *Aroen* dici prius ſolitam ſcribit; mox à *Patreo*, mœnibus ampliatis nomen accepiſſe, quod nunc habet. Plin. 4. 4. Silius lib. 15.

Tum luſtrata Ephyre, *Patræque & regia Pleuron*.

Et ante eum Ovid. Met. 6.

Meſſeneque ferox, *Patræque humileſque Cleonæ*.

Item *Patræ* in Phthiotide Laonico, quæ *Patræ Theſſalicæ* dicuntur à D. Paulino, apud Thermopylas.

Patraſis, urbs Pontica. Steph.

Patricius, vicus Romæ dictus, quod ibi *Patricii* habitaverint, jubente Servio Tullo, ut ſiquid adverſus illum molirentur, ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

Pauſilypum, promont. Campaniæ apud Mergillinen, non procul à Neapoli, ab eâ ad 3. m. p. Puteolos verſus diſtans. Nomen habet ab amœnitate, ſc. ἀπὸ τῆ παύσως τῆ λύπης, h. e. *à mœroris ceſſatione* ſic dictum. Addit Ferrarius: *In Theſauro linguæ Latinæ pro promontorio villa malè ſcribitur*. Atqui Plinius lib. 9. cap. 53. *Pauſilypum villa eſt Campaniæ haud procul Neapoli*.

Pax Julia, urbs Luſitaniæ in regno Portugallico, vulgò *Beja* & *Pacca*. Sunt qui hanc *Pacem Auguſtam* eſſe velint, ſed antiquæ obſtant inſcriptiones. Long. 13. 00. Lat. 38. 45.

Pecuſcum, pars Palatii, ſic dict. à *pecore*, teſte Feſto, cujus & Varro mem. lib. 4. de L. L. *Sed hoc alii à Palantiâ uxore Latini putarunt*, *eundem hunc locum Pecuſcum à pecore dictum quidam putant*; *itaque Nævius Balantium appellat*. Ovid. Faſt. 3.

Jam modo quæ fuerant ſilvæ, *pecorumque receſſus*
Urbs erat.———

Loquitur de Palatio.

Pedaſus, urbs Meſſeniæ Pylo proxima, vini ferax. Hom. Il. 9. Plin. 5. 30. *Et in orâ quæ ſinum cognominavit*, *& conventum Adramytteos*, *olim Pedaſus dicta*. Populi *Pedaſenſes*; quibus mirum hoc contingere ſcribunt Herodot. Ariſtot. & Strabo, ut quoties adverſi quippiam illis aut vicinis imminet, Antiſtiti Minervæ, quæ illic eſt, prolixa barba naſcatur. Cæl. 14. 21.

Pedemontana regio, olim regio Taurinorum, nunc *Pedemontium* vocatur, tanquam *pedem montium* dicas; quoniam ad radices Alpium eſt, quæ Galliam, Sabaudiamque ab Italiâ dividunt. Fines ejus ponunt Geographi ab Oriente Padum, à meridie Ligurum Alpes, à ſept. Duriam Ripariam. *Ducatus Taurinus* ſub Longobardis appellabatur, à quibus in provinciæ formam, cui dux præerat, redactus eſt. Hodie ſub ditione Ducis Sabaudiæ. Plura de hâc regione habet Domin. Niger. Vulgò *Piemont*.

Pedum, op. in Latio, olim à Camillo conſule captum. Liv. Stephano *Peda* dicitur: Πέδα, πόλις Αὐσονικὴ, τὸ ἐθνικὸν Πεδάνος. Ex antiquiſſimo aliquo hæc habuit auctore, qui vetuſtiſſimo illo uſus eſt vocabulo *Auſoniæ* pro Italiæ nomine. Hinc *Pedana regio*. Horat. lib. 1. epiſt. 4. ad Tibullum:

Albi noſtrorum ſermonum candide Judex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedanâ.

Ubi vetus Commentator: *Pedana regio inter Tibur & Præneſte fuit*; *ab opido Pedo*, *quod non longè fuit ab Urbe*: *ſed modo non eſt*.

Peguntium, Ptol. *Peguntiæ*. Plin. urbs Illyrici mediter. in orâ Dalmatiæ, inter Salonas ad occ. & Epidaurum ad ort. *Almiſſa*, teſte Nigro. Long. 44. 50. Lat. 43. 45.

Peiſo, lacus Norici in confin. Hungariæ & Auſtriæ, *Neuſidler See*. Lazio.

Pelagonia, regio Siciliæ. Steph. Alii, ut Plinius, in Macedoniâ ponunt, & *Tripolim* dicunt, auctore Strabone, quod *tribus urbibus* conſtaret.

Pelaſgia, reg. Græciæ circa extremam partem Macedoniæ, verſus Achaiam, olim Theſſalia dicta; à quâ *Pelaſgi* populi, quaſi *Pelargi*, quoniam errabundi, ritu *ciconiarum* per multas regiones iverunt, Strabone teſte. Vel à Pelaſgo Jovis filio. Heſychius: Πελασγοὶ οἱ Θεσσαλοί. Aliquando latiùs extenditur hæc vox, nempe ut univerſos Græcos comprehendat. Ovid. Met. 13.

Si mea cum veſtris valuiſſent vota Pelaſgi.

Idem ibidem:

Quid tamen hoc refert, *ſi ſe pro claſſe Pelaſgâ*
Arma tuliſſe refert?———

Id eſt, pro navibus Græcis. Strabo Pelaſgos Græciæ populos vetuſtiſſimos vocat, qui, ut ex Heſiodo idem refert, ab Arcadiâ originem duxerunt, eos quippe è Lycaone natos extitiſſe ait, quem Pelaſgus procreavit. Æſchylus autem in Danaidibus, eorum genus ex Argis Mycenarum extitiſſe prodidit: Peloponneſum enim & Pelaſgiam vocatam fuiſſe, teſtis eſt Ephorus. Euripides quoque in Archelao, Danaum illum 50 filiarum genitorem, Argos venientem, Inachi urbem habitaſſe commemorat, quique antea Pelaſgi nominabantur, ut Danai dehinc vocarentur, lege Græcâ ſanxiſſe. Plerique etiam gentes Epiroticas appellavere *Pelaſgicas*. Lesbos quoque *Pelaſgia* dicta fuit: & habitantibus Troadem Cilicibus finitimos *Pelaſgos* nuncupat Homerus. Argos quoque Pelaſgicum Theſſalia dicitur inter eruptiones Penei & Thermopylas, uſque ad montanum Pindi tractum. Jovem quoque Dodonæum idem Poeta Iliad. 16. *Pelaſgicum* vocat.

Pelendones, pop. Hiſp. Tarrac. quorum tractus eſt nunc pars Caſtellæ veteris, verſus fontes Durii & limites Aragoniæ prope M. Caunum.

Pelethronium, mons Theſſaliæ apud Pelium M. cum op. cogn. Pop. *Pelethronii*, qui & *Lapithæ*. Hi primum equos domuiſſe feruntur. Virg. Georg. 3.

Fræna Pelethronii Lapithæ, *gyroſque dedere*, &c.

Peligni, pop. in 4. regione Italiæ, Marſis finitimi, quorum caput fuit Sulmo, Ovidii patria, teſte ſeipſo Ponticorum lib. 4. eleg. 14.

Gens mea Peligni, *regioque domeſtica Sulmo*.

Mart. 1. 62.

Naſone Peligni tument.

Idem 2. 41.

Pelignus puto dixerat Poeta.

i. e. Ovidius. Marſis fuiſſe conterminos, vel ex hoc Cæſaris patet loco Belli Civilis lib. 1. *Domitius ipſe circiter 20. cohortes Albâ ex Marſis & Pelignis*, *& finitimis regionibus coegerat*. Samnitibus etiam vicinos fuiſſe Livius teſtatur, lib. 26. ubi de Annibale: *Ex Campaniâ in Samnium*, *inde in Pelignos perveniſſe*. Eos inter μικρὰ ἔθνη numerat Strabo lib. 5. Nomen eorum quod attinet, mirum in modum apud Græcos auctores, Diodorum atque Appianum corruptum legitur. Apud priorem lib. 20. in Xenippi Athenienſis magiſtratu exſcriptores fecere Παλινίους, & in Phereclis magiſtratu Παλλινέας. Apud poſteriorem Civ. lib. 1. Μαρλίνοι. Feſtus Pelignos ex Illyrio ortos fuiſſe tradit. A Sabinis vero originem eorum ducit Ovid. Faſt. lib. 3.

Et tibi cum proavis, *miles Peligne*, *Sabinis*
Convenit.———

Apud hos peſſima vina naſcebantur. Mart. lib. 1. ep. 27.

Non hæc Pelignis agitur vindemia prelis,
Uva nec in Tuſcis naſcitur iſta jugis.

Idem lib. 13. ep. 121. Cujus Lemma *Pelignum*:

Marſica Peligni mittunt turbata coloni,
Non tu, *libertus ſed bibat illa tuus*.

Pelinæus, mons Chii altiſſimus eſt. Ita Strabo lib. 14. Πελιναῖον ὄρος ὑψηλότατον τῆ ἐν τῇ νήσῳ. Ælianus ſcribit Πελιννᾶιον, lib. 16. de Anim. cap. 39. Ita etiam Pindari Scholiaſtes Pyth. 10. Unde Πελιννᾶιος ὁ Ζεὺς ἐν Χίῳ apud Heſychium, & Phavorinum. Unde in Dionyſio pro eo quod vulgò legitur:

Καὶ Χίος ἠλιβάτῳ Πελλωαίῳ ὑπὸ πίζαν.

Reſcribendum, ἠλιβάτοιο Πελινναίου. Ita enim legiſſe Avienum docet verſio:

Tumque Chius patulæ proſpectans arva Pelinnæ.

Sub hoc monte vetuſtiſſimæ Chiorum hiſtoriæ referunt quondam latuiſſe draconem μεγέθει μέγιστον, portentoſæ magnitudinis, qui inſulares aliquandiu territavit, ſibilis ſuis, donec incendio abſumeretur. Rem narrat Ælianus ubi ſupra. A dracone tam immani Chii mons, quem diximus, Phœnicio ſermone vocatus eſt פלוא נחש *Peli-naas*, i. e. *ſtupendi* ſerpentis. Bochartus.

Pelion,

Pelion, Theſſaliæ mons in ſinum Pelaſgicum incumbens, verticem habens pineto, reliquam partem querneo nemore tectam. Ovid. Faſt. 5.

Pelion Æmoniæ mons eſt obverſus in Auſtros:
Summa virent pinu: cætera quercus habet.

Altum vocat Virgilius Georg. 3. *Ingentem* Statius lib. 1. Achilleidos. Homerus. Πήλιον εἰνοσίφυλλον appellat. Ornis etiam abundare hunc montem teſtatur Val. Flac. hoc verſu:

Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.

Mart. 8. 36.

Septenos pariter credas aſſurgere montes,
Theſſalicum brevior Pelion Oſſa tulit.

Hinc *Pelius* adjectivum. Cic pro Cœlio ex veteri poetâ:

Utinam ne in nemore Pelio.

Item *Peliacus*. Catullus:

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus.

Item urbs Theſſaliæ, & alia Illyriæ. Steph.

Pella, colon. & urbs Macedoniæ in Emathiâ, inter Berrhœam & Lariſſam, natalibus Philippi & Alex. M. clara. *Feniza* Sophiano. De eâ Lucanus lib. 10.

Exiguo ſecura fuit Provincia Pellæ.

Hinc *Pellæus*. Juvenal. Sat. 13.

Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis.

Martialis lib. 9. ep. 44.

Hoc habuit numen Pellæi menſa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.

Pella altera, urbs Palæſtinæ in Cœleſyriâ, & reg. Decaopolitanâ trans Jordanem flu. Eò omnes Chriſtiani cum à Romanis obſideretur Jeruſalem, divino oraculo, moniti ſe receperunt. *Pella* item in Theſſaliâ & quarta in Achaiâ, teſte Steph. qui primam à *Pella* conditore dictam ſcribit. *Bunomos* quondam & *Bunomia* dicta, teſte Herodoto. *Pellæa gula*, apud Martialem pro Ægyptiacâ Alexandrinâ, ab Alexandro Pellæ Macedoniæ nato, qui Alexandriam condidit; l. 13. ep. 85.

Princeps Niliaci raperis, Coracine, macelli:
Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ.

Pellene, *Pellina* Stephano, op. Achaiæ in Peloponneſo, à ſinu Corinth. 60. ſtad. in Auſtrum recedens, inter Phliuntem & Buram. Hujus lanæ nobiles ab antiquis habebantur, ex quibus lacernæ fiebant, quæ in ludis & certaminibus Junoniis victoribus loco præmii dabantur, authore Julio Polluce: Unde Proverb. *Tunica Pellenica*, vel *Pellenæa* apud Suidam de ſplendidâ veſte dicitur.

Peloponneſus, nobiliſſima totius Europæ peninſula, Iſthmo anguſtiſſimo Græciæ annexa, inter duo maria, Ægæum & Ionium, platani folio ſimilis (unde Dionyſ.

——Πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ὀπώπει
Εἰδομένη πλατάνοιο μυκαίζοντι πετήλῳ.

Idem habent Strabo lib. 8. & Plin. 4. 4.) anguloſis receſſibus duos efficiens ſinus, ab ortu Saronicum, Criſſæum, ſive Corinthiacum ab occaſu 6. m. anguſtiis diremptos. Vetus Tragicus à Sen. citatus. Ep. 80.

Enimvero Argis, regna mihi liquit Pelops,
Quâ Ponto ab Helles, atque ab Ionio mari
Urgetur Iſthmos.——

Hæc quidem propriè non eſt inſula, ſed χερρόνησος. Sed Iſthmi anguſtia effecit, ut non tantum inſula nominetur, verum etiam inter inſulas quandoque numeretur, ut à Ptolemæo lib. 7. *Peloponneſus* autem dicta eſt à *Pelope* Tantali filio, qui è Phrygiâ coloniam eo deduxit, ibique regnavit, teſte Strabone lib. 7. (Πέλοπος δὲ ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπαγομένου λαὸν εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Πελοπόννησον) cum ante Plinio & Apollodoro teſtibus, *Apia* & *Pelaſgia* diceretur. *Argos* etiam, teſte Strabone lib. 8. tota inſula olim vocata (ut multis teſtimoniis ex Homero adductis probat) & quidem *Argos Achaicum* ut à Theſſaliâ diſtingueretur, quam *Argos Pelaſgicum* vocarunt. Peninſula hæc in 6. regiones diviſa eſt: Ita Mela lib. 2. cap. 3. *In Peloponneſo Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaia, Elis, Arcadia.* Hinc *Peloponneſius*, ut *civitates Peloponneſiæ* apud Cic. ad Att. Item *Peloponneſiacus*, ut *bellum Peloponneſiacum* Græcorum, quod duravit an. 27. De quo Thucydides & Xenophon.

Peloris, idem quod *Pelorus*. Item oſtrei genus, à magnitudine ſic dictus, ut ait Euſt. Πῳοεῖς λέγῃ διὰ τὸ μέγεθος, cum quo congruens Athenæus lib. 3. ita ſcribit: Πῳοείδης ὀνομαζομένῃ περὶ τὸ πῳώτειον. Plinius 31. 11. inter cancrorum genera numerare videtur. Lucrino in lacu præcipuæ fuere. Horat. Serm. 2. Sat. 4.

Murice Bajano melior Lucrina Peloris.

Mart. lib. 6.

Tu Lucrina voras, me paſcit aquoſa Peloris.

Pelorus, unus ex tribus Siciliæ promontoriis quod in Italiam vergens, Scyllæ adverſum eſt; ita dictum à *Peloro*, Annibalis gubernatore; quem is in Syriam fugam parans (ut Pomponio placet) ibi interemit, ſe ab eo proditum ratus, eò quod procul intuenti continua videbantur eſſe litora, pelaguſque minimè pervium. Val. Max. lib. 9. cap. de Temeritate, Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore quo is à Petiliâ olvens in Africam reditum parabat, à ſuis revocatus, ut patriæ periclitanti opem ferret adverſus Scipionem. Quæ ſententia videtur multo veriſimilior. Non enim video quid ex Africâ Syriam petenti in Siculo freto fuerit negotii; niſi quis hoc prætexat, vi tempeſtatis eò fuiſſe appulſum: quanquam legimus etiam ante Pelorum dictum. *Pelorus* (inquit Bochartus) articulo addito Græcis vulgò dicitur ὁ Πέλωρος. Quod Pœni ſic acceperunt, quaſi diceretur הובל הראש *hobel-haros*, vel *hobel-horos*, i. e. ad verbum *Gubernator*, ſive *Nauclerus Ducis*. De eo Silius lib. 14.

Celſus arenoſâ tollit ſe mole Pelorus.

Dicitur & *Pelorias*. Ovid. Faſt. 4.

Jamque Peloriaden, Lilybæaque, jamque Pachynon
Luſtrarat.——

Ita Græci. Polyb. lib. 1. Τὸ δὲ εἰς τὰς ἄρκτους κυκλοῦν ἀκρωτήριον τοῦτο καλοῦσι Πῳωρίαν. Peloris Dionyſio vocatur, ubi de tribus Siciliæ promontoriis:

Ἄκρα δὲ οἱ Πάχυνός τε, Πῳωρίς τε Λιλύβητε.

Anguſtiori linguâ ſeu cuſpide in mare excurrit, quam reliqua duo promontoria. Virgil. Æn. 3.

——*Anguſti rareſcent clauſtra Pelori.*

Ovid. Met. 15.

Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori.

Dixi ſupra Pelorum Italiæ objectum fuiſſe. Confirmant id paſſim auctores. Ovid. Met. 5.

Dextra ſub Auſonio manus eſt ſubjecta Peloro.

Statius 1. Sylv.

Brutia Sicanium circumſpicit ora Pelorum.

Dionyſius Orbis deſcriptor:

Ἠνεμόεσσα πῳωρὶς, ἰὼν Αὐσονίλιν ὀρώσσα.

Apollonii Scholiaſtes ad lib. 4. Τῶν τρίων ἀκρωτηρίων ἀφορᾷ πρὸς Ἰταλίαν ἡ πῳωρὶς. Hodie *Cabo de la torre del faro* vocatur. Vide Cluver. de Sic. Ant. lib. 1. cap. 6.

Peluſium, op. in extremâ Ægypti orâ, quæ Caſiotidi contermina eſt, à quo & extremum Nili oſtium, quo Ægyptus ab Aſiâ terminatur, *Peluſium*, ſeu *Peluſiacum* vocatur. Lucan. lib. 8.

In vada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.

Ammian. lib. 22. *Opidum Peluſium eſt nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidiſſe, luſtrari Deorum monitu juſſus in lacu, qui ejuſdem civitatis alluit mœnia, cum poſt interfectum fratrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur.* Neſcio autem quos auctores ſecutus id aſſerit Ammianus, nam Peleum occiſo fratre Phoco pulſum ab Æaco patre Phthiam confugiſſe ad Eurytum, ſeu Eurytionem Actoris F. ab eoque luſtratum eſſe omnes hiſtorici conſentiunt. Inter quos Diod. Sic. l. 4. Apollod. Bibl. Ant. Liber. c. 28. ut omittam Scholiaſtem Ariſtoph. Apollon. ac Lycophronis. Cumque Peleus Euryum inter venandum caſu occidiſſet, Phthiâ relictâ Iolcum ſe contulit, ut quidam memorant. *Belbais* hodie, teſte G. Tyrio, ſeu *Belves*. Incolæ *Peluſiotæ*, quos Pathruſæos eſſe, ut nonnulli volunt, falſum eſt, cùm ob alias cauſas, tum maximè, quia Ezechielis cap. 30. verſ. 14, & 15. diverſa loca ſunt *Pathros* & *Sin*, id eſt, *Peluſium*, ut rectè interpretatur Hieronymus. Nam Peluſio nomen fecit πηλὸς, h. e. *lutum*. Strabo lib. ult. Καὶ αὐτὸ δὴ τὸ πηλύσιον κύκλῳ περιείλημμα ἔχει ἕλη δ' ἅπτεται βαθέσθαι καλοῦσι, καὶ τέλματα. Et paulo poſt ὠνόμασται δὴ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. Merito ergo (inquit Bochartus) Peluſium סין Sin appellatur à Syris, quibus סין id ipſum eſt quod Græcis πηλός. Rurſus Ezechiel dicit Sin eſſe מעוז מצרים h. e. robur Ægypti, quia ex illâ parte Ægyptus eſt aditu maxime difficilis. Strabo lib. 17. Ταύτῃ δὴ καὶ δυσείσβολον δοκεῖ ἡ Αἰγύπτος. Et Diodorus lib. 15. Μάλιστα τὸ σῶμα καλασκευάσαι διὰ τὸ κεῖσθαι μὲν αὐτὸ πρὸς τοὺς ἀπὸ Συρίας πορευομένους. Suid. Πηλύσιον, &c. κλεῖς τῆς Αἰγύπτου καὶ εἴσοδος καὶ ἔξοδος. Polyænus lib. 7. Stratagem. Καμβύσης Πηλούσιον ἐπολιόρκει, Αἰγύπτιοι κρατερῶς ἀνθίσαντο, ἀπωλλύοντες τῆς Αἰγύπτου τὰς ἐμβολάς. Juxta Peluſium eſt optima lens. Virgilius Georgicon lib. 1.

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Ubi Servius: *Peluſium unum eſt de ſeptem oſtiis Nili, ubi optima lens naſcitur, unde καθ' ἐξοχὴν locutus eſt* Mart. lib. 13. ep. 5.

Accipe Niliacam, Peluſia munera, lentem.

Auſonius Idyll. 12.

Et Peluſiaco de ſemine plana teres lens.

Ubi *planam* & *teretem* dicit, quia *duo genera ejus in Ægypto, alterum rotundum, nigriuſque, alterum ſuâ figurâ,*

uti loquitur Plinius lib. 18. cap. 28. Inde Alexandrini σύνδροι τῷ φακίῳ βρώμασι, h. e. *lente plurimum vescebantur*: ac tota urbs πλήρης φακίνων, pleria lenteorum, teste Cynulco apud Athenæum lib. 4. Bochartus. Long. 63. 20. Lat. 31. 10.

Peneius, flu. Elidis in Peloponneso, in mare Ionium labens inter Araxum & Chelonatem promontoria. *Igliaco* Nigro. Item Siciliæ fluvius Theocriti Scholiastæ.

Peneus, flu. Thessaliæ inter Ossam & Olympum decurrens, collibus dextra lævaque molliter curvis. Ex Pindo monte oritur & per Tempe in sinum Pegasicum influit. Ovid. Met. 1.

Est nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit
Silva: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis volvitur undis:
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit, summasque aspergine silvas
Impluit, & sonitu plusquam vicina fatigat.

Catullus:

Quale ferunt Graii Peneum propter amœnum.

Torrens dicitur Senecæ:

Novâ concurrit Thessalus torrens viâ.

Ἀργεσδίνης Homero:

Οὐδ' ὅγε πλωτῷ συμμίσγεσ' ἀργεσδίνῃ.

Hujus fluvii ripâ Daphne in laurum fingitur commutata. Unde *Peneia Daphne* apud Ovidium; & *Peneia laurus* apud Val. Flaccum. Hodie *Salampria* Sophiano; *Pezin* verò Theveto dicitur.

Penne, op. Gall. Narbonensis ad lacum Lemannum in itinere inter Augustam Prætoriam, & Augustam Rauracorum occurrens. *Neufville*, seu *Villeneuf* Simlero.

Penninus, *Mont S. Bernard* Simlero, mons Alpium Pœninarum, per quem Hannibal exercitum in Italiam trajecit.

Pennocrucium, op. Albionis in Angliâ inter Viroconium 23. & Erocetum 12. m. p. in Staffordiâ reg. ubi nundinæ fiunt equorum in itinere inter Rutupinum portum & Vallum occurrens Anton. *Pencridg* Camdeno.

Pentadactylus, mons Ægypti ad fin. Arab. apud Berenicen urb. *Pentadactylum* Ptolemæo, inter Berenicen, & Bazyum promont.

Pentapolis, reg. Cyrenaicæ mari Libyco exposita, à numero urbium quæ sunt in illâ appellata, sc. *Berenice*, *Arsinoe*, *Ptolemais*, *Cyrene*, & *Apollonia*. Ammian. lib. 22. *Pentapolin* à Libyâ *sicciore dissociatam*. Sicille. Atqui Pentapolis quæ & Cyrenaica, semper à Libyâ separata est & ex divisione Augusti sub Proconsule Cretæ erat, teste Strab. ac Dion. Nec nisi serò Ægypti provinciis contributa est Item regio Palæstinæ ad lacum Asphaltiten, in quâ Sodoma & Gomorrha, & aliæ urbes tactæ de cœlo. Item urbs Hetruriæ Episc. Nepitæ, & Sutrio proxima, nunc excisa: locus apud Mont. Rosulum *Straccia cappe* nominatur.

Peparethus, ins. maris Ægæi, una Cycladum. *Lemene* Nigro; *Saraquino* Castaldo; *Opula* aliis. Opidum habet ejusdem nominis, estque olivifera. Ovid. Met. 7.

Et Gyaros, nitidæque ferax Peparethos olivæ.

Quondam *Evonus* dicta fuit, ut Plinius tradit. Locus autem Plinii quem citat auctor est lib. 4. cap. 12. sed pro *Evonum* scribendum *Evænum*, i. e. Εὐοινον, monet Bochartus: talis enim erat hæc insula. Ita habetur in Heraclidis politiis: Αὕτη δὲ νῆσος (inquit) ἔυοινός ὅτι, καὶ ἔυδενδρος, καὶ σῖτον φέρει. In Philoctete Sophoclis legitur; Ἐς δ' ἔυοσσυν Πεπάρηθον, vers. 549. Itaque à verbo פרה *para*, quod *parere* & *feracem esse* sonat (duplicatis radicalibus) primo *Perpareth* factum, dein *Peparethi*, altero R. pereunte. Bochartus.

Popuza, Phrygiæ urbs apud Callistum, unde *Pepuziani* hæretici; de quibus Epiphanius Hæresi 48.

Pepylychnus, Ptolemæo flu. est quo Macedoniam ab Australi parte terminari scribit.

Pequinum, urbs Imperii Sinarum primaria, totius regionis caput ab anno 1404. quo sedes Regia eo translata fuit à Nanquino. Innumeris refertæ est incolis, subestque dominio Tartarorum cum toto imperio.

Peræa, Judææ pars ulterior, Ægypto proxima. Plin. 5. 14. Item Syriæ opidulum. Steph. Item reg. parva Cariæ marit. contra Rhodum insulam. Polyb. Item op. Æolidis, Mitylenæorum colonia. Lib. 37.

Perces, Hisp. flu. ab incolis sic dictus; aliàs Bætis. Stephanus. Βαῖτις, ποταμὸς κατ' Ἰβηρίαν, ὃς Πέρκης λέγεται ἀπὸ τῆς ἐγχωρίου. Nempe *Perca* factum ex ברכה *berca*, i. e. à *stagno*. Quem in *Certem*, aut *Certim* mutarunt scribæ *imperiti* in his Livii lib. 28. *Martius superato Bæti amne, quem incolæ Certim appellant.*

Percope, civitas juxta Pontum, quæ Trojanis auxilium misit Hom.

Percote, quæ & *Percope* olim dicta fuit, urbs Troadis. Steph. Val. Flac. lib. 2.

Jam juga Percotes, Parianique infame frägosis
Exuperant Pythiamque vadis.

Hinc *Percosius* nom. gent. Val. Flac. lib. 3.

———*Primas conjux Percosia vestes*
Quas dabat, & picto Clite variaverat auro.

Perge, & *Perga*, Pamphyliæ op. ab Attaliâ urbe 8. m. p. in occ. recedens. Hic erat Dianæ templum, de quo Sic. Verr. 3. quæ inde *Pergæa*, teste Mela, *Pergasia* vero teste Stephano, dicebatur. Dionysius vers. 854.

Ἄλλαι δ' ἐξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόληες
Κώρυκός, Πέργη τε καὶ ἠμαθόεσσα Φάσηλις.

Pirgi hodie dicitur Sophiano.

Pergama, n. pl. arces Trojanæ, quæ quoniam altissimæ erant, omnia alta ædificia *Pergama* sunt appellata, teste Servio. Schol. Homeri in illud Iliad. 4. vers. 505.

Πριάμῳ ἐπικτιόνων
ἐν τ' ἀκροπόλεως περάων. Ὅμηρος μόνῳ τῷ Ἰλίῳ ἀκρόπολιν Πέργαμον καλεῖ, οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς ἀκροπόλεις. Stat. Silv. 1. 1.

Hunc neque discissis cepissent Pergama muris.

Loquitur de equo Durateo, quem portæ Trojanæ capere non potuerunt. Ideoque (ut obiter notem) Virgilius:

Dividimus muros & mœnia pandimus urbis.

Qu. Smyrnæus lib. 12.

———οἱ δὲ μολόντες
Ἄσυ ποτὶ σφέτερον μεγάλης κρήδεμνα πόληος
Λυσάμενοι λυγρὸν ἵππον ἐσήγαγον.

Magis Poeticè, uti solent Græci. Tryphiodorus, portas numine Divum ampliores subito factas fatalem machinam admisisse scribit in his:

Αἱ δὴ οἱ ἐρχομένῳ ἀνέῳγε πύλας ἐσείνοσιν·
Ἀλλ' Ἥρη μὲ ἔδυσεν ὁπλίζεσθαι ὄρμον ὁδοῖο
πεζὸν ἀναστέλλουσα, ποσὶ δ' ὑπὸ πύργων
Σταθμὸν ἀνοιγομένων πυλέων ἀνέκοπτε τειαίνη.

Item locus Cretæ, ubi Lycurgi sepulchrum. Plut.

Pergamus, urbs Troadis, seu Mysiæ mediter. ad Carcum flu. diu sub Attalicis regibus fortunata, & postea Romanorum provincia facta; apud quam chartæ usus inventus est, quæ nunc quoque vulgò *Pergamena* dicitur; ab *Attalo*, ut Ælianus; vel ab Eumene, ut Plinius ait, condita, & Galeni patria. In hâc urbe Æsculapium medicinam exercuisse, ibique officinam habuisse Lucianus in Icaromenippo tradit. Martialis 9. 17.

Consilium formæ speculum, dulcesque capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo.

Pergus, lacus Siciliæ apud Ennam urb. ubi à Plutone raptam esse Proserpinam fabulantur. Claudianus lib. 2. de Raptu:

Haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
Panditur; & nemorum frondoso margine cinctus
Vicinis pallescit aquis. Admittit in altum
Cernentes oculos, & latè pervius humor
Ducit inoffensos liquido sub gurgite visus:
Imaque perspicui prodit secreta profundi.

Pergusam vocat Ovidius Met. lib. 5.

Haud procul Ennæis lacus est à mœnibus altus
Nomine Pergusa.———

Ità vulgò creditum. Verum de Pergusâ nugæ sunt, inquit vir doctissimus Nic. Heinsius, qui totum locum sic excudi voluit:

Haud procul Hennæis lacus est à mœnibus altæ,
Nomine Pergus, aquæ; non illo plura Caystros
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.
Silva coronat aquas, cingens latus omne, suisque
Frondibus, ut velo, Phœbeos submovet ignes.
Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.
Perpetuum ver est.

Percus dicitur Jul. Firmico. *Lago di Goridan*, hodie, teste Laurent. Ananiâ. Lacum hunc describit Silius lib. 14. hoc modo:

Hic specus ingentem laxans telluris hiatum,
Cæcum iter ad manes tenebroso limite pandit,
Quà novus ignotas Hymenæus venit in oras.
Hâc Stygius quondam stimulante cupidine rector
Ausus adire diem, mœstóque Acheronte relicto
Illicitas egit currum per inania terras.
Tum raptâ præceps Ennæâ virgine cessit
Attonitos cœli visu, lucemque caventes
In Stygâ rursus equos & prædam condidit umbris.

Cic. lib. 4. in Verrem: *Etenim prope* (Ennam) *est Spelunca quædam conversa ad Aquilonem, infinita altitudine, ex quâ Ditem patrem ferunt repente cum curru extitisse, abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse, & subito non longè à Syracusis penetrasse sub terras, lacumque eo loco repente extitisse.*

Perimele, inſ. maris Ionii, una Echinadum, aſpectu jucunda, ut Ovidius teſtatur. lib. 8. Met. ubi Perimelem Nympham Hippodamantis filiam in inſulam converſam deſcribit.

Perimula, *Patane* Caſtaldo ex levi, ut videtur, conjectura, urbs aureæ Cherſoneſi; ex quâ *ſinus Perimulus* Ptolemæo.

Perincari, urbs Indiæ citer. Ptol. *Pelagonga* Caſtaldo.

Perinthus, , quæ & *Heraclea*, urbs Thraciæ ad Propontidem, inter Byzantium ad Bor. 69. & Apros in Noto lib. 48. m. p. Ejus mem. Ptolemæus, Marcellinus & Zoſimus. Hæc olim *Mygdonia* dicta fuit, poſtea vero *Heraclea*, ab *Hercule* ſc. uti Tzetes tradit, Chil. 3. num. 100. *Perintheras* Antonino eſt. *Peralia* quoque vocata fuit, ut ſcribit Procopius de ædificiis Juſtiniani. *Pera* hodie Volaterrano; *Rodoſto* Bellonio; *Pantiro* Caſtaldo, *Heraclia* Sophiano & Nigro dicitur.

Peripolis, Plin. *Peripolium* Thucyd. op. Brutiorum in finibus Locrenſium, ad Haleçem flu. in orâ Calabriæ ulter. medium inter Leucopetram, & Herculeum promont. 18. m. p. apud Bovam urb. à Rhegio mill. *Amendolia* hodie, teſte Barrio. Aliis *Pagliopoli*, pagus vicinus, loco editiore, ultra Bovam ad 3. m. p. Patria Praxitelis. Ferrarius.

Periſtaſis, vel *Periſtacium*, urbs Thraciæ ad Propontidem inter Hexamiliam ſeu Lyſimachiam ad Auſtr. 10. & Myriophytum ad Arctos 12. m. p.

Permeſſus, flu. Bœotiæ, ex Helicone monte profluens, & in lacum Copaidem apud Haliartum op. influens, *Permeſo* adhuc appellatus. Virg. Eccl. 6.

Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum,
Aonas in montes ut duxerit una ſororum;
Utque viro Phœbi Chorus aſſurrexerit omnis.

Ubi *Permeſſi flumina* pro ipſo Permeſſo, phraſi poeticâ, quâ Græci quoque delectati; nam & de hoc ipſo flumine Nicander in Theriacis:

——Παρ' ὕδατι Περμησσοῖο.

Prop. lib. 2. el. 13.

Nondum etiam Aſcræos norunt mea carmina fontes,
Sed modo Permeſſi flumine lavit Amor.

Martialis *Permeſſida* vocat, lib. 7.

Quid tibi cum Cyrrhâ? quid cum Permeſſidos undâ?

Idem lib. 8.

Cum ſiccare ſacrum largo Permeſſida poſſet,
Ore, vercundam maluit eſſe ſitim.

Hic fluvius & Holmius, quia ex Helicone fluunt, ſunt muſis ſacri, de quibus Heſiodus in Theogoniâ:

Καὶ τ' λοετρὰ μύρεται τέρενα χρόα Περμησσοῖο
Ἢ Ἵππου κρηνὴς, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο.

Perrhoebi, pop. Theſſaliæ, qui Lapitharum potentiâ fracti fugerunt in Ætoliæ montana Pindo M. proxima, quæ reg. ab ipſis *Perrhæbia* dicta eſt, & Pindus *Perrhaebus*. Propertius 3. 3.

Aut cur Perroebi tremuere cacumina Pindi?

Perſæpolis, urbs Perſidis, à Perſeo condita, teſte Strab. lib 15. quam poſtea Alexander ebrius demoliri juſſit. Non longè ſitam fuiſſe ab Araxe innuit idem Strabo, ubi ſupra, Περὶ αὐτὴν ἡ Περσαιπόλει, ἣ Ἀρέξλω διέζη. Subdit Ἦν ἡ ἡ Περσαίπολις ἔχουσα βασίλεια ἐκφανέστ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κτισμάτων. Deſcribit hanc urbem Diodorus diligentiſſimè: ejus incendium omnes commemorant. Fuerat extructa, ut idem Diod. Siculus lib. 1. ait ex direptione Thebarum Ægyptiacarum. Combuſta eſt ab Alexandro, hortatu maximè Thaidis, nobilis ſcorti. Miror autem cum dicat Qu. Curt. Perſæpolim ſemel incenſam, & dirutam, nunquam poſtea reſurrexiſſe, recenſeri tamen à Ptolemæo, non ſecus, ac ſi tunc quoque floruiſſet. Qu. Curtii verba ſunt hæc, quæ propter elegantiam adſcripſi: *Hunc exitum*, ait, *habuit regia totius Orientis, unde tot gentes ante jura petebant: patria tot regum; unicus quondam Græciæ terror, molita decem millium navium claſſem, & exercitus quibus Europa inundata eſt, contabulato mari molibus, perfoſſiſque montibus, in quorum ſpecus fretum immiſſum eſt. Ac ne longâ quidem ætate, quæ excidium ejus ſecuta eſt, reſurrexit.*

Perſia, *Perſis*, Ptol. Plin. & Melæ, *Farſtan*, & *Farſiſtan* incolis, teſte Caſtaldo, Provincia Aſiæ notiſſima atque clariſſima, inter Suſianam ad occ. & Carmaniam ad ortum; atque inter Parthiam ad Bor. & ſinum Perſicum ad merid. contenta. Populi *Perſæ*, quos à *Perſeo* tuliſſe nomen affirmat Euſtathius Iliad. α. cum inquit: Περσεὺς παρονομάζει τοὺς Πέρσας. Quod etymon à Q. Curtio approbatum invenio. Atqui probabilior ſententia Bocharti eſt, qui Perſis nomen ex re fuiſſe ſcribit, id eſt, ab equitatu, quo maximè valebant, equitare è teneris annis edocti. Herodotus: Παιδεύσι τοὺς παῖδας τρία μόνα· Ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. Quâ tamen diſciplina primus illos imbuit Cyrus. Antea enim ut tradit Xenophon lib. 1. Cyrop. Ἐν Πέρσαις, διὰ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ πεζὴν ἵππους, καὶ ἱππεύειν, ἐν ὁμοίῃ ἴσον τῇ χώρᾳ, καὶ ἰδεῖν ἵππον σπάνιον. At Cyro ſic providente (ut narrat idem lib. 4.) Perſæ ex peditibus equites facti, equis deinceps ita aſſueverunt, ut; ἐδεῖς ἂν, inquit πᾶν κοῖλον καταδὲν ἐκὼν ὀφείη Πέρσων ἅδαμᾶ πεζὸς ἰών. Itaque ex tam repentinâ mutatione factum, ut hæc regio פרס *Paras*, & incolæ פרסאים *Perſæ* dicerentur, id eſt, *equites*. Arabicè enim *Pharas* eſt *equus*, & *Pharis*, *eques*, ut Ebraicè *Paras*. Equis etiam in ſacrificiis ſuis utebantur. Ovid. Faſt. 1.

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

Sicut etiam aliæ gentes, ut pop. Armeniæ. Ibi Xenophon equum ſuum jam Senecionem immolandum huic Numini tradidit. Ὅτι, inquit lib. 4. de Cyri min. Exped. ἔκτεινε αὐτὸν ἱερὸν τῷ ἡλίῳ. Cauſa quæ ſequitur apud Naſon:

——Ne detur celeri victima tarda Deo.

Redditur etiam ab Herodoto de Maſſagætis in ipſâ metâ lib. 1. Fuere gentes, quæ jungerent matres filiis: ut Perſæ, quorum Antiſtites tali conjugio oportebat prodire. Catullus:

Naſcitur Magus ex matris Gellique nefando
Conjugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.
Nam Magus ex matre & gnato gignatur oportet,
Si vera enim Perſarum impia pelligio.

Lucanus Parthorum reges ita naſci autumat lib. 8.

——Jacuere ſorores
In fratrum thalamos, ſacrataque pignora matrum.
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas.
Pharthorum dominus quoties ſic ſanguine mixto
Naſcitur Arſacides? cui fas implere parentem.

Sextus Pyrrhonius Hypotypoſ. l. 3. c. 24. Ἄθεσμον ἡ δοκεῖ παρ' ἡμῖν μητέρα ἢ ἀδελφὴν ἰδίαν γαμεῖν. Πέρσαι ἦ, καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ σοφιὰν ἀσκεῖν δοκοῦντες οἱ Μάγοι, γαμοῦσι τὰς μητέρας, καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὰς μητέρας ἄγονται εἰς γάμον. Quod quidem ſcelus & tota & barbara utcunque conſenſu excuſet: At Sapientiam profeſſos, & Regum inſtar eâ excellere cupientes, tam procul communi ſenſu & ratione abiiſſe vix ſit credibile. De Stoicis idem præclariſſimi ingenii ſcriptor ſubjicit: Ἀλλὰ καὶ ὁ Κτησιδὺς Ζηνῶν φησὶ, μὴ ἄτοπον εἶναι τὸ μίσεον ἑ μηδὸς τῆ ἑαυτῆ μοείων πείσαι· καθάπερ ἐδὲ ἄλλό τι μέρος τῦ σώματος ὠφελὴς τῇ χεῖρα τείνασα φαῦλον ἂν εἴποις εἶναι. Καὶ ὁ Χρύσιππος ἦ ἐν τῇ πολιτείᾳ δοκιμάζει, τὸν ἑ πατέρα ἐκ ἑ συνάδος παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἑ μητέρα ἐκ τῦ παιδὸς, ἢ ἑ ἀδελφὸν ἐκ ἑ ἀδελφῆς. Et cap. ſequ. ipſa verba Chryſippi ponens: Δοκεῖ δέ μοι ταῦτα ὅπω διεξάγειν, καθάπερ καὶ νῦν ὑ κακῶς πεφὶ πολλοῖς εἴρηται, ὥστε καὶ ἑ μητέρα ἐκ τῦ ἐξ τεκνοποιεῖσθαι, καὶ ἑ πατέρα ἐκ ἑ συναδός. Quos ſceleratos homines cum ſuis libris non minus eſt publicè pœnas humanitatis non dediſſe, quam Platonem ipſum cum ſuâ politiâ, quo opere ſi rectè inſpicias, vix dicas unquam magis impium ab quoquam extuſum. Barthius. A Græcis quoque dicti ſunt Κηφῆνες, à ſeipſis Ἀρταῖοι, teſte Herodoto. Dicuntur & Ἀχαιμένιοι, reg. *Achæmenia*, ſecundum Stephanum. Suidas & Cedrenus *Maguſæos* vocant. Perſarum veterum mores fusè refert Herodotus lib. 1. & Amm. lib. 23. De regno Perſarum libros tres ſcripſit Barn. Briſſonius. Bellicoſi fuere. Sen. ep. 32. Fortitudo & induſtria & ad bellum prompta mens tam in Perſis quamvis alte cinctos cadit. Amm. Marc. 23. Adeo autem diſſoluti ſunt & artuum laxitate, vagóque incеſſu jactantes ſe ut effeminatos exiſtimes, cùm ſint acerrimi bellatores. Cor. Nepos in Alcib. Veniſſe ad Perſas apud quos ſumma laus eſſet fortiter venarri, luxuriosè vivere. De Idololatria eorundem Strab. lib. 15. Τιμῶσι ἡ καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν, καὶ Σελήνην, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ πῦρ, καὶ ἄνεμον, καὶ ὕδωρ. Habuit ex Herod. lib. 1. Θύουσι ἡ Ἡλίῳ ἑ καὶ Σελήνῃ, καὶ Γῇ, καὶ Πυρὶ, καὶ Ὕδατι, καὶ Ἀνέμοισι. Perſas plurimùm ſagittis valuiſſe, auctores ſunt Xenophon lib. 1. Pæd. qui loquens de ſtudio Perſarum in Venatione, ait habere illos τόξα ἕδος ἑ φερέσβιον: Procop. lib. 1. de bello Perſico: Πέρσαι τοξεύειν ἀκόντων τε εἰδὼν πάντες. Meminit etiam jaculorum Perſicorum, & ſagittarum Heliodorus lib. 6. & 9. Hiſtor. Æthiop. & Herod. lib. 1. Polyb. lib. 5. Oppianus 2. Halieut. adjicit illos excogitaſſe artem adjiciendi venenum ſagittis. Πέρσαι φαρμακῆσες ὀλέθεια μηχανῶνται. S. Ambroſius lib. 6. Hexaem. *Gens Perſarum ferox bellis, valida ſagittis.* Hinc Virgilius Georg. 4.

Quaque pharetratæ vicinia Perſidis urget.

Laertius lib. 5.

Ἔκλεινεν Πρῶν τοξοφόρων βασιλεύς.

De Perſis Dionyſius 1056.

Μῶνοι γὰ τ' Ἀσίης βασιλήϊον ἔθνος ἔχουσι,
Μῶνοι δ' ἄνδρων ὅλεσσιν ἐν μαχεσσιν ἔθηλε,
Ὁππότε Μηνίλιν καὶ Σαρδίας ἐξαλάπαξαν.
Χρύσειά τοι κείνων μὲ ἐπὶ χροὶ τόξα φαάνθη,
Χρύσεια δ' αὖθ' ἅρματα σὺν σιδήροισιν ἐκόσμησαν πολίτας·
Τοσσοὶ γὰ σφίσιν ὅλεθρος ἀπώλεσε.

Hunc.

Hunc Perſicorum armorum apparatum in prælio ad Iſſum cum Alexandro geſto deſcribit Q. Curtius lib. 3. *Illi aureos torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant, manicataſque tunicas gemmis etiam adornatas.* Dion Chryſoſtomus Orat. 2. de Regno: Χρυσῶν φαλαρῶν καὶ χαλινῶν, ὁποῖα τοὺς Πέρσας φασὶν ὁπλίσασθαι. Splendidis hiſce indumentis poſt victum demum Crœſum eos conſuevisſe teſtatur Ammianus Marcellinus lib. 23. *Armillis uti, monilibuſque aureis, & gemmis aſſuefacti poſt Indiam victam & Crœſum.* Idem lib. 31. *Perſæ, qui ſunt originitùs Scythæ, pugnandi ſunt feritiſſimi.* Ubi *Perſas* poſuit pro *Parthis*: nam de Parthis quidem, id ſcriptores antiqui docent, eos originem ex Scythis ducere. Sic Trog. Pompeius lib. 2. & 41. & ex illo Jornandes in Geticis. Sic Q. Curtius lib. 6. & Steph. Byzantius & Arrianus in Parthicis, qui, imperante apud Ægyptios Seſoſtri, apud Scythas autem Jandyſo, Scythas in eam regionem quæ Parthia dicitur, migraſſe memorat. Arriani verba referuntur in Bibliotheca Photii. Auctor quoque Chronici Alexandrini Scytharum Juventutem ait à Seſoſtri in Parthiam eſſe translatam. Ex quibus liquidò apparet Marcellinum *Perſas* prò Parthis perperam dixiſſe. Eâdem licentiâ Tertull. lib. de Pallio dixit: *Scythæ exuberant Perſas.* Idem tamen caſtigatius loquitur in lib. de Animâ: *Dum aborigines occupant terras, ut Scythæ Parthicas.* Κοσμογονικὰ fuiſſe hanc regionem innuit Am. lib. 24. ubi de Nabdate: *Ex virginibus autem quæ ſpecioſæ ſunt captæ, ut in Perſide, ubi pulcritudo fœminarum excellit, nec contrectare aliquam voluit, nec videre.* Perſæ valdè obnoxii ſuis regibus; & inde Cicero: *Regnum non modo Romano homini, ſed nec Perſæ quidem cuiquam terribile.* Unde Sen. 2. de Ben. *Perſicam ſervitutem* pro durâ poſuit.

Perſicum mare, & *Perſicus ſinus*, pars maris Rubri (quod Arabiam Fel. ad ortum alluit) inter Arabiam ad merid. & Carmaniam, Perſidem, & Suſianam ad Bor. ingrediens, & alluens, in longitudinem 10000. ſtad. patens ex Strabone, at ex recentioribus 225. leuc. Hiſp. inter Teredonem, ſeu oſtia Tigridis ad occ. & Armuziam inſ. ad os illius in ort. Mela 3. 8. *Perſicus, quà mare accipit, utrinque rectis lateribus grande oſtium, quaſi cervice complectitur: deinde terris in omnem partem vaſtè & æquà portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani.* Ubi non potuit alio nomine ſinum hunc appellare Mela, atque ab omnibus appellatur. Unum tantum inveni Theophraſtum, cui ſinus Perſicus etiam vocetur Arabicus. Verba ejus lib. 4. cap. 19. ſic concipienda ſunt: Ἐν Τύλῳ ἡ τῇ νήσῳ (καὶ) δι' αὐτῆ ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ τῷ μὲν ἔξω πω) τοσοῦτον πλῆθος εἶναι φασι δένδρων, ὅτ' ἐκλείπῃ ἢ πλημμυρὶς, ὡς ἀπαγχομένων. Et ſanè nulla eſt ratio, cur non æquè Arabicus, ac Perſicus nominetur ſinus, cum portionem ejus majorem cingant Arabes. Ad diſtinctionem tamen alterius Arabici, Perſici ſibi cognomen adſciviſſe videtur. Il. Voſſius.

Peruſia, Hetruriæ civitas, ab Achæis condita, in quâ L. Antonius ab Oct. Auguſto obſeſſus, cum extremâ fame laboraret, coactus eſt deditionem facere. Lucan. lib. 1.

His, Cæſar, Peruſina fames, Mutinæque labores
Accedant fatis.——

Incolæ *Peruſini*. Trogus lib. 10. *Peruſini originem ab Achæis ducunt.* Straboni, Ptolemæo, ac Dioni Προυσία; Diodoro, Appiano, ac Procopio Προυσία; Stephano Πέρουσιον dicitur. Hodie *Perugia* dicitur.

Peſſinus, untis, urbs Galatiæ in Phrygiæ magnæ confin. cui adſcribitur à Livio, ſub Agdiſti monte, in quo Atys tumulatus creditur, teſte Pauſaniâ in Atticis. Hic Cybele, cujus ſimulacrum auguſtum ibi habebatur, culta eſt, quæ idcirco *Peſſinuntica* dicta fuit, teſte Apuleo. Mem. Strabo lib. 12. Livius lib. 29. *Civitatem eo tempore recens religio invaſerat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inſpectis. Quandocunque hoſtis alienigena terræ Italiæ bellum intuliſſet, eum pelli Italiâ, vincique poſſe, ſi mater Idæa Peſſinunte Romam advecta eſſet.* Idem ibidem: *Oratores Romani Pergamum ad Regem venerunt. Is legatos comiter acceptos, Peſſinuntem in Phrygiam deduxit, ſacrumque his lapidem, quem Matrem Deûm eſſe incolæ dicebant, tradidit, & deportare Romam juſſit.* Herod. lib. 1. Αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα Διοπίτης, ὡς λέγων· ἔστι γὰρ ἡ ὕλη, ἔστι τεκμηρίῳ ὅσῳ ἐποίησαν ἐγνωσμένον, ἀδὲ λαυσὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης. Τοῦτο ἡ πολλὰ ἐς ἱρηΐην κεκλεγχθῆναι λόγῳ ἐς πνα ἡ Φρυγίας χῶρον. Πεσσοῦς ἡ ὄνομα αἰτῷ, ἡ ἡ περιηγείαν λαβεῖν ἡ τόπον ἐν τῷ πατρίῳ ἀγάλματι ἐς ἱρηνὲ περῶτον ἐκεῖσε ὁρθῆναι. Quæ ſequuntur Latinè adſcribam: *Licet apud alios comperiam, pugnam illic Ilum Phryga, Tantalumque Lydum inter ſe conſeruiſſe, ſive de viâ ortam, ſive potius ob raptum Ganymedis. Cumque diu æquis viribus decertatum foret, ac permulti utrinque cecidiſſent, nomen ex eâ clade loco eſſe impoſitum. Hic etiam fama fert Ganymedem, ipſum trahentibus in diverſa germani, atque amatoris manibus, virâ eſſe orbatum, ſublatumque è medio, pro calamitatis ſolatio, relatâ ad Jovem raptorem fabulâ, divinis fuiſſe honoribus affectum. In hoc, quem diximus, Peſſinunte, Phrygas olim Orgia colebant, ad ipſum fluvium Gallum, à quo etiam evirati Deæ ſacerdotes cognominantur. Sed ubi res Romana crevit, reſponſo accepto, manſurum imperium, atque ad ſummam auctum iri, ſi Peſſinuntiam Deam ad ſe transferrent: miſſi in Phrygiam legati ſunt petitum Deæ ſimulacrum. Quod quidem facilè conceſſum eſt, conſanguineos ſe dictitantibus, atque oriundos ab Æneâ Phryge. Quum itaque navigio devectum ſimulacrum ad ipſas Tiberis fauces appuliſſet, quibus tum Romani vice portuum utebantur, confeſtim divinâ quâdam vi navigium ſubſtitit, neque ullis Romani pop. ceratim trahentis moveri viribus potuit, donec Veſtalis Sacerdos adeſſet. Ea, cum virginitatem perpetuo ſervandam polluiſſe falſo argueretur, damnationem metuens, ſupplex petiit à populo, ut judicium de ſe Deæ Peſſinuntiæ committerent. Quo impetrato, zonam recinxit, clarè precata, ut ſi intemeratam ſe eſſe, ac virginem Dea ſciret, navim progredi juberet. Quæ ubi dixit, ſtatim alligatam zonam manu ducta navis ſequi cœpit. Ita ſunt pariter Romani manifeſtam numinis divinitatem, atque innocentiam virginis admirati.* Hæc Herodianus.

Petelia, Lucanorum metropolis, occurrit apud Samnites, qua Româ in Græciam pedeſtri itinere itur. Strabo lib. 6. Hodie *Policaſtro*. Long. 24. 30. Lat. 42. 50.

Petilia, Plinio, Ptol. ac Stephano, Magnæ Græciæ urb. non procul à Lacinio promont. à Philoctete condita, ἀπὸ τῆς πτήσης, ut volunt, i. e. à *volando*, quod ex volatu avium ſumpto augurio, ibi futuræ urbi locus ſit delectus. Virg. Æneid. 3.

——*Hic illa ducis Melibœi*
Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Πετηλία Straboni dicitur. Silius lib. 12.

Fumabat verſis incenſa Petilia tectis
Infelix fidei, miſeræque ſecunda Saguntho.

Populi *Petillini*. Val. Max. 6. 6. deploratâ, laudatâque Sagunthinorum fide: *Idem præſtando Petillini eundem laudis honorem meruerunt.* Sequitur apud Silium:

Ac quondam Herculeam ſervare ſuperba pharetram.

Strabo lib. 6. Πετηλία μὲν ἔν μεσογείοις νομίζεται τῶν Λοκρῶν, καὶ συνοικεῖ) μέχει νῦν ἐκείνων· Κτίσμα δ' ὅτι Φιλοκτήτου φυγόν|ος ἡ Μηλίσσιον καὶ τοῦτο. Hinc *Petilianus*. Martialis 2. 57.

——*Petilianis delicatus in regnis.*

Vide *Petelia*.

Petovio, Col. & urbs Pannoniæ ſuper. in Stiriâ ad Draum flu. in ipſo lim. Sclavoniæ, ſub dom. Arch. Salisburgenſis, 9. leuc. à Celeiâ in Cæc. quot à confin. Hungariæ in occ. Vulgò *Petaw*.

Petra, Arabiæ op. Nabatæorum metropolis, unde ea pars *Petræa* nuncupatur. Steph. Long. 66. 45. Lat. 30. 20.

Petra, op. Siciliæ. Πέτρα πόλις, teſte Ptolemæo. Opidani Diodoro Πέτρινοι, unde Ciceroni & Plinio *Petrini*, *Petrenſes* verò Solino cap. 11. *Stagnum Petrenſium*, inquit, *ſerpentibus noxium eſt, hominibus ſalutare.* Silio lib. 14. hoc op. derivativo vocabulo dicitur *Petræa*. Sic enim ille:

Romanos Petræa duces, Romana petivit
Fœdera Callipolis, lapidoſique Engyon artus.

Ptolemæus, magnus totius Orbis terrarum, non tantum Siciliæ, turbator; rectè quidam Petram ab Engyo ab occaſu oppoſuit, at malè ac perperam utrumque opidum inter Ennam & Syracuſas locavit. Hodie *Petraglia* vocatur, teſte Cluverio, qui plures *Petras* in hâc inſulâ olim fuiſſe, & etiamnum eſſe affirmat. Long. 37. 50. Lat. 37. 05.

Petra, op. Macedoniæ in orâ maris Ionii apud Dyrrhachium. *Lachi*, teſte Nigro. Ejus meminit Lucanus lib. 6. verſ. 16. & 70.

Petrinum, op. cum arce Campaniæ apud Sinueſſam urbi excisam. Horat. Ep. lib. 1. ad Torquatum:

Vina bibes iterum Tauro diffuſa, paluſtres
Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum.

Rocca di M. Dragone, teſte Cruquio. *Petrinum* etiam, inquit Ferrarius, op. amplum Salentinorum apud Neritum urb. 3. m. p. diſtans, Aletium verſus 13. Long. 42. 32. Lat. 40. 21.

Petroburgum, urbs Angliæ Epiſc. inter Bedfordiam 24. & Lincolniam 40. mill. Vulgo *Peterborough*. Long. 20. 20. Lat. 52. 58.

Petrocorii, *Petrogori* Plin. pop. & urbs Gall. Aquitan. Pop. *les Perigourdins*, & regio *Perigord* appellatur, à Toloſanis Tarne flu. diſcreta; urbs verò quæ Aimoino & al. poſterioribus Petrogoricum, & Petrogorica, vulgò *Periguenx*, inter

Burdigalam

Burdigalam 20. & Lemovicos 12. leuc. quot ferme ab Engolismâ. Long. 21. 50. Lat. 45. 20.

Petromantalum, op. Gall. Celt. ad Sequanam flu. à Lut. Pariſ. ad 22. leuc. Rothomagum verſus, Meulano opido propinquum, 4. leuc. diſtans.

Petronia, fluviolus Latii apud Romam fluens in Tiberim, quem magiſtratus in campo aliquid acturi tranſibant. Feſtus.

Petuaria, op. Albionis in Angliâ. Ptol. Recent. Latinis Beverlacum in orâ ad ort. apud Hullam portum, ab Eboraco 20. m. p. *Beverley* Camdeno.

Peuce, inſ. Myſiæ infer. ad oſtia Iſtri flu. *Barillana* Leoni Græco, *Pixina* vero Nigro. Ejus mem. Claud. de 4. Conſ. Honor.

Corporibus premitur Peuce per quinque recurrens
Oſtia.——

Lucan. lib. 3.

——*Sparſamque profundo*
Multifidi Peucen unum caput alluit Iſtri.

Mart. lib. 7. ep. 84.

I liber ad Geticam Peucen, Iſtrumque tacentem.

Dionyſius ubi de Iſtro:

Πευλαπόεσσι παρεχρῆσιν ἐλισσόμενος παὶ Πεύκλοις.

Val. Flac. lib. 8.

Inſula Sarmaticæ Peuce ſtat nomine nymphæ,
Torvus ubi & ripâ ſemper metuendus utrâque
In freta per ſævos Iſter deſcendit Alanos.

Idem ibidem:

——*Oſtia donec*
Danubii, viridemque vident ante oſtia Peucen.

Peuceſtes, Alexandri M. ſervator. Vide Q. Curtium lib. 9. cap. 5.

Peucetia, vulgò *Terra di Bari*, Apulia ſic ad alterius differentiam (quæ *Daunia* dicitur) nominata; reg. Italiæ in regno Neapolitano, ad oram maritimam, inter Apuliam Dauniam (à qua Aufido fluvio ſeparatur) ad occid. & Japygiam ad ort. In quâ Barium metropolis. Pop. *Peucetii* Plinio, Straboni & aliis. Ovid. Met. 14.

Peucetioſque ſinus, Meſſapiaque arva reliquit.

Phæacia, inſ. maris Ionii Epiro adjacens quæ & *Corcyra*. Pop. *Phæaces*, otio olim, luxuique dediti; unde *Phæacem* pro homine bene curato, ventrique & gulæ addicto uſurpat. Horat. Epiſt. lib. 1. ad Valam:

Pinguis ut inde domum poſſim, Phæaxque reverti.

Phæaces autem ſic dicti ſunt qu. *eminentes*, ex Arabicâ linguâ, quâ פאים *Phaik* dicitur qui vel opibus, vel dignitate præ cæteris eminet. Unde Poeta eos appellat Ἀγχιβίους, id eſt, εὐδαίμονας, ut recte interpretatur Heſychius poſt veteres Scholiaſtas. Ex quo rerum ſucceſſu factum ut tandem inſoleſcerent, & nimio faſtu turgerent, quod ex Ariſtotele colligit idem Heſychius in Κεχωρισμένοις. Bochartus. Phæacum regio mirâ pomorum copiâ pollet. Ovid. Met. 15.

Proxima Phæacum felicibus obſita pomis
Rura petunt.——

Juvenalis Sat. 5.

——*Illa jubebit*
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum auctumnus habebat.

Propertius 3. 2.

Nec mea Phæacias æquant pomaria ſilvas.

Lege *Phæacas*.

Phædrias. Suidas: *Dicunt Æſopum à Delphis per injuriam interiſſe præcipitatum de Phædriadibus rupibus.*

Phæſtus, urbs Cretæ, à quâ *Phæſtius* Epimenides dictus eſt, quem adjutorem condend. legg. Soloni fuiſſe tradit Plutarchus inclytum vaticinio, & rerum divinarum peritia. Heſychius: Φαιστὸς, πόλις Κρήτης. Stephanus: Ἐλλάδιος ὑπὸ Φαίστῳ τῷ Ῥοδάκου Ἡρακλέους παιδός. Hanc à Gortyniis, quibus vicina fuit, direptam fuiſſe refert Strabo lib. 10. Ideo à Ptolemæo non memoratur. Viginti Stad. à mari diſtabat; unde Dionyſius ἠπειρώτιδα dixit quod non prorſus maritima eſſet. Sic enim ille verſ. 88.

Πάρ θ' ἱερὸν Τόρυνα, καὶ ἠπειρώτιδα Φαιστὸν.

Fuit & *Phæſtus* urbs Achaiæ; alia quoque Peloponneſi, quæ prius *Phryxa* vocabatur. Item op. Locrorum Ozolorum ad ſin. Criſſæum ſive Corinthiacum, ubi Apollo inſigne templum habuit, unde *Phæſtius* quoque dicebatur.

Phanæ, promontorium Chii, ſic dict. quod Latona illic apparuerit. Steph. *Phanæa* dicitur Ptolemæo, *Phaneus mons* Vibio. *Capo Maſticho* Sophiano, & Bellonio, *Panale* vero Favolio in ſuo Hodœporico Byzantino. Virg. Georg. 2.

Tmolus & aſſurgit quibus & Rex ipſe Phaneus.

Ubi ſis vide Lud. de la Cerda.

Phanagoria, *Matriga* Theveto, *Mapotrinica* Moletio, urbs olim Epiſc. Sarmatiæ Aſianæ ad Boſporum contra Theodoſiam urbem Tauricæ. *Phanagore* Dionyſ. v. 552.

Ἧς ἔπι Φαναγόρη ἠ καὶ ὑψίστου Ἑρμώνασσα.

Phanuel, vel *Phanuela* Joſepho, qui & *Peniel*, locus extra torrentem Jabboc in finibus Amorrhæorum in Rubeniâ ſorte, ubi Jacob, qui deinde Iſrael, totâ nocte cum Angelo luctatus eſt. Gen. 32. Hæc civitas Gedeonis exercitui panes negavit, cujus turrim deſtruxit Gedeon, & habitatores occidit. Judic. 8. Fuit autem contigua Tripoli, ubi mons Libanus deſinit. Item fil. Seſak. 1 Par 8. & pater Annæ prophetiſſæ, Luc 1. Lat. *videns Deum*, vel *faciem Dei*. Ideoque Strabo *Faciem Dei* vocat, lib. 16. Τῇ δὲ Τριπόλει συνεχὲς ὄρος τὸ τοῦ Θεοῦ Πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος.

Pharia, Ptolemæo, Plinioque; Straboni v. *Pharus*, inſ. contra Dalmatiam & Jaderam, quæ nunc *Liſna* Illyrico ſermone dicitur. Eſt quoque urb in eâ, unde pop. *Pharienſes*.

Pharis, urbs Laconiæ, cives Pharitæ Pauſaniæ, *Pharieta* v. Homero. Stat. Theb. 4.

Quos Pharis, volucrumque parens Cythereia Meſſe.

Ejus mem. Strabo lib. 8.

Pharos, olim Ægypti inſ. oblonga, parvaque, Canopico Nili oſtio objecta; dieique unius navigatione (ſi Homero credimus) à continenti dirempta. Sic enim ille, Odyſ. 4.

Νῆσός τις ἔπεστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτῳ προπάροιθε (Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι)
Τόσσον ἄνδιχ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νῆυς
Ἤνυσεν, ἢν λιγὺς ἔρχῃ ὀπιπνείουσ' ὄπιθεν.

Ad quæ verba Ariſtides in deſcriptione Ægypti ait: Ἐγὼ μὲν οὐκ ἴσμεν πόθεν. Nempe Pharos diſtat ab Alexandria, tantum ſtad. 7. aut, ut alii, m p. Ariſtides ubi ſupra. Καὶ τοῦτ' ἔστιν ἀπείρου ἀπόχθημα Φάρος ἐπιπολάσασα θαλάσσης. Amm. Marcel. lib. 22. *Inſula Pharos, ubi Protea cum Phocarum gregibus diverſatum Homerus fabulatur inflatius, à civitatis litore mille paſſibus diſparata.* Vide ſis Palmerium pag. 487. Habuit hæc inſula turrim ingentem ex candido marmore, in petrâ ſitam, 800 talentis à Ptol. Philadelpho, Soſtrati Cnidii architecti operâ extructam, quæ & ipſa *Pharos* dicta eſt; in quâ noctu accenſæ faces navigantium curſum regebant. A cujus ſimilitudine, cæteræ quoque ſpeculæ, ſimilem in uſum conſtructæ *Phari* vocantur. Vide Martinium, & Fungerum in *Pharos*. Luc lib. ult.

Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon: inſula quondam
In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis
Proteos: at nunc eſt Pellæis proxima muris.

Id eſt Alexandriæ adjacet. Et ante illum Ovid. Met. 15.

Fluctibus, ambitæ fuerant Antiſſa, Pharoſque
Et Phœniſſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.

Mela, 2. 17. *Pharos Alexandriæ nunc ponte conjungitur, olim (ut Homerico carmine proditum eſt) ab iisdem oris curſu diei totius abducta: & ſi ita res fuit, videri poteſt conjectantibus in tantum mutatæ cauſas Nilum præbuiſſe, dum limum ſubinde, & præcipuè cum exundaret, litori annectens, auget terras, ſpatiumque augeſcentium in vicina vada promovet.* Ubi vir doctus: Pomponii tempore Pharus non jam amplius ponte, ſed mole continua Alexandriæ conjungebatur, idque impenſis Cleopatræ. Fallitur vir magnus ad Euſebium, cum negat id Cleopatram feciſſe, & Soſtrato Cnidio tribuit. Ita ſeſe res habet. Pharus prius octo ſtadiorum intervallo diſtabat. Sed inſula hæc, ut inquit Cæſar. 3. de Bello Civ. *à ſuperioribus Ægypti regibus, nempe Ptolemæis, in longitudinem paſſuum 900. in mare jactis molibus, anguſto itinere, & ponte cum opido conjungitur.* Strabo, & Joſephus, ubi agit de 70 interpp. vocant ἐπαφάδιον χῶμα. Verùm moles iſta non continua, ſed interrupta erat duobus pontibus, quorum unus vicinus erat turri Phariæ, qui etiamnum extat, alter vero propior urbi, & fortior, ut ait Hirtius de bello Alexandrino. Per hunc præcipue egreſſus erat in Eunoſti portum, qui eſt is, quo Turcæ privatim utuntur, quemque Chriſtianis ingredi non licet. Cæſar autem fornicem quo pons iſte ſuſtinebatur, quique etiam erat aquæ ductus Pharitis, lapidibus juſſit oppleri, ne Alexandrinis ex uno in alterum portum aditus pateret. Cleopatra vero fuit quæ opus abſolvit, & iſthmum perduxit, ſi fides, non Tzetzæ tantum & Cedreno, ſed Amm. Marcellino & auctori Faſtorum Siculorum. Verum illi omnia miſcent, & uni Cleopatræ tribuunt, quæ Soſtrato Cnidio, quæ Philadelpho & aliis Ptolemæis, erant tribuenda. Inepte præterea fretum iſtud faciunt 4. m. p. & Dexiphanem, Dexiphanis filium; & illum æqualem Cleopatræ. Unum quod Cleopatra fecit, eſt quod ἐπαφάδιον χῶμα urbi conjunxit, ponte everſo. Turrim vero Phariam etſi Philadelphi juſſu extructum à Soſtrato Cnidio, vel ipſa inſcriptio luculenter docere poſſet. Inepti ſunt itaque, qui vel Cleopatræ, vel Alexandro M. opus hoc tribuunt, uti faciunt Arabes, & vetus Scholiaſtes in Lucianum necdum editus. Verum recte is vaſtam hujus turris molem deſcribit, ambitum ei tribuens parem Pyramidibus, altitudinem vero tantam, ut à 100. m. p. ſit conſpicua. Ait enim quod ſit περίμετρος, σταδιαία δὲ πλείων, ὅτι πολὺ τῆς ἀκτῆς ἀνέχων, ὡς δὲ

ὀρῶν μιλίων. Hoc ipsum affirmat Geographus Nubiensis, qui à cursûs distantiâ ignes Phari percipi adfirmat, cursum vocans intervallum centum m. p. Altitudinem vero Phari idem docet 300. cubitorum. Ridiculum posset videri id quod in quorundam legitur itinerariis, tantam molem insistere 4. cancris vitreis. Utrum hoc verum sit, nec ne, exploratu difficile est, quia Turcæ inferiores Phari partes & angulos præsertim, munimentis suis obruerint, nec Christianis aditus illuc pateat. Interim hoc non esse recens commentum, colligo ex fragmento vetusti auctoris de miraculis mundi, quod penes me extat, cujus hæc sunt verba: *Secundum miraculum est Pharus Alexandrina super quatuor cancros vitreos per passus viginti sub mari fundata. Hoc namque mirum, quomodo tam magni cancri fieri possent, vel quomodo deportari & non frangi valerent: qualiter fundamenta superhærere potuerint; & quomodo sub aquâ cementum stare valeat, & quare cancri non frangantur, & quare non lubricant desuper jacta fundamenta. Hanc Pharum Sostratus Cnidius construxit in Alexandriâ.* Puto Sostratum ornatus gratiâ ad basin Phari, proxime superficiem maris, cancros istos addidisse, tanquam si iis tota moles niteretur. Vitreos autem fuisse cancros istos impossibile est, sed proculdubio ex durissimo aliquo lapide Æthiopico, qualis est Obsidianus, quem vitri generibus annumeratum fuisse testatur Plinius, exsecti fuere. Forsan etiam ex marmore Memphitico, quod & ipsum est gemmantis naturæ. Atque hæc quidem omnia unius Sostrati fuere opera. Verum etiam antequam hæc tam vasta moles exstrueretur, puto Pharum navibus præluxisse. Quin Græcum sit vocabulum, nullus dubito; ut enim à φαίνω est φανὸς, & deinde φαρὸς, sic quoque à φάω & φάος est φαρὸς, & hinc φάρος, translato accentu in priorem syllabam, ut semper fit cum ex adjectivis fiunt substantiva. Cæterum ignes illi, qui in Pharis disponuntur, quandocunque ex ingenti cernuntur intervallo, coire & corrivari videntur, ac stellæ instar apparent. Hoc sæpe incautis & ignaris imposuit nautis, qui ita coarctatam Phari lucem conspicati, & Canopum, aliamve stellam rati in arenæ Marmaricæ cursum suum direxerunt. Statius videtur Lunæ comparare istas nocturnas flammas:

Lumina noctivagæ tollit Pharos æmula Lunæ.

Claudianus:

———*Longeque carinis*
Nota Pharos.———

Sed hoc tantum verum est, si è propinquo videantur. Tum enim vix ulla aliquando differentia apparet inter Lunam, & alterum istud lumen. Hæc clarissimus Vossius. Pergit. Mirum est veteres quosdam tam religiosos fuisse Homeri cultores, ut maluerint rerum naturam & situm regionum ad ejus poesin componere, quam ipsum erroris arguere, aut saltem poemata ejus ad rei veritatem exigere. Nempe quod Tuscis est Dantes, id illis fuit Homerus. Nulla erat scientia, quam ex Homero solo non existimarent esse petendam, ne medicinâ quidem exceptâ, aut chirurgicâ. Quia Homerus scripsit Pharum navigatione diei abesse ab Ægypto, ideo sc. mutandus fuit Ægypti situs naturalis; nullo aliunde petito argumento, quàm ex aggestione limi. Verùm hoc insigniter confutavit Bochartus, quem vide. Mihi valde probabilis videtur opinio Eratosthenis, dicentis Homero ignota fuisse Nili ostia. Explodit hanc tamen Strabo, non sequi, inquiens, ut ignota fuerint, quia non meminit, nam neque patriæ meminisse. Verùm, ut puto, non benè assecutus est Eratosthenis mentem Strabo. Eratosthenes ideo dixit Homerum ignorasse ostia Nili, non quia eorum nullam faciat mentionem, sed quia Pharum à Nilo diei navigatione abesse tradidit. Hoc, ut intelligatur, sciendum est, Nilum ab Homero vocari Ægyptum, quod omnes norunt. Cum ergo dicit Pharum ab Ægypto, sive Nilo, diei navigatione esse remotam, manifestè intelligit Peluſiacum Nili ostium. Tantum enim circiter spacium uno die percurrere potest navis vento secundo, uti ait Homerus, impulsa. Si ergo per Ægyptum intellexit remotissimum à Pharo ostium, clarum est eum ignorasse cætera Nili ostia. Lucan. 10.

Tum claustrum pelagi cepit Pharon; Insula quondam
In medio stetit illa mari, sub tempore vatis
Proteos, at nunc est Pellæis proxima muris.

Pharsalia, à *Pharsalo* op. dicitur tota Thessalia. Lucan. lib. 1.

———*Diros Pharsalia campos*
Impleat.———

Item Lucani poema, quod scripsit de bello Civili inter Cæsarem & Pompeium:

———*Pharsalia nostra* (inquit ipse)
Vivet, & à nullo tenebris damnabitur ævo.

Pharsalos, Thessaliæ op. ad Enipeum flu. Catullus:

Pharsalon coeunt, Pharsalia tecta frequentant.

Lucan lib. 6.

Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.

Hinc *Pharsalici campi*, pugnâ inter Cæs. & Pomp. memorabiles. Hi postea Philippici dicti sunt. sive à *Philippo* rege, sive à *Philippis*, urbe vicinâ. Vide Steph.

Pharusii, vel *Phaurusii*, pop. Africæ ultra Mauritaniam. Mela 3. 10. *Deinde Pharusii, aliquando, tendente ad Hesperidas Hercule, dites: nunc inculti, & nisi quod pecore aluntur, admodum inopes.* Plin. 5. 8. *Pharusii quondam Persæ, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis.* Ubi Salmasius legit, *per se comites*, & interpretatur, sui sponte prorsus ridiculè, inquit Is. Vossius. Vulgatam enim lectionem veram esse, apparet ex Sallustio, qui in Jugurthino, ubi de Herculis exercitu in diversas oras dilapso agit, addit; *Ex eo numero Medi, Persæ, & Armenii navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos inhabitavere: Sed Persæ intra Oceanum magis, hique alveos navium inversos pro tuguriis habuere.* Nempe Persas istuc concessisse scribit, ubi hic Pharusios describit Pomponius. Dionysius:

Ἄγχι δ' Μαυρουσίδαο περιναιόμενοι Αἰγύπτοιο,
Γαιαῦλοί τ' ἠνύκαρδοι, καὶ ἀσχάνιοι Νίγρηες·
Ἐξείης δ' ἤδη τοῖς, Φαρουσίοισι.———

Vide Strab. lib. ult. ubi de Mauris.

Phaselis, nomen urbis. Mela 1. 14. *Phaselis à Mopso condita, finis Pamphyliæ.* Hanc alii Pamphyliæ, alii Lyciæ, alii Cilicum urbem esse dixerunt. Hoc mirantur viri eruditi, neque minus istud, quòd cum Strabo hanc vocet πόλιν ἀξιόλογον, tribusque portibus instructam, Lucanus tanquam opidulum describat; ait namque lib. 8.

———*Te primum, parva Phaseli,*
Magnus adit. Nam te metui vetat incola rarus,
Exhaustæque domus populis, majorque carinæ
Quam tua turba fuit.———

Verum ita sese res habet. Phaselis à Lyciis olim fuit habitata, Lyciæque attributa fuit primitùs. Pamphyliis vero latè oram maritimam tenentibus, Pamphyliæ annumerata fuit urbibus, licet incolæ essent Lycii. Postmodum opportunitate situs allecti, & invitati à Cilicibus, ipsi quoque piraticæ se applicuerunt, aut saltem piratis receptaculo fuere, desertâ communi Lyciorum societate, vel suâ sponte, vel ejecti ab illis. Tum Cilicum dicta fuit urbs Phaselis. Deinceps Pub. Servilius eam evertit. Propter incolarumque itaque paucitatem, *parvam* eam vocat Lucanus. Nam, si aliter intellexerit, & exiguum opidulum fuisse existimarit Phaselida, valdè erravit. Siquidem Asconius Pædianus, Corycum, Olympum & Phaselida, tres magnas Cilicum appellat urbes. Is. Vossius. Ejus mem. Dionysius:

Ἄλλαι δ' ἐξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόληες,
Κώρυκός, Πέργη τε, καὶ ἠεμόεσσα Φάσηλις.

Incolæ hujus urbis, quia solerent piscículos salsos diis sacrificare, citra sanguinem, eorum sordidus tenuisque sacrificandi mos abiit in proverbium: *Phaselitarum sacrificium.*

Phasis, fluvius celeberrimus, cujus elegans admodum descriptio extat apud Arrianum in Periplo Ponti Euxini. Virg. Georg. 4.

———*Phasimque Lycumque.*

Quæ conjunctio ad laudem utriusque fluvii. Siquidem, teste Strabone lib. 11. Πόλεμοι πλείους μνησθῆναι ἐν τῇ χώρᾳ, γνωσιμώτατοι δὲ Φάσις τε καὶ Λύκος. Ut plerique tradunt, Colchorum, ut Plutarchus (sive quisquis author illius libri) libro de Fluminibus & Montibus, Scythiæ fluvius est. Sic dictus fuit, teste Eust. in Dionys. à Colchide, cujus filius Colchus fuit. Alii volunt appellatum à *Phasi* nymphâ in eum conversâ. Ita Stukius ex Valerio Flacco. Atqui *Phasidis* hujusce nemp, quod sciam, mentionem facit, versus autem Valerii sic legendi sunt:

Barbarus in patriis sectatur montibus Æam
Phasis amore furens, pavidas jacit illa pharetras.
Virgineo turbata metu, discursibus & jam
Deficit, ac volucri victam Deus alligat undâ.

Plutarchus ubi supra, ab initio *Arcturum* fuisse nominatum scribit; nimirum à situ regionis frigidæ versus Arcturum; sed postea hujusmodi quodam casu Phasin fuisse appellatum. Phasis enim Solis & Ocyroæ fil. matrem suam in adulterio deprehensam interemit. Furore itaque correptus, semetipsum in Arcturum præcipitavit, unde postea fluvius *Phasis* fuit cognominatus. Stukio videtur hoc nomen fortitum, vel à claritate limpidâ, quam Arrianus ei tribuit, quasi διαφανὴς, vel (cujus idem testis est) coloris illius mutabilitate, quòd variæ crebræque sint illius φάσεις, h. e. modò hoc modò illo colore appareat. *Phasidis* vocabulum (inquit Bochartus) pro rivo, vel flumine merè Syrum est. Sic Psalmo Syro 42. 2. על פציידא דמויא (*al phaside demoio*) *ad rivos aquarum.* Procopius lib. 2. de bello Persico, ab initio ortûs sui *Boam* dicit appellari; hodie corrupto vocabulo *Phasa*, vel *Fasso* dicitur. Ortum suum ducit (ut Plinius inquit) in Moschis, ut

Strabo,

Strabo, in Armeniâ, ut Dionyſius, à monte Armenio; verſus ejus hi ſunt:

———Ἔνθά ϟ φᾶσις
Κιρκαίῳ χθ' ὕπτον ἐλισσόμενος πεδίοιο,
Εὐξείνῳ πολὶ χάλμα δολὼ ἐσῤῥίπτῃ ἄγνλυ.
Ἀεξάμενος πανέσσυτον ἀπ' ὄρεος Ἀρμενίοιο.

Apoll. lib. 2. eum oriri dicit,

———Ἀμαξιτὸν
Τηλόθεν ἐξ ὀρέων, πεδίοι ὅθι Κιρκαίοιο.

Amaranta autem (ut ibidem Scholiaſtes) vel urbs eſt in Ponto, vel montes Colchici, unde (ſecundum Herodotum) Phaſis delabitur. Quo ignorato Egeſtratus Epheſius Phaſidis portus ἀμαραντίας, h. e ἐυθαλεῖς, καὶ ἀμαραίνεσθαι, i. e. *ſemper florentes* reddidit. Amaranta autem eſſe montes Colchorum, Cteſias quoque lib. 2. prodidit. Stephanus Amarantos populos dicit eſſe inter Colchos, apud quos Phaſis fluv. naſcitur, unde à quibuſdam *Amarantius* dicitur. Atque hæc de illius ortu, quem ex Armeniâ duci, inter omnes ferè authores ſatis conſtat. De exitu ejus (inquit Lud. de la Cerda) quæſtio aliqua, ſed non incerta. Aliqua, nam Hecatæus Mileſius ſcripſit in Oceanum influere, ſed non ita incerta; nam certum influere in Euxinum ex Apollonii Scholiaſte, ex Agathiâ, ex Eratoſthene 3 Geogr. ex aliis. Ergo cum Hecatæus nominat Oceanum, credibile intelleximſe mediterraneum. Regio, per quam fluit ſive quæ illi adjacet *Phaſiana*, & illius incolæ *Phaſiani* Diodoro Siculo dicuntur. Xenophon quoque lib. 4. à Phaſide 40. m. p. biduo confectis, obvios ſe habuiſſe dicit in montium verticibus *Chalybas*, *Taochos* & *Phaſianos*; quos Heraclides de politiis commendat, ut quam maximè hoſpitales: Φιλόξενοι δ' εἰσὶν, inquit, ὥστε πολὺ ναυαγὸς ἐφοδιάζειν, καὶ τρεῖς μνᾶς διδόναι ἀποπλεῖν (malim διδόναι ἀποπλέουσι) *hoſpitum ita ſunt amantes, ut naufragium paſſis viaticum præbeant, & abnavigantibus tres minas largiantur.* Et de iiſdem ſic Agathias lib. 3. Ἐν οἷς τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὅσα ὑφ' ἑτέραν βασιλείαν τέτακται, ἐκ οἶδα ἔγωγε ἄλλο ἔτι κλεινὸν πεφύλον καὶ εὐδαίμον, πλέτε ϟ τροφολῇ, καὶ πλήθει καλῶν, τόπων ϟ εὐκαιρίᾳ, καὶ ἀρθονίᾳ ἧς ὁπωσδήποτε, καὶ τῇ ἧς ὑδῶν εὐκοσμίᾳ ϟ καὶ δεξιότητι, *inter nationes quæ ſub alieno imperio conſtitutæ ſunt* (id eſt extra Romanam ditionem) *nullam equidem aliam vidi ita celebrem atque felicem, tam opum excellentiâ, quam multitudine ſubditorum, locorum etiam opportunitate, abundantiaque rerum neceſſariarum, ac morum elegantiâ & dexteritate.* Bochartus. Hos Hippocrates lib. de aere, aquis & locis Φασηνὲς vocat, vitamque agere dicit in paludibus, domos ligneas, & ex arundinibus in ipſis aquis habere extructas, neque inde multum ad emporia, urbeſque prodire, verum naviculis quibuſdam ex uno ligno fabrefactis ſurſum ac deorſum commeare. Aquas habere calidas, & ſtagnantes, à Sole putrefactas, imbribuſque auctas. Regionem illorum calidam, aquoſam ac denſam, imbribus magnis, & impetuoſis obnoxiam. Ob hanc cœli terræque conſtitutionem, & fructus inſalubres qui ibi naſcuntur, qui nunquam matureſcunt; & incolæ magni, corpulenti, quorum neque junctura, neque venæ apparent, colore pallido, qualis eorum qui morbo Regio laborant, linguâ graviſſimâ ob aerem obſcurum, & humidiſſimum, ad laborem à naturâ ſegnes. Hinc *aves Phaſiani*, Anglicè *Pheſants*. Mart. 3. 58.

Et impiorum Phaſianam Colchorum.

Et ep. 77. ejuſdem libri:

Nec Libye mittit, nec tibi Phaſis aves.

Et lib. 13. ep. 72.

Argivâ primum Jum tranſportata carinâ,
Ante mihi notum nil, niſi Phaſis erat.

Fluvius hic multis nominibus clariſſimus eſt. Primò urbibus celeberrimis, quibus illius ripæ veſtitæ, atque ornatæ fuerunt. Ut *Tiritace*, *Cygnus*, & quæ (teſte Plinio) in illius faucibus ſita eſt *Phaſis*, *Poliſtonia* hodiè, Colchorum (ut Strabo tradit) emporium, quod ex aliâ parte amni præcingitur, ex aliâ lacu, ex aliâ mari, unde biduo triduove Amiſum, Sinopemque navigatur. Præterea, quæ (ut inquit Plinius) maximè inclaruit, Æa 15. m. p. à mari, ubi Hippus & Cyanus, ſive Cyaneus, vaſti amnes in eum confluunt, quæ urbs Mileſiorum eſt colonia; item Dioſcurias, uti teſtatur Marcellinus, nunc uſque nota. Per hunc fluvium Argonautæ cum Jaſone in Colchos navigarunt ad rapiendum vellus aureum. Unde Ovid Met. 7.

Multaque perpeſſi claro ſub Iaſone tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas.

Idem lib. 4. de Ponto:

Et quondam Graiis Phaſi petite viris.

Catullus:

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas
Phaſidis ad fluctus, & fines Æetæos.

Val. Flaccus initio operis:

Fatidicamque ratem; Scythici quæ Phaſidos oras
Auſa ſequi.———

Hinc proverbium illud natum:

Δὶς Φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἐκπλῶ δρόμῳ.

Unde Plin. 26. 8. *Alvi cauſa ad Phaſim navigatur.* Prop. 1. 20.

Namque ferunt olim Pagaſæ navalibus Argo
Egreſſam longè Phaſidos iſſe viam.

Theocritus in fine Idyllii 13.

Πεζὸς δ' ἐς Κόλχως ϟ καὶ ἄξενον ἵκεο Φᾶσιν.

Magnam præterea, ut Euphrates, Nilus, aliique fluvii Phaſis quoque agros fœcundandi vim obtinet. Hinc illud Lucani:

Colchorum qui rura ſecat ditiſſima Phaſis.

Admirabilis porro eſt fluvii hujus profunditas (eſt enim ut inquit Procopius lib. 2. de bello Perſico ſub finem, ſi quis alius, maximè profundus) Theocritus ubi ſupra:

———Βαθὺν δ' εἰσιδέσθαι Φᾶσιν.

Et Orpheus in Argonaut. Φᾶσιν διπλόα. Val. Flac.

———*Finem cum Phaſidis alti*
Tranſierit Perſes.

Deinde ejuſdem latitudo, quam Procopius magnam, Xenophon lib. 4. Ἀναβάσ. circiter 20. p. eſſe dicit: non ſine causâ igitur ab Apollonio εὐρὺς, & εὐρυρέων lib. 2. dictus fuit. Denique ejuſdem celeritas tanta eſt, teſte Procopio ubi ſupra, ut in mare Euxinum prorumpens longè diſtinctus feratur, nuſquam cæteris aquis commixtus, ita, ut ex eo pura bibendi nautis in medio pelago ſit facultas. Hinc opti no jure ab Ovidio & Val. Flacco *rapidus* dicitur. Apollonius lib. 2.

Φᾶσις διπλοὺς εὐρὺν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.

Hinc Marcellinus lib. 2. tremebundis curſibus eum Colchos dicit attingere. Val. Flac. lib. 5.

Magnus ubi adverſum ſpumanti Phaſis in æquor
Ore ruit.———

Mirum itaque ab Agricola inter tardos & leniter fluentes fluvios enumerari, & ab Hippocrate ϟασιμώτατον, & ὑποπλατὲς ῥέουσα vocari. Æſchylus in Prometheo ſoluto, Europæ atque Aſiæ διδυμοὺς, καὶ μέγαν πέρμονα Phaſin vocat. Frigiditatem ejus haud obſcurè innuit Statius in Theb.

———*Nox ulla nurus nec alumna nivoſi*
Phaſidis———

Idem Sylv. 2.

Vinceret aſpectu gelidi non Phaſidis ales.

Idem *ferum* & *horridum* in Sylvis appellat. Claudianus:

———*Calcabitur aſper*
Phaſis equo.———

Romani luxuriam ſuam ultra hunc flu. extendebant. Sen. de Conſol. *Ultra Phaſin capi volunt, quam ambitioſam popinam inſtruat.* M. Manilius:

———*Jam ventri longius itur*
Quàm modo militiæ. Numidarum paſcimur oris
Phaſidos & damnis.

Panegyricus: *Dapes quas poſitas extra Romanum Colchus imperium mittit.* Vide plura apud Stukium Scholiis in Periplum Ponti Euxini. Item *Phaſis* fluvius in Taprobane. Stephanus.

Pheneum, op. Arcadiæ, ubi Moly herba naſcitur. Pop. *Pheneatæ*, qui adorant Mercurium Quinctum. Cic. lib. 3. de N. D. ubi de Mercuriis: *Quinctus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemiſſe*, &c.

Pheneus, lacus Arcadiæ in Alpheum defluens, cujus aqua nocturno tempore pernicioſa, diurno tempore ſalutaris eſt. Ovid. Met. 15.

Eſt lacus Arcadiæ (Pheneum dixere priores)
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto;
Nocte nocent potæ, ſine noxâ luce bibuntur.

Papinius Theb. 4.

Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.

Ubi inſcitè Muretus Peneum amnem in Arcadiâ ex Theſſaliâ tranſtulit, merito notatus à Scalig. ad Catulli Carm. 64.

———*Tanto te abſorbens vortice amoris*
Æſtus in abruptum detulerat barathrum;
Quale ferunt Graii Pheneum prope Cyllenæum
Siccari emulsâ pingue palude ſolum.

Et reliqua, ubi Herculem ejus effoſſorem canit. De Pheneo multa Pauſanias. De Stygis ad eam aquis Herodotus Euterpe. *Phenei* meminit Hom. in Catalog.

Οἱ Φενεόν τ' ἠνεμόεσσαν, καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον.

Pheræ, *Cheramidi* Sophiano & al. op. Meſſeniæ, in orâ ſinûs Meſſeniaci, inter Meſſenen ad Bor. & Abeam ad Auſt. Item op. in Achaiâ Peloponneſiacâ. Ptol. *S. Georgio* Nigro. Long. 48. 25. Lat. 37. 00.

Pheræ, *Fere* adhuc, teſte Leunclavio, & *Jenizar*, teſte Nardo, op. Theſſaliæ geminum, ad diſtantiam 8. ſtad. in Pelaſgiâ reg. à Pelio monte 180. ſtad. diſtans, teſte Strabone, à Pagaſis 90. inter Demetriadem & Pharſalum, apud Bœbeidem

lacum. Hinc *Pheræus* Alexander tyrannus quidam dictus apud Plut. in Pelopidâ. Ab uxore suâ Thebe ob pellicatûs suspicionem interfectus est, teste Cicerone lib. 2. de Officiis, & Val. Max. lib. 9. cap. 13. Ovidius in Ibin:

Inque tuo thalamo jugulatus more Pheræi,
Qui datus est letho conjugis ense suæ.

Fuit & *Pheræ*, op. Atticæ inter Megara & Thebas.

Pherezei, populi, de quibus id solum ex Scripturâ constat eos habitasse in montanis & silvestribus locis. Hinc agreste hominum genus fuisse colligas, qui cum procul ab urbibus in solis pagis degerent, *Pherezæi* dicti sunt non immeritò. Hebræi quippe pagos פְּרָזוֹת *pherazoth*, paganos פְּרִזִּים *Pherazim* vocant.

Phila, urbs Macedoniæ, quam Demetrius, Antigoni filius, *Gonatas* cognominatus, juxta Peneum flu. condidit. *Fello* hodie Nardo. Item insula parva Libyæ intra Tritonem flu. in quâ Nysa opidum, ad quod unicus est aditus. Est & insula parva Gall. Narbon. inter Leronem & Phœnicem, teste Plinio. Ferrar.

Philadelphia, urbs gemina: una Lydiæ, adhuc *Philadelfia* cognominata, urbs olim Episcopalis, sub Archiepisc. Sardiano, nunc & ipsa metropolis, inter Sardes 28. & Tripolim supra 30. m. p. ac inter Ephesum ad occ. & Tiberiopolim ad ort. 60. à Thyatirâ 64. in merid. ad Tmoli mont. radices, terræ motibus vexata. Altera in Cœlesyriâ, *Amana*, & *Astarte* olim Stephano. *Rabbath* Ebræis, teste D. Hieronymo, Episc. sub Archiep. Bostrensi, Gadaræ & Areopoli finitima, in Decapolitanâ reg. à Philadelpho rege condita. Est & *Philadelphia* urbs Ciliciæ. Ptol.

Philæ, op. Ægypti in Thebaïde. Est & insula Ægypti parva, aspera, & undique prærupta, Ptol. & Heliodorus. Lucanus lib. ult.

Rursus multifidas revocat piger alveus undas,
Quà dirimunt Arabum populis Ægyptia rura
Regni claustra Philæ.——

Plin. 5. 9. *Et in adverso insulæ quatuor Philæ, 600. m. p. à Nili fissurâ, unde appellari diximus Delta.* Sen. Nat. Eu. 4. 2. *Nunc vero magnas solitudines pervagatus, & in paludes diffusus, gentesque sparsus, circa Philas primum ex vago & errante colligitur*, &c. Ac rursum: *Primum incrementum Nili, circa insulam quam modo retuli Philas nascitur.* Forsan illic legend. *insulas quas.* Inde eidem Senecæ ad finem epistolæ secundæ *Philistæ* latrones & prædones, quales fuere earum 4 insularum incolæ. In iis accipiter numinis instar colitur.

Philippi, Col. & urbs Macedon. Archiep. in Thraciæ confin. apud M. Pangæi radices, *Crenides*, teste Diod. Sic. apud oram maris Ægæi, olim clara, nunc penè jacens & deserta. Hic *campi Philippici*, ubi inter Cæs. & Pomp. pugnatum est; postea vero inter Augustum & Cassium. Virg. Æn. 1.

Romanas acies iterum videre Philippi.

Ovid. Met. 15.

Emathiique iterum madefient cæde Philippi.

Prop. lib. 2.

——*Mutinam aut civilia busta Philippos,*
Aut canerem Siculæ classica bella fugæ.

Sen. in Oct.

Pavère volucres & feras sævas diu
Tristes Philippi, hausit & Siculum mare
Classes.

Mem. hujus urb. B. Lucas, Act. Ap. 16. 12.

Philyres, pop. juxta Pontum. Dionys. v. 766.

Μάκρωνες, Φιλυρέες τε, καὶ οἱ μέσσυνας ἔχυσι
Δαρδάνιος.——

Val. Flac. lib. 5.

Mossynichi, vos & stabulis Macrones ab altis,
Byzeresque vagi, Philyræque à nomine dicta
Litora.——

Phinthia, Siciliæ fons, in quem, ut Apion refert, nihil immergi potest, sed omnia fluitant, Plin. 35. 2. Φινθιὰς Diodoro. Unde Phalaridi in epp. opidani sunt Φινθιεῖς. Item amicus Damonis cujusdam, ut ex Plutarcho invenimus. Quanquam apud Val. Max. & Cicer. de Off. *Pythias* dicitur.

Phintonis, *Phinton* Capellæ, insula inter Sardiniam & Corsicam. Plin. Ptol. *Isola rosa* Ortelio, *Isle de Figo* Pineto.

Phiræsi, Scandiæ insula pop. Ptol. *Franci* Turnebo, cujus opinionem rejecit F. Hotoman. in Francogallia, & merito quidem, ut à vero alienam.

Phison, vel *Pison*, i. e. *oris mutatio*, sive *multitudo*, sive *extensio*, fluvius è Paradiso fluens. Gen. 2. qui ab Euseb. & Hieronymo in Qu. Hebr. Ganges dicitur. Hesychius: Φεισὼν ποταμὸς Παραδείσου ὁ ἐρυθρὸς θάλασσα κόλπος, παρὰ δὲ Ἕλλησι Γάγγης. Alcimus Avitus:

Quartus dehinc Phison, quem nominat India Gangen.

Interim verò nimis Geographus est Epiphanius qui Orientem simul & Occidentem conturbat. Sic enim ille in Anchoratu: Καὶ Φεισὼν μέν ἐστιν ὁ Γάγγης παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς καλούμενος ὑπὸ Αἰθιόπων. Ἕλληνες δὲ αὐτὸν καλοῦσιν Ἰνδὸν ποταμὸν, &c. Διαπερᾷ δὲ τὴν μεγάλην Αἰθιοπίαν καὶ δύεται ἔσωθεν Γαδείρων, εἰς τὸν μέγαν Ὠκεανόν.

Phlegethon, flu. infernalis, flammis æstuantibus rapidus, ab *urendo* sic dictus; quam etymologiam poetæ passim innuunt. Author Culicis:

Nec timuit Phlegethontæa furentem ardentibus undis.

Silius lib. 13.

——*Exundantibus urit*
Ripas sævus aquis Phlegethon, & turbine anhelo
Flammarum resonans saxosa incendia torquet.

Idem ibidem:

Ardenti Phlegethonte natat fornacibus atris.

Statius Theb. 4.

Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit.

Silius ni fallor,

Fons rapidus furit, atque ustas sub gurgite cautes
Egerit, & scopulis pulsat flagrantivus ora.

Seneca in Thyeste:

Phlegethon arenas igneus totas agens.

Virgil. Æneid. 6.

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.

Hinc *Phlegethonteus.* Claud. 1. de Raptu:

Et Phlegethonteæ requierunt murmura ripæ.

Et *Phlegethontis.* Ovid. Met. 5.

——*Sparsumque caput Phlegethontide lympha.*

Phlegra, urbs Macedoniæ, in quâ Gigantes olim cum cœlestibus conflixere, & ab Hercule extincti erant. Hanc Eudoxus postea *Pallenen* dictam scribit. Steph. Silius lib. 12.

Tradunt Herculeâ prostratos mole Gigantes
Tellurem injectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri latè campos, quotiesque minatur
Rumpere compagem impositam, expallescere cœlum.

Ubi loquitur de *Phlegræo campo* qui est in Campaniâ juxta Cumas. De quo vide Cluverium Ital. Ant. pag. 1114. Hinc *Phlegræus.* Ovid. Met. 10.

——*Prius cecini plectro graviore Gigantes*
Sparsaque Phlegræis victricia fulgura campis.

Propertius 3. 11.

Issent Phlegræo melius tua funera campo.

Poetæ fabulâ hâc in comparationibus suis plerumque utuntur. Lucan. lib. 7.

Non aliter Phlegrâ subidos tollente Gigantes
Martius incaluit Siculis incudibus ensis,
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis,
Spiculaque extenso Pæan Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in ægida crines,
Pallenea Jovi mutavit fulmina Cyclops.

Statius Theb. 2.

Non aliter (Geticæ si fas est credere Phlegræ)
Armatum immensis Briareus stetit æthera contra,
Hinc Phœbi pharetras, hinc torvæ Palladis angues,
Inde Pelethroniam præfixa cuspide pinum
Martis, ac hinc lasso mutata Pyracmone temnens
Fulmina, cum toto nequicquam obnixus Olympo
Tot queritur cessare manus.——

Idem 1. Achilleidos:

Sic cum palantes Phlegræa in castra coirent
Cœlicolæ, jamque Odrysiam Gradivus in hastam
Surgeret, & Libycos Tritonia tolleret angues,
Ingentemque manu curvavit Delius arcum,
Stabat anhela metu solum Natura Tonantem
Respiciens, quando ille hyemes, tonitrusque vocaret
Nubibus igniferam qui fulmina poscere Ætnam.

Silius lib. 9.

Tollitur immensus deserta ad sidera clamor,
Phlegræis quantas effundit ad æthera voces
Terrigenum campis exercitus, aut satos ævi
Quantâ Cyclopas nova fulmina voce poposcit
Jupiter, extructis vidit cum montibus ire
Magnanimos raptum cœlestia regna Gigantes.

Et lib. ult.

Qualis odoratis descendens Liber ab Indis
Egit pampineos frænatâ tigride currus:
Aut cum Phlegræis confecta mole Gigantum
Incessit campis tangens Tirynthius astrâ.

Val. Flac. lib. 6.

——*Tremebundaque pulsu*
Nutat humus; quatit ut sævo cum fulmine Phlegram
Jupiter, atque imis Typhœa verberat arvis.

Atque hæc poetæ. Theagenes vero & Eudoxus qui ad historicam fidem pugnam hanc reducere conantur; Pallenen, inquiunt

quiunt, quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & ſuperbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cælo miſſa ſunt, donec ii fugere coacti ſunt, & ingenti victoriâ ſuperati. Ex hâc re rumor in vulgus ortus, ut Gigantes moverint bellum Diis. Id autem ideo fictum eſt, quoniam ea regio tota ſulphure plurimo ſcatet. Hinc fit, ut ventorum impulſu excitetur paſſim ignis, qui, cum exitum è cavernis naturâ expetat, dum luctatur aſſiduè terram tandem quatit, & commovet, exuritque frequenter; unde & nomen ſortitur, φλέγω enim Græcè *exurere*, *ardereque* ſignificat.

Phlius, *untis*, à *Phliunte* conditore, teſte Pauſaniâ, op. Peloponneſi geminum: Unum in Sicyoniâ reg. prius *Arantia*, & *Araethyrea*, teſte Strabone. *Tri* Sophiano, *Rupela* Laonico, *Phoica* Pineto, à Corintho 30. ſtad. in occ. à litore 20. Alterum in Elide, teſte Plinio, à Cylleſe 15. m p. à litore 2. ab Olympiâ 63. Populi *Phliaſii* Xenophonti fide & fortitudine clari.

Phocæa, urbs Æolidis in orâ, inter Cumam ad Bor. & Smyrnam ad merid. à quâ 25. m. p. recedit, apud oſtia Hermi flu. Epiſc. ſub Archiepiſc. Smyrnenſi. *Phocis* Melæ, Athenienſium colonia. Mem. ejus Lucan lib. 3.

Et poſt tralatas exuſtæ Phocidis arces.

Item *Phocæa* alia opidum Cariæ juxta Mycalen Mont. Plinius. *Phocenſes* Ioniæ pop. patrium ſolum communi conſilio relinquentes, ſe non reverſuros jurejurando, additis devotionibus, & execrationibus, polliciti ſunt, & in Galliam profecti Maſſiliam urb. condiderunt, ut authores ſunt Herod. lib. 1. & Strabo lib 4. Hinc ortum adagium eſt: *Phocenſium execratio*; de jurejurando multis vinculis aſtricto, uti Horat. meminit Epod. 16. à quo *Phocæi* dicuntur. *Phocenſes* quoque Phocidis in Græciâ pop. rem memoratu dignam feciſſe narrat Plutarchus. Hi enim in prælium contra Theſſalos exeuntes, mulieres & liberos in unum locum congeſtos, ubi ipſi à Theſſalis victi eſſent, & interfecti, comburendos illico mandarunt iis, quos ad cuſtodiam reliquerant: quod conſilium & mandatum etiam mulieres ipſæ approbarunt, licèt non adimpletum fuerit, victoriâ adverſus Theſſalos reportatâ. Ex eâ deliberatione natum eſt proverbium: *Phocenſium deſperatio*, de ſtulto & inſano conſilio. *Phocæi*, etiam & *Phocenſes* dicuntur, & *Phocaici*, pop. Æolidis in Aſiâ, & Phocidis in Græciâ, qui & *Cyrrhæi* & *Caſtalii* quoque apud poetas dicuntur.

Phocis, regio Achaiæ, inter Bœotiam & Ætoliam ad occ. in quâ Delphi urbs, & Parnaſſus mons cum Helicone. Ovid. Met. 1.

Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis.

Dionyſius verſ. 437.

Τῷ δ' ἔπι Φωκὶς ἄρουρα παρὲξ ἀνθολίλιν τ' ἠῶ,
Ἑλκομένη βορέλιν δὲ χθὶ σῶμα Θρμοπυλάων
Παρνησσῷ νιφόεντι κατὰ πτυχάς.——

Phœnice, reg. Syriæ maritimæ, inter reliquam Syriam ad Bor. Eleutherio flu. diſterminante, & Paleſtinam ad merid. Chorſeo flu. ab eâ diviſa; Ubi Tripolis, Byblos, Tyrus & Sidon, urbes quondam claræ. Pop. *Phœnices*, quos Joſephus author eſt inveniſſe Græcas literas. Sane Lucanus lib. 3.

Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Phœnices inter ălia de nimio cauponandi ſtudio apud Pindarum notantur. Unde adagium, *Phœnicum more*, de compenſatione quæ fieri ſolet de manu in manum; quod fit ubi res eſt cum homine incertæ fidei; Sic enim caupones faciunt, manu dantes ſimul & recipientes. Fuere & aſtuti ac infidioſi, ut adagium ab illis prodierit apud Diogen. & Suidam: *Phœnicum pacta*, in vafros & aſtutos, quales fuere Phœnices, qui hoſpitia terræ per diem & noctem impetrata, juſſi abire, reſponderunt, illum diem & noctem nondum præteriiſſe. Phœnices primi mercaturam exercuiſſe feruntur, uti ex Sophocle legitur. Dionyſius verſ. 904.

Οἱ μὲ ἐπ' ἠπείρῳ, τοίπερ Σύειοι καλέονθ',
Οἱ δ' ἄλος ἐγγὺς ἐόντες ἐπωνυμίλιν Φοίνικας,
Τῶν δ' ἀνδρῶν γενσῆς οἳ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν,
Οἳ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἀλιδινέα ἐμνήσαντο,
Καὶ βαθὺν ἀρχαίων ἄρσεν πόρον ἐφράσαντο.

Nunc ſecundo loco (inquit Bochartus) ſe offerunt Phœnicum navigationes, qui paulo poſt ætatem Moſis à Joſuâ & Iſraelitis è patrio ſolo pulſi, primò in Phœnices litora, mox per totum mare Mediterraneum cœperunt ſe diffundere, & in multis Europæ, Aſiæ, & Africæ locis colonias diſſeminare. Partem in Africam conceſſiſſe colligere eſt ex Procopii Vandalicis, ubi meminit columnarum in Africâ Tingitanâ erectarum cum Phœnicia inſcriptione: ΗΜΕΙΣ ΕΣΜΕΝ ΟΙ ΦΥΓΟΝΤΕΣ ΑΠΟ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΙΗΣΟΥ ΤΟΥ ΑΗΣΤΟΥ ΥΙΟΥ ΝΑΥΗ. Hoc eſt: *Nos ii ſumus qui fugerunt à facie Joſuæ latronis filii Nave.* Phœnices ſcripſerant, ut fas eſt conjectare אנו נורחים מפני יהושע בן נון איש ליסטים *Phœnicum* porrò vel *Phœniciæ* nomen, ſi licet pervulgatum, obſcuræ tamen eſt originis, & perincertæ: Sunt qui ἀπὸ τῆς φοίνικων à palmarum copiâ *Phœnicem* dictam voluit; alii à colore Rubri maris, unde ſc. in Syriæ litora migraverint primi Phœnices; alii à purpuræ colore puniceo, cujus Tyri magnus proventus; alii φόνῳ τὸ φόνῳ à cædibus quibus fuerint olim impensè dediti; alii à *Phœnice* Tyrio, cujus in poetarum fabulis multa mentio. Plerique recentiorum nomen Hebræum eſſe putant, à Græcis interpolatum, quod quidem Scaliger פנחס *Pinchas*, Fullerus פנך *Panek*, alii פנג *Pannag* ſcribi volunt, nullis authoribus freti: Cùm Hebræus ſcriptor vetuſtus nullus extet, qui Phœnicium vel Phœnices his nominibus appellaverit. His igitur omiſſis, Bochartus *Phœnicum* vocabulum Græcum eſſe non diffitetur; ſed quomodo Græcæ ſunt tot populorum, urbium, fluminum nomenclaturæ, quas ex Hebræâ linguâ deſumptas Græci ad ſuæ typum ſic effinxerunt, ut viderentur apud ſe natæ. Ita ex *Moph* fecere *Memphin*; ex *Boſra*, *Byrſam*; ex torrente *Jabboc*, *Jobocchum*; ex torrentibus *Kedron* & *Kiſon*, torrentes τῶν Κέδρων, καὶ τῶν Κισσῶν, i. e. *cedrorum* & *picarum*. Eà plane ratione *Phœnicum* vocem à Græcis effictam fuiſſe putat vir magnus ad inſtar Hebraicarum ענק ענק *phene Anak*, ac ſi *filios Anak*, vel *Anaceos* dixeris. Item Φοίνικες, γένος τι Ἀθλώπων, teſte Heſychio. Vide Meurſ. Attic. Lect. pag. 311.

Pholegandrus, inſula una Sporadum. *Philotandrus* Ptol. & Heſychio. *Phlegandrus* eſt Punicè גונדרי פלך *Phelecgundari*, h. e. *tractus lapidoſus*. Rectè Bochartum ſc conjectaſſe doceant hæc Strabonis lib. 10. quæ inde deſcripſit Stephanus: Φολέγανδρος, ὡς Ἀρχίλοχος σιδηρείων ὀνομάζῃ διὰ τὴν τραχύτητα.

Ἆ Λιπαροῖ σὺ μένεις γε σιδηρείη Φολεγάνδρῳ.

Pholoe, mons Peloponneſi in Arcadiâ ſylvoſus, nivoſus, & excelſus, Piſæ Olympiæ proximus. Hujus mem. Ovid. lib. 2. Faſt.

Teſtis erit Pholoe, teſtes Stymphalides undæ.

Stat. 3. Theb.

Unus ut ex ſylvis Pholoes habitator opacæ.

Sidonius Apollinaris:

Paſſim per Pholoen jacet nivoſam.

Lucan. lib. 3.

——*Tunc linquitur Æmus*
Thracius, & populum Pholoe mentita biformem.

Strabo lib. 8. Καὶ ἡ Φολόη δ' ὑπέρκειται τ' Ὀλυμπίας ἐγγυτάτω ὄρος Ἀρκαδικὸν, ὥστε τὰς ὑπωρείας τ' Πισάτιδος εἶναι. Nomen ſortitur à *Pholo* illo Herculis intimo ibi ſepulto. Inſignis eſt locus Diod. Sic. lib. 4. Ὃν Ἡρακλῆς μιγνύμενος ἔθαψεν ὑπὸ τὸ ὄρος, ὁ κλῆσιν ἐνδόξου γέγονε κρεῖττον. Φολόη γὰρ ὀνομαζόμενον διὰ τ' ὁμωνυμίας μιανῆ τ' παρθένῳ, καὶ ὁ δὶ ὅπλου φονεύς. Inde *Pholoeticus*. Sidon. in Paneg. Majoriano.

——*Non ſic Pholoetica monſtra*
Atque Pelethronios Lapithas Semeleius Evan
Miſcuit.——

Eſt etiam famulæ cujuſdam textricis nomen. Virg. Æn. 5.

Olli ſerva datur operum haud ignara Minervæ
Creſſa genus Pholoe, geminique ſub ubere nati.

Phrudis, Gall. Belg. flu. Ptol. *Some* Becano, *Sambri* vero Cænali.

Phruri, Scythica gens Sericæ vicina. Dionyſius:

Καὶ Τόχαροι, Φρῦροί τε, καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηρῶν.

Ubi aliqui Φρῦνοι.

Phrurium, promont Cypri, inter Zephyrium promont. ad occ. & Curium urb. ad ort. *Capo Blanco* Mercatori. Item Indiæ extra Gangem urbs. Ptol.

Phrygia, regio Aſiæ gemina: *Magna* Ptolemæo, ſeu *Major* Xenophonti, Livio, & aliis, quæ & *Pacatiana* in Lib. Notit. & Concil. dicitur; in quâ Synnada & Laodicea metropoles, tota mediterranea. *Germian* Caſtaldo, *Durgat* vero Turcis, teſte Leunclavio; Galatiæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Cariæque confinis. Altera *Minor*, quæ Epictetos, teſte Strabone, dicta eſt & Helleſpontiaca, & Troas Ptolemæo, Myſia vero Plinio, *Sarcum*, vel *Sacrum* Caſtaldo, in quâ urbes Alexandria, & Dardanum in orâ, & intus Ilium, ſive Troja. Pop. *Phryges*. Virg. Æn. 9.

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma.——

Antiquitas eos *Bryges* appellavit, uti docet Herodotus in Polyhymnia, qui addit ſic dictos eſſe priuſquam tranſmigraſſent in Aſiam. Strabo habet Βρίγας & Βρίγυς. *Brigantes* eoſdem nominari ab Herodiano tradidit Stephanus. Item locus inter Bœotiam & Atticam. Steph. Porro *Phryges* barbari ac ſervili ingenio eſſe feruntur, qui ſolis verberibus in officiis continentur, unde Proverbium: *Phryx verberatus melior*, teſte Suida;

dà; quod & Cicero habet in Orat. pro L. Flacco, ubi ait, *Phrygem* plagis meliorem fieri ſolere. Illud quoque: *Serò ſapiunt Phryges:* non ſolum ab Andronico, ſed etiam à Tullo in epiſt. Famil. uſurpatur in eos, quos ſerò pœnitet malè ſeu ſtultè factorum.

Phthia, urbs Theſſaliæ, patria Achillis, unde *Phthius* dicitur ab Horatio in Odis:

Troſæ prope victor altæ
Phthius Achilles.

Ejus mem. Ovid. Met. 13.

Quis locus Ajaci? Phthiam hac Scyronve ferantur.

Virg. lib. 1. Æn.

Cum domus Aſſaraci Phthiam, claraſque Mycenas
Servitio premeret.———

Item portus Marmaricæ. Ptol. Plin. Strab. *Porto del Patriarcha*, teſte Moletio.

Phthinthia, op. ſeu pagus Siciliæ mediterr. in orâ Auſtrali ad flu. cognominem, inter Camarinam, & Terram novam in mare influentem. *Drilo*, teſte Nigro.

Phthuris, Æthiopiæ op. unum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Auguſto Ægypto præfectus eſſet, expugnavit. Plin. 10. 39.

Phthuth, Maurit. Tingitanæ flu. extra Herculis columnas, in Oceanum Atlanticum influens, inter Solis mont. & Phut op. *Tenſiſt* Caſtaldo, *Fez* Varrerio.

Phycole, urbs Æmiliæ marit. Epiſc. ſub Archiepiſc. Ravennate, inde 15. m. p. Ariminum verſus 20. ubi ſal coquitur, ingenſque illius proventus eſt in totâ Æmiliâ: urbs ob aeris inſalubritatem à paucis habitata. *Cervia* vulgò dicitur.

Phycus, untis, promont. Cyrenaicæ apud Cyrenen urb. inde introrſum ad 12. mill. diſtantem. Eſt etiam caſtrum, quod Niger ſcribit ab Italis nautis *Cabo de Carena*, & à Barbaris *Baxaſen* dici. Lucan. lib. 9.

———*Sævas meritum Phycunta rapinas*
Sparſit.———

Phylace, op. Theſſaliæ in Epiri, ſeu Moloſſidis (quæ eſt regio Epiri) confin. à *Phylaco* Deionis filio conditum. In hoc Proteſilaus regnavit, unde ipſe *Phylacides* dictus. Ejus mem. Lucan. lib. 6.

———*Prima Rhœteia litora pinu*
Quæ tetigit Phylace, Pteleoſque & Dorion ira
Plebile Pieridum.———

Phylace etiam Pauſan. & Apollod. locus eſt Peloponneſi in Arcadiâ, unde Alpheus flu. oritur. *Phylace* quoque Hermopolitana, urbs Ægypti ab Nilum, *Beniſuaif* Zeiglero, cui etiam *Phylace Thebaica* eſt in eadem reg. quam *Munia* dici idem ait. Item *Phylace* Macedoniæ op. in Pieriâ reg. inter Lariſſam & Pellam. Plin. Ptol.

Picardia, prov. Gall. Belg. in regno Franciæ, in confin. Belgii, inter Campaniam ad ort. Hannoniam & Arteſiam ad Bor. mare Britannicum & Normanniam ad occ. & provinciam inſulæ Franciæ ad merid. Ejus caput eſt Ambianum, *Amiens.*

Picentia, Picentinorum op. quod caput gentis fuit, teſte Strabone lib. 5. Τῶν δὲ Πικεντίνων κατῆρχε μεγέθους Πικεντία. Silius lib. 8.

———*Nunc ſeſe oſtendere miles*
Leucoſiæ è ſcopulis, nunc quem Picentia Pæſto
Miſit.———

Mela 2. 4. *Pæſtum opidum, Silarus amnis, Picentia. Picentum* Stephano dicitur. *Vicentiam* hodie vocari tradit Leander. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 4. cap. 6.

Picenum, Picentium regio, qui Umbris & Sabinis ab ortu Solis proximi fuerunt. Dicitur & *Picenus ager*, vocabulo adjectivo: quod etiam in aliis rebus ad hoc ſolum pertinentibus uſurparunt veteres Romani. Horat. lib. 2. Sat. 3.

———*Picenis excerpens ſemina pomis.*

Juvenal. Sat. 11.

Signinum, Syriumque pyrum, de corbibus iiſdem
Æmula Picenis & odoris mala recentis.

Martial 1. 43.

Nec de Picenis venit oliva cadis.

Auſon. Ep. 3.

Qualis Picenæ populator turdus olivæ
Clunes opimat cereas.

Plutarcho ac Ptolemæo, gens ipſa dicitur Πικλωοὶ, regio vero Appiano Civil lib. 1. Πικλωὶς, quæ Polybio lib. 2. & Straboni lib. 5. eſt Πικεντίνη, quo vocabulo gentilitio Romani quoque uſi ſunt. Polybio lib. 3. ac Dion. lib. 63. gens dicitur ad ſuperum mare, ut omnibus pariter Latinis, Πικένλες. Stephano vero corruptè Πικιανλες. Regio vero eorundem eidem τὸ Πικεντικὸν. Ὀμβρικοὶ, inquit, ἔθνος Ἰταλικὸν ἀπὸ τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου, μέσον τῆς Παδὸς καὶ Πικεντικῆς. De origine gentis ita Plin. 3. 13. *Orti ſunt à Sabinis, voto vere ſacro.* Et Strab. lib. 5. Ἔστι δὲ παλαιότατον ἔθνος οἱ Σαβῖνοι, οἱ καὶ αὐτόχθονες. Τούτων δ' ἄποικοι Πικεντῖνοί τε καὶ Σαυνῖται. Et eodem libro poſtea: Ἔστι δ' ἡ Πικεντίνη μεταξὺ τῆς Ὀμβρικῶν πόλεως, τοῦ μεταξὺ Ἀεμίνου καὶ Ἀγκῶνος· ὁρμῶνται δ' ἐκ τῶν Σαβίνων οἱ Πικεντῖνοι, ἡγησαμένου τοῖς ἀρχηγέταις, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα. Πῖκον δὲ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι, καὶ νομίζουσιν Ἄρεος ἱερόν. Festus: *Picena regio in quâ eſt Aſculum: dicta quòd Sabini, quum Aſculum proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederit:* Forſan à ſimilitudine vocabuli *Picentium* Latinis occaſio nata fabulam de pico ave fingendi. Quàm tamen longe aliter conſtruxit, lepidiuſque adornavit Silius, non à volucre, ſed ab homine, nomen, originemque gentis deducens. Sic enim ille lib. 8.

Et qui Picenæ ſtimulat telluris alumnos,
Horridus & ſquamis & equinâ Curio criſtâ
Pars belli quàm magna venit!
Heic & quos paſcunt ſcopuloſæ rura Numanæ;
Et queis litoreæ fumant altaria Cupræ,
Quique Truentinas ſervant cum flumine turres,
Cernere erat.———
Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco; ſtatque humectata Vomano
Hadria, & inclemens hirſuti ſignifer Aſcli.
Vepicus quondam, nomen memorabile ab alto
Saturno, ſtatuit genitor, quem carmine Circe
Exutum formæ volitare per æthera juſſit,
Et ſparſit plumis croceum fugientis honorem.

De ubertate regionis ita tradit Strabo lib. 5. Οἰκοῦσι δ' οἱ Πικεντῖνοι ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀρξάμενοι μέχρι τῆς πεδίων καὶ τῆς θαλάττης, ὅτι μηκὸς ἔχουσιν εὐξημοῦσθαι μᾶλλον ἢ πλάτος καὶ χώραν, ἀγαθὴν πρὸς ἅπασι, βηγίῳ καὶ τοῖς ξυλίνοις καρποῖς ἢ οἰκίοις. Liv. lib. 22. *Hannibal in agrum Picenum divertit iter, non copiâ ſolum omnis generis frugum abundantem, ſed refertum prædâ.* De incolarum frequentiâ Plin. 3. 13. *Quinta regio Piceni eſt; quondam uberrimæ multitudinis,* CCCLX *millia Picenum in fidem pop. Romani venere.* Plura vide apud Cluver. Ital. Ant. lib. 2. cap. 11.

Picis mons, mons Italiæ, ad fontes Sontii & Natiſonis. Jornandes de rebus Gothicis; *Attila* primâ adgreſſione Aquileienſium obſedit civitatem: cujus ab oriente muros Natiſo amnis, fluens à monte Picis, elambit. Vulgò *M. di Venzone.*

Piceneſii, Myſiæ ſuper. pop. Ptol. *Erſech* Caſtaldo.

Picra, ſtagnum Africæ in Marmar. apud Hammonis oraculum, cis illud 100. ſtad. qua Alex. Magn. cum ad illud oraculum conſulendum pergeret, tranſiſſe fertur. Diodorus Siculus.

Pictavi, *Pictones* Cæſari, Plinio ac Straboni, populi Gall. Aquit. & urbs Epiſc. ſub Archiepiſc. Bituricenſi, & Academia. Populi *Poictovins*, & reg. *Poictou*, urbs vero *Pictavæ Poicticurs* hodie dicitur. *Auguſtoritum* olim vocabatur, teſte Ptolemæo.

Picti, pop. Britanniæ ſecundæ, h. e. Scotiæ, quorum reg. Deucaledonia Marcellino, ſed aliis Laudonia reg. putatur. Hi hodie linguâ Scoticâ *Phictiaid*, teſte Lhuydo, vocantur. Eorum mem. Mamertinus in ſuo Panegyrico. Claud. de vict. Stiliconis:

Perlegit exſangues Picto moriente figuras.

Hos è Scythiâ in Britanniam profectos, ac in Scotiâ conſediſſe autor eſt Beda, ſic à *pictura*, quâ utebantur, dictos; quibus Scoti ſucceſſere.

Pictones. Vide *Pictavi.*

Picuentum, Hiſtriæ urbs mediterranea. Ptol. *Priguento* Leandro.

Pieria, reg. gemina; Una Macedoniæ, cum op. cognomine, inter Axium & Peneum flumina, *Veria* Nigro. Altera Syriæ cum monte in Caſiotide reg. qui *Monte Nero* dici videtur Ortelio, ex Guil. Tyrio. Reg. autem Pieria in orâ, inter Ciliciam & Phœnicen ſita eſt, ubi Seleucia urbs præcipua cognomento *Pieria.*

Pierius ſinus, mare Thraciæ juxtà Pangæum mont. ubi Oeſyme & Chryſopolis urbes. Thucyd.

Pierius, mons Theſſaliæ, Muſis ſacer, In hoc monte quidam Muſas natas volunt, atque inde *Pieridas* appellatas, quanquam alii à *Pieriâ* reg. & alii à *Pieri* filiabus, quas cantu vicerunt, dictas malunt, qui & *Pierus* Feſto & Pauſaniæ, in Macedon. confin. apud mont. Olympum, ubi op. ejuſdem nominis, Pheris proximum, de quo Plinius, cum lacu cognomine, teſte Pauſan.

Pierus, flu. Achaiæ in Peloponneſo, Pheras opidum alluens. Et Plin. op. Theſſaliæ cum monte, & Pauſan. mons Macedoniæ cum lacu, qui tamen, teſte Ælian eſt in Theſſaliâ.

Pimpla, mons Macedoniæ in Theſſaliæ confin. Olympo vicinus, Muſis ſacer, qui *Pimpleus* Catullo dicitur; ubi & fons

fons ejusdem nominis, unde Musæ *Pimpleæ* & *Pimpleides* dicuntur. Horat. 1. Od. 26.

Nectæ meo Lamiæ coronam
Pimplea dulcis.———

Stat. Silv. lib. 4.

Excludat Pimplea sitim, nec conscia detur
Pirene.———

Pinarus, flu. juxta Issum urb. inter Ciliciam & Syriam. Steph. Ejus meminit Dionysius Periegetes, ut videre est in his:

Καὶ τῷ μὲ πλεόνων πολαμῶν ὀπιμάζε) ὕδωρ
Τηλόθεν ἐρχομένων, πυκαμοιό τ᾽ ἀ πινάρηο,
Κύδνε τ᾽ σαλοῖο μίσῳ διὰ Τάρσον ἰονθ.

De sinu Issico seu mari Cilicio loquitur.

Pindenissus, op. Ciliciæ in Syriæ confin. ad Amanum mont. quod M. Cicero Imperator cum esset, oppugnavit, nomenque ex eo op. sibi dari, sicuti à *Numantiâ* devictâ dictus est *Numantinus* Scipio, exoptavit. Cic. ad M. Cœlium: *Oppugnavi quinque & viginti diebus, aggeribus, vineis, turribus, opidum Pindenissum munitissimum, tantis operibus, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen opidi.* Ptolemæus Πεδνιλισσὸν, Stephanus autem Πεδνιλισσὸν vocat. Polybius quoque, quem per omnia sequitur Strabo Πεδνιλισσεῖς hujus op. incolas vocat.

Pindus, Μεζζοβο Sophiano & Laonico, mons Macedoniæ (inter illam & Ætoliam, ac inter Epirum & Thessaliam) ingens, Ætolos ab Acarnanibus dividens, ex quo Inachus & Æas, teste Strabone, & Peneus, teste Ovidio, flum. effluunt. Vide Strab. lib. 9. Propertius *Perrhæbum* vocat lib. 3. el. 5.

Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi?

Sen. Tragœdus:

Quà celsus astris inserit Pindus caput.

Idem in Medeâ *ingentem* vocat, & alibi *nivalem*:

Pindi nivalis vertice, aut Nysæ jugis.

Virg. Ecl. ult.

Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi.

Lucan. lib. 1.

———*Qualis vertice Pindi*
Odonis Orgyio decurrit plena Lyæo.

Ubi alii *Edonis*. Item Ciliciæ flu. in sinum Issicum se exonerans. Strab.

Pinna, urbs Vestinorum in Italiâ qui Præguttiis finitimi magis sunt Orientales, Pop. *Pinnenses*. Plin. 3. 11. Ejus mem. Silius lib. 8.

Quæ Fiscelle tuas arces, Pinnamque virentem.

Long. 28. 34. Lat. 42. 45.

Pinon, Daciæ op. Ptol. *Phistona* Nigro.

Pinsium, Palatium Romæ est ad Collatinam portam, quæ & ob id *Pinsiana porta* dicta est. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 16.

Pintia, op. geminum: unum Hisp. Tar. in Vaccæis & regno Castellæ vet. *Penafiel* Hieronymo Suritæ, apud Durium flu. inter Vallisoletum & Arandam 9. leuc. sed Clusio & Marianæ ipsa urbs Vallisoletum esse videtur, vulgò *Valladolid*, urbs præclara, & Castellæ vet. conventus juridicus. Long. 16. 25. Lat. 42. 00. Alterum in Siciliâ excisum, in orâ Australi, inter Thermas & Selinuntem, ubi adhuc vestigia durant, teste Fazello.

Piræa, civitas insignis, *Amisus* olim dicta, teste Strab. lib. 12. Milesii eam condiderunt prius: deinde Cappadocus princeps, ut refert Theopompus: postea, ab Athenocle & Athenensibus habitata fuit, & *Piræa* nuncupata.

Piræeus, sive *Piræus*, portus Athenarum, 400 navium capax, muro 2. m. p. urbi conjunctus. Catullus:

———*Curvis è litoribus Piræi.*

Prop. lib. 3.

Inde ubi Piræi capient me litora portûs.

Portus Piræi tutissimus fuit, unde Stat. lib. 12. Theb.

———*Trepidis stabilem Piræea nautis.*

Ovidius Fastorum 4.

Sunion expositum, Piræaque tuta recessu
Liquit.———

Idem Met. 6.

Cecropios intrat, Piræaque litora tangit.

Scylax Caryandensis; Ὁ δ᾽ Πειραιὸς λιμένας ἔχει γ. Ubi If. Vossius: omnes fermè arbitrantur, Piræeum ideo triplicem dictum, quòd tres portus, comprehenderet; nimirum ipsum Pyræeum, Phalerum, & Munychiam. Verùm quâ ratione Phalerus, & Munychia, Piræei portus dici mereatur, equidem non video; & prorsus omni id ratione caret. Nam quamvis uno murorum claustro septi essent, diversi tamen erant portus, maximoque à se invicem distabant spatio. Sed diserte docet Pausanias, jam antequam Themistocles Phaleruin & Munychiam. Piræeo junxisset, tres habuisse portus; Θεμιστοκλῆς δ᾽ ὡς ἤρξε (πεῖς τ᾽ δὲ πλεῖστ᾽ ὀπτῶ ἐ Πειραιὸς ἐραίνετο οἱ παλαιοὶ, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ᾽ ἑνὸς ἔχον τὸ Φαληρικὸν) τότο σφίσιν ὀλίγον ἔτι κατεσκευάζετο. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus sit Piræeus, quòd tres diversæ stationes in eo essent. Et sane ex his tribus stationibus unam Piræei nomine fuisse insignitam facilè, mihi persuadeo. Alteram dictam fuisse Κανθάρου videtur innuere Hesychius: Κανθάρου, λιμὴν ἀπὸ κάνθ) ἐν Πειραιεῖ. Tertia appellata est Ζέα. Hesych. Ζέα, ἡ Ἐκάτη παρὰ Ἀθηναίοις; καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων. ὡς δὲ κυρίᾳ τ Ζειὰς. Ἔχει δὲ ὁ Πειραιὸς λιμένας τρεῖς κλῃστός. Ubi rectè κλῃστὸς appellat tres hosce portus, sive stationes; septo namque Munychiæ continebantur. Ideo Munychiam Rhodiorum urbi comparat Strabo lib. 9. Τὸ μὲ πρῶτον ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία, παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις περιλαμβάνουσα τῷ ἀμφιδρόμῳ τ Πειραιῶ, καὶ τοὺ λιμένας πλήρεις νεωσίων. If. Vossius.

Pirene, fons ad radicem Acrocorinthi, Musis sacer, cujus aqua suaviissima est ad potandum, teste Strabone. Plaut. in Aulul.

Interbibere sola, si vino scatet
Corinthiensem fontem Pirenen potest.

Statius Sylv. 1. 4.

Excludat Pimplea sitim, nec conscia detur
Pirene.———

Caballinus fons dicitur Persio in Prologo, qui *pallidam* eam quoque ibidem vocat. Statius in Genethliaco Lucani:

Lucani proprium diem frequentes,
Quisquis collibus Isthmiæ Dionis
Docto pectora concitatus æstro,
Pendentis bibit unguiæ liquorem:

Et alibi;

———*Nec conscia detur*
Pirene largos potius mihi gurges in haustus,
Qui manat de fonte tuo.———

Idem Theb. lib 3.

Ite comes Inoas Ephyre solata querelas,
Cenchreæque manus: vatum quà conscius amnis
Gorgoneo percussus equo.

Ubi Lactantii vetus interpres; *equo Pegaso, cujus unguiâ percussus locus, fontem effudit, qui Hippocrene dicitur: hoc enim fonte qui labra proluerit, poeta fiet.* Similem errorem vides eruditi grammatici, ei quem in Persii Scholiaste notat magnus Casaubonus. Quia enim sciebat fontem Musis dicatum Hippocrenem dictum, falsò pro Pirene Hippocrenen hic hariolatur. Hujus fontis aqua διαυγὴς καὶ πότιμο dicitur Straboni, Pausaniæ quoque πᾶν ἡδὺ & apud Athenæum, *omnium levissima.* Quod igitur *pallidam Pirenen* vocat Satyricus, vel ad fabulam referendum, & luctum Pirenæ matris Cenchriæ, ex cujus lacrymis fontem hunc manasse fabulantur, auctore Pausaniâ: vel ad pallorem, quem sibi etiam studio, & arte interdum conciliabant ilti famæ negotiatores poetæ.

Pisa, urbs Peloponnesi ad Alpheum flu. & mont. Pisæum, de quo Plut. Regio *Pisatis* dicitur Straboni. Virgil. Georg. 3.

Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ.

Hinc *Pisæus*, nomen gentile. Ovid. Am. lib. 3.

Ad quam pene Pelops Pisæo concidit axe.

Pisæ Milo tyrannus, cum subditos variis tormentis affecisset, ab eis in mare demersus est. Ovid. in Ibin:

Utque Milo sub cruciata est Pisa tyranno,
Vivus in occultas præcipiteris aquas.

Sic dictam volunt, vel à *Piso* Apharei filio, vel à *Pisâ* filiâ Endymionis. Steph.

Pisæ, pl. num. Tusciæ op. inter Arnum & Auserem amnes, à *Pisæis* conditum, Elidis populis. Strabone teste lib. 5. qui Nestorem ad Ilium secuti, in reditu tempestate disjecti, alii quidem Metapontum, alii litus Tyrrhenum tenuerunt, ubi à nomine relictæ patriæ, Pisas condiderunt. *Pisæ* duplici ff. habent Ptolemæus & Lycophron. Alpheas vocat Virg. Æn. 10.

Hos parere jubent Alpheæ ab origine Pisæ.

Claud. de bello Gildonico:

———*Nec Alpheæ capiant navalia Pisæ.*

Rutilius lib. 1.

Elide deductas suscepit Etruria Pisas.

Ejus Lucanus lib. 2.

Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ.

Long. 33. 06. Lat. 42. 32.

Pisaurus, Piceni flu. à quo *Pisaurum* civitas Umbriæ ei superposita nominatur. Hodie *Pesaro* dicitur. Servius v. scribit *Pisaurum* dictum, quod illis *aurum pensatum* sit. Nam cum Camillus Gallos interemisset, aurumque quod Galli à Româ acceperant pro Capitolio non everso, recepisset, & signa civitati appendisset, civitati nomen dedit. Plin. 3. 4.

Vibius

Vibius Sequester in Catalogo fluminum: *Pisaurus, qui & Isaurus, ut Lucanus, à quo civitas Pisaurum, de quâ Catullus:*

Moribundâ sede Pisauri.

Lucani locus est lib. 2.

Crustumiumque rapax, & junctus Sapis Isauro.

Alii *Isapis*. Long. 36. 08. Lat. 43. 48.

Pisidæ, antea *Solymi* vocati à *Solymo* Jovis & Chaldenæ filio: Populus est barbarus juxta Aspendum & Ciliciam habitans. Steph.

Pisidia, Asiæ reg. Bithyniæ, Isauriæ, & Pamphyliæ finitima, cujus op. enumerantur, *Selga, Salagassum, Pedneliſſum, Adadata, Brias, Grenna*, & alia nonnulla. Pop. *Pisidæ*; de quibus Livius lib. 38. ubi de expeditione Manlii in Pisidiam & vicina loca: *Indè in agrum Salagassenum uberem, fertilemque omni genere frugum ventum est. Colunt Pisidæ longè optimi bello regionis ejus.*

Pistoria, Pistorium Plinio, *Ad Pistores* Antonino, urbs Hetruriæ ad mont. Apennini radices inter Florentiam & Lucam 12. m. p. hodie *Pistoia*. Long. 33. 34. Lat. 43. 10.

Pistrensis villa, pagus Pannon. infer. ad Danubium, patria Sozomeni, à Sirmio urbe 26. m. p. teste Ammiano, distans in ort. contra Petrovaradinum, qu. medius inter Bononiam & Taurinum. *Bistrica*, teste Lazio.

Pitane, urbs Æolidis in Asiâ non procul à Caici flu. ostio, duobus insignis portubus, cujus incolæ *Pitanæi* & *Pitanitæ* nominantur. Fama est apud Pitanam lateres inventos esse, qui super aquas innatarent, quod & de aliis locis traditum est. Ovid. Met. 7.

Æoliam Pitanen à læva parte reliquit.

Long. 55. 00. Lat. 40. 20. Item *Pitane* op. Laconicæ mediter. ad Eurotam flu. & op. Macedoniæ marit. in orâ orientali. Pitane urbs à Pelasgis capta, illis servire coacta fuit, donec ab Erythræis liberata, in pristinam libertatem vindicata est. Hinc adagium: *Pitane sum*, de iis qui redacti ad extremam calamitatem, rursus ad priorem fortunam restituti sunt, apud Zenodotum.

Pitanus, Corsicæ, flu. unus ex tribus majoribus, in orâ occid. inter Fiseram op. & Marianum promont. Ptol. *Talabo* Castaldo.

Pithecusæ, insula Campano litori adjacens, non procul à Neapoli, à Virgilio *Inarime* dicta, à quibusdam etiam *Ænaria*, à statione navium Æneæ. Dicta Pithecusa (ut Ovid. lib. 12. Met. fabulatur) à Cercopibus, teterrimo hominum genere, quorum fraudem, perjuriumque exosus Jupiter in simias eos commutavit. Græci vero simias πίθηκους vocant. Verùm hanc nominis rationem tanquam fabulosam rejicit Plinius lib 3. cap. 6. docetque Pithecusas non à simiis appellatas, sed à figlinis doliariorum, dolia enim Græci πίθους vocant. Habent autem hæc insula in vertice op. ejusdem nominis. Vide *Ænaria*.

Pitthea, op. Peloponnesi apud Trœzena, vel ipsa Trœzen in orâ Argiæ. Plut. Hinc *Pittheus*. Ovid. Met. 15.

Est prope Pittheam tumulus Trœzena sine ullis
Arduus arboribus.———

Pityæa, urbs inter Parium & Priapum. Steph. Apol. Arg. lib. 1.

———Ζαθέλη τε παρημάξον Πιτύειαν.

Ubi Schol. Ἡ Λάμψακος πρότερον Πιτύεια προσηγορεύθη, ἣν τινες Πιτύαν ὀνομάζουσι. τινὲς δέ φασιν ὅτι Φερεκύδης γενόμενος ἐνταῦθα ἐποίησεν ἔθνος, καὶ ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη. Θεόκριτος δὲ τὴν Θυμβρηὶν Πιτύλην λέγουσι.

Pityusa, insl. parvâ sinus Argolici ante Hermionen. Sunt & *Pityusæ* insl. duæ in mari Iberico, angusto freto inter se divisæ, quarum major Ebusus, minor Ophiusa. Ita Strabo. Idem & Ptolemæus docet. Pomponius quoque Mela idem sentire videtur, licet Pityusas utramque communi appellatione dici non moneat. At Plinio longè alia mens, qui utrique huic insulæ nomen Ebusus convenire ait; & Colubrariam sive Ophiusam aliam facit à Pityusis. Longè falluntur qui Plinium Strabonis & Ptolemæo conciliare quærunt. Diodorus Siculus eosdem cum Plinio sequi autores videtur, Πιτύσσας enim agnoscit unam magnam insulam, in quâ urbs sit quæ appellatur Ἔφεσος: nisi ejus codex sic corrigendus & legendum Ἔβυσος. Idem Diodorus annotat Pityusam à copiâ πιτύων, quas illa insula fert, nomen invenisse. Plinius à frutice pineo Casaub.

Placentia, Piacenza, colon. & urbs episc. sub archiep. Bononiensi in Gall. Togatâ circa finem Æmiliæ apud Padum flu. non longè Trebiam flu. excipientem, urbs ampla Farnesiorum in Ducatu Parmensi, inter Mediolanum & Parmam. Silius l. 8:

Certavit Mutinæ quassata Placentia bello.

Long. 31. Lat 45. 43. 58.

Placentia, urbs Hisp. Tarrac. in. Lusitaniæ confin. inter Salamanticam ad Bor. & Emeritam ad Austr. 22. leuc.

Placia, Mysiæ op. juxta Cyzicum. Plin. 5. ult. Hesychius: Πλακία, χώρα περὶ τὴν Θρᾴκλιν, εἰς ἣν ἀποικίαν ἔπεμψαν Αἰνιᾶνες. Ubi Palmerius: Hæc non sunt intelligenda de urbe Mysiæ vel Phrygiæ, de quâ Herodotus l ib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 32. Dionys. Halicarn. lib 1. Neque enim benè diceretur χώρα quæ est urbs, neque πρὸς τὴν Θρᾴκλιν, quæ à Thraciâ dividitur totâ Propontide intercedente; sed de Cherroneso Thraciæ intelligo, quam Euripides in Hecuba Χερρονησίαν πλάκα vocat, eo quod plana est; nec dubito ad locum Euripidis respexisse Hesychium; & forte scripserat Πλάκα χώραν.

Planaria, insl. ultra Corsicam, à specie sic dicta, quòd æqualis freto existat, ideoque navigii fallax. Plin. 3. 6.

Planasia, insl. maris Tyrrheni, inter Iluam & Corsicam. Item *Planasia*, insl. Gall. Narbon. teste Strab. post Stœchadas, quæ *S. Marguerite* Dalechampio dicitur. Item op ejusdem Galliæ ad Rhodanum flu. Strabo. *Pont S. Esprit*, teste Jo. Poldo, inter Vivarium 4. & Avenionem ad Austr. 8. leuc.

Planesia, insl. parva Hisp. Tarrac. apud Ferrariam promont. & ante Dianiam op. *Isla de Denia* vulgò dicitur.

Planctæ, insulæ maris Euxini, quæ & *Cyaneæ*. Herod. lib. 4. Ἔπλευσε ὑπὸ τὰς Κυανέας καλεομένας, τὰς πρόσθεν μὲν Πλαγκτὰς Ἕλληνές φασιν εἶναι. Scylax Cariand. Αὗται δὲ αἱ Κυάνεαι εἰς λέγουσιν οἱ Ποιηταὶ Πλαγκτὰς πέλαι εἶναι, καὶ διὰ τόπων πρότερον ναῶν πεφάσθαι ὑπ' Ἀργοῦς, ἥτις εἰς Κολχίδα τὴν Ἰάσονα ἤγαγεν. Strabo lib. 3. Ταῖς δὲ Κυανέαις ἐπίκοσι διαπλοίοις τὰς Πλαγκτάς. De Homero loquitur, cujus versus ex Odyss. μ'. heic apponam:

Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, περὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης·
Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μακάρες καλέουσι.
Τῇ μέν τ' οὐδὲ πότητα παρίπτασθαι, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, τοὶ τ' ἀμβροσίῃ Διὶ πατρὶ φέρουσιν,
Ἀλλά τ' καὶ τῇσι αἰεὶ ἀφαυρέει λὶς πέτρη,
Ἀλλ' ἄλλην ἐνέπει πατὴρ ἐναείσιμον εἶναι.
Τῇ δ' οὔπω τις νῆυς φύγεν ἀνδρῶν ἥτις ἵκηται·
Ἀλλά θ' ὁμῆ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φώτων
Κύμαθ' ἁλὸς φορέουσι πυρός τ' ὀλοοῖό θύελλαι.
Οἴη δὴ κείνη γε παρέπλω πουτοπόρος νῆυς
Ἀργὼ πασιμέλουσα παρ' Αἰήταο πλέουσα.
Καί νύ κε τὰς ἔνθ' ὧκα βάλεν μεγάλας ποτὶ πέτρας,
Ἀλλ' Ἥρη παρέπεμψεν, ἐπεὶ φίλος ἦεν Ἰήσων.

Platæa, insl. maris Ægæi, una Sporadum, ab Astypalæâ 60. m. p. *Placeda* vulgò. Item insl. Cyrenaicæ ante Cyrenen. Herod. lib. 4. Cujus Cives *Plateenses*, & regio *Plataica* dicitur, teste Stephano. Cæterum à *Plataeis* Bœotiæ, quas Hom. sing. num. Πλάταιαν vocavit similiter *Platæis*, vel *Plataeatis*.

Platææ, arum, civitas Bœotiæ, sub Cithærone monte, non longè à Thebis. Steph. Dicta à *latitudine* nemorum. Non procul ab hâc urbe Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superaverunt.

Plemmyrium, flu. Siciliæ, agrum Syracusanum, per quem labitur, crebris inundationibus irrigans; unde & nomen accepisse videtur sc. ἀπὸ τῆς πλημμυρεῖν quod est *exundare*. Unde Virg. Æn. 3.

Sicanio prætenta sinu jacet insula contra
Plemmyrium undosum.

Pleuron, Pleurone Ptol. & Pausan. op. Æoliæ mediter. ad Evenum flu. proximum Calydoni, *Meleagria* Statio cognominata, & *Pleuronia* Straboni. Cujus mem. Ovid. lib. 7. Met.

Adjacet his Pleuron, in quâ trepidantibus alis
Opthias effugit natorum vulnera Combe.

Stat. 8. Theb.

———*Nunc torva Pylenes*
Agmina, nunc mœstæ fundens Pleuronis alumnos.

Plistus, flu. Phocidis Parnassum montem circumfluens, ac in sinum Corinthiacum apud Cirrham op. labens. Ejus mem. Strab. l. 9. Ubi sis Casaubonum adi.

Plotæ, insl. duæ maris Ionii, quæ & *Strophades* Plinio, Straboni ac Apollonio dicuntur. Vide *Strophades*.

Plotæ, Æoliæ insulæ sic dictæ. Dionys. in Periegesi:

Τλῶ δὲ μετ' Αἰόλιαι εἰσὶ θεόδμητοι ἐν ἁλὶ νῆσοι,
Ἔνθά θ' οἱ τυίγ' εἰσὶν, ἐπώνυμοι ἀνδράσι Πλωταί,
Οὔνεκα μέσσην ἔχουσι θεὸν πλόον ἀμφιελίσσιν.

Plotæ quidem una ab Homero nominatur Odyss. κ', quo nomine eum Æoli insulam appellasse testatur Eustathius: videtur tamen is unus esse ex locis ab Homero nominatis, quorum certum situm non citius invenias, quam sutorem qui utres consuit, quibus venti in Ulyssis gratiam, ab Æolo inclusi, ut facete apud Strabonem jocatur Eratosthenes. Montanus.

Plubium, Sardiniæ op. Ptol. *Sossari* Nigro.

Pluitalia, Ptol. *Pluvialia* vero Plinio, una ex insulis Fortunatis, quam Bacchius *Isola del ferro* vocari scribit. *Lanzerotta* vero Nigro dicitur.

Plumbaria,

Plumbaria, inſ. parva Hiſp. Tarracon. in orâ orientali, apud Ferrariam promont. *Plumbariam* quoque invenio apud Ptol. ſed in Sardoo mari.

Podolia, prov. Poloniæ ampla, ſub Lithuaniâ latè ſumptâ ſæpe comprehenſa, cum ipſius pars ſit. Terminatur à Sept. Volhinia, à merid. Moldavia, & ab occ. Ruſſiâ nigrâ

Pœcile, porticus clara Athenis, quam Polygnotus Thaſius gratuitò pinxit, cum partem ejus Mycon mercede pingeret, in quâ Stoici philoſophabantur. Plin. 35. 9. Latinè *varia* ſive *variegata*. In hâc autem porticu Zenos diſcipulos docebat, unde *Stoica* ſecta nomen appepit, & Philoſophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonii ab ipſo doctore appellabantur, στοὰ enim Græcè *porticus* dicitur. Fuit & in Elide portus *Pœcile*, quæ à Plinio *Heptaphonos* appellatur, quoniam *ſepties eadem vox* in eâ reddebatur.

Pœdiculi, Italiæ pop. Strabo, ubi de Iapygiâ: Τινὲς δὲ αὐτῶν Παιδικλοι λέγονται, μάλιστα οἱ Πεδίκιοι. Apud Appian. Ποδίκλους pro Ποιδίκλους. Val. Max. lib. 7. *Ex Apuliâ quoque & Fidiculis.* Ubi *Pediculis* legendum docet Cluverius.

Pœni, *Carthaginenſes* qu. *Phœni* dicti, qui à *Phœnicibus* orti fuere, ut ait Servius in illud Virgilii Æn. 1.

———*Ponuntque ferocia Pœni*
Corda, volente Deo.———

Qu. Ennius:

Pœni ſunt ſoliti ſuos ſacrificare puellos.

Nempe Saturno, Tertullianus Apologetico: *Infantes penes Africæa Saturno immolabantur palam uſque ad proconſulatum Tiberii, qui ipſos ſacerdotes in eiſdem arboribus templi ſui obumbratricibus ſcelerum votivis crucibus expoſuit, teſte militiâ patriæ noſtræ, quæ id ipſum munus illi proconſuli functa eſt.* Silius lib. 15.

———*Sacris Carthaginis illum*
Suppoſito mater partu ſubduxerat olim.

Ubi Dauſqueius: Piaculum duxere Pœni in ſacris Saturni ſuis præteritis externos puellos coemptos, aut ſuppoſititios mactare. Apud Diodorum lib. 20. huic ſacrorum præpoſteræ negligentiæ caſus ſuos imputant: Ἡπῶντο ὅτι καὶ τὰ Κρόνου αὐτοῖς ἐναντιωθῆναι, καθότον ἐν τοῖς ἐμπροσθεν χρόνοις δύοντες τοῦτο τῷ θεῷ τῶν ἰδίων τοὺς κρατίστους, ὑστερὸν ὠνύμενοι λάθρα παῖδας καὶ θρέψαντες ἔπεμπον ὡς τὰ θυσίαν· καὶ ζητήσεως γενομένης εὑρῆθεσάν τινες τῶν καθιερωμένων ὑποβολιμαίοις χρώμενοι. Id ergo ut emendarent, ducentos nobiliſſimorum puellorum publicitus immolarunt: & facinoroſi facile trecenti ſuapte ſponte ceciderunt. Plato Minoe: ἡμῖν ὁ νόμος θεῖν, ἀνθρώπους θύειν ἀλλ' ἀνόσιον· Καρχηδόνιοι δὲ θύουσιν τῷ Κρόνῳ, &c. Juſt. ex Trogo lib. 18. de Carthaginienſib. iiſdem, *Cum inter cætera mala etiam peſte laborarent, cruentâ ſacrorum religione & ſcelere pro remedio uſi, ſc. quippe homines ut victimas immolabant.* Idem de iis habet Plut. lib. de Superſt. Sil. autem Italicus:

Mos fuit in populis quos condidit advena Dido
Poſcere cæde Deos veniam, ac flagrantibus aris
Infandum dictu parvos imponere natos.

Lactant. lib. 1. c. 31. Peſcennius Feſtus in libro Hiſtoriarum refert Carthaginienſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, &c. Minucius Octavio: Saturno in nonnullis partibus Africæ à parentibus infantes immolabantur. Aug. C. D. 7. 19. Ideo à quibuſdam pueri Saturno ſoliti ſunt immolari, ut à Pœnis, Tertullianus Scorpiac: Afrorum Saturnum ſuum victimâ placari apud ſeculum licuit. Athenagoras: Φοίνικες καὶ Κρῆτες τὰ κρόνου ἐν τῇ τεκνοφονίαις ἐθρηκλουν. Derivativum dipthongum æ in *u* mutat, ut *Punicus*. Virgilius:

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem.

Hinc *malum Punicum*; unde Crateris dictum apud Laert. *Sicut omnibus malis Punicis ineſt aliquod granum putre: ſic nemo eſt, qui omni prorſus vitio careat.* Et *Punica fides* pro fallaci, ab ejus gentis peculiari perfidiâ in proverbium abiit. Hinc *Puniceus* aliud. Adj. Ovidius in Ibin. de M. Regulo:

Vel quæ qui redimi Romanos turpe putavit
A duce Puniceo pertulit, ipſe feras.

Puniceum etiam & *Punicum* dicitur quod colorem rubenter habet. Ipſe enim color ille *Punicus*, ſive *Puniceus* appellatur, qui Græcis φοινικοῦν eſt. Virg. Æn. 12.

———*Cum primum craſtina cælo*
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.

Hinc *Puniceare* verbum pro *Puniceum colorem trahere*, ſeu *habere*, apud Apul. princ. lib. 3. Metamorph. *Commodum Punicantibus phaleris Aurora ſecum quatiens lacertum cælum inequitabat.* Item *Punicanus* adj. aliud apud Cicer. legitur orat. pro Murænâ. *Punicani lectuli*, quibus Carthaginenſes uti ſolebant.

Pœninæ Alpes, *Pœnæ* Ptolemæo, *Pœninus mons* Livio. Hodie *M. Maggiore di S. Bernardo*, *Groſs S. Bernhartsberg* Germanis, vel etiam *Monte di Giove* Leandro, mons qui Allobroges & Centrones à Sallaſſis, h. e. Gall. Narbonenſ. in quâ Sabaudia ab Italiâ ſeparat.

Pola, Iſtriæ civitas (ubi *Polaticus ſinus*, qui & *Flanaticus*, Vulgò *Il Carnero*, quòd ibi nautæ periclitentur. & *Polaticum promontorium*, de quo Steph.) quondam à Colchis condita, ſed poſtea facta colonia Romanorum. Mela 2. 4. *Pietas Iulia* Plinio 3. 19. in deſcriptione Iſtriæ. Fuit (inquit Bochartus) in Iſtriæ & Italiæ confiniis *Pola* urbs a Colchis exulibus condita, quod ipſum Polæ nomen ſignificaſſe teſtantur hæc Callimachi apud Strabonem lib. 1. & 5.

Ἄσυεν ὀνόσσατο τὸ πρὶ φυγαδῶν τις ἐνίαυτοι
Τρηχὺς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας,

Nempe פלה *pala* in *Piel* Hebræis & Syris eſt *ſeparare*, *auferre*, *amovere*. Inde *Pola* Colchis *exulem*, vel *exilium* ſonabat. Long. 37, 00. Lat. 45. 04.

Polemonium, Cappadociæ urbs Ptol. *Vatiza* Nigro, aliis *Leona*, inter Amiſum, ac Trapezuntem. Portum habet cognominem, teſte Stephano.

Polendos, inſ. maris Ægæi, parva & deſerta ad Cherſoneſum Thraciæ. Plin.

Polentia, vel *Pollentia*, vulgò *Polenzo*, urbs Liguriæ apud Tanarum flu. cujus rudera inter Tanarum & Braidam op. latè ſparſa cernuntur. Hic Stilicho feliciter adverſus Vitigothos pugnavit. Claudianus:

O celebranda mihi cunctis pollente ſcelis!

Hinc Pollentinus adj. Statius Syl. 2. 6.

Seu Polentinos merſiſſent flumina ſaltus.

Polentia altera in Piceno *M. Melone*, op. amplum in colle inter Maceratam & Septempedam 10. m. p. Pop. *Polentini* Plinio, Pamphilius ſcribit illam prorſus interiiſſe. *Polentia* item, *Pollentia*, Ptolemæo, op. Balearis maj. non obſcurum apud Alcudiam urb. Licet Moletius ipſam Alcudiam eſſe putet. Long. 24. 42. Lat. 40. 20.

Polentina plebs, vulgò *Polenta*, pagus Æmiliæ inter Ravennam urb. 24. m. p. & Apennini mont. radices Bretinorio urbi finitimus, teſte Hieronymo Rubeo.

Pollentia, op. in maj. Balearium inſ. Plin. Fuit altera *Pollentia* juxta Aples inclyta lanarum nobilitate. Plin. 8. 48. *Hiſpania nigri velleris præcipuas habet: Pollentia juxta Alpes cani.* Columella 7. 2. *Sunt etiam ſuapte naturâ pretio commendabiles colores pullus atque fuſcus: quos præbent in Italiâ Pollentia, in Bæticâ Corduba.* Sil. Ital. lib. 8.

———*Fuſcique ferax Pollentia villi.*

Mart. lib. 14. epigr. cui Lemma, *Lanæ Pollentinæ.*

Non tantum pullo lugentes vellere lanas;
Sed ſolet & calices hæc dare terra ſuos.

Polonia, regnum peramplum Europæ, ubi alias Germano-Sarmatia, cum parte Orient. Germaniæ, prope Viſtulam flu. Terminatur à Sept. mari Baltico, Livoniâ, & Moſcoviâ, ſeu Ruſſia Alba, à quâ etiam ſeparatur ab ortu, ab occ. Germaniâ, & à merid. Hungaria, Tranſylvania & Moldavia. Dividitur in duas partes, nempe in Poloniæ regn. proprium, & magnum Ducatum Lithuaniæ. Poloniæ regni partes ſunt, 1. *Polonia ſuperior*, ſeu *parva*, cujus cap. Cracovia, totius regni primaria. 2. *Polonia inferior*, ſeu *magna*, cujus cap. Poſnania. 3. *Mazovia*, cujus cap. Warſovia, regia ſedes. 4. *Cujavia*, cujus primaria Gedanum. 5. *Ruſſia Nigra*, ubi Leopolis. Magni Duc. Lithuaniæ partes ſunt 1. *Lithuania propria*, cujus cap. eſt Vilna. 2. *Volhinia*, ubi Luceoria. 3. *Podolia*, ubi Camenecium. 4. *Poleſia*, ubi Breſlia: & 5. Samogitia, ubi Mednichia.

Pomerania, prov. Germ. ad mare Balticum, Ducatûs tit. nobilis eſt in Circulo Saxoniæ ſup. Terminatur autem à ſept. mari Baltico, ab Oriente Pruſſia, à merid. Marchia Brandeburgica, & ab occid. Duc. Megalopolitano. Dividitur in decem partes. Suntque 1. Ducatus Stetinenſ. 2. Principatus Rugiæ. 3. Dominium Barthenſe. 4. Dominium Volgaſtenſe. 5. Com. Gutzovienſ. in citeriori Pomeraniæ, ſub dom. Suecorum. 6. Ducatus v. Pomeraniæ. 7. Duc. Caſſubiæ, & 8. Duc. Vandaliæ, in ulteriori, ſunt ſub Electore Brandenburgico; uti etiam 9. Dominium Buthovii. & 10. Dom. Lauemburgi. Totius autem prov. cap. eſt Stetinum ad Oderam.

Pompeia Tropæia, locus Hiſp. in Gall. Narbon. confin. ad Pyrenæi montis radices, apud Templum Veneris, à Narbone 36. m. p. in Auſtrum.

Pompeianum, villa Ciceronis prope Nolam, à Neapoli 12. m. p. Locus hodie *Pomigliano*, teſte Ambroſio Leone. Blondo autem *S. Maria Nuntiata*, vel *Anontiata*.

Pompeianus Lupercus, Conſul cum Attico Attiliano, an. U. C. 881. Alius Conſul cum Lolliano Avito, an. U. C. 961.

Pompeii, *Pompeium* Salluſtio, Senecæ, ac Tacito, colon. & op. Campaniæ in orâ apud Sarnum flu. Stabias urb. & Veſuvium mont. ubi nunc *Caſtel à Mare di Stabia*, teſte Collenutio, à Neapoli 18. m. p. Salernum verſus, ab Hercule, conditum

conditum, cum boves Geryonis abduceret, teste Solino. Hinc *Pompeianus*. Stat. Sylv. l. 1. Carm. 2.

Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.

Pompeii villa, locus Campaniæ apud Avernum lacum, *Magnarello* hodie. Sed hic locus *Pompeii* est de quo prius. Ferrarius.

Pompeiopolis, urbs gemina; Una Ciliciæ maritima prius *Soli*, nunc excisa & in vicum redacta; *Pompeiopolis* dicta inter Sebasten & Lamum ad occid. & Tarsum ad ort. Altera in Paphlagoniâ, prius Eupatoria, postea evicto Mithridate à *Pompeio* M. sic appellata, & ipsa eversa. Prior *Trajanopolis* etiam dicta, ibi enim Trajanum obiisse ferunt.

Pomptina palus. Vide *Pontina*.

Poneropolis, urbs Thraciæ sub Rhodope monte sita, deinde *Philippopolis* ab instauratore, & postremo *Trimontium* à situ dicta. Plin. 4. 11.

Pons Ælii, op. Angliæ in Northumbriâ, inter Novum castrum, & Morpetum. *Ponteland*, teste Camdeno.

Pons Ælius, unus ex pont. Romæ apud molem Hadriani, quo ex urbe in Vaticanum transitur. *Ponte di S. Angelo.*

Pons Æmilius, qui primùm sublicius, postea lapideus, *Mamarato* nunc Juvenal. Sat. 6.

Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons.

Pons Aufidi in Apuliâ, à Venusiâ 18. m. p. ab Equoteutico 69. hodie non extat.

Pons Aurelius, vulgò *Ponte Rotto*, pons Romæ disjectus inter Ælium & Sublicium, seu Cestium.

Pons Aureoli, pagus Insubriæ ad Adduam flu. inter illum & Brembum, ubi Aureolus interfectus à Claud. Imp. à Bergomo 13. m. p. à Mediolano 26. vulgò *Pontirolo.*

Pons Candidus, *Condiniani* Jornandi, pons erat Ravennæ proximus, ad 3. m. distans.

Pons Centesimus, pons & op. Umbriæ ad Tiniam flu. inter Fulginium 5. & Nuceriam 7. m p.

Pons Cestius, *Ponte di L. Bartolomeo*, Romæ ad inf. Lycaoniam, quo in reg. Transtyberinam transitur.

Pons Fabricius, *Ponte Giudeo*, quod Hebræi Romæ ibi inhabitant.

Pons Ferri, in Syriâ super Oronte, ab Antiochiâ 7. m. p.

Pons Janiculensis, idem cum ponte Aurelio.

Pons Longus, in Apuliâ, à Siponto 30. m. p.

Pons Lucanus, super Aniene, apud Tibur. urb. opus Trajani Cæsaris.

Pons Mammolus, apud Romam in viâ Tiburtinâ, potius *Mammæus* dicendus, à matre Alex. Severi.

Pons Mansuetinus, op. Pannoniæ inter Possegam 6. & Zigetum in Cæc. 4. leuc. à Sopianis 25. m. p. *Babolza*, teste Lazio.

Pons Milvius, urbs Romæ extra portam Flaminiam. Unde *Ponte Molle* dicitur.

Pons Nevius, seu Neviæ, op. Hisp. Tarrac. in Gallæciâ inter Asturicam & Villam Francam, hodie *Ponferrada.*

Pons Nomentanus, *Ponte Lamentano* in viâ Normentanâ super Aniene in Sabinis.

Pons Palatinus, qui & *Senatorius*, in urbe Româ *Ponte S. Maria.* apud mont. Palatinum.

Pons Sarnix, vulgò *Sarbruck*, op. Germ. sup. inter Alsatiam & Lotharingiam.

Pons Scaldis, vulgò *Condet*, op. Belgii ad Scaldim flu. in Hannonia.

Pons Sociorum, in Pannoniâ à Mansuetino 25. m. p.

Pons Sublicius. Vide *Sublicius pons.*

Pons Tiburi, in Dalmatiâ à Salonis 16. m. p.

Pons Timavi, in Carnis, ab Aquilegiâ 7. m. p.

Pons Tirensis, in Latio inter Arpinum & Minturnas, super Liri flu.

Pons Trajani, in Mysiâ sup. ad Danubium, apud Severum urb. Alter in Hisp. Lusit. *Alcantara*, op. super Lago flu. non obscurum in Extremadurâ reg.

Pons Vaticanus, super Tiburi Romæ excisus.

Pontes, & *Pontacum*, op. Belgii in Picardiâ. Anton.

Pontes, Castellum Daciæ in Danubii ripâ contra Theodoram op. Vide Procop. de ædificiis Justin.

Pontes, *Paunton* Camdeno, pagus Albionis in Anglia ad Thamesin flu. inter Londinum & Oxoniam: vel *Reading*, pagus vicinus, teste Lhuydo. Al. *Colbrook*, pagus apud Buckingham op. indigitatur, op. agri Buckinghamiensis in confin. Middlesexiæ: *Paunton* v. est *Ad pontem* in agro Lincolniensi.

Pontes Oeni, vulgò *Oeting*, op. Vindeliciæ ad Oenum flu. in Bavariâ.

Pontes Tersenini, vulgò *Schoeflern*, pagus Vindeliciæ in Bavariâ inter Ambram & Parthanum, teste Simlero.

Pontesium, op. Galliæ, vulgò *Pontoyse.*

Pontia, ins. gemina: una maris Tyrrheni in sinu Formiano, seu paulo supra illum, contra Terracinam urb Latii, cum urbe, olim Colonia eodem anno quo Suessa, teste Livio lib. 9. deducta, in quam cives Romani damnati deportabantur. Vulgò *Porce*, non longè à Palinuriâ in sinu Cajetano, in quâ turtures & coturnices cum ad Italiam veniunt, primâ volaturâ requiescendi causâ, paucos dies morantur. Varro. *Pontiæ* pl. num. apud Plin legitur. Altera in eodem mari ante Veliam urb. Lucaniæ, cum Isacia, vel Icia.

Pontificia ditio, Stato della Chiesa, pars est Italiæ, à Sept. in merid protensa per 240. mill. nempe à castro *Francolino* in Ferrariensi Duc. Terracinam usque. Ejus autem major lat. nempe à Centumcellis Anconam usque est 120 mill. Sed multo minor est in al. loci, præsertim in Romandiolâ, ubi valde restringitur inter Hetruriam & mare Hadriaticum; subestque dominio Summi Pontificis. Terminatur hæc ditio à merid. mari Tyrrheno, ab ort. regn. Neapolit. ab occ. Hetruriâ, & Duc. Mutinensi, à Sept. autem mare Adriatico, & dominio Veneto. Ejus partes, seu prov. sunt 1. Campania Romana. 2. Provincia Patrimonii S. Petri. 3. Sabina. 4. Ager Orivetanus. 5. Ager Perusinus. 6. Umbria, seu Duc. Spoletanus. 7. Marchia Anconitana. 8. Territorium civitatis Castelli. 9. Duc. Urbinas. 10. Romandiola. 11. Ager Bononiensis: & 12. Duc. Ferrariensis. Subsunt etiam dom. S. Pontificis *Avenio*, & Com. Vindascinus in Gall. uti Beneventum in regn. Neapolitano. Crevit autem maxime hæc ditio liberalitate Francorum regum Pipini, & ejus fil. Caroli M. & donatione Ludovici Pii ejus nepotis.

Pontina, vel *Pomptina*, Volscorum palus juxta Forum Appii, haud longè à Terracinâ, distat ab urbe 25. m. p. quam Plinius lib. 3. cap. 5. non longè fuisse à Circeis dicit, quem locum 24. urbium fuisse Mutianus ter Consul prodidit. Lucan. lib. 3.

Et quà Pontinas via dividit uda paludes.

Martialis 10. ep. 73.

Nec quæ paludes delicata Pontinas
Ex arce clivi spectat uva Setini.

Idem lib. 13. ep. 109.

Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos.

Exsiccata est à Corn. Cethego Consule, cui ea provincia obvenerat; agerque ex eâ factus. Lib. 47. Insequentibus deinde seculis iterum exsiccata à Theodorico Gotthorum rege, ut ex ejus inscriptione in eo loco cernitur. Latrunculorum autem fuisse sedem Juvenalis Sat. 3. ostendit:

Interdum & ferro subitus grassator agit rem;
Armato quoties tutæ custode tenentur
Et Pontina palus & Gallinaria pinus.

Pontus, totum illud mare quod à palude Mœotide usque in Tenedum protenditur: Sed ubi primum se arctat à Tenedo incipiens, à casu *Helles* vocatur *Hellespontus*; ubi se expandit. *Propontis*, ubi iterum arctatur, *Thracius Bosporus*, ubi autem latè diffunditur pontus Euxinus; qui curvatus in figuram Scythici arcûs committitur ostio Mœotidis, idque ostium *Cimmerius Bosporus* vocatur. Figuratè autem pro quovis mari ponitur.

Pontus, reg. Asiæ min. à *Ponto* rege sic dicta, ab occid. Haly flu. ab Oriente Colchide clausa: à Meridie min. Armeniâ, à Sept. mari Euxino terminata. Strabo. Ptolemæus vero lib. 5. paulo aliter. *Pontus*, inquit, *ab occasu ore Ponti, & Thracio Bosporo: à Meridie regione, quæ propriè Asia dicitur: à Sept. parte maris Euxini terminatur.* Est autem hæc reg. venenorum inprimis ferax, unde & fabula de Medeæ veneficiis locum videtur arripuisse. Virgil. Eccl. 8.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipse dedit Mœris; nascuntur plurima Ponto.

Veneni quoque Pontici, & herbarum Ovidius meminit. Seneca in Herc. Oet.

Quas Pontus herbas generat, aut quas Thessala
Sub rupe Pindus.——

Virgil. Georg. 1.

——*Virosaque Pontus*
Castorea.

Hinc *Ponticus*. Ovid. de Nuce:

Sic ubi detracta est à te tibi causa pericli,
Quod superest tutum, Pontice Castor, habes.

Pontus Cappadocius, Ptolemæo est pars Cappadociæ versus Colchidem. Arrianus in Periplo maris Euxini vocat eam Thiannicam, cum scribit Ophim fluvium Thiannicam regionem à Colchide dividere.

Pontus Euxinus, vide *Axenus*. *Mare Cimmerium* vocat Orosius, *Caucaseum* Apollonius lib. 4. *Mare Ponticum* nominant Horatius & Plutarchus in Pompeio & Eumenide; Ptolemæus etiam & Jornandes hoc nomine illud novere. Herodotus *mare Boreale*, & lib. 4. ἀξενώτατον, i. e. *maximè spectatu dignum* vocat. Pontum hunc veteres arcui Scythico comparârunt Manilius:

Euxinus

Euxinus Scythicos Pontus ſinuatus in arcus.

Dionyſius:

Ἐκ τῶ δ' ἐν χ̀ Πόντος ἴδοις διδάλεον ἐόντα,
Τόξῳ ἐοικόμενον ϖεπιγε& ἄμμασι τόξα.

Strabo: Εἰκάζουσι δέ τινες τὸ χῶμα τὸ ϖεμιέχον ταύτης ἐντὸς παμμήκη Σκυθικῷ τόξῳ. Plin. 4. 12. *Retro curvatus magno litorum flexu in cornua utrinque porrigitur, ac ſi planè arcus Scythici forma.* Val. Flac. lib 4.

Atque hâc Europam curvis anfractibus angit,
Hâc Aſiam, Scythicum ſpecie ſimulatus in arcum.

Lucan lib. 8.

Boſporon & Scythiæ curvantem litora Pontum
Spectamus.

Color illius albus eſt, unde Theocr. in Dioſcuris:

Ἀργὸ χ̀ νιφόεν& ἀταρμὸν χόμα Πόντ8.

Quærit Ariſtoteles in Problem. Cur mare Ponticum candidus ſit, quam mare Ægæum? Reſpondit, hoc ideo accidere, quòd lacus omnes mari ſint candidiores; jam v. Pontus, teſte Naſone:

Stagno ſimilis, pigræque paludi eſt.

Quod itaque ab Appiano, & hodie à nautis *mare Nigrum* dicitur, non ad illius colorem, vel profunditatem, ſed cœli conditionem referendum eſt; unde Pomponius Pontum hunc ait eſſe nebuloſum, cui aſtipulatur Val. Flac.

Illic umbroſæ ſemper ſtant æquore nubes.

Et Apollonius: Ἠέρον χόμα Πόντ8. Hujus aquam dulcem eſſe innuit Strabo lib. 1. Διὸ χ̀ γλυκυτάτω ἢ) ϖ Πόντῳ. Ejus dulcedinis rationem aſſignant cum eodem Strabone ſcriptores omnes, concurſum ſc. plurimorum in Pontum ingredientium fluminum. Nec tamen exiſtimandum ὅλον δ' ὅλον, ut ita loquar, mare hoc dulce eſſe, ſed partem tantum ejus ſupernam, infernam autem ſalſam. Ovidius in Ponticis:

Copia tot laticum, quas auget, adulterat undas,
Nec patitur vires æquor habere ſuas.
Innatat unda freto dulcis, lævioque marina eſt
Quæ proprium mixto de ſale pondus habet.

Populonia, Populonium Plinio & Straboni; *Poplonium* Ptolemæo & Stephano, urbs Hetruriæ in orâ maris Tyrrheni, contra Ilvam inſ. 10. m. p. diſtantem. Meminit *Populoniæ* Virgilius Æn. 10.

Sexcentos illi dederat Populonia mater.

Porata, Prut Peucero, flu. Sarmatiæ Europææ per Moldaviam in Iſtrum influens, qui *Poritus* à Ptolemæo videtur appellari, nec ſitus repugnat. Ferrarius.

Porta Auguſta, Hiſp. Tar. in Vaccæis op. *Torquemada* Taraphæ.

Portæ Caucaſiæ, vide *Caucaſiæ Portæ.*

Porta Capena, vulgo *Di S. Sebaſtiano*, unde via Appia. Ejus mem. Ovid. Faſt. lib. 6.

Lux eadem Marti feſta eſt, quem proſpicit extra
Appoſitum dextræ porta Capena viæ.

Martialis;

Capena grandi porta quà pluit gutta.

Juvenalis Sat. 3.

Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.

Porta Carmentalis, à Carmentâ, quam Romani uti Deam templo illi extructo coluere, nominata eſt. Virg. Æn. 8.

Monſtrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam.

Quæ & *Carmentis* ab Ovid. dicitur. 2. Faſt.

Carmentis portæ dextra eſt via proxima Jano:
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.

Porta Collatia, vel *Collatina*, vulgò *Pinciana.* Ovidius Faſt. 2.

Accipit æratâ juvenem Collatia portâ.

Porta Collina, quæ & Agonenſis. Ovid. Faſt. 4.

Templa frequentari Collinæ proxima portæ.

Porta Feneſtralis, in cæde Tarquinii nominari cœpit, ſic dicta, quòd Tanaquil uxor Tarquinii per *feneſtram* allocuta populum Romanum placarit. Ovid. 6. Faſt.

Nocte domum parvâ ſolita eſt intrare feneſtrâ;
Unde Feneſtralis nomina Porta tenet.

Porthmia, vicus ad oſtium Mæotidis paludis. Steph.

Porthmos, id ipſum eſt quod nos fretum dicimus; unde apud Juven. *Porthmeus* pro Portitore ponitur.

Tetrumque noviſius horret Porthmea.

Eſt & op. Euboeæ. Plin. 3. 5. & 4. 12.

Porticus, Romæ plures fuere: in his *Livia* & *Octavia*, ab Auguſto ædificatæ. Una in viâ ſacrâ juxta templum pacis, cujus meminit Ovidius 6. Faſt.

Diſce tamen veniens ætas ubi Livia nunc eſt
Porticus, immenſæ tecta fuere domus.

Eadem *Claudia* dicta. Martialis:

Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras
Ultima pars aulæ deficientis erat.

Altera *Octavia*, gemina: una à Cn. *Octavio* in Circo Flaminio: altera ab Auguſto in *Octaviæ* ſororis honore n apud theatrum Marcelli, conſtructa. Tertia *Pompeia*, à Cn. *Pompeio* exædificata. Ovid. 1. de Art. Am.

Tu modo Pompeia lentus ſpatiare ſub umbrâ,
Cum Sol Herculei terga Leonis habet.

Prop. lib. 2. el. 32.

Silicet umbroſis ſordet Pompeia columnis
Porticus antiæ nobilis Attalicis.

Portugallia, vide *Luſitania.*

Portus Annibalis, op. Luſitaniæ marit. apud Sacrum promont. *Villanova* Vaſconoello, *Albor* Floriano.

Portus Auguſti, qui & Romanus, urbs Hetruriæ prorſus exciſa, apud oſtia Tiberis contra Oſtiam urb. etiam exciſam, ab urbe Româ 16. m. p. in merid. Hodie *Porto*, epiſcopatus unus è ſeptem qui Cardinalibus conferuntur. Erat & *Portus Auguſti* in orâ Gall. Narbon. ad oſtia Rhodani ab Arelato 38. m. p. diſtans. Ex Itin. Anton.

Portus Calenſis, vulgò *Portugallo* (unde nomen regno Luſitanorum) urbs Luſitan. ad oſtia Durii flu. ab Ulyſſione 47. leuc. à *Cale* pago proximo ſic dicta.

Portus Erycis, op. in orâ Liguriæ extremâ ad Portum Lunæ. Vulgò *Lerice.*

Portus Herculis, vulgò *Villa Franca* portus cum arce Liguriæ inter portum Monœci & Nicæam urb Alter, portus cum op. in orâ Hetruriæ ad mont. Argentarium apu[illegible] urb. exciſam, à Centum cellis 40. m. p. diſtans. [illegible] ſub Hiſpanis. Tertius, portus Brutiorum in orâ C[illegible] ter. apud Tropeam urb. ab eâ 5. m. p. in ort. N[illegible] verſus.

Portus Lunæ, hodie *Golfa della Spezzia*, portus Liguriæ maximus in Hetruriæ confin. ad oſtia Macræ fluvii: Strabo. Ejus mem. Qu. Ennius apud Perſium Sat. 6.

Lunai portum eſt operæ cognoſcere cives.

Portus Magnus, tergeminus: Unus Hiſp. Bæt. vulgò *Almeria*, urbs epiſc. ſub Arch. Granatenſi, inde 19. leuc. recedens. Alter in Mauritaniâ Cæſarienſi, *Marzaquivir*, ſub Hiſpanis, apud Quizam ſeu Auranum urb. Tertius Albionis, in orâ Angliæ Auſtrali contra Vectim inſulam, vulgò *Portſmouth.* Erat & *Portus Magnus*, teſte Strabone, in Bæotiâ inter Aulidem & Oropum.

Portus Mauritius, Liguriæ op. in litore maris, *Porto Moriſo* Leandro.

Portus Meneſthei, op. amplum Hiſp. Bæt. in orâ inter Cæſarianam, & fanum Luciferi urbes proximas, ab Hiſpali 15. leuc.

Portus Monœci, Liguriæ op. Strabo. Ptol. Steph. Idem cum *Portu Herculis.* Lucan. lib 1.

Quaque ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Urget rupe cava pelagus: non Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus: ſolus ſua litora turbat
Circius, & tutâ prohibet ſtatione Monœci.

Portus Navonius, in Corſicâ in orâ inter Portum Syracuſanum & Philonium.

Portus Oreſtis, in orâ Brutiorum, ad oſtia Metauri flu.

Portus Romanus, vide *Portus Auguſti.*

Portus Romatinus, op. amplum Carnorum ad Romatium flu. Hodie *porto Gruaro.*

Portus Santonum, vulgò *La Rochella.*

Portus Velinus, in Lucaniâ apud Veliam urb extinctam. Virgil. Æneid. 6.

Injice (namque potes) portuſque require Velinos.

Portus Veneris, opidulum cum arce oræ Liguſticæ, contra Palmariam inſ. parvum apud os portus Lunenſis.

Portus Ulyſſis, in Sicilià apud Engyium, *Lognina*, teſte Fazello cum Aretio.

Poſidium, *Arſinoe* Ptol. *Suez* vulgò, op. Ægypti ad intimum ſin. Arabici receſſum.

Poſidium, promont. *Capo Fagona* Theveto, promont. Bithyniæ ad Propontidem in ſinu Olbiano. *Fanum Neptuni* Melæ. Alterum, promont. Phthiotidis ad ſinum Pagaſicum inter Demetriadem & Lariſſam ad merid. *Selaſſis* Theveto, aliis *Capo Paſſara* dicitur. Tertium, promont. Cariæ apud Miletum in Ioniæ confin. cum op. cognomine, olim Apollinis oraculo clarum. *Capo di Melaxo.* Item portus Epiri, Corcyræ inſ. obverſus, apud Buthrotum urb. *Capo Riſotto* ex tabb. recent.

Poſidonia, (Vide *Pæſtum*) urbs Lucaniæ. Pop. *Poſidoniatæ*, & *Poſidonates ſinus* pro *Pæſtano.*

Poſidonium, (*Poſidonia* Stephano) promont. Brutiorum ad Columnum Rheginam ex adverſo Pelori promont. Siciliæ. *Capo di Volpe*; ſed hoc *Cæmis* aliis dicitur.

Poſnania, *Poſen* Germanis, urb. Polon. infer. Com. cogn. caput ad Wartam flu. 8. leuc. à Gneſnâ in occ. 20. mill. Germ. à Uratiſlaviâ in Bor. uti 50. à Crocovia. Long. 39. 45. Lat. 52. 44.

Posoniensis Comitatus, prov. Hungariæ super. inter Moraviam ad bor. Austriam ad occ. Danubium ad merid. & Com. Nitriensem ad ort. Ejus cap. est *Posonium*, *Presburg* ad Danubium flu. 8. leuc. à Viennâ in ort. quot à Comara in Circium. Long. 40. 10. Lat. 48. 24.

Potentia, urbs Lucaniæ in Basilicata prov. vulgò *Potenzam*, colon. & Episc. sub Archiepisc. Acherontinò, à Mateolà supra 36. m p. inter Tricaricum urb. & Polam 18. Salernum versus 50. Pop. *Potentini* Plinio. Long. 40. 10. Lat. 40. 35.

Potentia, urbs Piceni ad ost. flu. cogn. excisa, mediter. inter Anconam & Firmium 20. m. p. à Numantia 10. in ort.

Potniæ, op. geminum: unum Boeotiæ, Thebis proximum, ubi *Potnius fons*, teste Ælliano. Ibi Glaucus ab equis dilaceratus traditur. Alterum in Magnesiâ, teste Plinio, in Macedon. & Thessal. confin. Neutrum perdurat. Apud Potniam autem pascua esse in quibus asini in rabiem vertantur, scribit Plinius 25. 8. A Potniâ vero *Potniæus* & *Potnias*. Virgilius Georg. 3.

——— *Quo tempore Glauci*
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.

Prætutii, qui & *Præguttiani*, & *Præcustini*, Italiæ pop. in Piceno, trans Truentum flu. in Aprutiâ reg. *Abruzzo* vulgò dicitur.

Prædmonstratum, pagus geminus cum Cœnobio: unus in Gall. Celt. in Normanniâ, in territorio Baiocensi, teste Cæsali. Alter in Belgio in sylvâ Arduennâ apud Laudunum urbem Picardiæ, vulgò *Premonstre*. Vide Munster. lib. 3.

Præneste, urbs Latii una ex celeberrimis, in finibus Æquorum, a Româ 24. m. p. versus Fucinum lacum. Memoratur Plauto, Ciceroni, Varroni, Virgilio, Propertio, Horatio, Livio, Dionysio, Velleio, Val. Maximo, Strabone, Plinio, Statio, Juvenali, Suetonio, Plutarcho, Appiano, Ptolemæo, Floro, Solino, Itinerariis, Servio Honorato, Martiano Capellæ, Festo, Stephani Epitomatori, & aliis. Vocabulum ejus declinatur in genitivo ac dativo tantum, ut *Tergeste*, *Atteste*, *Sotracte*, *Reate*, *Teate*. Virg. Æn. 7.

Quique altum præneste viri, quique arva Gabinæ
Junonis, gelidumque Anienem & roscida rivis
Hernica saxa colunt.———

Horat. Carm. lib. 4. Od. 4.

———*Seu mihi frigidum*
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.

Stat. Sylv. 4. Carm. 4.

Hos Præneste sacrum, Nemus hos glaciale Dianæ,
Algidus aut horrens, aut Tusculo protegit umbra.

Et fœminino genere, ut omnia opidorum licet effari nomina. Virg. Æn. 8.

Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsâ
Stravi.———

Juvenalis Sat. 3.

Quis timet, aut timuit gelidâ Præneste ruinam?

Propertius 2. 32.

Nam quid Prænestis dubias, o Cynthia, sortes,
Quid petis Æi mœnia Telegoni?

Et quemadmodum *Soracte*, Hetruriæ mons, & *Reate*, Sabinorum opidum, Græcis dicebantur Σώρακτος & Ῥεάτη, ita *Præneste* etiam Dionysio, ac Strabone, & Plutarcho, & Appiano, Stephanoque Πραίνεστος dicitur. Apud Plautum in Capteiveis τὰν Πραινεστίναν, corruptè pro Πραίνεστον positum censet Cluverius. Oppidani passim Πραινεστῖνοι, corruptè apud Appianum Ἐμφυλ. α. πραινέστιοι. Dionysio lib. 5. sunt Πραινεστινοί. De nominis origine sic tradit Pompeius Festus: *Præneste dicta est, quia is locus, quo condita est, montibus præstet.* Sed hoc ille aliunde habuit. Servius ad supra scriptum locum Virgilii Æn. lib. 7. *Altum Præneste, Cato dicit, quia is locus montibus præstet, Præneste opido nomen dedit.* Sanè mera grammatica, non historica, est originatio. Stephani epitomator ita tradit: Πραίνεστος, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Πραινέστου, τοῦ Λατίνου, τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης ὢν. Martianus Capella lib. 6. *Præneste conditum ab Ulyssis nepote Præneste; licet alii velint Cæculum conditorem.* At illud antiquus in primis tradidit auctor Zenodotus Trœzenius: quem Dionysius lib. 2. testatur Umbricæ gentis historiam scripsisse: quanquam Suidas etiam alium referat Zenodotum, Ephesium, natione Alexandrinum, qui Romæ nescio quibus temporibus vixerit. Solinus cap. 8. *Præneste conditum est, ut Zenodotus refert, à Præneste, Ulyssis nepote, Latini filio: aut, ut Prænestini sonant libri à Cæculo.* De hoc Cæculo ita canit Virgilius Æn. 7.

Nec Prænestinæ fundator defuit urbis;
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inventumque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus.

Vide sis illic Servium. Apud Plut. in Parallelis tertius memoratur urbis Prænestinæ conditor: Τηλέγονος, inquit, Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης, ὅστις ἀναζήτησιν τῆς πόλεως πεμφθεὶς, ἐμαθε πόλιν κτίσαι, ἔθα ἂν ἴδῃ γαργὺς ἐσφαγιασμένους, καὶ χοιρείους τε· Γῆ ὁμῶς ὑπὸ κατὰ πνα τόπον ἡ Ἰταλίας, καὶ θαυμασμὸς ἀγεφύρωτος πεφύκοις κλειδὸς ἐσφαγιασμένος, καὶ ὑπόχθονος θεοδικαιρίστας, ἔκτισε πόλιν ἀπὸ τῆς συμφορᾶς, Πραίνεστον ὀνομάσας, ὃ Ῥωμαῖοι Φερεγόνους καλοῦσιν, ὡς ἱστορεῖ Αἰσχυλῖνος ἐν τείτῳ Ἰταλικῶν. Hinc Plin. 3. 5. *Prænestini: urbe quondam Stephanè dictâ.* Ut innumeros passim alios, ita circa hanc etiam fœdum nobis tradidit errorem Stephanus: cujus epitomator, Τίβυρις, inquit, πόλις Ἰταλίας. Αὖθι Πολυτέφανος ὠνομάζετο πρότερον. Hunc errorem Stephanus ex Strabone hausisse videtur, oscitanter perlecto; Sic quidpe ille habet lib. 5. Πραίνεστος δ' ὄζειν ὅπως τὸ τ Τύβρις ἱερὸν ἀπόπτων χρησμῳδίζον. Ἀμφότεροι δ' αἱ πόλεις οὐ τῇ αὐτῇ περιῤῥυμῶσαι τυχόντες ὀρεινῇ, διέχουσι δ' ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑξήκοντ, τ δ Ῥώμης Πραίνεστος μ καὶ διπλάσιον, Τίβυρις δ' ἔλαττον. Φασὶ δ' Ἑλληνίδας ἀμφοτέρας Πραίνεστον γὰν Πολυτέφανον καλεῖσθ πρότερον. Ἔρυμνή μ ἐν ἐκάτερα, πολὺ δ' ἀρυμνότερος Πραίνεστος. Ἄκρον γὰρ ἔχ τ μ πόλεως ὕπερθεν ὄρος ὑψηλὸν, ὅπόθεν δ' ἀπὸ τ συνεχούσης ὀρεινῆς αὐχένι διαδεδηλόσθαι, ἐπαίρεσθ καὶ δυοῖ σταδίοις τάττ πρὸς ὀρθίαν ἀνάβασιν. Πρὸς δ τῇ ἐρυμνότητι καὶ διὰ ῥυπὰς κυπαρίττους διαλῄδην πυλαχθέν, μάχεται τ πεδίων, τ μ ὑδάτων χάριν, τ δ ὀξύδουν λαθεῖσιν, ὃν ἐκ μυῆ Μάρκος πολεμούμενος ἀπίθανε. Ταὺς μ ὖν ἄλλας πόλεσι πλεῖστον τὸ εὐδρὸς παρὰ ἄμαθε τόδε), Πραινεστίνοις δ συμφορὰ γεγόνη) διὰ τὰς Ῥωμαίων ταύσεις, πλαφθέντες γὰρ ἐκεῖσε οἱ Ῥωμαίοις ἀνταπολεμηθέντων δ, φεῦ τῆ ἡκιόσει τ πόλεως καὶ τ χώρου ἀπωμόξασθ συμβαίνει, τ αἰτίας μεμαρτυρόμενος ὅτι πολ ἀνεσθης. Tanta hujus urbis antiquitas est, ut 1500. amplius annis ante natum Christum condita fuerit. Hinc etiam inter alias prisci Latii populos connumerata fuit. Liv. lib. 2. *Præneste ab Latinis ad Romanos descivit.* Amplam tenuisse ditionem, patet ex ejusdem Livii lib. 6. *Octo præterea opida erant sub ditione Prænestinorum. Ad ea circumlatum bellum.* Coloniam postea factam Romanorum ex Ciceronis Catilinariâ primâ patet: *Quid cum te Præneste*, inquit, *occupaturum nocturno impetu esse confideres; sensistine, illam coloniam meo jussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam?* Sed municipium etiam fuisse, testantur lapides antiqui; tum Florus atque Festus: quorum ille lib. 3. cap. 21. quod est de bello Civili Mariano: *Positis singulorum hominum fere pœnis, municipia Italiæ splendidissima sub hastâ venierunt, Spoletium, Interamnium, Præneste Florentia.* Ut vero Florus inter splendidissimas Italiæ urbes Præneste computat, ita Appianus Civil. 1. inter opulentissimas; eandem cum Floro historiam narrans de bello Mariano: Τῶ πόλις, inquit, διήκουζε πολυχρήματον ἐν τ μάλιστα τότε ἔτ, ὥσθ μ δὴ κ Πραίνεστος Ἑλλ. At nihil penè æquè celebre fuit Prænestæ, ac *Fortunæ Primigeniæ* in innumeris fere lapidibus cognominatæ templum. Unde Stat. 4. Sylv. 4.

sacrum vocat. Et Silius lib. 8.

Sacrisque dicatum
Fortunæ præneste jugis.———

Lucanus:

———*Vidit Fortuna colonos*
Præneſtina, ſuos cunctos ſimul enſe receſſos.

Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 3. pag. 933.

Prepesinthus, vel *Prepesinthus*, ins. maris Ægæi, una Sporadum, à Melo parum distans in Austrum, *Argentara* Nigro. Strabo dicam scribit Artemidoro, quòd *Prepesinthum*, *Gyarum* & *Oliarum* Cycladibus accenseat; Tamen de *Gyaro* Varro & Hyginus, & de *Oliaro* Plinius, Stephanusque idem sentiunt. De *Prepesintho* præter Geographos, eosque pauciſſimos, non mem. ullus veterum, quod quidem sciam. Nempe propter saxa, aut arenas deserta fuit insula; sed propter saxa potius, ut suspicatur Bochartus. Nam *Prepesinthum* dici putat pro *Tretesintho*, quomodo πίσυρες pro πίσυρες, quasi *saxosam* dixeris. Syris enim & Phœnicibus ܛܪܨܐ *tarsa*, & primâ geminatâ ܛܪܨܨܐ *tarssa*, *saxum* aut *rupem* sonat.

Prætorium, Angliæ op. *Covenerie* Talbato. *Patrington* vero Camdeno in agro Eboracensi.

Prætutium, op. Piceni. Ptol. Sil. lib. 15.

Tum quâ viriferos domitæ Prætutia pubes
Læta laboris agros.———

Praga, urbs Germ. amplissima, Bohemiæ regia, & Archiepisc. à Clem. 6. Pont. Max. metropolis effecta. Vide *Marobudum*. *Casturgis* Ptolemæo. Eam aggere atque muro Primislaus tertius Bohemiorum dux, cinxit, & ab ejus uxore Libusâ, à *limine*, quod Bohemicè *Praga*, inditum urbi nomen. Tres in partes dividitur, parvam, veterem, ac novam. Parva siniſtrum latus Mulaviæ flu. occupat, colleque conjungitur, in quo sita est regia. Vetus in plano jacet, universa magnificis

nificis operibus adornata. Jungitur minori lapideo ponte 24. arcuum. Æn. Sylvius. Long. 36. 38. Lat. 50. 06.

Prannium vinum, Athen. lib. 1. Ἔστι δὲ Ἰκάριον ὄρος Σάμου, πεζαῖον πόλεν, ἡ παρ' αὐτῇ ὄρος μέγα, ἀφ' οὗ ὁ Πράμνιος οἶνος, ὃν καὶ φαρμακίτιν τινὲς καλοῦσιν. Διόδωρος δὲ περιηγητὴς φησὶν οἶνον, ὑπὸ πραμνίας ἄμπελον οὕτω καλουμένης. Οἱ δὲ ἰσλοι ὁ μέλανα. Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Καβύλῃ ὁ Θρᾳκῶν ἀποδεικνὺς ἐπισήμου, διονεὶ ἀθραμβίου ὄντος. Οἱ δὲ πεπαυμένα τὸ μίνθον, ἐπεὶ οἱ πίνοντες ἀφεστήκεσι. Idem Athen. lib. 1.

Priapus & *Priapum*, *Laspi*, teste Nigro, urbs Mysiæ Asianæ ad Hellespontum marit. cum flu. cognomine. Patio & Lampsaco finitima, Plinius insulam sic vocat circa Ioniam, & *Priapis*, reg. seu tractus.

Priene, *Palathia*, teste Nigro, urbs Ioniæ maritima in Cariæ confin. quæ & *Cadme* Straboni dicta. Inter hanc & Miletum Mæander fluvium in mare excurrit. Dionysius:

Μαίανδρος κατιδὼν κάλπιδα εἰς ἅλα δίνας,
Μιλήτου ὁ μεσσηγὺ καὶ εὐρυχόρου Πριήνης.

Solinus cap. 43. ubi de Mæandro: *Præcipitatur in sinum qui Miletum dividit & Prienen.* Hanc urbem vero nihil magis nobilitavit quam *Panionia* ibi celebrata, & Bias ibi natus, unus è septem sapientibus habitus. Inde *Prienensis justitia* Proverb. de integerrimo judicio, apud Geographum lib. 14. quod Bias justissimus fuerit.

Prillapum, urbs Macedon. in Albaniâ reg. quæ Castaldo *Albanopolis* Ptolemæi dici videtur. Glycas.

Prille, *Aprili* Antonino flu. & lacus Hetruriæ apud oram lifoream: fluvius *Bruno*, lacus vero *Lago di Castiglione* ab opidulo proximo ex tab. recent. dicitur.

Prima Justiniana, vulgò *l' Ochrida*, urbs Archiepisc. Macedoniæ. A Justiniano Imp. dicta, quæ prius *Achridus* vocabatur. Niceph. 17. 28.

Primis, vel *Primnis* Plinio, *Premnis* Straboni, urbs Æthiopiæ sub Ægypto apud Meroen inf. gemina, magna & parva. Ptol.

Privernum, urbs Latii circa Ufentem flu. & Forum Appii πρίβερνος Stephano, πρίβερνον Ptolemæo, Straboni vero πρίβερνον. Ejus mem. Virg. lib. 11.

Priverno antiquâ Metabus cum excederet urbe.

Silius lib. 6.

Levinus ab altâ Priverno.

Pop. *Privernates*. Idem Silius lib. 8.

Sylla Ferentinos Privernatumque manipios
Ducebat simul excitos.

Quod Setiam, & Norbam op. finitima infestassèt, & Plautio Cons. diruta fuit, teste Livio lib. 8. Long. 36. 54. Lat. 41. 15.

Prochyta, inf. Campaniæ in sinu Puteolano, Æneæ proxima, angusto freto discreta, cui olim juncta fuisse putatur, à Neapoli 12. m. p. distans. Stephanus falsò Siciliæ insulam facit. Virg. Æn. 9.

Tum sonitu Prochytæ altæ tremit, durumque cubile
Inarime, Jovis imperiis impostа Typhœo.

Hanc Dionysius describit lib. 1. sic dicta *à profusione*; nam quæ de Æneæ aut nutrice, aut cognata dicuntur, falsa sunt. Tu lege Servium, Pontanum, aliosque ad Virgilii adductum. Adi & Plinium cap. 6. lib. 3.

Promontorium Minervæ, sic appellatur promont. extremum Campaniæ illam à Picentinis dividens, quod *Athenæum* Strab. Ptol. & aliis Græcis dicitur, quod Massam urb. contra Capreas insulam, inde ad 4. m. p. quot à Surrento, à Neapoli vero ad 30. recedens. Ovid. lib. 15. Met.

Inde legit Capreas promontoriumque Minervæ.

Pronectus, inter opida quæ Phœnices in Bithyniâ condiderunt, inquit Bochartus, *Pronecti* fit mentio. Stephanus: Πρόνηκτος, πόλις Βιθυνίας, πλησίον ὁ Δρεπάνου, ὡς Ἑλλάνικος ὁ Φείνικας. *Drepane* autem, aliis *Drepanum*, & *Hellenopolis* erat ad Nicomediæ sinum ut à Nicephoro describitur. Ibidem igitur Pronectus: quod & alii testantur, quibus *Prænetum*, vel *Prenetum* dicitur. Socrates lib. 6. cap. 16. Καλλιφρονεῖν αὐτὸν ἐν Πρανέτῳ, ἐμπόριον δὲ οὗτο καλλιστεύον ὁ Νικομηδείας χείλιον. Πρόνηστον, vel Πρόνητον habent Cedrenus & Constitutiones Pontificiæ Imp. Orientalium. Et Anthol. lib. 1. cap. 19. epigramma habetur Εἰς λιμένα ἐν Βιθυνίᾳ. Factum videtur nomen ex Syro בירונא *birana*, vel *birneta*, quod pro castro vel palatio passim occurrit in Paraphrastis. Sed & Ebraicè בירנית *birnaiot* sunt *arces*, aut *castella*. 2 Par. 17. 12.

Propontis, uno nomine dicitur totum illud mare, quod ab Hellesponti angustiis ad Thracium usque Bosporum protenditur. Suidas: προποντὶς, ἡ πρὸ τῆ πόντε θάλασσα ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἐκπεσόντι. Dionysius:

Ὅσσον στενὸς ὄρνις αὐλὼν
Συρόμενος Βορέω ἡ Προποντίδος ὑγρὰ πάτοιο,

Longitudinem ei tribuit Ovidius Ponticorum quarto:

Missit in has si quos longa Propontis aquas.

Altitudinem Claudianus:

Quorumque profundam
Ingluviem non Ægæus, non alta Propontis, &c.

Inde *Propontiacus*. Propert. 3. 22.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos
Tulle, Propontiacâ quâ fluit Istmos aquâ.

Ovid. 1. Trist. 9.

Inde Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Silius lib. 14.

Pontumve sonantem
Ejicit angusto violentus ore Propontis.

Strabo: Ὁ Ἑλλήσποντος ἐκδίδωσι πρὸς Ἄρκτον εἰς ἄλλο πέλαγος, ὁ καλοῦσι Προποντίδα. κεκλεῖται εἰς ἄλλο τὸ Εὔξεινον ἀποταμιεύοντα πόντον.

Prusa, *Prusias* Solino, *Bursa* Bellonio, *Burusse* Turcis, teste Leunclavio, urbs Bithyniæ hoc tempore primaria, apud mont. Olympi radices, à Nicæâ 25. m. p. in occ. distans, Cotyæum versus 60. ex quâ pars Bithyniæ *Bursia* nominatur, Episc. olim sub Archiepisc. Nicomediensi, sed postea metropolis facta, à *Prusia* rege an. mundi 3279. condita; amplissima ante Turcarum in Europam adventum regia, ab Othomanno eorum rege capta, An. Dom. 1300. Hic Asclepiades medicus claruit, qui senex lapsus scalis interiit, cum multos sanitati restituisset. Plin. lib. 7. Hic etiam Dion Prusæus, qui scripsit lib. 10. de virtute Alexandri M. &c. *Prusa* altera, *Prusias* Ptolemæo, *Cios* Stephano, urbs Bithyniæ maritima Episc. in orâ, inter ostia Ascanii flu. & Dascyleum urb. à quâ parum abest. Prusiæ magna cerasorum copia provenit, ut propterea *Cheraſia* vulgò, & *Cheris*, teste Theveto, dicta fuerit. *Prusa* tertia, urbs Bithyniæ mediterranea ad Hippium mont. & flu. *Prusias* Straboni Episc. sub Archiepisc. Claudiopolitano, quam Hylas flu. & lacus alluunt. *Barech* hodie ex tab. recent. à Priore Prusâ supra 50. m. p. in Bor. distans. Hinc *Prusiacus*. Silius lib. 13.

Donec Prusiacas delatus segniter oras.

Prussia, nomen regionis, quæ habet ab Oriente Lithuaniam, à Meridie Poloniam, ab Aquilone Livoniam, ab Occidente Pomeraniam. Maritimas urbes habet *Montem regium*, ubi principis sedes, & omnium nunc locupletissimum: *Gedanum* (*Dantiscum* vulgò vocant) urb. ingentem, magnumque mercatorum emporium. Munsterus. Cromerus lib. 3. Hist. Polon. Erasmus Stella de Borussiæ antiquitatibus.

Prytaneum, placet hic adscribere Etymologici magni verba, quæ sunt Τόπος ἐν τῇ Ἀθήνῃσι, ἐν ᾧ κοιναὶ σίτησεις τοῖς δημοσίοις εὐηργέταις ἐδίδοντο, ὅθεν καὶ πρυτανεῖον ἐκλήθη, διονεὶ πυρὸς δημεῖον. πυρὸς γὰρ ὁ σῖτος· τίθεται τε σίτε δημοσίᾳ ταμιεῖον. Locus erat apud Athenienses, in quo cuilibet ex populo bene de Rep. merito alimento præberi solebant. Unde & *Prytaneum* appellabatur quasi *frumenti horreum*. Est enim πρυτανεύεσθαι nihil aliud, quam ταμιεύεσθαι, & πρύτανις ὁ ταμίας. In hoc ipso loco, ut sibi in posterum alimenta suppeditarentur, quoad viveret, dixit se meritum Socrates propediem moriturus. Suidas: πρυτανεῖον ἐστὶ τοῖς Ἀθηναίοις δημόσιον, ἔνθα ἐτίθεντο δημόσια τὰ τιμώμενα παρ' αὐτοῖς πολίταις· ὅτι γὰρ μεγάλοις χρήμασι, τοιούτῳ ἐπιδίδοσθαι χρεών. Nec mirum quod Scholiastes in Aristophanis Pace prodiderit: ὅτι χρησμολόγοι μείζονα ἢ ὡς πρυτανεῖον σιτήσεως. Atque hinc facilius intellexerit quilibet, cur scripserit Plutarchus Sympos. 4. Probl. 4. Cimonem Atheniensem liberalissimum virum præstitisse domum suam πρυτανεῖον κοινόν. Fungerus. Dionysius πρυτανεῖα vocat Cunias, in quibus sacra fiebant ab iis qui maximam in urbe habent potestatem. Theocritus Idyll. 21.

Τὸ δ' λύχνιον ἐν πρυτανείῳ
Φασὶ δὲ αἰὲν ἄσβεν πολὺ ἔχειν.

Ubi Palmerius: Mutat vir doctus (inquit) legendo ἄγαν, & credit omnem hujus loci obscuritatem hâc mutatione illustrare. Sed fateor me non capere quid velit per hæc verba quæ subjungit: *Conqueritur piscator ille obiter, & significat otiosum se plane, & longe opulentiam à se abesse; non esse tamen quod sollicitus sit, cum τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ sit, quod quidem λύχνιον semper habet τὸ ἄγαν. Intelligit Lychnum, qui Athenis in gratiam Vulcani non ἄσβεστον habebat, sicut Romanorum Vestæ.* In quibus verbis non video quo modo conveniat piscatori egeno & Siculo consolari ob perpetuitatem ignis, qui Athenis in Prytaneo servabatur. Plura ad hunc locum doctissimus Casaubonus, qui nihil mutat, & meliorem sententiam exhibet, sed tamen, quæ non usquequaque vera mihi videtur, & mihi non satisfacit nec tamen aliquid habeo quod dicam. Meræ mihi sunt tenebræ, hic locus Saliari carmine obscurior, accedant alii & lucernam accendant.

Ptuleis,

Psitulcis, Indiæ inf. quæ & *Scillustis*. Plutarchus in vit. Alex. Magni. *Cillutam* appellat Arrianus. Q. Curtius eam non nominat; quadringentis vero ſtadiis ab Indi flu. oſtiis in mare remotam ſcribit.

Psophis, urbs Peloponneſi in Arcadiâ, prius *Phegia*, teſte Pauſaniâ, à conditore ſic dicta, Tegeæ, Erymantho, Clitorio, ac Nonacri monti finitima. Ovid. Met. lib. 5.

Uſque ſub Orchomenon, Pſophidaque Cyllenenque.

Fuere aliæ urbes hujus nominis apud Stephanum, in Acarnaniâ, in Libyâ, & in Achaiâ.

Pſychrus, flu. Thraciæ in agro Chalcidico in Macedoniæ confin. frigidiſſimus, ex quo oves bibentes agnos nigros pariunt. Ariſtoteles.

Pſylli, pop. Libyæ ſupra Garamantes Plinio; in Pentapoli Ptolemæo; Syrtes attingentes, contra virus ſerpentum muniti, ſic à *Pſyllo* rege dicti, Naſamonibus finitimi, à quibus victi fuere. De his Cinna apud A. Gellium lib. 9. cap. 12.

Somniculoſam ut Pœnus aſpidem Pſyllus.

Lucan. lib. 9. ——*Gens unica terras*
Incolit à ſævo ſerpentum inoxia morſu
Marmaridæ Pſylli: par lingua potentibus herbis:
Ipſe cruor tutus, nullumque admittere virus,
Vel cantu ceſſante, poteſt. Natura locorum
Juſſit ut immunes miſti ſerpentibus eſſent, &c.

Horum hiſtoriam vide apud Herod. lib. 4. & Plin. 7. 2. De *Pſyllis* poema Xenophanes Colophonius ſcripſit. Rem dignam riſu narrat Gellius 16. 11. Pſyllos quòd aqua eos defeciſſet, arma adverſus Auſtrum ſumpſiſſe & omnes interiiſſe.

Pſyra, inſ. maris Ægæi apud Chium, inde 60. ſtad. in occaſum diſtans, cum op. cognomine, in quo vinum non provenit. Unde proverb. apud Suidam ex Cratino: *Pſyra Bacchum*: ſubaudi *non producit*. Stephanus: Λαμβάνει δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ ἐυτηξείας, διὰ τὸ ἐυτηξιάτιν εἶναι τὴν νῆσον. *Pſyra* igitur vocem eſſe Phœniciam, nemo negaverit, qui ſciet פשרא *Pſira*, Chaldæis & Syris idem eſſe quod εὐτηξία, *vilem*, nempe ac *deſpicabilem*. Bochartus.

Pteleum, duorum op. nomen, unum Theſſaliæ, alterum Meſſeniæ, Spartanis poſtea attributum. Theſſalicum Plinio eſt *nemus Pteleon*, tanquam ſi *ab ulmis* dicta fuiſſet Πτελεών. Ejus mem. tum alii, tum Lucan. lib. 6.

——*Pteleoſque & Dorion ira*
Flebile Pieridum.——

Vide ſis Iſ. Voſſ. ad Melam lib. 2. cap. 3.

Pteria, urbs munitiſſima Cappadociæ, à Cyro expugnata ac deleta. Herodotus.

Pterophoros, reg. Scythiæ circa Hyperboreos montes, damnata caligine. Hinc mos pennas in pileis geſtandi proceſſiſſe videtur apud omnes penè Europæos. Ferrarius. Vide Plin. 4. 12.

Ptolemaïs, urbs quatergemina: Prima Æthiopiæ ſub Ægypto, ad ſin. Arabicum, quæ *Theron*, i. e. *ferarum*, cognominatur à Ptolemæo, & *Epitheras* à Plinio, *Suachen* nunc dicta, à Berenice urbe ejuſdem oræ 602. m. p. in ort. Long. 66. 00. Lat. 16. 26. Secunda Cyrenaicæ, in orâ litorali, antea *Barce*, nomen habens à *Ptolemæo* rège conditore, *Tolometta* hodie inter Arſinoen ad occ. & Cyrenen ad ort. Long. 49. 06. Lat. 31. 10. Tertia Phœnices marit. apud Palæſtinæ fines, olim *Ace* Plinio, *Acon* Ebræis, colonia quondam Cl. Cæſaris, teſte Plinio 5. 19. *Ace* etiam Stephano, qui ſic dictam prius putat, quòd ibi Hercules à vulnere curatus ſit. Long. 66. 30. Lat. 33. 00. Quarta Ægypti in Thebaide, ad Nilum, inter urb. Crocodilorum, & Abydum, à quo 22. m. p. aberat in Bor.

Ptolemais, foſſa quædam Ægypti manu facta, ducta ab oſtio Peluſiaco ad urb. Arſinoen in ſin. Arabicum: ſic dicta à *Ptolemæo* rege, qui eam abſolvit. *Ptolemæorum fluvium* vocat Ælian. ad Anim. lib. 12. cap. 29. Item Ciliciæ urbs. Strabo. Urbs quoque Arſenoitis Nomi in Ægypto. Ptol.

Pucinum, opidum eſt Hiſtriæ in Mediterraneis. Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie *Proſecho*, in foro Julio ſitum eſt. Hinc vina à Plinio tantopere laudata, *Pucina* vocata, quæ nunc à Germanis *Beinfal* appellantur. Plin. lib. 14. cap. 6. ſtatim ab initio. Long. 36. 20. Lat. 45. 40.

Puteoli, poſt Lucrinum lacum (inquit Cluverius) ſequitur opidum *Puteoli* pl. num. Latinis fere autoribus, exceptis poetis, dictum; Græcis vero Δικαιάρχεια, ſive Δικαιαρχία, & contractè Δικαρχία· quo frequenter Latini uſi ſunt poetæ: ut Graeci etiam ſub Romanis Imp. ſæpe uſurparunt Πυτίολοι, ſive Πυτεόλοι. Fama opidi apud auctores eſt celeberrima; vulgari nunc vocabulo dicitur *Pozzuolo*. Plin. lib. 3. cap. 5. *Lacus Luarinus & Avernus: dein Puteoli colonia, Dicæarchia dicti.* Strabo lib. 5. poſt deſcriptionem Lucrini, Avernique lacus: Ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταί, καὶ αὐτὴ ἡ πόλις· ἱδρύσατο δὲ αὐτὴν οἱ ἐκ Κυμάνων, ἐπ' ὀρεινῷ ἱδρυμένον. Κατὰ δὲ τὴν Ἀττικὴν τετράπολιν συνῳκισμένοι Ῥωμαῖοι, καὶ πεζοναύμαχοι Πολίται ἀπὸ τῶν φρεάτων. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν δυσωδίας τῶν ὑδάτων, &c. Feſtus: *Puteolos dictos putant ab aquæ calidæ putore: quidam à multitudine puteorum, earundem aquarum gratiâ factorum.* Varro lib. 4. de L. L. *A puteis opidum Puteoli, quod ſint circa eum locum aquæ frigidæ & calidæ multæ; niſi à putore potius, quod putidus ſit odoribus ſæpe ex ſulfure & alumine.* Primos opidi conditores quod attinet, quia id, Strabone teſte, navale fuit Cumanorum, ab his conditum videri poterat. At Stephani Epitomator ſic habet: Πολίολοι, πόλισμα Σαμίων, ἥτις καὶ Δικαιάρχεια. Et B. Hieronymus in Euſebii Chron. cor. lib. 2. ſic tradit: Olymp. 64. an. 4. *Samii Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant.* Pop. *Puteolani.* Inde *ſinus Puteolanus*, de quo Cluver. Ital. Ant. lib. 6. 4. pag. 1141. Long. 38. 11. Lat. 40. 47.

Pygela, urbs Ioniæ; Πολίχνιον vocat Strabo lib. 14. Pomponius & Plinius ſcribunt per Φ. & nomen ἀπὸ τῆς φυγῆς ducunt. Melæ verba ſunt: *Ibi à fugitivis, ut aiunt, condita (nomen famæ annuit) Phygela.* Plinii: *Juxta fugitivis conditum (uti nomen judicio eſt) Phygela.*

Pygmæi, pop. in extremis Indiæ montibus habitantes (Plin. 7. 3.) ſalubri cœlo ſemperque vernante fruentes, ternos dodrantes non excedentes: Sunt qui nomen eos habere volunt ἀπὸ τῆς πυγμῆς, i. e. *pugno*, contra rationem; cum ἀπὸ τοῦ πήχεως, i. e. *cubito*, originatio deducenda ſit. Πυγμαῖοι ergo erunt quaſi πηχαῖοι, quippe *cubitales*. Hinc & *Spithamæi* dicuntur, quòd ternas *ſpithamas* longitudine non ſuperant. Etymon hoc approbatur ab Euſtathio in principio Iliad. γ. & ab Auguſt. de C. D. 16. Hieronymus vero aliter in 27. Ezech. *Sive Pygmæi ſunt* (inquit) *id eſt, bellatores, & ad bella promptiſſimi,* ἀπὸ τῆς πυγμῆς, *quæ Græco ſermone in certamen vertitur.* Quædam de Pygmæis habet Lud. Vives ad Aug. de C. D. lib. 16. cap. 8. Diverſis locis ab auctoribus collocantur. Plinius, uti ſupra, inter Indiæ gentes recenſet. Pomponius lib. 3. ponit in eâ Arabiæ parte, quæ ultra ſinum Arabicum in Æthiopiam vergit. Ibidem eos quoque collocare videtur Ptolemæus, ſi per *Nubas* intellexeris *Pygmæos*, uti Heſychius: Νῶβαι, Πυγμαῖοι, nec enim de aliis quam de his accipi poſſit locus iſte Heſychii. Ariſtot. lib 9. de Hiſt. An. eos ad fontes Nili traducit. Verba ejus ſic concipiuntur in libris manu exaratis: Οἷον οἱ λέγοντες πυθέσθαι· μεταβάλλοντι γὰρ ἐκ τῆς Σκυθικῆς πολίσεως, εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τοῦ Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ, ἃ καὶ λέγουσι τοῖς Πυγμαίοις ὑπάρχειν, ἃ γὰ ἔστι μῦθος. Quod narratiunculæ huic fidem adſtrueret Philoſophorum ſummus, id concoquere non potuit quiſquis vulgatæ lectionis auctor fuit; ac propterea verba illa de pugnâ Pygmæorum cum gruibus ſuo modo reformavit. Quamvis autem fabella hæc excuſa ſit à Græculis, fingendi, & fabulandi ſemper cupidis, ratio tamen quamobrem hoc in tractu Pygmæos collocarint veteres, hanc fuiſſe putat Clariſſ. Voſſius; quòd Troglodytarum & Æthiopum multi eſſent κολοβοὶ ſive recutiti. Hinc tot Coloborum gentes in Æthiopiâ. Idem vero Ariſtoteli & aliis nonnullis κολοβὸς & Pygmæus, ſive nanus. Κολοβὸς enim lib. 2. de Gen. Anim. circa finem & alibi, vocat non illos tantum, qui uno aliquo membro eſſent mutilati, ſed eos etiam, quorum univerſæ corporis partes in utero matris oblæſæ, & juſto eſſent breviores. Strabo lib. 17. iiſdem in locis creditos quidem, ſed confictos exiſtimat, ſumptâ inde fictionis occaſione, quòd in Æthiopiâ interiori omnia fere animalia exigua naſci compertum ſit. Contra Philoſtratus lib. 3. ſub terrâ eoſdem ponens, loca incolere ſcribit ſupra flu. Gangem, cui cum Ariſtotele convenit in eo, quod ſpecus habitari dicit ab illis. Solinus in Thraciæ deſcriptione ad Geraniam urb. juxta Strymonem & Hæmum creditos fuiſſe Pygmæos, & à gruibus pulſos ait. Vide Plin. 4. 11. Horum mulieres quincto anno pariunt, & ſeneſcunt octavo. *Fama eſt* (inquit Plinius) *inſidentes arietum, caprarumque dorſis, armatos ſagittis veris tempore, univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova pulloſque gruum conſumere, ternis expeditionem eam menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſtiti, caſas eorum luto, pennisque & ovorum putaminibus confici.* Stephanus eos ſic dictos ſcribit à *Pygmæo* Dori filio, Epaphi nepote. Qualia autem ſint eorum corpora, eloganti ſimilitudine docet Ariſtot. ubi ſupra: Ὥσπερ ἂν οἱ ἐπὶ τῶν καμπύλων γεγραμμένοι, μικροὶ μὲν εἰσι, φαίνονται δ' ἔχειν πλάτη, καὶ βάθη· ὁμοίως συμβαίνει καὶ τοῖς Πυγμαίοις. Fruſtra quærunt viri eruditi (inquit Voſſius) quænam ſint illæ tabernarum picturæ, quæ effigiem hujuſmodi Pygmæorum exhibeant. Scribendum; οἱ ὅτι καμπύλων γεγραμμένοι, vel, ſi mavis, καμπύλων, idem ſignificante vocabulo. Tales nempe ſunt Pygmæi, quales videntur eſſe imagines, quæ in curvis & ſinuoſis tabulis repræſentantur. Hinc rectè *curvatum* dixit Prop. lib. 4.

Nanus & ipſe ſuos breviter curvatus in artus
Factabat truncas ad cava buxa manus.

De

De pugnâ Pygmæorum cum gruibus passim poetæ. Homerus Iliad. 2.

Ἠύ τ' ἐπὶ κλαγγὴ γεράνων πέλει ἠερόθεν περ
Αἵτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
Κλαγγῇ τοί γε πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων,
Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.

Statius ni fallor:

Pendula ceu parvis moturæ bella colonis
Ingenti clamore grues, æstiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymina Nilo
Ordinibus variis per nubila texitur alis
Litera pennarumque notis inscribitur aer.

Oppianus Halieuticon lib. 1.

Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Αἰθιόπων ἢ καὶ Αἰγύπτοιο ῥοάων
Ὑψικόμης γεράνων χέρσ῾ ἔρχεθ' ὑπεφώνων
Ἀτλαντ῾ νιφόεντα πάρον, καὶ χείματα φυγοῦσαι,
Πυγμαίων τ' ὀλιγοδρανέων ἀμύμονα γένθλα.
Τῆσι δ' ἀεὶ ἐπαμύνουσι κτλ. σχέτλιαι ἐυνέες ἑσμοὶ
Ἠέρα ἢ σκίασσι, καὶ ἀλλύσιν ὄγκιον ἔχθος.

Juvenal. Sat. 13.

Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram
Pygmæus parvis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusque per aera curvis
Unguibus à sævâ fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem assidue spectentur prælia, videt
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

Hinc *Pygmæus*. Ovid. 6. Fast.

Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet avis.

Id est *grus*. Juvenal. Sat. 6.

———*Brevior quæ videtur*
Virgine Pygmæâ, nullis adjuta columnis,
Et levis erectâ consurgit ad oscula plantâ.

Vide Tho. Brown, de Pseudodoxiis epidemicis lib. 4. cap. 11.

Pylene, Ætoliæ op. Hom. Iliad. 2. Ejus mem. Papinius Theb. lib. 8.

Nunc tumidæ Calydonis opes, nunc torva Pylenes
Agmina.———

Idem Theb. 4.

———*Sensit sæpulosa Pylene.*

Pylus, Tres olim fuere *Pyli*, juxta adagium apud Aristoph. quod etiam Plutarchus refert:

Ἔστι Πύλος πρὸς Πύλοισι, Πύλος γέμει δὴ καὶ ἄλλος.

(In eos dictum qui supra alios gloriantur, quasi doctiores, aut fortiores, aut aliâ in re præstantiores.) Messeniæ erat una, altera Arcadiæ, tertia vero Elidis sita inter Penei & Selleentis ostia. Omnes tres Nestorem sibi vindicabant. Nestori autem novem parebant urbes juxta Homerum, quas omnes ordine in Bœotiâ recenset. Harum vero caput erat ipsa Pylos, atque inde *Enneapolis* vocabatur. Huc quoque refer novem sedilia in litore Pylio extructa apud Hom. initio lib. 3. Odyss. Quæ ita interpretatur Eustathius: Οἱ δὲ παλαιοὶ φασιν ἐνίκα Πυλίοις ἑδραις εἶ) διὰ τὸ καὶ πόλεις τοσαύτας ὑπὸ ἐξουσίαν κεῖσθαι τῷ Νέστορι. Inepti vero sunt qui Nestorem tribus illis Pylis præfuisse credunt: Hoc enim qui potuit fieri, aut cur controversia fuisset, quam Pylum intellexisset Homerus? Itaque verum est, urbes Nestori subjectas, fuisse illas novem quas ordine Homerus recensuit. Porro ab istis 3. *Pylis* dicta est regio, *Triphylia*. Is. Voss. Ovid. Epist. 1.

Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva
Misimus: incerta est fama remissa Pylo.

Hinc *Pylius*. Idem Ponticorum 1.

Crede mihi Pylio Nestore major eris.

Martialis:

Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos
Vivat.———

Pyramides, nihil aliud fuerunt quàm regum Ægyptiorum pecuniæ otiosa & stulta ostentatio. Plin. lib. 26. cap. 12. quippe cum faciendi eas causa à plerisque traditur, ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent. Plures in Ægypto passim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis de quibus Mela scribit, lib. 1. cap. 9. quæ orbem implevere famâ, conspicuæ undique adnavigantibus, sitæ in parte Africæ, monte saxeo, sterilique inter Memphin op. & Delta. unde Martialis:

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Turres autem sunt, inquit Solinus, fastigiatæ ultra excelsitatem omnem, quæ manu fieri possit. Sub his Ægyptiorum reges sepulti fuerunt. Sunt autem propriè Pyramides, moles Geometricâ ratione constructæ in modum flammæ (ἀπὸ τοῦ πυρὸς) ut à lato videlicet in acutum tendant. Ammianus Marcellinus lib. 22. *Pyramides ad miracula septem provectæ, quarum diuturnas surgendi difficultates Scriptor Herodotus dixit, ultra omnem omnino admirationem, quæ humanis consiti potest, erectæ sunt turres, ab imo latissimæ, in sunnitates acutissimas desinentes.* Quæ figura apud Geometras ideo sic appellatur, quòd ad ignis speciem τὰ πυρὸς, ut nos dicimus, extenuatur in conum: *quarum magnitudo quoniam in celsitudinem nimiam scandens graciliscit paulatim, umbras quoque mechanicâ ratione consumit.* Aliqui dictas volunt ἀπὸ τοῦ πυροῦ, h. e. *à tritico*, quo illic per regem collecto, magna annonæ caritas per Ægyptum secuta est. Docet id Stephanus πρὸς πόλεων· Ὠνομάσθαι δὲ τὴν Πυραμίδα ἀπὸ τοῦ πυροῦ, ὡς ἐκεῖ συναγαγὼν ὁ βασιλεὺς, ἐπώνυμον αὐτὴν ἐποίησε τοῦ σίτου. Videtur hoc etymon priori præferendum, eò quòd *Pyramis* & πυρὸς conveniant primæ syllabæ modulo, contra quam fit in πῦρ, ejusque derivatis. *Pyramidis* autem vocabulum forsan Ægyptiacum est; quod illis *Paramon*. Certe Arabes, Ægyptiis vicini, *Haramon* vocant Pyramidem. Sicut *Alharaman* duæ Ægypti Pyramides in occidentali ripâ Nili dicuntur. *Haramon* itaque *Pyramis* dicta. Ita Græcis palus ab ἕλος, *pubes* ab ἥλη. Sicut הרמון *harmon* Ebræis *arcem* & *palatium* denotat, uti ab altitudine quoque *Hermon* mons dictus videtur. Lucan. lib. 9.

Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amasis.

Propertius 3. 2.

Nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti.

Inde *saxa Pyramidum* apud Statium in Sylvis.

Pyramus, flu. qui per angustias Tauri montis per Ciliciam defertur. Ejus mem. Dionysius vers. 866.

Καὶ τὸ μὲν πλεῖστον πλαμὸν ἁλμυρὸν ὕδωρ
Τηλίβεν ἐγχρίμψων, Πυράμοιό τ' ἢ Πιτάνηος.

Ubi Scholiastes: Ὁ δὲ Πύραμος ποταμός τις ῥεῖ, ὃς εἰσὶν καὶ καταπίπτων εἰς βαθεῖαν φάραγγα λόφον ποιεῖ μεγάλην ἀφανέστατον, καὶ χῦν δὲ πάνυ πολύν, ὡς ὁ γεωγράφος φησὶ κλάγγῃ ὅπῃ τε θάλασσῃ. Διὸ καὶ χρηματὸς ἐξέπιπτον εἰς ἁρπολὴν τοῖς.

Ἔστι δὲ ἀνομίνοις, ὅτι Πύραμος εὐρυδίνης
Ἠϊόνα μεγάλην ἵδρυ εἰς Κύπρον ἰκνεῖ.

Hesychius: Πύραμος, ποταμὸς Κιλικίας, ἄλλος δὲ χάσμα ἐν τῷ χαλάσαι. Ejus meminere Strabo lib. 12. Arrianus lib. 1. & Qu. Curtius lib. 3. cap. 4. Hodie *Malmistra* Nigro dicitur.

Pyrenæa Venus, *Portus Veneris* Melæ, & aliis *Templum Veneris*, op. Gall Narbon. in confin. Hisp. *Capo de Creux* hodie dicitur.

Pyrenæus, mons Hisp. maximus, illam à Galliâ separans, ab Oceano in mare Mediter. extensus ad 80. mill. Hispanica, ex cujus medio ferunt utrumque mare conspici. Auson. Epist. 24.

———*Me Punica lædit*
Barcino, me bimaris juga ninguida Pyrenei.

Dionysius vers. 288.

Τοῖς δ' ὑπὲρ Πυρήνιον ὄρος καὶ δώματα Κητῶν.

Hi montes Ptolemæo & Stephano Πύρηνα vocantur, ut & Sil. Italico *Pyrene*. Ab Æmilio Probo nuncupantur *saltus Pyrenæus*, quo nomine etiam Cæsar, Livius, Suetonius & Orosius appellarunt. *Alpes* vocantur ab Agellio ex Varrone; nominat enim horum accolas *Hispanos Alpinos*. Cæterùm de *Pyrenæis* duplex fabula jactatur apud Græcos: Una de *Pyrenes* nomine dicta, Bebrycis regis filiæ, quæ ab Hercule illâc iter facente vitiata, cum metu patris aufugisset in sylvas, à feris discerpta esse creditur. Silius lib. 3.

Pyrene celsâ nimbosi verticis arce
Divisos Celtis altè prospectat Iberos;
Atque æterna tenet magnis divortia terris.
Nomen Bebrycià duxere à virgine colles,
Hesperii Alcidæ crimen, qui forte laborum
Geryonis pater is cum longa tricorporis arva
Possessus Baccho sævâ Bebrycis in aulâ
Lugendum forma sine virginitate reliquit
Pyrenen, &c.

Hanc fabulam merito rejicit Plinius 3. 1. *Quæ de Hercule, inquit, ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabulosa imprimis arbitror.* Alii ex Pyrenæo saltu incenso referunt argenti fluxisse rivos, unde maximas opes contraxerint Phœnices, cum illud vili pretio ab accolis comparassent. Hujus conflagrationis meminere Aristoteles in Mirabilibus & Posidonius apud Strabonem, itemque Diodorus lib. 5. qui addit τὰ μὲν ὄρη διὰ τὸ συμβαθεῖς κληθῆναι Πυρηναῖα, *montes propter hunc casum Pyrenæos esse dictos*: tanquam ἀπὸ τοῦ πυρὸς συγκαῦσαι ἀυλὰς συνεχῶς ἐπιπολάσσοντος, *ab igne qui per multos dies continuè exarserit.* Hæc illi. Bocharto autem nomen *Pyrenes*, vel *Pyrenæorum* montium videtur posse deduci non absurdè ex Phœnicio פורני *puroni*, pro *ramoso*, sc. & *opaco*. Nempe Ebræis פורה *pura*, vel *pora*, est *ramus*. Et ut ex רוחה *ruchæ*, *spiritus*, est רוחני *ruchani*, *spiritualis*: ita ex פורה *pura*, *ramus*, פורני *puroni*, *ramosum* sonat, vel, quod idem est *opacum*: Qualem fuisse Pyrenæum, saltem à parte Hispaniæ, veteres diserte docent. Strabo lib. 3. Αὐτὸς

ὄ τ' Πυρηνὶς τὸ μὲ Ἰβηρικὸν πλαγίαν ἐυδιάδειν ὅτι παντοδαπῆς ὑλῆς καὶ τῶν ἀειθαλῶν. Diodorus lib. 5. Πολλῶν ὄντων ἐν αὐτῇ δρυμῶν, καὶ πυκνῶν τοῖς ἔνδενδρα. Silius lib. 3.

Ac Pyrenæi frondosa cacumina montis.

Et vers. 442. de Annibale:

Jamque per & colles, & denſos abiete lucos
Bebryciæ Fœnus fines tranſcenderat aulæ.

Inde *Pyrenæi ſaltus* in Æmilio Probo, Oroſio & Æthico, qui hodieque nomen retinent. Adhuc notandum Pyrenæi vocabulum eſſe æquivocum, eoque nomine appellari non tantum montes qui Galliam ſeparant ab Hiſpaniâ, ſed etiam montem Germaniæ prope ſylvam Hercyniam, nomine *Pyrenen*, ex quo fluere Danubium ſcribit Ariſtoteles in Meteoris. Hinc & Plinius in Panegyrico: *Germaniam quamplurimæ gentes, ac prope infinita vaſtitas interjacentis ſoli, tum Pyrenæus, Alpes, immenſique alii montes, niſi his comparentur, muniri, defendique.* Mons ille, cujus & B. Rhenanus meminit, hodie *Brenner* Germanis.

Pyrgi, gorum, Pyrgum ſing. num. Stephano, colonia & op. Hetruriæ, inter Antium, & Graviſcas. Virg. Æn. 10.

Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Graviſcæ.

Martialis 12. 2.

Qui modo litoreos ibatis carmina Pyrgos.

Rutil. Db. 1.

Aſſia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt,
Nunc villæ grandes, ôpida parva prius.

Unde Straboni πολίχνιον dicitur. Opidani *Pyrgenſes* Ciceroni ac Livio dicuntur. *Pergites* vero Stephano.

Pyrrha, Cariæ civitas juxta Myrtoum pelagus, & inſ. circa Mæotim, quam pontus abſtulit. Plin. 2. 92. Item urbs Ioniæ ad Mæandri oſtia Ptolemæo, nunc *Demonage*, teſte Moletio. Eſt & Liguriæ vicus, item Phocidis, Magneſiæ & Lyciæ.

Pyrrhæa, quæ & *Pyrrha*, Theſſalia ſic dicta à *Pyrrhâ* Deucalionis uxore. Strabo ad calcem libri noni: Καθόλου δ' ὅτι μετέπεσεν ἀνομάσθη Πύρραια ἀπὸ Πύρρας τῆς Δευκαλίωνος γυναικὸς. Rhianus de variis Theſſaliæ appellationibus.

Πύρρων δὴ πόλις τιὼν πολυαύτρων κλήσσονι,
Πύρρης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο,
Αἰμονίλιν δ' ἐξαῦτις ἀφ' Αἴμονος, ὃν ῥα Πηλασγὸς
Γείτονι φέρτερον ὦκεν, ὁ δ' αὖ τίκε Θεσσαλὸν Αἶμον.
Τῷ δ' ἀπὸ Θεσσαλίλιν λαὸν μετωνόμασσε.

Pyrrhæ, urbs Phocidis. Hom. Iliad. β. quam ἐπιθετικῶς πετρήεσσαν vocat. Unde monendi ſumus erraſſe Gerbelium, imò Rhodiginum Cælium, qui epitheton pro nomine proprio urbis accipiunt.

Q.

Quadi, Germaniæ populi. Tacitus: *Juxta Hermunduros Nariſci, ac deinde Marcomanni, & Quadi agunt. Eaque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur.* Ergo Quadi in Danubii ripâ: ſc. infra Marcomannos. Ptolemæus: Ὑπὸ δ' Ἑρμίνιον δρυμὸν Κυάδοι, ὑφ' οὓς τὰ σιδηροφυχεῖα, καὶ ἡ Λύγα ὕλη, ὑφ' ἣν μέγα ἔθνος, οἱ Βαΐμοι, μέχρι τῶν Δανουΐων. Bæmos vero eoſdem eſſe, quos Marcomannos, maleque hoc ultra Bojohæmum, notat clariſſimus Cluverius. Id tamen haud falſum, quod ſub Hercyniâ ſylvâ, i. e. ſub Bojohæmo ponuntur Quadi. Ferri autem iſtæ ſecturæ fuerunt in eo montium jugo, quod à Moraviæ opido Oſtra, & fluvio *Morawa* ad Viſtulæ fontem procurrit. Strabo lib. 7. ex emendatione Cluverii: Ἐν ταύτῃ δ' ἔστι καὶ ὁ Ἑρμίνιος δρυμὸς, καὶ τὰ ὄρη Σουήβων ἔθνη, τὰ μὲ οἰκούμενα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ. (Ἐν ᾧ δὲ καὶ τὸ Βοΐαιμον, τὸ τῶν Μαρκομάνων βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον ἄλλους τ' μεταναίσσοι πλείους, καὶ δὴ τοὺ δημοθενῆς ἑαυτῷ Μαρκομάννες· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀγγέλοις ἔτος ἐξ ἰδιώτης, μὴ ἐκ Ῥώμης ἐπόνευσον νέος· ὃ δὲ αὖ ἐσθῆτα καὶ εὐρυχείετο ὑπὸ τῶν Σεβαστῶν ἐπαρχῶν ἢ Ἰουλιάδων, καὶ κατεκτήσατο, ὡς οἱ ἔπον, Λυγίους, τὸ μέγα ἔθνος, καὶ Λεμοβίους, καὶ Γίτονας, καὶ Βυρσυνδίωνας, καὶ Σιδινὲς, καὶ ὄρη Σουήβων, αὐτῶν τὸ μέγα ἔθνος Σίμβωνας) πλὴν τάγε ὄρη Σουήβων, ὡς ἔρλω, ἔθνη, τὰ μὲ ἐκτὸς οἰκεῖ, τὰ δ' ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ, καθάπερ τὰ ὄρη Κυάδων, ὁμορα τοῖς Τίτιοις. A Dione lib. 71. ubique Quadi Marcomannis, ac Jazygibus conjunguntur. Ac ſanè ſocietatem ipſis armorum contra Romanos ſemper fuiſſe etiam poſterioribus ſeculis, vel ex uno Marcellino ſatis patet, lib. 17. *Auguſto inter hæc quieſcente per hyemem apud Sirmium, indicabant Nuncii graves & crebri, permixtos Sarmatas & Quados, vicinitate & ſimilitudine morum, armaturaque concordes, Pannonias, Mœſiarumque alteram cuneis incurſare diverſis.* Vide quæ ſequuntur. Unde liquebit, Quadorum gentem ad flu. Granuam uſque tunc temporis pertinuiſſe. Quod etiam atteſtatur M. Antoninus Imp. in vitâ ſuâ, lib. 1. his verbis: Τὰ ἐν Κυάδοις, πρὸς τῷ Γρανύᾳ. Adverſus hos Quados Marcomannis junctos non ſine proſpero ſucceſſu bella geſſiſſe Imperatorem prædictum, autores ſunt Dio Caſſius, & Jul. Capitolinus. Sed & Lucianus in Pſeudomanti, cujus hæc ſunt verba: Ὅτι δὲ ὁ Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κυάδοις συνεπλέκετο. Eam expeditionem celebriorem reddiderunt Chriſtianorum ſupplicibus impetrati cœlitus imbres, cum exercitus ſiti fere confectus jam eſſet. Meminere Tertullianus ad Scapulam, & in Apolog. cap. 5. & ex eodem atque Apollinario Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 5. & Chron. lib. 1. & 2. Nicephorus Calliſtus lib. 4. cap. 12. Zonaras Annal. Tom. 3. Xiphilinus in Marco. Oroſius hiſt. lib. 7. cap. 15. Otho Friſingenſis Chron. lib. 3. cap. 25. Jo. Aventinus Boior. Annal. lib. 2. aliique. Quanquam illud Caſſius, Arnuphis Ægyptii, vel Juliani, ut apud Suidam alius neſcio quis, Magicis procurationibus, Marci ipſius precibus Capitolinus, moribus pietateque Claudianus, Chriſtiano nomine iniquiores, adſcribant. Gataker.

Quadrata, Romæ locus in Palatio, ante templum Apollinis dicitur, ubi repoſita ſunt, quæ ſolent adhiberi boni ominis gratiâ, quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem *quadratam*. Ejus loci Ennius mem. cum ait,

Et qui ſe ſperat Romæ regnare Quadratæ.

Ita author noſter. At vero Ennius non Romæ locum aliquem peculiarem *Quadratam* vocat, ſed totam Romam ſic olim vocatam perhibet. Solinus cap. 1. *Dictaque eſt Roma primum Quadrata*: dein Ennii verſum producit. Plutarchus in Romulo: Ῥωμύλῳ δ' ἐν τῷ καλουμένῳ Ῥώμῃ Κυαδράτῳ, ὅπερ ὀκτὼ πλέθρων ἦν.

Quadrata, Germ. op. Anton. Et Italiæ mediterranea urbs. Lib. Notit.

Quadratum, op. Pannon. ſuper. in Carniola ad Saum flu. inter Vacorium ad occ. & Labacum ad ort. 6. leuc.

Quadriburgium, Quaetraed Ortelio, pag. Germ. inf. inter Colon. Agrippinam & Juliacum. Al. eſt *Wæringen*, pagus ejuſdem Germ. ad Rhenum, inter Coloniam prædict. & Noveſium in medio. Long. 28. 10. Lat. 50. 59. Eſt & *Quadriburgium* in Lib. Notit. op. geminum. Unum in Norico Ripenſi; alterum in Valeria Ripenſi.

Quantia, Canche, flu. Gall. Belg. ex Arteſia per Picardiam in Oceanum Britan. influens, non longe ab Hedena, & Monaſteriolo decurrens.

Quariates, pop. Gall. Narbon. in Provinciæ mediterraneis, inter Suetros, & Adunicates, juxta Alpes maritimas. Plin.

Quaris, urbs Bactrianæ, ad Oxum flu. Ptol.

Quarius, flu. Bœotiæ, apud Coroneam urb. qui & *Coralius* ab Alcæo nominatur. Item flu. Theſſaliæ.

Quartenſis pagus, Weert, pag. Belgii in Brabantiâ à Ruremunda 3. leuc. in occ. Item op. Hiſp. Tar. à Valentia 4. m. p. Toletum verſus, vulgò *Quart*. Item caſtr. ſeu pag. Liguriæ, ab Aſta urb. 4. m. p. Alexandriam verſus, vulgò *Quarta*.

Quedelinburgum, op. Saxon. ſuper. 2. mill. Germ. ab Halberſtadia in merid.

Quercetum, Queſnoy, urbec. Belgii in Hannonia, 3. leuc. à Landrecio in bor. & 5. à Cameraco in ort.

Querquerni, pop. Hiſpan. citer. Gallæciæ finitimi.

Quilva, urbs Africæ in inſ. cogn. regn. cogn. cap. in Zanguebariâ reg. & in ora Oceani Æthiopici.

Quimperlæum, Quimperley, op. Gall. in Britan. min. 2. leuc. à Coriſopito in ort. Blabiam verſus.

Quina, Arrades Marmolio, colon. & op. Africæ propriæ mediter. in Bagradam & Tritonem flu.

Quintinopolis, S. Quintin, urbs Gall. in Picardia, 6. leuc. à Perona in ort. 9. à Noviodunо in Bor.

Quinda, urbs Ciliciæ ſupra Anchialem.

Quinque Eccleſiæ, Funfkirchen Germanis, Otegiazac, v. Hungariis, urbs Pannoniæ infer. in Hungariâ, non longe à Dravo flu. 6. mill. Germ. à Danubio in occ. & 23. à Taurino in Circium. Long. 42. 08. Lat. 46. 09.

Quintanæ, & *Quintianæ*, vulgo *Kyntzen*, Col. & urbs Vindelicæ, ſeu Bavariæ ad Danub. à Patavia urbe 5. leuc. in occ. Ratiſponam verſus.

Quintanæ, locus Latii in via Lavicana ab Urbe 15. m. p.

Quintanica, Vilſſe flu. Vindelicæ in Bavariâ.

Quintia prata, locus Romæ trans Tiberim, apud Navalia, 4. jugerum, Quintii Conſ. ſeu Dictatoris.

Quintia via, quæ ab urbe Roma in Sabinos ducebat, Salariæ proxima, teſte Onuphrio.

Quirinalis mons, qui & *Agonus* unus ex 7. collibus urb. Romæ. Hodie *Monte Cavallo* dicitur. Ovid. Faſt. lib. 6.

Inque Quirinali conſtituere jugo.

Quirinalis porta, quæ & *Agonalis* & *Collina*, una ex portis urb. Romæ. Hodie *Porta Salara*.

Quirites, propriè loquendo ii fuere qui *Cures* incolebant, Sabinorum opidum, in quo regnabat Tatius; uti *Romani* vocabantur,

vocabantur, qui cum Romulo *Romam* tenebant. Verum poſt fœdus ictum inter Romulum ac Tatium pro eodem populo habiti ſunt *Romani*, & Quirites: unde *Quiritari* pro *populi Romani auxilium implorare*. Dubium vero num *Curibus* ſit nomen à *Curis*, quæ Sabinis, teſte Feſto, *haſtam* ſignificat, an *haſtæ* à populo *haſtato* ſit impoſitum nomen. Ovidius de *Quirini* appellatione varias eſt contentus adduxiſſe opiniones; judicium vero ſuum non interponit. Sic enim ait Faſt. 2.

Sive quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis
Bellicus à telo venit in aſtra Deus.
Sive ſuo regi nomen poſuere Quirites,
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Priorem hujus tetraſtichi verſum quod attinet, ei adſtipulatur Halicomaſſeus Dionyſius lib. 2. Κυρεῖς δ' οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσι. Mart. deducit ab קרח *charah fodio*, vel à קרע *Kara rumpo, lacero*, & Arabicè *pulſo*. Poteſt etiam deduci à Gr. κορύσσω *armo*.

R.

RAceburgum, Ratzenburg, urbs Saxoniæ, inter 6. mill. à Severino in occ.

Radiantia, Rednitz, flu. Franconiæ paulo infra Bambergam Mœno ſe miſcens.

Radnoria, Radnor, op. Walliæ, com. cogn. caput, 15. m. p. ab Herefordia in Circium, & 20. à Salopiâ in merid. Rageia, Mediæ op. à Nicanore conditum. Strabo. Vide Bochart. Geogr. Sacr. pag. 106.

Raria, campus in Eleuſine, in quâ Triptolemus primùm ſeminaſſe dicitur. Stephanus: Ῥάριον, πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ Ῥαρία γῆ, Ῥαρίας ἡ Δημήτηρ. Malè apud Heſychium: Ῥάριον, παιδίον, pro πεδίον. Nomen hoc inditum erat illi campo à *Rharo*, Triptolemi patre. Heſychius: Ῥάρος, ἰσχυρὸς, καὶ ὄνομα τοῦ Τριπτολέμου πατρός. Filius hic erat Cranal, ut idem alibi: Κραναοῦ υἱὸς Ῥάρος.

Ratæ, Antonino. *Raga* Ptolemæo, Coritanorum urbs in Britanniâ. Vulgò *Leiceſter*, ut putat Camdenus. *Ratiford* v. Talboto. Long. 19. 58. Lat. 53. 04.

Ratiaſtum, Lemovicum urbs. Ptol. vulgò *Limoges*. *Rais* v. Bertrando.

Ratisbona, urbs libera German. ubi ſæpè fiunt Imperii Comitia, in Bavaria inferiore & in lim. Palatinatûs ſuperioris, 15. mill. Germ. à Monachio in Bor. 17. ſupra Patavium in occ. & 16. ab Auguſta Vindelicorum in Cæc. Long. 34. 18. Lat. 49. 00.

Ravenna, urbs Gall. Togatæ, Æmiliæ archiepiſc. & metropolis apud oram litoream inter Ferrariam 50. & Ariminum in ort. 35. m. p. à Bononiâ 45. ab Anconâ 102. Ἀρχαίαν πόλιν vocat Geographus lib. 5. Unde Claudianus de 6. Conſ. Honorii:

Dixit, & antiquæ muros egreſſa Ravennæ
Signa movêt, jamque ora Padi, portuſque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Æſtuat, & pronas puppes nunc amne ſecundo,
Nunc redeunte vehit, nudataque litora fluctu
Deſerit, Oceani lunaribus æmula damnis.

Silius Italicus lib. 8.

Quique gravi remo limoſis ſegniter undis
Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Ravennæ.

Sidonius Apollinaris Carm. 9.

Undoſæ petiit ſitim Ravennæ.

Nempe inter marinas paludes dulcibus aquis deſtituebantur Ravennates. Martialis:

Sit ciſterna mihi, quam vineæ, malo Ravennæ:
Cum poſſim multo vendere pluris aquam.

Ranarum, culicumque multitudinem in his paludibus adnotavit idem Martialis:

Meliuſque ranæ garriant Ravennates,
Et Hadrianus dulcius culex cantet.

Strabo lib. 5.

Ἐν δὲ τοῖς ἕλεσι μεῖζόν ἐστι δεῖ Ῥαβέννα.

Zoſimus Comes lib. 5. Ῥαβέννη μητρόπολίς ἐστι Φλαμινίας, πόλις ἀρχαῖα, Θεσσαλίων ἀποικία, Ῥώμη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι. Long. 34. 53. Lat. 43. 54.

Ravius, lacus Hiberniæ, flu. cognominem emittens in occid. per Connaciam fluentem, & inter Dumbroſam, ac Dungallam urbes in Oceanum labentem. Ptol. *Erne* ex tab. recent.

Rauraci, qui & *Raurici*, & *Rauriaci*, pop. Germ. Helvetiis finitimi. Cæſar Comm. lib. primo, de Helvetiorum expeditione loquens: *Perſuadent Rauracis, & Tulingis, & Latobrigis, finitimis ſuis*, &c. Plin. 4. 12. ubi de Danubio: *Ortus hic in Germaniæ jugis montis Abnobæ, ex adverſo Raurici Galliæ opidi*, & cap. 17. ejuſdem libri: *Mediomatrices, Sequani, Raurici, Helvetii.* Fuere igitur in Rheni ripâ, inter Helvetios ac Sequanos. Opida tempore Plinii Rauracos nulla habuiſſe, niſi unum, teſtis eſt ipſe ubi ſupra; nam ſi plura fuiſſent, nomen huic proprium tribuiſſet, quo ab reliquis diſcerneretur. Næ Ammiani quidem ævo plura fuiſſe exiſtimo. Sic enim ille lib. 14. *Prope Rauracum ventum eſt, ad ſupercilia fluminis Rheni.* Ptolemæus vocat Αὐγοῦσταν Ῥαυρικῶν. Antoninus ac tabula Itineraria, *Auguſtum Rauracum.* Plin. 4. 7. *Coloniam Rauriacam.* Nomen *Auguſtæ* in vulgari uſu pernanſit. Extat etiamnum eodem loco in pago admodum exiguo, vulgo *Auguſt* dicto, ad Rheni ripam 6. m. p. ſupra Baſiliam ſito. Juliani tempore urbem deſtructam fuiſſe, patet ex Eunapii Sardiani hiſtoriâ; qui ita de Juliano: Ἦλθε δὲ λῶν ἐπὶ τοὺς Ῥαυρίκους ὃ ὄτι φεύσιον. Vide ſis Cluver. de Ant. Germ. p. 353. Incolæ hodie *Baſler* ſunt Tſchudo in territorio Baſilienſi.

Reate, op. Sabinorum; vocabulum ejus indeclinabile, ut *Ateſte, Tergeſte*, &c. niſi quòd ea habeant genitivum in *tis*. Græcis autem ὁ Ῥεάτης, ut Prænestæ ὁ Πραινέστης. Hinc Straboni lib. 5. obliquus caſus eſt τῷ Ῥεάτῳ, ac Dionyſio lib. 1. aliquoties, ἀπὸ τῆς Ῥεάτης. At Stephani epitomator ita habet: Ῥεᾶτον, πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Ῥεατῖνος. Ejus mem. Silius lib. 8.

Hunc Foruli, Magnæque Reate dicatum
Cælicolum matri.

Opidi vetuſtiſſima eſt origo; quod Aborigines, à Sabinis urbe ſuâ *Liſtâ* pulſos, intra ſeſe recepiſſe, Dionyſius lib. 1. teſtatur, quod ante bellum Trojanum factum eſt. Quapropter Virgilio Æn. 7. in Catalogo Sabinarum urbium non recenſeri miratur Cluverius, quem ſis vide Ital. Ant. p. 676. Long. 36. 36. Lat. 42. 20.

Recem, civitas in tribu Benjamin. Joſ. 18. fil. Hebron. 1 Par. 1. Rex item Madianitarum, Num. 31. quem Joſephus lib. 4. ſcribit ſui nominis condidiſſe urbem, à Græcis poſtea *Petram* dictam. Lat. *vacuus*, vel *vanus*, vel *pictura varia*, aut *ſaliva eorum*. Idem Joſeph. cap 7. lib. 4. Ῥεκέμ δὲ πόλις ἐπώνυμος τοῦ παῖ αὐτίκα τοῦ Ἀραβίων ἔχουσα γῆς. Et rurſus: Ἀρεκάμη καλεῖ Πέτρα παρ' Ἕλλησι λεγομένη. Euſebius de locis Hebraicis: Ῥεκὲμ αὕτη ὅτι Πέτρα πόλις τῆς Ἀραβίας ἧς ἐβασίλευσε Ῥοκόμ. Quin tota regio indidem *Recem*, vel *Rocom* eſt appellata. Epiphanius in hæreſi, Melchiſedechianorum: Ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τῇ Πετραίων Ῥωκὼμ ἤ καὶ Ἐδὼμ καλουμένη. Vide Bochartum de Phœn. Col. p. 765.

Regillus, urbs Sabinorum. Steph. & Halicarn. Eſt etiam lacus Plinio Latii in agro Tuſculano, Liv. lib. 2. Vide Cluver. de Ital. Ant. lib. 3. cap. 5.

Regium. Vide *Rhegium.*

Regium, op. Gall. Ciſalpinæ, à Lepido ædificatum; unde *Regium Lepidum* vocatur. Long. 32. 26. Lat. 43. 50.

Regius campus, locus prope Rhenum, inter Ryſam, Arulamque Helvetiorum flu. Æmil. lib. 8.

Regni, Angliæ pop. Ptol. quorum op. *Regnum* vulgo. *Ringwood* in agro Hantonenſi, à Ventâ Belgarum 23. m. p.

Rha, Sarmatiæ flu. in Europâ, hodie *Volga*, Tartaris *Edel* dicitur. Armeni eum *Thamar* appellant, uti ſcribit Gurchinus. Am. Mar. lib. 22. Huic (Tanai ſc.) Rha vicinus eſt amnis, in cujus ſuperciliis quædam vegetabilis ejuſdem nominis gignitur radix, proficiens ad uſus multiplices medelarum. Pomponius lib. 3. cap. 5. *Sed qui famam habent, ex Cerauniis montibus uno alveo deſcendit, duobus exiit in Caſpium Rha.* Verum (annotante illic clariſſimo Voſſio) non rectè fluvium hunc ait oriri ex Cerauniis montibus, quorum ſitus notus eſt ex Ptolemæo, cum remotiſſimis oriatur fontibus, ac plus quam quadringentas Germanicas leucas curſu ſuo conficiat. Sed neque illud verum, duobus tantum alveis in Caſpium mare exire: Septuaginta enim oſtia numerarunt, qui viderunt, aut etiam plura: quamvis alii viginti quinque tantum referant, quod de majoribus forſan & permanentibus oſtiis eſt intelligendum. Quum vero ſcribit uno alveo deſcendere, tum quoque errat, quum plurimi in eum amnes, partim in Tartariâ, partim in Moſcoviâ nati, influant, quod hodiernâ experientiâ compertiſſimum. Diverſi illi *Rha*, ſive *Volgæ* fluminis fontes noti fuere jam olim Ptolemæo. Præter duos longiſſimè à ſe invicem diſtantes fontes, quos ex Hyperboreis ait oriri montibus, amnibus quoque aliquot augeri ait, qui ex Rhymnicis montibus in eum influant. Verba ejus hæc ſunt, agens de Scythiâ intra Imaum, & Rhymnicis in eâ montibus: Ἀφ' ὧν ῥέουσιν ὅ τε Ῥύμνος καὶ ἄλλοι πινὲς εἰς τὰ Ῥᾶ πόλαμὸν· οἱ δὲ συμβάλλοντες τῷ Δαΐκι πόλαμῷ καὶ τὸ Νόεφωνον ὄρος. Sic habent veteres manu exarati libri, & rectè. Vulgata enim lectio falſa eſt, & meras offundit tenebras. Ex Rhymnicis montibus præter Rhymnum, qui proprio oſtio in

mare Caſpium exoneratur, egrediuntur quoque alii amnes, quorum aliqui *Rha* flu. ſubeunt, alii *Daici* conjunguntur flumini, qui vulgò *Jaick* appellatur. Hinc nomen *Rha* Ponticæ radici. Atqui *Rhabarbarum* hodiernum nihil commune habet cum vero *Rhabarbaro*. Et ſpecie & virtute plurimùm differt, hoc ſynthicòn, illud vero *καθαρτικόν*. At poſtquam ex iiſdem oris, unde prius *Rha Barbarum*, à mercatoribus allata fuit radix illa, quæ apud ſolos creſcit Sinenſes, ac *Taihoang* ab ipſis nominatur, uſus obtinuit, ut in illam *Rhabarbari* appellatio transferretur. Hæc Voſſius.

Rhacotes, Alexandria prius ſic dicta. Steph. Strabo: Κατοικίαν δ' αὐτοῖς ἔδοξε ἡ σφετερισθεῖσα Ῥακῶτιν, ἣν νῦν μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρέων πόλεως ὀνομάζουσι, παρακείμενον δὲ νεωρίων, τότε δὲ κώμη ἦν μόνη. Pauſanias in Eliacis prioribus, ubi de Alexandriâ: Λέγεται δὲ καὶ φεύγοντα ἐκ πόλεμα Αἰγυπτίων ἐνταῦθα ἀφικέσθαι Ῥακῶτιν.

Rhætia, reg. gemina: prima inter ortum Rheni, ſeu inter Rhenum à capite uſque ad lacum Brigantinum, Danubium, Lycum, & ortum Oeni: cujus pop. Rhæti, *Grawpuntner*, & Italis *Griſoni* dicuntur. Altera, teſte Welſero, Vindelicia appellatur à Ptolemæo, à primâ Lyco flu. diviſa. Aliis vero ex Lib. Notit. Rhætia I. ea appellatur, quæ Italiæ contermina eſt, Inſubriæ ſc. & Cenomannis Venetiæ; in quâ tota Rhætorum regio, cujus caput eſt Curia, urbs & Comitatus Tirolenſis continentur. Rhætia autem II. à Curiâ uſque Danubium, à Vindelicià ſeu Bavariâ Lyco flu. diſcreta; quæ Suevia Ciſdanubiadici poteſt. Ejus mem. Claudianus:

Prominet Hercyniæ confinis Rhætia ſylvæ.

Vide omnino Cluverium in Vindelicià & Norico cap. 2. Itemque de Ital. Ant. lib. 1. cap. 16. Hinc *Rhætica juga*, quæ & *Alpes Rhæticæ*, *Monte Braulio* Italis, & *Wurmſerloch* Germanis, quæ ad Inſubrum & Cenomannorum confinia extenduntur. Inde *Rhætica vina*, quibus maximè delectatum Auguſtum Cæſarem ſcribit Suetonius, *maximè*, inquit, *delectatus eſt Rhætico*. Hinc forte Virg. Georg. 2.

——*Et quo te carmine dicam*
Rhætica? Nec cellis ideo contende Falernis.

In explicando Poeta diſſentiunt Seneca & Plinius. Priori enim lib. 1. Nat. Qu. cap. 2. videtur Virgilius incertus fuiſſe, laudaretne, an vituperaret Rhæticum vinum. Poſterior lib. 14. cap. 6. ita: *Iſi Veronenſi item Rhætica, Falernis tantum poſthabita à Virgilio.* Quæ poſterior ſententia Turnebo placuit, & ad mentem Poetæ propius accedere videtur.

Rhaga, Mediæ urbs à Nicanore condita, quæ & *Rhagæ*. Olim *Europus* vocabatur, deinde *Arſace*, ab *Arſace* rege Perſarum. Gentile *Rhagenus*.

Rhage, ſeu *Rage*, *Nottingham*, ut aliquibus videtur, op. Angliæ inter Conventriam ad occ. & Lincoln. ad ort. Ptol. Aliis *Rhatæ* Antonino eſſe videtur.

Rhamnus, Atticæ reg. vicus in tribu Æantide, Amphiarai templo, & Nemeſis Phidiacæ ſimulacro inſignis, quæ ab hoc vico *Rhamnuſia* dicta eſt. Hæc indignationis Dea putabatur, ab iis pœnas repetens, qui præſentibus bonis ſe indignos præbuiſſent. Ovid. Triſt. lib. 5. eleg. 8.

Exiget ab dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Claudianus:

Sed Dea quæ nimiis obſtat Rhamnuſia votis.

Suidas: Ῥαμνόσιος, ὅτι τῶν σοφῶν, καὶ ἀλλογίμων. Ῥαμνοῦς δὲ δῆμος Ἀττικῆς, ἐν ᾧ καὶ Ἀδραστεῖα ἵδρυται καὶ Νέμεσις παρὰ μίαν ἐλάττων τῶν βίᾳ, ὅτε οὐ θεμιτὸν ἦν Ῥαμνουσίους ἁλῶναι. Cæterum de fano Amphiarai, quòd in Rhamnunte non fuerit, vide Voſſ. ad Melam 2. 3.

Rhebas, qui & *Rhebus* Val. Flacco, *Rhebanus* Orpheo, *Rhebæus* Apollonio, flu. Bithyniæ ex Olympo monte oriens & in Euxinum mare apud Pſillidem labens. *Ribas* hodie Petro Gyllio. Dionyſius verſ. 794.

Ῥήβας, ἐνὸ' ἐρέτειον ὀπιπεύσιμον ῥεῖθρον,
Ῥήβας, ὃς Πιτύοιο φέρει σαμάτεσσιν ὀδεύειν,
Ῥήβας, ὃ κλύσιον ὅτε χθονὶ σύρε) ὕδωρ.

Ubi Montanus. Cur exigui fluvii *Rhebæ* ſeu *Rhebantis*, (nam utroque modo inflecti Euſtathius teſtatur, Ῥηβαντίας γῆς ab eo denominatæ Arrianum meminiſſe affirmans) tam ſolennis mentio à Dionyſio facta eſt, adeo ut ejus nomen, veluti Thymbridis verſ. 352. per Anaphoram ter repetitum ſit, (quem eum Ptolemæus & Strabo ne nominare quidem dignentur) niſi cum Suidâ, leve hoc argumentum arripiamus, ad confirmandam opinionem, quod ipſe Byzantius fuerit? Plinius quidem hujus flu. mem. lib. 6. cap. 1. & aliter *Rheſum* dictum refert: *A faucibus Boſpori eſt Rhebas fluvius, quem aliqui Rheſum dixerunt, deinde Pſillis.* Val. Flac. lib. 4. Argonaut.

Litora longinqui quà exirent flumina Rhebi.

Si quis (inquit Bochartus) רפת *Riphat* malit, eo alludet *Rhebus*, vel *Rhebæus*, vel *Rhebanus*, Bithyniæ amnis in Pontum exiens, non procul à Paphlagoniâ. Apollonius lib. 2. Argonaut.

Ἐς ὅτε Ῥηβαίου μεγακὰς σκόπελόν τ' Κολώνης
Παφλαζόντες ἐβαλλον.

Orpheus Argonaut. verſ. 711.

Ῥηβαΐδ' μεγακάσι μέλαν' ἐξικόμεσθ' ἀκτλώ.

Arrianus in Periplo: Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱροῦ πλέουσι ἐν δεξιᾷ Ῥῆβας πόλεμός. Sed & Apollonius ubi ſupra:

Ῥήβαν ὠκυρόλου πόλεμὸν, ἀκτλώ τε μέλαιναν.

Rhebas etiam regionis nomen, cujus pop. *Rhebæi*, Stephanus: Ῥήβας, πόλεως Φρυγίας τῷ Ἰόνλῳ, ἐφ' ᾧ καὶ χῶρα, τὸ ἐθνικὸν Ῥηβαῖοι.

Rhedones, Gall. Celt. pop. Cæſar. *Rennes en Bretagne.*

Rhegianum, Myſiæ infer. op. Ptol. *Roſi* Nigro.

Rhegium, op. in Viâ Æmiliâ, Tanneto proximum, Scribendum *Regium*. Dicebatur enim primo *Forum Lepidi*, poſtea vero *Regium Lepidum*. Feſtus, *Rhegium*, inquit, *ſignificare oportere, ait Verrius, id municipium, quod in freto Siciliæ eſt: quoniam id dictum eſt à rumpendo, quod eſt Græcè ῥαγλῶσα, eò quidem magis, quia in Gallià Ciſalpinâ, ubi Forum Lepidi fuerat, Regium vocatur.* Diſcrimen voluit eſſe debere Verrius in Orthographiâ. Illud opidum ad fretum Siculum Græco modo, ſcribendum eſſe cum aſpiratione *Rhegium*; quia Græcum ejus eſt vocabulum: hoc vero in Gallià Ciſalpinâ ſine ſpiritu *Regium*, qu. à *regiæ* cujuſdam dignitatis argumento. Hinc apud Phlegontem Trallianum in Macrobiis, ubi bis nominatur πόλις Βασίλεια putat Cluverius idem eſſe opidum, quod ibidem ſexies vocatur πόλις Ῥήγιον, quem ſis vide de Ital. Ant. lib. 1. pag. 276. Long. 35. 35. Lat. 41. 40.

Rhegium, extremum agri Brutii op. cognomento *Julium*. Ptol. Σκιλλαίου ἄκρον, Ῥήγιον Ἰούλιον, Λακωνικὰ ἄκρα. Vulgò nunc incolis, & elegantius loquentibus, *Reggio* dicitur. Mela adverſo itinere incedens, lib. 2. cap. 4. *Columna Rhegina, Rhegium, Scylla.* Ubi male *Rhegium* ponitur inter Columnam & Scyllam, cum Columna fuerit inter Scyllam & Rhegium. Opidani inde fuere *Rhegini* (*Rhegienſes* enim vel *Rheginenſes* ſunt incolæ *Rhegii*, vel *Regii Lepidi* in Gall. Ciſpadanâ) Stephanus: Ῥήγιον, πόλις Ἑλλωϊς, ὁ πολίτης Ῥηγῖνος. Plin. 3. 8. *Columnam Rheginam. Ab hoc deſciſcendi argumento Rhegium Græci dedere opido, in margine Italiæ opido.* Ejus mem. Ovid. Met. 14.

Oppoſitumque petens contra Zancleia ſaxa
Rhegion ingreditur.——

Dictam ſic volunt ἀπὸ τοῦ ῥηγνύναι, quod ibi Sicilia ab Italiâ credatur eſſe *rupta* vel *avulſa*. Cui ſententiæ mordicus adhærent Poetæ. 1. Virg. lib. 3. Æn.

Hæc loca vi quondam & vaſtâ convulſa ruinâ
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus utraque tellus
Una foret, venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque & urbes
Litore deductas anguſto interluit æſtu.

2. Ovid. Met. 15.

——*Zancle quoque juncta fuiſſe*
Dicitur Italiæ, donec confinia pontus
Abſtulit, & mediâ tellurem reppulit undâ.

3. Lucanus Pharſal. lib. 3.

Curio Sicanias tranſcendere juſſus in urbes,
Quà mare tellurem ſubitis aut obruit undis,
Aut ſcidit, & medias fecit ſibi litora terras.
Vis illic ingens pelagi, ſemperque laborant
Æquora, ne rupti repetant confinia montes.

4. Valerius Flaccus Argonaut. lib. 1.

——*Neque enim tunc Æolus illis*
Rector erat, Libyca cum rumperet advena Calpen
Oceanus, cum fluens Siculos Oenotria fines
Perderet, & mediis intraret montibus unda.

Idem libro ſecundo:

Has etiam terras, conſortaque gentibus arva,
Sic pelago pulſante, reor, Neptunia quondam
Cuſpis & adverſi longus labor abſcidit ævi;
Ut Siculum Libycumque latus: ſtupuitque fragorem
Janus, & occiduis regnator montibus Atlas.

5. Silius Italicus de bello Punico 2. lib. 14.

Auſoniæ pars magna jacet Trinacria tellus,
Ut ſemel expugnante Noto & vaſtantibus undis
Accepit freta cæruleo propulſa tridente.
Namque per occultum cæcâ vi turbinis olim,
Impactum pelagus laſcerato viceræ terræ
Diſſicit, & medio perrumpens arva profundo
Cum populis pariter convulſas tranſtulit urbes.

6. Claudianus de raptu Proſ. lib. 1.

——*Trinacria quondam*
Italiæ pars una fuit, ſed pontus, & æſtus
Mutavere ſitum: rupit confinia Nereus

Victor,

Victor, & a[illegible]s interluit æquore montes,
Parvaque cognatas prohibent discrimina terras.

7. Statius Thebaidos lib. 3.

——It clamor ad auras,
Quantus Tyrrheni gemitus salis; aut ubi tentat
Enceladus mutare latus; procul igneus antris
Mons tonat, exundant apices, fluctusque Pelorus
Contrahit, & sperat tellus abrupta reverti.

Idem Sylv. lib. 1.

——Sic dissociata profundo
Erutia Sicanium circumspicit ora Pelorum.

8. Dionysius in Περιηγήσ, vers. 467.

Τειναχείη δ' ἐπὶ τῆσιν ὑπὲρ πέδον Ἀυσονιάων
Ἐκλέτας, πλαδερῆσιν ἐπὶ τεισὶν ἐκκυΐαι, &c.
Τῆς μὲ παρὲξ βορέλω ὁλοὴ ναύτῆσι κέλευθος,
Στεινὴ ἐ, σκολιὴ ἐ καὶ ἀχλὺς, ἦχι θάλασσα
Συεργμένη μακρῆσι παρεξρεμὲς ἀπλάδεσσιν,
Ἀονίῃ τιμηθεῖσα πολυσλώχνι σιδήρῳ.

Vide ſis illic Euſtathium. Hactenus poetæ; reliquos auctores ſententiam hancce confirmantes videat, ſi vilit, lector apud magnum Cluverium de Sic. Ant. lib. 1. cap. 6. de quo etiam nos plura in *Sicilia*.

Rhemi, vulgò *Reims*, pop. & urbs Gall. Belg. Archiep. & Campaniæ metropolis, à *Rhemo* Galliæ rege, ut quidam volunt, dicta, ubi Galliæ reges inaugurantur, populi *Rhemenſes* & *Rhemi*. Lucanus lib. 1.

Optimus excuſſo Leucus, Rhemuſque lacerto.

Long. 25. 20. Lat. 49. 40.

Rhemnius Palæmon, Grammaticus, qui gloriabatur ſecum natas eſſe literas, ac ſecum demum morituras. Idem M. Varronem porcum appellare non eſt veritus.

Rhene, *Rhenea* Straboni, *Rhenis* Stephano, quæ & *Artemitis* & *Celaduſſa* prius, teſte Plinio dicta eſt, *Fermene* hodie Sophiano, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, inter Ceam & Delum.

Rheni, pop. juxta Rhenum incolentes, inter Helvetios ac Rhætos. Perſius Sat. 6.

Eſſedaque ingenteſque locat Cæſonia Rhenos.

Rhenus, flu. Italiæ, ex Apennino monte oriens, ac per Galliam Togatam in Romandiolâ per agrum Bononiæ, ab eâ non longè fluens, in Padum ſuper Ferrariam labens: *Il Rhen*, & *Rheno* hodie dicitur. Silius lib. 8.

——Parvique Bononia Rheni.

Rhenus, notiſſimus, & maximus Germaniæ poſt Danubium fluvius, illam à Galliâ diſterminans. Primus auctorum, quorum monumenta nobis ſuperſunt (nam qui Ariſtotelis operibus nomen ejus immiſcent, opido quam imperitè faciunt) Rhenum, retulit Jul. Cæſar, in Com. de bello Gallico. Deſcripſit autem eum ſic: *Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt: & longo ſpatio per fines Nemetum, Helvetioſum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum, citatius fertur: & ubi Oceano appropinquat, in plures diffluit partes, multis ingentibus inſulis effectis (quarum pars magna à feris barbariſque nationibus incolitur; ex quibus ſunt, qui piſcibus, atque ovis avium vivere exiſtimantur) multiſque capitibus in Oceanum influit.* Poſt Cæſarem omnes ferè auctores Græci juxta atque Latini, ſcriptis ſuis eum celebrarunt. Tacitus, Annal. 2. *Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur; ſervatque nomen ac violentiam curſûs, quâ Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens. Verſo cognomento, Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosâ flumine; ejuſque immenſo ore eundem in Oceanum effunditur.* Idem libro de Germaniâ: *Rhenus Rhæticarum Alpium inacceſſo ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem verſus, ſeptentrionali oceano miſcetur.* Mela l. 3. c 2. *Rhenus ab Alpibus decidens, prope à capite duos lacus efficit, Venetum, & Acronium; mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur.* Dio lib. 39. Ὁ δὲ Ῥῆνος ἀναδίδωσι μὲν ἐκ τῶν Ἀλπεων τῶν Κλυπιῶν, ὀλίγον ἔξω τῆς Ῥαιτίας. Περιχωρῶν δὲ ὀπὶ δυσμῶν, ἐν δεξιερᾷ μὲ τιὼ ἐ Γαλατίαν, καὶ τοὺ ἐποικῆσαι αὐτιὼ, ἐν δεξιᾷ δὲ τοὺ Κλτὲς ἀποτέμνε)· καὶ τῶν ἐθνῶν ἐς τὸ Ὠκεανὸν ἐκδίδωσι. Herodianus lib. 6. Μέγιστοι γὰρ δὴ ὅτοι πολαμῶν ὡσ' ἄρκτῳ ῥέουσι, Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος· ὁ μὲ Γερμανὲς, ὁ δὲ Παίονας διαμέθεων· οἳ δέρυς μὲ ναυσίπορον ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον, διὰ βάθος τε καὶ πλάτος. Τὸ δὲ χειμῶνος, παγόντες ὑπὸ τὸ κρύος. ἐν πεδίῳ ὁμίλῳ καθιππάζονται· ἀντίπλες δὲ ὄντω καὶ σερὸν ἦν τὸ ποτὲ ῥεῖθρον, ὡς μὴ μόνον ἵππον ὁπλὲς καὶ ποδὶν ἀνθρώπων ἀντέχειν, ἀλλὰ καὶ τοὺ ἁρύσασθαι θέλοντας, μὴ κάλπιδς ἐπ' αὐτῷ μηδὲ κοῖλα σκάφη φέρειν, πελέκις δὲ καὶ διπέλλας, ἵν' ἐκκόπτωσι, γυμνὸν ἐ σκάφος ἀφέμενοι τὸ ὕδωρ, φέρουσιν ὥσπερ λίθον· φύσις μὲ ὃ τῆς πολαμῆ αὕτη. Ejus mem. Ovid. Met. 2.

Heſperioſq; amnes, Rhenum, Rhodanumq; Padumq;

Itemque Virgilius lib. 8.

Extremique hominum Morini, Renuſque bicornis.

Ubi duo tantum Rheno oſtia tribuit, uti & Claudianus ubi de Alarici victoriâ:

——Te Cimbrica Tethys
Diviſum biſido conſumit Rhene meatu.

Hodie vero tria celebrantur. Vide Cluver. de tribus Rheni alveis, & l. 2. de Germ. Ant. c. 40. Horatius:

Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus.

Non ἀπὸ τῆ ῥεῖν (inquit Fungerus) quod eſt *fluere* Latinis, etſi aliquibus veriſimilè id queat videri; nec à *Rhodani* ſocietate, ſecundum Iſidorum, verùm potiùs à voce Germanicâ *Rhin*, quæ *nitorem*, *puritatemque* ſignificat, quòd claritatis quâdam prærogativâ polleat, dum clariſſimas perlabitur gentes: ſive quod arbiter olim & velut vindex fuerit puritatis conjugii. Quippe ſolebant Germani liberos recens natos, clypeo impoſitos, committere fluminis alveo, qui ſi fluitaſſet, legitimi partûs indicium dabat; ſicut Adulterini, cùm ſubſidebat, fundum petens, teſte quoque Galeno. Unde Claudianus:

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Hinc in Anthologiâ legimus lib. 1.

Θαρσαλέος Κυπὶ πολαμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ.

Et ibidem:

Κεχριμψόν λάξεσιν ἐλ ϛυγχαίνω πολαμοῖο.

D. quoque Nazianzenus:

Ἐς νῶτον ἐυχλόῃ Ῥήνε χριόντα ῥεέθρεις.

Nonnus in Baſſaricis:

Ῥλῶ ἀσημάντοιο θεμιϛολόπ τυκεπῖο.

Gallicum Rhenum dixit Catullus ad differentiam Rheni Bononienſis. Lucanus lib. 1.

Fregit & Arctoo ſpumantem vortice Rhenum.

Statius lib. 1. Sylvarum:

Non vocat Arctoas acies, Rhenumque rebellem.

Claudianus:

——Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis.

Seneca in Hercule Inſano:

Violentus undâ Tigris, aut Rhenus ferox.

Olim arundinetis obſitus erat, licet hodie cultiſſima loca permeat. Ovid. lib. 3. 3. de Ponto:

Squallidus immittat fractâ ſub arundine crines
Rhenus & infectas ſanguine potet aquas.

Claud. de laud. Stilic.

——Si quis defenſus arundine Rheni
Vaſtus aper nimio dentes curaverat ævo.

Rhigodunum, *Rippon*, teſte Lhuydo: ſed aliis *Warrington*, op. Albionis in orâ Angliæ occid. medium inter Ceſtriam & Lancaſtriam. Ejus mem. Ptolemæus. Long. 18. 15. Lat. 55. 10.

Rhinocorura, urbs Palæſtinæ marit. in confin. Ægypti, ſic ab antiquis incolis dicta, quorum *naſi* erant *mutulati* Steph. *Rhinocolura* Straboni ac Plinio. *Faramida* vero hodie Nigro. Long. 64. 40. Lat. 31. 50. Sen. 3. de Ira: Rex Perſarum totius populi nares recidit in Syriâ, unde *Rhinocolura* nomen eſt.

Rhion, Ætoliæ promontorium. Plin. 4. 2. è cujus regione aliud promont. eſt quod *Antirrhion* vocant. Mela lib. 2. cap. 3. ex emendatione Voſſii: *Rhion deinde, id maris nomen eſt, anguſtè & velut freto, litus oræ ſequentis incidens.* Ubi quod *Rhion* maris ſive freti nomen eſſe inquiat, id ex uſu vulgari fecit, cum & Livius lib. 7. & item lib 8. decadis tertiæ, fauces ſinûs Corinthiaci ab accolis *Rhion* vocari ſcribat.

Rhiphe, vel *Ripha*, urbs Arcadiæ. Steph. Ejus meminit Papinius lib. 4. Thebaidos:

Rhipheque & Stratie, ventoſaque donat Eniſpe.

Rhiphæi, montes Septentrionales in Scythiâ, ut vulgò creditur, quos ἀπὸ τῆ ῥιφῆς, h. e. *à flatuum* vi ſic dictos quidam putant. Vide *Rhiphæi*.

Rhiſpia, op. Pannoniæ ſuper. in Stiriæ & Hungariæ confin. Ptol. *Rekasburg* Lazio.

Rhittium, op. Pannoniæ infer. ad Danubium. Ptol. inter Bononiam, & Taurunum. *Ratza* Lazio. *Salankemen* Simlero.

Rhitymna, vel *Rhithymna*, urbs Cretæ. Ptol. & Steph. *Retimo* Sophiano. Long. 53. 30. Lat. 35. 06.

Rhium, vel *Rhion*, quod & *Drepanum* Strab. ac Ptol. & *Molycrium* Straboni, promont. & op. apud Steph. Peloponneſi in Achaiâ ad fauces ſinûs Corinthiaci contra Antirrhium promont. Ætoliæ. *Trapani* Nigro, al. *Capo Patras*; ubi Peloponnenſii ab Athenienſibus navali prælio victi, teſte Xenophonte. Eſt & *Rhium* promont. Corſicæ apud Urcinium urb. Ptol. vulgò *Capo d' Aiazzo*.

Rhiuſiava, Germ. urbs. Ptol. *Gengen* Villanovano in Sueviâ, inter Ulmam & Nerolingam.

Rhizana, op. Dalmatiæ mediterran. inter Naronam & Scodram. *Rudine* Moletio. Long. 45. 15. Lat. 42. 00.

Rhizius, *Rhizus* Ptolemæo, portus circa mare Euxinum. Vide Stukium ad Arriani Periplum.

Rhizon, Polybio, *Rhiſinum* Plinio, *Rhiſinum* Ptolemæo, urbs Dalmatiæ ad ſinum Rhizonicum, ab Epidauro 20. m. p. ad ort. ab Aſcrivio 10.

Rhizophagi, pop. Æthiop. inter Aſtapum & Aſtaboram flu. in Meroe inſulâ, *Elii* Straboni. Apud Ælianum in Indiâ ad Aſtaboram ponuntur. Sed ibi *Meroe* legendum.

Rhizus, portus & urbs Cappadociæ maritima. Alia in Magneſiâ apud Meſibœam op. teſte Plinio, ſeu Theſſaliâ, ut eſt apud Steph.

Rhoas, flu. Colchidis ex Caucaſo monte in Euxinum mare labens. Plin.

Rhobogdii, pop. Hyberniæ Ptol. ad Rhobogdium promont. (quod *Capo Verſoda* Moletio, *Fair Foreland* Camdeno dicitur) in orâ Boreali: ubi pagus *Robogh* hodie nomen retinens.

Rhoda, op. geminum: unum Hiſpan. citer. in orâ Catalauniæ in finibus indigetum, inter Gerundam & Ruſcinonem. *Reſes* hodie. *Rhodope* olim Strab. *Rhodipolis* vero Ptol. à Rhodienſibus conditum. Long. 25. 10. Lat. 43. 10. Alterum Gall. Narbon. apud oſt. Rhodani. *Foce di Rhore* hodie Dalechampio.

Rhodanus, *le Roſne* Gall. flu. maximus Gall. Narbon. ex Adulâ monte è regione Rheni oriens, ac per Sedunos in occ. fluens, in Lemannum lacum ingrediens, & ad Genevam urb. egrediens, donec ad Lugdunum, Arari accepto, in meridiem converſus, Viennam, Valentiam, Avenionem & Arelatum urbes attingit. Hunc M. Varro, teſte Agellio 10. 7. tertium Europæ flu. haud Iſtro minorem ſcribit. Ortelius illum non longè à Danubio oriri ait, cum fontes illius à fontibus Danubii ſupra 120. m. p. diſtent, Græci pro *Eridano*, *Rhodanum* dixere, de quo vide Cluver. Germ. Ant. lib. 3. cap. 34. Vide & Iſidor. Origin. lib. 14. cap. 6. Oſtia ejus quod attinet, Diod. Sic. cum Timæo affirmare auſus eſt Rhodanum eſſe πυτάσμον. Ἀφεμίδωρος δ᾽ τείσμον λέγει, teſte Strab. lib. 4. Etiam Plinius Rhodani 3. oſtia agnoſcit. Ptolemæus cum Polybio 2. tantum. Livius autem ſcribens Rhodanum pluribus oſtiis diviſum in mare decurrere, ſibi, ne mendacii argui poſſet, cavit. Scribit de eo Marcellinus lib. 15. hoc modo: *A Pœninis Alpibus effuſiore copiâ fontium Rhodanus fluens, & proclivi impetu ad planiora digrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi ſe ingurgitat nomine Lemano, eamque intermeans nuſquam aquis miſcetur externis, ſed altrinſecus ſummitates undæ præterlabens ſegniores, quæritans exitus, viam ſibi impetu veloci molitur. Unde ſine jacturâ rerum per denſa paludium fertur, & Sequanos, longeque progreſſus Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lugdunenſem: & emenſus ſpatia fluctuoſa Ararim, quem Sauconam appellant, inter Germaniam primam fluentem, ſuum in nomen adſciſcit, qui locus exordium eſt Galliarum. Exinde non millenis paſſibus, ſed Leucis itinera metiuntur, ubi auctus Rhodanus aquis advenis locupletior vehit grandiſſimas naves, ventorum flatu jactari ſæpius aſſuetas, finituſque inter valles, quas ei natura præſcripſit, ſpumeus Gallico mari concorporatur per patulum ſinum quem vocant*, Ad gradus, *Arelate octavo-decimo ferme lapide diſparatum*. Ejus mem. Horatius, cum ait:

——*Me peritus*
Diſcet Iber, Rhodanique potor.

Id eſt Rhodani accola: ut alibi:

Non qui profundum Danubium bibunt.

Quo ſenſu etiam Martialis voce iſtâc uſus eſt:

Et qui prima bibunt deprenſi flumina Nili.

Silius lib. 3.

——*Tumidique minaces*
Accedit Rhodani feſtino milite ripas.
Aggeribus caput Alpinis & rupe nivali
Proſilit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,
Ac propere in pontum lato ruit incitus alveo.

Vide *Arar*. *Rhodanum* (inquit vir magnus) ſive *Rhodanitas*, nam id populi nomen eſt, non in inſ. *Rhodum* ſed in Galliam appuliſſe putamus, circa oſtia *Rhodani* quem de ſuo nomine nuncupaverint. Certè ſi de voce certetur, *Rhodanim* ad *Rhodani* nomen accedit propius quam *Rhodi*, vel *Rhodiorum*. Præterea videtur Rhodus cum vicinis inſulis in Eliſæ ſortem ceciditſe. Sed objectio in promptu eſt, *Rhodanum* non à *Rhodanim*, ſed à *Rhodo* opido dici, quod à *Rhodiis* conditum poſtea Maſſilienſium fuit. Ita Plinius 3. 4. *Agatha quondam Maſſilienſium, & regio Volcarum Tectoſagum, atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multo* [illegible] *arum fortiſſimus amnis Rhodanus*. Et Hieronymus in Epiſt. ad Galatas, *Opidum Rhoda coloni Rhodiorum locaverunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit*. Hæc illi. At illorum ſententiæ cur non accedam has habeo rationes. Primò amnis à *Rhodâ*, non *Rhodanus*, ſed *Rhodius* dictus fuerit, cujus nominis fluvium in Troade Homerus & alii recenſent. Præterea *Rhodani* nomen qui novitatis arguunt, debuerant priſcum indicare: Neque enim ante Rhodiorum coloniam eò tranſlatam, ſine nomine fuit flu. ingens, quem inter tres Europæ maximos computant Scylax, & Solinus. *Rhodanum* certe conſtanter vocant hunc flu. non ſolum Apollonius, Timæus, Polybius, Artemidorus, aliique ſine numero, ſed & his longè vetuſtiores Æſchylus & Euripides apud Plinium. Hoc potiſſimum, quod ut à *Rhodâ* nomen ſortiretur *Rhodanus*, debuit eſſe Rhodæ vicinus. At à *Rhodano Rhoda* diſtat immenſum quantum; ut quæ in Hiſpaniâ ſit, non in Galliâ, procul à *Rhodani* oſtiis terreſtri itinere m. p. fere 150. Strabo ubi de Rhodiis: μέχρι Ἰβηρίας ἔπλευσε, κακεῖ μὲ φ Ῥόδον (Ῥόδην legit Caſaubonus) ἔκτισε, ὧ ὕστερον Μασσαλιῶται κάλλιον. Mela 2. 6. *Proxima eſt rupes quæ in altum Pyrenæum extrudit; dein Thicis flumen ad Rhodam*. Ptol. in deſcript. Hiſp. Tarracon. Ἐνδηγετῶν Ῥωδίπολις, vel, ut eſt in emendatis exemplaribus, Ῥώδη πόλις. Stephanus: Ῥώδη, πόλις Ἰβηρίας. Livius lib. 14. *Inde Rhodam ventum & præſidium Hiſpanorum*, &c. Ex his abunde liquet, illam ipſam Rhodam, quam condidere Rhodii, & Maſſilienſes tenuerunt, in Hiſpaniâ fuiſſe, non in Galliâ. Jam vero quis in mediâ Galliâ flu. credat traxiſſe nomen ab Hiſpanicâ urbe trans Pyrenæos. Sed quid viris magnis impoſuerit, puto mihi eſſe compertum. Ad *Rhodanum* fuit *Rhodanuſia* Maſſilienſium urbs, quam acceperunt illi pro *Rhodâ*. Marcianus Heracleotâ:

Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκιεῖς
Ἀγάθην, Ῥοδανουσίαν τε, Ῥοδανὸς ὃν μέγας
Πόλιμος παραῤῥεῖ.——

Stephanus: Ῥοδανέσια, πόλις ἐν Μασσαλίᾳ. Hujus ita mem. Sidonius Apollinaris lib. 1. ep. 1. *Egreſſo mihi Rhodanuſiæ noſtræ mœnibus*: ubi Lugdunum videtur ſignificare. Hinc & ipſa regio *Rhodanuſia* vocatur, & incolæ *Rhodanenſes*. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, lib. 1. cap. 9. Ἐν τοῖς κατ᾽ ἡμᾶς κλίμασι τῆ Ῥοδανουσίας πολλὰς ἐξαπατήσασι γυναῖκας. Vide Epiphan. Hæreſ. 34. Itaque firmum hoc manet, nihil obſtare quo minus à *Rhodanim* nomen *Rhodani* deducatur. Bochart.

Rhodigium, op. Venetiæ amplum, patria Cælii Rhodigini viri doctiſſimi, à Ferrariâ 25. m. p. ab Hadriâ 20.

Rhodiorum Colonia, Lyciæ reg. op. quod nunc *Machri*, ſic Niger eam vult, quam Ptol. *Rhodiam*, Plin. *Rhodiopolim*, & Appianus lib. 4. Civil. *Rhodiorum caſtellum* vocat.

Rhodope, mons Thraciæ, à *Rhodope* Thracum Reginâ in hunc montem, ut Ovidius fabulatur, converſa; vel, ut aliis placet, ibi ſepulta. Vel à *Rhodope* Strymonis amnis filiâ, ex quâ Neptunus Athon Gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Virg. Eclog. 8.

——*Duris in coribus illum*
Iſmarus, aut Rhodopen, aut extremi Garamantes.

Idem Georg. 1.

——*Ille fragranti*
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit.——

Ubi alii *Athon*, ſed exprimere voluit illud Theocriti.

Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐμβολοσυλᾶ.

Idem Georg. 3.

Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.

Mons hic eo eſt ſitu, ut veluti avulſus ab Æmo videatur, redeatque ſub Septentrionem, quod Ovid. in Epiſt. ita videtur explicuiſſe:

Quà patet umbroſum Rhodope glacialis ad Hæmum.

Patet, inquam, eâ parte quâ avulſus ab Hæmo. Idem Metam. 6. rem *anguli* nomine explicat.

Threiciam Rhodopen habet angulus unus & Hæmum.

Hinc *Rhodopeius*. Virgil. *Flerunt Rhodopeiæ arces*, ſic *Rhodopeia regna*, *Rhodopeius Orpheus*, & *Rhodopeia Phyllis*. Marti ſacer fuit hic mons cum fluviis illius quòd ibi natus putatur. Claud. de 4. Conſul. Hon.

Fluminaque laverunt puerum Rhodopeia Martem.

Rhodopolis, urbs Germ. marit. in orâ maris Baltici, vulgò *Roſtock*.

Rhodus, inſ. nobiliſſima in mari Carpathio, Cariæ adjacens, inter Aſiaticas inſulas tertia numeratur, nam Lesbus & Cyprus majores habentur. Amm. Marcell. lib. 17. *Rhodus, Ophiuſa & Pelagia prioribus ſeculis dictitata, aureo quondam imbri perfuſa*. Ubi fabula de aureo imbre ex Homero fluxit, qui in Catalogo ſic ait de Rhodiis: Καί σφιν θαυίσιον πλῆτο νεφέλη Κρονίων. Quam fabulam poſtea latius extendit Pinda-

rus

rus in Od. 7. Olymp. Claudian. lib. 3. de laud. Stiliconis:

Auratos Rhodiis imbres, nascente Minervâ,
Defluxisse ferunt.

Solinus Author est, nullum toto anno diem tam nubilum esse, quo in hâc insulâ Sol non cernatur. Inde forsan *clara* Horatio dicitur: *Laudabant alii claram Rhodon.* Lucan. lib. 8.

Gnidon inde fugit, claramque relinquit
Sole Rhodon.

Idem lib. 4.

Phœbeia donis
Exornata Rhodos.

Ovid. Met. 7.

Phœbeamque Rhodon & Falysias Telchinas.

Stat. Sylv. 1.

Lumina contempto mallet Rhodos aspera Phœbo.

Ejus meminit Catullus, cum ait;

Rhodonve nobilem, horridamve Thraciam.

Nomen ejus quod attinet, ita Grammatici: Παρὰ τὸ πολὺν ῥῦν αὐτόθι δονεῖσθαι, πεῖν φασιῶσι τὸ νᾶσον. Alii ἀπὸ τῆ ῥόδων, *à rosis* potius, quæ ibi magnâ copiâ succreverint: ut ab hortensi rosâ Rhodus nominata sit, quomodo à sylvestri vicina inf. *Cynorrhodusa.* Ita nonnulli veterum in Pindari Scholiaste Olymp. 7. Τινὲς δέ φασι κληθῆναι ὕστερον διὰ τὸ εὐωδίαν ἔχειν Ῥόδα, i. e. *quidam Rhodum vocari aiunt, quia eximias habet rosas.* Vide & Isidor. Origin. lib. 14. cap. 6. Bochartus vero nomen hujus inf. putat esse Phœnicium: ירוד *Jarod*, inquit, Syris & Chaldæis est *draco.* Phœnices per aphæresin רוד *Rod* vocarunt. *Rhodi* nimirum priscum nomen erat *Ophiusa.* Strabo: Ἐκλήθη ἡ νῆ Ῥόδος πρότερον Ὀφίουσα. Causam addit Hesychius: Διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀφέων. Rem pluribus narrat Diodorus lib. 5. Μεῖζ ἡ ταῦτα τῆ Ῥοδίας γῆς ἀνέισης ὄφεις ἀφορμηχθεῖς, σωῆσι πολλὰς τῶν ἐγχωρίων διαφθαρῆναι. Dionysius vers. 504.

Αὐλὰ ἡ πόλης
Αἰγυπίης Ῥόδος δῖν Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν.

Notandum hic, Rhodum fere solitos Romanorum proceres, qui præsenti rerum statu non lætarentur, secedere. Suetonius de Tiberio: *Rhodum enavigavit, amœnitate & salubritate insulæ jam inde captus.* Manilius lib. 4.

Virgine sub castâ felix terraque marique
Est Rhodus, hospitium recturi principis orbem.
Tuque domus vere Solis, cui tota sacrata es,
Cum caperes lumen magni sub Cæsare mundi.

D. Brutus in epist. ad M. Brutum & C. Cassium: *Quid ergo est inquis? Dandus est locus fortunæ, cedendum ex Italiâ, migrandum Rhodum,* C. Marius Ciceroni: *Mihi quidem, si optata contingent, quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degam.* In eâ fuerunt urbes *Rhodus, Lindus, Camirus* & *Jalysus.* Gymnasium habuit Rhodus Asiaticâ eloquentiâ & Mathematicis studiis clarissimum. Ideo Aristippus Philosophus Socraticus cum naufragio ejectus in Rhodiensium litus animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: *Bene speremus, hominum vestigia video.* Vitruv. lib. 7. In eâ fuit admirandæ magnitudinis Colossus 70. cubit. altus. Vide *Colossus.* Incolæ *Rhodii*, qui, ut Diogenianus refert, cum Minervæ Lindiæ sacrificarent, & ibi plures dies agerent, oraculum consuluerunt, an matulam liceret inferre: quo, *licere*, respondente, rursus quæsierunt, an æream, vel testaceam; quibus Deus indignatus, *neutram* respondit: hinc proverbium *Rhodiorum oraculum*, in scrupulosos, nimisque de re minutâ scisitantes. *Hic Rhodus, hic saltus:* proverbium in vanitatem eorum, qui facto ostendere potius, quam verbis jactare sua debebant, petitum ex fabulis Æsopi. Quidam enim cum domum rediisset peregrè inter alia, quæ gloriabatur, jactabat & Rhodi se saltum saltasse, quem nemo alius ibi potuisset saltare, testesque se habere affirmabat. Tum ex astantibus unus: Ἰδὲ Ῥόδος, ἰδὲ πήδημα. Pop. Rhodii, Tac. An. 12. *Eodem* (Nerone) *oratore redditur Rhodiis libertas.* Cujus libri quam maxime conducit Epigramma illud quod nomine Antiphili legitur, primo Antholog. Εἰς νῆσους, nec enim alio spectat quam ad hoc factum:

Ὡς πάρος ἠελίε, νῦν Καίσαρος ἢ Ῥόδος εἰμὶ
Νάσος, ἴσον δ' αὐγῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σεννυμένην μιν ἐκαίνισε κηλεφόπεον ἀκτίς,
Ἄλιε, καὶ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι, ὅς μεν; ἔδειξεν
Ἐξ ἁλὸς· ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένην.

Argutum epigramma, & comparat Neronem cum Sole. Quia ut ille Rhodum retexit, fecitque oriri radiis; sic iste pressam, & occidentem restituit reduxitque in lucem.

Rhœteum, sive *Rhœtus*, Trojæ promont. in quo sepultus fuit Ajax Telamonius. Quòd à Sigæo non longè abfuerit, Ovid. testatur Metam. lib. 11.

Dextera Sigæi, Rhœtei læva profundi.

Idem lib. 4. Fastorum:

Rhœteumque capax, Sigæaque litora transit.

Utrosque illos ἀγκῶνας intelligit, qui in mare protenduntur de quibus Strabo lib. 13. Ἀπὸ ἡ τῆ κατ' τόπους Ἰδαίας ὀρεινῆς δύο φησὶν ἐξικῶνας ἐκτείνεσθαι πρὸς θάλατταν, τὸν μὲν ἐυθὺ Ῥοιτείου, τὸν ἡ Σιγείου, ποιεῖσθαι δὲ ἀμφοῖν γεωμέτρω πωκνολεσθῆναι, τελευτᾶν δ' ἐν τῷ πεδίῳ, τοσοῦτον ἀπέχοντας τῆ θαλάττης, ὅσον τὸ νῦν Ἴλιον. His convallibus certè nomen inditum ab iisdemmet urbibus Sigæo & Rhœteo ibidem sitis. Ab una ad aliam spatium inerat 60. stadiorum, si ejusdem vulgatis fides aliqua, nam alii habent ἑπτὰ, alii ἑβδομήκοντα.

Rhœti. Vide *Rhæti.*

Rhosphodusa, inf. in Careinite sinu. Ptol. *Saline* Pineto. Steph. eam *Rhodussam* nominat, auctore Pintiano.

Rhosus, nominatur à Stephano, nec explicatur. Genfile *Rhosius*, vel *Rhoseus*, possessivum *Rhosicus*, ut *Scopulus Rhosicus.* Strabo lib. 14. *Rhosum* scribit civitatem esse in Issico sinu. Cæterum *Rhosicus*, vel *Rhossicus Scopulus*, Issico sinui imminet, & *Coryphæus* à Polybio lib. 5. dici videtur, ubi Seleuciam huic scopulo adjacentem describit. *Capo Gangir* Nigro.

Rhotala, vicus Jordani finitimus, ubi longitudo Galilææ superioris habet initium. Hegesippus lib. 3.

Rhotanus, Corsicæ inf. flu. Ptol. *Tavignani* Leandro. *Aleria* Moletio.

Rhotomagus, urbs Archiepisc. Gall. Celt. Normanniæ caput. *Roven* Gallis, *Roan* Italis dicitur, à Lutetiâ Parisiorum 28. leuc. in Bor. Long. 22. 20. Lat. 49. 20.

Rhoxalani, pop. Scythiæ. Plin. 4. 10. qui & *Rhoxolani.*

Rhoxia, reg. Septentrionalis, quam Poloni & Sarmatæ suam esse dicunt.

Rhoxolani, pop. Scythici ultra Danubium, quos quidam *Ruthenos* esse putant.

Rhucantii, Straboni Rhætica gens, in Helvetiis, ubi hodie *Aspermont* Scudo.

Rhus, Atticæ vicus, sic dictus quòd ex imminentibus loco montibus aqua in eum defluebat. Paus.

Rhusincorae, Maurit. Cæsarienf. urbs. Ptol. quæ *Rusicurium* fortasse Plinii.

Rhuteni, & *Rutheni* Cæsari. *Ruteni* Plinio, *Rhutani* Ptolemæo, pop. & urbs episc. Gall. Aquitanicæ ad mont. Commenum, inter Velaunos & Helvios. Regio *Rovergue*, urbs autem *Rodez* appellatur. Lucan. lib. 1.

Solvuntur flavi longâ statione Rutheni.

Long. 23. 40. Lat. 44. 20.

Rhyndacus, flu. (& op. Stephano) Mysiæ Asianæ magnus, qui & *Lycus* Plinio, ex Artyniâ stagno apud Olympum mont. effluens, & in Propontidem inter Ascanium flu. & Cyzicum urb. prolabens, variè indigitatus. *Lico* Moletio, *Lartacho* Nigro, *Lupadi* Castaldo, *Ulubat* Turcis, teste Leunclavio. Apud illum angues immanes nascuntur, qui aves prætervolantes absorbent. Mela & Plin. 8. 14. Valerius Flaccus lib. 3. Argon.

Et te jam medio flaventem Rhyndace Ponto.

Ricina, Ptol. *Ricnea* Plin. *Riduna* Anton. inf. Albionis Scotiæ adjacens ad occ. inter Ebudas. *Racline* Camdeno. Aliis *Shye* contra Itis flu. ostia.

Ricinenses, Populi in Piceno. Plin. quorum urbs *Helvia Ricina* fuit, vulgò *Recanati*, ut indicat inscriptio vetusta quæ Maceratæ asservatur.

Rigiacum, Atrebatum civitas. Ptol. vulgò *Arras.* Corruptè pro *Origiacum*, teste Ferrario.

Rigodulum, pagus Trevirensium ad Mosellam, vulgò *Rigol.* Item *Rigodulum* apud Confluentes ab Ammiano memoratur. Hic Julianus Imp. pacem cum Francis init, teste eodem Ammiano.

Rigodunum, op. Angliæ in Comit. Eboracensi, vulgò *Richmond.* Aliis *Rippon* dicitur, Camdeno autem est *Riblechester* in Com. Lancastrensi.

Rigomagus, op. seu castrum Cisalpinæ in finibus Ligurum. Amm. vulgò *Rinc.*

Riguſa, op. Hisp. Tarrac. in Novâ Castellâ inter Toletum, & Malagonum, *Orgaz* ex tab. recent.

Riphæi, montes. Πυμὶ Græcis *impetus* est, unde dicti *Riphæi* vel *Rhipæi* montes Scythiæ à ventis inde cum impetu flantibus. Dalechampius in notis ad Plinium lib. 5. cap. 27. ubi fit mentio horum montium: *Fallitur* (inquit) *Plinius, nulli enim existunt Riphæi montes.* Ubi non solùm negat hos montes ullibi gentium esse, sed putat omnes montes dici posse *Riphæos* in quibus venti flant cum impetu. Itaque *Riphæi* montes nullibi sunt signatè. Ptolemæo ita vocantur montes, ubi oritur Tanais. Ita Virg. Georg. 4.

Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem,
Arvaque Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat.

Damastes

Damaſtes ultra Arimaſpos eos ſubmovet. Ait enim ille, ἐν τῷ πρὸ ἐθνῶν· Ἄνω Σκυθῶν Ἰασηδόνας οἰκεῖν, τόπων δ' ἀνωτέρω Ἀεμάκους, ἄνω δ' Ἀεμάτων τὰ Ῥίπαια ὄρη ἐξ ἓν ἃ Βορέαν πνεῖν, χίονα δ' αὖτὰ μὴ πῖπτειν· ὑπὲρ ἣ τὰ ὄρη ταῦτα Ὑπερβορέους καθήκειν εἰς ἃ θάλασσ. Unde Catullus in Carm. penultimo:

Uſque ad Hyperboreos, & mare ad Oceanum.

Dionyſius, ubi gentes enumerat inter Iſtrum, Pont. Euxinum, Mæotimque paludem, & inter glacialem Oceanum incolentes:

Κεῖθι καὶ Ἀλήσκοιο καὶ ὔδαλα Παυλικάπαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μοιμύουσι.
Τῶν ἣ ὑπὲρ μεγάλοῖσι πεπηγότ' ἐγγύθι πόντω
Ἡδυφαὴς ηλεκτρ' ἀέξεται.

Ubi Euſtathius ait eum non oſtia ſed fontes horum fluminum intelligere: quod etiam ex Feſto Avieno hujus Poetæ interprete planè patet. Sic enim ille:

——*Tunc æquora Panticapæi*
Ardeſcique tibi cæſo de vertice ſurgunt.
Riphæi montes ibi durâ ſæpe ſub arcto
Denſa pruinoſos eructant nubila nimbos.

Priſcianus perperam per πεπηγότα πόντον *mare Euxinum* intelligit. Verba ejus hæc ſunt:

Hic ſunt Ardeſci quoque Panticapique fluenta:
Dividui currunt Riphæis montibus ambo.
Immiſcent quà ſe Ponti glacialibus undis,
Naſcitur electrum præfulgens luce nitenti.

Nemo enim unquam electrum ad Pont. Euxinum naſci, vel legi tradidit. Mela lib. 1. cap. ult. *Ultra ſurgit mons Riphæus; ultraque eum jacet ora, quæ ſpectat Oceanum.* Eundem Riphæis montibus tribuit ſitum Æthicus Coſmographus: *Europæ incipit initium ſub plagâ Septentrionali, à fluvio Tanai, quà Riphæi montis ardua Sarmatico adverſa Oceano, Tanaim flu. fundunt.* (Unde Lucanus:

——*Vertice lapſus Riphæo Tanais.*——)

Ptolemæus eodem hoc ſitu *Hyperboreos* deſcribit *montes*: perperam eos ac falsò à Riphæis, quos malè adverſum Tanais collocat ortum, diverſos faciens, quum fuerint iidem. Æthicus alio loco utrumque nomen confundens, *Fluvius*, inquit, *Tanais naſcitur de monte Hyperboreo, quà ſunt Riphæi montis ardua.* Horum montium juga dicta fuiſſe *Obia*, jam inde ab antiquis ſeculis ex Athenæo lib. 6. cap. 4. colligit Cluverius; quanquam ibi mirificè tum res tum rerum nomina confunduntur. Verba ejus hæc ſunt: Καὶ τὰ τε πάλαι μὲ Ῥιπαῖα καλούμενα ὄρη· εἶτ' ὕστερον Ὄλβια προσαγορευθέντα· νῦν ἣ Ἄλπεα. *Alpes* quidem antiquis Græcis *Riphæos* fuiſſe adpellatos *montes*, teſtatur Protarchus, vetus auctor. Stephanus ex emendatione magni Cluverii: Πρώταρχος ἣ τὰς Ἄλπεις Ῥιπαῖα ὄρη ἔτι προσαγορεύεσθαι· καὶ τοὺς ὑπὸ τὰ Ἄλπεια ὄρη καλοικοῦντας πάντας, Ὑπερβορέους ὀνομάζεσθαι. Huic adſcentiuntur Æſchylus & Apollonius; hujus verba in 4. Argon. de Iſtro flu. hæc ſunt:

——Πηγαὶ γὰρ ὑπὲρ πνοιῆς Βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύουσι.

Ubi Schol. Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι, καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν. Οὕτω ἣ ἔπιον, ἀκολουθῶν Αἰσχύλῳ, ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τάδε. Vide plura apud Cluver. de Germ. Ant. lib. 1. cap. 1. Doctiſſimus Iſ. Voſſius ad iſta verba Melæ lib. 1. cap. 19. *Tanais ex Riphæo monte dejectus*: hæc notat. E lacu, quem vaſta undique cingit planities, oritur Tanais. Montes iſti Riphæi æquè ſunt fabuloſi, ac Hyperborei. Obſervatione dignum, in toto Septentrione non eſſe montes qui inſignem habeant celſitatem. Nam quæ de monte Sloto, qui ſit ſub ipſo Polo, aut aliis in ſeptentrione excelſis narrantur montibus, meræ ſunt fabellæ, quibus miror Scaligerum, & alios ſeculi noſtri Philoſophos, aurem accommodaſſe. Norwagici montes omnium, qui ſunt in Septentrione, altiſſimi eſſe creduntur, attamen illorum nullus eſt qui ad 2. ſtadiorum perpendiculum aſſurgat. In reliquo ſeptentrione rarò vel unicum equant ſtadium, quantoque polo viciniores fiunt, tanto magis decreſcunt. Contra vero torridæ Zonæ montes, ac huic vicini omnium ſint celſiſſimi. Hujus rei cauſa hæc eſt. In regionibus Zonæ fervidæ ſubjectis, ubi nulli ſunt montes excelſi, qui nubibus caput inſerant, ibi etiam nullæ pluviæ uſque ad terram perdurant. Sic itaque diſpoſuit naturæ Auctor, ut plurimi in calentibus & ſiccis regionibus montes ſint, in quorum ſinubus aqua collecta ad terram perveniat, quæ abſque illâ mortua & inhabitabilis ſit futura. At vero in frigidis regionibus, ubi non eſt tantus æſtus, ut pluviæ, antequam in terram decidant, conſumantur, aut lapſæ deficiant; ideo opus non fuit tam vaſtas erigere moles, ad aquam, tam altè excipiendam, quæ etiam abſque illis ſatis copiosè, & quandoque nimium deſcendit. Hinc fit ut in ſeptentrione flumina non è montibus, ſed è lacubus, & aquis in plano ſtagnantibus plerumque profluant, quod in regionibus fervidis aut nunquam, aut quam rariſſimè contingit.

Ripuarii, vocantur Germ. infer. pop. qui trium fluviorum *Ripua* abundantur, Rheni ſc. Moſellæ, & Moſæ, *Ribuarii* quibuſdum vocantur. *Riparioles* habent Cænalis & Jornandes. Hi alio nomine *Auſtraſii* vocantur.

Ratius, mons Corſicæ inſ. Ptol. *Capo di Muro* Leandro. *Monte di Mezzo* Pineto. Ex tabulis vero *Monte Roſſo* videtur.

Roma, Latii in Italiâ urbs, de cujus origine & conditore diverſa legimus apud auctores. Receptiſſima opinio eſt, à Romulo & Remo fratribus conditum fuiſſe, unde & nomen acceperit, anno primo ſeptimæ Olympiadis, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, quâ tempeſtate Achas Judæorum rex regnavit an. Mundi 3118. Aprilis 21. Alii vero ante Romulum conditam volunt, & appellatam *Valentiam* initio, deinde *Romam* ab Evandro Arcade, à Græco Ῥώμη *Robur*. V. Gloſſ. Ῥώμη *Valentia*. *Romam* autem dictam à muliere *Rome*, quam quidam Telephi filiam, Æneæ nuptam; alii Aſcanio natam, Æneæ neptem; alii Æſculapii filiam, uti tradit Marinus, ſive Marianus Lupercaliorum poeta, cujus hi verſus, qui apud Servium leguntur ad Eclog. 1. ita digerendi ſunt, & concipiendi.

Roma ante Romulum fuit
Et ab eâ nomen Romulus
Adquiſivit.——
Sed Diva flava & candida
Roma Æſculapi filia
Novum nomen Latio fecit.
Hanc conditricis nomine
Ab ipſo omnes Romam vocant.

Nonnulli & appellationem & originem urbis à *Romo*, ſeu *Remo* Æmathionis filio; alii à Latinorum quodam tyranno ejuſdem nominis deduxerunt. Vide Plut. in *Romulo*, & Solinum cap. 1. Topographiam Urbis Marlianus dedit. Vide & Onuphrium Panvin. lib. 1. Com. Reip. Rom. *Admiranda Romæ* peculiari libello recenſuit Lipſius, qui & *De magnitudine Romanâ* inſcribitur. Elogia hujus urbis penè ſunt infinita, Dionyſius verſ. 354. ubi de Tybride:

Θύμβεις, ὃς ἱμάτιῶ ἀπολέμνεῖ ἄνδιχα Ῥώμω,
Ῥώμω πιμήεσσ ἐμῷ μέγαν οἶκον ἀνάκτων,
Μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔδεθλον.

Vult Romam fuiſſe totius mundi Metropolin. Sic Horat. lib. 4. Od. 3.

Romæ, principis urbium.

Ab Ammiano lib. 14. *Urbs Æterna* dicitur; Sic etiam locis infinitis alibi appellatur non ſolum ab Ammiano, ſed ab ipſis quoque Impp. ut ex illorum conſtitutionibus notum. In nummis quoque antiquis inſidens ſcuto Roma Victoriam dextrâ, ſcipionem ſiniſtrâ gerens cum hâc inſcriptione videtur. ROMÆ ÆTERNÆ, Polemon apud Athenæum: Ἐπτωμὴ τ' ὅλης οἰκουμένης. Marcianus Heracleota Λέγειν τι κοινὸν τ' ὅλης οἰκουμένης. Eunapius Sardianus in Præfatione: Βασιλεύουσα Ῥώμη. Rutilius Numat. lib. 1.

Regina——*pulcherrima mundi*
Inter ſidereos Roma recepta polos.

Virg. Georg. 2. ſub finem:

Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma.

Æthicus: *Domina totius orbis Roma.* Solinus: *Caput orbis.* Jul. Frontinus: *Regina & Domina orbis.* Tityrus apud Virgilium Eclog. 1. de urbe Româ:

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Erant autem pecuniarum aviditſſimi. Unde Salvian. lib. 7. *Avaritiæ inhumanitas proprium Romanorum malum.* Unde Mithridates apud Juſtin. lib. 36. *Non temerè ſe lupi uberibus alitos jactare, omnes enim habere luporum animos inexplebiles, ſanguinis, imperii, divitiarumque avidos eſſe & jejunos.* Juvat hic ad Virgilii imitationem dixiſſe Velleium lib. altero: *Super totum terrarum orbem Roma extulerat caput:* & Vopiſcum in Caro de eâdem Româ: *Paſſa deinceps tot Nerones poſt Veſpaſianum caput extulit.* Ovidium quoque lib. 1. Faſtorum:

At poſtquam fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit ſummo vertice Roma Deos.

Et lib. 4.

Poſt ubi Roma potens opibus jam ſecula quinque
Vicit, & edomito ſuſtulit orbe caput.

Eodem elogio illam afficiunt Plin. 3. 5. Juſtinus lib. 43. Idem Juſtinus lib. 18. *Cyneas à Pyrrho interrogatus, qualis Roma eſſet, reſpondit; Regum urbem ſibi viſam.* Propertius lib. 3. eleg. 22.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ;
Natura hic poſuit quicquid ubique fuit.

Cum quo Propertii encomio conſonant verba iſta Ariſtidis, in oratione, quæ tota eſt *de laudibus Romæ*: Ὡς ἑοικέναι τ' πόλιν κοίνῳ τ' γῆς ἐγγαιοτέρῳ. Et poſtea pulcherrimè:

Ὅ, τι δ' ἂν μὴ ἐπῄδθα ἴδοι τις ὐκ ὀξύ· τ' ῥωμένων, ἢ γυ-νομένων. Martialis:

Terrarum Dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Compendio hoc Martialis; sed pulchrè item & ubertim Claudianus:

Qua nihil in terris complectitur altius æther,
Cujus nec spatium visus, nec corda decorem,
Nec laudem vox illa capit, quæ luce metalli
Æmula vicinis fastigia conserit astris.
Armorum legumque parens, quæ fundit in omnes
Imperium, primique dedit cunabula juris.
Hæc est exiguis quæ finibus orta, tetendit
In geminos axes, parvaque à sede profecta,
Disperfit cum Sole manus, &c.

Erinna etiam Poetria audienda est: Ea igitur sic ad urbem Romam:

Χαῖρέ μοι Ῥώμα, Συγατὴρ Ἀρηος,
Χρυσοβόμβα, δαίφρων ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις ὄπι γᾶς Ὄλυμπον
Ἀϊὲν Ἀθφαυσον.
Σοὶ μόνᾳ πρόσθυσα δίδοκε μοῖρα
Κῦδος ἀρρήκτῳ βασιλήϊον ἀρχᾶς,
Ὄφρα κοιρανίου ἔχοισα χάρεος
Ἀγμονδίης.
Σᾶ δ' ὑπὸ ζυγλᾳ κεφαλᾶν λεπάδνων
Στέρνα γαίας ἐπὶ πολιᾶς δαλάσσας
Σφίγγῃ, σὺ δ' ἀσφαλέως κυβερνᾶς
Ἀστᾶ λαῶν.
Πάντα γὰ σφάλλων ὁ μέγας ἀϊὼν
Καὶ μεταπλάσσων βίον, ἄλλοτ' ἄλλως,
Σοὶ μόνᾳ πλησίστιον ἔθεν ἀρχᾶς
Οὐ μεταβάλλᾳ.
Ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κεφήσας
Ἀνδρας αἰχμαλὰς μεγάλως λοχάσας,
Εὐσταχυν Δάματρος ὄπι ἀνείσα
Καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

Petronius arbiter:

Orbem jam totum victor Romanus habebat,
Quà mare, quà terræ, quà sidus currit utrumque.

Horat. lib. 4. Od. 15.

Porrecta majestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.

Idem lib. 3. Od. 3.

Horrenda latè nomen in ultimas
Extendat oras, quà medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Quà tumidus rigat arva Nilus.

Et post pauca:

Quicunque mundi terminus obstitit,
Hunc tangat armis visere gestiens;
Quà parte debacchentur ignes,
Quà nebulæ pulviique rores.

Tibullus lib. 2. eleg. 5.

Roma tuum nomen terris fatale regendis,
Quà sua de cœlo prospicit arva Ceres.
Quaque patent ortus, & quà fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos.

Dionys. Halicarn. Ἡ δ' Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲ ἀρχεῖ γῆς, ὅση μὴ ἀνήμεσάβος ἔξιν, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων κατοικεῖ· πάσης δ' κρατεῖ δαλάσσης, ἡ μόνον τ' ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ κ τ' Ὠκεανίτιδ, ὅση πλῶσις μὴ ἀπωσάβος ἔτι, ἀφ' ὅτα κ μόνη τ' ἐν τῷ πασῶς αἰῶνος μνημονευομένων ἀνατολὰς κ δύσεις ὅρος ποιησαμένη τ' σωτηρίας. Idem lib. 1. Romam vocat ἡγεμόνα τ γῆς κ τ δαλάσσης πόλιν. Cedrenus de ea: Πᾶσ δαλασσευμένη τ οἰκουμένην. Philo de legatione ad Caium loquens de imperio Augusti: διὰ γῆς κ δαλάσσης ἄρχει τ τῶ κόσμω περάτων. De nomine, præter supra dicta, audiamus B. Hieronymum, ævo jam inclinante: *Urbs potens*, inquit, *urbs Domina, urbs Apostoli voce laudata, interpretare nomen tuum: Roma aut* FORTITUDINIS *nomen apud Græcos est, aut* SUBLIMITATIS *apud Hebræos*; nempe à רום *exaltare*. Vide *Septimontium*. Populi *Romani*, de quibus Cicero: *Semper appetentes gloriæ præter cæteras nationes sunt Romani.* Plutarchus: Ῥωμαῖοι περιφιλόπαλοι τῆς φίλοις. Vide de la Cerd. ad Virg. Æn. 6. vers. 784. Dicuntur etiam *Romulidæ*. Persius Sat. 1.

——— *Ecce inter pocula quærunt*
Romulidæ saturi quid dia poemata narrent.

Long. 36. 30. Lat. 40. 40.

Romandii, vel *Romandui* Ptol. populi sub Rhotomago, quos Northmannos esse scribit Volaterranus. Hodie *Vermandois.*

Romatinum, Carnorum flu. Plin. hodie Venetæ ditionis esse, & *Limino* dici scribit Leander.

Romechium, locus Magnæ Græciæ inter Locros & Caulonem. Ovid. Met. 15.

Romuli Casa, Locus Urbis R. quem Sen. aliique commemorant; sed in τῷ ubi varietas aut pugna videtur. Nam Dionysius palam in Palatio locat: & Palatium quidem gemelli illi sedem habuere. Verba lib. 2. Romulus & Remus solent humiles casas struere in vitâ illâ pastoritiâ: quarum nunc una meo ævo supereſt, in latere, quod è Palatio ad Circum flectit, Romuli Casa, dicta, quam curant, tuenturque Sacerdotes, quibus id commissum est, nihil ad ampliorem tamen cultum addentes; sed si quid tempestate aut tempore periit, sarcientes, supplentesque, ad priorem, ut potest formam. Item Victor: *Regione decimâ Palatii Romuli Casam ponit.* Et Notitia Imperii: *Regio decima Palatii continet Casam Romuli.* Quid tamen alii? Aliter. Sen. Pater. 2. lib Contr. 1. *Colit etiamnum in Capitolio Casam victor gentium populus.* In Capitolio ecce ponit. Idem Contr. 6. *Inter hæc tam effusa mœnia nihil est humili casâ nobilius. Fastigiatis supra tectis, auro puro fulgenti prælucet Capitolio.* Vitruvius lib. 2. *In Capitolio commonefacere potest & significare mores vetustatis Romuli Casa, in arce sacrorum stramentis tecta.* Ait *in arce*, non tamen in ipso templo Capitolino, sed monte fuit, juxta Curiam Calabram, ne erres. Induci & Martial. lib. 8. possit:

Sic priscus servatur honos te Præside templis
Et Casa, tam culto sub Jove, Numen habet.

Est de istâ Casâ, quod Interpp. parum advertunt. Nec tamen in ipso Jovis templo, sed juxta. Macrob. Sat. 1. *Vocatâ in Capitolium plebe juxta Curiam Calabram, quæ Casæ Romuli proxima est.* Vides diassensum, quem sic Lipsius componere conatur. Duplicem hanc Casam fuisse putat, veram & veterem in Palatio, alteram adsimilem, religionis causâ, in M Capitolino, ubi omnia, aut præcipuè sacra. Certè sacra hæc habita, & per illa etiam Valerius jurat lib. 4. cap. 4. *Per Romuli Casam, perque veteris Capitolii humilia tecta juro.* Quin & Pontifices in eâ sacrificare soliti, ut templo. Dio lib. 48. Ἡ τε σκήνη τῦ Ῥωμύλυ, ἔξ ἱδρυμένης πώς, ὧ οἱ Πονλίφικες ἐν αὐτῇ ἐπετέλεσαν, ἐκαύθη. *Casa Romuli, ex sacrificio quopiam quod in eâ Pontifices fecerant, exusta est.* Atque id incendium inter dira habet. Et si prorupta ea sanè ardere, ut materies & structura fuit. Ovidius:

Quæ fuerit nostri si quæris Regia nati,
Adspice de cannis straminibusque domum.

Roseæ campus, *Rosia* Ciceroni lib. 4. ep. ad Atticum, aget Sabinorum in territorio Reatino apud Velinum lacum. Virg. lib. 7.

Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini.

Rostochium, urbs maritima Saxoniam attingens, Λαχιβέργον Ptol. Duci Mechelburgensi subdita, populis ac divitiis opulentissima. Primùm arx fuit rusticorum castellis septa, tunc circa annum 1170. communiri cœpit, & vallo cingi, atque in opidi formâ consurgere. Frequentibus seditionum motibus, incendio, aliisque calamitatibus sæpe devastata est. Academiam habet Principum Megalopolitanorum, Senatus & vicini populi liberalitate institutam. Long. 34. 20. Lat. 54. 20.

Rostra, templum Romæ in foro ante Curiam Hostiliam, in quo erat suggestus è rostris navium Antiatum, ex quo concionabantur.

Rostrum Nemaviæ, op. Rhætiæ inter Augustam Vindelicize & Campodunum. Anton. *Rostoptem* Lazio, *Memmingen* Simlero.

Rosulum, vicus Etruriæ, Sutrio & Nepitæ urbibus proximus, medius inter urbem Romam & Viterbium, 20. m. p. utrinque. *Monte Rosi* Leandro. Long. 30. 00. Lat. 41. 58.

Rotenburgum, elegans Franconiæ op. ad Tubarum flu.

Roterodamum, urbs Batavorum litorea, elegans & longa inter Dordrachum & Delphos. Long. 25. 45. Lat. 52. 06.

Rotomagus. Vide *Rhotomagus.*

Rovesium, Velaunorum op. in Gall. Aquitanicâ, Ptol. *S. Flour* Villanovano.

Roxani, pop. cujus satrapam Gatrum 300. annis vixisse scribit Plutarchus de flum. circa Tigrim flu.

Roxicum, Corsicæ civitas. Ptol. vulgò *Rogebo.*

Roxolani, *Rossi* Cedreno, *Bastarnæ* Tacito, teste Willichio, pop. Sarm. Europ. quorum reg. *Ruthenia* & *Russen* in regno Polonico, inter Poloniam min. ad occ. & Podoliam ad ort. inter Daciam ad merid. & Lithuaniam ad Arctos, cujus metropolis *Leopolis* dicitur.

Rubeæ, promont. cujus Plin. meminit. Mercatori Livoniæ promontorium est ad mare Balticum, *Dagerort* nomine. Becano autem Scandiæ promont. septentrionale est versus Bor. ultimum,

ultimum, quod hodie *Wardhuis* vocant. Idem ſcribit à Plinio *Duarma* dici.

Rubi, urbs Apuliæ Peucetiæ, inter Canuſium & Barium. Horatius in Hodœporico:

Inde Rubos feſſi pervenimus, utpote longum
Carpentes Iter. ———

Hinc *Rubeus*. Virg. Georg. 1.

Nunc facilis Rubeâ textatur fiſcina virgâ.

Ita Servius, nec ineptè; videtur enim Poeta voluiſſe conjungere duo opida Italiæ. Alii tamen volunt vocem à *rubo* denominatam, quem fruticem inter vitilia enumerat Plinius; faciè enim flectitur, & apta eſt texendis fiſcinis. Long. 40. 42. Lat. 41. 07.

Rubicon, flu. in octavâ Italiæ regione, in Apennino monte naſcens, & inter Ariminum & Ravennam in mare Adriaticum influens, antiquus Italiæ & Galliarum terminus. Lucan. lib. 1.

Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis
Puniceus Rubicon, cum fervida canduit æſtas,
Perque imas ſerpit valles, & Gallica certis
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

M. Tullius Philippicâ 6. *Flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ.* Plinius Rubico quondam finis Italiæ. Sidon. Ap. 5. Qui olim Gallis Ciſalpinis Italiſque Veteribus terminus erat. Appian. Civil. 2. Ὃς ὁρίζει τὴν Ἰταλίαν. Apud ortum *Rugon*, inferius vero *Piſatello* vocatur. Vide Cluver. Ital. Ant. pag. 296.

Rubo, Sarm. Europ. flu. per Livoniam fluens ac mare Balticum ad Rigam urbem ſubiens. Ptol. *Dwina*, vel *Duna*, teſte Peucero.

Rubra, op. ſeu pagus Corſicæ in orâ Auſtrali, inter Bonifacium, & Graniacum promont. 4. m p. Ptol. Hodiè *Solenſara* Ferrario.

Rubra ſaxa, locus Hetruriæ in agro Veientum in viâ Flaminiâ, ab urbe Româ 9. m. p. circa Cremeram. *Grotta Roſſa* Celſo Cittadino. *Rubræ* Mart. lib. 4. ep. 64.

Fidenâs veteres, breveſque Rubras.

Rubrenſis lacus, hodiè *le lac de Narbonne* lacus Gall. Narbon. urb. ſeu ſtagnum per quod Atax flu. labitur. *Rubreſus* Melæ, *Narbonenſis* Straboni, Steph. & Suidæ.

Rubricatus, flu. geminus: unus Hiſp. Tarracon. in Catalaunià apud Barcinonem urb. fluens cum op. cognomine quod interiit, *Lobegrat* Cluſio. Alter in Africâ propriè dictâ, *Armua* Plinio, *Ardalia* Oroſio, ac Diacono, *Ladog* Caſtaldo, *Jadig* Leoni. Moletio vero *Quadibalbat*, inter Hipponem Regium, & Tabracam fluens. Utriuſque meminit Ptolemæus. Prior Melæ *Rubricatum* dicitur.

Rubrum mare. Vide *Erythræum*. Interim notandum *Rubrum mare* nihil aliud eſſe, quam *Phœnicium*, vel *Puniceum*, à Pœnis ſc. & Phœnicibus ſic dictum, qui ſuis claſſibus coloniiſque illud frequentarunt. Livius lib. 45. de Macedonibus & Alexandro: Non ante vincere deſierunt, quam Rubro mari incluſis, quod vincerent, defuerit. Vide Schefferum de Re Mil. lib 1. cap. 1.

Ruconium, Daciæ urbs. Ptol. *Regen* Lazio.

Rudiæ, urbs Calabriæ in Salentinis, à Græcis condita, patria Ennii poetæ, quem idcirco *Rudium hominem* vocat Cicero pro Archaiâ poetâ. Ejus meminit Sil. Ital. lib. 12.

——— *Rudiæ genuere vetuſtæ,*
Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumno.

Ptolemæo ſing. num. Ῥωδία, itemque *Rhudia* Plinio. Reliquis auctoribus plur. Stephano Ῥωδοί, Straboni Ῥωδίαι, *Ruia* hodie, teſte Cluverio.

Rueſium, urbs Aquitaniæ, inter Toloſam & Convenarum urb. Ptol. *Rieux* Mercatori. Sed Villanovano eſt *S. Flour*, urbs in fin. Arvernorum; inter illos & Ruthenos.

Rufæ, op. Campaniæ in Samnii confin. ſive è contrâ, Eſerniæ finitimum. Virg. lib. 7.

Quique Rufas Batulumque tenent, atque arva Celennæ.

Rufrium Livio dicitur. *Rufræ* autem Silio pl. num.

Rufiana, Nemetorum urbs in Gall. Belg. Ptol. *Oppenheim*, ad Rhenum eſt, auctore Heroldo.

Rugii, pop. Germ., in orâ maris Baltici, quorum reg. *Rugia*. inſula *Rugenlandt*, continenti Pomeraniæ penè juncta, contra Sundim urb. ubi *Rugium* Ptol. urbs, quæ & Vineta *Holmurg* Villanovano. Althamerus vero *Caminum* interpretatur, Pomeraniæ urb. Epiſcopalem. Long. 38. 40. Lat. 55 25.

Ruguſci, *Rhiguſcæ* Ptol. *Rheni* Steph. pop. Rhætiæ ad Rhenum flu. incolentes. *Rhynthaler*, & *Rhyngoewer* Scudo & Simlero teſtibus.

Rupella, portus Santonum. Ptol. urbs Gall. Aquit. maritima; vulgò *la Rochellæ*. Long. 19. 25. Lat. 45. 50.

Ruſcino, *Ruſino*, Ptol. *Ruſcinus* Avieno, vulgo *Rouſſillon*, colonia & urbs exciſa apud Parpinianum inter Narbonem ad bor. & Gerundam urbem Hiſp. in ort. Item flu. ex monte Pirenæo in mare per urbem Ruſcinonem labens, *Thelas* Melæ, *Tet* vulgò, teſte Varrerio.

Ruſconia, *Ruſcinona* Livio, *Ruſtonium* Ptol *Rungoniæ* Anton. col. & urbs Maurit. Cæſarienſ. marit. inter Icoſium ad occ. & Ruſucurrum ad ort. à Juliâ Cæſareâ 78. m. p. in ortum. *Morafus*, & *Temen de Fuſt* Marmolio. Long. 18. 30. Lat. 32. 14.

Ruſcurium, *Ruſcurrum*, Anton. *Rhuſuccoræ*, Ptol. *Garbel*, teſte Moletio, urbs & col. Maurit. Cæſar. inter Ruſconiam ad occ. & Saldas ad ort.

Ruſellæ, Thuſciæ op. mediter. Ptol. & Liv. hodie *Roſella*, teſte Leandro. *Ruſellana Colonia* Plinio, *Roſellæ* Antonino. Long. 34. 45. Lat. 42. 25.

Ruſibis, *Ruſubis* Vict. Uticenſi, *Rutubis* Plinio, portus & op. Mauritan. Tingitanæ ad Cuſæ oſtium in mare Atlanticum labentis. *Omirabi* Marmolio. Long. 06. 40. Lat. 32. 30.

Ruſicada, op. Africæ propriæ maritimum apud Cullu urb. *Eſtora*, ſive *Stora* Marmol. & Moletio. Long. 38. 00. Lat. 32. 20.

Ruſium, Cedreno, *Topiris* Ptol. *Doberus* Thucyd. *Toprus* Procopio, urbs Thraciæ inter Philippos & Maximianopolim; hodie *Ruſio*.

Ruſpæ, Ptol. Africæ propriæ urbs maritima. Stella ſcribit eam *Alfaques* hodie vocari.

Ruſpina, urbs Africæ marit. inter Hadrumetum & Ruſpas. Silius lib. 3.

Quæque procul cernit non æquos Ruſpina fluctus.

Ruſſia, Poloniæ regio ad Meridiem, montes ac terminos regni Hungarici pertingens, cujus metropolis *Leunpurg*, quam Latini *Leopolin* vocant. *Ruſſia* quoque olim Sarmatia, nunc *Muſcovia* vocatur. Vide Ægid. Fletcherum in Ruſſorum Rep. cap. 1.

Rutlandia, *Rutlandſhire*, provincia parva Angliæ, inter Leiceſtriam ad occ. Lincolniam ad ort. & Northantoniam prov. ad merid.

Rutuba, flu. Liguriæ ex Appennino monte in mare Liguſticum deſcendens, vulgò *la Rotta*. Ejus mem. Lucanus lib. 2.

Dexteriora petens montis declivia Tybrim
Unda lavat, Rutubamque cavam.

Rutuli, Latii pop. quorum Ardea metropolis fuit. Virg. Æneid. 10.

Tros Rutiluſne fuit, nullo diſcrimine habebo.

Rutunium, *Routon* adhuc, teſte Camdeno, op. Angliæ in comit. Salopienſi. Anton.

Rutupæ, Ῥούτουπαι Ptolemæo, *Repcheſtre* Lhuydo, *Richborow* Talboto & Camdeno; portus & op. Albionis in orâ Angliæ exciſum apud Sandovicum port. & op. Hinc *Rutupinus*. Lucan. lib. 6.

———*Veluti mediis qui tutus in arvis*
Sicaniæ, rapidum neſcit latrare Pelorum:
Aut vaga cum Tethys, Rutupinaque litora fervent,
Unda Caledonios fallit turbata Britannos.

Juven. Sat. 4.

———*Circæis nata forent, an*
Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo
Oſtrea. ———

Auſonius in Catalogo Urb.

Puniſti Auſonio Rutupinum Marte latronem.

Vide Guil. Burtonum ad Antoninum, pag. 20. &c.

Ryſſadirum, Maurit. Ting. urbs ad mare Ibericum. Ptol. *Deyrat Milila* incolis, teſte Marmolio. Long. 10. 10. Lat. 34. 45.

Ryſſadium, Libyæ promont. Ptol. *Capo de Verde* Nigro.

S.

Saba, vel *Seba*. Ex Scripturâ, inquit Bochartus ὁ μέγας, ſcimus 4. eſſe populos Seba nomine, quia totidem gentium conditores hujus nominis recenſet Moſes. Primum Chuſi filium. Secundum nepotem ex Rhegmâ. Gen. 10. 7. Tertium filium Joctan. Gen. 10. 28. Quartum denique filium Jockſan. Gen. 25. 3. Primi nomen per ס *ſamech*, reliquorum per ש *ſhin* ſcribitur. E primis tribus nati populi commerciis, & ex quarto latrociniis dediti. Primus & ſecundus è Chami ſtirpe, tertius & quartus è Semi poſteris. Primus, ſecundus, & quartus mari Perſico, tertius Arabico propior fuit. Inde eſt quod Sabæos ſcribit Plinius lib. 5, cap. 28. ad utrumque mare habitare. *Sabæi*, inquit, *propter thura clariſſimi ad utraque maria porrectis gentibus.* Nam quatuor

hi

hi pop. quantumlibet diversi, sub uno tamen Sabæorum nomine continentur. Nos ex Viro magno singulis propriam sedem assignabimus, & primum de *Sabæis* filiis *Joctan*. Cum autem de his agitur, eorum quoque nomen non caret homonymiâ. Sæpe enim sacri scriptores, & post Agatharchidem, Diodorus & Artemidorus apud Strab. atque alii veterum Sabæorum nomine quatuor illos populos complectuntur qui Arabiæ πέζαν occupaverunt, Minæos nempe, Catabanos, & Chatramotas. Hic vero agimus de *Sabæis* propriè dictis, quorum pater fuit שבא *Seba*, vel *Saba* filius Joctan. De his Eratosthenes, qui primus veterum Sabæos distinguit à reliquis Arabiæ odoratæ gentibus: Ἐχέμψοι δ' τύπων Σαβαῖοι. Μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαριάβα. Locum inspicienti apparebit his verbis poni Sabæos ad mare Rubrum inter Minæos & Catabanos, qui Arabici sinûs fauces occupant. Dionysius Periegetes:

——————Γαῖα
Καλεομὶς ἐναίει καλεναπὶ Πρσιδ⊖ αἴης,
Αὐτὰρ Ἐρυθρσίης πλαδεῦ ναίσι θαλάσσης,
Μιναῖοί τ' Σάβαι τε ἠ ἀγχίγυοι Καλαβλωοί.

Sabæorum metropolis *Sabo* vel *Sabas*. Agatharchides cap. 50. Τὸ δ' τῶν Σαβαίων ἄρχ τῶν παντὸς ἔθνους περιηγείαν ὀκλῶν ἐπ' ὄρυς ὄζιν ὃ μεγάλη, πολὺ χάλλιστον τῶν χ' τ' Ἀραβίαν, ὃ καλεῖται Σαβᾶ. In Diodoro autem quem palam est Agatharchidem sequi, melius legitur Σάβα. Verba sic habent: καῖ δ' ἔθνος τότε μητρόπολις ὄζιν ἣν καλῶσι Σάβα, ἐπ' ὄρυς ὠτρμένη. Ita Philostorgius lib. 3. Felicem Arabiam, in quâ Sabæi, tradit καθήκειν ἐπὶ τ' ἐξώτατον ὠκεανὸν, ἧς μητρόπολις ἡ Σάβα. Et cum Theophrastus aromata gigni scribit περὶ τ' Σάβα ἠ Ἀθερίμιτα, intelligit Saba Sabæorum metropolin, & regionem ei cognominem. Saba Ptolemæo est Σαβὴ, Stephano Σαβαὶ & Σάβω. Σαβαί, inquit, πόλις μεγάλη, πλησίον τ' Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ἠ φρύριον. Idem alibi: Σάβα, πόλις μεγάλη, πέρην τ' Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, οἱ πολῖται Σαβαῖοι. Ejusdem urbis aliud est nomen ab isto plane diversum *Mariaba*. Eratosthenes de Sabæis: Μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαριάβα. Artemidorus: Ἡ δ' πόλις τῶν Σαβαίων, ἡ Μαριάβα, κεῖ μ' ἐπ' ὄρυς ἐυδένδρε. Nomen *Mariabæ* Plinius *dominus omnium* interpretatur, nempe à verbo רבא *rabba*, quod *dominari* sig. formatur nomen *Marab* pro loco vel tempore dominationis. Tres Metropoles in Arabiâ hujus nominis enumerat Plinius. Cæterùm Saba Græcorum alii mysterium explicant, ut in Plinio habetur lib. 12. cap. 14. alii ridiculè deducunt ἀπὸ τῦ σέβειν, eo quod in cultu Deorum præcipuus thuris usus est. Hesychius multò verius Σαβᾶ, αἰχμαλωσία. Nam Ebraicè שבה Chaldaicè & Syriacè שבא. & Arabicè سبى est *captivum ducere*. Tamen *Saba* refert Bochartus potius ad Arabicum שבא, quod *eminere* sig. Id enim in Sabæos apprimè quadrat, sive situm respicias urbis metropoleos, quæ fuit in monte sita, ut supra ostendimus, sive staturam corporum incolarum, de quibus Agatharchides: Τὰ σώματά ὅτι τῶν χωριοκάτων ἀξιολογώτερα. Præterea si mores hominum spectes, Geographus Arabs eos ita describit: *Fastu, jactantiâ, & superbiâ reliquos populos superabant.* Denique dignitate etiam & numero, & potentiâ videntur cæteris præcelluisse. In Agatharchide: τὸ τῶν Σαβαίων ἔθνος μέγιστον τ' χ' τ' Ἀραβίαν, καὶ παντοίας κύεων ἐυδαιμονίας. In Strabone: Ἡ τ' Σαβαίων ἐυδαιμονεστάτη μεγίστη ἔθνος. In Diodoro Siculo Sabæi sunt πολυανθρωπότατοι τ' Ἀραβικῶν ἐθνῶν. Divitiæ Sabæorum partim balsamo, & casiâ constant, & myrrhâ, & thure, & cinnamono, & palmâ, & calamo odoratis, & cæteris id genus tantâ ubertate, ut in igne quotidiano non aliud lignum adhibeant quam ex casiâ & cinnamono. Plin. 12. 17. *Non alia ligni genera in usu sunt, quam odorata: cibosque Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrhæ.* Unde Virgil.

——————*Molles sua thura Sabæi.*

Et rursum:

——————*Solis est thurea virga Sabæis.*

Sen. in Herc. Oetæo:

Splendescat ignis thure, quod Phœbum colens,
Dives Sabæis colligit truncis Arabs.

Val. Flac. l. 6.

——————*Thuriferos, felicia regna, Sabæos.*

Theophr. Hist. Plant. 9. 4. Γίνε μ' ὃν ὁ Λίβαν⊖ ἐν τῇ τ' Ἀραβίαν χώρᾳ, περὶ τ' Σαβὰ χ' Ἀθερίμιτα. Strabo de Sabæis ubi supra: ἐν οἷς χ' Σμύρνα χ' Λίβαν⊖ χ' Κιννάμωμον. Plin. 6. 28. *Sabæi Arabum propter thura clarissimi.* Iterum: *Sabæos ditissimos sylvarum fertilitate odorifera.* Sidonius in Protrept. *Thurifer Sabæus.* Eadem Hieronym. c. 3. in Joelem. Sunt & pro Sabæo thure auctores qui hanc mercem faciunt Arabicam; nam Sabæi in Arabiâ. Hi sunt Herod. lib. 3. Mela 3. 8. Tibullus 1. 2.

Urantur pia thura focis, urantur odores
Quos tener è terra divite mittit Arabs.

Sed adeo nihil non sub lite. Nam Strabo lib. 16. per extrema ait esse nonnullos qui dicant: τὲ δ' Λιβανωτὸν τὸ πρὸς τῇ Ἰνδικῇ. Et Philostratus lib. 3. ubi de Caucaso: *In montis præruptis lateribus arbores, è quibus thus destillat, pulcherrimæ nascuntur, & aromatum aliæ species multæ.* Dioscorides quoque l. 1. c. 70. discriminat inter thus Arabicum atque Indicum. Papinius 4. Silo clare *thus Niliacum*, qui perinde hanc mercem Ægypto tribuit. Non pono in hoc numero Plinium, cum nominat *thus Minæum*, nam Arabicum intelligit. De la cerda. De Regimì Seba, vel Saba vide Bochart. lib. 2. cap 26. De שבא *Seba* vel *Saba* filio Rhegma. Vide eundem Phaleg. lib. 4. cap. 7. Sabæi, inquit, ex stirpe Chusi, ubi locorum sedes finxerint, conabimur hic aperire. Sabæos dicit Pomponius Arabiæ Fel. tenere partem ostio maris Persici proximam & Carmanis. Et in illo ipso ostio Carmanis proximo recensetur Arrianus in Periplo ὅρη μέγιστα λεγόμενα Σαβᾶ, tanquam à *Sabâ*, Ptol. scribit *Asabo*, & Marcianus *Pasabo*. Sed utrobique monent vestigia nominis *Sabæ*. Hos Sabæos, ut putem patrem habuisse Sabam Rhegmæ filium ac Dedanis fratrem, facit locorum vicinia. Nam urbs *Dedan*, hodie *Dadan* proximè abest ab illo freto, & prope Dedan erat Rhegma. Eosdem verisimile est per freti angustias trajecisse in vicinam Carmaniam, in quâ *Sabin* urbem describit Ptol. & Plin. *Sabin* flu. Dionys. Perieg. *Sabas* populos vicinos Pasargadis. Sic enim ille:

Πρῶτα Σάβαι, μ' πὸ δ' Πασαργάδαι.

De altero *Sebâ* filio Chus, ac de *Sebâ* Abrahami nepote, vide Boch. Phal. l. 4. c. 8. & 9.

Sabadibæ, Anthropophagorum inf. 3. in mari Indico, sive Eoo Ptol.

Sabæ, Indiæ pop. vulgò putantur apud Dionysium, cujus cujus verba sunt:

Τῶν δ' μέσοι ναίσι Σάβαι.——————

Id est, *horum autem* (fluminum) *medii habitant Sabæ*, sc. inter Acesinem, Hydaspen, & Cophetem, de quibus proximè egerat. Atqui hoc loco pro Σάβαι legendum Σίβαι rectè monuit vir magnus in Plinianis. Quippe in Indiâ Sabas nemo alius nominavit. Sed *Sibarum* mem. Strabo lib. 15. Diodorus lib. 17. Arrianus in Indicis, Nonnus in Dionysiacis lib. 26. v. 218. Steph. in Σίβαι. Bochartus.

Sabalingii, pop. Germ. inter Cimbros quos *Jutlander* cum *Gutis* & *vitis* Peucerus interpretatur.

Sabana, aureæ Chersonesi urbs. Ptol. *Saendebar* Mercator vocat, & in inf. Japan locat.

Sabarcæ, Indiæ pop. qui populi, non regum imperio regebantur. Q. Curtius.

Sabaria, hujus mem. Ammianus & Antoninus. Plinius eam Norico annumerat, & Coloniam D. Claudii nominat. Lazio Austriæ op. est ad Angrum flu. nomine *Stain*. Bruschius dicit Sabariæ, An. Dom. 1508. sepulchrum Ovidii Nasonis inventum, testudine magnificum, & hoc epitaphio ornatum:

Fatum necessitatis lex.
Hic situs est Vates, quem Divi Cæsaris ira
Augusti patriâ cedere jussit humo:
Sæpe miser voluit patriis occumbere terris,
Sed frustra, hunc illi fata dedere locum.

Sabaria, Gunsi Germanis. *Benges* Hungaris, flu. Pannoniæ Sabariam urb. alluens, & in Arrabonem influens.

Sabarim, locus trans Jordanem in terrâ Amorrhæorum, qui à *frangendo* hoc nomen invenit; siquidem ibi Israelitarum acies fracta est. Jos. 7.

Sabata, Liguriæ urbs, quæ & *Vada Sabatorum*, & *Vada Sabatia*. Ptolemæus: Τῆς δ' Λιγυείας ὑπωκιμένης τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσιν, εἰσὶ μεσόγειοι πόλεις, Σάβαλα, Πολεντία, Ἄσα, Ἄλβα Πομπία, Λιβάρνα. Imperitè opidum maritimum in mediterraneis posuit. Jul. Capitolinus in Pertinace: *Avaritiæ suspicione privatus non caruit, quum apud Vada Sabatia oppressis fœnore possessoribus, latiùs suos teneret fines.* Strabo lib. 4. in descriptione Alpium: Ἀρχὴ δ' αἱ Ἄλπεις, ἀπ' ἀπὸ Μονοίκυ λιμένω⊖, ὡς εἰρήκασί τινες, ἀλλ' ἀπὸ τ' αὐτῶν χωρίων, ἀφ' ὧντερ χ' τὰ Ἀπέννινα ὄρη χ' Γένουαν χ' τὰ καλούμενα Σαβάτων Οὐάδα, ἄχρι δεῦρο τανύει, &c. Vide Cluver. Ital. Ant. p. 68. Silius lib. 8.

Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique
Stagna tenent.——————

Sabathra, urbs Arab. Fel. Plin. Item col. & op. Africæ marit. *Saxambis* Moletio. *Rakianabes* Villanovano. Long. 77. 00. Lat. 16. 56.

Sabatia, regiuncula Tusciæ, circa lacum Sabatinum, inter urb. Romam ad ort. & Tarquinios ad occ. hodie *Paesa di Anguillara*.

Sabbaticus amnis, de quo sic Josephus Bell. Jud. 7. 23. Τίτ⊖ δ' Καῖσαρ, χρόνον μέν τινα διέσχεν ἐν Βηρυτῷ, διὰ τὰ περιεστηκέναι Θεᾷ δ' χ' τ' πορείαν πλαμὸν φύσιν ἄξιον ἰσορροθῆσαι. Ῥεῖ μ' γὰρ μισ⊖ Ἀρχαίας τ' Ἀγκίπα βασιλείας

καὶ Ῥαφανίδας, ἔχει δὲ θαυμασὴν ἰδιότητα. Πολὺς γὰρ ὢν ὅτε βρεῖ, καὶ κτὶ φορᾶς ὁ γελασῖνος, ἔπειτα δὲ πᾶς ἐπὶ τῇ πηγῇ ὅλος λείπων, ἐξ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ξηρὸν ἀφανίζουσιν ὁρᾶν τόπον. Εἰδ' ὥσπερ ἀδημίας ἠνομώμης μεταβολῆς, ὅμοιος καὶ τὴ ἐβδόμῳ ἐνδίδωσι, καὶ ταύτῃ αἰεὶ τὴ τάξιν ἀκριβῶς τετήρηκε διαφυλάττων, ὅθεν δὴ καὶ Σαββατικὸν αὐτὸν κεκλήκασιν, ἀπὸ τὴ ἱερᾶς τῆς Ἰουδαίων ἑβδόμης, ὅπως ὀνομάσαντες. Hæc ille. Hic vero de Sabbatis Judæorum nonnihil annotare liceat. Etsi enim observatio hebdomadum, quæ hodie obtinet ante tempora Theodosii vulgò recepta non fuit, Græcos tamen & Asiaticos in functione vitæ quotidianæ tale aliquid observare solitos accepimus. Quod quia imitatione Judæorum, qui jam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam Sabbati nomen multi retinuerunt. Ejusmodi est quod Suetonius ait, *Diogenem Grammaticum solitum Rhodi Sabbatis disputare.* Sic septimo quoque die feriæ pueris solitæ in Scholis concedi. Lucianus in Pseudologista: Καὶ ὁ μὲ Κόδρατός πνα εἶπεν, ὁ δὲ Ἐβδόμιλλος, ὅπερ ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν τῇ ἑβδόμαις, κακεῖνος ἐν τῇ ἐκκλησίαις ἔπαιζε καὶ διεγέλα. Gellius 15. 2. *Is in conviviis juvenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus Lunæ solenne nobis fuit, simulatque modus epulis factus, & utiles, delectabilesque sermones cœperant; tum silentio ad audiendum petito, loqui cœptabat.* Ubi notandum quod Ἑβδόμη festum erat publicum Athenis, quod Septimo quoque die Lunæ celebrarent in honorem Apollinis, cui dies ille sacer. Suidas: Ἡμέρας τινὲς ἐνόμιζοντο. Ἀθηναῖοι θεοῖς πᾶσι, ὅτε Νεμηνία, καὶ Ἑβδόμη Ἀπόλλωνος. Hesiodus Ἡμέραις:

——— ——Καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ,
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

Idem servatum etiam in aliis rebus. Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio: *Exercitium septimo die fuit omnium militum, ita ut sagittas mitterent, & armis luderent.* Lampridius in Alexandro Severo: *Capitolium septimo die cum in urbe esset, ascendit, templa frequentavit.* Disputat etiam Clem. Alex. Strom. 5. ὅτι τὴ ἑβδόμην ἱερὴν, ὡ μόνον Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι. Sed ante eum scripsit Josephus jam suâ ætate adeo increbuisse septimi diei observationem ex Judaico ritu, ut neget ullam urbem, aut Græcorum, aut Barbarorum, h. e. non Græcorum posse reperiri, quæ cessationem ab opere diei septimi in suos mores non recepisset. Insignis planè locus, ideoque verba ipsa proferam: Οὐδὲ ὀξὺν ὡ πόλις Ἑλλήνων, οὐδὲ ἠπειρῶν, ὡ ἡ βαρβάρων, ὡ δὲ ἐν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τὴ Ἑβδομάδης ἦν ἀργὸν μὴν ἡμεῖς τὸ ἔθος ὡ διαφόρησαν. Hæc ille lib. posteriore contra Apionem. Utcunque hoc sit, illud interdum pro certo habetur, Ethnicos Judæorum Sabbata contemptui ac ludibrio semper habuisse, secundum Ecclesiæ querimoniam. Thren. 1. 7. *Viderunt eam inimici ac Sabbata ejus derisere.* Seneca apud Augustinum l. 6. de Civit. Dei c. 11. Judæis vitio vertit, *quod septimam ætatis suæ & vitæ partem otiando perderent.* Juvenalis quoque:

——— ——*Cui septima quæque fuit lux*
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.

Idem alibi:

Observant ubi festa mero pede Sabbatha reges.

Tacitus lib. 5. Histor. *Septimo die otium placuisse ferunt; dein blandiente inertiâ, septimum quoque annum ignaviæ datum.* Claud. Rutilius:

Radix Stultitiæ, cui frigida Sabbata cordi,
Sed cor frigidius religione suâ est,
Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Tanquam lassati mollis imago Dei.

Plura inveniri possunt huc spectantia in Dione Cassio, Justino, aliis. Sed hæc obiter.

Sabbatius, Italiæ flu. Antonino est in Samnitibus, quem Leander nunc *Fiumè di Benevento* ait vocari; & *Sammium* à Floro dictum addit.

Sabelli, pop. Italiæ, à Sabinis oriundi, inter Sabinos & Maros incolentes. Hinc *Sabellus*. Horatius:

Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas.———.

Itemque *Sabellicus*. Virg Georg. 3.

Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus.

Sabini, pop. in 4. reg. Italiæ, non procul à Româ, à religione & cultu Deorum cognominati, ut vulgò volunt, qu. ἀπὸ τὸ σέβεσθαι. Plinius lib. 3. cap. 12. *Sabini, ut quidam existimavere, à religione & Deorum cultu Sebini appellati.* Et Festus Pompeius: *Sabini dicti, ut ait Varro Terentius, quod ea gens præcipuè colat Deos*, i. e. ἀπὸ τὸ σέβεσθαι. Eccui vero credibile fiet, Italum gentem in primis antiquam nomen sibi imposuisse è Græcâ linguâ quæsitum? Itaque longè aliter senserunt alii auctores; à quibus Isidorus Origin. lib. 9. cap. 11. habuit ista: *Ab Italo Itali, à Sabino Sabini, à Sicano Sicani.* Hæc haud dubiè, inquit Cluverius, habuit è Porcii Catonis Originibus gentium, civitatumque Italicarum. De hoc quidpe ita tradit Halicarnass. Dionysius lib. 2. Ζωσιμᾶς ὁ Τραλλιανὸς συγγραφεὺς Ὀμβρικὰ ἔθνος, αὐτηκόως ἱστορεῖ τὸ μὲ πρῶτον οἰκῆσαι σφᾶς τὴ κατωμένην Ῥεατίνων· ἐκεῖθεν δὲ ὑπὸ Πελασγῶν ἐξηλαθέντας, εἰς ταύτην ἀφικέσθαι τὴ γῆν, ἔνθα νῦν οἰκοῦσιν· καὶ μεταβαίνοντας ἅμα τῷ τόπῳ τὸνομα. Σαβῖνας ἐξ Ὀμβρικῶν μεταρρυθμίσαι. Κάτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲ ὄνομα τῶν Σαβίνων ἔθνει τιθῶσι φησιν ὅτι Σαβῖνι τῷ Σάγρα, δαίμονος ὄπιχθίου. Hunc Sabini gentis condit orem Silius Italicus non *Sabinum*, sed *Sabum*, pronunciat, à quâ quidem primitivâ voce rectius derivatum provenit gentis vocabulum *Sabini*. Sic enim ille lib 8.

Cunctis hasta decus clypeusque refertur in orbem.
Vertice & implumes, ac levi tegmine cruris
Ibant, & læti, par, Sancum voce canebant,
Auctorem gentis; pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas; qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magnâ ditione Sabinos.

Sabinos *fortissimos*, & *florem Italiæ*, adeo ac *Reip. robur* Cicero vocat Orat. pro Q. Ligario. Laudati iidem gravitate morum & sanctitate imprimis fuerunt. Sanè *tristem ac tetricam disciplinam* antiquis Sabinis Livius tribuit: *illoque genere nullum aliud incorruptius fuisse* disertè scribit lib. 1. c. 18. Hinc libenter Poetæ cum matronas castas, pudicas, sedulas, viri, familiæque magis, quam formæ studiosas laudare volunt, cum Sabinis conferant. Horat. Epod. 2.

Quod si pudica mulier in partem juvet
Domum, atque dulces liberos,
Sabina qualis, aut perusta Solibus
Pernicis uxor Appuli, &c.

Quem totum locum Statius lib. 5. Sylv. 1. sic expressit:

Ipsa dapes modicas, & sobria pocula tradit,
Exemplumque ad herile monet, velut Appula conjux,
Agricolæ parci, vel Sole infecta Sabino,
Quæ videt emeriti jam prospectantibus astris,
Tempus adesse viri, propere mensasque torosque
Instruit, expectatque sonum redeuntis aratri.

Martialis 1. 62.

Casta nec antiquis cedens Levina Sabinis.

Juv. Sat. 6.———*Intactior omni*
Crinibus effusis bellum dirimente Sabinâ.

Idem Sat. 10.

———*Veteres imitata Sabinas.*

Virgil. Georg. 2.

Casta pudicitiam servat domus, &c. dein subdit:
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.

Vetus adagium de iis fuit: *Sabini, quod volunt, somniant.* De quo Festus & ad eum Scaliger. De Lacedæmoniis orti fuerunt. Plut. Νεμᾶς γὰρ μὲ ἦν ἐκ Σαβίνων Σαβῖνος ὢ βάλου Λακεδαιμονίων ἑαυτὸς ἀποικος γενέσθαι. Vide Cluver. Ital. Ant. l. 2. c. 8.

Sabis, flu. est inter Belgas, qui Nervios irrigat, & in Mosam flu. penes Condrusios, seu Mamurcium op. Leodiensium influit. *Sambre* Lesslabæo. Item flu. Carmaniæ in sinum Persicum influens.

Sablones, Anton. *Sambeck* vicus Similero circa Mosam prope Trajectum superius.

Sabonam, vocat Bruschius *Brixon* Germ. urb. in Alpibus sitam & episcopali sede decoratam. Hanc Niger tradit *Bretina* Ptolemæi esse. *Sabiona* legit Similerus, & *Sebatum* Antonini esse dicit, atque *Brixinam minorem* designari, ubi olim episcopi sedes fuit.

Sabrina, Severn, flu. Angliæ celeberrimus. Oritur in Walliâ, Bor. in Com. Montgomerienſi, ex monte *Plym-Llimmon* dicto; & paulo post auctus aliquot fluviis, & per Angliam fluens, Salopiam rigat & Vigorniam. Hinc paulo infra auctus Temdo flu. uti & Avona ad Theocicuriam juxta Gloceſtriam labitur; & receptis Vaga flu. Walliæ, & Avona flu. qui Briſtolium rigat, ſinum Sabrianum efficit, vulgò *Severn Flud*, inter Walliam & Cornubiam. Ejus mem. Tacitus Ann. 12.

Sacæ, pop. Aſiæ inter Scythiam citer. ad Bor. & Indiam citer. ad merid. Sogdianis ad occ. finitimi (quorum regio *Belor* Mercatori) ſine urbibus, unde Nomades per deſerta habitantes appellantur. Dionyſ. v. 749.

Τὸν μὰτ' ὀλὴ περιχῶσιν Ἰαξάρτεω νέμονῦ
Τόξα Σάκαι φορέοντες, ἃ μηκίης ἄλλῳ ἐλέγχει
Τοξάτης· ὡ γὰρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν.

Hi cum Maſſagetis adeo celebres præ cæteris Scythis fuere, ut omnes Scythæ Aſiatici Maſſagetæ & Sacæ ab antiquis dicti fuerint, teſte Strabone. Imò *Perſæ Scythas in univerſum Sacas appellavere à proximâ gente*, uti loquitur, Plin. 6. 17. De Sacarum incurſionibus in Hyrcaniam & alias reg. ad Armeniam uſque, ubi regionem occuparunt *Sacaſenam* ab illis appellatam, quæ Ptolemæo eſt *Sacapene* (unde *Sagapenum* affertur) vide Strab. lib. 11. Montanus. Saca-

Sacazania, pagus Africæ ad Syrtim magnam. *Zedic* Marmolio.

Sacer mons, locus ad tert. milliarium ſupra Anienem, quem plebs Rom poſt reges exactos, dum à potentioribus premeretur, occupavit. Cic. in Bruto. Ibi creati ſunt Tribuni plebis. Ovid. Faſt. 3.

Plebs vetus & nullis etiam tunc tuta Tribunis
Fugit, & in Sacri vertice montis erat.

Sacer portus, vel *Sacriportus*, locus in Italiâ Syllæ & Marii Junioris prælio nobilis. Velleius libro altero: *C. Marius ſepties Conſulis filius apud Sacriportum pulſus à Syllâ.* Lucanus lib. 2.

Jam quot apud Sacri cecidere cadavera portum.

Ἱερὸς λιμὴν dicitur Appiano Ἐμφυλ. α.

Sacos, vicus Pieriæ in Lacedæmone: ſic dictus, quòd incolæ *ſcutum*, σάκος Græcis dictum, primi invenerint. Gentile *Sacius* Steph.

Sacra Via, in Urbe Româ vocata eſt, quòd in eâ ictum ſit fœdus inter Romulum & Tatium. Hâc triumphantes in Capitolium ibant. *Sacer clivus* Horatio dicitur. Idem Sermonum lib. 1. Satyrâ nonâ.

Ibam forte Viâ Sacrâ (ſicut meus eſt mos)
Neſcio quid meditans, &c.

Sacrani, pop. Italiæ non procul à Roma. Servius illud Virgilii Æn. 7.

Et Sacranæ acies & picti ſcuta Labici.

Dicunt, inquit, *quendam Corybantum veniſſe an Italiam ac tenuiſſe loca, quæ Urbi vicina ſunt. Ex eo populos ducentes originem Sacranos appellatos; nam ſacrati ſunt Matri Deûm Corybantes.*

Sacrum nemus, ſylva Batavorum in Hollandiâ apud Ageducem pagum, inter Lugdunum, Delfos & Hagam.

Sacrum promontorium, Luſitaniæ locus Ptol. *Caput S. Vincentii* hodie dicitur. Aliud in Corſicâ eidem Ptolemæo, *Capo Chelidoni* Sophiano.

Sænia, Tuſciæ mediter. op. Ptol. *Siena* hodie dici, & Coloniam *Senenſem* Tacito vocari docet Orlandius.

Sagaris, flu. Aſiæ, qui ex Dyndymo Galatiæ monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniamque flexuoſo curſu delatus, tandem influit in Pont. Euxinum. Ovidius Pont. 4. 10.

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniuſque Hypaneſq; Crateſq;
Influit, & crebro vortice tortus Halys.

Sagra, flu. Magnæ Græciæ per fines Locrenſium in mare Auſonium influens. *Alaro* hodie Gabr. Barrio. *Sagriano* Leandro. *Suchriano* Nigro.

Saguntia, olim op. nunc pag. Hiſp. Bæt. in Vandalitiâ, *Gigonza*, vel *Giſconza*, teſte Morali. Long. 18. 28. Lat. 41. 30.

Saguntum, vel *Saguntus*, *Morvedre* Morali, op. olim clariſſimum Hiſp. Tarraconenſis in finibus Hedetanorum, ab Annibale expugnatum & everſum. Fuit autem Pop. Romani fideliſſima ſocia, quam cum Annibal contra jus fœderis obſidione premeret, maluerunt Saguntini ſe, ſuaque omnia igni conſumere, quàm aut fœderati populi amicitiam deſerere, aut vivi in hoſtis poteſtatem pervenire. Florus 2. 6. *Saguntus vetus Hiſpaniæ civitas & opulenta, fideique erga Romanos, magnum quidem ſed triſte monumentum.* Hanc Stephanus *Zacanthan* appellare videtur. Inde Appiano in Ibericis populi Ζακανθαῖοι. Ζακανθαῖοι, inquit, ἄποικοι Ζακυνθίων ἐν μέσῳ τῷ Πυρηνίῃ, καὶ τῇ πολεμῷ Ἰβηρικὸς ὄνλες. Sed peſſimus Geographus in rebus Hiſpanicis eſt Appianus, qui Saguntum inter Pyrenæos, & Iberum flu. collocat, quæ omnium Geographicorum conſenſu fuit inter Iberum & Sucronem, non longè à loco ubi nunc *Valentia*. Idem paulo pòſt miſerè prodit ſuam ignorantiam in Hiſpaniæ Geographiâ, qui Carthaginem novam, ſeu Spartariam eandem eſſe putat, quæ olim Saguntus, quæ à ſe invicem, plus quam 50. leucis diſtabant. Strabo lib. 3. Σαγύντιον κτίσμα Ζακυνθίων. Livius lib. 21. *Civitas ea longè opulentiſſima, ultra Iberum ſita paſſus mille ferme à mari, oriundi à Zacyntho inſula dicuntur: miſtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.* Silius lib. 2. ubi de Annibalis clypeo:

Eminet excelſo conſurgens colle Sagunthos,
Quam circum immenſi populi, condenſaque cingunt
Agmina cirtantum, pulſantque trementibus haſtis.
Extremâ clypei ſtagnabat Iberus in orâ.

Polyb. l. 3. Ἡ δὲ πόλις αὐτὴ κεῖται μὲν ὑπὸ τὴν πρὸς θάλατταν κατάντη πρόσοδον τῆς ὀφρύος τῆς συναπτούσης τὰ πρὸς τὰ τῆς Ἰβηρίας καὶ Κηλτιβηρίας· ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ σταδίους. Long. 20. 55. Lat. 39. 45. Hinc *ſaguntina fames* pro magnâ & extremâ. Lucan. l. 3.

Nec pavet hic populus pro libertate ſubire
Obſeſſum Pœno geſſit quod Marte Saguntum.

Sais, urbs Ægypti juxta unum ex Nili oſtiis, quod ab ipſa *Saiticum* dicitur. Pop. *Saitæ*, qui Minervam colunt. Propertius 2. 2.

Mecurioque Sais fertur Bæbeidos undis
Virgineum Brimo compreſſuſſe latus.

Ubi quæ de urbe *Sai*, & *Saï* de Minerva comminiſcitur Berosaldus ἀπεσφάλνται ſunt. Pro *Sais* enim *ſacris* legendum, uti emendat Paſſeratius. Long 61. 30. Lat. 30. 50.

Sala, flu. & urbs Maurit. Tingit. cis Atlantem minorem Flu *Buragrag*, urbs autem *Sella*, ſeu *Cela*. Eſt & *Sala* flu. ejuſdem Maurit. apud Atlantem majorem. Ptol. Long. 06. 40. Lat. 33. 50.

Sala, op. Pannoniæ ſup. in Hungariâ. Ptol. *Zalawar* ex tab. recent. Item flu. Gall. Belg. per Lotharingiam fluens, *la Seille* vulgò. Eſt quoque *Sala* Turdulorum in Bæticâ urbs, & Hyrcaniæ op. Ptol. & urbs litoralis Thraciæ circa Hebrum flu. Herod. Item Germ. vicus non procul ab op. *Kunighofen*, à quo Franci dicti ſunt *Salici*, qui circa hunc vicum & flu. ejuſdem nominis habitarunt. Verum *leges Salicæ*, teſte Munſterò, non ab iſto vico ſeu flu. ſed à *Sala* dictione Francâ, quæ Latinè *palatium* ſeu *aulum* ſig. hoc nomen habent. Long. 40. 30. Lat. 46. 48.

Salacia, urbs Turdetanorum in Luſitaniâ. Ptol. *Alcazar d' Oſal*, teſte Morali cum Reſcindio. Long. 11. 05. Lat. 38. 28.

Salamantica, op. in orientali tractu Luſitaniæ, vulgò *Salamanca*. Vide *Salmantica*.

Salamii, Arab. pop. ſic dicti, quòd fœdus cum Nabathæis pepigerint. Salama enim *pacem* ſig. Stephanus. Nempe ab Hebræo שלום *Shalom* quod eſt *pax*.

Salamis, *Salamine*, Plinio & Polyæno, poſtea *Conſtantia*, teſte Stephano, urbs Cypri in orâ Orientali, exciſa, apud Hamacoſtum, ſive, nunc vocant, Famaguſtam, ab eâ parum in Bor. recedens. Pop. *Salaminii*. Long. 66. 40. Lat. 35. 30.

Salamis, vel *Salamin*, hodie *Coluri*, teſte Sophiano, inſ. ſinus Saronici, inter Peloponneſum & Atticam, Æginæ proxima. Dionyſius v. 511.

Πρόσθε δὲ Σινιάδαο κορυφῆς, ἐφύπερθεν Ἀζάνων
Φαίνονθ' Σαλαμίς τε καὶ Αἰγίνης πολίεθρον.

Olim *Cychria*, & *Sciras*, & *Pityuſſa* dicta, teſte Strabone. Item *Ophis*, ut Euſt. refert. *Draconis inſulam* à Lycophrone appellari ſcribit ejus Commentator, quòd eam primò draco fera occuparit. *Salaminam* eam Hyginus vocat, & dicit ab Apollonio *Attlida* nominari. Nobis (inquit Bochartus) inſula *Salamin* eſt inſula τῶν ὀφιοδηκτῶν. Arabicè enim סלם *ſalama* de ſerpente eſt *mordere*. Interpretatio nominis ex hiſtoria patet. Cychreus, vel Cenchreus, dum in eâ inſula regnaret, ἀπέκλεινεν ὄφιν ὑφορυὴ τὸ μεγεθος κυμαινόμενον πολὺ ἐγχωρείης. Ita Diodorus lib. 4. Et de eodem Apollodorus l. 4. Κτείνας ὄφιν ἔτος ἀδηκτίλα τὴν νῆσον, ἧς αὐτὸς ἐβασίλευε. Inde *Salamin* à Lycophrone appellatur νῆσος δεχαινῆς. Ubi Scholiaſtes: Τὴν Σαλαμῖνα πρώλω δεχαιν καλέιχεν. Et paulo poſt: Κυχρεὺς δ' ὁ Ποσειδῶνος καὶ Σαλαμῖνος ὑὸς, ὃς φησιν Ἐυφορίων, ἀνεῖλε τὸν δεχαινα, καὶ τὴν Σαλαμῖνος βασιλείαν κατέσχεν. Et rurſum: Ὅφις ποτὲ ἐλυμαίνετο τὴν Σαλαμῖνα, καὶ ἀοίκητον αὐτὴν ἐποίει, ὃν ὁ Κυχρεὺς ἀνεῖλεν, ὅθεν καὶ Ἀνάξιφος ἐκλήθη. Nullo ſenſu; ſed legendum ἀναξ Ὄφις, i. e. Serpens dictus eſt. Quod ipſum agnoſcit Stephanus, quamvis alio transferat cum de Cychreo ſcribit in Κυχρεῖος πάγος· Ὅφις ἐπεκλήθη διὰ τραχύτητα τῶν τόπων. Euſtathius itidem, niſi quod Cychrei cognomen *Ophis* ibi ridiculè refertur ad τραχύτητα τόπου; ſed ſcribendum τρόπων. Eodem pertinet quod legitur in Pauſaniæ Atticis, Athenienſibus in Medos navali pugnâ circa Salaminem decertaturis, δεχόντα ἐν τῇ ναυσὶ φανῆναι, & Apollinem de eâ re conſultum reſpondiſſe Κυχρέα δεῖν τὴν Ἥρωα. Quin juxta Steph. & Euſt. Salaminis vaſtator ſerpens non alius fuit, quam ipſe Cychreus, quem ab Eurylocho inde pulſum, Cereris ædituum volunt Eleuſine egiſſe. Et in Heſiodo apud Strabonem ſerpens à Cychreo educatus in inſulanorum perniciem ὑπὸ Ἐυρύλοχῳ (lege Ἐυρυλόχου) ab Eurylocho pellitur. Denique in Etymologo Æſopus è Bœotiâ Salaminem profectus regem Ὄφιν interfecit, & pro eo regnavit. Hic claſſis Perſarum ſub Xerxe rege à Græcis diſſipata, teſte Mela. In eâ Telamon Ajacis ac Teucri pater regnaſſe fertur. Ajax ipſe apud Homerum:

——————Οὐδὲ γὸ ἔτω
Ἔλπομαι ἐν Σαλαμῖνι γενέδζ τε τεχέμωϛ τε.

Horatius:

——————*Teucer Salamina patremque*
Cum fugeret.——————

Hinc *Salaminius* & *Salaminiacus*. Horatius:

Urgent impavidi te Salaminii
Teucerque, & Sthenelus ſciens
Pugnæ.——————

Lucan. lib. 5.

Ut Salaminiacum meminit mare.——————

Salampſii, Maurit. Cæſar. pop. Ptol.

Salapia, *Salapiæ* Ptol. *Salpia* Dionyſ. Halicarn. urbs Apu-

liæ Dauniæ ad lacum, media fere inter Sipontum ad occid. & Barolum ad ort. ubi Annibal poſt Cannenſem victoriam amori meretricio operam dedit. Hinc *Salapina palus*, ſuper quo Salapia urbs. Lucan. lib. 5.

Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus
Montibus.

Long. 40. 12. Lat. 41. 28.

Salaria, via & porta urbis Romæ in Sabinos ducens. Mart. 4. 64.

Illic Flaminiæ Salariæque.

Vide Gronovii diſſert. Epiſtolic. in T. Liv. pag. 14. Sic dicta, teſte Feſto, quod per eam Sabini *ſalem* ab urbe acceptum deferrent. Long. 17. 35. Lat. 38. 00.

Salaria, urbs Hiſp. Tarraconenſ. gemina. Una Colonia Julia Salarienſis in vet. inſcript. urbs olim epiſc. in finibus Baſtetanorum, *Cazorla*, teſte Morali. Altera in finibus Oretanorum, op. ſeu pag. hodie apud Viſum op. inter Almagrum & Ubedam.

Salas, Germ. flu. Strabo, inter quod & Rhenum Druſus occubuit. *Saal* hodiè vocatur, è Sudeto monte naſcens, & in Albim ad Calbam op. Saxoniæ influens.

Salaſi, *Salaſſi* Ptol. *Salaſſi* Strab. pop. Gall. Subalpinæ in Pedemonto principatu, per quos Duria flu. decurrit. Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 1. cap. 13. quod eſt *de Salaſſis*.

Saldæ, Colon. & urbs Maurit. Cæſarienſ. Ptol. Hodie *Alger* Caſtaldo. *Tadelis* vero Mercatori; cujus ſententia videtur probabilior. Long. 22. oc. Lat. 32. 30.

Salduba, op. Hiſp. Bæticæ apud oram, inter Malacam urbem, & Barbeſulam op. *Fuengirola* ex tab. recent.

Salduba, flu. qui fortè *Saduca* etiam dictus, hodiè C. Cluſio eſt *Guadalquivirejo*, prope Malacam in mare Medit. ſe exonerans. Aliis eſt *Rio Verde* amnis, 7. leuc. à Malaca in Occ.

Sale, urbs Hircaniæ, Ptol.

Sale, urbs & reſp. Piratarum, in regno Feſſano, nunc ſub Maroci rege.

Salebim, nomen loci, 3 Reg. IV. Lat. *reſpiciens corda*, ſive *pugillus*, aut *vulpes*, vel *ſemita in mari*.

Salecha, civitas in Baſan, Joſ. XII. Lat. *Caniſtrum tuum*, aut *elevatio*, vel *concultatio tua*.

Salecis, vel *Salex*, flu. Maurit. Tingit. ultra Abylen Herculis columnam, 90. ſtad. diſtans. Philoſtr.

Salem, vel *Salim*, in tribu Manaſſe. Hieron. docet hanc non eſſe Jeruſalem, ſed opidum juxta Scythopolim, quod uſque hodie appellatur *Salem*, ubi oſtenditur palatium Regis Melchiſedec. Hinc *Sulamitis* quaſi *Salamitis*. Eſt etiam nomen loci, Joh. III. Item villa ejus nominis oſtendebatur in tribu Benjamin, tempore Hieronymi, juxta Æliam, contra Occidentem plagam.

Salenæ, op. Albionis mediter. in Angliâ. Ptol. *Salndy* Camdeno in agro Bedfordienſi, non procul, ab ipſa Bedfordiâ.

Saleni, pop. & op. Hiſp. Tarrac. in finibus Vardulorum & Cantabrorum, ad Neſuam flu. ab Iturriſâ 7. leuc. in Occid. Mela.

Salentini, pop. Italiæ, quorum reg. (in mare ad ort. contra Epirum inſtar peninſulæ porrecta) Meſſapia, & Iapygia, cum Calabriâ in orâ Boreali, *Terra d'Otranto* vulgo, Apuliæ Peucetiæ ad occ. contermina, in quâ 3. metropoles, *Brunduſium*, *Tarentum* & *Hydruntum*. *Salentinum* promont. idem eſt cum Iapygio. Virg. Æn. 3.

Et Salentinos obſedit milite campos.

Vide Cluver. Ital. Ant. 4. 13.

Salentinus lacus, apud Salentinos, qui ad margines uſque plenus, neque exhauſtis minuitur, neque ſuperfuſis aquis augetur.

Salernum, Picentinorum op. in Italiâ. Ejus mem. Lucan. lib. 2.

Veſtinis impulſus aquis, radenſque Salerni
Culta Siler.

Silius lib. 8.

Ille & pugnacis laudavit tela Salerni.

Horatius lib. 1. ep. 15.

Quæſit hyems Veliæ, quod cælum, Vala, Salerni.

Titulo principis & Academiâ gaudet, præcipuè vero ſtudio medicinæ inſignis eſt. Cujus Doctores librum conſcripſerunt, cui titulus *Schola Salerni*, vel *Salernitata*, ac Anglorum regi dicarunt, non Henrico Octavo, ut quidam putant; Sic enim commentarius Arnoldi Villanovani (qui floruit A. D. 1313.) antiquior eſſet libro ipſo. Videtur itaque inſcriptus fuiſſe Richardo ſecundo, ſive Edvardo primo, qui cum Terram ſanctam verſus peregrinarentur, forte ad locum hunc pervenerunt, & profeſſores ejus honorario aliquo emolumento adornarunt. Long. 38. 44. Lat. 40. 33.

Saleſii, pars Pæonum. Steph. Forte qui hodie *Sileſii*, vel *Sleſii* vulgò.

Saletio, op. Germ. ſup. apud Rhenum flu. in Alſatiâ inter Argentoratum ad merid. & Spiram ad Bor. *Seltz* Rhenano.

Salganeus, *Salganea* pl. num. Strab. & Liv. op. Bœotiæ ad Euripum, inter oſtium Iſmeni flu. & Anthedonem op. *Salganeus* Ptolemæo. Inde *Salganius* vel *Salganites*, vel *Salganeus* Apollo. Steph. *Salganico* Moletio.

Salia, flu. & op. Hiſp. Tarrac. in orâ Aſturum, patria Prudentii poetæ. Sic enim ille præfat. Hymn. Cathemer.

Oblitum veteris me Saliæ conſulis arguens,
Sub quo prima dies mihi.

Pop. *Salini*. *Salia* item flu. Lotharingiæ, vulgò *Selle*.

Salii, Germ. pop. qui & Franci dicuntur, quorum reg. *Franconia*. Sidonius Apollin.

Salius pede, falce Gelonus.

Amm. Marcell. lib. 17. de Conſtantio ſcribens: *Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos conſuetudo Salios appellavit.* Althamerus à *Salâ* flu. dictos putat. Hi, Gallis expulſis, eorum ſedes occuparunt, Franciamque de ſuo nomine appellarunt. Item *Salii*, vulgò *Oldenzeel* pop. & op. Germ. in Tranſiſalanâ reg. inter Daventriam & Coverdiam.

Salim, nomen loci. 1 Reg. 9. Fil. Roboam. 1 Par. 11.

Salinæ, ſeu *Salenæ*, Ptol. op. Albionis in Angliâ, apud Verulamium, vulgò *S. Albans*. Camdeno vero *Salndy*. Item urbs Suetriorum apud Alpes maritimas in Gall. Subalpinâ, *Salutiæ* poſterioribus & *Saluzzo* vulgò, teſte Varrerio. Item op. Daciæ exciſum in Tranſylvaniâ, circa Tibiſci fontes, olim urbs clara, nunc pagus, *Sigeth*, teſte Lazio. *Salinæ* quoque Rutilio locus erat Hetruriæ ad Cecinnam flu. ubi ſal conficiebatur; & *Salinæ* urbs Burgundiæ in Sequanis ampliſſima, vulgò *Salins*. *Salinæ* denique Saxonicæ dicitur Halla urbs Saxoniæ.

Salinum, Ptol. Pannon. infer. op. ad Danub. *Adem* Lazio. Long. 42. 20. Lat. 46. 45.

Saliſſo, op. inter Treviros & Argentoratum. Anton.

Saliunca, Autrigonum urbs in Hiſp. Tarracon. Ptol.

Sallyes, *Salyi* & *Salyes*, Plinio, *Salvii* Livio, *Saluvii* Marcellino, pop. Gall. Narbon. quorum metropolis Aquæ Sextiæ. Strabo.

Salmacis, op. olim & fons Cariæ apud Halicarnaſſum urb. qui libentes molles & obſcœnos & effœminatos facit. Ovid. Met. 15.

Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis unda?

Cujus rei rationem poetæ ad hujuſmodi fabulam referunt. Salmacidem Nympham ſc. fuiſſe fonti huic præſidentem, quæ Hermaphroditi, Mercurii & Veneris filii, pueri formoſiſſimi, amore capta, cum nullis eum blanditiis ad concubitum poſſet adducere, ſimulato deſceſſu ſeſe poſt vepres occultavit: cumque vidiſſet illum, qui ſolum ſe eſſe exiſtimabat, poſitis veſtibus, fontem ingreſſum eſſe, ſubito accurrens, abjectis indumentis arctiſſimè eum complexa eſt. Verum cum ne ſic quidem obſtinatum juvenis animum poſſet inflectere, à ſuperis dicitur petiiſſe, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. Quibus precibus vix finitis, ambo unum in corpus coaluerunt, ita tamen ut ſexus uterque remaneret integer. Quam corporis ſui mutationem cernens Hermaphroditus parentes ſuos dicitur invocaſſe, & ab iis ſummi muneris loco petiiſſe, ut eo fonti natura maneret, ut qui vir eum ingrederetur, ἀνδρόγυνος, h. e. *utrumque ſexum habens*, inde exiret, Ovid. Met. 4.

Unde ſit infamis, quare male fortibus undis
Salmacis enervet, tactoſque remolliat artus.
Diſcite.

Salmantica, *Salmatis* Polyæno, nunc *Salamanca* urbs & Academia Hiſp. Tarracon. in finibus Vettonum. *Elmantica* Polybio, & *Helmantica* Liv. Sed hæc in Vaccæis. Long. 14. 45. Lat. 41. 15.

Salmonium, prom. Cretæ, Salmonis Dionyſio. Sic enim ille:

Ἐκ δ' ὀρέων Σικυῶν Κρήτης ἀνατείνατ' ὄδμα
Μακρὸν ἐπ' ἀντολίην Σαλμωνίδος ἄχετι καρπῷ
Ἣν Κρήτης ἀνέπουσιν ἐϋσσέλμοισι κέλευθα.

Salmona, flu. Gall. Belg. parvus in Moſellam cadens. Hodie *Salm*, teſte Scal. Auſon. in Moſel.

Nec faſtiditos Salmonæ uſurpo fluores.

Salmone, op. & fons Peloponneſi, unde Enipeus flu. oritur, in Alpheum ab Olympiâ 40. ſtad. influens, quæ *Salmonis* Ovid. dicitur lib. 3. Amor.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſit Enipeus.

Salmydeſſus, ſinus Ponti. Steph. Strabo lib. 7. ait Salmydeſſum eſſe litus: alii flu. eſſe volunt, ut Sophoclis & Lycophronis interpretes, Plinius vero opidum. Straboni aſſentitur Xenophon Ἀναβάσ. lib. 8. de Salmydeſſo: Τέναγος γάρ ἐστιν ὑπερθεν ἡ θαλάττης. At Æſchylus in Prometheo in dextro Ponti latere Salmydeſſum conſtituit. Sic enim ille:

Ἵνα

———— Ἰνα
Τέαγεια πόντια Σαμυδεσσία γναθω
Ἐχθρὸ ξενοι ναύτησι μέδηα νεῶν.

Scribitur & *Halmydeſſus*. *Stagnara* hodie ex tab. recent.

Salo, onis, flu. Hiſp. Tarrac. per Celtiberos in regno Arragonio apud Bilbilim urb. fluens, ac in Iberum influens. Hodie *Xalon*. Martial. 10. 20.

Salo, Strab. *Salonæ* Cæſari ac Ptol. *Salona* Plinio & Melæ, urbs Dalmatiæ in colle apud oram litoralem exciſa. *Salena* adhuc Sophiano, *Spalatro* aliis. Lucan. lib. 4.

Quà maris Adriaci longas ferit unda Salonas.

Colonia Martia Julia Salona vocatur in antiquâ inſcriptione. Populi *Salonenſes*. Long. 43. 20. Lat. 43. 10.

Salodorum, & *Salodurum* in vet. inſcript. urb. Helvetiorum, unus ex 13. conventibus Juridicis, inter Baſileam & Friburgum. *Salothurn* Rhenano. Long. 29. 05. Lat. 46. 57.

Salon, regio Bithyniæ paſcendis bobus idonea, unde & *Salonenſis caſcus*. Strabo lib. 12. Stephano eſt urbs Bithyniæ. Gentile *Salonites*, vel *Saloneus*.

Salona, op. Gall. Narbon. in Provincia inter Avenionem, & Maſſiliam, vulgò *Salon*, apud Druentiam flu.

Salonæ. Vide *Salo*.

Saloniana, Dalmatiæ urbs mediterranea. Ptol. *Czernicz* Moletio. Long. 45. 00. Lat. 43. 20.

Salopia, Shropſhire, prov. Angliæ in limite Walliæ, juxta Sabrinam flu. inter Ceſtrenſem Com. ad Bor. Staffordienſem ad ort. Herefordienſem ad merid. & Montgomerienſ. Com. ad occ. Ejus cap. eſt *Salopia, Shrewsbury*, ad *Sabrinam* flu. Inter Ceſtriam ad Bor. 30. & Herefordiam ad merid. 35. m. p. Long. 17. 32. Lat. 55. 20.

Salſuſæ, op. ſeu potius arx Gall. Narbon. in orâ contra Leucatem arcem Gallorum proximam, ſub Hiſpanis. Melæ quoque eſt fons ejuſdem reg. *Fonte de Salſas*. Long. 29. 05. Lat. 46. 57.

Salſum, flu. Hiſp. Bæt. Hirtius. *Guadajos* Cluſio. *Salobral* autem Vigenereo.

Saltiga, op. Hiſp. Tarrac. in Baſtetanis Bigerræ urbi finitimum. Ptol. *Suorniglia* Moletio.

Saltuares, inſ. parvæ in Nymphæo flu. Latii ſunt, quæ ad ictus ſaltantium moventur. Plin. 2. 95.

Saltus, Conte de Sault, comitatus Gall. Garbon. in Delphinatus & Provinciæ confin. Avenionenſi comitatui finitimus.

Saltus Caſtulonenſis, mons Hiſp. Tarrac. in Bæticæ confin. *Puerto Muledar* Floriano.

Saltus Galliani, pagus Æmiliæ apud Meldulam, hodie *Galeata*.

Saltzburgum, Latinis *Juvania* à *juvando* dicta. Nam Germanos Jul. Cæſar aggreſſus, in faucibus montium arcem munitiſſimam extrui curavit, ut milites in eâ refugium, & fatellites juvamen haberent. Inde caſtrum *Juvanenſe*, Germanicè *Heljenberch* appellatum eſt.

Samaria, reg. Palæſtinæ inter Judæam ad merid. & Galilæam ad Sept. cum urbe ejuſdem nominis. Steph. Σαμάρεια, πόλις Ἰουδαίας, ἡ μελονομαδέσα Νεάπολις· καὶ Ἐπαφρόδιτος μὲν τὸ ἐθνικὸν αὐτῆς Σαμαρὸς ἔφη, ὁ δὲ Ἀντίοχος Σαμαρείτης. Joſephus ab Amri Iſraelis rege conditam ſcribit, qui *Simeron*, vel *Schomronem* montem à quodam *Semer* emit: civitatemque, quam in montis vertice extruxerat, à vendentis nomine *Simeron*, ſive (ut tranſtulit noſter interpres 3 Reg. 16.) *Samariam* appellavit. Hâc deinde reges Iſraelitarum pro regiâ uſi ſunt. Alias *Ecthenias* dicta eſt, teſte Euſebio. Mox poſt Hyrcani Judæorum Pontificis expugnationem ab Herode rege iterum ædificata, & in honorem Cæſ. Auguſti Σεβαστὴ dicta fuit. Long. 66. 40. Lat. 31. 00. Vide *Samaritani*, in ſecunda hujus Lexici parte.

Samarobrina, urbs Gall. Belg. Ambianorum caput, vulgo *Amiens*; eſtque ampla, & totius Picardiæ primaria, ad Somonam flu. Vide *Ambianum*.

Samnites, Italiæ pop. quorum regio *Samnium*, & *Samnis*, inter Latium, Campaniam, Caracenos, Pelignos, Veſtinos, & Sabinos continetur. Originem hujus gentis oſtendit Cluverius Ital. Ant. lib. 3. cap. 8. ubi de Auſonum gente diſſerit: qui poſtea dicti fuere *Opici*, & *Oſci*, ac tandem *Sabini* & *Sabelli*: quorum deinde pars maxima *Samnites* vocati. Strabo lib. 5. Ἐσὶ δὲ πολυανθρωπότατον γένος οἱ Σαβῖνοι, καὶ αὐτόχθονες· τούτων δ' ἄποικοι Σαμνῖται. Varro de L. L. lib. 6. *Hoc enim à Sabinis orti Samnites tenuerunt*. Gens bellicoſa fuit & ſummè potens, teſte Livio lib. 10. utpote cujus opes & vires creverunt in tantum, ut 80. M. peditum & 8. millia equitum armarent ad bellum. Sæpè graviſſimis bellis fatigarunt Romanos, nonnunquam vicerunt, ut memorabilis illa ad Caudinas Furcas parta victoria teſtatur, quam Livius lib. 9. commemorat, addens 50. annis eos planè ſubactos à Fabiis atque Papyriis. Sylla eorum 4. millia, vel (ut alii) 6. millia in Circo maximo, vel (ut nonnulli) in Campo Martio, ut Ovilia, militibus ad cædem immiſſis, tradidit jugulanda per 3. dies continuas, clamitans, Romanum populum nunquam habiturum pacem, quamdiu Samniticum ſupereſſet nomen. Equitibus ſors belli peperciſſet; ſed eos proſcriptione eſt inſectatus. Scribit & Strabo pleraſque eorum urbes tempore Syllæ funditus everſas, inque vicos redactas. Apud Livium quoque Papyrii Curſoris, de iiſdem reportatam victoriam, eaſque urbium ruinas legas, ut ſuâ ætate, inquit Florus, *Samnium in ipſo Samnio requirerent*. De Samnitibus Horatius lib. 2. epiſt. 2.

Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.

Lucanus lib. 2.

———— *Romanaque Samnis*
Ultra Caudinas ſperavit vulnera Furcas.

Samnites ab haſtis quas ferebant dicti ſunt apud Feſtum, haſtæ enim à Græcis σαυνίαι dicuntur. Sane Græci quoque eos Σαυνίτας vocant. Dionyſ. verſ. 357.

Σαυνῖτ' δ' ἔπι τοῖσι μέσοιο χθόνα ναιετάασι.
Καὶ Μαρσῶν δοὰ φῦλα. ————

Samnium, urbs Britanniæ. Steph. Strabo lib. 4. Ἐν ᾧ τῷ Ὠκεανῷ φασὶν εἶναι νῆσον μικρὰν, ἣ πόνυ πλαγίαν, παρεκπεμπομένην τὴν ἐκβολὴν τοῦ Λείγηρος πολλαχῆ· οἰκεῖν δὲ ταύτην, τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας, καὶ ἱλαπομπούσας τὸν θεὸν τοῦτον τελετὰς ἔτι καὶ ἄλλαις ἐοπτίαις ἐξιλεσμένας, &c. Ubi Caſaubonus: Dionyſius Periegetes unus eſt, ut puto, è veteribus, qui hujus rei meminerit. Sic enim ille:

Ἄγχι δ' ὑποιδίων ἔτι πόρος, ἔνθα γυναῖκες
Ἀνδρῶν ἀνιπέρθεν ἀγωνίων Ἀμνιδέων
Ὀργύμεναι τελέεσσι κατὰ νόμον ἱερὰ Βάκχῳ.

Ad quem locum Euſt. Strabonis verba profert, & legit Ἀμνιτῶν, deficiente litera σ. ut in *Halmydeſſus* pro *Salmydeſſus*, &c. Stephano urbs eſt Britanniæ, decepto opinor, propter locorum vicinitatem.

Samogitia, prov. regni Poloniæ, inter Curlandiam ad Bor. Lithuaniam propriam ad ort. Pruſſiam Ducalem ad merid. & mare Balticum ad occ.

Samojeda, pars olim Tartariæ deſertæ, verſus oſtia Obii flu. ubi *Samojedæ* populi; nunc ſubeſt magno Duci Moſcoviæ, eſtque verſus Oceanum Septentr. & Tartaricum.

Samos, inſ. maris Icarii, Ioniæ adjacens contra Epheſum urb. *Parthenia* olim à *Parthenio* flu. teſte Strabone, cui & *Anthemuſa*, *Melamphylos Dryuſa* Ariſtoteli. *Cypariſſia*, *Parthenoaruſa*, & *Stephane* Plinio. *Imbriſos* Stephano, *Imbraſia* Hygino. Hic primùm vaſa fictilia fabricata, teſte Gellio, lib. 7. unde Auſonius:

Atque Abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.

Horat. lib. 1. ep. 11.

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.

Samon inſ. Apul. lib. 2. Florid. *Frumento pigram aratro irritam, fœcundam olivetis*, ait, *nec à vinitore ſcalpi, ſed totam ejus, quamvis frequentibus incolis, culturam eſſe in ſurculo & ſarculo*. Vide locum. Populi *Samii*. Ovid. Met. 15. de Pythagorâ:

Vir fuit hic ortu Samius.

Plinio ibi urbs ejuſdem nominis. Samios Plut. in vitâ Periclis valdè *literatos* eſſe tradit ex Ariſtophane. Sed Suidas ex Ariſtot. Samios *literatos* vocat, h. e. ſtigmate notatos; quod deficientibus civibus coacti fuerint ſervos, notis ſtigmaticis inſignitos, ad Reip. adminiſtrationem admittere. *Samiorum Flores* erat locus apud Samum, teſte Plutarcho, in quo Samii cum mulieribus omnibus voluptatis (præſertim libidinis) generibus operam dabant. In hâc inſulâ Juno præcipuè colebatur. Ovid. Met. 8.

———— *Et jam Junonia lævâ*
Parte Samos fuerat. ————

Virg. Æn. 1. ubi de Carthagine:

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabitâ coluiſſe Samo. ————

Dionyſius verſ. 534.

Καὶ Σάμῳ ἰμερόεντα, Πυθαγόρῃ ἔδρανον Ἥρης.

Juven. Sat. ult.

Et Samiâ genetrix quæ delectatur arenâ.

Ab hoc cultu Samii in Junonem ait Athenæus lib. 15. Ἐπὶ τῇ νομίσματι τῇ Σαμίων παῖς ὄφις. Quæ avis pavo nimirum, Junoni ſacra. II. *Samos* altera inſ. maris Ægæi Thraciæ adjacens, quæ *Samothrace* Ptol. & Pomponio, *Samothracia* Plinio dicitur. Virg.

Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

Ovidius:

Threiciam tetigit feſſa carina Samon.

Eſt autem inter Lemnum, & Imbrum; *Dardania* olim, teſte Plinio. III. *Samos*, quæ & *Same* Straboni, *Teleboas* Pauſan.

Melæna

Melæna Plin. eadem cum Cephallenia, inſ. ſc. in mari Ionio prope Zacynthum. Homerus:

Δουλιχήν τε Σάμην τε καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθον.

Ovid. Epiſt. 1.

Dulichieque Sameque, & quos tulit alta Zacynthus.

Idem lib. 1. Triſt. eleg. 4.

Nec mihi Dulichium domus eſt Ithaceve Sameve.

Denique *Samos* vicus Meſſeniæ, urbs Elidis & Lyciæ civitas. Strabo. Nomen *Sami* quod attinet prout hiſce 3. inſulis, itemque Elidis urbi commune eſt, mere Phœnicium eſt, inquit Bochartus. Nemo neſcit Hebraicè cœlos שמים *ſamaim* dici: Phœnices *ſamen*, vel *ſemin* efferebant. Hinc illis Ζωφασημὶν שמים צופה שמין ὁ οὐρανὸς καθοπτῆς, & Σαμεμροῦμ שמים רום ὁ ὑψιφόρητος. Ita ex Sanchoniathone Philo Byblius. Radix Arabicè שמו *ſama*, *eminere*, & *excelſum eſſe* ſonat. Unde factum, ut celſa loca Σάμοι dicerentur à Phœnicum illis qui primi colonias in Græciam deduxerunt; Talis *Thracia Samos*, vel *Samothrace*; de quâ Homerus:

Τῷ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμος ὑληέσσης
Θρηϊκίης.

Neptunum fingit è ſummo vertice montium Samothraces tanquam ex altiſſimâ ſpeculâ Trojanos & Græcos obſervaſſe. Nempe Samothrace, teſte Plinio, *attollitur monte Saoce immenſæ altitudinis, à quo & Saocis olim dicta eſt.* Heſychius: Σαωκὶς, ἡ Σαμοθρᾴκη, ὅτι ἐκλήθη τὸ πρότερον, Priſcianus in verſion. Dionyſ.

Samothracia cernitur alta.

Hâc *Samus* Ionica nihilo fuit humilior. Strabo lib. 14. *Promontorium habet Samus, quod Ampelos dicitur, obverſum Drepano Icariæ.* Eodemque nomine totus mons dicitur, ὁ ποιεῖ πρὸς ὅλῳ νῆσον ὀρεινῷ. Montem hunc Herodotus in Thaliâ, & Euſt. in Dionyſ. celſum eſſe ſcribunt εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀργυίας. Tertia etiam *Samos* prope Ithacam ab Homero παιπαλόεσσα, i. e. *præcipua* vocatur, quia montibus eſt inæqualis. Denique de *Samo* Elidis, ita Strabo lib. 8. Ἀχαιοὶ πόλεμον ἀπόνομοι τῶν αὐτῶν ὄρεσι ὥσπερ ὧν ἡ Σάμος γέγονε πόλις. Itaque nequis nos putet meris conjecturis niti, idem Strabo agnoſcit ab altitudine ſic dictam, ἐπειδὴν Σάμος ἐκάλεν τὸ ὕψος. Et Samochraciam.

Samoſata, vulgo *Schamſat*, urbs Syriæ ad Euphratem flu. Commagenes reg. caput, ab Edeſsâ 22. m. p. in bor.

Samothracia, quæ & *Samothrace*, inſ. maris Ægæi, Thraciæ adjacens, eâ in parte quâ Hebrus in mare influit. Olim *Dardania* dicta, à *Dardano* Trojano, qui Palladium ſecum ferens, eò traditur confugiſſe. Ariſtoteles de Rep. Samothraciæ ſcribens, ait eam olim *Leucoſiam* dictam, deinde *Samum* (m literâ interpoſitâ) à *Sao* Mercurii & Rhenes filio. Gentile *Samothrax*, vel *Samothracius*. Fuit hæc inſula religione ac templo nobilis, quod unà cum Delphico, toto orbe ſanctiſſimum habebatur: Cereris ibi Proſerpinæque myſteria celebrabantur. Lege Strab. & Liv. lib. 45. Plutarchum in Æmilio, ac Diod. Sic. lib. 5. Hîc annulorum genus inventum, qui, cum ex ferro eſſent facti, auro cingebantur, vel planè aurei decolorabantur. Plin. 23. 1. Hinc *Ferrea Samothracia* Lucretio lib. 6. De his etiam Iſidorus lib. 19. cap. 5. Illuſtris Scaliger hos Samothracum annulos in 5. Manilii notat ex eorum genere fuiſſe, quos Græci φυσικὺς καὶ φαρμακίτας δακτυλίους & ἀλεξιτήριους appellarunt. De quibus Johannem Kirchmannum, ſi lubet, vide, erudito de Annulis Comment. cap. 21.

Sampſa, vicus Arabiæ. Sig. autem *Sampſa* Arabicè *Solem*. Ita Stephanus. Nempe ab Ebræo *Shemeſh*.

Sangarius, flu. Aſiæ in Dindymo monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniamque in Pontum illabens. Claud. lib. 2. in Eutrop.

Dindyma fundunt.
Sangarium, vitreo puri qui gurgite Galli.

Ejus mem. Dionyſ.

Ἐτέρη δέ τοι ἔνδοθι κεῖται
Εὐρυτέρη γαιῆα παρ' ὕδασι Σαγγαρίοιο.

Orpheus in Argonaut.

Σαγγαρίου θ' ὃς κύματ' ὀπηδέχει
Εὐξείνοιο

Heſych. Σαγγάριος, πόλεμος Λυδίας, καὶ Φρυγίας. *Sangarius* Ptolemæo dicitur. Ovidius *Sagarim* vocat Pont. 4. 10.

Hunc Lycus, hunc Sagaris, &c.

Sangari Belionio, *Zagari* Nigro dicitur.

Santones, qui & *Santonæ*, pop. & urbs Gall. Aquitanicæ Epiſc. ſub Archiepiſc. Burdigalenſi, quorum reg. *Xantonge*, vel *Xintoigne* & urbs *Xanctes* ad Carantonum flu. inter Pictavos ad Bor. & Burdigalam ad merid. Pop. etiam *Santoni*. Lucanus lib. 1.

Signa movet, gaudetque amoto Santonus hoſte.

Hinc *Santonicus* Oceanus, pars maris Aquitanici, qui Aquitaniam inter oſtia Garumnæ & Ligeris alluit. Tibullus 1. 8.

Teſtis & Oceani litora Santonici.

Santonicum abſinthium à Columellâ memoratur, cujus etiam Martialis mem. 9. 94.

Santonicâ medicata dedit mihi pocula virgâ.

Juven. Sat. 8.

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Santonum portus, la Rochelle. Vide *Rupella. Santonum promontorium* Cap. *de Malvaſon* Mercatori, promont. Aquitaniæ in orâ inter Burdigalam, & Santonum portum.

Sapæi, Thraciæ pop. Ovid. in Faſtis:

Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos.

Ubi vulgo perperam *Sabæos*. Herodot. lib 7. Ἔθνεα ἧς Θρηΐκων, δι' ὧν τὸ χώρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοιάδε· Παῖτοι, Κικόνες, Βίσσονες, Σαπαῖοι, Δρσαῖοι, Ἡδωνοὶ, Σάτραι. Hos *Sapæos* ab Homero *Sintas* vocatos auctor eſt Strabo lib. 10.

Saracena, Arabiæ Petrææ regio. Ptol. populi *Saraceni*, ſecundum alios in Arabiâ Felici. Qui ad *Saram* referunt, nugas agunt, ſed nec à loco *Saracâ* fuiſſe nominatos Stephano conceſſerim, cujus verba ſunt: Σάρακα χώρα Ἀραβίας, μετὰ τοὺς Ναβαλαίους, οἱ οἰκοῦντες Σαρακηνοί. Neque enim fuit *Saraca* prope Nabatæos, ſed in Sabæis, loco à Nabatæis remotiſſima. Vide Ptol. lib. 6. cap. 7. Verum eſt hodieque in Arabiâ extare vicum *Sawarakiam* inter Meccham & Medinam, vel ut alii volunt, in viâ quâ itur Mecchà Hieroſolymas. Sed vicus ille obſcurior eſt, quam ut genti nomen fecerit. Neque ab eo *Saraceni*, ſed *Sawarakieni* dicerentur. Hoc potiſſimum quod *Saracenos* ipſe ſe nunquam appellant, ſed à vicinis populis per contemptum ſic vocantur. Melius itaque à latrociniis ſic dici putat Bochartus ὁ μόρας nam Arabicè סרק *ſaraka*, eſt *latrocinari*; ſunt enim genus hominum plane λῃστικὸν.

Sardinia, inſ. in mari Liguſtico. Græcis Σαρδὼ Σαρδῶς. Item Σαρδὼν σαρδών. Heſychius: Σαρδὼν, νῆσος μεγάλη πλησίον Ἀφρικῆς, ἡ καὶ Σαρδώνη, vel potius Σαρδινία. Dionyſ. Perieg.

Σαρδὼ τ' εὐρυσίρη καὶ ἀπείρων ἐν ἁλὶ Κύρνος.

Incolæ Græcis plerumque Σαρδῶοι, & nonnunquam Σαρδόνιοι ac Σαρδώνιοι. Romanis vero *Sardi*. Nomen id unde originem traxerit, planè incertum eſt; quidpe Græcorum fabulas ſequi piget. Sic Martianus Capella, lib. 6. *Sardinia à Sardo, filio Herculis adpellata.* Idem habet Solinus cum Iſidoro. Eadem Græcis Σανδαλιῶτις & Ἰχνοῦσα à figura fuit appellata. Stephanus: Ἐκλήθη ἡ Ἰχνοῦσα διὸτι ἐοικυῖα ὑπὸ ἀνθρώπου ἴχνει. Plin. 3. 7. *Sardiniam Timæus Sandaliotin adpellavit, ab effigie ſoleæ, Myrſilus Ichnuſam, à ſimilitudine veſtigii.* Manil. Aſtr. 4.

Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.

Claudianus de bello Gildonico:

Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat
Inſula: Sardiniam veteres dixere coloni.

Silius Italicus lib. 2.

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite, terras
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Gratis memorata colonis.

Pauſanias in Phocicis: Ὄνομα δὲ τῇ Σαρδοῖ τὸ ἀρχαῖον ὅτι μὲν ἀπὸ σφῶν ὀπηχωείων ἐγένετο, οὐκ οἶδα. Ἑλλήνων δὲ οἱ κατ' ἐμπορίαν ἐσπλέοντες Ἰχνῆς ἐκάλεσ, ὅτι τὸ σῶμα τῇ νήσῳ κατ' ἴχνη μάλιστά ὄζιν ἀνθρώπου. Magnitudinem ejus quod attinet, Hiſtiæus Mileſius apud Herodotum lib. 5. νῆσον μεγίστην vocat. Scylax in Periplo: Μετὰ Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία. Diodorus lib. 5. Ἐγκειμένη δὲ τῇ Κύρνῳ νῆσός ὄζιν ἡ πεσσαγορδομένη Σαρδὼ, τῷ μεγέθει παραπλήσιον τῇ Σικελίᾳ. Pauſanias ubi ſupra: Ἡ δὲ Σαρδὼ μεγέθει μὲν καὶ εὐδαιμονίαν ὄζιν ὁμοία ταῖς μάλιστα ἐπαινεμέναις. Polybius lib. 1. Ἡ μὲν Σαρδὼ νῆσος καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ πολυανθρωπίᾳ καὶ τοῖς γυνήμασι διαφέρουσα. Plura vide apud Cluver. de Sard. Ant. cap. 1. Habet hæc inſ. à Sept. montes editiſſimos, qui prohibent quo minus à Boreâ poſſit perflari, quo ſit ut aeris peſtilentiæ maximè ſit obnoxia. Quo nomine olim tam malè audivit, ut M. Cicero Quinctum fratrem moneat, etiam tum cum optimè valeret, meminiſſe eum debere, in Sardiniâ ſe eſſe; & alibi, Tigellium quendam Sardum hominem eſſe ait patriâ ſuâ peſtilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam ſaluberrimo loco peſtilentiſſimum op. ponit:

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors
Venerit in medio Tybure Sardinia eſt.

Strabo lib. 5. νόσῳ ἡ νῆσος τὸ θέρος. Mela *Cætera fertilis, & ſoli quam cœli melioris, atque ut fœcunda, ita peſtilens.* Silius Italicus:

Serpentum tellus pura ac viduata venenis;
Sed triſtis cœlo, ac multâ vitiata palude.

Cauſam hujus rei Claudianus eleganter expreſſit:

Dives ager frugum; Pœnos, Italoſque petenti

Opportuna

Opportuna ſitu, quæ pars vicinior Afris
Plana ſolo, ratibus clemens: quæ reſpicit Arcton,
Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitiſque ſonora
Fluctibus: Inſanos infamat navita montes.
Hinc hominum, pecudumque lues, hinc peſtifer aer
Sævit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.

Σαρδὼ ἰμδόεσσα dicitur Callimacho, quod mirum, cùm in eam Inſ. exules ut in Gyaros mitterentur. Mart. 8. 32.

Hæc à Sardois tibi forſitan exulis oris
Fratre reverſuro nuncia venit avis.

Fertilitatem hujus inſ. quod attinet, ſupra Polybium ac Pauſaniam audivimus. Inde Val. Max. 7. 6. *Siciliam & Sardiniam benigniſſimas urbis Romanæ nutrices* vocat. Silius ubi ſupra:

Quà videt Italiam, ſaxoſo torrida dorſo,
Exercet ſcopulis latè freta; pallidaque intus
Arva coquit, nimium Cancro fumantibus Auſtris
Cætera propenſæ Cereris nutrita favore.

Strabo lib. 5. Ἔστι δ' αὐτῆς τὸ πολὺ μέρος τραχὺ, καὶ οὐκ εἰρηναῖον, πολὺ δὲ καὶ χώραν ἔχον εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως. Horat. lib. 1. Carm. Od. 31.

——*Non opimæ*
Sardiniæ ſegetes feraces.

Sardi venales, Proverbium apud Cicer. lib. 7. epiſt. ad Gallum, quod vulgò de negotio prolixo accipiunt, ex eo quod Gracchus, captâ Sardiniâ, tantam captivorum multitudinem abduxit, ut in eâ vendendâ multùm temporis inſumptum fuerit. Licet alii per Sardos Etruſcos intelligunt, quod à Lydis, quorum Sardis urbs regia erat, genus duxerint; eoſque cænales appellari, qu. dubiæ fidei, & omni vento mobiles. Hinc *Sardonius riſus* adagium eſt in eos, qui intus triſtes, foris lætitiam ſimulant, ab herbâ *Sardoâ*, quæ guſtata dulcis videtur, ſed mortem affert, rictu ora contrahens, ut moriens ridere videatur, Solino teſte. Pauſanias in Phocicis: Πλοῦ δὲ βραχέος μεταξὺ καθεδεῖ καὶ ἀπὸ φαρμάκων ἡ νῆσος, ἃ ἐξαίρετα δεινάλογον· ἢ πόα δὲ ἡ ὀλέθρου σήμανσιν μόνον ὅτιν ἐμφυὴς, τοῖς φαγοῦσι δὲ γελῶσιν ὀλιγίστους· ἢ τρυγητὼ λέγουσιν· ὅτι τούτῳ δὲ Ὅμηρος, ἢ καὶ οἱ ἔπειτα ἄνθρωποι ἢ ὅτι ἐδεσμὸν ὑγιὲς Σαρδώνιον γέλωτα ὀνομάζουσι. Heſychius: Σαρδόνιος γέλως, ὁ καθ' ὑπόκρισιν, ἢ ὅτι καλάμη ἐρρίμμενος γέλως· ἢ ὑποκρισιπώλης Σαρδόνιος γέλως, οἱ δὲ Σαρδὼ καλοικοῦντες, τῷ Κρόνῳ ἐθύοντο γηγενεῖς, καὶ ἀπαζόμενοι ἀλλήλους· ἀλχεδὼ γὰρ ἠγεῖτο δακρύειν καὶ θρηνεῖν· ἢ ὃν περιπαίπτον γέλωτα κληδῶσαι Σαρδόνιον· πινὲς δὲ ὑπὸ Σαρδόνος δὲ νήσου φύεσθαι γάρ τις βοτάνη ἐπαυθεῖα ἧς οἱ γευσάμενοι μὲν ἀσιμῶς καὶ γέλωτος ἀποθνήσκουσι· ἄλλοι δὲ καθ' ὑπόκρισιν μυθούμενον γέλωτα, Σαρδόνιον καλεῖν εἰώθασιν, ἀπὸ τῶν σεσηρέναι τοῖς ὀδοῦσιν. Dio Chryſoſtomus Orat. 32. Τῶν γὰρ βοτάνων ἀκονιτόδη δὲ Σαρδόνιον καλουμένων, ἢ γέλωτα μὲν ποιεῖ, χαλεπὸν δὲ τοῦτον καὶ ἐπ' ὀλέθρῳ. Nonnus Baſſaricon lib. 20.

Σαρδόνιον γηγόων φιλοκέρτομον ἴαχε φῶνῳ.

Videndus de la Cerda in illud Virg. Eclog. 7.

Imò ego Sardois videor tibi amarior herbis.

Alii proverbium à *Sardone* Carthaginenſium regione, ubi filii parentes ſeptuagenarios Saturno ridentes ſacrificabant, teſte Zenodoto. *Sardonica tinctura* apud Heſychium de colore præcellenti, quaſi olim in Sardiniâ fuit: & per metaphoram de eo qui pudore rubeſcit, aut plagis ſanguine conſpergitur. Appellationem denique hujus inſ. quod attinet, Bochartus Σαρδὼ, vel Σαρδὼν nomen Punicum eſſe putat. Ebræis שדד *Saad*, eſt *greſſus*, ſive *veſtigium*. Inde Σαρδὼ, vel Σαρδὼν dicta videtur hæc inſula, ſive Græci R. inſeruerint, aut etiam ipſi Pœni, quâ epentheſi nil frequentius, Ut Ebræis *Dameſek* & *Darmeſek*, quod pluribus probat eruditiſſimus author pag. 632.

Sardis, Sardes, Strabonis & Zenophonti, urbs Lydiæ Archiep. & metropolis, apud Tmolum mont. inter Thyatiram ad Bor. 36. & Philadelphiam ad Auſtr. 26. m. p. Horatius:

Quid concinna Samos, quid Cræſi regia Sardis?

Ovid Met. 11. de Mæandro:

Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem.

Sarepta, urbs Phœniciæ, Sidoni proxima, ab eâ 4. m. p. diſtans in ort. *Saphet* hodie Poſtello. *Sarapta* legitur apud Stephanum. Sic enim ille Σάρεπτα, πόλις Φοινίκης, ὁ πολίτης Σαρεπτηνός, καὶ Σαραπτία, καὶ Σαραπτηνός.

Sargetia, Sargentia Tzetzæ, flu. Daciæ per Valachiam in Iſtrum fluens, in quo Decebalus rex theſauros condidit à Trojano bello petitus. *Strel* Hungaris, *Iſtrig* Germanicè hodie nominari ſcribit Sambucus.

Sarisberia, olim *Dunium*, & alias *Sorviodunum, Sarisbury*, vel *Sarum*, teſte Camdeno, urbs epiſc. Angliæ inter Bathoniam 24. & Wintoniam 20. m. p.

Sarmagana, urbs Ariæ provinciæ in Aſiâ, *Samarchand* hodie Nigro; non illa *Samarcand* quæ eſt in Sogdianâ.

Sarmatia, regio latiſſima, ab ipſis Germaniæ finibus, & Viſtulâ amne in Hyrcaniam uſque extenſa. Sunt autem duæ *Sarmatiæ* Tanaide flu. diviſæ: quarum quæ Occaſum ſpectat, *Europæa*; quæ ortum, *Aſiatica* cognominatur. Habet autem Sarmatia Europæa à Septentrione Oceani partem, quem *Sarmaticum* ab eâ appellamus: ab Occaſu Germaniæ partem & Viſtulam amnem, à Meridie Jazygas Metanaſtas: ab Ortu vero Sarmatiam Aſiaticam & Tanaim fluvium. Quem tractum hodie tenent, quos Polonos, Ruthenos, & Tartaros appellamus. Sarmatia Aſiatica ab Ortu Hyrcaniâ terminatur, à Septentr. terrâ incognitâ, ab Occaſu Sarmatiâ Europæâ, & Tanaide fluvio, à Meridie vero Ponti Euxini parte. Breviter, Sarmatia Europæa, *Ruſſiam* hodie dictam, cum *Poloniæ* regni parte, & ejus membris *Livonia*, Lithuaniâ, &c. (& nonnullis *Tartariam Crimæam*) complectitur. Aſiatica *Tartaros, Petigoras, Circaſſos* & *Morduitas* comprehendit. Habet autem utraque populos efferatiſſimos, partim montes & ſaltus incolentes, partim plauſtris pro domibus utentes, qui inde *Hamaxobii* dicuntur, partim rapto viventes, ſanguineque equino cum lacte commiſto inediam tolerantes. Unde Martialis lib. de Spectaculis:

Venit & epoto Sarmata paſtus equo.

Vide *Hippemolgi*. Populi Stephano ſunt Σαρμάται. Aliis, uti Dionyſio, Σαυρομάται, & Σκύθαι. Sic enim ille de Sarmatiæ Europææ incolis, verſ. 304.

Τοὶ μὲν ἀπὸ Βορέαο τέλαυσμόα φῦλα νέμονται
Πολλὰ μάλ' ἐξείης Μαιήτιδος ἐς ῥόον λίμνης
Γραικοί, ἀσπιδάται ἦ, Γέται δ' ἅμα, Βασσάραισι.

Idem verſ. 652. ubi de Sarmatiæ Aſiaticæ populis:

Ἦτοι μὲν λίμνης Μαιήτιδος ἄγχι νέμονται
Αὐτοὶ Μαιῶται ἦ καὶ ἔθνεα Σαυροματάων,
Ἐσλὰν Ἐνυσίην γένος Ἄρεος· ἐν δὲ ἑκείνης
Ἰφθίμης φιλότητος Ἀμαζονίδων ἐγένοντο,
Τὰς πρὶν Σαυρομάτησι ἐπ' ἀνθρώπουσι μίγησε
Πλαγχθεῖσαι πάλιθεν, ἀπόπροθι Θερμώδοντος.

Plinius lib. 3. *Sauromatas gentes Scytharum Græci vocant, quos Sarmatas Romani.* Qui tamen & Romanis etiam *Sauromatæ* dicuntur. Ovidius:

Proxima Baſtarnæ Sauromataque tenent.

Juvenalis Sat. 2.

Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum.——

Seneca in Hyppolyto:

Vacuiſque vagus Sarmata campis.

h. e. carens certis ſedibus. Unde Statius:

——*Mutatoreſque domorum*
Sauromatæ.

De *Sarmatis* Tacitus Hiſt. lib. 1. *Mirum dictu, ut ſit omnis Sarmaturum virtus extra ipſos, nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas* (hæ equitum ſunt) *advenit, vix ulla acies obſtiterit.* Florus lib. 4. cap. 12. *Sarmatæ patentibus campis inequitant; nihil præter nives, raraſque ſylvas habent. Tanta barbaries eſt ut pacem non intelligant.* Dicti ſunt *Sauromatæ*, ut vulgò volunt, ab oculis lacertarum. Σαῦρος enim *lacerta* eſt, & ὄμμα, *oculus*. Ego certè, quid ſibi velit hæc etymologia, plane neſcio. Veriorem illam credo doctiſſimi Bocharti, qui *Sarmatas* dici putat שאר מדי *Sear*, vel *Sar Madai*, quaſi *Medorum reliquias* dixeris. Hoc ex antiquis auctoribus ſatis patebit. Plin. lib. 6. cap. 7. *Incolunt Sarmatæ, Medorum, ut ferunt, ſoboles, & ipſi in multa genera diviſi.* Mela: *Sarmatæ gens habitu, armiſque Parthicis proxima.* De Parthis porro ſic Trogus lib. 41. *Sermo his inter Scythicum, Medumque medius, ex utroque miſtus. Veſtis olim ſui moris, poſteaquam acceſſere opes, ut Medis perlucida & fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos.* Quin & Æthicus Medos & Parthos pro iiſdem habet populis. *Generaliter*, inquit, *Parthia dicitur, quamvis univerſæ ſcripturæ ſæpe Mediam vocant.* Legendum *universè*. Ità enim eſt in Oroſio quem ſequitur καὶ πόδα lib. 1. cap. 2. Bochartus. Hinc *Sarmaticus*. Lucan. lib. 3.

——*Et barbara Cane*
Sarmaticas ubi perdit aquas.

Item *Sarmatis*. Ovid. Triſt. 4. eleg. 10.

Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Contis olim uſos fuiſſe Sarmatos teſtantur Poetæ. Val. Flac. lib. 7.

——*Ingentis frænator Sarmata Conti.*

Statius Achilleid. 2.

Quo Maceræ ſua geſta citent, quo turbine contum
Sauromatæ.

Tac. An. 6. Sarmatæ omiſſo arcu quo brevius valent, contis gladiiſque ruerent. Claud lib. 1. in Stil.

——*Non falſe Gelonus,*
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.

Sarnus, flu. Picentinorum, eos à Campaniâ dividens, ex monte Tifatâ profluens (qui ibi *Sarnus* Vibio Sequ. dicitur)

&

& in mare apud Stabias illabens eum urbe cognomine apud ort. vulgò *Sarno*. Virg. Æn. 7.

———*Latè jam tum ditione premebat*
Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Ubi Servius: *Populi Campaniæ ſunt à Sarno fluvio: Cynon in eo libro, quem de Italiâ ſcripſit, quoſdam Pelaſgos, aliosque ex Peloponneſo convenas ad eum locum Italiæ veniſſe dicit, cui nullum antea nomen fuerit, & fluvio, quem incolerent, Sarno nomen impoſuiſſe ea appellatione patris flumini, & ſe Sarraſtes appellaſſe.* Verſum Virgilii ita reddidit Silius lib. 8.

Sarraſtes etiam populos, totaſque videres
Sarni mitis opes.———

Vocat *mitem*, quia hic flu. non præceps, ſed placidus & utilis irrigandis agris. Statius Sylv. 1.

Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.

Saronicus, portus Achaiæ ad Iſthmum Corinthiacum. Ptolemæus *ſinum* facit *Saronicum*. Plin. 4. 5. *Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen: ita Græcâ antiquâ appellante quercum.* Multi à *Sarone* Deo marino, nam Saronem fuiſſe regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperavit, in Corinthiacis ſcribit Pauſanias. *Salaminiacus ſinus* dicitur Straboni. Hodie *Golfo del Engia* Caſtaldo.

Sarra, urbs Phœniciæ, deinde Tyrus dicta, à piſce quodam qui illic abundat, quem *Sarram* vocant, ex cujus ſanguine ſericum in purpuram tingebatur. Inde *Sarranæ veſtes* Tyriæ dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ & purpureæ. Virgilius Georg. 2.

Ut gemmâ bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Hinc Auſonius:

———*Sarrano videor diſcumbere in oſtro.*

Juvenal.

———*Aut pictæ Sarrana ferentem*
Ex humeris aulæa togæ.———

Sidonius *Sarranam chlamydem* dixit Paneg. Anthem. & Columella *Sarranas violas*, pro purpureas, & Silius lib. 15. *Sarranum muricem.* Probus ad Virgilii locum ſupra productum: *Tyrum Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius ſequitur, cum dicit, Pœnos Sarrâ oriundos.* Agellius quoque lib. 14. cap. 6. ait, Tyrum prius dictam fuiſſe *Sarram*. Nomen autem *Sarræ* deduci notum eſt ex Ebræo *Tyri* nomine צור *Tſor*. In quo literam *Tſade*, quæ medii eſt ſoni inter T. & S. Græci in T. mutarunt, & Romani in S. Ita factum, ut ex eodem צור *Tſor* & Τύρος naſceretur & *Sarra*. Bochartus.

Sarraſtes, Italiæ populi. Vide *Sarnus*.

Sarſina, vetus civitas in Æmiliâ, uberrimis paſcuis nobilitata. Hanc nonnulli Plauti patriam faciunt, indeque eum *Sarſinatem* dictum volunt. Strabo lib. 5. Ἀπὸ Ῥαυέννης ἐξαμψοι οἱ Ὀμβρικοὶ, καλέχουσι τὸ πλησίον, ἢ ἐρεξῆς Σαρσίνιον, Ἀείμνον, Σιλλάν, ἢ Καμαρῖνον. Silius lib. 8.

———*His populi fortes, Amerinus, & armis*
Vel raſtris laudande Camers; his Sarſina dives
Lactis.———

Populi *Sarſinates*. Plinius lib. 3. cap. 14. Plautus in Moſtellaria:

Sol ſemper heic eſt, uſque à mani ad veſperum,
Quaſi flagitator adſtans uſque ad oſtium.
Nec mihi umbra uſquam eſt, niſi in puteo quæpiam eſt.
TR. Quid? Sarſinatis ecqua eſt; ſi Umbram non habes.

Ubi ad patriæ nomen alludit; quia *Sarſinas* ipſe erat.

Sarus, flu. geminus; unus Italiæ in Pelignis, apud Aufidenam oriens, vulgariter *Sangro*. Alter Ciliciæ, vulgò *Adena*, Adanam urb. alluens, ac in ſinum Iſſicum inter Cydnum (qui Tarſum alluit) & Pyramum influens. Eſt & *Sarus* in Cappadociâ, cujus mem. Plin. lib. 6. cap. 3.

Saſon, inſ. inter Epirum & Brunduſium, 5. m. p. ab utroque diſtans. *Saſeno* Sophiano. De Saſone Polybius lib. 5. Κεῖ ἡ κατ' ἀσόλιν, ἢ ἐπὶ τ' Ἰόνιον πόρον. Scylax Ceraunios vicinam facit, Strabo à Brunduſio lib. 6. Eſt & flu. in mare Adriaticum influens. Lucan. lib. 5.

Non humilem Saſona vadis, non litora curvæ
Theſſaliæ ſaxoſa timent.———

Idem lib. 2.

Spumoſa Calaber profunditur æquore Saſon.

Silius lib 7.

Adriaci fugite infauſtas Saſonis arenas.

Saſones, pop. Scythiæ apud Imaum mont. Ptol. Hos forte pridem ex Scythiâ in Germaniam veniſſe, atque ibi *Saxones* dictos ex aliorum ſententiâ memorat Albertus Crantzius.

Satarchæ, Scythiæ Europ. pop. juxta Mæotidem: qui, teſte Solino, auri & argenti uſu damnato, ſe à publicâ avaritiâ abdicarunt. Hi bellicoſiſſimi ſunt. Val. Flac. lib. 6.

Exomatæ, Torinique, & flavi crine Satarchæ,
Mollis honos Torinis, ditem ſua mulctra Satarchen,
Exomatas venatus alit.———

Saticula, Colon. & op. Samnii. *Saticola* Stephano & Diodoro Siculo. Pop. *Saticuli*. Virg. Æn 7.

Accola Vulturni, pariterque Saticulus aſper.

Satratidæ, Arianæ gens. Dionyſius verſ. 1098.

Σαδαΐδας θ' ὅσους τ' ἀφίκ. πυκὶ Παφλαγονίδι
Ξυνῇ ὁμῶς μάλα πάντας ἐπωνυμίῃ Ἀελλώς.

Satrapeni, Mediæ pop. militantes ſub Tigrane, quos Lucullus fugavit. Plutarchus.

Satura, palus Latii inter Antium & Circeios, quæ & Pontina, 23. olim urbium locus, ut ex Mutiano tradit Plin. 3. 5. Virg. lib. 7.

Quà Saturæ jacet atra palus, geliduſque per imas
Quærit iter valles, atque in mare conditur Ufens.

Et ejus imitator Silius lib. 8.

Quà Saturæ nebuloſa palus reſtagnat, & atro
Liventes cœno per ſqualida turbidus arva
Cogit aquas Ufens, atque inficit æquora limo.

Saturium, vel *Satureium* urbs Calabriæ, non procul à Tarento. Steph. Hinc *Satureianus*. Horat. lib. 1. Sat. 6.

Me Satureiano vectari rura caballo.

Saturnia, op. Latii à *Saturno* conditum. Editiora autem loca (teſte Diodoro) *Saturnia* dici conſueverant. Σατύρνιαι (inquit Stephan.) Italia primum dicebatur. Gentile *Saturninus*, quod & proprium viri eſt apud hiſtoricos Romanos. Virg. Georg. 2.

Salve magna parens rerum Saturnia tellus,
Magna virum.———

Plinius Romam ipſam ſic vocat. Inde *Saturnia porta* cujus mem. Varro & Plin. quæ & *Pandana* à ſemper *pandendo*, per quam neceſſaria in urb. inferebantur.

Saturum, urbs Calabriæ non longè à Tarento. Vide Servium in illud Georg. 2.

Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti.

Ex Stephano poſſit videri eſſe ſcribendum Σατύειον, qui ait eſſe χώρον πλησίον Τάραντος.

Satyri, Africæ interioris gens vaga, & ſemifera. Solinus.

Savaria, *Muer* Lazio & Heroldo, flu. Norici per Stiriam fluens in Dravum. *Savaria* vero op. Pannon. ſuper. urbs eſt Stiriæ primaria, vulgò *Gratz*, 17. leuc. à Viennâ in Auſtr. recedens: licet Lazius *Leybnitz* eſſe putet, à Græcio (*Graitz*) 4. leuc. in ort. diſtans.

Savo, vulgo *Savona*, urbs Liguriæ inter Genuam & Albingaunum. *Savo*, item *Saone*, teſte Sanfelicio, flu. Campaniæ inter Sinueſſam & Vulturnum in mare delabens. Plin. 3. 5. Hujus mem. Papinius Sylv. lib. 4.

Et Linterna palus, pigerve Savo.

Sauromatæ, pop. Septentrionales, qui & *Sarmatæ* dicuntur, quorum alii Aſiatici ſunt, alii Europæi. Tanai flu. diſcreti. Vide *Sarmatia*. Juven. Sat. 15.

———*Sauromataque truces.*

Idem Sat. 2.

Ultra Sauromatas, &c.

Ubi vetus Scholiaſtes: *Sauromatæ Sarmatæ ultimi ultra Pontum ſunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides* (ita εὐσόλως emendat Rurgerſius) *appellantur.* Amazonas quoque *Sauromatidas* dictas, teſtantur Euſtathius Dionyſii Interpres, Stephanus & Plato de LL. lib. 7. De his Hippocrates lib. de aere, locis, & aquis, Sect. 3. *In Europâ*, inquit, *eſt gens Scythica, quæ Mæotin paludem incolit, & à reliquis plurimum differt, Sauromatæ appellantur. Horum fœminæ equitant, arcu utuntur, atque ex equo jaculantur, & cum hoſtibus bellum gerunt, quoad virgines exiſtunt. Nec ante virginitatem deponunt, quam tres hoſtes interfecerint, neque prius cum viris congrediuntur, quam Sacra Deo patrio more peregerint. Quod ſi quæ virum ſibi delegerit, equitatu ſoluta eſt, niſi communis expeditionis neceſſitas ingruat. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus ferro ad id fabricato, & candente dextræ mammæ admoto, eam exurunt, ut ne incrementum capiat, ſed ad dextrum humerum & brachium omne robur & copia tranſmittatur.*

Saus, *Savus*, Ptol. Sol. *Sabus* Trogo, flu. Norici ex Oerâ monte profluens à Villaco 3. leuc. per Carniolam in ort. & per Saviam Pannoniam longo tractu in Danubium ad Taurunum urb. fluens. Claudianus de laud. Stiliconis lib. 2.

Pannonius, potorque Savi, qui clauſa tot annis,
Opida laxatis auſus jam pandere portis, &c.

Saxonia, *Sachſen*, pars ampla Germ. quæ dupliciter ſumitur, vel latè, vel ſtrictè. I. Late ſumpta complectitur, 1. Saxoniam infer. in quâ Ducatus Brunſvicenſ. Luneburgenſ. Magdeburgenſ. Bremenſ. Megalopolitanus, Holſatiæ, & Lauemburgenſis; Principatus Ferdenſ. & Halberſtadienſ. & Epiſcopatus Hildeſheimenſis: eſtque inter Weſtphaliam ad occ. Saxoniam ſuper. ad ort. & merid. & mare Balticum cum Jutiâ ad Bor. 2. Saxoniam ſuper. quæ continet Marchiam Brandeburgicam,

burgicam, Pomeraniam, Thuringiam, Miſniam, Ducatum Saxoniæ, & Principatum Anhaltinum. Terminatur ab Orient. Poloniæ regno, & Luſatia à Sept. mari Baltico, ab occ. Saxoniâ infer. & à merid. Franconiâ & Bohemiâ 2. ſtrictè ſumta ſeu propria & Electoralis, prov. eſt parva Germ. in Saxoniæ ſup. Circulo, verſus Albim flu. inter Luſatiam ad ort. Marchiam Brandeburgicam ad Bor. Principat. Anhaltinum ad occ. & Miſniam ad meridiem. Populi Saxones de quibus jam dicendum.

Saxones, Germaniæ populi. Ex veteribus eorum primus Ptolemæus meminit, qui Aurelii ætate fuit. Hic eaſdem Saxonibus ſedes tribuit, quas Tacitus Foſis, ut hi cum illis iidem putandi, niſi *Foſorum* vox apud Tacitum corrupta, quæ Cluverii opinio eſt, Ant. Germ. l. 3. c. 21. Unde nomen inditum non conſtat. Qui à *Sacis* Aſiatico populo & appellationem & originem repetunt, æque ineptiunt, atque qui *Miſnios* à *Myſis* derivant. Nec audiendi, qui à duritie & truculentiâ, quaſi *Saxei* eſſent, deducunt: namque quis credat Germanicam gentem à Latio ſibi appellationem petiiſſe? Wittichindus Corbeienſis lib. 1. Annal. refert, Saxonibus olim magnorum cultellorum (ut ipſe loquitur) uſum fuiſſe, quibus uſque hodie Angli utuntur, progenies Saxonum. Cultellos autem illos *Sahs* appellatos. Cum itaque inter eos & Thuringos ad dirimendas armorum diſceptationes, quibus invicem hactenus commiſſi fuerant, conſtitutus dies eſſet, quo convenirent ex utraque parte inermes, Saxones accinctos cultris ſub ſagis dicto loco & tempore adfuiſſe, & opportunitatem nactos Thuringos inermes ac imprudentes ſtrictis cultellis adortos ad unum omnes confeciſſe. Hinc factum, ut ab hâc memorabili ſtrage, quam cultris illis, quos *Sahs*, ut diximus, appellabant, obtinuerant, *Saxonum* nomen ſibi acquirerent. Reinerus autem Reineccius Commentatione de Saxonum origine, quam Apologiæ inſtar Joanni Bodino oppoſuit, nomen gentis à vocabulo *Sache* fortaſſis dicendum exiſtimat; qu. judices ac diſceptatores, nempe à juſtitiæ laude, & judiciorum æquitate.

Scæa, urbis Trojanæ porta, ubi Laomedontis erat ſepulcrum, ita (ut Grammaticis placet) quod ad ſiniſtrum, h. e. occidentale urbis latus ſita eſſet. In Augurum enim diſciplinâ, quæ Ortum ſpectant, dextra; quæ occaſum, ſiniſtra dicuntur, Strabo tamen lib. 12. videtur ſentire *Scææ* portæ nomen à *Scæis* Thraciæ populis ſumptum fuiſſe, cum quibus Trojanos multa nomina communia habuiſſe oſtendit. Virgil. Æn. 3.

———*Arentem Xanthi cognomine rivum*
Agnoſco, Scæaque amplector limina portæ.

Alibi plurali numero extulit:

———*Tum Scæas Juno ſævissima portas.*

Hauſit ex Homero, apud quem loco non uno:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκοντο.

Propertius lib. 3.

Nec referam Scæas, & Pergama Apollinis arces.

Homerus Iliad. Χ.

Πὰν δ' ἦμαρ μάρναντο περὶ Σκαιῇσι πύλῃσι.

Plautus in Bacchidibus ſcen. 9. act. 4.

Illio tria audivi fuiſſe fata, quæ illi forent exitio:
Signum ex arce ſi periiſſet: alterum etiam eſt Troili mors:
Tertium cum portæ Scææ lumen ſuperum ſcinderetur.

Scalabis, *Scalabiſcus* Ptol. *Julium præſidium*, & *Scalabitanus conventus*, Plin. Colon. & urbs olim Luſitaniæ ad Tagum flu. ab Ulyſſipone 13. leuc. in ort. Toletum verſus. Hodiè *Santaren* (à D. *Irene* virgine ibi martyrium paſſâ nomen habens) op. ampliſſimum, à Chriſtianis ingenti Maurorum clade recuperatum. A. D. 1184.

Scalæ Annibalis, pars mont. Jovis eminentior in orâ Hiſp. citer. ſeu Catalauniæ. *Monjui* Varrerio, *Coſta de Garaff* aliis, inter Barcinonem & Emporias.

Scaldia, inſ. Zelandiæ, à præterlabente *Scaldi* flu. ſic dicta.

Scaldis, *Scaldium* Cæſari, *Tabuda* Ptolemæo, vulgò *Scheld*, flu. max. Belgii in Veromanduis oriens, ac inter Arteſiam & Hannoniam per Flandriam & Brabantiam, in Oceanum infra Antwerpiam decurrens. Ejus mem. Plin. 4. 17. Vide Cluver. Germ. Ant. p. 451.

Scaldis, pons, urbs Belgii, Hannoniæ præcipua, ad Scaldem flu. inter Cameracum & Montes 7. leuc. vulgò *Valenchiennes*.

Scamander, vel *Scamandrus* Homero, Herodoto, Qu. Calabro ac Ptolemæo, flu. Myſiæ in Aſiâ apud Helleſpontum ex Idâ monte profluens, quem Heſiodus θεῖον Σκάμανδρον, vocat. Ante *Xanthus* dicebatur, quod & Homerus innuit, cum ait:

Ὃν Ξάνθον καλέεσκι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Suo more vetuſtiorem appellationem Diis, recentiorem hominibus aſſignavit. Ab exercitu Xerxis epotus fuit, auctore Herodoto. In hoc fluvio ſponſæ jam nupturæ ſe abluebant, his verbis eum invocantes: Λάβε μοι, Σκάμανδρε, τ' παρθένιαν. Quâ occaſione uſus Cimon quidam Athenienſis: cum generoſæ puellæ amore teneretur, quæ jam viro deſponſata erat in Scamandri virgultis ſeſe occultavit, caputque arundine cordnavit; cumque illa èx more lavaretur, carmenque ſolenne caneret, Scamandrum, ut virginitatem ſuam acciperet, invocans, Cimon à virgultis proſiliens: Ego vero, inquit, accipio lubens, virginemque in ripam ſuſtulit, ubi & vitium ei obtulit. Videre poteris hâc de re plura in Epp. Æſchinis hujus flu. mem. Catullus de nuptiis Pel. & Thet.

Teſtis erat magnis virtutibus unda Scamandri,
Qui paſſim rapido diffunditur Helleſponto:
Cujus iter cæſis anguſtans corporum acervis
Alta tepefaciet permiſtâ flumina cæde.

Achilles ipſe apud Atticum ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ.

Scamandriam undam ſanctam ſalſo obtexi ſanguine,
Atque acervos alta in amni corpore explevi hoſtico.

Xanthus ipſe ad Hom. Iliad. Φ.

Πλήθει γὰρ ῥύμοι νεκύων ἐρεείνετε ῥέεθρα
Οὐδέ πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν
Στεινόμενον νεκύεσσι.

Virg. Æn. 5.

———*Cum Troja Achilles*
Exanimata ſequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret letho, gemerentque repleti
Amnes, nec reperire viam, atque evolvere poſſet
In mare ſe Xanthus.———

Horat. Epod. 13.

Te manet Aſſarici tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina, Lubricus & Simois.

Duos fontes habuiſſe innuit Poeta, Iliad. Χ.

Δοιαὶ ἀναδοσιαι Σκαμάνδρου δινήεντος·
Ἡ μὲν γὰρ θ' ὕδατι λαερῷ ῥέει, ἀμφὶ δὲ καπνὸς
Γίνεται ἐξ αὐτῆς ὥστε πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ περιρρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
Ἢ χιόνι ψυχρῇ, ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ.
Ἔνθα δ' ἐπ' αὐτάων πλύνοι εὐπλεκέες ἔασιν
Καλοὶ, λαΐνεοι, ὅθι εἵματα σιγαλόεντα
Πλυνέσκον πρόσθεν ἄλοχοι, καλαί τε θύγατρες,
Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν.

Scandia, vulgò *Schetland*, inſ. Oceani Britannici, ſeu Germanici, inter Orcadas ad occ. & Scandinaviam ad ort. Norvegis parens. *Scandia* quoque pars Scandinaviæ Auſtralis è reg. Silandiæ inſ. in ort. recedens, vulgò *Schonen*.

Scandiæ, inſ. plures ſinûs Codani, Cimbricæ Cherſoneſo ad ort. adjacentes. Ptol. cui 4. ſunt, quarum maxima nunc *Gothland* contra oſtia Viſtulæ; ſed apud Melam ſunt ſeptem.

Scandinavia, quæ & *Scandia*, (licèt Scandia ſit portio Scandinaviæ inter Norvegiam & Sueciam in ſinum Codanum porrecta) & *Baſilia* Diodoro, & *Baltia* Pytheæ, teſte Plinio, non inſ. ut credidit idem Plinius, ſed peninſ. maxima Septentrionalis inter mare Balticum ad Auſtr. quo à Germaniâ ſeparatur, & Oceanum Septentrionalem, in plures regiones diviſa ac 3. continens regna, Norvegiæ, Sueciæ & Gothiæ. *Vagina gentium* à Jornande dicitur.

Scapteſyle, urbs parva Thraciæ è reg. Thaſi. Steph. Corruptè vulgò legebatur olim *Scaptenſia*, apud Lucretium, lib. 8. v. 810. Tu autem lege,

Qualeis expirat Scapteſula ſubter odores.

Feſtus, *Scaptenſula* (lege Scapteſula) *locus ubi argentum foditur in Macedoniâ, dictus à fodiendo: namque Græce* σκάπτειν *effodere dicitur.*

Scaptia, op. Latii, à quo *Scaptia tribus* Plin. 3. 5. Erat autem inter Soram & Fabrateriam. Populi *Scaptenſi* Halicarn. Silius lib. 8. *Scaptia pubes.*

Scardo, *Scardona* Ptol. *Scardo* adhuc, teſte Nigro cum Volaterrano, urbs Liburniæ marit. in Dalmatiæ confin. inter Jaderam ad occ. & Sicum ad ort. 12. m. p. Pop. *Scardonitani* Plinio. Ibi *lacus Scardonius*, vulgò *Proclian.*

Scardona, inſ. Illyrici, Liburniæ oræ adjacens. *Mal Conſiglio* Villanovano.

Scardus, *Scodrus* Livio, inter Dalmatiam & Mœſiam infer. Ptol. *Marinat* Barletio.

Scarphia, *Scarphe* Straboni, op. Locrorum Epicnemidiorum in Achaiâ, in Phthiotidis confin. apud oſtia Boagrii flu. *Bondoniza* Moletio. Seneca in Troadibus:

Beſſan, & Scarphen; Pylon an ſenilem?

Hinc illud:

Βυσσάν τε σκαφλόν τε καὶ Αὐγέαν ἐρεμνόν.

Scarphe & *Scarphia* Euſtathio eadem; quem falli putat Delrius, quia, ſecundum illum, una eſt *Scarphia* Locrorum diſtincta à *Scarphe*, de quâ Pauſan. in Corinthiacis & Achaicis. Alia *Scarphia* Bœotiæ Straboni. Quod autem Seneca Pylon *ſenilem* dixerit, idem eſt quod Ovidius de eâdem urbe:

Nos Pylon antiquam, Neleia Neſtoris arva, &c.

Scarponna, op. olim, nunc pag. Gall. Belg. in Lotharingiâ inter Tullum & Metas. *Scarpaigne* Ortelio.

Scenæ, urbs Ægypti apud Nilum. Anton. pop. *Scenitæ.*

Scenitæ, Arab. Petrææ gens. Plin. Solinus cap. 37. *Verum hæc Arabia procedit ad uſque illam odoriferam ac divitem terram, quam Catabanes, & Scenitæ tenent, Arabes nobiles monte Caſio: qui Scenitæ cauſas nominis inde ducunt, quod tentoriis ſuccedunt, nec alias domos habent.* Ubi ſis vide Salmaſium in Plin. Exerc. pag. 483.

Scheria, dicta eſt Phæacia, ſive *Corcyra*, eò quòd Ceres metuens, ne fluvii ex continente influentes continenti eam adjungerent, Neptunum rogavit, ut amnes averteret, quo facto *Scheria* vocata eſt. Steph. Meliùs Bochartus deducit à Phœnicio שחרא *Schara*, quaſi *emporium* dixeris, aut *negotiationis inſulam.* Talis enim à Poeta deſcribitur, Odyſſ. 3.

Οὐ γὰρ Φαίηκεσσι μέλει βιὸς, οὐδὲ φαρέτρη,
Ἀλλ' ἱστοὶ καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἐΐσαι
Ἦσιν ἀγαλλόμενοι, πολιὴν περόωσι θάλασσαν.

Schinuſſa, inſ. parva maris Ægæi, una Sporadum, inter Melon & Ion. Plin. 4. 12. Stephano eſt inſula Phocica, vel Phocææ adjacens.

Schœnus, Schœno adhuc, portus Peloponneſi ad ſinum Saronicum, & ad Iſthmum, ubi is anguſtior, à Cenchreis 40. ſtad. in bor. *Schœnus* item pagus à Thebis 50. ſtad. cum flu. cognomine. Eſt & *Schœnus, nuntis* teſte Stephano, regiuncula à *Schœneo* patre Atalantes dicta, & flu. Arcadiæ, & alter apud Athenas fluens, teſte Strabone. *Schœni* meminit Papinius Theb. 7.

Qui breve litus Hyles, Atalantæumque ſuperbi
Schœnon habent.

Sciapodes, vel *Sciopodes*, pop. Æthiopiæ, q. d. *umbripedes.* Plin. 7. 1. ex Cteſiâ hominum genus eſſe ſcribit qui Monoſceli vocantur, ſingulis cruribus miræ pernicitatis ad ſaltum; eoſdem *Sciapodes* vocari, quòd in majori æſtu humi jacentes reſupini, umbrâ pedum ſe protegant.

Sciathis, urbs Ægypti, apud Stetin mont. Ptol. Item Arcadiæ mons, teſte Pauſaniâ.

Sciathus, inſ. maris Ægæi inter Eubœam & Theſſaliam, Scopelo proxima, ante Magneſiam promont. Ejus mem. Val. Flac. lib 2.

Jam Sciathos ſubſedit aquis.

Sciathus autem ſecundum Bochartum, per metatheſin ex קשיחא *Kſiatha*, qu. dixeris *duram* & *aſperam* inſulam facto ex argumento nomine. Quod planum faciunt hæc Senecæ de conſolat. ad Helviam cap. 6. *Deſerta loca & aſperrimas inſulas, Sciathum & Seriphum, Gyarum & Coſuram pete.*

Sciron, mons Atticæ in orâ inter Megara & Corinthum, ubi *Scironia ſaxa*, & *Sironides petræ* Straboni l. 9. à *Sirone* latrone dicta, non procul à Piræeo in mare inſtar ſcopuli 6. m. p. porrecta, teſte Solino. Seneca in Hippolyto.

Et ſcelere petræ nobiles Scironides.

Σκιρωνίδες πέτραι dicuntur etiam Euripidi in Hippolyto. Eſt & promont. Phthiotidis ad ſin. Maliacum, in quod Thermopylæ terminantur. Claud. de bello Getico:

Thermopylæ: vaſtata mari Scironia rupes.

Statius Theb. 1. *Infames Scirone petras.* Σκείρωνος ἀκτὴ apud Eurip. in Hippolyto. Ubi Σκιρωνίδα locum ipſum appellatum docet Scholiaſtes. Rupem Scironiam vocat Claud. Bello Getico. *Abruptas Sironis arces* Corn. Gallus, ſeu quis alius author poematis quod *Ciris* vocatur. Hyginus Fab. 38. Sironem, qui ad mare loco quodam prærupto ſedebat, & quî iter gradiebatur, cogebat eum ſibi pedes lavare & ita in mare præcipitabat: Hunc Theſeus pari lethô in mare projecit, ex quo Sironis petræ ſunt dictæ. Quæ ad verbum pene tranſlata ſunt ex Diodoro lib. 4. Locum pulcrè deſcribit Strabo initio libri 9. Μετὰ δὲ Κρομμυῶνα ὑπέρκειται ἡ Ἀθηνῶν αἱ Σκιρωνίδες πέτραι, παρόδιον οὐκ ἀπολιποῦσαι τοῖς βαδίζουσι· ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων, καὶ ἡ Ἀθηνῶν ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ, ὅταν μὲν σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι δεῖ τὸ ὑποζύγιον ἄγειν, δυσβάτου τε καὶ ὑγροῦ. Ἐνταῦθα δὲ ἱμᾶσθαι τὰ πρὸς τοῦ Σκείρωνος, καὶ τοῦ πυνθάνεσθαι τοὺς λαζομένους τὸν λεχθέντα ὀφλεῖν ὃς καθεῖλε Θησεύς. Barthius.

Sclavi, pop. Scythiæ Europ. qui in Illyricum demigrantes *Sclavoniæ* nomen indiderunt. De nominis origine vide Ægidium Fletcherum in Ruſſorum rep. c. 13. Subjicitur hæc regio hodie partim regno Hungarico, partim Venetis & principibus Auſtriæ. Duobus præcipuè fluminibus tota regio irrigatur, Savo, & Dravo, qui in Danubium corruunt. Sclavonica lingua, quæ nonnullis *Windiſcht*, & apud Latinos *Illyrica* appellari putatur, hodie omnium latiſſimè patet, ut quæ à mari Adriatico ad Oceanum Septentrionalem extendi videatur. Nam eâ utuntur Iſtrii, Dalmatæ, Boſnenſes, Moravi, Bohemi, Luſatii, Sileſii, Poloni, Lithuani, Prutheni, Scandinaviæ incolæ, Ruſſi longè lateque imperantes, Bulgari, multæque circumvicinæ regiones Conſtantinopolim ferè uſque, adeo ut ejus etiam inter Turcas frequentiſſimus ſit uſus. Σκλάβωνοι Procopio, *Sclavini* Jornandi. Vide Cluver Germ. Ant. lib. 3. cap. 44. Quare autem *Sclavus* pro *ſervo* poni ſoleat, vide Voſſ. de Vitiis Sermonis lib. 2. cap. 17.

Scodra, urbs Dalmatiæ in Macedon. confin. apud Drilonem flu. Ptol. *Scurari*, & *Eſcodar* Turcis. Albaniæ reg. præcipua, ab Epidauro ſeu Ragusâ 60. m. p. in ort. ab Aſcrivio in medio 30. *Scodrus* ibi mons altiſſimus, de quo Liv. lib. 3. dec. 5. forte qui aliis *Scardus.*

Scolus, mons in orâ Bœotiæ ad ort. apud Eteonon & oſtia Aſopi flu. cum op. cognomine. Fuit & Macedon. op. apud Olynthum urb. teſte Strabone. Stat. l. 7.

Qui Scolon, denſamque jugis Eteonon iniquis.

Hinc proverbium: *Scolon ne proficiſceris ipſe, nec alteram comiteris:* quo utimur, teſte Euſt. cum ſignificatur, abſtinendum à convictu alicujus, vel à loco, à quibus nihil ſit ſperandum boni. Nam *Scolos* apud Strab. lib. 9. vicus eſt Bœotiæ ad radices montis Cithæronis inamœnus, incultus, infrugifer, de quo Plin. 4. 7. Nihilominus in Scolo Bœotiæ pago panis totius Græciæ laudatiſſimus fiebat, Pauſaniâ teſte. Vide Boch. Geogr. pag. 473.

Scombraria, promont. Hiſp. Tarrac. apud Carthaginem Novam, *Saturni promontorium* Plinio. *Cabo di Palos*, hodie vocatur, teſte Cluſio.

Scombraria, Hiſpaniæ inſ. ante *Scombrariam* promont. & apud Carthaginem Novam à qua 24. ſtad. recedit. *Scombroaria* Ptolemæo, quæ & Herculis, teſte Strabone lib. 3. qui à multitudine *Scombrorum*, qui inibi capiuntur, ſic dictam tradit. Vide ſis illic Caſaubonum. *Eſcombrera* hodie dici ſcribit Florianus.

Scordiſci, & *Scordiſcæ* Straboni, *Scordiſſi* Trogo, Poſidonio, & S. Rufo, pop. Pannoniæ infer. Araviſcis finitimi ad Auſtr. quorum urbs *Sirmium*, teſte Niceta.

Scoti, Britanniæ pop. Septentrionales, quondam Anthropophagi, teſte B. Hieronymo 2. contra Jovinianum. *Quid* (inquit) *loquitur de cæteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Galliâ viderim Scotos, gentem Britannicam humanis veſci carnibus, & cum per ſylvas porcorum greges, & armentorum, pecudumque reperiant, paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcondere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari?* Ammianus primus inter ſcriptores Latinos eorum meminit, quos ex Hiſpaniæ Cantabriâ oriundos, atque inde in Hiberniam migrantes, tandem in Scotiâ ſedem fixiſſe dicit. *Guydhyl* Britannis, teſte Lhuydo, à picturâ qu. *Picti* appellati, teſte Iſidoro, vel ab *obſcuritate* ac *tenebris*, quæ σκότος dicuntur. An vero Scoti prius Hiberniam occuparint, dijudicent alii ex hiſtoriis. Illud certum (inquit Ferrarius) nomen Scotiæ utrique regioni fuiſſe commune; ac Scotos, ejectis Pictis, regione potitos, illi nomen indidiſſe. Scotos etiam (quos alii à Scythis voce depravatâ dictos putant) olim in Hibernià conſedisſe, nomenque Scotiæ ipſi Hiberniæ indidiſſe, & illam etiam Scotiam per aliquot ſecula appellatam fuiſſe invenitur apud Oroſium, D. Proſperum, Iſidorum, Bedam, Bernardum, &c. Horum regio *Scotia* dicitur olim *Caledonia*, de quâ Tacitus in Agricolæ vitâ. Vulgò *Albayn*, teſte Lhuydo, hodiè *Scotland*, ab Anglià monte Cheviotâ diſcreta, in plures regiones diviſa: in quâ Alata Caſtra, ſive Edinburgum, urbs regia, Andreapolis, & Glaſquum metropoles. Grampio monte aſpero & informi (cujus Tacitus meminit) bifariam dividitur. Is enim à Germanici maris litore ad oſtia Deæ fluminis latera Aberdoniæ abluentis, per mediam Scotiam, in Hibernicum mare tendens ad lacum Lomundum ſiſtitur. Incolæ qui cis Grampium mont. meridionalem partem habitant, ſunt benè morati, & humaniores: qui alteram partem Septentr. verſus accolunt, genus hominum aſperum ac longè duriſſimum eſt. Hinc *Scoticus* Claud. de laud. Stilic.

Ne bella timerem
Scotica, vel Pictum tremerem.

Vide plura apud H. Boëthium, J. Majorem, & G. Buchananum in hiſtoriis Scoticis.

Scotiæ Urbes.

Aberdonia, *Aberdeen*, Academ.
Abrenetha, *Abernethy.*
Aërea, *Ayre.*
Alata caſtra, *Edinburgh*, urbs regia & Acad.
Andreapolis, *S. Andrews*, Academ.
Brechinium, *Brechin.*
Candida caſa, *Withern.*
Caſtrum Britonum, *Dunbritton.*
Caſtrum Caledonium, *Dunkelden.*

Chanrea,

Chanrea, *Chanonry.*
Donum Dei, *Dundee.*
Dornocum, *Dornock.*
Dumblanum, *Dunblane.*
Dunfresa, *Dunfriese.*
Elginum, *Elgin.*
Fordunum, *Fordon.*
Glasquum, *Glascow*, Academ.
Hamiltonum, *Hamilton.*
Innernium, *Innerneſſe.*
Insula S. Columbi, *Columb-kill*, juxta Mulam.
Kirchvallum, *Kirkwall* in Pomoniâ.
Lismoria, *Lismore.*
Mussalburgum in Laudoniâ, *Myſſelborough.*
Perthum, *S. Johnston.*
Stephanodinum, *Dunſtafag.*
Strivilingum, *Sterling.*
Suavicordium.
Victoria, *Wington*, al. Inch-Keith.

Scotina, locus in Lacedæmone plenus quercubus. Verum inde nomen non habet, ſed à Jove *Scotino* illic honorato. Steph. ex Pauſaniâ. Locus quem reſpexit in Laconicis, reperitur, qui eſt liber 3. Itaque ſcribendum τείτῳ apud eum pro ἑκάτῳ. Inſuper pro Σκόλινα, & Σκολινᾶς, ſcribe Σκολιτὰ, & Σκολιτᾶς. Loci ejuſdem mem. Polybius extremo lib. 10.

Scultenna, fluvius Flaminiæ. Liv. Plin. *Panaro* Leandro. Apud Strab. antiquum vocabulum corruptum legitur Σκιτάνα pro Σκυλτάνα: locus eſt lib. 5. *Lanam mollem & omnium longè pulcherrimam* οἱ περὶ Μοτίνλω τόποι καὶ ἡ Σκυλτάναν πόλαμὸν φέρουσι.

Scylla, ſaxum in freto Mamertino inter Siciliam & Italiam, periculoſum nautis mare faciens, hodie *Scyllo*, teſte Fazello. Brutiorum item op. apud Melam, *Siglio* Leandro. Et inſ. deſerta circa Thraciæ Cherſoneſum. Plin.

Scyllaceum, op. in finibus Calabriæ. Virg. Æn. 3.

Cauloniſque arces & navifragum Scyllaceum.

Dicitur etiam *Scylletium*, vulgò *Squilacci.* Vide Cluver. Ital. Ant. lib. 4. cap. 15. Long. 41. 40. Lat. 38. 53.

Scylleum, promont. Peloponneſi, in orâ Argiæ reg. in agro Hermionico, *Scyllium* Ptolemæo, *Capo Scigli* Sophiano, ſinum Argolicum à Saronico dividens. Σκύλλαιον ἄκρα Stephano dicitur. Eſt & op. Brutiorum in Italiâ. Mela lib. 2.

Scyros, inſula contra Magneſiam in mari Ægæo, Lycomedis regis patria,, in quâ Achilles puellari habitu educatus Deidamiam regis filiam vitiavit, & ex eâ Pyrrhum ſuſcepit. Hinc *Scyrius*, & *Scyrias*, fæm. Ovid. 1. Art. Am.

Scyrias Æmonio victa puella viro.

Hæc inſ. capris abundat feris, ex quibus adagium eſt apud Zenodotum. *Capra Scyria*, in eos qui beneficium maleficio contaminant, ſicuti *capra Scyria* quæ calce mulctram lacte plenam evertit. *Scyrius principatus*, adagium ortum eſt, de tenui regno dictum, teſte Suidâ, quòd hæc inſ. à Pelaſgis & Caribus quondam inhabitata, petricoſa ſit & infrugiferâ. Lapis hujus inſ. integer ſupernatat, comminutus mergitur. Plin. 36. 17. Dionyſ. verſ. 521.

Σκῦρός τ' ἠνεμόεσσα, καὶ αἰπεινὴ Πεπάρηθος.

Ubi ſis vide Montanum. Græcè quidem σκῦρος eſt λαπύη, ut volunt, i. e. quod à lapidibus marmorarii abradunt: Et in Euſt. σκυρώδης occurrit pro *petricoſo*, & in Heſychio σκυρωθῶσι pro λιθωθῶσι. Et in Pindaro Pythiâ 5. σκυρωτὰν ὀδὸν, Scholiaſtes λιθόστρωτον, Heſychius ἀπόκεντον interpretatur. Inde Scyrus dici putatur, quia petricoſa eſt inſula. Sed vox hæc Græcis quam eſt infrequens, tam familiaris eſt Arabica צחור *ſuchur* pro petris, à quâ Σκύρος nomen deduci potuit non incommodè. Boch. Statius in Achilleide.

Quam ſe ſcopuloſa levavit Scyros.

Heſychius: Ἀρχὴ Σκυρεία, παρσιμία ἐπὶ τῶν ἐυτελῶν, καὶ μηδὲν λυσιτελῆς ἐχόντων. Ἔστι γὰρ καὶ λυπρὰ καὶ περῶδης ἡ Σκῦρος. Strabo quidem hanc inſ. præcipuè ab Achillis latebris & affinitate cum Lycomede celebratam memorat; deinde etiam ob marmor, quo integræ columnæ exſectæ Romæ fuerint conſpicuæ; tertio & ob capellarum fœturam. Hæ tamen res non potuerant facere, quin & infelici & aſperâ reg. hæc inſ. habita fuerit, cum exules etiam in eam deportatos lectum ſit. Jul. Pollux lib. 8. cap. 7. Σκυρίαν δ' ἵππον ὀνομάζουσιν οἱ νομοδιδάσκαλοι ἢ τραχεῖαν, οἱ γὰρ φυγοδικοῦντες ἐσκήπτοντο εἰς Σκῦρον, ἢ εἰς Λῆμνον ἀποδημεῖν. Quindecim m. p. Delo abſtitiſſe auctor eſt Plin. 4. 12. Quinquaginta mill. infra Lemnum ſitam, & altiſſimis montibus conſpicuam P. Bellonius obſerv. 1. 34. Sitam medio itinere inter Lesbum & Euboeam notat Jo. Anton. Maginus. Inter Cycladas refertur Pomponio. Melæ lib. 2 cap. 7. Ἠνεμόεσσαν vocat Dionyſ. Perieg. verſ. 521. Quo loco de etymo ejus Euſtathius, quem ſis conſule. A Pelaſgis & Caribus olim habitatam ex Nicolao ſcribit Stephani Epitomator. Adoleſcens autem admodum eo detruſus eſt Achilles. Unde Claud. Epithal. Hon.

Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem.

Scythia, provincia Aſiæ gemina; citerior, quæ intra Imaum mont. Ptol. dicitur, inter Sarmatiam Aſiæ ad occ & Scythiam alteram ad ort. ac inter mare Caſpium ad merid. & Oceanum Borealem, ſeu Scythicum ad Arctos, in plures regiones diviſa, quæ omnes ſub uno Tartariæ nomine comprehenduntur. Altera ulterior, ſeu extra Imaum mont. in ort. vergens, & ipſa in plures diviſa regiones, quarum quæ ad ort. extenditur Sericæ contermina *Cathay* nominatur; quæ ad occ. *Regno di Cambalu* dicitur, & *Mongul.* Equis Scythia maximè abundat, quorum carnibus populi veſcuntur. Aſinis vero, propter loci frigiditatem, (uti & à fulminum caſu ob eam cauſam immunis eſt) caret, Plinio teſte. *Scythia* quoque Europæa pars eſt Sarmatiæ, ab oſtiis Tanais ad oſtia Iſtri Mœotidi & mari Euxino expoſita. Dionyſius:

Σύρῃ εἰς Σκυθίλω τε καὶ εἰς Μαιώτιδα λίμνῃ.

Virgil. lib. 1. Georg.

Mundus ut ad Scythiam, Riphæaſque arduus arces
Conſurgit, premitur Libyæ devexus ad Auſtros.

Pop. *Scythæ*, hodie *Tartari*, gens numeroſiſſima in plures populos diviſa. Sunt & *Scythæ* in Europâ, apud Mœot. paludem incolentes, qui & Mœotæ, Alani, Agathyrſi, Geloni, & Sauromatæ, quos omnes tam Europæos quam Aſiaticos Tartaros nominamus. Qu. Curtius lib. 6. c. 2. *Scythæ regionem campeſtrem, ac fertilem occupaverunt, graves adhuc accolæ* (Perſis ſc.) *Sedes habent in Europâ & Aſiâ. Qui ſuper Boſporum colunt, aſcribuntur Aſiæ. At qui in Europâ ſunt, à lævo Thraciæ latere ad Boryſthenem, atque inde ad Tanaim alium amnem rectâ plagâ pertinent. Tanais Europam & Aſiam medius interfluit: nec dubitatur quin Scythæ, qui Parthos condidere, non à Boſporo, ſed ex regione Europæ penetraverint.* Sunt in eruditis, inter quos eſt M. Zuerius Boxhornius, qui gentem Scythicam à ſagittandi ſtudio & arte Germanico vocabulo appellatam cenſeant. Neque pudere Germanos poteſt originis Scythicæ, quòd illa gens & rerum geſtarum gloriâ, & rectitudine morum ac ſimplicitate laudata ſcriptoribus ſit. Nec ſapientiæ laudem iis adimit Curtius lib. 7. cap. 8. *Scythis*, inquit, *non ut cæteris barbaris rudis & inconditus ſenſus eſt. Quidam eorum ſapientiam capere dicuntur, quantamcunque gens capit, ſemper armata.* Et docet oratio, quæ ibi ſequitur, libera quidem, cæterum magnanima & ſapiens. Lege etiam egregium Horatii carmen lib. 3. Od. 24. in quo Scytharum mores Romanis præfert, & gentem ab æquitate, juſtitia, & pudicitiâ elegantiſſimis verſibus commendat. Scythæ & Ægyptii diu de generis antiquitate contenderunt: in quo certamine ſuperatis Ægyptiis, Scythæ antiquiores viſi ſunt. Scythæ olim nullas urbes habuerunt, nulla mœnia, domos ſecum ferentes, unde & *Hamaxobii* dicuntur. Hinc Horatius:

———*Campeſtres melius Scythæ*
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos.

Idem alibi:

Te Dacus aſper, te profugi Scythæ.

Seneca in Herc. Inſano:

Intravit Scythiæ multivagas domos,
Et gentes patriis ſedibus hoſpites.

Herodot. lib. 4. Τοῖσι δὴ μήτε ἄστεα, μήτε τείχεα ἦν ἐκπορισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες ἕωσι, ἱπποτοξόται, καὶ οὐκ ἀπ' ἀρότου ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων ζῶντες. Scytharum juſtitiam oſtendit Boch. lib. 3. Geogr. c. 9. Vide quoque plura de illis apud eundem, cap. 13. ejuſdem libri. Scytharum vocabulum quàm latè ſumptum antiquiſſimis Græcis, docet Cluver. Germ. Ant. 1. 2. *Scytharum* nominis origo ab Ebraicâ voce שרת cum puncto ſemol deduci, quod eſt *declinare, errare*; poteſt & à שרת cum puncto dextro derivari quod ſig. *diſcurrere*, & *obambulare.* Utraque notio Scytharum moribus apprimè congruit, quos πλάνητας errabundos & ἀμαξοβίους fuiſſe conſtat. Sed ea vocabuli ratio, quam Ephanius affert, quod ſc. ἀπὸ τῆς κλιμάξης τῆς ποδὸς Εὐρώπης εἰς Ἀσίαν declinaverint, non valdè mihi probatur. Neque enim verum puto, Scytharum nomine priſcos illos inſignitos, qui poſt diluvium turrim illam architectati ſunt. Etymologicon M. σκύζεσθαι quod eſt *iraſci* & *ſupercilium contrahere*, περὶ τοὺς Σκύθας nominatum ſcribit; quoniam iracundi Scythæ. Sed forſan Σκύθας Græci ἀπὸ τῆς σκύζεσθαι reduxerunt Dionyſ. Petavius. Morem ſepeliendi apud Scythas innuit Sil. lib. 13.

At gente in Scythicâ ſuffixa cadavera truncis
Lentâ dies ſepelit putri liquentia tabo.

Ab his Scythis hâc in re non uſque diſcrepant Colchi, de quibus Apollonii Schol. in lib. 4. Οὐ δήμους ἔστε καλεῖν, ἔστε διαπλὴν βύρσας ἢ νεκρῶν εἱλύοντες ἐμρέμων ἀμφὶ δ' σίνων τὰ σώματα. Fœminis ob modeſtiam aliter conſulebatur.

Scythia minor, ſic dicta eſt pars Mœſiæ, ad diſtinctionem majoris Scythiæ illius, quam Scytharum innumeræ gentes olim incolebant: ut ſcribit Jornandes in Geticis, ubi de Tomyri Regi-

gnâ: *In partem*, inquit, *Mæsiæ, quæ nunc ex magnâ Scythiâ nomen mutuata, minor Scythia est appellata, transiens.*

Scythopolis, urbs Libyæ. Steph. Alia est in Decapolitanâ Syriâ. Plin. 5. 18. Strabo lib. 16. Galilææ proximam esse scribit. Ejus vetus nomen erat *Bæthsan*. Euseb. 1 Chron. Σκύθαι ἢ Παλαιστίνων κατέδραμον, καὶ ἦν Βαισὰν κατέχον ἢ ἐξ αὐτῶν κληθεῖσ Σκυθόπολιν. Long. 66. 20. Lat. 31. 36.

Sebaste, tergemina: una Palæstinæ in Samariâ, vulgò *Samaria*. Altera Ptol. & Steph. quæ & *Augusta* in orâ Ciliciæ apud Corycum, inde in ort. parum dittans, hodie *Sevesta*. Alia Ptol. in Albione op. in fin. Damnoniorum. *Leskerd*. Villanovano.

Sebastopolis, urbs gemina, una Cappadociæ mediterranea, *Suvas* hodie, præclara, à quâ nomen est regioni, & ubi sedes est satrapæ Turcarum. Altera quæ & Dioscurias Ptol. *Savatopoli* Nigro, urbs Colchidis maritima inter Phasidem ad merid. 100. & Heracleam urb. Heniochorum ad occ. 80. m. p. Long. 71. 10. Lat. 46. 45.

Sebenicum, Sicum, Ptol. urbs Dalmatiæ in orâ, episc. sub arch Spalatensi, Scordonæ proxima, inter Jaderam ad occ. 48. ac Tragurium in ort. 32. m p.

Sebeniticum, Sebennyticum Steph. Strab. ac Ptol. *Sebenniticum* Melæ ac Plinio, ostium Nili inter Bolbitinum ad occ. & Pathmeticum ad ort. *Seurioni* Nigro.

Sebetus, hodie *fiume della Meddalena*, teste Scipione Mazzellâ, flu. Campaniæ apud Neapolim fluens. Ejus mem. Columella lib. 10.

Doctaque Parthenope, Sebethide roscida lymphâ.

Statius Sylv. lib. 1. Carm. 2.

At te nascentem gremio mea prima recepit
Parthenope: dulcisque solo tu gloria nostro
Reptasti, nitidum consurgat ad æthera tellus
Eubois; & pulchrâ tumeat Sebethos alumnâ.

Vibius in Catalogo fluminum: *Sebethos Neapoli in Campanâ.* Virgil. Æn. 7.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale, quem genera sse Telon Sebethide nymphâ
Fertur Teleboûm Capreas quum regna teneret.

Ubi Servius: *Oebalus filius est Telonis & nymphæ Sebethidis: hæc autem est juxta Neapolim, sed Telon diu regnavit apud Capreas insulam, contra Neapolim sitam.*

Secoanus, flu. Massilienstum. Steph. De *Sequanâ* flu. loqui videtur.

Secontia, quæ & *Seguntia* Livio dici videtur, geminâ est: *nova*, nunc *Siguenza*, urbs Hisp. Tar. in Celtiberis, academia & episc. sub Arch. Toletano, in nova Castella, apud Arragoniæ fines. *Segontia* Plinio & *Segortialacta* Ptol. inter Bilbilim urb. Arragoniæ, & Complutum op. & acad. Castellæ novæ 16. leuc. *Vetus* vero *Medina Cœli*, op. vicinum, à novâ 4. leuc. Bilbilim versus 12. in monte, Ducali titulo ornatum.

Secontia, altera Ant. *Seguncia* Livio, op. Hisp Tar. in regno Arragonio, & in fin. Celtiberorum, *Muela* hodie, teste Gasq. Varrerio. Aliis est *Epila*, op. ejusdem regni a Cæsaraugustâ 7. leuc.

Secor, Gall. Aquit. portus. Ptol. *Lysson* Villanovano & Cenali.

Secusiani, Seguſiani Cæsari, pop. Gall. Celt. quorum reg. *La Foreſt*, teste Pineto, nominatur, inter Lugdunenses ad ort. & Arvernos ad occ. ubi *Forum Segusianorum* vulgò *Feurs*, & Mons Brisonis, *Montbrisson* op. primarium.

Sedetani, Sedentani Silio, *Hedetani* Ptol. pop. Hisp. Tarrac. apud Sucronem flu. incolentes. Silius lib. 3.

Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus undis
Atque altrix celsâ mittebat Setabis arce.

Σιδητανοὶ Appiano in Libycis. Σιδήλανοι Straboni lib. 3. Μέλα ἢ τοὺ Κυπρίους πρὸς Νότον εἰσὶν ἐπ' ὄρ ῳ οἰκοῦντες, ἢ Ὀρσουάδαν, καὶ ἢ μὴ ἢ Σάκρανα χώρην Σιδήλανοὶ μέχει Καρχηδόνο. Vide Dausqueium ad prædictum Silii locum, pag 132.

Sedani, pop. Gall. Belg. ad Rhodanum inter Allobroges ad ad occ. & Rhetos ad ort. *Vallesiani* Italis, quorum urbs *Sedunum, Sion* Italis, & *Sitten* Germanis inter Mediolanum & Genevam.

Sedusii, pop. Germ. Suevis finitimi. Sunt qui horum op. *Sedan*, sive *Esdan* in Gall. Belg. ad Mosam putent; sed falluntur, cùm apud Cæsarem pop. sint. Germ. non Galliæ.

Segalauni, Segovellauni Plin. pop. Gall. Narbon. ad Rhodanum in Delphinatu, quorum urbs *Valentia* & op. *Saillans*, teste Dalechampio.

Segeda, Segida Strab. & Steph. *Seges*, teste Marianâ, op. olim, nunc pag. Hisp. Tarrac. inter Numantiam seu Soriam, & Uxamam. Fuit & *Segeda* op. Hisp. Bæt. *Julia Contributa* cognominata, teste Plinio.

Segedunum, op. Albionis in Northumbriâ, *Stighil* Camdeno, prope *Seton*. Item op. seu urbs Jazygum in confin. Daciæ ad Tibiscum flu. *Segedin*, vel *Seged* Lazio.

Segelocum, op. Angliæ. Anton. *Littleborough* Camdeno in Comit. Nottinghamenti.

Segerra, Ptol. op. olim, nunc pagus Hisp. Tar. in regno Valentiæ.

Segesta, op. Siciliæ ab Ænea conditum. Vide *Egesta*, & Cluver. Sicil. Ant. l. 2. c. 2.

Segesta, Tiguliorum, op. Liguriæ in orâ litorali, inter Genuam & Spediam. Vulgò *Sestri di Levante*.

Segeste, Segestica Straboni, urbs Pannon. sup. ad Segesticam inf. penè extincta, quæ *Seged*, vel *Segesa*, & *Sissed* hodie dicitur, Bonfinio teste.

Segesterorum urbs, *Segestero*, & alibi *Segustero* Anton. urbs Gall. Narbon. episc. Provinciæ in Delphinatûs confin. ad Druentiam flu Hodie *Sisteron*, vel *Cisteron*.

Segestica, hodie *Zigea*, teste Lazio, inf. Pannon. sup. in Illyrici seu Liburniæ confin. ad Colapis cum Sao flu. confluentiam. Item op. Hisp. Tarrac. quod Ambr. Moralis idem *Segedæ* esse putat. Hujus mem. Livius lib. 4. dec. 4. eam urbem opulentam vocans, & à Rom. P. Manlio duce captam, referens.

Segisama Julia, *Segesama* Strab. op. olim, nunc pag. Hisp. Tar. in fin. Vardulorum. *Veyzama*, teste Steph. Garibæo. Alii in Vaccæorum & Cantraborum confin. ponunt, quibus Ptol. magis suffragatur, illam inter Rhaudam, & Palantiam describens.

Segisamonclum, Segismonculum Ptol. op. Hisp. Tar. in fin. Autrigonum, inter Calagurim, & Locobrigam.

Segni, pop. & op. Belgii in tractu Leodiensi, à Leodio 8. leuc. in Sylvâ Arduennâ. *Signey*, vel *Siney*, teste Huberto Leodio.

Segobrica, hodie *Cabezza del Griego*, teste Morali, urbs olim episc. Hisp. Tar. sub arch. Toletano, nunc pagus in Celtiberis. Est & *Segobriga*, op. Hisp. Tar. in regno Castellæ, hodie *Sepulveda*.

Segodunum, urbs Germ. Ptol. *Nurnberg*, teste Pirchaimero. Item urbs Ruthenorum in Gall. Aquitanicâ, vulgò *Rhodez*.

Segontia, Seguntia Livio, *Secontia* Anton. urbs Hisp. Tarracon. Hodie *Siguenza*.

Segontia altera, Ptol, *Seguntia* Plin. *Seguntia* Livio, *Serguntia* Straboni, vulgò *Gisgonza*, op. olim, nunc pag Hisp. Bæt. apud Lethem flu.

Segontiaci, pop. Belgarum in Comit. Hantonensi. Cæsar. Horum op. *Vindonum*, hodie *Silcester* Anglis, & *Caer Segont* Britannis; *Segontium* vero Antonini est op. Arvoniæ comit. Walliæ, contra Monam insc. non procul a Bangorio, à Deva, seu Cestriâ urbe plus 40. mill. Nomen à præterfluente flu. qui etiamnum *Sejont* appellatur, sumpsit. Long. 15. 40. Lat. 53. 45.

Segoregii, pop. Gall. Narbon. de quibus Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.

Segortialacta, Arevacorum in Hisp. Tarrac. urbs hodie *Sepulveda*, teste Villanovano.

Segovellauni, Plin. qui forte *Segalauni* Ptol. pop. Gall. Narbon. *Valentinois* Pineto.

Segovia, Arevacorum urbs in Hisp. Tar. *Segubia* Ptol. Alia in Bæticâ. Plin. Est item Germ. op. Ortelius ex Ptol. quam *Seckow* urb. Salisburgensis ditionis esse volunt. Long. 35. 30. Lat. 47. 25.

Seguntium, vel *Segontium*, Angliæ urbs. Anton. quæ *Silchester* hodie dicitur in agro Southamptonensi.

Segusiani, Secusiani Plin. pop. Gall. Celt. quorum tractus *Lyonnois*, & *la Foreſt*, trans Rhodanum nominatur, cujus caput est Mons Brisonis inter Lugdunum & Podium. Male *Sebusiani* errore librariorum Cæsari dicuntur.

Segusium, Segusio Plin. & Ant. urbs Gall. Subalpinæ ad Alpium Cottiarum radices, vulgò *Susa*.

Seleucia, urbs Asiæ multiplex. I. in Mesopotamiâ ad Tigrim flu. contra Ctesiphontem, inde 3. m. p. cognomento magna, patriarchæ Nestorianorum sedes, *Mosul*, teste Nigro. Apud hanc, utpote Tigranis regiam, Amphicrates Athenienſis rhetor exulans, à Seleucianis rogatus, ut eos rhetoricam doceret, respondit, *Delphinum non capit patina*: quo dicto significare voluit exiguos ingenio non posse magna capere, quales erant ipsi Seleucienses. Refertur à Plut. in Lucullo. Long. 79. 20. Lat. 35. 40. II. Syriæ, *Pieria* cognomine, apud ostia Orontis, *Soldin*, teste Nigro; utraque à *Seleuco*, Antiochi filio, unâ cum Antiochiâ, & Apamia, condita. Long. 68. 36. Lat. 35. 26. III. Ciliciæ, cognomento *Asperæ*, ad Calycadnum flu. prius *Olbia*, & *Hyria*, teste Seph. Long. 64. 00. Lat. 38. 40. IV. Pisidiæ in Pamphyliæ confin. inter Antiochiam Pisidiæ ad Bor. & Pergen. Pamphyl. ad merid.

Seleucobelus, urbs Syriæ juxta Belum. Steph. Long. 60. 30. Lat. 39. 35.

Selga,

Selga, urbs Pamphyliæ mediter. hodie *Philadelphia* Nigro. Stephanus eam in Pisidiâ ponit. Strabo quoque *Selgenses* Πισιδῶν ἀξιολογώτατες vocat, & 20. virorum millia olim in eâ urbe fuisse, ac prudentem Reip. administrationem laudat. Dionys. vers. 859.

——Καὶ ὧ ἐπολίσσατο λαὸς
Πεὶν ποτ' Ἀμυκλαίων μεγαθύμυ ἐν χθονὶ Σέλγη.

Hinc tamen impudici ἀσέλγεις dicti cum α epitatico. Ita Suidas & Etymologus. Eust. ὅθεν καὶ ἐπίτασιν λέγωσι τὴ ἀσέλγειαν ἐπὶ τὸ ὑπὲρ ὃ ἡ καθαρῶς ζώντων. Ex quo fit, ut *Selgam* suspicetur Bochartus per literarum metathesin, nomen habere ab Hebræo גלש *shagal*, i. e. *coire* & *constuprare*.

Selinus portus, *Salonef* Mercatori, *Porto Alberto* Castaldo, portus Marmaricæ inter Catabathmum ad occ. & Parætonium urb. in ortum.

Selinus, urbs gemina cum flu. cognomine; Una in orâ Siciliæ Australi, inter Thermas ad ort. 18. & Mazaram ad occ. 100. m. p. (licet Ptol. octia Selinuntis inter Mazaram & Lilybæum statuat) excisa, à Megarensibus, sive à Phœnicibus condita: *Terra di Pulici* hodie Fazello; flu. vero *Madiuni* nominatur. Virg. Æn. 3.

Teque datis linquo ventis palmosa Selinus.

Silius Italicus lib. 4.

Audax Hybla favis, palmis quoque onusta Selinus.

Altera in orâ Ciliciæ, *Iselenos* hodie Turcis, inter Jotapam ad occ. & Antiochiam super Crago ad ort. prope ostium Selinuntis flu. quæ & *Trajanopolis* dicta fuit, teste Xiphilino, quòd ibi Trajanus Imp. decesserit. Lucan. lib. 8.

Quo portu mittitque rates, recipitque Selinus.

Sellæ, pop. Epiri. Lucan lib. 3.

——*Quercusque silentes*
Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ.

Σελλοὶ apud Homerum, & ex eo Strab. & Steph.

Selleis, flu. Peloponnesi ex Pholoe monte in Arcadiâ profluens, ac inter Chelonatem promont. & Cyllenen urb. in Ionium mare delabens. Hom. Iliad. ϛ.

Ἠγαγε δ' Ἐφύρης πολυμῆ ὑπὸ Σελλήεντ.

Selybria, Thraciæ urbs ad Propontidem Ptol. Σηλυμβρία Stephano. Strabo tradit ante *Selin* dictam, postea addita *Bria*, quod Thracum linguâ urbem sig. *Selybriam* appellatam. At Hesychius explicat Βέλαν δὲ ἐν ἀγρεῖς κώμην. *Olybria* Suidæ dicitur. Long. 55. 15. Lat. 43. 10.

Semnones, Ptol. pop. Italiæ in orâ Umbriæ, mari Adriatico expositi, inter Æmil. ad occ. & Picenum ad ort. Item pop. Germ. Ptol. quorum regio Marchia Brandeburgensis hodie dicitur.

Sempronium, op. Pannon. super. à *Sempronio* Secundino cive Romano conditore dictum, in Hungariæ & Austriæ confin. inter Viennam & Sabariam, *Oedenburg* Lazio. Long. 39. 34. Lat. 47. 56.

Sena, Piceni sive Umbriæ in Italia op. in litore Adriatici maris non longè à Metauro flu. à Gallis Senonibus conditum, & appellatum, ut ex Polybio constat lib. 2. Unde *Senogallia* dicitur Plinio lib. 3. cap. 4. Sil. lib. 8.

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Idem lib. 15.

——*Quâ Sena relictum*
Gallorum è populis servat per sæcula nomen.

Alia op. Hetruriæ in eâdem Italiâ, sive urbs hoc nomine, quæ hodieque durat, elegantiâ sermonis Italici celebris. De utraque plura Cæsar Orlandius de urbis Senæ, ejusque episcopatus Antiquitate. Est & Flaminiæ sive Æmiliæ flu. *Sena*. Vide *Senna*.

Sephorim, urbs Palæstinæ in Galilæâ ad mont. Carmeli radices, proxima Canæ; quæ & *Autocratoris* & *Diocæsarea* dicebatur. Long. 66. 40. Lat. 32. 26.

Sepias, Macedon. promont. Ptol. Apollonii Scholiastes: Σηπιὰς, ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ ἔτω καλούμενον διὰ τὸ τὴ Θέτιν ἐκλαῦσθαι εἰς Σηπίαν μεταπλασθῆναι διωκομένην ὑπὸ Πηλέως.

Sepinum, *Sæpinum* Ptol. col. & op. Samnii. Populi *Sepinates*. Long. 38. 48. Lat. 41. 40.

Seplasia, forum Capuæ, in quo unguentarii negotiabantur. Hinc *Seplasiarius* pro unguentario, & effœminato.

Septa, Græcis *Septon*, urbs Maurit. Tingit. ad fretum Herculeum. *Zeuta* Hispanis, *Beni Maraz* Mauris, teste Marmolio.

Septem Aræ, olim op. nunc pagus in Lusit. *Azumar* Vasconcello.

Septem Fratres, septem montes Maurit. Tingit. apud Herculis columnas; ubi olim elephantorum copia, teste Solino.

Septem maria, Herodian. ἑπτὰ ὕδατα. Dionys. Halicarn. *Atrianorum paludes* Plinio, *Stagna Hadriatica* Servio, *Paludes Tartari* Tacito, hodie *Lagune di Venetia*, paludes circa urb. Venetam, in quas Padus, cum Athesi & Tartaro 7. ostiis effunditur.

Septempeda, Picenorum urbs mediter. Ptol. *S. Severino* hodie L. Alberto. Long. 37. 00. Lat. 43. 15.

Septicollis, urbs Roma sic dicta quod *septem colles* habeat, viz. *Palatinum*, *Quirinalem*, *Aventinum*, *Cælium*, *Viminalem*, *Exquilinum*, & *Janicularem*. Virg. Georg. 2. ubi de Româ.

Septemque una sibi muro circumdedit arces.

Horatius in Carm. Seculari:

Dii quibus septem placuere colles.

Propertius 3. 11.

Septem urbs alta jugis, toti qui præsidet orbi.

Martialis lib. 4.

Hic septem dominos videre montes.

Statius in Sylvis:

Quis septem geminæ posuisset mœnia Romæ.

Cic. Epist. 5. lib. 6. ad Art. ἐξ ἄστεως ἑπταλόφε. Vet. Glos. *Septimons*, ἑπτάλοφ. *Septimontium* ἑπταόρειον. Ovidius Trist. 1. 4.

Sed quæ septem totum circumspicit orbem
Montibus, imperii Roma, Deûmque locus.

Idem lib. 3. el. 7.

Dumque suos victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.

Claud. de sec. Consul. Stiliconis:

——*Septem circumspice montes,*
Qui Solis radios auri fulgore lacessunt.

Et postea:

Quæ septem scopulis zonas imitatur Olympi.

Septimancæ, Hisp. Tar. urbs in Vaccæis. Anton. *Simanca* Clusio in Castellâ reg.

Septizonium, *Septisolium* Plinio, locus Romæ in 12. regione à Severo Imp. fabricatus, sicque à 7. columnarum ordine dictus. Fuit & *Septizonium* Titrin 10. reg. cujus mem. Suetonius & P. Victor.

Septumani, pop. Gall. Narb. quorum urbs Biteræ: sic dicti à septimâ legione, quæ ibi locata fuerat.

Sequana, *Sequanus* Straboni, vulgo *Seyne* flu. Gall. Celt. Lutetiam Parisiorum mediam intersecans, unaque cum Matronâ Belgas à Celtis dividens. Sidonius Apol. in panegyr. Major:

Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus.

Lucan. lib. 1.

Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis.

Hinc *Sequanicus*. Martialis 4. 19.

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Sequani, pop. Gall. Belg. ab Æduis Arare flu. divisi. Horum loca hodie tenent Burgundiones, Gallicè *Ceux de la Franche Comté, ou les Burguignons*. Munsterus hos Sequanos dividit in *Cisiuranos*, quos in *Obern Elsas* & *Suntgoew* statuit, & *Transiuranos*. Eutropius lib. 6. de Sequanis Cisiuranis: *Helvetii qui nunc Sequani appellantur.*

Sera, Sericæ reg. metropolis. Ptol. *Cambalech* Nigro, *Sindinfu* Mercatori.

Serabis, flu. Hisp. Tar. per regnum Valentiæ in mare Balearicum fluens inter Segorbiam & Dertusam. Hodie *Segura*, vel *Zinira*, teste Clusio.

Serbes, *betis*, flu Maurit Cæsar. Ptol. *Miron* eum vocat Castaldus. *Sardabala* Plinio, teste Villanovano.

Serbi, pop. circa Mæotim. Plin. Hos Dubravius scribit postea Lusatiam Germ. regionem occupasse. *Serbi* Cedreno sunt circa Dalmatiam, quos dicit quoque Scythas vocari.

Serbinum, Ptol. op. Pannon. infer. ad Saum flu. *Swynaw*, vel *Swynar*, teste Lazio.

Seres, pop. Æthiop. inter. ad ort. inter Blemyas: & Orosio teste, pop. Indiæ citer. inter Indum & Hydaspen. Sunt & *Seres* pop. Asiæ ad ort. extremi, ultra Sinas; omnium mitissimi, justitiæque amantissimi, inter Sinas ad Aust. & Scythiam extra Imaum ad occ. & bor. quorum regio *Serica*, nunc *Cathay*, teste Ferrario. De Seribus Dionysius v. 752.

Καὶ Τόχαροι Φρυγοί τ' ἠδ' ἔθνεα βαίοσαρ Σηρῶν.
Οἵτε βίας μὲ ἀναίνονται ἠδ' ἔριδα μηλα,
Αἰόλα δ' ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γαίης
Εἰμάσι τανίχνοον πολυδαίδαλα, πυκνὸν ὕφος,
Εἰδόμενα χερσὶ λεπτονιδὲς ἄνθεσι ποίης,
Κείνοις ἔπι καὶ ἔργον ἀραχνάων ἐείσεται.

Ubi Montanus: *Seres* ultima ad Orient. & Septentr. olim cognita gens, *serico* apud ipsos confecto, & ab iis nominato, nobilis, famâ solâ Dionysio noti fuerunt, distantia vero eorum à Scythiâ citeriore (quæ Scythia intra Imaum Ptolemæo dicitur) prorsus ignorata, & eos quidem juxta Imaum constituere videtur. *Barbaros* autem eos vocat, quod instar ferarum homines fugere dicerentur. Ita de iis Plinius lib. 6. cap. 17. *Seres mites quidem sed & ipsi feris persimiles, cætum reliquorum mortalium fugiunt cum commercia expectant.* Quibus similia à Solino traduntur cap. 53. Sed quamvis hoc ve-

rum

rum fuiſſe videatur, quod exterorum ſocietatem fugerent, ut hodie Chinenſes peregrinos in reg. ſuam introire non permittunt; ingenioſos tamen artifices fuiſſe ex telis ſericis, ab iis confectis, conſtat; uti etiam hodie Chinenſes artificiis nobiles ſunt, & ingenio miti & quieto (perindè ac Seres, teſte Solino) cum vicini Scythæ ſævi ac truces ſint. Et profecto quamvis *Sericam* plerique *Cathaiam* eſſe ſtatuant, hoc eſt, Orientalem Tartariæ hodie dictæ partem; mihi tamen perſuaſum eſt Borealem potius eſſe Chinenſis regni partem. Ptolemæus enim lib. 6. cap. 16. Sericam (cujus Occiduum tantum latus cognitum habuit, neque enim Oceano, ſed terrâ incognitâ eam terminat) non tantum Sinis, verum etiam magnâ ex parte Indiæ extra Gangem à meridie confinem facit, & præcipuas ejus urbes Ottocororam, & Seram circa gr. latitud. 37. & 38. conſtituit, cum Cathaia ſec. tabulas recentiorum, ab Indiâ longè remota ſit, neque ulla ejus pars gradu latitud. 55. auſtralior ſit. Plinius etiam lib. 6. cap. 17. Sericam Indiæ contiguam facit; quod etiam Melam ſenſiſſe, collato cap. 6. cum cap. 7. lib. 3. non obſcurum eſt. Ubi ſis Voſſium conſule. Stephanus ἀτρεσομηχὲς ἔθνος vocat. Sagittandi peritiſſimi habebantur. Horat. lib. 1. Odyſſ. 29.

Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno.

Sericum è Sericâ reg. à Perſicis, Medicis, & Aſſyriis mercatoribus olim afferebatur; unde veſtes inde confectæ modo Aſſyriæ & Medicæ, à gentibus unde materia immediatè allata, modo Sericæ, à gente ubi oriebatur, olim vocatæ, ut plerique ſtatuunt. Satis probabile tamen eſt, quod ſentit Fullerus, *Sericum* dictum ab Ebraeâ voce שריקות *Sericoth*, quæ pro *Jerico* uſurpatur, Eſaiæ 19. 9. inde vero regionem unde allatum eſt, Græcos *Sericam*, & ejus incolas *Seres* appellaſſe; ut *ſericum* cum denominativi formam præ ſe ferat, à populo denominatum videretur. Quâ autem ratione apud Seres ſericum conficeretur plerique veteres, tam Græci quam Latini, ignorarunt, ideoque varias de eo conjecturas habuerunt, quales ratio propria ſuppeditabat. Plurimi igitur confectum putarunt ex lanugine quâdam foliis arborum adnaſcente. Amm. Marcell. lib. 23. *Apud eos* (Seras) *abundè ſylvæ ſublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore admiſtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nenteſque ſubtegmina conficiunt ſericum, &c.* Plin. 6. 17. *Seres lanificio ſylvarum nobiles, perfuſam aquâ depectentes frondium canitiem.* Non ipſas frondes eos carminaſſe, ut nonnulli nimis craſsè intelligunt, ſed canitiem frondium, h. e. frondibus adhærentem, depexuiſſe affirmat. Eadem etiam Solini ſententia eſt, cap. 53. qui *lanuginis teneram ſubtilitatem humore domitam* eos *depectere* affirmat. Plinius quidem alibi *lanata Sericarum arborum folia* nominat: Atque huc ſpectat illud Virgil. Georg. 2.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Seneca in Hippolyto:

Quæ ſi a ramis ultimi Seres legunt.

Idem in Hercule Oeteo:

Quæ Phœbeis ſubditus Euris
Legit Eois Ser arboribus.

Claudianus:

Stamine quod molli tondent de ſtipite Seres.

Silius lib. 14.

Munera Rubri
Præterea ponti, depexaque vellera ramis
Fœmineus labor his tectis, opibuſque potitus.

Ubi benè *fœmineus labor*, quia more gentis vellera carpunt fœminæ; viri domi ſedent, unguntur, emaſculantur. Epiphan. lib. 3. Hæreſ. Σηρὶ μὲν ἄνδρες ἐμπλέκουσι, οἰκουσὶ καθεζόμενοι, μυελίζόμενοι ἢ καὶ σπλαδόμενοι, γυναῖξιν ἑτοιμαζόμενοι. Αἱ δὲ γυναῖκες τὸ ἀνάπαλιν ἢ τείχια ἢ κεφαλὰς κεφδόμεναι ἀνδρείῳ ζώματι ζωννύμεναι τὰ κατὰ ἢ ἄρσενα πάντα ἔργα ὑπηρετοῦσι. Eratoſthenes apud Strab. à Nearcho refert, fieri τὰ Σηρικὰ ἐκ πινῶν φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. Dionyſius, ex floribus fieri affirmat. Sed licet ipſe in Epitheto αἰόλα & aliis quæ verſ. 756. habet, poetico more ludat, ſerici lanificium perinde deſcribens, ac ſi ex ipſis floribus conficeretur; probabile eſt tamen eos unde hæc hauſit, de lanugine quâdam floribus adhærente, aut iis ſuccedente, intellexiſſe, qu. ſalicis julis (qui ejus quaſi flores ſunt) adnaſcitur, aut qualis in goſſipio, ſeu xylo planta in folliculo floribus ſuccedente provenit. Materia ea Plinio bombyx vocatur per metaphoram, lib. 19. cap. 1. ubi de Goſſipio loquens in Ægypto naſcente, *ſimilem*, inquit, *barbatæ nuci defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur.* Eadem etiam hodie *bombagia* Itali dicitur, voce à nomine *bombyx* deducta; quamvis propriè *bombyx* ſignificet animalculum, à quo bombycina tela netur, & μεταφορικῶς telam ipſam, ſicut araneæ nomen tum animali tum ejus telæ tribuitur. Et profectò à veritate prorſus alienæ ſunt iſtæ veterum de ſerici ortu opiniones; à bombycibus enim vermiculis, quos & σῆρας Græci vocant, reverà conficitur. Heſych. Σῆρες ζῶα νήθουσα μεταξαν, ἢ ὄνομα ἔθνους, ὅθεν ἤρξε ἢ τὸ ὑλοσηρικὸν. Et poſtea: Σηρῶν, σκελήκων ἅπερ γηνωλων τὰ σηρικὰ, Σῆρες γὰρ οἱ σκώληκες. Quod & Suidas confirmat. Ex antiquioribus, etiam Pauſanias in Eliacis bombyces σῆρας etiam vocatos, ſericum nere agnovit. Iſidorus 19. 27. *Sericum dictum quia id primum Seres miſerunt. Vermiculi enim ibi naſci perhibentur, à quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipſi Græcè βόμβυκας nominantur.* Unde Chryſoſtomus: Κἂν τὰ σηρικὰ ἱμάτια, ἀλλὰ σκωλήκων ἔργον ὕφασμα. Vide Voſſium in *Sericum.*

Seriphus, inſula maris Ægæi, una Cycladum inter Siphnum & Theram, quam Ariſtophanis Scholiaſtes in Acharnanes dicit eſſe νῆσον εὐτελεστάτην. h. e. *inſulam viliſſimam*; Seneca ad Helviam, cap. 6. deſertam & aſperrimam: *Deſerta*, inquit, *loca, & aſperrimas inſulas Sciathum, & Seriphum pete.* Et apud Plut. de exilio, Stratonicus eò delatus cum ab hoſpite didiciſſet πολὺ ῥᾳδιουργὲς *falſarios* in exilium mitti: Τί ἂν (ἔφην) οὐκ ἐργάσαιτο, ὅπως, ὦ ξένε, τοιαύτης μετασχῇς. De eâdem ſic agit Corn. Tacitus, ac ſi tota ſit ſaxum, de Caſſio Severo dicens lib. 4. Annalium: *Boniſque exutus, interdicto igne & aquâ, ſaxo Seriphio conſenuit.* Seriphus ſcilicet, Euſtathio referente poſt Geographum, ὅτι περιώδης ἐστὶν, ὥστε καὶ παροιμιάζεσθαι ἐπὶ τῶν Γοργόνος τοῦτο παθεῖν, ὡς τὸ Πλάτωνος αὐτόθι τεφρωθῆναι, καὶ ἀπὸ τῆς Γοργόνος δηθεν ἐκεῖ κομισθέντος κεφαλῆς, ἵνα μὴ ἐκεῖ ἀπολίθωσεν. *Seriphos* igitur pro *Reſipho* dicta videtur per metatheſin, quia רצף *reſiph* apud Phœnices *lapidibus ſtratum* ſonabat. Ovid. Met. 7.

Planamque Seriphon,
Marmoreamque Paron.

Idem lib. 3. de Art. Am.

Sic tibi veſtitæ preſſa Seriphos erat.

Juvenal. Sat. 10.

Ut Gyaræ clauſus ſcopulis, parvaque Seripho.

Statius in Achilleide:

Hinc ſpretæ Mycones, humiliſque Seriphos.

In hâc inſ. ranas prorſus mutas eſſe tradunt: unde proverbialiter *Seriphia rana* dicitur in homines mutos, ac dicendi, canendique prorſus imperitos.

Seſtus, urbs Europæ in litore Thracio, ab Abydo Aſiæ urbe Helleſponti anguſtiis dirempta, Herûs & Leandri amoribus nobilitata. Lucan. lib. 2.

Europamque Aſiæ, Seſtonque admovit Abydo.

Muſæus:

Σηστὸς ἔλω καὶ Ἄβυδος ἐυπλόκαμος, ἐγγύθι πόντου
Γείτονές εἰσι πόληες.

Solinus cap. 15. *Omnis magnus Helleſpontus ſtringitur in ſtadia ſeptem, quibus ab Europâ Aſiaticam plagam vindicat. Hic quoque urbes duæ, Abydus Aſiæ eſt, & Seſtus Europæ.* Seneca in Thebaide:

Hinc quâ relinquit nomen Ionii maris
Fauces Abydi Seſtos oppoſita premit.

Dionyſius in deſcriptione Orbis, verſ. 515.

Ὕδωρ Ἀθαμαντίδος Ἕλλης,
Σηστὸς ὅπη καὶ Ἄβυδος ἐυπλόκαμος ὄρεμον ἔθεντο.

Plin. 4. 11. *Helleſpontus ſeptem ſtadiis Europam ab Aſiâ dividens, quatuor illic inter ſe contrarias urbes habet: in Europâ Callipolin & Seſton; in Aſiâ Lampſacum & Abydon.* Xenophon 8. ſtadia videtur aſſerere: Διαβὰς καὶ εἰς Σηστὸν καλλιπολιν ὅπλα Ἄβύδα, καὶ ἀπέχουσα ἀπὸ πλεῖον ὀκτὼ σταδίων. Sic ille lib. 4. rerum Græcarum. Pomponius lib. 2. *Eſt & Abydo objacens Seſtus, Leandri amore pernobilis. Eſt ea regio in quâ Perſarum exercitus diviſas ſpatio pelagoque terras auſus pontibus jungere.* Vide *Abydus.*

Seſuvii, pop. Gall. Celt. Cæſar; quorum urbs *Exiſnis*, teſte Marliano in provinciâ Turonenſi. Aliis autem *Seez* urbs epiſc. in Normanniâ ſub archiepiſc. Rhotomagenſi.

Setabis, op. Hiſp. inter Carthaginem & Saguntum, in loco celſo ſitum. Silius lib. penultimo:

Excelſo nutritum colle crearat
Setabis.

In Strabone ſcribitur Σέταβις, in Ptol. Σαίταβις, cum amne cognomine, & vicinâ Sætabiculâ. Nomen factum eſſe ſuſpicatur Bochartus ex שתי בוץ *Seti-buts*, i. e. *ſtamine*, vel *telâ byſſi*, quæ ibi texebatur. Catullus:

Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerunt mihi munera Fabullus
Et Verannius.

Silius lib. 3.

Atque altrix celsâ mittebat Setabis arce,
Setabis & telas Arabum ſpreviſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco filum componere lino.

Agrum habuit ſibi propinquum nomine *Spartarium*, à *ſparto* lini

lini gerere, ſive junci. Strabo ſiquidem σχοινῆρα, i.e. *juncarium* interpretatur.

Setæum, regiuncula in M. Græciâ inter Sybarin & Thurios, ubi *petra Setæa* Lycophroni, teſte Barrio. Vide Steph.

Setantiorum portus, *Winander mere*, teſte Camdeno, portus Albionis in orâ Angliæ occiduâ inter Walliam & Scotiam, Devæ, ſeu Ceſtriæ urbi finitimus. Camdeno tamen videtur pro λιμὼν *portus*, λίμνη *lacus* leg. apud Ptol. & *Winander mere* deſigniari paludem in agro Lancaſtrenſi, à Ceſtriâ ad 6. m. p.

Seteia, *Dee-mouth* Camdeno, æſtus ſeu flu. Albionis in orâ Angliæ & Walliæ, inter Beliſamam & Tiſobim flu. Aliis *Merſey*, apud quem *Lerpool*, vel *Leverpool*, op. & portus in Comit. Lancaſtrenſi.

Setelſis, Jaccetanorum in Hiſp. Tarracon. urbs Ptol. *Aſtarlid* Marinæo.

Setia, urbs Campaniæ in Italiâ non procul à Tarracinâ, vino generoſo nobilitata, quod inde *Setinum* appellabatur. Mart. lib. 13.

Pendula Pomptinos quà ſpectat Setia campos.

Idem lib. 4. ep. 64.

———*Pendulamque*
Uni dedite Setiam colono.

Sil. lib. 8.

———*Ipſius menſis ſepoſita Lyæi*
Setia.

Juvenal. Sat. 5.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis.

Mart. 9. 3.

Incenſura nives dominæ Setina loquantur.

Idem alibi:

Setinum dominæque nives, &c.

Plutarcho & Appiano Σήτιον. Strab. ac Ptol. Σητία. Vide Cluver. pag. 1021. Plin. 14. 6. *D. Auguſtus Setinum prætulit curatu.*

Severiani, vulgò *Wiltſhire Men.* teſte Lhuydo, quorum urbs *Severia*, *Salisbury*, urbs Angliæ inter Wintoniam & Dorceſtriam.

Severus, mons Italiæ, teſte Servio in illud Æn. 7.

Qui Tetricæ horrentis rupes, montemque Severum.

Licet Marcellus Severum ibi adjective poſitum intelligat.

Siadæ, Anton. 7. inſulæ maris Britannici, oræ Gall. Celt. Boreali adjacentes ante Leonam urb. Britanniæ minoris, ab eâ 7. leuc. in Cæc. Vulgò *les 7 Iſles*, teſte Camdeno. *Siadæ* autem à numero ſic dictæ, *Saith* enim Britannis *ſeptem* ſignificat.

Sibæ, Indiæ pop. qui cum Deriade contra Dionyſium pugnaverunt. Steph. Dionyſius verſ. 1141.

Τῶν δὲ μέσοι ναίουσι Σίβαι, καὶ Τάξιλοι ἄνδρες.

Ubi Σάβαι corruptè vulgò legitur, teſtibus Salmaſio & Bocharto. Quippe in India *Sabas* nemo alias nominavit. Sed *Sibarum* meminere Strabo, Diodorus, Arrianus, Nonnus, &c. Et Strabo quidem eos collocat inter Indum, & Hydaſpen, quo loco Σάβας Dionyſius.

Sicambri, *Sigambri*, Strab. nunc *Geldrenſes*, teſte Marliano, pop. Germ. infer. inter Moſam & Rhenum: Sed verius Geldrenſes trans Rhenum ex Suetonio, qui eos ad ulteriorem Rheni ripam deſcribit, ubi etiam Zutphanienſes. Ovid. ad Liviam:

Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,
Enſibus & Suevos terga dediſſe ſuis.

Horat. Carm. lib. 4. Od. 2.

———*Quandoque trahet feroces*
Per ſacrum clivum meritâ decorus
Fronde Sicambros.

Et Od. 14. ejuſdem libri:

Te cæde gaudentes Sicambri
Compoſitis venerantur armis.

Flavam eorundem cæſariem innuit Claud. 3. de laud. Stil.

———*Illinc flavente Sicambri*
Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.

Idem bello Getico:

Agmina quinetiam flavis objecta Sicambris.

Et in quarto Conſulatu:

———*Flavam ſparſere Sicambri*
Cæſariem.

Sidon. Panegyrico Aviti:

———*Flavis in pocula fracta Sicambris.*

Horum regio *Sicambria*. Claud. lib. 1. in Eutropium:

Militet ut noſtris detonſa Sicambria ſignis.

Sicani, Hiſp. pop. Sicoris flu. olim accolæ, qui relictis ſedibus ſuis, Sicano duce, in Italiam ſe contulerunt, pulſiſque Aboriginibus Latium occuparunt, ipſique poſtea ab ipſis pulſi, quos ante pepulerant, inſ. vicinam Italiæ occupaverunt, & eam *Sicaniam* à ſuo nomine nuncupaverunt. Servius in illud Æn. 7.

Auruncæque manus, Rutuli vetereſque Sicani.

Silius lib. 16.

Sicana nunc tellus, nunc litora libera cruorem.

Hinc *Sicanis* fœm. Ovid. in Ibin:

Plurima quæ flammis Sicanis Ætna vomit.

Porro *Sicanos* à *Siculis* (uti putat Bochartus ὁ μέγας) neque gens, neque ſermo diſtinxit, ſed ſitus, & variæ, ut evenit, in eadem gente factiones. Et Punicâ voce שכנים *Sicani* dicti, qui Siculorum Pœnis erant proximi, qu. *vicinos* dixeris. Hebræis enim & Syris *Saken*, cujus plurale *Sekenim*, *vicinum* ſonat. Diodorus Siculus cum Sicanis conferens ait: Ταύτης δὲ τὰς μὲν πρὸς ἕω χιλιάδας μάλιστα κατῴκουν Σικελοί, τὰς δὲ πρὸς δύσεις Σικανοί. Huc facit illud Poetæ Æn. 5.

———*Nec litora longè*
Fida reor fraterna Erycis, portuſque Sicanos.

Sicca, *Sicca Veneria*, Ptol. & Procop. *Veneria* Solino, colon. & urbs Africæ meditér. media inter Cirtam ad occ. & Narangaram ad ort. Pop. *Siccenſes*.

Sichem, *Neapolis* Ptol. *Mamortha* Plinio, urbs Samariæ apud M. Garizim exciſa, à Samariâ 8. m. p. diſtans. Heſych. Σίκιμα, ἡ νέα πόλις, ἡ ἀναϐαίνουσα ἤγουν ἡ ὑπὲρ ἐθνῶν ἐκκλησία.

Sicilia, (vide *Trinacria*) Tyrrheni maris inſula, à Thucydide *Sicania* dicta; frumenti adeo ferax, ut non immerito olim *Rom. Imperii horreum* fuerit appellata. Namque & optimum triticum, & nobiliſſima vina gignit: de quo Plinius; qui lib. 16. cap. 10. auctor eſt Leontinos Siciliæ campos ſtipulas cum centeſimo germine fundere. Unde Πολυκάρπου Σικελίας apud Æſchil. in prom. v. Et ideo inter ſubſidia frumentaria Reip. Rom. hæc inſula Ciceroni memoratur pro lege Manliâ oratione. Sil. lib. 14. ubi de Sicilia:

Multa ſolo virtus jam reddere ſemen arâtris,
Jam montes umbrare olea, dare nomina Baccho,
Cornipedemque citum lituis generaſſe ferendis,
Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.

Itaque mirum ab Euripide in Phœniſſ. *infrugiferam* appellari. Sed id ad illa tempora referendum eſt, cum a Cyclopibus, ferendarum frugum ignaris, habitata inſula fuit, ut eruditè Grotius monet, quem vide, ſi lubet, Prolegomenis in illam Tragœdiam Poetæ. Hæc olim agro Brutio creditur adhæſiſſe, poſteaque impetu maris avulſa fuiſſe. Vide *Rhegium*. Vulgati Etymologi inde nomen traxiſſe volunt, qu. *Sicilita*, i.e. *reſecta*. Quanto melius Bochartus, qui duas tradit nominis notationes: Prima eſt hæc; *Siciliam* ſc. à Phœnicibus appellatam eſſe inſulam שכליל *Siclul*, i.e. *perfectionis*; quia inter omnes inſulas quæ notæ erant tunc temporis, facilè primas obtinuit Strabo lib. 2. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ὄζει μεγίστη, καὶ ἀρίστη. Altera eſt hæc. אשכול *Eſcol* Hebræis botrus eſt, ut & סגול *ſegol* Syris, vel סגולא *ſegula*, cujus plurale סגולאא *ſegulaia* pro botris. Quâ ipſâ voce verſimile eſt Phœnices Siciliam appellaſſe, qu. *botrorum inſulam*. Eſt enim vini feraciſſima. Populi *Siculi* quos *acutos* & *lepidos* Cicero tradit, Tuſcul. cap. 8. Et quia *lepidi*, idcirco iidem *faceti*, atque *facetias* idem tribuit 2. de Oratore, & in Verrinis. *Trilingues* Apuleius vocavit, quòd primò barbarè, deinde Græcè, & poſt Latinè locuti fuerint. Licet alii eâ voce *vafros* & *acutos* intelligunt. Quanquam neutrâ earum linguâ ſatis benè uterentur, quod Aſconius in Divinationem Ciceronis in Verrem notat. Hinc *Siciliciſſitare* per jocum, pro Siculorum more malè Græcè loqui Prologo Menæchmorum Plautus dixit. Siculi olim vitam opiparam ducebant, ut apud Plat. lib. 3. *menſa Sicula*, & apud Athen. l. 14. ex Cratino, *equus Siculus* eſſent proverbio. Alio tamen tempore non deliciis ſed laboribus operam dantes militiæ inſerviebant, ut *Siculus miles* proverbialiter, teſte Zenodoto, de mercenario milite, ac de nullum miniſterii genus lucri causâ recuſante diceretur. Furaces quoque habiti ſunt; unde adagium apud Suidam: *Siculus omphacizat*, in eos qui vel vilia furentur, qualis eſt *omphax*. *Aula* quoque *Sicula* apud Juvenal. pro imperio duro, proverbio dicitur. Plin. 9. 53. *Murænæ in Siciliâ*. Mart.

Quæ natat in Siculo grandis Murænâ profundo
Non valet exuſtam mergere ſola cutem.

Plura de Siciliâ videri poſſunt apud Fazellum, Cluverium, Bochartum, &c.

Siciliſbra, Africæ Propriæ urbs. Anton. *Sicilippa* B. Auguſtino.

Sicinus, Ptol. *Sicynus* Melæ, *Sicenus* Straboni, *Sycinus* Plinio, *Oenoë* etiam Apollonio & Stephano, inſ. maris Ægæi, una Sporadum. Prope Pholegandrum (inquit Bochartus) eſt *Sicinus*, de quâ præter Melam & Ptolemæum meminit Scylax & Apollonius lib. 1. & apud Schol. ibidem Theolytus, Xenagoras, Cleon, Curienſis & Aſclepiades Myrleanus. *Oenoë* quoque dicta fuit, διὰ τὸ εὖ ἀμπελίφυλον, ut placet Etymologo

logo & Apollonii Scholiasti. Tamen Apollonius utrumque nomen è fabulis repetens Thoantem Lemni regem in arcâ hùc delatum narrat ex *Oenoë* nymphâ *Sicinum* peperisse; unde factum, ut inf. prius *Oenoë*, deinde *Sicinus* diceretur. Et apud Scholiasten etiam Xenagoras *Sicini* nomen deducit, ἀπὸ Σικίνου τοῦ Θόαντος καὶ Νησὸς Νύμφης pro quo Etymologus ἀπὸ τοῦ Θόαντος Σικίνου καὶ Νύμφης Οἰνοπίδος. Utrobique legendum Οἰνησὸς. Mihi *Sicinus* tam fabulosus quam *Oenoë*, vel *Oenois*. Et *Sicinus* vel *Sicenus* inf. dicta videtur à paupertate: quia סכן *siccen* Ebræis est *indigere*. Misera enim erat insula & ignobilis. Proinde apud Laertium Solon Phlegandrum & Sicinum tanquam, insulas obscuri nominis, & parvæ rei ita apponit Athenarum celebritati:

Εἰμὶ δὴ ποτ' ἐγὼ φολεγάνδρεος, ἢ Σικινίτης
Ἀντίγ' Ἀθηναίοις πλείσθ' ἁμεναλάμενος.

Sicoris, Hisp. Tar. flu. non longè ab Ilerdâ fluens, juxta quem Cæsar Afranium & Petreium, Pompeianos duces, siti ad deditionem compulit. *Segre* Cluso, *Agua Naval* Beuthero. Lucanus lib. 4.

Super hunc fundata vetustâ
Surgit Ilerda manu: placidis prælabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas passurus aquas.

Sicu'um mare, angustum atque anceps alterno cursu, modo in Tuscum, modo in Ionium pelagus influit, vorticosum, Scyllæ & Charybdis sævitiâ inclytum. Hor. l. 2. Carm. Od. 12.

Nec durum Annibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum sanguine.

Ovid. *Siculum profundum* appellat. Met.

Ratibusque inimica Charybdis
Nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaque sævis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo.

Silius *Siculum pontum* lib. 1.

Avet Ægates abolere parentum
Dedecus, & Siculo demergere fœdera ponto.

Sicum, urbs Dalmatiæ maritima in Liburniæ confin. inter Jaderam ad occ. & Salonas ad ort. ferme 50. m. p.

Sicyon, *Basilica* Sophiano, urbs Peloponnesi, Sicyoniæ regionis caput; quæ & *Ægialea*, & *Ionia*, teste Strabone, ac *Demetrias*, teste Plutarcho dicta est, inter Corinthum & Elidem, oleo abundans ac celebris. Virgil. Georg. 2.

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Ovid. 4. Pont. eleg. 15.

Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.

Idem in Ibin:

Aut ut olivifera quondam Sicyone fugato.

Statius Theb. 4.

Qui Drepani scopulos, & olivifera Sicyonis
Culta tenent.———

Sicyoniti Mollitiei maximè apud Cic. notantur, præsertim in calceis apud Athen. lib. 4. & Lucian. in Rhetore. Lucilius:

Et pedibus lævâ Sicyonia demit honesta.

Lucretius lib. 4.

Unguenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Sicyone etiam præcipua fuit marmoris & metallorum officina: ibique Diopœnus & Scylesis primi sculpturæ marmoris operam dedere.

Sida, vel *Side*, urbs Pamphyliæ maritima apud Ciliciæ confinia, inter ostia Eurymedontis ad occ. & Coracesium urb. ad ort. Pop. *Sidetæ*. Vide Gronov. dissert. Ep. p. 38. *Sida* item Nicephoro, locus Palæstinæ à Cæsareâ 50. stad. distans. Prior *Chrisonda* Nigro, *Scandalor*, vel *Candalor* Moletio.

Sidene, reg. Cappadociæ, in quâ *Siden* op. juxta Themiscyram, in orâ maris Euxini. Pop. *Sideni* Plinio, & *Sidenum* flu. Polemonium urb. alluens. *Sidene* item urbs Lyciæ Steph.

Sideni, Germ. pop. Ptol quorum reg. *Setinerland*, in orâ Pomeraniæ. *Sideni* quoque pop. & urbs ac emporium Arab. Fel vulgò *Ziden*, ad sin. Arab. apud Meccham, inde 12. m. p. distans.

Sidenum, vide *Sidene*.

Sidia, reg. quædam, sic rectè legitur apud Stephanum, cùi *Tios* civitas est Sidiæ.

Sidicinum, urbs Campaniæ. Hinc *Sidicinus*. Virgilius Æn. 7.

Aurunci misere patres, Sidicinaque juxta
Æquora———

Alio nomine *Teanum* dicebatur Plin. 3. 5. *Teanum Sidicinum cognomine*. Strabo quoque Σιδικινῶν meminit. Et Horat. epist. 1. lib. 1.

———*Cras ferramenta Teanum*
Tolletis fabri.

Pop. *Sidicini*. Livius lib. 8. *Toties jam Sidicini, aut ipsi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut causa armorum fuerant*. Silius lib. 12.

Tum Sidicina legunt permicibus arva maniplis.

Sidon, i. e. *venatio*, aut *insidiatio*, sive *viaticum*, vel *cibarium*, aut *navis judicii*. Filius Chanaan. Gen. 10. Boderianus in Lexico Chaldaico צירון per *admirationem* explicat, quod non sine admiratione se legere testatur Bochartus. In loco quem citat ex libro *Vaikra rabba* nil tale habetur: nec ibi explicatur *Sidon*, sed צירא vel הצירא ex Dan. 4. 14. idque voce Græcâ אונטוס ὄντως, i. e. ἀληθῶς *vere*, ut Græci & Vulgatus habent. Itaque hæc ὑδὲν πρὸς ἔπος. Sed verum esse puto quod *Sidonem* scribit Trogus *à piscium ubertate* sic appellari. Nam *Said*, i. e. *piscatio*, hodieque *Sidon* dicitur, ut Galilææ op. *Bethsaida*, qu. *domum piscationis* dixeris. Nam Sidoni minus congruit, quam Hebræi nos docent esse ad mare piscosissimum. Itaque cum Gen. 10. 15. legitur Sidon fuisse Chananis primogenitus, per Sidonem intellige Sidoniorum patrem, vel Sidonis conditorem, quocunque fuerit nomine. Ex quo loco Sidonem discimus fuisse valdè vetustam, ut quæ conditorem habuerit Chami nepotem, Noachi pronepotem. Itaque licet Tyrum Sidonis æmulam, *antiquam* & *Cadmeam*, & *Ogigyam* Poetæ passim appellent; & Tyrii Esaiæ 23. 7. & Herodoto l. 2. 2. antiquitatis nomine plurimum sese efferant tamen Sidoni Tyrus cogitur submittere fasces, & illam pro parente agnoscere. *Post multos deinde annos* (inquit Trogus lib. 18.) *à rege Ascaloniorum expugnati Sidonii, navibus appulsi Tyrum urbem ante annum Trojanæ cladis condiderunt*. Id est, Josepho interpretante, lib. 8. Antiqu. annis 240. antequam templi fundamenta jecisset Solomon. Proinde cum de Sidone agatur in libris Mosis & Josue, & Judicum, & in vaticinio Jacobi Patriarchæ, qui vixit diu ante Mosem, de Tyro nihil reperimus ante tempora Davidis, nisi quis צור צר Jos. 19. 29. putet esse *Palætyrum*. Itaque, ut observat Strabo; Οἱ μὲν ὖν παλαιοὶ τὴν Σίδονα τῆς Τρωϊκῆς μᾶλλον. Et Homerus qui Sidonis & Sidoniorum meminit in tot locis, Tyrum ne nominat quidem. Jam si de magnitudine certamen instituatur, in libro Josue *Sidon* appellatur רבה *magna*, i. e. inter Phœnicias urbes maxima. Diodorus lib. 16. πλήτῳ τε καὶ ταῖς ἄλλαις χορηγίαις ἡ πόλις πολὺ διενήνοχε τῆς τῶν φοινίκων πόλεων· τὸ δὲ μέγιστον πειρᾶς καὶ πανηγύρεις ἔχει πλείους τῆς ἑκατόν. Pomponius 1. 12. *Adhuc opulenta Sidon, antequam à Persis caperetur, maritimarum urbium maxima*. Sed Tyrus illi deinceps, si Straboni credatur, ἐναλλὰξ *conferenda*; si Curtio *præferenda*. Is enim Tyrum affirmat & claritate & magnitudine, ante omnes urbes Syriæ, Phœnicesque fuisse memorabilem, quo tempore obsessa est ab Alexandro. Vide *Tyrus*. Sidonis Achilles Tatius, statim operis initio duos describit portus angusto aditu & lato sinu, in quorum interiorem naves hyeme se recipiunt, quia tutior est statio. Cæterum Tyrus a Sidone distat stadiis fere 200. Ita habetur in Strabone. In medio Sarepta nomen habet ab æris & ferri fusione, cujus ibi magnum fuisse proventum, Hebræi colligunt ex benedictione Aser horum locorum incolæ. Deut. 33. 25. *Ferrum & æs sub calceo tuo*. Atque huc omnino pertinet illud Eumæi Sidonii apud Homerum antiquitatis sedulum indagatorem:

Ἐκ μὲν Σιδόνος πολυχάλκου ἴυγμαι εἰμί).

Nec erat cur interpretes Poëtæ verba traherent in alienum sensum, qu. circa Sidonem æris fodinæ nullæ fuissent. Tyri & Sidonis incolis indulserat Deus ingenium acre, vividum, & ad omnia flexile. Arithmetica & Astronomia ab iis manarunt ad Græcos. Et, ut taceam recentiores, Sidoni Mochus de atomis philosophari cœpit ante Trojani belli tempora. Et Abdemonus Tyrius quæstionibus propositis Regem Solomonem provocare ausus est. Sed præcipua celebritas ex mechanicis artibus. Tyri mixtura purpuræ, Sidoni vitraria & textura sindonum ex lino tenuissimo feruntur inventa primum. Et fabrorum peritiam impensè laudat Solomon his ad Hiramum Tyri regem. 1. reg. 5. 6. *Nosti non esse quenquam inter nos qui sciat cædere ligna ut Sidonii*. Hinc est quod Homerus appellet πολυδιδάλους, & si quid concinnum in vestibus, aut in vasis assabrefactum, aut ludicrum in crepundiis, id tribuere solet Sidoniorum industriæ. His artibus illorum opes in immensum brevi crevere, dum iis vacare licuit, per longæ pacis otium. Nam pacatè diu vixisse præ cæteris mortalibus vel hinc colligas quod Jud. 18. Sidonii proponuntur in exemplum summæ securitatis. Ita enim habetur vers. 7. de Lais incolis: *Habitabant securè, pro more Sidoniorum, quietè & confidenter*. Long. 67. 00. Lat. 33. 06.

Siga, colon. & urbs Maurit. Cæsar. Ptol. regia quondam Syphacis, inter ostia Malvæ ad occ. & Quisam urb. ad ort. apud oct. *Sigæ* fluvii, *Arescol* Marmolio. *Humain* Castaldo. Aliis *Zerzen*. Flu. *Tenne* dicitur Castaldo.

Sigamia, Colchidis flu. Plin. quem Arrianus Σιγάμιον vocat.

vocat. Ptolemæus Σιδάνεον opidum, ſic (ut eſt veriſimile) à flu. dictum, inter Cyaneum flu. & Neapolin collocat.

Sige, urbs Troadis. Gentile *Sigites* Stephano, qui & *Sigeum* promont. & op. Troadis Ajacis ſepulcro nobilitatum eſſe ſcripſit. Dictum Σιγεῖον, ut quidam volunt, ἀπὸ τῆς σιγῆν, h. e. à *ſilendo* eò quòd Hercules præmio ſuo à Laomedonte fraudatus, diſſimulato receſſu, ibi ſe occultarit, indeque ſilentio magno reverſus urbem repente adortus ceperit. Alii per antiphraſin ſic dictum putant, quòd nullum ibi unquam ſit ſilentium, aquis ſe perpetuò magno cum murmure ſaxis illidentibus. *Janizari* hodie Nigro, Sophiano, & Bellonio dicitur. Hinc *Sigeus* adjectivum. Virgil. Æn. 2.

Sigea igni freta lata relucent.

Item *Sigeius*. Ovid. Met. 13.

———*Sigeia torvo*
Litora proſpexit.

Idem ep. primâ :

Hac ibat Simois, hic eſt Sigeia tellus.

Sigillaria, vicus Romæ, ubi *ſigillaria* vendebantur. Gellius lib. 5. *Apud Sigillaria forte in librariâ ego & L. Paulus poeta conſederamus.*

Sigindunum, Myſiæ ſup. op. Ptol. quod Niger *Simedro* vocat. *Singidunum* Antonino. *Sigidunum* Zoſimo lib. 3.

Sigius, Mons Gall. Narbon. à quo ſinus Galliæ incipit. *Setium* Ptol. & Avieno. *Capo de ſet* Cluſio.

Signia, Latii op. in cujus agro vinum naſcebatur mirè auſterum, ideoque ventris profluvio ſedando utile. Martialis lib. 13.

Potabis liquidum Signina morantia ventrem.

Silius lib. 8.

———*Spumans inimico Signia muſto.* Strab. lib. 5. ubi de Signiâ : Ἡ δὴ σηγιλιάτιτον καὶ Σίγνιον καλούμενον. Ideo Plin. 14. 6. *Quod Signiæ naſcitur auſteritate nimiâ continendæ alvo utile inter medicamenta numeratur.* Σίγνια Stephano ſive potius Σιγνία. Σιγναία, Dionyſio, vel melius Σίγνεια. Σίγνιον vero Plutarcho dicitur in Syll. Long. 36. 50. Lat. 41. 30.

Sila, ſilva Brutiorum maxima juxta Apenninum M. Virg. Æn. 12.

Ac velut ingenti Sila, ſummóne Taburno, &c.

Silarus, flu. Picentinorum, illos à Lucanis dividens, medius fere inter Salernum ad occ. & Pæſtum ad ort. Hujus flu. ea fertur eſſe natura, ut vigulta & folia in ipſum decidentia lapideſcant. Plin. 2. 103. *Sili* Nigro. Virgil. Georg. 3.

Eſt lucos Silari circa, illicibuſque virentem
Plurimus Alburnum, volitans, cui nomen aſilo.

Silius lib. 8.

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.

Strabo lib. 5. Σιλάριδος ποταμὸς meminit ἐφ' ᾧ (inquit) τέτ' ἴδιον ἱστορεῖται, τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸν φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι. Dionyſius :

Πεδὸς ἦ νότον, μάλα πολλὸν, ὑπὲρ Σειρωίδα πέτρην
Φαίνονται σχεδὸν Πιδυκηνὶς Σιλάριος.

Lucano *Siler* dicitur, lib. 2.

———*Radenſque Salerni*
Culta Siler.———

Sileſia, prov. ampla Germ. & regno Bohemiæ adjecta à 3. ſæculis, cum antea fuerit pars regni Poloniæ. Hodie ſubeſt dominio Auſtriacorum. Terminatur ab oriente Poloniâ, à ſept. Marchiâ Brandenb. ab occ. Luſatiâ & Bohemiâ, & à merid. Moraviâ & Hungaria ſuper. Totius prov. cap. eſt Uratiſlavia ad oderam fluvium.

Sillina, inſ. Angliæ, vulgò *Silly* Sulp. Severus l. 2. ubi de Inſtantio Priſcilli aniſtâ : *Ad Sillinam inſulam, ultra Britanniam deportatus.*

Silures, *Silyres* Ptol. pop. Albionis inter Demetas ad occ. & Atrebatios in ort. quorum reg. ſeu tractus *Wenceland*, teſte Lelando ; al. *Southwales*, quorum urbs *Venta Silurum* vocatur. *Silures* autem Camdenus ſtatuit in Hereſordiâ, Radnoriâ, Brechiniâ, Monumèthiâ, & Glamorgianâ.

Silurum inſulæ, vulgò *The Sorlings*, & Anglicè *Silley*, teſte Ortelio, ab occiduo Angliæ promont. 6. leuc. Germ. diſtantes inter Waterfordiam urb. Hiberniæ ad Bor. & 34. Senam inſ. Britanniæ minoris vicinam Gobeo promont. 26. Vide Boch. de Phœn. col. lib. 1. cap. 39.

Simæthus, Siciliæ flu. non procul à Catanenſi urbe, fluit enim in agrum Catanenſem, teſte Strab. lib. 6. Græcè Σύμαιθος ποταμὸς ; Latini poſtea ſimpliciter ſuis literis ſcripſerunt *Simætus*, unde tandem factum *Simetus*. Alii hinc Grammatici, vel exſcriptores, quibus dictitatum fuit apud Virgil. atque Ovid. ac Macrobium idem vocabulum, facere *Simæthus* & *Simethus*, ac *Symetus*, ut variè eorum auctorum varia referunt exemplaria. Apud Ptol. legitur Σιμαίθου πόλεως ἐκβολαί. Sed Σιμαίθου ſcripſiſſe ipſum Ptolemæum, argumento eſt vocabulum opidi mediterranei apud eandem Δύμης, quod & ipſum corruptum à Σύμηθος, ſeu rectius Σύμαιθος ; unde opidani *Symæthii*. Apud Theocritum antiqui ſimum poëtam, natione Siculum, Idyllio 2. nomen mulieris ab hoc fictum legitur Σίμαιθα ; quanquam eodem nomine memoratur meretrix Megarenſis, Alcibiadis amica, Heſychio, Suidæ, Phavorino, & aliis. Porro Virg. Æn. 9. ita canit :

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ,
Inſignis facie ; genitor quem miſerat Arcens
Eductum Martis luco, Simæthia circum
Flumina, pinguis ubi, & placabalis ara Palici.

Ad quæ ita Servius : *Symæthus fluvius eſt Siciliæ, à rege Symetho dictus, haud longè ab urbe Catinenſi : circa quem ſunt Palici Dii.* Vibius in Catalogo : *Simetus* Siciliæ, vicinus Palicis. Ovid. Faſt. lib. 4.

Quaque Simethæas accipit æquor aquas.

Idem 13. Met. nympham ei adfingit *Simethidem* :

Acis erat Fauno, nymphâque Simethide cretus.

Hinc de eodem Acide ita poſtea :

Terga fugæ dederat converſa Simethius heros.

Silius lib. 14.

Qui fontes Vaga druſa tuos, & pauperis alvei
Hipparin, ac facilem ſuperari gurgite parco
Pantagiam, rapidique colunt vada flava Simethi.

De nomine Bochartus ut Adranus (inquit) in Cynamoſorum, ita Cynamoſorus in Symæthum mutatum, amnem Siciliæ, totius inſulæ ampliſſimum, de quo ſic Cluverius lib. 1. cap. 10. *Symæthus igitur eſſe deprehenditur is qui non modo hoc Pelorum inter Pachynumque litore, ſed totius inſulæ maximus*, &c. Itaque tam à magnitudine ſumptum eſt *Symæthi* nomen quàm inſulæ *Samathus*, de quâ Stephanus : Μεγάλη, νῆσος, Ἀλέξανδρος ἐν τετάρτῳ Λιβυκῶν, ἣ κεῖται ἀπὸ Λιβύων φωνῇ Σαμαθώ, ὅ ἐστι μεγάλη. Pro *Symætho* autem & *Samatho*, Afri, h. e. Pœni dicebant עשמת *Aſumath*, & עצמת *Aſamath*, vel etiam *Sumeth*, & *Sameth* per Aphæreſin apud illos receptiſſimam. Radix עצם *Aſam* Hebræis, *numeroſum eſſe* ſig. Sed verbum diſcretæ quantitatis tranſlatum eſt ad continuam. Hæc ille ſubdit. Τὰς ἐν Συμαθίῳ κεστρέας, *in Symætho mugiles*, qui hodieque ſunt in pretio commendat Athen. l. 1. Itaque in loco ex Cyclope Antiphanis, quem lib. 7. idem citat, omnino legendum, ἔγω δ' ὑμῖν κεστρὰς Συμαιθίδ, non Τμηθίδ, ut habent noſtri codices. Quis enim mugiles procreari dixerit in Atticæ monte Hymetto ? Sed neque mendo vacat quod in Polluce legere eſt, κεστρὰς ὀπὸ Σκιάθου : Et in Clemente Alexandrino lib. 2. Pœdag. Τὰς ἐν Σκιάθῳ κεστρέας. Utrobique enim *Scyathus* eſt pro *Symætho* ; ſed hæc obiter.

Simbrivius, vel *Simbruvius*, lacus in Tiberim defluens, per quem Anio ferebatur. Silius lib. 8.

Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur
Simbruvio.———

Ubi tamen Lipſius ex Livii lib. 8. mavult *Imbruvio* : itaque reponit in Tacito. Simbruvii autem gelu ſanum pronunciant medicorum filii Celſus. 4. 5. *Conſiſtere in gelidis, medicatiſque fontibus, quales Cutilianarum, Simbruvianarumque ſunt, ſalutare eſt.*

Simeni, Albionis inſ. pop. Ptol. quorum op. *Axon*, teſte Lelando, ad Alænum flu. in fin. Damnoniorum. *Hamſhirenſes* vero ſunt Nevyllio. Revera autem fuerunt iidem qui *Iceni*, in ora maris Germ. ubi hodie Nordovolgæ & Sudovolgæ.

Simois entis, flu. Troadis, qui ex Idâ monte labitur per campum Trojanum, qui ab eo dicitur *Simoeſius*, & mari appropinquans commiſcetur Xantho, atque in paludem cogitur qui exit in Helleſpontum juxta Sigeum promontorium. Dionyſius v. 812.

Ξάνθῳ ἐπ' εὐρὺ ῥέοντι καὶ Ἰδαίῳ σιμόεντι.

Virgil. Æn. 1.

Time ille Æneas, quem Dardonio Anchiſæ
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam ?

Vide *Scamander*. Maximam autem fluviis hiſce famam Ilium, cujus mœnia olim præterlabebantur, conciliavit ; unde *famâ quam naturâ majora eſſe flumina*, affirmat Mela l. 1. c. 18. Item flu. Siciliæ. Strabo lib. 13. Οἱδὲ εἰς Αἰγεσταν καὶ Σικελίας φασὶ καταβὰς τὸν Αἰνείαν σὺν Ἑλύμῳ Τρωὶ καὶ Ἐρύκι, καὶ Λιλυβαῖον καλαχθὲν καὶ πολεμεῖ τοῦ Αἰγεσταν περιοικοῦσι Σκιμαιδεῖον καὶ Σιμόεντα. Nempe ab eorundem nomine fluminibus in priſtinâ patriâ Troade. Sic enim eodem libro antea, οἱ δὲ πολεμοὶ, ὅτε Σκιμανδρὸν. καὶ ὁ Σιμόεις μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς νῦν Ἰλίου συμβάλλουσιν, ἔστ' ὀπὸ τὸ Σίγειον ἐκδίδασιν.

Sina, mons Arab. Petræ excelſus, qui & *Sinai*, *Syneus* Trogo, *Synæus* Joſepho, ubi olim urbs epiſc. ſub Arch. Petrino, ab Hieroſolym. 300. m. p. Etymologus falſo deducit ab ἡ ἰνὸς, ὅτι ἐκεῖ ἐδόθη ἡ τῶν νόμε δύναμις.

Sinda, urbs Piſidarum. Strab. lib. 12. Ἐισὶ δ' τῆς φυξὶν ὁμόρεσι καὶ τῆ Καρία Τάβαι, καὶ Σίνδα, καὶ Ἀμβλαδά. Pop. *Sindenſes*. Livius: *A Cibyrâ per agros Sindenſium exercitus ductus.*

Sinæ, pop. Aſiæ extremi ad ort. ultra Indiam extra Gangem, *Chineſi* hodie; ut reg. eorum *le China*, mari Eoo expoſita, inter Indiam & Sericam. Doctiſ. Iſ. Voſſ. ad iſta verba, Melæ lib. 1. cap. 2. *Seres media Eoæ partis incolunt*: Rem (inquit) acu tetigit, cum Seras media Eoi lateris tenere ſcribit. At vero quantum à veritate receſſit Ptol. & qui eum ſequuntur, quum tractum Aſiæ, qui eſt ultra Auream Cherſoneſum, ac Sinum magnum Auſtrum verſus vaſtè adeo extendit, ac Sinas in eo collocat? Sinenſes hodiernos antiquorum Seras qui eſſe dubitat, is quoque dubitet licet, idemne nunc atque olim Sol luxerit. At vero inſigniter falluntur, qui exiſtimant Sinas, vel Thinas veteribus celebratos, eoſdem eſſe ac ſint Sinenſes vulgo dicti. In toto eo regno, Sinæ, & Sinenſium nomen ignotum eſt. Genus iſtud hominum omne id ſcit, quod ſparſim norunt cæteræ gentes, quæ cum iis comparatæ pro barbaris merito haberi poſſint, ſi ſolos exceperis Græculos; unum tamen hoc ignorant vocabulum. Sed ſane merâ factum eſt imperitiâ, ut vaſtum illud Serum imperium, quo nullum in orbe unquam illuſtrius fuit, Sinarum nomine cognoſcatur. Mirum nemini obſervatum hactenus. Sinas eſſe regnum iſtud quod vulgò *Siam*, vel *Sian*, vel etiam *Sim* adpellatur. Sinarum metropolim Sinas, vel Thinas vocat Ptol. Quis dubitare poſſit, quin illa ſit ea ipſa, quæ nunc *Siam* appellatur, regia nempe Siamenſium, ac ſita in inſ. ad orientalius oſtium flu. dicti *Menam*, quod *matrem aquarum* Indi interpretantur. Longè is oritur è lacu *Chiamay*, ac totus in ditione Siamenſium fluit, donec tribus tandem oſtiis in Oceanum effluat. Regnum hoc etiamnum nobile, olim tamen multò fuit nobilius. Diminutum eſt multum, ex quo reges complures huic à multis ſeculis ſubditi rebellare cœperunt. Illo tempore, nondum detectâ illâ Tartariæ parte, quæ orientem verſus excurrit, non niſi tria ultra Indum vaſta imperia noſcebantur, Serum, Indorum, ac inter utroque ſitum, Siamenſium, quod veteres Sinarum adpellarunt. Quicquid à Gange Seras aduſque interjacet, id olim reges Siam poſſederunt. Primi Arabes Seras cum Sinis confuderunt, quorum errorem poſtea ſecuti ſunt alii. Verum hæc obiter, ut oſtenderemus quos vulgo Sinenſes dicimus, rectius Seras adpellari, Sinas vero antiquorum hodiernos eſſe Siamenſes.

Sinarum Imperium pars eſt ampla Aſiæ, maximè in ort. extenſa, cultiſſima, mirè rigua & fertilis. Ejus lim. ſunt à Sept. regna Tangutum & Nihulhanum, in Tartariâ magna, à quâ ſeparatur, partim montibus excelſis, & partim muro 500. fere leucarum; ab occ. Indiâ extra Gangem, & regnum Anamiticum, à mer. mare Eoum, quod & Sinicum, à quo ſeparatur etiam ab oriente à Japoniâ. Alias proprios habuit Imperatores; ſed ab an. 1630. variè vexata à Tartaris, tandem ipſis ſubeſt, & imperatorem habet Tartarum commorantem Pechini, quæ urb. imperii cap. eſt in prov. cogn. Dividitur tota reg. in 15. provincias peramplas ſeu regna, de qua varii varia ſcripſere. Sed tu vide Atlantem Sinicum Martinii, qui Sinas fuſius deſcripſit.

Sindi, pop. Scyth. Europ. ad Mæot. palud. incolentes. Val. Flaccus lib. 6.

Degenereſque ruunt Sindi, glomerantque paterno
Crimine.——

Dionyſius verſ. 681.

Σινδοὶ, Κιμμέριοί τ', καὶ οἱ πύλας Εὐξείνοιο
Κρήσιοί τ' Ὀρέσ', καὶ ἀλκήεντες Ἀχαιοί.

Singara, urbs Arab. juxta Edeſſam. Steph. Item mons Meſopotamiæ cum urb. cognomine apud Tigrim flu. Ptol. Dicitur & *Singoras*. *Sima* Nigro, *Atalib* aliis dicitur.

Singidonum, urbs Pannon. infer. apud Sirmium urb. Hodie pagus modicus eſt, & *Sigetincz* dicitur Lazio.

Singidunum, urbs Myſiæ ſuper. apud Danubium *Zenderin* Lazio. Long. 45. 10. Lat. 45. 20.

Singilia, vel *Syngilia* urbs Hiſp. Bæt. inter Aſtigi 25. & Malacam 7. leuc. vulgò *Antequara*.

Singilis, & *Singulis* Plin. & *Singilius* Iſidoro, Hiſp. Bæt. flu. ex agro Granatenſi oriens, ac apud Singiliam urb. decurrens, & per Aſtigi in Bætem fluens. *Xenil* Morali, *Guadaxenil* Navagiero.

Singiticus ſinus, ſinus Macedon. Ptol. *Eliacus* videtur à Diodoro Siculo nominari lib. 11. *Golfo di monte Santo* dicitur Caſtaldo.

Sinonia, inſ. maris Tyrrheni, inter Palmariam & Pontias. Ex quo errare Pinetus deprehenſus eſt illam *Januti* indigitans, cum *Januti* Dianium ſit Igilio proxima. Error item in Theſ. Ling. Lat. eſt, in quo inſula Corſicæ nominatur, à quâ longiſſimè diſtat.

Sinope, colon. & urbs maritima Paphlagoniæ, inter Cytorum ad occ. 164. & Amiſum ad ort. 139. m. p. olim Mithridatis regia. Fuit quoque Diogenis patria. Ovidius Pont. 1. 4.

Non Doluit patriâ Cynicus procul eſſe Sinopeus.

Val. Flac. lib. 6.

Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope;
Nympha prius, blandiſque Jovis quæ luſerat ignis
Cœlicolis immota procis.——

Apollonius Rhodius:

Ἀυσίκᾳ δ' Ἀασυείης ἐπίδραν χθονὸς. Ἔνθα Σινώπῃ
Θυγατέρ' Ἀσωποῖο καθίσατο, καὶ οἱ ὄπαζε
Παρθενίῃ Ζεὺς αὐτὸς ὑπερχρείῃσι δολαθείς, &c.

Dionyſius Periegetes:

Ἔνθεν Ἀμαζονίδεσσιν ἀπ' ἄρεος Ἀρμενίοιο
Λευκὸν ὕδωρ προρέουσιν Ἐυαίμου Θερμώδων,
Ὅς ποτ' ἀλωομένῃσιν Ἀτύμνιδι δῖος Σινώπῃ,
Καί μιν ἀκηχεμένῃσι φερέσβιον παρενάσατο χώρῃ,
Ζωὸς ἐφημοσύνῃσιν· ὁ γὰρ φιλότητι ἐρατεινῆς
Ἰαονίων, πρίν περ ἀπηνόσφισεν, οὐκ ἐθέλουσῃ
Ἐκ τ' ἀγορῆς πολίεθρον ἐπώνυμον ἀνδρὸς ἔχουσι.

Sinopen autem Amazonum unam fuiſſe, & ab eâ urb. hanc dictam teſtatur Andron. apud Etymologum in voce Σινώπη. Ὁ δ' Ἀνδρὼν φησὶν μίαν τῶν Ἀμαζόνων φυγοῦσαν εἰς Πόντον μετὰ τὰ βασίλεια τὰ τόπα, πόνεσιν τὸ πλεῖστον δῆνον παρασχομένην Σινωπίτῃσι· μεταφέρεσθαι δ' τοῦτο σημαίνει τὸ πολλὰ πόνου. Atqui non Σινώπη id ſign. ſed Σανάπη, quomodo ei ſcribendum fuerat. Auctor Scholiorum ad 2. Apollonii Rhodii librum: Ἐπεὶ δ' οἱ μέθυσοι Σανάπαι λέγονται παρὰ Θετταλοῖς, ἢ διὰ τὸ χρῶνται καὶ ἀμαζόνες ἐκληθῆναι τὸ πάλαι Σανάπας, ἔπεσθαι χρὴ φθορᾶς Σινώπης. Sic Scribendum. Heſychius: Σανάπας τὸ οἰνώδη, Σκύθαι. Sic lege, vulgo enim conſpurcatiſſimus hic locus.

Sintii, vel *Sinties*, Thraces qui Lemnum olim incoluerunt. Hom. Iliad. α. ubi de Vulcano:

Κάππεσον ἐν Λήμνῳ——
Ἔνθα με Σίντιες ἀνδρες ἀφαρ κομίσαντο πεσόντα.

Idem de eodem Ulyſſeâ θ.

Οἴχῃ εἰς Λῆμνον μετὰ Σίντιας ἀγριοφώνους.

Apollonius lib. 1. Argonaut.

Ἄυσαρ ἀμὰ ἠῶιον βολαῖς ἀνέμοιο λιπόντες
Ἐιρεσίῃ κεχαλῶ Σιντῆσι Λῆμνον ἴκοντο.

Ubi Scholiaſtes: Σιντῆσι] ὀπιθέλικῶς Σιντῆς ἡ Λῆμνος, Τυρσηνοὶ γὰρ αὐτὴν ᾤκησαν, βλαπτικώτατοι ὄντες Ἑλλάνικος δέ φησι Σίντιας ὀνομασθῆναι παρὰ Λημνίους διὰ τὸ φερέστους ὅπλα ποιῆσαι πολεμικὰ φεῖς τὸ σίνεσθαι παρὰ πλησίον καὶ βλάπτειν. Pergit poeta:

Ἐνθ' ἄμυδις πᾶς δῆμος ὑφασαίνῃσι γυναικῶν
Νηλεῶς δέδμητο παρισχομένῳ λυκόεντι,
Δὴ γὰρ κεδίας μὲ ἀπημήναντο γυναῖκας
Ἄνερες ἐχθήραντες.——

Scholiaſtes: Αἱ Λήμνιαι γυναῖκες ὅτε πολὺ τῆς τ' Ἀφροδίτης πρῶτοι κατολιγωρήσασαι καὶ ἐκυρῆσαι τὸν θεὸν ἐκίνησε. Πᾶσαις γὰρ δυσοσμίαν ἐνεδήσιος μηκέτι αὐτὰς τοῖς ἀνδράσιν ἀρέσκειν.

Sinueſſa, colon. & urbs Campaniæ, non procul à Liri flu. ubi Minturnæ urbs extincta. Hujus ager *Sinueſſanus* dictus eſt copioſum apricis in ſaxis vinum gignens. Martialis 13. 108.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prælis.

Mollis Sinueſſa Martiali dicitur 6. 42. Hinc *Sinueſſanus*. Martialis 11. 83.

A Sinueſſanis conviva Philoſtratus undis.

Horatius:

Inter Minturnas Sinueſſanumque Petrinum.

Sinueſſa hodie nominari tradunt Leander & Goltzius, qui dicit tantum ſupereſſe ruinas, & exiguum opidulum, hodie *Rocca di Mondragone* dictum. Sane ſerpentibus olim abundantem fuiſſe Sinueſſam teſtatur Ovid. Met. lib. poſtremo:

Vulturnus, niveiſque frequens Sinueſſa colubris.

Sinope quondam dicta fuit. Plin. 3. 5. *Colonia Minturnæ, opidum Sinueſſa, extremum in adjecto Latii, quam quidam Sinopen dixere vocitatam.* Livius lib. 10. deſcribit eam juxta agrum Falernum: *Ubi Sinope*, inquit, *dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis Romanis adpellata.* Strabo lib. 5. Ἡ Σινόεσσα ἐν Οὐσκίνῳ κόλπῳ ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς καὶ τὸν νομα· σῖνος γὰρ ὁ κόλπος. Σινόεσσα dicitur Plutarcho in Othone, *Sinueſſa tepens* dicitur Silio lib. 8. Ab aquis commendatur. Tacitus Ann. 12. *In tantâ mole curarum Claudius valetudine adversâ corripitur, refovendisque viribus, mollitie cœli, & ſalubritate aquarum, Sinueſſam pergit.* Plin. 31. 11. *In eadem Campaniæ regione Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum & virorum inſaniam abolere proditur.* Hinc Mart. 11. 8.

Dicet & ſtertentem ſe forſitan altera muscha
In Sinueſſano velle ſedere lacu.

Siphnos,

Siphnos, quæ & *Merope*, teſte Steph. ſeu *Meropia*, & *Acris*, teſte Plin. *Sifano* Sophiano, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, inter Melon ad Auſtr. & Delon ad Arctos. Siphniam (inquit vir magnus Phœn. col. 1. 14.) cætera miſeram auri & argentifodinæ in immenſum locupletarunt. Euſtathius: Λέγον δέ ποτε ἀκμάζειν τοῖς περὶ μίσιν οἱ Σίφνιοι, καὶ πλεῖν μάλιστα, διὰ τὸ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ ἐν τῇ νήσῳ εἶναι μέταλλα. Ita etiam Herodotus Muſâ 3. Νησωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ὅτε ἐύτλων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρείων μεταλλων, ὅτω ὧδε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῆς γινομένης αὐτόθεν χρημάτων θεσαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακείσεται ὅμοιος τοῖσι πλουσιωτάτοισι. Et vetus auctor apud Suidam in Σίφνιοι· Οὗτοι πλουσιώτατοι ἐγένοντο ἐκ μόνου τοῦ νησιωτικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἠπείρου· ἦν γὰρ ἐν μέλαι συχνῶν, ἕως μὲν ἦν ἡ δεκάτη εἰς Δελφοὺς ἀπέβαλον εὐτάκτως, καὶ ἐπεὶ θοῦλο τῷ χρηματὶ τῷ τότε περιέσεσθαι, τὰ τε πλοῦτε αὐτοῖς ὑπῆρχεν, φονεύσαν δεκαπλείων μεταλλων. Idem Suidas & Phavorinus: Ἰουδαῖοι οἰκίαι, καὶ παραλλήλοι τῷ τείχει, ἐν Σιφνῷ (lege Σίφνῳ) ἦσαι κεφαλύμματα τοῖς ἐρχομένοις τὰ χρύσια μέτωπα. Ab hâc opulentiâ *Siphnus* Phœniciæ dicta eſt נפוּשׁ *Siphna*; quia נפשׁ *ſaphan*, eſt *recondere*. Græci reddunt Θησαυρόν, Prov. 1. 18. Et טְמוּנִים *ſephunim* ſunt *theſauri reconditi*, Symmacho ἀπόθεσα, Pſal. 17. 15. Quomodo Siphnii ex his opibus in ſummam inopiam inciderint, diſcere eſt ex Herodoto & Suidâ. Heſychius: Σίφνιοι ἀχάθαρτοι, ἀπὸ Σίφνου τῆ νήσου. Idem Σιφνιάζειν, κεκλαδκλυλίζειν· διαβεβλῆσθαι· ἢ οἱ Σίφνιοι, ὡς παιδικοῖς χαίρουσι. Vide Eraſmum in *Siphnia archa*.

Sipus Stephano, *Sipuntum* Melæ, *Siponto* adhuc dicta, colon. & urbs Apuliæ Dauniæ in orâ litoreâ ad Gargani montis radices, à Diomede condita. De origine nominis ita refert Strabo lib. 6. Ὡνομάσθη ἢ Σιπόντος Ἑλληνικῶς ἀπὸ τῶν ὀνυμαζομένων σιπίων. Silius lib. 8.

Quæſivit Calaber, ſubductâ luce repente
Immenſis tenebris, & terram & litora Sipus.

Lucanus lib. 5.

Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus
Montibus.

Sipylum, & *Sipylus*, *Sipylos* Stephano, op. Lydiæ in Magneſiâ, abſorptum, teſte Plinio. Item *Sipylus*, mons ad Mæandrum flu. prius *Ceraunius* dictus, teſte Plut. lib. de Fluminibus & Montibus. Ovid. Met. 6.

Tunc cum Mœoniam virgo, Sipylumque colebat.

Propertius lib. 2.

Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lachrymans deſluit à Sipulo.

Papinius Theb. 6.

———*Geminis Niobe conſumpta pharetris*
Squalida biſſenas Sipylon deduxerat umbras.

Permiſcet autem fabulam Propertius loco adducto. Nam in Sipylo Niobe cum flet, longè abeſt à liberorum buſtis, quæ ad Thebas. Apollodorus lib. 3. Αὐτὴ δὲ Νιόβη Θήβας ἀπολιπόσα, ὡς ἐπὶ πατρὸς Ταντάλου ἦλθεν εἰς Σίπυλον, καλεῖ Διὶ ἐυξαμένη ἐκ μορφῆ εἰς λίθον μεθέδυσεν, καὶ κεῖ) δάκρυα νύκτως, καὶ μεθ' ἡμέραν τῆ λίθε. Hom. Iliad. lib. ult.

Νῦν δέ πε ἐν πέτρῃσιν, ἐν ἐρεσιν οἰοπόλοισιν
Ἔν Σιπύλῳ, ὄθι φασὶ θεάων ἔμμεναι ἐυνὰς
Νυμφάων, αἵτ' ἀμφ' Ἀχελῷιον ἐρρώσανθο,
Ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέξει.

Sirbonis, *Sirbon* Steph. *Serbonis* Herodoto ac Diodoro Siculo, *Barathra* Polybio, palus ingens Palæſtinæ in Ægypti confin. inter Caſium & Peluſium, in orâ maris Syriaci. Dionyſius:

Ἡ δ' ὅσσοι νοτρῆσιν ἐπ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης
Παῤῥηλίῳ ναίουσιν ἔσω Σιρβωνίδος ἄλμης.

Diodorus lib. 1. ἔστι γὰρ ἀνὰ μέσον τῆ τε κοίλης συρίας, καὶ τῆ Ἀιγύπτε λίμνη, τῷ μὲν πλάτει σχεδὸν παντήκοντα, τῷ δὲ βάθει δαιμάσιος, τῷ δὲ μήκει ὀλίγον διακοσίων παρήκουσα σταδίων, ἣν φασὶ τυφῶνα Σιρβωνίδα) Σιρβωνίς. Τοῖς δὲ ἀπείρεσι τῆς περιχαλόντων ἀνυπόστους ὑπερέχει κινδύνους. Στενὴ γὰρ τὸ ῥεῖμα ἐστὶ καὶ ταινία φαπλησία, διὰ μεγάλων πάντη περιεχομένων, ἐπειδὰν Νότος συνεχεῖς πνεύσειν, ὑπονείθ) πλῆθος ἅμμε· αὕτη δὲ τὸ μὲν ὕδωρ κατὰ τὴν ὑπερέχειαν ἀσημον ποιεῖ, τὴ τε τὴ λίμνης τύπον συμφυῆ τῆ χέρσῳ καὶ κατὰ πᾶν ἀδιάγνωστον. Ejus mem. quoque Plut. in Antonio. Strabo vero lib. 17. lacum hunc turpi errore cum Aſphaltide Judææ confundit, *Serbonidem* quidem nominans, ſed *Aſphaltiten* manifeſto deſcribens.

Sirenuſſæ, vel *Sirenuſæ*, *Petræ Sirenum* Melæ, *Saxa Sirenum* Solino, inſ. 3. parvæ, velut ſcopuli in ſinu Pæſtano apud promont. Sirenuſſarum, quod ſinum prædictum finit: quarum propior *Leucoſia*, ſive *Leucaſia* dicitur, reliquæ *Parthenope* &. *Ligia*. In genere *Le Sirene* dicuntur; in ſpecie, prior *la Licoſa*, altera *San Piatro*, reliqua *Gale*, ſeu *la Galetta*, & al. *il Gallo*.

Sirenuſſarum promontorium, vulgò *Capo Leucoſo*, promont. Lucaniæ, quod ſinum Pæſtanum ad ort. finit, ex adverſo Athenæi in Picentibus eundem ſinum ad occid. claudentis, medium ferè inter Pæſtum ad oct. & Velam ad oct. Dionyſius:

Πρὸς ἢ Νότε μάλα πολλὸν ὑπὲρ Σειρωνίδα πόντον
Φαίνοι) προχοαὶ Πάκωτίνε Σιλάροιο.

Ubi Montanus: Fallitur Euſt. qui Dionyſium affirmat Neapolim *Sireniam petram* hic vocare. A Neapoli Poeta jam ad alia progreditur; a quâ primò in Auſt. occurrit *Sirenia petra*, ultra quam Silarus flu. in Picentinis magis adhuc in Auſt. vergens. *Sireniam* autem *petram*, Minervæ promont. vocat, juxta Surrentum, quod *Sirenes* inſediſſe feruntur, talem plane ſitum inter Neapolin, & Silarum obtinens, Plin. 3. 5. *Surrentum cum Minervæ promontorio*, *Sirenum quondam ſede*. Niſi Sirenuſas inſulas intelligat huic propinquas ex deſcriptione Strabonis lib. 5. 6. licet eæ ex Ptolemæi deſcriptione longius hinc diſtare videantur. Strabo lib 1. *A locis Surrento vicinis cubito ſimilis quidam terræ fluxus excurrit verſus fretum quod eſt juxta Capreas. In uno hujus jugi latere eſt* τὸ Σειρήνων ἱερὸν, *Sirenum templum. Ab altero, quod Poſidoniatem ſinum proſpectat, tres exiguæ ſunt inſulæ deſertæ atque ſaxoſæ, quas Sirenuſas vocant.* Sed & Ariſtot. in lib. Mirabil. eundem Sirenuſis ſitum aſſignat: Atque hi ſunt *Sirenum ſcopuli*, de quibus Virgilius, Ovidius, Mela, Hyginus, alii. Quin & *Surrentum* vel Σύρεντον, ut Græci efferunt dici putatur à *Sirenibus*. Stat. lib. 2. Carm. 2.

Eſt inter notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenæ templis onerata Minervæ.

Siris, flu. Magnæ Græciæ apud Metapontum, & Heracleam in ſin. Tarent. in luens ad Sirim op. quod ibi erat, teſte Plinio. *Senno* hodie, teſte Scip. Mazzellâ. *Siris*, ab Æthiopibus dicitur Nilus antequam totus confluat. Nam, ut inquit Plinius, *nec ante Nilus dicitur, quam ſe totum aquis concordibus junxit.* Dionyſ. verſ. 221.

Ἔνθεν ποταίτοιο κατέρχε) ὕδατα Νείλε,
Ὅς δὴ τε Λιβύηθεν ἐπ' ἀντολίην πολὺς ἔρπων
Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται.

Ineptæ autem ſunt quas recenſet Euſtathius, ſed neque ipſe probat, etymologiæ nominis Σῖρος è Græcâ linguâ petitæ, cum Æthiopica ſit vox: & quod ad illam attinet, quæ à Σείριος ducitur, quia circa Sirii ſeu Canis ortum Nilus maximè exundet (Plin. lib. 5. cap. 9.) è converſo *Sirium* à *Siri* ſic dictum, qu. Niliacam ſtellam Fullerus probabiliter cenſet. Quod ad vocem Σῖρις, Hebræis שחור *Shior* vocatur, quod Æthiopes linguâ ſuâ *Shichri*, vel *Shihri* dixerunt, ut monet Scaliger, teſte Salmaſio; pro hoc Græci, voce ad linguæ ſuæ formam deflexâ, Σῖρις ſcripſerunt.

Sirmio, pagus Cenomanorum Venetiæ ad Benacum lacum in peninſulâ inter Brixiam ad occ. & Veronam ad ort. 20. m. p. circiter. Catullus ep. 32.

Peninſularum Sirmio, inſularumque
Ocelle, quaſcunque in liquentibus ſtagnis
Marique vaſto fert uterque Neptunus,
Quam te libenter, quamque lætus inviſo.

Sirmium, urbs Pannon. infer. non procul à Danubio flu. Ptol. *Sirmiſch* Lazio. Stephanus Sirmium Παιόνων eſſe ſcribit, *Pæones* pro *Pannonis* accipiens. Long. 43. 05. Lat. 45. 24.

Siſapone, Ptol. *Siſapo* Strabone op. olim Hiſp. Tarrac. in finibus Oretanorum, nunc pagus *Chilon*, teſte Henr. Coquo.

Siſapone, Plin. *Siſapo* Strab. op. Hiſp. Bæticæ in Bæturiâ, nunc *Fuente Oveiuna*, teſte Morali, à Cordubâ 14. leuc. Emeritam verſus. Hic quæſtus magnus minii, ut propterea Cic. Philip. 2. *communem Siſaponem* dixerit, veluti proverbium, optimum enim ibi provenit, auctore Plinio.

Sithonia, pars Thraciæ. Plin. 4. 11. quæ ab Hæmo monte averſa vergit in Pont. Eux. Herodotus vero lib. 7. Sithoniam reg. in orâ marit. Macedoniæ collocat ad ſinum Termæum; ejuſque urbes facit *Toronam*, *Sermylam*, *Mecybernam*, & *Olynthum*. Poetæ autem Sithoniam pro ipsâ Thraciâ fere accipiunt. Ovid. ep. 2.

Nec vehit Actæas Sithonis unda rates,

Virg. Eclog. 10.

Sithoniaſque nives hyemis ſubeamus aquoſæ.

Heſychius: Σειθονία, ἡ Θεσσαλία. Ubi non ſolum corrigenda lectio, & leg. Σιθονία, ſed magis interpretamentum; nullus enim præter eum *Sithoniam* pro *Theſſaliâ* poſuit, quæ olim Thraciæ pars fuit, poſtea Macedoniæ accenſita longè à Theſſalia. Palm.

Slavi, pop. Germ. qui ab Hamburgo urbe ad Albim flu. uſque ad mare Scythicum varias reg. incoluere, qui & *Vandali*, & *Vinuli*, & *Oboritæ* dicti ſunt. Reg. *Slavia*, & *Slavonia*.

Sleſia, reg. Germ. (à *Sleſo* flu. qui in Oderam excipitur) ampla, in quâ ducatus 12. cujus caput eſt *Vratiſlavia*.

Sleſuicum, olim *Edeba*, hodie *Schleſwick*, urbs Cimbricæ Cherſoneſi epiſc. ſub Arch. Lundenſi: ab Hamburgo & Lubeco 16. leuc. diſtans in Bor.

Singæ, Friſiæ loci mem. vetus lapis Romæ ſub Carolo M. ſculptus.

Slotna, locus Daciæ in ingreſſu Tranſylvaniæ ad Auſtrum ubi aurifodinæ apud Tunſtenium op. *Saladna* Sambuco.

Smyrna, urbs Ioniæ. Milete amne irrigata, una ex 7. Aſiæ Eccleſiis de quibus B. Johannes in Apocalypſi. Homeri, ut plurimi credunt, patria, qui inde *Smyrnæus* à Poetis vocatur. Lucanus:

Quantum Smyrnæi durabant vatis honores,
Venturi te neque legent.

Silius lib 8.

Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu
Evecta Andino & Smyrnæis æmula plectris.

Statius:

Nectat honoratas & Smyrna & Mantua lauros.

Cum Sardiani Smyrnæos obſiderent non diſceſſuri, niſi Smyrnæi uxores ſuas ſtuprandas emitterent, illi ancillas veſtibus uxorum indutas emiſerunt; ſicque hoſtes coitu ancillarum defatigatos interfecerunt. Plut. Hi quanquam deliciis & luxui, operam darent, ſe tamen fortiter, ubi caſus accidiſſet gerebant, teſte Ariſtide: unde proverb. *Mores Smyrnæi*, de iis qui ita deliciis ſe dedunt, ut quæ viros fortes decent, non omittant. Long. 55. 30. Lat. 39. 28.

Sodoma, ſing. num. & plur. *Sodomum* Solino, urbs maxima quondam Palæſtinæ ad lacum Aſphaltitem, de cœlo cum Gomorrha, Admah, & Zeboiim tacta, & à lacu abſorpta, cujus veſtigia adhuc apparent, ab Hieroſolymis ad 50. m. p. in ort. diſtans. Hic poma proveniunt aſpectu quidem pulcherrima, ſed levi tactu fumum exhalant, fuliginem favillaceam intrinſecus continentia, uti Tertull. in Apol. Hegeſippus, & Joſephus auctores ſunt. Vide *Aſphaltus*.

Sogdiana, reg. *Maurenhaer* Mercat. *Zagati* Leunclavio, provincia Aſiæ ingens, Scythiæ ad Bor. & Sacis ad ort. Bactrianæ ad merid. & Margianæ ad occ. confinis: per quam Jaxartes flu. magnus in mare Hyrcanum labitur. Urbes in eâ olim claræ, Oxiana, Maruca, Drepſa, & Alexandria: nunc pollet Maracanda, vulgo *Samarcand*. Pop. *Sogdii*, & *Sogdiani*, qui vitam ita deſpiciebant, ut ad mortem læti & alacres irent, autore Herodoto. Dionyſius:

Τοῖς δ' ἔδι πρὸς βορέλω Χωρήσιοι, οἷς ὑπὸ γαῖα
Σογδιὰς, ἧς διὰ μέσου ἑλίσσε᾽ ἰερὸς Ὦξος.

Qu. Curtius lib. 7. *Sogdiana regio majori ex parte deſerta eſt; octingenta ferè ſtadia in latitudinem vaſtæ ſolitudines tenent. Ingens ſpacium rectæ regionis eſt, per quam amnis, Polytimetum vocant incolæ, fertur torrens.* Vide ſis quæ ſequuntur.

Solis fons, qui & *Hammonis fons* Val. Max. *Canzaron di Mahoma*, Nebriſſenſi in Marmarica. Eſt & *Solis fons* in Troglodytarum reg. mirus, teſte Plinio. Nam circa merid. dulcis & frigidus eſt, circa med. noctis calidus & amarus.

Solis inſula, in mari Indico, inter Carmaniam & Gedroſiam.

Solis menſa, locus Æthiop. in Meroe inſ. quam ſemper novis ferculis inſtructam fabulantur. *Paeſe della Cucagna* Italis, *Pays de Panegon* Gallis, *Tierra di Mogollone* Hiſpanis, *Ley Lackerlandt* Germanis.

Solis mons, promont. Maurit. Tingit. inter oſtia Diur, & Phthuth flu. *Benimager* Marmol. *Azafi* aliis, *Cabo Cantin* Caſtaldo, *Cabo Boiador* Floriano.

Solis vallis, urbs non obſcura Marchiæ in Saxon. confin. Vulgo *Soltwedel*.

Solis urbs (vide *Heliopolis*) urbs Cœleſyriæ & Ægypti.

Sollax, flu. Aſiæ, idem Tigridi, Plin. qui & *Sylax* Euſtathio.

Soloce, magna civitas, quæ notiore nomine *Seleucia* dicitur. Strab. lib. 16.

Solæ, vel *Soli*, civitas inſignis Ciliciæ, ab Achivis & Rhodiis ædificata, Arati, Chryſippi, & Philemonis Comici patria; Stephanus à *Solone* conditam ſcribit; poſtea *Pompeiopolis* dicebatur à *Pompeio* M. qui piratas in eam tranſtulit; quos dignos exiſtimavit, ut ſervarentur. Dionyſius:

ἀλλαὶ δ' ἐξείης Κιλίκων γαίασι πόληες,
Λυρνησσὸς, Μάγδός τ', καὶ Ἀγχιάλεια, Σόλοι τ'.

Eidem Dionyſio in Baſſaricis Σόλεια dicitur, ſi Stephano fides. Græcorum hic inter Cilices agentium cum tandem ſermo corrumperetur, hinc effectum eſt, ut qui vitioſè loquerentur σολοικοι, qu. *Solis degentes*, & ipſa corrupta loquutio σολοικισμὸς vulgò à Græcis diceretur. Quinctil. lib. 1. *Barbariſmi, ac Solœciſmi fœditas abſit.* Heſychius: Σολοικισμὸς, ὅτε τις ἀτέχνως διαλέγεται. Idem Σόλοικον, τὸ ἀμαθὲς. Quid autem differant Solœciſmus & Barbariſmus præter Euſt. ad Iliad. β. docet Suidas in his: Ἔστι δὲ βαρβαρισμὸς μὲν ἡ ξενικῶν λέξις ἀδόκιμος τὸ ἔθος τῆς εὐδοκιμούσης Ἑλλάδος. Σολοικισμὸς δὲ ὅτι λόγος ἀκριβὴς ἀνάλογος συντέλεμα ὡς τὸ, Ἐγὼ ἐπεπαίδευμαι, ὁ τοιοῦτος ἔπεσον. Sed interdum confunduntur. Sanè Heſychius: Σολοικίζει, βαρβαρίζει. Eſt etiam Cypri civitas Σόλοι dicta. Etymologus: Σόλοι, ἡ ἐν Κύπρῳ πόλις, ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Ἀθηναίων νομοθέτου. Mem. ejuſdem urbis Laertius in Solone: Εἰσὶν οἱ μὲν ἔνθεν, Σολεῖς, οἱ δ' ἀπὸ Κύπρου, Σόλιοι. Idem habet Achilles Tatius in Vita Arati. Long. 65. 00. Lat. 36. 00.

Solonium, op. Latii in confin. Hetruriæ. Agri Lanuvini fuit *Solonius campus*. Cic. de Div. lib. 1. *Educatus in Solonio, qui eſt campus agri Lanuvini.* Plutarchus in C. Mario *villam* vocat: Εἰς τὴν ἐπαυλίαν αὐτοῦ Σολώνιον καλέμενον. Feſtus: *Pomonal eſt in agro Solonio, viâ Oſtienſi, ad duodecimum lapidem diverticulo à milliario octavo.*

Solorius, mons Hiſp. quo Tarraconenſis à Bæticâ & Luſitanicâ diſtinguitur. Plin. Omnibus Hiſp. montibus altiorem eſſe ſcribit Iſidorus.

Solothurum, una ex præclaris & vetuſtiſſimis Helvetiæ civitatibus ad Arolam flu. auriferum ſita, quam paulo poſt Trevirim conſtructam exiſtimant, *Soluthurum* dicitur Antonino. Sita eſt in agro plano & fertili. Ad fœderis perpetui ſocietatem recepta eſt, A. D. 1481.

Solverſe, op. Plin. inter Noricas civitates numerat; locus hodie *Solveld* vocatur, teſte Lazio.

Solus, untis, Siciliæ op. inter Eleutherum amnem & Thermas Himerenſes, teſte Ptol. apud quem Ὀλλὰς corruptè ſcribitur. Hodie *Solanto*. Græcis olim Σαλῆς, & contractè Σαλῦς. Romanis *Soluntum* & *Solentum*; quemadmodum in Italiâ Τδρῆες, ſive Τδρῦς, *Hydruntum* & *Hydrentum*; Πυξοῆς, ſive Πυξῦς, *Pyxuntum*, ſive *Pyxentum*. Opidani Σολέντιοι, & Σαλαντῖνοι. Apud Stephani Epitomatorem ita legitur: Σόλοι, Κιλικίας πόλις, ἡ νῦν Πομπηΐα πόλις. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ, κέλλῃ ἡ ὑπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων, ἀναπτίδη ὑπὸ Πομπήϊ, καὶ μεταμεμόδη Πομπηϊόπολις ὁ πολίτης Σολεύς, καὶ Σόλιος· τὸ θηλυκὸν Σολῆτις, ὡς ὑπὸ τῆ Σολῆς Σολεῦσι. Et ſequenti mox dictione: Σολῆς, πόλις Κιλικίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ· ἐκλήθη ἡ ὑπὸ Σολεῦσι χωροξένης, ὃν ἀνῆλεν Ἡρακλῆς· ὁ πολίτης Σολεύσιος, καὶ Σολαντῖνος, μὴ τῶν ν. καὶ Σολαντίνις, καὶ Σολαντιὰς, καὶ Σολαντίς. Apud Suidam etiam hæc leguntur: Σόλοι, Σικελίας πόλις καὶ Κύπρου. Poſterioris autem ſeculi Grammatici, ſive horum exſcriptores vocabula ea miſere confuderunt, abſurdaſque ac miras inde Chimæras fabricarunt. A Suidâ ſiquidem ſcriptum fuiſſe haud dubito: Σόλοι, πόλις Κιλικίας, &c. Apud Steph. vero ſic legendum: Σολῆς, πόλις Σικελίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ, κέλλῃ ἡ, &c. Plin. 3. 7. *Opida, Panormum, Solus, Himeracum fluvio.* De antiquis hujus op. incolis ita Thucydides lib. 6. Ὦκιν ἡ καὶ Φοίνικας φασὶ πᾶσι μὲν ἡ Σικελίαν ἐπειδὴ ἡ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεισέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλοῖα, Μοῦλυν καὶ Σολοεντα, καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῆς Ἐλύμων συνοικίσαντες ἐνέμοντο. Nomen ejus quod attinet quia urbs in loco prærupto & confragoſo condita fuerat (teſte Fazello) ideo dicta eſt à Pœnis סלעים *ſelaim*, h. e. *rupes*, unde Græcorum Σολόεις. Bochartus. Item Σολόεις Libyæ promont. λέγεται Ἀνδρέας, in quo Neptuni templum. Hinc apud Heſychium, Σολωνῖς ἀκρα & Σολωνῖται populi, quamvis utrumque ad meridiem longius removeat. Apud Plinium Agrippa corrupte *Surrentiam* appellat. Verum autem nomen erat *Solois* ab Hebræo סלעים i. e. *rupes* ubi ſupra oſtenſum.

Solyma, ſing. & pl. num. & *Solymæ*, urbs clariſſima Judææ, quæ & *Hieroſolyma*. Juvenal.

Interpres legum Solymarum.

Item *Solyma*, urbs Lyciæ mediter. in colle, quæ *Solymus* Straboni dicitur apud urb. Termeſſum; pop. *Solymi* Plinio, qui eoſdem facit cum Piſidis. Alii *Solymos* eoſdem fuiſſe cum Lyciis aſſerunt, quorum tamen ſententia cum Homero non ſatis convenit, qui Bellerophontem à Lyciorum rege miſſum ait ad ſubjugandos Solymos. Solymi Deos coluere poſt mortem tres iſtos è viris principibus Ἄρσδιον, καὶ Δρύον, καὶ Τρασώβιον, ut eos appellat Plut. lib. de def. Orac. ubi eos ait vocatos Deos σκληρὺς· unde Turnebus *ſævos* vertit: ſed σκιρὺς reſcribendum eſſe ſatis conſtat ex Euſeb. lib. 5. Præp. Evang. cap. 5. ubi hunc locum adducit: ſed tres Principes appellat Ἀρσδιον, Ἄρυλον καὶ Τόσιβιν. Ac Τόσιβις quoque eſt apud Suidam. Sed apud Theodoretum lib. 3. Græc. Affect. cur. ubi idem Plutarchi locus adducitur, pro Τόσιβιν eſt Τάσιβιν; item pro Δρύον, vel Ἄρυλον, ibi legas Ἄρυον. Σκιρὸι autem dicti videntur, quia ſtatuæ eorum eſſent è σκίρῳ, h. e. *marmore*, vel, ut alii malunt, *gypſo*. Ac nihil minus veriſimile, quam σκληρὺς dixiſſe, quos interemptos tantopere dolerent, & pro benefactis divinis afficere honoribus vellent. Ita Voſſius, contra

tra quem vide Bochartum de Phœn. col. lib. 1. cap. 6. ex quo ſequentia delibavimus. Ciliciæ, inquit, vicina eſt Piſidia, montana regio, quam occupabant Piſidæ Solymorum ſoboles. Plin. ℣ 27. *Inſident verticem Piſidæ, quondam Solymi appellati.* Steph. in *Piſidia*: Οἱ Πισίδαι, πρότερον Σόλυμοι. Solymos porro Phœnicum eſſe colonos ſermo palam arguebat. Chœrilus apud Joſeph lib. 1. contra Ap.

Τῷ δ' ὄπιθεν δύσαντε γλώσσῃ θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαι μὲν Φοίνισσι ὑπὸ στομάτων ἀφιεῖσαι,
Ὦκεῖ δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι, πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ.

Nempe Strabone teſte lib. 14. prope Phaſelidem eſt λίμνη, ἣν περικεῖται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρη. Ex horum vertute Neptunus apud Hom. Ulyſſem ad Phæaces navigantem proſpectat Odyſ. ε. verſ. 282.

Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν ἴδεν ἐννοσίχθων
Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων εἰδέν.

Et Iliad. ζ. verſ. 184. Lyciorum dux Bellerophon:

——— Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισι,

Καρτίστω δὴ τῶν γε μάχην φάτο δῦμεναι ἀνδρῶν.

Rurſum verſ. 204. Bellerophontis filium *Iſandrum*, aut *Piſandrum*, ut leget Strabo:

Μαρναμένων Σολύμοισι κατέκτανε.

Unde Solymos colligere eſt Lycios fuiſſe vicinos. At Joſephus, quem hæc latebant, cum in Chœrilo legeret Phœnicii ſermonis homines in Solymis montibus prope lacum habitaſſe, putavit de Judæis agi, & Aſphaltite lacu, à quo non procul abſunt Solymi montes, i. e. Hieroſolymorum, ut quidem interpretatur. His ſimile quid in Tacito Hiſt. lib. 5. *Clara alii Judæorum initia; Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ urbi Hieroſolyma nomen è ſuo feciſſe.* Et in Stephano: Ἱεροσόλυμα, ἡ μεγάλόπολις ἡ Ἰουδαίας, ἣ Σόλυμα ἐκαλεῖτο ὑπὸ τῶν Σολύμων ὄρων. Et in Joſepho rurſus Ant. 7. 3. poſtquam urbem Hieroſolymam *Solyma* nominari dixit: Φασί τινες ὅτι καὶ Ὅμηρος ταῦτα ὀνόμασεν Σόλυμα. Atque id ſecutus Tzetzes Chil. 7. Hiſt. 149.

——Σολύμους λέγει, ὃ πυθέσθαι παρὰ Ἑβραίοις,
Οὓς Ὅμηρος καὶ λέουσι ὡς ἀναιδεῖς εἰκάζει.

Jam tandem ipſum Solymorum nomen unde dicatur docere eſt operæ pretium. צלם *ſelem* Hebræis *umbram*, ac *tenebras* notat. Ejuſdem eſt originis שלמון *Salmon*, montis nomen, Pſalm. 68. cujus verticem arborum denſitas opacabat, ut conſtat ex Jud. 9. Neque alia fuit ratio nominis Solymorum; quippe id nomen complectitur Piſidiæ montana, de quibus Strabo lib. 12. Κύκλῳ περίκεινται ὄρυμοι ποικίλης ὕλης. Bochartus.

Somerſetia, Somerſetſhire, Comitatus Angliæ meridionalis, verſus æſtuarium Sabrinæ flu. & inter Com. Gloceſtrienſem ad bor. Devonienſ. ad occ. Dorceſtrenſ. ad merid. & Wiltonienſ. ad ort. Ejus urb. præcipuæ ſunt Bathonia, & Theodorunum.

Somona, la Somme, flu. Gall. Belg. per Picardiam & Ambianos in Oceanum Britan. fluens.

Sontiates, pop. fuere Aquitaniæ ſub Auſciis, inter Lactoram ad occ. & confluentes Tarnis in Garumnam in ort. in Armeniaco tractu; quanquam aliqui credant fuiſſe verſus Atarum urbem.

Sontii, vel *Sentii*, pop. fuere in Provinciâ in eo tractu ubi hodie Dinienſis Diœceſis, & eorum cap. eſt *Dinia*, vulgo *Digne*.

Sophene, reg. Armen. maj. in Meſopotam. confin. ubi Tigris ſub terrâ conditus poſt 25. m. p. emergit. *Mollis* Lucano dicitur, lib. 2. Pop. *Sophenæ*.

Sopianæ, Pannon. inſer urbs. *Soppan* Lazio, *Zeeblack* Simlero. Long. 42. 14. Lat. 46. 15.

Sora, colon. & urbs Latii ad Lirim flu. in Campaniæ confin. inter Ferentinum, & Atinam, Arpino proxima. Juven. Sat. 3.

Si potes avelli Circenſibus optima Soræ
Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur.

Silius lib. 8.

Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos
Ducebat ſimul excitos, Soræque juventus
Addita fulgebat telis, hîc Scaptia pubes
Hîc Fabrateriæ vulgus, nec monte niveſo
Deſcendens Atina aberat, detritaque bellis
Sueſſa, atque à duro Fruſino haud imbellis aratro.

Plinius lib. 2. cap. 7. *Haud procul urbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ, quæ vocantur Hirpiæ; quæ ſacrificio annuo, quod fit ad Soracten, Apollinis montem ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non adurantur.* Strabo lib. 5. Ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει, Φλαονία πόλις ὀκτὼ μάλιστ' ἀπέχουσα σταδίους Ῥώμης, ἣν τιμῶσιν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστῶς ἱερεῖόν τι ἔχον. Γυμνοὶ γὰρ ποσὶ διέξιασιν ἀνθρακιάν, καὶ ἀσφαλῶς μεχάλως οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τοῦ δαίμονος ταύτης ἀπαθεῖς, καὶ σωφρονοῦσι πλῆθος ἀνθρώπων ἅμα τε παιγνύμενοι χαίρειν, ἢ σωτῆρι κατ' ἔτος καὶ τὸ λεχθέντος θεῖς. Silius lib. 5.

Tum Socrate ſatum præſtantem onere, & armis
Æquantum noſcens, patrio cui ritus in arvo
Cum pius Arcitenens accenſis gaudet acervis
Exta ter innocuos latè portare per ignes,
Sic in Apollineâ ſemper veſtigia pruinâ
Inviolata teras, victorque, vaporis ad aras
Dona ſerenato referas ſolennia Phœbo.

Stephanus *Soram* alteram collocat in Phœnice.

Sorabi, pop. Germ. in Miſnia & Saxoniâ: quorum tractus *Sirbia*, & loca *Sorbee*, ac *Sérbeſtern* dicuntur.

Soractes, & *Soracte* neut. gen. mons Faliſcorum in Hetruriâ apud Tiberim, Apollini quondam ſacer. Virg. lib. 11. Æneid.

Summe Deus ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multâ premimus veſtigia pruinâ.

Idem lib. 7.

Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.

Silius lib. 8.

Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

Horat. lib. 1. Carm. Od. 9.

Vides ut altâ ſtet nive candidum
Soracte. ———

Hic fons olim fuit, Sole oriente exæſtuans, ex quo aves bibentes mortuæ illico decidunt, teſte Varrone. Item Galatiæ mons, in quo eriphium, i. e. ruta ſylveſtris, naſcitur, teſte Dioſcoride.

Sorbiodunum, urbs Angliæ epiſc. in reg. Wiltoniæ inter Wintoniam ad ort. & Exoniam ad occ. vulgo *Salisbury*. Duplex autem fuit *Sarisberia* (uti loquitur Bochartus) quarum vetuſtior collem occupabat aridiſſimum & prorſus inaquoſum. Id teſtantur diſertis verbis Britannici ſcriptores Guil. Malmeſburienſis: *Caſtellum erat, &c. aquæ penuriâ laborans, adeo ut mirabili commercio aqua ibi vendatur.* Et poeta anonymus ejuſdem ævi apud Camdenum:

Eſt ibi defectus lymphæ, ſed copia cretæ.

Et Petrus Bleſenſis in Epp. *Erat locus ille ventis expoſitus, ſterilis, aridus, deſertus.* Proinde vetuſtior illa Sarisberia in Itinerario Antonini *Sorbiodunum* dicitur priſco nomine, hodie *Old Sarisbury*, quod ex Britannicâ linguâ Camdenus *ſiccum collem* interpretatur. Nempe *dunum* eſt collis, & *ſorb*, vel *ſorba* tam Syris quam Britannis eſt *ſiccitas*. Radix שרב *ſerab*, eſt *ſiccum eſſe*. Unde שריב *ſiccus*, & שרבא *ſarba*, שרובא *ſeroba*, שורבא *ſorba*, vel *ſorbo*, *ſiccitas*. Hebræis etiam nota vox. Ubi enim habet Eſaias cap. 35. verſ. 7. *Erit locus aridus in ſtagnum, & locus ſiticuloſus in fontes aquarum*; pro loco arido in Hebræo textu eſt שרב *ſarab*. Boch. Long. 37. 20. Lat. 41. 30.

Spalatum, Spalato Italis, *Split* vero Slanis, urbs Dalmatiæ munita, olim Diocletiani Imp. Palatium, poſt everſas Salonas effecta Archiepiſcopalis, portu gaudens tuto, & capaci. Subeſt dominio Reip. Venetæ, & diſtat tantum 8. miſſ. paſſ. à Tragurio in ort. & 30. à Sebenico in Eurum. Long. 40. 54. Lat. 44. 00.

Sparta, Peloponneſi civitas nobiliſſima, Lycurgi legibus optimè olim inſtituta. Mœnibus diu caruit, ſed muri loco civium virtus fuit, quemadmodum ex Ageſilai reſponſione ad quendam, cauſam quærentem, quamobrem tanta civitas non eſſet mœnibus cincta, liquet. Euſt. in Odyſ. α. ſic dictam ſcribit ὑπὸ τῶν μυθολογούντων μὲν τῶν Κάδμου Σπαρτῶν ἀνδρῶν, οἱ κατὰ τὴν παλαίαν ἱστορίαν ἐκεῖ ἐπιόντες Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν τὴν πόλιν ὠνόμασαν. Hiſtoriam hanc ex Timagorâ citat Stephanus Byzantinus in Σπάρτη. Hinc Epaminondæ ſepulchro clypeus impoſitus eſt cum dracone inſculpto, quo ſignificabatur eum eſſe τῶν γηγενῶν τῶν Σπαρτιατῶν. Ita Suidas habet in Ἐπαμινώνδας. Sed ipſi Ethnici agnoſcunt quicquid narratur περὶ τῶν μετὰ Κάδμου σπαρτῶν commentum eſſe putidiſſimum. Multo verius igitur, quod alii volunt, *Spartam* vel à *Spartâ* dictam, Eurotæ filiâ, & uxore Lacedæmonis, vel à *Sparto* Phoronei filio, vel διὰ τὸ τοὺς πρώτους τὴν συνοικίσαντας πόλιν Λέλεγας διεσπαρμένους εἰς ταὐτὸν συνῆθεῖν, καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι. *Spartani* autem generoſiſſimi fuere, ſervitutis impatientes, ut potius ad imperandum, quam ad ſerviendum nati viderentur: unde Proverb. *Generoſior Spartâ*; de generoſis, ac minime timidis: Spartani enim nunquam tyrannidem admiſerunt in urbe. Spartani pueros ſuos plagis afficiendos eſſe ſummopere curabant. Sen. de Prov. *Nunquid tu inviſos eſſe Lacedæmoniis liberos ſuos credis, quorum experiuntur indolem publicè verberibus admotis? Ipſi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac ſemianimes rogant perſeverent vulnera præbere vulneribus.* Hoc factum ad aram Dianæ Orthiæ, de quo decantato ritu

Plut.

Plut. in Lacon. Inſtitutis, & Pauſan. lib. 3. Cicero Tuſculanâ 2. Spartæ pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multus è viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam (ut cum ibi eſſem, audiebam) ad necem; quorum non modo nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem. Ubi vides Epheborum conſtantiam; quod ille apud Petron. alluſit: *Tres plagas Spartanâ nobilitate concoxi.* Et Plaut. in Capt. qui Paraſitos alapis & contumeliis ſuetos. *Laconas plagipatidas* facetè dixit. Tertull. ad Martyres: Nam quod hodie apud Lacedæmonios ſollenitas maxima eſt διαμαστίγωσις, i. e. Flagellatio, non latet. In quo ſacro ante aram, nobiles quique adoleſcentes flagellis affliguntur, adſtantibus parentibus, & uti perſeverent adhortantibus. Martialis vero etiam matres miſcet, nec hortantes ſolum, ſed jubentes:

Et non cæſus adhuc, matre jubente, Laconus.

Apud hos ſummus honor ſenibus habebatur, teſte Plut. in Laconicis: Unde proverb. *In ſolâ Spartâ expedit ſeneſcere.* Quod de iis etiam dici poteſt, apud quos virtus in prætio ſit, ut fuit apud Spartanos: Σπάρτᾳ ἔλαχες, ταύτᾳ κόσμει ſign. Sorte tuâ contentus eſto, & officium tuum ſtrenuè facito. Cicero lib. 1. ad Att. *Eam quam mihi dicis obtigiſſe Σπάρτην, non modo nuſquam deſeram, ſed etiam ſi ego ab illâ deſerar, tamen in meâ priſtinâ ſententiâ permanebo.* Statius 1. Sylv.

Doctaque Cyrene, Spartave animoſa creavit.

Idem in Achilleide:

Progeniem cœli, Spartæve potentis alumnam.

Vide *Lacedæmon.*

Sperchius, flu. Theſſaliæ, teſte Strab. lib. 8. qui Pindo monte oriens rapide in ſinum Maliacum labitur. Hodie *Agriomela* vel *Selambria*, teſte Sophiano. Lucan. lib. 6.

Ferit amne citato
Maliachas Sperchios aquas.

Ovid. lib. 1. Met.

Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus.

Virg. Georg. 2.

O ubi campi,
Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.

Statius 4. Theb.

Sperchiuſque minax, Centaureuſque Lycormas.

Idem in Achilleide:

Et tenuis Sperchius aquis, ſpelunca que docti
Muta ſenis.

Hom. Iliad π.

Υἱὸς Σπερχειοῖο, διιπετέος ποταμοῖο.

Idem ibidem:

Σπερχειῷ ἀκάμαντι γυνὴ τέκε νυμφοκόμος,

Sophocles in Philoctete:

Τραχῖνα θ' ἱερὰν καὶ τὸ Σπερχειὸς ῥέον

Spina, urbs extincta in Gall. Tog. in orâ, inter Ravennam ad merid. & Hadriam ad Bor. apud oſtium Padi, quod ex eâ *Spineticum* appellatur.

Spina, urbs Inſubriæ, nunc *Spin*, pagus ad Adduam flu. Fuit & *Spina*, urbs Græciæ, olim clara, teſte Strabone, & *Spinus* flu. apud Steph.

Spinæ, op. Albionis in Angliâ, quod Lhuydus cum aliis *Newbury* interpretatur ab Oxonio 20. m. p. ſed illud exciſum eſt. Locus autem *Spene* vocatur, teſte Camdeno, pagus apud Neoburgum op. in comitatu Bercheriæ.

Spinambri, Græciæ pop. à quibus originem traxiſſe Tarquinios in Tuſciâ ſcribit Juſtinus: *In Tuſcis*, inquit. *Tarquinii à Theſſalis & Spinambris.* Ubi MSS. habent, *Inſpinambris.* Lege *Spinâ in Umbris.* Plurimi enim veterum confundunt Umbrorum & Tuſciæ terminos. Voſſius.

Spineticum, unum ex Padi oſtiis, quò Claudius Cæſar à Britanniâ triumphans, prægrandi illâ domo verius quam navi intravit Adriam. A *Spinâ* urbe nomen habet, quam à Diomede conditam eſſe volunt. *Primero* hodie Fabricio.

Spirâ, *Spire*, urbs ampla Germ. & Imp. in Palatinatu ſuper. ſub dom. proprii Epiſcopi. Sedes eſt Cameræ Imperialis, & olim *Noviomagus*, *Nemetum*, ſeu *Nemetes* appellabatur. Eſt autem med. inter Argentoratum ad merid. & Moguntiacum ad bor. 50. m. p. utrinque diſtans, uti 5. à Philippoburgo, & 15. ab Heydelberga in Africum. Long. 30. 20. Lat. 49. 02.

Spoletium, Livio colon. & urbs Umbriæ inter Fulginium & Interamnium. Pop. *Spoletini* Plinio, *Spoletani* Livio. Hinc *Spoletinus* nomen gentile. Mart. 13. 117.

De Spoletinis quæ ſunt cariosa lagenis
Malueris, quam ſi muſta Falerna bibas.

Idem lib 14. ep. 114.

Spoletina bibis, vel Marſis condita cellis.

Sporades, inſulæ quædam ſic dictæ, quia in mari diſperſæ ſunt, nec ſicut Cyclades in orbem jacent. Mela 2. 7. *Hæ quia diſperſæ ſunt Sporades.* Pleræque earum à Cycladibus (quæ ſunt in mari Ægæo) ad meridiem vergunt, ſitu Cretæ vicinore, aliæ ad occaſum, in Cretico mari, ut *Thera*, *Anaphe*, *Therasia*, *Jos*, *Sicynus*, *Lagusa*, *Pholegandrus*, *Cimolus*, *Siphnus*, *Melus.* Aliæ ad ort. in Carpathio mari, ut *Astypalæa*, *Telus*, *Chalcia*, *Carpathus*, *Casus*, *Leros*, &c. (ut à Strabone enumerantur.) His Plinius *Gyaron*, *Patmon*, & ignobiles plurimas; Mela *Icaron*, ſeu *Icariam* addit. Dionyſius verſ. 530.

Νῆσοι δ' ἐξείης Σποράδες περιμαιόωνται,
Οἷον ὅτ' ἀντιφέλοιο δι' ἠέρος εἰδομένῃσι
Τυτθὸν νέφη κραιπνοῖο βίας ὑπὸ βορέαο.

Ab Homero *Calydnas* appellari putant, inquit Strabo.

Stabiæ, urbs marit. Campaniæ in Picentinorum confin. ad oſtia Sarni, Pompeiis proxima, exciſa à L. Syllâ, teſte Plinio, pro quâ novæ *Stabiæ* non procul conditæ, à Surrento 6. m. p. Neapolim verſus. Cujus ora litus *Stabianum* à Seneca dicitur. Silius lib. 14.

Lætaque complebat Stabiarum litora plebes.

Stabulæ, locus Germ. ſuper. in Alſatiâ, ab Argentorato 36. m. p. Baſileam verſus: & op. Gall. Belg. in orâ Picardiæ, vulgò *Eſtaples*, inter Monſteriolum ad merid. 3. & Bononiam ad Arctos 7. leuc. Long. 22. 34. Lat. 50. 28.

Stabulum, locus Gall. Narbon. Anton. inter Salſuſas 48. & Pyrenæum mont. ubi in Hiſp. tranſitur, 16. m. p. Long. 27. 31. Lat. 50. 25. Et *Stabulum novum*, eidem Anton. locus Hiſp. Tarrac. inter Barcinonem, & Tarraconem.

Stagira, *Stantira* Ptolemæo, op. Macedon. marit. ad mont. Athi radices, in agro Olynthiaco, patria Ariſtotelis, teſte Laertio. *Liba nova*, teſte Sophiano, *Macra* vero Nicetæ. Michael quidam recens ſcriptor dicit Ariſtotelem fuiſſe Thracem. Nempe quia *Stagira* quibuſdam eſt in Thraciâ, uti Pauſanias ait in Eliacis. Ac videntur duo antiquiſſimi hiſtorici, Herodotus in Polymniâ, & Thucydides lib. 4. & 5. *Stagiram* tribuere Thraciæ. Nempe antiquiſſimis temporibus *Stagiros* fuit Thraciæ. Nec tamen Ariſtoteles Thrax, quia cum naſceretur Ariſtoteles jam Stagira erat Macedoniæ pars. Sane Philippus Alexandri parens tum extendit Macedoniam (quæ uſque ad Strymonem extendi ſolet) uſque ad Neſſum. Sed Stagira non modo intra Neſſum, ſed etiam Strymonem eſt. Antiqui tamen limites, ne quidem uſque ad Strymonem patuiſſe videntur. Verum hoc multo ante natum Ariſtotelem fuit. Eſt autem & alia ratio, quamobrem Græcus, non Thrax, dicendus ſit Ariſtoteles. Quia nempe Græciæ, non Thraciæ attributæ fuerunt pleræque Græcorum coloniæ, quæ in Thraciæ litoribus ſitæ eſſent. Porro dicitur *Stagiros*, ut Herodoto, Thucydidi & in Epitome Strabonis. Dicitur item *Stagira* pl. num. ut Pauſaniæ, Stephano, aliis. Denique dicitur & *Stagira* in ſingulari num. ut Laertio & Ariſtotelis Teſtamento; Euſebio, &c. Voſſius. Stagiritarum lex fuit, ὁ μὴ κατέθου, μὴ λάμβανε. *Quod non depoſuiſti ne tollas.* Elian. ποικίλ. lib. 3. quam legem inter Solonis etiam leges recenſuit. Laertius.

Staliocanus, portus Gall. Narbon. ad mare Britannicum. Ptol. *Roſcou*, teſte Bertrando Argentræo; *Leona* vero Villanovano.

Statellates, *Statiellenſes* Cic. *Statyelli* Plin. *Statelli* Straboni, pop. Liguriæ inter Apen. mont. & Tanarum flu. quorum urbes *Aquæ Statiellorum* dictæ, *Acqui* vulgò, & Alexandria urbs recens Tanaro flu. diviſa, ab aquis Statiellis 15. m. p. in Bor. & Cæciam.

Statinæ, aquæ & inſ. in Campaniâ ſubito terræ motu enatæ. Plin. 2. 88. Stat. lib. 3. Sylv. Carm. 5.

Ænariosque lacus medicos, Statinaſque renatas.

Statones, Hetruriæ pop. quorum opidulum *Statonia* vocabatur, hodie *Scatono* Leandro. In horum agro vinum ſatis generoſum naſcebatur, quòd *Statonienſe* appellabat. Plin. 4. 6.

Stellates ager Suetonio, *Stellates campus* Livio, ager Campaniæ miræ fertilitatis in territ. Calenenſi. Sil. lib. 11.

Stellateſque docent campos, Cereremque benignam.

Stetinum, *Stetin*, urbs Germ. Pomeraniæ caput, ad Viadrum flu. 8. leuc. ab ora maris Baltici in merid. 4. à confin. Marchiæ Brandenburgicæ, & 9. ab Uſedomiâ in Eurum. Lon. 37. 00. Lat. 53. 34.

Stiria, prov. Germ. ubi alia pars Norici & Pannoniæ ſuper. verſus Muram & Dravum flu. Terminatur ab Orient. Hungariâ, à ſept. Auſtriâ, ab occ. ditione Salisburgenſi & Carinthiâ, a meridie vero à Carniolâ.

Stœchades, inſulæ Gall. Narbon. contra Citharistæn promont. oræ inter Maſſiliam, & Forum Julium adjacentes. *Iſles des Jeres* pleriſque dictæ. *Liguſtides* eas vocat Stephanus, quas Ptol. & Strabo 5. faciunt, alii 3. *Proten*, *Meſen* (quam & *Pomponianam*) & *Hypæam.* Lucan. lib. 3.

Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stœchados arva tenens. Seratos,

Stratos, urbs Acarnaniæ. Strabo. Livius lib. 43. Ætolis tribuit. *Stratos*, ait, *validiſſima tum urbs Ætoliæ erat. Sita eſt ſuper Ambracium ſinum, prope amnem Acheloum.*

Stridon, S. Hieronymi patria, ut ipſemet fatetur, de quâ urbe idem ſic: *Hoc opidum à Gothis verſum, Dalmatiæ quondam, Pannoniæque confinium fuit.* Hodie *Sdrigna* vocatur. Long. 39. 38. Lat. 45. 15.

Strigulia, *Chepſtow*, teſte Lelando, Albionis op. in Com. Monumetenſi, ad confluentes Vagæ flu. in Sabrinam, 18. m. p. à Briſtoliâ in Bor.

Strongyle, inſ. maris Tyrrheni non procul à Siciliâ, una Æolidum, cujus incolæ triduo ante ex fumo prædicere ſolebant, quinam flaturi eſſent venti; unde factus eſt locus fabulæ, ut Æolus, qui in hâc inſ. regnabat, ventorum rex crederetur. Plin. 3. 9. *Tertia Strongyle in quâ regnavit Æolus.* Servianum fragmentum: *Æolus Lipari filiam Cyaneam in matrimonium ſumpſit, & Strongulam inſulam, in quâ maneret, accepit. Stromboli* Leandro dicitur. A rotunditate ſic dicta fuit; nam Græci rotundum Στεῤῥογγυλον vocant. Cornel. Severus in Ætna:

Inſula, cui nomen facies dedit ipſa rotunda.

Silius Ital. lib. 14.

Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos Auſtris.

Item inſ. maris Ægæi, una Cycladum, quæ notiore nomine *Naxos* appellatur.

Strongylum, caſtrum ſuburbii urbis Conſtantinopolitanæ, ubi Conſtantius Copronymus Iconomachus miſerè obiit, teſte Glycâ.

Strophades, Inſ. 2. in mari Ionio ad occidentale latus Peloponneſi, quæ & Plotæ. Apollonius lib. 2.

Οἱ δ' ὅτε νῆσον ἔβαλλες ὑπαὶ πέρηρον ἀΐσσῃ
Σθένεϊ, Στροφάδας ἣ μελανλείσιν ἀνθρώποις
Νήσους τοῖο γ' ἕκητι, πάρ Θ' Πλωτὰς καλέουσιν.

Sic dictæ ſunt ὑπὸ τῆ στροφῆς, h. e. *à converſione* Calais & Zethæ, qui ad has uſque inſulas Harpyias perſecuti, inde retrorſum ſe converterunt. Virg. Æn. 3.

——*Strophades Graio ſtant nomine dictæ*
Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,
Harpyiæque colunt aliæ.——

Ovid Met. 13.

Sævit hyems, jactatque viros, Strophadumque receptos
Portubus infidis.——

* *Struthopodes.* Plin. 7. 2. *Eudoxus in meridianis Indiæ viris plantas eſſe cubitales; fœminas adeo parvas*, ut *Struthopodes appellentur.* Sic Struthocephalos Themiſtius dixit in Paraphraſi *Phyſicorum*, quibus amplius caput non eſt, quam paſſeri.

Strymon, *Conozus* ante, teſte Plut. flu. Macedoniæ ex Orbelo monte manans, inque Ægæum mare influens, ſinum *Strymonicum* denominans: vel ex Scomio monte per Graecos & Læos, teſte Thucyd. fluens. *Stromona* Sophiano, *Rendine* aliis, *Radini* Nardo, *Marmora* Bellonio, *Iſcar* Lazio; ſed hic Myſiæ, non Macedoniæ fluvius eſt. Hinc *Strymonius*, ut *Strymoniæ grues*, de quibus Virg. Æn. Georg. 1.

——*Improbus anſer*
Strymoniæque grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut umbra nocet.——

Ubi indicat grues venire ad Italos à Strymone fluvio. Conſentit Papinius 4. Sylv. vocans *gruem hybernam*, & Statuens illam in Rhodope. Ideo Nonnus lib. 14. vocans grues Thracias, Θρηϊκίοις γεράνοισιν, iſtam attingit migrationem. Herodotus autem lib. 2. ait illas ex Scythiâ ire in Ægyptum. Id ipſum indicat Ariſtot. lib. 8. Hiſt. An. cap. 18. Seneca Tragœdus in Oedipo ab Thraciâ in Ægyptum, Oppianus lib. 1. Halieut. ab Ægypto & Æthiopibus ad loca alia. Virgilius Æn. 10.

——*Quales ſub nubibus atris*
Strymoniæ dant ſigna grues, atque æthera tranant
Cum ſonitu, fugiuntque Notos clamore ſecundo.

Lucanus lib. 5.

Strymona ſic gelidum, brumâ pellente, relinquunt,
Poturæ te, Nile, grues, primoque volatu
Effingunt varias, caſu monſtrante, figuras,
Mox ubi percuſſit tenſas Notus altior alas,
Confuſos temerè immiſtæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit diſperſis litera pennis.

Stat. lib. 7. Theb.

——*Qualis cum pallida cedit*
Bruma renidentem deducunt Strymona cycni.

Claudianus de bello Gildonico:

Pendula ceu parvis moturæ bella Colonis
Ingenti clamore grues æſtiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nylo.

Apud hunc flu. ſedit Orpheus poſt amiſſam Eurydicem. Virgilius Georg. 4.

Septem illum totos prohibent ex ordine menſes
Rupe ſub aerià, deſerti ad Strymonis undam
Fleviſſe, & gelidis hæc evolviſſe ſub antris
Mulcentem tigres & agentem carmine quercus.

Papinius Sylv. 5.

——*Qualis conſpecta conjuge ſegnis*
Odryſius vates, poſitis ad Strymona plectris
Obſtupuit, triſtemque rogum ſine carmine flevit.

Κατηγέφυσεν πόλεμον vocat Euripides in Rheſo. Statius Silv. lib. 1. 1.

——*Ingenti propellit Strymona flatu.*

Baſil. Magnus ep. 41. Ὁ δὴ Στρυμὼν ὀξύπλοα, ὧν ἐγὼ οἶδα πολλαχοῦ, φέων, βορρᾶ τῇ πέδᾳ παραβαλλόνεϊ. Oritur hic flu. ex Rhodopes confiniis, mediuſque inter Macedoniam, & Thraciam fluit, uti docet Strabo lib 7. Hoc autem nomen ſortitur à *Strymone* heroe. Martis & Helices fil qui in eum dolore Rheſi interfecti ſe projecerit. Schol. Æſchyli in Supplic. Στρυμὼν, πόλεμος Θρᾴκης. Idem in Perſis: Στρυμόνα ἀγνᾶ] ἁγνᾶ διὰ τὸ καθαρὸν καὶ διαῤῥεῖς φυλάττειν τὸ ὕδωρ αὐτῆ. Quod medium Thraciæ & Macedoniæ diximus, firmat Scylax in Periplo: Μεταξὺ δὲ Μακεδονίας Στρυμὼν πόλεμος, ἔτι δὲ εἰς Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην. Mart. Capella lib. 6. *Inter Macedoniam & Thraciam amnis Strymon pro limite eſt, ab Æmi M. vertice diffluens.* Thracas quoque ab eo includi dicit Seneca Præfat. Nat. Quæſt. Plinius lib. 4. Nat. Hiſt. cap. 10. *Deinde Macedoniæ terminus, amnis Strymon, ortus in Æmo. Memorandum, in ſeptem lacus eum fundi priuſquam dirigat curſum Strymonii pelagi* mentio eſt apud Æſch. in Perſis. Vide Bellonium lib. 1. Obſerv. cap. 55. Fuit & civitas Thraciæ hoc vocabulo. Schol. Callimachi Hym. in Delum: Στρυμὼν πόλεμός ἐστι καὶ πόλις Θρᾴκης.

Stucia, *Ystwith* Camdeno, flu. Walliæ meridion. in Cardigania Com. In mare Hybernicum cadit 28. m. p. à Cardigano in Cæc. & 55. à Bangorio in merid.

Stugardia, urbs Sueviæ, in Duc. Wirtemburgico, Ducum ſedes, prope Nicrum flu. 1. mill. Germ. ab Eſlingâ in occ & 4. à Tubingâ in bor.

Stura, flu. geminus Gall. Subalp. unus ex Alpibus Cottiis per Marchiam Salucienſem fluens, ac apud Claraſcum op. Tanaro flu. congrediens, maximæ claritatis: alter per fines Taurinorum in Padum labens.

Stymphæ, Schol. Callim. Στύμφαι, χωρίον τῆ Ἠπείρῳ. Unde nymphæ Στυμφάδες apud Callim. Hym. 3. i. e. Ἠπειρωτικαὶ, non ut vulgo Στυμφηΐδες.

Stymphalus, mons Peloponneſi altiſſimus in Arcadiâ, *M. Poglisi*, teſte Nigro. Stat. 4. Sylv. Carm. 6.

——*Quantuſque nivalem*
Stymphalon, quantuſque jugis Erymanthon aqueſis
Terrueris.——

Idem in Theb.

Monſtriferumq; Erymanthon, & æriſonum Stymphalon.

Urbs vero quæ & *Stymphalum* Plinio, *Vulci* Nigro, ſeu *Longanico* Nigro, ad montis prædicti radices fuit, Tegena proxima. Eſt & *Stymphalus*, vel *Stymphalis* lacus, & flu. qui per agrum Argivorum ex eodem monte fluens, mutato nomine *Eraſinus* dicitur, teſte Pauſaniâ. Ab hoc lacu *Stymphalides* aves appellatæ ſunt, quæ tantæ magnitudinis fuiſſe dicuntur, ut Solis radios obumbrarent, omnemque Arcadiam devaſtarent, donec ab Hercule Ænæi crepitaculi ſonitu pellerentur. Lucretius lib. 5.

——*Unciſque timendæ*
Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Placet vero in hoc Mnaſeæ ſententia, quòd non aves, ſed homines fuiſſe arbitretur. Videntur autem prædones fuiſſe, ac uncos habuiſſe ungues, ob rapinas quas exercebant. Planè vero errat Nat. Comes, qui *Stymphalidas* & *Harpyias* pro iiſdem habet: clare enim diſtinguit Petronius:

Tales Herculeâ Stymphalidas arte coactas
Ad cœlum fugiſſe reor, pennaque fluentes
Harpyias cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ.——

Plura de hiſce avibus, ut poetas præteream, Pauſ. in Arcad. & Apollon. Schol. in 2. Argon. verſ. 1050.

Styx, fons Arcadiæ, ex Pheneo lacu, & ex Nonacri monte manans ex ſaxo (cujus aqua illico pota necat) & in flu. evadens. Ferrum ac æs erodit, ſolâque mulæ ungulâ aqua ejus contineri poteſt, cætera vaſa frigoris vehementiâ dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandrum ab Antipatro ſublatum putant, non ſine conſilio Ariſtotelis. Palus item Theſſaliæ, teſte Plinio, ex quâ Titareſſus flu. egreditur. Styx etiam apud Poetas Inferorum flu. Ovid. Pont. lib. 4. eleg. 14.

Styx quoque (ſi quid ea eſt) bene commutabitur Iſtro:
Si quid & interius quam Styga mundus habet.

A ſuperis tanta Veneratione habitus eſt hic flu. ut nefas ducerent quicquam eorum, quæ Styge teſte juraſſent, quovis modo violare.

violare. Si quis contra feciſſet totos centum annos divinitate ſpoliatus à nectare arcebatur. Virgilius:

———*Stygiamque paludem*
Dii cujus jurare timent & fallere numen.

Seneca in Thyeſte:

———*Talis eſt diræ Stygis*
Deformis unda quæ facies cælo fidem,

Hunc honorem ei datum volunt fabulæ, vel quod hujus filiæ, Victoria, Vis, Robur, Zelus Jovi opem tulerint adverſus Titanas: vel quod Styx ipſa patefecerit Jovi conjurationem Deorum, qui ipſum volebant vincire. Homerus Iliad. 15. & Odyſſ. 5. de juramento Stygis ait, μέγιστος, & addit: Δεινότατός μακάρεσσι θεοῖσι· & Iliad. 14. Ἀδάμαντος Στυγὸς ὕδωρ, *inviolabilem Stygis aquam.* Heſiodus in Theogoniâ:

Ἔνθα ἢ ναιετάει κυκλὴ θεὸς, ἀθανάτοισι
Δεινὴ Στύξ.———

Idem eundem vocat ἄφθιτον, & de hoc flu. ἱερὸν πολυμοῖο. Quin & Apollonio 2 Argon. juramentum ejus dicitur ῥιγίστη & ὀπιθολάτη θεοῖσι. Apuleius etiam lib. 6. ait aquas Stygis eſſe *formidabiles Jovi*, Diiſque aliis, Ovid. Met. 3.

———*Stygii quoque conſcia juro*
Numina torrentis, timor eſt Deus ille Deorum.

Idem in Diris:

Quique per internas horrendo murmure valles
Imperjuratæ taberis amnis aquæ.

Silius lib. 13.

At magnis ſemper Divis, regique Deorum
Jurari dignatâ palus, picis horrida rivo
Fumiferum voluit Styx inter ſulfura limum.

Virg. Georg. 4. & Æn. 6.

Alligat, & novies Styx interfuſa coercet.

Unde Papinius Theb. 2.

———*Styx inde novis circumflua campis,*
Hinc objecta vias torrentum incendia claudunt.

Hujus Stygiæ paludis nomen quibuſdam ἀπὸ τῦ στυγεῖν deductum videtur, quod eſt *odiſſe, averſari, reformidare.* Unde Virg. ubi ſupra: *Triſti palus inamabilis undâ* dicitur, item Heſiodo στυγὸς θεὸς. Alii ſtatuunt Στύξ eſſe ex שחיקה eliſo Sheva, ut fiat *Stika*, atque derivari à שחק *ſiluit*, quod mortuis convenit: unde Seneca in Hippolyto:

Regni tenacis dominus, & tacitæ Stygis.

Venenatis aquis hujus paludis undas tempore peſtis alicujus infectas fuiſſe tradunt Poetæ. Sen. in Oedipo:

Phlegethonque ſua motum ripâ
Miſcuit undis Styga Sidoniis.

Claud lib. 1. in Ruff.

Ac velut infecto morbus crudeſcere cælo
Incipiens primo pecundum depaſcitur artus;
Mox populos urbeſque rapit, ventiſque peruſtis
Corruptos Stygiam peſtem diffundit in annes.

Lucanus paulo aliter:

———*Tali ſpiramine Neſis*
Emittit Stygium nebuloſis aera ſaxis.

Suanetos, Suanitæ Ptol. pop. Rhætiæ, quorum regio *Algoew* in Sueviâ, teſte Simlero, & urbs *Ravenſpurg* libera, teſte Tſchudo, inter Ulmam & Conſtantiam, ab Auguſta Vindelicorum 14. m. p. in occid.

Suardones, pop. Germ. Tacito, quorum urbs *Swerin* epiſc. ſub Arch. Bremenſi ia ducatu Megalopolitano, inter Wiſmariam ad Arctos, & Domitium in Auſtrum 4. leuc. quot à Guſtrovià in occ. à Lubeco 7.

Suaſa, Ptol. op. Semnonum mediter. in Umbriâ tranſapenninâ, in agro Senogalienſi. Item Æthiopiæ ſub Ægypto op. Plin.

Subatrii, Germ. infer. pop. quos Druſus Germanicus in triumphum traxit, Sicambris bello victis. Strab. lib. 7.

Subi, Beles Morali, flu. Hiſp. citer. in Coſſetaniâ reg. Plin.

Sublacum, Latii op. mediter. eſt. Hermolaus ex Frontino. *Sublaqueum* Tacito & Plinio. *Sollago* hodie Leandro.

Sublicius pons, qui poſtea *Æmilius*, teſte P. Victore, unus ex Romæ pontibus, cujus adhuc durant veſtigia ſub monte Aventino, ubi *L' Arſenale.*

Subur, flu. Maur. Ting. qui ſe in Atlanticum Oceanum exonerat. Ptol. & Plin. *Subu* Marmolio & Caſtaldo. Item flu. Luſitaniæ, *Sor* vulgo, teſte Vaſconcello in Tagum apud Salvaterram op. influens.

Subur, op. Hiſp. citer. in orâ Catalauniæ, hodie *Siges*, vel *Cigez*, teſte Villanovano. Aliis *Cubilles* dicitur.

Suburra, vicus Romæ, de quo vide Varronem lib. 4. de L. L. Hinc vicina regio dicta eſt *Suburrana*, in quâ meretricum diverſoria erant, quæ ob id *Suburranæ*, vocantur Martialis 11. 79.

Ergo Suburranæ tironem trade magiſtræ,
Illa virum faciet; non benè virgo docet.

Idem 12. 21. *Nulla nec in mediâ certabit nata ſuburrâ.*
Idem lib. 6.

Famæ non nimium bonæ puellam
Quales in mediâ ſedent Suburrâ.

Juvenalis Sat. 3.

———*Ego vel Prochyten præpono Suburræ.*

Idem Sat. 10.

Nil actum eſt, inquit niſi Pœno milite portas
Claudimus, & mediâ vexillum pono Suburrâ.

Perſius Sat. 5.

———*Totâque impune Suburrâ*
Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo.

Succubo, Succubitanum municipium Jul. Capitolino, op. Hiſp. Bæticæ, patria proavi Antonini Philoſoohi: locus apud Arundam urbem.

Succuſanus, pag. qui & Suburra. Vide Varronem lib. 4. de L. L.

Sucro, flu. & op. Hiſp. Tarrac. in regno Valentiæ & finibus Conteſtanorum. Fluvius *Xucar* Beuthero; opidum *Cullera* hodie dicitur. Silius lib. 3.

Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus undis
Atque altrix celsâ mittebat Setabis arce.

De *Sucrone* Strabo nonnulla lib. 3. ſed rigoris haud meminit, uti nec Mela lib. 2. cap. 6. Ubi ſis Voſſium vide.

Sudeni, Ptol. pop. Sarm. Europ. ad oram ſinûs Venedici incolentes: quorum reg. *Sudaw* in Pruſſia ducali, in peninſ. apud Regium montem.

Sudernum, Tuſcorum urbs mediterranea. Ptol. hodie *Muderno* Leandro.

Sudertani, pop. Hetruriæ, quorum op. *Souretto*, teſte Volaterano.

Sudeti, Σούδηλοι Ptol. montes Germ. inter Franconiam ad occ. & Voitlandiam ad ort. *Wendenberg*, & *Fiechtelberg*. Ex quibus 4. flumina originem trahunt, Mœnus, Egra, Sala, & Nabus.

Suecia, vel *Suedia*, reg. Septentrionalis, Scandinaviæ pars, cui Norvegia ad occ. Gothia ad merid. hæret. Regnum amplum, plures complectens ad bor. & ort. regiones. Regia Holmia, metropolis Upſala. Pop. *Suedi*, & *Sueci*, *Suiones* veteribus dicti apud Tacitum. Eſt & *Suedia*, ſeu *Suecia*, urbs Helvetiæ libera, & conventus jurid. *Sweitz* apud Lacum Lucerinum.

Suel, Hiſp. op. poſt Carteiam & Calpen. Σοῦηλ Ptolemæo; ejus meminere Mela, Plinius & Antoninus, ubi corruptè *Sivel*. A vulpibus dici putat Bochartus, quia Ebræis שועל *ſual*, eſt *vulpes*; & ex Bæticâ tam vulpium, quam muſtelarum pelles peti ſcribunt recentiores. Sic à vulpibus nomen habent in Mæotide *Alopeciæ*; in Helleſponto *Alopeconneſus*. Contra Smyrnam *Alopece*, in Bœotiâ mons *Alopecos*, in agro Attico *Alopecæ* vicus tribûs Antiochidis, ex quo Socrates oriundus; in Judæâ *Saalim*, vel *Sualim* ut legi mavult Hieronymus, 1 Sam. 9. 4. In Phrygiâ denique Ἐξώνην, de quo Steph. in Ἄζανοὶ.

Sueſſa, Campaniæ op. Plin. 3. 5. *Intus coloniæ, Capua, Aquinum, Sueſſa, Venafrum.* Silius lib. 8.

———*Detritaque bellis Sueſſa.*

Vocatur *Aurunca*, ſive *Auruncorum* ad diſcrimen *Sueſſæ Pometiæ*, ſeu *Pometiorum*, quæ erat in Volſcis. At quia illa Pometia jam inde à Tarquinio Superbo everſa; plerumque hæc in Auruncis ſimpliciter ab auctoribus dicitur *Sueſſa*, ſine cognomine. Opidani inde *Sueſſani.*

Sueſſa, Volſcorum urbs, cognomine *Pometia.* Μητρόπολιν Οὐόλσκων appellat Strabo lib. 5. Dionyſius ὀπφανεστάτην πόλιν vocat, & πλεῖστα τῶν ἐθνῶν. Et Livius lib. 2. *opulentiſſimam*, ſed addit; *ut tum res erant.*

Sueſſiones, & *Sueſſones* Cæſari alicubi, *Sueſtones* Strab. *Veſſones* Ptol. (cui Auguſta *Veſſonum*, pro Sueſſonum) pop. & urbs Gall. Belg. in Campaniæ & Picardiæ confin. ad Axonam flu. vulgò *Soiſſons.*

Sueſſitani, pop. Hiſp. Tarrac. in Vaſconibus, quorum op. *Sueſtaſium* Ptol. *Sangueſa*, teſte Floriano, & Jo. Marianâ, in regno Navarræ, à Pompelone 6. leuc. in ort. Jaccam verſus, ad Aragonem flu. Legitur & *Sueſſetani.*

Sueſſula, Sueſula Straboni, colon. & op. Campaniæ apud Clanium flu. ægrè habitatum à Neapoli 8. m. p. diſtans. Pop. *Sueſſulani* Plinio.

Suevi, pop. Germ. qui magnam illius partem tenuere, Mechelburgiam, Pomeraniam, & Marchiam (per quam *Suevus* flu. labitur) incolentes, ſic à *Suevone* monte (Germaniam à Sarmatiâ ſeparante, teſte Solino) dicti. Lucan. lib. 2.

Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis, & indomitum Rhemi caput.

Claud. de laud. Stilic. lib. 1.

Ut Suevus jam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem curvant gladios.

Horum reg. *Suevia* Tacito & Eutropio dicitur, vulgò *Schwaben*, multis & claris conitans urbibus (quarum magna pars ſunt liberæ) olim ducatus ampliſſimus. In hàc Danubius oritur, teſte Ferrario.

Suevicum mare, idem quod *Balticum*.

Suevo, *Sevo* Solino, mons Germ. Carpatis pars occidua, inter Moraviam & Hungariam Tranſdanubianam ad Danubium uſque extenſus.

Suevus, *Spre* Althamero, Germ. flu. ex montibus Bohemiæ oriens, perque Luſatiam & Marchiam fluens, mixtuſque Havellæ in Albim influens. Becanus *Oderam* eſſe ſcribit.

Suinum, Piceni flu. ultra Truentum in Aprutio, Angolum urbem alluens, ac inter Vomanum ad occ. & Aternum ad ort. in mare decurrens. *Sino* ex tab. recent. aliis *Salino* vel *Salinello* dicitur. *Suiones*, pop. Germ. in ora maris Baltici in Pomeraniâ, inter Lemovios & Rugios. Willichius Suedos interpretatur.

Sulchi, Sardiniæ urbs notiſſima. Strabo lib. 5. ubi de Sardiniâ: Πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δ' Κάραλις, καὶ Σουλκοί. Pomponius 2. 7. *Sardiniæ urbium antiquiſſimæ Caralis & Sulchi*. Pauſanias in Phocicis: Ὦκισε δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλεις οἱ Καρδόχωροι, Κάραλιν τε, καὶ Σουλίχους. Claudianus de bello Gildonico:

Pars adit antiquâ ductos Carthagine Sulchos.

Stephanus: Σοῦλχοι, πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. Inde *Sulcitani* Plinio & Hirtio, Σολκιτανοὶ Ptolemæo, qui eos etiam μεσημβρινώτατους, h. e. *maxime Auſtrales* vocat. *Sulchis* autem, inquit Bochartus, nomen fecit Syrum שולקא vel שולקנא *ſulka*, i. e. *exuſtio*, quia cum urbs ſit in inſulæ parte maxime Auſtrali, Noto plane eſt expoſita, à quo Sardinia valdè infeſtatur. Pauſanias ubi ſupra: Ὁ δὲ ἀὴρ ὁ ἐν ταῖδε Σολκέων ἐς ὀλίγων δεῖ καὶ νοσώδης, &c. Claud.

——Hinc peſtifer aer
Sævit & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.

Sulmo, op. Pelignorum in 4. reg. Italiæ, nonageſimo ab urbe diſtans lapide; Ovidii poetæ patria, ut ipſe teſtatur Triſt. 4. 10. Græcè apud Ptol. ſcribitur Σουλμών. Quod Latino formatum ore *Sulmo*. At apud Strab. lib. 5. acculativus legitur Σέλμον, corruptè forſan pro Σέλμονα, à recto caſu Σέλμων. Quippe Latinis auctoribus pariter omnibus conſtanter dicitur *Sulmo*, *Sulmonis*. Unde Cæſari belli Civ. lib. 1. & Plinio 3. 12. itemque Juvenali Sat. 6. opidani *Sulmonenſes*. Ovid. Pont. 4. 14.

Gens mea Peligni, regioque domeſtica Sulmo.

Aquis iiſque frigidis abundabat. Ovid. Faſt. 4.

Hàc ego Pelignos, natalia rura petebam;
Parva, ſed aſſiduis humida ſemper aquis.

Idem 2. Amor. eleg. 16.

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris;
Parva, ſed irriguis ora ſalubris aquis.

Et Triſt. 10.

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies diſtat ab urbe decem.

Silius Ital. l. 8.

——Conjungitur acer
Pelignus; gelidoque rapit Sulmone cohortes.

Sulmonenſis puella, pro ruſticâ apud Juvenalem:

De Sulmonenſi mera Cecropis.——

Porro idem Ovidius Faſt. l. 4. à *Solymo* Phryge *Sulmonem* conditum denominatumque, fabulosè fingit:

Serus ab Iliacis, & poſt Antenora, flammis
Attulit Æneas in loca noſtra Deos.
Hujus erat Solymus Phrygiâ comes unus ab Idâ:
A quo Sulmonis mœnia nomen habent:
Sulmonis gelidi, patriæ, Germanice, noſtræ
Me miſerum, Scythico quàm procul illa ſolo eſt.

Silius Italicus lib 9.

Xantippo captus, Libycis tolerarat in oris
Servitium Satricus. Mox inter præmia regi
Autololum dono datus ob virtutis honorem.
Huic domus & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus, & unà
Nomine Rhæteo Solymus; nam Dardana origo
Et Phrygio genus à proavo: qui ſceptra ſecutus
Æneæ, claram muris fundaverat urbem,
Ex ſeſe dictam Solymon celebrata colonis
Mox Italis paulatim attrito nomine SULMO.

Verum hanc fabulam, ex mudâ vocabulorum ſimilitudine conflictam Virgilius etiam riſiſſet: qui omnes Æneæ comites in unum confert Latium. Niſi forte eorum heic amplectenda ſit auctoritas, qui, ut habet Dio Chryſoſtomus in oratione de Ilio non capto, totius Italiæ Æneam fecere Dominum. De cætero miſerandam hujus opidi calamitatem, quam bello civili inter Marium & Syllam perpeſſum eſt, narrat Florus 3. 21. Cluverius.

Summœnium, dicebatur locus lupanaris, quòd ferè ſub mœnibus eſſet: qu. *Submœnium*. Inde *Summœnianæ* meretrices dicuntur. Mart. 3. 40.

Conviva quiſquis Zoili poteſt eſſe,
Summœnianas cœnet inter uxores.

Sunam, *Sonna* Joſepho op. olim Palæſtinæ in tribu Iſſachar, nunc pagus. *Toroudaios Gabra relis* hodie, teſte Benjam. Tudelenſi.

Sunici, pop. Germ. infer. ad Rhenum, quorum op. *Zuns*, vel *Zons*, teſte Divæo, inter coloniam Agrip. 3. & Novesium 2. leuc. apud Durnom agrum.

Suntum, promont. *Capo delle Colonne*, teſte Sophiano, ſic ob multas columnas marmoreas ibi exiſtentes dicta, promont. Atticæ inter Piræeum portum Athenarum ad occ. 43. & promont. Leonum Eubœæ in ort. 37. m. p. cum op. cognomine, teſte Cicerone. Stat. l. 12. Theb.

Linquitur Eois longe ſpeculabile proris
Sunion.——

Dionyſius verſ. 511.

Πρόσθε δ' Σουνιάδος κορυφῆς ἐφύπερθεν Ἀθήνων,
Φαίνου Σαλαμὶς τε καὶ Ἀργίνης πολίεθρον.

Vide Ptol. decima Europæ tabulâ, Strab. initio lib. 9. Pauſan. lib. 1. itemque Ariſtophanem pag. 321.

Surrentum, Campaniæ op. perantiquum; quod etiam nunc vulgò incolis dicitur *Sorrento*. Memoratur Ennio, Diodoro, Straboni, Melæ, Silio, Plinio, Statio, Tacito, Suetonio, Frontino, Ptolemæo, Dioni, Tabulæ Itinerariæ. Plin. lib. 3. cap. 5. *Herculanium, Pompeii: haud procul ſpectante monte Veſuvio, adluente vero Sarno amne: ager Nucerinus; & 9. m. p. à mari ipſa Nuceria: Surrentum, cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede.* Mela lib. 2. cap. 4. adverſo litoris ordine, *Minervæ promontorium, ſinus Puteolanus, Surrentum, Herculeanum.* Ptolemæus: Νεάπολις Πομπηιανὴ ὁμοίως ἀφεξῆς τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, Σάρνου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Σύρεντον. Hoc quidem falſo, atque imperitè ſic tradidit Ptolemæus; niſi auctoritas ejus plus valeat, quàm reliquorum ſcriptorum omnium, qui Picentini agri initium ſtatuunt poſt Minervæ promontorium. Strabo lib. 5. Σειρῆνες δέ εἰσι τῇ Πομπηίᾳ τὸ Σύρεντον καὶ Καμπανῶν· ὅθεν φησὶν ἡ Ἀσπάσιον ἐκφυγεῖον, Ubi malim κύρεντον, ut eſt apud eundem Strab. lib. 1. Diodorum lib. 5. ac Dionem ſine libri 52. Unde Latini ſuum *Surrentum* formaverunt. Quin à *Sirenum* nomine (vide *Sirenes*) opidi vocabulum deductum eſſe, maximè credibile eſt; quando illa circa hæc loca ſedem habuiſſe feruntur. Quod ipſum apertè adfirmat Statius Sylv. lib. 2. carm. 2. quo Pollii celebrat *Surrentinum* his verſibus:

Eſt inter notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenæ templis onerata Minervæ
Celſa Dicarchæi ſpeculatrix villa profundi,
Quâ Bromio dilectus ager, colleſque per altos
Uritur, & prælis non invidet uva Falernis.

Silius l. 5.

——Felicia Baccho
Æquana, & Zephyro Surrentum molle ſalubri.

Cui loco luxerit à Statio, qui in Pollii Surrentinum ita ludit:

Mira quies pelagi ponunt hic laſſa furorem
Æquora, & infanis ſpirant clementius Auſtri.
Hic præceps minus audet hyems, nulloque tumultu
Stagna modeſta jacent.

Cæterum *Surrentini colles*, qui opidò imminent, circumjacentque vini præſtantiâ maximè celebrantur. Ovidius Met. 15.

Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ,
Et Surrentino generoſos palmite colles.

Statius Sylv. 3. 5.

Caraque non molli juga Surrentina Lyæo.

Mart. lib. 13. ep. 110.

Surrentina bibis? nec Myrrhina pocula, nec aurum
Sume; dabunt calices hæc tibi vina ſuos.

Columella Ruſticarum rerum lib. 3. cap. 2. de vite Aminea loquens; *Campaniæ celeberrimos Veſuvii colles, Surrentineſque veſtit.* Strabo lib. 5. ubi nobiliſſima Campaniæ vina enumerat: Ἡ δὲ καὶ ὁ Συρεντῖνος ἐκφυλλοβολεῖται τέτοις νεωστὶ πειραθείς, ὅτι πολλαῖσιν ἀμπέλοις. Plin. 14. 6. *Ad tertiam palmam variè venere Albana vina, urbi vicina; prædulcia, ac rara in auſtero. Item Surrentina, in vineis tantum naſcentia; convaleſcentibus maximè probata propter tenuitatem, & ſalubritatemque. Tiberius Cæſar dicebat, conſenſiſſe medicos, ut nobilitatem Surrentino darent: alioquin eſſe generoſum acetum: Caius Cæſar, qui ſucceſſit illi, nobilem vappam.* Long. 38. 20. Lat. 40. 33.

Suſa, *orum*, urbs Aſiæ nobiliſſima, Suſianæ reg. caput & regia ad Eulæum flu. inter Seleuciam magnam ad occ. 450. & Perſæpolim ad ort. 275. m. p. ab Ecbatanis 450. in merid. à Memnone condita. Dionyſius:

Κεῖς μὲ Κύρ☉ ὅτι μίγας, χωεὶς ἡ Κοάσπης,
Ἕλκων Ἰνδὸν ὕδωρ, πάρρα τ' ῥείων χθόνα Περσῶν.

Ubi sis vide Mantanum. Junguntur Susa & Ecbatana, quia ut æstivos dies in Ecbatanis, ita hybernos Susis agebat rex Persarum. Ita Xenoph. Cyrop. lib. 8. Strabo lib. 15. Plutarchus de exil. Athenæus lib 12. Eustathius in Dionys. Aristides in orat. de Româ. Ut vel falli necesse sit, vel corruptum esse Ælianum de An. l. 10. cap. 6. ubi Regem Persarum describit Διείζοντα μὲ ἐν Σούσοις, χειμάζοντα ἡ ἐν Ἐκβατάνοις, repugnante naturâ rerum. Ecbatanis enim æstate multo commodius degebatur, quia clima frigidius est quam Susis, ubi aër æstivus est tam fervidus, ut lacerti & angues circa meridiem in viis intercepti ustulentur. Ita habetur apud Straboneni. Pop. *Susiani*, ob artem sagittariam olim clari. Prop. lib. 2.

Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis.

Claud. de bello Gildonico:

——Nostræque premant pharetrata secures
——Susa.

Lucan. l. b. 2.

——Conjuret in arma
Mundus, Achæmenijs decurrant Medica Susis
Agmina.

Dicta autem putatur hæc vox à liliorum copiâ quæ illorum linguâ *Susa* dicuntur. Athenæus lib. 12. Καλοῦσι δὲ τὰ Σόσα φασὶν Αἰσχύλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ἀφθονίαν τοῦ πόας. Σόσον γὰρ εἶναι τὴν Ἑλλάδων φωνὴν τὸ λείριον. Stephanus: Σόσα, &c. κίκλη, ὑπὸ τῶν κείνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πφύκε ἀκάνθη, Σοῦσ τε αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι. Etymologus: Σόσα ἡ πόλις διὰ τὴν πεπτωκότων κείνων. Σόσα γὰρ τὰ λείρια λέγεται. Quod multo verius quam quod ibidem alii volunt, *Susa* dici ἀπὸ τῆς ἱππάσιμον αὐτὴν ἢ, σεσεῖ γὰρ παρὰ Σύροις ἡ ἵππος λέγεται. Chaldæis quidem & Syris equus dicitur סוסא *susa* & סוסיא *Susia*. Sed Scriptura differt a שוש. Ut taceam Susa nusquam ab equitatu commendari. Bochartus.

Susana, op. Hisp. Tarr. quod & *Susanum*, *Campanillo*, teste Hieronymo Suritâ. Silius lib. 3.

Aut non Sarmaticos attollens Susana muros.

Susiana, *Susis* Strab. reg. Asiæ inter Assyriam ad occ. & Persidem ad ort. cui Media ad Arctos incumbit, sinu Persico ad Austrum definita. *Susistan* vulgò & *Chusistan*.

Susidata, Germ. civitas. Ptol. *Wilsnach* P. Apiano in Marchiâ Brandeburgicâ. Al. elt *Steetin*.

Sussexia, prov. Angliæ meridionalis. Terminatur à Sept. Surria. ab orient. Cantio, ab occid. Hantonâ, & à merid. mari Britannico. Ejus urbs præcipua est Cicestria vulgò *Chichester*.

Sutrium, urbs prima Tyrrhenorum, deinde Romanorum. Apud Appianum Civil. bell. lib 5. Σεβεῖον corruptè legitur, quod imperitus Geographiæ interpres, unà cum sequenti voce χωρίον male vertit *Insubrum regionem*. Opidani Livio, Plinio & Frontino *Sutrini*: Σεβλινοὶ Stephano. A Romanis cum defecerint eos ad fidem reducendum mittitur Camillus, qui ut celeritate eos opprimeret, justit milites 3. dierum commeatum secum ferre, teste Liviol. 6. Hinc natum proverbium: *Quasi Sutrium eant*; apud Plautum in Casina, & Festum, cum quid celeriter fit & instructè. Hinc etiam *Sutrius*. Sil. Lib. 8. *Sutria tecta*. Coloniam Romanam fuisse, & quo tempore deductam docet Velleius l. 1. *Post septem annos quàm Galli urbem ceperunt Sutrium deducta colonia est.* Long. 35. 41. Lat. 41. 50.

Sybaris, *Cochile*, teste Barrio, & *Sabaro* teste Mazzellâ, flu. M. Græciæ, ex fin. Brutiorum apud Muranum oriens, ac in sinum Tarentinum non longè à Crathi flu. sese exonerans. Ejus aqua oves & boves nigros facit, sicuti contra Crathis albos. Plin. 31. 2. Aristoteles in mirandis: Ὁ μὲ ἐν Σύβαρις ποὺ πινόμας ἀπ' αὐτὸ ποιεῖ ἢ ποιεῖ· ὁ ἡ Κρᾶθις ποὺ ἀνθρώπους, λευκούς. Idem habet Strabo lib. 6. Pythagoras apud Ovid. Met. 15.

Crathis & huic Sybaris nostris conterminus arvis
Electro similes faciunt auroque capillos.

Sybaris, M. Græciæ op. inter Crathin & Sybarim amnes, ab Achivis conditum, qui post Trojæ excidium vi tempestatis eò fuerunt appulsi. Hujus olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas rexerit gentes, & 25. urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniates 300. hominum millia armârit. Strabo l. b. 5. Ejus mem. Ovid. Met. 15.

Præverit & Sybarim, Salentinumque Neathum.

Postea *Thurium* & *Copiæ* vocabatur. Stephanus ex Strab. Θούριοι, πόλις Ἰταλίας, ἣ πρόσθεν Σύβαρις, ὕστερον ἡ Κωπία. Dionysius vers. 372.

Ἔστ δέ τοι καλεῖσθαι Δηὸς μέγα χάσμα μύθοιο
Δεξάμεναι Σύβαριν, γαίης τεράχεσι πυθμὴν,
Μυκαμένους ὅτε μὲν ἐπ' Ἀλφειῷ ῥεέθροισι.

Ubi quam exitii causam innuat Poeta, dum eos *Jove* valdè irato periisse indicat, hoc postea subjiciens de furiosis Olympicorum præmiorum cupiditate, vix satis constat. Narrat vero Eustathius eos τὰ ἐν ναῷ ἀναθήματα, dona Jovi Olympio dedicata, diripuisse; quæ Dionysio Ἀλφειὸς ῥέεθρα vocantur, quòd Jovis Olympii templum positum esset in Olympia, quæ & Pisa, Elidis urbe, quam Alpheus flu. alluit: urbi autem Olympiæ nomen impositum ferunt ab Olympo monte vicino, Thessalico Olympo cognomini teste Strab. lib 8. Hæc quidem commoditissima videtur interpretatio, si qua melioris historiæ fide innitatur. Receptus tamen est (quod non modo Eustathius, verum & Stephanus περὶ πολ. aliique tradunt) *eos oraculo monitos, Sybarin olim interituram, cum hominem plusquam Deum coluerent, idque evenisse cum ab hero servus flagris cæsus prima in templum confugeret, nec tamen dominus à verberibus temperaret; cum verò ad herilis patris sepulchrum confugeret, tum demum, monumenti paterni veneratione, abstineret.* Hinc Jove irato, in perditissimam luxuriem eos ruisse ferunt, quam proximam fuisse exitii causam apud omnes constat. Oraculum, de quo modo dictum ab Erasmo in Chiliad. è Stephano recitatur:

Εὐδαίμων Συβάρεια, πάρος δαίμων σὺ μὲ εἶεν,
Ἐν δαλίνοις θεῶν πομπῇ γόῳ☉ εἰσὲν ὀδυνῶν.
Ἔνθ' ἂν δὴ φεύγοντα δύντον δούλιον σκέλη,
Τλώικῳ σοι πόλεμός ἡ ἡμύλιο☉ φάσις ἔξ.

Cæterum de luxu & mollitie Sybaritarum. Plut. hoc refert in convivio 7. Sap. Συβαρῖ), ὡς ἔοικε, περὶ ἑνὸς τὰς κλήσεις ποιοῦντο πρὸ γυναικῶν, ὅπως ἀκλινόμενοι καὶ κοιλιὰ καθαπερεὶ ἐδίδη καὶ χρυσῷ φοινῖκι ὅδε τὸ δεῖπνον. Zenobius, Cent. 5. Συβαιτικὴ τράπεζα [ἀπὶ τῶν ἐν πολυτελείᾳ. Τρυφηλοὶ γὰρ οἱ Συβαῖται. Idem ibidem, uti quoque Diogenianus, Cent. 8. Συβαΐτης διὰ πολλείας] παροιμία ὅτι πρὸ σοβαρῶς παιζομένων. Vide Cluverium de Ital. Ant. l. 4. c. c. 14. Hinc *Sybaritus*. Ovid. 2. Trist.

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugis.

Ubi opus intelligit Hemitheontis cujusdam cinædi, de generibus voluptatum, & obscœnarum libidinum.

Sychar, Eusebius: Σύχαρ περὶ ἡ Νέας πόλεως, πλησίον τῆ χωρίῳ, ἔ ἔδωκεν Ἰακὼβ, Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτῦ. Qui v. posteritis scripserunt ipsam Neapolim dixerunt esse Sychar. Vide Burchardum & Sanutum. Torsellum sic etiam accipi debet quod scribitur in Itin. Benjamini שכם היא נבולש *Nebilas est Sychem.*

Syene, *Asna*, teste Jo. Leone, urbs Ægypti extrema, in Æthiopiæ confin. ad Nilum, olim Rom. Imperii, sicut & tunc Turcici, terminus, inter Alex. Ægypti ad arctos 570. & Meroen ad Austrum 962. m. p. teste Plinio. Sed apud Strab. abest à Meroe 3000. stad. & apud Anton. ab Alexandriâ 600. m. p. à Memphi 160. schœnis, à Thebis 60. Ovid. Pontic. rum lib. 1. eleg. 6.

Quid tibi si calida, profit, laudare Syene,
Aut ubi Taprobanen Indica tingit aqua?

Dionysius:

——Βαθυκρήμνοιο Συλώης.

Σολλὴ ἐν ἱστορίας (inquit Sholiastes ad versum 223. ejusdem Dionysii) ἡ Συλώη, ἀπὸ χυλοῦ πινὸς ὕπω κληθέντα, ἐν ᾗ καὶ φρέαρ ἔστ φασὶ τοὺς θεωροὺς τοῖς ἐκεῖ διατριβαίνον τὸ πλῆθος ὅπως καὶ ἔσκιον καὶ μισηδείαν εἶναι οἱ ἀστρολογικοὶ γνώμονες διὰ τὸ ὑπόκειδαι ποὺ πόλει τότως τῷ ὁρατῷ. Ammianus Marcellinus lib. 22. *Dein Syen, in qua Solstitii tempore, in quo Sol æstivum Austrinus cursum extendit, recta omnia ambientes radii excedere ipsis corporibus non sinunt. Inde si stipitem quisquam fixerat rectum, vel hominem aut arborem viderit stantem, circa lineamentorum ipsas extremitates contemplabitur umbras absumi.* Heliodor. Æthiopic. hist. lib. 9. Ἐδείκνυ ἡ καὶ ποὺ φησὶ ὠρομίων γνώμονας ἀσκίας καὶ μισηδεκὸν ὄσας, τ ἡλιακῆς ἀκτῖ☉ καὶ τροπὰς θεωρὰς ἐν τοῖς ἐκεῖ Συήνῃ εἰς ἀκείδειαν καὶ καρυφὴ ἰσαμόρης, &c. Achilles Tatius: Isagog. in Phœn. φασὶ ἡ ἐν Συήνῃ καὶ Ἐλεφαντίνῃ ἀσκίας γίνεδ, ὅτε ὁ ἥλι☉ ἐν Καρκίνῳ ἐκεῖ ὤρᾳ ἔκτῃ. Lucan. lib. 2.

——*Umbras nusquam flectente Syene.*

Claudianus *atram* vocat. Eidyllio de Nilo.

Is loca continuo Solis damnata vapore
Irrorat, populisque salus sitientibus errat,
Per Meroen, Blemyasque feros, atramque Syenen.

Statius *Eoam*. Sylv. 2. 2.

——*Quod Eoæ respergit vena Syenes.*

Idem Theb. lib. 4.

——*Nullaque nbratam nube Syenen.*

Obiter emenda Stephanum: Συλώη, inquit, πόλις Αἰγύπτα καὶ Αἰθιοπίας ἐπὶ τῷ Νείλῳ. Lege μεταξὺ Αἰγ' καὶ Αἰθ.

Sylvanectum, *Senlis*, urbs Provinciæ Insulæ Franciæ in Vallesiæ ducatu ad amnem *Nonvelle*, 10. leuc. à Lutetiâ in Bor. 8. à Compendio in Africum. 9. autem à Bellovaco in Eur.

Symæthus,

Symæthus, flu. Siciliæ, non longè ab Ætnâ. Vide Cluver. Sic. Ant. p. 124.

Symbolon, & *Symbolorum Portus*, qui & Pactorum *Portus* Straboni, *Sibula* Mercatori & al. portus Tauricæ, inter Eupatoriam ad Isthmum, & Chersonesum urb. ad sin. Carcinitem.

Syme, inf. inter Rhodum & Cnidum. Plin. 5. 38.

Symplegades, quæ & *Cyaneæ*, inf. duæ, sive potius scopuli trans Bosporum Thracium in ipso Ponti Euxini ostio mille quingentis passibus ab Europâ distantes; tam modico autem inter se discretæ intervallo, ut ex adverso quidem intrantibus geminæ cernantur, paulum vero deflexâ acie, coeuntium speciem præbeant. Quæ res occasionem præbuit poetarum fabulis, qui eas olim inter se concurrisse tradunt; unde & nomen acceperunt ἀπὸ τῆ συμπλήσσειν, h. e. *à concurrendo*, seu *conflictando*. Am. Marc. lib. 22. *Quibus controversæ extraneæ sunt Symplegades, gemini scopuli in vertices undique porrecti diruptos assueti priscis seculis obviam sibi cum horrendo fragore collisis molibus ferri, cedentesque retrorsus acri assultu ad ea reverti quæ pulsarunt. Per has saxorum dehiscentium, concursantiumque crebritates, si etiam ales intervolasset; nulla celeritate pennarum eripi poterat, quin interiret oppressa. Hi scopuli cum eos Argo prima omnium navis, Colchos ad direptionem aurei properans velleris, præterisset innoxia, immobiles turbine circumfracto stetere concorporati, ut eos aliquando fuisse diremptos nulli nunc conspicantium credant, nisi super hoc congruerent omnes priscorum carminum cantus.* Ovid. Met. 15.

———*Timuit concursibus Argo*
Undarum sparsas Symplegadas elisarum.

Idem 1. Trist. eleg. 9.

Altera namque parat Symplegadas ire per altas,
Scindere Bistonias altera puppis aquas.

Et rursus in Epistolâ Medeæ:

Compressos utinam Symplegades elisissent.

Euripides in Prologo Medeæ:

Εἰθ' ὤφελ' Ἀργῦς μὴ διαπλῶσ' σκάφος
Κύανον ἐς αἶαν Κυανέας Συμπληγάδας.

Ubi Scholiastes: Τὰς φησὶ τὸ σῶμα τῦ Πόντου λέγει, αἱ δὲ ἀπάτλιω τ' ὄψεως δοκῶσιν ἐνταῦθα κεῖσθαι φέρεσθ. Eratosthenes Συνοφμάδας vocavit, Isacio teste, ut Latini *Concurrentia saxa*. Alii Συνδρομάδας dixerunt. Unde Val. Flac. lib. 1.

Certus Scythico concurrere Ponto Cyaneas,

Est etiam *Symplegas* sing. numero. Lucan. lib. 2.

Ut Pagasæa ratis peteret cum Phasidos undas
Cyaneas tellus emisit in æquora cautes,
Raptâ puppe minor subducta est montibus Argo,
Vanaque percussit Pontum Symplegas inanem.

Seneca Tragœdus in Hercule Insano:

———*Illa quæ Pontum Scythen*
Symplegas arctat.———

Mart. l. 11. *Si constringantur geminâ Symplegade culi.* Vide *Cyanea*.

Synnada, *Synada* Ptol. Sing. & pl. num. urbs Phrygiæ magnæ archiep. & metropolis, ingens, sub quâ 29. urbes episc. olim fuere, marmore clara, quod *Synnadicum* appellatur, teste Strab. l. 12. Claud. in Eutrop. l. 2.

———*Pretiosaque picto*
Marmore, purpureis cui cedunt Synnada venis.

Vide sis illic Heinsium. Stephanus: σύνναδα, πόλις φρυγίας. Papinius *Synnaden* vocat. Sic enim ille in Surrentino Pollii Sylv. 2. 2.

Synnade quod mæstâ Phrygiæ fodere secures
Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto
Candida purpureo distinguitur area gyro.

Syracusæ, *Syracossæ* Theocrito, prius *Ortygia*, urbs Siciliæ amplissima, in ora ad ort. inter Catinam 48. & Pachynum promont. in Aust. 40. m. p. Magnitudinem ejus innuit Pindarus quando μεγαλοπόλιας Συρακόσσας, h. e. *grandiurbes Syracusas* vocat. Erat liquidem urbs non Siculorum modo, sed & Græcorum omnium celeberrima; ab Archiâ Corinthio annis ante Christum plus septingentis condita. Hujus partes 4. *Insulam*, *Acradinam*, *Tychen*, & *Neapolin* multis describit Cicero Verrinâ quarta. Unde Ausonius:

Quis Catinam fileat, quis quadruplices Syracusas?

Alii quinctam addunt *Epipolas*. Portus duplex: Major unus octoginta stadiorum, cujus fauces quingentis passibus patent, ad Ortygiam inf. Arethusâ fonte insignem. Seneca de Const. ad Marc. *Videbis* (loquitur de Syracusis) *portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adjuvit manus, sic tutum ut ne maximarum quidem tempestatum furori locus sit. Videbis ibi Athenarum potentia fracta: ubi tot millia captivorum, ille excisis in infinitam altitudinem saxis, nobilis carcer inclusserat: ipsam ingentem civitatem, & laxius territorium, quàm multarum urbium fines sint. tepidissima hyberna, & nullum diem sine interventu Solis. Sed cum omnia ista cognoveris, gravis & insalubris æstas hyberni cœli beneficia corrumpet.* Hæc Senecæ, quæ forsan hausit ex Tullio. Sic enim ille in Verrem 4. & primum de portu: *Nihil esse pulcrius quàm Syracusarum mœnia & portus.* 2. De carcere: *Latomias Syracusanas omnes audistis, plerique etiam vestris. Opus est ingens, magnificum, regum, ac tyrannorum. Totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus excisso. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest.* 3. De magnit. civitatis: *Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamque.* Unde Livius 25. *Vastæ magnitudinis urbem* vocat. Quam autem *vastæ* Strabo prodit qui stadia circumdat 180. ea sunt milliaria circiter 22. Denique de Sndo: *Syracusarum hic situs, atque natura esse loci, cœlique dicitur, ut nullus unquam dies tam magnâ turbulentâque tempestate fuerit, quin aliquo tempore Solem ejus diei homines viderent.* Quam laudem & cum Rhodo Plin. communicat: *Rhodis & Syracusis nunquam tanta nubila obducis, ut non aliquâ hora Sol cernatur.* Murorum ambitus apud Strab. erat ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων, i. e. 24. m. p. Dicit Liv. lib. 25. in Syracusis captis *prædæ tantum fuisse, quantum vix captâ Carthagine fuisset.* Plut. etiam in Marcello: Λέγεται μὴ ἐλάττονα τοῦτον ἢ τὸ ὕστερον ὑπὸ Καρχηδόνος διαφορηθέντα πλοῦτον γενέσθ. Vocis originem quod attinet, doctissimus Fullerus Miscel. l. 4. cap. 10. Syracusarum nomen Punicè scribit צור כוסיא *Sor-Cesia*, qu. *Tyrum latentem* dicas. Frustrà, inquit Bochartus, cum Syracusas non condiderint Phœnices, sed Græci Dorienses, Archiâ duce; vide Thucydidem, Strabonem, & alios. Sed præcipuè Marcianum Heracleotam, qui simul nominis originem aperit his verbis:

Τὸ δ' Σύρουσαν ἡ Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς
Κατέχον· Ἀρχίας δ' τύτες ἐφθσλαδῶν
Ὁ Κορίνθ@ μὴ Δωριέων καλῶν σεν
Ἀπὸ τ' ὁμώνυμ λίμνης λαβόντας τύνομα
Τὰς νῦν Συρακόσας παρ' αὐτοῖς κλησμένας.

Paludem intellige *Syraco*, de quâ Steph. ubi de Syracusis: καὶ λίμνη, ἥτις κλῄζ@ Συρακώ. Melius quam *Tyraca*, quomodo scripsit Vibius in catologo paludum: *Tyraca*, *Syracusis*. *Syraco* autem vox Phœnicia est, ut *Hanno*, *Gisco*, *Dido*, *Samatho*. Radix סרח *serach*, vel *sarach* fœtere est. Nec immerito ἀπὸ τ' δυσωδίας nomen paludi factum, cujus exhalationes morbos creabant plurimos. Id ipsum enim Syracusani damno suo multoties experti sunt, & fere quotquot hostes ætatis aut auctumni mensibus Syracusas circumsedernut. Hinc illud Diodori l. 13. de Athenensibus hanc urbem obsidione prementibus: Διὰ τὸ τ' σειμεριώνον τόπον ὑπάρχειν ἐλώδη, λοιμικῆς καταστάσεως εἰς τὸ στρατόπεδον ἐμπεσώσης. Et lib. 14. de Carthaginensibus, quos ibidem per æstivos ardo res gravis invaserat lues: Ἔοικε δ' ὁ τόπ@ αἴτι@ γενέσθαι τοῖς σεὶ τ' ὑπόθεσιν τ' συμφορᾶς. Καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι σεὶ τέσσαρα τ' αὐτὸ ἔχοντες παρεμβολὴ, πολλοὶ διεφθάρησ ὑπὸ τ' νόσε ἐλώδ@ ὄντ@ τῦ τόπ καὶ κοίλ. Ita cum eidem urbi Marcellus immineret: *Accessit* (inquit Livius) lib 25.) *pestilentia, commune malum.* Et paulò post: *temporis & loci vitio, & ægri erant, & moriebantur.* Causam ad conditorem referunt. Miscellus enim & Archias, cum Delphos se contulissent oraculum consulturi de loco condendi urbis, ab Apolline rogati utrum mallent,

Πλοῦτον ἔχειν κτεάνων, ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν.

Salubritatem Miscellus, & Archias divitias elegit. Quarum urbium illa saluberrima, sed pauper fuit; hæc ditissima, sed insalubris. Hanc sive historiam, sive fabulam referunt Strabo lib. 6. Steph. in Συρακῦσαι, Aristophanis Interpres in Equit. ad verbum πλουσιώτατον, quo comicus tribuit Athenis Syracusarum opes, & Crotonis salubritatem. Suidas denique in Ἀρχίας, & rursum in Μύσκελ@. Bochartus. Plura de civitate Syracusanâ legere volentibus adeundi sunt Fazellus & Cluverius.

Syria, provinia maxima Asiæ, inter Ciliciam & mare Syrium ad occ. & Mesopotamiam ad ort. Euphrate flu. hanc disterminante, illam monte Amano: cui Armenia minor incumbit ad Arctos, ad merid. vero Arabia deserta, & Palæstina; (quæ apud Ptol. à Syriâ divisa est, sed apud alios in Syriâ comprehenditur, ut pars illius) dividitur in plures regiones, Comagenem ad sept. Phœniciam ad occ. Cœlesyriam ad meridiem, Palmyrenem ad ort. & Seleucidem circa medium. Longa inter Ciliciam & Arabiam 470. m. p. lata inter Seleuciam Pieriam & Zeugma 175. teste Plinio. Hesychius annotat Συρίαν λέγεσθ γῆν τὴν ὑπὸ φοινίκης μέχει Βαβυλωνίας. V. de *Assyria*, & Seldenum de Diis Syris Proleg. cap. 1. & Montanum ad Dionys. vers. 772. Pop. *Syri*. Hinc proverbium: *Syri adversus Phœnices* apud Suidam in versipelles & fraudulentos mutuo, quales erant inter se Syri & Phœnices. Herodi-

dibus: Φιλέοσι οἱ Σύροι. *Multa Syrorum olera* apud Plin. 20. 5. vice proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis, quam utilitatis afferentibus occupantur. *Syrus cum non sis ne Syrissa*; h. e. ne alius videri velis, quam sis. Hinc *Syrius*. Virg Georg. 2.

Crustumiis, Syriisque pyris, gravibusque volemis.

Propert. 2. 11.

Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.

Quòd hæc gens fuerit ἄπιχθυς, si veteribus fides, non est dubium. Ovid. Fast. 2.

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

Athenæus lib. 8. Καὶ ποσῶτα μὲν ἔτη Δημόκοος ὁ αὐτὸς ἡμῖν περσοφωνήσας οὐκ ὀλιφαγήσων, παρῆλθον διὰ τ πάντα ἀεισον Οὐλπιανὸν ὃς διὰ τὰ Σύρων πάτεια καὶ ἡμᾶς ἅπ' ἰχθύων ἀπισέρησεν. Hinc Comicus ille Timocles apud eundem de Hyperide:

Τὸς ἰχθυοπώλας ἔτος ἡμῖν πλησιεῖ
Ὀλοφάγος γὰρ ὥστε τοὺ λάρυς ἔχει Σύρος.

Causa vero cur piscibus abstinuerint non eadem omnibus. Hanc refert Antipater Tarsensis lib. 4. Περὶ δεισιδαιμονίας, sed fortè nugatur: Λέγεται φασι παῖς τινῶν, ὅτι Γάπης ἡ πρ' Σύρων βασίλισσα ἔτος ἓν ὀλοφάγος, ὥστε κηρύξαι, Ἀπὸς Γάπος μηδένα ἰχθῦν ἐσθίειν, ὑφ' ἀγνοίας δ τοὺ πολλὸς αὐτὸν μὲ Ἀτράπον ὀνομάζειν, ἰχθύων δ ἀπέχεσθ.

Syrictæ, gentes inter Nomadas & Indos, narium loco foramina tantum habentes, *anguium* modo loripedes. Plinius ex Megasthene lib. 6. cap. 2. Ubi Salmasius legendum censet *Syrtas*; quia nempe traherent pedes, ὑπὸ τ σύρειν. Sed recte sese habet vulgata lectio. Quâ enim fistulâ forbebant, eâdem etiam sibilabant. Confirmat hanc lectionem Ælianus de Anim. lib. 16. cap. 22. Ἔστ δ καὶ Συειλαὶ πέρην Ἰνδῶν ἔθνος καὶ τοῦτο, καὶ εἴσι σιμαὶ τὰς ῥῖνας, εἴτε ὕπως ὲκ βερεῶν ἀπαγῶν ἐν ὑγρᾷ τῇ τ ῥινὸς διαμείναντες· εἴτε καὶ τοῦτον τ τρόπον πέφυκον. Male vulgò σκιεῖ. Sed & sequentia quis intelligat? Ridiculè verterunt interpretes: *Sunt & Sciratæ gens ultra Indiam, simi naribus, sive à teneris assueti in mari degere, & urinando nasum offendere ad saxa.* Profectò scripsit Ælianus ἐν θαλάσῃ non ἐν θηρᾷσι. Hæc vera est causa, quamobrem Mauri & variæ Indorum & Æthiopum gentes simas habeant nares, quia nempe recens natis nasus infringitur. Vossius ad Melam, lib. 3. cap. 9.

Syrophœnix, habitans in orâ maritimâ Syriæ. Juvenalis Sat. 8.

Sed cum pervigiles placet instaurare popinas;
Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo
Currit, Idumææ Syrophœnix incola portæ.

Mulier *Syrophœnissa* dicitur. Marc. 8.

Syros, maris Ægæi insula, quam Homerus *Syriam* vocat in Odysseâ, uti Strabo & Stephanus testantur. *Syra* Sophiano adhuc dicitur. Locus Hom. est Odyss. O. vers. 402.

Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται (εἴ πε ἀκούεις)
Ὀρτυγίης καθύπερθεν, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο·
Οὔτι πεπληθυῖα λίην τόσον, ἀλλ' ἀγαθὴ μὲν,
Εὐβοΐς, εὐμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος.
Πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐσέρχεται, οὐδέ τις ἄλλη
Νοῦσος δειλοῖσι βροτοῖσι τελεῖται ὀιζυροὴ πέλεται δ' εἰλοῖσι βοῶν

Inde per aphæresin Phœnicibus familiarem, vel שירה *Sira* pro עשרה, i. e. *dives*. Vel שורה *Sura* pro אשורה *Assyra*, i. e. *beata* dicta est hæc insula. *Scyron* vero pro Syro perperam habent Scylax, Mela, & Ptolemæus. Sed in censu Cycladum apud Plinium Scyros est intrusa perperam, & libris repugnantibus, ut observatum est à magno Salmasio. Bochartus. *Syros* quoque flu. Arcadiæ in Alpheum influens. Pausan. Item flu. M. Græciæ in Calabriâ ult. in sinum Scyllaceum per Choniam urb. se exonerans, teste Ferrario.

Syrtes, mare vadosum & scopulosum Africæ, inter Byzacenam ad occ. & Cyrenaicam ad ort. longè lateque diffusum; vulgo *le Secche di Barbaria*, & *Baxos di Barbaria* Hispanis, *mare Syrticum* apud Senecam. In magnam & parvam dividitur. *Magna*, sinus est maris Africi, inter Leptin magnam ad occ. & Berenicen urb. Cyrenaicæ ad ort. additu 316. m. p. patens, circuitu 625. teste Plinio. *Golfo di Solocho*, & *Golfo di Palo*, in tab. *Parva*, inter Taphruras ad occ. & Zetham promont. ad ort. apud Leptim magnam, quæ inter utramque intercedit, ambitu 300. m. p. patens, quot à Carthagine distat. *Golfo di Caps* Ortelio; & *Golfo di Beito* Fazello. Utraque navigantibus est periculosissima, quòd mare ibi vadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsaque & brevia in alia atque alia loca transferunt. Virg Æn. 1.

——*tres Eurus ab alto*
In brevia & Syrtes urget (miserabile visu)
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.

Idem Æn. 4.

Et Numidæ infreni cingunt & inhospita Syrtis.

Horat. Carm. 2. Od. 6.

Barbaras Syrtes ubi Maura semper
Æstuat unda.

Idem lib. 1. Od. 22.

Sive per Syrtes iter æstuosas.

Idem Epod. 6.

Exercitatas aut petit Syrtes Noto.

Propertius lib. 2.

Non sic incerto mutantur flumine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto.

Inde *incerta Syrtis* dicitur Senecæ in Hippolyto. Idem Prop. 4. 19. ubi de impossibilibus:

Et placidum Syrtes portum, & bona litora nautis
Præbeat hospitio sæva Malea suo.

Silius lib. ult.

——*Et semper naufraga Syrtis.*

Val. Flac. Argon. lib. penult.

——*Et sævas accedere Syrtes.*

Lucan. lib. 9. vers. 304.

Syrtes vel primam mundo Natura figuram
Cum daret, in dubio pelagi terræque reliquit,
Nam neque subsedit penitus, quo stagna profundi
Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus:
Ambiguâ sed lege loci jacet invia sedes:
Æquora fracta vadis, abruptaque terra profundo,
Et post multa sonans projecti litora fluctus.
Sic malè deseruit, nullosque exegit in usus
Hanc partem Natura sui;) vel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitusque natabat:
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens,
Æquora subduxit Zonæ vicina perustæ:
Et nunc pontus adhuc Phœbo siccante repugnat.
Mox ubi damnosum radios admoverit æquum,
Tellus Syrtis erit: nam jam brevis unda superne
Innatat, & latè perituram deficit æquor.

Sallustius in Jugurtha: *Cæterùm situm erat inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extremâ Africâ, impares magnitudine, pari naturâ, quorum proxuma terræ præalta sunt, cætera, uti fors tulit alta, alia in tempestate vadosa: nam ubi mare magnum esse, & sævire ventis cœpit, limum, arenamque & saxa ingentia fluctus trahunt; ita facies locorum cum ventis simul mutatur.* Seneca lib. de Vitâ beatâ: *Sicut deprehensi in mari Syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente undâ fluctuantur.* Vide Plin. lib. 5. cap. 4. Mela lib. 1. cap. 7. *Syrti sinus est centum fere millia passuum, quà mare accipit, patens: trecenta, quà cingit. Verum importuosus, atque atrox, & ob vadorum frequentiam brevis, magisque etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis infestus.* Solinus cap. 30. *Inter duas Syrtes, quas inaccessas vadosum ac reciprocum mare efficit. Cujus sæli defectus atque incrementa haud promptum est deprehendere; ita incertis motibus, nunc in brevia rescinditur dorsuosa, nunc æstibus inundatur inquietis.* Hactenus Latini; jam Græcos videamus. Dio Chrysostomus in fabulâ Libyeâ Orat. 5. Ἔστ δ ἡ Σύρτις κόλπος θαλάττης εἰσέχων ὀλὶ πολὺ τ χώρας, καὶ τεσῶν ἡμερῶν, φασὶ, πλοῦς ἀκωλύτως πλέοντ. Τοῖς δ κατενεχθεῖσιν, ὐκ ἔστ ὅπλων χωλσόν. Βράχεα γὰρ καὶ θαλάττια, καὶ ταινίαι μακραὶ μέχρι πολλοῦ ὑπήκοσαι παρέχουσι ἄπορον καὶ δύσκολον παρέχουσι τὸ πέλαγος· ὃ γὰρ δεῖ κατ' ὀλίγα τὸ τ θαλάττης ἀγγεῖον καθαρὸν· κοῖλος δ καὶ ἰλυώδης ὁ τόπος ὢν, ὑπολέγεται τὸ πέλαγος, ὑδὲν ἔχων στερεόν, &c. Strabo lib. 17. Ἡ χθαμαιότης δ καὶ ταύτης τ Σύρτεως καὶ τ μικρᾶς, ὅτι πολλαχοῦ τεναγώδης ὄζιν ὁ βυθὸς καὶ τὰς ἐμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας, συμβαίνει ποιν ἐμπίπτειν εἰς τὰ βράχη, καὶ καθίζειν, ασπερ δ' εἴη τὸ σωζόμενον σκάφος. Διόπερ πόρρωθεν τ περιπλεν ποιοῦσ, φυλαττόμενοι μὴ ἐμπέσοιεν εἰς τοὺ κόλπους ὑπ' ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες.

T.

TRes *Tabernæ*, locus non longè à Româ, Act. 28. Item *Tabernæ*, Anton. Germ. op. quod *Zabern* vocat Simlerus sub episc. Argentoratensi. Item op. Maurit. Tingitanæ inter Lixum & Ziliam. Anton.

Tabii, urbs Italiæ, in quâ Remus institutus est. Steph. Ita quidem vulgo apud eum legitur, sed per summam imperitiam. Nam pro Τάβιοι Γάβιοι reponendum, illic enim Remus Romulusque nutriebantur. Plut. in Romulo: Οἱ παῖδες εἰς Γάβιους κομιδέντες.

Tabraca, *Tabracha* Plinio, *Tabathra* Stephano, *Thabraca* Ptolemæo, vulgò *Tabarca*, colon. & urbs olim episc. Africæ marit.

marit. cum inſ. vicina cognomine, inter Hipponem ad occ. & Uticam ad ort. qu. 100. m. p. coralii piſcatione dives. Claud. Prolog. l b. 2. in Eutrop.

Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro.

Silius lib 3.

Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis.

Juvenalis Sat. 10.

Quales umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus
In vetulâ ſcalpit jam mater ſimia buccâ.

Ad quæ verba vetus Scholiaſtes: *Opacas ſilvas eſſe in Africâ Poeta dicit in regione Tabracenâ.* Nempe תרק Syris eſt libri folium, & Arabibus etiam arboris: unde תריק *thauric*, θυλλῶσις, φυλλοφορία. Itaque תורקא *Thauraca* eſt φυλλὰς, cujus nominis in Theſſaliâ fuit opidum, Stephano & Strabone teſtibus. Long. 31. 15. Lat. 32. 20.

Tabuleium, poſtea *Theologium*, ſive *Dologium*, hodie *Tholie*, teſte Waſſerburgio, cœnobium in monte apud Treviros. Suris in vitis *S. S.*

Taburnus, mons Campaniæ, olivetis abundans. Virgilius Georg. lib. 2.

———*Juvat Iſmara Baccho*
Conſerere, atque oleâ magnum veſtire Taburnum.

Hodie *Taburo* dicitur, teſte Leandro.

Tacape, urbs Syrtis parvæ. Ptol. vulgò *Campis*, Pœnis, inquit Bochartus erat טוחב *tacabh*, h. e. locus humidus & irriguus. Plin. 18. 22. *Civitas Africæ in mediis arenis, petentibus Syrtes, Leptinque magnam vocatur Tacape, felici ſuper omne miraculum riguo ſolo. Ternis fere m. p. in omnem partem fons abundat, largus quidem, ſed certis horarum ſpatiis diſpenſatus inter incolas.* Long. 38. 00. Lat. 30. 30.

Tænaria, Capo Matapan Soph. *Capo Matna* Gregoræ, promont. Peloponneſi, dividens ſinum Meſſeniacum à Laconico, à Maleâ promont. 84. m. p. Suidas: Ταίναρον, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς. Stat. Theb. 2.

Eſt locus Inachiæ, dixerunt Tænara gentes,
Quâ formidatum Malcæ ſpumantis in auras
It caput, & nullos admittit culmine viſus.
Stat ſublimis apex, ventoſque imbreſque ſerenos
Deſpicit, & tantum feſſis inſiditur aſtris.

Hic ſpecus horrendi, & hiatus profundi, ubi Cerberum, inferorum canem ab Hercule occiſum fabulantur. *Tænarus* Straboni, *Tænarum* Solino, nomen non tam promontorii, quam urbis epiſc. ſub Archiepiſc. Lacedæmonienſi, quæ Ptolemæo *Tænarium* dicitur, vulgo *Matna*, à Lacedæmone 45. m. p. in Africum. Sed Nigro *Porto delle Quaglie*, à coturnicum copiâ nominatur. Lucan. lib. 9.

Dorida tunc Malean & apertam Tænaron umbris.

Plin. 5. 4. *Opida, Tænarum, Amyclæ, Pheræ*, &c. Solinus cap. 12. percurrens hunc tractum: *Eſt & opidum Tænarum nobili vetuſtate.* Incolæ *Tænaritæ. Pro Pytho Tænarum* adagium eſt, cum permutantur inæqualia, teſte Euſtathio. Item *Tænarium malum* proverbium eſt, cum crudeliùs in ſervos ſævitur. Nam Lacedæmonii ſervos, qui Tænarum confugiebant, reductos capite plectebant. Cæterum Tænarus, non ſolum op. & promont. nomen eſt, ſed portus; de quo ſic Papinius lib. 2. Theb.

Interiore ſinu frangentia litora curvat
Tænarus, expoſitos non audens ſcandere fluctus:
Illic Ægæo Neptunus gurgite feſſos
In portum deducit equos.———

Apollonii Scholiaſtes in lib. 1. ex Pherecyde: Ταίναρον ἀφ' ἑ Ταίναρος κληθῆ, ἡ πόλις, ἢ ἡ ἄκρα, ἢ ὁ λιμήν. Fuit in hoc loco antrum, per quod aditus erat ad inferos. Suidas poſt nuper adducta verba: ἐν ᾧ σῶμον ὧ κλάγγον εἰς ᾅδ. Euripides in Hercule: Ταινάρου σῶμα. Solinus ubi ſupra: *In Laconicâ ſpiraculum eſt Tænaron.* Apuleius lib. 6. de Tænaro: *Inibi ſpiraculum Ditis, & per portas hiantes monſtratur iter invium.* Sen. in Hipp. *Tenarii ſpecus.* Et in Oct. *Tenaria fores.* Lucanus lib. 6.

———*Non Tænariis hic faucibus aer*
Sedit iners, mœſtum mundi confine latentis
Ad noſtri.———

Papinius Theb. 2.

Hoc, ut fama, loco pallentes devius umbras
Trames agit.———

Val. 1. Argon.

———*Semperque patentem*
Tænaron.———

Horat lib. 1. Carm. Od. 34.

Quo Styx, & inviſi horrida Tænari
Sedes, &c.———

Deſcenſus Orphei hoc loco ad inferos ipſe inprimis meminit in Argon.

Ταίναρον ἤνικ' ἔβην σκοτίλον ὁδὸν εἰδόσι ἔσω,
Ἠμείρην πίσυνος κλάδεσσι δὲ ἔχετ' ἀλόχοιο.

Virgilius Georg. 4.

Tænarias etiam fauces, alti oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, manesque adiit, regemque tremendum,
Neſciaque humanis precibus mansuescere corda.

Ovid. Met. 10.

Ad Styga Tænariâ eſt auſus deſcendere portâ,
Perque leves populos, ſimulacraque functa ſepulcro
Perſephonen adiit, inamœnaque regna tenentem
Umbrarum dominum.———

Stat Theb. 1.

Tænariæ limen petit irremeabile portæ.

Tænarus, (inquit Bochartus) vel Ταῖναρ, eſt ipſiſſima vox Phœnicia טינר *tinar*, quæ pro rupe paſſim occurrit in Chaldæâ Paraphraſi. Syri vero trajectis literis ſcribunt טירן *tiran*, & טרנא *tirno*. Itaque *Tænar* eſt rupes. Et vero in Tænaro monte lapidicinas deſcribit Strabo lib. 8. Ἐστὶ δ', inquit, λατομίαι λίθου πολυτέλους, τοῦ μὲ Ταιναείου ἐν Ταινάρῳ πάμπαν. Unde Prop. 3. 2.

Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis.

Tibullus lib. 3. eleg. 3.

Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis
Tænare ſive tuis, ſive Caryſte tuis?

Fuit & circa Tænarum, ut in Cytheris purpuræ piſcatio. Martialis lib. 3.

Accipe Tænarii chlamydem de ſanguine aheni.

Tagus, mons Luſitaniæ, apud quem equæ dicuntur è vento concipere.

Tagus, flu. Hiſp. celeberrimus, vulgò *Tajo*. Oritur ex monte Oroſpeda in Celtiberis gemino fonte, ac per Toletum, Liboram, Norbam Cæſaream, Scalabim & Ulyſſipponem longo decurrens tractu, in Oceanum occiduum ſeſe (latus in ore 2. leuc.) exonerat, aurum gignens Mela 3. 1. *Ulyſſippo & Tagi oſtium, amnis aurum gemmaſque ferentis.* Plin. 4. 22. *Tagus auriferis arenis celebratur.* Et ex eo Solinus cap. 26. *Tagum ob arenas auriferas cæteris omnibus prætulerunt.* Audiamus Poetas. Ovid. Met. 15.

Quodque ſuo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum.

Idem Amor. 1. 15.

Cedant carminibus reges, regumque triumphi;
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Martialis lib. 10.

Auriferumque Tagum ſitiam, patriumque Salonem.

Idem eodem libro:

Aurea quicquid habet divitis unda Tagi.

Idem lib. 1.

Æſtus ſerenos aureo franges Tago.

Seneca Tragœdus:

Tagusque Iberâ turbidus gazâ fluens.

Quod autem *turbidus* dixit, idem eſt quod Martialis lib. 8.

Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro
Hermus, & Heſperio qui ſonat orbe Tagus.

Et ante eum Virgilius lib. 1. Georg.

———*Atque auro turbidus Hermus.*

Juvenal. Sat. 3.

———*Tanti tibi non ſit opaci*
Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum.

Idem Sat. 10.

Sed cujus votis modo non ſuffecerat aurum
Quod Tagus & rutilâ volvit Pactolus arenâ.

Silius lib. 1.

Hic certant, Pactole, tibi Duriuſque Taguſque,
Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas
Infernæ populis ferens oblivia Lethes.

Claudian. de Conſul. Olybr. & Probin.

Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis
Effluxere decus, ſi quis tellure revulſa
Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum.

Seneca in Thyeſte;

Non quicquid fodit Occidens,
Aut undâ Tagus aureâ
Claro devehit alveo.

Idem in Hercule Oetæo:

———*Stupet aurato*
Flumine clarum radiare Tagum.

Boët. lib. 3. Met. 10.

Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat aut Hermus rutilante ripa.

Et ante omnes Catullus epigr. 30.

———*Amnis aurifer Tagus.*

Nomen ejus quod attinet, Phœnicè dictus eſt דג *Dag*, (ſi Bocharto credas) vel דגי *Dagi*, i. e. *piſcoſus.* Et laus à Trogo tribuitur in genere Hiſpaniæ amnibus, qui ſunt, ut ait, *lenes, & vineis, campiſque irrigui, æſtuariiſque Oceani affatim piſcoſi.* At alii ſolum Tagum à piſcium ubertate commendant.

mendant. Strabo lib. 3. Πολύϊχθυς ὁ πόλεμος (Τάγω) καὶ ὀστρέων πλήρης. Mart. 10. 78.

Piscosi calamo Tagi notata.

Claudianus:

Non Tarteſſiacis illum ſatiarit arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi.

Taizali, (vide *Texali*, ut in codice Græco habet Ptol.) Northumbri, teſte Lhuydo, pop. Albionis in orâ Angliæ Orientali, & Scotiæ confin. Verniconibus (in codice Græco Venicontibus) finitimi, quorum reg. *Northumberland* vocatur. Sed ex Ptolemæi deſcript. in orâ Scotiæ orientali ſunt, ubi Devana urbs, quæ *Aberdone* hodie dici putatur, *Taizalo* promont. (de quo mox) Borealior.

Taizalum, Ptol promont. Albionis in orâ Scotiæ orientali, inter oſtia Celnii & Divæ flu. in ortum maximè porrectum, inter op. S. Johannis, & Aberdonam urb. Borealiorem.

Talabrica, & *Talabriga*, Luſitan. urbs Ptol. *Talagâ* Jac. Vaſconcello.

Talamina, op. Hiſp. Tarrac. inter Aſtyres & Callaicos. Ptol. *La Vega* Moletio.

Talaus, op. & flu. Brutiorum in Lucaniæ confin. in orâ Calabriæ citer. Strabo. *Scalea*, teſte Barrio.

Talca, Ptol. *Talga* Melæ, *Tazata* Plinio, inſ. maris Caſpii fertiliſſima, ex quâ aliquid contingere nefas erat veteribus, quod Diis ſacra habebatur; Hyrcaniæ adjacet, & *Alca* hodie dicitur.

Talcinum, Ptol. *Talſini* hodie territorium, op. olim Corſicæ mediter. circa ortum Tuoli flu. inter Niolum & Curiam, opida ex majoribus, inter Baſtiam & Adiacium 40. m. p. in Corſicæ umbilico.

Taletum, fanum erat Soli dicatum in Taygeti montis vertice. Pauſ.

Talliates, pop. Germ. infer. quorum pagus cum arce *Tallendorff*, ſeu *Dallendorff*, vel *Dollendorff*, in reg. Eifaliâ, apud Bonnam urbem.

Tamare, Ptol. *Tamerton*, teſte Camdeno, op. Albionis in Damnoniis, & Cornubiâ reg. inter Exoniam ad ort. 30. & Bodminum ad occ. 20. m. p. Aliis *Taveſtock* eſſe videtur op. ejuſdem reg.

Tamaris, *Tamara* Ptol. *Tamar* vulgò, flu. Hiſp. in Callaicis, à quo pop. *Tamarici*, per quos fluit, mori apud Celticum promont. exceptus. Hujus fontes habebantur in auguriis, teſte Plinio.

Tamarus, *Tamer*, vel *Tamar* Camdeno, flu. Albionis per oram Cornubiæ Auſtralem fluens, *Tamaram* op. alluens, marique apud Plymmouthum (Plymouth) op. & port. exceptus. Aliis *Tone* dicitur.

Tamaſſus, Cypri inſ. urbs, Ταμάσσος Stephano, ἡ Τάμασσος Straboni, Ταμάσσος Ptol. Ταμασία Polybio, Ταμασία Conſtantino Porphyrogennetæ in Them. *Tamaſeum* etiam hanc urbem vocat Plin. apud quem tamen codd. nunnulli antiqui *Tamaſus*. Eam innuere videtur Ovid. Met. 10. ex emendatione Nicolai Heinſii.

Eſt ager, indigenæ Tamaſenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima.

Tamaſſum, ubi μέταλλα χαλκοῦ ἔστιν ἄριστα, teſtibus Strab. lib. 14. & Steph. in Ταμάσσος Phœnices condidiſſe nemo ſcripſit. Nomen tamen eſt Syrum à metallorum fuſione. Nam תמס *etmeſa* verbum eſt *liqueſcere*. Ac תמס *temes* eſt Ebræis *liquefactio*, dubitant autem interpretes utrum ad hanc Tamaſſum, an ad Brutiorum Temeſam, quæ & ipſa ære abundavit, pertineat illud Hom. Odyſ. α. v. 184.

——— Ἐς Τεμέσσην μὲν χαλκόν.

Tameſis, vel *Thameſis*, *Vamiſſa* Ptolemæo, vulgo *Thames* (*Tems* vero pronunciant) flu. Albionis ex maximis, Londinum Angliæ regiam interluens, ac à Roffâ urbe 5. m. p. fluens, mari Britannico contra portum Iccium ord. Gallicam exceptus. Julius Cæſar lib. 5. de B. Gall. *Cujus* (loquitur de Cassibellauno) *fines à maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tameſis, à mari circiter millia paſſuum* 80. Et paulo poſt: *Quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc ægre tranſiri poteſt.* Ubi vetus Interpres, (quem nonnulli Max. Planudem fuiſſe volunt) Θάμεσιν vocat. Dioni vero lib. 40. Ταμίσας vocatur. Vide Burton. in Anton. pag. 173.

Tamnum, Anton. op. Gall. Celt. Matiſconæ urbi finitimum *Burg en Breſſe* Fuſtillario Matiſconenſi. Item op. Aquitaniæ, Blaviæ proximum, *Talemond* Scaligero.

Tamuda, op. Maurit. Ting. cum flu. cognomine, *Tamuda* Melæ, *Bedia*, teſte Olivario.

Tamugada, urbs Africæ mediter. in Mauritaniæ confin. à Lambeſa 14. m. p. diſtans.

Tamuſida, Ptol. urbs Maurit. Ting. mediter. Feſſæ finitima. *Tſeifelde* Marmolio.

Tamuſiga, op. Maurit. Ting. extra Herculis columnas, in orâ Oceani Atlantici. Ptol. *Gazola* Moletio.

Tanagra, Ptol. Bœotiæ nobile op. *Græa* Homero, teſte Stephano, cui *Gephyra*, ut & *Oropus* ab Ariſtotele dicitur. Hodie *Anatoria* dicitur Caſtaldo. Ejus mem. Stat. 7. Theb.

Mille ſagittiferos gelidæ de colle Tanagræ.

Nemo paulo humanior eſt, inquit vir magnus, qui non aliquid audiverit de Tanagræis gallis ad certamina natis. De illis ita Varro de R. R. 3. 9. *Sine dubio ſunt pulchri, & ad certandum inter ſe maximè idonei.* Plin. 10. 31. *Quidam Galli ad bella tantum & prælia aſſidua naſcuntur, quibus etiam patrias ſuas nobilitarunt Rhodum ac Tanagram.* Et Pauſanias in Bœoticis ubi de Tanagrâ: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη δύο ἐπωνυμίαν ἀλεκτρυόνων, οἱ μὲν μάχιμοι, καὶ οἱ κόσυφοι καλούμενοι. *Sunt ibi Gallorum genera duo, pugnaces, & qui merulæ vocantur.* Columella lib. 9. cap. 2. *Tanagrici plerumque Rhodiis ac Medicis amplitudine pares.* Idem *Deliaci, quoniam præcera corpora & animos ad prælia pertinaces requirebant, præcipuè Tanagricum genus & Rhodium probabant.* Unde eſt quod proverbio jactabant veteres: Ἀλεκτρυόνα ἀθλητὴν Ταναγρικὸν, *Gallum pugilem Tanagræum.* Hi Galli Colæ phryges dicti ſunt à monte cognomine prope Tanagram in quo alebantur. Heſychius: Κοιλόφρυξ, Ταναγρικὸς ἀλεκτρυών, καὶ ὄρος Βοιωτίας. Unde Bochartus nomen Phœnicium eſſe ſuſpicatur. Gallus enim Syris eſt תרנגל *tarnegal*. Græci autem L. finali rejecto, ut in Ἀννίβα & Ἀσδρύβα, ex *Tarnega* unius literæ trajectione *Tanagram* fecere. Ita ut urbs Tanagra ſit urbs Galli, i. e. Gallorum.

Tanagrus, ſive *Tanager*, *Negro*, teſte Celſo Cittadino, flu. Lucaniæ ex Alburno monte apud Picenum op. oriens, haud procul à Potentiâ decurrens, Auletamque opidum alluens, qui in campo Atinate merſus ſub terrâ, poſt 20. m. p. emergit. Virg. Georg. 3.

——— *Et ſicci ripa Tanagri.*

Tanais, *Don* incolis, flu. Sarm. Europ. notiſſimus & maximus, illam ab Aſiâ diſterminans, in Moſcorum finibus oriens, ac in merid. obliquè decurrens, ac in Mœoticam paludem magnâ vi aquarum influens. *Silus* Scythis dicitur, teſte Plinio, *Danubius* quoque olim dictus fuit, teſte Acrone Horatii Scholiaſte. Dixi hunc flu. Aſiam diſterminare ab Europa. Diod. Sic. lib. 1. Μέχει Ταναΐδος ποταμοῦ τὴν διοικοῦσι τὴν τε Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν. Incertus auctor in Pont. Euxin. & Mæotid. palud. periplo: Τὸν δὲ Τάναϊν ποταμὸν, ὃς ὁρίζει τὴν Ἀσίας ὄρος τέμνων ἢ ἤπειρον ἐκτέμνει δίχα. Lycophron. in Caſſan.

Λίμνῃ τε τέμνων Τάναϊς ἀκραίφνης μέσῃ.

Dionyſius verſ. 14.

Εὐρώπῃ δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον ὀρίζει·
Ὃς ῥά θ' ἑλισσόμενος διὰ Σαυροματάων
Σύρεται ἐς Σκυθίην τε καὶ ἐς Μαιῶτιδα λίμνην.

Et poſtea verſ. 661.

Ὅσσα τε καὶ Εὐρώπῃ ἀποτέμνεται Ἀσίδος αἴης
Ἐς δύσιν Εὐρώπῃ, ἐς δ' αὖγας Ἀσίδα γαῖαν.

Ovidius in Ponticis:

Quique duas terras, Aſiam, Cadmique ſororem
Separat, & curſus inter utramque facit.

Hinc ab Horatio *diſcors* vocatur in Odis:

——— *Tanaiſque diſcors.*

Lucan. lib. 3.

——— *Quà vertice lapſus*
Riphæo Tanais diverſi nomina mundi
Impoſuit ripis, Aſiæque & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illum quà flectitur, ampliat orbem.

Qu. Curtius lib. 6. *Tanaïs Europam & Aſiam medius interfluit.* Mela 1. 1. *Hoc mari & duobus inclytis amnibus Tanaï & Nilo in tres partes univerſum dividitur. Tanaïs à Septentrione ad merid. vergens in mediam fere Mæotida defluit.* Vide eundem lib. 2. cap. ult. Ammian. lib. 22. *Qui* (Tanais) *inter Caucaſeas oriens rupes per ſinuoſos labitur circumflexus, Aſiamque diſterminat ab Europâ, & in ſtagnis Mæoticis deliteſcit.* Marcianus Heracleota: Καὶ πάλιν ὁ Τάναϊς ποταμὸς, ὅστις ἀπ' Εὐρώπης ὑπὸ τὴν Ἀσίας ὁμοίως κατὰ τὸ Ἀρκτῷον διορίζει μέρος, εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐκδέλλων λίμνην. Herodotus lib. 4. Ὀγδόη δὲ ἀπὸ Ταναΐος ποταμοῦ, ὃς ῥέει πασσάλεθεν ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμεωμένης, ἐκδιδοῖ ἐς μέζω ἔτι λίμνην κεκλιμένην Μαιώτην, ἣ ὁρίζει Σκύθας τε καὶ τοὺς Βασιλητὰς καὶ Σαυρομάτας. Addenda etiam erant è Plutarcho nonnulla, ſed lectorem ad authorem ipſum remittimus (modo Plut. auctor ſit) lib. de Fluminibus. Ariſtoteles in Meteorologicis docet, veterum nonnullos credidiſſe, Tanaim flu. ex Araxe profluere. Locus eſt lib. 1. Ἐν μὲν οὖν τῇ Ἀσίᾳ πλεῖστοί τε καὶ οἱ παρίσου κεκμηκότα φαίνονται ῥέοντες ὄντες καὶ μέγιστοι ποταμοί. Τοῦτο δὲ ὁμολογεῖται πάντων μάλιστα μέγιστον ὂν τῶν τε ἄλλων καὶ ἕως τῆς λεγομένης. Ὑπερβάλλει δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ ἔξω θαλάττης ἐστὶ τὸ πέρας ἢ ἄλλοι τοῖς ἐντὸς θεν. Ἐκ μὲν τούτου ῥέουσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ, καὶ ὁ Βάκτρος, καὶ ὁ Χοάσπης, καὶ ὁ Ἀράξης. Τοῦτο δὲ Τάναϊς ἀποῤῥεῖ μίξας ὢν, εἰς τὴν Μαιῶτιν

Μαιῶτιν λίμνην. Sic ſcribendus ille locus. Περιηγὴς Dionyſio & aliis dicitur *Paropaniſus*, uti ſupra vidimus. Fruſtra vero hic Olympiodorus Parnaſſum in Aſiâ quærit. Ineptè item Orpheus in Argonauticis:

Ἔνθεν δ' Ἀρσῆος ῥοῦμα μεγαβρεμέτου πολαμοῖο
Ἐξ ἕο Θρῃκῴων, Φάσις, Τανάϊς τε ῥέουσι.

Nugatur, more ſuo, poeta ille. Fragmentum Periplî Ponti Eux. & Mæot. pal. à Voſſio editum (cui hanc notam debeo) Ἔξιπσι δ' ἴσομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον. Ubi rectè Tanaim ἴσομον vocat, ut & alii omnes. Ne fallunt Troades Senecæ Tragici, cujus in exordio ſtatim Tanais ſeptem ora habere dicitur.

——*Columen everſum occidit*
Pollentis Aſiæ, cælitum regregius labor.
Ad cujus arma venit, & qui frigidum
Septena Tanaim ora pandentem bibit;
Et qui renatum primus excipiens diem,
Tepidum rubentis Tigrin immiſcet freto.

Sic legendum ex MS. ſed nemo unquam Græcorum tam imperitus fuit, ut Tanaim ἑπτάστομον eſſe proderet. Error iſte ſolum eſt Romanorum. Quod jam Acron in Commentario ad Horatium videtur ſubodoratus fuiſſe. Romani namque ſolent ſæpe confundere Tanain & Iſtrum. Teſtis ejus rei etiam eſt Seneca in Qu. Nat. lib. 6. *Hinc qui medius inter pacata, & hoſtilia fluit, Danubius ac Rhenus; alter Sarmaticos imperii cohibens, & Europam Aſiamque diſtermi-nans: alter Germanos, avidam gentem belli, repellens.* Non ſollicitanda eſt hæc lectio, quod tamen quidam faciunt. Danubium etiam Tanaim vocat Tibullus lib. 4. ad Meſſalam, cum inquit:

Quaque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat, atque Sigynos.

Sic emendandus iſte verſus. Getæ enim & Sigyni ad Iſtrum ſunt, non Tanain. Noli audire eos qui *Moſonos* ſubſtituunt: nam immenſum quantum ab Iſtro, & Tanai diſtant. Ineptiſſimi vero qui *Merinos* cogitarunt; qui tantum abſunt.

Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.

Mirabitur forſan aliquis, quod auctor fragmenti ſupra memorati inquiat in Boſp. Cimmerium exonerari Tanain; & quod infra os Mæotidis paludis idem faciat ac os Tanaidis, cum tamen tam vaſtum interſit ſpatium. Sanè id ipſum quoque innuit Arrianus in φείπλῳ Ponti: Τάναϊς πολαμὸς λέγει οἱ ζειν ἀπὸ τῆ Ἀσίας τῆ Εὐρώπλω, ἡ ὁμῶπα μὲ ἀπὸ λίμνης τῆ Μαιώπιδ, ἐκβάλλει εἰς θάλασσαν τῆ τὸ Εὐξεῖνα Πόν. Quem locum fruſtra emendare aggreſſi ſunt viri docti. Plutarchus Junior in lib. de Flum. Criu-metopon ad Tanaim collocat: Παράκειται δὲ τῷ Ταναΐδι ὄρ τὴ διηνεκέ ἐσ ἐσπερίων φερομορφόμενον Βεξάλα, ὅπερ μεθρμιωδόμενον ἔστιν Κεῖ μέτωπον. Alibi quoque ſimilia occurrunt exempla, ubi urbes Boſporanæ Tanaiticæ dicuntur. Ratio ejus rei eſt, quod Boſporus Cimmerius etiam Tanais appellatus fuerit. Oſtendit hoc Procopius lib. 4. de Gothis: Τάναϊν ἡ καλοῦσιν οἱ ὀπιχόειοι ἡ τῆ ἐκβολὴ ταύτλω ἐν λίμνης ἀρξαμένλω τῆ Μαιώτιδ, ἄχει ἐς Εὔξεινον Πόν. Ita Voſſius.

Tanais, urbs & emporium celebre (maximè pellium) Sarmatiæ, ad oſtia Tanais flu. ab iſthmo Tauricæ, ubi Precopenſium regia, itinere 5. dierum, ſeu 30. leuc. Germanis diſtans. *Aſaph* incolis, teſte Mercatore. Long. 67. 00. Lat. 54. 30.

Tanarus, flu. Lombardiæ Ciſpadanæ. *Tanaro* Leandro. Corruptum ejus vocabulum legitur apud Ælianum Ταίναρ pro Τάναρ, quod inſcitia librarii factum, cui notius erat extimum Peloponneſi verſus meridiem promontorium hoc nomine quam *Tanarus* Italiæ amnis. Locus eſt Hiſt. Anim. lib. 14. cap. 29. ubi ἡ πόλη γράφειρ πολαμὸς dicitur.

Tanetos, *Toliapis* Ptol. inſ. Albionis in Angliâ Cantio adjacens, vulgò *Tenet*, vel *Thanet*.

Tanetus, *Tannetum* Anton. *Tanitum* Ptol. op. olim, nunc pagus Æmiliæ in agro Regienſi, apud Niciam flu. inter Regium Lepidi 9. & Parmam 6. m. p. *Taneta* P. Diacono.

Tanfanæ, templum, *Bentheimerberg*, teſte Georg. Bruno, locus Germ. in Weſtphaliæ & Friſiæ confin. apud veteres Marſos & Salios, ubi Benthema op. & comitat. à veteribus Saliis vix mill. Germanico in ort. diſtans.

Tanis, *Tanitis præfectura* Plinio, *Taphnis* Ezechieli, urbs Ægypti apud oſtium Tanitícum, à Gigantibus condita & nominata teſte Iſidoro, & Pharaonis quondam regia, ubi Moyſes, tot edidit ſigna. *Tanes* adhuc dicta, teſte Nigro, urbs quondam magna, Stephano authore.

Taniticum oſtium, *Saiticum* Strab. *Tanicum* Pomponio, unum ex 7. Niſi oſtiis, inter Peluſiacum ad ort. & Mendeſium ad occ. *Callixene*, teſte Bonacciolo cum aliis.

Tanus, flu. Peloponneſi per Argiam fluens. Pauſ. *Tanaus* Euripidi dictus, agrum Argivorum à Spartano dividens. Item Siciliæ mons, teſte Fazello.

Taoca, Perſidis urbs Ptol. quam Thevetus *Thamar* vocari ait. Pop. *Taoci*. Dionyſius verſ. 1069.

Πρῶτα Σάβαι, μέσσησι Παραιγάδαι, ἄγχι Τάοχοι.

Ubi vulgo ἄγχι ἡ Ταοκοί. Atqui cum *Taſcorum* alibi non fit mentio, Salmaſio libens aſſentior, qui Ταοκὸς pro Ταόκοις in auctore aliquo malè exarato Dionyſium legiſſe arbitratur. In maritimâ enim Perſidis orâ, non longè à Paſargadis, *Taoccne* regio, ubi *Taoce* urbs cum promont. cognom. à Ptol. ſtatuitur, cujus quoque mem. tum Arrianus, tum Strabo lib. 15. urbem regiam nominans: Ubi enim in editis libris eſt ἐν τῆ παραλίᾳ χῶ τῆ Ὄκλω λεγομένλω, pro τῆ Ὄκλω Ταόκλω legendum eſſe monent Caſaubonus & Salmaſius. Montanus.

Tape, urbs Hyrcaniæ regia fuit, apud oram maris Caſpii à portis Caſpiis in ort. ſtad. 1400. diſtans. Strabo.

Taphiæ, inſulæ, quas prope Echinadas Strabo lib. 10. ponit, quarum caput *Taphus*. Iis Taphii ac Teleboæ imperarunt; de quibus hujuſcemodi repetit originem Scholiaſtes Apollonii. Perſeo ex Andromedâ, ut narrat Herodotus, 4. fuere filii, Alæus, Sthenelus, Neſtor & Electryon, qui ſimul regnaverunt. Ex Hippothoe Neſtoris filiâ & Neptuno Pterelas genitus eſt, ex eo Telebos & Taphus, à quo *Taphus* inſ. in quâ Teleboæ ac Taphii communi nomine, & imperio fuere. Igitur ii Hippothoes eorum aviæ pecuniam ab Electryone eorum neceſſario, qui pro eâ reſpondit, repetebant; quâ negatâ ad arma venere, armenta abigerunt, ipſum denique ac filios ſuſtulere. Alemena vero Electryonis filia patrem ultura, Amphitryonem Thebanum, hominem potentiſſimum, in matrimonium accepit, atque hoc pacto, bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone deleti ſunt, eorumque regnum Cephalo profugo Athenienſi, qui exercitui præerat, donatum, quod ad Ulyſſem ſucceſſione pervenit. Hæc ille. *Taphiorum* nomen deducit Bochartus per aphæreſin ab תחף *hataph*, i. e. à rapiendo. Erat enim gens latrociniis admodum dedita. Hom. Odyſſ. O.

Ἀλλά μ' ἀνήρπαξαν Τάφιοι λῃϊστῆρες ἄνδρες.

Idem Odyſſ. Π.

Οὐτε λῃϊστῆρσι ὀπαδόμῳ Ταφίοισι.

Apollonius lib. 1. Argon.

——Ἀπὸ οἱ γ' ἐθέλοντες ἀμύναι
Λῃϊστὰ Τάφιοι.——

Taphiſſa, *Taphrura* Ptol. Africæ min. urbs. *Tachs* Molectio, & Oleario, inter Uſſilam ad occ. & Theænas ad ort. à Carthag. 300. m. p.

Taphræ, *Taphros* Ptol. *Precop*, vel *Przecop* Mercatori, aliis *Mancup*, urbs Tauricæ in Iſthmo, regia Tartarorum Precopenſium à Tanais oſtio 30. mill. Germanica in Auſt. Axiacam, ſive (ut nunc vocant) Oczacoviam verſus 14. à Boſporo Cimmerio 260. m p. in occ. teſte Plin. quanta eſt Tauricæ longitudo. Auſpiciis Trajani Imp. capta fuit, teſte Floro, qui eâ tempeſtate vixit. *Taphre* Stephano dicitur, à ſervis, qui dominis cum Thracibus bellum gerentibus, ſe eorum uxoribus commiſcuerant, habitata. Long. 60. 40. Lat. 48. 09.

Taphros, *Fretum Etruſcum* Metæ, *Fretum Gallicum* Antonino, *Sinus Sardonius* Euſtathio, mare quod inter Sardiniam & Corſicam intercedit.

Taposiris, *Taphoſiris*, Plut. & Apuleio, op. Ægypti parvum, inter Alexandriam & Canopum, ubi Oſiridis templum erat.

Taprobane, *Zeilan*, teſte Jo Barrio cum Varrerio, inſ. magna maris Indici contra Cory promont. (non *Sumatra*, ut Mercator ait. longè in ort. diſtans, cum Ptol. illam apud Cory promont. Indiæ citer. deſcribat) cujus ambitus 2000. m p. eſſe traditur. Lucet ibi Canopus, ſidus clarum & ampliſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cœruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis. Vivunt ultra annos 100. Naſcuntur in eâ berylli & hyacinthi, ut Ptol. refert. lib. 6. Item aurum & argentum & marmor teſtudini ſimile; præterea gemmæ & margaritæ præcipuæ bonitatis. Apud eos annona nunquam augetur, neque ſunt fora, aut lites. Herculem colunt. Populus regem eligit, ſenectâ, clementiaque venerandum, & liberos non habentem. Et ſi poſtea gignit, abdicant, ne fiat hæreditarium regnum. Dionyſius verſ. 591.

Κεῖθεν ἡ ςρεφθεὶς, νόϊος φερπέρχεθε κολώνης,
Αἰνὰ μ κελαιν῀ μεγάλλω ὑπὸ νῶτον ἰκοιο
Μηλέρα Ταπροβάνλω Ἀσιηλιέων ἀλεφάνλων·
Αὐτὰ δ' ἐνρυλάτη μεγάθ῀ πέλη.

Hæc inſ. olim Σιμύνδη (vel πάλαι Σιμύνδη) dicta eſt, teſte Ptol. ipſius vero ætate Σάμικη & ejus incolæ Σάλαι. Sic enim ille: Ταπροβάνη, ἥτις ἐκαλεῖτο πάλαι Σιμύνδη, νῦν ἡ Σάμικη, ἡ οἱ κατέχοντες αὐτλω κοινῶς Σάλαι. Eadem etiam habet Steph. de urb. uti etiam Marc. Heracleota, & Peripli auctor; niſi quòd hi duo Παλαισιμύνδη habent, ubi Ptol. & Steph. diviſis vocabulis πάλαι Σιμύνδη. Sanè Plinius *Palæſimunda* fluvii cum op. cogn. in Taprobanâ mem. à quo inſu-

lam

lam denominatam verisimile sit. Unde satis probabiliter contendit Salmasius in ea teris etiam Παραμυθία legendum. A Σθγκη autem vel Σάλα *Seilan*, vel *Zeilan* deduci videtur. Quod autem Dionysius Taprobanen elephantis abundare ait, idem est quod apud alios authores traditur. Solinus ex Plinio: *Elephantis repleta est majoribus multò quam fert India.* Alexander Lychnus apud Stephanum. Ælian. Hist. An. 16. 18. ubi de hâc insulâ: Ἔχει δὲ καὶ ταῦρος ἐλεφάντων πολλῶν καὶ μεγίστων, &c. Tzetzes Chil. 8. Hist. 213.

Ἡ Ταπροβάνη δὲ Ἰνδῶν τοῖς δὲ μεγίστη,
Ἐν ταύτῃ καὶ ἐλέφαντες, &c.

Notandum heic obiter Manilianum illud lib. 4.

Et duplici clausos elephantes carcere terræ.

Recte omnino. In Asiâ sc. & Africâ: nam in Europa nulli. Hujus insulæ mem. quoque Ovid. Pont. 1. 5.

Quid tibi si calidâ, profuit, laudare Syene,
Aut ubi Taprobanen Indica tingit aqua?

Nomen ejus quod attinet *Taprobane* Bocharto est תפרבן *Taph Parvan*, i. e. litus Parvan, seu Parvain, vel *Taph Provan*, ex ב quod Arabice sig. *Litus* vel *oram maris*, quam vocem apud Phœnices in usu fuisse docent Phœnicum in Africâ urbes maritimæ *Taphrura*, & *Tabraca*, & promont. *Taphitis*, &c. quod facit Solomonis Ophir; vide sis doctissimum auctorem Geogr. pag. 768.

Tapsus, vide *Thapsus*. Item urbs Africæ marit. inter Rhuspinam, & Rhuspas, Lepti parvæ vicina. Silius lib. 3.

Et Zama, & uberior Rutulorum sanguine Tapsus.

Tapyri, populi non procul ab Hyrcanis. Dionysius:

Τηναίοις, Ταπυροί τε.———

Ubi Montanus. Tapyros quod attinet (neque enim admitti potest altera lectio Τηναίοις τ' Ἀπυροί τε, obstat enim aliorum scriptorum auctoritas, qui nusquam Ἄπυρος, sed Ταπύρους appellant) eos Hyrcaniæ propinquos faciunt Q. Curtius & Plinius, quamvis de accurato eorum situ nihil ex illis colligi possit. Sed si recto ordine hic progrediatur Dionysius, eos Hyrcaniâ Orientaliores, & proinde in Margianâ esse oportet, ubi Ταπύρους quosdam locat Ptolemæus. Atque eo ferè situ eos locat Eratosthenes, teste Strab. affirmans μεταξὺ Τηναῶν καὶ Ἀείων Ταπύρους οἰκεῖν· manifestius vero consentit ipse Strabo, dum μεταξὺ Δαῶν τε καὶ Τηναέων eosdem constituit. Alibi tamen Ταπύρους habet Ptol. in Mediâ sc. ac Tapuræos cum Tapuris montibus in ipsâ Scythiâ. His mos fuit, ut proprias uxores aliis viris, nuptui concedant, cum 2. aut 3. liberos ex iis suscepissent. Vino proinde ac unguento oblinuntur. Justitiam colunt. Strabo lib. 12. Vide Steph.

Taracina. Vide *Tarracina.*

Taraco. Vide *Tarraco.*

Taras, flu. Italiæ juxta Tarentum Stephano. Inter Metapontum ac Tarentum Appiano. Pausanias quoque in Phocicis dicit fluvium eodem nomine, quo urbs, vocari.

Taras, Asiæ min. urbs. Curopalates. Est etiam Scythiæ flu. Val. Flac. lib. 6.

Quosque Taras, niveûmque ferax Evarchus olorum.

Ubi alii *Tarax.*

Tarbelli, pop. Gall. Aquitan. apud Pyrenæi mont. radices; quorum urbs *Tarba*, & *Aquæ Tarbellicæ.* Hinc *Tarbellius*, & *Tarbellicus*, nom. gent. Ausonius in Mosel.

Numine adorato Tarbellius ibit Aturrus.

Lucanus lib. 1.

———*Et ripas Aturi, quà litore curvo*
Molliter admissum claudit Tarbellicus æquor.

Tarbellus, mons Cariæ, Cauno urbi maritimæ imminens. Qu. Calaber.

Tarentasia, Anton. & alibi *Darantasia*, reg. & urbs Archiep. sc. Allobrogum, cujus Antistes Monasterii op. inde ad 2. leuc. distant. moratur.

Tarentinus sinus, *Thurinus* Ovidio, sinus M. Græciæ inter 2. promont. Japygium ad Bor. & Lacinium ad Austr. terminatus. *Golfo di Taranto* vulgò.

Tarentum, vel *Tarentus*, M. Græciæ urbs clarissima, in intimo recessu sinus Tarentini, à *Tarante*, Neptuni filio primum condita, à quo & nomen accepit: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc adventantes, expulsis incolis (ut Justinus lib 3 scribit) eam tenuerunt. Incolæ *Tarentini*, qui cum Romanis aliquandiù bellum gesserunt: quibus cum pares non essent, Pyrrhum Epirotarum regem auxilio sibi acciverunt. Sunt qui *Tarentum* non à *Tarante* Nept. filio, sed à Sabinâ voce *Tarentum* deducant, quæ illis *molle* sig. propterea quod in agro Tarentino & nuces & lanæ mollissimæ provenirent. Locum luxui deditum fuisse innuunt Strabo, & Eustathius, qui τρυφὴν illi tribuunt. Unde Horat.

Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.

Idem ad Mæcenatem:

———*Mihi jam non regia Roma,*
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.

Juvenalis Sat. 6.

Atque coronatum & petulans, madidumque Tarentum.

Sidonius Carm. 5.

Ipsaque, quæ petiit, trepidaverat uncta Tarentus.

Lacedæmonium vocant Horatius & Ovidius. Pari ratione *Tyndareum* Silius lib. 15.

Tunc & Tyndarei Latias Fortuna Tarenti
Auxit opes, laudemque simul.———

Uti Claudianus *Oebalium* in Mallii Consul.

At non Pythagoræ monitus, annisque silentes
Famosum Oebalis luxum pressêre Tarenti.

Hinc *Tarentinus.* Horat. lib. 2. ep 1.

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Vide omnino clarissimum Cluverium de Ital. Ant. pag. 1229. &c. Long. 41. 30. Lat. 39. 58.

Targines, *Vernauda*, teste Barrio, fl. M. Græciæ apud Locros decurrens. Mazzellà vero teste, antiquum nomen retinet, ac per agrum Crotonienssium fluit, ubi *Bernalda* opidum.

Tarichea, op. Palæstinæ in Galilæâ ad lacum Genesaret. *Jessirkin*, teste P. Lachstenio. Fuit etiam *Tarichea* op. Ægypti apud Canobum, teste Stephano: & alterum apud Scenitas.

Tarinates, vel *Taranates*, pop. Sabinorum, quorum op. Taranum ad Himellam flu. apud mont. Severum & Cures, à Reate 10. m. p. in occ. distans, quot à Colle Scipionis.

Tariana, Liburniæ castellum. *Tuina* Nigro. Plinius incolas vocat *Tariotas.*

Tarna, urbs fertilissima, Hom. Iliad. 5. quam Enarratores vocatam postea *Sardis* dixerunt. Τάρνη Stephano, urbs Achaiæ: civis *Tarnæus.* Hesychius: Τάρνη, πόλις ἐν Λυδίᾳ, οἱ δὲ ἐν Μυσίᾳ, ὅθεν καὶ Ἑρμείας ὁ Ἀελεσέλεως τῶν φιλοσόφων γνώμων. Ubi Palmerius: Cave credas, lector amice, fallsus enim hoc loco Grammaticus noster, & qui eum exscripsit Phavorinus. Confundunt duas diversas urbes. Τάρνη fuit olim Lydiæ, postea *Sardis* vocata, Græcis Σάρδεις, urbs celeberrima, metropolis & sedes regum, & postea Satraparum Lydiæ. At alia urbs Ἄταρνεὺς fuit Mysiæ, urbs maritima, cujus tyrannus fuit Eunuchus ille Hermias Aristotelis familiaris & affinis, non adeo celebris fuit. Et alia Τάρνη Bœotiæ, quæ nihil ad hunc locum pertinet.

Tarne, flu. Aquitaniæ ex Cebennis mont. oriens, & in Garumnam influens. *Tarnis* Sidonio, carm. ult.

Hinc te Lesora Caucason Scytharum
Vincens aspiciet, citusque Tarnis.

Item fons Lydiæ ad Tmolum mont. cum op. cogn. Strabo.

Tarpeius mons, idem Capitolino. Virg. Æn. 8.

In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat.———

Propert. 4. 4.

Tarpeium nemus, & Tarpeiæ turpe sepulcrum
Fabor, & antiqui limina capta Jovis.

Tarpeia sedes, & *rupes Tarpeia* Lucano dicitur.

Tarpha, Steph. urbs Locrorum Epicnemidiorum juxta Phrygas. Homer. in Catal. Nomen habet à *Tarphe* propinquo fonte, sive ab arborum densitate: Ταρφεὺς enim Græcis *densus* dicitur.

Tarquinii, colonia & urbs Hetruriæ; οἱ Ταρκυνίοι Dionysio Halicarnassensi. Strab. vero ac Stephano ἡ Ταρκυνία, Ptolemæus habet Ταρκύνιαι· quem tamen, quia Romanorum plerumque sequitur formationes, suspicari possis scripsisse Ταρκύνιοι. Opidani inde dicuntur Vitruvio, Varroni, Tullio, Livio, Plinio, ac Frontino, *Tarquinienses*, qui Dionysio lib. 5. & 6. Ταρκυνιῆται, & Straboni lib. 5. Ταρκυνῆται. Vide Cluv. Ital. Ant. pag. 518.

Tarrabeni, Corsicæ Insulæ pop. Ptol. quorum tractus & op. *Bastilica* Leandro dicitur.

Tarracina, quæ & Anxur prius dicta, teste Plinio, *Taracina* Straboni, *Tarrachina* Stephano, colon. & urbs Latii in colle apud Ulsentis ostia, media fere inter urb. Romam & Neapolim. A Græcis urbi hoc nomen fuisse impositum testatur Strabo lib. 5. *Sequitur post centum stadia à Circæo Tarracina*, Τετρακὶς κληθεῖσα πρότερον ἀπὸ τῆς συμβεβηκυίας, i. e. ab asperitate. Long. 37. 02. Lat. 41. 08.

Tarraco, insignis Hisp. civitas, Scipionum opus, à quo provincia ipsa *Tarraconia* & *Tarraconensis* vocatur. Mela lib. 2. cap. 6. *Tarraco, urbs est in his oris maritimarum opulentissima.* Hinc *Tarraconensia vina* optima. Mart. 13. 115.

Tarraco Campano tantum cessura Lyæo.

Silius lib. 3.

———*Dat Tarraco pubem*
Vitifera, & Latio tantum cessura Lyæo.

Plin. 14. 6. *Hispaniarum Laletana* (vina) *copiâ nobilitantur, elegantiâ vero Tarraconensia.* Syrum habet nomen

Ausonius

טרכון *Tarcon*, qui regiam, aut palatium dixeris. Martialis 10. 104.

Hiſpanis pete Tarraconis arces.

Auſonius in Emeritâ:

Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant.

Quod verò ait auctor noſter, Tarraconem eſſe Scipionum opus teſtes ſecum habet Plinium & Solinum, idque quia non parum auxerunt. Alioquin autem de Tarracone jam ſcripſerat Eratoſthenes, antequam Scipiones pedem in Hiſpaniâ fixiſſent. Long. 22. 53. Lat. 41. 58.

Tarraga, colon. & op Hiſp. citer. haud obſcurum in Cataluniâ. Pop. *Tarragenſes* Plin.

Tarrhas, *Tharros* Anton. *Larghier*, teſte Nigro, urbs Sardiniæ litoralis ad occid. epiſc. ſub Arch. Turritano.

Tarrha, urbs Lydiæ, & alia Cretæ, patria Lucii Grammatici, ubi *Tarrheus* Apollo collitur. Item alia juxta Caucaſum, colonia Cretenſium.

Tarſâ, vicus olim Comagenes in Syriâ populoſus ad Euphratis ripam, à Samoſatis 150. ſtad. in merid.

Tarſatica, *Tarſaticum* Anton. op. Liburniæ litorale. *Terzacz* Lazio. *S. Maria de Tranſiarch* Simlero.

Tarſium, Ptol. op Pannoniæ infer. ubi Maximinianum Imp. occubuiſſe Aurel. Victor teſtatur. *Tarſium* habent alii codices.

Tarſus, urbs Ciliciæ clariſſima, Strabo lib. 15. & reg. totius caput, in campis ſita, & Cydno amne irrigata: cujus conditorem volunt fuiſſe Perſeum, Danaes filium. Solinus cap. 41. *Matrem urbium habet Tarſon, quam Danaes proles nobiliſſima Perſeus locavit.* Unde Lucan. lib. 4.

Deſeritur Taurique nemus, Perſeaque Tarſos.

Alii tamen urbis hujus originem ad Sardanapalum referunt, poſtremum Aſſyriorum regem: cujus etiam monimento inciſum erat, quòd Tarſum & Anchialum die uno condidiſſet. Hæc fuit Apoſtoli Pauli patria. Act. 21. com. 39. Ἐγὼ ἄνθρωπός μού εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεύς, τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Dicta vero Tarſus eſt, ut quidam exiſtimant, à ſiccitate. Τρσαίνειν enim & Τέρσειν ſiccare ſig. vel quòd hujus reg. loca primò poſt diluvium ſiccarentur: vel ut Eratoſthenes, quoniam in eo tractu primi degentes homines, tritici, & leguminum fruges, ut reconditæ perdurarent, exſiccaſſe perhibentur. Alii à parte pedum, quæ *Tarſus* dicitur, ut in manu ſic vocatam volunt; quoniam eo loco Bellerophon de Pegaſo cecidiſſe, pedemque offendiſſe dicitur. Dionyſius Periegetes verſ. 869.

Ταρσὸν εὐκλειῶν ὅτι δὴ ποτε Πήγασος ἵππος
Ταρσὸν ἀφεὶς χώρῳ λίπεν ἄνομα, τῆμος ἀφ' ἵππων
Ἐς Διὸς ἱερὸν πέσεν ἤεως Βελλεροφόντης.

Polyhiſtor. tamen non Bellerophontem, ſed Pegaſum eo in loco crus fregiſſe ſcribit. Ideo Juvenalis de Tarſo Sat. 3.

———*Ripâ nutritus in illâ,*
Ad quam Gorgonei delapſa eſt penna caballi.

Hodie *Teraſſa* incolis, & *Terſis* Turcis, teſte Leunclavio. Long. 66. 14. Lat. 38. 56. Scholiaſtes Juvenalis ad loc. præd. *Apud Tarſum civitatem Ciliciæ, quam præterfluit amnis Cydnus, cujus urbis conditor Perſeus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pinnis ei excidit.* Doctè quidem, inquit doctiſſ. Valeſius, nam ταρσὸς *talum* ſignificat Græcè: ſed hoc præter mentem Juvenalis, qui de pinna Pegaſi, non Perſei loquitur, uti ſupra dictum. Et v. a Pegaſi pinna denominatam Tarſum prodit Dionyſius, loco ſuperius adducto. Sed à talaribus Perſei ita dictum celebrior ac teſtatior fama eſt. Unde Nonnus lib. 18. Dionyſius de Perſeo Tarſi conditore canit his verſibus:

———Εὐπτερος ἤλυθε Πέρσεὺς
Γείτονα Κωφυλοιο διαυγέα Κύδνον ἐάσας·
Ὧ σὺ φίλος, ᾧ ἔφασκεν ἐπώνυμον ὠκέι ταρσῷ
Ἀνδρὶ πάρ' Κιλίκεσσι νεόκλιτον ἄστυ χαράξαι.

Idem lib. 41. inter antiquiſſimas urbes memorat Tarſum.

Τάρσος ἀειδομένη πρωτόπτολις.

Tartari, populi longè lateque in Scythiâ & Sarmatiâ dominantes, olim *Scythæ* dicti ſunt.

Tartaria, pars Aſiæ ampliſſima, ad Boream maximè extenſa, ubi alias Scythia intra & extra Imaum, & Serica regio. Dividitur à quibuſdam in quinque partes ſeu regna; nempe in Tartariam veram, quæ ad Bor. Cathaiam, quæ ad ort. Tartariam deſertam, quæ ad occ. Zagataiam, quæ verſus Perſiam; & Turcheſtaniam, quæ ad Auſtr. verſus Indiam propriam. Alii autem & melius, uti Arabes dividunt Tartariam magnam in plures partes Europæis vix notas; quarum præcipuæ ſunt *Thibetum regnum*, ubi alias pars Auſtralis Scythiæ extra Imaum. *Mauralnaharia*, ubi olim Jaxartæ, & Sogdiana pro maj. parte. *Olgaria*, ſeu *Calmuchi* pop. ubi alias Orguſi pop. Scythiæ intra Imaum. *Chaulachiæ*, ubi Alani Scythæ in Scythiâ etiam extra Imaum M. *Mongalia*, ubi olim Hyperborei Scythæ. *Kaimachitarum*, ſeu *Naimanorum* reg. ubi alias pars Borealis Scythiæ extra Imaum, & Sericæ regionis. *Tangurum* regnum, ubi pars Auſtralis Sericæ regionis. *Nucanum* regnum, ubi minor pars Sericæ Auſtralis, & *Jap* reg. maximè in ort. extenſa. De quibus omnibus pauca dici poſſunt cum in his raræ ſunt urbes: & de illis Abulfeda fuſius. Terminatur autem hæc Tartaria, à Sept. mari Boreali, ſeu Scythico, uti ab oriente, & mari Kaimachitarum; ab occ. Moſcoviâ, & à merid. Perſiæ, Indiæ, & Sinarum Imperiis.

Tartaria minor, ſeu *Precoperſis*, reg eſt Europæ inter Pont. Euxinum ad merid. paludem Mæotidem ad ort. Moſcoviam ad Bor. & Podoliam atque Volhiniam, prov. Poloniæ ad occ. ubi alias parva Scythiæ, ſeu Cimmeria, & Scythia Europæa in parte Auſtr. Sarmatiæ Europ. Duplex eſt *Crimæa*, alias *Taurica Cherſoneſus*, & Nogaienſis, ubi olim Nomades Scythæ & Mæotæ.

Tartari Budziacenſes, pop. ſunt Europ. in parte infer. Daciæ, ubi nunc Beſſarabiæ pars Auſtralis, verſus oram Pon. Euxini, inter oſtia Danubii & Tiræ fluviorum.

Tartari Dobrucienſes, pop. ſunt Europ. in parte orient. Bulgariæ, ubi alias Scythia provincia Mœſiæ infer. extenduntur-que inter oſt. Danubii ad Bor. & Varnam ad Auſt.

Tartari Oczacovienſes, Pop. ſunt in ora Pont. Eux. inter oſt. Boryſthenis & Tyræ flu. in ipſo lim Poloniæ & Tartariæ min. ſuntque Turcarum vectigales, ut alii Tartari Europæi. Cæterum de Tartariæ deſcriptione librum edidit Mart. Broniovius Col. Agrip. 1595.

Tartarus, flu. Venetiæ ex Atheſi in Padum per Hadriæ fines decurrens; ex quo unum ex Padi oſtiis *Tartarum* à Plinio nominatur. Eſt & *Tartarus*, & *Tartara* num. pl. locus inferorum à poetis plurimùm celebratus; in quo ſontes plectuntur, à verbo Græco ταράσσω, *conturbo*, quod illic omnia plena ſint perturbationis; vel ἀπὸ τῆ ταρταίζειν, i. e. à tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Servius. Aliis placet ab ἔταρον derivari, ſecundo indefinito τῦ τείρω, τάρος, atque per anadiploſin Τάρταρος. Doctiſſimo D. Windetto origo Chaldaica multò magis placet, à themate רדר *dardar*, i. e. *decidit*; quo ſenſu Tartarus pro eo quòd ſubſidit, ac fundum petit, accipitur. Sic Hebræi תחתיות ארץ, *infima terræ* pro Gehennâ uſurpant. Hom. Iliad. Υ.

Ἦ μὲν ἐλὼν ῥίψω εἰς Τάρταρον ἠερόεντα,
Τῆλε μάλ' ὅσσον ἔπειτα βάθος χθονός ἐστι βέρεθρον,
Ὅσσον ἔνερθ' αἴδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Virg. Æn. 6. ———*Tartarus ipſe*
Bis patet in præceps tantum, tenditque, ſub umbras
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.

Non deſunt, inquit vir magnus, quibus Tartarus nihil aliud eſt, quam aer craſſus, frigidus ac tenebroſus circa polos. Ita Crates apud Stephanum: Τάρταρος, Κράτης, ὁ ὑπὸ τοῖς πόλοις ἀὴρ παχὺς καὶ ψυχρὸν πᾶν, καὶ ἀφώτιστον. Heſychius: Τάρταρος, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος.

Tarteſſus, *Cartheia*, vel *Carteia* Ptolemæo, nomen habet à flu. præterlabente, Steph. vulgò *Tariffa*, op. Hiſp. Bæt. in orâ, inter Calpen & Bellonem. Apud Sil. Italicum Carteia à Tarteſſo diverſa eſt. Livius autem Carteiæ ſitum deſcribens omninò eadem fuiſſe oſtendit. Uno verbo (inquit Bochartus) triplex eſt Tarteſſus apud veteres. Una propriè dicta in inſulâ ad Bætis oſtia, qui & ipſe Tarteſſus de nomine urbis dictus eſt. Duæ ſic dictæ κατὰ χρηστικῶς, Carteia, nimirum, & Gades. Has condidere Phœnices, ac primam illam jam conditam invenerunt. Vide quæ ſequuntur, imò & quæ præcedunt apud authorem eruditiſſimum Geogr. p. 671. Hinc *Tarteſſius*. Ovid. Met. 14.

Preſſerat occiduis Tarteſſia littora Phœbus.

Item *Tarteſſiacus*. Mart. lib. 9. ep. 61.

In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris.

Tarvanna, urbs Belgii, Morinorum metropolis, in Picardiæ & Arteſiæ confin. à Carolo 5. Imp. ſolo æquata.

Tarvedum, *Orchas*, Ptol. *Orcha* Diodoro Siculo, promont. Albionis in orâ Scotiæ Boreali, contra Orcades porrectum. *Howburn* Camdeno.

Tarveſede, pagus Rhætiæ, *S. Jacob in Clavenerthal* Scudo, *Spelug* vero Simlero.

Taulantii, *Taulanti* Plinio, *Talantii* Procopio, pop. Macedoniæ mediterr. Dyrrachio finitimi & Apolloniæ, quorum reg. *Tallandi* Lazio, *Tamoriza* Caſtaldo, *Muſachia* Nigro: apud quos vinum ex melle fit, ut Ariſt. author eſt. Urbs Arniſſa, *Alada* Moletio. Zonaræ ſunt inter Dalmatas. Lucan. l. 6.

Quemque vocat collem Taulantius incola Petram.

Silius lib. 15.

Quaque per Illyricum Taulantius incola littus, &c.

Taurentinum, *Tauroentium* Ptol. *Taurenta* Cæſari, *Taurentum*, Antonino, *Tolon*, ut pleriſque videtur, urbs Gall. Narbon. in orâ Provinciæ inter Maſſiliam & Forum Julium 12. leuc. in ort. Sed apud Anton. Telo à Taurento diverſus eſt 12. m. p. ab eodem diſtans in ort. *Tauroes*, ſeu *Taurois* à Steph. Maſſilienſium colonia dicitur.

Taureſium, op. Macedoniæ in Myſiæ confin. in Dardaniâ reg. Juſtiniani Imp. patria, quæ aliis *Priſtena*, ſeu *Priſdena* ſic nominatur, apud Juſtinianam primam, teſte Procopio, quæ à Nicephoro Callitto Achridus appellatur, Lychnidus Ptolemæo. Item *Taureſium*, urbs Mediæ, Perſarum regia, quæ *Tabreſium* quoque dicitur.

Tauri, pop. Sarm. Europææ, qui, teſte Plinio, Tauricam Cherſoneſum incolunt, qui & *Tauroſcythæ* Plin. ac Ptolemæo dicuntur, ſed teſte Procopio Dromum Achillis inſulam inhabitant. Lucan. lib. 2.

Armenios, Cilicaſque ferox, Tauroſque ſubegi.

Ovid. Pont. lib. 3. eleg. 2.

Eſt locus in Scythiâ, Tauros dixere priores.

Taurianum, urbs Brutiorum à Saracenis exciſa, cujus rudera apud Palmam pag. cernuntur: cui *Seminaria*, op. ſuccelſit amplum. Long. 40. 25. Lat. 39. 20.

Taurianus, ſcopulus, Ptol. *Terinæus* Plin. locus Brutiorum in orâ litorali, *la Nave*, teſte Barrio.

Taurica, Cherſoneſus, vulgò *Tartaria minore* Europæis & Italis, *Gazaria*, aliis, & incolis *Precopika*, penninſula Europæ, cujus fines ſunt Iſthmus, Palus Mæotis, Pontus & Cimmerius Boſporus. Famoſa olim aræ Dianæ, ſive, ut Herodotus vult Iphigeniæ, Agamemnonis filiæ, cui ibi humanis hoſtiis immolatum. Ovid. Triſt. 4. el. 4. Qu. Curtius lib. 4. Herodotus lib. 4. Aug. de C. D. l. 7. cap. 19. & 26. Hæc ara poſtea Ariciam in Italia tranſlata eſt, teſte vetere Schol. ad ep. Horatii ad Piſones, verſ. 16. Ovid. Pont. 1. 3.

Aut quid Sauromatæ faciant, quid Zazyges acres,
Cultaque Oreſteæ Taurica terra Deæ.

Lucanus lib. 1.

Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Juv. Sat. 15.

——Quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inventrix.——

Taurini, pop. Italiæ in Gall. Subalpinâ & Pedemontanâ reg. inter Libycos ad ort. Suetrios ad occ. Salaſſos ad Arctos, Pado eos ad Auſtr. terminante. Licet eos Leander *Piemonte* indigitet. Horum caput eſt *Auguſta Taurinorum*, urbs, & Academia, totius principatûs Pedemontani conventus juridicus. Principis ſedes eſt & vulgò *Turin* vocatur. *Taurinorum* mem. Sil. Ital. l. 3.

His tandem ignotas tranſgreſſus caſibus Alpes
Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.

Tauriſci, pop. Pannoniæ ſub quorum reg. *Steyrmark*, teſte Lazio, dicitur.

Tauriſci, pop. Alpini in finibus Helvetiorum apud Alpes ſummas, & ort. Rhodani, quorum urbs *Uren*, (*Elt orff*, teſte Scudo) nominatur ab *uris*, qui ſunt genus taurorum, primus Helvetiorum conventus qui ex Italiâ in Helvetios proficiſcentibus occurrit, inter Adulam, mont. 20. & Lucernam urb. 20. m. p. *Taurini* etiam Anton. teſte Ortelio dicuntur. Sunt & *Tauriſci* Plinio & Livio, pop. Norici Alpini, Alpes Noricas incolentes. Carni quoque *Tauriſci* Plin. dicuntur, Carnicas Alpes incolunt. *Tauriſci* etiam apud Steph. pop. Alpini, quos & *Taurinos* dici ait apud Polybium.

Taurocinium, flu. Brutiorum per agrum Rheginorum fluens. *Calopinaco*, teſte Barrio.

Tauromenius, Vib. Sequ. flu. Siciliæ prope Tauromenium urb. fluens. *Acesine* Thucyd. *Afine* Plin. *Cantara* Leandro.

Tauromenium, *Tauromenium* Ptol. Paterculo & Strab. quod & Naxos, teſt. Plin. & Solino, (licet apud Strab. ſint urbes diverſæ) colon. & urbs Siciliæ inter Meſſanam ad Bor. & Catanam ad Auſt. 30. m. p. nunc *Taormina*, ab Andromacho, Timæi hiſtorici patre, condita, *Tauromenon* Ovid. l. 4. Faſt.

Himeræ, & Didymen, Agrigentinæ, Tauromenique.

Hinc *Tauromenitanus* portus. Lucan. lib. 4.

Tauromenitanam vincunt ferobore Charybdim.

Silius lib. 4.

Tauromenitanâ cernunt à ſede Charybdim.

Juvenal. Sat. 5.

Mullus erit domino quem miſit Corſica, vel quem
Tauromenitanæ rupes.——

Tauropolium, urbs Aquitaniæ. Erat & templum Dianæ in Samo inſ. præclarum, Steph. in *Icariâ*. Dionyſius:

——Ὅθι Ταυροπόλοιο θεοῖο
Βωμοὶ χιονέης ἀδδίκτοι χαπνὸν ἔχουσι.

Vide Suidam in Ταυροπόλαι.

Tauroſcythæ, pop. Sarmatiæ, qui Taurum mont. habitant penes Achilleum curſum.

Taurunum, *Taurinum* Ptol. *Belgrado* Italis, *Nander Alba* Hungaris, *Griechiſch-Weiſſemburg*, i. e. *Alba Græca* Germanis urbs Pannoniæ infer. ad Sai cum Danubio confluentiam, in Myſiæ ſup. confin. caput Serviæ.

Taurus, mons Aſiæ totius longè maximus, qui ab Indico mari exurgens vaſtè ſatis attollitur: dein dextro latere ad Sept. ſiniſtro merid. verſus flectitur, in occid. rectus, & perpetuo jugo, multarumque gentium, quà deorſum agit, terminus ſed pro gentium ac linguarum varietate diverſa nomina ſortitur. Nam in Lycia *Cragus*, in Pamphyliâ *Coraceſius*, & *Sarpedon*, in Ciliciâ *Taurus* (unde Ovid. Met. 2.

Ardet Athos, Tauruſque Cilix, & Tmolus & Oete.)

in Armeniâ min. *Antitaurus*, in Syriâ *Amanus*, in Meſopotamiâ *Chaboras*, in Armeniâ maj. *Parſiedrus*, & *Gordiæus*, ac *Moſchicus*, in Meſopotamiæ & Armeniæ maj. confin. *Niphates*, in Colchide *Coraxicus*, in Iberiâ & Albaniâ *Caucaſus*, in Mediâ *Zagrus*, in confin. Aſſyriæ ulterius *Orontes*, *Jaſonius*, *Coronus* & *Choatras*, in Parthiâ *Paracoathras*, in Carmaniâ *Strongylos*, in Bactrianâ *Paropamiſus*, in Scythia *Imaus*, inter Scythiam & Indiam *Emodus*: quos montes in univerſum *Ceraunos* vocari à Græcis teſtatur Plinius. Mela etiam ſub eodem vocabulo maximam ejus partem comprehendit. Qu. Curtius videtur eum duobus tantum nominibus deſignare, *Tauro* & *Caucaſo*. Rationem nominis innuit Dionyſius verſ. 641.

——Ταύρεον ἧ ἐ κικλήσκουσιν·
Οὔνεκα ταυροφανὲς τε χὴ ὀξυκάρηνον ὀδόντι.

Taurus, mons. Germ. in fin. Cattorum Tacito, & Jornandi mons Sarm. Europ. juxta Mæotidem pal. & Herodiano, mons Tauricæ Cherſoneſi, & Melæ mons Germ. ſeu Norici in tractu Salisburgenſi & Carinthiæ confin. altiſſimus, teſte Ortelio, *Thaurn* incolis. Item *Taurus*, mons Arabiæ Petrææ ad ſin. Arab. cum op. cogn. *el Tor*, à monte Sinâ 60. m. p. in merid. ab Heropoli urb. 60. in ort. Item *Taurus* promont. Siciliæ in orâ Orientali. *Capo di S. Croce* Fazello. Item fluviolus Peloponneſi per Argiam apud Trœzenem fluens.

Taus, Scotiæ fluvius. *Tay* Camdeno, Perthiam comit. fluens.

Taxila, num. pl. urbs maxima Indiæ citer. inter Indum & Hydaſpen, quam Strabo lib. 15. amplam & legibus munitam ſcribit. Arrianus: *Alexander trajecto Indo Taxila venit urbem magnam, & felicem, omnium quæ inter Indum & Hydaſpen, maximam.* Vide Philoſtratum de vitâ Apollonii.

Taygetus, ſeu *Taygeta*, pl. num. *Portes*, teſte Nigro, mons Laconicæ apud Eurotam flu. & Spartam urb. Amyclis imminens, cujus bona pars cum terræ motu corruiſſet, Spartanorum urb. oppreſſit. Cic. lib. 1. de Divin. Claud. de bello Getico:

Culmina Taygeti trepidæ vidiſtis Amyclæ.

In hoc monte venari ſolebant veteres. Virg. Georg. l. 3.

Taygetique canes.——

Propert. 3. 14.

Et modo Taygeti crines aſperſa pruinâ
Sectatur patrios per juga longa canes.

Lacænæ virgines ibidem bacchabantur. Virg. Geo. l. 2.

——Virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.——

Servius: *Mons Laconum Baccho conſecratus.* Erat enim vitifer. Theognis, verſ. 875.

Πῖν' οἶνον, ἧ ἐμῆς καφυφῆς ἀπὸ τηυγέτοιο.
Ἄμπελος ἔπεγκαν.

Hunc montem Strabo vocat Ὕψηλον lib. 8. Unde Statius lib. 1. Achil.

——Minor Othrys, & ardua ſidunt
Taygeta.——

Imò Taygeti tanta eſt altitudo, ut qui in ejus ſit cacumine totam Peloponneſum videre queat. Staſinus apud utrumque Tzetzen:

——Αἶψα ἧ Λυγκεὺς
Τηύγετον ἀφορόωσα ποδὼν ταχέεσσι πεποιθὼς,
Ἀκρότατον δ' ἀνέβαινε, διεσκέατο νῆσον ἅπασ'
ταναηλίδα Πέλοπος.

Longitudinem ejus innuit Homerus Od. ζ. hoc verſu:

Ἦ ῥ' ἐπὶ τηύγετον ἀφνειόν, ἧ Ἐρυμάνθον.

Lucan. lib. 5.

——Gelidique inculta juventus Taygeti.

Unde Statius lib. 1. Sylv.

Et Dryadum viduare choris algentia poſſet
Taygeta.——

Tazata, inſ. Oceani Scythici; quæ *Talga* Melæ dici videtur, & *Chalca* Ptolemæo in mari Hyrcano.

Tazus, Tauricæ Cherſoneſi op. mediter. Ptol. *Theodoro* Nigro. Item op. Sarmatiæ Aſianæ in ora maris Euxini, ad ſinum Cerceticum, inter Achæam vicum ad occ. & Ampſalim urb. ad ort. Ptol. *Suſaco* Mercatori.

Teanum, cogn. *Sidicinum* Plin. & al. vulgò *Tiano*, colon. & urbs Campaniæ, à Capuâ 12. m. p. Caſinum verſus 20. in colle, inter Cales 4. & Sueſſam 8. à Venafro 18. in merid. Nomen gent. *Teanus* apud Stephanum. *Teanum* alterum, *Apulum* cogn. *Theanum* Ciceroni, urbs Apul. Dauniæ

niæ apud Frentanorum fines exciſa, in mont. Apen. inter Luceriam ad ort & Larinum in Corum, ab eo 18. m p. diſtans.

Tearus, flu. Thraciæ, qui ex 36. fontibus manat, teſte Herod. lib 4. ubi ſcribit Darium ad Scythas proficiſcentem perveniſſe, & caſtra ad eum triduo continuaſſe, aquâ illius dulciſſimâ & limpidiſſimâ delectatum, columnâ ibi cum inſcriptione erectâ.

Teatea, *Teate* Silio, *Tegeate* Straboni, urbs Marucinorum metropolis inter Atriam ad occ. 12. & Anxanum ad ort. 15. Hic *Teatinorum* Societas exordium habuit. Pop. *Teatini* Plin. *Teates* Appiano Alexandrino. Silius l. 8.

Corfini populos, magnumque Teate trahebat.

Tectoſages, pop. Germ. juxta ſylvam Herciniam incolentes. Cæſar. quos B. Rhenanus apud Sylvam nigram juxta Nicri flu. ripas habitaſſe tradit. Quorum adhuc extat veſtigium Teck arx, antiquum nomen redolens in Ducatu Wirtembergenſi.

Tectoſages, *Tectoſagæ* Steph. & ſingulari *Tectoſax*, *Tectoſagi* Trogo. *Toliſtobigi* Floro, pop. gemini: primi Gall. Narbon. quarum metropolis eſt Toloſa. Auſonius in Catalogo urb. de Narbone:

Interiuſque premunt Aquitanica rura Gebenno
Uſque in Tectoſages.———

Tegea, *Tegæa* Ptol. *Tegeæa* Poetis, à *Tegeote* conditore dicta, urbs Peloponneſi in Arcadiâ, à Mantineâ 12. m. p. diſtans. Hic oſſa Oreſtis Gigantis Olymp. 58. inventa, teſte Solino. Virg. Æn. 5.

Alter ab Arcadiâ Tegeæ de ſanguine gentis.

Hinc *Tegeæus*. Ovid. Faſt. 6.

Liba ſuâ properata manu Tegeæa ſacerdos.

Propertius:

———*Calami, Pan Tegeæe, tui.*

Idem *Tegeaticus*. Sat. 1. Sylv. carm. 2.

Et de Mænaliâ volucer Tegeaticus umbrâ.

Quomodo Tegeatæ & Pheneatæ diutino bello ſe mutuo afflixerint, docet Plut. in Parallelis. Item *Tegea*, *Tege* Ptol. op. Africæ mediter. Thebanæ proximum ad 6. m. p. diſtans, apud ſinum Numidicum.

Teium, urbs Paphlagoniæ, in orâ ntaris Euxini, Anacreontis patria. Licet aliis patria ejus *Teios*, vel *Teos*, urbs Ioniæ; unde *Teius*. Horatius:

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium.

Ovid. Triſt. 2.

Præcepit Lyrici Teia muſa ſenis.

Tela, op. Hiſp. Tarrac. Anton. Hinc *Telenſe concilium.*

Telamon, ſive *Telamo*, Etruriæ portus: Plin. 3. 5. *Mox Umbro navigiorum capax, & ab eo tractus Umbriæ, portuſque Telamon.* Τελαμὼν Stephano, qui etiam πόλιν eum vocat. Ptol. Τελαμὼν ἄκρον dicitur. Originem opidi, nominiſque ad Argonautarum uſque tempora antiquiſſimi Græcorum ſcriptorum retulerunt, teſte Diodoro Siculo lib. 4. cui Τελαμὼν λιμὴν dicitur.

Telchines, pop. Rhodi inſ. eo ex Cretâ profecti (unde Rhodus *Telchinia* dicta) Jalyſum urb. incolentes. Ovidius Met. 7.

———*Jalyſios Telchinas,*
Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu
Jupiter exoſus fraternis ſubdidit undis.

Malefici ſiquidem homines fuiſſe perhibentur, aſpectu ſolo omnia effaſcinantes. Unde Heſychius & Suidas interpretantur Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροί. Statius Sylv. 4.

———*Idæis Telchines in antris.*

Nicolaus in Hiſt. de mor. Gent. apud Stob. Τελχῖνες ἀνθρώποι ὀνομαζόμενοι οἱ τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες, οἰκήσαντες τε καὶ ἐν Κύπρῳ, μεταναστάντες δ' εἰς Ῥόδον καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες, βάσκανοί τε σφόδρα εἶναι καὶ φθονεροί, &c.

Teleboæ, vel *Teleboes* (vide *Taphii*) pop. Ætoliæ, ſeu Acarnaniæ, ut apud Ariſt. in politicis, & Caprearum inſularum latrociniis dediti

Tellene, Latinorum urbs πόλιν ὀλιγανδρώτατον appellat Dionyſ. Halic. lib. 3.

Tellina Vallis, *the Valtolin*, pars Rhetiæ propriæ ubi alias Vennonetes pop. ad radices Alpium. Subeſt dominio Rhætorum; terminatur autem à Sept. Rhetiâ propriâ, à merid. dominio Veneto, ab occ. Ducatu Mediolanenſi, & ab Orient. Com. Tirolenſi. Nomen ſortitur à *Telia*, vulgò *Teglo*, caſtro in Rhætorum & Inſubrum confinio.

Telmiſſus, urbs Piſidiæ, de quâ ſic vir magnus de Ph. Col. lib. 1. cap. 6. Solymi, inquit Strab. authore lib. 13. *Termiſſenſes* appellantur à *Termeſſo* promont. cui imminet Solymus: Τῆς γὰρ Τρμώσσου ἄκρας, inquit, ὁ Χελιδονίου λίβα καλεῖ Σόλυμος, καὶ αὐτοὶ οἱ Τρμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται. Ubi leg. *Telmiſſum* & *Telmiſſenſes*. Nam pro Τρμώσσου libri ſcripti habent Τρμώσσου, ut obſervatum eſt à Caſaubono. Sic in his verbis l. 14. Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ Σόλυμα ὄρος, καὶ Τέρμισσος Πισιδικὴ πόλις ὀλκειμοῦσα τοῖς ξενοῖς. Ubi malè pro *Telmiſſo* legi *Termiſſum* patet ex Euſt. qui hunc ipſum locum ſic citat ubi de Phaſelide, habet enim Τελμισσος Sed & Arrianus lib. 1. ἀναβάσ. conſtanter ſcribit Τρμισσὸν & Τρμισσέας. Et Heſychio Τρμισεῖς ſunt ἔθνος περὶ Λυκίαν; & apud Cic. de Divin. lib. 1. *Telmeſſus in Cariâ eſt.* Suidas etiam habet Τρμισεῖς ex Polemone ac Dionyſio Chalcidenſi, qui ſcripſit urbium origines. Et vero Solymorum lingua *Telmiſſus* erat תחלמיש *Tahalmis*. Nempe *halmis* Ebræis *rupem* ſonat, & ad formam nominis pertinet ת præpoſitum: quod à ſaxo deductum ſeu monte prærupto cui incumbebat. Arrianus: χωρίον ὄχυρὸν ὑπὲρ ὑψηλοῦ καὶ πάντη ἀπότομον.

Telo, ſeu *Telo Martius*, vulgò *Toulon*, ſeu *Toloon*, urbs Gall. Narbon. in Provincia, cum portu capaci, limo in orâ maris mediter. Armamentum habet inſtructiſſimum, & ibi regia claſſis præparatur. 15. leuc. diſtat à Foro Julii, & 2. ab Olbiâ eſtque in planitie & probe culta. Long. 26. 50. Lat. 42. 00.

Telos, inſ. maris Carpathii ante Gnidum urb. Cariæ, *Agathuſa* Callimacho, teſte Plinio, unde *Telina unguenta* eidem Plinio 13. 1. *Epiſcopia* Sophiano.

Tembrius, flu. juxta pontum: Orpheus in Argon.

Νῆσον ὑπὲρ δολιχὴν Θυνηίδα τ' ἀπατεῶνα
Τέμβρεθ' ἱκάνοιεν ἁλαῆναι πλημμυρέουσαν ὄχθας.

Tempe, regiuncula Theſſaliæ, in valle amœniſſimâ, per quam Peneus flu. decurrit, à poetis celebrata, inter Lariſſam, & oram maritimam, montibus Olympo, Oſſâ, & Pelio cincta; ubi aquæ æs rodit, teſte Plinio l. 31. c. 2. De quâ Ælian. l. 3. c. 1. Ovid. Met. 1.

Eſt nemus Æmoniæ, prærupta quod undique claudit
Silva, vocant Tempe; per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis volvitur undis.

Virg Georg. 4.

Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe.

Hinc *Theſſala Tempe* Ovidio & Horat. Od. 7. lib. 1. qui alibi:

Aut Zephyris agitata Tempe.

Virg. ob frigiditatem laudat Georg. 2.

———*Aut frigida Tempe.*

Ubi Serv. *Tempe ſunt propriè loca Theſſaliæ amœna; abuſivè vi cujuſvis loci amœnitas.* Ambiguo ſenſu docet uſurpata vetus, Lexicon Herodoleum: Τέμπια τὰ ςενὰ τῶν ὀρῶν καὶ οἱ σύνδενδροι τόποι. Nugantur grammatici cum *Tempe* dicta eſſe putant, tanquam τρέπω, vel τέρπω. A religione loci nomen hoc inditum eſt. Itaque rectè Mela: *Hic ſacro nemore nobilia Tempe.* A τέμνω enim fit τόμος, & contractè τόμος. Pro eo vero Macedones, & Æoles, quibus ubique placet π ἀντὶ τοῦ μ, dicebant τέμπος. Itaque τέμπος æque ac τόμος & *lucum* & *fanum* ſig. Hinc quoque Romani ſuum fecere *tempus*, cujus tantum ſupereſt diminutivum *templum* vel *templum*, obliterato priori ad vitandam ambiguitatem ejuſdem, ſed aliud ſignificantis vocabuli. Qui τέμπη interpretantur τὰ ςενά, illi non vocem exprimunt, ſed ſitum deſcribunt. If. Voſſius. Eſt qui τέμπη ab Ebræo טמן deducit, i. e. *abſcondere*. Sanè Ovidius Tempe deſcribit per nemus *Prærupta quod undique claudit Sylva*. Unde Seneca in Troadibus:

———*Theſſali montes & opaca Tempe.*

Stat. Theb. lib. 6.

———*Umbroſaque Tempe.*

Idem lib. 10.

———*Tenebroſaque Tempe.*

Lucanus lib. 1.

———*Nemoroſaque Tempe.*

Val. Flac. l. 8.

Tempe viridi lucentia fumo.

Sunt & *Tempe* Bœotiæ, quæ *Teumeſſia* dicuntur à Teumeſſo op. Stat. 1. Theb.

Illius in ſpeciem, per quem Teumeſſia Tempe.

Ovid. Met. 7.

Inde lacus Hyrsis videt & Cyceneia Tempe.

Sunt & alia in Siciliâ. Ovid. Faſt. 4.

Hinc Camerinam adiit, Thapſonque & Heloria Tempe.

Denique loca quælibet amœna, nemora præſertim atque aquas habentia χαλαχρησικῶς *Tempe* vocamus. Quin & montium anguſtiæ ſic appellantur. Favorinus: Τέμπη τὰ μεταξὺ τῶν Θεσσαλίας ὀρῶν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου καὶ τῆς Ὄσσης ςενά. Καθόλου δὲ καὶ ἐν πάσι τοῖς ὄρεσιν αἱ ςενότητες διάδολαι, ὡς Διονύσιος ὁ Θεμιγνήτης.

Πυμάτης ἀδὺ τέμπια Κέρνης.

Tenchteri, al. *Tenchteri*, *Tanchari* Appiano, *Tenterides* Plutarcho *Tenchateri* Livio, pop. Germ. quorum reg. *Drent*, teſte H. Junio dicitur inter Friſiam, ad Bor. & occ. Weſtphaliam ad ort. & Tranſiſalanam ad Auſt.

Tenea, *Tenæa* Suidæ, pagus agri Corinthiaci, arboribus consitus. Unde Proverbium:

Εὐδαίμων γε Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἶην Τενεάτης.

Tenea, flu. Umbriæ. Vide *Tinia*.

Tenebrium, promont. Hiſp Tar. cum op. cogn. inter oſtia Iberi in 2. alveos infra Dertuſam urb. diviſi. *Cabo de Alfaques* Moletio

Tenedos, *Tenedo* Sophiano, inſ. maris Ægæi, ſive Helleſponti, amœna, contra Sigeum, Troadis Promont. inde 12. m. p. (ſed teſte Strab. 40. ſtad. ad 80. patens) in occ. & Circium diſtans, Apollini, qui ibi præcipuè colebatur, ſacra, prius *Calydne*, teſte Pauſ. ac Diod. Sic. *Phœnice* & *Lyrneſſus* etiam, uti Plin. auctor eſt, 5. 13. Inſ. hæc ante bellum Trojanum florentiſſima fuit, in quâ Græci ſupremas illas, quibus Troja periit, inſidias ſtruentes, ſeſe occultarunt. Virgilius Æn. 2.

Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima famâ
Inſula, dives opum, Priami dum regna manerent.

Dionyſ. verſ. 537.

Λέσβε τ' ἐυρυχόρηιο, καὶ ἰμερόεσσα Τενέδοιο.

Vulgò dici putatur qu. Τένης ἴδος, à Tene quodam, quem Cygnus pater à novercâ concitatus cum arcâ incluſum in mare projeciſſet, is ad inſ. Leucophryn ejectus eſt, & ab incolis Rex creatus, & poſt obitum pro Deo cultus. Atque ita factum ut inſ. pro Leucophry *Tenedos* appellaretur. Ita referunt Ariſtot. & Heraclides in politiis. Strabo lib. 13. Diod. lib. 5. Pauſ. in Phocicis, Plut. in Hellenicis, Conon apud Photium, Serv. in Æn. 7. Euſt. in Il. a. Hacius in Lycophronem. Suidas in Τενέδιος ἄνθρωπος. Stephanus, Phavorinus, aliique. Tenem vero hunc à Tenedîs relatum fuiſſe in Deos, docent hæc Ciceronis in Verrem 1. *Tenem ipſum, qui apud Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidiſſe, cujus ex nomine Tenedos nominatur.* Tamen hanc fabulam non eſſe ex ultimâ vetuſtatis memoriâ repetitam ex eo colligere eſt (inquit Bochartus) quod de Tene nil quicquam habetur apud poetas vetuſtiores. Sed nec in Apollodoro, Hygino, Palæphato, & Mythologorum aliis. Nec à *Tene* fieret *Tenedos*, ſed Τένη ἴδος, ut Κεῖος μίτωνος, neque enim fert Græcæ linguæ genius, ut aliter coaleſcant ſubſtantiva cum adjectivis. Denique Τένεδος vel Τενέδος neutrum eſſet, non fœmininum. Sed fingenda fuit hæc fabula, quia pudebat Tenedios neſcire ſuas origines, & rationem nominis ſui. At Phœnices ſi conſuluiſſent, inſ ſuam didiciſſent Tenedum dici qu. inſula תנא תנא *tin-edom*, i. e. *luti rubri*, cujus plurimus in figulinis uſus. Et in Tenedo celebres fuere figulinæ. Unde *Tenedia vaſa* magno in pretio apud veteres, quod Plut. in lib. de vitandâ cenſurâ, & ex eo Ariſtoph. Schol. in Nub. Act. 4. Scen 3. his verbis docent: Τὸν γεφυρίζειν ἢ κλαῦσαι Αὐλῆς, ἢ Τένεδος ἀνήκοος ἦν, ἀκροωμένοις καθαρεύειν ἐστὶ καὶ ἀγνεύειν. Boch. *Tenedius tibicen*, de falſo dicitur apud Steph. *Securis Tenedia* pro expeditâ & ſeverâ juſtitiâ. *Tenes* enim (de quo ſupra) legem tulit, atque induxit morem, ut à tergo Judicis aſtaret quiſpiam ſecurim tenens, viz. in hoc paratus, ut qui perperam quid in judicio dixiſſet mendacium, opinor, aut falſum teſtimonium, eum protenus ſecuri feriret.

Tenos, inſ. in Ægæo mari, una Cycladum, in quâ urbs eſt ejuſdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles *Hydruſſam* appellatam dicit, aliique *Ophiuſſam*. Plin. 12 4. Steph. à *Tene* conditore dictam ſcribit. Ejus mem. Ovidius Met. 7.

At non Oliaros, Didymeque & Tenos & Andros.

Tenos, inquit Bochartus, Doricè Τᾶνος, Phœnicis inſula תנן *thannoth*, i. e. draconum, ſeu ſerpentum. Ariſtoph. Schol. in Plutum: Ἐν τῇ Τήνῳ μία ἐστὶ Κυκλάδων τῶν ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ εἰσιν ὄντες. Ibidem Ὀφιοῦσσα, i. e. *Anguina* dicitur ab Antimacho. Quod & alii imitati ſunt. Atque eodem referri poteſt quòd à nonnullis *Hydruſſa* dicebatur: nempe ab *hydris* facto nomine, non ab aquis, ut veteres volunt, Euſt. Ὑδροῦσσα καλεῖται Τῆνος, διὰ τὸ ὑδρεύσασθαι ἐκεῖθεν. Steph. Ἐκλήθη δὲ Ὑδροῦσσα, διὰ τὸ καλλύδριον εἶναι, καὶ Ὀφιοῦσσα. Plin. *Tenos cum opido 15. m. p. porrecta, quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, aliqui Ophiuſſam.* Quin & vipera *Tenia* dicta eſt, tanquam eſſet à Tenio. Heſychius: Τηνία, ὄφις· quia Tenus fuit ὀφιώδης. ut habet Scholiaſtes qui ſupra. Ariſtoteles in fine lib. de Mirab. narrat de ſerpente quodam in *Teno* urbe magicis cantibus exanimato. Sed *Tenus* illa in Theſſaliâ fuit, non in inſulâ *Teno*. Τηνίων σκορπίων *aliorum ex Teno* mem. Ariſtoph. in Pluto, quæ volunt fuiſſe δεινοπλήκτους acerrima. In Arist. autem non occurrit, quod ex eo citat. Steph. ibi σκόλων σύγκραμα εἰ δὲ ἔστι πῦρ ἀναπτόμενον πίνειν ἡδύ. Nihilo fortaſſe verius quàm quod aſſerit Athenæus lib. 1. ibidem eſſe fontem cujus aqua vino non miſcetur. Anthology. 1. 38. Antipater Tenum ita cum Delo confert.

Νῆσον ἣ σὺ μὲν ζώεις, ἣ δ' ἐκ ἔτι, τίς κεν ἐώλπει
Ὄλβου Τηΐης Δήλον ἐριμυήσειν·

Unde colligitur Tenum inſulam eſſe non magnæ rei *Tenos* item apud ſcriptores Britannicos, inſ. Albionis ante oſtia Tameſis, Cantio adjacens, vulgo *The Iſle of Tenet*.

Tentyra, *orum*, & *Tentyris*, urbs & nomus Ægypti ad Nilum cum inſ. Teſte Plin. Incolæ *Tentyritæ*, qui tanto crocodilis terrore eſſe dicuntur, ut ſolâ voce eorum auditâ in fugam vertantur. Plin. 25. 8. Strab. lib. 17. Juvenal. Sat. 15.

Quæ vicina colunt umbroſæ Tentyra palmæ.

Eſt & locus Thraciæ in ora contra Samothraciam inſulam, cujus mem Ovid. 1. Triſt. el. 9.

Saltus ab hâc contra brevis eſt Tentyra petenti.

Ita quidem locus ille vulgo legi ſolet. Pro *Tentyra* vero (notante doctiſſimo Nic. Heinſio) veteres plerique *Epyra*, vel *Empyra*. Combianus autem pro diversâ lectione *Tempyra*, quomodo & duo alii, rectè. Liv. lib. 38. cap. 41. *Inde Æniorum fines, præter Apollinis, Zerinthium quem vocant incolæ, templum ſuperant. Aliæ anguſtiæ circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen eſt) non minus confragoſæ.* Faceſſat ergo Ortelius, qui cum Merulâ *Stentora* emendandum cenſet.

Teos, *Teios* Thucydidi, *Suſor* nunc Theveto & Moletio, urbs & portus Ioniæ in orâ litorali inter Erythras ad Bor. & Colophonem ad Auſt. Anacreontis, & Erinnæ poetriæ patria, licet alii *Tesum* Anacreontis patriam ſcribunt. Hinc *Teius* adject. Horat. ——*Et fide Teiâ*

Dices laborantes in uno
Penelopen vitreamque Circen.

Eſt alia in Scythiâ, de quâ ſis Stephanum conſulas.

Tephlis, Cedreno *Tiphlis* Curopalati, urbs Mediæ, ſeu potius Armen. maj. in Georgianis, munitiſſima, ubi dim Turcarum præſidium fuit; ſed noſtrâ tempeſtate à Perſis recuperata eſt. *Artaxata* veteribus dicta putatur.

Tepula Aqua, urbis Romæ. Plin. 36. 14. etiam *Julia* vocatur apud Frontinum.

Teracatriæ, campi Germ. juxta Danubium. Ptol. *Kumigwiſer*, & *Marchfelder* Lazius dicit eos hodie vocari.

Terebus, flu Hiſp. Tar. in mare Ibericum inter Carthaginem novam & Alonas influens, qui idem cum Tadero Plinii eſſe videtur.

Teredon, urbs ad ſin. Perſicum. Ptol. *Balſara* Ortelio. Hujus meminit Dionyſius verſ. 982.

Τηλίης πεζηῆσι Τηρηδὼν ἐγγὺς ὀδῶν.

Ubi Scholiaſtes πόλιν Περσικὴν vocat. Long. 84. 30. Lat. 31. 37.

Terentus, locus in Campo Martio, haud procul à Capitolio, ubi templum Plutonis & Conſi, araque ſub terrâ Inferis dicata, ſic à *terendo* dictus, quod ibi Tyberis ripas rumpens, terram terreret. Ejus mem. Papinius Sylv. 1. 4.

Aut inſtaurati peccaverit ora Terenti.

Hinc *ludi Terentini*, qui & *Seculares*. Mart. 4. 1.

Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro,
Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.

Tergeſte, *Tergeſtum*, Ptol. & Melæ, colon. & urbs Carnorum, ſeu Hiſtriæ in confin. marit. ab Aquileiâ 25. m. p. in ort. Pop. *Tergeſtini*. Hic *Tergeſtinus ſinus*, qui & *Aquileius* dicitur. *Tergeſtra* vocatur Stephano. Dionyſ. verſ. 380.

——τόθι σύεσσιν Ἀδρίας ἄλμη
Πόντου ἐς ἐγχίμεσον Ἀκυλήιον ἔνθα νάσασα
Ἄσυ περιφραδέων, μυχάτοις ἐπὶ πείρασι πόντου.

Terias, *Tyrias* Diodoro, Siciliæ flu. inter Amenanum & Simæthum apud Catanam urb. fluens. Hodie *La Favetta*. Heſych. Τηρίας, ποταμὸς Σικελίας.

Terina, urbs Italiæ in Brutiis, ad ſinum Hipponiatem (qui & *Terinæus* Plinio ex eâ nominatur, vulgò *Golfo di S. Eufemia*) in Calabr. ulter. apud oſtia Ocinari, ſive Sabbati flu. *Terina* etiam flu. qui op. irrigat, appellatur, teſte Steph. qui *Terinam* à Crotoniatis conditam ſcribit.

Termanſia, *Termes* Ptol. op. Hiſp. Tar. in Arevacis, apud Durium flu. exciſus. *Nueſtra Senora de Tiermes* adhuc nominatur, teſte Morali, apud Uxamam urb. Pop. *Termeſtini* Tacito.

Tetrapolis, reg. Syriæ, in qua ſunt quatuor urbes à Seleuco rege conditæ, quæ ſorores appellantur, *Antiochia*, à patre, *Seleucia*, à ſe, *Apamia*, ab uxore, & *Laodicea*, à matre, nominatæ. Item locus Atticæ, 4. op. conſtans, *Oenoë*, *Probalintho*, *Tricorytho*, & *Marathone*, Steph.

Tetricus, (inquit Servius) mons in Sabinis aſperrimus, unde triſtes homines *Tetricos* dicimus. *Tetrica* Virg. lib. 7.

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum
Caſperiaſque colunt.——

Itemque Silio Italico lib. 8.

——*Nec non habitata pruinis*
Nurſia, & à Tetricâ comitantur rupe cohortes.

Teuchira,

Tenchira, urbs Cyrenaicæ marit. quæ & *Arſinoe*, vulgò *Tocara*. Long. 48. 40. Lat. 31. 20.

Teuderium, Ptol. urbs Germ. in Weſtphaliâ; vulgò *Paderborn*.

Teumeſſius, mons Bœotiæ (vide *Theumeſius*) ubi Hercules Teumeſſium leonem, adhuc puer, occidiſſe traditur. Hinc *Teumeſſius*. Papin. lib. 6. Theb.

Non alias tacita juvenes Teumeſſius iras
Mente acuit.

Item parvum op. in Theban. finibus, flu. quoque & regio.

Teuthrania, *Tripoli* Moletio, urbs Paphlagoniæ ad Carambim promont. Stephanus vero *Teuthraniam* à *Teuthrante* dictam, urb. Myſiæ, non Paphlagoniæ facit. Unde Ovid. 2. Triſt.

Forſitan ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus opemque ferat.

Teuthras, flu. nomen. Prop. lib. 1.

Aut teneat clauſum tenui Teuthrantis in undâ.

Apud Strab. lib. 6. eſt Italiæ urbs aut flu. de quo ſis ibi conſule Caſaubonum. Sanè Silius, qui ſolet à fluviis nomina fingere, Cumanum quendam Teuthrantem vocat, lib. 2.

Teutoburgenſis ſaltus, ſylva Germ. in Weſtphaliâ, inter Amaſium & Lupiam flu. apud *Falckenberg* arcem, inter Monaſterium, & Padeburnam.

Teutoburgium, *Draſat* Lazio; alias *Erdewdy*, & *Senna Erdet* op. proximum, urbs olim, nunc pagus Pannon. ſuper. ad Drai cum Danubio confluentiam, à Budâ 22. leuc. in Euronot. Alii, ut Lazius, *Funskirchen*, i. e. quinque eccleſias, illam indigitant. Long. 43. 40. Lat. 45. 50. *Teutoburgium* alterum, *Doesburg*, qu. Druſiburgum, op. Germ. infer. in Geldriam, ad Foſſam Rheni Druſianam, inter Noviomagum ad occ. & Zutphemum ad ort. Long. 28. 08. Lat. 51. 28.

Teutoni, *Teutones* Ptol. pop. Germ. mare Germanicum apud Cimbros incolentes. Quanquam hodie omnes Germani *Teutones* vocantur. Lucan. lib. 6.

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

Hinc *Teutonicus*. Virg. 7. Æn.

Teutonico ritu ſoliti torquere cateias.

Claud in Eutrop. lib. 1.

Teutonicus vomer, Pyrenæique juvenci
Sudavere mihi.

Thabor, mons Palæſtinæ in Galilææ apud campum Eſdrelon, à Nazareth ad 6. m. p. in ort. diſtans. Alter eſt in tribu Nephthali verſus Dan. Jo. Damaſcenus inuſitatæ altitudinis montem hunc fuiſſe oſtendit cum ſic ait in eleganti homiliâ de Transformatione: Νῦν ὄ Θαβὼρ ἀγνοεῖται καὶ γνῶθι τὸ θεῖον ὄρος καὶ ἄλσος καὶ ὕψηλον, ὡς πῆλον τῇ δόξῃ καὶ λαμπρότητι ἢ τῷ ἀεὶ μεγεθύνεσθαι. Heſychius: Θαβὼρ, ὄρος Συρίας. Eſt & *Thabor*, urbs Bohemiæ, quæ & *Thaborſa*, valdè munita, inter Pragam 11. & Budoviſſam 6. leuc.

Thalama, nomen urbis. Xenoph. Ἑλλὼ lib. 7. Ἀποκεκρυμμένους ὑπὸ τῷ Θαλάμων. Lege cum Θ majuſculo. Eſt enim urbis proprium, de quâ Polyb. lib. 4. & Euſt. ad Odyſſ. ε.

Thalamæ, urbs Meſſeniæ, Paſiphaes templo & oraculo nobilis. Plut. in Agide. *Baſilipotamo* Nigro. *Calamata* Gemiſto.

Thapſus, op. Siciliæ vetus in peninſulâ ſitum non procul à Syracuſis, plana & quam minimum à mari eminens, adeo ut undis merſa videatur; unde & nomen ὑπὸ τῶ θάπτειν, quod in mare quodammodo *ſepulta* videatur. Unde Virg. Æn. 3.

Thapſumque jacentem.

Ita vulgus Grammaticorum. *Thapſi* vero nomen è Phœnicio תפשיבה *thapſiba* ſumptum putat Bochart. ὁ μέγας, quod pro abſciſſione ſumitur in Ebræorum libris. Nempe Siciliæ Thapſus tam anguſto colle cohæret, ut ab eâ putetur eſſe divulſa, & planè abſciſſa. Thucyd. lib. 6. Ἔστι δὲ χερρόνησος ἐν στενῷ ἰσθμῷ πρὸς χωσα εἰς τὸ πέλαγος, ἣ δὴ Συρακουσίων πόλεως ὅτε ὁδὸν πολλὼ ἀπέχει. Stephanus: Θάψος πόλις Σικελίας ἐπὶ καὶ χερρόνησος ἐν τῷ στενῷ τῦ ἰσθμῦ. Revera enim tam anguſtâ cervice continenti jungitur, ut eminus conſpicientibus videatur eſſe inſula. Nec deſunt qui *inſulam* appellent. Servius in Æn. 3. *Thapſus inſula non longè à Syracuſis, plana & penè fluctibus par.* Neque alia mens Dioſcoridis, cum *Thapſiam* ſcribit ἐν Θάψῳ τῇ νήσῳ primum eſſe repertam. Neque enim terrarum uſpiam ulla alia eſt inſula *Thapſus*. Et fallitur Marcellus cum vult unam eſſe Sporadum, quamvis præeuntem habuerit Nicandri Scholiaſtem in Theriaca verſ. 529.

Tharſis, op. ſeu locus Comagenes, à Samoſatis 13. mill. diſtans. *Tharſis* item in Sacris literis memorata *Tarſus* eſt, teſte Joſepho, urbs Ciliciæ præcipua. Euſebius autem ad Hiſp. refert: Θάρσεις δὲ ἡ Ἴβηρες. Vide Bochartum in תרשיש Phal. lib. 3. cap. 7.

Thaſius, vel potius *Thaſſus*, inſ. maris Ægæi, inter Lemnon inſ. & Abderam urbem Stat. lib. 5. Theb.

Et Paros, & nemoroſa Thaſos, crebræque relucent
Cyclades

Item op. ejuſdem nominis in eâdem inſ. à Pariis conditum teſte Strab *Thaſium vinum* a Plauto laudatur in Pœnulo, itemque apud Apul. in Apol. Unde adagium *Thaſium infudiſti*, ubi quis vinum temperat non aquâ, ſed alio vino potentiore; ex Ariſtoph. in Pluto. Antiphanes apud Athenæum:

Οἶνός ἐ Θάσιος καὶ μέγιστον καὶ ἡμέλα.

Plin. 14. 7. *In ſummâ gloriâ fuere Thaſium Chiumque.* Dio Chryſoſt. Orat. 6. Ἥδιον ἂν πίνῃ τῦ ῥοδίου ὕδατος, ἢ οἱ ἄλλοι τὸν Θάσιον οἶνον. Vide Ælian. ποικιλ. 12. 31. & 13. 6. Erat autem vinum iſtud ſuavi odore maximè celebratum; Unde Athen. lib. 1. vocat νεκταροσταγῆ. Et Clemens Pedag. lib. 2. cap. 2. *Thaſium odoriferum* dixit. De la Cerda in illud Georg. 2.

Sunt Thaſiæ, vites, ſunt & Mareotides albæ.

Dionyſius frumenti feracem eſſe innuit hanc inſulam, v. 523.

——Ὠγυγίης Θάσος, Δημήτερος ἀγλή.

Mira quoque ejus fertilitas commendatur à Zenodoto, qui ſcribit Calliſtratum oratorem Athenienſibus perſuadere conatum, ut geg. illam occuparent, tanquam fœcundiſſimam, & quæ auri etiam venas haberet: qui tandem orationem concludens, dixit: *Summa Thaſus bonorum eſt.* Unde *Thaſi* nomen à תפז *Thaſe*, i. e. *auri bracteâ*, deducit Bochartus. Ante Phœnicium adventum Græcis nomen erat Χρυσῆ, propter aurum. Euſtathius ex Arriano: Ἐκλήθη πρῶτα καὶ χρυσῆ νῆσος διὰ τὸ χρυσῦ μέτωπα. An eodem referendum quod etiam *Odonis* dicta eſt? Sanè Heſychius: Ὀδωνὶς, ἡ Θάσος τὸ πάλαι· tanquam ab Arabico עדן *adana*, unde addito ſervili Mim, מעדן *madan*, eſt *fodina*, ut Hiſpanis *Almaden*.

Thaumacia, urbs gemina: Una in Magneſiâ, altera in Phthiotide, ad ſin. Maliacum, teſte Strabone, apud quem lib. 9. Θαυμακὰς legas. Livius lib. 32. *Thaumaſi à Pylis ſinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt, ipſis faucibus imminentes ejus quam Cœlen vocant: Theſſaliæque tranſeunti confragoſa loca, implicitaſque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem eſt, repente velut maris vaſti, ſic immenſa panditur planities, ut ſubjectos campos terminare oculis haud facile queas: ab eo miraculo Thaumaſi appellati.*

Thebe, *Theba*, & *Thebæ*, vulgò *Theves*, teſte Jo. Leone Africano, urbs Ægypti, à Buſiride rege condita, ambitu 140. ſtad. uti refert Herodotus; centum portis nobilis. Dionyſ. verſ. 249.

Θήβη Ὀγυγίη ἑκατόμπυλον.

Juvenal. Sat. penultimâ:

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Mela lib. 1. cap. 9. *Et Thebæ, uti quæ (ut Homero dictum eſt) centum portas, ſive (ut alii aiunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos, ſolitaſque ſingulas, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.* Ubi nunquam ſine laude nominandus clariſſimus Voſſius: Primus Pintianus hunc locum ita conatus eſt corrigere *ducentos armatos milites effundere*: eamque emendationem valde probant viri eruditi. Nempe non rectè intellexerunt verſus illos Homeri Iliad. 9.

——Οὐδ' ὅσα Θήβης
Αἰγυπτίης, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται
Αἵδ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

Loquitur hic non de univerſâ Thebanorum militiâ, ſed de ſolis aurigantibus & ἁρματοδρόμοις. Viginti enim curruum millia ex hâc urbe ad bellum ſolita fuiſſe prodire affirmat Diodorus Siculus. Sed vero numerus militum is omnem videtur fidem ſuperare. Nam ſi ex unâ quâque portâ dena armatorum millia ad bellum proficiſcerentur, jam oportet, ut numerus militum fuerit decies centenum millium. Rectè tamen ſeſe habere locum hunc Melæ, adparebit ex illuſtri loco vetuſtiſſimi cujuſdam auctoris, cujus verba nobis ſervavit Scholiaſtes quidam ad novum Homeri librum, ante aliquot annos in Germaniâ editus. Is itaque hoc pacto de Thebis loquitur: Ἐν ταύτῃ δὲ ἦν τὰ τρίτιον τὰ βασίλεια τῆ Αἰγύπτε, εἰς ἃ πολλὰς ἤρδον φόρους λίθους, Αἰγύπτε, Αἰθίοπες. Νῦν δὲ Διόσπολις ὀνομάζεται· ἔχει δὲ κώμας μὲ πεντηκοντα τεσσαράκοντα. Τὰ δὲ ἔστι εἶχεν ἀρούρας γῆ, καὶ πύλας ἑκατὸν, ἀνδρῶν δὲ μυριάδας ↓. Ταύτην ἐτείχισεν ὁ βασιλεὺς Ὄσιρις. Ἐξ ἑκάστης δὲ πύλης ἐξεπέμπετο ὁπλῖται μὲ μύριοι ἵππεις δὲ χίλιοι, ἁρματηλάται δὲ διακόσιοι. Hæc verba unicè confirmant hanc quam reddidimus Melæ lectionem. Sed quis non obſtupeſcat tam portentoſo numero, aut credat in unâ urbe vel mille millia armatorum, vel ſeptuagies centena hominum millia elaudi potuiſſe & comprehendi? Docet tamen id ipſum etiam Strabo qui eos centum myriadum exercitus habuiſſe ſcribit. Aliquanto pauciores refert Corn. Tacitus. Is namque lib. 2. Thebas olim habitaſſe inquit ſeptingenta millia

ætatis

ætatis militaris. Nonnulli viri eruditi, & hanc ſummam nimiam eſſe exiſtimant, ideoque *ſeptuaginta* millia pro *ſeptingentis* reponunt. Verum illos errare, ſatis indicat is quem adduximus locus. Sunt tamen & in hoc nonnulla, de quibus aliquis meritò poſſit inquirere. Qui enim fieri potuit, ut hic centum equitum millia alerentur, cum tantum centum illic numerarit equilia Diodorus Siculus, quorum unumquodque ducentos caperet equos? Poſſit tamen hoc ita excuſari, ut nempe 100. iſta equilia dicantur deſtinata fuiſſe equis tantum Curulibus. Strabo ſuo tempore, cum minimæ eſſent Thebæ, in longitudine occupâſſe inquit octoginta ſtadia. Sed vero antequam Cambyſes urbem eam vaſtaret, tum longè maximam fuiſſe certum eſt. Euſtathius ad Dionyſium inquit eam tunc extenſam fuiſſe ad 420. ſtadia. Porphyrius in optimis Scholiis ad Iliada Homeri nondum editis, nec non Stephanus Grammaticus ſimilia ſupra memoratis ex Catone citant, ac 400. ſtadiorum faciunt longitudinem. Sed quomodo tanta potuit eſſe longitudo Thebarum, ſi mille tantum & ſeptingentas ἀρούρας comprehenderit? Iſte enim ἀρουρῶν numerus commodè contineri poteſt ambitu ducentorum & ſexaginta quatuor ſtadiorum. Videtur autem hæc urbs in longum fuiſſe porrecta ad ripas Nili, ac non multum poſſediſſe latitudinis. Sed vero omnia prius credam, quà tantam incolarum copiam in ullâ unquam fuiſſe urbe. Unum adferam unde quam maximè abſurdum id eſſe adparebat. Tradunt Diodorus Siculus & alii, Ægyptum cum maximè populo abundaret, habuiſſe in univerſum ſeptuagies centena hominum millia. Atqui ſi totidem quoque Thebis fuiſſent, jam oporteret cæteras Ægypti urbes vacuas fuiſſe habitatoribus. Hinc adparet quæcumque de Thebanis Ægyptiis, eorumque potentiâ dicuntur, accipienda de totâ Ægypto. Verum id eſſe & univerſam Ægyptum Thebas olim fuiſſe vocatam luculentiſſimus teſtis eſt Herodotus lib. 2. ubi de Deltâ: Πέλαι, inquit, αἱ Θῆβαι Αἰγυπτ῀ ἐκαλέοντο. Sed & Ariſtoteles Meteorolog. 1. Τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτ῀ Θῆβαι καλέσθαι. Hæ Thebæ palmis inclytæ fuerunt. Vide Paſſeratium in illud Propert. 4. 5.

Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ.

Long. 62. 00. Lat. 25. 30.

Thebe, Latinis *Thebæ*, urbs Bœotiæ ad Aſopum & Iſmenum flu. regionis quondam primaria, Ad Athenis 40. m. p. in Bor. *Tiva* Sophiano, & *Stives*, vel *Stibes*. A Cadmo condita fuiſſe dicitur. Hinc Prop. 1. 7.

Dum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ,
Armaque fraternæ triſtia militiæ.

Val. Flac. lib. 6.

Hac duce Cadmeæ viderunt prælia Thebæ.

Oraculum apud Sen. in Oedipo:

Mitia Cadmeis remeabunt ſidera Thebis.

Et apud eundem *Cadmea lues* pro Thebanâ. A Statio *Aoniæ* vocantur, ab Horatio & Statio *Echioniæ*, ab Ovidio & Lucano *Oedipodioniæ*, à Seneca *Herculeæ*. Hæ Thebæ ſeptem portas habuere. Unde Juvenalis de bonorum paucitate:

———*Numero* (inquit) *vix ſunt totidem quot*
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Heſiodus Ἔργ. α.

Τὴς μ᾽ ὑπ᾽ ἐπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ.

Ubi Tzetzes: Τρεῖς εἰσὶ Θῆβαι. Αἱ ἑπτάπυλοι, ἃς ὁ Κάδμ῀ ἔκτισεν ἐν Βοιωτίᾳ. Αἱ ἑκατόμπυλοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ οἱ Ὑποπλάκιοι περὶ τὸ Ἀτραμύττειον. Ovidius:

Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum,
Et ſeptem portas ſub duce quamque ſuo.

Stat Theb. 10.

Monſtrataque ducum Septena per agmina portæ.

Mores incolarum haud obſcure innuit Papin. Theb. 1.

———*Sonteſque evolvere Thebas.*

Ubi priſcus Gloſſographus: *propter habitatores, qui peſſimi fuerunt.* Thebana enim ſcelera pro monſtroſiſſimis proverbia fecerunt. Vide Barth. ad locum. Euſt. novem Thebas fuiſſe memorat, ſed non nominavit. Sunt qui vocis originem ab Ægypto accerſunt, & Bœoticas Thebas volunt ab Ægyptiis nomen mutuari. Varro autem *Thebas*, vel ſine afflatu *Tebas*, ex Sabinorum linguâ *colles* exponit. Alii Cadmum ſibi fingunt urbem à ſe conditam à חִבָּה *Theba* nominaſſe, i. e. navem, in formam arcæ, qua in Bœotiam ſit advectus. Pauſanias à *Thebe* deducit, Aſopi ſc. filiâ. Euſtathius: Ἀπὸ τῆς βόσεως, ἢ τοῦ βοᾶν τοὺς βοῦς, à curſu bovis, quem ducem itineris habuerit Cadmus. Quin ſi fides Etymologo, & Iſacio in Lycophronem. Θήβα Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς. Nugæ nugaciſſimæ. *Thebæ* igitur Bocharto תבא à בצ *bes*, vel בצה *betſa* lutum. Quod etymon quam ſit appoſitum, te docebunt hæc Dicæarchi in libro, cui titulus: Βίος Ἑλλάδος, p. 174. ubi de Thebis: Ἔγχεμάσαι χρείσιν διὰ τὸν πολεμικὸν, καὶ τὰ πεδία μαλακὰ, καὶ γὰρ νιφόεσσα καὶ πολὺν ἔχει πολύν. Vide ſis doctiſſimum auctorem de Phœn. Colon. lib. 1. cap. 16. Long. 49. 30. Lat. 39. 20.

Thebe, vel *Thebæ*. Ciliciæ urbs. Eetionis regia, patria Andromaches, quam Ovidius idcirco *Thebaidem* cognominat lib. 3. de Art. Am. *Philipopolim* vocatam refert Polybius lib. 5. Stephanus *Philippos*, qui eam in Theſſalia ponit. Hodie *Zeiton* appellari ait Sophianus. Ovid. Met. lib. 12.

Eetioneas implevi ſanguine Thebas.

Thebæ item Lucaniæ, op. Brutiorum mediter. in Calabriâ citer. ad Crathin flu. Item op. Troadis, ab Achille cum Lyrneſſo everſum. Hom. Sunt & *Thebæ* Saxonicæ, op. inter Vitebergam & Lipſiam; vulgò *Dieben*.

Themiſcyra, *Lirio* Nigro, *Fanagoria*, teſte Pineto (eo quod in Phanagoriâ ſit, quæ apud Strab. *Themiſcyra* dicitur, unà cum flu. in Irim labitur) urbs Cappadociæ maritima apud oſtia Iridis flu. (à quo nunc accipit nomen vulgare) in Ponti Galatici & Polemoniaci confin. Aliis *Temir*, & *Temiſira* dicitur, apud Thermodontem flu.

Theodeſia, *Theudoſia* Appiano, Polyæno, & Stephano *Caffa* Italis, *Cofo*, vel *Cofe* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Tauricæ Cherſoneſi præclara, & Satrapæ Turcarum ſedes, inter Cherſoneſum urb. ad occ. 165. & Panticapæum ad ort. 35. m. p. à Byzantio 470. miari rectâ navigatione in Bor. olim Genuenſium colonia, à Mahumete 2. Turcarum Imp. capta. Long. 63. 20. Lat. 47. 20. Item *Theodoſia*, urbs Paphlagoniæ Archiepiſc. & metropolis, *Gangrorum* cognominata ad alterius diſcrimen.

Thera, *Gozi*, teſte Nigro, inſ. maris Ægæi apud Cretam, quæ, ut primùm enata eſt, *Calliſte* appellata fuit, teſte Plinio, juxta Diam, à quâ Theraſia poſtea avulſa eſt, proxima Anaphe, ab Heracleo op. Cretæ 85. m. p. in Bor. ab Io 25. Callimachus apud Strab. lib. ult.

Κικλήσκω θεσπέσιθε, τὸ ἦ ὕστερον ὄνομα Θήρη
Μήτηρ εὐίππου παλαιδ῀ ἠμαθόεσσης.

Pauſanias in Laconicis: Τῦτο ἦ ἀποικίαν ὁ Θήρας ἔστειλεν ἐς ἣ νῆσον ἣ τότε ὀνομαζομένην Καλλίστην, &c. Ab eo igitur hæc inſ. ſic dicta. Ex *Theræ* autem poſteris fuit Battus, qui Cyrenas in Africâ condidit. Ἱερὴν νᾶσον vocat Pindarus in Pythiis Odyſſ. 4. Vide ſis illic Benedictum. Apollonius lib. 4.

Ὡς ἔφατ᾽, ἐπὶ ἁλίοσιν ὑπόκειτον Αἰσονίδαο
Εὐφημ῀· Βῶλον δ᾽, Ἀστυπάλειαν ἰανθὲς,
Ἦκεν ὑποδρυχάων· ἣ δ᾽ ἐκλοθὶ νῆς῀ ἀέρθη
Καλλίστη, παίδων ἱερὴ τροφὸς Εὐφήμοιο,
Οἳ πολὺ μὲν πότε δὴ Σιντηίδα Λῆμνον ἔναιον.
Λήμνῳ δ᾽ ἐξελάσαντες ὑπ᾽ ἀνδρῶν Τυρσηνοῖσι
Σπάρτῃ εἰσαφίκανον ἐφέστιοι, ἐκ δὲ λίποντας
Σπάρτῃ Ἀγιείων῀ ἐὺς παῖς ἦγε Θήρας
Καλλίστην ὀπὶ νῆσον, ἀμειψάμενος δ᾽ ὄνομα Θήρης
Ἐξ ἔθεν.———

In hâc inſulâ 7. aut 8. annorum pueros defunctos non lugebant. Eſt & Rhodi civitas humilis, & alia Sogdianæ, alia Cariæ. Steph. Vide omnino Palmerium ad Strab. lib. 1. pag. 57.

Therapnæ, *Theramne* Steph. *Terapnæ* Papinio, op. Laconicæ apud Eurotam flu. proximum quoque Spartæ urbi, ubi Diana primùm coli cœpit, teſte Solino. Sat. Theb. lib. 3.

Tænariumque cacumen, Apollineaſque Terapnas.

Idem 4. Silv. 8.

———*Umbroſæque magis coluere Terapnæ.*

Terapne dicitur Silio lib. 6. ubi

———*Animoſa Terapne.*

Hinc adject. *Terapnæus*, vel *Therapnæus*. Stat. Sylv. 2. 2.

Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi.

Theramnas, uti ſupra notavimus, vocat Stephani decurtator: Θέραμναι, πόλις Λακωνικὴ, ὧν τινες Σπάρτην φασὶν εἶναι ἣ τότ῀ ἔχον ναὸν τῆς Διοσκόρων, διὰ τὸ ἐκεῖσε τότους τιμᾶσθαι· διεσπάσθη δὲ τιμᾶν σημαίνει. *Therapnen* autem à Lelegis filia nomen accepiſſe, inque eâ Menelai delubrum eſſe, quo is cum Helena cultus ſit, ſcribit Pauſan. in Lacon. cui aſſentit Æneas Gazeus in Theophraſto. Has Thebanis paruiſſe auctor eſt Strabo lib. 9. Ab his Dianæ cultum cœpiſſe auctor eſt Solinus cap. 13. *Therapnæ unde primum cultus Dianæ.* Helenæ quoque in eâ cultus notus, unde *Therapnæam* eam *Nympham* appellat *Tryphiodorus* Excidio Ilii:

Τοίη μαιμαλέουσα Θεραπναίη τότε νύμφη
Οἴνοπα πῶϋν ἀνεῖλε φίλον πυρὸς ἰνιοχῆα.

Sita erat autem hæc civitas non procul ab Eurotâ, uti deſcribitur Pauſaniæ. Coluthus in Rapt. Helenæ:

Σπάρτιδι κομιζούσῃ, φίλην πόλιν Ἀβείων῀
Καλλιμήνῃ ἐνόησε παρ᾽ Εὐρώτᾳ ῥέεθρα
Ἄγχι δ᾽ ναυομήνην ὑποδέξιον ἤρε῀ ὕλην
Τείτονα παπαίνων ἐφαλὴν ἐνεῖτο Θεράπνην.

Alius eſt locus Θεᾶ Θεράπνη apud Orpheum Argonautic. verſ. 948.

Thermæ Stygianæ, Tuſciæ urbs. Anton. *Bagni Sabatini* Leandro. Item civitas Thraciæ; unde *ſinus Thermaicus.*

Urbs

Urbs quoque Angliæ, vulgò *Bathe*. *Thermæ* quoque in Galliâ sunt. vulgo *Chaudes Aigues*, op. Velaunorum, inter Fanum S. Flori & Mimatum. *Thermæ* item geminæ, Germaniæ urbes superior & inferior, utraque *Baden* vulgò. Una in Helvetiis ad Limagum flu. inter Tigurum 2. & Basileam 6. leuc. ubi comitia generalia Helvetiorum sunt. Altera urbs marchiæ Badensis caput in Brisgoiâ & Slivâ nigrâ, inter Priburgum ad Austrum 8. & Spiram in Bor. ferè totidem leuc. ab Argentorato 5. Sunt & *Thermæ* Austriacæ, *Baden*, op. cum Balneis inter Viennam & urbem novam 4. leuc.

Thermæ Himeraenses, colonia & urbs Siciliæ in orâ occiduâ, ad ostia Himeræ flu. inter Panormum ad Austr. & Cephalenitum ad Eor. Vide Cluv. Sicil. Ant. pag. 280.

Thermæ Selinuntiæ, colonia & urbs Siciliæ in orâ meridionali, inter Agrigentum ad ort. 40. & Lilybæum ad occ. 18. mill. pass. *Xacca*, vel *Sacca* hodie Fazello. Vide Cluver. Ant. Sicil. pag. 222.

Thermodon, Pormon, teste Nigro, flu. Cappadociæ in mare Euxinum, inter Themiscyram ad occ. & Polemonium ad ort. prolabens. Est etiam flu. Scythiæ Europ. apud Plut. & Thraciæ apud Suidam & Statium. Thermodonta vero Amazones incoluere. Unde Dionysius de Amazonibus:

Πλαγχθεῖσαι πάλιθεν ἀπ' ἄκρεσιν Θερμώδοντος.

Virg. Æn. 11.

Quales Threiciæ cum flumina Thermodontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.

Propertius lib. 3. el. 4.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontæis turba lavatur aquis.

Idem 4. 4.

Illatuit celerem qualis prope Thermodonta
Strymonis abscisso fertur aperta sinu.

Claudianus:

Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis
Nuda cohors: quoties Arcton populata virago
Hippolyte niveas ducit post prælia turmas.
Seu flavos straverе Getas, seu forte rigentem
Thermodontiacâ Tanaim fregere securi.

Nonnus lib. 10.

Οὐκ ἀπὸ Θερμώδοντος Ἀμαζονες.

Hinc ab Ovidio *Amazonius Thermodon*. Idem Pont. 4. 10.

Et tu fœmineæ Thermodon cognite turbæ.

Statius quoque Amazonas describens, *Thermodontiacas turmas* vocavit, uti Seneca Tragœdus *Thermodontiacam catervam*. Tryphiodorus:

Αἱ δ' ἀπὸ Θερμώδοντος ἀριφράδος γυναῖκες.

Dionysius Periegetes:

Λευκὸν ὕδωρ προϊησιν Ἐνυάλιος Θερμώδων.

Quinctus Calaber lib. 1.

Καί ποτε Θερμώδοντος ἀπ' εὐρυπόροιο ῥοάων.

Memoratur præterea ab Æschylo, Apollonio, Orpheo, &c. Homeri Interpres: Αἱ δὲ Ἀμαζόνες λέγονται ἀπὸ Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης συνελθόντες· τεχθεῖσαι δὲ ἐν Θερμώδοντι ποταμῷ τῆς Σκυθίας.

Thermopylæ, angustiæ montis Oetæ cum urbe cognomine in Phthiotide reg. apud sinum Oetæum, ubi ex Phthiotide in Thessaliam transitus est, variè indigitatæ. *Scelos* Jo. Lydo: *Terremoto* Bonacciolo; *Bocca di lupo* Nardo, *Lycostoma* Græcis. Hic Persarum impetum Leonidas Spartanus cum paucis sustinuit: ubi Euthycus ob ætatem domum remissus, potius dimicando mori voluit, quàm solus periculum declinare. Cic. lib. 2. de Fin. Appellantur etiam *Pylæ* Livio lib. 6. Decad. 4. Catullus:

Lymphaque in Oetæis Malia Thermopylis.

Claudianus:

Primo conamine ruptæ
Thermopylæ.

Vide Strab. lib. 9. & Plut. in Cat. Censor. Long. 48. 18. Lat. 39. 10.

Thespia, Herodot *Thespiæ* Xenophonti, Ptol. Plin. & Strab. *Tespe* adhuc, urbs Bœotiæ proxima Thebis, inde 12. m. p. in Meridiem, ad Thespium flu. (de quo Hesychius: Θέσπιος, ποταμὸς Βοιωτίας.) Plataeis finitima. Hinc *Thespius*, & *Thespia rupes* apud Catullum. Item *Thespiacus*, ut *mœnia Thespiaca* apud Val. Flaccum lib. 1. Numeratur autem hæc urbs inter ea loca, quæ Musis consecrata credidit antiquitas, unde & Musæ ipsæ *Thespiades* cognominantur. Long. 49. 30. Lat. 39. 00.

Thesprotia, Epiri reg. Chaoniæ proxima. Plin. lib. 4. in procœmio, cujus incolæ *Thesprotæ* & *Thesproti* Ptol. & Strab. Horum mem. Lucan. lib. 3.

Thesproti, Dryopesque ruunt, quercusque silentes.

Vide Is Passeratium in illud Prop. lib. 1. el. 11.

Et modo Thesproti mirentem subdita regno
Proxima Misenis littora nobilibus.

Thessalia, reg. & pars Macedoniæ apud Ptol. Achaiæ, seu Helladi ad merid. & Epiro ad occ. connis, ad sinum Pelasgicum & Maliacum: licet apud Plinium ac Melam & Solinum sit reg. à Macedoniâ distincta, inter illam ad Arctos, & Bœotiam ad Austr. montibus Olympo, Ossâ, Pelio ad Bor. Othry & Oetâ ad merid. Pindoque ad occ. cingentibus. Varia nomina habuit apud veteres. *Æmonia* enim, teste Halicarnass. *Dryopis*, teste Plinio, *Hestiæotis*, teste Strab. *Estiotis*, Ptol. *Pelasgia*, teste Steph. *Argos Pelasgicum* Homero, teste Strabone, & Solino, dicta est. Variè quoque vulgò nominatur. *Comenolitari* Cattaldo. *Thumenestia* Anton. Geufræo; *Lumina* Lazio. In 4. reg. distribuitur à Strab. in *Thessaliotim, Phthiotidem, Pelasgiotim*, & *Hæstiotim*. Hic plurimùm equi domari cœperunt. Vide Pausan. initio Phocicorum sive lib. 10. unde versiculus:

Ἵπποι Θεσσαλικοὶ, Λακεδαιμόνιοί τε γυναῖκες.

Vide Barthium ad illud Claud. de 4. Conf. Hon.

Gens exercita campo
Thessala.

Fuit & *Thessalia* op. illius reg olim, teste Solino, præcipuum. Pop. *Thessali*, Cic. Cæs. & al. In Thessaliâ diluvium sub Deucalione contigit, stagnante Peneo flu. Unde Claud. lib 2. de Raptu Pros.

Sic cum Thessaliam sepulis inclusa teneret
Peneo stagnante palus, & mersa negarent
Arva coli, trifidâ Neptunus cuspide montes
Impulit adversos: tum forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo.

Cæterum ora Thessaliæ inter Penei flu. ostia ad Bor. & Thermopylas ad Austr. continetur. Lucan. lib. 6.

Thessaliam quâ parte diem brumalibus horis
Attollit Titan, rupes Ossæa coercet.
Cum per summa poli Phœbum trahit altior æstas
Pelion opponit radiis nascentibus umbras.
At medios ignes cœli, rabidique Leonis
Solstitiale caput nemorosus submovet Othrys.
Excipit adversus Zephyros & Japyga Pindus
Et maturato præcidit vespere lucem,
Nec metuens imi Borean habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.

Quæ descriptio ex 7. Herodoti transumpta videtur. Nam & ille Thessaliæ situm eodem modo describit: Τὴν δὲ Θεσσαλίαν, inquiens, λέγω δὲ, τετράγωνον εἶναι λίμνῃσι, ὥστε γε συνεχλησιμβάλλει πάσῃσι ὀρεσιμίκεσι ἔσω. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς ἥλιον ἔχοντα, τά, ἥ Πήλιον ἔχει καὶ ἡ Ὄσσα ἀποκλείει, συμμίσγοντα τοῖσι ὑπερείοισι ἀλλήλοισι· τὰ δὲ πρὸς Βορέην ἀνέμου, Οὐλυμπος· τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ ἄνεμον νότον, ἡ Ὄθρυς. Hæc ille. Ex quibus facilè apparet, temere ac sine causâ Poetam hoc loco à Sulpitio reprehendi. Incolæ edaces fuisse perhibentur, quòd *Thessala bucca* sit in proverbio apud Athenæum & Jul. Pollucem: sicut & *Thessalicum nummisma*, apud Suidam & Hesychium pro pecuniâ adulterinâ, sive pro fuco & fraude. *Thessalorum* quoque *commentum* apud Suidam in eos qui fraude alios circumvenunt, dicitur. Thessali maleficiis addicti fuisse, à Medeâ superstitiones & veneficia edocti, traduntur: unde apud Aristoph. Apul. & Plin. 30. 1. magiam apud Thessales propagatam apparet. Testantur id passim Poetæ. Plautus in Amphitryone:

Ego pol illum ulciscar hodie Thessalum veneficum.

Horatius in Odis:

Quæ saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, &c.

Idem in Epodis:

Quæ sidera excantata voce Thessalâ
Lunamque cœlo deripit.

Hesychius in Καθῆσθαι Σκιάδιον. Ἐδόκει αἱ Θετταλαὶ τὴν Σελήνην καθέλκειν. Statius Theb. 3.

Thessalis haud aliter bello gravis recenti
Cui gentile nefas hominem revocare canendo, &c.

Val. Flac. lib. 1.

Sævoque vocat grandæva tumultu
Thessalis exanimes atavos.

Tibull. 2. 4.

Quicquid & herbarum Thessala terra gerit.

Loquitur de venenatis. Unde Propertius 1. 5.

Et bibere è totâ toxica Thessaliâ.

Idem 3. 24.

Quod mihi non patriæ poterant avertere amici,
Eluere aut vasto Thessala saga mari.

Lucanus lib. 5.

Thessala quinetiam tellus herbasque nocentes
Ruribus ingenuit.

Claudianus in Ruf. lib. 1.

Novi quo Thessala cantu
Eripiat Lunare jubar.

Statius

Stat. Theb. 2. ——Seu te furiata ſacerdos
Theſſalis arcano jubet emigrare ſepulcro.

Lucianus Dialogis Meretriciis: Ἐι τινα οἶδᾳς Βακχὲ γεγὼν, εἶαι πολλαὶ Θετταλαὶ λέγουσι ἐπᾴδουσαι, καὶ ἐρασμίους ποιοῦσαι. Suidas: Θετταλὴ γυνὴ, ὅπου πλεῖστα φαρμακίδων, διαβάλλουσι δὲ οἱ Θετταλοὶ, ὡς γόητες. Soſiphanes in Meleagro apud Schol. Apollon. lib. 3.

Μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς γυνὴ
Ψᾴδὸς Σιληνὸς αἰθέρ' καλαίβασις.

Plin. 31. 1. *Menander quoque literarum ſubtilitati ſine æmulo genitus, Theſſalam cognominavit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam.* Ariſtophanes Nebulis Act. 2. Sen. 2.

Γυναῖκα φαρμακίδ' ἐι πριάμενος Θετταλὴν
Καθείλομι νύκτωρ τ' Σελήνης.

Vide ſis Barthium ad Stat. Theb. pag. 206. & 710.

Theſſalonica, Salonichi Sophiano, & aliis, urbs Macedoniæ ad ſin. Thermaicum clariſſima, emporium amplum & ſedes Præfecti, ab Apolloniâ, & Dyrrhachio 265. m. p. in ort. Long. 47. 50. Lat. 42. 10.

Toinus, flu. Angliæ in orâ Orientali per Northumbriam fluens, *Tina* Ptolemæo; vulgò *Tine*, apud Boderiam cum portu *Tinmouth* vulgaritèr nuncupato.

Thisbe, quæ & *Ogygia* & *Hyantis* dicta eſt, Janizi nunc, teſte Nigro, op. Bœotiæ mediter. ſub Helicone M. Homerus:

Κώπας τ' Ἐυσπείην τε πολυδίρηνά τε Θίσβην.

Unde Papinius Theb. 7.

——Dionæis avibus circumſona Thisbe.

Ubi ſis vide Barthium: Θίσβη πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Θίσβης τῆς Ἀσωπῦ· λέγεται καὶ πληθυντικῶς ὁ πολίτης Θισβαῖος, καὶ ὁ λίμνην ἢ τὴν Θισβαίαν, ὡς φησιν Ἐπαφρόδιτος, καὶ τὸ ὀπώριον, ἀπὸ τῶν Θισβαίων, ὡς φησιν Ἐπαφρόδιτος, καὶ τὸ ὀπώριον, ἀπὸ τῶν πλήρων. Vide Homeri egregium illuſtratorem Strabonem lib. 9. Pauſaniam itidem lib. 9.

Thonites, Armen. maj. lacus in confin. Meſopot. Dionyſius verſ. 987.

Ἔστι δέ τις χθὼν μέσσα περίδρομος ὕδασι λίμνης
Ὄνομα Θωνίτης, ἧς ἔλαχε γαῖα μυχὸν Τίγρις
Δύνων πολλὸν ἔνερθε· πάλιν δ' ἐξαῦτις ἀναφὼν
Ὀξύτερον προσίσησι κάτω ῥόον.

Thonitis dicitur Straboni lib. 16. Διαῤῥεῖ δ' ὁ Τίγρις τὴν Θωνίτιδα καλουμένην λίμνην. *Thoſpites* eſt Plinio, ubi de Tigri: *Fertur autem & curſu & colore diſſimilis, tranſvectuſque occurrente Tauro monte in ſpecu mergitur: ſubterque lapſus, à latere altero ejus erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem eſſe manifeſtum eſt quod demerſa perfert. Alterum deinde tranſit lacum, qui Thoſpites appellatur, rurſuſque in cuniculos mergitur, & poſt 25. m. p. circa Nymphæum redditur.*

Thraceſium, Aſiæ min. tractus ad Ægæum mare. Complectitur ferè Lydos, Mœonas, Caras & Iones: uti docet Porphyrogen.

Thracia, ſic à ſævitia incolarum, teſte Iſidoro, dicta, olim *Perca*, teſte Steph. & *Sithon*, teſte A. Gellio, regio max. Europæ, mari Ægæo ad Auſtr. Propontide, quâ ab Aſiâ ſeparatur ad ort. & mari Euxino definita, à Myſiâ ſuper. & infer. ad occ. & bor. Hæmo monte diviſa: A Macedonia pariter ad occ. Neſſo flu. diſterminata. *Romaniâ* Sophiano. In eâ Mars ubique colebatur; erat enim gens bellicoſa. Unde Horatius:

——Bello furioſa Thrace.

Et alibi:

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracum eſt.

Ut & apud Ovid. Ep. 2. *Armiferum Thracen* legas. Quæ proinde forſan *horrida* Catullo, & *ſæva* Statio dicitur. Eidem Statio *Tumidi Thraces*. Cor. Nep. in Alcib. *Fuiſſe apud Thracas homines violentos, rebuſque Venereis deditos.* Ubi Schottus *reique veterinæ* legend. cenſet: quomodo de hoc ipſo Alcibiade Plut. in Thraciâ vino & equitationi indulgere ſolitum refert: Ἐν Ἰωνίᾳ χλιδᾶν, ὑπτιάζειν, ῥᾳθυμεῖν· ἐν Θρᾴκῃ μεθυσικὸς ἱππασικός. Sed priorem lectionem confirmant de hâc ipsâ gente Ovidii verba Met. 6.

Digna quidem facies, ſed & hanc innata libido
Extimulat; pronumque genus regionibus illis
In Venerem eſt, flagrat vitio gentiſque ſuoque.

Virg. Georg. 3.

Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis,
Thraces arant.——

Porro de virtute Martiâ Thracum, ſunt illa Euripidis in Hecuba:

——Θρῇκες
Λογχοφόρον, ἔνοπλον, ἔυιππον, Ἄρεῖ κάτοχον γῆν.

Et in eadem Tragœdiâ de eâdem gente, Φίλιππον λαόν. Minutius in Octavio: *Mars Thracius.* Virg. Georg. 4.

——*Rheſi Mavortia tellus.*

Manilius Aſtr. lib. 4.

——*Thrace Martem ſortita colonum.*

Statius grues è Thraciâ tranſvehit in Ægyptum. Theb. 12.

Ceu patrio ſuper alta grues Aquilone fugatæ,
Cum videre Pharon, tunc æthera latius implent:
Tunc hilaro clangore ſonant. Juvat orbe ſereno
Contempſiſſe nives, & frigora ſolvere Nilo.

Lucan. lib. 5.

Strymona ſic gelidum brumâ pellente relinquunt
Poturæ te, Nile, greges.——

Seneca in Oedipo:

Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas
Permutat hyemes ales, & cœlum ſecans
Tepente Nilo penſat Arctoas nives.

Vide Hom. Iliad. 3. atque inibi Didymum. Nonnum lib. 14. Juvenal. Sat. 13. Ariſtot. Animal. 8. 2. Strab. 15. & 17. Anton. Liberal. Metam. 16. Max. Tyr. Serm. 13. Huc pertinet dici ab Arnobio lib. 4. ex ſententia Sophoclis Martem *in Thraciæ finibus procreatum*, & ab Hom Odyſ. 8. Deum hunc abſolutum à Vulcani vinculis abiiſſe in Thraciam. Datum locum credit Lud. de la Cerda huic natalitio à moribus Thracum bellicoſiſſimis. Plin. 4. 11. *Thracia inter validiſſimas Europæ gentes.* Plut. lib. 1. de LL. Καρχηδόνιοι καὶ Κῆτοι καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες, πολεμικὰ ὄντα ταῦτα γένη. Ob hanc cauſam fortaſſe Pomponius Thracibus fœcunditatem negat, & ſolum fertile. Verba ejus opponam: *Regio nec cœlo læta, nec ſolo: & niſi quà mari propior eſt, infœcunda, frigida, eorumque quæ ſeruntur, malignè admodum patiens. Raro uſpiam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat: ſed nec ejus quidem fructus maturat ac mitigat, niſi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad ſpeciem tamen: nam & illis aſper atque indecens corporum habitus eſt: cæterum ad ferociam & numerum, ut multi immiteſque ſint, maxime ferax.* Hæc ille. Cæterum voces illæ *colitur*, & *arant* apud Poetam aliud planè præ ſe ferunt. Hinc fertilitatem ei dat Euripides in Hecuba, cujus hæc ſunt ex verſione Eraſmi:

——*Troico emiſit ſolo*
Ad hoſpitam Polymeſtoris Thraciæ domum,
Qui Cherroneſi fertilem glebam colens
Armis ferocem Martiis gentem regit.

Ubi Verba Græca ſignata ſunt, ἀείσλω πλάκα. Quin & Plato lib. 7. Leg. loquens de Thraciâ, illi attribuit γεωργεῖν, βουκολεῖν, ποιμαίνειν. Ammianus dat Thraciæ *immenſam camporum placiditatem*, lib. 27. ubi etiam prætextam Thraciæ deſcriptionem petas. Idem clarè lib. 31. loquens de Thraciâ, *ceſpitis*, inquit, *eſt feraciſſimi.* Iterum; *vicos uberes.* Apud Cedrenum orientales homines frumenti inopiam paſſi migrant in Thraciam, non facturi, niſi hæc fertilis. Vites vero quod attinet, Hippocrates in Epp. locum quendam Abderæ urbis (quod op. Thraciæ eſt) ornatum exhibet αὐτοφύτοις ἀμπέλοις. Unde Athen. lib. 1. Ἐπεικῶς ἄν τις Θρᾴκην ἐθαυμάζεσθαι ὡς οἰνόεσσαν. Verum enimvero rectè Pomponius ait, infœcundam eſſe Thraciam, niſi quà mari vicina eſt. Univerſum enim hujus reg. litus Græcis erat refertum coloniis; vinaque hic naſcebantur generoſiſſima, Maroneum, Biblinum, aliâque, vixque in ullâ reg. major. erat cultus Bacchi, quam in litoralibus illis Thraciæ opidis, adeo illa paſſim erant πολύοινα. At verò interior tractus, qui proprie Thracia erat, altior & frigidior ora illa quam Græci inhabitabant, vel nullum omnino, vel malignum ſatis producebat vinum. Neque id tam regionis, quàm incolentium vitio imputandum eſſe videtur. Barbari enim & bellatores erant plerique Thraces, agriculturæ ignari, lacte tantùm & pecoribus viventes, aut raptu vicinorum. Vitam illorum breviter ſic deſcripſit Herodotus: Ἀρετὴν δὲ κάλλιστον, γῆς ἐργάτιν, ἀπιμόταλον, τὸ ζῶν ἀπὸ πολέμου καὶ λῃστηίης, κάλλιστον. Hinc *Thracius.* Ovid. Ep. 1.

Thracia nocturno tangere caſtra dolo.

Item *Threicius.* Virg. 3. Æn.

Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi.——

Cujus fœm. *Threiſſa.* Idem lib. 11.

——*Auratâ volucrem Threiſſa ſagittam*
Deprompſit pharetrâ.——

Item *Threſſa.* Horat.

Me nunc Threſſa Chloe regit.

De ſævitiâ & violentiâ Thracum Barth. ad Stat. pag. 308.

Traſimenus, lacus in agro Peruſino, Annibalis victoriâ; & Flaminii Conſulis clade nobilis. Apud Strab. lib. 5. ubi de maximis ei ſermo eſt, Etruriæ lacubus, per ſimplex T legitur Τεσυμβρία λίμνη. Polybius Θρασυμβρίᾳ λίμνῃ habet. Statius *Traſimenum* vocat. Sylv. 1. 4.

——*Gaudent Traſimenus & Alpes*
Cannenſeſque animæ.——

Ovid.

Ovid. Faſt. lib. 6.

Sunt tibi Flaminius Thraſymenaque litora teſtes.

Silius Italicus lib. 5.

Effigiem in pelagi lacus exundabat inerti
Et latè multo fœdabat proxima limo;
Quæ vada Faunigenæ regnata antiquitus Auno,
Nunc volvente die Thraſymeni nomina ſervant.

Vide omnino Cluver. Ital. Ant. lib. 2. pag. 578.

Throni, Pale, teſte Steph. Luſignano, urbs (cum promont.) Cypri olim epiſc. nunc pagus in orâ Auſtrali, ubi Orientalis incipit. Aliis *Saline* dicitur.

Thronium, op. Achaiæ geminum; unum in fin. Locrorum Epicnemidiorum, à Scarphiâ 30. ſtad. in merid. diſtans: Alterum Phocidis, Lilææ finitimum, in merid. diſtans, inde 75. ſtad. recedens. Forte idem cum ſuperiore, ob vicinitatem utrique regioni attributum.

Thryon, vel *Thryum*, Meſſeniæ op. non procul ab Alpheo flu. Hom. in Catal. & Strabo lib. 8. Ejus quoque mem. Stat. lib. 4. Theb.

Quos Thryon, & ſummis ingeſtum montibus Æpy.

Thule, nomen inſulæ, de quâ diſſerentem Bochartum his verbis audire operæ pretium fuerit. De Thules inſulæ ſitu, inquit, tres ſunt veterum ſententiæ. Una Procopii lib. 2. Gothicorum, Thulen eſſe Scandiam, quæ inſ. non eſt, ſed peninſula, & ab iis locis remotiſſima, in quibus alii Thulen deſcribunt. Secunda Pytheæ Maſſilienſis, Thulen 6. dierum navigatione in ſeptentrionem à Britanniâ diſtare, habere Tropicum æſtivum pro circulo Arctico, & ſolſtitio nullas noctes, ut nullos contra per brumam dies, quæ ad amuſſim *Islandiæ* quadrant. Tertia ſententia eſt Ptolemæi & Marini, quibus Thule inſ. eſt non magna ad gradum 63. ubi maxima dies eſt 20. horarum, à Britanniâ vix bidui curſu remota; quæ Schetlandiæ conveniunt, uni Orcadum. Ex his tribus ſententiis quarta emergit, quæ noſtra eſt. Græcos & Romanos ſcriptores cum ex incertâ famâ accepiſſent in ultimo ſeptentrione aliquam eſſe inſulam hujus nominis, atque ea nuſquam compareret, tamen quamque ſic appellaſſe, quam putavit eſſe extremam. Hanc porro famam à Phœnicibus ad Græcos dimanaſſe ſuadent, primò ipſum nomen Thule תולי quod planè Phœnicium eſt, teth expreſſum per theta, ut in Cadmi Alphabeto, תולי *Thule*, autem Syris proprie *umbræ* ſunt. Hinc תולי רמשא *thule Ramſa, umbræ veſpertinæ*, Jer. 6. 4. in Chald. Paraphr. Itaque Phœnicibus גזירת תולי *gezirat Thule*, erat *inſula tenebrarum*, vel quod idem eſt, *tenebricoſa*. Ita enim *Thule* à veteribus deſcribitur. Stat. Sylv. 3.

Vel ſuper Heſperiæ vada caligantia Thules.

Et lib. 4.

——— *Aut nigræ litora Thules.*

Et lib. 5. ——— *Quantuſque nigrantem*
Fluctibus aſſiduis feſſoque Hyperione Thulen
Intraret. ———

Apud Strab. lib. 4. Ἥλιος οὐκ ἔχων καθαρούς. Mela 3. 6. *Noctes per hyemem obſcuræ.* Plin. 2. 75. *Nulli per brumam dies.* Antonius Diogenes, antiquiſſimus ſcriptor, qui περὶ Θούλης ἀπίστων λόγους κδ'. h. e. *Incredibilium de Thule inſulâ*, libros 24. ſcripſit, ὃ λίαν πόρρω ἀπὸ χείνων τῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου, uti teſtatur Photius cmem. 166. vel fabulam, vel hiſtoriam ſuam profitetur ſe deſcripſiſſe ex cypariſſinis tabulis Tyri effoſſis, cum urbs capta eſt ab Alexandro, è Mantineæ & Dercyllidis tumulis, qui è Tyro profecti poſt varios errores tandem in Thulen migrarunt, & ibi aliquandiu hæſerunt. Unde Græcos liquidò conſtat à Phœnicibus didiciſſe de Thule inſulâ quicquid afferunt. Hæc vir magnus de Phœnic. colon. lib. 1. cap. 41. Miror autem quid Claudiano in mentem venerit, cum ſcripſit:

——— *Ratibuſque impervia Thule.*

Cum diſertè contrarium affirmet Dionyſius ὁ Περιηγήτης verſ. 581.

Νῆσόν τιν Θούλῃ ὑποδηΐ νὴ περήσας.

Quinque dierum ac noctium navigatione ab Orcadibus diſtare à Solino ſtatuitur. Hæc inſ. ſi qua alia, Poetis celebratiſſima, cum disjunctiſſimum aliquid innuere vellent, quaſi totius orbis remotiſſima. Virg. Georg. 1.

——— *Tibi ſerviat ultima Thule.*

Seneca in Medea:

——— *Nec ſit terris ultima Thule.*

Claudianus:

——— *Thulen procul acce remotam.*

Statius:

——— *Ignotam vincere Thulen.*

Imo Am. Marcell. qu. adagii loco uſurpat: *eviamſi apud Thulen moraretur*; ut cætera omittam. Statius autem Thulen pro *Britannia* uſurpari videtur, uti videre eſt in his:

Cærulus haud aliter cum dimicat incola Thules
Agmina falcifero circumvênit acta Covino.

Et pro remotiſſimâ reg. ſumitur in illo Juvenalis:

De conducendo loquitur jam Rectore Thule.

Nomen traxiſſe ſcribit Suidas à *Thule* Ægypti rege. Iſidorus autem à Sole, Reynerus Reyneccius à Saxonicâ dict. *Tell*, i. e. *limes*: qu. Sept. & Occidentis limes fuerit. Cæterum, an *Thule* aliqua fuerit dubitat Syneſius, & nuſquam comparere ſcribit Gyraldus Cambrenſis, ancipitque de ea, ut ſupra videmus, diſtrahuntur doctiores. Vide ſis Camdenum de inſulis Britannicis p. m. 814.

Thuria, Strab. *Thurium* Ptol. *Thyrea*, uti videtur Plinio, op. Meſſeniæ apud fines Laconicæ, *Calamata* Nigro, *Cumeſtra* Mo'etio. *Thurii* ob animi fortitudinem & conſtantiam apud veteres celebrabantur. Unde natum adagium *Thurium Lerna* apud Suidam, de intrepido, ad bellum parato. Sed tu lege Λέρνη Θεατῆς, vel ſi malis Λέρνη Κακῶν.

Thuria, fons Magnæ Græciæ, *Acqua Favella* Leandro.

Thuriæ, vel *Thurii*, vel *Thurium*, urbs M. Græciæ olim nobiliſſ. ad ſin. Tarentinum, inter Crathim & Sybarim amnes. Pop. *Thurii*, & *Thurini*; de quibus Strab. lib. 6. & Diod. Sic. lib. 12. Ovid. Met. 15.

Thurineſque ſinus, Temeſenus & Japygis arva.

Thuſcia, vel *Tuſcia*, fœcundiſſ. Italiæ reg. à Latio Tiberi, à Liguribus Macra flu. dirempta, alio nomine Hetruria dicta, hodie vero *la Toſcana*. Sic dici quibuſdam videtur ἀπὸ τῆς Θύσιας, h. e. *à Sacrificando*, propterea quòd Tyrrheni ſemper habiti fuerint religioſi, deorumque cultui & ſacrificiis ad ſuperſtitionem uſque dediti. In hâc reg. apri ferociores erant. Juvenal. Sat. 1.

——— *Mœvia Tuſcum*
Figat aprum.

Martialis:

Thuſcæ glandis aper populator & ilice multo
Jam piger Ætolæ fama ſecunda feræ.

In eâ etiam *Servi vincti fodiebant*. Martialis:

Et ſenat innumera compede Thuſcus ager.

Juvenal. Sat. 8.

Quid facies talem ſortitus, Pontice, ſervum?
Nempe in Lucanos aut Thuſca ergaſtula mittes.

Thuſca vaſa viliora fuere. Perſius:

——— *Et Thuſcum fictile mutat.*

Juvenal.

Ponebant igitur Thuſco farrata catino
Omnia tunc. ———

Thyamis, Capo Niſta Nigro, promont. Epiri quod Theſprotiam reg. à Ceſtrinâ ſeparat, inter Buthrotum ad Arctos & Sybota ad Auſtr. ad oſtia flu. cognominis Theſprotiam à Ceſtrinâ dirimentis, teſte Thucydide.

Thyatira, urbs Lydiæ ad Lycum flu. *Pelopia*, & *Euhippa* aliquando dicta, teſte Plinio. *Semiramis* & *Myſorum ultima*, teſte Steph. inter Sardes ad merid. 30. & Pergamum ad Bor. 58. m. p. una ex 7. Eccleſiis Aſiæ in Apocalypſi D. Johannis memoratis. Long. 60. 15. Lat. 39. 50. Item una Echinadum. Plin. 4. 12.

Thybris. Vide *Tiberis.*

Thyella, Hyella Herodoto, op. Brutiorum, ab Oenotriis habitatum, apud Amantiam urb. in Calab. citer. *Thyeto*, vel *Gineto* Barrio.

Thymbræus, Apollinis cognomen, ſive à *Thymbrâ* Troadis campo; ſive ab ejuſdem nominis urb. in quâ colebatur, impoſitum. Campo autem *Thymbræ* nomen factum putatur à *thymbræ* herbæ copiâ, quam Latini *cunilam* vocant, cujus hoc in campo maximus eſt proventus. Servius in illud Virgilii Æn. 3.

——— *Da propriam Thymbræe domum.*

Apollinis *Thymbræi* templum Strabo ponit eâ in parte, quâ Thymbrius flu. in Scamandrum influit, quo in templo ferunt Achillem à Paride fuiſſe interemptum: Unde factus eſt locus fabulæ, Achillem Apollinis ſagittis occiſum fuiſſe. Statius Sylv. 4.

Torpor eſt noſtris ſine te Camœnis
Tardius ſueto venit ipſe Thymbræ Rector.

Idem Sylv. 3. 2.

——— *Pergama Thymbræa.*

Thymbris, Siciliæ flu. qui & *Thybris* Schol. Theocriti. Item flu. Bithyniæ, ortum habens in Galatiâ.

Thymiaterium, urbs Libyæ ad Oceanum Atlanticum ſita. Steph. Hodie *Aqamor* dici Ramuſius conjicere videtur.

Thymiathis, flu. Epiri, Strab. lib. 7. Ῥεῖ δὲ καὶ Θυμίαθις ποταμός. *Thyamis* Thucydidi (de quo ſupra) ſic enim ille: Θύαμις, πολαμὸς ἐείζων τ' Θεσπρωτίδος καὶ Κασείνλω· quem locum cum videatur Strabo exſcribere, non eſt dubium ſcripſiſſe eum Θύαμις. Sic enim Plin. & Ptol. habent, & Libri veteres.

Thynia, reg. Thynorum. Steph. Thyni autem pop. Thraciæ ex adverſo Bithyniæ. Unde illud,

Thyni Thraces erant quæ nunc Bithynia fertur.

Hinc adj. *Tynus*, ut apud Horat. *Tynâ merce beatus*, i. e. inquiunt, *Bithynâ*. Idem alibi:

Ne Cybratica ne Bithyna negotia perdas.

Tynias. Sagôra, teste Nigro, op Thraciæ in orâ maris Euxini ad Thyniam promont. apud Apolloniam, ab eâ in merid. Byzantium versus. Inde *Thyniacus sinus* apud Ovid.

Thynias, seu *Thynnias*, Pl n. Mel. & al. inf. maris Euxini in orâ Ponti, Bithyniæ adversa, *Thyneis* Orpheo, *Thynis* & *Tynne* Steph. *Apollonia* Arriano, *Farnasia* nunc, teste Nigro. Catullus ad Sirm.

Vix mihi ipse credens Thyniam atque Bithynos
Liquisse campos, & videre te in tuto.

Thyræi, pop. Salentinorum inter Tarentum & Brundusium, quorum op. *Turi* in Apuliæ Peucetiæ finibus apud Nuces op. à Cupersano urbe 10. m. p.

Thyre, op. Messeniorum, cujus mem. Pap lib. 4. Theb.

Et Lacædemonium Thyre lectura cruorem.

Vide sis illic Barthium. Hinc ager *Thyreates*, de quo quum bellum esset inter Argivos & Lacedæmonios, res pugnæ 300. militum utrinque commissa est: quibus omnibus interfectis, Othryades Spartanus, qui solus evaserat, se interemit, & aliis se comitem dedit. Hinc *Thyreatis*. Ovid. Fastor. lib. 2. ubi laus canitur Deo Termino:

Si tu signasses olim Thyreatida terram
Corpora non letho missa trecenta forent:
Nec fuit Othryades congestis tectus in armis
Heu quantum patriæ sanguinis ille dedit!

Thucydides l.b. 4. Ἀφικνεῖτο ἐπὶ Θυρεᾶν ἥ ὅτι μάλιστα ἐπὶ τῆς Κυνουρίας γῆς κειμένης, μεταξὺ τῆς τε Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς, νεμόμενοι ἣ αὐτὼ ἔσχον Λακεδαιμόνιοι Αἰγινήτας ἐκπέμψαντες ἐνοικεῖν.

Thyrea, inf. Peloponnesi apud Hermionem, unde *sinus Thyreaticus*, qui & *Hermionicus*. *Thyrea* item Strab. Thucyd. & Herod. *Thyrea* Pausan. op. Peloponnesi mediter. in Argivorum & Spartanorum confin. *Thyræum* Stephano, nunc *Burdugna*, teste Nigro.

Thyrsagetæ, pop. Sarm. Gelonis ac Turcis finitimi, sylvas incolentes, victumque sibi venatu comparantes, *Tyrregetæ* Strab. *Thussagetæ* Plin. & alibi *Thyrsagetæ* in utraque Sarmatiâ apud Mæot. pal. Val. Flac. lib. 6.

Non ego sanguineis gestantem tympana bellis
Thyrsageten cinctumque vagis post terga silebo
Pellibus.——

Thysdrus, *Tisdrus* A. Hirtio, *Usdrum* Jul. Capit. *Tusdrum*, seu *Tusdrus* Anton. *Tisdritanum* op. Plin. colon. & urbs olim Africæ mediter. à Teveste 185. m. p. ex Anton. distans.

Tiar Julia, urbs Hisp. Tar. Ptol. *Tervel*, teste Moletio.

Tiarantus, *Sereth*, teste Peucero, flu. Scythiæ Europ. per Daciæ fines, seu per Moldaviam, ubi op. cognomen alluit, in Istrum influens.

Tibareni, pop. Cappadociæ apud Chalybes, inter eos ad ort. & Cotyorum ad occ. incolentes. Dionys. v. 766.

Μάκρωνες, Φίλυρές τ' καὶ οἱ μόσυνας ἔχουσι
Δερκτέες· ἦδι δ' ἄγχι πολύρρωνες Τίβαρηνοί.

Hos inter Pharnaciam ac Trapezuntem locat Strabo, Plinius vero situ aliquanto magis Occidentali eos & Chalybas ponit. De his Mela 1. 20. *Tibareni Chalybas attingunt, quorum in risu lusuque summum bonum est.*

Tibeon, vide *Tibium*.

Tiberiacum, op. amplum in territ. Ravennate, à Ravennâ 13. m. p. Ferrariam versus, *Bagnacavallo*, teste Hieronymo Rubeo. Long. 34. 28. Lat. 43. 59. Item op. Germ. infer. in ducatu Juliacensi, ad Erpum flu. inter colon. Agrip. ad ort. & Juliacum ad occ. 3. leuc. *Bercheim*, teste Ortelio; Aliis est *Berrick* op. ad Rhenum ejusdem tractus. Long. 28. 10. Lat. 50. 59.

Tiberias, *Tabarie* nunc, teste Nigro, urbs Palæstinæ cum lacu cognom. in Galilæâ à Nazareth supra 10. m. p. in ort. inter Scythopolin ad meridiem & Capharnaum ad Bor. Ab Herode in honorem Tiberii Cæsaris condita, teste Steph. Lacus autem *Genesareth*, & *mare Tiberiadis*, & *Galilææ* nominatur. Long. 67. 15. Lat. 32. 00.

Tiberina castra, pagus Vindeliciæ in Bavariâ apud Dingelfingum op. *Peringen*, teste Lazio.

Tiberina, inf. ut Vitruvius eam vocat, quam Tiberis flu. in urbe Roma ambit. *Lycaoniam* quondam dictam scribit Bloudus. Æsculapio sacram scribit Halicarnas.

Tiberina, ostia duo, quibus Tiberis flu. in mare Tyrrhenum apud Ostiam & Portum Augusti urbes excisas urbe Roma 16 m. p. exoneratur.

Tiberiopolis, urbs Phrygiæ magnæ apud ort. Caystri flu. à Philadelphiâ ad 6. m. p. in Cæciam. Long. 60. 15. Lat. 39. 50. Altera in Thraciâ in Mysiæ infer. confin. *Strumitza* Curopal. *Varna* Leunclavio.

Tiberis, celeberrimus Italiæ flu. è mediâ fere longitudine Apennini, Aretinorum finibus defluens, qui multis deinde flu. auctus, ab Hetruriâ Latium Janiculumque ipsum, ab urbe Româ dirimit, tandemque decimo sexto ab Urbe lapide duobus ostiis modico intervallo dirempto in mare evolvitur, ea in parte quâ Ancus Ostiam extruxit. Dionys. Halic. lib. 1. Ὁ Τίβερις πολλοὺς μὲν ἄλλους λαμβάνει ἐκ ῥύσεως ἐκ ὑετοφείας ἀφ' Ἀπεννίνων ὀρῶν, εἰς ὃ τὸ τυρρηνικὸν ἐξερεύγεται πέλαγος, Ὠστίας πόλεως πλησίον ἐκδιδούς. Strabo lib 5. Ῥεῖ δ' ἐκ τῆς Ἀπεννίνων ὀρῶν ὁ Τίβερις πληρεῖ δ' ἐκ πολλῶν ποταμῶν· μέρος μέντοι δ' αὐτῆς φέρωσιν ἐκ τυβρηνίας· τὸ δ' ἐφεξῆς διοικίζων ἀπ' αὐτῆς πρῶτον μὲν ἐκ Ὀμβικοῦ εἶτα τοὺ Σαβίνους καὶ Λατίνους. Vide Plin. sen. l. 3. c. 5. & Plin jun. lib. 5. ep 6. Dionys. lib. 9. de latitudine altitudineque ejus, inter urbem & ostium ita tradit: τὸ δὲ Τίβεριδος πλάτος τὸ μὲν ἔνθεν ὅτι πεπάρτων πλέθρων μάλιστα, τὸ δὲ βάθος, ὅσον τε ναυσὶ πλεῖσι μεγάλαις· τὸ δὲ ῥεῦμα, ὥσπερ καὶ ἄλλο, ὀξὺ καὶ δίνας ἐργαζόμενον μεγάλας, ὃν οὐκ ἔνεστι πεζοῖς διελθεῖν, εἰ μὴ κατὰ χάρακα. De ratione nominis diversi diversa prodidere. Livius à *Tiberino* Albanorum rege dictum existimat, in trajectu ejus submerso, quum ante *Albula* diceretur. In quâ sententiâ Ovidius quoque fuisse videtur lib. 2. Fast.

Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.

Servius autem Tiberis nomen ipsâ etiam Albâ vetustius esse contendit, ideoque nominis ejus originem ad *Tybrim* potius Hetruscorum regem referendam putat, qui Latium etiam crebris latrociniis infestans, tandem circa hunc flu. est occisus. Cui sententiæ Virgilius quoque non obscurè subscribit, apud quem sic loquitur Evander lib. 8. Æn.

Tum reges, asperque immani corpore Tybris,
A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

Dicitur & Θύμβεις Stephanus: Θύμβεις, πολαμὸς Ῥωμῆς, ὁς καὶ Τίβεις. Vocabatur etiam Θύβεις, & sine aspiratione Τύβεις. Unde Servius in Æn. 8. *In sacris Tiberinus, in nauvolexiâ Τίβεις, in poemate Tybris vocatur.* Dionysius ubi de terrâ Latinorum:

——Ἧς διὰ μέσσης
Θύμβεις ἑλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλῃ,
Θύμβρις εὐῤῥείτης, ποταμῶν ἔκπλειστος ἁπάντων,
Θυμβρις, ἰμερτὸν ἀποτέμνων ἄνδιχα Ῥώμην.

Silius lib. 8.

Nec non sceptiferi qui potant Tybridis undam.

Virg. Æn. 8.

——*Ego sum pleno quem flumine cernis*
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem
Cæruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis.

Idem alibi:

——*Ubi Lydius arva*
Inter opima virum leni fluit agmine Tybris.

Tibia, Phrygia, in universum sic dicta. Suidas: Τίβια, φρυγία ὅλη. Vide Palmer. pag. 575.

Tibisca, Mœliæ infer. op. Ptol. *Sophia* Nigro.

Tibiscum, Daciæ flu. in Jazygum confin. ad *Tibiscum* flu. in Hungariâ Transdanubianâ.

Tibur, civitas in Sabinis 16. ab Urbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulari aeris temperie commendata. Ovid. Fast. 4.

Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis udi
Stabant; Argolicæ quæ posuere manus.

Horatius:

Ne semper udum Tibur & Æsulæ
Declive contempleris arvum &
Telegoni juga parricidæ.

Est autem hoc op. origine Græcum, à *Tiburto*, Catillo, & Coro Amphiarai liberis post prodigiosum patris ad Thebas interitum communiter conditum, & à *Tiburti* nomine natu maximi *Tibur* appellatum. Virg. Æn. 7.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia condunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque acerque Coras, Argiva juventus.

Silius lib 8.

——*Et Tibur, Catille, tuum.*

Herculeum vocat. Propert. 2. 32.

Cúrve te in Herculeum deponant esseda Tibur?

Credo, quòd ibi templum Herculis. Strab. lib. 5. Τίβυρος, ἐν τὸ Ἡρακλεῖον. Pomis abundabat. Horat. lib. 1. Carm.

Et præceps Anio, & Tiburti lucus, & udis
Mobilibus pomaria rivis.

Hinc *pomosum* vocat Columella, lib. 10.

Hic Turni lacus, & pomosi Tiburis arva.

Idem Horat. 2. Sat. 4.

Picenis cedunt pomis Tiburtia pomâ.

Silius lib. 4.

Quoſque ſub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant.

Long. 36. 20. Lat. 42. 00.

Tiburtinus mons, locus ebore notiſſimus.

Mart. 7. 12.

De Tiburtinis albeſcere collibus audit.

Idem 8. 28.

Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Ticinum, Pavia, urbs Inſubrum, poſt Mediolanum (à quo diſtat 20. m. p. in Auſt.) clariſſima Epiſc. & Acad. ac olim Langobardorum regia, ad Ticinum flu. Principatûs titulo illuſtris. Hanc inſigni errore Stephanus vicinam Ravennæ facit, à quâ 150. m. p. diſtat. Long. 31. 10. Lat. 44. 20.

Ticinus, Teſino, flu. Inſubriæ in Padum labens. Ejus mem. Silius lib. 4.

Cæruleas Ticinus aquas, & ſtagna vadoſo
Perſpicuus ſervat turbari neſcia fundo;
Ac nitidum viridi lento trahit amne liquorem;
Vix credas labi, ripis tam mihi opacis
Arguteos inter volucrum certamina cantus,
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.

Unde Claud. in 6. Conſul. Honorii:

Colla levant pulcher Ticinus, & Addua viſu
Cærulus.

Tifata, Livio & Velleio Campaniæ mons, Capuæ urbi imminens, teſte Dionyſio. Ejus mem. Stat. 4. Sylv.

Ceſſat apex procul iſta tuis, Tifata, Teate.

Silius lib. 12. ubi de Annibale:

———*Arduus ipſe*
Tifata invadit proprior, quà montibus inſtat
Collis, & è tumulis ſubjectam deſpicit urbem.

Tifernum, urbs gemina Umbriæ: unum *Tiberinum* cogn. ſitum in planitie, non procul à Tiberi flu. à quo denominatur, vulgò *Citta di Caſtello*. Long. 35. 18. Lat. 43. 00. Alterum *Metaurenſe* dictum, ad *Metaurum* flu. in valle à priore 20. m. p. op. haud. obſcurum ducatus Urbinatis. Long. 35. 38. Lat. 43. 00.

Tifernus, Phiternus, Ptol. (ut quibuſdam placet) flu. Frentanorum, illos ab Apulis Daunïis dividens ex Apennino monte in mare Hadriaticum per Larinum ad Thermulas influens.

Tigava, Plin. Ptol. *Tigaviæ* Anton. urbs Maurit. Cæſar. mediter.

Tignia, flu. Piceni apud *Tignium* op. fluens. *Temna* Franciſco Pamphilo, *Tinea* aliis.

Tignium, Piceni op. Cæſar. medium fere inter Firmum ac Tollentium. *S. Maria in Giorgio* Leandro. Long. 37. 25. 43. 15.

Tigrana, urbs Arm. maj. *Simolachach* Georgianis, *Tauris* Nigro & Theveto. Sed ſitus apud Ptol. haud convenit, cùm *Tauris* in Mediâ ſit non in Armeniâ.

Tigranocerta, urbs Arm. maj. quæ *Tigranopolis*, ac *Tigranopetra*, teſte Appiano, dicta eſt, à Niſibi urb. Meſopot. 36. m. p. in Bor. ad Nicephorium flu. teſte Tacito, apud Maſium mont. qui Gordyæo finitimus eſt, teſte Strabone. Ea hodie *Sultania* Jovio dicitur, Bonacciolo vero *Sava*.

Tigris, inſignis Aſiæ flu. qui in Armeniâ maj. loco plano & conſpicuo naſcens per Arethuſam lacum ita tranſtulit, ut neque aquæ, neque piſces commiſceantur. Occurrente deinde Tauro in ſpecum demergitur, & ab altero ejus montis latere erumpit, & mox per Thoſpiten lacum tranſvectus, rurſus in cuniculos mergitur, & poſt 20. m. p. luci redditur. Poſt hæc Meſopotamiam ab ortu alluit, tandemque in duo diviſus cornua, in Euphratem influit, à quo in Perſicum ſinum defertur. Dionyſius:

———Πολαμὸς ὤκιστος ἀπάντων
Τίγρις εὐῤῥείτης φέρεται.———

Solinus cap. 40. *In Armeniæ majoris regione caput tollit, mirè quam lucido conſpicuoque fonte, in loco haud edito, qui Elongoſine nominatur; nec tamen ab exordio totus eſt. Primum pigrè fluit, non cum ſuo nomine, at cum fines Medorum invectus eſt, Tigris dicitur: ita enim Medi nominant ſagittam.* Luc. lib. 3. verſ. 256.

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diverſis fontibus edit
Perſis, & incertum, tellus ſi miſceat amnes,
Quod potius ſi nomen aquis. Sed ſparſus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur unda:
At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu,
Occultoſque tegit curſus, rurſuſque renatum
Fonte novo flumen pelagi non abnegat undis.

Juſtinus lib. 42. *A cujus* (Armeniæ) *montibus Tigris fluvius modicis primo incrementis naſcitur: interjecto deinde aliquanto ſpatio, ſub terras mergitur; atque ita poſt quinque & viginti millia paſſuum grande jam flumen in regione Sophene emergit, ac ſic in paludes Euphratis recipitur.* Boetius lib. 5. de Conſ. Phil.

Rupis Achæmeniæ ſcopulis, ubi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pigna fugax;
Tigris & Euphrates uno ſe fonte reſolvunt,
Et mox abjunctis diſſociantur aquis.
Si coeant, curſumque iterum revocentur in unum,
Confluat alterni quod trahit unda vadi:
Conveniant puppes, & vulſi flumine trunci,
Miſtaque fortuitos implicet unda modos:
Quos tamen ipſa vagos terræ declivia caſus,
Gurgitis & lapſi deſluus ordo regit.

A Seneca *Violentus* dicitur, à Nonno ὠκυρόεθρος, & in Aſtrolog. lib. 3. legimus:

Ἰσλανδὸς μὴ Τίγριν ἀγάῤῥοον ἐνδάδε κεῖσθαι.

Heſychius: Τίγρις, πόλεως Περσῶν, καὶ ὁ τὸ πόλεμον ῥοιζῶν, καὶ ζῶον. Παρὰ μὲν Ἰουδαίοις Φοράθ, ὅθεν καὶ Ἕλληνες Τίγριν. Ubi tamen per Φοράθ videtur intelligere Euphratem, qui Ebræis פרת *perath*; à fertilitate. Vide Lud. de la Cerdam in illud Virg. Ecl. 1.

Aut Ararim Parthus bibit, aut Germania Tigrim.

Et Arrianum lib. 7. de exped. Alex. *Sylax* quondam vocatam tradit Euſt. *Sollax* habet Plut. lib. de Flum. *Hidekel* Ebræis dicitur, teſte Ar. Montano. *Tegil* hodiè nominari ſcribit Caſtaldus & *Sir* Pinetus. *Diglath* vocat eum Joſephus, *Diglito* quoque eum vocari eâ parte nempe quâ tardior fluit, Plinius auctor eſt, cui etiam *Paſitigris* dicitur, ut & Arriano. Euſtathius alium *Tigrim* in Paphlagoniâ eſſe ait, ex Xenophonte.

Tigulia, ſive *Tigullia*, op. Liguriæ in orâ litorali, ad ort. medium inter Genuam urb. ad occ. & Erycis portum ad ort. utrinque 30. m. p. *Seſtri di Levante* teſte Aug. Juſtiniano.

Tigurinus pagus, Cæſari in Helvetiis eſt. Rhellicanus credit *Zurich* hodie vocari. Poſterioris ſæculi ſcriptoribus *Tigurum* appellatur, urbs ad Limagum flu. in Helvetiâ. Long. 30. 20. Lat. 46. 58.

Til, Aſiæ amnis quem gens Sogor accolit. Turci *Nigrum* vocant, & antiquiſſimi principes *Ver* & *Cuni* nominarunt. Niceph. l. 18. cap. 30.

Tilaventum, majus & minus, Venetorum reg. flumina apud Plin. ſunt. *Tilavemptum* Ptolemæus habet. Leander hos fluvios hodie in Foro Julio deſcribit, dicique majus *Tagliamento*, minus autem *Stella* ab indigenis vocari.

Tileburgum, vicus Albionis apud Thameſim flu. infra Londinum urb. haud procul. Beda. Vulgò *Tilbury*.

Tillium, Sardiniæ urbs litoralis verſus occ. Ptol. Hodie *S. Reparata* Moletio.

Tilogrammum, Indiæ intra Gangem urbs. Ptol. *Catigan* Caſtaldo.

Tilos, vide *Tylos*.

Tilox, Corſicæ promont. apud Calviam op. Ptol. Capo *Revelat*, vel *Chevalar*, M. *Tignoſo* Ferrario.

Tilphoſſa, Strab. *Tilphuſia* Apollodoro fons Bœotiæ ſub *Tilphoſio* monte labens, ubi Tiretiæ vatis ſepulcrum eſt, qui ibi ex aquâ frigidâ epotâ interiit, teſte Ariſtoph. Pindarus. Μέγιστος ἀμβρόσιον ὕδωρ τιλφώσσης ὑπὸ κλιτέων. A *feracitate* dici videtur, quaſi תל פוש *Tel-phus*, h. e. *mons ferax*. Bochartus.

Timavus, flu. maximus Carnorum, ſed breviſſimi decurſus 19. fontibus ex vicino monte erumpens, quibus confluentibus vix ad 2. m. p. latiſſimus Hadriaticum pelagus ultra Aquileiam 7. Tergeſte verſus petit. Virg. Æn. 1. de Antenore:

Antenor potuit———
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi.
Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arva ſonanti.

Claud. de 6. Conſul. Honorii:

Mincius, inque novem conſurgens ora Timavus,

Lucanus:

Atque Antenorei diſpergitur unda Timavi.

Martialis 4. 25.

Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.

Hodie in foro Julio deſcribitur à Leandro, qui dicit eum *Timavo* vocari. Niger vero eum *Larechia* nominat. Martialis dat ei ſeptem tantum ora. 4. 25.

Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo
Hic ubi ſeptenas Cyllarus hauſit aquas.

Strabo etiam ἑπτὰ στόμας huic fluvio diſertim adſignat l. 5. Non deſunt qui octo. Unde cautius & indefinite alibi Mart. 8. 28.

An tua multifidum numeravit lana Timavum.

Et abſolute *ora* 13. 81.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi.

Vide Cluv. Ital. Ant. pag. 189.

Timethus, Siciliæ flu. *Il Patteſe* Fazello, ſic ab urbe nominatus,

minatus, *Trama* aliis, flu. Siciliæ in orâ occiduâ, inter Agathyrium ad Auſt. ac Tyndarum ad Bor. juxta urb. Pactenſem mari exceptus.

Tina, Ptol. flu. Albionis per Northumbriam in ort. fluens, vulgò *Tine*, Camdeno, ad cujus oſt. op. & portus *Tinmouth* à Bervico in confin. Scotiæ 50. m. p. in meridiem.

Tinda, Stabulum Diomedis Anton. op. olim Thraciæ mediter. inter Philippos ad occ. 61. & Maximianopolim ad ort. 18. m. p.

Tingi, Tingis Ptol. *Tingios* Steph. corruptè pro *Tingis*, vulgò *Tanger*, colon. & urbs Mauritaniæ Tingitanæ caput, extra Herculis columnas, inter Septam ad ort. 60. & Zuliam ad occ. 24. m. p. à Lixia 54. De ea Sil. l. 3.

Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.

Tinia, Plin. *Teneas* Strab. Umbriæ flu. in Tiberim fluens. *Topino* Leandro. Sil. l. 8.

In Tiberim properans, Tiniæque inglorius humor.

Vide Plin. 3. 5.

Tinnetio, vicus Rhætorum Anton. *Tintſchen* Germanis, teſte Tſchudo.

Tinurtium, op. Gall. Celt. ad Ararim flu. Spartianus in Severo. Vulgò *Tournon.* Long. 26. 15. Lat. 46. 00.

Tiriſcum, (quod jam *Taros* dicitur) op. Daciæ; *Turo* Lazio, aliis *Groſſechana* in Valachiâ.

Tiriſſa, urbs Macedon. in Emathiâ. Ptol. *Leſterocori*, teſte Moletio.

Tiriſta, Ptol. vulgò *Driſta*, urbs Myſiæ infer. hodie metropolis in Bulgariâ.

Tiriſtria, vulgò *Capo Lemano*, Myſiæ inf. promont. in orâ maris Euxini, inter Dionyſiopolim & Odeſſum. Ptol.

Tirolis, reg. Germ. non obſcura, tit. Comitatus inſignis, partem Rhætiæ, partem Norici magnam, & partem minimam Cenomannorum Italiæ complectens, Auſtriacis principibus parens.

Tirynths, flu. Argivus. *Tirynths* vero *Tirynthα* Heſychio, nomen urbis, patriæ Herculis in Peloponneſo quæ proxima Argis eſt, unde Hercules *Tirynthius* appellatus eſt, quamvis Thebanus quoque vocatur.

Tiſobis, flu. Albionis per Walliam fluens pelago apud Aſaphenſem urb. exceptus, vulgò *Teſo*. Aliis *Cluyd Conwey* vero Camdeno. *Tæſobis* Ptolemæo. Sic enim ille lib. 2. cap. 3. Τοισόβιος πολαμὸς ἐκβολαί.

Tiſſa, Siciliæ urbs. *Randazo* Nigro. Sil. lib 14.

Venit Amaſtra viris & parvo nomine Tiſſe.

Titareſius. Heſychius: Τιτηρήσιος, πόλεμος Ἠπείρου. Ubi Grammaticus alias longè doctiſſimus ſuam in Geographicis inſcitiam prodit: Eſt enim Pieriæ & Theſſaliæ flu. longè ab Epiro. Sed fefellit eum Homerus, qui eò quòd de Peræbis dixit Iliad. β.

——Μενεπτόλεμοί τ' Πραιβοὶ,
Οἳ περὶ Δωδώνην δυσχείμερον οἰκί' ἔναιον
Οἵ τ' ἀμφ' ἰμερτὸν Τιτηρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.

Putavit Titareſium ac Dodonem eſſe in eodem regionis tractu. Sed in eo falſus eſt. Duplices enim *Peræbi*, qui cum à planis Theſſaliæ locis à Lapithis pulſi fuerunt, bifariam diviſi ſunt: Alii ad Olympum, & Pieriæ loca montuoſa, unde fluit Titareſius, habitavere; alii ad Æthicas profecti ſunt, & ibi manſerunt in montibus Theſprotiæ ac Dodonæ vicinis; qui nihilominus propter idem nomen & conſanguinitatem uniti ſub Guneo duce ad Trojam profecti ſunt. Lucanus hunc flu. *Titareſium* vocat, lib. 6.

Solus in alterius nomen cum venerit unda
Defendit Titareſus aquas, lapſuſque ſuperne
Gurgite Penei pro ſiccis utitur arvis.
Hunc fama eſt Stygiis manare paludibus amnem,
Et capitis memorem, fluvii contagia vilis
Nolle pati, ſuperumque ſibi ſervare timorem.

Nimirum voluit exprimere illud Homeri Iliad. β. ubi ſupra:

Οἵ τ' ἀμφ' ἰμερτὸν Τιτηρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο,
Ὅς ῥ' εἰς Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ,
Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
Ἀλλά τέ μιν καθύπερθε διαῤῥέει, ἠύτ' ἔλαιον,
Ὅρκου γὰρ δεινοῦ, Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ.

Tium, Tion Ptol. *Teium* Strab. *Tio* etiam hodie, teſte Moletio, urbs marit. Paphlagoniæ, à Mileſiis condita, teſte Melâ. Quidam confundunt hanc urbem cum *Teo* urbe Ioniæ, Anacreontis patriâ. Long. 60. 00. Lat. 44. 00.

Tmarus, Theſprotiæ in Epiro mons *Tomarus* Plinio & Solino. Unde *Tmarius*. Heſychius: Τμάριος Ζεὺς ἐν Δωδώνῃ, Callimachus hym. in Cererem:

Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισι.——

Tmolus, mons Phrygiæ magnæ, ex quo Pactolus fluit, in confin. Lydiæ (ad flu. cognom. in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influentem, cujus mem. Herod. & Plin.) in agro Trallenſi & Sardenſi, vitibus conſitus, qui & *Tempſis* dictus eſt, teſte Plinio; quem vide 15. 29. Virgil. Georg. 2. de variis vitium generibus:

Tmolus & aſſurgit quibus & rex ipſe Phanæus.

Theophr. 4. Hiſt. cap. 6. Τμῶλος ἔχει ἀμπέλων. Auctor Tragœdiæ Thebaidos:

Hinc nota Baccho Tmolus attollit juga.

Ovidius Pont. 4. 15.

Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos.

Strabo lib. 13. in genere. Τμῶλος εὐδαίμων ὄρος. Et lib. 14. inter loca quæ aſſerunt ὄινους ἄεισυς, numerat Tmolum. Et iterum de eodem *Tmolo*, & locis aliis ita ait: διαφέρεις χρησιμώτατον, ἢ πρὸς διάτας ἰδρικάς. Huc pertinet hymnus Orphei ad Sabazium, ubi ait Bacchum inſutum à Jove femori, & eductum:

——Ὅπως τετύχεσμόν ἔλθῃ
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον.——

Crocum quoque plurimum gignit hic mons. Virg. Georg. 1.

——*Nonne vides croceos ut Tmolus odores,*
India mittit ebur?——

Nam ibi per *odores croceos*, vulgaris Servius *crocum* intelligit, cujus interpretatio commoda eſt. Nam Solinus, Columella, & Martianus aiunt hunc montem eſſe florentiſſimum croco: primus cap. 53. ſecundus lib. 3. cap. 8. poſtremus lib. 6. cap. de Phrygiâ; in quo, ubi legitur *Tmolus loco floreus*, legendum *croco*, ex doctorum cenſurâ. Alii tamen per *croceos odores*, vinum redolens & fragrans intelligunt. Sil. Italicus lib. 7.

Is montis decus, atque ex illo tempore dives
Tmolus.

Dicitur quoque *Timolus* vel *Tymolus*, teſte Steph. Ovidius Met. 6.

Deſeruere ſui Nymphæ vineta Timoli.

Ubi tamen alii *Tmoli* legi debere contendunt. Idem Ovid. Met. 11.

——*Freta proſpiciens latè riget arduus alto*
Tmolus in aſcenſu: clivoque extenſus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.

In hujus montis cacumine 150 annis vivere ſolent. Mucianus author eſt. Verba ſunt Plinii 7. 49.

Tobius, Τοβυ ſeu Τοwy Camdeno, flu. Albionis per Walliam in Oceanum ad Maridunum decurrens.

Tobrus, urbs Africæ propriæ. Ptol. Eandem cum Tuburba Antonini eſſe credit Shrilerus.

Tochari, pop. Indiæ vel Sericæ. Ptol. Dionyſius:

Καὶ Τόχαροι Φρύγες ἦ.

Toletum, Toledo, urbs alias Carpetanorum caput, poſtea Gothorum regia & Maurorum; hodie Caſtellæ Novæ cap: & antea regum ſedes. Ampla eſt & elegans, cum arce antiqua in colle; ſed deficit indies, à paucis habitata, vix 6000 incolas continens. 42. leuc. Hiſpanicis diſtat à Corduhâ in Bor. & 50. à Valentia. Long. 16. 40. Lat. 40. 02.

Toliapis, Shepey Camdeno, inſ. Albionis in mari Germanico contra Trinobantes, & Thameſis oſtia: ubi etiam Counos *Goeyinge* haud procul ab oſtio Thameſis.

Toliſtobii, Toliſtobogi Strab. & Ptol. qui & *Tectoſages*, pop. Galatiæ in Aſiâ. Τολιστοβόγιοι Stephano.

Toloſa, vulgò *Tholouſe*, colon. & urbs Gall. Narbon. in Aquitan. confin. ad Garumnam flu. Dicitur & *Tholoſa*. Hinc *Aurum Tholoſanum*; de quo vide Cic. 2. de N. D. Gellium & Juſtin. Long. 22. 15. Lat. 43. 30.

Toloſa, Toloſa, urbs Hiſp. in Guipuſcoâ prov. prope Orium flu. ad radices M. Pyrenæorum, vix 4. leuc. ab Oceano Cantabrico ad meridiem. Long. 19. 00. Lat. 43. 25.

Tomarus, (vide *Tmarus*) Strab. & Steph. mons Theſprotiorum Dodoneo oraculo imminens. Orpheus in Argonauticis, ubi de Argo:

Δὴ τότ' ἐπειρεμίουσα Τομαρικὰς ἔκλαγε φηγούς.

Dicitur per conciſionem *Tmarus*. Unde Virg. Eccl. 8.

Aut Tmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

Tomos, Ælian. & Strab. *Tomi* Ptol. *Tomis* Marcellino, *Tomiſwar* Cælio Calcagnino, *Kiow* Ciofano; ſic *ab inciſione* Abſyrti fratris Medeæ ibi ſecti dicta, urbs Myſiæ infer. in orâ maris Euxini, ubi Ovidius exulavit. Ovid. Triſt. 3. elegia 9. cui Titulus *Unde Tomos dicta?*

Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Cic. in orat. pro lege Manilià: *Primum ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quam prædicant in fuga fratris ſui membra in iis locis quà ſe parens perſequeretur, diſpaviſſe, ut eorum collectio diſperſa, mœrorque patrius celeritatem perſequendi retardaret.* Statius in Sylvis:

——*Nec triſtis in ipſis*
Naſo Tomis.——

Pop.

Pop. *Tomitæ.* Ovid. Pont. 1. 5.

Non vacat in quâ ſint poſiti regione Tomitæ
Quærere.

Hinc *Tomitanus.* Idem Pont. 1. 3.

Naſo Tomitanæ jam non novus incola terræ.

Long. 55. 00. Lat. 45. 50.

Tonice, Ptol. *Zazella* nunc teſte Stuchio, urbs & emporium Æthiopiæ ſub Ægypto ad ſinum Barbaricum inter Sarapionis portum & promont. ad Bor. & Raptam metrop. ad merid. Aliis eſt *Mombaza*, urbs regia & ampla in eadem regione.

Topiris, Ptol. *Topirium* Anton. *Doberus* Thucyd. *Toprus* ſeu *Toparum* Procop. *Ruſio* nunc, teſte Jo. Lydo, urbs Thraciæ à Philippis 38. m. p. in ort. ab Hadrianopoli 132.

Torini, pop. Scythiæ Jaxamatis proximi, ubi perfecti melis copia. Val. Flac. lib. 6.

Mellis honos Torinis, ditant ſua mulctra Satharchen.

Tornacum, olim Nerviorum in Gall. Belg. civitas. Hodie *Tournay.* Petrus Apianus dicit *Bagadum* eſſe Ptolemæi.

Toronaicus ſinus, Ptol. *Golfo di Rampo* Nardo, *Golfo di Agiomana* Caſtaldo, ſinus Macedon. inter Singiticum & Thermaicum.

Torone, op. geminum: unum Epiri in orâ litoreâ, inter Sybotam, & oſt. Acherontis flu. *Parga* Nigro. Alterum Macedon. ad ſin. Toronaicum, inter Derrim & Caſſandriam, à *Torone* Neptuni filiâ, teſte Steph. ſic dictum. *Longo* Sophiano, *Rainero* Nigro. Vide Steph.

Totoneſium, litus & op. Angliæ in comitatu Devoniæ, vulgò *Totnes* Camdeno.

Tougeni, pop. Helvetiorum, quibuſcum Marius Rombellum geſſit. Strabo. Horum urbs *Tuggium*, ſeu *Tougium* vulgò *Zug*, unus ex 13. Helveticis conventibus ad lacum Tugienſ. inter Luceriam ad occ. 2. & Tigurum ad Cæc. 3 leuc.

Toxandri, pop. Belgii, quorum reg. *Toxandria* Marcellino cum *Toxandro* op. cogn. in Brabantiâ. Ammiani locus eſt l. 17. *Quibus paratis petit primos omnium Francos, eos, viz. quos conſuetudo Salios appellavit, auſos olim in Rom. Solo apud Toxandriam locum habitacula ſibi prælicenter figere.*

Trachas, urbs Latii. Ovid. Met. 15.

Antiphataque domus Trachaſque obſeſſa palude.

Trache, inſ. parva inſtar ſcopuli in mari Ionio apud Corcyram.

Trachea, ſeu *Trachia* apud Strab. tota Iſauria apud Strab. dicitur, teſte Steph.

Trachin, vel *Trachis*, vel *Trachyna*, urbs Phthiotidis, à quâ *Trachinia* reg. ad. ſin. Maliacum ſub monte Oetâ.

Trachina, urbs Latii quæ nunc *Tarracina.*

Trachinia, regiuncula Phthiotidis in orâ ſinûs Maliaci, ubi Heraclea urbs cognomine *Trachin* cujus mem. Ovid. Met. 11. ubi *Herculeam Trachina* vocat. Hinc *Trachinius* apud eundem Ovid. ibidem.

Hæc quoque quæ ſequitur ventis Trachinia puppis.

Trachiris, Libyæ infer. flu. Ptol. *Gambea* Barraſo.

Trachones, duo colles Cœleſyriæ apud Damaſcum. *Hippos mons* Ptol. Inde pop. *Trachonitæ* in Arabiâ.

Trachonitis, *Bacar* hodie, teſte Gul. Tyrio, reg. Palæſtinæ, quæ & *Iturea* Straboni, & *Petræa* Hegeſippo in Cœleſyriâ, inter mont. Libani, & lacum Tiberiadis. Vide Plin. 5. 14.

Træmenothyritæ, Troadis pop. quos Tzetzes *Grimenothyritas* vocat.

Tragaſæ, reg. Epiri, à *Tragaſo* quodam, in cujus gratiam Neptunus ſalis denſationem fecit: unde *ſal Tragaſæus.* Steph. Heſychius: τραγάσαι, οἱ ἅλες οἱ ἀπὸ Λέσβου. Ubi legendum τραγασαῖοι ἅλες. Putavit *Tragaſæos ſales* in Lesbo inſulâ fieri ſolere. Sed ipſe Stephanus ait, Tragaſas urbem fuiſſe in continenti. Jul. Pollux, lib. 6. c. 10. Ἅλες τραγασαῖοι, Λίμνη ἢ αἱ Τραγάσαι τροφή. Sed ut patrociner hoc loco Heſychio, ea merx, ut credo, abundabat Lesbi, & ob vicinitatem illius ſalis, ibi maximum fiebat commercium: ideo dixit Λέσβου, quòd in alias Græciæ occidentalis partes ferebantur ii ſales. Palmer.

Tragia, *Tragias*, & *Tragæa*, Steph. inſ. maris Ægæi parva apud Samum, quam Strabo ante Miletum urb. Cariæ deſcribit, qu. inter illum & Samum. Item op. Naxi inſ. ubi Apollo colebatur. *Tragæus* dictus Steph.

Tragurium, *Trau*, inſ. Dalmatiæ proxima cum urbe cognomine. Vide Plin. 4. 21. Long. 40. 40. Lat. 43. 56.

Trajana, Picenorum urbs Ptol. Aliis *Triana.*

Trajana colonia, op. Germ. infer. ad Rhenum. Anton. *Keyſerwerd* Ortelio.

Trajana legio, Ptol. op. Germ. ſup. ad Rhenum. Ptol. *Drechſhauſen* Ortelio.

Trajana via, in Apuliâ, inter Beneventum in Hirpinis & Brunduſium in Salentinis.

Trajani monumentum, op. Germ. infer. ad Rhenum, & Francofurdam urbem. *Cronburg*, vel *Tranburg*, teſte B. Rhenano.

Trajani pons, Hiſp. urbs ſuper Tagum flu. *Ponte de Alcantara* Cluſio.

Trajanopolis, urbs Thraciæ inter Maximianopolim ad occ. 58. & Apros ad ort. 23. m. p. ab Hadrianopoli ad Euronotum 86. Item urbs Phrygiæ magnæ Ptol. Fuit etiam urbs Siciliæ mediter. *Dragina* Curopalatæ, *Troyanopolis* autem legit Fazellus. Vide *Tranum.*

Trajanus, flu. Ægypti. Ptol. Hujus oſtium apud Moyſen *Pihahiroth* vocari dicit Becanus.

Trajanus portus, op. olim & portus Tuſciæ in orâ inter Populonium ad occ. & Telamonem ad ort.

Trajectum, geminum: ſuperius quod ad *Moſam*, & inferius quod ad *Rhenum* nominatur. Superius *Maeſtricht* vocatur, urbs Germ. infer. in Brabantiâ, à Coloniâ 12. leuc. in occ. Antuerpiam verſus, à Leodio 4. leuc. in bor. quot ab Aquiſgrano in occ. Long. 27. 12. Lat. 50. 50. Inferius *Utrecht*, urbs. Germ. infer. in Batavis à Coloniâ 23. leuc. in bor. diſtans, à priore Trajecto 21. leuc. in Bor. & Cæc. recedens. *Ultrajectum* quoque Latinè dicitur. Long. 26. 26. Lat. 52. 10.

Trajectum, item Francorum geminum: Unum ad *Manum* in Franconiâ, emporium max. & urbs libera, à Moguntiâ 4. leuc. à Spirâ 12. Alterum ad *Oderam* in Marchia. Utrumque vulgò *Franckford.*

Trajectus, pagus Albionis ad Sabrinam flu. in Angliæ & Walliæ confin. Briſtolio, Chepſtovioque vicinus. *Auſtclive* Camdeno.

Tralles, & *Trallis*, num. ſing. Plin. & Ptol. quæ prius *Euanthia*, *Seleucia*, & *Antiochia*, dicta eſt, teſte Plin. *Chora* Nigro, urbs Lydiæ ab Epheſo ad 30. m. p. in Eurum. Juvenalis Sat. 3.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

Long. 58. 40. Lat. 38. 06.

Tranſylvania, vel *Ultraſylvania*, quæ & *Pannodacia* & *Dacia* Ripenſis, vulgo *Sibemburgen* dicitur, pars fuit olim Daciæ, & extrema ejus reg. trans montes Carpathios ad Axiacum flu. uſque producta. Hanc cingunt 2. Walachiæ, Tranſalpina & Moldavia: illa Danubio, hæc mari Euxino admota; utraque cum Tranſylvaniâ, eam Europæ nunc occupant partem, quæ olim Daciæ erat. Vide Bonfin. lib. 1. rerum Hungaricarum.

Trapezus, urbs juxta Pont. Eux. Sinopenſium colonia, hodie *Trebiſonda.* Vide Steph. & Stuk. ad Arr. per. pag. 67. Long. 71. 06. Lat. 44. 03.

Trebia, Gall. Ciſalp. flu. non procul à Placentiâ, ex Apennino defluens; juxta quem Annibal L. Sempronium Conſ. maximâ clade profligavit. Apud Polybium Τρεβίας πόλαμὸς, corruptè apud Appianum Τρεβίας Silius. lib. 4.

——Planitiem metuens Trebiamque petebat.

Lucan. lib. 2.

——Quod non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus Trebiæque juventus.

Long. 31. 44. Lat. 44. 45. Item Celtiberorum civitas in Hiſpaniâ.

Trebula, op. Sabinorum, pop. *Trebulani.* Apud hos præſtantiſſimi fiebant caſei. Mart. 13. 33.

Trebula nos genuit: commendat gratia duplex,
Sive levi flammâ, ſive domamur aquâ.

Vide Plin. 3. 5. Signate de hujus urbis voluptatibus, deliciis, & blandimentis extat epigramma Mart. lib. 5.

Humida quà gelidas ſubmittit Trebula valles,
Et viridis cancri menſibus alget ager,
Rura Cleonæo nunquam temerata leone
Et domus Æolio ſemper amica noto.

Eſt autem Trebula eadem cum Mutuſcis, tantum diverſum nomen. Ita enim Plinius 3. 12. *Trebulani qui cognominantur Mutuſcæi.* Errat vero inſigniter Servius, cum ſcribit hanc Trebulam, Mutuſcæam eſſe eam quæ poſtea dicta Trebia, ubi Annibal Romanos delevit. Ea enim in agro Picentino fuit, longe autem ab hâc Trebulâ quæ in Sabinis.

Trecæ, *arum*, urbs nobilis & potens in Campaniâ Gallicanâ. *Troye en Champaigne.* Long. 25. 15. Lat. 48. 08.

Trecaſſes. Vide *Tricaſſini.*

Treviri, *Treveri* Meliæ & Plin. *Triviri* Ptol. pop. urbs Galliæ Belg. ad Moſellam flu. vulgò *Triers*, vel *Treves* antiquiſſima, ut volunt, omnium urb. Europæarum, à *Trebetâ* Nini Aſſyriorum Regis fratre condita & nominata, an. ante χεσογειαν 1496. Æn. Silvius. Lucan. lib. 1.

Tu quoque lætatus converti prælia Trevir.

Auſon. in Catalog. urbium:

Treverïæque urbis ſolum quæ proxima Rheno.

Hujus urbs Archiepiſc. unus eſt ex Imperii Electoribus, urbis

ac

ac Trevirensis ditionis Dominus. Zosimus Comes de hâc urbe: Ἔστι δὲ αὕτη πόλις μεγίστη τῆς νάσου τῆς Ἀλπεις ἐθνῶν. Long. 28. 06. Lat. 49. 50.

Triballi, vulgò *Bulgari*, pop. Mysiæ infer. teste Nicephoro & Laonico, cum Lazio & al. quorum reg. *Bulgaria*. In his feruntur fuisse qui visu fascinabant, & interimebant quos irati diutius & fixis oculis aspexissent, teste Plinio. Hos Steph. in Illyrico perperam ponit.

Tribori, Gall. Belg. pop. Ptol. Hodie *Trierische* possunt appellari ab eorum metropoli *Trier*.

Triboces, *Tribocci* Ptol. *Tribochi* Plin. pop. Germ. super. quorum reg. Alsatia, vulgo *Elsas*, cujus caput est Argentoratum.

Tribulium, *Tribunia* Lib. concil. urbs Dalmatiæ inter Epidamnum & Rhizanam. Vulgò *Trebigna*.

Trica, aut potius *Tricca*, urbs Thessaliæ, à *Tricca* Penei filiâ dicta. Steph. Plin. vers. 3. 10. *Tricam* & *Apinam* op. quondam fuisse Apuliæ scribit; à Diomede condita, quæ eversa in proverbium abiit. Nam *Tricæ* pro nugis, rebusque futilibus accipiuntur ac etiam pro impedimentis, ut frequenter apud Cic. Unde *tricari*, verbum, & *tricones*, qui nugis alios detinent, & *Tricinus quæstus*, qui tarde fit, & *Tricæ Atellanæ* apud Varr. pro nugis impeditissimis. Long. 47. 15. Lat. 40. 10.

Tricassini, Ammian. *Trecasses* Plin. *Tricases* Anton. *Tricasii* Ptol. vulgò *Troyes* pop. & urbs Gall. Celt. in Belgicæ confin. five è contra, à Rhemis 26. leuc. in ort.

Tricastini, pop. Gall. prope Druentium flu. Hinc *Tricastinus*. Silius lib. 3.

Famque Tricastinis incedit finibus agmen.

Tricca, vide *Trica*. Est autem Estiotidis Macedoniæ reg. urbs. Ptol. *Tricala* Sophiano & Bellonio. Hic natus est Esculapius, qui ob id *Triccæus* dicitur.

Tricesimæ, Germ. urbs. Ammianus, quam Pet. Divæus putat eandem esse cum *Legione Trigesima Ulpia* Ptolemæi; & an ea Ultrajectum in Hollandiâ designetur, se nolle contendere ait. Vide *Utriceſium*.

Tridentum, Tridentinorum cap. in Rhætia propria, urb. satis culta; sedes in valle inter altissimas montes posita Concilio suo Oecumenico, uti Romanenses volunt, sed potius Conciliabulo Italico, si verum velimus, sat celebris, vulgo *Trent*. Subest proprio Episcopo, sub clientela tamen Imperatoris, uti Comitis Tirolis; 28. mill. Germ. distat ab Oeniponte in merid. 6. à Bolsano, 4. à proximiori orâ Lacûs Benaci in Cæciam, & 8. à Veronâ in Bor.

Trifolinus, mons Campaniæ Neapoli imminens, sic à *trifolii* copiâ dictus. Unde *vinum Trifolinum* apud Martialem 31. III.

Non sum de primo fateor Trifolina Lyæo.

Trigaboli, pop. Gall. Cisalp. ut Leander scribit inter 2. Padi flu. ostia habitantes, quos postea *Tesalios* ait vocatos.

Trigemina, porta Romæ dicebatur per quam *Trigemini* fratres Horatii exierunt; eam Marcellinus *Ostiensem* vocat, teste Marliano, qui eam hodie *Porta S. Pauli* vocari scribit.

Triglypton, Indiæ extra Gangem urbs. Ptol. *Pegu* Castaldo. Long. 154. 00. Lat. 18. 00.

Trileuci, 3. scopuli Oceani Cantabrici in orâ Hisp. Bor. *Pennas de Guzman* Ortelio; ubi op. *Trileucum*.

Trimmanium, *Trimammion*, Anton. op. Mysiæ inf. ad Istrum flu. *Drimago* Ortelio.

Trimontium, op. Albionis in Selgoviis apud oram occiduam, inter Angliam, & Scotiam, *Atterath* nunc, teste Camdeno. Item urbs Thraciæ eadem quæ *Philippopoli*.

Trinacria, Sicilia à *trinangulari* figurâ sic dicta, quæ & *Triquetra*. Et hæc vera interpretatio est; quanquam Sibylla vult à *Trinaco* dictam: Ἦν ἔλιον Τειτάκα ἀπὸ ὗος Πανπμίδιο δαΐφρονος. Hinc *Trinacrius*. Virgil.

Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni.

Item *Trinacris*, ut *Hybla Trinacris* apud Ovidium: Idem Fastorum 4.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacris, à positu nomen adepta loci.

Idem Ovid. Met. 5.

Vasta Giganteis injecta est insula membris
Trinacris.——

Trinium, flu. Frentanorum in Aprutio (cum op. cogn.) ex Apennino monte, ubi is *Maiella* vocatur, profluens, & in mare Hadriat. cum labens.

Trinobantes, *Trinovantes* Tacito, pop. Albionis, quorum reg. *Middlesex* hodie dicitur.

Triocala, *Triocla*, Ptol. *Tricala* & *Tricalum*, Steph. urbs Siciliæ apud oram Austr. pop. *Triocalini*. Ejus mem. Silius lib 14.

Et mox servili vastata Triocala bello.

Nomen interpretatur Diodorus hoc pacto: Τειώκλα ὁ αὐτὸς φασιν, διὰ τὸ τεῖα κλαὶ ἔχειν, τρῖτον μὲ ναμηλαίων ὑδάτων πλῆθος διάροεων τῇ γλυκύτητι. Δύ᾽ τερον παρεχόμενον χώρον ἀμπελόφυτον ἅ καὶ ἐλαιόφυλον, καὶ χωρητικὸς δυναμένων θαυμαστῶς. Τείτον τὸ Καλλιὸς ὀχυρώσασα, &c.

Triphylia, eadem quæ *Etis*. Dicuntur autem *Triphyli* quod è *tribus* numero *tribubus* collecti sint, vel à *tribus portis*, vel à *Triphyle* matre Clytii. Steph. *Triphyllis* Dionysio vers. 409.

Τῆς περὶς μὲ Ζεφύριο Τειφυλλίδος ἤθεα γαίης.

Hinc Jupiter *Triphyllius* dictus

Tripolis, urbs gemina: Una Phœniciæ marit. & emporium ac sedes præfecti, inter Orthosiam ad Arctos 50. & Byblum ad merid. 36. m. p. sic vocata quod *tribus urbibus* stadio inter se distantibus olim constaret, seu quod *trium urbium*, h. e. Aradi, Tyri & Sidonis esset colonia, teste Steph. Dionysius vers. 914.

Καὶ Τείπολιν λιπαρὴν, Ὀρθωσίδα ἠ Μάραθόν ἠ.

Long. 63. 30. Lat. 34. 20. Altera *Tripolis* Solino, *Leptis magna* Plin. Ant. & Ptol. (qui Neapolim & Leptim magnam eandem urb. facit) urbs Africæ litoralis apud Syrtim parvam ex *tribus urbibus* & ipsa constans, Taphris, Abrotono & Lepti magna, quæ ad eam constituendam convenere. Long. 42. 00. Lat. 31. 40. Erant aliæ hujus nominis urbes; una in Thessaliâ, teste Livio, alia in Cariâ, teste Steph. & alia in Lydiâ, teste Plinio. Pop. *Tripolitani*.

Tripontium, pagus Angliæ in Com. Northamptonensi. Anton. *Toceter* Camdeno. Long. 19. 20. Lat. 52. 00.

Triquetra, Sicilia sic dicta. Horat. 2. Sat. 6.

——*Militibus promissa, Triquetrâ*
Præmia Cæsar, an est Italâ tellure daturus?

Hinc *Triquetrus* adject. Lucret. lib. 1. de Empedocle,

Insula quem Triquetris terrarum gessit in oris.

Hinc Siciliam Lycophron τειδίκεραν vocat *tricervicem*; Pindarus vero τειγλώχινα *tricuspidem*.

Trisanton, flu. Albionis cum op. cogn. in Australi orâ contra Vectim inf. decurrens. Ptol. op. vulgò *Southampton* dicitur in agro Hantonensi.

Trismis, Mysiæ inf. op. Ptol. *Trachina* Nigro. Sed lege Τρισμὶς vel Τρωμὶς, quomodo Const. Porphyrogenneta lib. 2. Them. dicitur. Antonini etiam itinerario *Trosmis* est, & Notitiæ Imperii.

Tritea, urbs Troiea ab Arisbensibus condita. Alia inter Phocidem & Locros Ozolos. *Tritteas* vero in Achaiâ est, Steph. Pop. *Tritees* Herodoto.

Tritium Metallum, Hisp. Tar. op. in fin. Autrigonum excisum, *Treio* Moletio.

Tritium, *Tuboricum* Ptol. *Tobolicum* Pompon. op. Hisp. Tar. in fin. Vardulorum *Mondragon*; hodie, teste Hen. Coquo.

Triton, Africæ flu. ex *Tritonide* palude erumpens, à cujus nomine Pallas *Tritonis* & *Tritonia* dicitur, quòd circa hunc flu. vel lacum primùm apparuerit. Lucan. lib. 9.

Hanc & Pallas amat, patrio quod vertice nata
Terrarum primam Libyen (nam proxima cœlo est
Quod probat ipse calor) tetigit, stagnique quieta
Vultus vidit aqua, posuitque in margine plantas,
Et se dilectâ Tritonida dixit ab undâ.

Silius lib. 3.

Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis
Qua virgo (ut fama est) bellatrix edita lympha
Invento primam Libyen perfudit olivo.

Hinc *Tritoniacus*. Ovid. Met. 15.

Quum Tritoniacam novies subiere paludem.

Cæterum flu. hic *Triton* תערית *tarith* à Pœnis dicebatur, ἀπὸ τ νομῆς, *à pascuo* sc. quia Nomadum pascuis initium erat à Tritone. Cum enim reliqua pars Africæ ut plurimum sit arabilis, à Tritone usque in Ægyptum plerique erant meri Nomades, carne solum & lacticiniis vesci soliti. Herodotus in Melpomene: Μέχει τ Τελωνίδος λίμνης ἀπ᾽ Αἰγύπτου Νομάδες εἰσὶ χρεοφάγοι ἅ καὶ γαμαικοπῆς Λίβυες. Vide Boch. de Ph. Colon. pag. 533. In hâc palude Phla insulam ponit Herodotus. Alia est *Triton* palus ad montem Atlantem proxime Oceanum. Diod. lib. 3. [cujus mem. Claud. 1. de laud. Stil.

Hesperidum Triton, & Gir ditissimus amnis.]

Qui lib. 5. *Tritonem* flu. habet in Cretâ. Cæterum de Tritonia Minerva vide Meursium de regn. Athen. pag. 17.

Triturita, inf. seu villa parva Hetruriæ, apud Arni flu. ostia. Rutilius Itin. lib. 1.

Inde Trituritam petimus, sic villa vocatur.

Triviæ lacus, *Stagnum Dianæ* Ovidio, *lacus Hippolyti* Statio, *lacus Nemorensis* Tranquillo, *Speculum Dianæ* Servio, *Lago di Nemo* Erythræo, lacus Latii apud Ariciam op. ab eo 4. m. p. distans. Virg. Æn. 7.

Audiit & longè Triviæ lacus, audiit amnis
Sulfureâ Nar albus aquâ, fontesque Velini.

Triviæ lucus, *Nemus Triviæ* Silio, *Gallinaria Sylva* Ciceroni, locus Campaniæ in ſinu Cumano. Sed aliis *Selva di Nemo* in Latio apud lacum *Triviæ*. Virg. Æn. 6.

Jam ſubeunt Triviæ lucos, atque aurea tecta.

Trivicum, Hirpinorum in Italiâ op. vulgò, nunc *Trevico* dictum, epiſcopali dignitate inſignitum. Horat. in Hodœporico:

——*Niſi nos vicina Trivici*
Villa recepiſſet ——

Triumphalis, porta Romæ dicta eſt, quòd per eam triumphantes victores in urb. deducerentur.

Triumpilini, Plin. ſedem habent juxta lacum Cumanum. Suntque Euganeorum reliquiæ, & vocantur hodie *Triplever*, & vallem Trupiam incolunt, teſte Simlero.

Troas, reg. Aſiæ min. quam Ptol. *minorem Phrygiam* vocat, Helleſponto adjacens. Hanc Hom ab Aſopo flu. uſque ad Caici flum. oſtia produxit. Plin. autem, cæterique recentiores Lecto promontorio eam ab Æolide dividunt. Virgilius Æn. 5.

At procul in ſolâ ſecretæ Troadis actâ.

Ita quidem Ferrarius: ſed ibi legendum *Troades*, i. e. Trojanæ mulieres, quæ *Troiades* quoque Perſio dicuntur.

Trœzen, op Peloponneſi ad ſin. Argolicum, Pitthei olim regia, & Theſei patria. Unde Stat. Theb. 4.

——*Et quas Theſeia Trœzen*
Addit opes.——

Qui inde a poetis *Trœzenius* appellatur. Ovid. Met. 5.

Hic Ixionides, illic Trœzenius heros.

Trœzena dicitur Ptol. *Poſidonia* Strab. *Anthia* & *Hyperia* Pauſaniæ, *Apollonia* & *Aphrodiſias* Stephano, inter Corinthum & Scyllæum promont. ad 44. m. p. à litore 15. ſtad. Ovid Faſt. 2.

Altaque Trœzene, Parrhaſiæque nives.

Idem Met. 15.

Eſt prope Pittheam tumulus Trœzena ſine ullis
Arduus arboribus.——

Item op. Meſſeniæ mediter. ab Ithome 15. m. p. in ort. *Trœzina* in tab. recent. Pop. *Trœzenii*, quos fide ſocietatis Atticæ illuſtres vocat Mela. Vide Plut. in Themiſtocle.

Trogilia, *Trogilias* Plin. *Gatonifi* Sophiano, inſ. parva Joniæ apud Trogilium promont.

Trogilium, *Trogylium*, Ptol. *Mycale* Herodoto, promont. Joniæ in orâ inter Epheſum & oſtia Mæandri contra Samum inſ. à Sunio promont. Atticæ 1600. ſtad. teſte Strab. *Capo Tigrua*, Moſetio.

Trogilorum portus, *Stinctivo* Fazello, portus Siciliæ in orâ inter Syracuſas, & Tapſum peninſ. Ibi Trogilus op. olim, nunc pagus, *Targia* teſte Aretio. Apud Steph. vero non op. ſed reg. appellatur. Pop. *Trogilii*.

Troglodytæ, pop. Æthiop. ſub Ægypto apud oram ſinus Arabici & Barbarici, quorum reg. *Sirſia* nominatur, teſte Caſtaldo. Hi in ſpecubus habitantes (unde nomen) paupertatem colebant, ſerpentibus veſcentes, teſte Melâ. Dicuntur & *Trogodytæ*. Inde ſinus *Troglodyticus*, qui & *Barbaricus*.

Trogylium. Vide *Trogilium*.

Troja, reg. min Aſiæ, teſte Servio, cujus caput fuit Ilium, Homeri, Virgiliique carminibus notiſſimum, ita dicta à *Troe* rege, Erichthonii fil. cum antea à Teucro *Teucria*, & à Dardanio *Dardania* diceretur. Non raro tamen Troja à poetis pro ipſo Ilio accipitur. Ovid. Ep. 1.

Troja jacet certè Danais inviſa puellis.

Virg. Æn. 3.

——*Et campos ubi Troja fuit.*

Catullus:

Troja virum & virtutum omnium acerba cinis.

Hujus urbis auctorem Apollinem vulgò faciunt, unde Virgilius Georg. 3.

——*Trojæ Cynthius auctor.*

Quod tripliciter capi poteſt, inquit Lud. de la Cerda. Trojam enim condidit Phœbus vel 1. quia verè ipſe cæmenta, lapides & architecturam ipſam tractavit manibus: ita aliqui, quod & Ovid. indicat epiſt. Oenones:

Me fide conſpicuus Trojæ munitor amavit:

Vel 2. quia ejus oraculo Ilus monitus Ilion condidit, quod eſt apud interpretem Lycophronis, & commeminit Alciatus Parerg. 6. 6. & firmat Statii loco. Hoc etiam Germano placitum, atque etiam Parrhaſio in Claudian. lib. 2. Conſentit hoc cum locutionibus Tullii, cui *auctor* ſæpe dicitur *juaſor*. Vel 3. quia ſono Lyræ conduxit lapides; ita Ovid. in Epp.

Ilion aſpicies firmataque turribus altis
Mœnia Apollineæ ſtructa canore lyræ.

Bis capta fuit hæc urbs. Primo ſiquidem eam evertit Hercules, rege Laomedonte. Val. Flac.

Namque bis Herculeis deberi Pergama telis
Audierat;

Ovidius: *Troja bis Oetæi numine capta Dei.*

Ubi reſpicit ad Sagittas Herculis, ſine quibus Troja capi non poterat. Sil. Ital. lib. 1.

Haud me diſſimilem Alcide primoribus annis
Agnoſces, invicte, tuis: fer numen amicum,
Et Trojæ quondam primis memorate ruinis.

Sane Hercules in Sophoclis Philoctete ait bis debere Trojam telis ſuis expugnare:

Τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὖτλῳ χρεὼν
Τόξοις ἁλῶναι.——

Seneca in Thyeſte:

Bis pulſata Dardana Graio
Mœnia ferro, biſque pharetras
Paſſa Herculeas.——

Sed & Τλιὰς τείχεθον *Trojam ter everſam* Theocritus dixit, quod etiam everſa fuerit:

——Ὅτε πλῆθον Ἀμάζονες ἀνίηνται.

Excidium hujus urb. in noctem incidiſſe conſentaneum eſt Æſchylo in Agamemnone, & Euripidi in Hecub. Auctor parvæ Iliados id ipſum probat:

Νὺξ ἦλθε μεσάτη, λαμπρὸς δ' ἐπέτρεχε Σχοινεύς.

Unde Virg. Æn. 2.

——*Tacitæ per amica ſilentia Lunæ.*

Petron. Arb. in Trojæ Haloſi:

Jam plena Phœbe candidum extulerat jubar,
Minora ducens aſtra radiante face,
Cum inter ſepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra.——

Vide notas in illud Senecæ in Agamemnone:

Vidimus patriam ruentem nocte funeſta.

Long. 54. 25. Lat. 41. 15. Hinc *Troius*. Virg. Æn. 1.

Arma virum, tabulæque & Troia gaza per undas.

Item *Trojanus*. Ovid.

Puppis Achæmeniden Graium Trojana recepit.

Item *Troicus*. Ovidius Epiſt. 1.

——*Troica fata canunt.*

Item urbs Epiri mediter. in Chaoniâ, alia in Apuliâ Daunîâ, à Benevento 36. m. p. in bor. Long. 39. 27. Lat. 41. 27. Item vicus in Atticâ, qui & *Nypete* Stephano. Item pagus in Ægypto ad Troicum mont. Strabo lib. 17. Manil. lib. 1.

Jam tum cum Graiæ verterunt Pergama gentes
Arctos & Orion adverſis frontibus ibant.

Troicus mons, & Troites flu. in Ægypto ſunt. Steph. Nimirum juxta Troiam Ægypti urbem.

Tronodorum, op. Gall. Celt. in Burgundiæ ducatu. *Tonnere* Belforeſtio. Long. 25. 20. Lat. 47. 00.

Tropæa, urbs Brutiorum marit. apud Vaticanum promont. ubi ſinus Hipponiates deſinit. Steph.

Tropæa Auguſti, Liguriæ op. marit. Ptol. Hodie *Torbia* Leandro.

Tropæa Druſi, op. Germ. inter Rhenum & Salam; ubi Druſus obiit, & Tiberius Auguſtus à militibus Imp. ſalutatus eſt. Tacitus.

Troſſulum, op. Tuſciæ mediter. inter Volſinios & Ferentinos 8. m. p. exciſum. Ex eo equites *Troſſuli* dicti. Plin. 33. 2. Perſius Sat. 1.

——*Unde iſtud dedecus, in quo*
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lævis?

Truentum, *Truentinum* Ptol. hodiè *Tronto* flu. Piceni ex Apennino mont. in Sabinis apud Nurſiam oriens, ac per Aſculum urb. quam circumfluit, in mare Hadriaticum ad Truentum op. exciſum, vel juxta illum influens. Hinc *Truentinus*. Silius lib. 8.

Quique Truentinas ſervant cum flumine turres.

Trullum, locus, (& nomen Templi Conſtantinopolitani) ubi Concilia celebrabantur, apud Byzantium; olim ſede Epiſcopali celebratus.

Trutavia, *Forcheim*, urbs Germ. in Franconiâ, inter Norimbergam & Bambergam.

Tuæſis, vulgo *Twede*, flu. Albionis in orâ Orientali Angliam à Scotia diſcludens, ubi Bervicum op. Aliis potius *Theſe*, vel *Tees* eſt, à Tuedâ 70. mill. in Auſt. *Tueſis* vero urbs olim Ottadinorum, hodie eſt *Berwick upon Twede*. Vide *Barvicum*.

Tuama, *Tuam*, urbs Hiberniæ in Connaciâ, & in Com. Clarenſi Archiepiſc. 24. m. p. diſtans à Gallivâ in merid. Clarane verſus. Long 12. 19. Lat. 55. 46.

Tubal, vel *Tubalia*, *Tafalla* Beuthero, op. Hiſp. Tar. in Vaſconibus & regno Navarræ, inter Pampelonem ad Bor. 6. & Tutelam ad auſt. 10. leucis. Long. 19. 25. Lat. 43. 30.

Tubantes, pop. Germaniæ fuere, ubi hodie Ducatus Weſtphaliæ ex parte.

Tubinga, *Tubing*, urbs Sueviæ & Academ. 4. mill. à Stutgardiâ in merid. & 12. ab Ulmâ in occ. Long. 31. 00. Lat. 48. 38.

Tubuſci,

Tubucci, Anton. op. Luſitaniæ in regno Portugalliæ ad Tagum flu. *Abrantes* Vaſconcello.

Tuburbis, Plin. *Tuburbi* D. Auguſt. *Tuburbum* Anton. colon. & urbs Africæ mediterranea à Muſti 6. m. p. Alterum quod *minus* cognominatur ab Anton. inter Carthaginem 46. & Vicum Auguſti 56. mill. *Caſal Romol* hodie nominari dicitur.

Tucci, Turdulorum in Bæticâ urbs. Ptol. *Tuccis* Strab. *Auguſta Gemella* Plinio. *Martos* Morali & Cluſio.

Tucia, flu. prope Romam decurrens. Silius 13.

Tucia deducit tenuem ſine nomine rivum.

Ubi al. cod. *Turia*.

Tucris, Hiſp. urbs. Ptol. vulgò *Trudela*.

Tude, Hiſp. Tar. urbs in Gallæciâ, vulgò *Tuy*.

Tuder, *Turde*, Ptol. *Turdetia*, Plut. *Tyderta*, Steph. vulgò *Todi*, colon. & urbs Umbriæ in colle apud Tib. flu. media inter Peruſiam & Narniam. Hinc *Tuders* & *Tudertes* pop. Silius lib. 4.

Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem.

De hoc tractu vide quæ doctiſſimè, ut omnia, ſummus vir Joſ. Scaliger ſcribit ad Propertium. Idem monſtrum lectionis apud Strab. lib. 5. ſc. Τυδρίτλιις ita corrigit: Καὶ Τῦδις εὐκλεὴς πόλις, quemadmodum apud Silium:

Sed domus haud obſcura Tuder, motuque per Umbros
Bellator populos.——

Eſtque omnino ita legendum, inquit Caſaubonus, aut certe εὐδρὴς πόλις. Nam & ille locus naturâ fuit munitus in colle ac loco edito ſitus, & Strabo hujuſmodi locos ſolet εὐδρεῖς appellare. Silius lib. 6.

——*Colles Umbros, atque arva petebat*
Annibal, excelſo ſummus quà vertice montis
Devexum lateri pendet Tuder.——

Long. 36. 00. Lat. 42. 38.

Tullum, urbs Gall. Belg. in Lotharingiâ ad Moſellam flu. Anton. vulgò *Toul*. Item mons Illyrici mari Hadriatico obverſus, *Telez* Lazio. Item pagus Rhætiæ ad Oenum flu. in comit. Tirolenſi.

Tuerobis, flu. Albionis per oram Walliæ occiduam decurrens, & in mare Hibernicum prolabens. *Tivy* Camdeno.

Tuefis. Vide *Tuæſis*.

Tugia, op. Hiſp. Tar. mediter. vulgò *Alcaras*, inde *Saltus Tugienſis*, unde Bætis flu. profluit, *Argenteus* Strab. *Argentarius* Avieno.

Tugini, pop. in Helvetiis, quorum mem. Strab. lib. 4. & 7. ubi de Cimbris. Eorum op. *Tugium* eſt, quod vulgò *Zug* vocant. Long. 30. 10. Lat. 46. 45.

Tunes, *Tunis* Strab. *Tuniſenſe* op. Plin. (*Thiniſſa* forſan Ptol.) vulgò *Tuniſi*, urbs Africæ, à Carthagine 12. m. p. teſte Livio, hâc tempeſtate clara & regia, ampliſſima Satrapæ ſedes. Non longè abhinc Romani fracti & cæſi à Carthaginenſibus, Xantippo Lacedæmonio auxiliante, quo tempore M. Regulus captus eſt. Dicitur & *Tunetum*, unde pop. *Tunetei*. Sidonio *Tuniſei* in paneg. Anthem.

Torrida Tuniſeos infert mihi Byrſa furores.

Long. 34. 53. Lat. 32. 10.

Tungri, vulgò *Tongeren*, pop. & urbs Belgii in Brabantiâ, à Leodio & Trajecto 3. leuc. in ort. Long. 27. 00. Lat. 50. 48.

Tungrorum fons, *Iſerborn* Andr. Baccio, locus apud Tungros; ſed teſte Gilberto Limburgio *Savenier* apud pagum *Spa*, cujus aquæ ſalubres adverſus cujuſcunque generis morbos fere eſſe perhibentur. Vide Plin. 3. 12.

Tunicates, pop. Vindeliciæ inter Auguſtam & Ratisbonam. Ptol.

Tunicobriga, *Braganza*, urbs Hiſp. Tar. Ducatus titulo inſignis in Portugalliâ, inter Mirandam & Bracaram.

Tuola, Corſicæ flu. Ptol. *Golo* Leandro.

Turcæ, vel *Turci*, Scythiæ pop. teſte Pomponio lib. 1. cap. ult. à quibus orti judicantur qui tempeſtate noſtrâ latiſſimè imperitant, immaniſſimi & crudeliſſimi hoſtes Eccleſiæ Dei & Chriſti. *Turca* (inquit Faber) *vaſtatorem* ſig. veræ ſc. religionis, pietatis, honeſtatis & pacis. Herodotus inter feras gentes ſeptentrionis ὠμοφάγας ponit, quæ appellatio à *Turcorum* nomine non eſt aliena, etſi ſunt qui à *Teucris Turcos* deducunt, Chron. Peuceri. At *Tharthak* Idolum eſt, Reg. 2. 17. Alii ex *Turcâ* Perſarum urbe magnâ & opulentâ hoc genus hominum progreſſum eſſe tradunt. Nomen *Turci* (inquit idem Faber) ſig. hominem, qui agreſtiorem victus rationem ſequitur. Chalcocondylas lib. 2. de rebus Turcicis. Et Perſas quidem Τόρκους dictos ex Niceta apparet. Invenio & à flu. rapido *Turok*, qui in mare Hyrcanum influit, nomen ſuum *Turcos* accepiſſe. Hinc *Turcicus*, ut Turcicum imperium, quod cœpit, An. Dom. 623. Vide ſis Fungerum in *Turcæ*.

Turdetani, pop. Luſitan. in regno Portugal. ad meridiem, quorum reg. *Turdetania*. Hos adeo opulentos fuiſſe refert Strabo, ut præſepibus uterentur argenteis. *Turtutani* Stephano ſunt, qui eos unà cum *Turdulis* confundens circa Bætim deſcribit.

Turduli, Ptol. & Mel. pop. Hiſp. Bæticæ inter Mellariam & Bariam incolentes, partim in Vandalitiâ, partim in regno Granatenſi, Baſtulis finitimi. Alii in Luſitan. in orâ inter Mundam & Durium flu. inhabitantes, quorum tractus *Betra* Vaſconcello.

Turgana, Arab. Fel. inf. Ammian. lib. 23. in quâ Serapidis maximum eſſe templum ſcribit. Ortelius putat eandem eſſe cum *Serapide* Ptolemæi.

Turia, vel *Turias*, *Turium* Plin. *Durias* Melæ, *Guadalaviar*, teſte Cluſio, flu. Hiſpan. Tarracon. haud procul à fontibus, Tagi, & Sucronis, à Turulio urbe 10. leuc. oriens, ac in mare Ibericum juxta Valentiam influens. Claudianus de laud. Serenæ:

Floribus & roſeis formoſus Turia ripis.

Sil. l. 13. ——*Nullà lædens ubi gramina ripâ*
Turia deducit tenuem ſine nomine rivum,
Et tacitè Tuſcis inglorius affluit undis.

Turiaſo, Ptol. *Turiaſſo* Plin. vulgo *Tarazona* urbs Hiſp. Tar. in regn. Arragonio. Long. 19. 02. Lat. 42. 50.

Turii, *Thurii* Strab. *Thurium* Plin. pop. & urbs M. Græciæ. Vide *Thuriæ*.

Turingi, *Toringi*, ac *Thuringi*, vulgò *Duringer*, pop. German. quorum reg. *Turingia*, vel *Thuringia*, cujus urbes *Erfordia*, *Iena*, &c.

Turni, Calabriæ op. mediter. Τύρνος Ptol. ſive ut paulo vetuſtiores ejus auctoris interp. legerunt, Στύρνος.

Turones, pop. & urbs Gall. Celt. Archiepiſc. & Academia, apud Ligerim flu. inter Aurelianos ad ort. 34. & Andegavos ad occ. 30. m. p. Gall. Regio *Turonia*, vulgò *Touraine*, & urbs *Turo*, hodie *Tours*.

Turres, Anton. vulgò *Turi*, op. Apul. Peucetiæ.

Turres, Anton. vulgò *S. Severa* op. Hetruriæ litorale inter urb. Rom. 30. & Centum cellas 28. m. p.

Turres, Anton. *S. Biaſo*, teſte Barrio, op. ſeu caſtrum Brutiorum in Calabriâ citer. in confin. ulterioris, ad ſin. Hipponiatem.

Turres, Anton. *Thurn* Lazio, op. Liburniæ mediter.

Turris, Libiſſonis, Plin. *Turnis Biſſonis* Ptol. vulgò *Torre*, civitas Sardiniæ. Long. 31. 08. Lat. 39. 15.

Turulis, Hiſp. Tar. flu. Ptol. ad urb. cogn. *Rio de Morvedre*, Ortelio, *Rio Segura* Coquo.

Turulum, *Zorlich* Leunclavio, urbs Thraciæ inter Hadrianopolim & Byzantium.

Turuntus, Sarm. Europ. flu. Ptol. *Duina* Becano.

Turuptiana, Hiſp. Tar. urbs. Ptol. *Tui* vulgò.

Turrus, Fori Julii flu. Plin. *Turro* Leandro.

Tuſcanienſes, Etruriæ pop. Plin. 3. 5. *Toſcanello* hodie eorum locus dicitur Leandro.

Tuſcia, ſive *Thuſcia*, quæ & *Hetruria*, provincia Italiæ nobiliſſima, inter Liguriam ad occ. Macra flu. diviſa, & Latium, Umbriamque ad ort. Tiberi diſcreta, ad Arctos monte Apen. à Gallîâ Togatâ ſeparata, ad merid. pelago Tyrrheno definita, longa 248. m. p. lata nullibi 100. In 2. reg. dividitur: in eam quæ paſſim *Toſcana* nominatur, (in quâ Florentia, Sena, Piſa, & Aretiæ urbes claræ) magno Duci Hetruriæ ſubjecta: & eam, quæ patrimonium Eccleſiæ dicitur, Pontifici Rom. ſubjecta, ab alterâ Peliâ & Oſâ flu. ſeparata.

Tuſculum, Strab. Latii op. 12. ab Urbe lapide, arduo in colle ſitum, opus Telegoni, Ulyſſis & Circes filii. Ptol. & Dio lib. 58. Latinâ formatione id habent Τούσκλον, Straboni vero lib. 5. & Plut. in Cicer. Τοῦσκλον dicitur Dionyſ. vero Halic. & Steph. Τῦσκλον. De nominis oratione lepidè Feſtus: *Tuſculum ſic dictum, quod addictum difficilem habeat*, i. e. Δύσκολον. Silius lib. 7.

Quod peperere decus Circeo Tuſcula dorſo.
Mœnia, Lacertæ quondam regnata nepoti.

Martialis 9. 60.

Seu tu Pæſtanis genita es, ſeu Tyberis arvis
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo.

Propert. 2. 23.

Quid petis Æneæ mœnia Telegoni?

Hodie *Fraſcata* dicitur, *Tuſculo* vero Leandro. *Telegon* à conditore dictum ſcribit Niger. Hinc *Tuſculanum*, villa Ciceronis celebratiſſima, in quam ille poſt forenſia negotia animi recreandi gratiâ ſe recipiebat; ubi aut cum doctis aliquibus, quos abduxerat, ſe declamando exercere, aut philoſophica ſtudia intermiſſa revocare ſolebat. *Grotta Ferrata* hodie dicitur. Long. 26. 38. Lat. 41. 43.

Tuſcus, vicus Romæ in quo Tuſci habitaverunt, qui Porſenâ ab obſidione recedente remanſerant. Vide Marcilium in illud Horat. Serm.

——*Tuſci turba impia vici.*

Tyana,

Tyana, Cappadociæ civitas, media fere inter Cæſaream ad Bor. & Tarſum urb. Ciliciæ ad merid. Hic Apollonius natus fuit, qui ideo *Tyaneus* dictus eſt. Hinc *Tyaneius*. Ovidius Met. 8.

——*Oſtendit adhuc Tyaneius illic*
Incola de medio vicinos corpore truncos.

Tyberis. Vide *Tiberis*.

Tybur. Vide *Tibur*.

Tyche. Vide *Syracuſæ*.

Tyde, urbs Hiſp. Tar. in Callaicis ad Minium flu. vulgo *Tuy*. Silius lib. 3.

Oeneæ miſere domus Ætolaque Tyde.

Long. 11. 18. Lat. 42. 00.

Tylus, inſ. ſinus Perſici, ab oſtio Euphratis navigatione 24 horarum in ort. diſtans. Hujus nominis duas inſulas habet Plin. in mari Rubro, 10. m. p. inter ſe diſtantes. Item Meſſeniæ in Peloponneſo urbs, quam nonnulli Oetylum vocant, inquit Strabo ex Xylandri interpretatione. Prioris memin. Theophraſtus & Arrianus lib. 7. ubi ſcribit ferre palmas, oleas creare, & vineis abundare.

Tymbriani, pop. inter Piſidiam, & Lycaoniam. Plin. quorum urbs *Tymbria* erat in Piſidiâ, *Tymbrion* Xenophonti dicta. Erat & *Tymbria*, vicus Cariæ apud Mæandrum flu. & Myuntem urb. inde 4. ſtad. ubi Avernus, teſte Strab.

Tympania, Ptol. *Tympanea*, Polyb. *Tympaneæ*, & *Typaneæ*, Steph. *Typana* Plin. urbs Elidis mediterranea in Arcadiæ confin. *Stroviſo* Nigro, *Verdogna* Caſtaldo, *Leondari* Moletio.

Tymphæi, pop. inter Epirum ad occ. & Theſſaliam ad ort. quorum op. *Tymphæa*. Steph. Vide Strab. lib. 7. & Plin. 4. 2.

Tyndaris, *Tyndarium* Ptol. colon. & urbs Siciliæ, in orâ litorali, ſive potius mari abſorpta, à *Tyndaro* Lacedæmonio condita, & nominata. Silius lib. 14.

——*Geminoque Lacone*
Tyndaris attollens ſeſe adfuit.

Long. 39. 10. Lat. 37. 51.

Typhreſtus, op. & mons Trachiniæ, unde Sperchius flu. ortum habet; idem *Tymphreſto* apud Strab. Eſt & mons Mileſiorum in Cariâ.

Tyra, vel *Tyras*, Sarm. Europ. flu. inter Iſtrum & Boryſthenem in mare Euxinum labens, vulgo *Nieſter*, & *Turla* nonnullis. Ptol. Ejus mem. Ovid. Pont. 4. 10.

Partheniuſque rapax, & volvens ſaxa Cynapes,
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Tyragetæ. Vide *Tyritæ*.

Tyrangitæ. Vide *Tyritæ*.

Tyras, urbs Sarmatiæ, ab oſt. Tyræ flu. *Zothezavia* Nigro, alias *Moncaſtro* ſeu, *Bialogrod*, quæ & *Aſcerman*, Beſſarabiæ cap. 70. mill. Germ. à Taphris in occ. Sunt tamen qui credant Tyram urb. eſſe deſtructam. & *Moncaſtro* in viciniis creviſſe ex ejus ruderibus.

Tyrinthia. Vide *Tirynthia*.

Tyriſſa, *Cereſei*, teſte Mercat. op. Macedon. mediter. in Emathiâ. Al eſt. *Dinorigriza*, à Gyrtonâ 15. m. p. in auſt. inter Caſtoriam 46. & Gonnum 35. Atraci finitima. Pop. *Tyriſſæi*. Plin.

Tyriſtacis, vulgò *Periſtaſi*, urbs Cherſoneſi Thraciæ in orâ ad Propontidem. Vide *Periſtaſis*, quæ à Lyſimachiâ 18. m. p. abeſt in bor. & Cæc. ſed extra Cherſoneſum.

Tyritæ, *Tyrangitæ* Ptol. *Tyrigetæ* Strab. *Tyragetæ* Plin. pop. Sarmatiæ Europ. circa oſtia Tyræ & loca finitima incolentes.

Tyrrheni, pop. Italiæ, inter Macram & Tiberim amnem incolentes, quos Latini *Tuſcos* & *Etruſcos* vocant, *Tyrrhenos* autem Græci nominarunt à *Tyrrheno* Atyos filio, qui è Lydiâ colonos in hanc regionem deduxit. Atys enim ex poſteritate Herculis & Omphales unus, cum ſterilitate ac fame populum ſuum emittere cogeretur, è duobus filiis ſorte jactâ, Lydum quidem regni ſucceſſorem tenuit, Tyrrhenum autem cum bonâ populi parte ad quærendas novas ſedes emiſit: qui cum poſt longos errores in Inferi maris orâ ſedes fixiſſet, totum eum tractum de ſe *Tyrrheniam*, & mare ipſum *Tyrrhenum* vocavit. Vide Servium in illud Æn. 1.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.
Lydius huic genitor Tmoli decus, æquore longe
Mœoniam quondam in Latias advexerat oras
Tyrrhenus pubem, dederatque vocabula terris.

Plin. 3. 5. *Umbros inde exegere antiquitus Pelaſgi; hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à ſacrificio ritu linguâ Græcorum Thuſci ſunt cognominati.* Euſt. in Dionyſ. Κλύζ δὲ Τυῤῥηνοὶ ἀπὸ Τυῤῥηνοῦ υἱοῦ Ἄτυος, ὃν πολὺν λαὸν ὁ πατὴρ συνήγαγεν ἐν καιρῷ λιμοῦ ἐξαπέστειλεν, ἀφ' ἧς ἡ χώρα Τυῤῥηνία ἐκλήθη. Velleius lib. 1. *Lydus & Tyrrhenus fratres cum regnarent in Lydiâ, ſterilitate frugum compulſi ſortiti ſunt, uter cum parte multitudinis patriâ decederet. Sors Tyrrhenum contigit, qui profectus in Italiam & loco, & incolis, & mari nobile ac perpetuum à ſe nomen dedit* Virg. Æn. 8.

——*Ubi Lydia quondam*
Gens bello præclara jugis inſedit Etruſcis.

Hos omnes ſcriptores ſuperſtitioſiſſimos fuiſſe tradunt, uti inter alios Plutarchus ſcribit in Sympoſ. A quibus Romani ceremonias ſacras edocti fuere. Scribit Athenæus in illorum conviviis & epularum apparatibus, nudatis corporibus virgines diſcumbentibus miniſtraſſe convivis; mulieresque apud eoſdem fuiſſe communes, quæ etiam, pudore depoſito, gymnaſiis publicis & palæſtris nudæ cum viris luctari ac ſe exercere conſueverant. Minime enim apud illos turpe putabatur, nudatas fœminas vulgo conſpici. Fuiſſe autem illas dicunt formâ, ut plurimùm, eleganti, vinique imprimis cupidas, & potentes bibaces, &c. Tyrrheni tubam æneam inveniſſe dicuntur. Virgilius Æn. 8.

Tyrrhenuſque tubæ mugire per æquora clangor.

Idem Georg. 2.

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Ubi 1. notat vitium gentis. Nam Catullus ad Egnatium:

Aut parcus Umber, aut obeſus Etruſcus.

2. Obiter tangit inventum tubæ quod fuit Etruſcorum. Ideo Sophocles in Ajace: Χάλκεος ὁμῶς κώδων ὡς Τυῤῥηνικῆς. Heſychius: Ἀνισοσάλπιγξ, οἱ Τυῤῥηνοὶ, ἐπειδὴ πρῶτοι σάλπιγξ ηὑρέσθαι λέγονται. Athenæus lib. 4. Τυῤῥηνῶν δ' ὄζειν ἔνημα κἀρεῖά τ' ἀσάλπιγγες. Euripides in Phœniſſis: Τυῤῥηνικῆς σάλπιγγος. Et in Heracl. Τυῤῥηνικῇ σάλπιγγι. Silius lib. 2.

——*Tyrrhenæ clangore tubæ.*

Diodorus lib. 5. ubi de Tyrrhenis: Τὼ δ' σάλπιγγα ἐξεῦρον, εὐχρηστοτάτῳ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀφ' ἐκείνων δ' ὀνομασθεῖσαν Τυῤῥηνικήν. Sed cum tubarum non unum ſit genus, nec reperſor unus, ſcrutemur cujuſmodi *Tyrrhena*. Euſtathius in Iliad. 6. ἔχλη τυῤῥηνική, ἧς ἐυρέσθαι Τυῤῥηνοὶ ὁμοίᾳ φρυγιῷ αὐλῷ, τὸ κώδωνα κεκλασμένον ἔχουσα, λίαν ὀξύφωνος, ἧς καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ μαστιγοφόρῳ μέμνηται. Amplius autem & adſtrictius, Tyrrhenus Atyos filius tubæ Tyrrhenæ repertor, Silius lib. 5.

Iſque inſueta tubæ monſtravit murmura primus
Gentibus & bellis ignava ſilentia rupit.

Tyrus, vel *Tyros*, Phœniciæ inſula, & urbs celeberrima, orbis olim emporium. Strabo lib. 16. Τύρος δ' ὄζειν ὅλη νῆσος, χαλὸν τὸ συμπεπλησμένον παραπλησίως ὥσπερ Ἄραδος. Σύνεγγυς δὲ χώματά τινες τὸ ἄπειρον, ὁ κλεισθένης πολιορκῶν Ἀλέξανδρος. *Sarra* olim vocabatur, Feſto & Gellio teſtibus. Unde Virgilii Scholiaſtes in 4. Georg. *Quæ nunc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur, à piſce quodam qui illic abundat, quem linguâ ſua Sar appellant.* Verum quidem eſt, ut dixit, Romanos veteres pro *Tyro* dixiſſe Sarram: Ita in fragmentis Ennii: *Pœnos Sarrâ oriundos*; unde eſt quod pro Tyrio poeta dixit *Sarranum oſtrum*: & Juvenalis *Sarrana aulæa*: & Silius lib. 6. *Sarranam Junonem*; & *Sarranam cædem*; & lib. 7. *Sarranum navitam*; & lib. 8. *Sarrana numina*; & lib. 9. *Sarranum nomen*. Columella quoque *Sarranam violam* dixit, i. e. purpuream, quia purpura ex Tyro. Et fortaſſe apud Steph. Φοινίκης πόλις Σώρα, unde Gentile *Soranus*; id ipſum erat Græcis quod Romanis *Sarra* & *Sarranus*: Σώρα ſaltem plurimum accedit ad Ebræum צור *Sor*, quo nomine Tyrum appellant ſacri ſcriptores. Sed piſcis *Sar*, unde *Sarra*, ſi quidem Servio fides, non extat ullibi gentium. Et *Sarræ* nomen deduci notum eſt ex Ebræo Tyri nomine צור *Tſor*; in quo literam ש quæ medii eſt ſoni inter T. & S. Græci in T. mutarunt & Romani in S. Ita factum ut ex eo de *Tſor* & Τύρος naſceretur & *Sarra*. Sed Servium veriſimile eſt, cum alicubi legiſſet quod in Trogo habetur, Sidonem à piſce dici, nempe à צור titubante memoriâ id de Tyro ſcripſiſſe quod de Sidone legerat. Non diſpari errore Origenes: *Tyrus*, inquit, *apud Ebræos ſonat idem quod nobis venantes.* Imo *Tyrus rupem* ſonat, ſed *Sidon* vel à *venatione*, vel à *piſcatione* dicitur. Hæc Bochartus, qui ait in Phœnice Tyri nomen commune fuiſſe multis urbibus, ut conſtat ex Periplo Scylacis, qui hæc habet in deſcriptione Phœnices: Ἀπὸ δὲ Θαλάσσης ποταμοῦ ἐστὶ Τέκπολις Φοινίκων, Ἄραδος νῆσος καὶ λιμὴν, βασιλεία Τύρου ὅσον ἡ σαρὰ καὶ λιμὴν, ὑπὸ τὴν γῆν. Et paulo poſt: Ὅρος, Θεοῦ πρόσωπον. (Ita legit Cl. Voſſius pro vulg. τῆς) τύρος καὶ λιμὴν, βάρυς. Et aliquanto infra: Εἶτα ἄλλη πόλις Τύρος λιμένα ἔχουσα ὑπὸς τεῖχος. Αὕτη δὲ ἡ νῆσος βασιλεία Τυείων. Quod ſequitur propter vitium interpunctionis vir quidam doctiſſ. uſque adeo non intellexit, ut è mari fecerit continentem: Καὶ ἀπέχει σαρὰ ἀπὸ Θαλάττης γ' Παλαίπυργος πόλις, καὶ πόλεμος διὰ μέσης ῥεῖ. En tibi lector in unâ Phœnice quatuor urbes *Tyri* nomine, nempe 2. in continente, & inſulares duas: quarum illa celeberrima quæ fuit in inſulâ vicinâ Palætyro; non tamen antiquiſſima.

Eà quippe vetuſtiorem eſſe Palætyrum, vel ex ipſo nomine conſtat. Neque enim aliud Palætyrus, quam vetus Tyrus. Itaque ejus mentio fit in libro Joſuæ 19. 29. Ibi enim צר מבצר *civitas munita Tyrus*, Aſeritarum limes ad mare non procul à Sidone, non poteſt alia eſſe quam Palætyrus. Tum igitur extabat Palætyrus, nempe tempore κλιναγκλης seu diviſionis terræ Chanaan, annis ferè 200. antequam in vicinâ inſ. conderetur famoſa illa Tyrus. Vide quæ ſequuntur apud Authorem longè doctiſſimum de Ph. Col. pag. 861. Tyron Ὠγυγίλιθον vocat Dionyſius, & Virgil. *Antiquam* Æn. 4. Inſula rupibus undiquaque cingebatur. Nonnus lib. 40. de Tyro:

——— Ἀκυήτοις ὑ θαμέθλοις
Ἀντιμάτη ζωθεῖσα συνάπτε ϑ ἄζυγι πέτρῃ.

Et de urbe ibidem conſtruendâ:

Πέζατι δ' ἀμφοτέρῃσι ϑαλασσόμενον ἄστυ κολώναι.

Lucan. lib. 3. *inſtabilem* vocat, inſula enim olim fuit. Ovid. Met. 15.

Fluctibus ambitu fuerant Antiſſa Pharoſque,
Et Phœniſſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.

Qu. Curtius Tyrum affirmat & claritate & magnitudine ante omnes urbes Syriæ, Phœniceſque fuiſſe memorabilem, quo tempore obſeſſa eſt ab Alexandro. De divitiis ejus & cum omnibus gentibus ob mercaturam commercio, vide Ezechielem Prophet. cap. 27. Tyros & Phœnices auctores navigationis facit Pomp. Sabinus in l. 1. Æn. *Phœnices condidere Tyrum in mari, propter merces, primi mortalium negotiatores in marinâ aleâ.* Dionyſius Afer de iiſdem:

Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέϑ ἐμήσαντο.

Etiam Propertius huc reſpexit 1. 7. cum ait:

Utque maris vaſtum proſpectet turribus æquor
Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Quin & Plin. 7. 56. *Mercaturas Pœni repererunt. Tyrus* item Laconicæ, Lydiæ, item Piſidiæ urbs. Steph. Fuit etiam locus & præſidium trans Jordanem, inter Arab. & Judæam, quem deſcribit Joſ. Ant. l. 12.

V.

VAbar, Maurit. Cæſ. op. Ptol. *Biſmeo* Caſtaldo, inter Rutarum ad occ. & Saldas ad ort. occurrens.

Vabrenſe Caſtrum, & aliis *Vabræ* urbs Gall. Narbon. in reg. Occitanâ, Biteris proxima. Greg. Turonenſ. vulgò *Vabres*. Long. 23. 40. Lat. 43. 00.

Vacallineus pagus, in Germ. infer. apud Arnwillerium op. à Coll. Agrip. 6. leuc. in merid. *Vachlendorff*, teſt. Ant. Morillonio.

Vacca, *Vacua* Strab. *Vacus* Ptol. *Baccia* Oroſio, vulgò *Vouga*, flu. (cum op. ſeu pago) Hiſp. Luſitan. inter Durium ad Bor. & Mundam ad Auſtr. in Oceanum occiduum fere medius decurrens. Item urbs Africæ, unde pop. *Vaccenſes* apud Sall. de bello Jugurthino.

Vaccæi, pop. Hiſp. Tar. per quos Durius flu. labitur. Silius:

———*Lateque vagantes*
Vaccæi.———

Vacomagi, Albionis inſ. pop. Ptol. quorum op. *Sterling*, teſte H. Boetio. Camdeno vero ſunt, ubi Moravia, vulgò *Murray*.

Vacorium, urbs Norici Ptol. *Villach* Jovio & Sabellico. Sed Lazio eſt *Straesburg* op. Gurco urbi finitimum, milliario Germanico in Bor. Altenhoffum verſus diſtans: vel ipſum *Altenhoffen*, à Viruno 1. mill. in Auſtr. Vitopolim verſus recedens. Long. 36. 14. Lat. 46. 45.

Vada, *Wagening* Divæo, op. Batavorum in Ducatu Geldriæ, inter Noviomagum & Trajectum. Long. 27. 00. Lat. 52. 00.

Vadimonis, lacus eſt, in quo fluctuant inſulæ, de quo Plin. multa commemorat lib. 8. epiſt. 20. Mem. hujus lacûs Polyb. lib. 2. Ubi τὴν Οὐαδίμωνα λίμνην appellat, corruptè forſan à genuino Οὐαδίμωνα. In fragm. Sotionis de miraculis fontium, flu. & lacuum ſic ſcriptum eſt. Ἔστι ϑ ἐν Λακεδαίμονι ἡ Ἀμυκλῶϑ καλουμένη λίμνη, ἐν μεσῇ δὲ τῇ Ἰτυλίᾳ, ὁμοίως ἰχνεσι νησίοις πηοῖ μεταπιπτούσιν. Ubi etiam viri rectè correxerunt Λακεδ Οὐαδίμωνϑ. Sen. Nat. Qu. 3. 25. *Ipſe ad Cutilias natantem inſulam vidi; alia in Vadimonis lacu vehitur.* Plin. 2. 95. *Quædam inſulæ ſemper fluctuant, ſicut in agro Cæcubo, & Vadimonis lacu.* Apud Liv. lib. 9. leges apud hunc lacum à Romanis cæſos fuiſſe Etruſcos, an. U. C. 645. Denique Florus lib. 1. cap. 12. Tandem omnes reliquias Gallorum in Etruria ad lacus Vadimonis Dolabella delevit. *Lago di Baſſanella* Leandro dicitur, ſed *Lago di Viterbo* Fabricio.

Vaga, *Vagenſe* opidum, Plin. urbs Africæ mediter. exciſa, ubi Hunnericus rex Vandalorum Catholicorum perſecutor miſerè obiit. Ejus mem. Silius lib. 3.

Tum vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.

Alia, urbs Maurit. Cæſar. mediter. Juliæ Cæſareæ finitima, *Tegdemet* Villanovano.

Vaga, flu. Albionis in Walliâ, in Sabrinam apud Chepſtovium influens, *Gowy*, *Guy*, vel *Wy* hodie vocatur.

Vagedruſa, fons Siciliæ apud Syracuſas, quæ & *Arethuſa*. Ejus mem. Sil. 14.

Qui fontes Vagedruſa tuos, & pauperis alvei
Hypaten.———

Vagenſ, *Vagienni*, Plin. *Bagienni* Varroni, *Batieni* Ptol. *Bačienni* Paterculo, pop. Liguriæ ad ortum Padi, quorum op. vulgò *Vigon* dicitur. De Vagenis Silius lib. 8.

Tum pernix Ligur, & ſparſi per rura Vageni.

Vagniacum, vulgò *Maidſton*, teſte Camdeno, op. Albionis in Angliâ inter Londinum 28. & Durovernum 24. m. paſſus in Cantio. Anton. Talboto eſt *Wrotham*, pagus ejuſdem tractus.

Vahalis, Batavorum flu. aut potius pars Rheni. Tac. Annal. 2. *Rhenus*, inquit, *uno alveo continuans, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, volut in duas amnes dividitur: ſervatque nomen & violentia curſus, quâ Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior affluens; verſo cognomento, Vahalem accolæ dicunt: moxque id quoque vocabulum mutat Moſâ flumine: ejuſque immenſo ore eundem in Oceanum effunditur.* Nomen *Vahalis* quod attinet, variè id in Cæſaris exemplaribus variis ſcriptum reperitur. Quædam enim habent *Vachalus*, quædam *Vaccalus*, alia etiam *Walis*. Cæterum verum & germanum hujus flu. nomen tam apud Cæſarem quam Tacitum *Vahales* eſſe affirmat Cluverius; quemadmodum apud Servium quoque legitur *Vahal*. Germanis olim ut nunc etiam dicebatur *Wael*, ſive *Waal*, geminato A. quia craſſus ejus in hoc vocabulo ſonus.

Valachia, ſeu *Walachia*, pars eſt antiqui regni Hungariæ ubi olim pars Daciæ. Terminatur à merid. Iſtro flu. & partim Bulgariâ, ab oriente Moldaviâ, à Sept. Tranſylvaniâ, & ab occ. Hungariâ. Ejus cap. eſt Tergovilcum vulgo Taruis, & Principem habet proprium ſub Clientelâ Turcarum.

Valentia, urbs Hiſp. Tar. in orâ Conteſtanorum ad Turiam flu. regni Valentini caput, ampla, nobilis, & elegans, à Barcinone 49. leuc. in merid. à Toleto 60. in ort. Item Colon. & urbs Gall. Narbon. ad Rhodanum flu. in Delphinatu. Item op. Hiſp. Tar. ad Minium flu. in Bracarum & Callaicorum confin. contra Tyden urb. Item op. Gall. Ciſalp. ad Padum flu. Fuit & *Valentia* quoque in Brutiis. Vide *Roma*, nam & urbs iſta *Valentia* quondam dicta. Item *Valentia* Britanniæ inſ. pars Anton. quam Gyraldus Cambrenſis *Scotiam* vocat. Amm. Marc. lib. 28. *Valentia deinde vocaretur arbitrio principis.* Ubi Valeſius: Hæc non de totâ inſ. dici exiſtimo, ſed de eâ parte duntaxat, quam occupaverant Barbari. Ex quâ cum Theodoſius Comes Barbaros expuliſſet, relatione ad principem miſsâ petiit ut ea pars provinciæ Valentia diceretur, & in eam rector legitimus Conſularis ſcilicet mitteretur. Antea quippe Britannia quæ parebat Romanis, quatuor omnino provincias habuit, *Maximam Cæſarienſem*, *Flaviam Cæſarienſem*, *Britanniam primam*, & *Britanniam ſecundam*, uti ſcribit Feſtus Rufus in Breviario, quibus poſt hanc Theodoſii victoriam addita eſt Valentia, cujus etiam unà cum cæteris mentio fit in Notitia Imperii Rom. ſub diſpoſitione Vicarii Britanniarum.

Valeria Colonia, Corſicæ urbs. Ptol. *Leria* Pineto. Sed *Aleria* eſt in Græcis exempl. & ſic etiam apud Plin. & Anton. 2. Op. Hiſp. à quâ *Valerienſes* pop. Plin. 3. 1. *Querra* Cluſio ac Taraphæ. In Caſtella novâ (ut vocant) ſita eſt. 3. Regio Italiæ juxta lacum Fucinum, cujus urbes *Valeria* ſive *Marſi*, *Carſeoli*, *Amiternum*, *Furconium* & *Reate*. 4. Regio Pannoniæ ſup. inter Draum & Saum flu. quæ hodie *Stiria* vocatur, teſte Lazio, *Crabaten* vero Rhenano.

Valeria Via, in Siciliâ, inter Meſſanam, & Lilybæum. Strabo. Alia in Italiâ, quæ ad urbes Valeriæ ducebat per Tybur. Strabo. Vulgò *Il piane di S. Spirito*, & *Della Cellu*, teſte Ciofano in 4. Ovid. Triſt.

Valinſa, eſt in Alpibus regiuncula, quæ hodie *Walliſſerlandt* vocatur. Eam olim tenuere *Vibori*, *Veragri*, & *Seduni*, Joſ. Simlerus.

Vallata, op. Hiſp. Tar. in Vaccæis. *Vanenza* Cluſio.

Vallatum, Rhætiæ op. *Veillenbach* Simlero.

Valliſoletum, *Valladolid*, urbs Hiſp. Tar. in Vaccæis, ad Piſoracum flu. 16. leuc. à Burgis in Auſt. 22. à Legione in Eur. & 14. à Sentica in auſt. Vide *Tellina vallis*, *Vallis Telina*, *The Valtoline*.

Vallum, *the Picts Wall* adhuc dictum, murus Albionis, quem

quem Hadrianus Imp. inter Britanniam 1. & 2. h. e. Angliam & Scotiam, ad reprimendas barbarorum incurſiones, ædificavit. Æl. Spart. Vide *Murus Picticus.*

Vandali, qui & *Venedi*, *Fenni*, & *Slavi* poſterioribus, pop. Septentrionales, qui non ſolum Germaniam ad oram maris Baltici, ubi ducatus Megalopolitanus eſt, *Vandalia* olim dictus, tenuere, ſed etiam per Pomeraniam, Poloniam, Sileſiam, Bohemiam, Ruſſiam ac Dalmatiam, teſte Alberto Krantzio, effuſi ſunt: ſicut in Galliam ac in Hiſp. progreſſi, ibi ſedes in Bæticâ locarunt, quæ propterea *Vandalitia*, *Andaluzia*, magnâ ex parte nominatur: inde in Africam trajicientes illam occuparunt, diuque eam tenuere, ſicut & Sardiniam, ſub Genſerico rege. Alii *Vandalos* à *Vandâ* reginâ dictos, primo in Poloniâ juxta Viſtulam flu. habitaſſe ferunt. Alii ex *Vandalo* Tuiſconis filio, & Manni nepote, dictos volunt ex Beroſo.

Vangiones, *Worms*, pop. & urbs Germ. ſup. ad Rhenum in Palatinatu, inter Spiram ad Auſt. 6. & Moguntiam in Bor. 7. leuc. urbs libera. Lucan. lib. 1.

Vangiones, Batavique truces, quos æra recurvo
Stridentes acuere tubæ.

Vapincum, vel *Vapincum*, *Gap* Simlero, urbs Gall. Narb. alias Caturigum cap. nunc in Delphinatu & in confin. Provinciæ, 7. leuc. à Seguſterone in Bor. 6. autem ab Ebroduno in occ. Long. 27. 15. Lat. 43. 30.

Vara, flu. Albionis per Moraviam reg. Scotiæ in ortum fluens. *Murray Firth* Buchanano. Aliis eſt *Cloyd.* Quidam *Varar* legunt. Eſt autem *Varar*, ſeu *Vara*, uti apud Ptol. op. Scotiæ ad oſtia flu. cognominis, quod *Dunbar*, qu. *Varæ caſtrum* dicitur.

Varalis, pop. in orâ Dalmatiæ, quos *Ardiæos* vocarunt. *Vardæi* forſan Ptolemæi, quos Italiæ quondam populatores vocat Plinius.

Varamus, Venetorum flu. *Caloro* Leandro.

Vargiones, Germ. pop. Ptol. Scudo *Baer Landtgrafſchaps* videtur, ad fontes Danubii.

Varianus, vicus inter Patavium & Bononiam. Anton. *Frigarola* forte hodie.

Varini, Germ. pop. Tac. *Newve Marck*, pars Brandeburgicæ Marchiæ Willichio; Althamerus cenſet hos *Vuarmienſi* urbi epiſc. in Pruſſiâ nomen reliquiſſe.

Variſti, qui *Nariſci* Tac. videntur (utroque modo apud Jul. Capitolinum legitur) pop. Germaniæ.

Varus, flu. Gall. Narbonenſem à Liguriâ diſterminans. Strabo. *Il Varo* hodie.

Vaſatæ, & *Vaſates*. *Vaſſatæ* Anton. *Vaſſæi* Plin. *Vaſarii* Ptol. vulgò *Baxas*, pop. & urbs Aquitaniæ. Auſon. Idyl. 1.

Vicinas urbes colui patriaque domoquè,
Vaſatas patriâ, ſed lare Burdigalam.

Long. 19. 50. Lat. 44. 00.

Vaſcones, pop. citer. Hiſp. quâ in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit, ad Pyrenæum poſiti. Hi à Metello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi ſunt, ut humanâ carne veſcerentur. Juv. Sat. 15.

Vaſcones (ut fama eſt) alimentis talibus uſi
Produxere animas.———

Vaſconia, *Gaſcogne*, prov. Galliæ latè ſumpta, continet partem Aquitaniæ, inter Oceanum, Garumnam flu. & Pyrenæos M. Strictè autem ſumpta continet Vaſconiam propriam ſeu veram, inter tractus Arminiacenſem & Condomenſem, Beneharniamque. Ibi olim fuere *Eluſates* & *Datii* populi.

Vaſio, *Vaiſon*, urbs Gall. in Provincia, ſub dom. Summi Pontificis, 8. leuc. ab Avenione in Cæc. uti 4. ab Auraſione, & 4. à Carpentoracte in Bor. *Forum Vocontorium* Ciceroni dicitur Long. 26. 06. Lat. 43. 45.

Vataſtica, inſ. in flu. Rheno, finitima Batavis & Friſiis, quæ eſt Diœceſis Trajectenſis. Tacitus.

Vaticanus, collis non procul à Tiberi ſupra molem Adriani, conterminus Janiculo, vinum quidem ſatis copioſum gignens, ſed parum laudatum. Mart. 1. 19.

Quid te, Tucca, juvat vetulo miſcere Falerno
In Vaticanis condita muſta cadis?

Ejus mem. Juvenal. Sat. 6.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Sic à *vaticiniis*, quæ ibi fiebant, dictus fuit, teſte Gellio, lib. 16. cap. 17. quem ſis conſule. Antepenultimam ſyllabam corripuit Horat. Carm. 1. Od. 20.

———*Simul & jocoſa*
Redderet laudes tibi Vaticani
Collis Imago.

Vatrenus, Plin. amnis qui Forum Cornelii alluit, ut Niger tradit. *Saterno* Leandro.

Vatuca, op. Germ. infer. in fin. Eburonum, apud Trajectum ſuperius, inde 2. leuc. in ort. *Valkenburg* Marliano. Aliis eſt *Hertzogenrode* op. inter Juliacum & Aquiſgranum, qui *Varucam* legendum voluit.

Vaunia, vel *Vannia*, Ptol. op. Venetiæ, Inſubriæ finibus propinquum. Hodie *Lovino* dici putatur.

Ubii, pop. Germ. infer. qui & Agrippinenſes, quorum extat adhuc pag. *Ubich* in territor. Juliacenſi, teſte Ortelio.

Ucraina, *Ukraine*, prov. Poloniæ, quæ ſic dicitur tam quam poſita in limite Moſcoviæ & Tartariæ min. Vocatur alias Volhinia inferior, ſeu Palatinatus Kiovienſis, & in duas partes ſcinditur à Boryſthene flu. Habitabant in eò tractu Coſacci populi.

Vectis Ptol. *Vecta* Eutropio, inſ. Angliæ in mari Britannico, ab Hantoniæ Com. exiguo freto diviſa. Long. eſt 20. m. p. ab ort in occ Lat. vero. 12. & circuitus 60. circiter. Dividitur autem in duas partes, nempe in *Eaſt Medyne*, & *Weſt Medyne*; ejuſque primarium op. eſt Novus portus, olim Medena.

Vectones, pop. Hiſp. in Luſitaniâ, ab Aſturibus Durio amne diſcreti, Plinio teſte. Luc. lib. 4.

Vectoneſque leves, , *profugique à gente vetuſtâ*
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Vedra, *Were*, teſte Camd. flu. Albionis in agro Dunelmenſi oriens, & in ortum fluens.

Vegeſatum, op. Belgii in fin. Eburonum ad Moſam, medium inter Leodium & Trajectum 2. leuc. *Weſet* Germanis, *Viſe* Gallis dicitur. Long. 27. 08. Lat. 50. 46.

Vegeti, Aſiæ pop. Mela.

Veii, colon. & urbs antiquiſſima Hetruriæ apud Tiberim, media fere inter urb. Romam & Feſcenniam 14. m. p. à Comero condita, & à Camillo longâ 10. annorum obſidione capta, & exciſa, an. U. C. 358. Fabiorum cæde memorabilis fuit hæc urbs. Ovid. Faſt. 2.

Hæc fuit illa dies in quâ Veientibus armis
Ter centum Fabii ter cecidere duo.

Pop. *Veientes*. Hinc *Veientanus*, ut *vinum Veientanum*, de quo Horat. 2. Serm. Sat. 3.

Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campanâ ſolitus trullâ, vappamque profeſtis.

Martialis 3. 49.

Veientana mihi miſces, tibi Maſſica potas.

Et alibi:

Veientana tuam ſi bibat uva ſitim.

Velabrum, locus Romæ juxta Aventinum mont. *velis* obtenſus, ſub quibus oleum & ſimilia vendebantur. Plautus in Capteivis:

Quaſi in Velabro olearii.

Horatius:

Cum ſcurris ſartor, cum Velabro omne macellum.

Hinc *Velabrenſis*. Mart. 11. 53.

Et Velabrenſi maſſa recocta foco.

Inde *Velabrenſis caſeus*, qui in Velabro conficiebatur. Martialis 13. 32.

Non quemcunque focum, nec fumum caſeus omnem,
Sed Velabrenſem qui bibit, ipſe ſapit.

Siquidem, teſtante Plin. 11. 42. *Fumus imbibitus auget gratiam caſei, qualis in ipſa urbe conficitur.* Varro *à vehendo* derivat, quòd cum Aventinus olim diſcluderetur paludibus à montibus reliquis, neceſſe eſſet eò navibus advehi. Unde *Velaturam facere* dicebantur, qui operam ſuam collocantes mercede ex vecturâ vivebant. Duplex autem fuiſſe *Velabrum* invenio, majus & minus. Varro: *Palus fuit in minori Velabro.* Unde quod ibi vehebantur lintribus, *Velabrum*, ut & illud majus, Propertius:

Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quaque
Nauta per urbanas velificabat aquas.

Tibullus quoque:

At quâ Velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pullâ per vada linter aquâ.

Velia, Lucaniæ op. in ſinu Pæſtano conditum à Phocenſibus, antea *Elea* dicta. Virgil. lib. 6.

———*Portuſque require Velinos.*

Horatius 1. 15.

Quæ ſit hyems Veliæ, quod cœlum, Vala, Salerni.

Hinc *Velina tribus*. Horat.

———*Hic multum Fabiâ valet, ille Velina.*

Perſius:

Libertate opus eſt, non hâc, qua ut quiſque Velinâ
Publius emeruit.———

Vide Steph.

Velinus, lacus Sabinorum in Umbriæ confin. Virgil. l. 7.

Sulfureâ Nar albus aquâ, fonteſque Velini.

Velitræ, colon. & urbs Latii in viâ Appiâ, à Româ 20. m p. in Eurum Privernum verſus diſtans. Sil. l. 8.

Setia, & è celebri miſerunt valle Velitræ.

Vellaunii, vel *Velauni*, pop. & urbs Aquitan. ad mont.

Cemmenum. Arvernis, Gabalis, & Ruthenis finitimi, quorum reg. *Velay*, urbs vero *S. Flour*, teſte Jo. Poldo.

Vellaunodunum, op. Gall. Celt. quod Cænalis & Ortelius idem faciunt *Antiſſiodoro*. Anton. & *Autrico* Ptol. Aliis eſt *Chaſteaulandon*, teſte Vigenerio. Aliis *Veron* apud Senones. Long. 24. 40. Lat. 46. 26.

Vellica, urbs Cantabrorum mediter. Ptol. *Victoria* Villanovano.

Velocaſſes, pop. Gall. Belg. in confin. Celticæ circa Sequanam flu. Plin. 4. 8. Hos putat Ferrarius eſſe *Baiocenſes* in Normandiâ, *Verocaſſes* autem circa Sequanam: Cæſar enim eos inter Caletes & Veromanduos recenſet.

Venafrum, civitas Campaniæ, oleis abundans. Horat. 2. Carm. Od. 6.

——*Viridique certat*
Bacca Venafro.

Mart. lib. 13. ep. 95.

Hoc tibi Campani ſudabit bacca Venafri.

Juvenal. Sat. 5.

Ipſe Venafrano piſcem perfundit.

Strabo lib. 5. Ἐυέλαυός ὅτι καὶ πᾶσι ἦ πρὸ τὸ Οὐέναφρον. Et alibi: Οὐενάφριον ὅσον τὸ κάλλιστον ἔλαιον ἢ μὲν ἐν ἡ πόλις ἐφ' ὕψους κεῖται παραῤῥεῖ δ' αὐτὸ λόφος ῥίζαν ὁ Οὐουλτοῦρνος. Plin. 15. 2. de oleo: *Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano. Venafri* hodie dicitur Leandro. Long. 37. 58. Lat. 41. 35.

Venantodunum, i. e. *venatorum mons*, ut ſcribit Lelandus, qui hoc Angliæ op. ſic vocat, quod vulgò *Huntington* dicitur.

Vendenis, op Myſiæ ſuper. *Raveniczen* Lazio.

Vendum, op. Japodum in Norici, Pannoniæ, Liburniæque confin. *Windiſchuſratz* Lazio.

Venedi, *Venedæ* Ptol. pop. Germ. Boreales quorum reg. *Finlandt*, teſte Erberſtinio ad ſin. Venedicum, ad Suedicum regnum ſpectans.

Venedotia, *Gwinedhia* Lelando, reg. Albionis in Cambriâ, ad Bor. vulgò *Northwales*.

Veneli, Ptol. *Unelli*, pop. Gall. Celt. quos Jul. Cæſar inter civitates Armoricas Oceanum attingentes reponit. Ptol. autem eos locat inter Lexovios & Biducſios.

Veneliocaſſii, pop. Gall. juxta Sequanam flu. Ptol. *Verocaſſes* Cæſari. Vide *Velocaſſes*.

Veneria, inſ. vide *Venaria*. Fuit etiam cognomen Siccæ urbis in Africâ, & Nebriſſæ urbis in Hiſp. Bæt. teſte Plin.

Veneris portus, op. oræ Liguſticæ cum arce contra portum Erycis. Anton.

Veneti, *Vannes*, pop. & urbs Gall. Celt. inter civitates Armoricas. Alii in Italiâ, de quibus mox.

Venetia, reg. Italiæ max. ab Addua flu. (quo ab Inſubriâ ad occ. ſeparatur) uſque ad Timavum flu. (quo ab Itris dividitur) protenſa, Pado ad merid. à Gall. Tog. diviſa, Alpibus vero Rhæticis & Juliis ad Arctos à Rhætia & Norico ſeparata, ſub ſe Carnos complectens tametſi Ptol. Venetiam à Carnis diſtinguit. Pars occidua inter Adduam & Atheſin flu. *Lombardia* nominatur, ſeu ſub Longobardia continetur (Longobardia enim latius patet, Inſubres & alios pop. continens) inter Atheſin & Liquentiam flu. (qui Venetos dividit à Carnis) *Marca Trevisana* dicitur. Reliquum, in quo Carni & Forojulienſes ſunt, uſque ad Timavum *Friuli* & *La Patria* nominatur. Pop. *Veneti* ab *Henetis* pop. Paphlagoniæ in Aſia ſic dicti, & derivati, ut multi tradunt. Caput hujus reg. olim fuit *Aquileia*, nunc autem *Venetiæ*, urbs maxima inter ſtagna Hadriatica, poſt Aquileiæ excidium conſtructa ſuper palis in terrâ ſub aquâ denixis, & inſulis parvis cohærentibus, ut inter orbis miracula meritò adnumerari poſſit. Urbs libera, terrâ, marique longè dominans, *Venice* Anglis dicta. Actius Sannazarius;

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem & toto ponere jura mari:
Nunc mihi Tarpeias quantumvis Jupiter arces
Objice & illa tui mœnia Martis ait;
Sic pelago Tybrim præfers; Urbem aſpice utramque
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

Quæ nos olim ita Græce reddidimus;

Ἀδριαχοῖς Βενετὸν ἴδεν ἐν ὑδάτεσι Ποσειδὼν
Ἄσυ σεῦαι, ὅλῃ δυσμά τε θεῖναι ἁλί,
Νῦν μοι Ταρπείας ὅσσον, Ζεῦ, ἤθελες, ἄχθος
Εἰπὲ καὶ αὐτὰ πέλῃ τείχη Ἄρηϊ ἴσα
Ὡς πάντας θύμβρην ἀφεστίδης, πόλεας βλέπε δ' ἄμφω,
Τὴν ἀνέρας φήσεις, τὴν θεὸν ἦ θεῖναι.

Hinc *Venetus*. Sil. lib. 8.

Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis.

Propertius:

Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Venetus lacus, *Cellerſee* Munſtero, & *Underſee* Scudo, lacus Sueviæ in Helvetiorum confin. Mela.

Venicnium, *Rameſhead*, teſte Camdeno, promont. Hiberniæ in orâ Bor. inter Boreum & Rhobogdium promont. Ubi populi *Venicnii*.

Vennenſes, pop. Hiſp. Tar. Mela, quorum op. *Duegna* videtur Pineto.

Vennonæ, Anton. op. Albionis in Angliâ inter Bennaventam 17. & Etocetum 18. m. p. Camdeno videtur eſſe *Highcroſs*, pag. agri Leiceſtrenſis non longè à *Bensford bridg* diſtans.

Vennones, *Venones* Plin. *Vinnones* Ptol. op. Rhætiæ. Strabo. quorum reg. *Vinſtgoew*, & *Engadin* dici ſcribit Tſchudus. *Venuſta vallis* dicitur Luithprando.

Vennonetes, pop. Rhætiæ Alpini in Italiæ confin. Plin. quorum reg. *Veltlin* Germanis dicitur.

Venta Belgarum, vulgò *Wincheſter* Anglicè, *Caer Gwent* Britannicè, *Wintancheſter* Saxonicè, urbs Albionis in Angliâ inter Londinium ad ort. 52. & Exon. ad occ. 90. m. p. à Sarisberiâ 20. ad ort. Item urbs Angliæ, & emporium præclarum ad oſtia Sabrinæ flu. quæ hodie *Briſtow* vocatur.

Venta Icenorum, quæ videtur *Venta Simenorum* Ptol. *Norwich*, teſte Priſæo, urbs Albionis in orâ Angliæ orientali, à Londinio 80. m. p. in Eurum, in Norfolciâ regione.

Venta Silurum, Camdeno & Lhuydo *Caer Went* op. Walliæ Comit. Monumetenſ. Briſtolio adverſum in alterâ ripâ Sabrinæ non procul ab oſtiis Rhatoſtathybii fluvii.

Venuſia, Ptol. op. Apulorum Dauniorum, non procul à finib. Lucaniæ, Horatii patria, qui ideo *Venuſinus* dictus eſt. Sic enim ipſe Sat. 1. lib 2.

——*Sequor hunc Lucanus an Appulus, anceps,*
Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus.

Straboni Οὐενουσία Plutarcho Βενουσία dicitur. Hodie *Venoſo*. Juven. Sat. 1.

Hæc ego non credam Venuſinâ digna Lucernâ?

Satyrâ Horatianâ.

Veragrani, pop. Gall. Narbon. inter Allobroges ad occ. & Sedunos ad ort. apud Rhodanum flu. quorum op. *Octadorus* Cæſari, nunc *Martenach* dicitur.

Verbanus, lacus Gall. Ciſalp. Ticinum Alpibus defluentem accipiens & eundem in Padum tranſmittens. Hodie *Lago Maggiore* dicitur.

Verbigenus, pagus Helvetiorum in Celtas. Cæſar in Comment. *Orbe* hodie dicitur.

Verbinum, Anton. op. Gall. Belg. in Picardiâ in fin. Laudunenſium, hodie *Vervin*.

Vercellæ, urbs Libycorum in Inſubrum & Salaſſiorum confin. ad Seſſitem flu. etiam vulgò *Vercelli*. Ejus mem. Silius lib. 8.

Vercellæ, fuſcique ferax Pollentia villi.

Vereſis, flu. Latii per agrum Prænestinum, fluens. *Vereſto* Leandro, *Verde* aliis.

Veretum, op. Salentinorum exciſum, à Leucâ 4. m. p. diſtans, Japygio promont. vicinum. *Uretum* apud Ptol. legitur à *Vereto* diverſum quod aliis eſt *Vano*, aliis *Oria*.

Vergæ, Liv. poſtea *Vergianum*, *Rogiano* Barrio, op. Brutiorum mediterraneum in Calabriâ citer. ad Iſaurum flu.

Vergellus, qui & *Gellus*, flu. Apuliæ apud Cannas fluens, quem Annibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus confecto trajecit. Is in Aufidum labitur, & *Fiume di Canne* nominatur.

Vergeminum, op. Gall. Ciſpad. ad ripas Ticini, *Viglebanum* Hermolao Barbaro.

Vergivium mare, ut Ptol. vel *Hibernicum*, ut aliis placet, mare eſt quod Hiberniam & Angliam interluit, *Mor Uveridh* Britannis vocari ait Humfredus Lhuydus. *Canalem* vero *S. Georgii* vocant Angli & Galli.

Vergium, Liv. op. Hiſp. citer. in Catalaunia in fin. Ilergetum, nunc pagus. *Vierzo* Morali.

Vero, flu. Celtiberiæ. Vide *Verones*. Mart. 11. 49.

Sterilemque canum nivibus effractis ſacrum
Unda Veronem montibus.

Verocaſſes, pop. Gall. Belg. juxta Sequanam incolentes, Caletibus finitimi, hodie *Vulxin*.

Verodunum, *Verdun*, urbs Gall. Belg. ad Moſam epiſc. Lotharingiæ in Campaniæ confin. ſub archiep. Trevirenſi. Long. 26. 46. Lat. 49. 05.

Verolamium, Anton. *Verulamium*, Tac. *Urolanium*, Ptol. hodie *Verulam*, urbs olim Albionis, nunc pagus Angliæ apud Tameſim flu. & op. S. Albani, inter Londinium ad ort. 21. & Oxonium ad occ. 30. m. p.

Veromandui, Gall. Belg. pop. Plin. 4. 17. vulgò *Vermandois*.

Verometum, *Burrow*, teſte Camdeno, op. olim Albionis, nunc pagus Angliæ in Leiceſtriâ com. eo loco qui hodie *Burrow hill* dicitur, inter Margidunum & Ratas 12. m. p. à Lindo 40. in Auſtr. Londinium verſus.

Verona, colon. & urbs Cenomanorum Venetiæ, ad Atheſin

ſim flu. interluentem, urbs clariſſima, & maxima totius Venetiæ, ſi Venetias excipias, inter Ferrariam ad Euronot. & Tridentum in Circium 50. m. p. Hujus vocabulum, ut reliqua Italiæ Latino more Ptolemæo quoque refertur Οὐηρῶνα. Apud Strab. vero lib. 4. legitur Οὐήρων, lib. autem 5. Βήρων Apud Procopium variè legitur in Gothicis: lib. 2. & 4. Βερώνη. lib. autem 3. ὁπὶ Βερῶνα, quum lib. 4. ſit ἀμφὶ Βερῶναν. Catulli patria fuit. Ovid. Arm. 3. 14.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.

Mart. 10. 103.

Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo.

Idem lib. 14. ep. 195.

Tantum magna ſuo debet Verona Catullo
Quantum parva ſuo Mantua Virgilio.

Catullus ipſe Carm. 68.

Atqui non ſolum hunc ſe dicit cognitum habere
Brixia, Chineæ ſuppoſita ſpeculæ;
Flavus quam molli percurrit flamina Mela:
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Βέρων Stephano dicitur *Verona* altera, urbs Helvetiorum, *Bern*, ut aliquibus videtur. Pop. *Bernenſes* Plinio, qui tamen tam Veronam quam *Bernenſes* in Rhætis commemoret. Ferrarius.

Verones, pop. Hiſp. Tar. quos Vero flu. alluit. Sil. l. 3.

At Veronum alas Balarus probat æquore aperto.

Veroviacum, *Werwyck*, pagus Belgii in Flandriâ ad Legiam flu.

Verovicum, *Warwick*, op. Angliæ Conventriæ finitimum, ab eâ 6. m. p. in Auſtr. recedens.

Veruca, op. Carnorum inter Natiſonem ac Timavum M. *Falcone*, teſte Leandro. Nigro autem Veruca longe hinc diſtat in agro Veronenſi ad Athelim flu. *La Chiuſa* vulgò inter Veronam ac Tridentum. Eſt & *Veruca* arx firmiſſima in Gall. Subalp. ad Padi ripam contra Creſcentiam op. vulgò *Verra*.

Verulum, *Verulæ* Frontino, colon. & urbs Latii in Hernicis apud Coſam flu. media fere inter Anagniam & Soram. Pop. *Verulani*.

Vesbius, ſive *Veſvius*, & *Veſuvius*. Vide *Veſevus*.

Veſci, quod & *Faventia*, *Veſcis* Ptol. urbs Hiſp. Bæt. vulgò *Hueſca*, vel *Gueſca*.

Veſcianum, villa Campaniæ inter Capuam & Nolam in agro Veſciæ urb. extinctæ. Cic. A Livio memoratur inter Atellam & Veſuvium.

Veſcris, Liv. flu. Campaniæ apud mont. Veſuvium, fluens in Craterem ſinum.

Veſevus, qui & *Veſvius* & *Veſuvius*, mons Campaniæ Nolæ vicinus, agros habens miræ fertilitatis præterquam in ſolo cacumine, ubi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem. Conſtat enim hunc montem ſæpius arſiſſe; nunquam tamen vehementius, quàm imperante Tito: quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latiſſimè populatus eſt, & Plinium, naturalis hiſtoriæ ſcriptorem, qui cognoſcendi cupiditate eò ſe contulerat, fumo flammiſque enecavit, quâ de re vide epiſtolam Plinii Junioris ad Corn. Tacitum. Galenus de Methodo medendi lib. 5. Ὄν λόφον ἔν τισ συγγράμμασιν οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι καὶ νῦν οἱ ἀκριβέστερον Βεσούβιον ὀνομάζουσι· τὸ δ' ἔνδοξον καὶ νέον ὄνομα τοῦ λόφου Βέσβιον. Primum quidem Romani fecere *Veſevus*. Lucret. lib. 6.

Qualis apud Cumas locus eſt, montemque Veſevum, &c.

Virgil. Γεωργικῶν 2.

Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo
Ora jugo.

Val. Flaccus Ἀργοναυτικῶν 4.

Sic ubi prærupti tonuit cum forte Veſevi
Heſperiæ lethalis apex.

Silius Ital. lib. 12.

Monſtrantur Veſeva juga, atque in vertice ſummo
Depaſti flammis ſcopuli, fractiſque ruina
Mons circum, atque Ætnæ fatis certantia ſaxa.

Statius Sylv. 4. 8.

Tertia jam ſoboles procerum tibi nobile vulgus
Creſcit, & inſani ſolatur damna Veſevi.

Auſon. Idyl. 10.

Perque vaporiferi graditur vineta Veſevi.

Boetius lib. 1. Met. 4.

Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos Veſevus ignes.

At Græci videntur poſtea feciſſe Βέσβιον, i. e. *Vesbius*, ſive *Veſvius*; quos Romani etiam ſecuti ſunt. Columella lib. 10.

Fontibus & Stabiæ celebres & Veſvia rura.

Silius lib. 17.

Evomuit paſtos per ſecula Veſvius ignes.

Stat. Silv. 4. 4.

Fractas ubi Vesbius egerit iras
Æmula Trinacriis volvens incendia flammis.

Mart. 4. 34.

Hic eſt Pampineis viridis modo Veſvius umbris.

Incendia ejus crebra fuere variis temporibus. Diodorus lib. 4. Ὠνομάζῃ δ' καὶ τὸ πλέον τοῦτο Φλεγραῖον ἀπὸ τῆς λόφου τὸ παλαιὸν ἄπλετον πῦρ ἐκφυσῶντος, κληθῆναι δ' ὁ τόπος Οὐισούιος. Naturam ejus deſcribit Strabo lib. 5. Ὑπέρκειται δὲ τῶν τόπων τούτων ὄρος τὸ Οὐεσούβιον, ἀγρίοις πεδιοκόμοις παγχάλοις, πλὴν ὀλίγης, αὐτὴ δ' ἀπότομος μὲν πολὺ μέχρι δεῦρ', ἄκαρπος δ' ὅλη. Xiphilinus ex Dione. Καὶ αὐτὸ τὸ μὲν ἄκρον καὶ σύνδενδρα καὶ ἀμπέλων πολλὰς ἔχει, ὁ δὲ κάλαθος ἀνεῖται τῷ πυρὶ, καὶ ἀναδίδωσι τὸ μὲν ἡμέρας καπνὸν, τὸ δὲ νυκτὸς φλόγα. Vide Sen. Nat. Qu. l. 6. c. 2.

Veſontio, *Viſontium* Ptol. *Biſuntio* Amm. quæ & Chrysopolis in lib. concil. *Bezanſon*, urbs maxima Sequanorum & metrop. Burgundiæ comitatûs ad Dubim flu. circumfluentem, emporium & urbs libera. Long. 27. 15. Lat. 46. 58.

Veſpaſiæ, pagus Umbriæ in monte juxta fines Sabinorum, à Nurſiâ 6. m. p. Spoletium verſus; unde nomen *Veſpaſiano* Imp. Suet.

Veſtini, pop. Italiæ Sabinis & Picentibus vicini. Plin. 3. 5. Apud eos olim fiebant caſei laudatiſſimi. Mart. 13. 31.

Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Vide Suidam in Βεστῖνοι.

Veſulus, mons Liguriæ juxta Alpes, inter cæteros clariſſimus ex cujus radicibus Padus erumpit. Plin. 3. 19. Virgil. Æn. 10.

Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper, multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit.

Hodie *Monviſo*.

Veſuna, Petrocoriorum urbs in Aquitaniâ. *Perigort* Villanovano.

Veſuvius, vide *Veſevus*. Hinc *Veſuvinus*. Stat. Sylv. 2. 2.

Ructaſſent dites Veſuvina incendia Locros.

Vetera Caſtra, urbs Germ. infer. apud Rhenum. *Santen* Pyramio. *Berk* vero Simlero. Item op. Vindeliciæ in Bavariâ ad Danubium, inter Ratisbonam ad occ. & Straubingam ad ort. 3. leuc. *Pfeter* Simlero.

Vettionenſes, & *Vettonenſes* pop. Umbriæ, quorum op. *Bittonia*, qu. *Vettonium*, inter Mevaniam & Perufiam.

Vettones, *Vetones*, vel *Vectones*, pop. Luſitaniæ, teſte Plin. 25. 8. qui herbam Betonicam invenerunt; horum reg. *Vettonia* Prudentio, hodie *Extremadura*. Luc. l. 4. *Vectoneſque leves*, &c. Vide Caſaub. in Strab. pag. 49. edit. Genev.

Vetulonia, *Vetulonium* Ptol. op. olim Hetruriæ apud Populonium, hodie *Vetulia*, ubi *ſylva Vetulonia*. Pop. *Vetulonii* Plin. Erat & *Vetulonia* apud *Viterbium*. Sil. l. 8.

Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis.

Ufens, flu. juxta Tarracinam per paludes Pomptinas fluens. Plin. 3. 5. Virg. Æn. 7.

Quà Saturæ jacet atra palus, gelidiſque per imas.
Quærit iter valles, atque in mare volvitur Ufens.

Unde Claud. de Prob. Olybr. conſulatu:

Tarduſque ſuis erroribus Ufens.

Silius lib. 8.

Et atro
Liventes cœno per ſqualida turbidus arva
Cogit aquas Ufens, atque inficit æquora limo.

Hic flu. antiquiſſimis Romanis *Oufens* dicebatur. Ennius:

Priverno Oufentina venit, fluvioque Oufente.

Sed & aliâ Diphthongo etiam dicebatur *Aufens*; unde vulgare ei hodieque vocabulum *Aufente*. Cluver. Item Æquicolarum dux, qui cum Turno adverſus Æneam ſuppetias ferret, à Gya Trojano eſt interfectus. Ejus mem. Virg. ubi ſupra:

Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ
Ufens, inſignem fama & felicibus armis.

Uffugum, Brutiorum civitas Liv. *M. Alto*, teſte Barrio.

Viadus, flu. Germ. ex Moraviâ oriens, longoque tractu per Sileſiam, Marchiam, & Pomeraniam in mare Balticum fluens, *Oder* Althamero.

Viana, *Weiſſenborn* Lazio, op. Rhætiæ in Suevia, ab Ulmâ 2. leuc. in Auſt. ab Auguſta Vindelicorum 8. in Corum. Sed alibi eidem Lazio eſt *Voitſperg*, op. parvum ſeu pag. ejuſdem tractus. Simlero autem eſt *Wangen* op. ejuſdem Sueviæ inter Lindavium & Memingam. *Viana* autem apud Plin. urbs eſt Norici, & *Wien* urbs Auſtriæ caput putatur; licet Vienna Auſtriæ in Pannon. ſup. cenſeatur.

Vibali, pop. Hiſp. Tar. quorum locus *Formillan* Pineto & Moletio dicitur.

Viberi Plinii, eoſdem apud eundem *Juberos* vocari putat Simlerus in ſuo Valeſii libello, etſi Gelenius, ut idem ait, pro *Juberis Viberos*, ubi de Auguſti tropæo mentio fit, ſubſtituerit.

Vibiſcum,

Vibiſcum, op. Gall. in fin. Seduniorum ad lacum Lemannum. *Vivis* hodie.

Vibo, ſeu *Vibon*, urbs olim, nunc caſtrum Brutiorum in orâ ſinus Vibonenſis, *Hippo* Melæ, & *Hipponium* Straboni dicitur. Long. 40. 08. Lat. 38. 39.

Vicenta, Ptol. *Vicetia* Plin. *Vicentia* Tacito, *Vincentia* poſterioribus, urbs Venetiæ inter Veronam ad occ. 30. & Patavium in ort. 18. m p. vulgò *Vicenza*.

Vicenumum, vel *Viceſimum* & *Vicenſimum*, *Trebiſari* Barrio, op. M. Græciæ in Calabriâ citer. apud fin. Tarentinum, inter Thurios & Heracleam.

Victoria, urbs Mauritan. Cæſar. mediter. *Agobel* Marmolio. Item urbs Hiſp. Tar. in Cantabris. Item urbs Albionis in Damniis. Ptol.

Victoriacum, op. Gall. geminum: Unum in finibus Cenomannorum in Britanniæ min. confin. Alterum in Campaniâ ad Matronam flu.

Victoriæ, Juliobrigenſium portus, *S. Vincent*, ut videtur, op. & port. Hiſp. Tar. in orâ Cantabricâ.

Victoria mons, op. Hiſp. Tar. ſeu pagus in Catalaunià apud Iberum fluvium, circa Dertuſam urb. *Monzia* Floriano.

Vicus Italicus, Sclavoniæ caput, *Zagrabia*, Bonfinio authore.

Vicus Valerius, vel Varronis, op. Sabinorum apud Anienem flu. *Villa Varronis* Tullio. Hodie *Vicovaro*.

Vidrus, flu. Germ. *Schwart Watter* Junio, *Groeninger Diep* Becano, apud Groningam urb. Friſiæ fluens, Althamero *Vecht*, ex Weſtphaliâ in Flevum ſin. inter Friſiam & Tranſiſalanam ad Gelnudam op. influens.

Vidua, *Crodagh* Camdeno, flu. Hiberniæ per oram Borealem in Oceanum inter Venicnium promont. & Argitam flu. decurrens.

Vienna, Auſtriæ metropolis, urbs inclyta, & omnium urbium quas Danubius ſuſtinet, & ædium magnificentiâ, & rerum copiâ, clariſſima, *Viana* Plinio, teſte Hermolao. Auſonius in catalog. urbium:

Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Olim vicus tantum fuit, poſtea vero in formam civitatis redacta eſt, & Colonia tum vetuſtate, tum dignitate clara, Vitellii principatu ob iram Lugdunenſium fere everſa. Stephanus ab urbe Cretæ ejuſdem denominationis adpellatam refert. Advertat lector mendosè ſcribi apud eundem Steph. Viennam eſſe civitatem Galilææ juxta flu. Rhodam: cum pro ὁπὶ τ῀ Ῥόδαν πό. τῆς Γαλιλαίας leg. ſit, ὁπὶ τ῀ Ῥόδανον πό. τ῀ Γαλατίας. Laudatur à Val. Martiale tanquam librorum ſuorum ſtudioſa:

Fertur habere meos, ſi vera eſt fama, libellos
Inter delicias pulcra Vienna ſuas.

Long. 39. 10. Lat. 48. 22. Eſt & *Vienna* illuſtris Gall. Narb. urbs Melæ lib. 2. *Vienne en Dauphine* vulgò. *Senatoriam* aliquando appellatam ſcribit Paradinus. Long. 26. 00. Lat. 45. 00.

Vigornia, *Worceſter*, urbs Angliæ inter Warvicum ad ort. fere & Herefordiam ad occ. 30. m. p. ad Sabrinam fluvium. Vide *Wigornia*.

Villa, op. Maurit. Cæſar. maritimum inter Lanigarum & Altaum.

Villa Cæſarum, flu. Tiberi impoſita juxta nonum lapidem in viâ Flaminiâ, quæ ob id vocatur *Ad Gallinas*. Sic Plin. 5. 30.

Villa Fauſtini, op. Albionis in Angliâ, vulgò *S. Edmundsbury*, teſte Talboto.

Villa Caninii Rufi apud Plin. Jun. in Epiſt. in orâ Latii, lacus erat apud Comum.

Villa Marii, *Marino*, op. ſeu caſtrum hodie Latii in colle in viâ Appiâ medio itinere inter urb. Romam & Velitras 10. m. p.

Villa Mariana, quoque op. Latii apud Prænesté, inde 5. m. p. Labicum verſus.

Villa P. Valerii, Cic. *La Motta*, teſte Gabr. Barrio, pag. Brutiorum in Calab. ulter.

Vilna, urbs Sarmatiæ, Lithuaniæ caput & metropolis in regn. Polonico, vulgò *Wilde*. Long. 49. 50. Lat. 55. 10.

Vilumbri, Umbriæ pop. orientales. Ptol. Horum caput eſt *Spoletium*.

Viminalis collis dictus eſt Romæ. quod ibi *Viminum* ſylva fuerit: vel à Jove *Vimineo* quòd ibi ejus aræ ſint. Inde *Viminalis via* quæ ad collem illum ducit.

Viminatium, Myſiæ ſup. op. Ptol. *Vidino* Nigro. Item urbs Hiſp. in Vaccæis. Anton. Item pagus Gall. Celt. ad Rhodanum flu. & Lugdunum urb. Æl. Spart. *Vimy* Paradino.

Vincentia, vide *Vicentia*.

Vindelici, pop. Rhætis vicini, inter Alpinas gentes. Plin. 30. 20. reg. eorum *Vindelicia*, cujus nomen adhuc durat in tractu qui *Lintzgow*, teſte Tſchudo, nominatur. Cæterum reg. hæc vulgò *Bayern*, & Italis *Baviera* dici poteſt, teſte Aventino. Nomen habet à *Vinda* & *Lico* flu. Horum mem. Horatius:

Videre Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem & Vindelici.

Claud. de Vict. Stilic.

Vindelicos ſaltus & Norica rura tenebant.

Vindelis, Anton. *Portland* Camdeno, inſ. maris Britannici inter Albionem (cui proprior eſt) & Galliam à Vecti inſ. 10. leuc. in occid.

Vinderius, flu. Hiberniæ in orâ orientali inter Iſamnium & Rhobogdium promontoria. *The Bay of Knocfergus* Camdeno.

Vindeſorium, op. Albionis in Angliâ ad Tameſim flu. à Londinio 20. m. p. in occ. ubi Aureæ periſcelidis Equites inaugurari ſolent, vulgò *Windeſore*.

Vindinum, *Vindecinum* Fortun. urbs Gall. Celt. non obſcura, & ducatus in Belſia reg. à Carnutibus 24. leuc. in occ. Turones verſus. Vulgò *Vendoſme*.

Vindius, *Edulius*, *Egdubeda*, *Ortoſpeda*, Hiſp. Tar. inſignes montes ſunt. Ptol. lib. 2. cap. 6. vulgò *M. d' Oca & de Aſturia*.

Vindobona, eadem quæ *Vienna*.

Vindogladia, *Wimburn*, Camdeno, op. Angliæ inter Sorviodunum 12. & Durnovariam 9. m. p. Anton.

Vindolana, op. Albionis in Anglia ad Vallum in Northumbriâ, *Wincheſter in the Wall*, vel *Old Wincheſter*, teſte Camdeno.

Vindomagus, Gall Narbon. urbs. Ptol. *S. Tibere*. Poldo.

Vindomora, op. Albionis in Angliâ inter Vallum 29. & Cataractonum 40. m. p. in Northumbriâ. *Wallſend* Camdeno.

Vindomus, vel *Vindonus*, aut *Vindonum*, op. Albionis in Angliâ, inter Calevam 15. & Ventam Belgarum in occ. 21. m p. *Silceſter* Camdeno.

Vindoniſſa, urbs olim, nunc pag. Helvetiorum, à Conſtantiâ 6. leuc. in ort. proximus Badæ, inter Tigurum & Baſileam. *Windiſch* Rhenano.

Vingenna, vel *Vigenna*, Gall. flu. qui ſe in Ligerim exonerat. Hodie *Vienne*.

Vinius, flu. Samnii apud Caſinum decurrens, atque in Lirim influens. Varro. *Fiume di S. Germano*, teſte Sanfelicio.

Vinovium, op. Albionis in Angliâ, inter Vallum & Caractonum 22. m. p. Anton. Camdeno eſt *Binchester*, op. agri Dunelmenſis, quod alio nomine *Vicomia* nominatur.

Vintimilium, Varro, urbs Liguriæ in orâ ſub Genuenſi rep inter Albingaunam ad ort. 40. & Nicæam ad occ. 17. m p.

Vintium, *Venza*, urbs Liguriæ in Alpibus maritimis in Provinciâ, à Nicæâ 4. leuc. in Bor.

Violaſcenſis pagus, qui *Martialis* ætate citeriore vocatus eſt. Sidon. lib. 2. ep. Ubi *Violvaſcenſis* legit. Jo. Savaro, quem vide p. 169. edit. Pariſ. 1599.

Vipitenum, op. Rhætiæ in Com. Tirolenſi inter Oenipontem & Brixinum, *Stertzangen* Simlero. Aliis eſt *Lug*, pag. inter Oenipontem & Stertzingum 3. leuc.

Virgao, Hiſp. Bæt. op. inter Cordubam & Iliturgim Anton.

Virgi, urbs Hiſp. Tar. in orâ Baſtetanorum litorali, in confin. regni Murcienſis, & Granatenſis. *Vera*, vel *Bera* Cluſio Inde *ſinus Virgitanus*, *Golfo di Cartajena*.

Virginia, reg. Americæ Septentr. Anglis ſubdita, ab Eliſab. regina ita dicta. Ejus urbs primaria Jacobipolis, *James-Town* ad fl. Pauhatanum ſeu Jacobæum.

Virgium, & *Voragium* Latinis dicitur Liguriæ op. quod vulgò *Voraigne* vocari, auctores ſunt Blond. & Leander.

Viriballum, Corſicæ op. Ptol. *Capo d' Aiazzo* Leandro.

Viroconium, op. Angliæ in Com. Salopienſi. *Wroxceſter* Camdeno. Alii *Vigorniam* eſſe volunt, vulgò *Worceſter*.

Virodunum, op. Sequanorum, vulgò *Verdun*. Vide *Verodunum*.

Viroveſca, *Burveſca* Ptol. op. Hiſp. Tar. in Caſtellâ ult. hodie *Brevieſca*.

Viroviacum, vide *Veroviacum*.

Virtingui, ſeu *Virtingi*, pop. Germ. in Sueviâ trans Danubium, ab Aureliano Imp. devicti. Trebel. Pollio. Hodiè *Wirtembergenſes*, teſte B. Rhenano.

Virucinates, pop. Vindeliciæ in Bavariâ. Hodie *Friſingenſes* inter Ambram & Iſaram flu. teſte Simlero.

Virunum, Ptol. op. Norici in Carinthiâ, *Frieſach*, Lazio, *Bruneck* vero Simlero, op. Norici in Comitatu Tirolenſi.

Viſio, op. ſeu pag. Gall. Narbon. in Allobrogibus & Sabaudiâ. Anton. *Viguonnet* Paradino.

Viſontium, vel *Viſontum*, op. olim, nunc pag. Pannon. ſuper. in Hungariâ, apud Capronizam promont. *Vibicio* Lazio. Item urbs Hiſp. Tar. in Pelendonibus, *Viſeo* Villanovano.

Viſtula.

Viſtula, flu. antiquiſſimus Germ. Sarmatiæque ad mare Suevicum terminus, antequam Aeſtii, Germanica gens, in Venedorum agros tranſiverant; hodie *Weiſſel*. Antiquis Græcorum Romanorumque auctoribus variè ſcribitur. Nam Plinio ac Solino, *Viſtula* & *Viſtulla* dicitur. Ptolemæo Οὐιστύλας. Plinio etiam eſt *Viſtullus*. Apud eundem 4. 13. *Iſtula*. Melæ *Viſula* eſt, & Marcellino *Biſula*, quia Græcè ſcribebatur Βισύλας. Vide Cluver. de Ant. Germ. l. 3. p. 717.

Viſurgis, flu. ingens Germ. ex Meliboco monte in Franconiâ oriens, ac inter Haſſiam ad occ. Thuringiam ad ort. Weſtphaliam ad Auſtr. & Saxoniam ad Bor. in Oceanum Germ. ſe exonerans. Straboni Βίσουργις; apud Ptol. vero in deſcriptione Germanici litoris eſt genitivus caſus Οὐισουΐργου. At rectius poſtea, in recenſione populorum Germaniæ, idem caſus τῶν Οὐισύργου. Dioni dicitur Οὐισούργου. Hodie *Weſer* vocatur. Viſurgis inquit Lipſius, mutuâ Romanorum Germanorumque clade nobilis amnis, cui famam præcipuè Tacitus dedit, & ipſe Tacito (mirum fatum) vitam. Nam 5. primores Annalium libri inventi Corbeiæ, quod monaſterium Viſurgim eſt.

Vitæ, Germ. pop. apud Bedam, de quorum origine ſunt, ut ipſe ait, *Cantuarii* & *Vectuarii*, h. e. qui *Vectim* inſ. & tractum è regione in continenti habitant. *Ibiti* à nonnullis vocantur, ut ſcribit Alex. Nevyllius.

Vitemberga, urbs Germ. vulgò dicta. Ptol. *Calegia*.

Viterbum, urbs Hetruriæ ad mont. Cimini radices prius *Vetulonia*, teſte Platinâ. Hodie *Viterbo*. Volaterranus putat fuiſſe *Longulam* Livii. Hermolaus ſcribit Ptolemæi *Elbii vicum* dici.

Vitis, *Montone* Leandro, *Rocone* aliis, & apud Ravennam *Aquedotto*, flu. Gall. Togatæ ex Apen. mont. per Æmiliam viam, viam ſecans Æmiliam apud forum Livii, in mare Hadriaticum apud Ravennam labens.

Vitodurum, op. Helvetiorum, medium ferè inter Conſtantiam urb. Sueviæ, & Tigurum urbem Helveticam, *Winterthur*, teſte Scudo.

Vituli inſula, *Selſey*, teſte Camdeno, inſ. Albionis Angliæ adjacens.

Vivarium, vel *Vivarium*, olim *Alba Auguſta Helviorum*. Hodie *Viviers*, teſte Jo. Poldo. urbs Gall. Vivarienſis tractûs caput in Occitaniâ, ad Rhodanum flu. in planitie è reg. Delphinatûs, 3. leuc. ſupra Pontem S. Spiritûs in bor. Long. 25. 30. Lat. 43. 49.

Vladiſlavia, urbs Poloniæ maj. ad Viſtulam flu. 15. leuc. à Gneſna, med. inter Poloſcam in Eur. & Thorunium in Circium 5. leuc. utrinque diſtans, & 22. infra Warſaviam.

Ulma, *Ulm*, urbs Germ. in Sueviâ, munita, Imperialis & libera, ad Danubium flu. ubi recipit. Ilarum in lim. Vindelicîæ; 10. mill. Germ. ab Auguſta Vindelicorum in occ. 15. à Conſtantiâ in Cæc. 25. ab Argentinâ in ort. uti 12. à Tubingâ. Long. 32. 00. Lat. 48. 16.

Ulmetum, *Elmeſly*, locus in Angliâ. Camd.

Ulmi, op. Pannon. infer. in Hungariâ. *Ileſſi* Lazio. *Iltz* Simlero.

Ulmus, pagus Myſiæ ſuper. à Naiſſo urbe 19. m. p. in ort. Sardicam verſus.

Ulpia Trajana. Vide *Zarmeſogethuſa*.

Ulpia, Legio 30. op. Germ. inf. apud Rhenum. *Alpen* Mercatori.

Ulpianum, geminum: unum Myſiæ ſuper. in Dardaniâ apud Macedon. confin. olim urbs epiſcopalis, & *Juſtiniana ſecunda* appellata; nunc Lat. rec. *Villa Procopiana*, teſte Lazio, proxima Scupi, inde ad 12. m. p. in occ. Alterum op. *Daciæ*, *Pyrethi*, teſte Lazio, apud Albam Juliam in Tranſylvaniâ. Aliis eſt ipſa Alba Julia.

Ultonia Ulſter, una ex quatuor Hiberniæ partibus ad Hyperboreum mare protenſa, & hinc Buinda flu. à Lageniâ, illinc Erno lacu & Bannâ flu. à Conachtiâ ſecluſa. Regio eſt ampla, ſed multis lacubus & ſtagnis (*Boggs* vocant) interfuſa. In eâ 10. ſunt Com. nempe Lugenſ. Dunenſ. Antrimenſ. Armachanus, Monaghanus, Cavanenſ. Fermanaghenſ. Dungalenſ. & Colranenſ. qui duplex eſt, nempe infer. & ſuper. Ibi olim fuere Darnii, Erdini, Rhobogdii, Venicnii & Voluntii. Ejus autem præcipuæ urb. ſunt Dunum, Armacha, & Rupes Ferguſii.

Ulubræ, op. Latii apud Velitras urb. ubi Auguſtus Cæſar educatus eſt. Juvenal. Sat. 10.

Frangere pannoſus vacuis Ædilis Ulubris.

Horat. 1. ep. 11.

——*Quod petis hic eſt,*
Eſt Ulubris, animus ſi te non deficit æquus.

Ulyſſæa, Hiſp. Bæt. locus, in quo Minervæ fanum. Super Abdaram in Montanis eſt Straboni.

Ulyſſippo, *Oliſſippo* Plin. *Olioſippon* Ptol. vulgò *Lisbon*, urbs Hiſp. Luſitaniæ caput, ſeu conventus juridicus & regia, archiep. & emporio clariſſima, omniumque urbium Hiſpaniæ max. 7. collibus impoſita, ad Tagum flu. haud procul ab orâ occiduâ, diſtans à Toleto 83. & ab Hiſpali 6. leuc. in occ. Ab *Ulyſſe* condita nomen habet, teſt. Plin. cum Solino. Long. 11. 00. Lat. 38. 50.

Ulyſſis portus, *Odyſſea* Ptol. portus olim Siciliæ in orâ ad ort. apud Engyum, nunc lapidibus ab Ætnâ monte oppletus. *S. Grovanni di Decauria* Fazello. Aliis eſt *Porto di Lognina*, inter Taurominium 10. & Catanam 20. m. p.

Umbria, etiam vulgò *l' Ombria*, reg. Italiæ ampla, Apen. monte diviſa, inter Etruriam ad occ. Tiberi diſcreta, & Sabiniam ac Picenum ad ort. Nare flu. ad merid. terminata, mari Adriatico ad bor. *Ombria* olim dicta, teſte Plin. qu. ab *imbribus*, vel ab *Umbrone* flu. teſte eodem Plin. Urbes *Narniâ*, *Interamna*, *Fulginium*, *Nuceria*, *Aſſiſium*, *Eugubium*, *Tifernum*, *Tudertum*, *Ameria*, & *Spoletium*, à quâ nunc ea reg. *Ducatus Spoletinus* dicitur, & hæ ſunt Ciſappenninæ. Tranſappenninæ verò *Urbinum*, *Piſaurum*, *Fanum*, *Senogalliæ*, *Forum Sempronii* & *Callium*. Pop. *Umbri*, ut Græcis Polybio ac Lycophroni Ὄμβροι, à reliquis autem Græcis ſcriptoribus Ὀμβρικοὶ dicuntur. Patria fuit Propertii poetæ. Sic enim ipſe, l. 1. el. 22.

Proxima ſuppoſito contingens Umbria campo
Me genuit terris fertilis uberibus.

Vide Cluverium.

Umbro, flu. Hetruriæ, inter Senam & Aretium oriens, in Auſtrumque fluens, apud Roſetum urb. quam alluit, mari Tyrrheno exceptus. Rutilius lib. 1.

Tangimus Umbronem: non eſt ignobile flumen.

Item op. Hetruriæ in monte *S. Quiricio* Annio in Senenſi territorio.

Una, Maurit. Ting. flu. Ptol. *Sus*, teſte Marmolio.

Undalus, op. Gall. Narb. ad Rhod. flu. ubi Sulgas flu. confluit, *Pont de la Sorgue* Paradino. Vel S. *Remy* pagus, teſte Jo. Poldo. Vel *Port de Traille*, teſte Scal. non procul ab Avenione.

Unelli, pop. ſunt inter Celtas ex maritimis civitatibus Oceanum attingentibus. Vulgò *Le pays du Perche*.

Uni, qui & *Unni*, vel *Hunni* pleriſque, pop. Germ. qui *Thunni* Euſtathio dici videntur, qui ex Septentr. profecti, Italiam, & Galliam oppreſſere. Hi *Avares* etiam apud Eginarthum, *Onogari* Agathiæ, unde nunc *Hungari*. *Unni* vero apud Dionyſ. ſunt pop. Scythiæ Caſpiis & Albanis finitimi. Sic enim ille verſ. 730.

Οὖννοι δ' ἐξείης, ὅτε δ' αὐτοῖς Κάσπιοι ἀνδρες,
Ἀλβανοί τ' ὅτε τοῖσιν ἀρήιοι.

Ubi ſis conſule Montanum.

Voberca, ſive *Voberta*, op. Hiſp. Tar. in fin. Celtiberorum, *Bobierca*, vel *Bubierca* Varrerio. Ejus mem. Mart 149.

Præſtabit illic ipſa figendas prope
Voberta prædentis feras.

Vobrix, Maurit. Ting. op. Ptol. *Lamta* Marmolio.

Vocates, pop. Aquitan. quos Marlianus perperam cum *Vaſatibus* confundit, quorum op. hodie *Vique* dicitur; Licet Vigenereus velit horum tractum eſſe *Bigorræ*.

Vocetus, mons in Helvetiis, Tacitus. *Botsberg* Scudo; Aliis eſt *Wichen* in Helvetiâ apud Arburgum.

Vocontia, vel *Vocuntia*, pop. Gall. Narbon. quorum reg. in Delphinatu *Val de Viſo*, teſte Pineto, nominatur. Silius lib. 3.

Jam faciles campos, jam rura Vocuntia carpit.

Vogeſus, mons Gall. Belg. Sequanos & Lingones dividens à Mediomatricibus, Araris & Moſæ fontibus inſignis. Lucan. lib. 1.

Caſtraque quæ Vogeſi curvam ſuper ardua rupem
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

A Gallis *Eſtay*, à Germ. vero *Auff der Stay* appellatur.

Volaterræ, colon. & urbs antiquiſſima Etruriæ in monte ad Cæcinam flu. hodie *Volterra*. Volaterranus hinc oriundus, tradit eam aliquando à Pannonibus everſam, ſed paucis poſt annis ab Othone 1. Imp. reſtitutam, & ſuo nomine *Othonianam*, ſed à poſteris corruptè *Antonianam* appellatam. Perſii poetæ patria fuit. Hinc *Volaterrana Vada*, quæ ab urbe 8. m. p. diſtant. Long. 33. 40. Lat. 42. 46.

Volcæ, vel *Volgæ*, pop. Gall. Narbon. ultra Rhod. flu. quorum reg. *Languedoc* dicitur. Sil. lib. 8.

——*Per inhoſpita rura*
Volcarum populatur iter.

Volcææ, paludes Pannon. ſup. in Hungariâ. Dio. *Balaton*, & *Flatſee* Bonfinio.

Volhinia, prov. regni Polon. & pars Magni Ducatûs Lithuaniæ, extenditur ab ort. in occ. 450. m. p. Latitudo autem ejus eſt tantum 100. m. p. Terminatur à Sept. Lithuaniâ propriâ & Poleſiâ prov. ab Orient. Moſcovia & à Merid. Podoliâ.

Volſin-

Voliba Ptol. *Falemouth*, ſeu *Volemouth* Camdeno, portus Albionis in orâ Auſtr. Cornubiæ, ab Exoniâ urb. 60. m. p. in occ.

Volſci, vel *Volci*, pop. Latii ultra Circeios. Plin. 3. 5. Virg. Geo. 2.

Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos.

Græcis auctoribus dicuntur, Scylaci Ὀλσκοί, Dionyſio atque Diodoro Οὐολσκοί, Straboni & aliis poſt eum Οὐολσκοί.

Volſinienſis lacus, *Vulſinienſis* Columellæ, *Bulſinus* Procopio & Agathiæ, lacus Hetruriæ ingens, & fere rotundus, circuitu 30. m. p. piſcoſus. In eo inſ. eſt parva, ubi Farneſiorum ſepultura, & ubi Amalaſuntha regina Athalarici Gothorum regis mater impiè occiſa eſt.

Volſinium, Ptol *Volſinii*, Strab. & Liv. Tuſcorum urbs; hodie *Bolſena*. Juven. Sat. 3.

Aut poſitis nemoroſa inter juga Volſiniis, aut
Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce.

Long. 35. 18. Lat. 42. 20.

Voltumnæ Fanum, locus Etruriæ apud Ciminum mont. ubi nunc *Viterbium*, teſte Annio. Alii *Maſſam* eſſe velint in Sinenſi territorio.

Volubilis, vide *Fezza*.

Voluntii, Hiberniæ pop. Ptol. quòrum op. Voluntium, vulgò *Arglas*, in orâ Lageniæ, ab Armachâ 12. m. p. in ort.

Vomanus Piceni flu. cujus mem. Silius lib. 8.

——Statque humectata Vomano
Adria.

Vorèda, urbs olim, nunc pag. Albionis in Angliâ ad Carleolum urb. *Old Penrith* Camdeno.

Vplandia, prov. regni Sueciæ in Suevoniâ, ubi urb. Upſala & Holmia regni cap. Terminatur à Sept. Geſtricia, ab ort. mari Baltico, ab occ. Weſtmanniâ, & à merid. Sudermanniâ.

Vpſala, ſive *Vpſalia*, vulgò *Vpſal*, urbs Scandinaviæ archiep. & metropolis Suediæ, ſive Sueciæ ab Eugenio 3. Pont. Max. erecta, olim regia ab Holmiâ regiâ 7. leuc in bor. recedens. Long. 44. 15. Lat. 60. 05.

Vr Chaldæorum, *Orche* Strab. *Orchoe* Ptol. reg. ſub Babyloniâ, Abrahami Patriarchæ patria.

Vratiſlavia, *Breſlaw*, urbs Germ. Sileſiæ primaria, 20. mill. à Gorlitiâ in ort. 35. à Cracoviâ in Circium. Long. 39. 20. Lat. 51. 10.

Vrbicua, Hiſp. urbs. Liv. Hodie *Arbecha* Beutero & Cluſio dicitur.

Vrbicus, Hiſp. flu. apud Auguſtam Aſturicam fluens. *Orbego* Morali.

Vrbinum, Italiæ op. in Umbriâ. Pop. *Vrbinates*. Plin. 3. 14. Long. 36. 02. Lat. 43. 35.

Vrbs vetus, hodie dicitur ea pars Holſatiæ quam Saxones *Aldenburg*, Dani *Branneſia*, & Wandali *Stargard* vocant. Crantzius. Long. 33. 10. Lat. 55. 06.

Vrbs, Liguriæ flu. Claud. de bell. Get.

Pervenit ad fluvium miri cognominis Vrbem.

Vrba, vel *Orba*, hodie vocari credit Ortelius à Tanaro amne qui in Padum defertur.

Vrgella, Vaſæo dicitur Arragoniæ urbs in Hiſp. Tarraconenſi, quæ hodie *Vrgel* vocatur; Ilergetum urbem eam dicit Florianus. Long. 22. 45. Lat. 43. 21.

Vrgenum, Strab. *Enargium* Anton. *Ernagium* Ptol. op. Gall. Narbon. in Provinciâ. *Orgon* Dalechampio.

Vrgi, Sarmatiæ gens inter Iſtrum & Boryſthenem. Strab.

Vrgia, cognominatum *Caſtrum Julium*, op. Gaditani conventûs. Plin. 3. 1. *Oriam* Strabonis eſſe putat Hermolaus. Villanovanus vero *Veiam* Ptolemæi.

Vrgo, Plin. *Orgon* Steph. *Gorgon* Rutilio, inſ. parva maris Tyrrheni in Liguſtici confin. ſub Genuenſibus, inter Portum Liburnum & Corſicam.

Vria, Strab. urbs Iapygiæ inter Brunduſium & Tarentum. *Oira* hodie. Item M. Græciæ op. apud oram Calab. ulter. in territor. Locrenſi. Varro. *Condoiani* vulgò.

Vrſo, & *Genua Vrbanorum*, teſte Plinio. *Vrſao* A. Hirtio, *Orſona* Appiano, *Oſſuna* Morali, op. præclarum & Academia Hiſp. Bæt. in Vandalitiâ. Long. 37. 40. Lat. 48. 13.

Vrticini, pop. Piceni. Plin. quorum op. exciſum hodie *Ortezzano* dicitur.

Vrunca, op. Germ. ſup. in Alſatiâ, *Enſiſheim* Simlero.

Vrus, *Ouſe*, teſte Camdeno, flu. Albionis in Angliâ per Eboracum urb. fluens, ac in Abrum, ſive Humbrum influens.

Vſadium, Maur. Ting. promont. in orâ maris Atlantici. Ptol. *Capo di Alguer* Marmolio.

Vsbium, op. Norici ad Danubium in Auſtriâ. *Ips* hodie, teſte Lazio. Long. 30. 30. Lat. 36. 50.

Vſcenum, Ptol. op. Jazygum ad Granuam flu. in Hung. Tranſdanubianâ Strigonio finitimum. *Perſenburg* Moletio.

Vſcudama, urbs Thraciæ, poſtea *Hadrianopolis*. Ammianus Marcellinus.

Vſedomia, *Vſedom*, urbs Pomeraniæ citer. in inſ. cogn. inter oſt. Oderæ flu. 4. leuc. ab ora maris Baltici in occ.

Vſellis, Sardiniæ op. Ptol. *Boſſa* Nigro.

Vſipetes, pop. Germ. quorum locus *Hochrug* dicitur B. Rhenano, inter Rhenum flu. & montes Hailiæ. Sed *Vſipetes* Cæſari erant finitimi Sicambris & Tencteris; ſic apud Tac. quorum urbs Zutphen in Geldris, teſte H. Junio; aliis *Weſop*, op. in fin. Batavorum, ab Amſtelodamo 2. leuc in Auſt. à Trajecto 3. *Viſpi* Ptolemæo, *Vſipis* Martiali, lib. 6. ep. 60.

Sic leve flavorum valeat genus Vſipiorum.

Vſtica, inſ. Siciliæ, imo & urbs. Ptolemæus: Οὐστίκη νῆσος καὶ πόλις. Arabs Geographus à Panormo dittare ſcribit XLM. paſſus, & aquis eſſe irriguam, & portum habere commodum. Nomen hodie retinet. Arabes per Koph ſcribunt אשתקה. Sed Pœni olim, ut videtur per Cheth אשתחה, quæ vox depreſſionem & incurvationem ſonat; quia inſulæ maxima pars plana & depreſſa eſt. Horat. lib. 1. Od. 17.

Vtcunque dulci Tyndari fiſtulâ
Valles & Vſticæ cubantis
Levia perſonuere ſaxa.

Cubantis, h. e. depreſſæ. Boch. *Vſtica* etiam mons fuit in Sabinis, de quò verſus ſupra ſcripti ſunt intelligendi.

Vthina, urbs Africæ mediter. Ptol. Steph. & Polybio, &c. Colon. & urbs olim epiſc. Africæ litoralis, à Carthagine 34. m. p. in occ. Punicarum in Africa urbium, inquit Cl. Bochartus, ſi Carthaginem demas, nulli ceſſit Utica; unde Appianus: Ἰσχὺν Λιβύης μετὰ μὲν Καρχηδόνα πόλις. Steph. eam ſcribit eſſe Τυείων ἄποικον, h. e. *Tyriorum coloniam*. Ita Juſtinus lib. 18. *Cum & opibus & multitudine Tyrii abundarent, miſsâ in Africam juventute Uticam condidere.* Itaque de antiquitate non parum gloriabatur; qui & eo nomine Carthagini præferebatur. Silius lib. 3.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa maniplis,
Priſca ſitu, veteriſque ante arces condita Byrſæ.

Utica, enim vel *Ityca* Punice עתיקא *Atica*, i. e. *priſca* dicebatur. Boch. Hodie *Biſerte* dicitur. Long. 33. 40. Lat. 37. 45.

Utica, quæ & *Uceti*a, ſive *Uzetia*, urbs Gall. Narbon in Occitanâ reg. inter Nemauſum 4. & Lutevam ad occ. 8. leuc. Long. 25. 10. Lat. 43. 36.

Utinum, & *Utina*, *Atina* Melæ, ut aliquibus videtur, urbs Carnorum, ac Forojulienſium conventus juridicus, ab Aquileia 20. m. p. in occ. à Foro Julio 8. & à Venetiis 70. in bor. Hodie *Udine*. Long. 35. 28. Lat. 45. 46.

Utriceſium, urbs Batavorum, *Utrecht*. Vide *Trajectum*.

Utricolum, hodie *Otricoli*, op. Umbriæ in monte, Tiberi proximum, inter Narniam 8. & Romam 36. m. p.

Wagri, pop. Germ. in Holſatiâ, quorum urbs primaria *Aldemburgum* fuit.

Wallia, quæ & Cambria, Anglis *Wales*, pars occidentalis regni Angliæ, antea regionem ſeparatam faciens ſub propriis Principibus uſque ad Leolinum; quo cæſo, Edvardus fil. primogenitus Henrici Tertii Regis Angliæ *Walliæ Princeps* dict. fuit, ut & deinceps cæteri primogeniti Regum Angliæ. Diviſa eſt hodie in partem Borealem & Auſtralem, ſub quibus ſunt duodecim provinciæ ſeu comitatus. Nempe in Wallia Boreali comitatus Flintenſis, Dengbighenſis, *Arvonia*, *Caernarvonſhire*, Mervinia, *Merionethſhire*, Montgomerienſis, & Mona inſ. *Angleſey*. In Wallia autem Auſtrali ſunt comitatus, Ceretica, *Cardiganſhire*, Radnoria *Radnorſhire*, Brechinia *Brecknockſhire*, Maridunenſis *Caermarthenſhire*, & Pembrochienſis *Pembrokeſhire*. Comitatus autem Monumetenſis revulſus fuit à Wallia ſub Henrico Octavo Rege & Angliæ additus.

Walliæ Urbes & Opida quæ extant.

Abergennium, *Abergevenny*, & *Abergenny* olim Gobannium, reg. Monumetenſis.
Arvone, *Caernarvon*, reg. cogn.
Bala, *Bala*, Merviniæ.
Bangoria, *Bangor*, Carnarv. urbs epiſc.
Bellomariſcus, *Beaumorrice*, Monæ inſ. portus.
Brechinia, *Brecknook*, reg. cogn.
Cardiffa, *Caerdiff*, Glamorganenſis.
Cardigania, *Cardigan*, reg. cogn.
Chepſtovium, *Chepſtow*, Monumet.
Civitas Legionum, *Caerleon*, Monumet.
Conovii oſtium, *Aberconway*, Carnarv.
Denbighia, *Denbigh*, reg. cogn.
Fanum S. Aſaphi, *S. Aſaph*, Flintenſ. urbs epiſc.
Fanum ad Taffum, *Landaff*, Glamorg. urbs epiſc.
Harlecum, *Arlech*, Mervin. portus.
Haverfordia, *Haverfordweſt*, Penbroch.
Maridunum, *Caermarden*, reg. cogn.

Menevia,

Menevia, *S. Davids*, Pembr. urbs epiſc.
Mons Gomericus, *Montgomery*, reg. cogn.
Monumethia, *Monmouth*, reg. cogn.
Nidum, *Neath*, Glamorgan.
Pembrochia, *Pembrook*, reg. cogn. portus.
Radnoria, *Radnor*, reg. cogn.
Ruthunia, *Ruthin*, Denbigh.
Trellinum, *Welſhpool*, Montgom.

Walones, ſic vocant Lat. juniores Gall. Belg. populos, qui ſeipſos *Walons* vocant, & à Germanis *Walen* dicuntur. Sunt inter Scaldim & Legiam fluvios, occupantque partem Com. Flandriæ, ubi tractus Tornacenſis & Duacenſis & Caſtellana Inſulana.

Warſavia, *Warſow*, urbs ampla Poloniæ, Mazoviæ cap. ad Viſtulam flu. ubi frequens Regum ſeceſſus. Vix 3. leuc. diſtat à lim. Poloniæ min. in ort. uti 24. à Lancicià, & 33. à Gneſnâ, 25. à Thoruniâ in Eur. 24. à Sandominia in bor. uti 36. à Cracovià, & 58. à Vilna in Afr. Comitiis publicis regni Poloniæ nobilis.

Waterfordia, urbs Hiberniæ in Momonia prov. com. cogn. caput, in ipſo limite Lageniæ, ad Suirium flu. 8. m. p. ab orâ litorali, & 25. à Vexfordia in occaſum. Epiſc. eſt ſub Arch. Caſſilienſi.

Welliæ, ſeu *Wellæ*, vulgò *Wells*, urbs Albionis in Angliâ epiſcopalis, in Com. Somerſetenſi, Bathoniæ urbi proxima, quarum urb. hodie ſedes epiſcopales unitæ ſunt.

Weſtphalia, reg. ampla Germ. quæ unum ex decem circulis Imperii conſtituit, inter Saxon. inf. ad ort. & Belgium ad occ. Suntque in eâ reg. Epiſcopatus, ſeu ditiones, Monaſterienſis, Paderbornenſ. Oſnabrucenſ. & Mindenſis. Comitatus Oldenburgenſ. Friſiæ orientalis, & Marchiæ; Weſtphaliæ propriæ Ducatus, Com. Heyenſis, Dielpholtenſis, Lingenſis, Luppiæ, Benthemenſis, & Scaumbergenſis. Terminatur à Sept. mari Germ. ab Orient. Ducatibus Clivenſi, & Montenſi, Veteravia, Valdecenſi Com. & Landgraviatu Haſſo Caſſellano. Totius autem reg. cap. eſt Monaſterium. Sed Duc. Clivenſ. Montenſ. Juliacenſ. & Epiſc. Leodienſis, non cenſetur proprie in Weſtphaliâ, quanquam partes ſunt Circuli Weſtphalici.

Wigornia, ſive *Vigornia*, vulgò *Worceſter*, urbs Angliæ, Com. cogn. primaria, epiſc. ſub Arch. Cant. *Brannonium* Antonino, *Brannogenium* Ptolemæo. A Romanis, ut probabile eſt condita fuit, cùm ad Tranſ-Sabrinos Britannos cohibendos ſecundum orientalem Sabrinæ ripam, uti ad Rheni meridionalem, urbes per intervalla diſponerent. Sedet in loco modice acclivi ad flu. quod turrigero ponte conjungitur, *olim Romanorum*, ut habet antiqua membranula, *ſuperba mœnibus*, nunc etiam muro, non tamen valde firmo, munita. Sed decus eſt ab incolis, qui ſunt numeroſi, humani, & lanificio opulenti, nec non ab ædificiorum nitore, à templorum numero, & maxime à ſede Epiſcopali, quem Sexwolfus Merciorum Epiſcopus an. 680. conſtituit, conſtructâ ad auſtralem urbis partem Eccleſia Cathedrali, quæ ſæpius reparata, & ab Epiſcopis paulatim producta ad occaſum fere uſque ad Sabrinæ ripam. Speciosum ſane & magnificum eſt ædificium, monumentis Joannis Regis, Arthuri Principis Walliæ, & quorundam *Beauchamporum* nobile, doctiſſimiſque viris (*Præbendarios* vocant, quorum numerus 10.) Collegium hodie non minus inclytum, quam olim fuerat Monachorum monaſterium, aut Presbyterorum cœnobium. Urbs hæc non ſemel conflagravit, nihilominus è favillis ſemper ſe pulchriori forma reſuſcitavit, politiaque jam floret optima, quam *Prætor* & *Vicecomes* è viginti quatuor civibus quotannis electi, ſex *Seniores* ſive *Aldermanni*, duoque *Camerarii* adminiſtrant, cum Communi Concilio, quod ex quadraginta & octo civibus conſtat. Quod ad Geographicam rationem attinet; ab occiduâ lineâ 22. temporibus, 52. ſcrupulis diſtat. Polus verò Arcticus 52. gradibus, 12. ſcrupulis attollitur.

Wintonia, *Wincheſter*, urbs Angliæ meridionalis in Hantoniâ provinciâ, alias *Venta Belgarum* dicta Epiſcopalis eſt ſub Archiep. Cantuarienſi, ſedetur ad amnem *Itching* 10. mill. à Southamptonià in bor. & 18. à Salisburiâ in ort. Long. 19. 12. Lat. 51. 10.

Winuli, pop. Germ. qui & *Vinuli* & *Longobardi*. P. Diaconus.

Wiſmaria, urbs & emporium Germ. in orâ maris Baltici, vulgò *Weiſmar*. Long. 33. 32. Lat. 54. 12.

Wirtembergenſis Ducatus, reg. ampla Germ. in Suevia, cujus cap. Stutgardia. Nomen habet à Wirtemberga arce veteri, haud procul ab Eiſlingâ, ſubeſtque proprio Duci. Terminatur ab oriente & merid. Suevia propria, à Sept. Palatinatu Rheni, ab occid. autem Sylva nigra, & Marchionatu Badenſi.

Witemberga, *Witenberg*, urbs Germaniæ ad Albim flu. Saxoniæ ſup. caput & Academia, 9. mill. à Lipſiâ in bor. 5. infra Torgaviam, & 14. à Dreſdâ in Circium, Magdeburgum verſus 12. Long. 35. 00. Lat. 51. 55.

Vulſinii, & *Vulſinienſis lacus*, vide *Volſinium*.

Vultura, vel *Vulturaria*, urbs Hirpinorum in Apuliæ confin. cujus mem. Virgil. lib. 3. Od. 4.

Me fabuloſæ Vulturæ in Apulo
Altricis extra limen Apuliæ, &c.

Ubi alii codd. habent *Vulture*. *Vultur* vero mons eſt vel flumen Apuliæ.

Vulturnum, urbs olim Campaniæ à Capuâ 10. m. p. ad oſtia Vulturni flu. nunc exiguum caſtrum inter Sinueſſam ad occ. 8. & Linternum ad ort. 9. mill. *Vulturnum* urbs prius poſtea Capua eſt appellata, teſte Livio. Ex quo *Vulturnum* geminum fuiſſe videatur, unum interius, alterum in orâ.

Vulturnus, ventus ab ortu hyberno ſpirans, quem Græci *Eurum* vocant. Plin. 2. 47. Item flu. ad Vulturnum urbem. in Campaniâ. Virgil. Æn. 7.

Amniſque vadoſi
Accola Vulturni.

Silius lib. 8.

Fluctuque ſonorum
Vulturnum

Ovid. Met. 15.

Linternum, multamque trahens ſub gurgite arenam
Vulturnus.

Διὰ μέσης Καμπανίας ῥεῖ, inquit Strabo. Lucanus lib. 2.

Delabitur inde
Vulturnuſque celer.

Statius lib. 4. Silv. ubi de Viâ Domitianâ:

At flavum caput, humidumque late
Crinem mollibus impeditus ulmis
Vulturnus levat ora, maximoque
Pontis Cæſarei reclivis arcu
Pandis talia faucibus redundat:
Qui me vallibus aviis refuſum
Et ripas habitare neſcientem
Recti legibus alvei ligaſti;
Et nunc ille ergo turbidus minaxque
Vix paſſus dubias prius carinas,
Jam pontem fero, perviuſque calcor.
Qui terras rapere & rotare ſylvas
Aſſueram (pudet) amnis eſſe cæpi, &c.

Silius l. 9.

Regnantem Æoliis Vulturnum in prælia campis
Effrænat.

Plin. l. 6. c. 36. vocat *mare*. *Jam vero & in Vulturno mari Italiæ arena alba naſcens*, &c.

Wormacia, olim *Borbetomagus*, vulgò *Worms*, urbs Germ. ſup. ad Rhenum, libera & epiſc. ſub Arch. Moguntino. Long. 30. 03. Lat. 49. 33.

Uxama, op. Hiſp. citer. Plin. 3. 3. *Oſma* Cluſio. Long. 17. 45. Lat. 42. 00.

Uxella, Ptol. Camdeno *Leſtithiel*, op. Albionis in Cornubiâ (aliis eſt *Kreckornwell*, op. ejuſdem reg. proximum) ab Exoniâ ultra 40. m. p. in occ.

Uxellodunum, op. Gall. Aquitan. in finibus Cadurcorum, *Cadenac* Vigenereo. Long. 22. 38. Lat. 44. 25.

Uxellum, Ptol. op. Albionis in Selgovis in Scotiâ, apud Carbantorigum ac Trimontium.

Uxena, pagus Hiſp. Bæticæ. *Uzelis* Cluſio.

Uxentum, urbs Salentinorum, ab Hydrunto 20. m. p. in merid. *Uſento* Leandro.

Uxentus, mons Indiæ citer. cis Gangem flu. Ptol.

Uxii, montes Armeniæ maj. ex quibus oritur Tigris flu. Diod. ubi *Uxii* pop. & *Uxia* reg. Strabo.

Uxiſama, inſ. Oceani occidui, Strabo; una ex illis quæ ab Hiſpaniâ tridui navigatione in occ. diſtant; quæ *Azores* dici videntur Ortelio.

X.

Xanthi, pop. Thraciæ. Steph. Horum urbs *Xanthia*, de quâ Nicetas Choniata in Annalibus. Item Aſiæ pop. qui cum eorum urbs ab Harpago Cyri regis præfecto obſideretur, uxores ſuas ac ſervos unà cum ſupellectili in arce poſuerunt, eamque igni ſuccenderunt, inde omnes pariter contra Harpagum irruentes interfecti ſunt. Herodot. lib. 1.

Xanthus, urbs Lyciæ Straboni, quam *Arnam* olim vocatam Steph. ſcribit. Dicitur & *Xanthopolis*. Item Lesbi op. Steph. Et urbs Germ. infer. apud Rhenum, vulgò *Santen*. Long. 27. 45. Lat. 51. 38.

Xanthus, flu. Troadis, idem cum Scamandro, ita dictus, teſte Ariſt. de Hiſt. An. lib. 3. quòd ovium velleræ flavo colore inficiat.

Virg. Æn. 8. ——Priuſquam
Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.
Item Lyciæ flu. *Xanthum* urb. interluens. Virg. Æn. 4.
Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo.
Item fluviolus Epiri. Hoc propterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cujus mem. Hom. Il. 33. Sunt etiam qui dicant Xanthum inter equos Solis numerari propter illud Martialis:
Quid cupidum Titana tenes? jam Xanthus & Æthon
Fræna volunt. ——

Xera, urbs juxta Herculis columnas. Steph. hodie *Xeres de la Frontiera*. Long. 14. 30. Lat. 36. 32.

Xerolibya, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam inculta. Unde Virg. 4. Æn.
Hinc deſerta ſiti regio. ——

Xerxene, reg. Mediæ Borealis inter Iberiam & Albaniam, apud Alazonem flu. ſic à *Xerxe* Perſarum rege ibi orto dicta, teſte Eutropio. Apud Strab. eſt reg. Mediæ Armeniæ majori contermina.

Z.

Zabii, pop. Magici, qui Dæmonem hircinâ formâ apparere crediderunt, teſte Maimonide in More Nevochim, lib. 6. cap. 49. Videatur Gregorius noſtras in illud Exodi 23. 19. *Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.*

Zacynthus, vulgò *Il Zante*, (inſ. cum urbe cogn. à *Zacyntho* Dardano condita, unde nomen, teſte Steph.) maris Ionii, Peloponneſo ad occ. adjacens contra Cheloniten promont. inter Cephalleniam ad Arctos, & Strophades ad Auſtr. 30. m. p. Virg. Æn. 3.
Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthus.
Quod ex Hom. deſumpſit Odyſſ. α.
Δυλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.
Ovid. in ep. 1.
Dulichii, Samiique & quos tulit alta Zacynthos
In me turba ruunt luxuriosa proci.
Theoc. Idyll. 3.
——Καὶ πόλις αἰ Ζάκυνθος.
Vide ſis ibi Palmerium.

Zama, urbs Africæ, apud quam Annibal magno prælio à Scipione victus fuit. Sil. lib. 3.
Et Zama, & uberior Rutilorum ſanguine Tapſus.

Zamæ, fons Africæ canoras voces reddens iis qui aquas illius potant. Plin. 31. 2.

Zamoſcium, Zamosky, urbs Poloniæ in Ruſſiâ Nigrâ & Belſienſi Palatinatu, Principatûs tit. inſignita, 14. leuc. Polon. à Scandomiriâ in ort. & 15. à Leopoli in bor. Lublinum verſus 9.

Zancle, Siciliæ urbs, in penitiſſimo Pelori ſinu, poſtea à Meſenis inſtaurantibus *Meſſana* appellata. Omnium Siciliæ urbium fuit longè vetuſtiſſima, ſi B. Hieronymo credimus, qui ad annum 256. Chronici Euſebiani de ſuo hoc inſeruit: *Hoc tempore in Siciliâ Meſſana, quæ & Mamertina conditur.* Sic condita fuerit Zancle annis fere 600. ante excidium Trojæ. Sed & apud Diod. l. 4. Heſiodus *Zancles* meminit, tanquam urbis antiquiſſimæ, in quâ Orion Zanclo regi portum jactis molibus extruxerit. Sunt qui ab hoc *Zanclo* dictam volunt; alii à fonte *Zancle*; alii à Saturni falce, ibi abſconditâ. Stephanus ex Hecatæo: Οἱ μὲν τὴν Ζάγκλαν γηληνῆς, ἢ ὑπὸ χρυσῆς Ζάγκλης, οἱ δὲ διὰ τὸ ἐκεῖ Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι. Sed Thucydides multo verius lib. 6. Ὄνομα δὲ τὸ μὲν ἀρχαῖον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδές τὸ χωρίον ἐστὶν ἰδέαν ὄζει, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. Unde apud Steph. Nicander de Siciliâ l. 10.
Καί τοι καὶ Ζάγκλης ἐδάη δρεπανηπόδα ἄρσυ.
Quamvis falcatæ Zancles combuſſerit urbem.
Ovid. Faſt. 6.
Quique locus curvæ nomina falcis habet.
De falce nihil habet Strabo, tantum *Zanclen* curvum eſſe dicit. Verba ſunt: Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα τῆς τόπου, Ζάγκλον γὰρ ἐκάλουν τὸ σκολιόν. Nempe ἀπὸ τῆς ἐκεῖ, ab hominibus qui illic habitant, ut rectè addit Euſt. hunc ipſum locum citans in lib. 12. Odyſſ. Itaque Ζάγκλη propriè *curvam* ſonat. Quam vocem eſſe Siculam fruſtra contendunt, cum ſit Punica זלג *zalga* per Metathefin G. & L. Bochartus.

Zarmeſogethuſa, quæ & *Ulpia Trajana* ex antiquâ inſcriptione, *Vexol* nunc & *Venecz*, & incolis *Varbel*, Sclavonicè *Gradigh*, teſte Lazio, urbs Daciæ, olim Regia, nunc pagus ab Albâ Juliâ 8. leuc. in auſt. paulò à Citibino remota.

Zelandia, reg. marit. Germ. infer. Sic dicta qu. *Sealand*, quia olim mari obruta fuit. Vide Verſteganum c. 4.

Zeles, Strab. urbs Hiſp. ad Eretum, ſed à Romanis in Mauritaniam oppoſitam tranſlata, & poſtea *Julia Joza* vocata. Ζῆλιν Strabonem ſcripſiſſe putat Caſaub. quanquam iſtis in nominibus Barbaris nullam ſequuti ſint veteres certam Analogiam. Plinio *Zilis*, Ptol. Ζιλία vocatur.

Zelia Dioni, *Zela* Cæſ. & Plut. Cappadociæ op. ubi Cæſar Pharnacem regem devicit.

Zelia, Troadis urbs, ſub pede Idæ montis ad Æſopum flu. Hom. Il 2. in Lyciâ nempe reg. Strabo. Lyciorum op. quoque facit Plut. de virtutibus mulierum. Stephanus & Euſt. faciunt Cyzici caſtellum. Heſych. Ζέλεια, πόλις Τρωϊάς.

Zephyrium, urbs Ciliciæ idter oſtia Calycadni ad occ. & Corycum urb. ad ort. *Tarſu* Nigro. Halicarnaſſus olim quoque ſic dicta fuit, teſte Steph.

Zephyrium, promont. M. Græciæ in orâ Calabriæ ult. apud Locros, à quo Locri *Epizephyrii*, *Capo Bruzano* Mazzellæ. Alterum Cretæ in orâ ad ort. *Capo d' Altelin* Luſignano, *Capo di Mirabello* Pineto. apud Cherſoneſum urb. Tertium Cypri in orâ occiduâ apud Paphum veterem, *Capo Chelidonio* Luſignano. Quartum Cyrenaicæ in orâ apud Darnin urb. proxim. Nauſtathmo, *Capo di Bonandrea* Nigro.

Zerynthus, urbs & antrum Hecates in Samothraciâ; *Canis antrum* Lycophroni. Inde *Zerynthius* adject. Ovidius Triſt. 1. 9.
Inde levi vento Zerynthia litora nacta
Threiciam tetigit feſſa carina Samon.

Zetha, Africæ promont. ad Syrtim min. Ptol. *Zerbi* Mercatori.

Zeugitana, reg. Africæ in orâ litorali, Numidiæ finitima, Tuſcâ flu. eos ſeparante. Zeugitana gens chiromantica fuiſſe putatur; & hinc quas *Cingaros* Itali dicunt, Belgæ *Egyptenaren*, Angli **Gypſies**, qui divinando ex manus inſpectione circumvagantur, profectos tradunt.

Zeugma, urbs Syriæ in Comagenâ ad Euphratem, à Samoſatis 72. m. p. in Auſtr. Stat. 3. 2.
Antiquæ Babylonis opes & Zeugma Latinæ
Pacis iter. ——

Item Daciæ urbs. Ptol. *Zaſſebes* Lazio.

Zilia, Zelis, Strab. *Arzilla* Marmolio, urb. regni Fezzæ, in orâ Oceani Atlantici, 32. m. p. à Tingi in merid. Lixum verſus 20. Long. 06. 35. Lat. 35. 30.

Zoar, nomen loci. Gen. 19. Suidas. Ζόαρ τόπος.

Zoara, urbs Perſidis. Cives *Zoari*, vel *Zoaritæ*. Eſt etiam Ζόαρα, vicus magnus ſive caſtellum Palæſtinæ ad mare mortuum, quò Loth confugit à Sodomis. Cives *Zoareni* vel *Zoroatæ*. Steph.

Zonæ, quantum ad noſtrum attinet inſtitutum, ſunt circuli quidam lati, cœlum, terramque veluti cingulâ quâdam ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media, quæ inter Tropicos eſt, nimio calore parum apta creditur habitationi: duæ vero extremæ ſub Arctico & Antarctico circulis ſitæ, nimio frigore horrent, unde & ipſæ quoque habitationi parum ſunt idoneæ. Reliquæ autem duæ, utpote quæ mediæ inter torridam & gelidam ſitum obtinent, temperatæ ſunt, & humanæ vitæ accommodatiſſimæ. Eratoſthenes apud Heraclidem Ponticum in Allegoriis Homeri:
Πέντε δὲ αἱ ζῶναι φερούσης ἐπαείρω,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κεφαυότεραι κυάνοιο,
Ἡ δὲ μία φαφαρή τε καὶ ἔκπυρος· οἳ ἐρυθρὴ
Τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ῥά ἑ μοῖραν ὑπ' αὐτῶ
Κεκλιμένοι ἀκτῖνες ἀειθερίης πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύω ἐκάτερθε πόλοιο πεπηγυῖαι
Ἀεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογόωσαι.
Virgilius Georg. 1.
Quinque tenent Cœlum Zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni,
Quam circum extremæ dextrâ lævâque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediamque duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ Divum, & via ſecta per ambas
Obliquus quâ ſe Signorum verteret ordo.
Ovidius Met. 1.
Utque duæ dextrâ cœlum, totidemque ſiniſtrâ
Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu;
Nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit,
Temperiemque dedit miſtâ cum frigore flammâ.
Tibullus lib. 4. Panegyr. ad Meſſalam:
——*Circumfuſo conſiſtit in aere tellus,*
Et quinque in partes toto diſponitur orbe.
Atque duo gelidæ vaſtantur frigore ſemper,

Illic

Illic & densâ tellus abſconditur umbrâ
Et nulla incepto perlabitur unda liquore,
Sed durata riget denſam in glaciemque nivemque.
Quippe ubi non unquam Titan ſuperegerit ortus.
At media eſt Phœbi ſemper ſubjecta calori,
Seu propior terris æſtivum fertur in orbem,
Seu celer hybernas properat decurrere luces.
Non ergo preſſo tellus conſurgit aratro,
Nec frugem ſegetes præbent, nec pabula terræ.
Non illic colit arva Deus, Bacchuſve, Cereſve,
Nulla nec exuſtas habitant animalia partes.
Fertilis hanc inter poſita eſt, interque rigentes
Noſtraque, & huic adverſa ſolo pars altera noſtro,
Quas ſimilis utrinque tenens vicinia cœli
Temperat: alter & alterius vires necat aer.
Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus,
Hic & colla jugo didicit ſubmittere taurus,
Et lenta excelſos vitis conſcendere ramos,
Tondeturque ſeges maturos annua partus,
Et ferro tellus, pontus confinditur ære.
Quin etiam ſtructis exſurgunt opida muris.

Varro:

Mundus domus eſt maxima rerum
Quam quinque Altitonæ fragmine Zonæ
Scindunt, per quam limbus pictus
Bis ſex Signis ſtellimicantibus
Aleus in obliquo æthere Lunæ
Bigas acceptat.

Claudianus lib. 1. de R. Proſ.

Addit quinque plagas, mediam ſub tegmine rubro
Obſeſſam fervore notat, ſqualebat aduſtus
Limes, & aſſiduo ſitiebant flamina Sole.
Vitales utrinque duas, quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris, cum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas, brumaque perenni
Fœdat, & æterno conſtringit frigore telas.

Achilles Tatius Iſag. Περὶ δὲ τῆς Παρμενίδης περὶ τῆς ζωνῶν ἐκίνησε λόγον· Περὶ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν πολλὴ διαφωνία τοῖς μετ' αὐτὸν γέγονε· Οἱ μὲν γὰρ ἓξ αὐτὰς εἶπον, ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, ἢ διαιρεθέντας εἰς δύο διαιρεῖσθες· Οἱ δὲ πέντε παρέλαβον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, οἷς καὶ ἡμεῖς κατηκολουθήσαμεν. Notat Junius horum fabulosè Zonas 5. adumbraſſe in Achillis clypeo, nominans πτύχας, i. e. *plicas*. Nam duas finxit ex plumbo albo, duas æneas, mediam auream: verba ſunt:

Τὰς δύο χαλκέας, δύο δ' ἔνδοθι κυανέοιο,
Τὼ δὲ μίαν χρυσῆν.

Color albus plumbi refert duas extremas inhabitabiles propter nives: media aurea mediam igneam inhabitabilem; duæ reliquæ æneas duas habitabiles, quia hic color medius inter candidum & rutilum, & ab utroque temperatus. Eſt etiam in Phil. Judæo elegans deſcriptio Zonarum in lib. de Hærede rerum divinarum. Geminus Element. Aſtronom. cap. 12. Τῆς συμπάσης γῆς, ἐπιφάνεια σφαιροειδὴς ὑπαρχούσα, διαιρεῖται εἰς Ζώνας πέντε, ὧν δύο μέν εἰσι περὶ τοὺς πόλους, πεπηγυῖαι τῆς τοῦ ἡλίου περιόδου Καταψυγμῶν λεγόντων, καὶ Ἀοίκητοι διὰ τὸ ψύχος· Ἀφοείζον δὲ ὑπὸ τῶν Ἀρκτικῶν περὶς τοὺς πόλους. Αἱ δὲ τέτταρες ἐξῆς, συμμέτρως δὲ κείμεναι περὶς τὸν ἡλίου περίοδον Εὐκρατοι κλῆσιν· Ἀφοείζον δὲ αὗται ὑπὸ τῶν ἐν τῷ κοσμῷ Ἀρκτικῶν, καὶ Τροπικῶν χόλων μεταξὺ κείμεναι αὐτῶν. Ἡ δὲ λοιπὴ Μέση τῶν περιεριμβόων, κειμένη δὲ ὑπ' αὐτὸν τὸν τοῦ ἡλίου περίοδον Διακαιομένη κλῆσιν. Mela lib. 1. cap. 1. *Terra ab oriente diviſa ad occaſum Zonis quinque diſtinguitur. Mediam æſtus infeſtat, frigus ultimas; reliquæ habitabiles, paria agunt anni tempora, verum non pariter.* Cicero in Somn. Scipionis: *Cernis autem terram eandem quaſi quibuſdam redimitam & circumdatam cingulis? è quibus duos, maximè inter ſeſe diverſos, & cœli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruinâ vides: medium autem illum & maximum Solis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles, quorum auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, adverſa nobis urgent veſtigia: Hic autem alter ſubjectus Aquilonis quem vos incolitis.* Plin. 2. 68. *Cum ſint quinque partes quas vocant Zonas, infeſto rigore & æterno gelu premitur omne quicquid eſt ſubjectum duabus extremis circa vertices, hunc qui Septentrio vocatur, eumque qui adverſus illi Auſtrinus appellatur. Perpetua caligo utrobique, & alieno molliorum ſiderum aſpectu maligna, ac pruina tanquam albicans lux. Media vero terrarum quà Solis orbita eſt exuſta flammis, & cremata cominus vapore torretur; circa duæ tantum, inter exuſtam & rigentes temperantur, eæque ipſæ inter ſe non perviæ propter incendium ſideris.*

Zoſter, op. & promont. Atticæ inter Pyræeum port. & Ceam inſ. cujus mem. Cic. ep. lib. 5. ad Att. Licet Strabo illud apud Iſthmum deſcribat, ſicut & Steph. qui ſic dictum ait, quòd ibi Latona *Zonam* ſolverit, in ſtagno lavatura, ubi incolæ piſces illi & Dianæ immolabant.

Zoſter, Italiæ promont. ubi Sibyllæ Cumanæ domicilium. Lycophron. In Campaniâ putat eſſe Ortelius.

FINIS.

DICTIONARII GEOGRAPHICI

Pars altera,

IN QUA

Locorum, Urbium, Fluviorum, &c. Vocabula recentia ac vulgaria Antiquis præpoſita exhibentur.

A.

A, Aa.
Aade, Aada.
Aare, Abrinca.
Abach, Abudiacum.
Abano, Aponus.
Abarino, Pylos.
Abaunas, Mant. palus.
Abbahus, Nilus.
Abbeville, Abbatis villa.
Abela, Abela.
Abellinas, Antilibanus.
Abenow, Abnobi montes.
Abenſperg, Abuſina.
Aberavon, Aberavonium.
Aberconway, Abercovonium, Conovium.
Aberdeen, *Aberdon*, Aberdona, Aberdonia, Devana.
Aberdour, Aberdora.
Aberford, Calcaria.
Abergavenny, Abergennium, Gobanium.
Aberiſtwyth, Aberiſtyvium, Tybius.
Abernethy, Abernethæum.
Abeſin, Antiochia.
Abexin, Æthiopia, Abaſſia, Abaſſinia.
Abiagraſſo, Abiatum ſive Albiatum.
Abiam, Oxus.
Abington, Abendonia ſeu Abingdonia.
Abiſſia & *Abiſſines*, Abaſſia, Habaſſia, Æthiopia.
Abo, Aboa.
Aboy, Aboya.
Abrantes, Abrantus, Tubucci.
Abrigada, Arabriga, Arrabida.
Abruzzo, Aprutium, Samnium.
Abutich, Abydos.
Abyſo, Elorum, Helorus.
Aca, *Acon* & *Acre*, Ptolemais.
Acada, Sangarius.
Accaron, Accaron.
Accum, Auxume.
Ac-Denghiz, Mare Mediterraneum.
Acdenis Turcis, *Archipelago* noſtris, Mare Ægæum.
Aceglio, Acellium.
Acellaro, ſive *Atellari*, Elorum, Elorus, Helorus.
Acerano, *l' Acerra*, Acerræ.
Acerenza, *Cirenza*, Acheruntia.
Achatana, *Esbahan*, Ecbatana.
Achaton, Aphrodiſium.
Achelo vel *Anchialo* Græcis, *Kenkis* Turcis, Anchialus.
Achlar, Araxes.
Achonry, Achonrita, Achada.
Achrida ſive *l' Ochrida*, quæ & *Giuſtandit* Turcis, Achris, Achridus, Lychnidus, Juſtiniana prima.
Achterwaldt, Arduenna.
Achyr, Achyrum.
Acilino, Acilius, Acithius.
Ackſteed, Ackſteda.
Acle, Aclea, Acleca.
Aclibia, Clupea vel Clypea.
Acoionlu, *Anaduole*, *Pegian*, Armenia minor.
Acon, *Acre*, Ptolemais.
Acopende, Olbia Pamphyliæ.
Acor, Icoſium.
Acons, *Aſpe*, Aſpartuca, Aſpaluca.
Acqs, *Dax*, Aquæ Auguſtæ, Aquæ Tarbellæ vel Tarbellicæ, Tarba.
Aequa Favella, Thuria.
Acqua pendente, Aquæ Taurinæ, Acuſa, Aquula, Aquila.
Acqua viva, Aquaviva.
Acque di Mondragone, Aquæ Sueſſanæ, Sinueſſanæ, quæ & *Torre di Bagni*.
Acque dolci, *Calora*, *S. Marco*, Calacta.
Acqui, Aquæ Statellæ vel Statiellæ; Bormiæ Aquæ.
Acra Spandona, Metopon.
Acre, *Aca*, *Acon*, *Acri*, Ptolemais.
Acremont, Acræ.
Acri, Aciris.
Acria Capo, Acritas.
Acs, vide *Acqs*.
Acſar, Anazarbus.
Acſu, Aſcanius.
Actamar, Mantiana palus.
Acul, *Zidem*, *Capo de Celi*, Ocelis, Ocila.
Acumoli, Acumulum.
Acuri, Azura.
Aczu, Auzacia.
Adare, Adara.
Adazar, *Albſor*, *Cocas*, *Cochias*, Caucaſus.
Adda, Addua.
Adegele, *Pharphar*, Chryſorrhoas,
Adel, Azania Æthiopiæ.
Adelſperg, Avendonis, Adula.
Adem, Salinum.
Aden, Adenum.
Adena, Sarus Ciliciæ.
Aderborn, Aderborna.
Aderburg, Aderburgum.
Aderno, Adranum, Hadranum.
L' Adige Italis, Germanis *Eeſh*, Atheſis.
Adington, Adingtona.
Admirati, Eleutherus Siciliæ, Orethus.
L' Adour, *Dour*, Aturrus, Aturius, Atyr.
Ardene, *Ædera*, *Eder*, Adrana.
Adri, *Atri*, Adria, Hadria, Atria.
Adrinza, Aſſyria, Adiabene.
Aerra, *Alter*, Elteri, Elterium.
Æſchecher, Leucopolis.
Ætino, Ætinium, Athenæum.
Afdime, *Alfdime*, Arſinoe.
Afrique, *Africk*, Africa, pars mundi meridionalis.
Africa, Aphrodiſium.
Agamer, Agamerum.
S. Agatha di Goli, Agatha Campaniæ.
Agde, Agatha Galliæ Narbonenſis.
Agen, Agenum, Aginum, Aginnum.
L' Agenois, Aginnenſis tractus.
L' Agerola, Acerræ.
Aggerhuis, Aggerhuſia.
Aggia, Himella.
Aghem ſeu *Ghem*, Agamium.
Agiomana Golfo, ſinus Toronaicus.
Agion oros Græcis, *Seididag* Turcis, *Monte Santo*, Athos.
Agios Adrianos, Mycenæ.
Agirone, Agyrium.
Aglar, *Aglay*, *Aglon*, Aquileia ſeu Aquilegia.
Aglio Selva, Algidum nemus.
Agmondeſham, *Amerſham*, Agmundeſhamum.
Agnano Bagni, Thermæ Anianæ.
Agno, Clanius, Clanis.
Agnone, Aquilonia.
Agnum, Morgantium.
Agobel, Victoria Mauritaniæ.
Agonara, Aganagora.
Agoro, Agorum.
Agouſte, Auguſta, aliis Xiphonia.
Agriomela, *Selambria*, Sperchius.
Agromento, Grumentum.
Agueda, *Agada*, Æminium.
Ahauſen, *Ahuis*, Ahuſa.
Ahinadal, Maſſagetæ.
L' Aia, Allia.
Aiazzo, *Aiaccio*, Adiacium, Aiacum, Urcinium.
Aichſtadt, *Eiſtat*, Aureatum.
Aiduacal, *Idevacal*, Atlas.
L' Aigle, Ad aquilas.
Aigues caldes, Aquæ calidæ, Aquæ Celinæ, Amphilochia, Auria; item Aquæ Quinctiæ vel Quinctianæ.
Aigues mortes, Aquæ Mortuæ, Foſſa Mariana.
Aila, *Elter*, Ælana, Leanites.
Ailsbury, Ælesburia, Æglesburgus.
Ailſham, Æleſhamia.
Ailzal, *Ailze*, Ailza.
Aiman, Turcis *Gemen* vel *Giæmen*; Arabia felix.

Ain

Ain Kems, Heliopolis Ægypti.
Ainay, *Aiſnay*, Ara Lugdunenſis, Cœnobium prope Lugdunum.
Aire, Alurium, *Aturenſium* Civitas; Iria.
Airy, Airiacum.
Airu, Airus.
L' Aiſne, *Eſnes*, Axona.
Aiſe, Oeaſo, Eaſon, Olarſo, Jarſo, Orſona, Idanuſa.
Aix en Provence, Aquæ Sextæ.
Aix la Chapelle, *Aken*; Aquæ Grani, Aquiſgranum.
Aken, *Aix la Chapelle*; Aquiſgranum.
Akmancheſter, *Bathe*; Bathonia, Aquæ calidæ, Aquæ Solis.
Al, Guttalus.
Aladuli, *Accionlu*, *Anaduole*; Armenia minor.
Alagon; Alavona.
Alan; Alanus.
Aland; Alandia.
Alandriana; Mæandria Epiri.
Alano, *Forcone*; Avia, Furconium.
Alanquera; Jerabrica.
Alaro, *Sagriano*, *Suchriano*; Sagra.
Alatri, Alatrium, Aletrium.
Alava; Alaba.
Albano; Albanum opidum, *Monte Albano*, Albanus.
S. *Albans* (ſc. *Town*) Verolamium, Fanum S. Albani.
Albany; Albania Scotiæ, Britannia ſecunda; item pars Macedoniæ, Albania, Epirus.
Albaſequia; Ampſalis.
Albe Royale, *Stulweiſſenburg* Germanis, *Stolni Biograd* Sclavis; Alba Regalis.
Albegna; Albania Italiæ fl. Almiana, Amiana.
Alben, *Byrrammerwalde*, Albius M. Albium op.
Alben Germ. *l' Alpi* Ital. *the Alps* Angl. Alpes.
Albenga; Albingaunum.
Alberton; Parætonium.
Albi di Marſa; Alba Marſorum.
Albor, *Villa nova*; Portus Annibalis.
Alboran; Erroris inſula.
Alborna; Alburnus.
Albs, *Savio*; Ilapis Sapis.
Albſor, *Adazar*, *Cocas*, *Cochias*; Caucaſus.
Albufeira; Baſſa.
Albunea; Albunea ſylva & Albuneus fons.
Alby; Alba Helviorum, Albiga.
Alca; Talca, Talga, Tazata.
Alcabira; Alcairum, Babylon, Memphis.
Alcala de Henares; Complutum.
Alcamo; Alcamus.
Alcanik; Alcanitium.
Alcanizes; Alcanitium.
Alcantara; Aceſines, Aſcines, fl. Sic.
Alcantara; Norba Cæſarea, Pons Trajani.
Alcaraz; Alcaranum, Orgia, Tugia.
Alcaſor; *Laura*; Arcobriga.
Alcazar d' Oſal; Salacia.
Alchabar; Circeſium, Conſtantina.
Alchaſir, *Choſair*; Berenice, Bernice.
Alcipo; Halyzia.
Alcluyd; Dunbritonium.
Alcmaer; Alcmaria.
Alcol, *Larobo*; Collops magnus; Cullu.
Alcon, Olcachites.
Alcudia; Abiſa, Automala.
Aldea el muro; Auguſtobriga.
Aldea el rio; Illiturgis, Iliturgis, Ilurgia, Epora.
Aldeburgh vel *Alburrough*; Aldeburgum, Iſurium.
Aldenburgh vel *Oldenburgh*, *Stargard*; Aldeburga, Brannefia, urbs vetus.
Aldernay, *Orna*, *Ridua*; Ebodia, Oſiniacum.
Alemdaghii, Olympus.
Alemain, Germania; Alemannia.
Alenſon; Alenconium.
Aleppo; Alepum, Chalybon, Beroea, Beroe, Chalopolis.
Aleria deſtrutta, Aleria.
Aleria, *Tavignavis*; Rhotanus.
Aleſſandretta; Arſinoe, Alexandria.
Aleſſandria di Egitto, *Scanderia* Turcis; Alexandria Ægyptis.
Aleſſandria, *Scanderoon*; Alexandria Ciliciæ ſeu Syriæ.
Aleſſandria della Paglia; Alexandria Statiellorum.
Aleſſano; Alexanum.
Aleſſio; Liſſus Albaniæ.
L' Aleſſo; Alex.
Aleſtoroſori, Alectryopolis.
Alfaques; Ruſpæ.
Alfelds; Alfelda.
Alfeo; Anapus.
Alferton; Alfertonium.
Alfidena; Aufidena.
Alford; Alfordia.
Alfranges Æthiopibus, *Giavor* Turcis; Europæi populi.
Algarve; Algarbia.
Alger, *Geizer*; Iol, Colonia Cæſarienſis; Algezira.
Algier, *Algiers*; Algeria, Algerium; Rufucurum.
Algow; Algovia
Alhama; Artigi, Artigis.
Alicante; Alona.
Alicata; Gela.
Alicur; Ericuſſa.
Aliphi; Alipha, Allifæ.
Allaway; Aluva.
Allemagne, *Allemans*; Germania, Germani.
Allendorf; Allendorfia.
Aller; Allera.
Allerburg; Allerburgum.
Allerton; Cataracton, Cataractonium, Caturractonium.
L' Allier; Elaver.
Allocan; Amana, Amanus.
Almacaron; Almacara.
Almagro; Almagrum.
Almance; Almantia, Almentia.
Almaz; Aliſca, Amantia, Anamaſcia.
Alme; Aliſo.
Almenara; Carthago, Byrſa.
Almeria; Portus magnus, Almeria.
Almiſſa; Pegontiæ, Pegontium.
Almiſta; Arviſium Promontorium.
Almondbury; Cambodunum, Campodunum, Camalodunum.
Almonde; Almon, fluvius.
Almantia; Nertobriga.
Almannezar; Exitani, Sexitani.
Alne ſeu *North-Tyne*; Alaunus.
Alnewick; Alaunovicum.
Alalphano vel *Goviano*; Fraxinum.
Alpen ſeu *Ulpen*; Caſtra Ulpia, Ulpia Legio.
Alphen; Caſtra Albiniana, Albina, Albimana.
Alresford; Alresfordia.
Alſace; Alſatia ſup. & inf.
Alt; Alta fl.
Altai, *Juifa*; Imaus mons.
Altamura; Minoa, Altus Murus, Petilia.
Altdorf & *Altorf*; Altdorfium Helvetiæ, Altorfia Franconiæ.
Altenburg; Altemberga Tranſylvaniæ, Altemburgum Miſniæ; Flexum Hungariæ.
Altenhofen; Arrianum in Auſtriâ, Vacorium in Norico.
Altenhohenaugh; Oenipons Vindelicæ.
Alter, *Aerra*; Elteri, Elterium.
Alth, Germanis, *Olth*, Hungaris; Aluta, fl.
Altino; Altinum ſub dit. Venetâ; Altinum, Altinium Pannoniæ.
Altmul, *Atmul*; Alemannus, Almonus.
Altoboſce; Colophon.
Altophen; Herculia.
Altomonte; Balbia, Altomontium.
Alton; Altonium.
Altorf; Altorfia Franconiæ.
Altrip; Alta ripa.
Altſol; Altiſolium.
Altzheim; Aliſo.
Altzia, *Alzia*; Alſiatum.
Alverton; Alvertonia.
Alway, *Allaway*; Aluva.
Alyne; Alineus lacus.
Alzagar; Oaſis, Avaſis.
Amalfi, *Malfi*; Amalphis.
Aman; Apamia, Apamea, Epiphania.
Amance; Amantia, Almentia Lotharingiæ.
L' Amanthea; Amantia, urbs Italiæ.
Amarante; Amaranthus, Ara ducta.
Amber; Ambra.
Amberzee; Ambræ lacus.
Amberg; Amberga.
Ambleſide; Amboglanna.
Amboiſe; Ambaſia.
Ambresbury; Ambresburia, Ambroſii vicus.
Ambrun; Eborodunum, Ebrodunum.
Amegara; Palmyra, Adrianopolis Syriæ.
Amendolara; Heraclea Græciæ magnæ; Pelicore.
Amendolia; Peripolis, Peripolium.
Ameren, aliàs *North-Strandt*; Auſtriana, Gleſſaria.
Amid, ſive *Hemid* Turcis, *Simiſo* incolis; Amiſus, Amiſum.
Amid, Turcis *Carahemid*; Amida, Ammæa.
Amiens; Samarobriva, Ambianum.
Amiterno; Amiternus, Amiternum.
Ammeren, *Mierle*; Mederiacum.
Amonde, *Almonde*; Almon, fl.
Amorbach; Amorbachium.
Amorgo, *Amurgo*, *Murgo*; Amorgos, inſ.
Ampela; Ampelos Cretæ.
Amper, *Ambre*, *Brag*; Ambra.
Ampignone; Empulum.
Ampurias; Emporiæ.
Amſterdam, *Amſtelredam*; Amſtelodamum.
Amuzon, *Mezo*; Amizon.
Anaduole, *Pegian*, *Acoionlu*; Armenia minor.
Anagni; Anagnia.
Anan; Ananus, prom. Scotiæ.
Anand; Anandus fl.
Anandale vel *Annandale*; Anandia prov.
Anatolaidag; Olympus.
Anatoria; Tanagra, Græa, Gephyra, Oropus.
Anazzo, *Torre d' Anaſſo*; Egnatia, Gnatia.
Anchialo, *Anchelo*, *Kenkis*; Anchialus.
Anchora; Aſine.
Andaluzia; Andalufia, Vandalitia.
Andernach; Antenacum, Antonacum, Antunacum, Anturnacum.
Andernopoli, *Andrinopoli*, *Endrem*; Adrianopolis.
S. *Andero*; Andreapolis Biſcaiæ, Flavionavia.
Ander Thur; Adfines.
Andorio; Mandorium.
L' Andramiti; Adramittium, Atramyttium, Adramitteos, Pedaſus.
S. *Andrea*; Antirrhium.
Andres; Androſia.

Andres;

S. Andres; Flavium Norici.
S. Andrews; Andreapolis, urbs Arch. Scotiæ.
Andujar el Viejo; Iliturgis, Illiturgis, Ilurgis.
Anduſe; Anduſa.
Anemora, Stalemura, Scalemura; Anemurium.
L'Anemo; Anemo, fl.
Anfiſa; Amphiſſa.
Angers, Angiers; Andes, Andegavia, Andegavum, Juliomagus Galliæ.
Angleſey; Mona.
Angleterre, L'Anglois; Anglia, Angli.
Anglona; Aquilonia.
Angotina; Acanthina.
Angoleſm, Engouleſme; Engoliſma, Inculiſma.
Angouri; Ancyra Galatiæ.
Anhalt; Anhaltium, Caſtrum; Principatus Anhaltinus, reg.
Anian; Anianum fretum.
Anjou; Andegavia, Ducatus Andegavenſis.
Annan, Annand, Annandale; Ananus; fl. Ananum, op. Anandia, prov. Scotiæ.
Annonay; Annoniacum.
Anone; Anonium.
Anſa, Auſa, Limino, Lizonzio; Alſa, Alſuavus.
Anſedonia; Anſidona, Coſæ.
Antali; Attalia.
Anthill ſive *Ampthill*; Antilia.
Anthios; Antinoe Ægypti.
Antibe; Antipolis, Athenopolis.
Antignano; Pauſilypum.
Antilles vel *Caribby Iſlands*; Antillæ; qu. Anthropophagorum Inſulæ.
Antimilo; Antimelos, Thera, Calliſte.
Antioch; Antiochia Syriæ, Antiochia juxta Daphnen.
Antiochetta; Antiochia Ciliciæ, Antiochia ſuper Cragum.
Iſola di S. *Antioco*; Enoſis, Sulcitana.
Antiparo; Antiparos, Præpeſinthus.
Antivari; Antibarum, Doclea.
Antragues; Sicca, Sicca Veneria.
Antrim; Antrimum.
Antrodoco, Interdoco; Interocrea, Interocreum.
Antwerp, *Anvers* Gallis, *Antorf* Germ. *Anveres* Hiſp. *Anverſa* Ital. Antverpia, Andoverpum, olim Atuatum, Atuacutum.
Capo d'*Anzo*; Torre d'*Anzo*; Antium.
Aochora, Acor; Icoſium.
Aouſt; Auguſta Prætoria.
Apea, Eſpejo; Aſpavia.
Appennine; montes Appennini.
Rio d'*Appio*; Almo,
Appleby; Aballaba, Abellaba.
Aprio; Apros, Apri, Theodoſiopolis.
Apte, Atte, Xat; Apta Julia.
Aqua, Carrathaſſan; Calpas.
Aqualagna; Aqualania.
Aqua pendente; Aquila, Acqula, Aquæ Taurinæ.
Aque dolci; Calacta.
Aquedotto; Vitis.
Aquitain; Aquitania.
Araciol, Arexil, Arraiola, Araquil; Aracillum, Aracælum, Aracelum.
Araclea; Perinthus, Perintheras, Peralia, Heraclea, Mygdonia.
Aragelaran, Melitene.
Aragon; prov. Aragonia, Hiſpania Tarraconenſis.
Araw; Aravus, fl.
Arbeca; Urbicua.
Arbia; Alma, fl.
Arbois; Arboroſa.
Arbon; Arbor felix.
Arcadia; Cypariſſi, Cypariſſia, Cypariſſos, Haliartus.
Arcas; Arcabriga.
Arce; Arcanum.
Arces, Arzes; Arſinoe, Arzus,
Archiech; Oroſa, Alinza.
Archipelague; Mare Ægæum.
Arcis ſur Aube; Arciaca ad Albam.
Arclo; Arclovium.
Arcos; Arcenſium colonia, Arcobriga.
Arden; regio Palmyrene.
Ardenner-walde, la foreſt d'Andenne; Arduenna.
Ardermouth-head; Novantum promontorium, Novantum Cherſonneſus.
Are; Arus, fl.
Arensburg; Arensberga, Arensburgum, Aresburgium.
Areſgol; Siga.
Arezzo; Arretium, Arrhetium, Aretium.
Arga; Aragus, Agrada.
Argentan; Argentomachum, Argantomagum.
Argentiere; Argentuaria, Argentaria.
Argentine, Argenton, Argent; Argenteus, Argentius, fl.
Argentine; Strasburgum, Argentina, Argentoratum.
Argenton; op. Argantomagum, Argentomagum.
Argiro caſtro; Antigonia.
Argiſch; Argidava.
Argo; Argos Peloponneſi.
Ariano; Arianum.
Aricanda; Moſon.
Arles; Arelatum, Arelas, Arelate, Theline.
Arlon, Arlun; Orolaunum, Ara Lunæ.
Armagh; Armacha, civitas; Armachana provincia.
Armagnac; Comitatus Arminiacenſis.
Armaſon; Armentio, fl.
Armenua; Medobriga.
Armenza; Armentia.
Armiro; Pagaſæ, Pagaſa.
Arnheim; Arenacum.
Arno; Arnus, fl.
Arundel; Aruntina.
Arpaia, Harpadium, Harpinum.
Arqua; Libarna.
Arrades; Quina.
Arraiola; Aracillum, Arocelum.
Arras; Atrebatum, Rigiacum, Origiacum.
Arriana; Abditana.
Ars; Florius, fl.
Arſingan; Aziris, Theodoſiopolis.
Artinia; Ætolia, Hyanthis.
Artois; Arteſia, Atrebatum regio.
Arvas; Narbaſorum regio, Narbaſum montes.
Arzeil; Zilia, Zelis.
S. Aſaph; Aſaphopolis.
Aſchburg; Aſciburgium.
Aſcherne, Aſcheten; Aſcarna.
Aſcoli; Aſculum Picenum.
Aſcoli di Saturno; Aſculum Appulum.
Aſhburton; Asburtonium.
Aſhdod; Azotus.
Aſna; Syene.
Aſnan; Metacompſo, Tacompſon, Tachempſo.
Aſolo; Aſulum.
Aſoph; Tanais urbs.
Aſopo; Aſopus, fl. & op.
Aſpahan, Haſpachan, Spahawn, Iſpahan; Aſpahanum.
Aſpe; Aſpartuca, Aſpaluca.
Aſperoſa; Abdera.
Aſpra; Caſperia.
Aſpropotamo; Achelous.
Aſſin; Itys, fl.
Aſſur, Sur; Antipatris.
Aſtora, Stora, Stura; Aſtura.
Aſtorga, Aſtorgue; Aſturica Auguſta.
Atalib; Singara, Singoras.
Atellari; Elorum, Elorus, Helorus.
Atemuz; Artemiſium, Dianum, Nemorenſe promontorium.
Ateno; Atina, Atinum Lucaniæ.
Athens; Athenæ, Cecropia, Mopſopia; Ionia,
Athlone; Atlona.
Atienza; Novauguſta.
Atino; Atina Campaniæ.
Atteria; Aptera, Apteria, Apteron.
Atterith; Trimontium.
Attramittin, Landramiti; Adramyttium, Atramytteum, Thebæ Troadis.
Avallon; Aballo.
Inis *Avalon, Glaſtenbury*; Avalonia.
Aube; Alba, Albula, fl.
Auch; Auguſta Auſciorum.
Aude; Atax, fl.
Avello, Avellino; Abella, Abellinum.
Aven; fl. Avo, Avenna.
Avenche; Aventicum, Avanticum.
Aven-moor, Broad-water; Dabrona.
Aufente; Ufens, Oufens, Aufens palus Pomptina, vel Pontina.
Auff der Stay, Eſtay; Vogeſus.
Augsburg ſeu *Auſpurg*; Auguſta Vindelicorum.
Augſt; Auguſta Rauracorum.
Avila; Abula.
Avin; Avinus, fl.
Avington; Abo, Abonis, op.
Avinion, Avignon; Avenio, Petrarchæ & Boccatio Babylon.
Biſhops *Aukland*; Auklandia.
Aulceſter; Alceſtria.
Auldby; Derventio.
Aunay; Aunedonacum.
Avon; fl. in agro Durotrigum; Alaunius.
Avon; fl. in comitat. Somerſet: Abo, Abonis, Avona.
Avon; fl. Walliæ, Avo.
Aurach; Aureatum.
Aurais, Capo Gibranel; Audus.
Auranches; Abrincæ.
Auron; Eura.
Aurſpurg; Arupenum, Arupinus.
Auſt-clive; Trajectus.
Auſtraſie, Weſtrick; Auſtraſia.
Autun; Auguſtodunum, Hedua.
Autunois; Tractus Auguſtodunenſis, Æduorum ſeu Heduorum regio.
Auvagdoune; Achadia.
Auvergne; Alvernia, Arvernia.
Aux, Auſch; Auguſta Auſciorum.
Auxerre; Altiſſiodorum, Antiſſiodorum, Vellaunodunum, Autricum.
Auxois; Alexienſis tractus.
Axar, Azar; Anazarbus Cyinda, Diocæſarea.
Axholm; Agelocum, Segelocum.
Axminſter; Axa.
Aydone; Aydunum.
Ayſham; Æleſhamia.
Aymonte; Aymontium.
Aynadeki; Aynadechium.
Aynhoe on the Hill; Aynhoa.
Ayton; Aquila, Calydon.
Azafi; Solis mons.
Azamor; Thymiateria.
Azech, Rio tinto, Iberus, fluviolus in Hiſp. Bætica.
Azelburg; Acilia Auguſta.
Azoth; Bubaſtus, Bubaſtis.
Azumar; Septem Aræ, ad ſeptem Aras.

B.

Die *Baar*; Abnobi montes, Aunobii, Abnobæ.
Babolza; Pons Manſuetinus.
Bacala; Baracura, Bangela.
Bacar; Ituræa, Trachonitis.
Bacchiglione; Medoacus, Meduacus minor Bachilio.
Bacchrach; Bacchara, Bacchiaræ.
Bacchu; op. Albana.
Mar di *Bacchu*; Mare Hyrcanum, Caſpium.
Bacchach; Bacchi Aræ.
Bachian; Bacchianum.
Baden; Bada.
Badenoth; Badenacha.
Bagdet; Selucia, Bagdatum & vulgò Babylon.
Baieux; Bajocæ.
Balaguer; Ballegarium.
Baleſo; Baleſium.
Baltimore Bay; Baltimora.
Bamberg; (urbs Ital.) Balneum Regis & Balneoregium.
Bamberge; (urbs Germ.) Bamberga & Babenberga.
Banbury; Banburia.
Bantam; Bantamum.
Bangor, Bangorium, Borium, Bonium, & Brannogenium.
Banny; (Fl.) Buvinda.
Banneſdown; Badonicus Mons.
Bapaume; Bapalma, vel Balma.
Bar; Barum.
Barri; Baritum.
Barbary; Barbaria.
Barcelona; Barcino.
Barkſhire; Bercheria.
Barleduc; Barro-ducum.
Barnſtaple; Barnaſtapula.
Barow; (Fl.) Birgus.
Baſenburg; Baſenburg, vel Batavorum Arx.
Baſil; Baſilea.
Le *Baſſigny*, Baſſianicus ager.
Bath; Bathonia.
Bauge; Balgium.
Baugency; Balgentiacum.
Bayonne; Baiona.
Beauſe; Belſia.
Beaumorice vel *Beaumariſh*; Bellomariſcus.
Belgrade; Taurinum, Alba Græca.
Belinzona; Berniſola.
Belvoir vel *Bever*-Caſtle; Margidunum.
The Belt, Mare Balticum.
Belluno; Belunum.
Benevento; Beneventum.
Benfordbridge; Vennonæ.
Bergen; (op. Germ.) Berga.
Bergen Op. Zoom; Bergæ ad Zomam.
Bergerac; Bergeracum.
Berlin; Berlinum, vel Berolinum.
Bern; Berna.
Beſiers; Bœtarra.
Binchester; Bimonium.
Bingben; Bingium.
Berwick; Bervicum.
Beverly; Petuaria.
Biron; Bironium.
Blackwater; Idumania.
Bloys; Bleſæ.
Bobbio; Bobium.
Bodmin; Bodminia.
Boiano; Bovianum.
Bologna; Bononia.
Boiſleduc; Boſcum ducis.
Bolloigne; Bolonia, vel Geſſoriacum.
Bon; Bonna.
Bourges, Bituricæ, Biturigum, & Avaricum.
Bourbon; Boia.
Bornholm; Boringia.
Boucher; Bonium.
Borneo; Borneum.
Bourdeaux; Burgidala.
Braga; Brachara.
Brampton; Bremenium.
Brandenburg; Brandenburgum, vel Brennoburgum.
Brecknock; Brechinia, & Loveantum.
Bremen; Brema.
Breſt; Brivates.
Bretaigne; Britannia minor ſive Aremorica.
Breſlaw; Uratiſlavia, Budorgis.
Brentwood vel *Burntwood*; Cæſaromagne.
La *Breſſe*; Breſſia.
La *Brie*; Bria.
Bridgwater; Brigewatera.
Bril; Briela.
Brien; Briocum.
Briſat; Briſacum.
Briſtol; Briſtolium, vel Venta ſilurum.
Brituin; Britannia.
Bray Hundred; Bibroci;
Broadwater; Dabrona & Daurona.
Bruges; Brugæ.
Brunaw; Brundunum.
Brunſwick; Brunſwicum, vel Brunopolis.
Bruſſels; Bruxellæ.
Burgoin; Bergusia.
Bulneſs; Blatum ſive Bulgium.

C.

Cabe; (Fl. in Hiſp.) Chalybs.
Cabo de *Gates*; (promont. in Hiſp.) Charidemum.
Cacelina vel *Calcitia*; (Turcis) Chalcedon.
Cachan; Cachanum.
Cadiz; Gades.
Caen; Cadomum & Cadomus.
Caermarthen; Maridunum.
Cahors; Cadurcum.
Cairo; Alcairus, Babylon, & Memphis.
Calamata; Calama.
Calmar; Calmaria.
Calais; Caletum, Geſſariacum.
Calenberg; Ceſius Mons.
Calecut; Calecutium.
Calviſano; Forum Calviſii.
Cambridge; Cantabrigia, Granta.
Canada; Nova Francia, Canada.
Candie; (Inſ.) Creta.
Candia; (urbs Cretæ) Matium vel Mætium.
La *Canea*; Cydon.
Canarvan; Arvonia.
Canary Iſlands; Canariæ, Inſulæ Fortunatæ.
Canterbury; Cantuaria.
Canoſa; Canuſium.
Carthago; olim dicta Caccabe.
Cardigan; Ceretica, Cardiganum.
Cardiff; Cardiffa.
Carneen; Carnithia.
Carliſle; Carleolum, Cataractonum, Luguvallum.
Carlingford; Carlingfordia.
Carpen; Carpis.
Caraman; Cilicia, Caramania.
Cariſiena; (op. Hiſp.) Illiturgis.
Carloſtadt & *Carlowith*; Caroloſtadium.
Cartagene; Cartagena, Carthago Nova.
Caſal; Caſale, Bodincomagus, & Induſtria.
Caſſo; (Inſ.) Caſus.
Caſſaro; Cacyron.
Caſſhaw; Caſſovia.
Caſſuben; Caſſubia.
Caſtomena; Claudiopolis.
Caſan; Caſanum.
Il Caſſarillo di S. Maria; Forum Appii.
Le *Caſe*; Caſſium.
Caſhel; (urbs Hibern.) Caſſilia, Caſella.
The Caſpian Sea; Mare Caſpium, ſive, Hyrcanum.
Caſſan; (urbs Perſ.) Raga, Rhages.
Caſtel; (vicus Germ.) Trajani Monumentum.
Caſtel Fiori; Vibii Forum.
Caſtleford; Lagecium.
Cathneſs; Cathneſia.
Catigan; Chatiganum.
Catay; Cataia, & Regio Chætarum.
Catalonians; Catalaunii.
Caterlagh; (urbs Hibern.) Caterlogum.
Catwyck; Cattorum vicus.
Caudebec; Calidobecum.
Cavado; (Fl.) Cadavus.
Ceylan; (Inſ.) Ceylanum, Trapobana.
Chalons Sur Saone; Caballinum.
La Charente; (Fl.) Carenthonus; Canentetus.
Chabria vel *Celabro*; Fluv. Chabrius.
Chamb; (urbs Germ.) Chamum.
Charenton; Charento.
Cheropols; Chariopolis.
Le *Cher*; (Fl. Gall.) Charus, Carus, & Caris.
Cherſo; (urbs Tauricæ) & *Chirroniſo*; (urbs Cretæ) Cherroneſus vel Cherſoneſus.
Chicheſter; Ciceſtria.
Chincon; Cincum.
Chiaſtegio; Claſtidium.
Chiuſi; Cluſium.
Charibby-Iſlands; Antillæ, Caribbæ.
The Chanel; (Mare inter Angl. & Galliam) Britannicum Mare, Fretum Britannicum.
Chabby; Cabliacum.
Chantilly; Cantilliacum.
Charing; (vicus Angl. in Cant.) Durolevum.
Chard; Chardum.
Charleroy; Caroloregium.
Charleville; Charolopolis.
Charleiu; Carilocus.
Chepſtow; Chepſtovium.
Chartres; Carnutum, Antricum.
Chermont; Mons Caprarum.
Cheſopeack Bay; Chelopecus Sinus.
Cheſter; Ceſtria, Divana, Civitas Legionum.
Chevrenſe; Capruſium, Caproſia.
China; Sinarum Imperium, China.
Chineſe; Sinæ, (populi Aſiæ.)
Civita; Vecchia, Centum Cellæ, Civitas vetus.
Cimæra; (urbs Epir.) *Chimæra*.
Cirenceſter; (vulgò Ciceſter) Circeſtria.
Ciſteaux; Ciſtertium.
La *Cioutat*; (Urbecula Gall.) Civitas.
Cleves; Calonis.
Clairvaux; Claravallis.
Clare; (op. Angl.) Clarentia.
Clagenfurt; Claudia.
Cleven; Clavenna.
Cleve; Clivia.
Cloney; Clona, & Cluanum.
Clonfert; Clonfertia.
Clyid; (Fl. Scot.) Clota.
Conmel; Conmellium.
Coblentz; Confluentes.
Cockermouth; Cockermutium.
Colcheſter; Golceſtria, Camalodunum; olim, Colonia.
Cochin; Colchi.

Cocket Iſland; Coqueda.
Cornio; (promont.) Ciconium.
Coloczi; Colona.
Colbrook; Pontes.
Cologne; Colonia, Agrippina.
Coln; Colonia ad Spreham, vel Colonia Brandeburgica.
Coimbra; Conimbrica.
Colmar; Argentuaria, Colmaria, Columbaria.
Colrain; Calranum.
Conde; (op. Belg.) Condatum.
Connaught; Connatia.
Conway; Connovium.
Conſenze; Conſentia.
Conſtantz; Conſtantia.
Conſtances; (urbs Norm.) Conſtantia Caſtra.
Cork; Corcagia.
Corvie; Corbeia.
Corfu; (Inſ.) Corcyra.
Cordova, Corduba, Colonia Patricia.
Corinth, *Corinths* vel *Coranto*; Corinthus.
Cornwall; Cornubia.
Cortryck; Corteriacum.
Compoſtella; Brigantum, Janaſum, Compoſtella.
Congo; Regnum Congum.
Conty; Contiacum.
Copenhagen; Hafnia, & Codania.
Coraſan; Parthia Bactriana.
Corona; (urbs Tranſylv.) Stephanopolis.
Coſſacks; Coſaci.
Courtray; Cortracum.
Cowbridge; Bonium, vel Bovium.
Coventry; Coventria vel Conventria.
Coverden; Covordia.
Courtenay; Cortenæum.
Cratow; Cratovia, Gracchopolis.
Crevant; Crevantium.
Crimſby; Tartaria Minor vel Taurica Cherſoneſus.
Crim; (urbs Tart.) Crimæas.
Croatia; olim Liburnia.
Croats; Croatæ, Chrobatæ, & Colapiani.
Creitznach; Crucinatium.
Creſſy; Creſciacum.
Croidon; (op. Angl.) Neomagus.
Culin; (urbs Pol.) Culmia.
Cumberland; Cumbria.
Czeſlaw; Craſſavia.

D.

Dantzick; Dantiſcum, Gedanum.
Danow; (fl.) Danubius, Iſter.
Dain, Damum.
Darwent; (fl.) Derventio.
Daventre; Daventria.
Danneberg; Danorum Mons.
The Dardanells; Dardanellæ.
Daniſchewoldt; Danica Sylva.
La *Dauphine*; Delphinatus.
Denmark; Dania.
Dee; (fl.) Deva, Deuva.
Dean-Foreſt; Danica Sylva.
Derby; *Derbia*.
Dermond; Teneramunda.
Delfo; (urbs Phocidis) Delphi.
Delft; (urbs Holland.) Delphi.
Denbigh; Denbiga.
The County of Deſmond; Deſmonia.
Devonſhire; Devonia.
Deviſes; Diviſæ.
Deux Ponts; Bipontium.
Dilinghen; Dilinga.
Dijon; Divionium.
Diep; Deppa.
Diarbech; Diarbechia, & Meſopotamia
Dieſt; Dieſta.
Dirſchow; Dirchovia.
Doncaſter; Camelodunum.
Dorcheſter; Durnovaria, Durnævaria, Durnum.
Dorceſter; Dorceſtria.
Dordrecht vel *Dort*; Dorderacum.
Dorſetſhire; Dorſetia.
Dorſetſhiremen; Dutrotriges.
Dover; Dubris.
Doway; Duacum.
Down; (urbs Hibern.) Dunum.
Doggers-bank; Canis Syrtis.
Dole; Dola, Dolenſis urbs.
Dourlac; Durlacum.
The Douy; (fl. in Wallia) Devus.
Dreſden; Dreſda.
Drogheda vel *Tredagh*; (urbs Hibern.) Ponta, Drogheda.
Dublin; Dublinium, Dublinia, Eblana.
Dunbar; Dumbarum.
Dunblain; Dumblanum.
Dunkelden; Duncheldinum.
Dunkerk; Dunquerka.
Durham; Dunelmum.
Duraxxo; Epidamnus, Dyrrhachium.
Drummore; Dromoria.
Dumferling; Dumfermelinga.
Dunbarton; Dunbritonium.
Dundee; Deidonum.
Dunkeran; Ivernus.
Dunſtaple vel *Dunſtable*; Magiovinum, & Duniſtabulum.
La Durance; (fl.) Druentius, Durantius.
Duras; Duratii & Duratium.
Durlach; Budoris, Durlacum.

E.

The East Sea; Mare Balticum.
Eaton; Etona, vel Ætona.
Edenburgh; Edenburgum, Alata Caſtra.
Edenborough Fryth; Bodotria, Æſtuarium Scotiæ Meridionalis.
Edge-hill; Edgemons.
Edgeworth; Sulloniacæ.
Eiſenac; Eiſenacum.
Eiſleb; Eiſleba.
Elb; (fl.) Albis.
Elbing; Elbinga.
Elbeuf; Elbovium.
Elgin; (op. Scot.) Elgis & Elgia.
Elſenore; Elſenora.
Ely; Elia, vel Elis.
Embden; Amaſia, Embda.
Enchuyſen; Enchuſia, vel Enchuſa.
England; Anglia.
Engliſhmen; Angli.
Engoleſm; Engoliſma, vel Egoliſma.
Epenburg; Epona, Epinaburgum.
Erford; Erphordia, Bicurgium.
Erpach; Erpachium.
The Eſcurial; Eſcuriale, ſeu Eſcuriacum.
Eſchneck; (op. Hung.) Cæſarea.
Eſpernon; Sparnonum.
Eſpernay; Aſpreniacum, Sparnacum.
Eſſex; Eſſexia.
Evoli; Ebolum vel Eburi.
Evora; Ebora.
Evre; (fl.) Ebura.
Eureux; Mediolanum, Eburovicum.
Exeter; Exonia, Iſca.
Eychſtadt vel *Eyſtadt*; Aureatum, Eiſtatum aut Quercopolis.

F.

Fabregas; Forum Domitii.
Fabriano; Fabrianum.
Faggiano; Uffugum.
Faial; (Inſ.) Faialis.
Fair Foreland; Rhobogdium.
Fair Iſle; (Inſ. Scot.) Caloneſus.
Fair Iſle; (Inſ. Oceani Germ.) Dunna & Fara.
Faence vel *Faenza*; Faventia.
Fieſole; Fæſulæ.
Falmouth; Falmuthum, Voliba.
Faloiſe; Falleſia.
Falckenſtein; Falconis Petra.
Falkenburgh; Falconis Mons, Coriovallum.
Famagoſta; Ammochoſtos, Arſinoe, Fama Auguſta.
Faumars; Fanum Martis.
Fano; Fanum Fortunæ.
Feldkirk; Veldtkirchium, & Feldkercha.
Fermanagh County; Comitatus Fermanagenſis.
Ferento; Ferentia vel Ferentinum.
Ferns; Fernæ.
Ferona; Feronia.
Ferrara; Ferraria.
Fez; Fezza, vel Volubilis.
Fermo; Firmium, Firinum.
Feurs, Dalecampio, Forum Seguſianorum.
Ferreirs; Ferrariæ.
Ferryland; Avallonia.
Ferro; (Inſ. in Ocean. Calcedon.) Gleſſariæ.
Fiorenza; Fiorentia, Fluentia.
Fiorenzola; Fidentiola.
The Fife; Fifa.
Figarolo; Varianus Vicus, Vicus Aurelii.
Finale; (op. Ligur. Maritim.) Finarium, Pollupice.
Final de Modena; (op. in ducatu Mutinenſi) Finalium.
Finland; Finnonia, Finnia, Finlandia.
Finmark; Finmarchia.
Flanders; Flandria, & populi Flamingi, & Flandrenſes, Flavia Æduorum, aliis Flaviniacum, Flavigny.
Fluſhing; Fleſhinga.
Flint; Flintum.
Flintſhire; Flintenſis Comit.
Florence; (Italis Fiorenza) Florentia.
Flenry; Floriacum.
St. *Flaur*; Floriopolis.
La *Fleche*; Flexia.
The Fly (Inſ. Belg.) Flavo.
Foiano; Flavianum, Flavinianum.
Forth; (fl. Scot.) Forthea.
Forli; Forum Livii.
Forlimpopoli; Forum Popilii.
La *Foglia*; fl. Iſaurus, & Piſaurus.
Fontainbleau; Fons Bellaqueus.
Fontarabia; (op. Hiſp.) Fons rapidus.
Fonteney; Annedonacum, Fontinæum.
Friburgh; Friburga, Cardabiaum.
Friuli; Forum Julium.
Freius (urbs Gall.) Forum Julium.
France; Gallia.
Frenchmen; Galli.
Franckfurt on the Main; Francofurtum ad Mænum, Helenopolis.
Franckfurt on the Oder; Francofurtum ad Oderam.
Franconia; (Reg. Germ.) Francia Orientalis.
Franeker; Franekera.
Fraſſineto; Fraxinetum.
Freſno; Fraxinum.
Fryſingen; Friſinga, Fraxinum.
Franca; Villa, Ferentanum, Frentanum.
The French County; Burgundiæ Comitatus.
Frankendal; Francodalia.
I'l Freddano; (fl.) Egelidus.
Freisenwaldt; & Fridwalt Colancorum.
Freiſland; Friſia.
Fulden; Fulda.
Funfkirchen; (urbs Hungar. Inf.) Quinque Eccleſiæ.
Furſtenaw; Aſcancalis.

G.

Gaen (urbs Hiſp.) Gienaum, Gienna.
Gaiazzo; Calatia, Galatia.
Gainſborough; Geneſboravia.
Galicia vel *Galizia*; Gallæcia.
Galilee; Galilæa.
Gallipoli; Callipolis.
Galloway; Gallovidia.
Galway; Galliva, Duacum.
Gambulo; duæ Columnæ, Gembolatum, Campolatum.
Gap; (urbs Gal.) Vapincum.
Garnſey; (Inſ.) Garnſeia, Sarnia.
The Garonne; (Fl.) Garumna.
Gaſcoine; Vaſconia, Novempopulana.
Gaſcons; Vaſcones.
Gaſtental; Geſodunum.
Gateſhead; (vicus Angl.) Gabroſentum.
Geertruydenberg; Gertrudenberga, Mons S. Gertrudis.
Geneva; Aurelia, Colonia Allobrogum.
Genezareth; Galilææ Lacus, Mare Tiberiadis.
Genova; Genna.
St. *Georgio*; (urbs Sarmatiæ) Geruſa.
Georgians; (pop Aſiæ.) Georgi.
St. *Georges Channel*; (Mare inter Angliam & Hibern.) Verginium Mare, & Mantica Sti. Georgii.
Gheſna; Gneſna.
Gibraltar, Gibraltara, olim Calpe.
Ginoſa; Gnoſus, ſive Cnoſus, & Cnoſſus.
Girona; (Hiſp. urbs) Gerunda.
Glamorgan; Glamorgania, Morganuccia.
Glaſcow; Glaſquum, Glaſcovium.
Glaſſenbury; Glaſconia.
Gloceſter; Gloceſtria, Claudia, Claudia Caſtra Clevum, & Glovernia.
Glogow; Glogavia.
Gluckſtadt; Gluckſtadium; Ticopolis.
Godmancheſter; Durolipons, vel Durofipons.
Godmundingham; Delgovitia.
Goths; Getæ, Gothi vel Gotthi, hodie Poloni.
Gothland; Gothia.
Gottenburg; Gottinga, Gotheburgum.
Gottorp; Gottorpium.
Gradiſcha; Gratiana.
Gran; Strigonium, Iſtro-granum.
Granada; Granata & Granatum.
Granzebain; (Mons Scot.) Grampius.
Gratz; Graiacum, Greecium, Savaria.
Grave; (urbs Brabant.) Gravia.
Graveling; Gravelina.
Graveſend; Graveſinda.
Greenland; Gronelandia.
Grenoble; Gratianopolis.
Greenwich; Grenevicum.
Greece; Græcia.
Gripſwald; (urbs Pomer.) Gripſwaldia.
The Griſons; Griſones, Rhæti, Canini.
Groenemberg; Bergæ S. Vineci.
Grol; Grolla.
Groningen; Groninga.
Guarda; (urbs Luſit.) Guarda.
Guelderland; Gueldria.
Guiney; Guinea.
Guienne; Aquitania, & Guienna.
Guilford; Neomagus.
Guiſe; (op. Gall. in Picard.) Guiſa.
Gyen; Genabum.

H.

Hagenaw; Hagenoa.
Hague; Haga Comitis.
Hailbrun vel *Heilbrun*; Hailbruna, Aliſum, Fons Salubris.
Hainault; Hannonia.
Halberſtadt; Halberſtadium, Alberti urbs.
Hall; Hala.
Hallandt; (prov. Sueciæ) Hallandia.
Halyfax; Olicana, Sacri Capilli.
Hamburg; Hamburgum.
Hamelen; Hamela.
Hamilton; Hamiltonium.
Hammer; Hammaria.
Hampſhire; Hantonia.
Hampton Court; Hamptoni Curia, vel Hampton Curta.
Hanover, Hanovera.
Hanſe Towns; Hanzeaticæ, vel Anzeaticæ urbes.
Hardevic vel *Hardybones*; Hardervicum.
Hartford; Herfordia, Durobrivæ.
Harleem; Harlemum.
Harlingen; Harlinga.
Haro; Harum.
Harwich; Harvicum.
Haſſelt; Haſſeletum.
Haſtings; Othona, Haſtinga.
Hartlepool; Harlepolium.
La *Havana*; Havana Portus in Cuba Inſ.
Havre de Grace; Portus Gratiæ.
Hedin; Hedena.
Heidelbergh; Heidelberga.
Henaw; Hanovia.
Helmont; Helmontium.
Helmſtadt; Helmeſtadium.
Hereford; Herefordia, Ariconium.
Herford vel *Hervorden*; (urbs Weſtph.) Hervordia.
Hermanſtadt; Cibinium.
The Land of Heſs; Haſſia, & populi Catti, Heſſi & Tincteri.
Heuſden; Heuſdena, & Heuſdenum.
Heverham; Haugulſtadium.
Heuxter; Huxaria, Hoxtera, & Hoxaria.
Hexham; Axelodunum.
The Highlands; Highlandia, Scotia Superior.
Hildeſheim; Aſcalingium, Hildeſia Brennopolis.
Hippo; Hippo Regius.
La *Hogue* (port. Gall.) Ogigia.
Holderneſs; (promont. Angl.) Ocellum.
Holland; Hollandia, Batavia.
Hollanders; Batavi, Hollandi.
Holſace; Holſatiæ Ducatus.
Holſtein; Holſatia.
Holy Iſland; Auguſtaldia, Lindiſfarnia.
Hudſons Bay; Hudſonis Sinus.
Hull; Petuaria, Hullum.
The Humber; Abus.
Hungary; Hungaria, Pannonia inferior.
The Huns; Hunni, Abares, vel Avares.
Huntington; Huntingtonia, Durolipons Venantodunum.
Hyde vel *Hyth*; Hyda vel Hytha, (Port Angl.)

I.

Jalines; (Cypri urbs) Macaria.
Jene; Jena (urbs & Academ. Germ.)
Jericho; dicta etiam Civitas Palmarum.
Jerſey; Cæſaria.
Jeruſalem; Hieroſolyma, Salem, Jebus, Ælia.
Induſtria; (op. Liguriæ) Bodincomagum.
Ingelheim; Ingelheimum.
Ingolſtadt; Ingolſtadium.
Inſtadt; Boiodum.
Innerneſs; (op. Scot.) Innernium.
Jordan; (Fl.) Jordanes.
Ireland; Hibernia, Jerne, & Jernia.
Iſland; Iſlandia.
Iſola; (urbs Ital.) Interamna.
Italy; Italia.
Judea; Judæa, Chananæa, & Promiſſionis terra.
Juliers; Julia.
Jutland; Jutia, Cimbrica, Cherſoneſus.

K.

Kalis; (urbs Polon.) Caliſium, & Kaliſium.
Kalmar; (urbs Suec.) Calmaria.
Kaminiec; Camenicia, & Clepivada.
Cape of good Hope; Caput bonæ ſpei.
County of Kerry; Kerrienſis Comitatus.
Keiſars Lautern; (urbs Germ.) Lutra, Cæſariopolis, Cæſario-Lutra.
Kemnitz; Chemnitium.
Kendal; Kendalia vel Candalia, vel Concangium.
Kent; Cantium.
Killalo; Allada, Laona Killalæa.
Kilmallock; Killocia, Kilmalocum.
Kilmacough; Duacum.
Kilmar; (Fl. Hibern.) Jernus, & Kilmarus.
Kildare; Kildaria.
Kilkenny; Kilkennia, Fanum Canici, & Canicopolis.
Kilmore; Kilmora.
Kinſale; Kinſalia.
Kings-Lyme; Linum Regis.
Kings-Town; (urbs Hibern.) Regiopolis.
Kingſton upon Hull; Petuaria, Hullum.
Konisberg; Mons Regius, Konisberga.
Knockfergus; (urbs Hibern.) Rupes Fergufii.
Koppenhagen; Hafnia; vide Copenhagen.
Krabats; (populi Croatiæ) Croati vel Croatæ.

L.

Labrit; Labretum, Lebreti vicus.
Laholm; Laholmia.
Lagan; (Fl. Hib.) Laganus.
Lagos; (urbs Hiſp.) Lacobrica, vel Lancobrica.
Lambeth; Lambetha, Lametha.
Lancaſter; Lancaſtria, Alion, Alone, Mediolanum.
Landaff; Landavia.
The Lands End; Promontorium Antivеſtæum.
Landaw; Landavia.
Langon; (op. Gall.) Alingonis Pons.
Langres; Andomatunum, & populi, Lingones.
Laon; Laudunum.
Languedoc; Occitania.
Lapland; Lapponia & Lappia.
Laudicha; (urbs Syriæ) Laodicea.
Lauſanne; Lauſonium, Lauſanna.
Lazenitz; Laciburgium.
Lebanon; (Mons Syriæ) Libanus.
Leeds; Ledeſia.
Leige; Leodium, Legia.
Leceſter; Leiceſtria, Legeceſtria & Leogora.
Leinſter; (prov. Hib.) Lagenia.
S. *Leo*; (urbs Ital.) Leopolis.

Leon; (urbs Hiſp.) Legio Septima.
Lemburg; (urbs Pol.) Leopolis.
Legorn; Ligurnus Portus.
Leipſwick; Lipſia, Lupfurdum.
Lemſter; (op. Angl. in Herefordiâ) Leonis Monaſterium.
Lenham; Durolevum.
Lennox (prov. Scot.) Elgovia, Lennoxia, Lelgovia, Levinia.
Leopol; Leopolis.
Lepanto; Naupactus.
Leſtithiel; Uxella, Uzella.
The Levant; Oriens.
Leverpool vel *Leerpool*; Liſerpalus.
Lewarden Leovardia.
Lewes; Leſua.
Leyden; Leida, Lugdunum Batavorum.
Le Lez; (fl.) Ledus, Liria.
Lichfield; Lichfeldia, Ager Mortuorum.
Liefland; Livonia.
Lille; Inſulæ.
Lillebonne; Juliobona.
Lillo; Lilloa.
Limoges; (urbs Gall.) Lemovicum, Auguſtoritum.
Limoſin; Lemovices, Limovici.
Limerick vel *Limbrick*; Limericum.
Lintz; (urbs Auſtr.) Lintia.
Lincoln; Lincolnia.
Lingen; Linga.
Littleborough; Agelocum, Segelocum.
The Lizard Point; Ocrinum, Dammoniorum Promontorium.
Lipſtadt; Luppia.
Liria; (op. Hiſp.) Leria, Leros.
Lisbon; Olyſippo, Ulyſſippo.
Liſmore; Liſmora.
Lithgo; Lindum.
Lynn; Linum Regis.
Lyons; (urbs Gall.) Lugdunum, olim Lugudunum.
Lyon ſe Samier; (op. Burgund.) Lugdunum Salinarum.
Lyppe; (fl. Germ.) Lupias, Lupia vel Luppia.
Lodi; (urbs Inſubriæ) Laus Pompeia.
Lombardy; Longobardia, Gallia Ciſalpina.
London; Londinum, Londinium, Lundinum, Auguſta Trinobantum, Longidunium.
London-derry; Roboretum, Deria, Derri, Novum Londinum.
Lorain; Lotharingia.
Lorch; Lauriacum.
Lorde; (op. Gal.) Lapurdum.
Loreto; Loretum.
Louth County; (in Hibern.) Lugenſis Comitatus.
The Louvre; Lupara.
Lovain; Lovanium.
Louthen; Lothiania, Laudonia.
Lubec; Lubeca & Lubecum.
Ludlow; Ludloa.
Lugg; (fl. Wall.) Logus.
Lunden; (urbs Scaniæ) Lundis.
Luneburgh; Luneburgum.
Lutterworth; Luttervortium, Lactodurum.
Lutzen; Lucena & Lutza.
Luxenburgh; Luxenburghum.

M.

Macedon; Macedonia, Æmonia, Mygdonia, Pœonia, Edonia, Pieria, & Emathia.
Madagaſcar; Monuthias, Cerne.
Madara; (urbs Afr.) Madaura.
Maderas; (Inſ.) Madera, Cerne Atlantica.
Madre; (fl. Aſiæ) Mæander.
Madrid; Madritum, Mantua Nova.
Maeſtricht; Trajectum Superius, Obtricium.
The Maes, or Meuſe; (fl.) Moſa.
Magdeburg; Magdeburgum, Meſnium.
Magellanes Streights; Fretum Magellanicum.
Magri; (Inſ.) Macris.
Maidſton; Madus, Vagniacum, Durobrus.
The Maine; (fl. Germ) Mœnus.
Malabar; Malabaria.
Malaga; (urbs Hiſp.) Malaca.
Maldon; Camudolanum, vel Camalodunum.
St. Mallo's; Maclovium.
Malorca vel *Mayorc*; (Inſ.) Majorica, Balearis Major.
Malmsbury; Maldunenſe Cœnobium.
The Maldivee Iſlands; Maldivæ.
Malmugen vel *Elbogen*; Malmogia.
Malta; (Inſ.) Melita.
The Iſle of Man; Monaœda, Monapia, Menavia, Eubonia.
Mancheſter; Mancunium.
Mansfield; (op. Angl.) Mandueſſedum.
Mansfeld; (urbs Germ.) Mansfeldia, Mannicampus.
Mangreſia; (urbs Aſiæ) Magneſia.
Mantoa; Mantua.
Maraſon (urbs Græc.) Marathon.
Marca di Ancona; olim Picenum.
Mare delle Zabacche; Mæotis, Palus Scythica, Carpalk, & Mare del Azath (Arabibus.)
Marleborough; Cunetio.
Marpurg; Marpurgum, Martisburgum, Mattiacum.
Le *Marne*; (fl. Gall.) Matrona.
Marſeilles; Maſſalia.
Martegne & Lac de Martegne; (urbs Celticæ) Maſtramelle & Maſtramela.
Maſcon; Matiſcona.
The Mayne; (fl. & op. Gall.) Meduana.
Meath; (prov. Hib.) Media.
Mechlin; Mechlinia.
Meckleburg; (urbs Germ.) Magnopolis.
The Medes; Medi.
The Mediterranean Sea; Mare Mediterraneum, Mare Magnum, Heſperium Mare, (& Hiſpanis) Mar de Levante.
Medway; (fl.) Meduacus.
Meiſſen; (prov. Germ.) Miſnia.
Melfi; Melphia, & Melphis.
Mendipp-Hills; Minarii.
Menlaſco; (fl. Hiſp.) Menlaſcus.
Merioneth-ſhire; Mervinia.
Mersburg; Martinopolis.
Meſſina; Meſſana.
Il Faro di Meſſina; Mamertium Fretum, Rhegium Fretum, Siciliæ (aut Siculum) Fretum.
Metelen; (Inſ.) Mytilene, Lesbos.
Metz; (urbs Germ.) Moguntia, Magontiacum, Mecontiacum, & Magontia.
Metz; (urbs Lotharingiæ) Metæ, Metis & Mediomatricus.
Middleborough; Metelli Caſtrum.
Millain; Mediolanum.
Mileto; Miletum.
Minden; Minda.
Miſitra; Lacedæmon.
Modena; Mutina.
The Molucca Iſlands; Molucæ.
Monmouth; Monumethia.
Mons; Montes.
Montgomery; Mons Gomericus.
Montpelier; Mons Peſſulanus.
Montroſs; Celurca.
Montizon; Menteſa.
Monte Marſo; (Mons Ital.) Maſſicus.
Moravians; Moravi, Marcomanni.
Morocco; Morochium.
Moors; Mauri.
Morpheth; Coriſtopitum.
Moſcow; Moſcua vel Moſcha.
The Moſelle; (fl.) Moſella, Obrincus.
Munchen; Monacum, vel Monachium.
Munſter; (urbs Ger.) Monaſterium, Minigroda.
Munſter; (prov. Hib.) Momonia.
Murray; (prov. Scot.) Moravia.
Muſcovy; Moſcovia, Ruſſia Magna.

N.

Nancy; Nanceium, Nancium.
Nantes; Nametæ, Corbilo.
Nantes Compté; Nannetenſis Comitatus.
Nameurs; Namercum.
Nantwich; Vicus Malbanus.
Naples; Neapolis, olim Parthenope.
Naſeby; Naſebium.
Naſſau; Naſſovia.
Naumburgh; Neopyrgum, Nova Caſtra.
The Necker; (fl.) Nicer, Neccarus.
Nigrepont; (Inſ.) Inſula Eubœa.
Negropont; (urbs) Chalcis.
Negro's; (Populi Afr.) Nigritæ.
Nesper; (fl.) Boryſthenes.
Netherlands; Belgium, Germania inferior.
Nemingen; Noviomagum.
Newbery; Neoburgum, Spinæ.
Nevers; (urbs Gall.) Nivernum, & Nivernæ, olim Noviodunum.
Newhaven; Novus Portus.
Newport; Portus Novus.
New Caſtle; Novum Caſtrum, Gabroſentum.
New England; Anglia Nova.
Newark; Nevarca.
Newhauſel; Neoſelium.
Newſtadt; Nova Civitas.
Nichor; (Turcis vulgo Comidia) Nicomedia, Aſtracus.
Niſaro; (Inſ.) Niſyros.
Niſmes vel *Nimes*; Nemanſus.
Norembergh; Norimberga, Noricorum Mons.
Norfolk; Norfolcia.
Norlingen; Nerolinga.
Normandy; Normandia, Neuſtria.
Northhampton; Northamptonia.
Northumberland; Northumbria.
North-Wales; Venedotia.
Norway; Norvegia.
Norwich; Norvicum, & Nordovicum.
Nottingham; Nottinghamia, Rhage five Ragæ, vel Ratæ.
Novogrod vel *Novorod*; Novogardia.
Noyon; Noviodunum, Noviomum.
Nuys; Noveſium.

O.

OBY; (fl. Muſcoviæ) Obius.
Oder; (fl. Germ.) Odera, Viadrus, Viadus, Guttalus, Suevus.
Offen; (urbs Hung.) Herculea, Curta vel Curia, Buda.
Oldenburgh; Oldenburgum.
Oldford; (in Effexiâ) Durolitum.
Oleron; (Inſ. Gall.) Uliarus.
Old Sarum; Sorbiodunum, Sorviodunum.
Orenoque; (fl. Amer.) Orenecus.
Orkney Iſlands; Orcades.
Orleans; Aureliæ, Aurelianum.
Ormus; (Inſ. & urbs Perſ.) Armuzia, Ormuzium, Organa.

Orvieto; (urbs It.) Urbs Vetus, Herbanum, Oropitum, Urberetum.
Ossery; (urbs Hib.) Osseria.
Osnaburgh; Osnabrucum, Osnabrugum.
Ostend; Ostenda.
Oudenard; Aldenarda.
The *Ouse*; (fl. Angl.) Urus.
Oxford; Oxonium, & Oxonia.

P.

Padeborn; (urbs Germ.) Padeborna.
Padua; Patavium.
Padstow; Pastovia.
The *Palatinate*; (lower) Palatinatus Rheni.
The *Palatinate*; (upper) Palatinatus Superior.
Palazzolo (urbs Sicil.) Patiorus.
Palermo; Panormus.
Palestine; Prænestæ.
Pamiers; (urbs Gall.) Pamiæ vel Apamiæ.
Paris; Lutesia Parisiorum.
Passaw; Patavia, Batavæ.
Patti; (urbs Sic.) Pacta, seu Pactæ.
Pavia; Papia, Ticinum.
Pazzuolo; Alba Longa.
Pemsey; Pevensela.
Penbrook; Penbrochium.
Pencridge; (op. Angl.) Pennocrucium.
Pendennis; Pendennium.
Pequin; (urbs Sinarum) Pequinum.
Perigueux; Petrogoricum.
Persia; Farstan & Farsistan (Nicolis) Persia vel Persis.
The *Persian Gulf*; Mare Persicum, & Persicus sinus.
Perth; (prov. Scot.) Pertha, & urbs Perthumi.
Pesare; (fl It.) Pisaurus, Isaurus.
Petaw; Petovio.
Pete borough; Petroburgum.
Philadelphia; (urbs Lydiæ) Philadelphia.
Piacenza; Placentia.
Picts; Picti.
The *Picts Wall*; Hadriani Murus, Murus Picticus.
Piemont; Pedomontium, Ducatus Taurinus.
Pignerol; Pinarolium.
Piombino; (urbs It.) Plumbinum.
Pisa; Pisæ.
Pistoia; Pistoria.
Plimlimon-Mountain; Limonius.
Plimmouth; Plinmuthum.
Poicteurs; Pictavæ, Pictavium, Limonum, Augustoritum, populi Pictones vel Pictavi.
Poland, Polonia.
Polenzo; Pollentia vel Polentia.
Policasto; (urbs Ital.) Petelia.
Pontico; (Inf.) Cicynethus.
Le *Ponta Mousson*; Mussipontum, Pons Montionis, & Mosomum.
The *Po*; (fl. Ital.) Padus, Eridanus.
Pontac; Pontes, & Pontacum.
Pontoyse; Pontesium, Pontisara, Æsiæ Pons, Brivæ, Isaræ.
Posen; (urbs Pol.) Posnania.
Portland; (Inf. Angl.) Vindelis.
Portsmouth; Portus Magnus, & Portus Oitium.
Porto Longobardo; (in Sicil.) Pachynus Portus.
Portugal; Portugallia, Lusitania.
Prague; Praga, Marabodum.
Presburgh; Posonium.
Provence; Braccata Gallia.
The *Pyrenean Mountains*; Pyrenæi.

Q.

Le *Quercy*; (Gal prov.) Cadurcensis Provincia.
Quesnoy; Quercetum.
Quintin; Quintinum.
Quinsay; Quinsæum.

R.

Radnor; Radnoria.
Ragusa; Epidaurus, Rhauzium, & Ragusium.
Ramekins; Ramna, Zeeburgum.
Ratisbone; Ratisbona.
Ratzenburg; Raceburgum.
The *Isle of Rhe*, or *Rhee*; Rhea.
Reading; Radinga.
Recroy, Rupes Regia.
Recanati; Recinetum, Recina nova.
The *Red Sea*; Erythræum, Mare Rubrum.
Rha; (fl.) Volga, sed Tartaris Edel dicitur, & ab Armenis Thamar.
Rhaga; (urbs Mediæ) Rhagæ, Europus, Arsace.
Rheims; Rheni.
The *Rhine*; (fl.) Rhenus.
Rhodes; (Inf.) Rhodus.
The *Rhosne*; (fl.) Rhodanus.
Richeleiu; Richelæum, Ricolocus.
Richmond; Rigodunum.
Ringwood; Regnum.
Rippon; Rhigodunum.
Roan; Rhotomagus.
Rochelle; Rupellæ, Portus Santonum.
Rochester; Durobrus, Durobrovæ, Durobrivis & Roffa.
Rome; Roma.
Roscomon; (op. Hib.) Roscomenum.
Rosse; Rossa.
Rostoch; Rhodopolis, Rostochium, Laciburgium, Rosarum urbs.
Rotenburgh; Tuberum, Rotenburgum.
Roterdam; Roterodamum.
Rother; (fl.) Rotherus, Linienus.
Rousillon; Ruscino, Rusino.
Rugen; Rugia.
Ruremond; Ruremunda.
Russia; olim Sarmatia, hodie Populi Ruteni vel Rhuteni, & Muscovitæ.
Rutland; Rutlandia.
Rye; Ripa.

S.

Salamanca; Salmantica, Salmatis.
Salerno; (op. Ital.) Salernum.
Salisbury; Sarisberia, Serviodunum, olim Dunium.
Salon; (op. Gall.) Salona.
Sallee; (urbs Barb.) Sala.
Saltsburg; (Germanis Helienberch) Juvania, Saltzburgum, Castrum Juvanense.
Sancerre; (op. Gall.) Sacrum Cereris.
Saracens; (pop. Arabiæ) Saraceni.
Saragoza; Cæsaraugusta.
La *Sare*; (fl. Gall.) Saravus, Sara.
Saxony; Saxonia.
Savoy; Sabaudia.
Schamsat; (urbs Germ.) Samosata.
Scheld; (fl.) Scaldis & Schaldium.
Schonen; Scandia.
Scotland; Scotia, Caledonia, Albania.
Segovia; Segovia, vel Segobia.
Severn; (fl.) Sabrina.
Senlis; (urbs Gall.) Augustomagus Silvanectum.
Sheppy vel *Shepey*; (Inf. Angl.) Convennos.
Sherburn; Clarus Fons.
Shrewsbury; Salopia.
Scham; (Turcis) Damascus.
Sicily; Sicilia, Trinacria.
Scio; (Insul.) Chios.
Scilly vel *Silly*; (Inf.) Silurum Insula, Syllinæ.
Sittaw; Zittavia, & Setuvia.
Sittingbourn; Durolevum.
The Slane; (fl. Hib.) Modonus.
Sligo; Slegum.
Sleswick; Slesvicum.
Sluys; (urbs Belg.) Sluса, & Clausulæ.
Smalcald; Smalcalda.
Soissons; Suessiones, Augusta Suessionum.
Somersetshire; Somersetia.
The Somne; (fl.) Somona.
The Sorlings; Insulæ Silurum.
Sorrento; Surrentum.
Spalato, Spalatum.
Spires; Spira, Neomagus, Nemetes.
Stamboul vel *Stamboul*; Constantinopolis, Byzantium.
Stratsburg; Argentoratum.
Sterling; Strivilinga.
Stetin; Stetinum.
Stives; (Mons Bœotiæ) Cithæron.
Strougoli; (urbs Ital.) Macella, vel Macalla.
Suitzerland; Helvetia.
Sussex; Suffexia.
Surry; Suria, vel Surria.
Sweden; Suecia, vel Suedia.

T.

Tabago; (Inf. una ex Antillis) Tabaci Insula.
Tadcaster; Calcaria.
Taio (fl.) Tagus.
Tangeir; Tingis.
Tarragon; Tarraco.
Tartary; Tartaria.
Taunton; Tannedunum.
Tauris; (urbs Pers.) Ecbatana, Tabreisium Taurestum.
Tay; (fl.) Taus.
Tenariff; (Inf. una ex Canariis) Tenerifa & Nivaria.
The Tercere's; Tertiæ, & Accipitrum Insulæ.
Terra d'Otranto; Salentinum.
Terra de Lavoro; Laboriæ.
Terre de Labeur; Calabria.
Tewksbury; Theocicuria.
The Texel; Texelia.
The Thames; (fl.) Thamesis vel Thamisis.
The Isle of Thanet; Thanetos, Tanetus, Toliapis.
Thetford; Thetfordia, Sitomagum, Icinni.
Theves; Thebæ, Theba, & Thebe.
Tholoon vel *Toulon*; Telo, Telo Martius.
Tholouse; Tolosa.
Tirol; Tirolis.
The Tyne; (fl. Angl.) Thinus vel Tina.
Toledo; Toletum.
Tongres; Tungri.
Torcester; Tripontium.
Tours; Turo.
Tournay; Tornacum.
Tournon; Tinurcium.
Totness; Totonesium.
Transylvania; Ultrafylvania, Pannodacia, Dacia Ripensis.
Trent; Tridentum.
Trebisond; Trapezus.
Triers vel *Treves*; Treviri, Treveri.
Tripoli; (in Barbaria) Neapolis, Tripolis, & Oea.
Tuam; (urbs Hib.) Tuama.
Tubing; Tubinga.
Tunbridge; Tonbrigium.
Tunis; (urbs Afr.) Tunes, Tunis, Tunetum.

Turks;

Turks; Turcæ, vel Turci.
Turing; Thuringia.
Tuſcany; Tuſcia, Thuſcia, Hetruria.
Tweed; (fl.) Tuæſis, Tueda.

V.

Vabres; Vabræ, Vabrenſe Caſtrum.
The Vatoline; Tellina Vallis.
Valadolid; Valliſoletum, Pinctia.
Valenciennes; Valentianæ, Valencenæ.
La Valois; (Tractatus Gall.) Valeſia.
The Vandals; Vandali, Venedi, Fenni, Slavi.
Venice; Venetiæ.
Viterbo; Viterbum, Vetulonia.
The Ukrain; Ucrania, Volhinia.
Ulm; Ulma.
Ulſter; Ultonia.
Upſal; Upſala vel Upſalia.
Uske; Burrium, Iſca,
Utrecht; Ultrajectum, Trajectum inferius, Utriceſium, Antonina.

W.

Walachia; Valachia.
Wales; Wallia, Cambria, Cambrobritannia.
Waloons; Walones.
Wallingford; Coleva.
Warminſter; Verluccio.
Warſaw; Warſavia.
Waterford; Waterfordia.
Wartwick; Verovicum, Viroviacum.
Weſel; (fl.) Viſtula.
Wells; Wellæ, Theorodunum Fontes, Welliæ.
Weſar; (fl.) Viſurgis.
Weſtminſter; Weſtmonaſterium.
Weſtmorland; Weſtmaria.
Wexford; Manapia.
Wincheſter; Venta Belgarum.
The Iſle of Wight; Vectis vel Vecta.
Wieſmar; Wiſtmaria.
Winſor; Vindeſorium.
Witenberg; Witenberga.
Worceſter; Vigornia.
Worms; Vangionum, Wormacia, olim Barbetomagus.
Wrotham; Vagniacum.

X.

La Xaintonge; Santones & Santonia.

Y.

Yare vel *Yere*; (fl. Angl.) Garryennus.
Yarmouth; Jarmuthum, Garriannonum.
York; Eboracum, Brigantium.
Youghall; Yogallia.
L'Yſſel; Foſſa Druſiana, Iſola.

Z.

Zant; Zacynthus.
Zeland; Selandia.
Zell, Cella.
Zeylan; (Inſ.) Ceylanum, Taprobana.
Zurick; Tigurum, Tigurium.
Zutphen; Zutphania.

Ne omnino vacent hæ Paginæ, Bibliopolis placuit ut ex Baudrando hìc appingatur.

CATALOGUS GEOGRAPHORUM

Tam Antiquorum quàm Recentium.

ANTIQUI GEOGRAPHI.

Homerus, primus omnium ausus est Geographiam tractare, ut narrat Strabo ex Hipparcho.

Anaximander Milesius, Thaletis discipulus, primus fuit qui Geographicam ediderit tabulam, Geographiámque valdè excoluit, ut Strabo refert ex Eratosthene. Claruit temporibus Servii Tullii Regis Romanorum.

Herodotus Halicarnassæus, Historicus, floruit Olympiade 84. tempore Artaxerxis Regis Persarum. Geographiam universam complexus est tractatu satis extenso.

Scylax Caryandensis, ex urbe Cariæ, qui vixit tempore Darii Nothi, Periplum scripsit Interni maris, quem Latinitate donavit & Notis illustravit Isaacus Vossius.

Dicæarchus Messenius, Siculus, Aristotelis discipulus, vixit tempore Alexandri Magni.

Scymnus Chius, Periegesim totius orbis conscripsit, sub Nicomede Rege Bithyniæ, Olympiade 150. ut ex ejus initio colligitur. Antea prodierat sub nomine Martiani Heracleotæ, sed auctori suo restituta est.

Artemidorus Ephesius, emisit Geographiæ libros undecim, Olympiade 169. quorum supereſt tantum fragmentum.

Isidorus Characenus, Parthus fuit, & meminit exilii Tiridatis Regis Parthorum. Sub Augusto vel non multo post claruit.

Strabo Cappadox, ex urbe Amasia, Tiberio Imperatore scribere desiit, & ante annum ejus duodecimum.

Pomponius Mela, ex urbe Mellaria in Hispania Bætica, ad tempora Claudii Imperatoris videtur pertinere.

Plinius Secundus, totis libris 3. 4. 5. 6. Historiæ suæ naturalis Geographiam universam complexus est. Opus suum Vespasiano Imperatori dicavit.

Arrianus Nicomedienſis, duos reliquit Periplos Ponti Euxini, & Erythræi maris, quos illustrarunt Ramusius & Stuchius. Vixit sub Trajano Imperatore.

Claudius Ptolemæus, Alexandrinus Ægyptius, præcipuus sui ævi Geographus, qui Almagestum scripsit, cum fuerit Astrologus juxta, & Mathematicus strenuus. Floruit sub Trajano, Adriano, & Antonino Pio Imperatoribus.

Dionysius Afer, seu Alexandrinus, Perigites dictus, opus suum seu descriptionem totius orbis duobus libris distinctam vulgavit, cum duo Romæ imperarent, fortè Antoninus, & Geta; idque versibus Græcis.

Marcianus Heracleotes, ex Artemidoro Ephesio Periplum Exterioris maris concinnavit. Citatur à Stephano, quare inter Ptolemæi & Stephani ætatem debet interjici.

Æthicus Ister, contexuit duplicem orbis descriptionem post Constantinum, quarum altera apud Orosium tota legitur.

Antonini Augusti Itinerarium, videtur editum post Constantinum, novis urbibus insertis; meminit enim Constantinopoleos. Tribuitur Antonino Imperatori, vel Antonino Augusto Geoponicorum scriptori vel Æthico.

Alippius Antiochenus, emisit veteris orbis descriptionem, quæ scripta fuit Latine tantum, sub Constantio & Constante Imperatoribus.

Notitia Imperii, edita est intra annos Christi 400. & 453. ut rectè demonstrat Pancirolus; & tribuitur à quibusdam Æthico.

Stephanus Byzantius, Grammaticus, scripsit Græce ordine Alphabetico opus in plures libros distinctum de urbibus & populis, ab Hermolao abbreviatum, sive potius mutilatum, claruit circa tempora Anastasii Imperatoris: ejus opus notis nondum editis illustravit P. Augustinus Lubin, & illud nuper Latinum reddidit cum notis Thomas de Pinedo Lusitanus, in Belgio unito anno 1678.

Al Edrisi, seu Nubiensis Geographus, Orbem in septem climata descripsit. Vixit tempore Rogerii I. utriusque Siciliæ Regis, hoc est anno 1150. & eum ex Arabico Latinum fecere Gabriel Sionita, & Joannes Hesronita Maronitæ.

Eustathius Archiepiscopus Thessalonicensis, enarravit Dionysium Afrum doctissimè, uti etiam Homerum, sub Andronico Imperatore anno Domini 1183.

RECENTIORES

RECENTIORES GEOGRAPHI.

Abulfeda Iſmael, Arabs, Princeps in Hamah urbe Syriæ multa eaque præclara ſcripſit de Geographia Aſiæ, Arabice, ejus opus ex præcipuis Arabum ſcriptis concinnatum, abſolutum fuit anno 1345. ut pluribus notat Joannes Gravius, & ex Oriente eum advexit Guilielmus Poſtellus.

Franciſcus Berlingherius, *Berlinghieri*, Florentinus Nicolai filius, anno 1470, edidit Florentiæ ſex libros de Geographia Ptolemæi, carmine Italico, in ſeptem dies diſtributos, ad Fredericum Urbinatium Ducem, Cum plurimis æneis tabulis.

Dominicus Marius Niger, *Nigro*, Venetus, floruit anno 1490. & ejus ſuperſunt Geographiæ commentariorum libri viginti ſex, nempe undecim Europæ, totidem Aſiæ, & quatuor Africæ, ejus autem opera publici juris facta ſunt Baſileæ anno 1557.

Petrus Apianus, *Binewitz* vulgo, Germanus, è Liſnico oppido Miſniæ, anno 1524. emiſit Coſmographiam ſuam, ſive inſtructionem Geographicam, & eam reſtituit anno 1540. Rainerus Gemma Friſius, obiit vero Ingolſtadii, die 21. Aprilis 1552.

Zacharias Lilius, *Lilio*, Italus, Vicentinus, floruit anno 1530. emiſit parvum compendium Geographicum orbis ordine Alphabetico, poſtea in idioma Italicum traductum à Franciſco Baldello, & Venetiis excuſum anno 1552.

Hieronymus Girava, *Girava*, Hiſpanus Tarraconenſis, emiſit duos libros Geographiæ univerſalis, Hiſpanice, Venetiis poſtea impreſſos, anno 1570. ipſe vero obiit ad Portum Herculis anno 1556. à Genua Neapolim tendens.

Michael Villanovanus, *Villeneuve*, Gallus, Delphinas, Medicus Viennæ Allobrogum, anno 1541. edidit Ptolemæi Geographiam a Bilibaldo Pirchaimero primum tranſlatum anno 1525. & antiquis locorum nominibus recentiora apponit, viginti ſeptem tabulis terræ Ptolemæo cognitæ, addidit viginti duas novas.

Jacobus Caſtaldus, *Caſtaldo*, Italus, Pedemontanus, emiſit typum totius orbis, & aliquot tabulas recentes Europæ, Aſiæ & Africæ, ex Abulfeda collectas anno 1550.

Sebaſtianus Munſterus, *Munſter*, Germanus, Ingelhemenſis, anno 1550. emiſit Coſmographiam ſuam in qua plus hiſtoriæ quam Geographiæ legitur, & Pomponii Melæ libros de ſitu orbis illuſtravit, præclare meritus fuit de Hæbræis literis quas anno 1529. Baſileæ cepit profiteri, & obiit Baſileæ die 23. Maii anno 1552. ætatis 63.

Gerardus Mercator, *le Marchand*, Flander Rupelmundanus, ſed è Juliacenſi ditione oriundus natus anno 1512. & præſtantiſſimus ſui ævi Geographus, Juliacenſium Ducum Coſmographus, anno 1550. & deinceps floruit, Ptolemæi Geographiam edidit, & opus ſuum ſub Atlantis nomine vulgavit, quo eſt univerſi orbis tabulas complexus, quas in æs ipſe incidit, magnus hic vir obiit Teutoburgi ad Rhenum die 2. Decembris anno 1594. ætatis ſuæ 82.

Hieronymus Surita, *Surita*, Hiſpanus Cæſar-Auguſtanus, florebat anno 1560. & edidit itinerarium Antonini, quod commentario illuſtravit; obiit in patria anno 1580. ætatis 78.

Abrahamus Ortelius, *Ortels*, Belga, Antuerpianus, natus anno 1527. Philippi II. Regis Hiſpaniæ Geographus, jam anno 1570. clari erat nominis, præcipue nomen peperit Theatro Geographico orbis terrarum, Theſauro Geographico, ac Parergo ſive Tabulis Geographiæ veteris, vir magni laboris, obiit Antuerpiæ die 28. Junii 1598. cum vixiſſet annos 71. menſes 11. dies 18.

Joannes Laurentius ab Anania, *d' Anania*, Italus, Calaber ex urbe Taberna, opus ſuum Geographicum Italico idiomate de Fabrica mundi inſcripſit, editum Venetiis anno 1582.

Joannes Boterus, *Botero*, Pedemontanus, Benenſis, Abbas Sancti Michaelis de Clauſula, floruit anno 1595. & opus ſuum Italico ſermone Relationem univerſalem inſcripſit, & Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ liberos erudivit, obiit anno 1608.

Paulus Merula, *Merle*, Belga, Dordrechtanus, anno 1605. edebat Coſmographiæ ſuæ partem primam, & Roſtochii obiit anno 1607. ætatis 50.

Joannes Antonius Maginus, *Magini*, Italus Patavinus, anno 1610. & ſequentibus docuit Mathematicam Bononiæ, & ejus in Ptolemæi Geographiam extant commentaria, una cum orbis deſcriptione recenti, edita anno 1597. Emiſit etiam Italiæ deſcriptionem, quam poſt ejus obitum Fabius filius publici juris fecit, anno 1620. cum ipſe obiiſſet Bononiæ die 1. Februarii anno 1617. ætatis 61.

Petrus Bertius, *Bertz*, Flander è Bevera vico, natus 1565. divulgabat tabulas Geographicas anno 1616. item Germanicarum rerum libros tres; anno 1618. Ptolemæi Geographiam Græce Latineque edidit Lugduni Batavorum emendatius, varioſque adjunxit Geographos veteres, & à Ludovico XIII. factus eſt Regius Geographiæ Profeſſor, obiit Pariſiis anno 1629.

Philippus Cluverius, *Kluver*, Pruthenus Gadanenſis, natus anno 1580. & Geographorum ſui temporis præcipuus, anno 1603. edidit Italiæ antiquæ tabulam, uti poſt varios eventus & multas calamitates, anno 1611. libellum de Rheni oſtiis, & anno 1616. Germaniæ libros tres, cum Vindelicia & Norico, exinde luſtrata Italia, Siciliæ veteris deſcriptionem emiſit anno 1619. ab exceſſu autem prodiit ejus deſcriptio Italiæ antiquæ anno 1624. uti introductio ejus in univerſam Geographiam, veterem & novam, quam nuper commentario ſatis extenſo illuſtravit Joannes Buno Guelpherbyti: parabat etiam Cluverius Galliæ antiquæ & Greciæ notitiam, cum obiit ex mœrore Lugduni Batavorum anno 1623. ætatis 43.

Philippus Ferrarius, *Ferrari*, Italus, Alexandrinus, Ordinis Servorum B. V. Mariæ bis Generalis, annis nempe 1609. & 1623. & deinde in Ticinenſi Academia Mathematices Profeſſor, edidit Ticini anno 1605. Epitomen Geographicam in quatuor libros partitam, uti anno 1609. Venetiis Topographiam in Martyrologium Romanum, poſtea vero compoſuit Lexicon Geographicum, in quod priorum lucubrationum ſuarum materiam tranſtulit, & tandem obiit Mediolani anno 1626. menſe Auguſti ætatis 70. cum ſub prælo eſſet illud Lexicon Geographicum, quod anno ſequenti prodiit in lucem Mediolani, & quod nos iterum anno 1670. publici juris fecimus Pariſiis, emendavimus, atque pluſquam dimidia parte auctiorem reddidimus.

Petrus d'Avity, Gallus, è Turnonio Vivarienſis provinciæ oppido, natus anno 1573. opus peramplum compoſuit de Rebus publicis & Imperiis, in quinque corpora extenſum, quod multa habet exquiſita ex recentioribus relationibus, obiit vero anno 1635. ætatis 63. cum ſub prælo eſſent ipſius opera, quæ poſtea publici juris facta ſunt anno 1643. Pariſiis curante Franciſco *Ranchin* Occitano.

Abrahamus Golnitzus, *Golnitz*, Danus, Compendium Geographicum emiſit Hafniæ anno 1643.

Lucas Holſtenius, *Holſtein*, Saxo Hamburgenſis, primum clarus in Galliis, deinde Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Romæ, & Bibliothecæ Præfectus, emiſit annotationes in Geographiam Sacram, in Italiam antiquam Cluverii, & in Theſaurum Geographicum: obiit Romæ anno 1661. ætatis 65. & ejus annotationes in lucem prodierunt anno 1666. cura & ſumptibus Franciſci Cardinalis Barberini S. R. E. V. Cancellarii.

Nicolaus Sanſon, Gallus, Abbavillæus, Geographus Regius, anno 1632. emiſit tabulam Galliæ antiquæ, & poſtea edidit Pariſiis tabulas Methodicas, & aliquot opuſcula Geographiæ tam veteris quam novæ, itemque ſingulis annis mappas plures Geographicas, quæ aliis merito anteponuntur. Is omnium Geographorum ætatis noſtræ facile primus habitus eſt, & obiit Lutetiæ Pariſiorum anno 1667. ætatis 68.

Philippus Brietius, *Briet*, Gallus, Abbavillæus, è Societate *Jeſu*, & ſub quo alias Rhetoricæ operam dedi, anno 1648. & ſequenti emiſit Parallela Geographiæ veteris, & novæ totius Europæ, tribus libris contenta, & additæ ſunt ſcriptis minutæ tabulæ; ſcripſerat etiam parallela Geographiæ Aſiæ, Africæ & Americæ eodem modo, ſed morte preventus non potuit publici juris facere: obiit Pariſiis die 9. Decembris anno 1668. ætatis 69.

Joannes Baptiſta Nicoloſius, *Nicoloſi*, Siculus Sacerdos, è Paternione, emiſit Romæ opus ſuum, Herculem Siculum dictum, ſive ſtudium Geographicum, primum Italice, deinde Latino ſermone, quo totius orbis deſcriptionem complexus eſt, ſed valde confuſe, cum aliquot tabulis Geographicis, obiit Romæ die 19. Januarii 1670. ætatis 69.

Joannes Baptiſta Ricciolius, *Riccioli*, Italus Ferrarienſis, è Societate *Jeſu*, Mathematicus inſignis, Bononiæ edidit anno 1661. Geographiæ & Hydrographiæ reformatæ libros duodecim, in quibus tamen plus ineſt Mathematices quam Geographiæ: obiit Bononiæ anno 1671. ætatis 73.

Lucas de Linda, *Vander Linde*, Belga, edidit Lugduni Batavorum anno 1655. parvam deſcriptionem orbis & omnium ejus Rerum publicarum, ab aliis authoribus excerptam.

Olferdus Dapperus, *Dapper*, Medicus Belga, emiſit in lucem Amſterodami deſcriptiones Aſiæ, Africæ, et Americæ, vernaculo ſermone, et ab aliis tantum excerptas, quas biennio poſt in Anglicam linguam tranſtulit Joannes Ogilvius, *Ogilby*, Londinenſis Anglus, et eis plura addidit.

Petrus du Val, Gallus, Abbavillæus, Geographus Regius, edidit Pariſiis mappas plurimas Geographicas, uti et aliquot opera Geographica, et itineraria tum antiqua, tum recentia.

Auguſtinus Lubin, Gallus, Pariſinus, Auguſtianus, et Geographus Regius, emiſit Pariſiis Locorum ſui ordinis deſcriptionem, cum tabulis Geographicis à ſe inciſis anno 1658. edidit etiam Martyrologium Romanum tabulis et notis Geographicis illuſtratum, uti et tabulas utriuſque Teſtamenti, notas ad Plutarchum, et Uſſerium Armachanum, atque Mercurium Geographicum cum aliis, et nunc ſub prælo eſt Geographia Biblica.

Guillielmus Sanſon, Gallus, Abbavillæus, Geographus Regius, Nicolai *Sanſon* filius, ab exceſſu patris emiſit plures tabulas Geographicas partim ab ipſo excerptas, et à paucis menſibus edidit in lucem opuſculum, introductionem ad Geographiam dictum, in quo tamen vix quidquam eſt quod ad Geographiam ſpectet.

Jacobus Robbe, Gallus, Sueſſionæus, anno 1677. emiſit Methodum Geographicam in qua totius orbis deſcriptionem complexus eſt.

FINIS.